Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

B.ª S.ª L.ª C.ª

Universidad de Deusto
Biblioteca

TERTIA PARS SVMMAE SACRAE THEOLOGIAE SANCTI THOMAE AQVINATIS, DOCTORIS ANGELICI,

Reuerendiſs. Domini THOMAE A' VIO CAIETANI, tituli ſancti Xiſti, Presbyteri Cardinalis Commentariis adaucta, atque illuſtrata.

CVI RECENS ACCESSERVNT SINGVLORVM ARTICVLORVM *concluſiones: quibus tota diui Thomæ doctrina paucis verbis comprehenditur. ſingularum etiam Quæſtionum, quæ in Commentariis decidũtur, Summæ ſuis locis commodè in ſtudioſorum gratiam adpoſitæ.*

ITEM, SVPPLEMENTVM EIVSDEM TERTIAE PARTIS, quam diuus Thomas ob mortem præmaturam abſoluere non potuit, ex eius ſcriptis excerptum, atque huic operi nunquam antehac additum.

QVOLIBETORVM *etiam volumen in omnium Theologiæ candidatorum gratiam ad calcem adiectum ſiet.*

Quæſtionum præterea, earũmque ſingulorum Articulorum, ac rerum ſingularium in Textu & Commentariis contentarum additi ſunt locupletiſſimi Indices.



FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

LVGDVNI,
Apud hæredes Iacobi Iuntæ.
M. D. LXII.

BIBLIOTHECÆ OMNIENSIS SOCIETATIS IESV

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD ADRIANVM SEXTVM PONTIFICEM MAXIMVM, THOMAE DE VIO CAIETANI, CARDINALIS SANCTI *Xisti, in Tertiæ Partis diui THomæ Aquinatis Commentarios.*

**
*

PRAEFATIO.

SAPIENTIA attingit à fine vsq; ad finẽ fortiter, ac disponit omnia suauiter. Sapiẽtiæ VIII. Etsi diuinã hãc sententiam beatissime pater in mundi administratione Deus Opt. Max. omni tẽpore verissimã esse ostendit, dũ sua præpotente vi hæc omnia pulcherrima opera effecit, quæ videmus, atq; pro sui incõprehensibilis consilij prudentia & benignitate, cũ magno vsu & commoditate generis humani, in debitos fines dirigit vniuersa: superioribus tamẽ diebus singulari quadã ratione, altitudinẽ illam diuitiarũ sapiẽtiæ & scientiæ suæ, qua fortiter & suauiter agit, sese ad nos inclinasse, clarioribus omni luce signis ostẽdit. Nã quum pro deligendo Põtifice Maximo in cõclaui essemus: vndeq; illæ comitiorũ quodã quasi æstu efferuescerent, tantóq; impetu studiorũ, huc illuc incertæ ferrentur, ita vt nulla deinde iam spes in tanta patrũ dissentione, creandi põtificis haberetur: ecce repentè æterna sapiẽtia emisso in nos spiritu sancto, qui quondã super aquas ferebatur, fluctus varios, motúsq; potentiũ sedauit, atq; humanos conatus deuicit fortiter. Ad vnius nãq; vocẽ (vt de Ambrosio legitur) qua Cardinalis Derthusensis põtificatu maximo dignus ostendebatur: ita, Deo agente, omnes cõmoti sunt, vt sine mora, omniũ suffragijs, in summũ põtificem deligerẽris. Quis verò digitũ Dei hũc fuisse nõ videat? nã quum hominum cõsilio & fauoribus ea res agitur, petitorũ præsentia quę vrgeat, principũ gratia & fauor, cæteraque id genus quãplurimum valere solent. Tantũ verò abest, vt eiusmodi tu rationibus fretus, quibus homines niti cõsueuere, hãc celsissimã apostolicæ dignitatis sedem cõscenderis, vt quũ Hispaniã prouinciã Cæsaris nomine gubernares, patribus ferè omnibus ignotus, principúmque fauores ad alios accederent, à te vno vnus spiritus sanctus non receſſerit, sed omnes vicerit fortiter: vt nulla habita ratiõe absentiæ tuæ, quæ nõ parũ detrimenti Christianæ reipub. afferre posse videbatur, nulla, q; nunquàm Romæ fuisses, id quod periclitãti ecclesiæ præsentaneo remedio indigenti, obesse nõnihil suspicari poteramus, nulla, q; Cæsaris doctor & pater extitisses, quæ res factiosorũ mentes quã maximè perturbare potuisset, suffragãtibus omnibus ad tãti honoris culmen euectus sis. Præferebat certè nostris oculis spiritus ille sapiẽtiæ & fortitudinis, lumen quoddã immẽsum religionis, pietatis, prudẽtiæ, liberalitatis: integritatis, & eruditionis tuæ, quibus excellentissimis virtutibus in tãti muneris functione adhibitis, & absentiæ tuæ & nunquã visæ à te Romæ, dãna si qua forẽt cumulatissimè sarcires, téque nõ Cæsari singularẽ, sed cæteris etiã principibus omnibusq; alijs Christianis po-

pulis pastorem, doctorem & patrẽ cõmunem exhiberes. Fortiter igitur no biscũ egit Deus fortis, vt sic itidem suauiter cuncta disponeret. Quid enim suauius ecclesiæ euenire poterat hoc tẽpore, quod turpissimis moribus fœdata, bonis spiritalibus destituta, ignorantiæ tenebris obsessa, nouis hæresum tẽpestatibus agitata, bellorũ tumultibus inter Christianos principes concussa, Turcarũ impietate labefactata ac diminuta existit, quid inquam suauius spõsæ isti ecclesiæ tot ac tãtis malis afflictę euenire poterat, quã te spõsum datũ diuinitùs intueri? Qui innocẽtia & vitæ integritate veterem illã in ecclesiæ sanctimoniã in nostrã ætatem reuocaturus sis: qui summo studio ac diligentia nihil nõ instauratũ relinques: qui sanæ doctrinæ splendore illo, qui tot libris, quos edidisti lucet, omnẽ ignorãtiæ caliginẽ dissipabis. Qui clarissima autoritate, diuino iudicio nũc tantũ amplificata, & nationem Germanã, apud quã semper valuisti quãplurimùm: omnibus hæresum maculis, quę nunc in illa fundũtur expurgabis, & inter Christianos principis cõpositis, rebus ferocẽ Turcã magnis copijs Italię minitantem retardabis, exterminabisq;. Credo equidem (nec vana erit fides) optimũ Deũ, qui suis manibus te in hac Petri sede collocauit, istã etiã tibi aduersus Turcas fœlicem victoriã reseruasse, vt prius reformatis per te Christianorũ & sacerdotũ præcipuè moribus, barbaræ illæ nationes tũ demũ credere incipiant in Christi ecclesia veram esse religionem & pietatem, quod ob multorum vitę turpitudinem hactenus illis incredibile visum est. Quemadmodũ igitur diuina sapientia in te deligendo attingit à fine vsq; ad finem fortiter, ac suauiter vniuersa disposuit: ita & tu cùm primis religione, tum illa etiã, qua maximè fulges sapientia & consilio in gubernanda republica Christiana, fines totius orbis attinges fortiter, suauitérque prophana & sacra dispones. Ita enim Christianorum omnium vota exposcunt: qui prope voce vna in te spem illam sese habere clamant, vt cuncta instaures ac reformes. Ita virtus tua & integritas requirunt, quibus res omnes quantæcunq; sint, & quantumuis difficiles, te iampridẽ gerere & cõficere posse probauisti. Ita demũ mirabilis hæc tui electio, quę ab illo qui facit mirabilia magna solus, profecta est, meritò & optimo suo iure postulat, vt iuste iudices in nationib. ruinas ecclesiæ impleas, auaritiæq; tanq̃ hydræ capita renascẽtia, igne charitatis extirpes. Mihi verò in hoc cõmuni Christianorũ gaudio, quo maximè itidem meæ lętitiæ signũ aliquod & indiciũ exhiberẽ, oblata est occasio ista, disponente suauiter spiritu sancto vt hęc nostra in tertiã partẽ diui Thomę Cõmentaria, licet superiori anno absolnta fuissent, vsq; in prẽsens tñ in publicũ nõ exirent, quo sic tibi nominatim illa dedicarem. Cui enim alij potius? Pulchre siquidẽ cõgruit, vt has nostras de Christo elucubrationes tibi Christi vicario cõsecremus, iudexq; illarũ sis & cẽsor, qui eruditissim⁹ & ouiũ Christi pastor existis: vt cũ de tuo nutu Christianarũ rerũ summa pẽdeat, nihil eorũ, quę ad doctrinã pietatis pertinent, absq; tua censura & cõprobatione, pmulgetur. Illũ igitur cui laboraui, quíq; nõ in furore, sed in benignitate sua te principẽ nobis dedit, precor, vt sanctitatẽ tuã q̃ maximè lõgę uã esse velit: quo fœlici successu de tot malis subleuata ecclesia, in dignitatẽ pristinã restituat. Vale Pater beatissime. Ro. die 10. Martij, An. salutis. 1252.

TERTIAE PARTIS SVMMAE DIVI THOMAE AQVINATIS QVAESTIONVM ET ARTICVLORVM INDEX.

De conuenientia incarnationis Christi.

Quæstio Prima.

Articuli.

VTRVM cõueniens fuerit Deũ incanari. 1
Vtrum fuerit necessariũ ad reparationẽ humani generis. 2
Vtrum si non fuisset peccatũ, Deus fuisset incarnatus. 3
Vtrũ principalius sit incarnatus ad rollẽdũ originale peccatum quàm actuale. 4
Vtrũ conueniens fuerit Deum incarnari à principio mundi. 5
Vtrum eius incarnatio differri debuerit vsque ad finem mundi. 6

De modo vnionis verbi incarnati quò ad ipsam vnionem. Quæst. 2

Vtrum vnio verbi incarnati sit facta in natura. 1
Vtrum sit facta in persona. 2
Vtrum sit facta in supposito vel hypostasi. 3
Vtrum persona vel hypostasis Christi post incarnationem sit composita. 4
Vtrum sit facta aliqua vnio animæ & corporis in Christo. 5
Vtrum natura humana fuerit vnita verbo accidentaliter. 6
Vtrum ipsa vnio sit aliquid creatum. 7
Vtrum sit idem quod assumptio. 8
Vtrum sit maxima vnionum quæ creaturis conueniunt. 9
Vtrum vnio duarum naturarũ in Christo fuerit facta per gratiã. 10
Vtrum eam aliqua merita præcesserint. 11
Vtrum gratia fuerit homini Christo naturalis. 12

De modo vnionis ex parte personæ assumentis. Quæstio 3

Vtrum assumere conueniat personæ diuinæ. 1
Vtrum conueniat diuinæ naturæ. 2
Vtrum natura posit assumere abstracta personalitate. 3
Vtrum vna persona posit assumere sine alia. 4
Vtrum quælibet persona posit assumere. 5
Vtrum plures personæ possint assumere vnam naturã numero. 6
Vtrum vna persona possit assumere duas naturas numero. 7
Vtrum magis fuerit conueniens de persona filij. quod assumpserit humanam naturam, quàm de alia persona diuina. 8

De modo vnionis ex parte naturæ humanæ assumptæ. Quæst. 4

Vtrũ humana natura fuerit magis assumptibilis à filio Dei quàm alia natura. 1
Vtrum assumpserit personam. 2
Vtrum assumpserit hominem. 3
Vtrum fuerit conueniens quod assumpsisset humanam naturam separatam à singularibus. 4
Vtrum fuisset conueniens quod assumpsisset humanam naturam in omnibus eius singularibus. 5
Vtrum fuisset conueniens quod assumpsisset humanam naturam in aliquo homine ex stirpe Adæ progenito. 6

De modo vnionis ex parte partium humanæ naturę. Quæst. 5

Vtrum filius debuerit assumere verum corpus. 1
Vtrum debuerit assumere corpus terrenum, scilicet carnem & sanguinem. 2
Vtrum assumpserit animam. 3
Vtrum assumere debuerit intellectum. 4

De modo assumptionis quantùm ad ordinem. Quæst. 6

Vtrum filius Dei assumpserit carnem mediante anima. 1
Vtrum assumpserit animam mediante spiritu, siue mente. 2
Vtrum anima fuerit prius assumpta quàm caro. 3
Vtrum caro fuerit prius assumpta quàm animæ vnita. 4
Vtrum tota natura humana sit assumpta mediantibus partibus. 5
Vtrum filius Dei assumpserit humanã naturã mediante gratia. 6

De coassumptis à filio Dei in humana natura pertinentibus ad perfectionem, scilicet de gratia Christi prout est singularis homo. Quæst. 7

Vtrum in anima Christi sit aliqua gratia habitualis. 1
Vtrum in Christo fuerint virtutes. 2
Vtrum in Christo fuerit fides. 3
Vtrum in Christo fuerit spes. 4
Vtrum in Christo fuerint dona. 5
Vtrum in Christo fuerit donum timoris. 6
Vtrum in Christo fuerint gratiæ gratis datæ. 7
Vtrum in Christo fuerit prophetia. 8
Vtrum in Christo sit plenitudo gratiæ. 9
Vtrum talis plenitudo sit propria Christi. 10
Vtrum gratia Christi sit infinita. 11
Vtrum gratia Christi potuerit augeri 12
Qualiter hęc gratia se habeat ad vnionem, an scilicet subsequatur vel præcedat. 13

De gratia Christi secundum quod est caput ecclesiæ. Quæstio 8.

Vtrum Christus sit caput ecclesiæ. 1
Vtrum sit caput omnium quantùm ad corpus, vel solùm quantùm ad animas. 2
Vtrum sit caput omnium hominum. 3
Vtrum sit caput angelorum. 4
Vtrum gratia secundũ quã est caput ecclesiæ, sit eadem cum gratia habituali, secundum quod est quidam homo singularis. 5
Vtrum esse caput ecclesiæ sit proprium Christi. 6
Vtrum diabolus sit caput omnium malorum. 7
Vtrum Antichristus posit etiam dici caput malorum. 8

De coassumptis à filio Dei in natura humana pertinentibus ad perfectionem, scilicet de scientia Christi in communi. Quæst. 9

Vtrum Christus habuerit aliquam scientiam præter diuinam. 1
Vtrum habuerit scientiam, quam habent beati vel comprehensores. 2
Vtrum habuerit scientiam inditam vel infusam. 3
Vtrum habuerit aliquam scientiam acquisitam. 4

De scientia beata quæ pertinet ad animam Christi. Quæstio 10

Vtrum anima Christi comprehenderit verbum, siue diuinam essentiam. 1
Vtrum cognouerit omnia in verbo. 2
Vtrum anima in verbo cognouerit infinita. 3
Vtrum videat verbum siue diuinam essentiam clarius qualibet alia creatura. 4

De scientia indita vel infusa animæ Christi. Quæst. 11

Vtrum secundum hanc scientiam Christus sciat omnia. 1
Vtrum hac scientia vti potuerit nõ cõuertendo se ad phãtasmata. 2
Vtrum hæc scientia fuerit collatiua. 3
Vtrum hæc scientia in Christo fuerit minor scientia angelorum. 4
Vtrum fuerit scientia habitualis. 5
Vtrum fuerit distincta per diuersos habitus. 6

De scientia animæ Christi acquisita vel experimentali. Quæstio 12.

Vtrum secundum hanc scientiam cognouerit omnia. 1
Vtrum in hac scientia profecerit. 2
Vtrum aliquid ab homine didicerit. 3
Vtrum Christus aliquid acceperit ab angelis. 4

De potentia animæ Christi. Quæst. 13

Vtrum habuerit omnipotentiam simpliciter. 1
Vtrum habuerit omnipotentiam respectu corporalium creaturarum. 2
Vtrum habuerit omnipotentiam respectu proprij corporis. 3
Vtrum habuerit omnipotentiã respectu propriæ suæ voluntatis. 4

De defectibus, quos Christus in humana natura assumpsit quantùm ad corpus. Quæst. 14.

Vtrum filius Dei assumere debuerit in humana natura corporis defectus. 1
Vtrum assumpserit necessitatem his defectibus subiacendi. 2
Vtrum contraxerit hos defectus. 3
Vtrum assumpserit omnes huiusmodi defectus. 4

De defectibus, quos Christus assumpsit in humana natura quantùm ad animam. Quæst. 15

Vtrum in Christo fuerit peccatum. 1
Vtrum in eo fuerit fomes peccati. 2
Vtrum in eo fuerit ignorantia. 3
Vtrum anima Christi fuerit passibilis. 4
Vtrum in Christo fuerit dolor sensibilis. 5
Vtrum in Christo fuerit tristitia. 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vtrum in Christo fuerit timor. 7
Vtrum in Christo fuerit admiratio. 8
Vtrum in Christo fuerit ira. 9
Vtrum simul fuerit viator & comprehensor. 10
De his, quæ consequuntur vnionem quantùm ad ea, quę conueniunt Christo secundum se. Quæstio 16
Vtrum hæc sit vera, Deus est homo. 1
Vtrum hæc sit vera, homo est Deus. 2
Vtrum Christus possit dici homo dominicus. 3
Vtrum ea quæ conueniunt filio hominis, possint prædicari de filio Dei, & econuerso. 4
Vtrum ea, quæ conueniunt filio hominis possint prædicari de diuina natura & humana ea quæ conueniunt filio Dei. 5
Vtrum hæc sit vera, filius Dei factus est homo. 6
Vtrum hæc sit vera, homo factus est Deus. 7
Vtrum hæc sit vera: Christus factus est creatura. 8
Vtrum hæc sit vera, iste homo, demonstrato Christo, incipit esse, vel fuerit semper. 9
Vtrum hæc sit vera, Christus secundū q̄ homo, est creatura 10
Vtrum hæc sit vera: Christus secundum quod homo, est Deus. 11
Vtrum hæc sit vera, Christus secundum quod homo, est hypostasis vel persona. 12
De his quæ pertinent ad vnitatem Christi quantùm ad esse. Quæstio 17
Vtrum Christus sit vnum vel duo. 1
Vtrum in Christo sit tantùm vnum esse. 2
De his quæ pertinent ad vnitatem Christi quantùm ad voluntatem. Quæstio 18
Vtrum in Christo sit alia voluntas diuina, & alia humana. 1
Vtrum in humana natura Christi sit alia volūtas respectu sensualitatis, & alia respecta rationis. 2
Vtrū ex parte rationis fuerint in Christo plures voluntates. 3
Vtrum in Christo fuerit liberum arbitrium. 4
Vtrum voluntas humana Christi fuerit omnino conformis voluntati diuinæ in volito. 5
Vtrum in Christo fuerit aliqua contrarietas voluntatum. 6
De his quæ pertinent ad vnitatem quantùm ad operationem Christi. Quæstio 19
Vtrum in Christo fuerit vna operatio diuinitatis & humanitatis, vel plures. 1
Vtrum in Christo fuerint plures operationes secundum humanā naturam. 2
Vtrum secundū operationē humanam aliquid sibi meruerit. 3
Vtrum per eam aliquid nobis meruerit. 4
De his quæ conueniunt Christo secundum subiectionem eius ad patrem. Quæstio 20
Vtrum Christus sit subiectus patri. 1
Vtrum sit subiectus sibipsi. 2
De oratione Christi. Quæstio 21
Vtrum Christo conueniat orare. 1
Vtrum conueniat sibi secundum sensualitatem. 2
Vtrum conueniat sibi orare pro seipso, an pro alijs tantùm. 3
Vtrum oratio eius sit exaudita. 4
De sacerdotio Christi. Quæstio 22
Vtrum conueniat Christo esse sacerdotem. 1
De hostia huius sacerdotis. 2
De effectu huius sacerdotij. 3
Vtrū effect⁹ sacerdotij huius prineat ad ipsū solū, an ad alios. 4
De æternitate sacerdotij eius. 5
Vtrum debeat dici sacerdos secūdū ordinē Melchisedech. 6
De adoptione Christi. Quæstio 23
Vtrum conueniat Deo filios adoptare. 1
Vtrum hoc conuenit soli Deo patri. 2
Vtrum sit proprium hominum adoptari in filios. 3
Vtrum Christus possit dici filius adoptiuus. 4
De prædestinatione Christi. Quæstio 24
Vtrum Christus sit prædestinatus. 1
Vtrum sit prædestinatus secundum quod homo. 2
Vtrū eius prædestinatio sit exē plar nostræ prædestinationis. 3
Vtrum sit causa nostræ prædestinationis. 4
De adoratione Christi. Quæstio 25
Vtrum vna & eadem adoratione sit adoranda diuinitas Christi, & eius humanitas. 1
Vtrum caro Christi sit adoranda adoratione latriæ. 2
Vtrum adoratio latriæ sit exhibenda imagini Christi. 3
Vtrum sit exhibenda cruci Christi. 4
Vtrum sit exhibenda matri eius. 5
Vtrum reliquiæ sanctorum sint adorandæ. 6
De hoc q̄ X̄ps dicitur Deus & homo mediator. Quæst. 26
Vtrū esse mediatorē Dei & hominū sit proprū Christo. 1
Vtrum hoc ei conueniat secundum humanam naturam. 2
De sanctificatione beatæ virginis. Quæstio 27
Vtrum beata virgo fuerit sanctificata ante natiuitatē ex vtero. 1
Vtrum fuerit sanctificata ante animationem. 2
Vtrum per huiusmodi sanctificationem fuerit sibi sublatus totaliter fomes peccati. 3
Vtrum per huiusmodi sanctificationem fuerit consecuta, vt nunquām peccaret. 4
Vtrum per huiusmodi sanctificationem adepta fuerit plenitudinem gratiarum. 5
Vtrum sic sanctificari fuerit sibi proprium post Christum. 6
De virginitate beatæ Mariæ. Quæstio 28
Vtrum fuerit virgo in concipiendo. 1
Vtrum fuerit virgo in partu. 2
Vtrum permanserit virgo post partum. 3
Vtrum votum virginitatis emiserit. 4
De desponsatione matris Dei. Quæstio 29
Vtrum Christus debuerit de desponsata nasci. 1
Vtrum fuerit verum matrimonium inter matrē Dñi & Ioseph. 2
De annuntiatione beatæ virginis. Quæstio 30
Vtrum conueniens fuerit annuntiari ei quod in ea generandum erat. 1
Vtrum conueniens fuerit annuntiari ei per angelum. 2
De modo per quem ei annuntiari debebat. 3
De ordine annuntiationis. 4
De cōceptione saluatoris, quantū ad materiā de qua corpus eius est conceptum. Quæstio 31
Vtrum caro Christi fuerit sumpta de Adam. 1
Vtrum fuerit sumpta de Dauid. 2
Verum genealogia Christi cōuenienter texatur ab euāgelista. 3
Vtrum decuerit Christum nasci de fœmina. 4
Vtrum fuerit de purissimis sanguinibus virginis eius corpus formatum. 5
Vtrum caro Christi fuerit in antiquis patribus secundum aliquid signatum. 6
Vtrum caro Christi in patribus fuerit peccato obnoxia. 7
Vtrum fuerit decimata in lumbis Abrahæ. 8
De conceptione Christi quantùm ad principium actiuum. Quæstio 32
Vtrum spiritus sanctus fuerit principium actiuum in conceptione Christi. 1
Vtrum possit dici q̄ Christus sit conceptus de spiritu sancto. 2
Vtrū possit dici q̄ spūs sanctus sit pater Christi secūdū carnē. 3
Vtrū beata virgo aliquid actiuē egerit in cōceptione Christi. 4
De modo & ordine conceptionis Christi. Quæst. 33
Vtrum corpus Christi in primo instanti conceptionis fuerit formatum. 1
Vtrum in primo instāti cōceptionis fuerit à verbo animatum. 2
Vtrū in primo instanti conceptionis fuerit à verbo assumptū. 3
Vtrum conceptio illa fuerit naturalis vel miraculosa. 4
De perfectione prolis conceptæ. Quæst. 34
Vtrum in primo instanti conceptionis Christus fuerit sanctificatus per gratiam. 1
Vtrum in eodem instanti habuerit vsum liberi arbitrij. 2
Vtrum in eodem instanti potuerit mereri. 3
Vtrum in eodem instanti fuerit plenè comprehensor. 4
De natiuitate saluatoris. Quæstio 35
Vtrum natuitas sit naturæ vel personæ. 1
Vtrum Christo sit attribuenda alia natiuitas præter æternā. 2
Vtrum secundum natiuitatem temporalem beata virgo sit mater Christi. 3
Vtrum debeat dici mater Dei. 4
Vtrum Christus secundum duas filiationes sit filius Dei patris, & virginis matris. 5
De mō natiuitatis: vtrū scilicet fuerit natus sine dolore matris. 6
Vtrum conueniens fuerit eum nasci in Bethleem. 7
Vtrum fuerit congruo tempore natus. 8
De manifestatione Christi nati. Quæstio 36
Vtrum natiuitas Christi debuerit esse omnibus manifesta. 1
Vtrum debuerit aliquibus manifestari debuerit. 2
Quibus manifestari debuerit. 3
Vtrū debuerit ipse se manifestare, vel potiꝰ manifestari p alios. 4
Per qualia manifestari debuerit. 5
De ordine manifestationis. 6
De stella per quam manifestata fuit eius natiuitas. 7
De veneratiōe magorū, q̄ p stellā Christi natuitatē cognouerūt. 8
De legalibus circa puerū Iesum obseruatis. Quæst. 37
Vtrum debuerit circunduci. 1
Vtrum fuerit conuenienter ei nomen impositum. 2
Verum debuerit offerri in templo. 3
Vtrum mater Dei debuerit purganda ad templum accedere. 4
De baptismo Ioannis. Quæstio 38
Vtrum conueniens fuerit quòd Ioannes baptizaret. 1
Vtrum ille baptismus fuerit à Deo. 2
Vtrum contulerit gratiam. 3
Vtrū alij præter Christum illo baptismo debuerint baptizari. 4

Vtrum

Vtrum baptismus ille cessare debuerit Christo baptizato. 5
Vtrum baptizari baptismo Ioannis essent posteà baptizādi baptismo Christi. 6
De baptizatione Christi. Quæst. 39
Vtrum Christus debuerit baptizari. 1
Vtrum debuerit baptizari baptismo Ioannis. 2
De tempore baptismi. 3
De loco baptismi. 4
De eo quod sunt ei cœli aperti. 5
De spiritusancti apparitione in specie columbæ. 6
Vtrum illa columba fuerit verum animal. 7
De voce paterni testimonij. 8
De modo conuersationis Christi. Quæst. 40
Vtrum Christus debuerit solitariam vitam ducere, an inter homines conuersari. 1
Vtrum debuerit austeram vitam ducere in cibo, potu, & vestitu, an alijs communem. 2
Vtrum debuerit abiectè viuere in hoc mundo, an in diuitijs & honore. 3
Vtrum debuerit viuere secundum legem. 4
De tentatione Christi. Quæstio 41.
Vtrum conueniens fuerit Christum tentari. 1
De loco tentationis. 2
De tempore tentationis. 3
De modo & ordine tentationis. 4
De doctrina Christi. Quæstio 42
Vtrū Christus debuerit prędicare solū Iudæis, vel etiā gentilibus. 1
Vtrū in sua prædicatione debuerit turbationē Iudæorū vitare. 2
Vtrum debuerit prædicare publicè vel occultè. 3
Vtrum debuerit docere solo verbo vel scripto. 4
De miraculis à Christo factis in generali. Quæst. 43
Vtrum Christus debuerit miracula facere. 1
Verum fecerit ea virtute diuina. 2
Quo tempore inceperit miracula facere. 3
Vtrum per miracula fuerit sufficienter ostensa eius diuinitas. 4
De miraculis Christi in speciali. Quæstio 44
De miraculis quæ Christus fecit circa spirituales substantias: vtrū fuerint conuenientia. 1
De miraculis quæ Christus fecit circa cœlestia corpora. 2
De miraculis quæ Christus fecit circa homines. 3
De miraculis quæ Christus fecit circa irrationales creaturas. 4
De transfiguratione Christi. Quæstio 45
Verum conuenienter fuerit Christum transfigurari. 1
Vtrum claritas transfigurationis fuerit claritas gloriosa. 2
Vtrum conuenienter adducti fuerint testes huiusmodi transfigurationis 3
De testimonio paternæ vocis. 4
De passione Christi. Quæstio 46
Vtrū conueniēs fuerit Christū pati pro liberatione hominum. 1
Verum fuerit alius modus possibilis liberationis humanæ. 2
Vtrum iste modus fuerit conuenientior. 3
Vtrum conueniens quod in cruce pateretur. 4
Vtrum sustinuerit omnes passiones. 5
Verum dolor quem in passione sustinuit fuerit maximus. 6
Verum tota anima eius pateretur. 7
Vtrum passio eius impediuerit gaudium fruitionis. 8
De tempore passionis. 9
De loco passionis. 10
Verum fuerit conueniens Christū simul cū latronibus crucifigi. 11
Vtrum passio Christi sit eius diuinitati attribuenda. 12
De causa efficiente passionis Christi. Quæstio 47
Vtrum Christus fuerit ab alio occisus vel à seipso. 1
Ex quo motiuo seipsum tradiderit ad patiendum. 2
Vtrum pater tradiderit eum ad patiendum. 3
Vtrum fuerit conueniens quod per manus gentium pateretur vel potiùs à Iudæis. 4
Vtrum occisores eius eum cognouerint. 5
De peccato eorum qui Christum occiderunt. 6
De modo efficiendi passionem Christi. Quæstio 48
Vtrum passio Christi causauerit nostrā salutē per modū meriti. 1
Vtrum per modum satisfactionis. 2
Vtrum per modum sacrificij. 3
Vtrum per modum redemptionis. 4
Vtrum esse redemptorem sit proprium Christi. 5
Vtrū, causauerit effectum nostræ salutis per modū efficientiæ. 6
De effectibus passionis Christi. Quæst. 49
Vtrum per passionem Christi simus liberati à peccato. 1
Vtrum per eam simus liberati à potestate diaboli. 2
Vtrum per eam simus liberati à reatu pœnę. 3
Vtrum per eam simus Deo reconciliati. 4
Vtrum per eam sit nobis aperta ianua cœli. 5
Vtrum per eam fuerit Christus adeptus exaltationem. 6
De morte Christi. Quæstio 50
Vtrum conueniens fuerit Christum mori. 1
Vtrum per mortem fuerit separata vnio diuinitatis & carnis. 2
Vtrum fuerit separata vnio diuinitatis & animæ. 3
Vtrum Christus in triduo mortis fuerit homo. 4
Vtrum corpus eius fuerit idem numero mortuum & viuum. 5
Vtrum mors eius fuerit aliquid operata ad nostram salutem. 6
De sepultura Christi. Quæstio 51
Vtrum fuerit conueniens Christum sepeliri. 1
De modo sepulturæ eius. 2
Vtrum corpus eius fuerit in sepulchro resolutum. 3
De tempore quo iacuit in sepulchro. 4
De descensu Christi ad inferos. Quæstio 52
Vtrum conueniens fuerit Christum ad inferos descendere. 1
In quem infernum descenderit. 2
Vtrum totus fuerit in inferno. 3
Vtrum aliquam moram ibi traxerit. 4
Vtrum sanctos patres ab inferno liberauerit. 5
Vtrum de inferno liberauerit damnatos 6
Vtrum liberauerit pueros in peccato originali defunctos. 7
Vtrum liberauerit homines de purgatorio. 8
De resurrectione Christi. Quæstio 53
Vtrum necesse fuerit Christum resurgere. 1
Vtrum necesse fuerit ipsum tertia die resurgere. 2
Vtrum ipse primus resurrexit. 3
Vtrum ipse fuerit causa nostræ resurrectionis. 4
De qualitate Christi resurgentis. Quæst. 54
Vtrum post resurrectionem Christus habuerit verum corpus. 1
Vtrum corpus eius fuerit gloriosum. 2
Vtrum resurrexerit cum corporis integritate. 3
Vtrum corpus eius resurrexerit cum cicatricibus. 4
De manifestatione resurrectionis. Quæst. 55
Vtrū resurrectio Christi omnibus hominibus manifestari debuerit, an solùm quibusdam specialibus personis. 1
Vtrum fuerit conueniens quod eis videntibus resurgeret. 2
Vtrum post resurrectionē debuerit cū suis discipulis cōuersari. 3
Vtrum fuerit cōueniens quòd discipulis suis in aliena effigie appareret. 4
Vtrum resurrectionem suam argumentis probare debuerit. 5
De sufficientia illorum argumentorum. 6
De causalitate resurrectionis Christi. Quæst. 56
Vtrū resurrectio Christi sit causa nostræ resurrectionis corporū. 1
Vtrum sit causa nostræ iustificationis animarum. 2
De ascensione Christi. Quæst. 57.
Vtrum fuerit conueniens Christum ascendere. 1
Secundum quam naturam conueniat sibi ascensio. 2
Vtrum propria virtute ascenderit. 3
Vtrum ascenderit super omnes cœlos corporeos. 4
Vtrum ascenderit super omnes spirituales creaturas. 5
De effectu ascensionis Christi: vtrum sit causa nostræ salutis. 6
De sessione Christi ad dexteram patris. Quæst. 58
Verum sedeat ad dexteram patris. 1
Vtrum conueniat ei secundum diuinam naturam. 2
Vtrum conueniat sibi secundum humanam. 3
Vtrum hoc sit proprium Christi. 4
De iudiciaria potestate Christi. Quæst. 59
Verum iudiciaria potestas sit attribuenda Christo. 1
Vtrum conueniat sibi secundum quod homo. 2
Vtrum eam ex meritis sit adeptus. 3
Verum eius potestas iudiciaria sit vniuersalis respectu omnium hominum. 4
Vtrum præter iudicium quod agit etiam hoc tempore sit expectādum aliud iudicium vniuersale per ipsum futurum. 5
Vtrum eius iudiciaria potestas etiam ad angelos se extendat. 6
De sacramentis, quid sit sacramentum. Quæst. 60
Vtrum sacramentum sit in genere signi. 1
Verum omne signum rei sacræ sit sacramentum. 2
Verum sacramentum sit signum vnius rei tantùm vel plurium. 3
Vtrum sacramentum sit signum quod est res sensibilis. 4
Vtrum ad sacramentum requiratur determinata res sensibilis. 5
Vtrum ad sacramentū requiratur significatio quæ est per verba. 6
Verum requirantur determinata verba. 7
Vtrum illius verbis possit aliquid addi vel subtrahi. 8
De necessitate sacramentorum. Quæst. 61
Vtrum sacramenta fuerint necessaria ad salutem humanam. 1
Vtrum fuerint necessaria in statu ante peccatum. 2
Verum fuerint necessaria in statu post peccatum ante Christum. 3
Vtrum fuerint necessaria post Christi aduentum. 4
De effectu principali sacramentorū qui est gratia. Quæst. 62
vtrum sacramenta legis sint causa gratiæ. 1
Vtrū gr̄a sacramētalis aliqd addat sup gratiā virtutū & donorū. 2
Vtrum sacramenta contineant gratiam. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vtrum sit in eis aliqua virtus ad causandam gratiam. 4
Vtrum talis virtus in sacramentis deriuetur à passione Christi. 5
Vtrum sacramenta veteris legis gratiam causarent. 6
De effectu sacramentorum qui est character. Quæst. 63
Verum ex sacramentis causetur character aliquis in anima. 1
Quid sit ille character. 2
Cuius sit character. 3
In quo sit sicut in subiecto. 4
Vtrum sit indelebilis. 5
Vtrum omnia sacramenta imprimant characterem. 6
De causa sacramentorum. Quæst. 64.
Vtrum solus Deus interius operetur in sacramentis 1
Vtrum institutio sacramentorum sit solùm à Deo. 2
De potestate quàm Christus habuit in sacramentis. 3
Vtrum illam potestatem poterit alijs communicare. 4
Vtrum potestas ministerij in sacramentis conueniat malis. 5
Vtrum mali peccent dispensando sacramenta. 6
Vtrum angeli possint esse ministri sacramentorum. 7
Vtrum intentio ministri requiratur in sacramentis. 8
Vtrũ requiratur ibi recta fides: ita quòd infidelis non possit tradere sacramentum. 9
Vtrum requiratur ibi recta intentio. 10
De numero & modo sacramentorum. Quæst. 65
Vtrum sint septem sacramenta. 1
De ordine eorum adinuicem. 2
De comparatione eorum. 3
Vtrum omnia sacramenta sint de necessitate salutis. 4
De sacramento baptismi quantùm ad ea quæ ad ipsum pertinent. Quæst. 66
Quid sit baptismus: vtrum, scilicet sit absolutio. 1
De institutione huius sacramenti. 2
Vtrum aqua sit propria materia huius sacramenti. 3
Vtrum requiratur aqua simplex. 4
Vtrum hęc sit cõueniens forma huius sacramenti. Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritussancti. 5
Vtrum aliquis possit baptizari sub hac forma: ego te baptizo in nomine Christi. 6
Vtrum immersio sit de necessitate baptismi. 7
Vtrum requiratur trina immersio. 8
Vtrum baptismus possit reiterari. 9
De ritu baptismi. 10
De distinctione baptismatum. 11
De comparatione baptismatum. 12
De ministris baptismatis. Quæst. 67
Vtrum ad diaconum pertineat baptizare. 1
Vtrum hoc pertineat ad presbyterum vel solùm ad Episcopum. 2
Vtrum laicus possit sacramentum baptismi conferre. 3
Vtrum hoc possit facere mulier. 4
Vtrum non baptizatus possit baptizare. 5
Vtrum plures possint simul baptizare vnum & eundem. 6
Vtrum necesse sit esse aliquem qui baptizatum de sacro fonte recipiat. 7
Vtrum recipiẽs aliquẽ de sacro fonte obligetur ad eius instructionem. 8
De suscipientibus baptismum. Quæst. 68
Vtrum omnes teneantur ad suscipiendum baptisma. 1
Vtrum aliquis possit saluari sine baptismo. 2
Vtrum baptismus sit differendus. 3
Vtrum peccatores sint baptizandi. 4
Vtrum peccatoribus baptizatis sint imponenda opera satisfactoria. 5
Vtrum requiratur confessio peccatorum. 6
Vtrum requiratur intentio ex parte baptizati. 7
Vtrum requiratur fides. 8
Vtrum pueri sint baptizandi. 9
Vtrum pueri Iudæorum sint baptizandi inuitis parentibus. 10
Vtrum aliqui sint baptizandi in maternis vteris existentes. 11
Vtrum furiosi, & amentes sint baptizandi. 12
De effectibus baptismi. Quæstio 69
Vtrum per baptismum auferantur omnia peccata. 1
Vtrum per baptismum liberetur homo ab omni pœna. 2
Vtrum baptismus auferat omnes pœnalitates huius vitę. 3
Vtrum per baptismum cõferantur homini gratiæ & virtutes. 4
De effectibus virtutum qui per baptismum conferuntur. 5
Vtrum etiam paruuli per baptisma gratias, & virtutes accipiãt. 6
Vtrum per baptismum aperiatur baptizatis ianua regni cœlestis. 7
Vtrum baptismus æqualem effectum habeat in hominibus baptizatis. 8
Vtrum fictio impediat effectum baptismi. 9
Vtrum recedente fictione baptismus obtineat effectum suum. 10
De circuncisione quæ præcesit baptismum.
Quæstio 70
Vtrum circuncisio fuerit præparatoria, & figuratiua baptismi. 1
Vtrum fuerit conuenienter instituta. 2
Vtrum ritus circuncisionis fuerit conueniens. 3
Vtrum circuncisio conferret gratiam. 4
De præparatorijs quæ concurrunt simul cum baptismo. Quæstio 71.
Vtrum cathecismus debeat præcedere baptismum. 1
Vtrum baptismum debeat præcedere exorcismus. 2
Vtrum ea quæ agũtur in cathecismo, & exorcismo aliquid efficiãt vel solùm significent. 3
Vtrum baptizandi debeant cathecizari vel exorcizari per sacerdotes. 4
De sacramento confirmationis. Quæst. 72
Vtrum confirmatio sit sacramentum. 1
De materia huius sacramenti. 2
Vtrum sit de necessitate sacramenti quòd chrisma fuerit per Episcopum consecratum. 3
De forma ipsius. 4
Vtrum imprimat characterem. 5
Vtrum character confirmationis characterẽ baptismalem præsupponat. 6
Vtrum conferat gratiam. 7
Cui competat recipere hoc sacramentum. 8
In qua parte recipiatur. 9
Vtrum requiratur aliquis qui teneat confirmandum. 10
Vtrum hoc sacramentum per solos Episcopos detur. 11
De ritu eius. 12
De sacramento eucharistiæ. Quæst. 73
Vtrum eucharistia sit sacramentum. 1
Vtrum sit vnum vel plura. 2
Vtrum sit de necessitate salutis. 3
De nominibus eius. 4
De institutione ipsius. 5
De figuris eius. 6
De materia eucharistiæ secundum speciem. Quæstio 74
Vtrum panis & vinum sint materia huius sacramenti. 1
Vtrum ad materiam huius sacramenti requiratur determinata quantitas. 2
Vtrum materia huius sacramenti sit panis triticeus. 3
Vtrum sit panis azymus vel fermentatus. 4
Vtrum materia huius sacramenti sit vinum de vite. 5
Vtrum sit admiscenda aqua. 6
Vtrum aqua sit de necessitate huius sacramenti. 7
De quantitate aquæ quæ apponitur. 8
De conuersione panis & vini in corpus, & sanguinem Christi. Quæstio 75
Vtrum in hoc sacramento sit corpus Christi secundum veritatem. 1
Vtrum in hoc sacramento remaneat substantia panis & vini post consecrationem. 2
Vtrum substantia panis post consecrationem huius sacramẽti annihiletur, aut in pristinam materiam resoluatur. 3
Vtrum panis possit conuerti in corpus Christi. 4
Vtrum in hoc sacramento remaneant accidentia panis & vini. 5
Vtrum remaneat forma substantialis panis. 6
Vtrum ista conuersio fiat in instanti. 7
Vtrum hæc sit vera, ex pane fit corpus Christi. 8
De modo quo corpus Christi existit in hoc sacramento. Quæstio 76
Vtrum totus Christus sit sub hoc sacramento. 1
Vtrum totus Christus sit sub vtraque specie sacramenti. 2
Vtrum totus Christus sit sub vtraque parte specierum. 3
Vtrum dimensiones corporis Christi totæ sint sub hoc sacramento. 4
Vtrum corpus Christi sit sub hoc sacramento localiter. 5
Vtrum corpus Christi moueatur ad motũ hostiæ vel calicis post consecrationem. 6
Vtrum corpus Christi sub hoc sacramento possit ab oculo aliquo videri. 7
Vtrum verum corpus Christi remaneat in hoc sacramẽto cùm miraculosè appareat sub specie pueri vel carnis. 8
De accidentibus remanentibus in hoc sacramento. Quæstio 77
Vtrum accidentia sint sine subiecto. 1
Vtrũ quantitas dimensiua sit subiectum accidentiũ aliorum. 2
Vtrum huiusmodi accidentia possint immutare aliquod corpus extrinsecum. 3
Vtrum possint corrumpi. 4
Vtrum possit ex eis aliquid generari. 5
Vtrum possint nutrire. 6
Vtrum in fractione panis species sacramentalis frangatur. 7
Vtrum vino consecrato possit liquidum admisceri. 8

De forma

De forma huius sacramenti.
Quæstio 78
Vtrum hæc sit conueniens forma huius sacramenti, hoc est corpus &c. 1
Vtrũ forma cõsecrationis panis sit conueniẽs, hoc est corpus &c. 2
Vtrum sit conueniens forma consecrationis sanguinis, hic est calix &c. 3
Vtrum in verbis dictarum formarum sit aliqua vis creata effectiua consecrationis. 4
Vtrum locutiones in prædictis formis sint veræ. 5
De comparatione vnius formæ ad aliam. 6
De effectibus huius sacramenti.
Quæstio 79
Vtrum hoc sacramentum conferat gratiam. 1
Vtrum effectus huius sacramenti sit adeptio gloriæ. 2
Vtrum effectus huius sacramenti sit remissio peccati mortalis. 3
Vtrum per hoc sacramentum remittatur peccatum veniale. 4
Vtrum per hoc sacramentum remittatur tota pœna peccati. 5
Vtrum hoc sacramentum præseruet hominẽ à peccatis futuris. 6
Vtrum hoc sacramentum prosit alijs quàm sumentibus. 7
Vtrum per peccatum veniale impediatur effectus huius sacramenti. 8
De vsu siue sumptione huius sacramenti in communi. Quæstio 80
Vtrum sint duo modi manducandi hoc sacramentum. s. sacramentaliter & spiritualiter. 1
Vtrum soli homini conueniat manducare spiritualiter hoc sacramentum. 2
Vtrum solius hominis iusti sit manducare sacramentaliter. 3
Vtrum peccator manducans sacramentaliter peccet. 4
Vtrum hoc sit grauissimum omnium peccatorum. 5
Vtrum peccator accedens ad hoc sacramentum sit repellendus. 6
Vtrum nocturna pollutio impediat hominem à sumptione huius sacramenti. 7
Vtrum sit solum à ieiunis sumendum. 8
Vtrum sit recipiendum à non habentibus vsum rationis. 9
Vtrum sit quotidiè sumendum. 10
Vtrum liceat omninò abstinere. 11
Vtrum liceat conficere corpus sine sanguine. 12
De vsu quo Christus vsus est isto sacramento.
Quæstio 81
Vtrum ipse Christus sumpserit corpus suum & sanguinem. 1
Vtrum dederit ea Iudæ. 2
Vtrum dederit & assumpserit corpus passibile vel impassibile. 3
Quomodò se habuisset Christus sub hoc sacramento: si fuisset in triduo mortis reseruatum aut consecratum. 4
De ministris huius sacramenti.
Quæstio 82
Vtrum conficere hoc sacramentum sit proprium sacerdotis. 1
Vtrum plures sacerdotes simul possint eandẽ hostiã consecrare. 2
Vtrum dispensatio huius sacramenti pertineat ad solum sacerdotem. 3
Vtrum liceat sacerdoti consecranti à communione abstinere. 4
Vtrum sacerdos peccator possit conficere hoc sacramentum. 5
Vtrum missa mali sacerdotis minus valeat quàm boni. 6
Vtrum hæretici & schismatici vel excommunicati possint conficere hoc sacramentum. 7
Vtrum degradati. 8
Vtrum peccent à talibus communionem recipientes. 9
Vtrum liceat sacerdoti omninò à celebratione cessare. 10
De ritu huius sacramenti. Quæstio 83
Vtrum in celebratione huius mysterij Christus immoletur. 1
De tempore celebrationis. 2
De loco & alijs quæ pertinent ad apparatum huius celebrationis. 3
De his quæ in celebratione huius mysterij dicuntur. 4
De his quæ circa celebrationem huius mysterij fiunt. 5
De defectibus qui circa celebrationem huius mysterij committuntur. 6
De sacramento pœnitentiæ. Quæstio 84
Vtrum pœnitentia sit sacramentum. 1
De materia huius sacramenti. 2
De forma ipsius. 3
Vtrum impositio manus requiratur ad hoc sacramentum. 4
Vtrum hoc sacramentum sit de necessitate salutis. 5
De ordine eius ad alia sacramenta. 6
De institutione eius. 7
De duratione ipsius. 8
De continuatione eius. 9
Vtrum possit iterari. 10
De pœnitentia secundum quod est virtus.
Quæstio 85
Vtrum pœnitentia sit virtus. 1
Vtrum sit virtus specialis. 2
Sub qua specie virtutis contineatur. 3
De subiecto eius. 4
De causa eius. 5
De ordine eius ad alias virtutes. 6
De effectu pœnitentiæ. Quæstio 86
Vtrum omnia peccata mortalia per pœnitentiam auferantur. 1
Vtrum possint sine pœnitentia tolli. 2
Vtrum possit vnum remitti sine alio. 3
Vtrum pœnitentia auferat culpam remanente reatu. 4
Vtrum remaneant reliquiæ peccatorum. 5
Vtrum auferre peccatum sit effectus pœnitẽtię, inquantùm est virtus, vel inquantùm est sacramentum. 6
De remissione venialium peccatorum.
Quæstio 87
Vtrum sine pœnitentia peccatum veniale possit remitti. 1
Vtrum possit dimitti sine gratiæ infusione. 2
Vtrum peccata venialia remittantur per aspersionem aquæ benedictæ & tunsionem pectoris, & orationem dominicam, & alia huiusmodi. 3
Vtrum peccatum veniale possit remitti sine mortali. 4
De reditu peccatorum per pœnitentiam dimissorum.
Quæstio 88
Vtrum peccata per pœnitentiã dimissa redeant simpliciter per sequens peccatum. 1
Vtrum aliquo modo per ingratitudinem redeant specialius secundum quædam peccata. 2
Vtrum redeant in æquali reatu. 3
Vtrum illa ingratitudo per quam redeunt sit speciale peccatum. 4
De recuperatione virtutum per pœnitentiam.
Quæstio 89
Vtrum per pœnitentiam restituantur virtutes. 1
Vtrum restituantur in æquali quantitate. 2
Vtrum restituatur pœnitenti æqualis dignitas. 3
Vtrum opera virtutum per peccatum sequens mortificentur. 4
Vtrum opera mortificata per peccatũ per pœnitentiã reuiuiscãt. 5
Vtrum opera mortua, id est, sine charitate facta per pœnitentiam vivificentur. 6
De partibus pœnitentiæ in generali.
Quæstio 90
Vtrum pœnitentia habeat partes. 1
De numero partium eius. 2
Quales partes sint. 3
De diuisione eius in partes subiectiuas. 4

Indicis Quæstionum & Articulorum
Tertiæ Partis finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIONVM ET ARTICVLORVM, QVI DISCVTIVNTVR IN D. THOMAE ADDITIONIBVS AD TERTIAM EIVS PARTEM, INDEX.

De partibus pœnitentiæ in speciali, & primò de contritione.

Quæstio prima.

Articuli.



TRVM contritio sit dolor pro peccatis assumptus. Artic. 1.
Vtrum contritio sit actus virtutis. 2
Vtrum attritio possit fieri contritio. 3

De obiecto contritionis, in sex articulos. Quæstio 2.

Vtrum homo debeat conteri de pœnis, & non solùm de culpa. Artic. 1
Vtrum cõtritio esse debeat de originali. 2.
Vtrum de omni actuali peccato debeamus conteri. 3
Vtrum de peccatis futuris quis debeat conteri. 4
Vtrum homo debeat conteri de peccato alieno. 5
Vtrum de singulis mortalibus requiratur contritio. 6

De quantitate contritionis, in tres articulos. Quæstio 3

Vtrum contritio sit maior dolor qui esse possit in natura. Artic. 1
Vtrum possit esse nimis magnus contritionis dolor. 2
Vtrum debeat esse maior dolor de vno peccato, quàm de alio. 3

De tempore contritionis, in tres articulos. Quæstio 4

Vtrum tota hæc vita sit contritionis tempus. Artic. 1
Vtrum expediat contumiè de peccato dolere. 2
Vtrum etiam post hanc viram animę de peccatis conterantur. 3

De effectu contritionis, in tres articulos. Quæstio 5

Vtrum remissio peccati sit contritionis effectus. Artic. 1.
Vtrum contritio possit totaliter tollere reatum pœnæ. 2
Vtrum parua contritio sit sufficiès ad deletionem magnorum peccatorum. 3

De confessione, & eius necessitate, in sex articulos. Quæstio 6

Vtrum confessio sit necessaria ad salutem. Artic. 1
Vtrum confessio sit de iure naturali. 2
Vtrum omnes ad confessionem teneantur. 3
Vtrum aliquis possit confiteri peccatum quod non habet. 4
Vtrum statim teneantur confiteri. 5
Vtrum possit cum aliquo dispensari, quod non confiteatur. 6

De confessionis quidditate, in tres articulos. Quæstio 7

Vtrum Augustinus conuenienter definiat confessionẽ. Artic. 1
Vtrum confessio sit actus virtutis. 2
Vtrum confessio sit actus pœnitentiæ virtutis. 3

De ministro confessionis, in septem articulos. Quæstio 8

Vtrum sit necessarium confiteri sacerdoti. Artic. 1
Vtrum in aliquo casu liceat alij quàm sacerdoti confiteri. 2
Vtrum extra casum necessitatis possit aliquis non sacerdos cõfessionem venialium audire. 3
Vtrum sit necessarium quòd homo confiteatur proprio sacerdoti, 4
Vtrum aliquis possit alteri, quã proprio sacerdoti confiteri, ex priuilegio vel mandato superioris. 5
Vtrum pœnitens possit in fine vitæ à quolibet sacerdote absolui. 6
Vtrum pœna taxetur secundum quantitatem culpæ. 7

De qualitate confessionis, in quatuor articulos. Quæstio 9

Vtrum confessio possit esse informis. Artic. 1
Vtrum oporteat confessionem esse integram. 2
Vtrum quis possit per alium vel per scriptum confiteri. 3
Vtrum conditiones assignatæ requirantur ad confessionem. 4

De effectu confessionis, in quinq; articulos. Quæstio 10

Vtrum confessio liberet à morte peccati. Artic. 1
Vtrum confessio liberet aliquo modo à pœna. 2
Vtrum confessio aperiat Paradisum. 3
Vtrum confessio spem tribuat salutis. 4
Vtrum confessio generalis sufficiat ad delenda mortalia oblita. 5

De sigillo confessionis, in quinq; articulos. Quæstio 11

Vtrum in quolibet casu sacerdos teneatur celare peccata, quæ sub sigillo confessionis nouit. Artic. 1
Vtrum sigillũ confessionis se extendat ad alia quàm ad ea quæ sunt de confessione. 2
Vtrum solus sacerdos habeat sigillum confessionis. 3
Vtrum de licentia confitentis possit sacerdos dicere quæ habet in confessione. 4
Vtrum ille qui scit aliquid per cõfessionem, & per alium modum etiam possit reuelare illud. 5

De satisfactione, & eius quidditate, in tres articulos. Quæstio 12

Vtrum satisfactio sit virtus, vel actus virtutis. Artic. 1
Vtrum satisfactio sit actus iustitiæ. 2
Vtrum definitio satisfactionis in litera conuenienter ponatur. 3

De satisfactionis possibilitate, in duos articulos. Quæstio 13

Vtrum homo possit Deo satisfacere. Artic. 1
Vtrum vnus pro alio possit pœnam satisfactoriam explere. 2

De qualitate satisfactionis, in quinque articulos Quæstio 14

Vtrum homo possit de vno peccato satisfacere sine alio. Artic. 1
Vtrum quis extra charitatem existens possit satisfacere de peccatis antè contritis. 2
Vtrum valere possit satisfactio præcedens, postquàm charitatem habuerit. 3
Vtrum bona facta extra charitatem sint in aliquo meritoria. 4
Vtrum opera prædicta valeant ad mitigationem pœnarum infernalium. 5

De his per quæ fit satisfactio, in tres articulos. Quæstio 15

Vtrum oporteat fieri satisfactionem per opera pœnalia. Artic. 1
Vtrum flagella præsentis vitæ sint satisfactoria. 2
Vtrum conuenienter enumerentur opera satisfactoria. 3

De suscipientibus hoc sacramentum, in tres articulos. Quæstio 16

Vtrum pœnitentia possit esse innocentibus. Artic. 1
Vtrum sancti homines qui sunt in gloria habeant pœnitentiam. 2
Vtrum Angelus sit susceptiuus pœnitentiæ. 3

De potestate clauium, in tres articulos. Quæstio 17

Vtrum claues in ecclesia esse debeant Artic. 1
Vtrum clauis sit potestas ligandi, & soluendi. 2
Vtrum sint duæ claues vel vna tantùm. 3

De effectu clauium, in tres articulos. Quæstio 18

Vtrum potestas clauiũ se extendat ad remissionẽ culpæ. Artic. 1
Vtrum sacerdos possit remittere peccatum quo ad pœnam. 2
Vtrum sacerdos per potestatem clauium possit litigare. 3
Vtrum sacerdos secundum proprium arbitrium possit ligare, & soluere. 4

De ministris clauium, in sex articulos. Quæstio 19

Vtrum sacerdos legalis claues habuerit. Artic. 1
Vtrum Christus clauem habuerit. 2
Vtrum soli sacerdotes habeãt claues 3
Vtrum etiam sancti homines non sacerdotes claues habeant. 4
Vtrum mali sacerdotes vsum clauium habeant. 5
Vtrum hæretici, schismatici, & excommunicati vlum clauium habeant. 6

De his in quos vsus clauium exerceri potest, in tres articulos. Quæstio 20

Vtrum sacerdos possit vti claue, quam habet in quemlibet hominem. Artic. 1
Vtrum sacerdos possit semper suum subditum absoluere. 2
Vtrum

Vtrum aliquis vti posset clauibus in suum superiorem. 3

De excommunicatione. Quæstio 21.

Vtrum incompetens sit hæc definitio excommunicationis. 1
Vtrum ecclesia debeat aliquem excommunicare. 2
Vtrum aliquis pro temporali damno debeat excommunicari. 3
Vtrum excommunicatio iniustè lata habeat aliquem effectum. 4

De his qui possunt excommunicari. Quæstio 22.

Vtrum quilibet Sacerdos possit excommunicare. 1
Vtrum non Sacerdotes excommunicare possint. 2
Vtrum excommunicatus vel suspensus possit alium excõmunicare. 3
Vtrum aliquis possit seipsum vel æqualem, vel superiorem excommunicare. 4
An in aliquam vniuersitatem sententia excommunicationis ferri possit. 5
Vtrum ille qui semel est excommunicatus excommunicari possit vlterius. 6

De participatione cum excommunicatis. Quæstio 23.

Vtrum excommunicato liceat communicare in purè corporalibus. 1
Vtrum participans excommunicato sit excommunicatus. 2
Vtrum participare cum excommunicato in casibus non concessis semper sit peccatum mortale. 3

De absolutione ab excommuni catione. Quæstio 24.

Vtrum quilibet Sacerdos possit subditum suum ab excommunicatione absoluere. 1
Vtrum aliquis possit absolui inuitus. 2
Vtrum quis possit absolui ab vna excommunicatione nisi absoluatur ab omnibus. 3

De indulgentia secundum se. Quæstio 25.

Vtrum per indulgentiam possit aliquid remitti de pœna satisfactoria. 1
Vtrum indulgentiæ tantum valeant, quantum pronuntiantur. 2
Vtrum pro temporali subsidio fieri debeat indulgentia. 3

De his qui possunt indulgentias facere. Quæstio 26.

Vtrum Sacerdos parochialis possit indulgentias facere. 1
Vtrum Diaconus possit indulgentias facere. 2
Vtrum Episcopus possit indulgentias facere. 3
Vtrum ille qui est in peccato, possit indulgentias facere. 4

De his quibus valent indulgentiæ. Quæstio 27.

Vtrum indulgentiæ valeant existentibus in peccato mortali. 1
Vtrum indulgentiæ valeant Religiosis. 2
Vtrum ei, qui non facit id, pro quo indulgentia datur, possit quandoque indulgentia dari. 3
Vtrum indulgentia valeat ei qui facit. 4

De solenni ritu pœnitentiæ. Quæstio 28.

Vtrum aliqua pœnitentia debeat publicari vel solennisari. 1
Vtrum solennis pœnitentia iterari possit. 2
Vtrum pœnitentia solennis sit imponenda mulieribus. 3

De sacramento extremæ vnctionis. Quæstio 29.

Vtrum extrema vnctio sit sacramentum. 1
Vtrum extrema vnctio sit vnum sacramentum. 2
Vtrum hoc sacramentum fuerit à Christo institutum, 3
Vtrum oleum oliuæ sit conueniens materia huius sacramenti. 4
Vtrum oporteat oleum esse consecratum. 5
Vtrum oporteat materiam huius sacramenti esse consecratam per Episcopum. 6
Vtrum hoc sacramentum habeat aliquam formam. 7
Vtrum forma huius sacramenti debeat proferri per orationem indicatiuam & non deprecatiuam. 8
Vtrum producta oratio sit competens forma huius sacramenti. 9

De effectu huius sacramenti. Quæstio 30.

Vtrum extrema vnctio valeat ad remissionem omnium peccatorum. 1
Vtrum sanitas corporalis sit effectus huius sacramenti. 2
Vtrum hoc sacramentum imprimat characterem. 3

De ministro huius sacramenti. Quæstio 31.

Vtrum laicus possit hoc sacramentum conferre. 1
Vtrum Diaconi possint hoc sacramentum conferre. 2
Vtrum solus Episcopus possit hoc sacramentum conferre. 3

Quibus hoc sacramentum conferri debet, & in qua parte. Quæstio 32.

Vtrum hoc sacramentum sanis conferri possit. 1
Vtrum hoc sacramentum debeat dari in qualibet infirmitate. 2
Vtrum hoc sacramentum dari debeat furiosis. 3
Vtrum hoc sacramentum dari debeat pueris. 4
Vtrum in hoc sacramento totum corpus debeat iungi. 5
Vtrum conuenienter determinentur istæ partes vngendæ. 6
Vtrum miselari debeant iungi illis vnctionibus. 7

De iteratione huius sacramenti. Quæstio 33.

Vtrum hoc sacramentum debeat iterari. 1
Vtrum in eadem infirmitate debeat iterari. 2

De sacramento ordinis quo ad eius essentiam, & eius partes. Quæstio 34.

Vtrum ordo in ecclesia esse debeat. 1
Vtrum conuenienter ordo definiatur. 2
Vtrum ordo sit sacramentum. 3
Vtrum forma huius sacramenti conuenienter exprimatur. 4
Vtrum hoc sacramentum habeat materiam. 5

De effectu huius sacramenti. Quæstio 35.

Vtrum in sacramento ordinis conferatur gratia gratum faciens. 1
Vtrum in sacramento ordinis character imprimatur quantum ad omnes ordines, 2
Vtrum character ordinis præsupponat characterem baptismalem. 3
Vtrum character ordinis præsupponat characterem confirmationis. 4
Vtrum character vnius ordinis de necessitate præsupponat characterem alterius ordinis. 5

De qualitate suscipientium. Quæstio 36.

Vtrum in suscipientibus ordinem requiratur bonitas vitæ. 1
Vtrum requiratur scientia totius sacræ scripturæ. 2
Vtrum pro merito vitæ aliquis gradus ordinis consequatur. 3
Vtrum promouens ad ordines indignos peccet. 4
Vtrum quis in peccato existens possit sine peccato ordine suscepto vti. 5

De distinctione ordinum. Quæstio 37.

Vtrum debeant plures ordines distingui. 1
Vtrum sint septem ordines. 2
Vtrum ordines debeant distingui per sacros & non sacros. 3
Vtrum actus ordinum conuenienter assignentur. 4
Vtrum sacerdoti character imprimatur in ipsa calicis porrectione. 5

De conferentibus hoc sacramentum. Quæstio 38.

Vtrum tantum episcopus ordinis sacramentum conferat. 1
Vtrum hæretici, & ab ecclesia præcisi possint ordines conferre. 2

De impedimentis huius sacramenti. Quæstio 39.

Vtrum sexus fœmineus ordinis suscepcionem impediat. 1
Vtrum pueri carentes vsu rationis ordines possint suscipere. 2
Vtrum seruitus impediat aliquem à susceptione ordinis. 3
Vtrum propter homicidium aliquis debeat ab ordinibus prohiberi. 4
Vtrum illegitimè nati debeant ab ordinibus suscipiendis impediri. 5
Vtrum propter defectum membrorum debeat aliquis impediri. 6

De his quæ annexa sunt sacramento ordinis. Quæstio 40.

Vtrum ordinati debeant tonsuram deferre. 1
Vtrum corona sit ordo. 2
Vtrum per receptionem coronæ renuntietur temporalibus bonis. 3
Vtrum supra Sacerdotalem ordinem debeat esse potestas Episcopalis. 4
Vtrum Episcopatus sit ordo. 5
Vtrum super Episcopos possit esse aliquis superior in Ecclesia. 6
Vtrum vestes ministrorum conuenienter sint institutæ. 7

De sacramento matrimonij quod est in officium naturæ. Quæstio 41.

Vtrum matrimonium sit de iure naturali. 1
Vtrum matrimonium cadat sub præcepto. 2
Vtrum actus matrimonij sit licitus. 3
Vtrum actus matrimonij sit meritorius. 4

De matrimonio inquantum est sacramentum. Quæstio 42.

Vtrum matrimonium sit sacramentum. 1
Vtrum matrimonium debuerit institui ante peccatum. 2
Vtrum matrimonium conferat gratiam. 3
Vtrum carnalis commixtio sit de integritate matrimonij. 4

De matrimonio quantum ad sponsalia. Quæstio 43.

Vtrum sponsalia sint futurarum nuptiarum promissio. 1
Vtrum tempus septennij sit legitimè assignatum sponsalibus contrahendis. 2
Vtrum sponsalia dirimi possint altero religionem intrante. 3

De matrimonij definitione. Quæstio 44.

Vtrum matrimonium sit in genere coniunctionis. 1
Vtrum matrimonium congruè nominetur. 2
Vtrum matrimonium conuenienter definiatur. 3

De consensu matrimonij. Quæstio 45.

Vtrum consensus sit causa efficiens matrimonij. 1
Vtrum oporteat consensum per verba de præsenti exprimi. 2
Vtrum consensus expressus per verba de futuro faciat matrimonium. 3
Vtrum consensus expressio per verba, si desit interior consensus faciat

Universidad de Deusto
Biblioteca

faciat matrimonium 4
Vtrum consensus in occulto per verba de præsenti faciat matrimonium. 5

De consensu cui aduenit iuramentum vel copula carnalis.
Quæstio 46.

Vtrum iuramentum adiunctũ consensui per verba de futuro expresse faciat matrimonium. 1
Vtrum carnalis copula post verba de futuro consensum exprimentia faciat matrimonium. 2

De consensu coacto.
Quæstio 47.

Vtrum aliquis consensus possit esse coactus. 1
Vtrum aliqua coactio cadat in constantem virum. 2
Vtrum consensus coactus collat matrimonium. 3
Vtrũ consensus coactus ex parte cogentis faciat matrimonium. 4
Vtrum per consensum conditionatum fiat matrimonium. 5
Vtrum aliquis præcepto patris possit compelli ad matrimonium contrahendum. 6

De obiecto consensus.
Quæstio 48.

Vtrum consensus qui facit matrimonium sit consensus in carnalem copulam. 1
Vtrum matrimonium possit esse ex consensu alicuius in aliquam propter causam inhonestam. 2

De bonis matrimonij.
Quæstio 49.

Vtrum haberi debeant aliqua bona ad excusandum matrimonium. 1
Vtrum bona matrimonij sufficienter assignentur. 2
Vtrum Sacramentum sit principalius inter bona matrimonij. 3
Vtrum actus matrimonij excuserur per bona prædicta. 4
Vtrum actus matrimonialis excusari possit sine bonis matrimonij. 5
Vtrum cognoscens vxorem nõ intendens aliquod bonum matrimonij sed solam delectationem, mortaliter peccet. 6

De impedimentis matrimonij in generali.
Quæstio 50.

Vtrum in matrimonio inconuenienter impedimenta assignentur. 1

De impedimento erroris.
Quæstio 51.

Vtrum error conuenienter ponatur impedimentum matrimonij. 1
Vtrum omnis error matrimonium impediat. 2

De impedimento conditionis seruitutis.
Quæstio 51.

Vtrum conditio seruitutis impediat matrimonium. 1
Vtrum seruus possit contrahere matrimonium sine consensu domini. 2
Vtrum seruitus in matrimonio possit superuenire. 3
Vtrum filij debeant sequi conditionem patris. 4

De impedimento voti & ordinis.
Quæstio 52.

Vtrum per obligationem voti simplicis matrimonium contractum dirimi debeat. 1
Vtrum votum solenne dirimat matrimonium iam contractum. 2
Vtrum ordo impediat matrimonium. 3
Vtrum ordo sacer matrimonio possit superuenire. 4

De impedimento consanguinitatis.
Quæstio 54.

Vtrum definitio consanguinitatis sit competens. 1
Vtrum conuenienter consanguinitas designetur per gradus vel lineas. 2
Vtrum consanguinitas de iure naturali impediat matrimonium. 3
Vtrum consanguinitatis gradus matrimonium impedientes potuerunt taxari ab ecclesia. 4

De impedimento affinitatis.
Quæstio 55.

Vtrum ex matrimoniis consanguinei affinitas causetur. 1
Vtrum affinitas maneat post mortem viri vel vxoris. 2
Vtrum illicitus concubitus affinitatem causet. 3
Vtrum ex sponsalibus affinitas causetur. 4
Vtrum affinitas sit causa affinitatis. 5
Vtrum affinitas matrimonium impediat. 6
Vtrum affinitas habeat per se gradus. 7
Vtrum gradus affinitatis extendantur sicut gradus consanguinitatis. 8
Vtrum coniugium contractum inter affines vel consanguineos semper sit dirimendum. 9
Vtrum ad separationem matrimonij contracti inter affines & consanguineos sit procedendum per viam accusationis. 10
Vtrum ad separationem matrimonij contracti inter affines & consanguineos procedi debeat per testes. 11

De impedimento cognationis spiritualis.
Quæstio 56.

Vtrum spiritualis cognatio impediat matrimonium. 1
Vtrum per solum baptismum spiritualis propinquitas contrahatur. 2
Vtrum cognatio spiritualis contrahatur inter suscipientẽ sacramentum baptismi & leuantem de sacro fonte. 3
Vtrum cognatio spiritualis transeat à viro in vxorem. 4
Vtrum cognatio spiritualis transeat ad filios carnales patris spiritualis. 5

De cognatione legali quæ est per adoptionem.
Quæstio 57.

Vtrum adoptio conuenienter definiatur. 1
Vtrum ex adoptione contrahatur aliquod vinculum impediens matrimonium. 2
Vtrum cognatio legalis contrahatur solùm inter adoptantem patrem & filium adoptatum. 3

De impedimento frigiditatis, maleficij, furiæ & amentiæ.
Quæstio 58.

Vtrum frigiditas matrimonium impediat. 1
Vtrum maleficium possit impedire matrimonium. 2
Vtrum furia impediat matrimonium. 3
Vtrum incestus quo cognoscit quis sororẽ vxoris suæ matrimonium dirimat. 4
Vtrum defectus ætatis impediat matrimonium. 5

De disparitate cultus, quæ matrimonium impediat. Quæstio 59.

Vtrum fidelis possit contrahere cum infideli. 1
Vtrum inter infideles possit esse matrimonium. 2
Vtrum coniunx conuersus ad fidem possit commanere cum vxore nolente conuerti. 3
Vtrum fidelis conuersus possit vxorem infidelem dimittere cohabitare sine contumelia creatoris. 4
Vtrum fidelis discedens ab vxore infideli possit aliam ducere. 5
Vtrum alia vitia soluant matrimonium. 6

De vxoricidio. Quæstio 60.

Vtrum liceat vxorem interficere inuentam in actu adulterij. 1
Vtrum vxoricidium impediat matrimonium. 2

De impedimento matrimonij quod est votum solenne. Quæstio 61.

Vtrum alter coniugum altero inuito post carnalem copulam possit religionem intrare. 1
Vtrum alter coniugum possit altero inuito ante carnalem copulam religionem intrare. 2
Vtrum mulier possit nubere alteri viro ante carnalem copulam, viro suo religionem intrante 3

De impedimento quod superuenit matrimonio consummato, quod est fornicatio.
Quæstio 62.

Vtrum propter fornicationem liceat viro vxorem dimittere. 1
Vtrum vir teneatur ex præcepto vxorem fornicantem dimittere. 2
Vtrum vir proprio iudicio possit vxorem fornicantem dimittere. 3
Vtrum vir & vxor in causa diuortij possint ad paria iudicari. 4
Vtrum post diuortium vir alteri nubere possit. 5
Vtrum post diuortium vir & vxor possint reconciliari. 6

De secundis nuptiis. Quæstio 63.

Vtrum secundæ nuptiæ sint licitæ. 1
Vtrum secundum matrimonium sit sacramentum. 2

De annexis matrimonio & debiti redditione.
Quæstio 64.

Vtrum alter coniugum teneatur alteri ad redditionem debiti. 1
Vtrum vir teneatur reddere debitum vxori non petenti 2
Vtrum vir & mulier sint in actu matrimoniali æquales. 3
Vtrum vir & vxor possint emittere votum cõtra debitum matrimonij sine mutuo consensu. 4
Vtrum in diebus sacris impediatur petitio debiti. 5
Vtrum petens debitum in tempore sacro mortaliter peccet. 6
Vtrum vnus cõiunx teneatur alteri debitum reddere in tempore festiuo. 7

De bigamia. Quæstio 65.

Vtrum habere plures vxores sit contra legem naturæ. 1
Vtrum aliquando licitum fuerit habere plures vxores. 2
Vtrum habere concubinam sit contra legem naturæ. 3
Vtrum accedere ad concubinam sit peccatum mortale. 4
Vtrum aliquando licitum fuerit concubinam habere. 5

De bigamia & irregularitate ex ea contracta.
Quæstio 66.

Vtrum bigamiæ irregularitas sit annexa. 1
Vtrum irregularitas sit annexa bigamiæ quæ contingit ex hoc quod homo habet duas vxores, vnam de iure & alteram de facto. 2

Vtrum

Vtrum cõtrahatur irregularitas ex hoc quod aliquis duxit vxorem non virginem. 3
Vtrum bigamia soluatur per baptismum. 4
Vtrum cum bigamo liceat dispensare. 5

De libello repudij. Quæst. 67

Vtrum inseparabilitas vxoris sit de lege naturæ. 1
Vtrum potuerit esse licitum per dispensationem vxorem dimittere. 2
Vtrum sub lege Moysi licitum fuerit vxorem dimittere. 3
Vtrum liceat vxori repudiatæ alium virum habere. 4
Vtrum liceat viro repudiatam à se accipere. 5
Vtrum causa repudij sit odium vxoris. 6
Vtrum causæ repudij debebant in libello scribi. 7

De filijs illegitimè natis.
Quæst. 68

Vtrum filij qui nascuntur extra verum matrimonium sint legitimi. 1
Vtrum filij illegitimi debeant aliquod damnum reportare. 2
Vtrum filius illegitimus posset legitimari. 3

De his quæ expectant ad resurrectionem & primò de loco animarum post mortem.
Quæstio 69

Vtrum assignentur receptacula animabus post mortem. 1
Vtrum statim post mortem animæ deducantur ad cœlum, vel ad infernum. 2
Vtrum animæ existentes in Paradiso, vel inferno, egredi valeant. 3
Vtrum limbus inferni sit idem quod sinus Abrahę. 4
Vtrum limbus idem sit quod infernus damnatorum. 5
Vtrum limbus puerorum sit idem, quod limbus patrum. 6
Vtrum debeant tot receptacula distingui 7

De qualitate animæ exeuntis à corpore, & pœna ei inflicta ab igne corporeo.
Quæstio 70

Vtrum in anima separata remaneant potentiæ sensitiuæ. 1
Vtrum in anima separata remaneãt actus sensitiuarũ potentiarũ. 2
Vtrum anima separata pati possit ab igne corporeo. 3

De suffragijs mortuorum. Quæst. 71

Vtrum suffragia per vnum facta, alijs prodesse possint. 1
Vtrum mortui possint iuuari ex operibus viuorum. 2
Vtrũ suffragia facta per peccatores, mortuis prosint. 3
Vtrũ suffragia quæ à viuo pro mortuo fiunt, facientibus prosint. 4
Vtrum suffragia prosint existentibus in inferno. 5
Vtrum suffragia prosint existentibus in purgatorio. 6
Vtrum suffragia valeant pueris in limbo existentibus. 7
Vtrum suffragia prosint sanctis existentibus in patria. 8
Vtrum orationes Ecclesiæ, sacrificium altaris, & eleemosynæ prosint defunctis. 9
Vtrum indulgentiæ Ecclesiæ prosint mortuis. 10
Vtrum cultus exequiarum defuncto prosint. 11
Vtrum suffragia quæ fiunt pro vno defuncto, magis illi prosint pro quo fiunt, quam alijs. 12
An suffragia facta pro multis tantundem valeant singulis, ac si specialiter pro vnoquoque fierent. 13
Vtrum tantùm valeant suffragia communia illis, pro quibus specialia non fiunt, quantum illis pro quibus fiunt specialia & communia simul. 14

De oratione respectu sanctorum quæ sunt in patria.
Quæstio 72

Vtrum sancti orationes nostras cognoscant. 1
Vtrum debeamus sanctos interpellare ad orandum pro nobis 2
Vtrum orationes sanctorum ad Deum pro nobis effusæ semper exaudiantur. 3

De signis quæ iudicium præcedent. Quæst. 73

Vtrum aliqua signa præcedent aduentum Domini ad iudicium. 1
Vtrum Sol & Luna obscurabuntur circa iudicium. 2
Vtrum virtutes cœlorum Domino veniente commouebantur. 3

De igne vltimæ conflagrationis. Quæst. 74

Vtrum mundi purgatio sit futura 1
Vtrum mundi purgatio sit futura per ignem. 2
Vtrum ignis, quo mũdus purgabitur sit eiusdem speciei cum igne elementari. 3
Vtrum ignis ille purgabit etiam cœlos superiores. 4
Vtrum ignis ille alia elementa consumet. 5
Vtrum omnia elementa per illum ignem purgabuntur. 6
Vtrum ignis vltimæ conflagrationis iudicium debeat sequi. 7
Vtrum ille ignis habiturus sit talem effectum in hominibus qualis designatur. 8
Vtrum ille ignis inuolet reprobos. 9

De resurrectione. Quæst. 75

Vtrum corporum resurrectio sit futura. 1
Vtrum resurrectio erit omnium generaliter. 2
Vtrum resurrectio sit naturalis. 3

De causa resurrectionis. Quæst. 76

Vtrum Christi resurrectio sit causa nostræ resurrectionis. 1
Vtrum vox tubæ sit causa nostræ resurrectionis. 2
Vtrum ad resurrectionem angeli operentur. 3

De tempore & modo resurrectionis.
Quæstio 67

Vtrum tẽpus nostræ resurrectionis differri debeat vsque ad finem mundi. 1
Vtrum tempus resurrectionis nostræ sit occultum. 2
Vtrum resurrectio futura sit in noctis tempore. 3
Vtrum resurrectio futura sit subitò vel successiuè. 4

De termino resurrectionis.
Quæstio 78

Vtrum mors erit terminus à quo resurrectionis in omnibus. 1
Vtrum resurrectio omnium erit à cineribus. 2
Vtrũ pulueres illi, ex quibus humanũ corpus reparabitur, aliquã habeant inclinationem naturalem ad animam quæ eis coniungetur. 3

De conditionibus resurgentium, & primò de eorum identitate. Quæst. 79

Vtrum in resurrectione anima idem corpus numero resumat. 1
Vtrum sit idem numero homo qui resurget. 2
Vtrum pulueres humani corporis ad eam partẽ corporis quę cum eis dissoluta est, per resurrectionem redire oporteat. 3

De integritate corporum resurgentium.
Quæstio 80

Vtrum omnia membra humani corporis resurgant. 1
Vtrum capilli & vngues resurgent in humano corpore. 2
Vtrum humores in corpore resurgent. 3
Vtrum totum quod fuit in corpore de veritate humanę naturę resurget in ipso. 4
Vtrum quicquid fuit materialiter in membris hominis totum resurget. 5

De qualitate resurgentium. Quæst. 81

Vtrum omnes resurgent in eadem ætate. 1
Vtrum omnes resurgent eiusdem staturæ. 2
Vtrum omnes resurgent in sexu virili. 3
Vtrum omnes resurgent in vita animali. 4

De conditionibus beatorum resurgentium.
Quæstio 82

Vtrum corpora sanctorum post resurrectionem sint impassibilia. 1
Vtrum impassibilitas in omnibus erit æqualis. 2
Vtrum impassibilitas sensum in actu à corporibus glorioſis excludat. 3
Vtrum in beatis post resurrectionem sint omnes sensus in actu. 4

De subtilitate corporum beatorum.
Quæstio 83

Vtrum subtilitas sit proprietas corporis glorioſi. 1
Vtrum ratione huius subtilitatis comparat corpori glorioſo esse in eodem loco cum alio non glorioſo. 2
Vtrum per miraculum fieri possit quòd duo corpora sint in eodem loco. 3
Vtrum vnum corpus glorioſum possit esse cum alio glorioſo in eodem loco. 4
Vtrum ex sua subtilitate remoueatur à corpore glorioſo necessitas existendi in æquali loco 5
Vtrum corpus glorioſum ratione suæ subtilitatis sit impalpabile. 6

De agilitate corporum beatorum.
Quæstio 84

Vtrum corpora glorioſa sint futura agibilia. 1
Vtrum sancti agilitate sua nõnunquam vtantur ita quòd moueantur. 2
Vtrum sancti moueantur in instanti 3

De claritate corporum beatorum.
Quæstio 85

Vtrum corporibus glorioſis claritas conueniat. 1
Vtrũ claritas corporis glorioſi possit videri à nõ glorioſo oculo. 2
Vtrum corpus glorioſum necessariò videatur à corpore non glorioſo. 3

De conditionibus corporum damnatorum resurgentium. Quæstio 86

Vtrum corpora damnatorum cum suis deformitatibus resurgẽt. 1
Vtrum corpora damnatorum erunt corruptibilia. 2
Vtrum corpora damnatorum sint futura impassibilia. 3

De cognitione quam habebunt resuscitati in iudicio respectu meritorum, & demeritorum Quæst. 87

Vtrum post resurrectionẽ quilibet cognoscat peccata quæ fecit. 1
Vtrum quilibet possit legere omnia quæ sunt in conscientia alterius. 2
Vtrum omnia merita vel demerita propria vel aliena vno intuitu ab aliquo videantur. 3

De iudicio generarali, tempore & loco in quo fiet. Quæst. 98

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vtrum generale iudicium sit futurum. 1
Vtrum iudicium fiet per locutionem vocalem. 2
Vtrum tempus futuri iudicij sit ignotum. 3
Vtrum iudicium fiet in valle Iosaphat. 4

De iudicantibus & iudicatis in iudicio generali.
Quæstio 88

Vtrum aliqui homines iudicabunt cum Christo. 1
Vtrum iudiciaria potestas correspondeat voluntariæ paupertati. 2
Vtrum angeli debeant iudicare. 3
Vtrum dæmones exequetur sententiam iudicis in damnatos. 4
Vtrum omnes homines in iudicio compareant. 5
Vtrum boni in iudicio iudicentur. 6
Vtrum mali iudicabuntur. 7
Vtrum angeli in futuro iudicentur. 8

De forma iudicis venientis ad iudicium.
Quæstio 90

Vtrum Christus in forma humanitatis sit iudicaturus. 1
Vtrum Christus in iudicio apparebit in forma humanitatis gloriosa. 2
Vtrum diuinitas à malis sine gaudio videri possit. 3

De qualitate mundi, & resurgentium post iudicium. Quæstio 91

Vtrum mundus innouabitur. 1
Vtrum motus corporum cœlestium cessabit. 2
Vtrum in corporibus cœlestibus claritas augeatur in illa innouatione. 3
Vtrum elementa innouabuntur per receptionem alicuius claritatis. 4
Vtrum plantæ, & animalia remaneant in illa innouatione. 5

De visione diuinæ essentiæ per comparationem ad beatos. Quæstio 92

Vtrum intellectus humanus possit peruenire ad videndum Deum per essentiam. 1
Vtrum sancti post resurrectionem Deum oculis corporalibus videbunt. 2
Vtrum sancti Deum videntes, omnia videant quæ Deus videt. 3

De sanctorum beatitudine, & eorum mansionibus. Quæstio 93

An beatitudo sanctorum sit maior futura post iudicium quàm ante. 1
Vtrum beatitudinis gradus mansiones dici debeant. 2
Vtrum diuersæ mansiones distinguantur penes diuersos gradus charitatis. 3

De modo quo sanctis se habebunt erga damnatos. Quæstio 94

Vtrum beati qui erunt in patria, videbunt pœnas damnatorum. 1
Vtrum beati compatiantur miseriis damnatorum. 2
Vtrum beati lætentur de pœnis impiorum. 3

De dotibus beatorum. Quæstio 95

Vtrum ponendæ sint aliquæ dotes in hominibus beatis. 1
Vtrum dos sit idem quod beatitudo. 2
Vtrum competat Christo habere dotes. 3
Vtrum angeli habeant dotes. 4
Vtrum conuenienter ponantur tres animæ dotes. 5

De aureolis. Quæstio 96

Vtrũ aureola sit aliud à præmio essentiali, quod aurea dicitur. 1
Vtrum aureola differat à fructu. 2
Vtrum fructus debeatur soli virtuti continentiæ. 3
Vtrum conuenienter assignentur tres fructus tribus continentiæ partibus. 4
Vtrum aureola debeatur ratione virginitatis. 5
Vtrum martyribus aureola debeatur. 6
Vtrum doctoribus aureola debeatur. 7
Vtrum Christo aureola debeatur. 8
Vtrum angelis aureola debeatur. 9
Vtrum aureola etiam corpori debeatur. 10
Vtrum conuenienter assignentur tres aureolæ, virginum, martyrum, & prædicatorum. 11
Vtrum aureola virginum sit potissima inter alias. 12
Vtrum vnus alio aureolam excellentius habeat. 13

De pœna damnatorum. Quæstio 97

Vtrum damnati in inferno sola pœna ignis affligantur. 1
Vtrum vermis damnatorum sit corporalis. 2
Vtrum fletus qui erit in damnatis sit corporalis. 3
Vtrum damnati sint in tenebris corporalibus. 4
Vtrum ignis inferni sit corporalis. 5
Vtrum ignis inferni sit eiusdem speciei cum igne nostro. 6
Vtrum ignis inferni sit sub terra. 7

De voluntate & intellectu damnatorum.
Quæstio 98

Vtrum omnis voluntas damnatorum sit mala 1
Vtrum damnati pœniteant de malo quod fecerunt. 2
Vtrum damnati recta ratione vellent non esse. 3
Vtrum damnati vellent esse in inferno alios damnatos. 4
Vtrum damnati odio habeant Deum. 5
Vtrum damnati demereantur. 6
Vtrum damnati possint vti notitia quam in hoc mundo habuerunt. 7
Vtrum damnati aliquando cogitabunt de Deo. 8
Vtrum damnati gloriam beatorum videant. 9

De misericordia Dei respectu damnatorum.
Quæstio 99

Vtrum ex diuina iustitia inferatur pœna æterna peccatori. 1
Vtrum per diuinam misericordiam omnis pœna terminetur, tam hominum, quàm dæmonum. 2
Vtrum diuina misericordia patiatur homines in æternũ puniri. 3
Vtrum pœna Christianorum damnatorum per diuinam misericordiam terminetur. 4
Vtrum omnes illi qui operantur misericordiæ opera punientur æternaliter. 5

Finis indicis Quæstionum & Articulorum, de quibus agitur in Diui Thomæ Additionibus ad Tertiam eius Partem.

TERTIAE PARTIS SVMMAE D. THOMAE AQVINATIS OMNIVM MEMORABILIVM, QVAE HABENTVR IN TEXTV COPIOSISSIMVS INDEX.

ABBAS baculo, canonicus libro, episcopus annulo inuestiuntur. q. 62. 1. c. pag. 279
Abel Abrahę & Melchisedech sacrificio cõparatur eucharistia in missa. q. 83. 4. 5. pag. 401
Ablutio manuũ in missa fit ad decẽtiam & ad significandã emũdationem etiam à minimis peccatis. q. 83. 5. 1. pag. 402
Ablutio pedũ veteris testamẽti in nouo testamẽto prætermittitur: & retinetur lotio manuum. q. 83. 5. 1. pag. ead.
Abrahã primus inter antiquos promissionẽ accepit de Christo nasciturο, & primus se à societate infidelium segregauit. q. 70. 2. c. p. 329
Abrahę & Dauidis Christus specialiter dicitur filius. q. 31. 2. 0. p. 159
Abrahę descẽdẽtes decimati sunt in eo prẽter Christũ. q. 31. 0. p. 163
Abrahæ, ver. Abel. Dauid
Absolutio vniuersalis à culpa & à pœna fit in perceptione baptismi & in martyrio. q. 68. 2. 1. pag. 317
Absolutio in publico facta, vt in missa, prima, & cõpletorio nõ est sacramentalis. q. 84. 3. 1. pag. 424
Absolutio sacerdotis instrumẽtaliter remittit culpã. q. 84. 3. 3. p. 424
Absolutionis sacramentalis forma debet fieri per verbum indicatiuum. q. 84. 3. 0. pag. 124
Absolutionis sacramentalis forma differt à forma baptismi & confirmationis: & est illa: ego te absoluo. q. 84. 3. 0. pag. 124
Abstractio circunscriptiua per intellectum à Deo viso sicuti est: est impossibilis. q. 3. 3. c. pag. 29
Abstractio scientiæ ex corporalibus, in statu innocentiæ non fuisset. q. 61. 2. c. pag. 277
Abstractio quantitatis mathematicæ nõ fit à materia intelligibili, sed à materia sensibili. q. 77. 2. 4. pag. 368
Abstractum & concretum in diuinis sunt idem realiter. & differũt secundum rationem. q. 17. 1. c. pag. 110
Accessus est prior recessu in ordine causæ agentis & finalis: sed est posterior tempore & ex parte subiecti. q. 85. 6. 2. pag. 408
Accidens nõ est ens, sed entis: & est nobilius suo subiecto secũdum quid est, simpliciter autem est ecouerso. q. 11. 3. 3. pag. 82
Accidens potest esse sine subiecto virtute Dei. q. 75. 3. 0. pag. 356. & q. 77. 1. 0. pag. 367
Accidens non potest transire de subiecto in subiectũ. q. 62. 3. 2. pag. 281. & q. 77. 1. c. pag. 367
Accidẽs nõ põt esse subiectũ accidẽtis, sed substantia. q. 77. 2. 1. p. 368
Accidentia panis & vini sunt in sacramento altaris virtute Dei & ibi manent. q. 75. 5. 0. & q. 76. 1. 3. pa. 356
Accidentis ista habent quãtitatẽ pro subiecto. q. 77. 2. 0. pag. 368
Accidẽtia ista non sunt subiectiue in aëre. q. 77. 1. c. pag. 367
Accidẽtia ista habent modum essendi, agendi, & patiendi subiectiue: ideo sine forma substantiali virtute diuina possunt agere & pati quicquid poterat substantia præexistens. quæst. 77. 3. 4. 5. 9. 78. 0. pag. 366.
Accidentia ista immutant corpora exteriora: & possunt agere ad formam substantialem q. 77. 3. 0. pag. 368
Accidentia ista nutriunt. q. 77. 6. 0. pag. 371
Accidentia panis consecrati possunt frangi. nec tamẽ Christus frãgitur. q. 77. 7. 0. pag. 320
Accidentia vini consecrati possunt misceri cum alijs liquoribus. q. 77. 8. 0. pag. 372
Accidentia ista corrumpi possunt sicut & ante consecrationẽ dupliciter: scilicet per se & per accidens. q. 77. 4. 0. pag. 369
Accidentia ista sunt cõposita ex esse & quod est. q. 77. 1. 4. pag. 368
Accidentis propria definitio nõ est ens in subiecto: sed est res cuius essentiæ competit habere esse in subiecto. 77. 1. 2. pag 36
Accidentium sacramenti altaris operationes, quędam sunt naturales & quædam miraculosæ. q. 75. 6. 3. pag. 357
Accidẽtiũ istorũ quomodo ex eis possit aliquid generari & quod necesse est ex eis generari aliquid cũ corrũpitur. q. 77. 5. 0. p. 370
Accidentium istorum fractio tria significat. q. 85. 5. 7. 8. pag. 402
Accidentium istorum corruptio non est miraculosa, sed miraculũ præsupponit. q. 79. 4. 3. pag. 370
Accidẽtium istorum immutatio nõ facit ibi desinere corpus Christi: nisi qua corrumperetur substantia panis & vini si adesset. q. 76. 6. 0. pag. 369 & q. 77. 4. 0. pag. 362
Accidentialiter cõuenit alicui quicquid aduenit ei post eius esse cõpletũ nisi trahatur in cõmunionẽ illius esse cõpleti. q. 2. 6. 2. p. 20
Acetum & vinum differunt specie. q. 74. 5. 2. pag 346
Acetũ non potest naturaliter mutari in vinum. q. 74. 5. 2. pag. 346
Actio Dei est sua essentia. q. 9. 1. 1. pag. 69
Actio formæ substantialis vel accidentalis dependet à Deo q. 77. 3. 2. pag. 368
Actio primi principij proprie dicitur operatio: non autẽ actiones secundorum, sed dicuntur operata. q. 19. 1. c. pag. 119
Actio instrumenti duplex, scilicet secundum propriam formam, & vt mouetur à principali agẽte. q. 19. 1. c. pag. 119. & q. 62. 1. 2. p. 280
Actio primalest alia ab actione principalis agentis, secunda verò est eadem q. 19. 1. c. 2. & 2. c. pag. 120
Actio speciem habet à forma agentis. q. 19. 1. 3. pag. ead.
Actio non attribuitur instrumento propriè, sed principali agenti. q. 13. 3. c. pag. 88. & q. 15. 0. 1. pag. 98
Actio attribuitur instrumẽto sicut immediatè agenti, sed principali agẽti sicut in cuius virtute agit instrumentũ. q. 66. 5. 1. pa. 304
Actio principalis agentis & instrumenti: non potest esse eadem numero essentialiter. q. 19. 1. c. pag. 119.
Actio est per aliquam formam. q. 19. 1. 3. pag. 120
Actio eadem ex diuersa intentione facta, potest esse bona & mala. quæst. 82. 5. 3. pag. 398
Actio qualitatis quæ est ad formam substantialem, non fit nisi in virtute formæ substantialis, nec ipsa forma est principium actionis nisi mediante qualitate. q. 77. 3. 3. pag. 369
Actus dupliciter est alicuius potentiæ, scilicet elicitiuæ, & imperatiuæ. q. 85. 2. 1. pag. 407
Actus dicitur humanus à voluntate: seu à ratione deliberata. q. 19. 2. 0. pag. 221
Actus diuersi quorum vnus est ratio alterius, non diuersificant habitum. q. 8. 5. 2. pag. 66
Actus sunt suppositorum, propositio ista deficit in speciebus sacramenti altaris. q. 77. 3. c. pag 379
Adam in statu innocentiæ indigebat gratia. q. 61. 2. 1. pag. 277
Adam non poterat se transferre in aliam formam. q. 13. 3. 2. pag. 88
Adam habuit aliquid carnis, & ossis quod non pertinebat ad naturam personalem ipsius: & de ea formata est mulier. quæst. 31. 5. 2. pag. 162
Adæ peccatum fuit superbia. quæst. 1. 5. c. pag. 8
Adæ peccatum ad alios per carnis propagationem deriuatur. q. 19. 4. 1. pagin. 133
Adæ peccatum originale quod est peccatum naturale deriuatum est ad posteros à peccato actuali ipsius, quod est peccatum personale. quæst. 8. 5. 1. pag. 66
Adæ peccatum originale fuit in eo dupliciter, scilicet per modum actualis peccati: & per modũ peccati quasi naturalis. q. 8. 5. 1. p. 66
Admiratio est de aliquo nouo & insolito. quæst. 15. 8. c. pag. 97
Admiratio fuit in Christo. quæst. 15. 8. 0. pag. 97
Adoptatio Dei facit adoptatum esse idoneum: sed adoptatio hominis præsupponit idoneum. q. 23. 1. c. pag. 131
Adoptatio conuenit tantùm personæ. q. 23. 4. 1. pag. 140
Adoptio filiorum Dei est per conformationem imaginis naturalem. q. 3. 5. 2. pag. 31. & q. 45. 4. c. pag. 216
Adoptio. ver. Assimulatio. Frater.
Adoptare cõuenit toti trinitati: licèt possit appropriari patri. q. 23. 2. 0. pag. 132
Adoptare homines conuenit Deo. q. 23. 1. 0. pag. 131
Adoptare est admittere ex gratia ad participandum hæreditatem. quæst. 23. 1. c. pag. 131
Adoptari conuenit soli creaturæ rationali: non omni, sed solũ habenti charitatem. q. 23. 3. 0. pag. 133
Adoptari conuenit etiam Angelis: sed non primò. q. 23. 3. 2. pag. 133
Adoptiuus. ver. Christus.
Adoratio imaginũ Christi tradita est ab Apostolis, & Lucas dicitur depinxisse imaginẽ Christi quæ Romæ habetur. q. 25. 3. 4. pa. 139
Adoranda est mater Christi hiperdulia: nõ autẽ latria. q. 25. 5. pa. 140
Adorandæ sunt reliquiæ sanctorum dulia tantùm. q. 25. 6. 0. pa. 141
Adorare imagines Christi licet nũc non autẽ in veteri testamẽto licuit facere quamcũque sculpturam adorandam. q. 25. 3. 2. p. 138
Adorari debẽt deitas & humanitas Christi vna adoratione latriæ. quæst. 25. 1. 0. pag. 136
Adorari debet tota trinitas: vna tantùm latria. q. 25. 1. 1. pag. 136
Adorari debet humanitas Christi vt vnita verbo latria: non autem secundum se, sed hiperdulia. q. 25. 2. 0. pag. 137

Universidad de Deusto
Biblioteca

Adorari debet Deus latria propter deitatem: & dulia propter dominium.q.25.2.o.pag.137
Adorari debet persona Christi latria rõne deitatis: & dulia rõne humanitatis perfectæ omni munere gratiarum.q.25.2.c.pa.137
Adorari debent caro Christi & imago eius latria.q.25.3.o.pa.138
Adorari debet crux propria Christi eadem adoratione latriæ cum Christo inquantùm ipsum repræsentat: & tetigit membra eius, & eius sanguine est perfusa.q.25.4.o.pag.140
Adorari debet imago crucis Christi in alia materia (puta lapidis vel ligni) latria, vt imago Christi tantùm.q.25.4.o.pa.140
Adorari debent omnia alia Christi, vt claui, lancea, corona, præsepe & huiusmodi: ratione contractus tantùm.q.25.4.3.pag.140
Adorari non potest creatura latria sine peccato.q.25.5.6.o.pa.140
Aduentus Christi duplex, scilicet in carne, & ad iudicium.q.1.6.3. pagina 9. & q.36.1.1.3.pag 184
Aduentus primus fuit ad manifestandam veritatem: ad liberandũ à peccatis: & ad trahendum ad Deum.q.40.1.c.pa.197
Aduentus secundus erit manifestus: primus verò occultus. quæst. 36.1.3.pag.180
Agens inquantùm huiusmodi est in actu. quæstione 8.5.c.pag.66. & quæst.77.3.c.pag.369
Agens perfectum non impeditum, & cuius ratio non est successiua, potest operari in primo instanti in quo est.q.34.2.1.pag.171
Agens duplex, scilicet principale, & instrumentale.q.48.6.c.pag. 233. & quæst.6.2.1.c.pag.48
Agens instrumentale est mouens motum.q.19.1.2.pag.110
Agens secundarium non agit sine principali: sed eo cooperatur. quæst.71.2.c.pag.333
Agens instrumentale exequitur actionem principalis agentis per aliquã actionẽ propriã sibi.q.62.1.c.1.pag.179. & q.64.5.pag.192
Agens principale agit secundũ exigentiã suæ formæ: non autẽ instrumentale. quia agit vt motum ab alio.q.65.5.2.pag.279
Agens omne præter Deum non attingit materiã primã: sed præsupponit eam.q.75.4.c.pag.354
Agere potest aliquid vltra speciem suam. non quasi virtute propria: sed virtute principalis agentis.q.77.3.3.pag.362
Agnus iugiter oblatus mane & vespere, erat principale sacrificium veteris legis.q.22.3. 3.pag.131
Agnus paschalis fuit præcipua figura eucharistiæ, ratione passionis Christi.q.73.6.c.pag.242. & q.80.10.2.pag.392
Agnus paschalis fuit figura eucharistiæ quantùm ad tria quæ in ea continentur.q.73.6.o.pag.eadem.
Agno paschali significabatur q̃ oblatio veri agni, scilicet Christi esset sacrificiũ consummatiuũ omniũ aliorũ.q.22.3.3.pag.131
Agonia fuit in Christo secundum partem sensitiuam: non autem secundum rationem.q.18.6.3.pag.119
Agresta est in via ad generationem vini: ideò non est vinum. quæstione 74.5.3.pag.346
Alimentũ corporale cõuertitur in substantiã aliti: sed alimentum spirituale conuertit hominem in seipsum.q.73.3.3.pag.346
Altare significat crucem Christi.q.83.1.2.pag.399
Altare significat Christum.q.83.3.2.pag.eadem.
Altare debet esse lapideum.q 83.3.5.pag.400
Altare in veteri lege fiebat in vno loco.q.83.3.5.pag.ead.
Alterum simpliciter facit diuersitas accidentis: sed aliud secũdum quid. id est, secundũ essentiã, facit diuersitas substantiæ, nisi adsit diuersitas suppositorum.q.17.1.7.pag.211
Anydum, quia est ex tritico corrupto: non videtur q̃ panis ex eo confectus possit fieri corpus Christi.q.74.3.4.pag.345
Amor Dei est ad omnes homines, quantùm ad eorum naturã: sed odit eos quantùm ad eorum culpam.q.45.4.1.pag.236
Angelus differt specie ab alio angelo.q.69.8.3.pag.217
Angelus non potuit peccare in primo instanti.q.54.3.1.pag.172
Angelus non est minister alicuius sacramenti, nec alicuius rei sacramentalis.q.64.7.o.pag.295
Angelus non potest manducare sacramentaliter eucharistiam, nec spiritualiter: sed Christum.q.80.2.o.pag.285
Angeli & homines ordinantur sub corpore ecclesiæ mystico. quæstione 8.4.c.pag.65
Angeli & homines possunt illuminari à Christo, dando eis gratiã & scientiam.q.8.4.c.3.pag.65. & q.13.2.o.fo.87
Angeli meruerunt in primo instanti suæ creationis.q.34.3.1.p.172
Angeli fuerunt ministri sacerdotij Christi.q.22.1.1.pag.127
Angeli subsunt iudiciariæ potestati Christi.q.59.6.o.pag.171
Angeli essentia individuatur seipsa.q.77.2.c.
Angeli cognitio est duplex. matutina & vespertina.q.9.3.c.pa.71
Angeli cognitio non est discursiua.q.11.33.pag.84
Angeli apparitio in principio est cum terrore: sed bonus tandem consolationem facit, non autem malus.q.30.3.3.pag.167
Angeli apparitio facta mulieribus ad sepulchrum Christi, fuit primò per vnum, deinde per duos.q.55.6.5.pag.260
Angeli peccatum est irremediabile: ideò eius natura non fuit assumpubilis à filio Dei.q.4.1.6.3.pag.37
Angelorum caput est Christus secundum quod Deus, & secundũ quod homo.q.8.4.o.pag.65
Angelorum apparitiones in veteri testamento ordinabantur ad apparitionem filij Dei in carne.q.30.3.c.pag.157
Angelorum corpora assumpta non habẽt virtutes naturales, quas ostendunt, nec operationes vitæ.q.55.6.1.pag.305
Ex angelorum nominibus, proprietates & officia eorum accipiuntur.q.67.1.c.pag.310
Anima est forma corporis dans ei esse, & esse corporeum, & esse animatum. q.75.6.2.pag.357
Anima sensitiua nobilior est in homine, quàm in brutis. quæst.1. 2.2.pag.12 & q.5.1.pag.43
Anima dupliciter patitur.q.15.4.c.pag.94
Anima non mouetur, nisi per accidens.q.50.5.3.pag.270
Anima rõnalis nõ recipit esse à Deo, nisi in corpe.q.6.1.4.o.pa.48
Anima rationalis in corpore constituta patitur dupliciter, scilicet passione corporali, & animali.q.15.4.c.pag.94
Anima est tota in toto, & tota in qualibet parte sui corporis. quæstione 46.7.c.pag.221
Anima non est homo, contra Hugonem de sancto victore. quæst. 50.4.c.pag.240
Anima est propria forma corporis & motor eius.q.8.2.c.pag.63
Anima in statu innocentiæ non perficiebatur quantùm ad scientiam vel gratiam per aliquid corporale.q.61.2.c.pag.277
Anima separata habet voluntatem immobilem respectu finis. quæstione 52.6.3.pag.248. & 7.3.pag.54
Anima separata, statim post mortem habet statum immutabilem. quæst.59.5.1.3.pag.270
Anima separata potest intelligere absque conuersione ad phãtasmata.q.11.2.c.pag.75
Anima cuiuslibet beati naturaliter vtitur discursu.q.11.2.3.pag.71
Anima cuiuslibet sancti & latronis post mortẽ & decessũ Christi ad infernũ illustrabat & fruebatur diuina gloria.q.52.4.1.3.p.262
Anima.ver.Potentia.
Anima Christi & diuinitas eius sunt in sacramento altaris ex naturali concomitantia.q.76.1.1.pag.158
Anima Christi cẽ nobilior angelis.q.6.3.2.pag.49
Et est super omnes creaturas.q.59.6.3.pag.171
Et ea nihil fuit potentius simpliciter.q.14.2.3.pag.91
Anima Christi est instrumentum diuinitatis.q.13.2.2.pag.87
Et vt sic habuit instrumentalem virtutes ad omnes mutationes miraculosas ordinabiles ad instaurationem rerum: non autem ad earum annihilationem.q.13.2.c.3.pag.87
Anima Christi per scientiam aquisitã sciuit omne scibile per actionem intellectus agentis, non autem substantias separatas, nec singularia præterita vel futura.q.12.1.o.pag.83
Anima Christi per scientiam inditam poterat intelligere conuertendæ se ad phantasmata, & sine eis.q.11.2.o.pag.80
Anima Christi per scientiam infusam cognoscebat omnia cognoscibilia ab homine per lumen intellectus agentis: & omnia quæ per reuelationem hominibus innotescunt.q.11.1.o.pag.79
Et per eã poterat cognoscere substãtias separatas.q.11.1.2.pag. 79
Et etiam omnia singularia.q.11.1.3.pag.ead.
Anima Christi in verbo non comprehendit diuinam essentiam.q. 10.1.o.pag.36
Cognoscit tamen in eo omnia quæ quãdoq; sunt, & etiã hominũ cogitatus: nõ autẽ oĩa quæ sunt in potentia Dei.q.10.2.o.pa.75
Cognoscit etiam in verbo omnia quæ Deus nouit scientia visionis.quæst.10.2.2.pag.75
Et scit in eo infinita in potentia: non autem in actu.q.10.3.o.pa.76
In verbo etiam cõprehendit essentiã omnis creaturæ, & quicquid est in potentia eius.q.10.2.3.pag.75
Anima Christi.ver.Potentia.
Animal duplex, scilicet verum, & phantasticum.q.39.7.c.pag.195
Animalia in veteri lege propter suam teneritudinẽ ante octo dies non offerebantur.q.13.2.c.pag.87
Annihilare soli Deo conuenit.q.13.2.c.pag.87
Annuntiatio Christi conuenienter facta fuit beatæ virgini.quæst. 30.2.o.pag.135
Annuntiatio Christi conuenienter facta fuit per angelum.quæst. 30.2.o.pag.156
Facta fuit cõuenienter in specie & visione corporali.q.30.3.o.p.157
Et conuenienti modo & ordine,q.30.4.o.pag.ead.
Annuntiationis Dominicæ euangeliũ exponitur.q.30.4.o.pa.ea.
Antequàm, quid importet.q.28.3.1.pag.151
Antichristus non erit vnitus diabolo in persona.q.8.8.c.1.pag.68
Antichristus erit caput malorum omnium.q.8.8.o.pag.ead.
Apertio ianuæ regni cœlorum est remotio impedimenti gloriæ. q.39.5.8.pa.194. & q.49.5.o.pag.236. & q.69.7.o.pag.383
Apostoli nullũ sacramẽtũ instituerũt.q.64.2.o.p.201. & 72.1.1.p.333
Apostoli ministrantes sacramenta, vtebantur aliqua forma verborum tradita à Christo.q.72.4.1.pag.335
Apostoli multa tradiderũt occultè nõ in scriptis, vt formas sacramentorum

mentorum.q.25.3.4.pag.129. & q.72.4.1.pag.335
Apostoli sunt baptizati baptismo Christi à Christo.q.38.6.2. pag. 116. & q.84.7.4.pag.405
Apostoli baptizabãt per alios: sed prædicabãt per se.q.67.2.1.q. 311
Apostoli cõfirmari fuit à Christo sine materia.q.72.2.1. & 4.1.p.334
Apostolis missio spiritussancti facta est in specie linguæ igneæ. q. 39.6.pag.311. & q.72.2.1.pag.334
Apparitio differt à missione visibili.q.36.8.1.pag. 196
Apparitio Christi postquã resurrexit, legitur facta duodecies.q.55. 3.3.4.pag.257. & q.85.5.6.pag.402
Apparuit Christus in alia effigie.q.55.4.o.pag.257
Apparuit Christus post resurrectionem.q.55.6.c.pag.259
Apparuit Christus quibusdã post ascensionem in specie propria. q.57.6.3.pag.665
Appetitus concupiscibilis & irascibilis obedit imperio rationis. q. 15.2.1.pag.93. & q.19.2.c.pag.221
Appetitus sensituus inquantum dicitur rationalis.q. 18.2. pag.116
Appropriatur vnitas patri, æqualitas filio, nexus verò spiritussancto.58.2.3.pag.266
Aqua habet multas proprietates.q.66.3.c.pag.302
Aqua pluuiæ vnde generetur.q.66.2.5.pag.302
Aqua vera exiuit de latere Christi in cruce.q.66.4.3.pag.302
Aqua benedicta non est sacramentum: sed dispositio ad sacramẽta delens venialia.q.65.1.6.8.pag.298
Aqua benedicta ad quid datur.q.71.2.3 .pag.332
Aqua non benedicta benedictæ addita, tota fit benedicta.q. 77.8. 3.pag.364
Aqua debet poni in calice, & parum.q.74.8.o.pag.347
Aqua non permixta vino conficitur licet non apponens peccet. q. 74.7.o.pag.347. & q.83.6.4.pag.403
Aqua artificiali in vino, posita (licet fieri, non debeat) conficitur: nõ autem in pane.q.74.7.3.pag.347
Argumentum dicitur dupliciter, scilicet ratio rei dubiæ: & signũ cuidens sensibile.q.55.5.c.pag.258
Ars non potest inducere formam substantialem: nisi virtute naturæ.q.75.6.1.pag.357
Artis forma, est similitudo vltimi effectus intenti ab artifice.q.78. 2.c.pag.374
Artificialium formæ sunt accidentia.q.66.4.c.pag.303
Ascendere in cœlum fuit conueniens Christo. q.57.1.6.o.pag. 261
Ascendit Christus secundum vtranque naturam.q.57.2.o.pa.189
Ascendit Christus propria virtute vtriusq; naturæ.q.57.3.o.p. 263
Ascendit Christus super omnes cœlos: & super omnem creaturã. q.57.4.5.o.pag.263
Ascendenti Christo accreuit gaudium, quo ad modum: nõ autem quo ad essentiam gloriæ.q.57.1.1.pag.262
Ascensio Christi transcẽdebat communem hominum notitiam. q. 55.1.2.pag.256
Nec statim post resurrectionem facta fuit propter fidem confirmãdam q.51.4.pag.43
Nec fuit in instanti.q.57.3.3.pag.263
Ascensio Christi fuit causa nostræ salutis.q.57.6.pag.264
Et aperuit nobis paradisum quo ad locum: nõ quoad visionem. q. 47.5.4.pag.236
Ascensio Christi.ver. Conuersatio. Christus.
Assimulari possumus tripliciter filio Dei.q.23.3.c.pag.132
Assimulatio talis per charitatem perfecti rationem adoptionis. q. 23.3.pag.132
Assumere dicit actum assumentis, & terminum.q.31.2.4.c.pag.26
Assumere proprie cõuenit personæ, & nõ naturæ.q.3.1.2.3.o. pa.26
Assumere qua ratione naturæ conuenit.q.3.2.o.pag.27
Assumere natura posset abstracta personalitate.q. 3.3.o.pagin. 29
Assumere posset Deus naturam angelicam, sine corruptione personalitatis angelicæ.q.4.1.3.pag.36
Assumere & incarnari potest conuenire cuilibet personæ sine alia. q.3.4.5.o.pag.30
Assumere naturam humanam in omnibus suis suppositis nõ fuit conueniens.q.4.5.o.pag.42
Assumens non est assumptum, vniens verò est vnitũ.q.2.8.c.pag.20
Assumẽs scilicet persona est vniẽs: sed nõ ecõuerso.q.2.8.2. pag. 20
Assumi conuenit naturæ, non personæ.q.4.1.pag.35
Assumi potest eadẽ natura numero à tribus personis.q.3.6.o.pa.32
Assumi possunt duæ naturæ humanæ ab vna persona.q.3.7.o.pa.39
Assumi nõ debuit natura humana immediate in Adã.q.4.6.2.p.43
Assumi conuenit naturæ humanæ ratione sui & non ratione suppositi, ideò non conuenit Deo.q.16.q.3.pag.102
Assumpta est natura humana & vnita, natura diuina est vnita, sed non assumpta.q.2.8.c.pag.20
Assumpta est natura humana in individuo.q.2.2.3.p.11. & 5.2.p.16
Assumpta est natura humana conuenienter de stirpe Adæ.q.4.6. o.pag.43.q.31.1.1.o.pag.158
Assumpta est à filio Dei caro mediante anima: & anima mediante spiritu.q.6.1.2.o.pag.46
Assumpta est caro Christi de Adã, de Dauid, & Abraham.q.31.1. 2.o.pag.158
Assumpta est anima Christi & creata in eodem instanti. q.6.3.4. o.pag.48.q.33.1.2.o.pag.158
Assumpta nõ fuit colũba in vnitatem personæ spiritussancti.q.39. 6.2.7.c.pag.194
Assumptam fuisse naturã humanam à verbo Dei accidentaliter est hæreticum.q.2.6.c.pag.17
Assumptæ sunt partes mediante toto ordine intentionis: sed ecconuerso ordine executionis.q.5.6.o.pag 50
Assumpsit filius Dei naturã humanam cum omnibus perfectionibus suis.q.8.1.c.pag.66. & q.18.1.2.o.pag.115
Assumpsit Deus conuenienter carnem de muliere. quæst.31.4.o.pagina 160
Assumpsit filius Dei animam rationalem.q.5.3.4.o.pag.45
Assumpsit Christus corpus de muliere, & non attulit ipsum de cœlo.q.5.2.o.pag.44
Assumpsit Christus verum corpus, & non phantasticum.quæst.5. 1.o.pag.43
Assumpsit Christus naturam humanam integrã & perfectam. q. 9.1.c.pag.66. & q.18.1.2.c.pag.115
Assumpsit Christus partes vnitas.q.2.1.c.pag.16
Assumpsit Christus omnes defectus naturales corporis cõmunes toti naturæ humanæ, sed nullum defectum contraxit.quæst.14. o.pagina.89
Nec aliquem defectum animæ assumpsit aut contraxit.quæst.15.o. o.pag.92. & quæst.31.7.o.pag.92
Assumptibilis est tantũ natura humana secundum congruentiam quælibet verò natura de potentia Dei absoluta.quæst.4. ad primum.pagina.35
Assumptio dicit actionem vel passionem, secundum quod diuersimodè aliqua respicit: & differt ratione ab vnione & incarnatione.q.2.8.o.pag.20
Assumptio naturæ humanæ conuenientius facta est ad filiũ, quàm ad patrem vel spiritum sanctum.q.3.8.o.pag.34
Assumptio Christi nõ fuit tantùm per inhabitationẽ gratiæ. quæstio.6.c.pag.17
Assumptis duabus naturis humanis ab vna persona, illa persona esset tantùm vnus homo.q.3.7.2.pag.34
Assumptus non fuit homo à filio Dei.q.4.3.o.pag.40
Aue maria exponitur vsque ad ly & benedictus.quæstio. 30. 4.o. pagina 157
Auersio & conuersio est in omni peccato mortali. q.86.4.c. pag. 409. & quæst.88.pag.412
Augmentum formarum dupliciter terminatur.q.7.12.c.pag.60
Aures.ver.Baptizatus. Exorcismus.
Azimus panis puritatem significat, & tamen Græcus in eo conficiens peccaret.q.74.c.pag.343

Baptismata Phariseorum erant vana.q.38.1.3.pag.199
Baptismus Ioannis fuit conueniens.q.38.1.3.pag.189
Baptismus Ioan. nominatur ab ipso.q.38.2.1.pag.189
Baptismus Ioan. non erat per se sacramentum, sed quasi quoddam sacramentale disponens ad baptismum Christi: ideo aliqualiter pertinebat ad legem Christi.q.38.2.1.pag.ead.
Baptismus Ioan. fuit à Deo quo ad ritum, & à Ioanne quo ad esse ctum.q.38.2.o.pag.ead.
Baptismus Ioan. non fuit commendatus aliquo præcepto in sacra scriptura: quia parum erat duraturus.q.38.2.3.pag.180
Baptismꝰ Io. erat ꝓparatorius ad baptismũ Christi.q.38.1.3.o.p.188
Baptismus Ioan. erat quasi protestatio, & professio pœnitentiæ, quam conferebat baptizando.q.38.3.1.pag.190
Et non imprimebat characterem.q.38.6.c.pag.116
Nec in ipso remittebantur peccata.q.68.6.1.pa.319
Nec conferebat gratiam.q.38.3.o.pag.189
Nec ad ipsum admittebantur pueri, nec gẽtiles. q.38.4.3.pag.190
Baptismus Ioan. fuit præparatorius ad baptismũ Christi, per exercitium actus.q.70.1.3.pag.329
Et cessauit Ioanne incarcerato.q.38.5.o.pag.190
Baptismus est sacramentum necessarium simpliciter & absolutè.q. 65.4.c.pag.100
Baptismus pluribus sub his verbis collatus, ego baptizo vos est baptismus: sed non fieri debet nisi necessitas cogat.q. 66.5.4.pag. 303. & q.67.6.2.pag.313
Baptismus nõ dicitur reiterare si ille de quo dubitatur an sit baptizatus sub hac forma baptizetur: si nõ es baptizatus ego te baptizo.q.66.9.4.pag.306
Baptismus potest fieri per aspersionem, effusionẽ & immersionem in aqua & quo modo trina immersio non est de necessitate: aut debeat esse intenta vel non.q.66.7.8.o.pag.306
Baptismus quo ad solennitatem habet tempus determinatum. q. 66.10.1.pag.309.
Baptismus non debet iterari.q.66.9.o.pag.308
Baptismus est sacramentũ maximè necessitatis: & sine eo aut re, aut

Universidad de Deusto
Biblioteca

vero suscipiendi si casu præseruatur morte, melius potest saluari.q.68.1.2.c.pag.317
Baptismus fuit institutus quo ad ipsum sacramentum in baptismo Christi: & eius necessitas quo ad vsum indicta fuit post passionem & resurrectionem.q.66.2.c.pag.301
Baptismus est professatio & sacramentum fidei.q.66.1.1.pag.301. & q.68.1.1.pag.316
Baptismus solenniter celebratus debet sumi à Presbytero curato, vel eius vicario.q.67.4.2.pag.312
Baptismus debet differri in adultis,ad probationem,instructionẽ, & reuerentiam:non autem in pueris.q.68.3.c.pag.318
Baptismus est ianua omnium sacramentorum. q.68.6. c. pag.319. & q.63.3.pag.341
Baptismus aperit ianuam regni cœlestis. q.59.5.c.pa.326. & q.69. 7.c.pag.394
Et per ipsum habemus introitum in regnum Dei. q.59.5.c.3.pag. 194. & q.66.2.3.pag.326
Et habet vim illuminatiuam & fœcundatiuam ad bona opera. q. 66.5.c.pag.304
Baptismus & circũcisio cõferebant gratiã, sed baptismus copiosiorem & ex sua virtute est instrumentũ passionis Christi iam perfectæ, circumcisio verò vt signum futuræ.q.70.4.c.pag.330
Baptismus si fuisset ante passionem Christi, non introduxisset in regnum cælorum.q.67.7.c.pag.326.& q.70.4.4.pag.331
Baptismus continet perfectionem salutis.nõ aũt circumcisio, idcò baptismus omnibus populis proponitur,circũcisio verò soli populo Iudæorum data est q.70.2.3.pag.339
Baptismus cõtinet virtutẽ Christi,quæ est vniuersalis causa salutis omnium,& remissionis omnũ peccatorũ.q.70.2.4.pag.ead.
Baptismus incorporat Christo corporaliter, fides aũt mentaliter. q.69.5.1.pag.325
Baptismus est sacramentum passionis & mortis Christi. q.73.3.3. pag.341
Baptismus configurat Christo passo & resurgenti inquantũ per ipsum homo moritur peccato, & incipit nouã vitã.q.66.2.c. p.302
Baptismus datus à meliori non est melior.q.64.1.2.pag.390.& q. 82.6.2.pag.398
Baptismus impedit peccata futura ne fiant.q.68.3.3.pag.318
Baptismus principaliter datur contra peccatum originale. q. 66. 9.c.pag.308
Baptismus delet omnem culpam originalem,& mortalẽ, & quandoque venialem.q.69.1.c.pag.322.& q.87.1.2.pag.411
Baptismus statim tollit culpam originalis peccati ,& pœnã carentiæ visionis diuinæ,quæ respiciunt personã:non aũt pœnalitates respicientes naturam.q.69.3.c.pag.324
Baptismus absoluit ab omni pœna.quæst.68.5.c.pag.318.& q.69. 2.c.pag.324
Baptismus triplex,scilicet sanguinis,flaminis,& flummis.q.66.1.1. pag.309
Baptismus sanguinis liberat ab omni culpa & pœna.q.68.2.2.pag. 317.& q.87.1.2.pag.411
Baptismus.ver. Apostoli. Christina. Cõfirmatio. Eucharistia. Fides. Immersio. Sanctificat. Sanctificatio. Vnctio. Vox.
Baptismi diuersæ diffinitiones q.66.1.c.pag 301
Baptismi forma quæ sit secundum Latinos & Græcos.q.60.8.c.p. 276.& q.66.5.c.pag.305.& q.67.6.c.2.pag.304
Baptismi formæ addendo, & beatæ Mariæ,quasi aliquid operetur nomen eius,nihil agitur: si verò intendatur tãtum quòd oratio eius prosit baptizato,valet.q.60.8.c.pag.276
Baptismi formę interruptio q̃ baptizãtis intentionẽ intercipit,tollit sacramentũ baptismique verò baptizantis intentionẽ nõ discõtinuat,sacramentũ baptismi nõ tollit.60.7.3.8.c.pag.275
Baptismi materia est aqua etiã qualitercũque transmutata dummodò non soluatur eius species.q.66.1.3.4.c.pag.ead.
Baptismi materia nõ est aqua rosacea,vel alchymica,sed bene aqua pluuialis.q.66.4.5.pag.303
Baptismi materia remota est aqua:proxima verò est ablutio. q.65. 5.3.pag.304
Baptismi sermo dirigitur non solùm ad homines,sed etiam ad creaturas insensibiles.q.66.5.1.pag.304
Baptismi ritus & solẽnitas nõ sunt de necessitate,sed fiunt ad deuotionem,& institutionem,& contra dæmones.q.66.10.c.pag.308
Baptismi causa duplex, scilicet principalis, id est trinitas, & instrumentalis,id est, minister.q.66.5.c.pag.304
Baptismi causa principalis est passio Christi respectu ministri,ipsque tñ est causa instrumẽtalis respectu sãctæ trinitatis.q.66.5.5.p.304
Baptismi proprius minister est sacerdos,non autem diaconus, nisi in necessitate.q.67.1.2.c.pag.310
Baptismi effectus duplex,scilicet character & gratia. q. 68.8.c.pag. 321.& q.69.10.c.pag.328
Baptismi effectus duplex,scilicet per se, id est generatio in vitã spiritualem & per accidens,id est quẽ diuina virtus in eo miraculose operatur.q.69.8.c.pag.327
Baptismi efficacia est à passione Christi , & à spiritu sancto. q. 66. 10.1.& 11.pag.309.& q.69.1.c.pag.223
Baptismi principalis effectus est delere peccata. q.39.5.c.pag.104. & q.79.5.1.pag.382
Baptismi sacramentũ sine charitate est opus Dei:ideò non est opus mortuum in ficto.q.69.10.1.pag.328
Baptismum recipiens vel alia sacramenta à ministro malo non præcisio non peccat,nisi communicet ei in peccato. q.64.6.2.pa.294
Baptismum præcedit catechismus.q.71.1.c.pag.331
Baptismo Ioannis Christus voluit baptizari.q.39.1.2.c.pag.192
Baptismo facto in mari,illa tantùm aqua consecratur quę venit ibi in vsum.q.74.2.3.pag.344
Baptismo homines adeptantur in filios Dei.q.39.8.3.pag.196
Baptismo homo generatur ad vitam spiritualem.q.66.3.c.pa.302. & q.67.3.7.c.pag.312
Et sic membrũ Christi, & incorporatur ei.q.68.1.c.1.& 5.c.1.p.316
Et in morte Christi baptizatur,& cõmoritur & ei sepelitur.q.49. 3.2.pag.235.& q.51.1.c.pag.241.& q.68.5.7.c.pag.319
Baptismo fit remissio culpæ.q.39.2.& 3.pag.192
Baptismo fomes mitigatur.q.66.3.c.pag.320.& q.69.4.2.pag.325
Baptismo non remouetur fictio, sed per pœnitentiã sequentem. q. 69.9.2.& 10.2.3.pag.327
Baptizandi sunt pueri.q.68.9.c.pag.321
Baptizãdi nõ sunt pueri infidelũ inuitis parentib.q.68.10.c.p.322
Baptizandi puerũ causa,mater non debet occidi. sed mortua potest aperiri viuente prole in vtero.q.67.11.3.pag.223
Baptizãdi sunt amentes & furiosi à natiuitate & continuè, nõ autem alij, nisi quando habentes vsum rationis hoc voluit. q. 68. 12.c.pag.ead.
Baptizandi non sunt dormientes,nisi propter periculum,& prius voluerint.q.68.1.c.3.pag.317
Baptizando si baptizandus moriatur, salutem cõsequitur propter desiderium baptismi.q.68.2.c.pag.ead.
Baptizando nõ dicitur in nominibus:sed in nomine.q.66.5.6.304
Baptizandus adultis fides est necessaria quò ad gratiam , non quò ad characterem.q.68.8.c.pag 321
Baptizandus habens vsum rationis tenetur habere rectã fidẽ & cõtritionẽ quo ad remissionẽ peccatorum,intentionẽ verò quo ad sacramentum.q.68.7.c.pag.320.& q.80.1.1.pag.403
Baptizans malus existens peccat mortaliter,nisi in necessitate & sine solennitate.q.64.6.3.pag.294
Baptizare in nomine trinitatis nõ sufficit,nisi trinitas exprimatur. q.66.6.c.pag.306
Baptizare in nomine genitoris,vel si proferantur alia nomina per sonarum propria,nihil agitur.q.60.7.2.pa.275.& q.66.5.7.304
Baptizare in nomine Christi non est baptismus,nisi reueletur sicut Apostolis.q.66.2.c.pag.305
Baptizare potest tam masculus quàm fœmina in necessitate,si desit minister aptior.q.67.3.4.5.c.pag.312
Baptizare potest in necessitate,qui nõ est baptizatus etiam infidelis,dummodò in forma ecclesiæ baptizet.q.67.5.c.pag.ead.
Baptizare seipsum non licet, tamen propter fidem & desiderium suscipiendi baptismum,saluaretur.q.60.5.4.pag.304.& q.68.2.7. c.pag.317.& q.82.4.2.pag.397
Baptizari tenentur omnes.q.68.1.2.c.pag.316
Baptizari possunt plures ab vno,si sit necessitas: plures tamen non possunt eundem baptizare.66.5.4.pag.304.& q.67.6.c. pa.313
Baptizari nõ debet manẽs in proposito peccandi. q.68.4.c. pa.318
Baptizari nõ debet puer existens in vtero matris.q.67.11.c.pa. 322
Baptizari debet puer apparente aliquo membro, si imminet periculum,tamen rebaptizandus est,nisi sit caput.q.66.7.3.pa.306. & q.68.11.4.pag.323
Baptizari non debent bruta animalia.q.68.12.2.pag.ead.
Baptizati sunt multi à Ioanne,præter Christum:non aũt omnes. q.38.4.c.pag.189
Baptizari baptismo Ioannis,baptizati tenebantur baptismo Christi.q.38.6.c.pag.216
Baptizati tenentur restituere malè ablata.q.68.5.3.pag.319
Baptizati ab hæreticis in forma ecclesiæ non debent rebaptizari. q.60.3.2.pag.208
Baptizatis ritè etiam pueris conferuntur gratia & virtutes.q.69.6. c.pag.316
Baptizatis pueris æqualis gratia confertur , sed adultis inæqualis, secundum gradus deuotionis.q.69.8.c.pag. 317. & quæst.89.2. 2.pag.381
Baptizatis sit triplex vnctio.q.66.10.2.p.309.& q.72.11.3. pag.309
Baptizatis datur vestis alba.q.66.10.3.pag.ead.
Baptizato Christo nullus ipsum de fonte iuscepit , quia non est baptizatus vt ipse regeneraretur,sed vt alios regeneraret, ideò nõ indiguit pædagogo.q.67.7.1.pag.312.
Baptizato Christo aperti sunt cœli.q.59.5.c.pag.194
Et audita est vox patris.q.39.8.c.pag.196.& q.45.4.c.pag.216
Et apparuit spũs sanctus in specie columbæ.q.59.6.c.pag.194

Baptizatorum à Ioanne Christus nec primus nec vltimus debuit esse.q.39.3.c.pag.193
Baptizatus fuit Ioannes à Christo.q.38.6.3.pag.193
Baptizatus fuit Christus in Iordane,quia per ipsum fuit introitus in terram promissionis.q.39.4.c.pag.192
Baptizatus debet leuari de fonte ab aliquo,& à docto in diuinis imminente periculo.q.67.7.c.pag.314
Baptizatus instrui debet de fide à leuante de fonte si sint inter infideles,vel nisi parentes suppleant.q.67.8.c.pag.315
Baptizatus adscribitur ad duo,scilicet ad aggregationem fidelium, & ad sacramentorum participationem.q.63.6.c.pag.289. & q. 66.1.c.pag.301.& q.70.1.c.pag.329
Baptizatus participat totaliter virtutem passionis Christi, & consequitur remissionem reatus totius pœnæ. quæstione 88.4.3.pagina 410
Baptizatus baptismo fluminis cõsequitur omnium peccatorũ remissionem.q.69.1.2.pag.323.& q.69.2.pag.324
Baptizatus linitur sputo in auribus & naribus: & sal in os eius mittitur.q.71.2.3.c.pag.332
Bartho.miraculosè occultabat se,& se ostendebat sicuti volebat.q. 54.1.2.pag.252
Beatitudo hominis perfecta consistit in visione Dei per essentiam. q.1.2.5.c.pag.247
Beatitudo est principaliter in anima, secundariò in corpore.q.15. 10.c.pag.98
Beatitudo animæ redundat in corpus. quæstione.57.3. pagina 218
Beatitudo est naturaliter apperibilis. quæstione decimaoctaua,1. 3.pag.115
Beatitudinẽ ante passionem Christi nullus potuit habere, licèt sancti patres meruerint eam per fidem passionis Christi quo ad propriam personam ,non quo ad naturam communem.quæst. 49.5.1.pag.236
Beatorum dignitas in anima & in corpore erit secundum gradus meritorum,non secundum diuersitatem sexus.quæstione.55.2. 3.pag.255
Beatorum gloria excedit omne bonum præsentis vitę.quæstio.46. 6.3.pag.221
Beneficia Dei tota singulis hominibus sunt exhibita. quæstione.2. 4.3.pag.8
Bibere pluries in die non frangit ieiunium.quæstione 30.8.4.pagina 390
Blasphemia in spiritumsanctum quæ dicitur finalis impœnitentia est peccatum omnino irremissibile:illa verò quę est ex certa malitia,aut ipsius spiritussancti dicitur non remitti spiritussancto, de facili.q.16.1.3.pag.100
Bonitas Dei est sua essentia.q.1.1.c.pag.2
Bonum duplex,scilicet commutabile: & incommutabile.quæst.86. 4.c.pag.410
Bonum duplex,scilicet simpliciter,& secundum quid.quæstio.11.5. 3.pag.82
Bonum plura requirit ad sui constitutionem,quàm malum.q.90. 2.4.pag.426
Bonum vnius hominis cõtinuatur alteri per charitatem:& per intentionem facientis.q.82.6.c.3.pag.398
Bona exteriora sunt bona secundaria:non autem principalia. q.15. 6.2.pag.96
Bona spiritualia possunt simul à pluribus possideri,non autem corporalia.q.23.1.3.pag.131
Brutum.ver.Baptizari. Eucharistia. Miracula.
Caducus morbus impedit à celebratione. quæstione.82.10. ad 3. pagina 399
Caym verbum reprobatur.quæst.84.10.c.pag.407
Calix debet esse de auro,vel argento,vel stanno.quæstione.83.3.6. pagina 400
Calor disponens ad formam ignis , manet post aduentum eius quasi quidam effectus talis formæ. quæstione 2.3.ad secundum pagina 14
Calor & aliæ qualitates tangibiles erunt in corpore glorioso ex natura sua.q.54.2.1.2.pag.253
Caluariæ locus dicitur communis locus decollatorum, non à capite Adæ ibi sepulti.q.46.10.3.pag.224
Capacitas duplex,scilicet naturalis potentiæ & obedientialis. q.1. 3.3.pag.6
Caput ad alias partes corporis habet ordinem perfectionẽ,& virtutem influendi.q.8.1.8.c.pag.63
Caput influit in alia mẽbra dupliciter,scilicet intrinsecè & extrinsecè.q.8.6.7.8.c.pag.66
Caput est à quo virtus,motus & gubernatio cæterorum membrorum dependet.q.8.1.c.pag.63
Caput est in quo vigent oẽs sensus.q.8.1.c.p.63.& q.66.7.3.p.306
Caput ecclesię hominũ,& angelorũ est Christus.q.8.1.2.3.4.c.p.63
Caput esse ecclesiæ est proprium Christo.q.8.6.c.pag.66
Caput malorum est diabolus.q.8.7.c.pag.67
Caput esse malorum conuenit Antichristo.q.8.8.c.pag.68
Caput ver. Angelus.
Character est spiritualis potestas ad aliquas sacras actiones ordinata.q.63.2.c.pag.295.& q.72.5.c.pag.336
Character non est propriè in genere nec in specie:sed reductiuè. quæst.63.2.c.pag.295
Character est sacramentũ,& res sacramenti.q.63.3.2.6.3. pag.295
Et habet rationem signi,ratione sacramẽti sensibilis, & ratione cõfigurationis.q.63.1.2.& 2.4.pag.294
Et est participatio sacerdotij Christi.q.63.3.c.pag.295
Et indebiliter manet in anima.q.63.c.pag.289
Character non fuit in Christo.q.63.5.c.pag.ead.
Et tamen Christus est character patris.q.63.1.2.pag.285
Character baptismi est alius à charactere confirmationis & ordinis.q.63.6.c.pag.289.& q.72.5.c.pag.336
Character baptismi est potentia passiua , confirmationis autem & ordinis est potentia activa.q.63.2.c.pag.286
Character est à solo Deo tanquã à principali agente,sed ab homine sicut à ministro.q.64.1.c.pag.290
Character sacramentalis est propriè character Christi.quæstio.63. 3.c.pag.287
Character secundum omnes imprimitur in quibusdam sacramentis.q. 63.1.c.pag.285
Character imprimitur solùm in sacramentis nouæ legis. quæstio. 62.6.3.pag.284.& q.63.1.3.pag.285
Character imprimitur solùm in tribus,scilicet in baptismo,confirmatione,& ordine.q.63.6.c.pag.289
Character est potentia spiritualis.q.63.2.c.pag.285
Charactere deputantur fideles ad actus conuenientes præsenti ecclesiæ.q.63.1.2.& 2.c.pag.295
Character est in anima sicut quædam virtus spiritualis & instrumentalis emanans à Deo.quæst.63.2.c.& 5.1.2.pag.285. & quæst. 64.1.c.pag.290
Character est subiectiuè in posteriora animæ & non immediatè in essentia eius.q.63.4.c.pag.288
Character.ver. Baptismus. Milites. Sacerdos. Sacramenta.
Character bestiæ est obstinata malicia,vel professio illiciti cultus. q.63.3.3.pag.287
Characteris diffinitio.q.63.3.c.pag.287
Characterem baptismi non habens:nullum alium potest recipere. q.72.6.c.pag.336
Characterem ordinis vel baptismi:nec ordinans,nec baptizans potest auferre.q.82.8.2.pag.398
Charitas quantũcũque minima potest resistere cuilibet tentationi. q.62.6.3.pag.284.& q.70.4.c.pag.336
Charitas datur secundum mensuram subiecti.q.69.8.2.pag.327
Charitas non potest esse sine gratia q.79.1.c.pag.324
Charitas de se præseruat à peccato:sed habens eam peccat ex mutabilitate liberi arbitrij.q.79.6.2.pag.383
Charitas imperat omni virtuti:ideò potest dici virtus generalis.q. 1.85.2.1.pag.407
Charitatis præcepta fundãt omnia præcepta moralia.quæst.47.2. pagina.257
Charitatis actus est duplex , scilicet elicitus & imperatus. q.85.2. 1.pag.507
Charitatis effectus est vita spiritualis & Dei coniunctio.quæst.89. c.pag.405
Charitatem vel gratiam nullus potest cognoscere se habere per certitudinem.q.80.4.5.pag.287
Caro dicitur tripliciter,scilicet natura,culpa,& corruptio carnis. q.54.3.1.pag.254
Cathecismus est quoddam sacramentale pertinens ad solennitatẽ baptismi.q.67.3.2.pag.311
Cathecismus pertinet ad sacerdotem principaliter , ad lectorem verò secundariò.quęstione67.3.2.pagina.311.& quæstione 71.4. 0.pagina.332
Cathecismus est institutio credendorum explicitè,præcedens baptismum.q.71.1.c.pag.328
Cathecismus.ver. Institutio.
Cathecizandi sunt pueri.q.71.1.2.3.pag.311
Causa proxima est à qua denominatur effectus. quæstione. 4.1.1. pagina.36
Causa alicuius effectus dupliciter,scilicet directè ad illum agendo, & indirectè non impediendo cùm possit.quæst.47.1.c. pag. 226
Causa naturali,& sufficienti posita ponitur effectus,sed non posita causa voluntaria.q.56.1.c.pag.260
Causa continet effectum multis modis.quæstio. 62. 3.c.& 4.c. pagina.281
Causa primò operatur in sibi propinquis,& per illud in alia.quæst. 56.1.c.pag.260
Causa efficiens non potest esse posterior effectu ordine deuotionis, sicut finalis.q.62.6.c.pag.284

Universidad de Deusto
Biblioteca

Causa principalis non potest propriè dici signũ sui effectus:secũ tantum causa instrumentalis.q.62.1.1.pag.280
Causæ principali assimilatur effectus: non causæ instrumentali. q.62.1.c.pag.279
Cæcus miraculosè illuminatus,naturaliter videt.q.77.4.2.pa.362
Cœli partem non oportet esse superiorem Christo,sed Christus & corpora gloriosa sunt supra omnes cœlos.q.57.4.c.1.pag.263
Cœna Christi fuit luna quartadecima:sed passio ei⁹ fuit luna quintadecima.q.44.2.2.pag.210.& q.46.9.1.pag.223
Cœna.ver.Eucharistiæ.
Centurio & Petrus reueriti sunt Christum ex humilitate: Zacheus autem ex amore.q.80.10.3.pag.392
Chrisma benedici debet ab Episcopo in cœna Domini. q.72.3.o.& 11.3.pag.335
Crisma non est de necessitate baptismi, sed quodammodò perficit ipsum.q.66.10.2.pag.309
Chrisma admixtum aquæ,non tollit quin in ea possit fieri baptismus.q.66.4.2.pag.303
Chrismate signatur in fronte confirmandus duplici ratione.q.72.9.c.pag.338
Cibi vsus de se non est peccatũ: aliquis tamen prohibetur propter significationem.q.40.4.2.pag.199
Cicatrices apparebunt in corpore Christi in iudicio.quæst.54.4.c.pag.255
Cicatrices cum quibus Christus surrexit,semper erunt in corpore eius fulgentes.54.4.o.pag.ead.
Cicatrices semper erunt in corporibus gloriosis martyrum. q.54.4.c.pag.ead.
Circuncisio erat sacramentum præparatorium ad baptismum: minus tamen expresè figurans eum quo ad exteriora, quàm colũna nubis,& transitus maris rubri, quæ tamen non erant sacramenta.q.70.1.2.pag.329
Circuncisio erat præparatoria baptismi quo ad professionem fidei,baptismus verò Ioannis quo ad exercitium actus. quæst.70.1.3.pag.329
Circuncisio erat quædam professio fidei Christi: aggregans antiquos collegio fidelium præparatoria & figura baptismi.q.70.1.2.o.pag.ead.
Circuncisio est quædam protestatio legis implendæ. quæst.40.4.c.pag.199
Et erat necessaria ad distinctionem,& significationem. quæst.70.1.o.pag.329
Et debuit differri vsque ad tempus Abrahæ. quæstio. 70.2.o. pagina eadem.
Et debuit dari ante legem Moysi.q.70.2.2.pag.ead.
Et necessariò fiebat octauo die, non autem antè etiam imminente morte.q.70.3.3.pag.ead.
Et prætermittentes eam in deserto excusabantur:nisi ex contẽptu prætermittentes eam in deserto excusabantur:nisi ex contẽptu prætermisissent.q.70.4.3.pag.330
Nec sit nũc nec antiquitus,cum cultro lapideo: nisi in quibusdam famosis circuncisionibus.q.70.3.2.pag.ead.
Circuncisio necessariò fiebat in membro generationis.quæst.70.3.1.pag.ead.
Et data fuit soli populo Israel.q.70.2.3.pag.329
Et solis maribus data fuit.q.70.2.4.o.pag.ead.
Circuncisio nõ ferebat gratiam, quo ad omnes effectus positiuos, & priuatiuos.q.62.6.3.pag.283.& q.70.4.o.pag.330
Et non imprimebat characterem,nisi in corpore.q.70.4.c.pa.330.& q.71.3.3.pag.332
Circũcisio si post passionem Christi haberet locum,introduceret in regnum.q.70.4.4.pag.331
Circuncisio principaliter tollebat peccatum originale,& consequẽter quodliber aliud.q.70.4.o.pag.330
Sed ante circuncisionis institutionem homines saluabantur per solam fidem.q.68.1.1.pag.316.& q.70.4.2.pag.330
Circuncisionem non habentes si in deserto mortui sunt, eadem ratio est de his,& de eis qui mortiebantur ante octauum diem tempore legis.q.70.4.3.pag.331
Circuncisus est Christus multiplici ratione. quæstione 37.1.o. pastina 180
Circuncisio.ver.Iustificatio.
Clamor Christi in cruce fuit miraculosus.q.47.1.2.pag.226
Claritas corporis glorioſi erit à gloria animæ.q.45.2.c.pag.214.& q.54.2.1.2.pag.253
Claritas Christi transfigurati fuit claritas gloriæ, quantùm ad essentiam,sed non quantùm ad modum effendi:quia non fuit per modum permanentis.q.45.2.o.pag.214
Claritas vestimentorũ Christi significat claritatem sanctorum. q.45.2.3.pag.ead.
Claritate tantùm fuit trãsfiguratio Christi, & non secundũ aliam dotem.q.45.1.3.pag.213
Claritatem sui corporis beati possunt ostendere & occultare. q.54.1.2.3.& 2.1.pag.232
Clauium vsum non habent schismatici, hæretici, suspensi,degradati,excommunicati.q.64.2.3.pag.296.& q.82.9.o.pag.329
Clausio paradisi duplex, scilicet per peccatũ originale, & actuale. q.52.5.c.pag.147
Cognitio est duplex, scilicet naturalis & per gratiam. quæstio. 35.1.c.pag.265
Cognitio est duplex.sinueniendo & addiscendo.q.9.4.1.pag.73
Cognitio singulariũ pertinet ad perfectionem animæ intellectiuę, secundum cognitionem practicam.q.11.1.3.pag.79
Cognitionis perfectio duplex,scilicet ex parte cogniti, & ex parte cognoscentis.q.10.4.1.pag.78
Cognoscitur vnumquodque inquantũ est in actu. q.10.3.c.pag.76
Columba habet septem proprietates,quibus septem dona spiritus sancti designat.q.39.6.4.pag.195
Columba apparens super Christum baptizatũ,solùm spiritum sanctum demonstrauit.4.39.8.2.pag.196
Et in specie eius apparuit spiritus sanctus propter quatuor. q.39.6.4.pag.195
Columba illa fuit verum animal.q.39.7.o.pag.ead.
Columba illa peracto ministerio cessauit, vt flamma quæ in rubo apparuit Moysi.q.39.6.2.pag.ead
Columba.ver. Assumpta Turtur.
Comestio Christi post resurrectionem vera fuit, angeli verò non. q.54.2.1.pag.243.& q.55.6.1.pag.259
Comedens Dauid panes sanctos excusatur propter necessitatem. q.40.4.3.pag.199
Commutatio sicut est in beneficijs rependendo gratiã: sic & in offensis puniendo.p.85.3.3.pag.408
Comprehendere diuinam essentiam,nullus intellectus creatus potest.q.10.1.o.pag.74
Comprehensor simul & viator Christus fuit.q.15.10.o.pag.69
Commune semper est prius proprio eiusdem generis: non autem si sint diuersorum generum.q.7.13.2.pag.62
Concepta fuit beata virgo ex semine viri. quæstione 27.2.4. pagina 145
Concepta fuit beata virgo in peccato originali. quæst. 27.1.3.& 2.c.2.pag.143
Et ideò Romana ecclesia nõ celebrat festũ conceptionis beatę Mariæ: tolerat tamen consuetudinem quarũdam ecclesiarum illud celebrantium,pro sanctificatione eius.q.27.2.3.pag.145
Conceptio Christi tria habet priuilegia à spiritu sancto. quæst.32.4.1 pag.164
Conceptio Christi specialiter attribuitur spiritui sancto: licet sit à tota trinitate.q.32.1.o.pag.264
Cõceptio Christi est de spiritu sancto efficienter ratione corporis, & consubstantialiter ratione verbi.q.32.2.o.pag.165
Conceptio Christi fuit in instanti.q.33.1.2.3.o.pag.168
Conceptio Christi cũ dicitur facta ex muliere, more loquitur Hebræorum,qui dicunt mulieres,nõ virginitate corruptas, sed feminas.q.28.1.3.pag.160
Conceptionis Christi fidem habuit beata virgo. quæstione 30.1.c.2.pag.155
Conceptionis Christi materiam beata virgo præparauit actiuè, & tamen in ipsa conceptione nihil actiuè operata est. quæst. 32.4.o.pag.167
Et Christus in primo instanti suæ conceptionis fuit perfectus secũdum animam,& figuram corporis:non autem secundum quantitatem.q.33.2.1.pag.169
Et ipse Christus in primo instanti suæ conceptionis fuit sanctificatus quo ad animam & corpus.q.34.1.o.pag.170
Et in eodem instanti habuit vsum liberi arbitrij: & operationẽ tactus.q.34.2.o.pag.171
Et habuit plenitudinem gratiæ,& cognitionis. quæstione 34.2.2.pag.171.& q.72.1.4.pag.333
Et habuit maiorem gratiam omnibus comprehensoribus. q.34.4.c.pag.172
Et meruit,& in eo comprehensor fuit.q.34.3.4.o.pag.ead.
Et gloriam immortalitatis suæ quam in primo instanti suæ conceptionis meruit:potuit etiam mereri per actus sequentes, non vt magis esset debita:sed vt pluribus causis debeatur ei. quæst. 34.3.3.pagina.172. & quæstione 49.6. 2.pagina 237. & quæst. 59.3.c.pag.269
Conceptus est Christus miraculosè ex perpetua virgine:non ex virili semine.q.28.1.pag.149.& q.31.5.o.pag.162
Conceptũ propriè dicitur corpus Christi ex spiritu sancto, & nõ de spiritu sancto.q.32.2.1.pag.165
Concupiscentia est naturalis homini tantùm vt recta secundũ rationem.q.15.2.2.pag.93
Confessio peccatorum duplex,scilicet interior Deo,& exterior sacerdoti.q.68.6.c.2.pag.319
Confessio de mortalibus requirit quòd homo proponat ab omnibus & singulis peccatis mortalibus abstinere.q.87.1.c.1.pag.411
Confessio ante introitum missæ significat emũdationem etiam à minimis

minimis peccatis.q.83.5.1.pag.402
Confessio peccatorum exterior, non est necessaria ante baptismũ, sed bene interior.q.68.6.o.pag.319
Confirmata fuit beata virgo per secundam sanctificationem in bonitta quod non poterat flecti in contrarium.q.27.5.2.p.2.47
Confirmatio est sacramentum.q.72.1.o.p.332
Confirmatio est efficacius sacramentum baptismo ad perficiendũ in bono: baptismus verò ad remouendum malum. qu.72.11.2.pag.339
Confirmatio est spirituale augmentum,promouens hominem in spiritualem ætatem perfectam.q.72.1.5.c.p.329
Confirmatio non est de necessitate salutis.q.65.4.c.pag.300
Confirmatio fuit immediatè instituta à Christo.q.72.1.1.pag.333
Confirmatio confertur tantùm ab episcopis.q.72.11.o.pa.338
Confirmatio cõferri potest à sacerdote ex commissione solius Papæ:non autem à Diacono.q.72.11.1.pag.338
Cõfirmatio debet dari cuilibet baptizato cuiuscũq; ætatis sexus vel conditionis,& morienti.q.72.8.o.pag.337
Confirmatio datur tantùm in fronte.q.72.9.o.pag.338
Confirmatio roborat hominem cõtra alios,eucharistia in se.q.72.9.2.pag.338
Confirmatio perficit effectũ pœnitentiæ & baptismi.q.72.2.p.3.8
Confirmatio confert excellentiam hominis ad se:non autẽ ad aliũ sicut ordo.q.72.8.1.pa.337
Confirmationis propria materia est chrisma.q.72.2.o.pag.334
Confirmationis sacramentum habet determinatam formam.qu.72.4.o.pag.335
Confirmationis sacramentum Christus non debuit sumere. q.72.1.4.pag.333
Confirmationis effectum nullus consequitur sine voto eius.q.72.6.1.pag.336
Cõfirmationis effectum quidam miraculosè acceperunt, antequã baptizarentur.q.72.2.1.& 6.1.pag.335.
Cõfirmationi competit perfectio,ad quam homo perducitur per augmentum:eucharistiæ verò illa,quæ est alicuius extrinseci, hominem conseruantis.q.73.1.1.pag.339
Confirmans & confirmandus debent esse in gratia & debent esse confessi & iciuni de consilio.q.72.7.2.& 12.2.p.337
Confirmans & ordinans imponit manus.q.84.4.c.2.pag.405
Cõfirmandus debet teneri ab alio cõfirmato cuiuscũq; ætatis vel sexus.q.72.10.o.pag.338.
Confirmatus existens in peccato mortali, cuius conscientiam non habet,vel cuius non est plenè contritus dũmodò non sit fictus, consequitur remissionem peccatorum.q.72.7.2.pag.337
Confirmato confertur plenitudo gratiæ,& spiritus sancti. q.72.1.o.pag.333
Confirmato datur potestas spiritualis ad pugnãdum cõtra hostes fidei visibiles.q.72.5.o.pag.336
Confirmati cõfirmantur & configurantur Christo.q.72.1.4.& 4.3.p.333
Confirmati gratiam habentes consequuntur plenam remissionẽ peccatorum.72.7.2.pag.337
Confirmati decedentes maiorem gloriam consequuntur, sicut & hic maiorem obtinent gratiã.q.72.8.4.pag.ead.
Consecratio templi,altaris vestiũ,& vasorũ non sunt sacramenta, sed sunt dispositiones quædam ad sacramenta.q.65.1.6.p.298
Consecratio domus significat sanctitatẽ ecclesiæ,altaris verò Christi.q.83.3.2.4.pag.400
Consecratio altaris & ecclesiæ fit multiplici ratione.q.83.3.o.400
Cõsecratio altaris non debet fieri sine reliquijs martyrum.q.83.3.2.pag.400
Consecratio ecclesiæ nõ debet reiterari,nisi exusto,vel polluto sanguine vel semine.q.83.3.3.pag.ead.
Consecratio ecclesiæ vel altaris si fuerit dubia: tunc debent consecrari.q.83.3.3.pag.ead.
Consecratio quælibet est indelebilis permanẽtibus rebus cõsecratis.q.76.6.2.pag.363.& q.82.8.p.398.& q.83.3.3.pag.400
Consecratione res inanimatæ adipiscũtur quandã spiritualem virtutem,qua sint aptæ ad diuina.q.83.3.4.pag.ead.
Consecrare omnia soli Episcopo conuenit: eucharistia excepta.q.82.1.4.& 3.3.pag.397
Consecratæ ecclesiæ ligna non debent cedere ad vsum laicorũ; sed monasterij vel comburi.q.83.3.3.pag.400
Consecratæ res vetustæ (vt pallæ) debent cõburi,& cineres reponi honestè.q.83.3.3.pag.400
Consecratio eucharistiæ potest fieri à malis sacerdotibus etiam ab ecclesia præcisis:sed peccant grauiter.q.64.9.2.3.pa 296.& q.82.5.7.8.9.o.p.398
Consecrans propter malum finem peccat,sed perficit sacramentũ. q.64.2.2.pa.291
Consecrans tenetur sumere eucharistiam sub vtraq; specie quotiescũnq; celebrat.q.80.12.o.pag.393.& q.82.4.o pag.397
Consecrans quid agere debeat si antevel post cõsecrationem perceperit aquam non esse in calice.q.83.6.4.pag.403
Consecrans eucharistiam fictè: grauius peccat quàm indignè sumens eam.q.80.6.2.pag.403
Consecratione panis & vini facta: non manet forma substantialis eorum.q.75.6.o.pag.357
Sed conuertitur forma panis in formam corporis Christi.q.75.6.2.pag.357
Et quantitas panis & vini manet,sicut cætera accidentia.q.76.1.3.pag.359
Cõsecratione sanguinis facta vinum aliud immissum non cõmiscetur ei,nisi fiat tanta permixtio quod sanguis Christi desinat ibi esse,nec est simile de aqua benedicta.q.77.8.o.pag.372
Cõsecratione corporis Christi factæ:si sacerdos deficiat debet per alium suppleri,non autem si ante.q.83.6.1.pag.403
Conseruare res ne in nihilum decidant,soli Deo conuenit. q.13.2.c.pag.87
Consilium sine dubitatione conuenit Christo.q.11.3.1.pag.81
Contẽptus maior de Deo per peccatum,maiorem reatum incurrere facit.q.88.3.c.p.413
Cõtrahi dicitur quod simul cum sua causa ex necessitate trahitur. q.14.3.c.pag.91
Cõtraria possunt inesse eidem,non secundũ idem.q. 46.8.1. p.222
Cõtrarijs cõpositis necessariò dissoluuntur.q.14.2.c.pag.91
Contrariorum vnum est causa alterius per accidens tantùm.q.50.1.3.pag.238
Contritio debet esse de singulis peccatis mortalibus.qu.87.1.c.1.pagin.411
Contritio de venialibus non requirit propositum non peccãdi. q.87.2 2.pag.410
Contritio virtualis & non habitualis requiritur ad remissionem venialium.q.87.1.o.pag.411
Contritio non semper delet omnẽ pœnam.q.86.4.o.p.410
Cõtritionis dolor duplex.sensitiuus & intellectiuus.q. 84.8.9.o. pag.416
Conuersatio Christi cum discipulis ante ascensionem fuit crebra.q.55.3.3.pag.256
Conuersatus est Christus inter homines.q.40.1.o.p.197
Et secundum vitam austeram & pauperẽ.q.40.2.3.o.p.198
Et secundum legis præcepta.q.40.4.o.pag.199
Conuersio potest esse sine auersione,vt in peccato veniali.q. 86.4.c.pa.410
Conuersio panis in corpus Christi differt ab alijs.q.75.4.o.p.354
Conuersio supernaturalis est creatione difficilior.q. 75.5.o.p. 356.& q.75.8.3.pa.359
Conuersio fit tantùm in vltimo instanti prolationis totius formæ. q.75.7.o.pag.357.& q.78.4.3.pag.p.377
Conuersio importat ordinem substantiarum.q.75.4.1.pa.355
Nec est formalis,sed substantialis,ideóq; dicitur trãssubstantiatio. 75.4.o.pag.355
Conuersione panis in corpus Christi facta Christus nullo modo mutatur:in conuersionibus verò naturalibus subiectum semper mutatur.q.75.4.o p.ead.
Nec substantia panis annihilatur,nec conuertitur in præsentem materiam.q.75.3.o.pag 352
Sed conuertitur tota substantia panis in totũ corpus Christi.qu. 75.4.o.pag.354
Cor est prima pars virtute in ordine partium animalis. q.90.3.3.pag.426
Cornelius & similes ante baptismum habuerunt gratiã & virtutes per fidem & desiderium baptismi,implicitè vel explicitè.q.69.4.2.pag.325
Corporale debet esse album & lineum.q.82.3.7.pag.401
Corpora plura possunt simul esse in eodem loco virtute Dei, non autem naturaliter.q.54.1.1.pa.252.& q.57.4.3.pag.263
Corpora gloriosa erunt palpabilia,sicut corpus Christi post resurrectionẽ,& habebũt qualitates tangibiles.q.54.2.2.pa.253
Corpora gloriosa erunt colorata colore debito,secundum naturã suarum partium.54.2.1.pag.253
Corpus mortuũ cuiuscũq; alterius hominis à Christo nõ est idẽ numero quod prius dum viueret,propter diuersitatem formæ: est tamen idem identitate materiæ.q.25.6.3.pa. 141.& q.50.5.c.1.pag.249
Corpus Christi fuit in Adam & in alijs patribus secundũ originẽ, non autem secundum aliquid signatum q.31.6.o.pag.162
Corpus Christi est operatiõe spiritus sancti formatũ.q.31.5.c.3.p.162
Et fuit optimè cõplexionatum,ideò in eo maximè viguit sensus tactus.q.46.6.c.pag.43
Et debuit augeri,sicut corpora aliorũ hominũ.q.33.1.4.pa.168
Et in perfecta ætate habuit decentem & mediocrem quantitatem. q.33.2.2.pag.169
Corpus Christi viuum & mortuum, erat idem numero simpliciter,id est,absolutè,& non erat idem numero simpliciter, id est, totaliter.q.50.5.o.pag.34

Universidad de Deusto
Biblioteca

Corpus Christi fuit verum corpus, & nõ phantasticũ.q.5.1.o.pa.43
Et fuit subiectum impressioni corporũ cœlestium.q. 12. 4.3.pag.85
Et defectibus, & infirmitatibus nostris conuenienter subiacuit.q. 14.1.o.pag.90
Corpus Christi in principio suæ conceptionis minorem quantitatem habuit, quàm habeant aliorum hominum corpora in principio suæ animationis.q.33 2.1.pag.169
Corpus Christi post resurrectionem fuit verũ corpus sicut prius ante mortem.q.54.1.o.pag.252
Corpus Christi mysticum est tota ecclesia.q.8.2.3.c.pag.62
Corpus.ver.Quantitas.
Corpus, & sanguis Christi sunt vnum sacramentum formaliter, & secundum finem, sed plura materialiter.q.73.2.o.pag.840
Corpus Christi mysticum est tantùm res in hoc sacramento.q. 73. 3.c.pag.841
Corpus Christi nõ incipit esse in hoc sacramento per motũ locale: sed per conuersionem panis in ipsum.q.75.2.4 c.pagin. 350
Corpus Christi est in hoc sacramento.q.76.1.o.pag.360
Corpus Christi non est in hoc sacramento nisi vt in signo, est hæresis.q.73.1.3.pag.340.& q.75.1.o.pag.348
Corpus Christi sine sanguine, & econuerso, & vtrũque sine anima fuisset, si quis in triduo mortis eius cõsecrasset.q.81.4.o.pa. 306
Corpus Christi est localiter in cœlo: in Eucharistia autem inuisibili modo.q.75.3.pag.349
Corpus Christi in hoc sacramento non potest videri oculo corporali.q.76.7.o.pag.364
Corpus Christi est verè in hoc sacramento: quando in eo apparet puer vel caro.q.46.8.o.pag.366
Corpus Christi prædicto modo appareus nõ debet sumi: sed cum reliquijs reponi.q.82.4.3.pag.397
Et sacerdos tunc debet iterum celebrare vel sufficit spiritualis manducatio.q.82.4.3.pag.397
Corpus Christi sub sacramento videtur ab angelo, & beatis visione beata: non autem visione naturali, sicut nec à viatore, nec etiam à dæmone.76.7.c.pag.398
Corpus Christi offertur pro salute corporis, & sanguis pro salute animæ secundum similitudinem: secundum rem verò vtrunque offertur pro vtroque.q.74.1.o.pag.343.& q.79.1.3.pag.398
Corpus Christi mãducatur sacramentaliter tantum, spiritualiter tantũ, sacramentaliter & spiritualiter simul.q 80.1.2 3.o.pa. 384
Corporis Christi species nõ sunt causa alicuius spiritualis effectus: nisi mediante corpore Christi.q.7.1.2.pag.340
Corporis Christi forma cõsecrationis quæ fit.q.60.8. c. pag. 276. & q.78. 1.o.pag.374
Corporis Christi caro, & os & alia huiusmodi sunt sub specie vini ex naturali concomitantia: & sub specie panis ex vi sacramenti, sanguis verò econuersò.q.76.1.2. & 2.c.3.pag.360
Corporis Christi quantitas, & alia accidentia sunt in hoc sacramẽto ex naturali concomitantia tantùm.q.76.1.3.&.3.4.o.pa. 360
Corporis Christi tota quãtitas est indifferenter sub magna, & parua quantitate specierum.q.76.1.3. & 4.o.pag.360
Corporis Christi accidentia sunt in hoc sacramento mediãte substantia: nec possunt immutare medium vt sic ab aliquo corporali oculo videri possint.q.76.7.c.pag.364
Corporis Christi accidentia intrinseca sunt in hoc sacramẽto: non autem accidentia per comparationem ad extra. q.76.3.3.pa.363
Corruptio duplex, scilicet separatio formæ à materia: & resolutio in elementa.q.50.5.c.pag.240
Costa.ver. Adam.
Creatio magis respicit esse, quàm rationem.q.2.7.3.pag.105
Creatura est mutabilis.q.13.2.c.pag.87
Creaturæ cuiuslibet suppositum, & natura differunt. quæst. 17.1. c.pag.110
Crux Christi designat mysticè vitam Christianã.q.46.4.c.pa.219
Et est remedium contra peccatum totius mundi.quæstio. 46.10.3. pag.224.
Crucis mortem Christus conuenienter assumpsit.q.46.4.o.p.218
Crucis signum multiplex in missa significat passionem Christi, secundum diuersas partes.q.83.5.3.pag.402
Crucis signum non requiritur in sacramento pœnitentiæ.q.84.4. 3.pag.405
Crucifigi voluit Christus in loco Caluariæ.46.10.3.pag.224
Crucifixus est Christus hora tertia linguis Iudæorũ, & hora sexta manibus militum.q.46.9.2.pag.21.& q.83.2.3.pag.400
Crucifixi cum Christo dicuntur qui quælibet arctioris disciplinę instituta subeunt.q.46.11.c.pag.225
Crux.ver. Altare.
Culpæ remissio fit per cõiunctionem hominis ad Deum à quo separat omnis culpa mortalis perfectè: & venialis imperfectè. q. 86.4.c.pag.410.& q.67.1.c.pag.411
Culpæ, & pœnæ vniuersalis absolutio fit in perceptione baptismi: & in martyrio.q.68.2.2.pag.317.& q.87.1.2.pag.411
Cultus Dei exterior est quædam fidei protestatio per exteriora signa.q.63.4.3 pag.288
Cultus Dei consistit in recipiendo diuina: vel in tradendo ea alijs. q.63.2.3.4.6.c.pag.286
Cultus Dei in statu naturæ hominibus determinabatur solo interiori instinctu, & non aliqua lege exteriori.q.60.5.3.pag.273
Ad cultũ diuinum pertinet aliquod sacramentum tripliciter, scilicet per modum actionis: per modum agentis, & per modum recipientis.q.63.6.c.pag.289
DAmnatio propter peccatum Adæ non euaditur ab aliquo nisi per Christũ: qui solus fuit ab ea immunis. q.27. 3.c. pa.146. & q.49.2.2.pag.335.5.& q.52.7.2.pag.248
Damnati habent voluntatem in malo confirmatam: nec pœnitent de malis quæ fecerunt ratione culpæ, sed ratione pœnæ.q.86.1. c.pag.409
Damnatæ animæ dolor excedit omnem dolorem præsentis vitæ, etiam Christi.q.46.6.3.pag.221
Damnatorũ bona quæ hic fecerunt Deus remunerat in hoc quod tolerabilius patientur futurum iudicium q.8.6.3.pag.67
Dare spiritũ sanctum dicitur dupliciter, scilicet autoritatiuè: & sic est tantùm Dei, & ministeraliter, & sic homines, & Christus secundum quod homo dicuntur eum dare.q.8.1.1.pag.63
Datur nobis spiritus sanctus non nisi cum gratia gratum faciente. q.72.7.c.pag.337
Dauid & Abrahæ Christus specialiter dicitur filius.q.31.2.o.p.158
Dauid.ver. Abraham. Comedens. Paulus.
De, dicit principium, & consubstantialitatem, ex, verò dicit principium tantùm, ideò quicquid est de aliquo, est ex aliquo: sed non econuersò q.25.8.c.pag.158
Debitum duplex. s. necessitatis, & decentiæ.q.64.5.3.pa.293
Decimatio est actus figuralis.q 31.8.c.pa.163.& q.65.1.7.p.298
Decimatio non conuenit Christo: sed cuilibet alij. q. 31.8.o.pa.163
Decimæ & oblationes in veteri lege erant sacramenta: non autem nunc.q.65.1.7.pag.298
Decimati dicuntur, qui sunt præfigurati indigere curatione, quæ est per Christum.q.8.8.c.pag.163
Defectus consequentes corruptibilitatem, & passibilitatem corporis nostri: curati sunt à Christo.q.14.4 1.pa.92
Defectus.ver. Assumpsit, Corpus Christi.
Degradatio aufert ordinis executionẽ quasi in perpetuum: sed excõmunicatio solũ vsq; ad emendationem.q.82.8.1.pag.398
Delectatio vehemens impedit tristitiam.q.46.8.2.pag.222
Delectatio intellectus speculatiui non potest habere dolorem vel tristitiam ex parte sui obiecti: quod est verum absolutè consideratum: potest tamen habere dolorem ex parte subiecti. qu. 46. 7.c.& 4.pag.221
Dæmon est caput omnium malorum, non influxu interiori, sed gubernatione exteriori.q.8.7.o.pag.67
Dæmon & Antichristus sunt tantũ vnum caput malorum.q.8.8. 1.pag.68
Dæmon non statim tentat hominem spiritualem de granibus peccatis.q.41.4.c.pag.202
Dæmon habet potestatem aliquam in homine: ex hoc quod subditur peccato originali, vel actuali.q.71.2.c.2.pa.331
Dæmon etiam nunc potest Deo permittente homines tẽtare quantùm ad animam: & vexare quantùm ad corpus.quęstio.49.2.2. pag.235
Dæmones cognoscebant Christum esse Messiam promissum in lege: non autem diuinitatem eius, nisi per coniecturas. q.29.1.3.p. 254.& q.41.1.1.pag.200.& q.47.5.c.pa.228
Dæmones non permittũtur facere omnia quæ possunt naturaliter. q.29.1.3.pag.254
Dæmones expelli virtute Dei, & non virtute dæmonum, sufficienter probatur à Christo.q.43.2.3.pag.205
Dæmones intrare porcos: & affligere illum quem Christus liberauit permissum fuit à Christo triplici ratione.q.44.1.4.pag.210
Dæmones superiores expellunt inferiores corporaliter: non autẽ à domino animæ, sed Christus vtróq; modo expellit vtrósq;.q. 43.2.3.pag.205
Dæmonum suggestione fiunt omnia peccata.q.8.7.o.pag.67
Dæmonum tentatio non semper est peccatum.41.1.3.pag.200
Dæmonum manus nullus ante passionem Christi euadere potuit, quin descenderet ad infernum.q.49.2.2.& 5.1.p.235.& q.52.5.2. & 6.2.pag.247
Dæmonum nequitijs contra homines: paratum est remedium ex passione Christi.q.47.2.2.3.pag.227
Denominari possunt omnia quę habent ordinem ad aliquid vnum ab eo.q.60.1.c.pa.271
Denominatur vnumquodq; secundũ illud, quod conuenit ei primò & per se.q.60.4.1.pag.271
Descensus duplex conuenit Christo. s. de cœlo. & ad inferos.q.57.2. 2.pag.262
Descensus ad imperfectionem nostræ naturæ confideratur in mysterio incarnationis.33.3.3.pag.160.& q 34.1.1.pag.170

Descensus

Descensus Christi ad inferos fuit conueniens.q.52.1.o. pa.244
Descendit Christus per essentiam ad limbũ patrũ, sed per effectum ad quemlibet infernũ.q.52.2.o.245
Et descendit post mortẽ statim ad ad infernũ, & sanctos ibi existẽtes liberauit.q.52.4.1.& 5.o.pa.247
Descendens Christus ad inferos tandiu ibi fuit secundũ animam quandiu corpus eius fuit mortuum.q.52.4.o.pag.247
Et illuminauit limbum patrum, quò ad eos tantum.q.52.2.1.p.245
Et tantùm iustos liberauit.q.52.5.6.7.8.o.pag 247
Et damnandos confutauit de incredulitate eorum, sed purgandis dedit spem gloriæ.q.52.2.c.3.& 6.1.pag.245
Et liberauit à purgatorio sufficienter purgatos, vel qui dum hic viuerent hoc meruerunt per fidem & deuotionem ad mortem ipsius.q.52.8.1.pag.247
Descendit Christus aliquando de cœlo ad terram postquàm ascendit.q.57.6.3 pag.665
Desertum. nullus de filijs Israel natus in deserto, mortuus est ibi.q. 70.4.3.pag.331
Desponsatio beatæ Mariæ fuit facta multis rationibus. qu.29.1.o. pag.112
Deus est forma.q.2.1.c.pag.10.& q.9.3.3.pag.71
Et est infinitus.q.10.3.1.& 2.pag.77
Et est immutabilis.q.46.2.c.p.cad.& q.57.1.1.pag.cad.
Deus scit infinita etiam scientia visionis.q.10.3.o.pag.76
Deus non potest videri per essentiam naturaliter ab aliqua creatura.q.10.4.2.pag.78
Deus totus intelligitur ab intellectu nostro, non autem totaliter. q.10.1.2.pag.74
Deus solus est à quo mouetur voluntas creaturę: vt à principio intrinseco.q.18.2.1.pag.115
Deus est omnipotens, & potest facere quicquid habet rationẽ entis.q.25.c.pag.86
Et potest facere quæ non facit.q.1.2.3.pag.6
Et potest transmutare omnem materiam in quancunq; formam. 28.1.5.pag.150
Et potest facere raritatem & densitatem esse sine materia.qu.77.2. 3.& 7.1.& 2.pag.368
Et potest immediatè facere omnem effectum cuiuscunq; agentis sine eo.q.77.1.c.pag.367
Deus potest facere præter ordinem totius naturę. q.43.2.c.pa.205
Nec propter hoc faceret contra naturam.p.44.2.1.pa.210
Deus potest facere aliquid melius humanitate Christi, matre eius beatitudine & gratia secundum se: non autem vt relatis ad Deũ. q.7.12.2.pag.61.& q.10.4.3.pag.78
Deus immediatè producit omnia.q.6.1.1.pag.47
Deus produxit creaturas non ex necessitate.q.50.2.3.pa.319
Deus potest mutare formam in formam.& materiã in materiam. q.75.4.c.3.pag.354
Deus dicitur habitasse in Christo corporaliter tripliciter.q.2.10.2 pag.24
Deus est in omni creatura per essentiam, præsentiã, & potentiam, in sanctis per gratiam, in Christo solo per vnionem personalẽ. q.2.10.2.pag.cad.& q.6.1.1.pag.cad.
Deus potuit liberare hominem sine passione Christi absolutè loquendo.q.46.2.o.pag.217
Deus est homo: est propositio per se & in materia naturali. q. 16.1. 2.pag.100
Deus est homo, & econuersò est propositio vera & propria.q.16.1. 2.o.pag.cad.
Deus factus est homo, & econuersò: si ly factus determinet compositionem est vera.q.16.6.7.o.pag.103
Deus est caput Christi.q.8.8.1.pag.68
Dei esse & essentia sunt idem realiter.q.13.1.c.pag.86
Dei cognitio per essentiam est soli Deo naturalis.q.9.4.c.pa.72
Dei scientia duplex. s. visionis, & simplicis intelligẽtiæ.q.10.1.2.p.75
Dei essentia videtur immediatè.q.9.3.3.p.71.& q.10.4.c.1.p.78
Dei visio est naturalis homini beato.q.9.2.3.pag.70
Dei voluntas est causa omnis bont.q.86.2.c.pag.409
Dei præsentiam falli, & eius voluntatem & dispositionem cassari, est impossibile.q.46.2.c.pag.217
Dei voluntati conformatur humana voluntas, secundum voluntatem per modum rationis.q.18.5.c.pa.117
Diaconus non est proprius minister alicuius sacramenti.q.67.1.o. pag.310
Diaconus est proprius dispensator sanguinis Christi, non autẽ corporis Christi nisi de licentia Episcopi, vel presbyteri, vel in necessitate.q.82.3.o.pag.397
Diaconus.ver. Prædicare.
Diacono competit purgare tantùm. i. ejicere immundos, sacerdotibus cõperit illuminare, episcopis perficere.q.64.1.1.pag.290.& q.67.1.1.& 2.pag.310.& q.82.3.3.pag.397
Diacono cõpetit assistere & ministrare maioribus sacerdotibus in omnibus agendis circa sacramẽta ecclesiæ.q.67.1.c.p.309.& q. 71.4.c.pag.332
Diacono non licet tangere corpus Christi.q.80.3.o.pag.376
Dies dicitur dupliciter, scilicet naturalis & artificialis.q.51.2.3.pagina 250
Dies naturalis secundum ecclesiam incipit in media nocte, non autem dies artificialis.q.80.8.5.pag.390
Dies creationis à luce in noctem computantur, econuerso verò triduum Christi in sepulchro.q.51.4.1.pa.243.& q.53.2.3.pa.250
Distinitur & denominatur vnumquódq; secundum illud quod conuenit ei primò & per se: non autem per illud quod conuenit ei per aliud.q.60.4.1.pag.273
Diluculum potest dici pars diei & noctis.q.51.4.2.pag.243
Dimensio quantitativa diuersificatur per magnum & parvum quantùm ad determinationem mensuræ: non quantùm ad essentiam.q.77.4.o.pa.369
Dimensio corrumpitur dupliciter.q.77.4.o.pag.369
Dionysius dicit in quadã epistola, quod Christus operabatur diuinitùs ea quæ sunt hominis.q.2.6.2.3.pa.31.& q.45.2.c.pa.214
Dispositio dupliciter se habet ad id ad quod disponit, scilicet vt via ad perfectionem, & vt effectus.q.9.3.2.pag.71
Dispositio sequitur naturaliter formam ad quã disponit, licet præcedat eam via generationis.q.7.13.2.pag.62
Dispositio primæ materiæ est quantitas dimensiua.q.77.2.c.p.368
Dispositio est in eodem subiecto cum eo ad quod disponit propinquè.q.63.4.1.pag.288
Distinctio diuinarum personarum non essit remotis relationibus. q.3.3.5.pag.30
Diuinum prædicatur de essentia: & de personis diuinis.q.16.3.3.pagin.101
Docere dicitur dupliciter. s. principaliter infundendo lumen: & instrumentaliter dirigendo.q.69.3.2.pag.325
Docere domestica admonitione permittitur mulieri priuatim, nõ autem publicè in ecclesia.q.55.2.2.pag.256
Doctor primus & principalis doctrinæ spiritualis fuit Christus.q. 7.7.c.pag.56
Doctrina tripliciter est occulta. s. ex intentione docẽtis, & quia paucis proponitur, & ex modo docẽdi: & hoc modo tantum doctrina Christi fuit occulta.q.42.3.c.pag.205
Doctrinam suam Christus noluit scribere sriplici ratione.q.42.4. o.pag.205.
Docuit Christus nõnulla in parabolis: & tamen omnia digna creditu de sua sapientia palàm proposuit: sed non omnia profunda. q.42.3.o.pag.205
Dolor causatur ex læsione sensus tactus percepta: tristitia verò ex apprehensione mali interioris.q.11.6.c.pag.96
Dolor & tristitia secundũ se sunt malæ: sed præsupposita præsentia mali, aut ratione fugę mali, possunt esse bona honesta & vtilia.q. 15.5.6.c.pag.95
Dolor & gaudium appetitus sensitiui, nunquã possunt esse simul. q.84.9.2.pag 406
Dolor requirit duo. s. cõiunctionem mali, & perceptionem eius.q. 35.6.o.pag.95
Dolor verus sensibilis fuit in Christo.q.15.5.o.pag.cad.
Dolor Christi non impediebat delectationem fruitionis eius: nec econuersò.q.15.5.3.pa.95.& q.9.3.pag.71
Dolo Christi in passione peruenit vsq; ad rationẽ superiorẽ.q.46. 8.o.pag.222
Dolor Christi interior & exterior fuit maximus. q.46.6.o.p.220
Dolor Christi fuit maior dolore cuiuscunq; contriti, & magis dolebat de miserijs nostris quàm de passione sua, & doluit pro omnibus peccatis simul.q.46.6.3.4.pag.cad.
Dolor Christi fuit maior dolore Adæ, si passus fuisset. qu.46.6.3. pag.220
Dolor non est in beatis, de malis quæ fecerunt.q.84.8.c.p.406
Dolorem minuit innocentia patientis quò ad numerum, sed auget intensiuè per se, quia magis indebitum.q.46.6.5.pag.220
Dolorem mater Christi non habuit in pariendo, sed maximam iucunditatem.q.35.6.o.pag.188
Dominicus potest prædicari de qualibet re Christi: non autem de homine Christo.q.16.3.o.pag.101
Donatus hæreticus rebaptizans est damnatus in concilio Toletano.q.66.8.1.pag.307
Donec quandóq; significat tempus certum, quãdóq; verò tempus infinitum.q.28.4.pag.151
Donum timoris fuit in Christo.q.7.6.o.pag.56
Et donum linguarum.q.7.7.3.pag.56
Dona spiritus sancti Christus plenissimè habuit.q.7.5.o.pa.55
Dona recepit Christus inquantùm est homo, sed dat ea inquantũ Deus.q.7.5.2.pag.55
Dona addunt supra gratiam perfectiones potentiarum.q.62.1. o. pag.280
Dona spiritus sancti perficiũt potentias animæ vt sequantur motũ spiritus sancti, virtutes aũt, vt sequãtur motũ rationis.q.7.3.1.p.55

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et manet in patria secundum aliquem modum.q.7.5.3. pag.55
Dotes corporis gloriosi sunt quatuor.q.45.1.3.pag.213
Dotes corporis proueniunt ex redundantia gloriæ animæ ad corpus.q.28.2.3.pag.151
Dotes corporis non fuerunt in Christo ante eius resurrectionẽ secundũ habitũ,sed miraculosè per virtutẽ diuinã.q.28.2.3. pa.151
Dubitatio est in natura ignorante,& non in Deo.q.18.4.1.pa.117
Dubitatio duplex,scilicet infidelitatis,& admirationis,secũda fuit in matre Christi,nõ prima.q.27.4.2.pag.247.& q.30.2.pa. 156
Dubia.ver. Adoratio.
Duo dicitur quasi habens qualitatem in alio,sed in ipso de quo prædicantur duo.q.17.1.6.pag.111
Durities est i sacramẽto eucharistiæ sine materia.q.77.5.1.&2.p.37
Ecclesia dicitur dupliciter,scilicet viæ & patriæ.q.8.4.2.pag. 65
Ecclesia omnium fidelium noui,& veteris testamenti est vna. q.8.3.3.pag.64
Ecclesiæ corpus mysticum constitit ex hominibus,angelis viatoribus,& beatis.q.8.4.c.2.pag.65
Ecclesiam ingredi,& audire verbum Dei vsque ad missam catheciminorum,nullus prohibetur.q.83.4.4.pag.401
Eclipsis apparẽs in passiõe Christi fuit miraculosa.q.44.1.2.p.209
Effectus quicũque in creaturis est communis toti trinitati propter vnitatem naturæ.q.13.2.c.pag.131
Effectus positiuus prior est effectu priuatiuo ordine formę:sed ordine materiæ est ecõuerso.q.62.6.3.pag.284.& q.70.4.c.pa.330
AEgyptus rarò habet nubes.q.44.2.2.pag.110
Electio est idem quod voluntas vt ratio:& est proprius actus liberi arbitrij.q.18.4.c.pag.117
Electio sequitur inquisitionem in hominibus tãtùm. q.18. 4.c.pa. 117.q.34.2.2.pag.171
Electio non est de fine:sed tantùm de his quæ sunt ad finem.quæst. 18.4.c.pag.117
Electio conuenit Christo.q.11.2.1.pag.50.& q.34.2.2.pag.171
Et conuenit Deo'respectu creaturarum.q.18.4.1.pag.117
Et conuenit beatis.q.18.4.3 pag.117
Electũ à Deo'ad aliquid,ita ipsum præparat,& disponit,vt sit idoneum ad illud.q.27.4.c.pag.247
Eligere est proprius actus liberi arbitrij.q.18.4.0.pag.117
Enarguminus dicitur quasi intus laborans.q.71.2.1.& 3.pag.332
Enoch raptus est ad paradisum terrestrem,vbi cum Helia creditur viuere vsque ad Antichristum.pag.47.5.2.pag.256
Ens dicitur dupliciter,scilicet simpliciter,& sẽm q.d.q.11.5.3.p. 82
Episcopus solus potest dispensare illas perfectiones quibus homo perficitur per comparationem ad alios.q.82.3.3.pag.397
Episcopus dicit pax vobis:sacerdos verò,dominus vobiscum. q.83. 5.6.pag.402
Episcopus ver. Inuestiri. Prædicare.
Episcopi vicẽ gerũt Apostolorũ.q.67.2.1.pa.311.& q.72.11.c.pa.339
Episcopi perfectiuam dispensationem sic facer dẽs participat, sicut diaconus illuminatiuam virtutem sacerdotis.q.82.3.3.pag.397
Episcopi seu episcopatus ordo est supra sacerdotium respectu mystici corporis Christi,non autem respectu veri.q.82.1.4. pa.397
AEqualitas & quantitas virtutis est in diuinis,non autem molis.q. 58.3.0.pag.266
AEqualis est quælibet persona diuina alijs duabus personis.quæst. 43.4.c.pag.208
AEquinoctiali tẽpore creatio mundi, & passio Christi factæ sunt: iudicium verò generale erit in æstate.q.46.9.3.pag.223
AEquiualens non potest reddi Deo, nec parentibus, sed sufficit reddere quicquid est possibile.q.85.3.2.pag.407
Esse simpliciter est superius ad esse hominem.q.16.9.2.pag.107
Esse quod non est personale non est esse simpliciter,sed secundum quid. q.17.2.c.pag.ead.
Esse pertinet ad hypostasim sicut ad illud quod habet esse ad naturã verò sicut ad illud quo aliquid habet esse.q.17.2.c.1.pa.111
Esse simpliciter in Christo est tantùm vnum, sed esse secundum quid sunt duo.q.17.2.c.pag.111
Esse capitatum,esse corporeum,& esse animatũ pertinẽt ad personã Sortis,sed ex his non fit nisi vnũ esse Sortis.q.17.2.c.p.111
Essentia.ver. Deus. Natura.
Eucharistia est sacramentum, & sacrificium.q.73.1.4.0.pa.140.& q.79.5.7.0.pag.382
Et est verum sacramentum.q.73.2.0.pag.340
Et nominatur sacrificium,communio, eucharistia & viaticum.q. 73.4.0.pag.241.& q.79.2.1.pa.381
Eius institutio fuit conueniens & necessaria in cœna domini, & non ante,nec post.q.72.11.3.pag.341
Eius institutio fuit necessaria p modũ cibi & pot°.q.73.1.2.0.p.333
Eucharistia habuit multas figuras in veteri testamento, quarum præcipua fuit agnus paschalis.q.75.6.0.pag.342
Eucharistia in missa comparatur sacrificio Abel, Abrahæ,& Melchisedech.q.83.4.8.pag.401
Eucharistia excedit omnia sacramẽta veteris ac nouæ legis.quæst. 65.3.0.pag.300
Et est perfectio aliorum sacramentorum.q.75.1.c.pag.348
Et est consummatio, & finis omnium sacramentorum.q.63.6.c. pag.289.& q.65.3.c.2.pag.300
Et est signũ ecclesiastici vnitatis.q.67.2.c.p.311.& q.83.4.3.p.401
Et per eam datur complementum primi actus vitæ spiritualis.q. 69.1.c.2.pag.324.& q.82.2.3.pag.397
Eucharistia est posterior baptismo ordine tractandi de eis. quæst. 65.2.0.pag 299
Eucharistia est posterior baptismo in perceptione, sed est prior in intentione.q.73.5.4.pag.342
Eucharistia continet Christum realiter,nõ autem alia sacramenta.q.65.3.0.pag.259.& q.75.1.0.pa.248.& q.76.0.pa.299
Eucharistia perficitur in consecratione materiæ:alia verò sacramẽta in vsu eius.q.73.2.3.pag.340.& q.74.2.3.pag.344
Et differt à baptismo,& ab alijs sacramentis.q.73.2.3.c.p.340.& q.78.1.c.pag.373
Eucharistia habet panem, & vinũ pro sui materia.q.74.1.0.p.343
Eius materia quantacũnque potest consecrari,dũmodò sit coram sacerdote.q.74.2.0.pag.343
Eucharistia non conficitur de aqua lotionis panni intincti vino.q. 74.8.c.pag.347
Eucharistia conficitur ex pane tritici tantùm.q.74.3.0.pag.344
Et confici potest ex pane mixto ex alijs granis,si manet species tritici.q.74.3.3.345
Et ex siligine generata ex grano frumenti.q.74.3.2.pa.345
Sed non potest confici ex amylo,vel pasta,vel pane corrupto secundum speciem.q.74.3.& 4.6.& 5.2.pag.345
Eucharistia debet confici ex azymo,ex fermento autem conficere esset graue peccatũ,sicut apũd Græcos in azimis.q.74.4.0.p.345
Eucharistia debet confici de vino vitis tantùm.q.74.5.0.p.340
Et potest confici de musto in necessitate:non autem de vua, nec de agresta.q.74.5.2.pag.346
Nec de aceto confici potest:sed bene de vino acescenti,licèt peccatum esset.q.74.5.2.pag.346
Eucharistia à solis sacerdotibus consecrari põt.q.82.1.0.pag.397
Eucharistia sub dio celebrari cõceditur,si adsint sacra mysteria ad id officium pertinentia.q.83.3.1.pag.400
Eucharistia dupliciter sumitur.s.sacramentaliter, & spiritualiter. q.80.1.2.3.0.pag.384
Eucharistia vere sumitur à peccatoribus sacramentaliter tantùm. q.80.3.0.pag.385
Et verè sumitur ab infideli,sed non primo nec secundo modo proprie.q.80.2.3.pag.385
Et verè sumitur à bruto per accidens,sed non primo modo nec secundo.q.80.3.3.pag.385
Eius sumptio non est de necessitate salutis secundum se, sed ex statuto Christi,& ecclesiæ.q.73.3.0.p.341.& q.80.11.0.pa.392
Eam sumere quotidiè tenebãtur omnes in primitiua ecclesia, pòst ter in anno,nunc autem semel.q.80.10.4.pag.392
Eucharistia debet quotidie sumi nisi ex hoc deuotionem sentiret quis diminui.q.80.10.0.pag.291
Nec debet pluries in die sumi,nisi in casu.q.80.10.5.pa.392. & q. 83.2.2.pag.399
Nec sub specie vini datur populo:propter periculum effusionis.q. 74.1.3.pa.343.& q.80.12.c.pag.393
Eucharistia si sumatur ab eo qui est paratus,est laudabilius quàm ab ea abstinere.q.80.10.c.pag.391
Et non sumẽtes eam de cõsilio sacerdotis,excusantur à trãsgressione præcepti:non autẽ manentes in peccatis.q.80.11.3.pag.392
Eucharistia debet sumi à iciunis totaliter nisi in casu mortis.q.80. 8.0.pag.390
Et eius sumptionem impedit omnis cibus sumptus pòst mediam noctem:non autem sumptus ante.q.80.8.5.pag.390
Nec deglutitio saliuæ,vel cibi relicti inter dentes,vel reliquię aquę vel vini quibus lauatur os,traiectæ non in magna quantitate. q. 80.8.4.pag.390
Nec corporales immunditiæ perpetuæ vel diuturnę,citò verò trãseuntes impediunt ex congruentia.q.80.7.3.pag.389
Et inter eius sumptionem,& cæteros cibos requiritur aliqua mora.q.80.8.6.pag.390
Eucharistia non debet dari pueris nisi incipiẽtibus habere aliqualem vsum rationis:quam uis quidã Græci contrariũ faciant.q. 80.9.3.pag.391
Eucharistia debet dari habẽtibus debilẽ vsum rationis, & amẽtibus qui cũ essent cõpotes mẽtis deuotionẽ ostẽderũt,nisi timeãt periculũ,amẽtibus verò à natiuitate nõ debet dari.q.80.9.0.p.391
Eucharistia debet dari dæmoniacis,nisi certum sit quod pro crimine torqueantur,non autem energuminis.q.80.9.2.pag.291
Eius sumptio quandoq; impeditur de necessitate,quandoq; congruo.q.80.7.0.pag.289
Eucharistia debet negari publicè peccatoribus publicis,occultis verò occultè vel generali monitione.q.80.6.0.pag.383

Et eam

Et eam sumens cum conscientia peccati mortalis,peccat mortaliter.q.79.3.0.pag.381.& q.84.4.0.pag.386
Sed eam sumens in peccato ignorato, sacra discussione diligenti: non peccat.q.80.4.5.pag.387
Eucharistia indignius sumitur,ab infideli quàm à fideli peccatore. q.80.5.2.pag.387
Et sumens eam indignè,quandoq; granius, quandoq; minus grauiter peccat,respectu aliorum peccatorum.q.80.5.0.pag.387
Eucharistia non debet dari ad sumendum experimentum de peccatis.q.80.6.3.pag.388
Eucharistia non imprimit characterem.q.63.6.c.pag.289.& q.80. 10.1.pag.392
Eucharistia inquantùm est sacramentum prodest tantùm sumentibus:sed vt est sacrificiũ prodest etiã alijs.q.79.7.2.pag.383
Eucharistia est sacramentum passionis & mortis Christi. q.73.3.3. pag.341
Et est memoriale passionis Christi.q.73.4.5.0.pag.341
Eucharistia ordinat ad refectionem mentis.q.73.1.2.c.pa.341. & q. 77.8.pag.373.
Et habet effectus suos in cõiunctis sibi per fidem & charitatem. q. 79.1.1.2.pag.308
Et est sacramentum charitatis Christi expressiuũ: & charitatis nostræ factiuum.q.75.1.c.pag.348
Eius effectus non principalis,sed consequens augmentum charitatis est diminutio fomitis.q.79.6.3.pag.285
Eucharistia facit omnem effectum vitæ spiritualis:ad similitudinẽ cibi corporalis.q.79.1.0.pag.379
Eius effectus est adeptio gloriæ non statim: sed inquantùm dat virtutem perueniendi ad gloriam.qu.79.2.0.pag.381.& qu.80.2.1. pag.385
Et eam sumens sacramentaliter consequitur maiorẽ gratiam,quã prius sumendo spiritualiter tantùm.q.80.2.3.pag.384
Eucharistia gratiã causat,auget,& excitat eam & virtutes in actũ. q.79.1.0.pag.329.
Eucharistia præseruat à peccato'dupliciter.s.roborando interiùs, & muniendo exterius.q.7.6.0.pag.52
Eius effectus impeditur in parte per peccata venialia præsentia,nõ autem per præterita.q.79.8.0.pag.384
Eucharistia delet peccata venialia.q.79.4.0.pag.282
Et delet mortalia:quorum quis non habet conscientiam, nec affectum.q.79.3.0.pag.381
Et per eam fit absolutio scelerum tripliciter.q.79.2.1.pag.281
Eucharistia delet pœnam debitam pro peccatis, non quidem totã sed secundum mensuram peccatorum & deuotionis. quæst.79. 5.0.pag.382
Eucharistia liberat à purgatorio inquantùm est sacrificium satisfactorium pro peccato.q.32.8.2.pag.249
Eucharistiæ figura expressior fuit oblatio Melchisedech quò ad illud quod est sacramentum tantùm figura veteris legis: sed econuersò quò ad illud quod est res & sacramentum.61.3.3.pa.238. & q.73.6.c.pag.342
Eucharistiæ sacrificium quotidiè oblatum in ecclesia non est aliquod quàm sacrificium Christi, sed est eius commemoratio.q. 22.3.1.pag.111.& q.73.4.0.pag.241.& q 83.1.0.pag.399
Eucharistiæ signum & causa est effusio sanguinis & aquæ ex latere Christi:oblatio Melchisedech respectu eius quod est sacramentum tantùm,manna respectu eius quod est res tãtùm, & agnus Paschalis respectu eius quod est res & sacramẽtum sunt tantùm signa.q.73.6.0.pag.342.& q.74.6.1.pag.346
Eucharistiæ signũ fuit agnus paschalis ratiõe passionis Christi,mâna verò vt cibus fidelium.q.73.5.6.c.p.342.& q.80.10.2.pa.392
Eucharistiæ res duplex.s.contenta,id est, Christus,& non contenta,id est,corpus Christi mysticum.q.60.3 c.pag.272.& q.80.4. c.pag.386
Eucharistiæ res & sacramentum est corpus Christi verum.res tantùm est eius.s.gratia:sed sacramentum tantùm est materia eius. q.73.1.1.& 6.c.pag.340
Eucharistiæ res & sacramentum est in materiatres autem est in susciente.q.73.1.3.pag 340
Eucharistiæ sacramento comprehenditur totum mysterium nostræ salutis: ideò præcæteris sacramentis solennius celebratur. q.63.4.c.1.6.pag.288
Eucharistiæ forma conuenienter significatur in facto esse,non autem in fieri.q.78.2.0.pag.374
Eucharistiæ formæ conuenienter præmittuntur hæc verba,& eleuatis oculis &c.q.78.1.1.2.pag.374
Eucharistiæ panis & vini forma consecrationis ponitur.q.78.1.2.3. 0.pag.374
Eucharistiæ panis & vini formæ sunt locutiones veræ:& habẽt virtutem factiuam rei.q.78.5.0.pag.377
Eucharistiæ panis & vini formæ non se mutuò expectant. q. 78.6. 0.pag.378
Eucharistiæ & cuiuslibet sacramenti forma habet virtutem instrumentalem à Christo.q.78.4.0.pa.376
Eucharistiæ forma importat solam consecrationem materiæ: formæ verò aliorum sacramentorum important vsum materiæ.q. 78.1.4.5.c.pag.374
Eucharistiæ locus non est vacuus, nec plenus corpore Christi, sed speciebus sacramentalibus.q.76.1.2.pag.363
Eucharistiæ dispensatio pertinet ad sacerdotem tantùm. q.82.3.0. pag.397
Eucharistiæ minister operatur tantùm pronuntiãdo verba: in alijs autem sacramẽtis etiam præter hoc,actum exteriorem exercendo.q.78.1.c.3.pag.374
Et ad Eucharistiæ consecrationem tenetur quilibet sacerdos, saltẽ in festis præcipuis.q.82.10.0.pag.399
Eucharistiæ celebratio est Christi immolatio. quæstio. 83.1.0.pagina 199
Eucharistiam Christus consecrauit eadem forma qua & nos,quã dedit ecclesiæ,& semel tantùm protulit.q.78.1.1.pag.374
Eucharistiam videre conceditur omnibus baptizatis etiã peccatoribus,sed non baptizatis negatur.q.80.4.4.pag.284
Eucharistiam recipiẽs vel missam audiens à malis sacerdotibus ab ecclesia præcisis,peccat.q.6.4.9.2.3.pag.296.& quæstio.82.9.0. pag.399
Eucharistiam amittens,vel cuius negligentia brutum sumit eam, vel sanguis stillat extrà,vel euomens,qualiter pœnitere debet.q. 83.6.7.pag.403
Eucharistiam tangere soli sacerdoti licet,nisi in necessitate.q.82.3. c.pag.397
Eucharistiã spiritualiter manducauerunt patres veteris testamenti.q.80.1.3.pag.374
Eucharistia baptismo & confirmatione homo indigeret, etiam si non quàm à gratia baptismi caderet,nõ autem pœnitentia.q.84. 5.6 .pag.401
Eucharistia consecrata,substantia,panis & vini non manet.q.75.2. 0.pag.350
In Eucharistia quid considerandum. quæstion. 76.1.2.3. 4.0.pagina 370
Eucharistia.vide Accidens, Actus, Angelus, Anima, Consecratio, Conuersio, Corpus, Christus.
Euthices in morte tractauit suam hæresim.q.54.3.c.pag.252
Ex aliquando importat ordinem terminorum, aliquando identitatem.q.75.8.c.pag.358
Exclusiua dictio addita principali agenti non excludit instrumentum.q.78.4.1.pag.376
Exemplar semper perfectissimum quid.q.56.1.3.pag.260
Exorcismus non est sacramentum,sed sacramentale.quæst. 67.3.2. pag.311
Exorcismus debet præcedere baptismum.q.71.2.0.pag.338
Exorcismus datur contra impugnationem interiorem dæmonum nec potest ineari.q.71.2.3.pag 322
Exorcismus ordinatur contra impedimenta baptismi.quæstio. 71. 3.3.pag.ead.
Exorcismus non confert gratiam nec remissionem culpæ. q.71.3. 0.pag 332
Exorcismi effectus duplex:scilicet expulsio potestatis dæmonis, & apertio sensuum ad mysteria & mandata Dei. quæstion. 71.3.c. pag.332
Exorcismi summa virtus.q.71.2.3.c.pag.332
FAcies Christi mittebat radios q.44.3.1.pag.15
Factum esse quandóq; dicit nouitatem prædicationis sine mutatione facti,quandóque cum facti mutatione. quæstio. 16.6 c.2. pagin.103
Fœcunditas bonorum operum duplex.s.in se,& in alijs.q.66. 6.c. 2.pag.304
Fœmina non potest esse principium generationis actiuum.q.67.4. 3.pag.312
Fermentum feruorem charitatis significat. quæstion. 74.4.3.pagina 346
Ferri candentis tactu, non licet probare innocentiam vel crimen. q.80.6.3.pag.388
Festum consecrationis ecclesiæ fit octo diebus.quæstion.83.3.4.pagina 400
Festum conceptionis beatæ Mariæ non celebrat Ro.ecclesia.q.27. c.2.3.pag.141
Festum.ver.Concepta.
Fictio est ostendere dicto vel facto velle,quod non vult.qu.69.6.3. pag.317
Fictio relata ad rem significatam. quæst.55.4.1.pag.157.& q.76.8. c.pag.161
Fides formata quid.quæstion.68.4.3.pagin 311.& quæstion.73.3.3. pag.341
Fides Christi semper necessaria fuit.q.68.1.1.pag 316
Fides nostra & antiquorum patrum est eadem. quæstion. 80.1.9 pagina 331

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fides est sine qua nullus vnquã potuit saluari.q.61.3.c.2 pag.2.78. & q.68.1.1.pag.316.& q.73.5.c pag.342
Fides est in dæmonibus:sed coacta.q.76.7.c pag.365
Fides non fuit in Christo:neque est beatis.q.7.3.0.pag.54
Fides est nobilior virtutibus moralibus ratione obiecti.q.7.3.1.pagina 54
Fidei obiectum est res diuina non visa.q.7.3.0.pag.54
Fidei actus charitate informatus,potest esse meritorius. q. 7.3.2. pagina 54
Fidei meritum consistit in hoc quòd homo ex obedientia Dei assentit his,quæ non videt.q.7.3.2.pag.54.& q.54.5.2.& 3.pag.258
Fidei scripturæ; diuinæ non potest subesse falsum.quæst.46.2.4. pagina 217
Fidei cognitio creuit per successionem temporum quò ad explicationem non quò ad fidei rationem.q 61.1.2.pag.281
Fidei Christi genus humanum tripliciter fuit incorporatũ.q. 68. 1.1.pagina 316
Fidem rectam habens circa sacramentum baptismi potest errare in aliis articulis q.68.8.2.pag.321
Fide formata mundamur à peccatis virtute passionis Christi.q. 49.1.1.& 5.1.pag.234
Fide Christi sancti patres liberati sunt ab omni peccato , & reatu pœnæ actualium, non autem à reatu peccati originalis. q.52.5. 2.& 7.1.& 8.3.pag.247
Fieri tunc res dicuntur quando innotescunt.q.11.2.1.pag.87
Fieri dicitur dupliciter,scilicet in instanti & successiue.q.33.3.1.pa. 169.& q.75.7.2.pag.358.& q.78.2.c.pag.374
Fieri dicit ordinem terminorum,& vnitatem subiecti.q.75.8.c.pagina 358
Figura propriè est tantùm in corporeis.q.63.2.1.pag.285
Figuræ similitudo quid magis significet.q.74.3.2.pag.345
Filiatio & adoptio conuenit tantùm personæ.q.23.4.0.pag.131
Filiatio est tantùm eius quod generatur in similitudinem generantis.q.32.3.c.pag.ead.
Filiatio quibus conueniat.q.32.3.c.pag.166.& q.35.3.2.pag.175
Filiationes in Christo sunt duæ.q.35.5.0.pag.176
Filius Dei est verus Deus.q.43.4.0.pag.208
Fingere quod nihil significat est mendacium.q.55.4.1.pag.257
Fingere.ver.Fictio.
Finis est prior in intentione agentis,non in executione.q.61.3.1.pagina 278
Et ad ipsum ordinatur aliquid dupliciter,scilicet necessariò,& ad bene esse.q.1.1 c.pag.3
Fomes quid.q.15.1.c.pag.93.& q.27.3.c.pag.145
Fomes peccati non fuit in Christo.q.15.2.0.pag.93
Fomes in beata Maria in prima eius sanctificatione fuit ligatus, in secunda verò totaliter ablatus.q.27.3.0.pag.93
Et in ea adeò debilitatus est,& extinctus, vt ad peccatum actuale nunquàm inclinaretur.q.27.3.c.& 4.1.& 5.2.pag.145
Fomes per baptismum minuitur.q.69.4.3.pag.325
Fomitis impugnationem interiorem Christus non sustinuit.q.15. 2.3.pag.93
Fomitis effectus duplex.q.27.3.c.pag.145
Forma vel est ipsa natura rei,vel constituit naturam rei.q.13.1.c.pagina.86
Forma completa est in subiecto secundùm cõditionem subiecti,instrumentalis verò secundum conditionẽ principalis agentis. q. 63.5.1.pag.289
Forma substantialis non suscipit magis vel minus.quæstio.75.7.c. pag.358
Forma separata à materia est intellectualis.q.75.6.c.pag.357
Formæ incompossibiles in eodem suppositò faciunt propositionẽ in materia remota,compossibiles autem in materia contingenti vel naturali.q.16.1.1.pag.100
Formæ plures eiusdem speciei nõ possunt simul inesse eidem subiecto.q.35.5.c.pag.176
Formæ sacramentales traditæ sunt Apostolis,à Christo.q.72.4.1. pag.335
Formarum inchoatio improbatur.qu.32.4.c.3.pag.167
Forma.ver. Ars, Actio, Adam, Deus, Individuum, Nasci, Natiuitas, Natura, Nomen, operatio.
Formali cuiuscũq; remoto,tollitur species.q.68.4.1.pag.318
Fortitudo est in irascibili.q.15 2.c.pag.93
Fortitudo spiritus ostenditur in resistendo concupiscentiæ carnis sibi contrariantis:maior autem est in comprimendo eam totaliter,& hoc secundo modo fuit in Christo.q.15.2.3.pag.93
Frater in sacra scriptura dicitur quadrupliciter.q.28.3.5.pag.151
Fratres Christi sumus per adoptionem.q.23.2.2.pag.132
Fratres Christi in euangelio dicuntur consobrini eius. quæst.283. 5.pag.151
Fruebatur superior pars animæ Christi ipso patiente. qu.46.8.0. pagin.822
Frustra dicitur quod est ad finem quẽ non attingit.q.11.52.pag.82
Fundamentum.ver.Pœnitentia.
Gabriel est summus in ordine Archãgelorum, & fortitudo Dei nominatur.q.30.2.4.pa.180
Galilæa vt interpretatur transmigratio significat gentilitatem , vt verò interpretatur reuelatio significat patriam cœlestem.q.55.3. 4.pag.154
Gaudium & tristitia in quibus sint contraria &c.quæstio.84.9.2. pag.407
Genealogia quomodò denominetur.q.28.1.2.pag.150.& q.31.2.1. pag.159
Genealogia Christi exponitur.quæstio.28.1.2.pag.150.& q.31.3.0. pag.159
Generatio naturalis non requirit aliquam potentiam actiuam in materiam.q.32.4.c.3.pag.167
Generationis naturalis tota virtus actiua est ex parte maris, & passiua ex parte seminis.quæstio.32.4.c.pag.167.& quæst.67.4.3. pagin.312
Generationis est idem modus omnium quæ sunt eiusdem speciei. q.2.8.2.4.pag.21
Generatiua potẽtia est in patre perfectè:in matre verò imperfectè. q.32.4.2.pag.167
Genitum & passum,quomodò prædicentur de filio Dei.q.16.5.1. pag.103
Genus, Nihil ponitur primò in genere vel specie, nisi per id quod de eo prædicatur.q.63.2.1.pag.286
Et nisi ratione naturæ:non autẽ ratione eius quod pertinet ad individuationem.q.2.3.3.pag.13
Genus masculinum & neutrum ad quæ referãtur.q.17.1.c.pa.110. & q.52.1.c.pag.246
Genus masculinum designat quiddam formatum , & perfectum, neutrum verò quiddam informatum & imperfectũ. quæst. 17. 1.c.pag.110
Generis primum est causa omnium quæ sunt pòst.quæstio.56.1. c.pag.260
Gloria. Ea quæ sunt gloriæ quo ad animã,vt quo ad corpus,prius tempore debuerunt esse in Christo,quàm in alio.quæstio.53.3.3. pagin.351
Glorioſum.ver.charitas. Corpus. Palpabile.
Gratia est quædam participata similitudo diuinæ naturæ.q.2.10.1. pag.24.& q.3.4.2.pag.31.& q.62.1.c.pag.171
Gratia est forma habens esse completum & mutabile in anima.q. 63.1.1.pag.289
Gratia est immediatè in essentia animæ.&c.q.7.2.c.pag.53.&q.26. 2.c.1.pag.142
Nec eius subiectum immediatum est corpus.quæstione.79.3. pagina.382
Gratia est in sacramentis intentionaliter vt in signo & causa instrumentali &c.q.63.3.4.0.pag.287
Gratia à solo Deo causatur.quæstio.62.1.c.pag.279.& quæst.64.1. c.pag.290
Sed eius causa instrumentalis tantùm sunt humanitas Christi ministri ecclesiæ,& sacramenta.quæst.62.1.0.pa.279.& quæst. 64. 1.0.pag.290
Nec eam dat homo interius infundendo,sed exterius exhortando ad ea quæ sunt gratiæ.q.8 6.2.pag.66
Nec eam causant sacramenta veteris legis.quæstione.62.6.0. pagina.283
Gratia differt essentialiter à qualibet virtute.quæst.62.2.c.pa.280. & q.89.1.c.pag.379
Gratia dicitur dupliciter, scilicet donum Dei acceptum , & Deus gratis donans.q.2.10.c.pag.23
Gratia duplex, scilicet gratum faciens,& gratis data.quæstio.7.7. c.1.pag.56
Gratia cum plenitudine duplex,scilicet ex parte gratiæ,& hæc propria est homini Christo,& ex parte habentis gratiam, & hæc cõmunicatur alijs per Christum.q.7.10 0.pag.58
Gratia gratis data ordinatur ad manifestationem fidei,& doctrinæ spiritualis.q.7.7.c.pag.56
Gratia gratum faciens ordinatur ad actus meritorios interiores. & exteriores.gratia gratis data ad exteriores.quęstione 7.7.1.pagina.56
Gratia gratum faciens est à qua fluunt virtutes,& dant,ad perficiendum potẽtias animę.quæst.7.1.c.pa.53.& q.62.2.c.pa.280. & quæst.82.1.c.pag.399
Gratia gratum faciens vt iustificat hominem à peccato dicitur operans,sed respectu operis meritorij dicitur cooperans.quæst.8. 4.1.pag.410
Et effectus gratiæ operantis est prior,quàm effectus gratię cooperantis.q.86.4.1.pag.410
Et effectus primus gratiæ gratum facientis,est remissio peccatorum.q.72.7.1.pag.337
Gratia gratum faciens amittitur per quodlibet peccatum mortale.quæst.80.3.c.pag.410

Gratia eadem maior est proficiens quàm incipiens,sed in diuersis hoc non est necesse.q.89.2.4.pag.413
Gratia non potest cadere sub merito,quia est principium merendi.q.2.11.c.pag.24.
Gratia minima potest resistere cuilibet concupiscentiæ,& mereri vitam æternam.q.62.6.3.pag.284.& q.70.4.c.pag.330
Gratia quod semel facit,perpetuò manet.q.88.1.4.pag.412
Gratia nunquàm amittitur sine culpa,&illud quod ex gratia Dei conceditur , nunquàm absque culpa reuocatur. quæst.50.2.c. pagina 238
Gratia non infunditur in habentibus vsum liberi arbitrij , sine actuali motu liberi arbitrij in Deum,& in peccatũ.quæst.87.2.c. pagina 411
Et gratiæ infusio & terminus præparationis subiecti, sunt in eodẽ instanti.q.89.2.c.pag.412
Gratia virtutum & donorum Dei sufficiẽter perficit essentiam & potentias animæ,quò ad generalem ordinationem actuum,sed gratia sacramentalis quò ad aliquos speciales effectus.q.62.2.1. pagina 281
Gratia sacramentalis est species gratiæ communiter sumptę:ideò non dicitur æquiuocè.q.62.2.3.pag.281
Gratia sacramentalis addit supra gratiam communiter dictam,& super virtutes & dona quoddam auxilium Dei ad habẽdum sacramenti finem.q.62.2.0.pag.281
Gratia sacramentalis est ad tollendum peccata,& ad perficiendũ animum ad cultum diuinum.q.62.5.c.pa.283.& q.63.1.6.c.pa. 285.& q.63.1.c.pag.298
Gratia sacramentalis excludit peccata præterita, virtutes & dona peccata præsentia & futura.q.62.2.1.pag.281
Gratia non potest haberi ante sumptionẽ eucharistiæ,nisi ex voto ad eã proprio vel ecclesię.q.73.3.c.1.pa.341.& q.79.1.1.pa.380
Gratia miraculorũ excellẽtissimè data est aïę Christi.q.15.2.3.p.87
Gratia Christi quę dicitur gratia vnionis,capitis,& singularis personæ,est vna per essentiam.q.8.5.0.pag.66.
Gratia vnionis & habitualis fuit Christo homini naturalis.q.2. 12.0.pagina 25
Gratia vnionis & habitualis sunt simul tempore,sed natura & intellectu prima præcedit secundam.q.7.13.0.p.62
Gratia habitualis fuit in Christo.q.7.1.0.pa.53
Gratia vnionis est esse personale quod gratis à Deo datur humanæ naturæ in persona verbi quod quidem est terminus assumptionis.q.6.6.c.pag.52
Gratia vnionis in Christo dupliciter dicitur,scilicet voluntas Dei dans gratis & donum eius.q.2.10.c.pa.23
Gratia vnionis sunt simpliciter infinita in Christo,sed gratia habitualis eius fuit infinita secundum rationem gratiæ, finita verò secundum rationem entis.q.7.11.0.pag.59
Gratia Christi non potuit augeri,sicut nec gratia beatorum,gratia autem viatoris puri potest augeri.q.7.12.0.pag.60
Gratia hominis puri quantuncũque crescat non potest adęquari gratiæ Christi:ideo non sunt eiusdem rationis.q.7.11.3.pa.58
Gratię plenitudinẽ Christus habuit in summo,& quò ad omnes effectus gratiæ.q.7.9.0.pag.58
Gratiæ plenitudo duplex, vna ex parte gratiæ quæ est propria Christo:alia ex parte subiecti,quæ conuenit etiã alijs per Christum.q.7.10.0.pag.56
Gratiæ & deitatis plenitudo habitat in Christo corporaliter,per vnionem personalem ad corpus & contra vmbram.q.2.10.2. pagina 23
Gratię omnes gratis datæ fuerunt excellentissimæ.q.7.7.0.pa.56
Nec diuiduntur in Christo,sicut in alijs sanctis.q.7.7.1.pag.56
Gratiæ plenitudo fuit in beata Maria super omnes post Christũ. q.7.10.c.1.pa.59.& q.17.5.0.pa.247
Gratiæ triplex perfectio in beata Maria:quarum secunda est potior prima,& tertia secunda.q.27.5.2.pag.247
Gratiæ prima perfectione beata Maria fuit mundata à culpa originali,secũda à fomite,tertia ab omni miseria.q.27.5.2.pa.247
Gratiæ primæ perfectione adepta est gratiam inclinantem ad bonum,secunda confirmata fuit in gratia & in bono , tertia adepta est gratiam consummatam.q.27.5.2.pag.247
Gratiæ plenitudo,& consiliorum obseruatio inchoauit in beata Maria : primùm fuit in ea perfectè:secundùm verò perfectè cepit in Christo.q.28.4.2.pag.152
Gratiæ nouæ infusio non requiritur ad remissionem venialium.q. 65.1.8.pag.298.& q.87.2.0.4.2.pag.411
Gratiæ nouæ infusio requiritur ad remissionem mortalium.q.87. 2.3.pag.411
Gratia homo potest vitare omnia & singula mortalia : & singula venialia,sed non omnia.q.87.1.1.pag.411
Gratia.ver.Charitas. Donum, Remissio, Virtus.
Graue & leue non habẽtium se principium actiuum sui motus , sed tantùm passiuum.q.32.4.c.pag.167
Græci baptizãdo dicũt,baptizetur seruus Christi talis.in nomine patris &c.q.66.5.1.pag.304.& q.67.6.c.pag.313
Græci conficiunt ex fermentato,& peccarent si in azymo conficerent.q.74.4.c.pag.345
Græci dant eucharistiam pueris non habentibus vsum rationis.q. 80.3.pag.391
Græci.ver.Eucharistia, Literarum, Significatio.
Gregorius.ver.Papa.
Habitat.ver.Deus, Gratia.
Habitus primorum principiorũ sunt nobis naturales.q.9.1.c. pagina 69
Habitibus omnibus ordinatis,vltima perfectio reseruatur supremo in genere illo.q.71.1.c.pag.339
Helias subleuatus est in cœlum aëreum,non autem in cœlum empyreum:& viuit cum Enoch in paradiso terrestri vsque ad Antichristum.q.49.5.2.pag.236
Hęresis incurritur ex verbis inordinatè prolatis.q.16.8.c.pa.106
Hæresis Arrij:quòd filius Dei est minor patre ratione diuinæ naturæ,& quod est creatura.q.10.2.1.pag.75.& q.16.8.c.pag.106
Hæresis Origenis , quòd anima Christi cum alijs à principio fuit creatura.q.6.3.c.pag.48
Hæresis Nestorij:quòd beata Maria non est mater Dei. quæsti.35. 4.0.pag.175
Hæresis Euticeris:quod in Christo est tantùm vna naturæ composita ex natura diuina & humana.quæstio.2.6.c.pagi.17.& qu.18. 1.c.pag.115
Et quòd corpora resurgentium & Christi non erunt palpabilia.q. 54.3.c.pag.254
Hæresis Hebionis, Cherinthi,& Fotini:quòd Christus nõ fuit ante matrem,sed purus homo meruit deitatem.qu.2.11.c.pag.24. & q.28.1.c.pag.149.& q.35.4.c.pag.175
Hæresis Hebionis,quòd Christus conceptus est ex semine viri.qu. 28.1.pag.249
Hæresis Galamitarum,quod corpus Christi non fuit mortuum.q. 50.5.c.pag.249
Hæresis Heluidij,de virgine Maria q.28.3.c.3.pa.151
Hæresis Nazargorum,de fide Christi.q.74.4.c.pag.345
Hæresis Nouatianorum, quod peccãs post baptismum non potest resurgere ad gratiam per pœnitentiam.q.84.10.c.pag.407
Hæresis Nestorij & Dioscori,de Christo.q.2.3.6.c.pag.40. & q. 4.3.c.pag.43
Hæretici possiunt ordinare si seruant formam ecclesiæ &c.q.64.9. 2.pag.296
Hæreticum est credere iuramentum esse in omni casu illicitum.q. 64.9.1.pag.296
Hærodes occidit pueros innocentes.q.36.6.3.pag.183
Hispania.ver. Natiuitas.
Homo habet quod sit homo à ratione.q.19.2.c.pag.221
Homo significat naturam humanam & qualiter.q. 4.3.c.1.pa.40
Homo duplex.q.5.1.2.0.pag.43.& q.43.3.0.pag.205
Homo est naturaliter politicus.q.65.1.c.pag.298
Homo vnus numero dicitur dupliciter.q.3.6.1.2.& 7.2.pag.33
Hominis actio volũtaria & deliberata tantùm dicitur humana. q. 19.2.0.pag.221
Hominem lapsum oportuit reparari:& non angelum. q.4.1.c.1.p. 35.& q.6.2.2.pag.48.& q.46.1.4.pag.217
Honor est reuerẽtia alicui exhibita ,ppter sui excellentiam. q. 25.1. c.pag.133
Honor diuersus debetur eidem secundum plures causas excellentiæ.q.25.1.c.pag.133
Honor debetur alicui dupliciter,scilicet vel ratione sui vel ratione alterius:& exhibetur tori rei subsistẽti,sed causa honoris potest esse aliquid eius non subsistens.q.25.1.0.pag.133
Hostia nõ cõsecratata nunquam debet dari pro eucharistia. q.80. 6.2.pag.388
Hostia.ver.Idololatrare, Missa.
Hostiæ pars missa in calice nõq; debet dari infirmis.q.83.5.9.p.412
Hostiam eandem simul consecrant ordinati:Episcopo ordinãti cõ celebrantes.q.82.2.c.pag.197
Hostias multas sumẽs in vna missa:non percipit maiorem effectũ. q.79.7.3.pag.383
Humilis nihil audit mirabilius quã suã excellẽtiam. q.30.4.1.p.157
Humiliauit se Christus quadrupliciter.q.49.6.c.p.237.& q.53.1.c. p.249.& q.54.2.c.p.253.& q.59.3.0.pag.259
Idololatrare facit qui dat hostiam non consecratam pro eucharistia.q.80.6.2.pag.388
Ieiunium à cibis duplex.f.naturæ:& ecclesiæ.q.80.8.4.pag.390
Ieiunium naturę soluitur per quemcũq; potum: non autem ieiunium ecclesiæ,nisi fiat in fraudem.q.80.8.4.pag.390
Ieiunii ante paschia fit quadragintа diebus multis rationibus: & cõmendatur per multos eius effectus.q.40.2.3.pag.198
Ieiunium Christi nõ ex necessitate fuit:sed ad nostram instructionem.q.40.2.3.pag.198
Ieiunium.ver.Christus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ieremias verbis,& mysteriis passionẽ Christi apertissimè prænuntiauit.q.27.6.c.2.pag.148
Ierusalem est in medio terræ habitabilis.q.46.10.1.pag.224
Iesus significat naturam humanã sub determinatis indiuidualibus proprietatibus.q.16.5.c.pag.103.& q.17.1.c.pag.110
Iesus nomen conuenienter impositum est Christo in sua circuncisione.q.37.2.0.pag.186
Iesus est nomen nouum & proprium inquantũ significat spirituale & vniuersale salutem.q.37.2.2.pag.186
Iesus.ver.Nomen.
Ignorantia non fuit in Christo.q.15.3.0.pag.94
Ignorãtia duplex, scilicet iuris vel facti: prima non excusat à peccato:sed bene secunda.q.47.5.3.pag.219.& q.80.4.5.pag.387
Illabi menti soli Deo conuenit. q.8.8.1.pag.68.& q.64.1.c.pag.290
Illuminatio sit in instanti.q.75.7.c.pag.357
Illuminat sacerdos trahendo sacramenta gratiæ:non autem infundendo gratiam.q.64.1.1.pag.290
Imaginatio & sensus nunquã cognoscunt naturam rei:sed tantùm accidentia.q.76.7.c.pag.304
Imaginatio ægritudinum quandóque causat eas. q.13.3.3.pag.98
Imaginatiua est altior potentia quàm sensus exterior:in quo tamẽ est maxima certitudo.30.3.2.pag.157
Imago. Idem est motus in rem ipsam,& in imaginem eius:inquantùm huiusmodi.q.8.3.3.pag.64.& q.25.3.c.1.pag.138
Imago.ver. Adoratio.
Immersio trina in baptismo non est de necessitate:tamẽ debet fieri.q.66.8.0.pag.307
Immersio capitis in baptismo sufficit.q.66.7.3.pag.306
Immersio.ver. Baptismus.
Immersione, effusione & aspersiõe aquæ potest fieri baptismus.q.66.7.0.pag.306
Immersione trina intenta, non perficitur baptimus nisi in tertia: vna verò intenta perficitur in ea.q.66.8.1.pag.307
Immolari conuenit Christo in figuris veteris testamẽti: sed verè in sacramento altaris.q.83.1.0.pag.399
Imperio rationis obediunt aliqualiter potentiæ sensitiuę:nõ autem naturales nec vegetatiuæ.q.19.2.c.pag.121
Impositio manus significat copiosum gratiæ effectum:ideò non reiteratur in baptismo neque in pœnitentia, sed tantùm in ordine,& confirmatione.q.84.4.c.2.pag.405
Impossibile aliquando pro difficili sumitur.q.86.1.1.pag.409
Incorporalia dicuntur esse in loco quia continentur:spiritualia verò quia continent.q.57.4.1.2.pag.263
Incarnari Deum fuit possibile & cõueniens.q.1.1.0.pag.2
Incarnari Deum fuit necessarium ad bene esse.non simpliciter.q.1.2.0.pag.3
Incarnatio Dei non fuisset,si homo non peccasset:quanuis potẽtia Dei ad hoc non limiteretur.q.1.3.0.pag.4
Incarnatio Dei principaliter fuit propter liberationẽ hominis.qu.1.5.c.pag.8.& q.40.1.c.pag.197.& q.44.3.c.pag.211
Incarnatio Dei fuit ad delẽdum omne peccatum.q.1.4.0.pag.7
Incarnatio facta est conuenienti tempore.q.1.5.6.0.pag.8
Incarnatio comparatur iuuentuti propter vigorẽ,& senectuti verò propter numerum annorum.q.1.6.1.pag.9
Incarnationis mysterio monstratur bonitas,sapiẽtia,iustitia,& potentia Dei.q.1.in oppositum.pag.1
Incarnationem Christi præcessit aliquorum liberatio secundũ spiritum per fidem:sed non secundum carnem.q.27.3.c.pag.140.& q.25.5.2.pag.146
Incarnatione Deus nullo modo mutatur.q.1.1.1.pag.1.& q.2.6.1.pagina 17
Incineratio non conuenit corpori Christi.q.51.1.0.pag.243.& q.53.1.c.1.pag.249
Incipere significat esse nunc,& non prius:ideò ab inferiori ad suũ superius cum verbo incipit, non valet consequentia.q.16.9.2.pagina 107
Indiuiduum dicitur de parte in toto.q.16.12.1.pag.109
Indiuiduum de sui ratione dicit incommunicabilitatem:& nõ posse esse in pluribus.q.77.1.c.pag.378
Indiuiduationis principiũ in rebus materialibus est duplex, scilicet materia prima,& quantitas dimensiua.q.77.2.c.pag.378
Indiuiduatur forma receptibilis in materia per ipsam materiã,nõ receptibilis autem in materia per seipsam.q.77.2.c.pag.368
Indiuiduatur quantitas dimensiua dupliciter.q.77.2.c.pag.368
Infidelitas est grauissimum peccatum.q.80.5.c.pag.387
Infinitum dupliciter dicitur,scilicet,priuatiuè & negatiuè, primũ conuenit quantitati,& est ignotum:secundũ conuenit formæ,& est cognoscibile.q.10.3.1.pag.76
Infinitum inquantùm huiusmodi à nullo intellectu cognoscitur. q.10.3.pag.eadem.
Infinitum vno modo potest esse finitum alio modo.q.10.3.1.pag. eadem.
Infinitum secundũ essentiæ rationem est solus Deus.q.10.3.2.pa. eadem.
Infinitum simpliciter,& omnibus modis an sit vnum vel plura.q.10.3.3.pag.eadem.
Infinitum numero vel continuitate si daretur esse finitum secũdũ esse & essentiam & esse comprehensibile à scientia Dei.q.10.3.2.pag.ead.
Infinitũ non est substantia sed accidit rebus, ideò sicut multiplicatur secundum subiecta, ita & proprietas eius.q.10.3.3.pag.ead.
Infinito simpliciter quoad omnia nihil potest esse maius,sed infinito secundum aliquid determinatum est aliquid maius extra illum ordinem.q.10.3.3.pag.ead.
Ingratitudo quid sit.q.88.4.0.pag.413
Ingratitudo cõmittitur dupliciter,scilicet agendo contra beneficium Dei,& agendo contra formam beneficij.q.88.2.0.pa.412
Ingratitudo secundum quam peccata redire dicuntur,incurritur ex quolibet peccato contra Deum.q.88.4.0.pag.413
Ingratitudo quomodò incurratur.q.88.2.2.pag.413
Ingratitudo.ver.redeunt.
Innocentes mortui pro Christo in Bethleem, fuerunt martyres. q.36.2.3.pag.181
Innocentes.ver.Herodes.
Innocentia est irrecuperabilis.q.89.3.c.pag.414
Innocentia.ver.Ferri.Matrimonium.Pœnitentia.Sacramentum. Christus.
Instantia duo qualitercúnque signata habent tempus mediũ, nisi respondeant motibus non mensuratis ex motu cœli.q.75.7.1. pagina 358
Instans quomodò detur.q.33.1.3.pag.168.& q.75.7.1.pag.358
Instans.ver. Motus.Remissio.Tempus.
Instantanea operatio potest esse ab intellectu & voluntate.q.34.2.c.pag.171
Instantanea mutatio quomodò potest esse.q.75.7.c.pag.358
Instantanea mutatio potest fieri tripliciter.q.75.7.c.pag.358
Instructio quadruplex ponitur.q.71.4.3.pag.333
Instructio fidei duplex,scilicet cathecuminorum circa baptismũ, & populi Christiani circa missam.q.83.4.4.pag.401
Instrumẽtalis virtus est incompleta, & virtualis.q.62.4.0.p.282
Instrumentalis virtus non est propriè in genere,sed reducitur ad genus & speciem virtutis perfectæ.q.62.4.2.pag.282
Instrumentalis virtus non est in subiecto secundum conditionem subiecti,sed secundum conditionem principalis agentis.q.63.5.1.&.2.pag.289
Instrumentum duplex est.q.72.5.c.pag.282
Instrumentum duplex,scilicet,animatum & inanimatum.q.64.8.1.pag.295
Instrumentum animatum indiget habitu ad operandum,non autem inanimatum.q.7.1.3.pag.55
Instrumẽtum.ver. Actio. Anima. Baptismus. Docere. Eucharistia. Forma. Gratia. Iustificatio. Meritũ. Miracula. Mutatio. Ordo. Passiões. Peccata Reliquiæ. Sacramẽta. Signum. Vas. Christus.
Instrumento datur virtus dupliciter,scilicet quãdo accipit formã instrumenti,& quando mouetur à principali agente.q.62.4.3. pagina.282.&.q.72.3.2.pag.335
Instrumentis pluribus ordinatis ad aliquem effectũ,quæ virtus,& quomodò in eis inueniãtur.q.62.4.4.pa.282.&.q.82.1.1.pa.297
Intellectus & voluntas sunt potentiæ naturales, & consequuntur naturam animæ de necessitate.q.18.1.c.3.4.pag.115
Intentio quæ requiratur ad perfectionem sacramentorum.q.64.8.0.pag.295
Intentio est necessaria in baptizante.q.66.8.3.pag.307
Intentio ministri peruertitur dupliciter.s.respectu sacramenti, & respectu sequentium ad sacramentum,prima tollit veritatem sacramenti,non autem secunda.q.64.10.0.pag.297
Intentio ecclesiæ expressa in forma sacramẽti sufficit ad perfectionem eius nisi contrarium exprimatur exterius.q.64.8.2.pa.295
Intentio quæ sit necessaria baptizãdis.q.68.7.0.& 8.3.& 9.1.& 12.1.pag.320.& q.86.2.1.pag.409
Intentionem habens suscipiendi baptismum quomodò illum consequatur.q.68.2.0.pag.317
Intentio.ver. Baptismus. Peccatum
Intinctus.ver.Eucharistia.Christus.
Inuestiri dicitur Canonicus per librum, Abbas per baculum, Episcopus per anulum.q.62.1.c.pag.279
Ioannes Baptista fuit terminus veteris legis:& initium nouę.q.38.1.2.1.pag.189
Ioannes Baptista pertinet ad testamentũ nouum.q.38.1.1.2.pa.189
Eius exultatio in vtero matris non fuit ab eo per liberum arbitrium:sed fuit à Deo,ideò miraculosa.q.27.6.c.pag.148
Eius tota vita fuit præparatoria ad Christum q.38.1.2.pag.189
Ioannes euãgelista prædilegebatur à Christo propter multa.q.45.3.q.pag.215
Ioseph vir Mariæ semper fuit virgo.q.28.3.5.& 4.c.31.pag.152
Iperdulia.ver. Adoratio.

Ira duplex,scilicet per zelum,id est,secundum ordinem iustitiæ,& per vitium,id est contra rationem:prima est laudabilis, secunda est cum peccato,prima fuit in Christo,non autem secunda.q.15.3.0.pag.97
Ira causatur ex tristitia illata.q.15.3.c.pag.97
Iterari.ver. Aqua. Baptismus. Cathecismus. Exorcismus. Pœnitentia. Sacramentum.
Iudæi sunt serui principum seruitute ciuili,quæ non excludit ordinem iuris naturalis vel diuini.q.68.10.2.pag.323
Iudæorum tribus sacerdotalis & regia, quomodò coniungantur. q.31.2.2.pag 15
Iudęorum principes cognouerunt Christum esse Messiam:sed nõ cognouerunt diuinitatem eius nisi per coniecturas.quæst. 47.5.0.& 6.c.pag.228
Iudæorum facta erant figularia.q.66.2.2.pag.302
Iudex non potest dimittere culpam in alium commissum, vel in rempublicam siue in superiorem principem. quæstione 46.2.3. pagina217
Iudicium tria requirit,scilicet potestatem,zelum, & sapientiam.q.59.1.c.pag.267
Iudicium generale esse quando sit necessarium. q.59.5.0.pag. 270
Iudicij dies æstati comparatur.q.46.9.3.pag.223
Iudicare omnes homines,quo ad retributionem præmij vel pœnæ pertinet ad Christum.q.56.4.2.& 5.1.pag.175
Iudiciaria authoritas soli Deo conuenit,sed committitur hominibus maximè Christo secũdum humanam naturam.quæst.58.& q.59.2.0.pag.266.3.0.pag.268
Iudiciaria potestas toti trinitati quomodò conueniat, & cuilibet personæ.q.59.7.0.pag.267
Iudiciaria potestas conuenit Christo multis de causis. quæst. 59.3.0.pag.269
Iudiciaria potestas super omnes res humanas conuenit Christo, quia anima eius est super omnes creaturas. quæstione 59.4. c. & 6.3.pag.269
Iudiciaria potestas super omnes angelos cui attribuatur à Christo. q.59.6.0.pag.271
Iudiciariam potestatem super res temporales, Christus exercere noluit,nec regnum terrenum temporaliter administrare.q.59.4.1.pag.269
Iustitia quæ sit.q.85.3.c.pag.407
Iustitia inter illos quorum vnus est sub potestate alterius(vt hominis ad Deum,serui ad dominum) non est iustitia nisi secundum quid.q.85.3.c.2.pag.407
Iustitia est ad alterum:cuius materia non est ille ad quem est iustitia,sed res quæ distribuuntur vel commutantur.quæstio.85.3.1. pagina 407
Iustitia est in voluntate subiectiuè.q.8.4.c.pag.408
Iustitia originalis ex quo fit.q.27.3.c.pag.145
Iustitiæ Dei ordo dependet à voluntate diuina. quæstione 46.2.3. pag.217
Iustum dicitur dupliciter,scilicet simpliciter,& secundum quid.q.85.3.c.pag.407
Iustificatio in habentibus vsum rationis requirit quatuor, scilicet infusionem gratię,remissionem culpæ,motum liberi arbitrij in Deum & in peccatum.q.86.6.1.pag.410
Iustificationis Deus est causa principalis, passio Christi est causa meritoria,sacramenta ecclesiæ instrumentalis.quęstione 64.3.c. pagina 291
Iustificationis animarum causa instrumentalis & exemplaris est Christi resurrectio.q.56.2.0.pag.262.& q.62.5.3.pag.285
Iustificationis actus sunt simul tempore,sed vnus est altero priori ordine naturæ.q.85.6.c.pag.408
Iustificabat circuncisio quantum ad omnes gratiæ effectus: aliter tamen quàm Baptismus.q.70.4.0.pag.345
Iustificare impium est maius quàm creare cœlũ & terram.q.43.4.2. pagina 208
Iustum.ver. Iustitia.

Laicus.ver.Sacerdos.
Latria.ver. Adoratio.
Latro flatim moriens quomodò intrauit in visionem Dei.q.52.4.3.pag.246
Inter latrones Christus cruxifixus est ratione quadruplici.quęst. 46.11.0.pag.225
Laurentius Diaconus baptizabat in necessitate tantùm.quæst.67. 1.3.pag.316
Laurentius & Vincentius habuerunt passiones grauiores quo ad aliquid quã Christus. non autem quo ad omnes causas doloris. q.46.6.2.pag.220
Lazarus resuscitatus iterum mortuus est.quæst.53.3.c.1.pag.251.& quæst.55.2.3.pag.256
Leprosus non debet publicè celebrare,potest tamen dicere missam occultè nisi lepra propter corrosionem mẽbrorum eum ad hoc reddiderit impotentem.q.82.10.3.pag.399
Lex quomodò detur.quæst,70.2.2.pag.329
Lex naturæ vt obtenebrata erat in cordibus hominũ, determinatur lege Dei scripta.quæstio.60.5.3.pag.274.& quæstio.61.3.2. pag.277.& q.70.2.1.pag.329
Lex vetus fuit conuenienter data post circuncisionem.quæst.70.2.3.pag.329
Lex vetus scripta in lapidibus,noua verò in cordibus. quæstio. 41.4.2.pag.202
Legis præcepta Christus obseruauit,& secundum ea in omnibus conuersatus est.quæst.37.1.ad tertium.o. pag.186.& quæst.40.4.0.pag.199
Legis nouæ status est medius inter statum veteris legis & gloriæ. quæst.61.4.1.pag.277.4.3.pag.41
Lex.ver.Sabbatum.
Liber de infantia saluatoris est apochryphus.quęst.35.63.pag.188.& quæstio.36.
Liber de mirabilibus scripturæ,non est Augustini,nec authẽticus. quæst.45.3.2.pag.215
Liberalitatis & magnificentię summum gradum ostẽdit in se Christus contemnendo omnes diuitias,& faciendo pauperibus erogari quæ sibi dabantur.q.7.2.3.pag.53
Liberum arbitrium se habet naturaliter ad bonum,ad malum autem præter naturam.q.34.3.1.pag.172
Liberum arbitrium viatoris potest flectiad bonum & malum. q.52.6.3.pag.248.& q.86.1.c.pag.409
Liberum arbitrium in damnatis est confirmatum in malo. q.52.6.3.pag.248.& q.86.1.c.pag.409
Liberum arbitrium fuit in Christo,sicut etiam est in beatis.quęst. 18.4.0.pag.117
Et illius vsum habuit in primo instanti suæ conceptionis. quęst.24.2.0.pag.171
Liberum arbitrium.ver,Eligere.
Limbus inferni sic dictus ratione priuationis gloriæ,nõ est omninõ diuersus à sinu Abrahæ.q.25.2.4.pag.245
Et in eo existentes gaudium magnum habebant de gloria separata.q.52.5.1.0.pag.247
Sed patiebantur dolorem de dilatione gloriæ,non autem pœnam sensibilem pro peccato,Christus autem soluit vtrũque, primũ gloriam præbendo,secundum ab ea præseruando.quæstio. 52.2.2.pag.245
Linguarum omnium donum fuit in Christo, quo tamen non est vsus:quia solùm in vna gente prædicauit.q.7.7.3.pag.57
Linguis igneis spiritussanctus super Apostolos descendit.q. 39.6.4. pag.195 & q.72.2.1.pag.334
Liniri,ver. Baptismus. Exorcismus.
Linum.ver.Corporale.
Liquor.ver. Accidens.
Literarum figuræ quibus Græci tria,& sex repræsentant,satis sunt propinquæ apud eos.q.46.9.2.pag.223
Locale.ver.Angelus
Locus non attribuitur Deo,neque personę Christi circunscriptiuè, aut diffinitiuè.q.52.3.3.pag.246
Lucas.ver. Adoratio.
Lumen maius offuscat lumen minus eiusdem ordinis, non autem alterius ordinis.q.5.4.2.pag.46.& q.9.1.2.pag.66
Lumen scientiæ non offuscatur,sed clarescit in anima Christi,& cuiuslibet hominis per lumen scientiæ diuinæ. quæstione.5.4.2.pa. 46.& q.9.1.2.pag.69
Luxuria. Circa tempus Abrahæ erat fides per idololatriam diminuta,& ratio naturalis per augmentum carnalis concupiscentię vsque ad peccatum contra naturam obscurata.quæstione 70.2. 2.pagina 329

Macula in corpore & anima contingit dupliciter. quæstio 87.2. 3.pag.410
Maculæ diuersæ consurgunt ex diuersis peccatis. quæstione 28.6. pagina 411
Magdalena prohibetur tangere Christum. quæstione 55.6.3.pagina.259
Magi adorantes Christum secundum Augustinum fuerunt malefici,sed secundum alios fuerunt sapientes astrologi & potentes. q.36.3.2.pag.181
Magi moti sunt ex scriptura Seth ad sequendam stellam,vel ex prophetia Balaam,vel ducti ab angelis,vel inspirati à Deo.quęst.36.5.4.pag.183
Magi venerunt ad Christum tanquàm primitiæ gentium. q.36.3.1.& 8.0.pag.185
Magi amiserunt stellam multiplici ratione.q.36.8.3.pag.185
Magi tribus modis venerunt ad Christum.quæst.36.3.3.& 5.4.& 6.c.3.pag.181
Magis recedentibus, Hærodes pueros interfecit. quæstione 36.6.3. pagina 184
Maius dicitur dupliciter:scilicet intensiuè,& extensiuè. quæstio.1.4.c.pag.7

Universidad de Deusto · Biblioteca

Manducatio Christi post resurrectionem fuit vera comestio.q.55.6.2.pag.259
Manna fuit præcipua figura eucharistiæ. quæstione 73. 6. c. pagina 342
Manna fuit figura eucharistiæ, inquantùm sumitur vt cibus fidelium.q.80.10.2.pag.391
Mansuetudo est subiectiuè in irascibili.q.11.2.c.pag.256
Manumissus quomodò reducatur in pristinam seruitutem. q. 88. 3.2.pag.413
Manus est organum organorum, ideò ei opera attribuuntur.q.83. 5 1.pag.402
Manus est substantia quædam individua.q 16.12.2 pag.109
Manus impositio.ver. Impositio.
Maria & Ioseph fuerunt de eadem tribu.q.28.1.2.pag.150.& q.31. 2.1.pag.159
Maria fuit de stirpe Aaron.quæst.29.1.4.pag.154
Maria nata ex Melchi, Salome, Iconia, & Heli. quæst.31.2.3.& 3. 2.pag.159
Maria quicquid accepit à parentibus fuit actu pars corporis eius, ideò illud non fuit materia corporis Christi. quæstione.31.6.c. pag.162
Maria in ventre matris suæ non habuit vsum liberi arbitrij. q. 27. 3.c.pag.145
Maria habuit tantam claritatem in facie, quòd Ioseph non cognoscebat illam donec pareret.q.28.3.1.pag.152
Maria cum corpore assumpta est in cœlum. quæstione 27. artic.1. c.pag.142
Maria quomodò habuit donum prophetiæ, sapientiæ, & miraculorum.q.27.5.3.pag.148
Maria meruit Christũ portare, non quia meruit ipsum incarnari, sed quia meruit talem gradum puritatis, vt congruè esset mater Dei.q.2.11.3.pag.24
Maria est verè mater Dei.q.35.4.2.pag.175
Maria fuit verè mater Christi.q.35.3.2.pag.ead.
Maria cum Ioseph vouit virginitatem absolutè.quæstione 28.4.2. pag.152
Maria nec multiplicauit conceptus, nec fuit subiecta viro. q.30.2. 2.pag. 56
Maria fuit expers maledictionis Euæ.quæstione 35.6.ad primum. pag.183
Maria secundum aliquos non fuit turbata in visione angeli, sed in sermone eius.q 30.3.3.pag.167
Maria fuit instructa ab angelo, quia erat inferior angelis, quantũ ad statum, licet esset superior quantùm ad dignitatem ad quam eligebatur.q.30.2.1.pag.156
Maria prius instructa est ab angelo quàm Ioseph.quæst.30.1.2.pagina153
Maria habuit à spiritu sancto duplicem purgationem. quæst.27.3. 3.pag.146
Maria si ante passionem Christi fuisset mortua non intrasset paradisum, sicut nec alij sancti.q.27.1.3.pag.143
Maria per primam sanctificationem fuit semper immunis ab omni peccato actuali etiam veniali.q.27.4.2.6.1.pag.147
Maria figurabatur per tabernaculum veteris legis q.27.2.in oppositum.pag.146
Maria.ver. Adoratio, Baptismus, Concepta. Eucharistia, Gratia, Matrimonium, Primogenitus, Sanctificatio.
Mariæ puritas fuit maxima sub Christo.q.27.2.2.pag.ead.
Mariæ debetur honor non æqualis, sed consimilis, & eminentior quàm cæteris creaturis inquantum est mater Dei,quæst. 25.5.c. pag.140
Mariæ perfectio est triplex. Prima fuit in eius sanctificatione. Secũda in filij Dei cõceptione, Tertia in ipsius glorificatione. In prima fuit liberata à culpa originali: in secunda totaliter emundata: in tertia fuit liberata ab omni miseria. quæstione 27. 5.ad 2. pag 247
In prima etiam perfectione adepta est gratiam inclinantẽ eam ad bonum, in secunda confirmata est in bono, in tertia perfecta est in fruitione omnis boni.q.27.5.2.pag.ead.
Mariæ immunitas à peccato per sanctificationem causabatur ex tribus, scilicet ligatione fomitis, gratia abundanti, & providentia Dei.q.27.3.c.pag.145
Martyrium plenè liberat à pœna & culpa quęst.68.2.2.pag.117.& q.86.1.2.pag 387
Mater dicitur aliqua ex hoc quod concepit & genuit. quæst 35.3.4. c.pag.175
Maternitas conuenit tantùm viuentibus præcipuè animalibus.q. 31.2.c.3.pag.166
Materia non agit ad sui formationem.quæstione 31.4. c.ad 3. pagina167
Materia est primum subiectum: & non potest esse in alio. q. 77. 2. c.pag.168
Materia non est diuisibilis, nisi per quantitatem. quæstione 77. c. pagina 368
Materia est duplex, scilicet sensibilis & intelligibilis.quæst.77.2.4. pagina eadem
Matrimonium est formaliter indiuisibilis coniunctio animorum cõiugum.q.29.2.c.pag.154
Matrimonium verum fuit inter Mariam & Ioseph, & habuit vtrãque perfectionem requisitam.q.29.2.c.pag.ead.
Matrimonium in quo statu fuit sacramentum. quæstione 61. 2.ad 3.pag.277
Matrimonium contrahere potest quilibet habẽs vsum rationis invitis parentibus.q.65.0.c.pag.322
Matrimonij duplex est perfectio, quarum prima cõsistit in animorum coniunctione, secunda in operatione.quæstione 29.2.c.pagina 154
Matrimonij concubitus & prolis educatio sunt de secunda perfectione eius quorum secundum fuit inter Mariam & Ioseph, & non primum.p.29.2.c.pag.ead.
Matrimonij finis duplex, scilicet principalis, qui est generatio & educatio prolis: & secundarius, qui est mutuum obsequium.q. 29.2.c.pag.154
Matrimonij materia.ver. Pœnitentia.
Mediator Dei & hominũ est solus Christus principaliter, ministerialiter autem sunt prophetæ &c.q.26.1 0.pag.142
Mediator Dei & hominum est Christus secundum quod homo.q. 26.1.0.pag.ead.
Medicina confortatiua quæ datur liberatis à febre ad cõfortationem, noceret si daretur febricitantibus.quæstione 80. 4.ad 2.2. pag.401
Medicinaliter vti possumus pretiosis pro necessitate corporis, sed in pertinentibus ad solam decentiã honestatis debemus esse cõtenti simplicibus.q.51.2.3.pag.142
Medium virtutis moralis attenditur secundum quantitatem proportionis, & non secundum quantitatem rei.q.46.6.1.pag.221
Medium iustitiæ est æqualitas quã constituit iustitia inter aliquos. q.58.3.2.pag.409
Melchisedech dicitur esse sine patre, matre, genealogia, principio, & fine: quia scriptura non potuit, licet habuerit.quæstio. 22.6. 3.pag.131
Melchisedech propter dicta assimilatus est filio Dei.quæst. 22.6.3. pag ead.
Melchisedech sacrificio comparatur eucharistia in missa. q. 83.4.8. pag.401
Melchisedech sacrificium fuit præcipua figura eucharistiæ, quantũ ad id quod in ea est sacramentum tantùm. q.61.2.3. pag. 277.& q.73.6.c.pag.342
Memoriale.ver. Eucharistia.
Mendicitas duplex, scilicet cõtraria voluntati, & voluntaria, prima est occasio furti & periurij, nõ autem secunda, ideò Christus elegit eam.q.40.3.1.pag.198
Menstruus sanguis est in fœminis loco seminis, & est propria materia corporis Christi & aliorum, non autem semen fœminæ. q. 31.5.0.pag.161
Menstruus sanguis digestione purificatus est materia conceptus, non autem impuritatem corruptionis habens. quæstione 31. ad 5.3.pag.152
Menstruus sanguis est potentia totum secundum potentiam passiuam.q.31.5.1.pag.ead.
Merces imputatur ei qui operatur secundum debitum. quæst. 49. 49.6.c.pag.237.
Meritum importat æqualitatem iustitiæ. quæsti. 49. 6. c. pagina eadem.
Meritum non est nisi id quod nondum habetur.quæst.19.3.c.pag. 122.
Meritum Christi, vel cuiuscũque hominis non præcessit vnionẽ incarnationis.q.2.11.0.pag.24.
Meritum.ver. Operatio.
Ex merito habitum nobilius est eo quod habetur sine merito, & dignitas mercedis maior est quàm gloria corporis. quęst.19.3.c.pa. 122
Merendi principium est ex parte animæ, sed corpus est instrumentum actus meritorij.q.49.6.1.pag.277
Mereri non potuit aliquis gratiam incarnationis Christi ex condigno, sed ex congruo.quæst.2.11 c.pag.24
Mereri non potest nisi viator.q.19.3.c.1.pag.122
Meruit Christus per suam passionem salutẽ sibi, & omnibus mẽbris suis.quæst.19.2.1.4.0. pag.122. & quæstione 48. 1.c. pagina 316.
Et meruit sibi gloriã corporis, nõ autẽ gloriam animæ, nec scientiã, nec gratiam, nec deitatem.q.19.1.0.pag.122.
Et meruit aliis gloriã beatitudinis, quòd alij homines nõ possũt. quæst.19.4 2.pag.123.&.q.46.3.c.pag 218.
Et meruit inquantum homo, non inquantùm Deus.quæst. 53. 4. 2.pag.252.

Et nihil ad meritum pertinens docuit, quod ipse excellentius non impleret.q.7.3. 2.pag.54
Et meritum fidei habuit.quæst.7.3.2.pag.54
Messias.ver. Iudæi.
Metaphoricè dicta non oportet secundum omnia esse similia.q.8. 1.2.pag.63
Milites quare charactere insigniantur.q.63.3.c.pag.287
Minister existens in peccato mortali, si exhibet se ministrum Dei & ecclesiæ in dispensatione sacramentorum peccat mortaliter. q. 64.6.0 pag.294
Minister.ver. Angelus. Diaconus. Eucharistia. Sacerdos. Sacramentum.
Miraculũ. Spirituales effectus Dei (vt iustificatio impij & illuminatio) non sunt miracula, sed finis miraculorum.q.44.3.1. pagi. 211
Miracula diminuunt meritum fidei.quæst.43.1.3.pag.206
Miracula Christi de quibus est fides fuerũt occulta, sed probantia fidem fuerunt manifesta.quæst.29.1.2 .pag.153
Miracula vera facere propria virtute & instrumentaliter quibus cõueniat.q.13.2.3.pa.88.& q.43.2.c.pa.205.& q.78.4.2.pa.176
Miracula conuenit facere sanctis & quomodò.q.84.3.4.pag.182
Miracula facere conceditur homini & quomodo. quæstio.43.1.0. pagina206
Miracula quæ fecerit Ioan. Baptist.q.38 2.2.pag.189
Miracula conuenientissimè facta sunt à Christo: vt ostenderetur eius gratia vnionis & eius doctrina supernaturalis.q.43.1.c.p.206
Miracula fiebant à Christo virtute diuina.q.43.2.c.pag.207
Miracula fiebant à Christo virtute propria, quæ sufficientia erant ad manifestandam deitatem ipsius.q.43.4.0.pag.208
Miracula Christus cœpit facere in nuptijs.q.43.3 0.pag.207
Miracula facta sunt à Christo circa dæmones, angelos, cœlos, homines, bruta & elementa.quæst.44.0.pag.209
Miracula.ver. Clamor. Ioannes.
Miraculorum gratia excellentissimè data est animæ Christi.q.13. 2.c.3.pag.87
Miraculosa fuit conceptio Christi ex virgine.quęstio.33.&q.35.3. 2.pag.175
Miraculosa fuit natiuitas Christi & quare.quæst.35.3.2.pag.175.& q.44.2.3.pag.211
Miracula facta à Christo erant perfectissima.q.44.3.2.3. pagin. 211
Misericordiæ maioris est impios iustificare quàm cœlos facere, sed sunt æqualis potentiæ.q.43.4.2.pag.208
Misericorditer agẽdo Deus nõ agit cõtra iustitiam.q.46.2.3.pa.217
Missa quid dicatur.q.83.4.9.pag.401
Missa propter quotidianos defectus, quotidiè in ecclesia regulariter celebratur.q.83.2.c.2.pag.399
Et in canone missæ non oratur pro his qui sunt extra ecclesiam.q. 79.7.2.pag.389
Missa potest dici quando incipit apparere aurora, non autem de nocte, nisi in natiuitate Christi, & in vigilia Paschæ.quæstio. 43. 4.pag.400
Missa qua hora regulariter celebratur solẽniter.q.83.2.c.pag. 400
Missa melioris sacerdotis in quantum habet efficaciam ex eius deuotione est magis fructuosa, non autem inquantum profertur in persona totius ecclesiæ.q.64.1.2.pag.290.& q.82.6.0.
Missæ solenni & priuatæ quot debeant interesse.q.83.5.11.pag.402
Missæ priuatæ celebrantur diebus festiuis in tertia, diebus profestis in sexta, diebus ieiuniorum in nona.q.83.2.3.pag.400
Missæ tres possunt dici à quolibet sacerdote in natali domini.q.83. 2.& 5.pag.400
Missæ plures celebrari in vna die ab eodem est prohibitum, nisi in die natiuitatis & vrgente necessitate. q.83.2.5.pag.400
Missæ plures celebrantur in die, & quomodò.q.83.2.2 pagin. 400
Missæ partes singulæ, & quæ in ea dicuntur & fiunt exponuntur. q.83.4.5.0.pag.401
Missæ defectibus & periculis sufficienter occurri potest. q.83.6. 0. pagina.403
Missæ celebrandæ impedimenta.q.82.10.3.pag.399.& quæst.83.3. 0.pagina 400
Missam audire &c. à peccatore non sententiato ab ecclesia.q.82.9. c.pagina396
Missam celebrans in peccato mortali, vel inducens talem scienter, peccat mortaliter.q.82.9.0.pag.399
Missam audiens præcisi ab ecclesia per sententiã vel notorij fornicarij, licèt subtineatur à prælatis, peccat mortaliter.q.82.9.0.p.399
Missam licet dicere in loco non sacro, causa necessitatis, & non aliter, nisi de licentia Episcopi.q.83.3.0.pag.400
Missarum multiplicatio, sacrificij oblationem, & effectũ multiplicat, non autem multitudo hostiarũ in vna missa.q.79.7.3.pa.385
Missio visibilis super apparitionem addit authoritatem mittentis. q.39.8.1.pag.196
Missio filij est prior ordine naturę missiõe spirituũ. q.7.13.c.pa.62
Missio Christi ad prædicandum Iudæis tantùm facta fuit.q.43 2.8. 0.pag.206
Missio visibilis spiritus sancti super Christum in baptismo, facta fuit in specie columbæ.q.39.6.4.pag.195
Missio spiritus sancti super Christum in transfiguratiõe, facta fuit in specie nubis.q.45.4.4.2.pag.225
Missio spiritus sancti ad Apostolos, facta fuit in linguis igneis.q. 39.6.4.pag.195.& q.72.2.1.pag.334
Mixtio.ver. Accedens, Aqua, Chrisma, Consecratio. Eucharistia.
Mors est naturaliter horribilis humanæ naturæ.quæstione 46 art. 6.c.pag.220
Mors & omnis defectus corporalis, sunt pœna peccati originalis. q.1.4.2.pag.8.& q.14.1.3.& .4.c.pag.19
Mors Christi quomodò fuerit violenta.q.14. 2. 0.pag.91.& q.26. 3.2.pag.218.& q.47.2.0.pag.226
Mors Christi est causa effectiua reparationis vitæ nostræ, & destructionis mortis nostræ, sed est causa exemplaris destructionis mortis nostræ.q.56.1.4.pag.260
Mors Christi in fieri causauit salutem nostram merendo eam, non autem in facto esse, sed tantùm effectiuè.q.50.6 0.pag.241
Mors Christi est causa efficiens gratiæ, & causa sufficiens salutis nostræ.q.50.6.0 pag.ead.
Mortis Christi est duplex causa, scilicet directa, id est agendo, & indirecta, id est non impediendo: prima fuit in Christi occisoribus, secunda in Christo.q.47.1.c.pag.226
Mortis & aliorum defectuum in natura humana est duplex causa, scilicet remota, id est contrarietas principiorum, & proxima, id est peccatum.q.13.3.2.pag.91
Morti à iudice condemnatus non debet eripi contra iura.quæstio. 68.10.1.pag.312
In morte Christi fuit eius anima à corpore separata quæst.50.3.c.4. & 4.c.2.pag.243
Deitas tamen non fuit separata ab anima eius.q.50.3.0.pag.243
Neque à carne eius..50.2.0.pag.243
Mori Christum fuit conueniens.q.10.1.0.pag.141
Mori Christum fuit necessarium.q.14.2.c.pag.91
Mori voluit Christus non ex morbo, nec in iuuentute, sed ex passione illata, & in iuuentute.quæst.46.3.1.& 9.4. pag.218. & quæst. 51.3.c.pag.243
Mortuus est Christus ex obedientia.quæst.47.2.0 pag.227
Mortuum fuisse Christum verè, est articulus fidei.quæst.50.4.c.& 5.c.pag.239
Mortuum passum & sepultum esse filium Dei, dicitur in symbolo fidei.q.50.in oppositum.pag.238
Motus dicitur dupliciter.quæst.21.1.3.pag.125
Motus dicitur naturalis dupliciter.quæst.32.4.c.pag.127
Motus non denominatur à subiecto, sed à termino.quęstione 35.1. 2.pagina 173
Motus localis vel augmenti non potest esse in instanti. quæstio.33. 1.c.pag.161
Motus cum sit actus imperfecti non propriè est in genere, sed reducitur ad genus actus perfecti.q.62.4.2.pag.282
Mouens primum in quolibet genere, quomodò moueatur.q.12.3. c.pag.84.& q.22.4.pag.136
Mouens se diuiditur in duas partes, quarum vna est mouẽs, & alia mota, quod conuenit tantùm animatis.q.32.4.c.pag.167
Moyses fuit testis transfigurationis, nec tunc apparens assumpsit proprium corpus, sed aliud, sicut angeli.q.45.3.c.2.pag.215
Mutatio triplex, scilicet naturalis, miraculosa, & in nihilum.q.13.2. c.pagina 87
Mutatio possibilis fieri à quacũque creatura, potest fieri ab anima Christi: secundum quod est instrumentum verbi, non autem secundum propriam naturam.q.13.2.2.pag.67
Nihil potest esse alicubi vbi prius non erat nisi vel per loci mutationem vel alterius conuersionem in ipsum. quæstione. 75.2.c. pagina 350
Mutatio dicit ordinem terminorum, & vnitatem subiecti.quæstio. 75.8.c.pag.358

N

Nares.ver. Baptizatus. Exorcismus.
Nasci, & esse quibus conueniat: & quomodò.q.35.1.c.pag.175
Nasci dicuntur capilli, sed non dicuntur filij. q.32.3.c. pagina.166
Nasci voluit Christus de populo Iudæorum.quæstione. 4 6.3.pagina 43
Nasci voluit Christus in Bethleem in diuersorio, non in Hierusalem: nec Romæ, nec in Nazareth.quæst.35.7.0.pag.188
Nasci.ver. Christus.
Natiuitas attribuitur alicui dupliciter, scilicet vt subiecto nascenti: & vt termino: primo modo tantùm supposito conuenit, secundo formæ naturæ.q.35.1.c.pag.173
Natiuitas Christi ex parte matris fuit naturalis, sed ex parte operationis spiritusancti fuit miraculosa.quæst.35.3 2.pag.175
Natiuitas Christi duplex, scilicet æterna: & temporalis.quęstio.25. 2.0.pagina 174
Natiuitas Christi non debuit omnibus manifestari, nec tantùm parentibus nec omnibus occultari.quæst.36.1.2.0.pag.180

Universidad de Deusto
Biblioteca

Natiuitas Christi ostensa fuit per signa conuenientia. quæst. 36.5.6.pag.182
Natiuitas Christi fuit primò manifestanda quibusdē electis,de qualibet conditione hominum.q.36.3.0.pag.181
Natiuitas Christi fuit manifestanda, primò per alias creaturas,secundo per seipsum.q 36.4.0.pag. 82
Natiuitas Christi fuit ostensa primò pastoribus, secundò Magis, tertiò Simeoni & Annæ.q.36.6.0.pag.ead.
Natiuitate Christi ostensa, Herodes & Iudæi turbantur quæst.36.2.2.pag 181
Natus est Christus non per reserationē,sed solùm per exitum prolis de vtero matris.q.28.2.1.pag.151
Natus est Christus in nocte.q.83.2.2.4.pag 399
Natus.ver. Christus.
Nato Christo,oleū fluxit Romæ, & in Hispania apparuerunt tres soles paulatim vnitiq.36.3.3.pag.181
Natura dicitur à nascendo.q.2.1.c.pag.10
Natura dicitur quadrupliciter,primò natiuitas, secūdò principiū intrinsecum motus,tertiò forma & materia,quarto essentia rei.q.2.1.c.pag.10
Natura non est serua nec domina, sed persona ratione naturæ.q.20.1.2.& 2.1.pag.123
Natura.ver. Deus.
Naturæ creatæ potestatem aliquid excedit tripliciter. q. 43.4.c.2.pag.108
Naturam animæ rationalis visio Dei excedit,& quomodò. q. 9.3.pag.69
Naturale duplex est.q.2.11.0.pag.25
Naturale est cuilibet creaturæ vt transmutetur à Deo secundum eius voluntatem.q.44.2.1.pag.210
Naturale.ver.Operatio.
Nazareth interpretatur flos, ideò Christus voluit ibi conuersari: non autem nasci.q.35.7.2.pag.179
Nazareth.ver.Christus.
Necessariū dicitur dupliciter, scilicet absolutè & ex suppositione. q.1.2.c.pag.3.& q.46.1.c.pag.16.& q.94.5.c.pag.405
Necessitas legem non habet.q.80.8.c.pag.390
Ninuitæ speciali modo egerunt pœnitentiam.q.84.7.1.pag.405
Nomen apud nos ab aliqua forma impositum, nunquā pluraliter dicitur,nisi propter pluralitatem suppositorum.q.2.7.2.pag.34
Nomen imponitur à proprietate eius cui nomen imponitur,vel à tempore,vel à cognatione,vel ab euentu.q.37.2.c.pag.187
Nomen impositum diuinitùs alicui,significat aliquod donum gratuitum ei collatum.q.26.2.c.pag.187
Nomen datur rei à suo complemento.q.6.2.3.pag.53
Nomen significans naturam communem, potest supponere in cōcreto pro quolibet eius supposito.quæst.16.1.c.pag.99.& quæst. 35.4.c.pag.175
Nomen hoc,scilicet Deus potest supponere pro omnibus,& singulis personis diuinis.q.16.2.c.pag.99
Nomen quod prædicatur de aliquo secundum rationem perfectā, non est dicendum de eo secundum rationem imperfectam.q.32.3.c.3.pag.166
Nomina imponebantur in circūcisione sicut nunc imponuntur in baptismo.q.37.1.3.pag.187
Nomina multa Christi significant idē quod Iesus. q.37.2.1.p.187
Notorium triplex,scilicet per sententiam cōuicti, per confessionē in iure factam,& per euidentiam facti. q.82.9.3.pag.199
Nox.ver. Missa, Natiuitas.
Numerus denarius est signum perfectionis,inquantùm est quodā modo terminus omnium numerorum.q.31.8 c.pag.163
Numerus pluralis ponitur pro numero singulari in sacra scriptura.q.46.11.3.pag.225
Nutrire non est actus formæ, sed materiæ quæ accepit formā nutriti recedente forma nutrimenti.q.77.6.c. pag.371

OBediētia importat necessitatem respectu eius quod præcipitur, & voluntatem respectu impletionis præcepti.quæst.47.2.2.pag.230
Obedientia præferrur omnibus sacrificijs.q.47.2.c.pag.227
Obiectum intellectus est quod quid est. q.10.5.2. pag.77.& q.76.7.c.pag.364
Obiectum intellectus est substantia.q.75.5.2.pag.357
Obiectum seu finis intellectus est species intelligibilis, & nō phantasma.q.11.2.1.pag.80
Oblatio Melchisedech figurabat sacrificium nostrum quo ad materiam,sed quo ad passionē Christi illud figurabant agnus,& alia sacramenta veteris legis.q.61.3.3.pag.178
Oblatio.ver. Missa,Sacrificium.
Oblationes & decimæ in veteri lege erāt sacramenta,nunc autem non,quia tunc erant figuralia.q.65.1.7.pag.198
Obligari potest vnus per alium, in his quæ sunt de necessitate salutis.q.71.1.3.pag.131
Obstetrix non fuit in natiuitate Christi,sed mater eius omnia per se fecit.q.35.6.3.pag.188
Occisio Christi fuit ab alijs & non à se, nisi indirectè non impediēdo cùm posset.q.47.1.0.pag.226
Occidens etiam volentem,iniuriam facit occiso,Deo, & reipublicæ.q.47.6.2.pag.229
Occidentes Christum peccauerunt grauissimè quo ad pontifices & Iudam,minus verò quo ad alios.q.47.6.pag.329
Occidere innocentem non licet.q.47.6.1.pag.229
Offensa Dei est infinita propter infinitatem Dei.q.1.2.2.pag.4
Officium quod quis accipit tenetur exequi.q.67.8.c.pag.315
Oleum tantùm oliuarum propriè dicitur oleum. quæstio. 72.2.3.pag.334
Oleum significat gratiam: & misericordiam Dei. q.72.2.0.pa.ead.
Oleum.ver. Natiuitas.
Olei proprietates quibus significatur spiritus sanctus,vbi magis inueniantur.q.72.2.3.pag.ead.
Oliua semper frondibus virens quid significat.q.72.2.3.pag.ead.
Omnipotentia consequitur diuinam naturam,nec potest communicari creaturæ.q.12.2.c.pag.86
Omnipotentia non fuit in anima Christi cùm sit pars humanę naturæ.q.13.0 pag.85
Omnipotentia.ver. Deus.
Operatio à quo recipiat speciem.q.19.1.3.pag.221
Operatio quid sit.q.19.1.4.pag.220
Operatio attribuitur subsistenti & hypostasi vt operāti, naturæ verò vt principio operatiuo.q.19.1.3.pag.220.& q.20.1.2.pa.224
Operatio particularis & propria agētis probat totā virtutem agētis.q.43.4.3.pag.208
Operatio humana in Christo est tantū vna ratione principij, sed multæ ratione obiectorum & potentiarū, & multæ non humanæ.q.10.2.0.pag.221
Operatio quæ & quomodò fuit in Christo.q.34.2.3.pag.172
Operatio Christi, vel alterius cuiuscúnque hominis nō potuit esse meritoria incarnationis Christi ex condigno, sed bene ex congruo.q.2.11.0.pag.24
Operationes duæ sunt in Christo.q.19.1.0.pag.220
Operationes sensitiuæ,vegetatiuæ,& naturales in Christo aliqualiter pertinebant ad voluntatē eius humanam. q.19.2.c.1.pa.2.2
Opus dicitur mortuum dupliciter,scilicet effectiue & priuatiue.q.79.6.c.pag.38
Opera iusta prius facta mortificantur per peccatum mortale quo ad meritum vitæ æternæ.q.88.1.3.pag.412
Opera bona facta in charitate an possint mortificari. quæst. 89.4.1.pag.415
Opera hominis viua & mortua,quę dicantur.q.89.4.5.6.0.p.ead.
Opera mortificata reuiuiscunt per pœnitentiam,non autem mortua.q.89.5.6.0.pag.ead.
Opera mortua sunt meritoria respectu remunerationis temporalium:& ad tolerabilius patiendum q. 89.3.pag.417
Opera peccati per pœnitentiam abolentur secundum se, non autē opera ex charitate facta: sed impedimentum accipiunt ex parte hominis peccantis.q.89.5.1.pag.414
Opera.ver. Suffragia.
Opposita possunt prędicari de eodem,sed non secundum idem.q.16.4.1.pag.102
Oratio duplex est.q.21.1.2.0.pag.125
Oratio quare sit necessaria post baptismum.q.39.5.c.pag.194
Oratio malorum exauditur inquantùm sit in persona ecclesiæ.q.82.6.c.pag.398
Oratio mali sacerdotis priuata,non est fructuosa.quæstione 82.6.c.pag.ead.
Oratio Christi pertinet ad sacerdotium eius.q.22.4.1.pag.132
Oratio Christi prosę duplex.q.21.3.pag.128
Oratio Christi secundo modo exaudita est non primo modo.q.21.3.4.0.pag.129
Oratio Christi qualis fuerit.q.21.1.0.& 4.c.pag.128
Orationis Christi virtute baptismus aperit cœlum credentibus.q.39.5.c.pag.193
Orationes nostras etiā mentales ad sanctos directas.ipsi cognoscūt in verbo,sicut & omnia alia quę ad eos spectant. q.10.2.c. pa.75
Orare & postulare bona pro alijs debemus, sicut & pro nobis. q.21.3.3.pag.126
Orauit Christus secundum humanitatem tantùm. q.21.1.0. & 2.c.pag.125.& q.43.2.2.pag.207
Orauit Christus pro se,& pro nobis.q.21.3.0.pag.126
Ordo duplex,scilicet verus & imaginatus q.28 3.1.pag.152
Ordo in rebus duplex,scilicet à principio,& ad finem.q.6.1.1.p.47
Ordo duplex,scilicet naturæ,& temporis.q.1.c.pag.2
Ordo & confirmatio à solo Episcopo conferuntur.q.6.5.pag.46
Ordo nō datur ab Episcopo propria virtute:sed instrumentaliter. q.82.8.2.pag.398
Et in ipso confertur excellentia potestatis in diuinis mysterijs. q. 84.4.c.pag.405

Ordinis

Ordinis potestatem Episcopus non potest auferre.quæstio. 82.2. pagina 398
Ordines pertinent ad diem dominicam.q.83.2.3.pag.400
Origines.ver.Hæresis.
Originale.ver.Baptismus.Concepta.Passio.Peccatum.Pœna.Pœnitentia.Pueri.
Os.ver.Baptizatus.Exorcismus.
Os.ver.Corpus.Eucharistia.

PAlpabile dicitur aliquid dupliciter, scilicet ratione resistentiæ, & ratione suæ spissitudinis.q.54.2.2.pag.253
Palpabile secundo modo non conuenit cœlis:sed bene corpori glorioso.q.54.2.2.pag.253
Palpabile est corruptibile secundum naturam: sed incorruptibile per gloriam.q.54.2.2.pag.253
Panis.ver. Eucharistia
Papa in ecclesia habet plenitudinem potestatis. quæstione.72.11.1 pagina 338
Papa ex hac potestate,quæ sunt ordinis episcopalis, concedit infectoribus vt conferant minores.quæst.72.11.1.pag.338
Papa Gregorius concessit simplicibus sacerdotibus conferre sacramentum confirmationis.eadem.
Paradisus.ver.Ascensio.Baptismus.Clausio.Enoch.Helias. Latro. Maria.
Paradisi terrestris ianua per peccatum Adæ clausa est, in signum præclusionis aditus regni cœlestis.quæst.49.5.c.pag.236
Parasceues die non consecratur eucharistia,tamen sumitur à sacerdote corpus Christi sine sanguine.q.83.2.2.pag.400
Parentes.ver.Baptizatus.
Pars triplex,scilicet integralis,subiectiua,& potentialis.quæst.90.3.3.pag.416
Pars integralis duplex,scilicet essentialis & quantitatiua.quæst.90.2.c.pag.415
Pars vna integralis potest continere totum virtualiter: non autem essentialiter.quæst.90.3.2.pag.416
Pars.ver. Hostia.
Partis proprietas denominat totum quando proprietas non potest conuenire nisi illi parti.q.16.8.c.pag.106
Partes habent rationem materiæ:totum rationem formæ. quæst. 90.1.c.pag.415
Partes sunt in quasi materialiter totū diuiditur.q.90.1.c.pag. 415
Partes quantitatis sunt partes materiæ.q.90 2.c.pag.415
Partes integrales habent ordinem vel virtutis,vel temporis. quæst. 90.3.1.pag.416
Partes essentiales naturaliter quæ sint.quæst.90.2.c.pag.415
Partes animæ dicuntur potentiæ eius.q.46.7.c.pag.221
Partium ratio est:vbi est multitudo ex parte materiæ. quæst.90.1.c.pag.415
Partibus singulis subiectiuis inest tota ratio totius simul & æqualiter:& partibus potentialibus adest totum secundum totā essentiam eius,non autem partibus integralibus.quæst.90.3.c.pa.416
Partus.ver. Maria.
Pascha & panes azimi, quæ dicuntur.quæst.46.9.1.pag. 223.& q. 71.4.1.pag.345
Pascha quando incipiebat.quæst.46.9.c.1.pag.227.& quæst. 74.4.c.1.pag.345
Passio duplex,scilicet innata, & illata.quæstione octuagesimaprima.4.c.pag.396
Passio animæ duplex,scilicet perfecta & imperfecta.quæst.46.7.3. pagina 211
Passio animæ & voluntaria quid differant.quæst.48.1.1.pag.316
Passio est magis propriè in appetitu sensitiuo, quā intellectiuo. q. 15.4.c.pag.94
Passio & passibilis qualitas tantùm sunt in tertia specie qualitatis. q.63.2.2. pag.286
Passio omnis animæ secundum Stoicos est mala:non autem secundum Peripateticos.quæstio. decimaquinta.4.2.pag.95.& quæst. 46.6.2.pag.22
Passio pro Christo susceptа obtinet vim baptismi. quæstio.87.1.2. pagina 411
Passio Christi fuit bona ex voluntate Christi: mala verò ex parte occidentium.quæst.4.2.pagina trigesimaoctaua, & quæst.47.3.3.& 4.2.6.3. pag.227
Passio Christi fuit necessaria.q.46.0.pag.106
Nullus fuit conuenientior modus redemptionis nostræ quàm per Christi passionem.q.46.3.0.pag.218
Passio Christi incœpit à Iudæis: & finita est à Gentibus.q. 47.4.0. pagina 228
Passio Christi attribuitur suppositо diuino:non ratione naturę diuinæ:sed naturæ humanæ.q.27.12.0.pag.215
Passio Christi vt saluatiua erat volita à Deo,à Iudæis vt afflictiua Christi.q.18.5.c.pag.117
Passio Christi fuit ei voluntaria:& suæ voluntati subiecta. q.46.6.c pag.220.& q.46.1.0.pag.216
Passio Christi ratione diuersorum agit per diuersos modos. q.48.6.3.pag.233.& q.62.5.c.pag.285
Passio Christi habuit aliquem effectum:quem non habuerunt merita præcedentia.q.48.1.3.pag.230
Passio vna minima Christi sufficeret pro omni peccato.q.46.5.3.& 6.6.pag.220
Passio Christi est propria causa remissionis peccati tripliciter. q. 49.1.0.pag.234
Passio Christi est causa vniuersalis remissionis peccatorum: quam oportet singulis applicari per sacramentum. quæst.49.1.4. pag. 234.& q.52.1.2.pag.244
Passio Christi vt à voluntate eius,fuit satisfactio pro omni peccato. q.22.2.2.pag.128.& q.48.2.2.pag.131
Passio Christi fuit quasi pretium per quod liberati sumus à seruitute diaboli,peccati,& pœnæ.q.48.c.pag.232
Passio Christi sufficienter abstulit peccatum originale.quæst.49.5.c.pagina 236
Passio Christi est causa salutis omniū:sed applicata est mortuis per defectum eius ad inferos:viuis aūt per sacramēta.q.51.1 2.pa.241
Passio Christi non saluat nisi configuratos.q.40.3.2.3.pag.235
Passio & resurrectio Christi operatæ sunt nostram salutem.q.53.1.3.pag.250.& q.56.1.4.& 2.4.pag.256
Passio Christi est causa nostræ iustificationis quo ad terminū à quo, sed resurrectio eius quo ad terminum ad quem.q.62.5.3.pa.283
Passio.ver. Cœna. Dolor.
Passionis Christi virtute sit salus,& peccati remissio.q.69.1.2.pag. 324.& q.73.5 c.pag.342
Passioni pater tradidit Christū, & ipse seipsum ex charitate: Iudas ex cupiditate:Iudæi ex inuidia:Pilatus ex timore.quæstio. 47.3.0.pagina 227
Passionem suam Christus voluit voluntate deliberata: licèt voluntas naturalis dissentiret.q.18.5.c.pa.117.& q.47.1.0.& 2.2.p.226
Passione Christi liberare hominem fuit maioris misericordiæ & iustitię,quàm si Deus remisisset peccata sine satisfactione.q.46.1 3.pagina 217
Passione sua Christus meruit nobis salutem nostram. quæst. 48.1.0.pagina 230
Passione sua Christus meruit exaltari quadrupliciter.quæst.46.0.pag.237
Passione sua Christus à peccatis nos liberauit causaliter. quæst. 46.1.3.pag.234
Passione Christi redempti sumus & liberati à potestate diaboli tripliciter.q.46.4.0.pa.228.& q.49.4.0.pag.236.& q.52.1.c.p.244
Et liberati sumus à peccato communi totius naturæ.& à propriis peccatis singulorum.q.49.5.c.pag.262.& q.52.5.c.2.pag. 258
Et reconciliati sumus Deo patri.q.49.4.0.pag.236
Et dupliciter liberati sumus à reatu pœnæ.q.49.c.0.pag.234
Passione sua Christus initiauit ritum Christianæ religionis.q.62.5.c.pag.283.& q.63 3.c.pag.287
Et aperuit nobis ianuam cœli:sed per ascēsionem suam introduxit nos in possessionem eius.q.49.9.0.pag.236
Passione sua Christus consecutus est gloriam resurrectionis: non ex vi sacrificij:sed ex deuotione & charitate. quæstione 21.4.2. pagina 132
Passiones sanctorum prosunt ecclesiæ per modum exhortationis & exempli:& non per modum redemptionis.quæstione.48.5.3. pagina 233
Passiones in anima Christi non ferebantur ad illicita: nec præueniebant,nec impediebant iudicium rationis:sicut faciunt in nobis.q.15.4.0.pag.94
Passiones,& actiones omnes Christi instrumentaliter operabātur in virtute deitatis ad salutem humanam.q.48.6.c.pag.233.& q. 56.1.3.pag.260
Passibilis fuit anima Christi dupliciter,scilicet passione corporali, & animali.q.15.4.c.pag.94.& 10.1.pag.74
Patiendo Christus omnia præcepta veteris legis impleuit.q.47.2.1.pagina 227
Passus est Christus conuenienti tempore.q.46.9.0.pag.223
Passus est Christus in loco conuenienti, scilicet in Hierusalem.q.46.10.0.pag.224
Passus est Christus ab extrinseco omnes passiones humanas secundum genus tripliciter.q.46.5.0.pag.219
Pati contingit dupliciter,scilicet ratione obiecti,& ratiōe subiecti. q.46.7.0.pag.221
Pati dicitur tota anima dupliciter,scilicet secundum essentiā suam, & secundum omnes eius potentias.q.46.7.8.0.pag.222
Pati oportuit Christum,& quare.q.46.1.2.pag.230
Pater est proprium nomē personę patris,nō genitor.q.66 5.7.pa.304
Paternitas cōuenit viuentibus,præcipuè animalibus.q.32.3.c.p.166
Pati ver.passio.
Paulus in sua cōuersiōe vidit Christū corporaliter.q.57.6.3.p.665
Paulus vidit essentiam Dei,lumine gloriæ se habente per modum passionis transeuntis.q.45.c.pag.213

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pauli epistolæ, & psalmi Dauid frequentantur in ecclesia. q. 83. 4. c. pag. 410
Paupertas voluntaria commendatur. q. 40. 3. 0. pag. 298
Paupertas voluntaria quid sit. q. 40. 3. 3. pag. 299
Pauperem vitam Christus elegit in hoc mundo. quæst. 40. art. 3. 0. pag. 298
Pax totius mundi facta est à Christo in ortu suo. quæst. 35. artic. 8. ad 1. pag. 379
Pax ver. Episcopus.
Peccator dicitur dupliciter, scilicet propter peccatum præteritũ, & propter propositum peccandi. q. 68. 4. c. pag. 318
Peccatum duplex, scilicet actuale, & quasi naturale. q. 83. 1. pag. 66
Peccatum non semper est ex contẽptu, & tamen in omni peccato contemnitur Deus in præceptis suis. q. 88. 4. c. pag. 414
Peccatum speciem recipit ex intentione peccantis. q. 88. 4. c. pa. 414
Peccatũ cordis, oris, & operis, sunt tres species, sed huiusmodi peccati, quod est in corde, ore, & opere, simul sunt partes quasi integrales. q. 90. 3. 1. pag. 416
Peccatum singularis personæ non nocet nisi sibi. quæst. 19. ar. 4. ad 1. pag. 123
Peccatum transit actu & manet reatu. q. 62. 2. 2. pag. 281
Peccatum triplex est. q. 80. 5. c. pag. 387
Peccatum veniale quousque remitti non potest. quæst 87. art. 2. ad 2. pag. 411
Peccatum originale naturæ est, sed actuale personæ. q. 83. 5. 3. pa. 66
Peccatum originale quomodò sit voluntarium. q. 84. 1. 3. pag. 404
Peccatum originale contrahitur in infusione animæ rationalis. q. 27. art. 1. ad 4. pag. 143
Et traducitur ad omnes qui fuerunt in Adam, secundũ rationẽ seminalem, non autem ad alios. q. 5. 1. 2. pag. 93. & q. 31. 8 0. pa. 163
Et sibi obnoxia fuit caro Christi in antiquis patribus. Ibid.
Et trahitur à parre, non à matre. q. 70. art. 2. ad 4. pag. 328
Nec potest esse in aliquo cum veniali sine mortali. q. 90. 4. 3. p. 426
Et per ipsum, persona primò infecit naturam, sed in alijs hominibus est econuerso. q. 83. 1. pag. 66. & q. 69. 3. 3. pag. 296
Peccatum originale est minus voluntarium quocunq; peccato actuali, & respectu naturæ est grauius veniali, sed respectu personę est econuerso. q. 14. art. 2. ad 1. pag. 80
Peccatum veniale nullam propriè maculam causat in anima, neccõ tractatur habitui charitatis, sed feruori eius: ideò impedit actus virtutum. q. 87. 1. c. & art. 2. c. ad 2. pag. 411
Et potest esse in solo habente vsum liberi arbitrij. quæst. 87. arti. 2. c. pag. 410
Et ipse homo potest quandóque carere in hac vita, sed non diu. q. 79. art. 4. ad 2. pag. 282
Et ante baptismum esse non potest sine mortali. q. 90. arti. 4. ad 3. pag. 426
Peccatum veniale potest remitti sine alio veniali: non aũt sine quolibet mortali. q. 87. 4. 0. pag 412
Et eius remissio causatur tripliciter. q. 87. 3. 0. pag. 410
Et omnia venialia deleri possunt vno actu charitatis, sine actuali eorum cogitatione. q. 87. 1. 0. pag. 411
Peccatum veniale potest remitti sine sacramento pœnitentiæ, nõ autem sine aliquali actu virtutis. q. 87. 1. 0. pag. 411
Peccatum mortale auertit mentem à Deo, veniale verò retardat affectum in Deum. q. 87. art. 1. ad 2. c. pag. cad.
Et ipsi mortali adhærens si ad baptismũ accedit, fictus accedit. q. 69. art. 3. pag. 325
Et per ipsum mortificantur opera prius in charitate facta. q. 89. ar. 4. 0. pag. 414
Peccatum mortale potest remitti sine sacramento pœnitentię, nõ autem sine virtute pœnitentiæ. q. 80. art. 2. 0. pag. 409
Peccatum vnum mortale non potest remitti sine alijs. q. 86. arti. 3. 0. pag. 409
Peccatum. ver. Adam, Passio, Pœnitentia, Redeunt. Remissio, Sacramentum.
Peccati grauitas duplex, scilicet ex parte peccati, & ex parte peccãtis. q. 80. art. 5. c. pag. 387
Peccato publico pœna temporalis publica imponenda est, & publica merita publicè præmiari oportet. q. 55. 1. 1. pag. 255
Peccato homo dupliciter obligatur, scilicet ad seruitutem diaboli, & ad reatum pœnæ. q. 48. art. 4. c. pag. 232
Peccata dimittere conuenit Christo autoritatiuè vt Deus, instrumentaliter verò secundum humanam naturam. q. 16. arti. 11. ad 2. pag. 109
Peccata possunt remitti à Deo, sine pœna. quæst. 46. artic. 2. ad 3. pag. 217
Peccata dimittit Deus per autoritatem, sacerdos verò per ministerium. q. 84. art. 3. ad 3. pag. 404
Peccata omnia in hac vita sunt remissibilia. q. 86. 1. 2. 3. pag. ead.
Peccatorum emundatio quomodò sit perfecta. quæst. 22. artic. 3. c. pag. 121
Peccatorum veniam consequimur per charitatem. quæstio. 49. ar. 1. c. pag. 230
Peccatorum mortalium remissio requirit singulorum detestationem actualem, venialium verò virtualem. quæst. 87. artic 1. c. pagina 408
Pœna duplex, scilicet sensus & damni. quæstio. 52. artic. 2. ad 2. pagina 245
Pœna vt pœna infligitur tantùm pro culpa propria, sed vt satisfactoria infligitur etiam pro alterius culpa. quæst. 14. artic. 2. ad 3. pag. 90
Pœna animæ separatæ patientis excedit omne malum huius vitæ. q. 46. art. 6. ad 3. pag. 121
Pœna sensus non debetur mortuis cum solo peccato originali. q. 1. 4. 2. pag. 8
Pœna minor debetur peccato originali, quàm veniali. quæst. 1. art. 4. ad 1. pag. cad.
Pœna peccati originalis duplex. q. 52. 5. c. pag. 247
Pœnę temporalis debetur veniali, æterna verò mortali. quæst. 86. art. 4. 0. pag. 409
Pœna reatu homines tenebantur dupliciter. quæstione 52. articu. 5. c. pag. 247
Pœna corporali vnus ponitur pro culpa alterius, ratione consensus. q. 82. art. 6. ad 3. pag. 398
Pœnitentia vt est dolor voluntatis cum electione recta, est virtus vel actus eius, non autem vt passio. q. 85. 0. pag. 407
Pœnitentia est virtus specialis. q. 85. art. 2. 0. pag. cad.
Pœnitentia est virtus moralis, & non theologica. quæst. 85. artic. 3. ad 1. pag. cad.
Pœnitentia est species iustitiæ commutatiuæ. quæstio. 85. artic. 3. 0. pag. cad.
Pœnitentia secundum quod est virtus importat dolorem peccati cum proposito emendationis. q. 85. 1. 1. 2. & 3. c. pag. 407
Pœnitentia ponit medium inquantùm infert debitam pœnam pro culpa secundum acceptationem superioris. quæst. 85. art. 3. ad 2. pag. cad.
Pœnitentia est in peccatore, qui voluntariè recompensat emendã. q. 85. art. 3. 0. pag. cad.
Pœnitentia quæ est ante baptismum, non est sacramentũ, sed actus virtutis. q. 90. art. 4. ad 1. pag. 426
Pœnitentia vt virtus est subiectiuè in voluntate, sed vt passio est in concupiscibili. q. 85. art. 4. 0. pag. 408
Pœnitentia comprehendit omnes virtutes. quæst. 85. atticu. 3. ad 4. pag. eadem.
Pœnitentia est posterior natura & tempore, fide, spe, & timore seruili &c. q. 85. art. 6. 0. pag. cad.
Pœnitentia Esau, & Antiochi, non fuit vera. quæst. 86. artic. 1. ad 1. pag. 409
Pœnitẽtia in generali est à natura, sed cum aliqua determinatione est à lege veteri, à noua verò vt sacramentum nouæ legis. q. 84. art. 7. 0. pag. 405
Pœnitentia est sacramentum. q. 84. art. 1. 0. pag. 404
Et fuit institutum à Christo dando claues, sed ostendit efficaciam eius post resurrectionem. q. 84. art. 7. 0. pag. 405
Et est necessarium, solis habentibus peccatum. quæst. 84. arit. 5. 0. & art. 6. c. pag. 408
Et potest, & debet iterari. q. 84. 10. 0. pag. 407
Pœnitentia est à Deo, & à nobis, sed quomodò. quæst. 85. arti. 5. 0. pag. 406
Pœnitentia debet esse continua secundum habitum, non autem secundum actum. q. 84. art. 9. 0. pag. 406
Pœnitentia quid requirit. q. 84. 10. 0. pag. 407
Pœnitentia interior quousque debet durare. quæstio. 84. artic. 8. 0. pag. 406
Pœnitentia & gaudium circa idem contrariantur, si autem sint de diuersis vel de eodem secundum diuersa, sic gaudio & tristitiæ non est contrarietas. q. 84. art. 9. ad 2. pag. 406
Pœnitentia est fundamentum contra distinctionem peccati. q. 84. art. 6. ad 2. pag. 405
Pœnitentia solennis non debet reiterari. quæstio. 84. artic. 10. ad 2. pag. 407
Nec pœnitens solenniter debet ordinari. q. 89. 3. 3. pag. 414
Pœnitentia quomodò fuerit in Christo. q. 84. 7. 4. pag. 405
Nec pœnitentiæ sacramento Christus est vsus ad se, nec ad alios. q. 84. 5. 3. & 7. 4. pag. 405
Pœnitentia est de quolibet peccatorum genere, sed de mortali propriè & principaliter, de veniali propriè & non principaliter, de originali verò, improprię. q. 84. 2. 3. pag. 404
Pœnitentia vt sacramentum: nõ est necessaria ad remissionem venialium, sed bene virtualis. q. 87. 1. 0. & 2. 2. pag. 411
Pœnitentia vt sacramẽtum, habet partes, non autem vt virtus, nec alia sacramenta. q. 90. 1. 0. pag. 415
Pœnitentia ante baptismum, pœnitentia peccatorum mortalium & pœnitentia venialium sunt partes, id est species pœnitẽtiæ, & est virtus. q. 90. 1. 0. pag. 416

Pœnitẽ-

Pœnitentia reparat omnes defectus ad perfectum: & promouet in vlteriorem statum. q. 2. 2. pag. 4
Et per eam gratia infunditur per quam fit remissio peccatorum, & omnium virtutum restitutio. q. 89. 1. c. pag. 414
Et restauratur dignitas amissa per peccatum, scilicet filiatio Dei, nõ autem innocentia (sed aliquid maius quandóque) nec tertia dignitas, scilicet ecclesiastica. q. 89. 3. 0. pag. 414
Et homo liberatur à peccato & restituitur in statum pristinum: sed ei nõ exhibetur aliquid de nouo pertinens ad cultum Dei. q. 63. 7. c. pag. 289
Et delere potest omne peccatum viatoris: non autem dãnatorum. quæstione octuagesimasexta, 1. 0. pagina 409. & quæstio. 87. 1. 0. pagina 411
Per pœnitentiam vt est sacramentum restaurãtur omnes virtutes & gratiæ: non autem per virtutem pœnitentiæ, nec semper restaurantur in gradu æquali, sed in maiori vel minori. quæst. 89. 1. c. & 2. 0. & 5. pag. 414
Pœnitentia vera peccata præterita remouet, & à futuris præseruat. q. 84. 8. 1. pag. 416
Et requirit non solam reintegrationem æqualitatis iustitiæ: sed magis reconciliationem amicitiæ. q. 90. 2. c. pag. 415
Et expellit effectiuè quodlibet peccatum formaliter verò oppositum tantùm, scilicet impœnitentiam. q. 85. 2. 1. 3. pag. 417
Et tollit totam culpam, sed non semper totum reatum. quæst. 86. 4. 0. pag. 409
Nec tollit omnes reliquias peccati actualis, nisi pœnitẽtia iam perfecta secundum omnes eius partes. quæstione 86. 4. 3. & 5. 0. pagina 410
Pœnitentia vt sacramentum quam efficaciam habeat. q. 84. 7. c. pa. 183. & q. 86. 6. 3. pag. 405
Et pœnitentię vt virtus est, effectus est remissio culpæ, sed principaliùs pœnitentiæ vt sacramentum, & principaliùs gratiæ quàm sacramenti, & principalius iterum charitatis & fidei, quàm pœnitentiæ vt virtus. q. 86. 6. 0. pag. 410
Pœnitentiæ actus primus se habet vt vltima dispositio ad gratiam consequendam, alij verò procedunt tam ex gratia quàm virtutibus. q. 89. 1. 2. & 2. c. pag. 414
Pœnitentiæ actus quomodò causatur in nobis. quæstione 85. 5. c. pagina 408
Pœnitentiæ sacramentum non consistit in consecratione materiæ, nec in vsu materiæ consecratę, sed in remotione materię, scilicet peccati. q. 84. 3. c. pag. 404
Pœnitentiæ & matrimonij sacramentorum materia quæ sit. q. 84. 1. 1. 2. & 4. 3. pag. 405
Pœnitentiæ materia duplex, scilicet proxima & remota. quæst. 84. 2. 0. pag. 404
Pœnitentiæ materia exhibetur à Deo interius inspirando, sed minister tantùm complet absoluendo. q. 84. 1. 2. pag. 414
Pœnitentiæ forma est ista, absoluo te. quæstione octuagesimaquarta. 3. 0. pag. 414
Pœnitentię partes materiales sunt, cõtritio, confessio & satisfactio, sed partes eius essentiales & cuiuslibet sacramenti sunt materia & forma. q. 90. 2. 0. pag. 415
Pœnitentiæ partes materiales sunt integrales: non autem subiectiuæ nec potentiales. q. 90. 3. 0. pag. 416
Pœnitentiæ partes quem habeant ordinem. quæstione 90. 3. 3. pagina 416
Pœnitentiæ vt sacramentum satisfactio quæ dicatur. quæstio. 90. 2. 3. pagina. 415
Pœnitentia remota auersione à Deo, remanet tamen inordinata conuersio ad bonum creatum. q. 86. 4. 1. & 5. c. pag. 410
Pœnitens recurrit ad Deum sicut seruus, filius, & vxor, ad dominũ, patrem, & virum. q. 85. 3. c. pag. 417
Pœnitentis verba & facta sunt materia sacramenti pœnitentię, quę verò sunt ex parte sacerdotis habent modum formæ. q. 84. 3. c. 1 & 4. 3. pag. 404. q. 86. 6. c. pag. 410
Pœnitentia. ver. Hæresis. Impositio. Niniuitæ. Opera. Resurgens. Sacramentum. Tabula. Virginitas.
Perfectio triplex, scilicet dispositionis, formę, & finis. quæst. 27. 5. 2. pagina 147
Perfectio rei duplex, scilicet prima quæ cõsistit in forma ex qua speciem sortitur, & secũda quæ est operatio qua res finem attingit. q. 29. 1. c. pag. 54
Perfectio humanæ salutis consistit in charitate. q. 49. 3. c. pag. 218
Perfectum est prius imperfecto ordine naturæ & perfectionis, sed ecõuersò ordine temporis & generationis. q. 1. 5. 3. & 6. c. pag. 8
Perfectus in virtute non existens, indignè sumit officium prædicationis. q. 41. 3. 1.
Perfecto adueniente, non manet imperfectum. q. 9. 3. 1. pag. 202
Perplexus aliquis quomodò esse potest. q. 66. 3. pag. 294
Persona est rationalis naturæ indiuidua substantia. q. 2. 1. c. pag. 11
Persona quid dicatur. q. 2. 1. 3. pag. 11. & q. 16. 11. 2. pag. 109
Persona quibus sit communicabilis. quæst. 3. 1. 2. pag. 26
Persona addit supra essentiam Dei secũdum intellectum, quia essentia potest intelligi sine persona, non autem econuerso. quæstio. 3. art. 3. 0. pag. 29
Persona & essentia in diuinis sunt idem re, & differunt ratione. q. 16. 5. pag. 113. & q. 17. 1. c. & 3. pag. 110
Persona filij Dei est suppositũ naturæ humanæ. q. 16. 1. 2. 3. c. pa. 100
Persona in Christo est tantùm vna. q. 17. 1. c. pag. 110
Persona Christi secundum se est simplex, sed vt in duabus naturis subsistit, potest dici composita, licèt improprię. q. 2. 4. 0. pag. 14
Personę vnitas requirit vnitatem esse completi & personalis. q. 19. 1. articu. 4. pag. 416
Petrus ver. Centurio. Testes.
Pythagoras & Socrates doctores excellentissimi, nihil scripserunt. q. 42. 4. c. pag. 206
Plantæ habent simul potentiam generationis actiuam & passiuã, nec in eis est distinctio maris & fœminæ. q. 32. 4. c. 0. pag. 167
Plenitudo. ver. Conceptio, Donum, Gratia, Prudentia, Reuerẽtia, Sacerdos, Scientia, Vnctio.
Pollutio nocturna quandóque prouenit ex causa extrinseca spirituali, quandóq; ex causa intrinseca spirituali vel corporali. q. 80. art. 7. c. pag 389
Pollutio nocturna ex qualibet trium dictarum causarum, potest & sine peccato, & cum peccato veniali vel mortali existere. q. 80. artic. 7. c. pag. cad.
Pollutio nocturna cuius causa est sine peccato, vel cum peccato veniali, non ex necessitate impedit sumptionem Eucharistiæ, sive rò sit cum peccato mortali, impedit ex necessitate. quæst. 80. art. 7. c. pag. cad.
Pollutio nocturna cuius causa est sine peccato vel cum peccato veniali, nisi sit perpetua vel diuturna, aut necessitas adsit, impedit sumptionem Eucharistiæ ex quadam congruentia. quæstio. 89. 7. c. pag. 389
Pollutio nocturna ex congruentia impedit sumptionem Eucharistiæ: & propter reuerentiam sacramentĩ & propter mentis euagationem eam sequentem. q. 80. 7. c. pag. 389
Possibile vel impossibile duplex, scilicet simpliciter, & absolutè, & ex suppositione. q. 46. 2. c. pag. 217
Potentia creaturæ duplex, scilicet naturalis, & obedientialis. q. 1. 3. 3. pag. 6. & q. 11. 1. c. pag. 78
Potentia actiua cuiuslibet rei sequitur formam eius quę est principium agendi. q. 13. c. pag. 86
Potentia quæcunque communicabilis cuicunque creaturæ multò abundantiùs communicata fuit animæ Christi. q. 13. 1. 2. pag. 87
Potentia. ver. Deus.
Potentiæ animæ deriuantur ab eius essentia. q. 7. 2. c. pag. 53
Potentiæ animæ mutuò se impediunt. q. 15. 3. pag. 98
In potentijs, & operibus omnibus ordinatis, vltima perfectio refertur suprema arti, aut virtuti. q. 72. 1. c. pag. 39
Potestas duplex, scilicet authoritatis, & excellentiæ. quæst. 64. 3. 4. 0. pagina 291
Potestas prima respectu sacramentorum fuit in Christo secũdum quod Deus, secunda verò secundum humanam naturam. q. 64. 3. 4. c. pag. 291
Potestas secunda in quatuor principaliter consistit. q. 64. 3. 4. c. pa. 291. & q. 84. 5. & 7. 4. pag. 404
Potestas excellentię potuit à Christo communicari alijs. q. 64. 4. c. pagina 292
Potestas propria Christi in sacramentis duplex. q. 64. 4. 0. pag. 292
Potestas. ver. Iudicium. Ordo. Papa.
Prædestinatio est præordinatio diuina ab æterno de his quæ per gratiam Dei sunt fienda in tempore. q. 24. 1. c. pag. 134
Prædestinatio cõuenit Christo, & personæ Christi. q. 24. 1. 0. p. 134
Prędestinatio Christi est causa exemplaris prędestinationis nostræ ratione effectus. q. 24. 3. 4. 0. pag. 135
Prædestinatus est Christus secũdum quod subsistit in humana natura, esse filius Dei, non autem propriè factus est filius Dei. q. 24. 1. 2. 3. pag. 134
Prædestinatus est Christus secundum quod homo, esse filius Dei. q. 24. 2. 0. pag. 135
Prædestinatus est Christus secundum quod filius Dei esse homo: tamen magis propriè dicitur econuersò. q. 24. 2. 3. pag. 135
Prædestinatus est homo esse filius Dei, & ecõuersò. q. 24. 2. 3. pa. 135
Prædicatio non debuit prætermitti à Christo propter scandalum Iudæorum. q. 42. 2. 0 pag. 204
Prædicare Christus incipit in 30. anno ætatis suæ. q. 39. 3. 0. pa. 193
Et prædicauerunt Christus & Apostoli à principio Iudeis tantùm. q. 42. 1. 0. pag. 203
Prædicare id est recitare Euangelium in ecclesia pertinet ad diaconũ, docere id est exponere ad Episcopũ propriè. q. 67. 1. 1. pa. 310
Prædicare est proprius actus Episcopi, & dignior quàm baptizare. q. 67. 2. 1. & 2. pag. 310. & q. 71. 4. 3. pag. 333
Prædicari in abstracto de deitate non conuenit his quæ sunt naturæ humanæ, nec conuersò. q. 16. 5. 0. pag. 103

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prædicari in concreto possunt ea quæ sunt naturæ humanæ de filio Dei,& econuerso. q.16.5.8.c.pag.103.& q.90.2.o.pag.414
Prædicarinon potest de Christo in abstracto natura humana, nec partes eius.q.3.7.3.pag.34.& q.16.1.o.pag.109
Prædicari potest de Christo in recto natura diuina,tam in abstracto, quàm in concreto,humana verò natura tantùm in concreto.q.17.1.o.pag.119
Prædicari possunt simpliciter de Christo, ratione humanæ naturæ ea de quibus suspicari non potest, quòd diuinæ personæ conueniant secundum seipsam,sed illa quæ dubitationẽ habent circa alterutram naturam non dicenda de Christo absque determinatione.q.16.8.o.pag.106.& q.20.2.c.pag.124
Prædicator debet esse absolutus à cura rerum sęcularium. q. 40.3. c.pag.298
Prædicator non debet semper esse in publico.q.40.1.3.pag.197
Prædicator non debet assumere prædicationis officium,nisi prius purgatus,& virtute perfectus.q.41.3.1.pag.201
Præpositio ad,successum quendam designat.q.58.3.c.pag.266
Præsentia.ver. Deus.
Præseruatus ab aliquo dicitur ille,qui est purgatus vel solutus ab illo.q.32.4.1.pag.167.& q.52.2.2.pag.245
Primogenitus dicitur primò natus, licet nullus post eum fuit: ideò Christus est primogenitus Mariæ.q.28.34.pag.152
Prius est naturaliter quod est per se,eo quod est per accidens.q.84. 6.c.pag.415
Profectus.ver. Missa.
Propassio est inchoata in appetitu sensitiuo non vltrà procedens, sicut fuit in Christo.15.4.c.& 6.2.7.pag.65
Prophera dicitur quasi procul fans,vel procul videns.q.7.8.o.p.57
Prophetia in sua ratione non includit ænigmaticam cognitionem. q.7.art.8.ad 1.pag.57
Prophetia prędestinationis completur sine arbitrio nostro causante,non autem sine eo consentiente.q.30.1.1.pag.155
Prophetia quæ habet simul intellectualem & imaginariã visionẽ, nobilior est illa quæ habet alteram tantùm.q.30.1.pag.155
Propheria nõ conuenit Deo, nec angelis,nec beatis.quæstionc.7. articulo.8.c.pag.57
Prophetia conuenit Christo,inquantùm fuit viator.q.7.8.o.p.57
Propositio.ver.actus,Deus, Christus.
Prudentia est directiua omnium moralium virtutum.quæstione 85.artic.4.pagi.416
Prudentia requirit memoriam præteritorum, cognitionem præsentium,& prouidentiam futurorum.q.11.2.3.pag.79
Prudentię plenitudinem Christus habuit,secundum donum consilij.quæst.11 art.1.ad 1.pag.79
Psalmi comprehendunt per modum laudis,quicquid cõtinetur in sacra scriptura.q.83.4.c.pag.401
Pueri ex peccato Adæ peccatum originale contrahunt, & mortali rati sunt subiecti, ideò possunt per Christum gratiam accipere, & necesse fuit eos baptizari q.68.9.o.pag.321
Pueri,in maternis vteris existentes, baptizari non possunt. q. 68. 11.c.pag.322
Pueri infidelium nõ habentes vsum rationis, non sunt baptizandi inuitis parentibus: habentes autem vsum rationis baptizari possunt.q.10.o.pag.322
Pueri antiquorum saluabantur in fide parentum.quæst.68.art.10. c.pag.322
Pueri,ver.Cathecizandi,Græci,Salus.
Pueris vsu rationis carentibus,non est danda eucharistia.q.80.art. 9.ad 3.pag.391
Purgatio beatæ Virginis duplex, scilicet mentem in vnũ colligens, & à fomite.q.27.3.1.pag.146
Purgatio beatę,Mariæ post partum est facta,non propter aliquam immunditiam,sed alijs rationibus.q.37.4.o.pag.188
Purgatio.ver.Maria.
Purgatus.ver.Prædicator.
Purificatio.ver.Purgatio.
Putrefactio cuiuscũq; corporis ,venit ex infirmitate naturæ ei" non potentis amplius corpus continere in vnum. q.51.3.c.p.243

Q Valitas.ver.Passio,Quantitas.
Quantitas dimensiua est prima dispositio materiæ. q. 77. art.2.c.pag.361
Quantitas & qualitas quid sint.q.77.2.c.pag.ead.
Quantitas se tenet ex parte materiæ.q.90.2.c.pag.415
Quantitas dimensiua quomodò individuatur.q.77.2.c.pag.361
Quantitas debita alicui speciei, quandam latitudinem habet.q.33. 2.2.pag.169
Quantitas quam corpus habet cùm primò sibi infunditur anima quomodò proportionatur.q 33.2.1.pag.169
Quantitas in sacramento altaris quid.q.77.2.o.pag.361
Quantitati omni mathematicæ finitæ potest fieri additio, non autem omni naturali.q.7.12.1.pag.61
Quo est,& quod est,in solo Deo non differunt. quæst.3.ar.2.ad 3. & art.3.ad 1.pag.27

R Atio dicitur dupliciter, scilicet per essentiam, & per participationem.q.18.2.c.1.pag.116
Ratio & intellectus non sunt diuersæ potentiæ.q.18.3.2.117
Ratione formali alicuius rei remota,remouetur species. q. 88.art. 4.ad 1.pag.410
Reatus non est idem omnium peccatorum.q.88.1.c.pag.412
Rebaptizari.ver.Baptismus.Donatus.
Redemptor noster dicitur Christus, & quomodò.q.48.6.3.p.233
Et ad redemptionem duo requiruntur.q.48.5.o.pag.ead.
Redeunt peccata dimissa per sequens peccatũ, & quomodò. q.88. art.1.o.pag.412
Redeunt per ingratitudinem peccata venialia,& ipsum originale, sicut & mortalia.q.88.2.2.pag.ead.
Redeunt per sequens peccatum peccata dimissa,sed non est necesse quòd tantus reatus redeat, quantus erat omnium peccatorum præteritorum.q.88.ar.2.o.pag.ead.
Redire.ver.Ingratitudo.
Redundãtia fit in corpus ex his quæ sunt in anima,nisi in Christo patiente.q.14.ad 2.pag.91.& q.15.artic.5.ad 3.& 6.c.& 9.3.pag. 95.& q.45.2.c.pag.214
Reduplicatio.Quod conuenit alicui cum reduplicatione, nõ semper conuenit ei simpliciter sine ea.q.16.10.3.pag.108
Reduplicatio.ver.Terminus.
Reiterari.ver.Conseeratio.Pœnitentia.
Relatio tantùm vna est aliquãdo ex parte vnius extremi,& ex parte alterius extremi sunt multæ.q.35.5.3.pag.177
Relatio innascitur aliquando ex mutatione alterius termini tantũ. q.2.ar.7.c.pag.19
Relatio incipiens esse ex tempore,ex aliqua mutatione causatur.q. 2,art.8.c.pag.20
Relatio seruitutis & dominij fundatur super actione & passione, ideò proprie non conuenit naturæ,sed personę. q.20.12.pa.124
Relatio eadem est in omnibus simul trahentibus idem.quæst.35.ar. 5.ad 3.pag.177
Relatio in patre,differt specie à relatione in matre. quæst.35.art.5. c.3.pag.ead.
Relatio scientiæ ad scibile est realis,econuersò autem rationis tantũm.q.35.5.3.pag.ead.
Relatio Dei ad creaturas est in creatura realiter,& in Deo secundũ rationem.q.2.7.o pag.18.& q.35.5.c.pag.176
Relationis vnitas ex quo dependet.q.2.7.2.pag.19
Relationum vnitas & pluralitas specifica sumitur ex causa,numeratis ex subiecto,nulla verò ex termino.q.35.5.c.pag.176
Relatiuè dicta possunt de nouo prædicari de aliquo absque eius mutatione.q.15.6.2.pag.103
Religiosi crucifixi cum Christo qui dicantur.q.46.11.c.pag.225
Reliquiæ sanctorum an habeant virtutem.q.13.2.3.pag.88
Reliquiæ quædam peccati remanent post absolutionẽ. q. 86. 5.o. pag.410.& 89.1.3.pag.413
Reliquiæ,ver. Adoratio.Pœnitentia.
Remissio culpæ non potest esse sine gratia. q.62.ar.6.ad 3.pa.284. & q.87.4.o.pag.412
Remissio culpæ & pœnæ æternæ quid.q.86.4.2.&.6.1.pag.186.& q.88.1.4.pag.196
Remissio peccatorum in primitiua ecclesia dabatur ad inuocationem nominis Christi,& non alterius.q.64.3.c.pag.291
Remissio peccati mortalis potest esse sine sacramento pœnitentię: non autem sine virtute pœnitentiæ.q.68.2.o.pag.317
Remissio peccati venialis potest esse sine sacramẽto pœnitentię nõ tũ sine aliquali actu virtutis pœnitentiæ.q.87.1.o.& 2.2.pa 412
Remissio venialium quo ad culpam, nisi sit impedimentum fit in omni infusione gratiæ,sed non semper quo ad pœnam. q. 87.2. 3.o.pag.ead.
Remissio.ver.gratia.Passio,Peecatum,Pœnitentia.
Remissionem peccatorũ consequitur homo in primo instanti suæ pœnitentiæ.q.84.8.1.pag.ead.
Remittens offensam in se cõmissam,nõ iniustè agit.q.46.2.3 p.217
Remitti.Peccatum,Sacramentum.
Resurrectio.Octaua ætas erit ætas resurgentium.q.70.3.3.pa.330
Resurrectio Christi fuit necessaria.q.53.1.o.pag.249
Resurrectio Christi fuit conuenienter tertia die, & nõ statim,nec in fine mundi. quæst.51.arti.4.o.pag.243.& quæst. 53.artic.2.o. pag.250
Et fuit mane diluculo.quæst.51.ar.4.ad 3.pa.239.& q.53. ar.2.ad 3. pag.250.& q.83.2.4
Et non debuit primò manifestari omnibus,sed quibusdam, & primò mulieribus.q.55.1.o.pag.255
Nec debuit immediatè videri ab hominibus sicut ascensio eius,sed per angelos eis nuntiari.q.55.2.o.pag.256
Resurrectio Christi sufficienter probata fuit ab ipso, duplici testimonio.q.55.5.6.o.pag.258
Resurrectio Christi quid sit.q.56.1.2.o.pag.260

Resur-

Resurrectio Christi quid sit.q.56.1.4.pag.260
Resurrectio.ver.Christus.
Resurrectionis Christi exemplaritas ad quæ se extẽdat.quæst.56.1. 3.pag.260
Resurrexit Christus in iuuenili ætate,vt futuram resurgentiũ qualitatem prænuntiaret.q.46.9.4.pag.224
Resurrexit corpus Christi gloriosum & integũ cum qualibet parte eius.q.54.1.3.o.pag.253.& q.55.6.4.pa.259
Resurgens per pœnitentiam in minori charitate habebit maius gaudium accidentale de bonis prius factis in charitate quàm de factis post in minori,non autem maius,gaudium essentiæ.q.89. 5.3.pag.417
Resurgentis Christi corpus fuit eiusdem naturæ, sed alterius gloriæ.q.54.2.2.& 3.c.pag.263
Resurgentes cum Christo,mortui sunt iterum secundum Augustinum.q.53.2.2.pag.250
Resurgentium Christus fuit primus simpliciter, aliqui verò primi secundum quid.q.53.2.o.pag.ead.
Reuelantur hominibus ea quæ supra homines sunt ex diuina institutione mediantibus angelis.q.51.2.c.pag 256
Reuerentia.Christus secundum quod homo præceteris habuit pleniorem affectum reuerentiæ ad Deum.q.7.6.c.pag.55
Roma.ver.Natiuitas.

S Abbatum.Christus se excusat à transgressione sabbati.q.40.4. 1.pag.199
Sabbati præcepto nõ prohibentur opera diuina, aut quæ sunt ad cultum Dei,aut quæ sunt de necessitate salutis etiam corporalis.q.40.4.1.3.pag.199
Sacerdos fuit Christus simul & hostia pacificorũ,& hostia pro peccato & holocaustum.q.22.1.2.o.pag.128
Sacerdos fuit Christus & rex & legislator,nõ autem alij homines. q.22.1.3.pag.ead.
Sacerdos est Christus secundum quod homo.non autem secundũ quod Deus.q.22.3.1.pag.141
Sacerdos nouæ legis operatur in persona Christi. quæstio. 22.4.c. pag.ead.
Sacerdos vt peccator participat effectum sui sacerdotij, nõ autem vt sacerdos.q.22.4.1.pag.131
Sacerdos inquantùm medius inter Deum & hominem habet nomen angeli.q.22.1.1.pag.127
Sacerdos spiritualiter de quo dicatur.q.32.1.2.pag.197
Sacerdotis proprium officium quod sit.q.22.1.c.1.& 4.c. pag. 127. & q.26.1.o.pag.141
Sacerdotis officio,quæ conueniant.q.22.4.c.& 6.2.pa.130
Sacerdotis sacrificij oblatio duo continet.q.22.4.2 pa.132
Sacerdoti comparantur ministri,sicut secundarium agens principali.q.73.4.c.pag.341
Sacerdotes nouæ legis tenent locum septuaginta duorum discipulorum Christi.q.67.2.2.pag.310
Sacerdotalem potestatẽ Christus habuit excellentius angelis.q.22. 1.1.pag.127
Sacerdotium Christi dat gratiam,& satisfacit pro nobis.q.22.3.o. pag.131
Sacerdotium Christi manet in æternum.22.5.o.pag 130
Sacerdotium Christi dicitur secundum ordinem Melchisedech.q. 22.6.o.pag.131
Sacerdotij Christi figuratio.quæstio.22.6.2.pagi.131. & qu.61.3.3. pag.278
Sacerdotium fuit in Christo in triduo mortis.q.50.4.2.pag.278
Sacerdotium veteris legis fuit figura sacerdotij Christi, sed multũ distans.q.22.1.2.& 6.c.pag.131
Sacerdotium Leuiticum secundum carnis originem deriuabatur ad posteros.q.31.8 4.pag.164
Sacerdotij effectum in se suscipere,non conuenit Christo. q. 22.4. o.pag.131
Sacerdotij totius origo est Christus.q.50.4.3.pag.255
Sacerdotij diuini plenitudo est in Christo.q.63.6.c.pag.289
Sacerdotij Christi homo fit particeps per omnia sacramẽta.q. 63. 6 1.pag.289
Sacramentum est in genere signi.q.60.1.o.pag.271
Sacramentum propriè cuius rei sit signum.q.60.2.o.pag.272
Sacramentum est signum passionis Christi gratiæ,& glorię.q.60. 3.o.pag.ead.
Sacramentum propriè semper est aliqua res sensibilis.quæst.60.4. o.pag.273
Sacramentum vnum perficitur verbis & rebus inquantùm conueniunt in vno scilicet in significando.q.60.6.2.pag.274. & q.62. 4.4.pag.273
Sacramentum perficitur à proferente corruptè formam: nisi fiat ex industria,vel tantùm quod tollatur significatio.q.60. 7.3. & 8.o.pag.275
Sacramentum non requirit necessariò fidem ministri.qu. 64. 9.o. pag.296
Sacramentum quid sit.q.60.2.1.pag.272
Sacramentũ spirituale ibi ordinatur,vbi occurrit specialis effectus gratiæ.q.72.1.c.pag.333
Sacramentum dicitur tripliciter.q.60.1.c.3.pag.272
Et de his tribus dicitur non æquiuocè,sed analogicè.quæst. 60.1.3. pag.272
Sacramentum est signum rememoratiuum passionis Christi, demonstratiuum gratię,& prænuntiatiuum futuræ gloriæ.quæst. 60.3.c.pag.272
Sacramentum habet in se tria:scilicet causam, formam,& finem.q. 60.3.c.pag.272
Sacramentum tantùm in pœnitentia:sunt actus exteriores pœnitentis & absoluentis, res verò & sacramentum est pœnitẽtia interior,sed res tantùm est remissio peccatorum. quæstio.84.1.3. pag.404
Sacramentum.ver.Baptismus. Character. Chatecismus. Confirmatio.Eucharistia.Exorcismus.Pœnitentia.
Sacramenti materia indiget duplici benedictione. s. cùm instituitur,& cùm applicatur ad effectum.q.72.3.2.pag.335
Sacramenti cuiuslibet forma continere debet illud in quo substantia eius consistit.q.72.4.c.pag.335
Sacramẽti effectus non imperatur oratione ecclesiæ vel ministri, sed ex merito passionis Christi.q.64.1.1.pag.290
Sacramenta veteris & nouę legis sunt protestationes fidei. qu.62. 6.c.pag.283.& q.72.5.2.pag.336
Sacramenta requirunt res determinatas ex institutione Dei.q.60. 5.o.pag.273
Et eorum quæ habent materiam corporalem actus humani non sunt de essentia ipsorum,sed dispositiuè se habent ad ea. q.84.1. 1.pag.404
Sacramenta quædam requirit sanctificationem materiæ de necessitate,quædam verò de solennitate tantùm.q.66.3.5.pag. 302.& q.72.3.o.pag.335
In indigentibus materia sanctificata prius materia cõficeratur per Episcopum.q.72.3.o.pag.335
Sacramenta quorum effectus non dependet ex opere humano habent materiam sensibilem,non autem ex eo dependet.q.84.1.1. pag.404
Sacramenta in quibus confertur superabundans gratia habẽt materiam corporalem,non autem alia.q.84.1.1.pag.ead.
Sacramenta requirũt formam determinatam verborum. q.60.7. o.pag.305
Et eorum forma vel materia debent esse illa quibus homines communiter vtuntur.q.60.7.2.pag.277.& q.66.17.pag.304
Et ipsis sacramentis adiunguntur verba, quæ expressius significãt in lege noua quàm in lege veteri.q.60.6.o.pag.274
Sed verba sunt vt forma,res verò sensibiles vt materia.q.60.6.c. 2. pag.274
Sacramenta sunt necessaria ad salutem humani generis. q.61.1.o. pag.276
Sacramenta in statu innocentiæ non fuissent necessaria.q.61. 2.o. pag.277
Sacramenta fuerunt necessaria tempore legis naturę post peccatũ, sed indeterminata.q.60.5.3.pag.21
In statu legis naturæ solo interiori instinctu determinabatur hominibus quibus rebus sensibilibus ad Dei cultum vterentur. q. 60.5.3.pag.121.& q.61.3.2.pag.278
Sacramenta determinata necessariò fuerunt addita per legẽ Moysi,supra sacramenta legis naturæ.q.60.5.3.pag.274.& q.61.3.o. pag.278
Sacramenta alia necesse est esse in lege noua quàm in lege veteri. q.60.6.3 pag.274.& q.61.4.o.pag.278
Sacramenta simpliciter necessaria sunt tantùm tria.quæstio.65.4. o.pag.300
Sacramenta nouæ legis à quo instituta. quæstion. 64. 3. c. pagina 291
Sacramenta conferri possunt per ministros malos. quæsti. 64.5.o. pag.291
Sacramenta conferunt præcisi ab ecclesia seruantes formam ecclesiæ,quam si non seruent nihil conferunt. quæstio. 82.5. 8.9.o. pag.402
Sacramenta suscipere quis teneatur.q.64.6.2.pag.294
Sacramenta producunt suum effectum virtute formæ & materiæ. q.86.6.c.pag.410
Sacramenta consequuntur virtutem spiritualem ex benedictione Christi,applicatione ministri ad vtum sacramenti. qu. 62.4.3. pag.282
Sacramẽta diuersa,diuersimodè purgant,illuminant,& perficiũt. q.65.1.1.pag.298
Et eorum effectus est duplex.q.62.in princip.pag.279
Sacramenta ecclesiæ quare ordinantur.q.65.1.c.pag.298
Et eorum efficacia est ab institutione Christi.q.64.3.c.pag.291.& qu.66.6.c pag.305.& q.72.1.1.pag.133

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et eorum interiorem effectum operatur Christus per authoritatẽ vt Deus,sed vt est homo meritoriè,& efficienter vt instrumentum principale.q.64.3.o.pag.291
Et eorum effectum non operatur deuotio ministri etiam impetrãdo,sed aliquid annexum.q.64.1.2.pag.290
Sacramenta omnia sunt instituta contra aliquod peccatum.q. 6.5. 1.c.pag.29
Et omni sacramento commune est,quòd per illud exhibetur remedium aliquod contra peccatum,per hoc quòd gratiam cõfert.q. 63.6.c.pag.289
Nec tamen ordinatur directè contra peccatum veniale.quæst.6.5. 1.8.pagina 29
Sacramenta veteris legis quæ propriè dicantur.q.60.1.2.pag. 272
Et erant prænuntia Christi venturi.q.60.6.5.pag.274
Et eorum causa finalis erat passio Christi.q.61.3.1.pag.278
Sacramenta veteris legis erant plura.q.65.1.4.pag.298
Sacramenta veteris legis sanctificabant applicando ad diuina,non autem iustificando.q.62.6.c.3.pag.284
Et nihil interius efficiebant,ideo dicuntur iustitiæ carnis.quæstio. 72.5.3.pag.336
Nec purgabant à culpa.q.37.4.3.pag.188
Nec propria virtute iustificabant, sed significabant fidem qua iustificabantur patres antiqui.q.62.6.o.pag.283
Nec habebant in se aliquam spiritualem virtutem operatiuam spiritualis effectus.q.63.6.c.pag.289.& q.63.1.3.pag.285
Sacramenta nouæ legis conferunt gratiam,non autem sacramentalia.q.71.1.2.pag.332
Sacramenta,& sacramentalia quæ habent effectum perpetuum nõ possunt iterari.q.82.8.c.2.pag.177
Sacramenta quatuor dicuntur maiora.q.65.3.4.pag.300
Sacramentorum nouæ legis numerus,& sufficientia.quæstion.65. 1.o.pag.297
Sacramentorum nouæ legis ordo exponitur.q.65.3.3 o.pagin.299
Sacramentorum effectum Christus vt homo poterat conferre sine sacramentis vt instrutor eorum,& non alius homo.q.72.2. 1.pag.334.& q.84.5.1.pag.404
Sacramentis omnibus sanctificatur homo quod fit per gratiam. q. 63.6.2.pag.289
Sacrificium duplex.q.22.1.c.pag.128.& q.82.4.c.pag.397
Sacrificium dici potest omne quod Deo exhibetur:vt spiritus,ferarum in Deum.q.22.2.c.pag.132.& q.48.3.c.pag.231
Sacrificium exterius est signum sacrificij interioris:quo quis se offert Deo.q.22.2.c.pag.128.& q.82.4.c.pag.397
Sacrificium debet offerri soli Deo.q.48.3.c.pag.231
Sacrificium offerens debet esse particeps sacrificij.q.82.4.c.pa.397
Sacrificium expiationis erat solennissimum,& erat præcipuè figura Eucharistiæ.q.73.6.c.pag.342
Sacrificiũ quod offerebatur quotidiè mane,& vespere erat agnus & figurabat oblationem Christi esse sacrificiũ cõsummatiuum omnium.q.22.3.3.pag.129
Sacrificium verum fuit passio Christi.q.48.3.o.pag.232
Sacrificium fuit ipsa occisio Christi respectu voluntatis eius, non autem quo ad voluntatem occidentium.quæst.22.2. 2.pa.128.& q.48.3.3.pag.232
Sacrificium Christi fuit efficacissimum ad delendum peccata,ratione deitatis.quæstio.22.3.1.pag.129
Sacrificio indiget homo propter tria.quæstio.22.2.c.p.128
Sacrificio attribuuntur quatuor.q.22.3.1.pa.128.& q.48.3.c.pa.231
Sacrificia,& oblationes in statu legis naturæ indeterminata erãt,& ab antiquis patribus solo interiori instinctu seu præcepto legis naturæ fiebant:& pro libito vnusquisque determinabatur.q. 60.5.3.pag.273.& q.61.3.2.pa.278.& q.70.2.1.& 4.2.pag.319
Sacrificia veteris testamẽti significabant passionem Christi.quæstio.48.3.c.pag.271
Sacrificiorum veteris legis figuratio.q.48.3.1.pa.231
Sal.ver.Baptizatus.Exorcismus.
Salus esse non potest sine manducatione spirituali Eucharistiæ. quæstio.80.c.pag.329
Salus.ver.Baptismus.
Saluabantur pueri antiquorum in fide parentum.quæstio.34.3.c. pagina.172.& q.70.4.2.pag.330
Saluari nullus vnquàm potuit,sine fide Christi.quæstio.61.3.c.2. pag.277.& quæstio.68.1.o.pag.316
Sanctificatio duplex scilicet totius humanæ naturæ,& personalis. quæstio.28.1.4.pag.146
Sanctificatio iterum duplex.q.34.3.c.pa.172.& q.70.4.2.pag.330
Sanctificatio in vtero,& alia quæ fiunt præter legem cõmunem, ordinantur ad vtilitatem ecclesiæ.q.27.6.c.pa.148
Sanctificatio maior fuit in beata Maria quàm in Ioanne Baptista, & in eo maior quàm in Hieremia.q.27.6.1.pag.148
Sanctificatio.ver.Maria Sacramentum.
Sanctificari dicitur tripliciter.quæstio.34.1.2.pag.171
Sanctificari non potuit beata Maria in parentibus: nec in conceptione eius,nec ante infusionẽ animæ rationalis.quæstio.27.1. 1.&.2.o.pag.145
Sanctificata fuit beata Maria, prius quàm nata.quæstione.27.1.6. pagina 143
Sanctificata fuit beata Maria in vtero à peccato originali.quæstione.27.1.3.pagina 143
Et sanctificata fuit bis.quæstio.27.3.c.pag.ead.
Sanctificari præcipuè sunt in vtero qui immediatius ordinati sunt ad significandam sanctificationem Christi. quæstione.27.6.6. pagina 148
Sanctificati non fuerunt Hieremias, & Ioannes Baptista ante infusionem animæ rationalis.quæstio.27.2.1.pag.144
Sanctificati in vtero debent baptizari.q.68.1.3 pag.230
Sanctificatos esse aliquos in vtero non est credendum, de quibus non loquitur scriptura.q.27.6.c.pag.148
Sanguis non est actu pars,sed est potentia totum.quæstione. 31.5. 1.pagina 162
Sanguis Christi est pretium redemptionis nostræ.quæstione.48. 4.3.pag.232
Sanguis Christi totus in passione eius effusus resurrexit cum eo, qui autem habetur in quibusdam ecclesiis fluxit ex quadam imagine.quæstio.54.3.1.pag.254
Sanitas.Christus quemcúnque curauit,sanauit mente, & corpore.q.44.3.3.pag.212
Sanari non posse ille dicitur,qui non potest de facili sanari.quæstio.86.1.2.pagina.230
Sanctificatio pro se, vel pro alio dicitur pretium quoddam.quæstio.48.4.c.pagina 409
Satisfactio non debet imponi nouiter baptizatis. quæstione 88.5. o.pag.233
Satisfactio de vno peccato sine alio,esse non potest. quæst. 86.3.o. pag.409
Satisfactio actualis gratiam præsupponit,& augetsed ex proposito satisfaciendi gratia confertur.q.90.2.2.pag.415
Satisfactio Christi per passionem suam pro peccatis humani generis fuit sufficiens & abundans.q.48.2.4.c.pag.232
Satisfactione patiens consequitur perfectũ effectum gratiæ. q. 90. 2.2.pag.415
Satisfacere Deo pro humana natura, nulla pura creatura potuit. q.1.2.2.pag.12.& q.46.1.3.pag.217
Satisfacere potest vnus pro alio,non autem conteri vel confiteri.q. 48.2.1.pag.231
Satisfacere potest homo duo secundum æqualitatem proportionis, non autem secundum æqualitatem quantitatis offensæ.q. 84.3.o.pag.407
Satisfeciſſet plenè minima pœna Christi pro genere humano. q. 46.6.6.pag.221
Satisfecit Christus pro tota natura humana sufficienter, non autẽ efficienter.q.79.7.2.pag.183
Scandalum.Eius occasione non est veritas dimittenda. q. 4.2.2.o. pagina 11
Scientia quid sit.quæst.12.1.c.pag.84
Scientia est de eo quod aliquo modo est.q.10.3.c.pag.76
Scientia acquisita,ad quã opinio disponit, potest remanere cognitio per syllogismum dialecticum causata.q.8.3.2.pag.71
Scientia in statu innocentiæ non fuisset acquisita ex sensibus.q. 81. 2.o.pag.277
Scientia increata est supra naturam animæ rationalis. quæst.9.2.3. pagina 70
Scientia aliqua creata fuit in Christo,præter scientiam diuinam.q. 9.1.pag.69
Scientia diuina Christi non offuscabat scientiam humanã,sed magis.claram reddebat.q.9.1.1.pag.69
Scientia animæ Christi est nobilior secundũ quid quàm anima eius non autem simpliciter.q.11.5.3.pag.82
Scientia practica,& speculatiua fuit in Christo.q.13.1.3.pag.85
Et omnis scientiæ, virtutis, & gratiæ plenitudo fuit in Christo. q. 15.3.c.1.pag.94
Scientia beatorum fuit in Christo.q.9.2.o.pag.70
Scientia animæ Christi in verbo, participatur scientiæ visionis Dei quo ad numerum scibilium,non quo ad claritatem.quæst.10.2. 3.pag.76
Scientia indita animæ Christi fuit habitualis, non aũt scientia eius beata.q.11.5.o.pag.82
Scientia infusa fuit in Christo,& quare.q.9.3.o.pag.71
Scientia Christi indita,fuit distincta in multos habitus.quæstio.11. 6.o.pag.82
Scientia Christi infusa quomodò erat discursiua.quæstione 11.3.o. pagina 80
Scientia infusa in anima Christi fuit multo excellentior quàm in angelis,& quomodò.q.11.4.o.pag.81
Scientia acquisita fuit in Christo.q.9.4.o. pag.72.& q.12.o.p.78. 85.& q.15.8.o.pag.97

In scientia

In scientia acquisita Christus profecit, & quare.q.12.2.o.pag.84. & q.15.8.o.pag.97
Scientia.ver.Anima.Deus.
Scientiæ habitus quomodò acquiratur.q.9.4.3.pag.73
Scientiæ quantitas attenditur secundum numerum scibilium, & secundum claritatem cognitionis.q.10.2.3.pag.76
Scientiam Christus non accepit ab homine,nec ab angelis.q.12.3. 4.o.pag.84
Schismatici & hæretici retinent potestatem sacramentalem, non autem vsum.q.64.9.2.3.pag.296.& q.82.9.o.pa.397
Scriptura ordinatur ad impressionem doctrinę in cordibus audiorum,sicut ad finem.q.42.4.c.pag.206
Se,est relatiuum reciprocum, & refert idem suppositum.quæstio. 3.2.1.pag.27
Sedere ad dexteram patris in beatitudine eius,conuenit soli Christo secundum vtranque naturam.q.58.o.pa.665
Sedere ad dexteram filij vel spiritus sancti non conuenit patri.q. 58.2.3.pag.266
Sedere ad dexteram patris conuenit spirituisancto secundum veritatem,sed non appropriatur ei æqualitas nec sessio ad dexteram, sed filio.q.58.2.3.pag.266
Sedere ad dexteram Dei non conuenit sanctis,sed bene esse cõstitutum ad dexteram Dei.q.54.4.2.pa.267
Sedere ad sinistram in beatitudine nulli sancto conuenit.q.58.1.2. pagina 261
Semen masculi non est sicut materia in conceptione animalis, sed solum sicut agens.q.28.1.5.pag.250
Semen mulieris nihil facit ad generationem prolis.quæstio.31.5. 3.pag.162
Semen fœminæ est imperfectum in genere seminis, & resoluitur cum concupiscentia.q.31.5.3.pa.162
Virtus animæ quæ est in semine per spiritum qui in semine includitur quæ format corpus in generatione.q.31.1.1.pag.165
Sensitiua operatio.ver.Operatio.
Sensibilia communia maximè diiudicat visus.q.55.6.4.pa.259
Sensualitas significatur per serpentem.q.18.2.3.pag.116
Sepulchrum.Christus fuit in sepulchro vna die & duabus noctibus.q.51.4.o.pa.243.& q.53.2.c.pag.250
Sepultura secũdũ morẽ cuiuslibet gẽtis seruãda est.q.51.2.2.pag.242
Sepultura Christi operata est efficienter nostram salutem q.51 1. 2.&.2.4.pag.242
Sepultus fuit Christus conuenienter & cõuenienti modo.q.51.1. 2.o.pag.241
Seruitus ciuilis non excludit ordinem iuris naturalis vel ciuilis.q. 68.10.2. pag.222
Seruituti diaboli homo fuit iustè relictus à Deo,licet ille iniustè in uaserit eum.q.46.3.3.pag.218.& q.48.4.2.pag.232
Significatio dictionis & consignificatio quid differant.q.60.7.3. pag.275
Signum primò & principaliter conuenit sensibilibus, non autem intelligibilibus.q.60.4.1.pag.273
Signum multorum ordinatorum ad vnum non est fallax,sed certum.60.3.1.pag.272
Signum effectus quid dicatur.q.62.1.1.pag.227
Signi potest esse signum respectu diuersorum.quæstione. 48.3.2. pagina 231
Symbolum cantatur post euangelium ad ostendendum quòd populus doctrinæ fidei assentit, & cantatur in festis de quibus fit aliqua mentio in eo.q.83.4.c.pag.401
Simpliciter dicitur dupliciter.q.50.5 c.pag.249
Singulare dicitur de parte in toto.q.16.12.2.pag.109
Sinus Abrahæ dicebatur ratione quietis à pœna sensibili.q.52.2. 4.pag.245
Situs est de ratione quantitatis dimensiuæ.q.77.2.c.pag.368
Socrates.ver.Pythagoras.
Sodomia quid sit.q.70.2.1.pag.329
Sol.ver.Eclipsis.Miraculosa
Somniorum causa duplex.q.80.7.c.pag.389
Speculum fractum representat multas imagines.quæstione 76.3. c.pag.361
Spes habet duplex obiectum scilicet bonum expectatum, & auxilium Dei.q.7.4.c.pa.54
Spes quid sit.q.7.8.2.&.9.1.pag.57
Spes est de perfectione propria si sit futura.q.7.4.3.pa.55
Spei theologicę principale obiectum est gloria animæ, non autem gloria corporis.q.7.4.2.pa.55
Spei virtutem Christus non habuit, licet habuerit spem respectu aliquorum.q.7.4.c.pa.55
Sputum.ver.Baptizatus.Exorcismus
Status hominum triplex,scilicet veteris legis,nouę legis,& patriæ. q.53.2.c.pag.250
Status triplex.q.53.2.c.pagina 250
Status.ver.Anima.Lex.Christus.
Stuprũ.Filia sacerdotis etiam nupta deprehensa in stupro lapidabatur infamia tantùm,sed flammis exurebatur:aliæ verò lapidabantur.q.26.1.4.pag.154
Subiectio Christi & cuiuslibet alterius hominis ad Deum,est triplex.q.20.1.pag.125
Subiectus fuit tãpũ Christus & quomodò.q.q.22.2.o.pa.124
Subiectus est homo potestati Dei,secundum quam nunquàm desiit esse Dei.q.48.4.1.pag.232
Subiecta sunt nũc omnia Deo & Christo,sed quomodò.q.20.2.3. pag.124
Substantia dicitur dupliciter.q.2.6.3.pag.18
Substantia quid sit.q.77.1.2.pag.360
Successio est in mutatione formali,non autem in conuersione substantiali, quæ importat ordinem substantiarum, quarum vna conuertitur in alteram.q.75.4.1.pag.355
Suffragia peccatoris in persona totius ecclesiæ factæ prosunt mortuis.q.82.6.c.pag.398
Suffragia quibus prosint.q 89.6.3.pa.415
Superficies est primum subiectum colorum.q.77.2 c.pa.368
Suppositum & natura quomodo differant.q.2.2.c.pag.11
Suppositum in Christo est tantùm vnum.q.2.3.o.pag.13
Suppositum.ver.Persona.

TAbula secunda post naufragium,est pœnitentia.quæstio.84.6. o.pag.405
Tactus.Proles in ventre matris, tanquàm habeat animam rationalem,sentit per tactum.q.34.2.3.pag.171
Temperantia tanto est perfectior in homine, quanto magis pratuis concupiscentiis caret,& ideò fuit in Christo.q.7.2.3.p.53
Templa & quęcúnque alia consecrata ab angelis,non debent amplius consecrari.q.64.6.c.pag.294
Tentatio triplex.q.15 2.3.pag.94
Tentatio Christi debuit fieri in deserto.q.41.2.o.pag.200
Tentationis occasio duplex.q.41.2.2.pag.200
Tentationis primi hominis & Christi ordo.q.41.4.c.p2.202
Tentando Christum diabolus à nemine videbatur, & ostendit sibi regna signando digito, nihil tamen oculis eius repręsentando.q.41.4.7.pag.202
Tentari voluit Christus quadruplici ratione.q.41.1 o.pag.199
Tentari debuit Christus post ieiunium.q.41.3.o.pag.201
Tentat dæmon hominem spiritualem, sed non statim de grauibus.q.41.4.c.pa.202
Tentatus est Christus,sed non solùm in deserto.q.41.2.3.pa.201
Tentatus fuit Christus diebus ieiunij præter istas tres tentationes quas habuit post ieiunium.q.41.3.1.pag.201
Tempus.Vnitas & pluralitas temporis & instantis accipitur tantùm secundum primum motum cœli, qui est principium omnis motus & quietis.q.75.7.1.pag.3 8
Tenebræ tempore passionis Christi factæ sunt in vniuersa terra,à sexta hora vsque ad nonam.q.44.2.2.pag.210
Ternarius numerus est numerus perfectus.q.53.2.c.pa.250
Testamentum quid sit.q.78.3.3.pag.275
Testes transfigurationis fuerũt conuenientes scilicet Moyses, Helias,Petrus,Ioannes,Iacobus & Deus pater.q.45.3.4.o.pa.215
Thomas iubetur tangere Christum.quæst.54.4.in oppositum.c. 2.pag.253
Thomas aliud vidit & aliud credidit.q.55.5.3.pag.258
Thurificatio non cessauit in nouo testamento, in quo ea vtimur ex statuto ecclesiæ,primò ad reuerentiam sacramenti altaris,secundò ad repræsentandum effectum gratię.q.83.5.2.pa.402
Timor respicit duo.q.7.6.o.pag.56
Timor & tristitia quam conuenientiam habeant.q.15.7.c pa.96
Timor facit pallere,sed verecundia rubere.q.72.9.c.pa.338
Timoris donum fuit in Christo secũdum quod respicit diuinam eminentiam,& secundum quod appetitus eius fugiebat læsionem corporis.q.7.6.o.pag.56.& q.15.7.o.pag.96
Totum triplex.q.90.2.c.pag.415
Transfiguratio Christi conuenienter facta est.q.45.1.o.pa.213
Transfiguratio.ver.Claritas.Missio.Testes.
Transubstantiatio.ver.Conuersio.Eucharistia.
Triduo mortis Christus non fuit verè homo.quæstione 50.4.o. pagina 240.
Triduo mortis corpus Christi non fuit viuum,nec animatum.q. 50.4.c.pa.240
Triduo Christus fuit totus in sepulchro,non autem totum.q.52. 3.o.pag.246
Trinitas non potest dici pater Christi,nec secundum humanitatem, nec secundum diuinitatem.q.32.3.o.pa.166
Tristitia causatur ex apprehensione mali præsentis.quæstio.15.6. 7.c.pag.96
Tristitia interior mitigatur directè à virtute morali,sed dolor exterior indirectè q.46.6.2.pag.221
Tristitia secundum Stoicos non est vitiis,ideò quælibet secundũ eos est vitanda.q.46.6.2.pag.220

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tristitia vera fuit in Christo.q.15.6.o.p.96.& q.46.6.o.pa.99
Tristitia fuit tantũ in ratione inferiori Christi.q.46.8.o pag.222
Tristitia.ver.Dolor.
Triticum.ver.Eucharistia.
Turtur,& columba erant sacrificia pauperum,& multa significãt spiritualiter.q.37.3.4.pag.188
Vas dicitur dupliciter.q.92.3.1.pag.281
Vegetatiua.ver.Operatio.
Velleitas quid sit.q.21.4.c.pag.127
Venia.ver.Peccatum,Pœnitentia,Redeunt,Remissio.
Verba tenent præcipuum locum inter signa quibus homo aliquid significat alteri.q.60.6.c.1.2.pag.274
Verbum producere proprium est patri.q.39.8.2.pag.196
Verecundia quid respiciat.q.85.1.2.pag.407
Verecundia.ver.Timor.
Viaticum.ver.Eucharistia.
Vincentius.ver.Laurentius.
Vindicatiua sub quo contineatur.q.85.3.3.pag.408
Vindicta duplex.q.15.9.c.pag.97
Vinum vitis calefacit, lætificat,& est propriè vinum,alia verò per similitudinem eius q.74.5.c.1.pag.346
Violatio.Quæ violari non licebat,dicebantur anti quitus sancta.q.60.1.2.pag.272
Virginitas quo ad principalem dignitatem recuperari potest, non quo ad secundam,scilicet innocentiam.q.89.3.c.1.pag.414
Virtus de ratione sua reddit opus bonum.q.7.6.1.pag.56
Virtutes sunt subiectiuè in potentijs animæ.q.7.2.c.pag.53
Virtutes morales sunt connexæ.q.95.6.c.pag.408
Virtutes omnes simul tempore incipiunt esse in anima secundum habitus,sed ordine naturæ vna est prior alia secundum actus.q.85.6.c.pag.408
Virtutes infusę nõ auferunt contrarias dispositiones,sicut acquisitæ,ideò patiuntur difficultatem in operando.q.89.1.3.pag.413
Virtutes supra gratiam addunt quasdam perfectiones determinatè ordinatas ad proprios actus potentiarum. q.7.2.c. pag.53.& q.62.2.o.pag.280
Virtutes omnes fuerunt in Christo ad perficiendas singulas potẽtias:ad omnes actus animæ.q.7.2.o.pag.53
Virtutes morales fuerunt in Christo.q.7.2.3.pag.53
Visio intellectualis est excellẽtior visione corporali, & imaginaria sola.q.30.3.1.pag.157
Visio.ver.Deus.Natura.
Visus.ver.Sensibilia.
Vita.ver.Ioannes
Vita Christi non debuit esse solitaria.q.40.1.o.pag.197
Vita Christi non fuit semper in publico.q.40.1.3 pag.197
Vita contemplatiua simpliciter est melior quàm actiua.quæst.40.1.2.pag.197
Vita communis in communi conuersatione approbatur. q.40.1.1. pagina 197
Vitæ actiuæ opus duplex.q.40.1.2.pag.197
Vitam actiuam spiritualem Christus elegit.q.40.1.2.pag.197
Vitam alijs conformem,& non aufferam,Christus debuit eligere. q.40.2.o.pag.197
Vitificare effectiuè conuenit Deo:non autem formaliter. quæstio. 2.5.3.pag.17.& q.5.3.2.pag.45.
Viuum siue animatum est superius ad hominem, & ad animal.q.50.4.in oppositum.pag.240
Viuum est prædicatum essentiale, non accidentale. quæsti.50.5.c. pag.240
Vnctio baptizatorum in summitate capitis significat spiritus sancti super ipsos descensum,ad habitationem Deo consecrandam. q.72.11 3.pag.338.
Vnctio chrismatorũ in fronte significat spiritussancti septiformem gratiam cum omni plenitudine sanctitatis scientiæ,& virtutis super ipsos venire.q.72.11.3.pag.338
Vnctio extrema est contra reliquias peccatorum.q.65.1.c.pa.298
Vnctionis extremæ virtutes vide.q.87.3.c.p.411.& q.84.1.1.p.181. & q.65.1.o.pag.404
Vnctionis extremæ materia ab episcopo consecrari debet. qu.72.3. pag.148
Vnio ex duobus vel tribus tripliciter fit.q.2.1.c.pag.10
Vnio animæ,& corporis est de ratione hominis.q.50.4.c.pag.240
Vnio naturæ diuinæ,& humanæ est aliquid creatum.q.2.7.o.p.19
Vnio verbi Dei facta est in persona diuina,& non in natura. q.2.1. 2.o.pag.5.& q.50.1.c.pag.239
Vnio verbi Dei facta est in suppposito.q.2.2.3.o.pag.11
Vnio naturæ humanæ cum verbo Dei,non est accidentalis. q.2.6. o.pag.17
Vnio naturę diuinæ,& humanæ est maxima ex parte eius in quo facta est:non autem ex parte vnitorum.q.2.9.o.pag.22
Vnio animæ,& corporis fuit in Christo.q.2.5.o.pag.16
Vnita est diuina natura non solùm animæ,sed etiam corpori Christi.q.2.10.pag.24
Vnitas diuinæ personæ est maior quàm vnitas naturæ & personæ in nobis,& quàm vnio animæ,& corporis q.2.9.3.pa.23
Vnitate speciei sublata,aufertur vnitas numeralis,nisi idem suppositum subsistat in duabus naturis.q.50.5.c.pag.24
Vnum ex multis sit tripliciter.q.2.1.c.pag.10
Vnum numero dicitur dupliciter.q.3.6.1.&.7.2.pag.33
Vnum dicitur tripliciter.q.73.2.c.pag.340
Voluntas.ver.Deus.
Voluntas duplex est.q.18.2.c.1.pag.116
Voluntas duplex est.q.18.3.4.5.c.pag.116
Voluntas vt natura,voluntas vt ratio non differũt essentialiter secundum potentias.q.18.3.c.1.pag.116
Voluntas mouet omnes potentias animæ.q.85.4.4.pag.408
Voluntas suscipiendi baptismum sufficit, quando quis baptizari desiderans,morte præuenitur.q.68.2.c.1.pag.317
Voluntas in Christo est duplex.q.18.1.o.pag.115
Voluntas humana in Christo dicitur dupliciter.q.18.1.3.pa.115
Voluntas humana in Christo est duplex.q.18.2.o.pag.116
Voluntas humana rationalis in Christo fuit tantùm vna per essentiam,sed duæ ex parte actus.q.18.3.o.pag.116
Voluntas sensualitatis,& vt natura, in Christo voluit aliud quàm Deus,non autem vt ratio.q.18.5.o.pag.117.& q.21.3.4.o.pa.126
Voluntas vt ratio,& voluntas vt natura.vel sensualitas in Christo, nullam contrarietatem inter se habuerunt q.18.6.o.pag.118
Voluntas,& quicquid aliud fuit naturæ humanæ in Christo,sẽper mouebatur secũdũ nutũ volũtatis diuinæ. q.18.1.1.4.p.116
Voluntas pietatis in Christo,est voluntas vt natura.q.18.3.3.p.117
Vomitus. Si quis per ebrietatẽ vel voracitatẽ,aut infirmitatis causa Eucharistiã euomuerit,pœniteat,& quomodò.q.83.6.7.pa.403
Votum. Opus ex voto est laudabilius,quàm sine voto.quæst.28.4.c.pag.152
Votum virginitatis beata Maria ante desponsationem sub cõditione fecit, post verò simul cum sponso suo absolutè virginitatem vouit q.2.8.4.o.pag.152
Vox super Christum in baptismo fuit à tota trinitate, sed manifestatiuè appropriatur patri.q.39.8.1.pag.196
Vox illa non est natura patris loquentis,sicut nec species columbæ est natura spiritussancti,nec species hominis in qua demonstratus est filius,est natura filij Dei.q.39.8.2.pag.196
Voce illa declaratur solus pater vt loquens,sicut naturam humanã solus filius assumpsit, & in columba solus spiritussanctus demõstratus est.q.39.8.2.pag.196
Vterus.ver.Baptismus.Ioannes.Maria.Sanctificatio.
Vti aliquo dicitur dupliciter,scil cet vt principio vsus,& vt obiecto hoc modo aliquis malè vtitur Eucharistia,& non primo modo. q.80.4.3.pag.386
Xps in sacramento continetur sub aliena specie, triplici ratione. q.75.5.o.pag.356
Et totus est sub qualibet parte vtriusque speciei. q.76.2.3.o. pa.361
Xps totus continetur sub duplici specie sacramenti Eucharistię,aliter tamen,& aliter.q.76.2.o.pag.360
Xps ad motum sacramenti non mouetur per se,sed solùm per accidens.q.76.6.o.pag.363
Xps in Eucharistia non est vt in loco.q.76.6.1.pag.363
Xps videt se corporaliter sub sacramento.q.76.7.2.pag.364
Xps in triduo si fuisset in Eucharistia, passus fuisset in eo,passione innata,non passione illata.q.81.4.o.pag.396
Xps sumpsit corpus suum,& sanguinem in Eucharistia.q 81.1.1.o. pag.176.& q.84.7.4.pag.405
Xps sumpsit Eucharistiam sacramentaliter,& spiritualiter, sed aliter quam cæteri.q.81.1.3.pag.396
Xps dedit in sacramento discipulis corpus suum passibile, sed sub impassibili modo.q.81.3.o.pag.386
Xps dedit Eucharistiam Iudæ in cœna,præter buccellam intinctã. q.81.2.o.pag.296
Xps significat naturam diuinam,& humanam.q.16.5.c.pag.105.& q.17.1.c.pag.110
Xps noluit nasci de sacerdotibus.q.22.1.2.pag.128
Xps potest dici bis natus.q.35.1.4.pag.ead.
Xps tanquàm dominus conditor omnium temporum elegit tempus in quo nasceretur.q.35.8.o.pag.379
Xps voluit nutriri in Nazareth, & non nasci, quia voluit florere per virtuosam conuersationem, & non per carnis originem. q.35.7.2.pag.188
Xps in sua infantia, & pueritia in nullo differebat ab alijs pueris, quo ad exteriorẽ conuersationem q.20.1.3.pag.124
Xps secundum aliquid fuit in triplici statu,scilicet innocentiæ, cuæ & gloriæ.q.13.3.1.pag.88
Xps nullum habuit peccatum.q.14.3.o.pag.88.& q.15.1.o.pag.110. & q.31.7.o.pag.163
Xps non est filius Dei adoptiuus.q.23.4.o.pag.133
Xps fuit filius adoptiuus Ioseph.q.28.1.1.pag.140

Xps fuit

Xps fuit maior angelis secundum vtranq; naturam.qu. 22.1.1. pagin.127
Xps secundum humanitatẽ influit in angelos & in eis aliquid causat.q.8.4.c.2.3.pag.65
Xps perfectius videt essentiam Dei quàm omnes angeli & homines. q.10.4.o.pag.77.& q.11.4.c.pag.81
Xps secundum diuinitatem fuit causa suæ resurrectionis, non autem secundum humanitatem.q.53.4.o.pag.251
Xps post resurrectionem eius apparuit plurics,sed non est conuersatus cum discipulis suis continuè sicut prius, quæstio. 55.3.o. pag.257
Xps vbi corporaliter ante ascensionem manserit,nescitur.qu.55.3. 2.pag.257
Xps per baptismum reparat personam, & per resurrectionem naturam.q.69.3.3.pag.325
Xps in triduo fuit totus vbiq;,sed non totum.q.52.3.o.pag.249
Xps secundum quod homo est persona,suppositum,hypostasis,& res naturę,omnium istarum propositionum idem est iudicium. q.16.12.3.pag.109
Xps secundum quod homo habet gratiam vnionis,est vera.qu.16. 11.1.pag.108
Xps secundum quod est iste homo est Deus,est vera.qu. 16. 11.3.3. pag.108
Xps secundum quod homo est suppositum,vel hypostasis,vel persona,ly homo stet pro persona,propositio est vera.quæst.16.12. o.pag.109
Xps secundum quod homo est Deus, propriè est magis neganda quàm affirmanda.q.16.11.o.pag.108
Xps est tantùm homo,est falsa,sed hæc est vera,Christus est tantũ id quod est homo.q.17.1.1.pag.110
Et Christo demonstrato, hæc est falsa, iste homo incipit esse, nisi addatur aliquid,scilicet secundum humanitatem. quæstio. 16.9.o.pagin.107
Xps est creatura secundum humanam naturam, & minor patre, est vera,sed hæc est falsa, Christus est creatura, nisi addatur,secundum humanam naturam.q.17.8.o.pag.106
Xps secundũ quod homo est creatura, est magis cõcedenda quàm neganda,sed hæc est neganda, Christus secundum quod hic homo est creatura.q.16.10.o.pag.108
Xps est in quem antiqui patres terebantur per eandem fidem & dilectionẽ qua & nos in ipsum ferimur,ideò pertinebant ad idem corpus ecclesiæ ad quod nos pertinemus.q.6.3.3.pag.49.& q.8. 3.3.pag.64
Xps secundum quod homo,est caput ecclesiæ.q.8.1.o.pag.62
Xps secundum animam & secundũ corpus est caput hominũ, quo ad vtrumq;.q.8.2.o.pag.63
Xps & alij dicuntur capita ecclesiæ,sed differenter.quæstio. 8.6.o. pag.67
Xps est caput hominum secundum diuersos gradus.q.8.3.o.pa.64
Xps est caput omnium qui fuerunt à principio mundi vsq; ad finẽ ipsius,& omnium qui ad ecclesiam pertinent secũdum omnem locum & tempus & statum & propria virtute.q.8.3.6.c.pag.64
Xps habuit summum gradum fortitudinis.q.15.2.3.pag.94
Xps virtute suæ deitatis in se & in suis discipulis sine abstinẽtia carnem cõprimebat.q.40.2.2.pag.197
Xps habuit multò perfectius quicquid est perfectionis & virtutis in fide & spe.q.7.9.1.pag.58
Et eius voluntas informabatur charitate & alijs virtutibus.q. 49. 6.2.pag.137
Christus quo ad intellectum habuit plenam Dei visionem,sed quo ad imaginatiuam habuit quasdam similitudines in quibus potuit speculari diuina.q.7.8.1.pag.57
Christus est vnum & vnum,sed non duo.q.17.1.6.pag.101
Christus quæ ab alijs obseruanda instituit,primò ipse obseruauit. q.81.1.c.pag.396
Christus est aliquid quod est pater, & est aliquid quod non est pater.q.17.1.4.pag.110
Christus non potest dici filius spiritussancti,nec etiam totius trinitatis.q.32.3.o.pag.166
Christi persona simpliciter constituitur secundum naturam, non autem secundum naturam humanam nisi secundum quid,vt ab ea denominatur homo.q.3.1.3.pag.27
Christi persona est tota in quolibet loco, sed non totaliter.q.52.3. 3.pag.246
Christi natura humana est in ipso nobilior,quàm in alijs.qu 2.2.1. & 5.5.pag.12.
Christi humanitas quid sit.q 7.1.3.pag.53.& q.13.2.c.pag.87
Christi humanitas quid dicatur.quæst.2.2.3.pa.12.& quæst.12.2.3. pag.84
Christi virtus quid.q.51.8.2.pag.249
Christo non attribuitur natura humana in abstracto, nec partes eius.q.2.8.c.pag.20.& q.17.1.c.pa.110.& q.50.3.3.pag.239
Christus.ver. Anima,Apparitio,Ascẽsio,Corpus,Crux,Dęmon, Dolor,Gratia,Iudęi,Iudiciaria,Meritum,Miracula,Nasci,Natiuitas,Occisio, Operatio, Oratio, Passio, Persona, Potestas, Prædestinatio,Prædicatio,Resurrectio,Reuerentia, Sacerdos, Sãguis,Sacramẽta,Sedere,Sepulchrũ,Sepultura,Subiectus,Tẽtatio, Triduo, Tristitia,Virtus,Vita,Vnio,Voluntas.
Zachæus.ver.Centurio.

CONTENTORVM IN Commentarijs tertiæ partis alphabetica annotatio.

ABsolutionis forma in quibus verbis cõsistat. q.84.artic.3.pag.404
1 Abstractionis duplicis dilucidatio. q.3.articu.3.pag.5
2 Abstractionis per modũ resolutionis nomine quid intelligatur.q.3.art.3 ad 3.p.30
3 Abstractus per intellectum diuinus personalitatibus an possit intelligi natura diuina assumere.q 3.arti 3.ad 2.pag.ead.
1 Actus habetur secundum quandam eminentiã, ergo est actiuus aliorum,an valeat cõsequentia.q.8.arti.c pag.65
1 Affirmatio si est causa affirmationis & negatio negationis: ista regula tenet in solis causis proprijs.q.64.art.6.ad 1.pa.294
1 Agens propriè dicitur posse vt proprium effectum & vtin propriam naturam,quod vnica trãsmutatione potest educere de potentia in actum.q.28.arti.1.ad 1.pag.249
1 Altaris & aliarum rerum ecclesiasticarum inanimatarum consecratarum virtus.q.83.arti.3.pag.400
1 Amydum.vide Eucharistia.
1 Analogia.Nomen.
1 Angeli deficere necessitatem reparationis, quomodò intelligatur.q.4.arti.2.pag.37
2 Angeli.Ministrare.
1 Anima separata an in communi resurrectione huius vel illius reuersa ad corpus retineat suam propriam terminationem, an perdat illam & terminetur personalitate totius.q.6.art.2.pa.49
1 Antichristus an dicatur caput omnium malorum tàm dæmonum quàm hominum.q.8.art.8.pag.67
1 Arguere an liceat à destructione antecedentis.q.17.art.1.pa.109 Armeni.Eucharistia.
1 Asendisse Christũ in cœlũ virtute animæ glorificatę cũ dicitur: an intelligitur tantũ de motu locali ascẽsionis.q.57.art.3.p.263
1 Assumi naturam per se separatam non fuisse conueniens, quomodò intelligatur.q.4.art.4.pag.41
2 Assumptibile non attenditur secundum potẽtiam passiuam naturalem,ergo secundum congruentiam:an valeat conseqẽtia. q.4.art.2.pag.37
3 Assumptionis terminus proprius quid sit, absolutúmne aliquid vel relatiuum.q.2.arti.8 pag.20
4 Assumptionis in mysterio an sit ordo naturæ partiũ humanæ naturæ adinuicẽ & partiũ ad totum.q.6.art.1.ad Duran.pa.47
5 In Assumptione carnis quomodò dicitur animã mediatè secundum S.Tho.q.8.art.1.ad 3.pag.47
6 Dupliciter potest intelligi subsistentiam animæ præxistentem in assumptione corrumpi.q.3.arti.3.pag.27
7 An verbum assumpserit humanam naturam mediantibus eius partibus.q.6.arti.5.ad 1.pag.51
8 An personæ diuinæ conueniat primò ratione essentiæ diuinæ assumere terminatiuè.q.3.arti.2.pag.27
9 An sit possibile diuinis personis vt duæ vel tres assumant vnam naturam humanam.q.3.arti.6.ad Sco.pag.31
10 Plures personę non possunt assumere vnam personam.Ibidem ad Duran.
1 Athanasij similitudo de anima rationali, intelligitur quantùm adȷvnitatem suppositi.q.2.art.1 pag 10
1 Augmentum non esse sine motu locali formaliter vel æquiualenter.q.33.arti.1.pag.168
1 BAptizare aliquem extra necessitatis casum eo modo, quo in necessitatis casu licet,an sit peccatum mortale.q.67. artic. 4.& 5.pag.311
2 Baptizare vnum quomodò duo possint vel non possint: & qua forma vti debeant.q.67.art.6.pag.311.& 314
3 Baptizari quomodò debeant filij Iudæorum.q.68.art.10.pa.322
4 Baptizato fictè an recedente fictione incipiat baptismus valere ad salutem.q.69.art.9.& 10.pag.317
5 Baptismus quomodò recedente fictione valeat ad salutem.q.69. arti.9.& 10.pag.317

Universidad de Deusto
Biblioteca

6 Baptizatos fuisse Ioannē & apostolos à Christo rationabile est. q.38.art.6.pag.8
7 Baptizandus an de necessitate debeat habere intentionem suscipiendi baptismum.q.68.art.7.pag.319
8 Baptizando plures si non intercederet alia mutatio quàm dicere, baptizo vos,non videretur ad hoc magna necessitas exigi. q. 67.art.6.ad 12.pag.311
9 Baptizandi & prædicandi officium non conuenire diaconis quomodò verum sit.q.67.art.2.pag.310
10 Baptismus celebratus in nomine Christi vel trinitatis an valeat. q.66.art.6.pag.305
1 Baptismus verus an sit si aliqua ex tribus immersionibus omitta tur.q.66.art.8 pag.306
12 Baptismus quare sit irreiterabilis.q.66.art.9.pag.307
13 Baptismus in voto parentum an sufficiat in necessitatis casu ad salutem paruulorum.q.68.art.1.& 2.pag.316
14 Baptismi proprius effectus quis sit.q.62.artic.2.pag.280
15 Baptismi differendi tempus quomodò debeat determinari.q.68. art.3.pag.317
16 Baptismo quare attribuatur aperire ianuam paradisi, cū sit per se primò effectus mortis. Christi.q.69.art.7.pag.326
17 Baptismalem exorcismum aperire sensus,& vnctionem in vertice baptizati operari conseruationem gratię baptismalis,quomodò intelligatur.q.70.&71.art.3.pag.332
Ecclesia.ver. Eucharistia.Fictio.Minister.
1 Beatitudinem esse qua Deus est diues,quomodò intelligatur.q. 23.art.3.pag.169
1 Beato cuilibet conuenit videre omnia ad se spectantia. quæst. 10. art.2.pag.75
2 Boni de ratione loqui aliud est,quā loqui de ratione talis boni. quæst.1.art.1.in cor.pag.2
1 Character sacramentalis an sit deputatiuus hominis ad cultū Dei.q.63.art.2.pag.285
2 Character sub quo genere generalissimo ponatur, & in qua specie.quæst.62.art.2.ad Sco.& Duran.pag.280
3 Character est in genere potentiæ.Ibidem.
4 Character est spiritualis potentia:quia conuenit ministris Christi.Ibidem.
5 Character non est per se in genere.Ibidem.
6 Character an sit subiectiuè in potentia animæ.q. 63.artic. 4.ad Sco.& Duran.pag.282
7 Character an sit in intellectu.q.63.art.4.pag.282
8 Character in baptismo tenet locum dispositionis, & formæ.q. 69.art.9.& 10.pag.317
9 Character an sit potentia purè passiua.q.72.artic.5.pag.336
10 Character confirmationis de necessitate præsupponit characterem baptismi.q.72.artic.6.pag.336
11 Character sacrorum ordinum de necessitate præsupponit characterem baptismi.Ibidem.
1 Charitatis feruor in hac vita quis sit qui nō compatitur peccatū veniale.q.89.art.1.pag.411
1 Causæ duæ totales virtutibus proprijs agentes ac eiusdem rationis,non possunt vnum,& eundem per se effectum producere.q. 67.art.6.pag.313
1 Celebrare.Eucharistia.vlt.
1 Circuncisio Christianorum Indorum dicentium se circuncidi, vt conformētur Christo an sit licita.q.37.art.1.pag.185
3 Columba in cuius specie spiritussanctus descēdit super Christū baptizatū,an fuerit verum animal.q.39.art.7.pag.195
1 Cometa quare putatur esse potius signum mortis principum quàm aliorum hominum.q.36.art.7.pag.184
1 Communicare se alijs importat perfectionem ad minus in his, quibus cōmunicatur.q.3.arti.1.in cor.pag.2
2 Cōmunicare seipsum pertinet ad boni rationem, non quidem determinatè per modum naturę aut liberè:sed cōmuniter,& indeterminatè ad vtrunq; modum.Ibidem.
3 Cōmunicare cum excōicatis per concilium Constantien. cōcessum est præter quàm in duobus casibus.q.82.arti.9.pag.339
4 Cōmunio an non solùm ecclesiæ,sed etiam Christi precepto sit necessaria.q.80.arti.11.pag.392
5 Communio populatis sub vtraq; specie,an sit licita.ead.q.artic. 12.in princ.pag.ead.
6 Communio sub vtraq; specie,an sit in præcepto.Ibidem de hac specialiter materia:quæstiuncula.1
7 Communio sub vtraq; specie: an sit necessaria omnibus cōprehendendo etiam infantes.Ibidem.
8 Communio dicta an sit necessaria omnibus adultis. An omnibus sacerdotibus. An omnibus confitentibus.Ibidem.
9 Communio sub vtraq; specie: an sit vtilior quàm sub specie panis tantùm.cod.arti.quæstiuncul.1.pag.9
10 Communio popularis sub vtraque specie, an expediat ecclesiæ Christi.cod.art.q.3.p.336
11 Iudicium discretionis requisitæ ad cōmunionem in pueris, debet à parentibus,& confessore fieri.q.80.arti.ad vlt.pag.391
1 Cōfiteri semel in anno an iustus,id est,sine peccato mortali existens teneatur.q.65.art.2.ad 4.pag.298
2 Confitens sua peccata ante baptismū receptū non est absoluendus.q.68.art.5.& 6.pag.319
1 Confirmationis sacramento deputātur fideles ad seruitium speciale spectans ad officium principis.q.65.art.3.ad 2.pag.299
2 Confirmationis sacramenti,an episcopus sit ita proprius minister q̄ à non episcopo facta nulla est: & tamen ex dispensatione apostolica non episcopus possit illam conferre.q.72.art.8.9.10. & 11.pag.338.
3 Chrisma.per totum.
1 Coniunctionis in litera posita distinctio ex parte extremorum: vel ex parte terminitan sit sufficiens.q.2.art.9.pag.22
2 Coniunctionis humanæ naturæ cum persona filij Dei duplex acceptio.qu.2.art.10.pag.23
3 Coniuncta duo realiter: an vbi est vnum oporteat esse & reliquum.q.76.arti.7.pag.364
1 Conuersio duplex.s.formalis,& substantialis.quæsti.75.artic.4. pag.354
1 Cōpositio ex cōtrarijs an sit prima causa mortis & aliorum defectuum humanæ naturæ,an verò peccatū.q.15.art.5.pag.95
2 Compositionis ratio imperfectionem componentium formæ, an importet.q.2.arti.4.ad 3.dubium.pag.15
3 Compositionis multiplex genus.Ibid.
1 Consecrare.Sacerdotes.
1 Constantinum fuisse mundatum à lepra in baptismo,nullius auctoritate constat.q.69.art.8.ar.3.pag.317
1 Contritio secundum essentiā an sit pars sacramenti.quæst.90. pag.415
1 Cōtactus Christi quilibet an sit sanctificatiuus totius sacramēti an solus contractus in vsu constitutiuo sacramenti.quæst.32.ar. 3.pag.166
1 Conueniens claudit in se possibile,& addit super illud.q.1.ar.1. in tit.pag.2
1 Conuerti vnum in aliud potest dupliciter,scilicet per transsubstantiationem,& per transmutationem.q.2.art.1.pag.10
2 Conuertibilitas cuiuscúnque creaturæ in quamcúnque aliā secundum agens virtutis infinitæ quomodò intelligatur. q.75.ar 4.ad.3.pag.354
5 Conuertibilitatis ratio quæ sit.q.75.art.4.ad.3.pag.354
1 Corpus esse vicinius personæ proprię,animam autē naturę humanæ,quomodò intelligatur.q. 6.art.1.ad.2.pag.47
2 Corpus quando sit animale,& quādo spirituale secundum Augustinum.q.54.art.3.pag.354
3 Corpora elementaria sicut habent duplices motus, ita corpora cœlestia vltra naturalem inclinationem ad suos cursus possunt mutari in illud quod autor naturæ facit.q.44.art.2.pag.210
4 Corporum cœlestium visione an possint comprehendi virtutes eorum.q.11. art.1.ad Duran.pag.83
1 Creaturæ an possibilis sit sublimior gradus diuinę visionis quā sit gradus animæ Christi.q.10.art.4.ad.3.pag.77
2 Creaturas denominari aliquales ex eo quod conuenit eis secūdum proprias causas:non autem ex eo quòd cōuenit eis secundum primas,& vniuersales causas quomodò sit intelligendum. q.4.art.2.pag.38
1 Chrisma quid sit.q.72.art.1.& 2.pag.333
2 Chrisma esse cōsecratum ab episcopo an sit de necessitate sacramenti.q.72.art.3.pag.335
3 Chrismatis consecrationem an Papa possit cōmittere singulari sacerdoti.Ibidem.

Confirmatio per totum.

1 Chrysostomus.Vide Passio.Paulus.
1 Christus principalius venit abolere peccatū totius naturæ: quā peccatum vnius personæ.q.1.art.4.pag.8
2 Christus si naturali generatione aliquem produxisset,purū hominem produxisset.q.2.art.5.ad.2.pag.36
3 Christus quomodò dicatur caput ecclesiæ.q.8.art.1.pag.62
4 Christus in vsu scientiæ infusæ nō indigebat cōuersione ad phātasmata.ad Duran.q.11.art.2.pag.80
5 Christus an voluerit humana volūtate per alios homines aliquid fieri,& non potuerit facere quòd fieret.q.13.art.4.pag.89
6 Christus certus erat de cultu mortis, & reliquorum malorum futurorum,& quomodò.q.15.art.7.pag.97
7 Christus nō debet dici hō dominicus, & quare.q.16.ar.3.pa.101
8 Christus an meruerit exteriora bona,quia dignitas meretur spectat ad charitatem, ac per hoc præstat exteriorum bonorū præsentiæ coæuæ.q.19.art.3.pag.122
9 Christus prædestinatus est filius Dei: an hęc locutio sit propria.q. 26.art.1.ad.2,&.3.pag.134
10 Christus propriè est mediator inter Deum, & hominē, quæst. 26.pag.141
1 Christus ante Ioannis baptisma quid exercuerit.q.4.ar.1.pag.36

Christus

12 Christus in quibus fuit exemplum perfectionis.quæsti.4.art.2. pag.37
13 Christus quare nihil scripserit.q.42.art.4.pag.205
14 Christus gloriam animæ suæ deriuauit in corpus in transfiguratione.q.45.arti.2.pag.214
15 Christus sua passione impleuit legem totam & omnem iustitiā omnis generis iuris & præcepti.q.47.arti.2.pag.127
16 Christi animæ descensus ad inferos,ad infusionem luminis gloriæ in sanctis patribus operatus est.qu.52.arti.2.pag.245
17 Christus in suo descensu duo genera à purgatorio liberauit.q. 52.articu.8.pag.249
18 Christus an corporaliter visus fuerit à Paulo,& an visio illa tūc fuerit quando dixit:Saule,Saule quid me persequeris.q.57.arti. 7.pag.244
19 Christus inquantūm homo an stet vel sedeat in cœlo.q.58.arti. 2.pag.266
20 Christus secundum quod homo an dicendus sit filius Dei.q.58. arti.3.pag.266
21 Christi actiones humanæ possunt dupliciter cōsiderari.q.1.art. 2.ad 3.pag.5
22 Christi persona dupleiter distinguitur.q.2.arti.4.pag.15
23 In Christi persona sunt duæ rationes subsistendi in duabus naturis:scilicet sit ibi vnum subsistens simpliciter, & vna ratio subsistendi simpliciter.Ibidem.
24 Christi personam esse compositam,an sit simpliciter & formaliter verum.Ibidem.
25 Christi natura humana se habet ad personā filij Dei sicut se habet natura Sortis ad personam Sortis.q.2.arti.10.pag.20
26 Christi natura corporalis quomodò possit agere in angelos.q. 8.arti.4.ad 3.pag.65
27 Christi anima non videt in verbo quicquid videt verbum.q.10. art.2 ad 2.pag.75
28 Christi anima an ex hoc quod scit omnia quæ scit Deus scientia visionis,sequatur ipsam scire infinita.qu.10.articu.1.pagi.75
29 Christi animam an bene concludatur habere per scientiam infusam notitiam omnium singularium. q.11. articul 1.pag.79
30 Christi animæ an imperfectius quocūq; angelo intuitiuè cognoscere in proprio genere quicquid intrueri veriq; datum est.q.11. arti.4.pag.81.ad Scotum.
31 Christi animæ species intelligibiles infusæ an fuerint perfectissimę.q 11.art.6.ad Sco.pag.82
32 Christi animæ an insit virtus instrumentalis ad omnia miracula.q.13.arti.2.pag.156
33 Christi priuilegium est mereri alijs ex condigno.quæsti.19. ar. 4.pag.123
34 Quomodò intelligatur quod inquantùm Christi humanitas operabatur virtute diuinitatis sacrificium Christi erat efficacissimum ad delendā peccata per gratiam.q.1.art.3.ad 1. pag.129
35 Christi carnem efficere,aliter attribuitur personę spiritussancti: & aliter filio eandem assumere.q.32.art.1.pag.164
36 Christi corporis firmatio in primo instāti fuit perfecta essentia litter:non autem quantitatiuè.q.33.art.1.pag.168
37 Christi animæ an inconueniat quod aliqua perfectio actus secundi ei de nouo aduenerit.q.34.arti.2.pag.171
38 Christi doctrinæ excellentia penes quæ attendatur.q.42.arti.1. pag.203
40 Christi anima an habuerit potestatē præseruādi corpus suum à morte.q.47.artic.1.ad Sco.pag.216
41 Christi anima vnde habuerit prædictam potestatem.Ibidem.
42 De Christi clamore in cruce duplex modus dicendi.cod.art.ad 2.pag.217
43 Christi mortis celeritas fuit & naturalis & voluntaria.Ibidem.
44 Christi verba,ego pono animam meam &c.& similia,quomodò intelligantur.q.10.art.3.ad 1.pa.239
45 Christi corpus vium & mortuum an fuerit idem numero simpliciter.q.50.arti.5.ad Sco.pag.240
46 Christi mors an fuerit meritoria ex parte animæ.q.50.artic.6. pag.241
47 Christi corporis præseruatio à putrefactione an attestetur virtuti ipsius naturæ & voluntariæ morti.q.51.art.3.pa.239
48 Christi mortis tres dies & dies creationis mundi diuersimodè ordinantur.qu 51.art.4.pag.243
49 Christi descensus ad inferos, an fuerit secundum substantiam animæ,an solùm secundum effectum.q.52.art.2.pag.244
50 Christi pœnalitates intrinsecæ quantùm duraverint.q.52. arti. 4.pag.246
51 Christi humanitas quid sit.q.50.art.1.pag.269
52 Christi corpus an conuenienter opinemur esse extra totam continentiam cœlorum corporeorum:ita quod planta pedis eius sit supra conuexum supremi cœli.q.57.art 4.ad Duran.pag.263
53 An sicut ex defectu materiæ magnificentiæ in Christo non sequitur defectus magnificentiæ interioris:ita nec ex defectu materiæ fidei sequatur defectus fidei in eodem.q.2.art.3.pag.13
54 An spes in Christo respectu secundario speratorum fuerit habitus aliquis.q.7.art.4.pag.14
55 An oporteat in Christo ponere scientiam inditam,& quare.q. 9.arti.3.pag.71
56 In Christo non fuisse scientiam ex suo genere acquisibilem per infusionem,vt fuit in Adam,cur in litera asseratur.q.9. artic.4. pag.72
57 An in Christi concessa cognitione abstractiua omnium singularium:cōcedēda sit cuiuslibet singularis propria species in Christi intellectu.q.11.arti.1.ad Sco.pag.78
58 An in Christo fuerit cognitio intuitiua omnium singularium. ad Sco.q.11.arti.1.pag.78
59 Christo non est adempta potestas deriuandi gloria animæ ad corpus:ergo gloria illa claritatis quę apparuit in Christo in transfiguratione,deriuata est ab anima,an hæc ratio valeat.q.45.art. 2.pag.214
60 Christo conuenientium mediante natura humana distinctio.q. 48.arti.5.pag.233
61 Christum deleuisse omnia peccata mundi, quomodò intelligatur.q.2.artic.4.pag.7
62 Christū fuisse assumptū à diabolo,quid sit.q.41.arti.4.pag.201
63 Christum palàm docuisse & in occulto nihil fuisse loquutum, quomodò intelligatur.q.42.artic.3.pag.205
64 Christum sedere ad dexteram patris cùm dicitur,quam distinctionem importet ly ad.q.58.arti.2.pag.265

Debitum secundum decentiam ad opus operatum est debitum secundum necessitatem ad opus operans ministri.q.64.art. 6.pag.293
1 Dęmones an cognouerint Christū esse Messiam in lege promissum.q.44.arti.1.pag.209
2 Dæmones an cognouerint Christum esse verum Deum. q. 44. artic.1.pag.209
4 Denominatio.Humanum.1.
1 Deus intelligi potest tribus modis plusquàm genere diuersis cōmunicare seipsum creaturæ.q.1.ar.1.in cor.pag.2
2 Deus an fallere possit.q.5.arti.5.pa.45
3 Deus est homo,an hæc propositio sit in materia naturali, & per se.q.16.art.1.ad 1.pag.100
4 Quomodò intelligatur,Deum supponere pro parte.q.16.art.2. ad 1.pag.101
5 An solius Dei natura prædicetur de supposito.q.17.ar.1.pa.110
6 In Deo nihil inueniri præter rationem suę naturę,quomodò intelligatur.q.2.art.1.pag.10
7 In Deo inuenitur duplici modo subsistens & habēs naturam. q.3.arti.2.pag.27
1 Diabolus.Quomodò diabolus machinando in mortem Christi excesserit modū potestatis sibi à Deo traditæ.q.49.art.2.pa.214
1 Differentia inter suppositum & naturā an habeat locum in angelis.q.2.arti.2.in cor.pag.16
2 Displicere potest dupliciter sumi.q.84.arti.8.& 9.pag.405
1 Distingui secundum rem cōtingit dupliciter primò vt duæ res, quarū vna subsit alteri:secundò sic vt vna res includat totā aliam & superaddat ei aliquid aliud.q.2.art.2.in cor.pag.11
1 Diuina eminentia in timore reuerentiali Christi an habuerit rationem reuerendi quatenus eminētia Dei absolutè,an quatenus potens est infligere malum.q.7.art.6.pag.55
1 Docere.Excellentior est modus docendi verbo quàm scripto.q. 42.arti.4.pag.205
1 Dolor est passio appetitus sensitiui ex corporis læsione percepta sensu.q.15.arti.5.pag 95
1 Donum nullum perdi sine culpa,quomodò verificetur.q.50.articu.1.pag.238

Ecclesiæ in hoc q̄ ecclesia pro paruulis credit,intendit,enūtiat,est quædam accommodatio.q.68.arti.9.pag.321
2 Ecclesiæ fides quomodò profit infanti baptizato.q.68.articu.9. 2.pag.321
1 Episcopus dum consecratur an debeat pontifici celebrāti concelebrare.q.82.art.2.pag.398

Chrisma & Confirmatio.2.

2 Esse in persona,quod est contra rationem formæ communis, quomodò intelligatur.q.4.artic.4.pag.41

Existentia.1.2.

1 Eucharistiæ sacramentū quid dicatur.q.73.arti.2.pag.340
2 Eucharistiæ sacramentum an sit absolutè necessarium ad salutem.q.73.arti.3.pag.341
3 Eucharistiæ sacramentum an esset in pane solùm celebrandum vbi vinum non inueniretur.q.74.art.1.pag.343
4 Eucharistiæ sacramētū quomodò debet fieri.q.74.art.2.p.344
5 Eucharistia.Ex quo materia debeat fieri panis cōsecrabilis.q.74. art.1.pag.172
6 Vua non est consecrabilis.q.74.arti.5.pag.346
7 Eucharistiæ sacramēto fallum est quod Græci efferant calicem domini cum vino tantùm, hoc enim Armeni non Græci clim

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuciebant. Ibidem. art. 6. pag. 346
8 Eucharistiæ in sacramẽto debet modica aquæ vino misceri. Ibid.
9 An oporteat aquam ex qua fit panis, pro hoc sacramẽto esse veram, & naturalem. q. 74. art. 7. pag. 347
10 De existentia corporis Christi in sacramento Eucharistiæ, quid ex sacra scriptura habeatur. q. 75. artic. 1. pag. 349
11 Diuersæ opiniones circa nouitatem continentiæ, & nouitatem conuersionis. Ibidem.
12 Eucharistiæ in sacramento quomodò se habeant adinuicem nouitas continentiæ, & nouitas conuersionis. Ibidem.
13 An hæc propositio, aliquid nõ potest esse vbi prius nõ erat, nisi vel per loci mutationem vel alterius conuersionem in ipsum, sit vera & bene applicetur ad esse in sacramẽto. q. 75. art. 2. pag. 350
14 Eucharistiæ in sacramento quot interueniant mutationes. q. 75. art. 2. pag. 350
15 Eucharistiæ in sacramento si substantia panis remaneret non esset verum quod Christus dixit, hoc est corpus meum. Ibidem. ad 5co. & Duran.
16 Eucharistiæ in sacramento si esset alia substantia sub accidentibus panis quàm corpus Christi, an contrarietur veneration Eucharistiæ. Ibidem.
17 Eucharistiæ in sacramento panis non redigitur in nihilum: sed mutatur substãtia panis in corpus Christi: secundũ Ambrosium. q. 75. art 3. ad 3. pag. 353
18 An conuersio panis in corpus Christi præexistens, & manens secundum suum esse antiquum sit possibilis. q. 75. art. 4. pag. 354
19 An hęc sit propria quod erat panis est Christi corpus. Ibidem.
20 Si corpus Christi habet partes & proprietates suas sub modo sacramentali, an simpliciter necessariò sequatur quòd habeat eas sub existentia naturali. q. 76. art. 2. pag. 361
21 Christum esse sub hostia est quoddam esse relatiuum. q. 76. arti. 6. pagina. 363
22 An ad motum hostiæ corpus Christi moueatur per accidẽs. Ibidem ad 5co.
23 Eucharistiæ in sacramento quomodò accidentia sint sine subiecto diuersæ opiniones. q. 77. art. 1. 2. & 3. pag. 367
24 An in rarefactione specierum sacramentaliũ noua illa quantitate particula quæ per rarefactionem fit, sit naturaliter à naturali agente. q. 77. artic. 5. ad 5cotum. pag. 370
25 De modo quo in instanti generationis nouæ substantiæ ex speciebus sacramentalibus fit materia. q. 77. artic. 5. pag. 370
26 An omnia verba quibus vtimur in consecratione sanguinis sint de necessitate sacramenti. q. 78. in tribus primis artic. pag. 373
27 An sola verba consecrationis à sacerdote prolata (prætermisso canone) conficiant sacramentum. q. 78. art. 1. ad 4. pag. 375
28 Eucharistia. ver. Sacramentum. 3
29 De veritate, & consignificatione huius orationis sacramentalis: hoc est corpus meum. q. 78. art. 2. pag. 374
30 Eucharistiæ sacramẽti oblatio quomodò fiat. q. 79. art. 5. pa. 382
31 De tẽpore, modo, & subiecto sex effectuum Eucharistiæ. q. 79. artic. 5. pag. 382
32 Dominus cùm dicit nisi manducaueritis. &c. loquitur de mãductione spirituali in voto seu habitu. q. 79. art. 1. pag. 379
33 Eucharistiæ sacramentum sumens quid consequatur. q. 79. arti. 1. pag. 379
34 Eucharistiæ sacramentum quibus negandum. q. 80. art. 6. p. 388
35 Quum dicitur sacramenti eucharistiæ rem tantùm esse gratiã suscipientium aut vnitatem ecclesiæ aut corpus Christi mysticum hæc omnia sumuntur pro vno, & eodem. s. gratia Dei. q. 73. arti. 1. ad 3. pa. 340
36 Habere rem sacramenti Eucharistiæ per votum ecclesiæ quid sit. q. 73. arti. 3. pag. 341
37 Inter suscipientem Eucharistiam, & suscipientem baptismum in peccato mortali differentia. q. 79. art. 3. ad 1. pa. 381.
38 Eucharistiæ sacramentum sumens contritus, sed non confessus de peccato mortali, habens copiam confessoris, an peccet mortaliter. q. 80. art. 4. pag. 382
39 Eucharistiæ sacramentum sumens in peccato mortali an cõmittat grauius peccatum omnibus peccatis quæ sunt contra puras creaturas. q. 80. art. 5. pag. 387
40 An expediat quotidie celebrare. q. 80. arti. 10. pag. 391
1 Existere per se, & per se separatim existere, quomodo differant. q. 2. arti. 2. ad 3. pag. 4
2 Existentia. An de mente diui Tho. nullum sit in Christo esse actualis existentiæ creatum. q. 17. art. 2. pag. 112
3 An ita sit in veritate quod in Christo nulla sit existentia substãtialis nisi diuina. Ibid. ad 5co. Duran. & Ioan. de Neapoli.
1 Experientia an solum pariat scientiam similium secundum speciem. q. 12. art. 1. ad Duran. pag. 82
1 FIctio simul cum peccatis cõmissis post baptismum, per pœnitentiam delenda est. q. 69. arti. 2. ad 2. & 3. pag. 314
1 Filiũ Dei assũpsisse hominẽ, an deberet cõcedi. q. 4. art. 3. ad 2. p. 41
2 Filiatio est ita suppositi vt subiecti quòd non naturæ. quæsti. 35. articu. 5. pag. 176
3 Filiatio temporalis Christi an sit rationis tantũ. Ibid. ad 5co.
1 Finito omni posse fieri additionẽ, qualiter intelligatur. q. 7. artic. 12. ad 1. pag. 60
1 Fomes peccati quomodò sit inordinata concupiscentia habitualis. q. 27. artic. 1. pag. 144
2 An ex hoc quòd fomes est concupiscentia contraria rationi habitualiter, liceat inferre, q; fomes est inclinatiuus ad malum, & difficultatiuus in bono. Ibid.
3 Quòd fomes in beata virgine per diuinam prouidentiam perse ctius ligabatur quàm per interiorem sanctificationem quomodò intelligatur. Ibid.
1 Formæ eiusdem speciei an possint esse simul in eodem subiecto. q. 15. art. 5. pag. 376
1 GRatia sumitur aliquando vt cõprehẽdit sub se quẽcunq; infusum habitum. q. 2. artic. 10. pag. 23
2 Gratia cuiuslibet singularis personæ an habeat quantitatem alterius rationis à quantitate gratiæ Christi. q. 7. art. 11. p. 60
3 Gratia cuiuslibet singularis personæ, an sit velut virtus particularis: & Gratia Christi velut virtus vniuersalis. Ibid.
4 Gratia vnionis in Christo duo in se claudit. q. 7. art. 13. pag. 61
5 Multorum dictorum sancti Thomæ, de gratia vnionis ratio. Ibidem.
6 Gratia Christi dupliciter dicitur. prima. q. 8. arti. 1. pag. 62
7 Gratia viatoris, & cõprehensoris. q. 34. arti. 4. pag. 172
8 Gratiæ intentior gradus an cõprehẽdatur sub annexis quæ per deuotionem ministri impetrati possunt recipienti sacramẽtum. q. 64. arti. 1. pag. 29
9 Gratię habitualis quomodò finis sit vnio personalis. q. 7. art. 12. pag. 60
10 Quare nullus purè viator attingat ad summum gratiæ ex parte gratiæ. Ibid.
11 Dabile est summum possibile in gratia secundum sanctũ Thomam. q. 7. art. 6. pag. 55
12 Gratiam habitualem in Christo ponere, an necesse sit. quæst. 7. art. 1. pag. 52
13 Christum esse principium vniuersale generis habentium gratiã quomodò intelligatur. q. 7. pag. 57
14 Gratiam in nobis efficiẽter causare Christi actiones: quomodò intelligatur. q. 8. art. 1. ad 1. pag. 62
1 HAbitus per se infusi, & habitus per se acquisibiles sunt diuersarum rationum intrinsecè, & essentialiter. q. 9. art. 4. ad 2. & 3. pag. 71
1 Hæresim incurri ex verbis inordinatè prolatis, quomodò intelligatur. q. 16. art. 8. pag. 106
2 Hæresis est Arriana dicere Christum minorem patre. Ibid.
3 Hæresis quid sit. Ibidem.
4 Hæresis noua de conceptu Christi refellitur. q. 31. art. 5. pag. 161
5 Cum hæreticis in vocabulis communicare quomodò prohibitum sit. q. 16. art. 8. pag. 105
1 Hypostasis. Vide. Homo. Christus. Vniri.
1 Homo dicitur, & est Deus propter vnionem, & quomodò. q. 2. artic. 8. pag. 20
2 Homo quomodò prædicetur de Deo. q. 16. artic. 1. ad 5co. p. 100
3 Hominem prædicari de Deo ratione relationis quomodò verificetur. q. 16. art. 4. ad 4. pag. 101
4 Homo est factus Deus, an in ista propositione ly homo possit supponere simpliciter, & personaliter. q. 16. art. 7. pag. 104
5 Iste homo factus est Deus. an hæc sit vera. Ibid.
6 Quare ista dicatur simpliciter vera, Deus factus est homo, ista autem simpliciter falsa, homo factus est Deus. Ibid.
7 Iste homo, id est, Christus incepit esse, an hæc debeat simpliciter negari. q. 16. ar. 9. pag. 105
1 Humanum. Quum dicitur quòd humana natura nõ constituit diuinam personam simpliciter, sed cõstituit eam secundũ quod denominatur à tali natura; quomodò denominatio sumatur. q. 3. ar. 1. ad 3. pag. 27
2 Humana natura in Christo, an inclinetur ad propriam personalitatem. q. 4. art. 2. ad 3. pag. 39
3 Humanæ dignitatis explicatio. q. 4. art. 6 pag. 43
4 Humanitas quomodò sit in triplici intellectu. Ibid.
1 Honorari vt causa honoris nõ est honorari simpliciter, quia ly vt causa honoris est conditio diminuens. q. 25. art. 1. pag. 257
1 Hostia. Vide. Sacerdotes.
1 IAnua cœli per similitudinem dicitur fruitionis diuinę consecutio. q. 49. art. 5. pag. 236
1 Ignorantiam inter defectus cõmunes vbi de defectibus corporis agitur computare, quomodò liceat. q. 14. art. 4. pag. 91
1 Imago. Processus diui Thomæ, quo probat imaginem esse adorãdum eadem adoratione qua Christus quomodò valeat. q. 25. artic. 3. ad duran. pag. 139
2 Imagines Dei an sint licitæ. q. 25. art. 3. ad 1. pag. 139
1 Incarnari plus significat quàm exprimat. q. 1. art. 1. in ti. pag. 2

Quare

1 Quare non fuerit conueniens Deum incarnari immediatè post peccatum, quinque rationes. q. 1. art. 5. pag. 8
3 Incarnatio Christi non debuit fieri in principio mundi, nec in finem mundi differri. q. 1. art. 6. pag. 9
4 Incarnationis mysterium quomodò significetur. quæstione 1. artic. 1. in tit. pag. 2
5 Incarnationis pluralitatem quare sanctus Thomas hic non inuestigauerit. Ibidem
6 Incarnationis possibilitatem quomodò tractauit. Ibidem
7 De incarnatione dupliciter loqui contingit. eodem articulo, ad 1. pagina 2
1 Inesse. In ista maxima, omne quod inest alicui personæ, siue pertineat ad naturam illius siue non, vnitur ei in persona, sumitur inesse propriè, vt inesse distinguitur contra extrinsecus adtacere. q. 2. artic. 2. pag. 11.
1 Infernus puerorum à sancto Thoma comprehenditur sub inferno damnatorum. q. 52. art. 2. pag. 245
1 Informandi duplex est modus. quæstione 2 articulo primo, pagina 10.
1 Ingratitudo quantificatur ex beneficio. quæstione. 88. articulo 1. ad 1. pag. 413
1 Intellectus creatus an possit simul videre infinita ita quod distincte cognoscat quodlibet eorum. quæstione decima, articulo tertio, ad 2. pag. 76
2 Intellectus humanus an possit vti scientia infusa non conuertendo se ad phantasmata. q. 11. art. 2. pag. 80
3 Intellectus angelicus & animæ separatæ & hominis beati differunt. q. 76. art. 7. pag. 365
4 Intellectus beatus an per actum beatificum videat corpus Christi in eucharistia. q. 76. art. 7. pag. 364
5 An corpus Christi sacramentaliter videatur ab intellectu viatoris nec ab intellectu angelico naturaliter, quia iste modus essendi est penitus supernaturalis. q. 67. art. 7. pag. 364
1 Intelligendi actus quo Deus intelligit an possit fieri actus intelligendi quo anima Christi formaliter intelligeret. Et si non, an hoc sit quia est alterius naturæ. q. 9. art. 1. pag. 66
1 Intendere dicitur quis aliquid tripliciter, scilicet actualiter, virtualiter & habitualiter. q. 64. art. 8. ad 3. pag. 296
1 Intensio iocosa ministri an tollat veritatem sacramenti. quæstio. 64. art. 10. ad 2. pag. 297
1 Iram componi ex tristitia & appetitu vindictæ quomodò intelligatur. q. 15. art. 9. pag. 97
1 Irregularitas homicidij ex defensione commissi. q. 89. articul. 3. pagina 414
1 Judæ peccatum an maius fuerit peccato Iudæorum. quæst. 47. art. 6. pag. 229
1 Iudæorum maiores an cognouerunt Christum esse Messiam. q. 47. artic. 5. pag. 228
1 Iudicium perfectum de re mutabili an detur. quæstio. 59. art. 5. pagina 270
2 Iudicia diuina ad quæ se extendant. q. 59. art. 5. pag. 270
LOcus vnus altior altero esse in superficie conuexa cœli empyrei ad quem sensum dicatur. q. 57. art. 5. pag. 264
1 Lunæ dies quotus fuerit quando Christus mortuus est. q. 46. art. 9. pag. 223
1 Lux maior offuscat minorem & quomodò. q. 5. art. 4. ad 2. pa. 45
MAgdalenæ erroneæ visionis rationabilis causa, quando Christum æstimavit hortulanum. q. 55. art. 4. ad 2. pag. 257
1 Maiores quãdo & quomodò debeat reprehẽdi. q. 42. ar. 2. p. 204
1 Maledictum esse à Deo quid sit. q. 46. art. 4. ad 3. pag. 219
1 Maria virgo cur sit adoranda. q. 25. art. 5. pag. 140
2 Maria virgo si sanctificata fuisset ante animationem ân indiguisset red emptione Christi. q. 27. art. 2. pag. 143
3 Maria virgo non fuit sanctificata ante animationem, ergo post animationem, an valeat consequentia. q 27. art. 5. pag. 147
4 Affirmandum vt rationi consentaneum est quod in propria domo inuenea est in vtero habens. q. 29. ar. 2. ad 3. pag. 155
5 Maria virgo an sit verè mater Christi, quia corpus Christi ex ipsa sumptum est. q. 35. art. 5. pag. 140
1 Mater an aliquo modo actiuè concurrat ad generationem prolis. q. 32. art. 4. ad 5co. pag. 166
1 Materia propria formę an sit ante aduẽtũ formę. q. 6. art. 4. pa. 40
1 Medium rei & rationis quomodò dicantur. q. 48. art. 2. pag. 231
2 Medium. Vide. Natura.
1 Meritoria operatio quotuplex. q. 4. art. 4. pag. 41
2 Primus actus meritorius tam in angelis quàm in anima Christi fuit verè actus liber, quãuis ex natura determinatus ad bonum. q. 34. art. 3. pag. 172
1 Ministrare sacramenta an angeli possint. quæstione 64. articulo 7. pag. 295
2 Minister indignus in articulo necessitatis (quomodò laico licet baptizare) baptizans excusetur à peccato. quæstio. 64. artic. 6. ad 3. pagina 294
3 Minister indignus an excusetur à peccato, tam si baptizet cum solennitate quàm sine solennitate. Ibidem.
4 An huiusmodi administratio sacramẽti ab indigno ministro sit ex suo genere peccatum mortale. Ibidem.
5 Ministri mentalis intentio an exigatur ad perfectionem sacramenti. quæst. 64. art. 8. pag. 295
6 Ministrum indignum in duobus casibus licet inducere ad exhibitionem sacramenti. quæst. 64. art. 6. pag. 294.
7 Ministri ecclesiæ instrumentaliter operantur in sacramẽtis, ergo possunt sacramenta conferre etiam si sint mali, an valeat consequentia. q. 64. art. 5. pag. 292
1 Miraculum quod Christus fecit in nuptijs, rationabiliter creditur fuisse primum eius miraculum. quæst. 43. art. 3. pag. 207
2 Miracula quæ in sacra scriptura non continentur an credenda sunt. q. 27. art. 6. pag. 148
3 Miracula quæ fecit Christus manifestant sufficienter ipsius deitatem. q. 43. artic. 4. pag. 208
Missa mali sacerdotis an sit tanti meriti quanti est missa boni. q. 82. artic. 6. pag. 398
1 Modus substantiæ, & modus quantitatis in litera positi, in quo differant. quæst. 76. artic. 1. pag. 359
2 Modo substantiæ an intelligatur id quod communiter dicitur esse indiuisibiliter. Ibidem.
Motus in imaginem quatenus imago est, an sit idem cum motu in rem ipsam. quæst. 25. art. 3. pag. 138
1 Motus duplex quo instrumentum mouetur. quæstio. 62. artic. 4. pagina 282
1 Mutatio omnis species quædam mortis est. quæstio. 54. articu. 3. pagina 254
1 NAtiuitas Quũ dicitur quòd natiuitas attribuitur personæ vt subiecto nascẽti, intelligitur de subiecto denominationis. quæst. 35. art. 1. pag. 173
2 Natiuitas Christi non debuit manifestari omnibus ne meritum fidei minueretur. quæst. 26. art. 1. pag. 143
1 Natura composita quid sit. quæst. 2. art. 1. pag. 10
2 Natura an sicut est determinata ad vnum effectum, ita sit determinata ad vnum modum producendi illum. quæst. 28. articul. 1. pagina 249
3 Naturæ ordine existente secundum quod liber genus causæ, curdiuus Tho. ordinem naturæ duobus eorum appropriat. quæst. 6. artic. 5. pag. 80
4 Naturæ ordinẽ ex parte materię in mysterio incarnationis cur diuus Tho. pertranserit. Ibidem.
5 Cur diuus Tho. in hoc mysterio medij secundum naturæ ordinem ex parte agentis secundum ordinem operationis in cor. art. 5. quæst. 6. non meminerit, quum tamen de illo in responsiõe ad primum tractauerit. pag. 52
6 Naturalis virtus non potest trãsmutare ad certam formam nisi determinatam materiam. q 28. art. 1. ad quintum. pag. 250
1 Nomen ab aliqua forma impositum nunquàm pluraliter dicitur: nisi propter pluralitatem suppositorum. q. 3. art. 7. ad 2. p. 33
2 Nominis alterius trium personarum omissio tollit veritatẽ baptismi. q. 61 rtic. 6. pag. 305
3 Nominum passiones secundum modum significandi quomodò allatæ sunt. q. 2. artic. 2. ad 1. pag. 11
4 Nominum mutatio quo ad significandum in sacramentorum formis an tollat veritatem sacramenti. q. 66. art. 4. ad 7. pag. 304
5 Nomina multiplicata ad vnum, in vno, vel ab vno, adhuc vocãtur analoga. q. 60. artic. 1. pag. 271
1 OFfensa an directè opponatur gratiæ. q. 86. artic. 2. pag. 409
1 Ordines tres de facto in vniuerso inueniuntur. q. 1. art. 3. in responsione ad dubia in cor. pag. 3
2 Ordo necessarius simpliciter est ad salutem ecclesię: loquẽdo de ecclesia simpliciter & absolutè. q. 65. artic. 4. pag. 300
1 Oratio sicut & voluntas distinguitur in simpliciter vel secũdum quid. q. 21. artic. 4. pag. 127
1 Originale, & actuale peccatum in quo differant. q. 1. art. 4. pag. 7
1 PAnis. Assus. Eucharistiæ. 5
1 Paruuli in maternis vteris periclitantes, an possint per sacramentum baptismi voto parentum susceptum saluari. quæst. 68. art. 11. pag. 321
1 Pati est communius quàm dolere. q. 46. art. 6. pag. 220. ad 5co.
1 Passionis Christi necessitas an conuenienter quæratur antequã de eius possibilitate fit quæsitum. q. 46. art. 2. pag. 217
2 Liberationis humanæ modus per Christi passionem conuenientior fuit, quàm per solam Dei voluntatem. q. 46. artic. 3. pag. 217
3 Circa passionis Christi effectum tria notabilia q. 49. ar. 5. p. 236
4 Passioni, & morti tradere inuitum innocentem est impium: & crudele absolutè loquẽdo non autẽ in ordine ad Deũ, cuius sunt vita, & mors. q. 47. art. 3. ad primum. pag. 227
5 Passiones sanctorum an ecclesiæ proficiant per modum redemptionis. q. 48. art. 5. ad 3. pag. 233
6 Passionum Christi generalis quædã explicatio. q. 46. art. 5. p. 219

Universidad de Deusto
Biblioteca

7 Passionum generalitatem ad literã quare Christus susceperit. q.46.ar.5.pag.219
1 Pater vnica paternitate,an referatur ad plures filios. q. 35.artic. 5.pag.176
2 Patres sancti in limbo quem dolorem habuerint. q. 52.arti.5.ad 1.pag.247
2 Paulus ita se obligatũ omnibus Christi beneficijs aiebatve non solũm vna cum alijs, sed etiam ipse teneretur pro omnibus. q. 1.art.4.ad 3.pag.2
1 Paupertas per se voluntaria quæ sit.q.40.art.3.ad 1.pag.298
1 Peccans secundò,an ex hoc ipso grauius peccet,quàm prius peccauerit.q.88.art.1.ad 1.pag.412
2 Peccata dimitti sine fide passionis Christi explicitè, implicitè impossibile est potentia ordinaria.q.49.art.1.pag.234
3 Peccatum veniale an opponatur feruori charitatis.quæst.87.artic.1.ad ad 3.pag.411.
4 Peccata venialia an remittantur quãdocunque gratia infundi tur.quæst.87.artic.2.pag.eadem.
1 Pœnitentia de quo iure sit.q.84.art.7.pag.405
2 Pœnitentiæ virtus quid sit.q.85.art.2.pag.407
3 Pœnitentia an sit virtus acquisita.q.85.art.6.pag.408
4 Pœnitentiæ sacramentum an habeat materiam ex qua cõstituatur.q.84.art.1.& 2.ad Sco.pag.404
5 Pœnitentiæ sacramenti res an sit interior pœnitentia,an ornatus aliquis.Ibidem
6 An totũ sacramentũ pœnitentiæ(cõpositũ scilicet ex materia & forma)causet remissionẽ peccatorũ ratióe vtriusq; partis.ibid.
7 Penitentiæ actus sub quo contineantur.q.85.ar.3.pag.407.
8 An remissio culpæ sit effectus pœnitentiæ,vt est actus virtuosus. q.86.articulo 6.pag.410
9 Pœnitentiæ sacramenti partes quæ sint.q.90.art.1.pag.415.
10 Pœnitentiæ sacramentũ sine satisfactione,an sit verum sacramẽtum.q.90.art.2.pag.415
1 Persona.Quomodò verificetur quòd persona diuina impedierit naturã humanã à ꝓpria personalitate.q.4.ar.2.ad.3. pag. 38
2 An sola persona diuina possit propter suã infinitatẽ subsistere in duabus naturis.q.3.art.1.ad 2.pag.26
3 Persona diuina quomodò est infinita.q.3.art.7.pag.33
4 Persona seu hypostasis,quid addat super naturã singularẽ.q.4. art.7.ad 2.ad Sco.& Aureolum.pag.43
5 Personæ incõmunicabilitas,an cõuenienter assignetur per hoc quod est non posse prædicari de pluribus.q.3.art.1.pag.26
6 Personæ quatuor attribuũtur.q.2.art.2.in 2.parte cor.pag.11
7 Personã aliquã fieri hominẽ, quare nõ importet mutationẽ in subiecto acquirẽte naturã humanã.q.16.art.6.ad 2.pag.103
8 Personalitatibus triũ personarũ per intellectum circũscriptis, an remaneat in intellectu vna personalitas Dei.quæst.3.art.3.ad secundum.pag.29
1 Possibile vel impossibile in ecclesiasticis mysterijs & naturalibus attenditur secundũ potentiam ordinariam.quæst.75.art.2. pag.350
2 Potens in vnũ,& nõ in amplius habere potestatem limitatã ad vnũ,quomodò intelligatur.quæst.3.art.7.pag.13
3 Potentia distinguitur in naturalẽ & obedientialẽ.quæst. 1.art. 3. ad 3. pag.5.
1 Prædestinatio quid est.quæst.24.art.1.pag.133.
2 Prædestinatio vt respicit prædestinatã,quid præsupponat.quæst. 1.art.3.ad 3.pag.5
3 Prædestinationis effectus duplices.quæst.1.art.3.in responsione ad dubia.pag.6.
4 Prædestinationis prophetia quomodò compleatur.quæst.30.ar. 1.pag.153
1 Prædicator verbi Dei quæ debeat cauere. quæst. 40. art.3. pag. 201
2 Prædicandi actus est de numero actuũ consecratorum. quæst. 64.art.6.ad primum.pag.293
1 Productio.Naturalis modus productionis alicuius diuersus penes hoc quod est produci in corpore vel extra,& ante corpus argui diuersitatẽ naturę rei productæ.quæst.6.articulo 3.pagina. 48
1 Prophetæ.Ad prophetę rationẽ quid requiratur.quæst.6.art.4. pag.54
1 Propositio affirmatiua falsa ex repugnantia terminorũ, quomodò fiat vera.quæst.16.art.10.pag.107.
1 Quotidie.Eucharistia.vl.
1 RAtio superior animę Christi in eius passiõe, an pateretur ex parte obiecti.quæst.46.art.7.pag.221
1 Reddere.Quomodò reddatur ęquiualens Dijs & parentibus, quæst.1.art.2.ad 3.pag.3
1 Reducens aliquid de potentia in actũ,est in actu,an hęc propositio sit vera tam in causis principalibus quàm instrumẽtalibus. quæst.9.art.2.pag.70
1 Regi.Quum dicitur inferiora regi per superiora,intelligẽdum est per superiora nõ secundum quid, sed simpliciter & absolutè. q.59.ar.6.pag.270
1 Remissio. An aliqua culpa à Deo remittatur sine gratia.q.87.ar. 4.pag.412
2 Remisso peccato mortali, remanere inordinatam cõuersionem ad commutabile bonum,quomodò intelligatur.q.85.art. 4.ad 1.pag.410
3 Ad remissionem peccati mortalis detestatio & displicentia virtualis sufficiant.q.87.ar.1.pag.411
1 Relatio realis tria requirit.q.35.ar.5.pag.176
1 Resurgentes cũ Christo an ad vitam penitus immortalẽ surrexerint. q.53.ar.3.pag.252.
1 SAcerdoti an liceat totaliter à celebratione missæ abstinere.q. 82.ar.10.pag.399
2 An peccatum huiusmodi omissionis sit peccatum mortale. Ibidem.
3 An plures sacerdotes eandem hostiam consecrare possunt.q.82. art.1.pag.397
4 An sacerdotes noui Episcopo eos ordinanti concelebrent:dicẽdo simul cum ipso verba consecrationis. quæstione 82. articulo. 2.pag.397
1 Sacramentum an sit verè & secundum rem causa instrumentaliter agens ad gratiam.q.62.ar.2.pag.279
2 Sacramentum causare in instanti non inconuenit nec Deũ agere in tempore.q.62.art.1.pag.279
3 Sacramentalis virtus inexistens verbis sacramentalibus quid sit. q.78.ar.4.pag.376
4 Sacramentum imprimere characterem ex sacra scriptura nõ habetur:sed ex ecclesiæ autoritate non multum antiqua.q.63.arti. 1.pag.284
5 Sacramentum perfici vbi sanctificatio perficitur, quomodò intelligatur.q.66.ar.1.pag.301
6 Sacramentum an perficiatur solùm nominibus quæ fuat in cõmuni vsu.q.66.ar.5.ad 7.pag.303
7 Sacramentum recipiens cum peccato mortali vel quia eius conscientiam non habet,vel quia non perfectè contritus quando cõsequatur gratiam in remissionem peccatorum,ita quod virtute sacramenti fiat de attrito contritus.q.72.ar.7.pag.337
8 Sacramenta nouæ legis possunt cõsiderari vt causæ & vt signa. q.8.ar.12.pag.60
9 Sacramentorum principalis effectus est gratia distincta contra characterem.q.62.ar.1.pag.279
10 Sacramentalis gratia distinguitur specie à gratia virtutũ & donorum.q.62.ar.2.pag.280
11 Conditio requisita ad sacramenta non sufficit quod sit secundum habitum,sed oportet quod sit secũdum virtutem. q.64.ar. 8.pag.95
12 Sacramentorum formæ licet in antiquis iuribus non inueniantur omnes expressæ: in consilio tamen Florentino sub Eugenio 4.omnes expressæ sunt.q.72.ar.4.pag.335
13 Sacramentis nouæ legis inest quædam virtus superaddita: quæ quidem virtus nihil aliud est quàm motus quo instrumentũ mouetur à principali agente.q.62.ar.4.pag.281.
14 In sacramentis res & verba coëunt in vnũ signũ:quia velut materia & forma cõstituunt vnum sacramentum:quod nõ nisi vnũ signum est.q.60.ar.6.ad 2.pag.274
15 Ad sacramenti perfectionem nõ requiritur de necessitate sacramenti eius formã constitui ex cõioribus verbis in aliqua lingua: sed tantùm de necessitate præcepti ecclesiæ.quæstione.60.art. 7. pag.274
16 In sacramentis prolatio verborum corrupta non impedit formam sacramentorum.Ibidem.
17 In sacramentis nõ debet esse tanta interruptio in forma verborum quod continuitas orationis soluatur.p.60.ar.8.pa.275
18 Sacramentis an filij innocentes in statu innocentiæ indigu isset. q.61.art.2.pag.277
1 Sacrificium offerri per modũ satisfactionis quare dicatur & effectum eius proprium esse quod ex vi ipsius quatenus satisfactorium est fit.q.22.ar.4.ad 2.pag.129
2 Sacrificium Christi sumitur dupliciter scilicet secũdum se:& secundum suum morale sacrificium ea.quæst.art.5.pag.130
3 Sacrificiũ Leuit.12.præceptum vtrum offerretur pro matre an pro filio.q.38.art.3.pag.189
1 Sanguis qui erat in corpore Christi an esset diuinitati vnitus. q.5.ar.2.pag.44
2 Sanguis Christi effusus in passione, an totus resurrexerit eum eo.q.54.art.3.ag.254
3 Sanguis aliquando miraculosè in calice apparens, qua adoratione sit adorandus.q.76.ar.8.pag.366
4 Sanguinem totum resumere an fuerit necesse Christo resurgẽti.q.54.ar.3.pag.254
1 Sanctificatio potest sumi dupliciter.q.27.ar.1.pa.144
2 Sanctificatio beatę virginis in vtero matris an habeatur ex sacra scriptura

scriptura.q.27.art.6.pag.247
3 Sanctificatio quæ fit per sacerdotium Christi est perpetua re cõsecrata manente.q.63.art.5.pag.288
4 Sanctificata si fuisset beata virgo ante animationem an incurrisset peccatum originale.q.27.art.2.pag 143
1 Satisfacere pro peccato non potuit purus homo sufficiẽter adequando culpam commissam formaliter loquendo de puro homine,scilicet vt dicitur non solũ per exclusionem coniunctionis cum diuino suppositosed etiam per exclusionem diuinæ miseri cordiæ gratificantis.ad Sco.q.1.art.2.pag.11
2 Satisfacere an posit vnus pro alio.q.48.art.2.pag.231
3 Satisfaciendi impossibilitatem quid causet.q.1.artic. 2.pag.2. ad Scotum.
4 Satisfactio Christi est perfecta & condigna secundum æqualitatem ad culpam commissam.q.1.art.2.ad 2.pag.3
5 Omnis alia satisfactio efficaciam habet ex satisfactione Christi ex duplici capite.q.5.art.2.ad 2.pag.3
6 Satisfactio sacramentalis ex hoc ipso quod est pars sacramenti auget gratiam.q.90.art.1.ad 2.pag.415
1 Sepulchri Christi in petra excisio ad quid spectet.q.51.ar.2.p.242
1 An valeat iste processus distinctio sexus est à natura propter diuersam operationem ad generationem opportunam,ergo est penes diuersitatem agentis & patientis,ergo tota virtus actiua est ex parte maris,passiua verò ex parte fœminæ.quæstione 32.arti. 4.pagina 166
1 Siligo.Eucharistia.
1 Similitudo inter effectũ & causam quomodò in tertia conclusione literæ saluetur.q.50.art.6.pag.241
2 Similitudines proprias vel poëtarum ranquàm simulachra spiritualium interpretari,scribere aut prædicare præsumptuosum est. q.60.art.5.ad 1.pag.243
3 Similitudo insitera assignata inter sensitiuum in homine & bruto,& humanam naturam in propria & aliena persona,quomodò intelligatur.q.2.art.2.ad 2.pag.11
1 Socrates nihil scripsit sub nomine proprio.quæstione 42.articu. 3.pagina 204
1 Species.Eucharistia.
1 Spiritussanctus an rectè inferatur esse effector filiorum Dei. q. 32.art.1.pag.164
1 Status. Aliud est hominem post mortem sortiri statum immutabilem secundum animam,& aliud est sortiri statum non impedibilem.q.50.art.5.ad 1.& 3.pag.270
2 Quod in statu innocentiæ superiora nullo modo dependebant ab inferioribus quomodò intelligatur.q.61.art.2.pag.277
1 Subsistere in diuinis formaliter loquendo est magis personale quàm essentiale.q.3.art.2.pag.17
1 Substantia indiuidualis secundum materiam signatam quantitate percipitur à cogitatiua.q.75.art.7.pag.364
2 Substantia indiuidualis vt habet modum essendi puræ substãtię percipitur à solo intellectu.Ibidem
1 Suppositum. Illud quod suppositum dicitur addere supra naturam an oporteat esse ens reale.q.2.art.2.pag 11
2 Quod suppositum addit supra naturam an oportet esse intrinsecum suppositoq.2.art.2.pag.11
3 Quid sit illud quod suppositum addit intrinsecũ sibi supra hanc suam naturam.Ibidem
4 Suppositum.q.2.art.3.in tit.pag.13
TRaductio. De qua traductione loquatur Euangelista quum dicit beatũ Ioseph noluisse beatam virginem traducere.q. 29. art.2.ad 3.pag.151
1 Tentatio Christi fuit virtuosa contra nostras tentationes.q.41. art.1.pag.200
2 Tẽtatio omnis ab intrinseco an sit peccatũ.q.41.ar.1.ad 3.p. 200
3 Tentationum ordinis conueniens ratio in litera ponitur.ead.q. art.4.pag.201
4 An Christus si miraculum fecisset conuertẽdo lapidẽ in panem à se edendum,peccasset.eod.artic.ad 1.
5 Tentationes vincendi modus est recursus ad sacras scripturas & exempla sanctorum.q.41.art.1.pag.200
6 Tentationum Christi ordinem explicat Matthæus secũdum tẽpus.q.41.art.4.ad 5.pag.201
7 Tentatus quare fuerit Christus à Diabolo.q.41.artic.4.pag.201
1 Timor.Motus appetitus sensitiui ex malo futuro apprehẽso abstrahendo à certo vel incerto an sit verè timor.q.15.7.pag.96
1 VErbum Dei assumpsisse humanã naturam in atomo dupliciter exponitur.q.1.art.5.ad 2.pag.16
1 Virginitati mentali non præiudicat consensus in culpam coniugalem,& quare.q.29.art.1.pag.153
1 Virtus heroica non differt specie à virtute communiter dicta.q. 7.art.2.ad 2.pag.48
2 Virtus attribuitur capiti humano,& quo respectu. q. 8. articul. 1.pagina 62
3 Virtutis perfectio an regulariter tollat fomitem.q.15.art.2.p.93
4 A virtute operatiua virturem deitatis non esse comprehensam ab humanitate Christi,an bene declaretur.q.19.art.1.pag.74
5 Virtus.Sacramentum.
1 Visio Dei est soli Deo similiter naturalis.q.9.art.1.ad 3.pagin.70
1 Vnctio extrema,quomodò præparet ad Eucharistiam.quæst. 65. artic.3.pag.299
1 Vnio incarnationis quare est personã,& non in natura.q.2.art. 2.ad 1.pag.11
2 Vniri Deo in persona,nec conueniens est,nec inconueniens carni humanę,secundum conditionem suæ naturæ,& quare.q.1.artic.1.ad secundum.pag.2
3 Vniri alicui in hypostasi, & vniri secundum hypostasim,quomodò differant.q.2.art.6.ad 1.pag.17
4 Vnio diuiditur in vnionem in persona,& vnionem in natura. q. 2.art.2.ad 3.pag.11
5 Quòd vnio sit secundum esse substantiale verbi, vt est personæ quomodò intelligatur.q.2.art.6.ad 1.& 2.pag.17
6 Vnio humanę naturę ad verbum formaliter loquendo, non est per vnionem instrumenti diffinienda.q.2.artic.6.ad 4.pag.17
7 Vnio.Homo.
8 Vnio dicitur in facto esse.& assumptio in fieri:an hęc differẽtia sit ex parte rei posita.q.2.art.8.pag.20
9 Vnio incarnationis,an sit maxima post vnionem diuinę trinitatis.q.2.artic.9.
10 Vnio ad Deum secundum esse personale,est maior& perfectior, quàm secundum operationem an sit vera propositio.q.4.artic.2. ad 2.0.pag.37
11 Vnionis mysterium quare incarnationis nomine significetur.q. 1.artic.1.in tit.pag.1
12 Vnionis distinctio quantùm ad relationem quam significat vel quantùm ad coniunctionem quam consequitur.Et an dicta cõiunctio sit creatum.q.2.art.7.pag.19
13 Vnionis & assumptionis differentia an sit realis vel rationis tantùm.q.2.art.8.pag.20
14 Vnionis relatio quid sit.q.2.artic.8.pag.20
15 Vnionis & assumptionis prima differentia in litera posita qualiter intelligatur.q.2.artic.8 pag.20
16 Vnionis in Christo gratia an sit prior ordine executionis & intẽtionis gratia habituali seu summa gratia & gloria in eodem. q. 34.artic.1.pag.170
17 Nulla operatio illius hominis qui est Christus:potuit præcedere vnionem.q.2.art.11.pag.24
18 Vnionis gratia quare est excellentius & permanentius donum quàm gratia operationis.q.10.art.2.pag.238
19 Vnioni incarnationis nihil tam simile inuenitur vt est vnio animæ intellectualis ad corpus.q.2.art.6.ad 1.& 2.pag.17
20 Vnionem naturæ humanæ in persona verbi Dei negare, quid sit.q.2.art.2.pag.11
21 Vnionem animæ,& corpus in Christo non constituitur noua persona:sed ad præexistentem personam Dei composita natura singularis ex anima,& corpore adiuncta est.quæstione 2.artic.5. ad 1.pag.16
1 Volitum.Quadruplex est circa volitum distinctio.q.1.art.3.pa.5
2 Voluntatis actus per modum naturę distinctus contra actum voluntaris per modum rationis contrarium eligẽtis,nihil aliud est quàm velleitas.q.13.art.5.pag.117
3 Voluntatis actualis immutatio an ad omnem remissionẽ peccatorum actualium requiratur.q.86.art.2.ad 1.pag.409
1 Votum.Quod frustrà esset votum,nisi impleretur quando opportunitas adesset,quomodò intelligatur.q.80.art.1.pag.592
2 Vua.Eucharistia.5

Finis Indicis eorum, quæ habentur in Commentarijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diuisio operis in Prologo.

PRIMVS significat incarnari, quàm exprimat. q. 1. art. 1. in tit. pag. 1
Quare vnionis mysteriũ nomine incarnationis significetur. Ibid.
Conueniens claudit in se possibile, & addit super illud. Ibid.
Diuus Thomas non inuestigauit hic possibilitatem incarnationis, & quia nulla scientia probat suum subiectum, & quia sub titulo conuenientiæ satisfecit etiam materiæ de possibilitate. Nec tamen dissonat hic à seipso in tertio sententiarum, à possibilitate inchoante: quia ibi non erat doctrinæ ordinator. Ibid.
Aliud est loqui de ratione boni, & loqui de ratione talis boni. eodẽ artic. cor. pag. 1
Communicare se alijs importat perfectionẽ, ad minus in his quibus communicatur. Ibid.
Communicare seipsum, pertinet ad boni rationẽ: non quidem determinatè per modum naturæ aut liberè, sed communiter & indeterminatè ad vtrũque modum, & quomodò. Ibid.
Tribus modis plusquam genere diuersis, Deus intelligi potest cõmunicare seipsum creaturæ. Ibid.
Dupliciter & catholicè contingit loqui de incarnatione. eo. articu. ad 1. pag. 1
Vniri Deo in persona, nec conueniens, nec inconueniens est carni humanæ secundum conditionem naturæ, & quare. eodem art. ad 2. pag. 1
Purus homo non potuit sufficienter, id æquando culpam commissam satisfacere pro peccato, formaliter loquendo de puro homine. ad Sco. art. 2. ad 2. pag. 3
Infinitas offensæ causat impossibilitatẽ satisfaciendi simpliciter, in puro homine formaliter loquẽdo de puro homine. Ibid. ad Sco.
Satisfactio Christi est perfecta & condigna secundum æqualitatẽ ad culpam cõmissam. Quum siquidẽ actiones Christi humanæ possint considerari, & vt sunt res quædam creatæ ac proinde finitæ: & vt egrediuntur ac exercentur à diuino suppposito, secũdo modo sunt infinita entia personaliter, & infinitæ efficaciæ in genere meriti seu satisfactionis. Ibid. ad Duran.
Licet ad Deos & parentes non possit reddi æquiualés à creatura, potest tamen reddi à diuina persona incarnata. Ibid.
Charitas in Christo satisfaciente se tenet ex parte Deitatis vt cui satisfaciendum est, sed vt satisfactor est. Ibid.
Omnis alia satisfactio efficax est participatiuè ex satisfactione Christi, ex duplici capite, primò, quia Christus &c. Ibid.
Distinctio potentiæ in naturalem & obiectalem. articulo 3. ad 3. pagina 5
Hæc propositio, prædestinatio præsupponit præscientiam futurorum, intelligitur sic. Prædestinatio vt respicit prædestinata, præsupponit præscientiam futurorum prædestinatorum, sed eorũ quæ præsupponuntur vel ordinantur per prædestinationem. eodem art. ad 4. pag. 5
Quomodò dicta propositio sit ad propositum solutionis argumẽti prædestinationem Christi necessariam absque peccato arguentis. Ibid.
Duplices effectus prædestinationis. Ibid.
Tres de facto in vniuerso inueniuntur ordines. Ibid.
Ad Scotum probantem quòd incarnatio etiam sine peccato fuisset. Ibidem.
Quadruplex distinctio, prima inter volitũ & volibile, secunda inter magis & prius natura volitum, tertia inter prius natura, vel à quo non conuertitur consequentia, vel prius causalitate, quarta inter prius natura volitum: prout prius est à quo non conuertitur consequentia, de facto vel possibili. Ibid.
Quomodò intelligatur Christum deleuisse omnia peccata mundi. art. 4. pag. 7
Quomodò intelligatur peccatũ originale per se loquendo esse maius extensiuè quàm actiuè. Ibid.
Christus principalius venit abolere peccatum totius naturæ, quã peccatum vnius personæ, est simpliciter & absolutè conclusio responsiua quæsito literæ. Ibid.
Quomodò hæc Chrysostomi verba intelligantur, sed & qui pro omnibus se solum iudicaret obnoxium. eodem articulo, ad tertium. pag. 7
Quinque rationes quare non fuerit conueniens Deum incarnari immediatè post peccatum. art. 5. pag. 8
Duplex motus humanæ naturæ de imperfecto ad perfectum. artic. 6. pag. 9
DVpliciter potest intelligi aliquid conuerti in aliud. s. per transubstantiationem & per transmutationem. q. 1. art. 1. pag. 9
Duplex modus informandi. Ibid.
Omnis natura composita ex materia & forma in se est communicabilis pluribus, & de facto potest inueniri in pluribus nisi contiet ex tota sua materia. Ibid.
Similitudo Athanasij sicut anima rationalis & caro vnus est homo &c. intelligitur quantum ad vnitatem suppositi. eodem articul. ad 2. pag. 11
Distingui secundum rem contingit dupliciter. art. 2. pag. 11
An differentia posita in litera inter suppositũ & naturam, habeat locum in angelis. Ibid.
An illud quod suppositum dicitur addere supra naturã, oporteat esse eius reale. Ibid.
An illud quod suppositum addit supra naturam, oporteat esse intrinsecum suppposito. Ibid.
Quid sit illud quod suppositum creatum addit intrinsecum sibi supra hanc naturam suam. Ibid.
Quomodò verificetur quod in Deo nihil inuenitur præter rationem suæ speciei. Ibid.
In ista maxima, omne quod inest alicui personæ siue pertineat ad naturam illius siue non, vnitur ei in persona, sumitur inesse personæ propriæ, vt inesse distinguitur contra extrinsecus adiacere. Ibid. pag. 11
An passiones nominum secundum modos significandi conueniẽter non pro ratione, sed pro manifestatione differentiæ inter naturam & personam Dei secundũ rationem, in litera afferantur. eod. art. ad 1. pag. 11
Quomodò intelligatur similitudo in litera assignata inter sensitiuum in homine & bruto, & humanam naturam in propria & aliena persona. eod. artic. ad 2. pag. 11
Distinctio inter per se existere, & per se separatim existere. eod art. ad 3. pag. 11
An distinctio vnionis in vnionem, in persona aut in natura, sit sufficiens. Ibid.
Suppositum quare dicatur. artic. 3. tit. pag. 13
Ad conueniẽter persona Christi distinguatur secundum id quod in se est, & secundum rationem hypostasis. art. 4. pag. 14
An in persona Christi sint duæ rationes subsistendi in duabus naturis, & vnum subsistens duobus. Ibid.
An sit simpliciter & formaliter verum, personam Christi esse compositam. Ibid.
Ratio compositionis imperfectionem componentium formaliter importat. Ibid.
Multiplex genus compositionis. Ibid.
Ex vnione animæ & corporis in Christo nõ constituitur noua persona. art. 5. ad 1. pag. 16
Verbum Dama. assumpsit naturam humanã in atomo, dupliciter exponitur. eod. art. ad 2. pag. 16
Si Christus naturali generatione aliquem produxisset, purum hominem produxisset. Ibid.
Nihil in rebus creatis inuenitur vnioni incarnationis tam simile, vt est vnio animæ intellectiuæ ad corpus. art. 6. ad 1. & 2. pag. 17
Et quomodò hæc vnio sit secundum esse substantiale verbi, non vt est naturæ: sed vt est personæ. Ibid.
Quid interfit inter vniri alicui in hypostasi, & vniri secundom hypostasim. eod. art. ad 3. pag. 17
Vnio naturæ humanæ ad verbum, nõ est formaliter loquendo per vnionem instrumenti definienda. eod. ar. ad 4. pag. 17
Distinctio de vnione, vel quãtum ad relationẽ quam significat, vel quantum ad coniunctionem quam consequitur. art. 7. pag. 17
An hæc sit vera, homo dicitur & est Deus propter vnionem, inquãtum terminatur ad hypostasim diuinam. eo. ar. ad. 3. pag. 20
An prima differentia inter vnionem & assumptionem posita in litera sit vera. art. 8. pag. 20
Secunda differentia, scilicet quòd assumptio dicitur vt in fieri, vnio autem sicut in facto esse, ex parte rei posita est. Ibid.
An relatio vnionis, sit relatio æquiparantiæ. Ibid.
Qualis sit differentia inter vnionem & assumptionẽ: an rationis tantùm, an etiam realis. Ibid.
Quid sit proprius terminus assumptionis, absolutúmne aliquod, an relatiuum. Ibid. ad Sco.
An distinctio in litera posita, scilicet cõiunctionem posse accipi ex parte extremorum, vel ex parte termini, sit sufficiens. ar. 8. p. 22
An vnio incarnationis sit maxima post vnionem diuinæ trinitatis. Ibid. ad Duran.
Natura humana Christi se habet ad personam filij Dei, sicut se habet natura Sortis ad personam Sortis. art. 10. pag. 23
Gratia aliquando sumitur vt comprehendit sub se quencúnq; infusum habitum. Ibid.
Duplex acceptio coniunctionis humanæ naturę, cum persona filij Dei. Ibid.
Nulla operatio illius hominis, qui est Christus, potuit præcedere vnionem. art. 11. pag. 24

An incom-

ANincommunicabilitas personę conuenienter assignetur per hoc quod est non posse prædicari de pluribus. q. 3. articulo 1. pagina 26
An sola diuina persona possit subsistere in duabus naturis propter suam infinitatem. Ibidem ad Scotum.
Quomodò sumatur denominatio quum dicitur quod natura humana non constituit diuinam personam simpliciter, sed constituit eam, secundum quod denominatur à tali natura. eod. artic. ad 3. pag. 27
An personæ diuinę conueniat, primò ratione essentiæ diuinę assumere terminatiuè. art. 2. pag. 27
In Deo inuenitur duplici modo subsistens & habens naturam, scilicet communiter & incommunicabiliter. Ibidem.
Subsistere in diuinis formaliter loquendo est magis personale quã essentiale. Ibidem.
Dilucidatio duplicis abstractionis, scilicet ex parte rei, & ex parte intellectus. art. 3. pag. 29
An abstractis per intellectum diuinis personalitatibus possit intelligi natura diuina assumere. Ibidem.
An circunscriptis per intellectum personalitatibus trium personarum remaneret in intellectu vna personalitas Dei. eodem artic. ad 2. pag. 29
Quid intelligatur nomine abstractionis per modum resolutionis. eod art. ad 3. pag. 30
An sit possibile diuinis personis, vt duę vel tres assumant vnam naturam humanam. art. 6. ad Scotum. pag. 32
An rectè in litera exponatur authoritas Anselmi, scilicet plures personæ nõ possunt assumere vnũ & eundẽ hominẽ. Ibid. ad Duran.
Quomodò intelligatur hęc propositio, quod potest in vnum & nõ in amplius, habet potentiam limitatam ad vnum. artic. 7. pag. 33
Persona diuina non solũ est infinita in essendo & causando ratione naturæ diuinæ: sed est etiam infinita in terminando ratione suæ personalitatis. Ibidem.
Nunquã nomen abaliqua forma impositum: pluraliter dicitur, nisi propter pluralitatẽ suppositorum. ad Scot. eod. art. ad 1. pa. 34
ANhæc consequentia valeat, assumptibile non attenditur secundum potentiam passiuam naturalem, ergo secundum congruentiam. q. 4. artic. 1. pag. 35
Quomodò intelligenda sit hæc propositio, creaturæ denominantur aliquales ex eo quod cõuenit eis secundum proprias causas: non autem ex eo quod conuenit illis secũdum primas & vniuersales causas. Ibidem.
Quo pacto intelligatur quod in angelis deficit necessitas reparationis. Ibidem,
An hæc propositio sit vera, maior & perfectior est vnio ad Deum: secundum esse personale, quã quæ est secundum operationem. eod. art. ad. 2. pag 36
Quid persona seu hypostasis addat supra naturam singularem. art. 2. ad Scot. & Aureo. pag. 37
An humana natura in Christo inclinetur ad propriam personalitatem. eod. art. ad 3. pag. 37
Quo pacto verificetur, quod persona diuina impedierit naturã humanam à propria personalitate. Ibidem
An debeat cõcedi, quòd filius Dei assumpsit hominẽ. ar. 3. ad 2. p. 41
Quomodò intelligitur, quod est contra rationem formæ communis, esse in persona. art. 4. pag. 41
De quibus operationibus cõmunibus & meritorijs sit sermo, quũ dicitur: quod non fuisset conueniens naturam per se separatam assumi. &c. Ibidem.
Quare diuus Tho. probans humanitatem diuinam aut humanam, non meminerit humanitatis angelicæ. Ibidem.
Explicatio quædam dignitatis humanæ. art. 6. pag. 43
NOtabile ex Aug. propter verentes in dubium, an Deus possit fallere. q. 5. art. 1. pag. 43
An sanguis qui erat in corpore Christi, esset diuinitati vnitus. art. 2 pagina 44
Lux maior offuscat minorẽ non quo ad substantiam lucis, sed quo ad effectum. art. 4 pag. 45
ANin mysterio assumptiõis sit ordo naturę partiũ humanę naturę ad inuicem, & partium ad totũ. q. 6. ar. 1. pa. ad Du. p. 46
Quomodò intelligatur quod corpus est vicinius personę propriæ, anima autem naturæ humanæ. eod. art. ad 2. pag. 47
Quomodò apud diuum Tho. anima dicatur mediare in assumptione carnis. eod. art. ad 3 pag. 47
Dupliciter potest intelligi subsistentiam animæ per existentem corrumpi in assumptione. art. 3. pag. 48
An in communi resurrectione anima separata huius vel illius reuersa ad corpus, retineat suam propriam terminationẽ, an perdat illam, & terminetur personalitate eorum. Ibidem.
Naturalis modus productionis alicuius, diuersus penes hoc quod est produci in corpore vel extra & ante corpus, arguit diuersitatem naturæ rei productæ. Ibidem.
An materia propria formæ sit ante aduentũ formę. artic. 4 pag. 49
Cur effluente naturę ordine secundum quodlibet genus causæ, diuus Tho. ordinem naturæ duobus eorũ appropriet. art. 5. pa. 50
Cur ordinem naturæ ex parte materiæ in mysterio incarnationis diuus Tho. pertransierit. Ibidem.
An verbum assumpserit naturam humanam mediantibus eius partibus. ad Scot. & Duran. eod. art. ad 1. pag. 51
ANritè ratio reddatur quare necesse sit ponere in Christo gratiam habitualem. &c. q. 7. art. 1. pag. 51
Virtus heroica non differt specie à virtute communiter dicta. artic. 2. ad 2. pag. 53
An sicut ex defectu materiæ magnificentiæ in Christo non sequitur defectus magnificentiæ interioris: ita nec ex defectu materiæ fidei sequetur defectus fidei. in eod. art. 3 pag. 54
An spes in Christo respectu substantiarum separatarum fuerit habitus aliquis. art. 4. pag. 54
An diuina eminentia in timore reuerentiali Christi, habuerit rationem reuerentiæ quatenus eminentia Dei absolutè, an quatenus est potens infligere malum. art. 6. pag. 55
Ad rationem prophetæ requiritur: quòd cognoscat ea quæ sunt procul ab his, cum quibus ipse est. art. 8. pag. 57
De mente diui Tho. datur summum possibile in gratia. art. 9. pa. 57
Ista propositio: Christus est vniuersale principium generis habentium gratiam, intellectualiter de principio vniuersali nõ contento in tali genere. Ibidem.
An gratia cuiuslibet singularis personę habeat quantitatẽ alterius rationis à quantitate gratiæ Christi. art. 11. ad 1. pag. 60
Quomodò finis gratiæ habitualis est vnio personalis. art. 12. pa. 60
Quare nullus purè viator attingit ad summum gratiæ ex parte gratiæ. Ibidem.
Quomodò verificetur hęc propositio, omni finito potest fieri additio. eod. art. ad 1. pag. 61
Ratio multorum dictorum sancti Tho. de gratia vnionis. artic. 11. ad 3. pag. 62
ESse caput: dicitur de Christo metaphoricè solùm. quæst 8. artic. 1. pagina 62
Virtus attribuitur capiti humano: sed quo respectu. Ibidem.
Gratia Christi dupliciter dicitur prima. Ibidem.
Quomodò actiones Christi causent efficienter in nobis gratiam. eod. art. ad 1. pag. 63
Quomodò corporalis natura Christi possit agere in angelos. art. 4. ad 3. pag 65
An valeat ille processus, actus habetur secundum quandam eminentiam, ergo est actiuus aliorum eiusdem generis. articulo 5. pagina 65
An Antichristus dicatur caput omnium malorum tam dęmonum quàm hominum. art. 8. pag. 67
An Diabolus & Antichristus sunt duo capita, an vnum tantùm. Ibidem.
ANsit possibile actum intelligẽdi quo Deus intelligit, fieri actũ intelligendi quo anima Christi formaliter intelligeret. q. 9. art. 1. pag. 69
An ista propositio, reducens aliquid de potentia in actũ, est in actu, sit vera. art. 2. pag. 70
Visio Dei est soli Deo simpliciter naturalis. eod. art. ad 1. pag. 70
An bene in litera probetur hæc conclusio, oportet in Christo ponere scientiam inditam per hoc quòd dicitur quòd eius intellectus possibilis fuisset imperfectus. art. 3. pag. 71
Quomodò debeat intelligi hæc propositio literæ, frustra est quod caret propria operatione, & an in dicta propositione sit sermo de omni propria operatione alicuius. art. 4. pag. 72
Quæ scientia per se, & quæ per accidens dicatur infusa. Ibidem.
Habitus per se infusi, & habitus per se acquisibiles sunt diuersarum rationum intrinsecè, & essentialiter. eod. articulo, ad 2. & 3. pagina 73
Cur in litera asseratur in Christo non fuisse scientiam ex suo genere acquisibilem per infusionem vt fuit in Adam. Ibidem.
ANbene declaretur à virtute operatiua virtutem deitatis nõ esse comprehensa ab humanitate Christi. quæstio. 10. articulo 1. pagina 74
Quomodò intelligatur hæc propositio, Cuilibet beato conuenit, quod videat omnia spectantia ad se. art. 2. pag. 75
Anima Christi non videt in verbo quicquid videt verbum. eod. ar. ad 2. pag. 75
An ex hoc quod anima Christi scit omnia quæ scit Deus scientia visionis, sequatur ipsum scire infinita. art. 3. pag. 76
An intellectus creatus possit simul videre infinita ita quod distinctè cognoscat quodlibet eorum, eodem articul. ad secundum pagina 77
An sit creaturæ possibilis sublimior gradus diuinæ visionis quàm sit gradus animæ Christi art. 4. ad 3. pag. 78
ANconcessa in Christo cognitione abstractiua omnium singularium, concedenda sit cuiuslibet singularis propria species in Christi intellectu. q. 11. art. 1. ad Scot. pag. 78

Universidad de Deusto
Biblioteca

An in Christo fuerit cognitio intuitiua omniú singularium. Ibid. ad Scotum.
An ex ratione literæ bene concludatur in anima Christi per scientiam infusum notitia omnium singularium. Ibid.
An naturale vinculum inter intellectum humanum & phantasmata efficiat, vt non possit etiam infusa vti scientia nisi conuertendo se ad phantasmata. art. 2. pag. 80
An Christus indigebat conuersione ad phantasmata in vsu scientiæ infusæ. Ibid. ad Duran.
An anima Christi imperfectius quocúnque angelo, intuitiuè cognouerit in proprio genere quicquid intueri vtrique datum est. art. 4. ad Scot. pag. 81
An species intelligibiles infusæ animæ Christi fuerint perfectissimæ. art. 6. ad Sco. pag. 82
AN ex visione corporum cœlestium possint comprehendi virtutes eorum. q. 12. art. 1. ad 2. ad Duran. pag 85
An experientia pariat solùm scientiam similium secundum speciē. Ibid. ad Duran.
HAEc propositio, quælibet res habet potentiam actiuam respectu eorum ad quæ se extendit suæ naturę perfectio, intelligitur in genere rerum actiuarum. 13. art. 1. pag. 85
An in anima Christi sit virtus instrumentalis ad omnia miracula art. 2. pag. 86
An Christus voluerit humana voluntate aliquid fieri per alios homines, & non potuerit facere quod fieret. art. 4
QVomodò licuerit hic vbi de defectibus corporis agitur, ignorantiam inter defectus communes computare. quæst. 14. ar. 4. pag. 91
AN perfectio virturis regulariter tollat fomitem. quæst. 15. ar. 2. pagina 93
Dolor est passio appetitus sensitiui ex corporis læsione percepta sensu. art. 5. pag. 95
An compositio ex contrarijs sit causa prima mortis &c. cod. artic. ad 1. pag. 95
An motus appetitus sensitiui ex malo futuro apprehenso, abstrahendo à certo vel incerto, sit verè timor. art. 7. pag. 96
An ex hoc quòd Christus omnia certo cognouit, sufficiēter excludatur timor quo ad incertitudinem euentus. Ibid.
Quomodò intelligendum sit iram componi ex tristitia & appetitu vindictæ. art. 9. pag. 97
AN hæc propositio, Deus est homo, sit in materia naturali. q. 16. ar. 1. ad 1. pag. 100
An dicta propositio sit per se. Ibid.
An homo prædicetur de Deo, sicut species de sua hypostasi. Ibid. ad Scotum.
Quomodò verificetur quòd homo prædicatur de Deo ratione relationis. cod. art. ad 4. pag. 100
Quomodò intelligatur quod in ista propositione, Deus est pater, ly Deus supponit pro persona patris. art. 2. ad 2. pag. 101
An congrue in litera reddentur ratio quare Iesus Christus non debet dici homo dominicus. art. 3 pag. 101
Quare personam aliquam fieri hominem, non importat mutationem in persona acquirente naturam humanā, quum tamen fieri hominem absolutè, importet mutationem in subiecto acquirente naturam humanam. art. 6. ad 2. pag. 103
An in illa propositione, homo est factus Deus: ly homo possit supponere & simpliciter & personaliter. art. 7. pag. 104
An etiam factum sit quòd iste homo sit Deus. Ibid.
Quare ista dicitur simpliciter vera, Deus factus est homo, ista autē simpliciter falsa, homo factus est Deus. Ibid.
Quomodò intelligatur quòd ex verbis inordinatè prolatis incurritur hæresis: & quomodò prohibitum sit communicare cum hæreticis in vocabulis. art. 8. cor. pag. 105
Non est euangelica, sed Arriana vox, Christus est minor patre, sicut & hæc, Christus est creatura. Ibid.
An ex eo quòd subiectū stat materialiter pro supposito, liceat inferre istam esse falsam, iste homo, id est Christus incepit esse. ar. 9. ad Duran. & Sco. pag. 106
An propositio affirmatiua falsa & repugnātia terminorum possit fieri vera per additam reduplicationem vel determinationē nō tollentem illam repugnantiam. ar. 10. pag. 107
AN in solo Deo natura prædicetur de supposito. quæst. 17. arti. 1. pag. 109
An liceat arguere à destructione antecedentis. Ibid.
An de mente diui Thomæ multum sit in Christo esse actualis existentiæ de genere substantiæ creatum: sed sola existentia increata. art. 2. pag. 111
An ita sit in veritate quòd in Christo nulla sit existentia substantialis nisi diuina. Ibid. ad Sco. Duran. & Ioan. de Neapo.
VNiuersaliter loquendo actus voluntatis per modum naturæ distinctus contra actum voluntatis per modum rationis contrarium eligentis, nihil aliud est quàm velleitas. quæst. 18. artic. 5. pag. 117
AN Christus meruit exteriora bona, quia dignitas merendi spectat ad charitatem, ac per hoc præstat exteriorum bonorum præsentiæ coæua. q. 19. art. 3. pag. 122
Priuilegium Christi quid sit. art. 4. pag. 123
SIcut voluntas distinguitur in simpliciter vel secundum quid: ita oratio prout est petitio, distinguitur in simpliciter vel secundum quid. q. 21. art. 4. pag. 127
QVomodò intelligatur quod inquantū Christi humanitas operabatur virtute diuinitatis, sacrificiū Christi erat efficacissimum ad delenda peccata per gratiam. q. 22. art. 3. ad 1. pag. 129
Quare dicitur sacrificium offerri per modum satisfactionis &c. articulo 4. ad 2. pag. 130
Sacrificium Christi sumitur dupliciter, scilicet secundum se, & secundum suum morale sacrificium. art. 6. pag. 131
QVomodo intelligatur quòd habitudo est qua Deus est diues. q. 23. art. 1. pag. 131
PRædestinatio quid sit. q. 24. art. 1. pag. 134
An hæc locutio sit propria, Christus prædestinat° est filius Dei. cod. art. ad 2. & 3. pag. 134
HOnorari vt causa honoris quid sit. q. 25. art. 1. pag. 136
An motus in imagine quatenus imago est, sit idem cum motu in rem ipsam. art. 3. pag. 138
An processus diui Tho. quo probat imaginē Christi esse adorandam eadem adoratione qua Christus, sit bonus. Ibid. ad Durā.
An Dei imagines sint licitæ. cod. art. ad 1. pag. 138
An beata Virgo ratione Christi, cui fuit intrinsecè coniuncta, sit adoranda adoratione latriæ. art. 5. pag. 140
QVid & vnde tanti sit illud quo Christus mediat, meretur, & satisfacit. quæstione 26. articulo secundo, ad primum & tertium. pag. 140
SAnctificatio potest dupliciter sumi, primò, vt est de contrario in contrarium, secundò, vt est de negato in affirmatum. quæst. 27. ar. 2. pag. 143
Quomodo valeat iste processus, proles concepta ante infusionem animæ rationalis, non est culpæ obnoxia: ergo quomodocúnq; ante animationem beata Virgo sanctificata fuisset, non incurrisset originalis peccati maculam: ergo non indiguisset redemptione Christi. Ibid.
An ex hoc quod beata Virgo non fuit sanctificata ante animationem, sequatur quod sanctificatio eius fuerit post animationem. Ibidem.
Quomodò fomes sit inordinata concupiscentia habitualis. arti. 3. pag. 145
An ex hoc quòd fomes est concupiscentia contraria rationi habitualiter, liceat inferre quod fomes est inclinatius ad malum, & difficultatius in bono. Ibid.
Dupliciter potest exponi ly perfectiuus, quum dicitur quòd fomes in beata Virgine, perfectiùs ligabatur per diuinam prouidentiā, quàm per memoriem sanctificationem. Ibid.
An autoritas Apostoli, sed manifestatio spiritus &c. bene inducatur ad probandum quod priuilegia gratiæ quæ dantur aliquibus præter communem legem, ordinantur ad vtilitatem. articul. 6. pag. 148
An sanctificatio beatæ Virginis in vtero matris ex sacra scriptura habeatur. Ibid.
An credenda sint miracula quæ in sacra scriptura non continentur. Ibid.
AN sicut natura determinata ad vnum effectum, ita sit determinata ad vnum modum producendi illum. quæst. 28. articu. 1. pag. 149
Quomodo intelligatur hæc propositio, virtus naturalis nō potest trāsmutare ad certam formam, nisi determinatā materiam eodem art. ad 5. pag. 150
Illud proprie dicitur agens posse vel proprium effectum, & vt in propriam materiam, quod vnica transmutatione potest educere de potentia ad actum. Ibid.
COnsensus in copulam coniugalem non præiudicat virginitati mentali, quia in copulaconiugali non continetur copula carnalis nisi in potentia. q. 29. art. 1. pag. 153
Affirmandum vt rationi consentaneum est, quòd in propria domo inuenta est beata Virgo in vtero habens. artic. 2. ad tertium pagina 155
Dubium est qua traductione loquatur euangelista, quum dicit beatum Ioseph noluisse beatam Virginem traducere: an scilicet de traductione in infamiā, an simpliciter in domesticum cōsortiū, an potius in vtrúnque. Ibid.
QVomodò intelligatur prophetiam prædestinationis compleri sine nostro arbitrio cauēante. q. 30. art. 1. pag. 155
REfellitur error nouiter exortus, de conceptione Christi. q. 31. art. 5. pag. 161
ALiter & aliter attribuitur personę spiritus sancti efficere carnē Christi, filio assumere eandem. quæstione 32. artic. primo. pag. 164

An ex eo quod spiritussanctus efficit propriam operationem filiorum Dei quę est clamare abba pater, rectè infertur quod ipse est effector filiorum Dei. Ibid.
Quomodò valeat iste processus, distinctio sexus est à natura propter diuersam operationem ad generationem opportunam: ergo est penes diuersitatem agentis & patientis: ergo tota virtus actiua est ex parte maris: passio verò ex parte fœminæ. articu. 4. pag. 166
An mater concurrat aliquo modo actiuè ad generationem prolis. Ibidem ad Sco.
QVom dicitur augmentum non esse sine motu locali, de quo motu intelligatur. q. 33. art. 1. pa. 168
Formatio dominici corporis in primo instanti fuit perfecta essentialiter, non autem quantitatiuè. Ibidem.
AN gratia vnionis in Christo sit prior gratia habituali &c. q. 34. arti. 1. pag. 170
An inconueniat quod aliqua perfectio actus secundi de nouo adueniat animæ Christi. arti. 2. pag. 171
Primus actus meritorius ràm in angelis quàm in Christi anima fuit verè actus liber. art. 3. pag. 172
Quid diuus Tho. senserit de hac quæstione: an gratia viatoris sit minor gratia comprehensoris etiam secundum suam quantitatem. art. 4. pag. 172
IN litera quum dicitur quod natiuitas attribuitur personæ vt subiecto nascēti: intelligitur de subiecto denominationis. q. 35. art. 1. pag. 179
An bene probetur quod beata virgo est verè mater Christi, & quomodo. art. 3. pag. 176
Tria concurrunt ad relationem realem. scausa, subiectum & terminus. arti. 5. pag. 176
An relationes pluralicentur secundum terminos. Ibid. ad Sco.
An pater vnica paternitate referatur ad plures filios. Ibidē ad Sco. pag. 80
An formæ eiusdē speciei possint simul esse in eodem subiecto. Ibidem ad Sco.
An hæc ratio valeat, filiatio est ita suppositi vt subiecti quod non naturæ: ergo in Christo non est filiatio temporalis realis. Ibid. ad Sco.
An filiatio temporalis Christi sit rationis tantùm. Ibid. ad Sco.
CHristi nativitas non debuit nec per attestationem quidem omnibus manifestari. & quare. q. 36. art. 1. pag. 180
Quare cometa dicitur signum mortis principū magis quàm aliorum hominum. art. 7 ad 3 pag. 184
AN circuncisio Christianorum Iudorum dicentium se circunci di vt conformentur Christo, sit licita. quæstione 37. artic. 1. pag. ead.
An sacrificium Leuit. 22. præceptum, pro peccato prolis offerretur. artic. 3. pag. 187
RAtionabile est, quod Ioannes & Apostoli baptizati fuerint à Christo. q 38. art. 6. pag. 116
AN columba in cuius specie descendit spiritussan. super Christū baptizatum fuerit verum animal. q. 39. art. 7. pag. 195
QVid Christus ante Ioannis baptisma exercuerit. quæst. 40. art. 1. pag. 197
Christus fuit exemplū perfectiōis in omnibus quæ per se pertinēt ad salutem. art. 2. ad 1. pag. ead.
Quæ debeat cauere verbi Dei prædicator. art. 3. pag. 198
Quæ paupertas per se dicatur voluntaria. cod. articu. ad primum. pag. ead.
VIrtuosi fuit Christi tentatio contra nostras tentationes. q. 41. artic. 1. pag. 100
Modus vincendi tentationes est recursus ad diuinas scripturas & sanctorum exempla. Inid.
An omnis tentatio ab intrinseco sit peccatum. cod. articul. ad 3. pag. 200
Quare diabolus Christum tentauerit. arti. 4 pag. 201
An conueniens ratio ordinis tentationum in litera ponatur: scilicet vt à leuioribus ad grauiora conscendat tētatio spiritualium. Ibidem.
An Christus si miraculum fecisset conuertendo lapidē in panem edendum à seipso, peccasset. cod. art. ad 1. pag. 201
Ordinem tentationum Christi explicat Matthæus secundum tempus. cod. art. ad 5. pag. 203
Quid sit Christum fuisse assumptum à Diabolo. Ibid.
PEnes quæ attendatur excellentia doctrinæ Christi. quæstio. 42. arti. 1. pag. 203
Quomodò & quando debeant publicè reprehendi maiores. artic. 2. pag. 204
Quomodò intelligatur quod Christus palàm docuit, & in occulto loquutus est nihil. arti. 3. pag. 204
Excellentior est modus docendi verbo quàm scripto. articul. 4. pagina 205
Socrates nihil scripsit sub proprio nomine. Ibidem.
Quare Christus nihil scripserit. Ibidem.
RAtionabiliter creditur miraculū in nuptijs factum fuisse simpliciter primum Christi miraculum. q. 43. art. 3. pag. 207
Miracula quæ Christus fecit, sufficienter manifestant ipsius deitatem. art. 4 pag 208
AN dæmones cognouerint Christum esse Messiam in lege promissum, item an cognouerint ipsum esse verum Deum. qu. 44. arti. 1. pag. 209
Sicut corpora elementaria habent duplices motus naturales: ita corpora cœlestia vltra naturalem inclinationem ad suos cursus possunt immutari in illud quod author naturæ facit. art. 2. pag. 210
QVomodò ista ratio literæ valeat, non est adempta Christo potestas deriuandi gloriam animæ ad corpus: ergo gloria illa claritatis quæ apparuit in Christo in transfiguratione, deriuata est ab anima. q. 45. art. 2. pag. 214
AN conuenienter in litera quæratur de necessitate passionis Christi ad salutem humanam prius quàm quæsitum sit de eius possibilitate. q. 46. arti. 2. pag. 217
Quomodò intelligātur hæc Chrysostomi verba, sed etsi absq; morte corpus alicubi deposuisset &c. art. 3. pag. 217
Quid sit esse à Deo maledictum. arti. 4. ad 3. pag. 217
Generalis quædam explicatio Christi passionum. arti. 5. pa. 219
Quare ad literā Christus generalitatē passionū susceperit. Ibid.
Dolere importat actum appetitus animalis: pati autem cōmunius est. artic. 6. ad Sco. pag. 220
An ratio superior animæ Christi in ipsius passiōe ex parte sui obiecti pateretur. art. 7. pag. 221
Quoto luna die fuerit Christus mortuus. art. 9. pag. 223
AN anima Christi habuerit potestatem præseruādi corpus suū à morte. q. 47. art. 1. ad Sco. pag. 225
Vnde anima Christi habuerit prædictam potestatem. Ibid.
Duplex modus dicendi de clamore Christi in cruce. cod. arti. ad 2. pag. 126
Celeritas mortis Christi fuit duplex. Ibidem.
Christus sua passione adimpleuit legem totam, & omnem iustitiam omnis generis iuris & præcepti. arti. 2. pag. 226
Hæc propositio, innocentem hominem passioni & morti tradere inuitum est impium & crudele, quomodò intelligatur. art. 3. ad 2. pag. 227
An maiores Iudeorū cognouerint Christū esse Messiā. art. 5. p. 228
An peccatum Iudæ fuerit grauius peccato principum Iudeorum. art. 6. ad 2. pag. 229
AN vnus possit pro alio satisfacere & non conteri aut confiteri, &c. q. 48. art. 1. pag. 230
Medium rectū actibus nostris moralibus quare dicatur. Ibidem.
Distinctio cōuenientiū Christo mediāte natura humana. ar. 5. p. 232
An passiones sanctorum proficiant ecclesię per modum redēptionis. cod. art. ad 2. pag 233
SIne fide passionis Christi explicitè vel implicitè, impossibile est potentia ordinaria hominem peccatorum remissionem consequi. q. 49. arti. 1. pag. 234
Quomodo diabolus machinando in mortē Christi excesserit modum potestatis sibi a Deo traditæ. artic. 2. pag. 234
Ianua cœli per similitudinē dicitur fruitionis diuinæ consecutio. arti. 5. pag. 236
Tria notabilia circa passionis Christi effectum. Ibid.
ISta propositio, nullum donum diuinæ gratiæ perditur sine culpa, quando locum habeat. q. 50. art. 2. pa. 238
Quare gratia vnionis est excellentius & permanentius donū quā gratia operationis. Ibidem.
Quomodò intelligenda sint hæc domini verba, ego pono animā meam &c. arti. 3. ad 1. pag. 239
An corpus Christi viuum & mortuum fuerit idem numero simpliciter & omnibus modis. arti. 5. ad Sco pag. 240
An mors Christi in facto esse fuerit meritoria ex parte animæ. ar. 6. pag. 240
Quomodò saluetur similitudo inter effectum & causam in tertia conclusione literæ posita. Ibidem
AD quid spectet excisio sepulchri Christi in petra. q. 51. articu. 2. pag. 242
An præseruatio corporis Christi à putrefactione attestetur naturæ ipsius virtuti & voluntariæ morti. art. 3. pag. ead.
Tres dies mortis Christi & creationis mundi diuersimodè ordinātur. arti. 4. pag. 243
DIuus Tho. in litera sub inferno damnatorum comprehendit etiam infernum puerorum. q. 52. art. 2. pag. 244
An etiam ad infusionem lummis gloriæ in sanctis patribus sopera tus sit descensus animæ Christi. Ibid.
An descensus Christi ad inferos fuerit secundum substantiam animæ, an solùm secundum effectum. Ibidem ad Duran.
Pœnalitates Christi quantum durauerint. art. 4. pag. 246
Cum quiete & immunitate sanctorum patrum in limbo à pœna sensus, stat dolo, seu afflictior ex spe dilata. arti. 5. ad 1. pag. 247

Universidad de Deusto
Biblioteca

Duo genera liberatorum à purgatorio in descensu Christi. artic.1. pagina 248
AN illi qui cum Christo surrexerunt ad vitam penitus immortalem surrexerint. quæstione 53. articulo tertio, pagina 252.
Cœlum resisteret tactui si quis ad orbem lunæ pertransire vellet, ibi existens, non tamen sentiretur tactu densitas eius. q. 54. artic. 2. pag. 252
Omnis mutatio species quædam mortis est. art. 3. pag. 254
An totus sanguis Christi in passione effusus, resurrexit cũ eo. eod. arti. ad argumenta. pag. 294
An Christo resurgente, oportuerit sanguinem secum reassumere. Ibidem.
Quando secundum August. corpus sit animale, & quando spirituale. Ibidem.
RAtionabilis causa erroneæ visionis Magdalenæ, dum Christum æstimauit hortulanum. quæstio. 55. articul. 4. ad 2. pagina 256
HVmanitas Christi quum sit organũ coniunctum personaliter verbo Dei: est velut vniuersale instrumentum Dei ad quęcũque miracula facienda: exceptis his quæ spectant ad primam rerum creationem. 4. 56. art. 1. pag. 261
QVum dicitur Christũ propria virtute glorificatæ animæ ascendisse in cœlũ, non intelligitur nisi de ipso motu locali ascensionis. q. 57. art. 3. pag. 263
An conuenienter opinemur corpus Christi esse extra totam continentiam cœlorum corporeorum: ita quòd planta pedis eius sit supra superficiem conuexam supremi cœli. articul. 4. ad Duran. pagina 263
Ad quem sensum supra conuexum seu in superficie conuexa cœli empyrei dicatur vnus locus altior altero. art. 5. pag. 264
An Christus corporaliter visus fuerit à Paulo: & an ista visio fuerit tunc quum dixit, Saule Saule quid me persequeris. articul. 6. pagina 264
AN Christus inquantùm homo stet, an verò sedeat in cœlo. q. 58. art. 1. pag. 265
Quam distinctionem importet ly ad, quum dicitur Christus sedere ad dexteram patris. art. 2. pag. 265
An ista sit concedenda, Christus secundum quod homo est filius Dei. art. 3. pag. 266
PErfectum iudicium de re mutabili non potest dari suauiter ante illius consummationem. q. 59. art. 5. pag. 269
Diuina iudicia extendunt se etiam ad ea quæ sunt per accidens. Ibidem.
Aliud est hominem post mortem sortiri statum immutabilem secundum animam: & aliud est sortiri statum non impedibilem. eod. art. ad 1. & 3. pag. 270
Quum dicitur inferiora regi per superiora, quomodò sit intelligendum. art. 6. pag. 270
NOmina multiplicia ad vnum vel in vno vel ab vno, abusiuè vocantur analoga. q. 60. art. 1. pag. 271
Præsumptuosum ac sacrilegium quid sint. articul. 5. ad primum. pagina 273
In sacramentis res, & verba quid operentur. articulo 6. ad 2. pagina 274
Quando oratio habet perfectam significationem ex proprietate vel accommodatione vsus in cæteris loquutionibus: ad sacramẽti perfectionem, quid amplius requiratur. artic. 7. ad secundum pag. 275
Corruptio prolationis verborum in formis sacramentorum, non impedit sacramenti veritatem seu perfectionem. eod. artic. ad 3. pag. 275
Interruptio orationis quæ est forma sacramenti, non debet esse tanta quòd iuxta communem morem hominum cõtinuitas soluatur ipsius orationis. art. 8. pag. 275
AN solum de Adam intelligitur dictum literæ, quòd in statu innocentiæ superiora nullo modo dependebant ab inferioribus, & quòd anima quantùm ad superiorem partem non indiguisset accipere aliquid à corporalibus rebus ad sui perfectionẽ. q. 61. art. 2. pag. 277
An filij innocentes indiguissent sacramentis. Ibid.
DE principali effectu sacramentorum, qui est gratia distincta cõtra characterem. q. 62. arti. 1. pag. 279
An sacramentum sit verè, & secundum rem causa instrumẽtaliter agens ad gratiam. Ibid. ad Sco.
Non inconuenit sacramentum recusare instanti, nec Deum agere in tempore. Ibid. ad Sco.
An serra sit effectiua causa instrumentalis. Ibid. ad Sco.
Quis sit effectus proprius baptismi. arti. 2. pag. 280
Gratia sacramentalis distinguitur specie à gratia virtutũ, & donorum, non sicut habitus ab habitu: sed sicut gratuitum diuinum auxilium à gratuito habituali dono. Ibid.
In sacramẽtis nouæ legis est quædam virtus superaddita: quæ quidem virtus nihil aliud est quàm motus quo instrumentum mouetur à principali agente ad proprium principalis agentis effectum inducendum. art. 4. pag. 281
Duplex est motus quo instrumentum potest moueri. s. simplex & virtuosus. Ibidem.
SAcramenta imprimere characterem, ex sacra scriptura non habetur: sed ex ecclesiæ authoritate non multum antiqua. qu. 63. arti. 1. pag. 284
Quomodò valeat hæc consequentia, character sacramẽtalis est deputatiuus hominis ad cultum consistentem in recipiendo & eradendo, ergo est potentia. art. 2. pag. 285
Sub quo genere generalissimo, & in qua specie ponatur character. Ibid. ad Sco. & Duran.
Quomodò valeat hæc literæ ratio, si relatio characteris fundaretur immediatè super essentia animæ, conueniret naturaliter omni animæ. Ibid. ad Sco.
Quomodò valeat ratio literæ probans: quòd character non est habitus: quia omnis habitus est bonus vel malus. Ibid. ad Sco.
An character sit subiectiuè in potentia animæ. articu. 4. ad Sco. & Duran. pag. 287
An character sit in intellectu. ad Sco. eod. art. ad 3. pag. 289
Quomodò valeat ratio literæ probans character esse in intellectu. s. quia diuinus cultus ad quem character disponit, est quædã fidei protestatio per exteriora signa, ideò character est in intellectu in quo est fides. Ibidem.
Character non potest poni in alia potẽtia, quàm intellectu vel voluntate. Ibid.
Omnis sanctificatio quę sit per sacerdotẽ Christi, est perpetua re consecrata manente. ar. 3. pag. 288
AN interior gradus gratiæ cõprehendatur sub annexis effectui sacramenti quæ per deuotionem ministri impetrari possunt recipienti sacramentum. q. 64. art. 1. pag. 290
Quo pacto hęc ratio literæ valeat: ministri ecclesiæ instrumentaliter operantur in sacramentis, ergo possunt sacramenta conferre etiam si sint mali. art. 5. pag. 292
Debitum secundum decentiam ad opus operatum est debitum secundum necessitatem ad opus operans ministri. ar. 6. pag. 293
Ista regula si affirmatio est causa affirmatiõis, & negatio negationis, tenet in solis causis proprijs. eo. ar. ad 1. pag. 294
Actus prædicandi est de numero actuum consecratorum. Ibid.
In duobus casibus licet inducere indignum ministrũ ad exhibitionem sacramenti. eo. art. ad 2. pag. 294
Ex indulto concilij Constantien. licitum est ab excõmunicatis ministris recipere sacramenta: nisi in duobus casibus. Ibid.
An minister indignus in articulo necessitatis quo laico licet baptizare, baptizans excusetur à peccato. eod. articulo. ad tertium pagina 294
An diuus Tho. in litera intendat excusare sacerdotem indignum in articulo necessitatis baptizantem: ita quòd si baptizet cum solennitate quàm sine solennitate. Ibid.
An huiusmodi administratio sacramenti ab indigno ministro sit ex suo genere peccatũ mortale. Ibid.
An angeli possint administrare sacramenta. articulo 7. ad Sco. pagina 295
An mentalis intentio ministri exigatur ad perfectionem sacramẽti. art. 8. pag. 295
Conditio requisita ad sacramenta non sufficit quòd sit secũdum habitum, sed oportet quòd sit secundum virtutem. eod. arti. ad 3. pag. 296
Tripliciter dicitur quis aliquid intendere, scilicet actualiter virtualiter, & habitualiter. Ibid.
An intentio iocosa ministri tollat veritatem sacramenti. art. 10. ad 2. pag. 297
AN iustus (id est, sine peccato mortali existens) teneatur semel in anno confiteri. q. 65. art. 2. ad 4. pag. 299
Quomodò extrema vnctio præparet ad Eucharistiam. ar. 3. p. 299
Quomodò fideles per confirmationem deputentur ad speciale seruitium spectans ad officium principis. eo. ar. ad 2. pag. 300
Quum ponitur ordo necessarius simpliciter ad salutẽ ecclesiæ, intelligitur de ecclesia simpliciter, & absolutè. artic. 4. pag. 300
QVomodò iste processus valeat, ibi perficitur sacramentum: vbi perficitur sanctificatio: ergo. pag. 300
An mutatio nominum quo ad significatum in formis sacramentorum, tollat veritatem sacramenti. ad 7. pag. 304
Omissio nominis alicuius trium personarum tollit veritatem baptismi. art. 5. pag. 304
An baptismus in nomine Christi aut trinitatis celebratus, valeat. Ibidem.
An trina immersione intenta à ministro, si aliqua omittatur, sit verus baptismus. art. 8. pag. 306
Validæ sunt rationes sancti Tho. ex eo quòd in morte Christi baptizati sumus: & quòd baptismus imprimit characterem, cõcedentis baptismum esse irreiterabilem. ar. 9. ad Sco. pag. 367

Quomodò

QVomodò verum sit, prædicandi & baptizandi officium non cõuenire diaconis. q. 67. art. 1. pag. 310
An baptizare extra necessitatis casum eo modo quo in necessitatis casu licet, sit peccatum mortale. arti. 4. & 5. pag. 311
Supposito quod plures simul possint vnũ baptizare vtroq; abluente & dicente, ego te baptizo, an etiam plures simul possint vnũ baptizare vtroq; abluente, & dicente, nos te baptizamus. art. 6. ad Duran. & Pet. de Pal. pag. 311
An plures simul possint vnum baptizare, vno abluente & altero verba proferente: ita quod vnitas ministri baptismi ex duabus personis integretur. Ibidem.
An diuus Tho. sufficienter discutiat formas quibus vti possent plures vnum baptizantes. Ibid.
Quomodò fieri seu intelligi possint duo agentia totalia quanuis instrumẽtalia eiusdem rationis producere efficaciter simul vnũ effectum: non perfectum magis quàm si ab vno eorum tantùm produceretur: & hoc in subiecto capaci perfectionis effectus, & de effectu suscipiente magis & minus. Ibid.
Si baptizando plures non interdiceret alia mutatio quàm dicere baptizo vos: nõ videretur magna ad hoc necessitas exigi. eo. art. ad 2. pag. 311
AN in casu necessitatis ad salutem puerorũ sufficiat baptismus in voto parentum. q. 68. art. 1. & 2. pag. 316. & 317
Qualiter debeat determinari tempus dilationis baptismi. artic. 3. pag. 317
Sua peccata ex deuotione deficiẽtes ante baptismum non sunt absoluendi. arti. 5. & 6. pag. 319
An ex parte baptizati ita necessaria sit intentio suscipiendi sacramentum baptismi, vt si illa desit, baptismus nullus sit. articul. 7. pagina 319
In hoc quod ecclesia pro paruulis credit, intendit, & renuntiat: est quædam accommodatio. arti. 9. pag. 321
Quomodò fides ecclesiæ profit infanti qui baptizatur. eod. art. ad 2. pag. ead.
An filij Iudæorum seu aliorum infidelium possint, seu debeant auferri parentibus baptizari. arti. 10. pag. 321
An paruuli in maternis vteris periclitantes possint per sacramentum baptismi: in voto parentum susceptum, saluari. articu. 11. pagina 322
QVare aperire ianuam regni cœlestis, quum sit per se primò effectus mortis Christi, attribuatur etiam baptismo. qu. 69. arti. 7. pag. 226
Nullius authoritate constat Constantinum fuisse mundatum à lepra in baptismo. art. 8. & 9. pag. 227
An recedente fictione baptizatus consequatur remissionem peccatorum ex vi baptismi. art. 9. & 10. pag. 227
Quomodò baptismus recedẽte fictione incipiat valere ad salutem. Ibidem.
Character diuersimodè considerato baptismate tenet locum & dispositionis & formæ. Ibidem.
Fictio (quæ nihil aliud est quàm impeditio gratiæ) per penitentiã delenda est simul cum peccatis commissis post baptismum. eod. arti. ad 2. & 3. pag. 227
Aliud est dimidiam à Deo expectare veniam: & aliud varijs medijs à Deo expectare veniam. Ibidem.
QVomodò intelligatur quòd exorcismus baptismalis aperit sensus: & quod vnctio quæ fit in vertice baptizati operatur conseruationem gratiæ baptismalis. quæstio. 70. & 71. articul. 3. pagin. 329
MIxtum ex oleo & balsamo (quod chrisma vocatur) est regularis materia confirmationis de necessitate præcepti, & non de necessitate sacramenti. q. 72. art. 1. & 2. pag. 333
An sit de necessitate sacramentali, materiam cõfirmationis esse cõsecratam ab episcopo: ita quod nec plenitudo apostolicæ potestatis possit dispensatiuè subrogare simplicẽ sacerdotem ad consecrationem dictæ materiæ. arti. 3. pag. 334
An quicũque Christi contactus sit sanctificatiuus materiæ sacramenti, an verò solus contactus in vsu constitutiuo sacramenti. Ibidem.
Licet in antiquis iuribus non inueniantur expressæ omnes sacramentorum formæ: in concilio tamen Florentino omnes expressæ sunt. arti. 4. pag. 335
An character sit potentia purè passiua. arti. 5. pa. 335
Character confirmationis de necessitate præsupponit characterẽ baptismi: sicut & ordo sacer baptismum. art. 6. pag. 335
Quando accedens ad sacramẽtum cum peccato mortali, vel quia eius conscientiam non habet, vel quia non perfectè cõtritus, gratiam ex sacramento consequatur in remissionem peccatorum. art. 7. pag. 337
An episcopus sit ita proprius minister confirmationis quòd à non episcopo facta nulla est, & tamen ex dispensatione apostolica non episcopus possit illam conferre. articu. 8. 9. 10. & 11. pagin. 337
QVum dicitur, sacramenti eucharistiæ rem tantùm esse gratiã suscipientium aut vnitatem ecclesiæ: aut corpus Christi mysticum. hæc omnia sumuntur pro vno & eodem. s. gratia Dei. q. 73. arti. 1 ad 3. pag. 339
Sacramentum eucharistiæ dicitur multa materialiter, & quare. pagin. ead.
An sacramentum eucharistiæ sit absolutè necessarium ad salutem. art. 3. pag. 340
Habere rem sacramenti eucharistiæ per votum ecclesiæ, quid sit. Ibidem.
AN si alicubi non inueniretur vinum, esset, solus panis consecrãdus. q. 74 arti. 1. pag. 343
Aliud est iudicium de præsentia & quãtitate materię eucharistiæ. arti. 2. pag. ead.
Quum triticum ab omnibus ponatur propria materia panis sacramentalis, quomodò debeat confici. art. 3. pag. 344
An presbyter Græcus in ecclesia Græca, ritum Græcum in consecrando seruare teneatur. arti. 4. pag. 345
Vua non est consecrabilis. art 5. pag. 346
Falsum est quod Græci offerãt calicem domini cum vino tantùm, hoc enim Armeni non Græci olim faciebant. art. 6. pag. 346
An oporteat aquã ex qua fit panis pro sacramento, esse aquam veram & naturalem. art 7. pag. 347
QVid de existentia corporis Christi in sacramento eucharistiæ ex authoritate sacræ scripturæ habeatur. q. 75. art. 1. pag. 348
Diuersæ opiniones circa nouitatem continentię & nouitatem conuersionis. Ibidem.
Quomodò admittem se habeant nouitas continentiæ, & nouitas conuersionis. Ibidem.
An hæc propositio, aliquid non potest esse vbi prius non erat nisi vel per loci mutationem vel per alterius conuersionem in ipsum sit vera, & bene applicetur ad esse in sacramento. arti. 2. ad Sco. & Duran. pag. 350
In ecclesiasticis mysterijs & naturalibus attẽditur possibile vel impossibile secundum potentiam ordinariam. Ibidem.
Quot simpliciter & absolutè loquendo interueniant in sacramento eucharistiæ mutationes. Ibidem.
Quomodò hæc ratio literæ valeat. Si substantia panis remaneret non esse verum quod Christus dixit: hoc est corpus meum &c. sed fuisset potius dicendũ, hic est corpus meum. Ibidem ad Sco. & Duran.
An si esset alia substantia sub accidentibus panis quàm corporis Christi contrarietur veneration eucharistiæ. Ibid. ad Sco.
Soluitur ad Sco. tenentem panem quanuis per accidens redigi nihil. art. 3. ad 2. pag. 352
Duplex conuersio, scilicet formalis & substantialis. articulo 4. pagina 355
An conuersio panis in corpus Christi præexistens & manens secũdum suum esse antiquũ, sit possibilis. Ibidem ad Sco.
An hæc sit propria quod erat panis, est corpus Christi. Ibidem.
Ratio conuertibilitatis totius vnius rei in totam aliam rem, est cõmunicatio earum in communi natura entis cõmunis omnibus creaturis tantùm. eod. art. ad 3. pag. 355
Quomodò intelligatur modus conuertibilis talis in litera positus. ibidem.
Quomodò hæc ratio literæ de conuertibilitate cuiusque creaturæ in quancũque aliam valeat: scilicet agens virtutis infinitæ quod habet actionem in totum ens, potest conuertere. &c. Ibidem ad Duran.
An forma substantialis panis conuertatur in animam Christi secundum quod dat esse corporeum. articulo quinto ad Sco. pagina 356
AN hæc propositio sit vera, si aliqua duo sunt realiter coniuncta. vbicunque est vnum eorum, oportet & reliquum esse. q. 76. ar. 1. ad Duran. pa. 359
Differentia inter modum substantiæ & modum quantitatis in litera positos. eo. ar. ad 3. pag. 360
An per modum substantiæ intelligatur in litera id quod communiter dicitur esse indiuisibiter. Ibidem.
An simpliciter necessariò sequatur, si corpus Christi habet partes & proprietates suas sub modo sacramentali, quod habeat eas sub existentia naturali. ar. 2. ad Sco. pag. 360
An non solum substantia corporis Christi, sed etiam quantitas eius naturali concomitantia contineatur in hoc sacramento. articu. 3. pag. 361
Christum esse sub hostia est quoddam esse relatiuum. articulo. 6. pagina 363
Verum corpus Christi ad motum hostiæ moueatur per accidens. Ibid. ad Sco. & Duran.
Substantia individualis secundum materiam signatam quantitate percipitur ad cogitatiua, substantia verò individualis vt habet modum essendi puræ substantiæ, percipitur à solo intellectu. articu. 7. pag. 364

Universidad de Deusto
Biblioteca

An intellectus tam angelicus quàm animæ separatæ quã etiam hominis beati possit naturaliter videre existentiam corporis Christi in Eucharistia. Ibidem ad Sco.
An intellectus beatus per actum beatificum videat corpus Christi in Eucharistia. Ibidem ad Sco.
An corpus Christi secundum esse sacramẽtale non videatur ab intellectu viatoris, nec ab intellectu angelico naturaliter, quia iste modus essendi est penitus supernaturalis. Ibidem ad Sco.
Quã adoratione adorandus sit sanguis aliquando miraculosè in calice apparens. art. 8. pag. 364
DVæ opiniones de modo essendi accidentium Eucharistiæ sine subiecto. q. 77. tribus primis art. pag. 367
Tres opiniones de modo quo in instanti generationis nouæ substantiæ ex speciebus sacramentalibus sit materia. art. 5 pag. 369
An in rarefactione specierum sacramentalium noua illa quantitatis particula, quę per rarefactionem fit, sit naturaliter à naturali agente. Ibidem ad Sco.
AN omnia verba quibus vtimur in forma consecrationis singulis, sint de necessitate sacramẽti. q. 78. tribus primis ar. p. 373
An sola verba consecrationis prolata à sacerdote conficiant sacramentum Eucharistiæ, prætermissis alijs quæ in canone missę cõtinentur. eod. artic. ad 4. pag. 374
Quid sit virtus sacramentalis inexistens verbis sacramentalibus. artic. 4. pag. 376
De veritate & consignificatiõe huius orationis sacramentalis, hoc est corpus meum, & de demonstratione quam in ea exercet ly hoc. art. 5. pag. 377
DE tempore modo & subiecto sex effectuum Eucharistię. q. 79. artic. 79. pag. 379
Sumẽs Eucharistiã potest esse ita dispositus, quòd nec cõsequatur vitam gratiæ, nec de nouo mortaliter peccet sumendo. Ibidem.
Dominus quum dicit: nisi mãducaueritis carnem filij hominis &c. loquitur de manducatione spirituali in voto seu in habitu. eod. art. ad primum. pag. 380
An differentia inter suscipientem baptismum, & suscipientẽ Eucharistiam, quo ad hoc quòd est esse vel non esse in peccato mortali, sit vera. art. 3. ad primum. pag. 382
Oblatio Eucharistię ex sui quantitate sufficit ad satisfaciẽdum pro omni pœna, sit autem satisfactoria offerentibus vel pro quibus offertur secundum quantitatem suæ deuotionis. art. 5. pagin. 382
AN contritus, non autem cõfessus de peccato mortali habita copia confessoris idonei sumens Eucharistiam peccet mortaliter. q. 80. art. 4. pag. 386
An sacrilegium indignè communicantiũ sit grauius peccatũ omnibus peccatis quæ sunt contra puras creaturas. art. 5. pag. 387
An occultis peccatoribus petentibus deneganda sit communio. artic. 6. pag. 388
Iudicium discretionis requisitæ ad communionem in pueris debet à parentibus, & confessore fieri. art. 9. ad vlt. pag. 391
An expediat quotidie celebrare. art. 10. pag. 391
Qualiter intelligitur quod frustra esset votũ nisi impleretur quando opportunitas adesset. art 11. pag. 392
An communio non solum ecclesiæ, sed Christi præcepto sit necessaria. Ibidem.
An communio popularis sub vtraque specie sit licita. art 12. p. 393
An communio sub vtraque specie sit in præcepto. Ibidem.
An communio sub vtraque specie sit necessaria omnibus, comprehendendo etiam infantes. Ibidem.
An dicta communio sit necessaria omnibus adultis.
Item an sit necessaria omnibus sacerdotibus.
Item an sit necessaria omnibus conficientibus. Ibidem.
An vtilius sit sumere Eucharistiam sub vtraque specie, quàm sub specie panis tantùm. Ibidem.
Sacramenta nouæ legis possunt considerari vt causæ, & vt signa. Ibidem.
An expediat ecclesiæ Christi quòd populus communicet sub vtraque specie. Ibidem.
REpulsio cuiusdam Scoti chimerę: negãtis quod corpus Christi sub sacramento annihilatũ fuisset si in propria specie annihilatũ fuisset: cõcedentis autem quod in triduo corpus Christi sub sacramento fuisset mortuũ: quia in propria specie fuit mortuum. q. 81. art. 4. pag. 396. vide superius. q. 76. arti. 2.
AN plures sacerdotes eandem hostiam consecrare possint.
Item an noui sacerdotes concelebrent episcopo, dicendo simul cum ipso consecrationis verba.
Item an consecratus episcopus debeat pontifici celebranti concelebrare. q. 82. art. 2. pag. 397
An missa mali sacerdotis sit tanti meriti quanti est missa boni. ar. 6. pagina 299
In concilio Constantien. cõcessum est omnibus Christi fidelibus communicare cum excommunicatis, nisi in 2. casibus. articulo. 9. pagina. 599
An sacerdoti liceat totaliter à celebratione abstinere.
Item an peccatum huiusmodi omissionis sit peccatum mortale. artic. 10 pag. 399
DE virtute altaris ecclesiæ; & aliorum inanimatorum consecratorum. q. 83. ar. 3. pag. 400
AN sacramentum pœnitentiæ habeat materiam ex qua constituatur. q. 84. art. 1. & 2. ad Sco. pag. 404
An res sacramenti pœnitentię sit interior pœnitentia an ornatus aliquis. Ibidem
An torum sacramentum pœnitentię (cõpositum scilicet ex materia & forma) causet remissionem peccatorum ratione vtriusque partis. Ibidem.
Licet forma absolutionis cõsistat in his duobus verbis, scilicet absoluo te: si quis tamen alijs verbis vteretur (puta remitto tibi peccata) sacramentum esset perfectum. art. 3. pag. 404
An pœnitentia sit de iure naturali quo ad dolorem, & doloris remedium, & aliquod signum doloris. art. 7. pag. 405
Displicere potest sumi contrariè, & negatiuè. art. 8. & 9. pag. 406
AN pœnitentia virtus sit verè, & propriè vna specialis virtus distincta à cæteris virtutibus. q. 85. ar. 2. pag. 407
An actus pœnitentiæ timeatur sub commutatiua iustitia. Item an sistat in cõmutatiua iustitia. Item an reddat æquale simpliciter vel secundum acceptationem Dei tantùm. artic. 3. ad Sco. & Durand. pag. 407
An pœnitentia sit virtus acquisita. art. 6. ad Sco. & Duran. pa. 408
AN offensa directè opponatur gratiæ. q. 86. art. 2. pag. 409
An ad omnem remissionem peccatorum actualium requiratur actualiter immutatio voluntatis. eo. ar. ad 1. pag. 409
Quomodò intelligatur quòd remisso peccato mortali remaneat inordinata conuersio ad commutabile bonum. articulo 4. ad 1. pag. 410
An remissio culpæ sit effectus pœnitentiæ vt est actus virtuosis. ar. 6. pag. 410
AN ad remissionẽ peccati mortalis requiratur vt homo actualiter singula mortalia detestetur. q. 87. art. 1. pag. 411
An virtualis displicentia sufficiat ad remissionem peccati mortalis. Ibidem.
An veniale peccatum opponatur feruori charitatis. Ad Durand. eo. ar. ad 3. pag. 411
Quis sit ille feruor charitatis in hac vita, qui non compatitur secũ veniale. Ibid.
An quandocúnque gratia infunditur, peccata venialia remittantur. artic. 2. pag. 411
An aliqua culpa à Deo remittatur sine gratia. art. 4. pag. 411
AN secundò peccans, ex hoc ipso grauius peccet quàm prius peccauerit. q. 88. art. 1. ad 1. pag. 412
Ingratitudo quantificatur ex beneficio. art. 5. pag. 413
DE irregularitate homicidij ex defensione commissi. q. 89. arti. 3. pag. 414
AN contritio, confessio, & satisfactio sint partes sacramenti pœnitentiæ. q. 1. ad Sco. & Duran. pag. 415
An contritio secundum essentiam sit pars sacramẽti. art. 2. ad Sco. & Duran. pag. 416
Satisfactio sacramentalis ex hoc ipso quòd est pars sacramenti auget gratiam. eo. art. ad 2. pag. 416
An sacramentum pœnitentiæ sine satisfactione sit verum sacramẽtum. Ibid. ad Duran.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TERTIA PARS SACRAE THEOLOGIÆ S. THOMÆ AQVINATIS, DOCTORIS ANGELICI,

ACVTISSIMIS COMMENTARIIS,

ANNOTATIONIBVS, ET QVAESTIONIBVS
à Reuerendißimo in Christo Patre D. D. Thoma de Vio Caietano, ordinis Prædicatorum, S. R. E. Tit. S. Xisti Presbytero Cardinali dignißimo, artium ac sacræ Theologiæ doctore celeberrimo illustrata.

VIa Saluator noster, &c. ¶Debitum diuo Thomæ famulatum persoluere cupiens, expeditis commentationibus trium librorum suæ summæ, ad vltimum me confero, expositurus textum multarum quæstionum secundum modum in commentariis primi libri inchoatum (vt petentibus hoc, morem geram) ac dicturus quod rationis fideique lumini consoni apparebit, firmando semper ratione aut autoritate omnem sententiam, vt nullius meę autoritati testetur locus. Diuiditur igitur præsens liber (vt in illius apparet principio) in partes tres principales: quarum prima de domino nostro Iesu Christo vsque ad 59. sexagesimam protenditur: secunda verò de sacramẽtis inde inchoãs, imperfecta relicta est ob immaturam doctoris mortem: tertia autẽ de immortali vita resurgentiũ, omnino deficit. Nos autem si eius ope Deus dederit, quæ dant adiungemus quæstiones circa vtilia ad animarum salutẽ, quæ opportunæ apparebũt, ne repetere aliorum dicta cogamur. Prima autẽ pars de Iesu Christo, in sex partes distinguitur: prima de vnione filii Dei & humanæ naturæ vsque ad quintamdecimam q. inclusiuè: secunda de his quę consequuntur vnionẽ, à sextadecima vsq; ad vigesimam sextam: tertia de ingressu Saluatoris in mundũ, à 27. vsq; ad 39. quarta de progressu Saluatoris ſ hoc mundo, à quadragesima vsque ad 45. quinta de exitu Saluatoris ex hoc mundo, à 46. vsque ad 52. sexta demũ de exaltatione Saluatoris post hãc vitam, à quinquagesimaprima vsque ad 59. tractat. Secunda deinde principalis pars de sacramentis in octo distinguitur partes: quarum prima de sacramẽto in cõmuni, reliquæ septẽ de singulis septẽ sacramentis sigillatim tractant.

PROOEMIVM.

QVIA Saluator noster dominus Iesus Christus, teste Angelo, populũ suum saluũ faciens à peccatis eorũ, viam virtutis nobis in seipso demonstrauit, per quam ad beatitudinem immortalis vitæ resurgendo peruenire possimus: necesse est, vt ad consummationem totius Theologici negotij, post considerationem vltimi finis humanæ vitæ, & virtutum ac vitiorum, de ipso omnium Saluatore ac beneficiis eius humano generi præstitis, nostra consideratio subsequatur.

¶Circa quam primò considerandum occurrit de ipso Saluatore. Secundò, de sacramentis eius, quibus salutem consequimur. Tertiò, de fine immortalis vitæ, ad quam per ipsum resurgendo peruenimus.

¶Circa primum duplex consideratio occurrit. Prima est de ipso Incarnationis mysterio, secundum quod Deus pro nostra salute factus est homo. Secũda de his, quæ per ipsum Saluatorem nostrum, id est Deum incarnatum sunt acta & passa.

QVAESTIO PRIMA DE *conuenientia incarnationis, in sex articulos diuisa.*

CIRCA primum tria considerãda occurrũt. Primò, quidem de conuenientia incarnationis Christi. Secundò, de modo vnionis Verbi incarnati. Tertiò, de his, quæ consequuntur ad hanc vnionem.

¶Circa primum quæruntur sex.

¶Primò, vtrùm conueniens fuerit Deum incarnari.

¶Secundò, vtrùm fuerit necessarium ad reparationem generis humani.

¶Tertiò, vtrùm, si non fuisset peccatum, seu homo peccator, Deus incarnatus fuisset.

¶Quartò, vtrùm principalius sit incarnatus ad tollendum originale peccatum, quàm actuale.

¶Quintò, vtrùm conueniens fuerit Deum incarnari à principio mundi.

¶Sextò, vtrùm eius incarnatio differri debuerit vsque in finem mundi.

ARTICVLVS I.

a ***¶Vtrum conueniens fuerit Deum incarnari.***

AD PRIMVM Sic procedit. Videtur quòd non fuerit conueniens, Deum incarnari. Cùm enim Deus ab æterno sit ipsa essentia bonitatis, sic optimum est ipsum esse sicut ab æterno fuit. Sed Deus ab æterno fuit absque omni carne. Ergo conuenientissimum est, ipsum non esse carni vnitum. Non ergo fuit conueniens, Deum incarnari.

¶Præterea, Quæ sunt in infinitum distantia, inconuenienter iunguntur: sicut inconueniens iunctura esset, si quis pingeret imaginem, in qua humano capiti ceruix iungeretur equina. Sed Deus & caro in infinitum distant, cum Deus sit simplicissimus, caro autem maximè composita, & præcipuè humana. Ergo inconueniens fuit, quòd Deus carni vniretur humanæ.

¶Præterea, Sic distat corpus à summo Spiritu, sicut malitia à summa bonitate. Sed omnino inconueniens esset, quòd Deus, qui est summa bonitas, malitiam assumeret. Ergo non fuit conueniens, quòd summus Spiritus increatus corpus assumeret.

¶Præterea, Inconueniens est, vt qui excedit magna, contineatur in minimo: & cui immensa cura magnorum, ad parua se transferat. Sed Deum, qui totius mundi curam gerit, tota rerum vniuersitas capere non sufficit. Ergo videtur inconueniens, quòd intra corpusculum vagientis infantiæ lateat, cui parum putatur vniuersitas: & tandiu à sedibus suis absit ille Regnator, atque ad vnum corpusculum totius mundi cura transferatur, vt Volusianus scribit ad Augustinum.

Annot. *a* ¶ *Super Quæstionis primæ Articulum primum.*

IN titulo primi articuli primæ quæstionis nota duos terminos: scilicet Iy Incarnari, & Iy Conueniens. Nam Iy incarnari plus significat quàm ex primat. Explicat liquidem nihil aliud quàm carnem assumere vel carnem fieri. Significat autem hominem fieri etiam secundum carnem vnitã quòd caro vt instrumentus ad tollendum originale peccatum, quàm actuale.

¶Quintò, vtrùm conueniens fuerit Deum incarnari à principio mundi.

¶Sextò, vtrùm eius incarnatio differri debuerit vsque in finem mundi.

ARTICVLVS I.

a ***¶Vtrum conueniens fuerit Deum incarnari.***

AD PRIMVM Sic procedit. Videtur quòd non fuerit conueniens, Deum incarnari. Cùm enim Deus ab æterno sit ipsa essentia bonitatis, sic optimum est ipsum esse sicut ab æterno fuit. Sed Deus ab æterno fuit absque omni carne. Ergo conuenientissimum est, ipsum non esse carni vnitum. Non ergo fuit conueniens, Deum incarnari.

¶Præterea, Quæ sunt in infinitum distantia, inconuenienter iunguntur: sicut inconueniens iunctura esset, si quis pingeret imaginem, in qua humano capiti ceruix iungeretur equina. Sed Deus & caro in infinitum distant, cum Deus sit simplicissimus, caro autem maximè composita, & præcipuè humana. Ergo inconueniens fuit, quòd Deus carni vniretur humanæ.

¶Præterea, Sic distat corpus à summo Spiritu, sicut malitia à summa bonitate. Sed omnino inconueniens esset, quòd Deus, qui est summa bonitas, malitiam assumeret. Ergo non fuit conueniens, quòd summus Spiritus increatus corpus assumeret.

¶Præterea, Inconueniens est, vt qui excedit magna, contineatur in minimo: & cui immensa cura magnorum, ad parua se transferat. Sed Deum, qui totius mundi curam gerit, tota rerum vniuersitas capere non sufficit. Ergo videtur inconueniens, quòd intra corpusculum vagientis infantiæ lateat, cui parum putatur vniuersitas: & tandiu à sedibus suis absit ille Regnator, atque ad vnum corpusculum totius mundi cura transferatur, vt Volusianus scribit ad Augustinum.

*

incarnatum. Nec tamen omnino indiscussa dubitatio hæc relicta est: sed tradam ibi conuenientiam Incarnationis ex naturis extremorum, scilicet Dei, & humanæ naturæ (vt in hac litera sit excludatur impossibilitas Incarnationis, & manifestatur simul, vt dictum est conuenientia eiusdem: ita quòd sub titulo conuenientiæ satisfactum est & materiæ de possibilitate Incarnationis & arte procedendi. Quòd autem in tertio sen. Autor inchoauerit à possibilitate, non obstat propositio: quia in illo opere nõ erat ipse ordinator doctrinæ, sed vt commentator quæstiones emergentes mouebat hic autẽ ipse Autor est ordinis doctrinæ: & ideo artificiosè procedens supponit Deum incarnatum, & quærit de illius conuenientia.

cõmen. b ¶In corpore eiusdem primi articuli vnica est conclusio respõsiua quæsito. Conueniẽs fuit Deũ incarnari. Probatur, Vniuersi. rei conueniẽs est quicquid cõpetit illi secundum rationẽ suæ naturæ: ergo Deo cõueniens est quicquid pertinet ad rationẽ boni: ergo Deo conueniens est summo modo se cõmunicare creaturæ: ergo conueniens fuit Deũ incarnari. Antecedens manifestatur ex hoc, q̃ ratiocinari cõuenit homini, quia secundum rationẽ suæ rationalis naturę competit. Prima verò consequẽtia probatur: quia ipsa natura Dei est essentia bonitatis: vt Dion: dicit. Secunda autem consequentia probatur: quia ad rationẽ summi boni spectat summo modo se communicare creaturæ. Quod probatur: quia ad rationẽ boni spectat se communicare alijs. Tertia denig. consequentia probatur: quia hoc, quod est summum bonum, seu Deum summo modo se communicare creaturæ, maximè fit: per hoc, quod naturam creatã fic sibi coniungit', vt ex Verbo, anima, & carne vna fiat persona: vt Aug. dicit. Hic est planus processus litera.

Anno. ¶ In antecedente huius processus hoc solùm notandum occurrit, quod pro sui claritatẽ in litera manifestatur in vna sola natura, quum potuisset indifferenter manifestari in omnibus: sat enim fuit inchoasse inductionẽ in re tã manifesta.

Annot. ¶ In primo consequente, scilicet, Deo conueniens est quicquid pertinet ad rationem boni, memento distinguere quòd aliud est loqui de ratione boni, & aliud de ratione talis boni: puta angelici, cælestis, humani, leonini & aliorum specialium bonorum. Multa namque sunt, quæ spectant ad rationem talis boni, quæ non spectant ad rationem boni absolutè: latrare siquidem ad bonitatem canis, ratiocinari ad bonitatem hominis, mouere ad bonitatem cæli, & sic de aliis propriis bonis creaturarum spectant: & tamen nihil horum spectat ad rationem boni simpliciter, & propterea nihil horum conuenit Deo: sed quicquid pertinet ad rationem boni non limitati ad hanc vel illam naturam creatam, sed absolutè considerati, totum conueniens est attribuere Deo: quia natura Dei est ipsa bonitas.

¶ *Num communicare se aliis, spectet ad rationem boni.*

Quæstio. ¶Circa secundæ consequentiæ, scilicet, ergo Deo conueniens est summo modo se communicare creaturæ, probationem, scilicet quia ad rationem boni pertinet, vt se alijs communicet, &c. dubium primò occurrit: quia communicare se alijs, nullam perfectionem importat aliquin Deo ab æterno dum se non communicauit alijs, defuisset aliqua perfectio: quod est impossibile: quod autem nullam perfectionem importat, non spectat ad rationem boni, cui nihil præter aut extra boni latitudinem conuenire fas est: non rectè igitur assimitur, quòd communicare se alijs pertinet ad rationem boni.

¶Circa eiusdem sequelæ probationem eandem dubium secundò occurrit: quia ineffica[x] inuenitur, quoniam transitur ex naturali conditione boni ad voluntariam boni conditionem. Quod non licere patet ex eo quòd voluntaria liberè à bono procedunt: non enim inferuntur ex naturalibus, vtpote necessarijs & alterius ordinis: non ergo ex quacunq; illi naturali conditione potest efficaciter inferri aliquod opus ipsius liberum: vt patet. Manifestatur autem, hunc errorem in hoc passu intervenire: quia ex spectantibus ad rationem boni infertur summum bonum, ac per hoc Deum communicare seipsum creaturæ. Constat enim quòd pertinentia ad rationem boni conueniunt ipsi bono & Deo naturaliter: & quòd communicare seipsum cõuenit Deo summo bono liberè: non rectè igitur processum est in litera.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd licet posset distingui cõmunicare se alijs, secundum quòd importat actionẽ, quæ est perfectio agentis in actu (quę in Deo est sua substantia) & secundum quòd importat illationem effectus ad extra: vt in primo libro patuit: quia tamen non oportet in proposito ad hæc recurrere, scilicet quòd falsum simpliciter est quòd communicare se alijs non importat perfectionem, & probatio eius non valet, ex eo, quòd non ponit perfectionem in communicante, inferens ergo non importat perfectionem: stat enim quòd importet perfectionem, & nõ in communicante, sed in illis, quibus cõmunicatur. Et verè sic est: nam bonũ cõmunicare seipsum alijs, dato quòd nullã addat perfectionẽ bono cõmunicãti seipsum, necessariò tamen perfectionẽ ponit in illis alijs, quibus seipsum cõmunicat: ad ad naturã boni spectat communicare seipsum alijs, nõ vt ipsum cõmunicãt sit melius, sed vt alia bonificẽtur per ipsum: & propterea ratio litera[x] verum assumit, & optimè procedit ad intentum.

¶ Ad secundũ dubiũ dicitur, quod cum bonum sit vnũ transcendentiũ & comprehendat sub se non solùm bonũ secundũ esse naturæ, sed etiã bonam voluntatẽ, ac per hoc abstrahat ab vtroq; essendi & causandi modo, scilicet per modũ naturæ vel voluntatis: consequens est q̃ id, quod pertinere dicitur ad rationem boni, non minus quàm ipsum bonũ & illius ratio abstrahit à modo naturæ vel libertatis: ac per hoc cõmunicare seipsum pertinere ad boni rationẽ, intelligendũ est non determinatè per modum naturæ, aut liberè, sed communiter & indeterminatè, vt in vnoquoque verificetur secundum illius modum. vnde & in litera non concluditur aliquis dictorum modorum communicandi se: sed absolutè, quòd communicare seipsum creaturæ *3. dist. 1. q.1. ar.3.* ad *3.* & supremo modo (siue hoc sit naturaliter, siue liberè non exprimẽdo) spectat ad summum bonũ: ea ratione, quia si bono conuenit communicare se, cõsequens est quòd magis bono conuenit magis communicare se: & consequenter summo bono conuenit summè communicare se, vnde patet, quòd non infertur voluntarium ex naturali: sed commune ex communi. *Et dist. 4. q.1. ar.1 q.1. cap. & 2.*

Annot. ¶ In tertia consequentia memẽro primò formaliter intelligere terminos, distinguẽdo de creatura tali, puta homine, angelo vel cælo, &c. nam nõ est hic sermo de creatura tali, sed de creatura absolutè, quã assumitur, quòd summo bono conuenit summo modo se communicare creaturę. Notate secundò verba, & signate mysteria: ex summo modo communicare se creaturæ, infertur incarnationis conuenientia. Tribus namque modis plusquam genere diuersis Deus qui est ipsum summum bonum, intelligi potest communicare seipsum creaturæ. Primò, quasi naturaliter communicando seipsum: & sic cõmunicauit seipsum vniuerso, creando & conseruando liberè vniuersum. Secundò supernaturaliter communicando seipsum: & sic communicauit seipsum vniuerso eleuando omnes intellectuales & rationales substantias in consortium diuinæ naturæ per gratiam: cuius non solùm capaces gratuita benignitate effecit, sed etiam actualiter participes ab initio: vt in primo libro Autor ex Augustini autoritate deduxit. Est autem inter hos duos modos tanta distantia, quòd iuxta primum modum distributæ sunt participationes, imitationes atque similitudines Dei, sic vt constituerentur illis substantiæ rerum, quas naturas entium dicimus, cum suis conditionibus naturalibus: Deus autem ipse extra & supra totum vniuersum in sibi soli propria excellentissima natura remanet solus in sui ipsius fruitione beatus. Iuxta secundum autem modum naturæ suæ propria Deus communicauit creaturæ, scilicet videre Deum, frui Deo viso per essentiam, esse consortem diuinæ naturæ per gratiam inchoatiuè, & per gloriam consummatè. Quæ quia non possunt sic communicari, vt naturalia aut connaturalia sint creaturæ, ideo supernaturaliter, ac ex superabundantiore gratia Dei, quod sibi soli ex naturali ordine remanserat proprium, commune fecit creaturę, vt conregnaret cum illo beata in illius quoque visione ac fruitione: ita quòd Dei communio, quæ impossibilis est naturali ordini, concessa est secundum supernaturalem ordinem gratiæ. Tam excellentissimus autem est amor summi boni erga creaturã, vt non sat fuerit illi communicare se secundum naturalem ordinem creaturæ, creando vniuersum, nec etiam sat fuerit eidem communicare se creaturæ secundum ordinem gratiæ eleuando ipsam ad consortium diuinæ naturæ: sed ad id vnum quod reliquum erat & inexcogitabile, eleuauit creaturam ad personalitatem, scilicet diuinam, quod ad tertium & ſuptemum modum communicandi se spectat: secundum siquidem hunc tertium modum communicat se Deus creaturæ, non tribuendo illi similitudinem, aut donum aliquod creatum naturalis vel supernaturalis ordinis, sed propriam personam secundum suam propriam subsistentiam, quam in semetipsa habet, communicat creaturæ, sicque sibi Deo & creatæ naturæ communem personam facit, vt creatura, hoc est homo sit secundum rem verbum Dei, quod est Deus. hic proculdubio est summus modus, quo summum bonum communicare se potest creaturæ: non est enim intelligibilis maior modus, quo possit communicari Deus creaturæ. hoc autem modo Deum communicasse se creaturæ, & non solùm creaturæ tali, ex hoc quòd incarnatus est, ex eo patet, quòd incarnatio est eleuatio totius vniuersi in diuinam personam: nam si puta spiritualis natura, vt est angelica, assumpta fuisset, creatura corporea eleuata non fuisset: & similiter si cælestis natura fuisset assumpta, sensitiua, vegetatiuaque creatura non fuisset: huius eleuationis participes: & similiter, si solam corpoream quamcunque naturam aut vegetatiuam, aut sensitiuam assumpsisset, intellectualis natura eleuata non fuisset. Assumendo autem naturam humanam, quòd significatur per Incarnationem, totius vniuersi natura eleuata est ad diuinam personam: ita quòd Deus verè creaturæ absolutè se summo modo communicauit: quia toti vniuerso se summo modo communicauit, dum incarnatus est: quia, vt in litera ex Aug. dicitur, sic omnia coëunt in vnam personam caro, anima intellectiua. & verbum Dei: hæc enim ideo Autor attulit ad probandam vltimam sequelam, quia per hæc significatur totum vniuersum, ac per hoc communio Dei ad creaturam absolutè, habes ergo hinc potissimam rationem incarnationis ex bonitate diuina erga vniuersum, si potissima ratio est, qux ex communissimo bono, vtpote maximè diuino sumitur: quam Dominus docuit Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suũ vnigenium daret.

Anno. c ¶ In responsione ad primum eiusdem articuli primi, nota duplicem modum loquendi de Incarnatione, vel dicendo, Deus vniuit se creaturæ, vel dicendo, Deus vniuit creaturam sibi. Vterque sanus & catholicus, & ideo vterque in litera ponitur: sed secundus melior, quia formalis, & ideo in litera prius corrigitur quoad modo per secundum. Et ratio est: quia secundus modus dicendi mutabilitatem significat in creatura, tanquam rem allatam ad Deum, & Deum significat vt terminum: ac per hoc Deus significatur vt immutatus: terminus enim absque sui mutatione terminare potest. In primo autẽ modo significatur ecõtra, quantum est ex modo dicendi, non quo ad rẽ dictam. Melius est ergo vti secundo modo loquendi: & dicere, Deus vniuit creaturam sibi. *3. dist. 1. q.1. ar.3.*

Annot. d ¶ In responsione ad secundum eiusdẽ ar. nota, in litera haberi negatiuã, scilicet vniri Deo in persona, non fuit conueniens carni humanæ secundum conditionem suæ naturæ, quia hoc erat supra dignitatem ipsius, conueniens tamen fuit Deo secundum infinitam excellentiam bonitatis eius, vt sibi eam vniret pro salute humana.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quælibet alia conditio, secundum quam creatura quæcunque differt a creatore, à Dei sapientia est instituta, & ad Dei bonitatem ordinata: Deus enim propter suam bonitatẽ, cùm sit increatus, immobilis & incorporeus, produxit creaturas mobiles & corporeas. Et similiter malum pœnæ à Dei iustitia est introductum propter gloriam Deiː malum verò culpæ cõmittitur per recessum ab arte diuinæ sapientiæ, & ab ordine diuinæ bonitatis: & ideo Deo conueniens esse potuit assumere naturam creatam, mutabilem, corpoream & pœnalitati subiectam: non autem fuit ei conueniens assumere malum culpæ.

¶ Ad quartum dicendum, quòd, sicut Aug. respondet in epistola ad Volusianum, non habet hoc Christiana doctrina, quòd ita fit Deus infusus carni humanæ, vt curam gubernandæ vniuersitatis vel deseruerit, vel amiserit, vel ad illud corpusculũ quasi contractã transtulerit: hominũ enim est iste sensus, nihil nisi corpora valẽtiũ cogitare. Deus autẽ non mole, sed virtute magnus est: vnde magnitudo virtutis eius, nullas in angusto sentit angustias. Non est incredibile, si verbũ hominis transiens, simul auditur à multis & à singulis totum, quòd verbum Dei permanẽs, simul vbiq; sit totum. Vnde nullum inconueniens sequitur Deo incarnato.

ARTICVLVS II. •

a ¶ Virum necessarium fuerit ad reparationem generis humani verbum Dei incarnari.

3. di. 4. q.3. art. 1. ad 3. Et 4. di 10. arti. 1. ad 3. Et dist. 43. art. 2. q. 1. 2. Et 4. 18 ca. 55. 2. Et Psal. 45. 10. 6 Comen.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit necessarium ad reparationẽ humani generis verbũ Dei incarnari. Verbo enim Dei, cùm sit Deus perfectus (vt in primo habitũ est) nihil virtutis per carnem assumptam accreuit. Si ergo verbum Dei incarnatum humanam naturam reparauit, etiam absque carnis assumptione eam potuit reparare.

¶Præterea, ad reparationem humanæ naturę quæ per peccatum collapsa erat, nihil aliud requiri videbatur, quàm q̃ homo satisfaceret pro peccato. Sed homo, vt videtur, satisfacere potuit pro peccato: non enim Deus ab homine plus requirere debet, quàm possit: & cùm pronior sit ad miserendum, quàm ad puniendum, ficut homini imputat ad pœnam actum peccati, ita imputare debet ad meritum actum contrarium. Non ergo fuit necessarium ad reparationem humanæ naturæ, verbum Dei incarnari.

¶ Præterea, Ad salutem hominis præcipuè pertinet, vt Deum reuereatur: vnde dicitur Malachiæ 1. Si ego pater, vbi honor meus? si dominus, vbi timor meus? Sed ex hoc ipso homines Deũ magis reuerẽtur, q̃ eum considerãt super omnia eleuatũ, & ab hominũ sensibus remotũ: vnde in Psal. dicitur, Excelsus super omnes gentes dominus, & super cælos gloria eius, & postea subditur, Quis sicut dominus Deus noster? Quod ad reuerentiã pertinet. Ergo videtur non cõuenire humanæ saluti, quòd Deus nobis similis fieret per carnis assumptionem.

¶SED CONTRA, Illud, per quod humanũ genus liberatur à perditione, est necessariũ ad humanam salutẽ. Sed mysterium diuinæ Incarnationis est huiusmodi: secundum illud Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filiũ suum vnigenitũ daret, vt omnis, qui credit in ipsum, nõ pereat, sed habeat vitam æternam. Ergo necessarium fuit ad humanã salutem, Deum incarnari.

CONCLVSIO.

¶ Potuit Deus ex infinitate suæ diuinæ potentiæ, alio quàm opere incarnationis humanũ genus reparare: sed vt homo facilius & melius suã cõsequeretur salutẽ, hoc necessariũ fuit, vt Verbũ eius caro fieret.

b ¶RESPONDEO dicendum, quòd ad finem aliquẽ dicitur aliquid esse necessariũ dupliciter. Vno modo, sine quo aliquid esse non potest: sicut cibus est necessarius ad conseruationem humanæ vitæ. Alio modo, per quod melius & conuenientius peruenitur ad finẽ: sicut equus necessarius est ad iter. Primo modo, Deũ incarnari nõ fuit necessarium ad reparationẽ humanæ naturæ. Deus enim per suam omniporentem virtutem potuerat humanam naturam multis aliis modis reparare. Secũdo autem modo necessarium fuit Deum incarnari ad humanæ naturæ reparationẽ. Vnde Augustinus dicit 13. de Trin. cap. Verum etiam ostendamus non alium modum possibilem Deo defuisse (cuius potestati omnia æqualiter subiacent) sed humanæ miseriæ nostræ conuenientiorem alium modum non fuisse.

¶ Et hoc quidẽ considerari potest quantum ad promotionẽ hominis in bonum. Primò quidem, quantum ad fidem: quæ magis certificatur ex hoc, quòd ipsi Deo loquenti credit. Vnde Augustinus dicit 11. de Ciui. Dei, Vt homo fidẽtius ambularet ad veritatem, ipsa veritas Dei filius homine assumpto constituit atq; fundauit fidem. Secundò, quantum ad spem: quæ per hoc maximè erigitur. Vnde Augu. dicit 13. de Trin. Nihil tam necessarium fuit ad erigẽdam spem nostram, quàm vt demonstraretur nobis quantum diligeret nos Deus: quid verò huius rei isto indicio manifestius, quàm quod Dei filius naturę nostræ dignatus est inire consortium? Tertiò, quantum ad charitatẽ: quæ maximè per hoc excitatur. Vnde Aug. dicit in lib. de Catechizandis rudibus: Quæ maior est causa aduentus Domini, nisi vt ostẽderet Deus dilectionẽ suã in nobis? Et postea subditur: Si amare pigebat, saltem reamare non pigeat. Quartò quantũ ad rectam operationẽ: in qua nobis exẽplum se præbuit. Vnde Aug. dicit in quodam sermone de Nati. Domini, Homo sequẽdus non erat, qui videri poterat: Deus sequẽdus erat, qui videri non poterat. Vt ergo exhiberetur homini, & q̃ videretur ab homine, & quẽ homo sequeretur: Deus factus est hõ.

Quintò, ad plenã participationẽ diuinitatis: quæ vera est hominis beatitudo & finis humanæ vitæ: & hoc collatum est nobis per Christi humanitatem. Dicit enim Aug. in quodam sermone Nat. Domini, Factus est Deus homo, vt homo fieret Deus. Simi-

derãe super omnia eleuatũ, & ab hominũ sensibus remotũ: vnde in Psal. dicitur, Excelsus super omnes gentes dominus, & super cælos gloria eius, & postea subditur, Quis sicut dominus Deus noster? Quod ad reuerentiã pertinet. Ergo videtur non cõuenire humanæ saluti, quòd Deus nobis similis fieret per carnis assumptionem.

¶SED CONTRA, Illud, per quod humanũ genus liberatur à perditione, est necessariũ ad humanam salutẽ. Sed mysterium diuinæ Incarnationis est huiusmodi: secundum illud Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filiũ suum vnigenitũ daret, vt omnis, qui credit in ipsum, nõ pereat, sed habeat vitam æternam. Ergo necessarium fuit ad humanã salutem, Deum incarnari.

CONCLVSIO.

¶ Potuit Deus ex infinitate suæ diuinæ potentiæ, alio quàm opere incarnationis humanũ genus reparare: sed vt homo facilius & melius suã cõsequeretur salutẽ, hoc necessariũ fuit, vt Verbũ eius caro fieret.

b ¶RESPONDEO dicendum, quòd ad finem aliquẽ dicitur aliquid esse necessariũ dupliciter. Vno modo, sine quo aliquid esse non potest: sicut cibus est necessarius ad conseruationem humanæ vitæ. Alio modo, per quod melius & conuenientius peruenitur ad finẽ: sicut equus necessarius est ad iter. Primo modo, Deũ incarnari nõ fuit necessarium ad reparationẽ humanæ naturæ. Deus enim per suam omniporentem virtutem potuerat humanam naturam multis aliis modis reparare. Secũdo autem modo necessarium fuit Deum incarnari ad humanæ naturæ reparationẽ. Vnde Augustinus dicit 13. de Trin. cap. Verum etiam ostendamus non alium modum possibilem Deo defuisse (cuius potestati omnia æqualiter subiacent) sed humanæ miseriæ nostræ conuenientiorem alium modum non fuisse.

¶ Et hoc quidẽ considerari potest quantum ad promotionẽ hominis in bonum. Primò quidem, quantum ad fidem: quæ magis certificatur ex hoc, quòd ipsi Deo loquenti credit. Vnde Augustinus dicit 11. de Ciui. Dei, Vt homo fidẽtius ambularet ad veritatem, ipsa veritas Dei filius homine assumpto constituit atq; fundauit fidem. Secundò, quantum ad spem: quæ per hoc maximè erigitur. Vnde Augu. dicit 13. de Trin. Nihil tam necessarium fuit ad erigẽdam spem nostram, quàm vt demonstraretur nobis quantum diligeret nos Deus: quid verò huius rei isto indicio manifestius, quàm quod Dei filius naturę nostræ dignatus est inire consortium? Tertiò, quantum ad charitatẽ: quæ maximè per hoc excitatur. Vnde Aug. dicit in lib. de Catechizandis rudibus: Quæ maior est causa aduentus Domini, nisi vt ostẽderet Deus dilectionẽ suã in nobis? Et postea subditur: Si amare pigebat, saltem reamare non pigeat. Quartò quantũ ad rectam operationẽ: in qua nobis exẽplum se præbuit. Vnde Aug. dicit in quodam sermone de Nati. Domini, Homo sequẽdus non erat, qui videri poterat: Deus sequẽdus erat, qui videri non poterat. Vt ergo exhiberetur homini, & q̃ videretur ab homine, & quẽ homo sequeretur: Deus factus est hõ.

Quintò, ad plenã participationẽ diuinitatis: quæ vera est hominis beatitudo & finis humanæ vitæ: & hoc collatum est nobis per Christi humanitatem. Dicit enim Aug. in quodam sermone Nat. Domini, Factus est Deus homo, vt homo fieret Deus. Simi-

diabolicæ, deiectionis propriæ, præsumptionis, superbiæ, seruitutis peccati: tertiò q̃ sunt plurimæ aliæ incõprehensibiles hominiũ vitiositates. Et contextus literæ clarus est valde.

¶ Num purus homo potuerit ad quando culpam commissam satisfacere.

c ¶ In reſpõſione ad secundum eiusdem secũdi articuli, dubia multa occurrunt circa multa ibi dicta. Dicuntur si quidem ibi quatuor. Primò, quòd purus homo nõ potuit sufficienter adæquando culpam commissam satisfacere pro peccato. Secundò, quod vna huius rationis est: quia peccatum contra Deum commissum habet quandam infinitatem ex offensã diuinæ maiestatis. Tertiò, q̃ satisfactio Christi est perfecta secũdum adæquationem ad culpam commissam. Quartò, q̃ omnis puri hominis satisfactio efficaciã habet à satisfactione Christi. Et horũ singula suas habent obiectiones. *Quæstio.*

¶ Cõtra primum siquidem arguit Scotus in quarto senten. distinct. 15. quæstio. prima. Satisfactio est redditio æqualis ei quod alteri debetur: ergo per illum actũ omnino æqualem reddituri. Tertiò, Deus de potẽtia absoluta potuisset dare peccatori posse attritionẽ tanquã dispositionẽ & meritũ de cõgruo gratiam, per quam motus eius fieret contritio: & sic per satisfactionẽ æquivalentem delesset peccatũ: q̃ per illũ actũ redderetur Deo æquivalẽs illi bono, quod abstulit peccatũ. Affert quoque Capreol' in lib. 3. dist. 4. argumẽ. ũ Autecol': sed in idem redit cũ dictis.

¶ Nũ infinitas offensæ causat impossibilitatem satisfaciendi in puro homine.

¶ Cõtra secũdum dictũ, scilicet q̃ infinitas offensæ causat impossibilitatẽ satisfactionis puro homini, arguit Sco. ibidẽ. Si infinitas in peccato ghiberet satisfactionẽ possibilẽ, etiam prohiberet eã posita in passione Christi: quia passio Christi etiam accepta secundũ totã rationẽ meriti in ea fuit bonũ finitũm: & nõ erat bonũ increatum: nec per cõsequens acceptatur ideo infinitè ex parte obie- *Quæstio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiquia non fuit Deus beatus amando illam passionem, sicut est beatus amãdo essentiam suam? Arguitur etiam, quia infinitas offensæ non est infinitas simpliciter, sed secundum quid: ergo non satisfaceret infinitum simpliciter, vt est filius Dei, sed infinitum secundũ quid exigit. qualiter autẽ homo amans Deum ex gratia seu charitate, est sic operans infinitum secundum quid, vt patet. Non ergo ex infinitate offensæ potest efficaciter infinita efficacia satisfactionis, ipso facto fit suppositi diuinum, ac per hoc infinita simpliciter, quod tamen in littera fit.

¶ Num Christi satisfactio sit infinita.

Quæstio. ¶Contra tertium, scilicet quòd satisfactio Christi est condigna secũdum equalitatem ad culpam commissam, occurrit Durandus in 30. senten. dist. 20. q. 2. Christus inquantum homo vel ratione humanæ naturæ non potuit reddere æquivalẽs beneficiis omnibus ab ipso receptis: ergo nõ potuit reddere æquivalẽs pro peccatis humanæ naturæ. nec ipsi sumet si peccasset. Nam parentes quia Deo & parentibus non potest reddi æquivalẽ: vt dicitur 8. Ethic. Consequentia est nota: tum quia redditio æquivalentis oportet quòd sit de nõ aliàs debito illi, cui redditur: tum quia, si actus Christi non sufficit ad æquandũ beneficia, constat q. nihil superest sibi, quo possit aliorũ culpas adæquare. Et quia Durã. in verbis istis insinuat se loqui de Christo secundũ quòd homo, quasi abstrahendo à supposito diuino, patet oppositũ

10 vinculum de debito gratitudinis vinculo satisfaciendi, sicut nec autor hîc miscet: sed reservatum hoc tractatui de pœnitentia. Vnde, vt obiectionibus hat fatis, dicetur & de hoc, quantum oportet hic scire. Et quoniam in primo dubio Autõr non videtur intellectus, ideo sensus litteræ prædeclarandus est. Puto homo in hac quæstione intelligitur non solùm per exclusionem coniunctionis cum diuino supposito sed etiam per exclusionem diuinæ misericordiæ gratificantis opus hominis ad hoc, quòd Deo acceptum sit. Probo singula ex litera. Exclusio diuini suppositi patet, quia pur⁹ homo distinguitur cõtra Christum Deum & hominẽ. Exclusio diuinæ misericordiæ gratificantis opus ad hoc, quòd sit acceptum patet: quia satisfactio per æqualitatem distinguitur cõtra satisfactionem per gratiam acceptantis. Ex hac enim distinctione iuncta primæ patet, q⁹ cùm dicitur, Purus homo satisfacere non potest secundum equalitatem pro peccato, & similiter quòd Christus satisfacere potest pro peccato secundum æqualitatem: sensus est, quòd seclusa misericordia Dei acceptantis opus alicuius pro satisfactione, loquendo de viribus puri hominis & viribꝰ Dei & hominis, purus homo nõ potest satisfacere. Deus & homo potest satisfacere. Et licet hic sensus sit sufficienter probatus ex littera, & manifestus sit ex hoc, quòd est verè formalis de puro homine, vt satisfactore ipsi Deo pro peccato, & de Deo & homine vt satisfactore Deo pro

40 peccato: amplius etiam manifestatur autoritate Autoris in 4. senten. distin. 15. quæst. 1. articu. 2. ad primum. vbi habet hæc verba: Sicut offensa habuit quandam infinitatem ex infinitate diuinæ maiestatis, ita & satisfactio accipit quandam infinitatem ex infinitate diuinæ misericordiæ, prout est gratia informata, per quam Deo acceptum redditur quod homo reddere potest. Hæc ille. Vbi clarè videt quòd diuina misericordia gratificans satisfactionem, è regione ponitur contra id, quod homo reddere potest, & quod constat per misericordiam gratiam satisfactionis vim assequi & satisfactionem etiam infinitam quodammodo esse. Confirmatur quæ idem sensus ex diuino Theologiæ compendio ad fratrem Rainaldum in secunda Parte, in cap. 16. Vnde patet primò, quòd omnia argumenta inferentia, quòd homo concurrente gratia seu charitate potest satisfacere pro peccato, non sunt contra Autorem intellectum, sed contra ipsum non verè, nec formaliter intellectum. Patet secundò differentia aliorum ab Autore: nam alij doctores charitatem seu gratiam ad satisfactionem concurrentem, ex parte hominis satisfactoris posuerunt: & ideo dixerunt purum hominem posse pro peccato satisfacere. Autor verò gratiam & charitatem ex parte diuinæ misericordiæ gratificantis, ac per hoc acceptantis opus humanum posuit, hominẽmq; purum cum suis viribus, & similiter Deum & hominem cum suis viribus ex parte satisfactoris posuit: & ideo dixit illum non posse, Christum verò posse satisfacere. Et salua illorum reuerentia, dupliciter reprehensibiles sunt: & quia contra positionem Autoris apposuerunt suam vt contrariam, in quo monstratur non penetrasse eos hanc positionem: & quia nõ formaliter de puro homine, & de Deo homine vt satisfactoribus simpliciter vel secundum acceptationem diuinæ misericordiæ locuti sunt, vt Autor fecit: & propterea tanquam claras sententiam non aliter probauit: quoniam clarissima verè est formaliter intellecta.

60 ¶ Ad primi ergo dubij obiectionem ex Sco. dicitur quòd antecedens est verum: vt patet ex allegatis verbis Autoris ex quarto sentent. sed consequentia negatur: quia quæstio est de puro homine vt satisfactore per æqualitatem, excludendo diuinam gratificationem acceptantem: consequentia autem infert de homine, non excludendo, sed includendo diuinam misericordiam acceptantem per gratiam, vt patet. Ad secundam dicitur, quòd formaliter loquendo, actus meus vt meus, natus est tollere longè maius bonum potens illi inesse, quàm possit secundò reponere in seipso. quoniam vt meus actus est peccatum mortale tollens charitatem: & vt meus actus nunquam poterit charitate informari: iuxta illud Osee 13. Perditio tua ex te, salus autem ex me. Et propterea cùm dicitur, tantum bonum potest inesse actui secundo, negetur, loquendo de actu secundo, vt est hominis, vt distinguitur contra Deum gratificantem: nam loquendo de homine, vt includit actum gratificantem, satisfaceret quidem secundum acceptantis gratiam, & non secundum æqualitatem eius, quod redditur. Ad tertium dicitur admittendo casum, & subiungendo quòd in tali casu, quia gratia se teneret ex parte Dei, cui satisfactio fieri debet, idem non esset satisfactio ex parte hominis, sed ex parte Dei acceptantis per suam gratiam, vt dictum est. Et ratio est, quia satisfactio peccatoris sufficiens simpliciter, habet non pro principio, sed pro termino recuperationem diuinæ placationis: quoniam ad hoc constat satisfactionem pro offensa illata alicui ordinari, alioquin non separaretur amicitia per satisfa-

ctionem. Est ergo charitas per satisfactionem acquirenda ab ipso Deo, & non præsupponenda: & si eius præsentionem misericordem præsupponit, tum non est satisfactio nisi ex misericordia præueniente, vt sit sufficiens satisfactio, huiusmodi autem satisfactio distinguitur cõtra satisfactionem per æqualitatem, vnde idem est satisfacturi concedere gratiam, qua actus suus fiat satisfactio, & satisfactionẽ illius insufficientem ex misericordia diuinæ misericordiæ acceptare. Et est implicatio in adiecto, dicere, quòd homo potest satisfacere simpliciter Deo pro cõmisso peccato, & quòd hoc potest per charitatem ex diuina misericordia faciente de attrito contritumquia ipsum informari charitate ex gratia Dei constituit, non præsupponit satisfactionem rat per hoc satisfactio talis non est sufficiens, nisi ex acceptatione diuina: quæ distinguitur contra satisfactionem simpliciter.

¶Ad secundi quoque dubij obiecta ex eadem radice patet responsio, quantum ad sensum litteræ: nam infinitas offensæ ex hoc, q⁹ Deus est offensus, causat impossibilitatem satisfaciendi simpliciter in puro homine (vt dictum est) scilicet vt excludit diuinum suppositum & diuinam misericordiam gratificantem. Quantũ autem ad id, quod obiectio Scoti rangit de infinitate meriti seu satisfactionis Christi, in sequenti dubio explicabitur.

3. dist. 1. q. 1. arti cu. 3.
Et 4. dist. 43. arti. 2. q. 1. 2.
Et veri. q. 29. ar. 4. ad 3.
Et 1. Ti. 2. cap. 1. fi.

Ad alteram verò obiectionem directè contra rationem litteræ respondetur, quòd infinitas offensæ licet sit infinitas non simpliciter, hoc est in genere entis, sed quædam hoc est in genere malitiæ est enim offensa Dei malum infinitum, sicut linea infinita esset quantitas infinita. Et huiusmodi infinita si appellentur infinita secundũ quid, quia distinguuntur contra ens infinitum simpliciter, quod est solus Deus, conceditur, quòd infinitas offensæ est infinitas secundum quid: & quòd ipsum adæquaret infinitas etiam secundum quid actus charitatis in Deum, si satisfactor aliquis ex propriis viribus posset talem actum exhibere Deo offenso. Sed quoniam non solùm purus homo, sed nec quæcunque pura creatura ad hoc se potest extendere: ideo oportet satisfactorem esse infinitum simpliciter, qui scilicet ex propriis viribus possit actum infinitum secundum quid adæquantem offensam infinitam secundum quid, exhibere Deo. Et ideo optimè & efficaciter in litera ex infinitate offensæ Dei infertur, quòd oportet satisfactorem simpliciter esse nõ solùm hominem, sed etiam Deum: vt sic ex propriis viribus exhibeat actum infinitæ efficaciæ.

¶Ad tertium dubium respõdetur, quòd actiones Christi humanæ, scilicet amare Deum, voluntariè pati, & huiusmodi, habent duas condiciones. Altera est, quòd sunt res quædam creatæ: & sic sunt finita entia simpliciter: nõ enim sunt Deitas. Altera est, quòd sunt res personæ diuinæ, vt proprij suppositi cuius sunt: & sic sunt infinita entia personaliter: & sunt infinitæ efficaciæ in tali genere, puta meriti seu satisfactionis, ex hoc ipso, quòd sunt opera ipsius Dei, vt propriæ personæ exercentis opera. Et ex hoc patet primò solutio obiectionis Scoti in dubio præcedenti, nam passio Christi licet fuerit bonum finitum essentialiter, fuit tamen bonum infinitum personaliter: & propterea fuit infinitæ efficaciæ in satisfaciendo: nullum autem cuiuscunque puræ creaturæ meritum est infinitum personaliter. Patet deinde huius tertij dubij veritas: quoniam ex hoc ipso, quòd persona Christi soluit pro peccato, satisfactio ipsa est infinita personaliter, ac per hoc adæquans offensam infinitam ex infinitate materialis offensæ. Et licet adæquat offensas totius mundi contra diuinam maiestatem, ita adæquat beneficia collata toti vniuersõ à Deo: gloriosiora quod actio Christi ex hoc ipso quòd est infinita personaliter, sufficiens est ad adæquandũ & excedendum omnia tam naturæ assumptæ, quàm reliquo vniuersõ collata beneficia: & similiter ad excedendum offensas totius mundi in Deum: quoniam quanrò maior est satisfactor, aut gratiarum actor, tanto efficacior est. Si ergo in infinitum excedit omnes peccatores & omnes creaturas tes, consequens est quòd sufficiat pro omnibus, & excedat omnia. Vnde Christus sufficienter gratias egit Deo pro omnibus beneficiis suæ humanitati collatis, & satisfecit pro peccatis totius mundi ex hoc ipso, quòd persona diuina agebat gratias, & satisfaciebat quia persona diuina excedit in infinitum hæc omnia. Et nihil obstat, quòd persona diuina mediante humana natura hæc operabatur: nam humana opera, supra hominem operabatur, diuinæ scilicet: vt infectus elatè patebit, cùm de infinitate operum Christi, & modo operandi eiusdem erit sermo. Et licet ad Deos & parentes non possit reddi æquivalens à creatura, potest tamen reddi æquivalens à diuina persona incarnata. Et rursus licet quantò magis creatura gratias agit Deo, tanto magis Deo obligetur: quia ipsa gratiarum actio nouum est beneficium, quod tunc accrescit creaturæ ex diuina largitate: quia tamen in personam diuinam in se nullum redundat beneficium

ex gratiarum actione, sic nec vilum est sibi à principio incarnationis præstitum beneficium. ideo ipsa ex hoc ipso, quòd humanos actus diuinos personaliter exhibet Deo: omnia creata sufficienter adæquat & excedit. Vbi scito, quòd quia verbum caro, ex propriis viribus suæ personæ habet charitatem & gratiam in anima informante carnem assumpta: iuxta illud, (Quasi vnigeniti à Patre plenum gratiæ & veritatis.) charitas non se tenet in Christo ex parte Dei, vt cui satisfaciendum est, sicut in exteris hominibus dictum est comparari: sed se tenet ex parte personæ satisfacientis, hoc est ipsius Dei, vt satisfactor est. Et propterea non potest de Christi satisfactione dici, quòd est equivalens per acceptationem, & non per æqualitatem: sicut de aliorum satisfactionibus dictum est.

¶Ad quartum dubium prædeclaranda est veritas rei, & deinde ad verba Autoris descendendum est. Christus dominus secũdum veritatem dupliciter causat satisfactionem nostram: primò, vt causans charitatem & gratiam in nobis, qua satisfactio nostra acceptatur: secundò, vt satisfactor perfectè pro peccatis totius mundi. Et ex hoc satisfactio mea habet ex duobus capitibus efficaciam primo ex charitate in me, qua fit, & est Deo accepta, secundò, ex hoc quòd innititur super satisfactione Christi. Et quoniam neutro modo satisfactio mea est sufficiens simpliciter, sed secundum acceptationem, quia charitas se tenet ex parte Dei acceptantis & communicatio satisfactionis Christi misericorditer mihi fit, nõ transferendo æqualitatem simpliciter in meam satisfactionem, sed plus & minus participantem Christi satisfactionem constituendo: ideo non est sensus huius litteræ quòd satisfactio mea habeat efficaciã æqualitatis simpliciter ex satisfactione Christi, vt obiectum est, sed est sensus, quòd habet ex satisfactione Christi efficaciam, sicut imperfecta participatiue habent à perfectis esse & posse: sicut ignita habent ab igne efficaciam. Nec in quarto senten. Autor contrarium dicit: sed dicit hoc quoniam docet, quòd quantum ad hoc, quod est, satisfactionem meam non esse sufficientem simpliciter, sed per acceptationem diuinam, in idem redit, dicere, quòd satisfactio mea est ex charitate & communione passionis Christi. Et hoc verum est: quia ex neutro capite redditur sufficiens in se simpliciter. Considerauit quoque ibidem Autor satisfactionẽ meã, vt est ex merito Christi per communionem gratiæ & charitatis: & ideo dixit, quòd si aliunde gratiam quis haberet, eodem modo. scilicet secũdum acceptationem satisfaceret, hîc autem altius & formaliter cõtemplatus est satisfactionem Christi, vt perfectam simpliciter in ordine satisfactionum: & addidit propriam doctrinæ, quod hinc omnis puri hominis satisfactio sustentatur super satisfactione Christi: in quod si quis aliunde gratiam haberet non vt membrum Christi, satisfactio eius esset secundum acceptationem ex diuina misericordia per charitatem gratificante illam: sed non haberet efficaciam ex satisfactione Christi: & ideo imperfectior esset. Mea autem satisfactio, quia membrum Christi sum, efficax est & ex charitate, & ex satisfactione Christi. Et quia ex Christi capite & nobis membris constituitur vna persona mystica, ideo satisfactio mea coniuncta satisfactioni Christi fit æqualis simpliciter, vt est satisfactio mystica personæ imo & quandoque superexcedit: iuxta illud ad Colossen. 1. Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia.

a ¶ Super Quæstionis primæ Articulum tertium.

Comment. IN articulo tertio eiusdem quæstionis duo fiunt: primò referuntur diuersæ opiniones circa quæstionem: secundò respondetur quæstio, præterendo secundam opinionem duabus conclusionibus: altera de tacto, directè responsiua quæ nõ negatiue, altera de possibili asserente partem affirmatiuam. Prima conclusio est: Peccato non existente Incarnatio non fuisset. Probatur in sacra Scriptura vbique Incarnationis ratio ex peccato primi hominis assignatur: ergo Incarnationis opus ordinatum esse à Deo in remedium peccati, conuenientius dicitur: ergo peccato non existente, Incarnatio non fuisset. Antecedens pro euidenti assumitur. Prima consequentia probatur: quia ea, quæ ex sola Dei voluntate supra omne debitum creaturæ prouenient, nobis non innotescunt, nisi quatenus in sacra Scriptura (in qua diuina nobis voluntas manifestatur) traduntur. Secunda conclusio est: Deus potuisset peccato non existente incarnari. Probatur: quia potentia Dei non limitatur ad hoc, scilicet quòd Incarnatio fit in remedium peccati.

Aunot. ¶Circa verba litteræ nota duo: primò quòd ly conuenientius comparationem exercet respectu alterius opinionis contrariæ: ita quòd ex reuelatis in sacra

Universidad de Deusto
Biblioteca

Scriptura de diuina voluntate conuenientius dicitur pars negatiua, quàm affirmatiua, secundò quòd ibidem loquitur de opere Incarnationis vt sic, & non vt redemptiui & liberatiui vt Scotus glossandus dicit autoritates dicentes, quòd sine peccato non fuisset Incarnatio.

Nimor. b ¶ In responsione ad tertium, no. a distinctionem de potentia naturali & de potentia obedientiali nunc sumi, & quomodo distinguuntur, quòd naturalis infra ordinē naturalium sistit, obedientialis verò secundum ordinem ad diuinam potentiam attendit, illa semper implet, ista quandoque impletur & quandoq; nō impletur.

¶ Num prædestinatio præsupponat præscientiam futurorum.

Quæstio. c ¶ In responsione ad quartum huiusdem articuli tertii, dubium occurrit, primò circa illam propositionē, prædestinatio præsupponit præscientiam futurorum quia falsa est. Nā prædestinatio Petri nō præsupponit præ'cientiam Petri prædestinādi aut saluandi, sed econtra; præscientia Petri saluandi præsupponit prædestinationem Petri: vt patet ex hoc, q; ideo scit Deus Petrum saluandum, quia prædestinauit eum, & non ideo prædestinauit Petrum quia præuidit Petrum saluandum: vt patet ex prima parte, quæstio. 21. artic. 1. vbi determinatum est, quòd præscientia meritorum non est causa prædestinationis.

¶ Dubium secundò occurrit, quia impertinēs est solutioni argumenti de prædestinatione Christi, quòd supponatur præscientia futurorum, quia siue præsupponatur siue non, oportet ex voluntate diuina reddere rationē quare prædestinauit est per tale medium vel sub tali ratione, vt in corpore huius articuli fit: & non ex parte intellectus præuidentis: præuisio enim non est ratio futuri effectus, vt patet.

¶ Num si homo non peccasset, Deus incarnatus fuisset.

Quæstio. ¶ Dubium est tertiò ex Scoto in 3. senten. distinct. 7. quæst. 3. ex ratione prædestinationis animæ Christi inferente, siue præiudicio tamen, quòd Incarnatio etiam sine peccato fuisset. Probatur hoc multipliciter. Primò: Prædestinatio cuiuscunque ad gloriam præcedit ex parte obiecti naturaliter præscientiā peccati vel damnationis cuiuscunq; ergo multò magis hoc est verum de prædestinatione illius animæ ad summam gloriam. Secundò, Ordinate volens, per prius vult finem, & post hoc, quod est fini propinquius: ergo sicut prius vult alicui gloriam, quàm gratiam: ita inter prædestinatos quibus vult gloriam ordinare, prius vult gloriam illi, quem vult esse proximum finitæ per hoc prius animæ Christi, quàm alteri vult gloriam, & prius cuilibet vult gloriam & gratiam, quàm præuideat illi opposita istorum habituum, scilicet gratię & gloriæ: ergo prius vult animæ Christi gloriam, quàm præuideat Adam casurum. Tertiò, Redemptio siue gloria animæ redimendæ non est tantum bonum, quantum est gloria animæ Christi: ergo non propter solam istam causam videtur Deus prædestinasse illam animam ad tantam gloriam. Quartò: Quia non est verisimile tam summum bonum in entibus esse tantum occasionatum, propter minus bonum. Quintò, Non est verisimile Deum prius præordinasse Adam ad tantum bonum, quàm Christum: quod tamen sequeretur, imò vlterius sequeretur absurdius, scilicet quòd Deus prædestinando Adam ad gloriam, prius præuidisset ipsum casurum in peccatum, quàm prædestinasset Christum ad gloriam, si prædestinatio illius animæ tantum esset pro redemptione aliorum: quia redemptio non fuisset, nisi casus & delictum præcessisset. Et hoc sic sextum Scoti argumentum. Ex quibus concludit Scotus, quòd prius natura, quàm aliquid præuidebatur circa peccatorem, siue de peccato, siue de pœna, Deus elegit ad cælestem curiam omnes, quos habere voluit, siue angelos, siue homines in certis & determinatis gradibus: & nullus est prædestinatus tantum, quia alius præuisus est casurus: vt sic nullū oporteat gaudere de lapsu alterius. Et hoc pro septimo argumento.

¶ Ad euidentiam horum sciendum est, quòd hæc propositio prædestinatio supponit præscientiam futurorum, potest intelligi primo respectu omnium futurorum: & sic videtur non intelligibilis: nam prædestinatio Petri nō præsupponit præscientiam futuræ gloriæ Petri: quod patet sic. Præscientia futuri præsupponit futurum sub ratione futuri: quoniam, vt dicitur in primo Po. quod nō est, non potest scire: gloria autem Petri est primò futura per prædestinationem, vt patet. est igitur secundum naturæ ordinem primò prædestinatio Petri ad gloriam, & ex hoc gloria Petri est futura: & sic præuidetur à Deo. Supponit ergo præscientia alicuius futuri prædestinationem: ac per hoc prædestinatio non præsupponit præscientiam omnium futurorum. Secundò potest intelligi de prædestinatione quo ad constitutā per prædestinationem, & præscientia respectu aliorum futurorum tria quòd scilicet est, prædestinatio, vt respicit prædestinata, præsupponit præscientiam futurorum non prædestinatorum, sed eorum, quæ possibiliter præsupponuntur vel ordinantur per prædestinationem. Et sic propositio est vera. Quam vt clarius intelligas, distingue inter effectus prædestinationis: quoniam quidam sunt non solùm ordinati, sed cōstituti per prædestinationem: vt gloria & gratia, & vniuersaliter finis & media vt sic: quidam autem sunt solùm ordinati contra prædestinationem: vt anima illius hominis, qui est sanctus Petrus, & reliqua spectantia ad naturalem ordinem vniuersi. hæc enim futuri rationem habent ab æterno ex prouidentia diuina, & non ex prædestinatione diuina: sed prædestinatio quasi superueniens, sicut ordo gratiæ superuenit ordini naturæ, ordinat animam sancti Petri in gloriam æternam mediante gratia, &c. Et quoniam inter præsupposita à prædestinatione non solùm sunt res naturales constituentes vniuersum secundum naturalem ordinē: sed etiam defectus in puris naturalibus, vt monstra: & in animalibus, vt egritudines: & irrationalibus, vt ignorantia, & malum mortis, quod est peccatum: ideo sicut, simpliciter loquendo, prædestinatio præsupponit prouidentiam vniuersi naturalis, ita simpliciter loquendo, præsupponit præscientiam futurorum pertinētium ad ordinem vniuersi naturalem, & defectuū in illo futurorum. Inter quæ constat contineri peccata hominum: quoniam nō spectat nostrum peccare ad originem gratiæ, sed ad ordinem naturæ: quia ex nobis solis peccamus, vt patet: & autoritate Scripturæ firmatur Osee 13. Perditio tua ex te, Israël. Et hinc patet falsam esse Scoticam imaginationem, quòd prius Petrus prædestinetur ad gloriam, quàm præuideatur peccaturus: quoniam sicut prius præuidetur Petrus secundum ea, quæ secluso ordine gratiæ sibi conueniunt, quàm prædestinetur (quia prius præuidetur secundum futura sibi secundum ordinem simplicis prouidentiæ diuinæ, quàm secundum futura sibi secundum ordinem diuinæ prædestinationis: ita prius præuidetur peccaturus quàm prædestinetur, eadem ratione: quia scilicet Petrum peccare spectat ad ordinem diuinæ prouidentiæ, & per superuenientem ordinem diuinæ prædestinationis vel reprobationis ordinatur secundum ordinem gratiæ ad redemptionem, vel æternam punitionem. Et si perspicacius tres, qui de facto in vniuerso inueniuntur, ordines considerauerimus, videlicet ordinem naturæ, ordinem gratiæ & ordinem Dei, & creaturæ simul: videbimus quòd secundus supponit primum, & tertius præsupponit vtrūq; & similiter præordinatio & præuisio primū præsupponitur à præordinatione & præuisione secundi: & similiter præordinatio & præuisio tertij præsupponit præordinationem & præuisionem vtriusq;: ita q; Deus primò ordinauit vniuersum secundum ordinem naturæ: & quoniā vniuersum secundum talem ordinem non attingit ad fruitionem diuinam, superaddidit ordinem gratiæ: & quoniam talis ordo nō pertingit ad vnionē summo modo possibilē cū Deo, præordinauit creaturam ad vnionem personalem cum Deo. Quocirca quum peccata pertineant partim ad ordinē naturæ, & partim ad ordinem gratię, vt apposita illi: consequēs est, quòd prædestinatio Iesu Christi, vt sic filius Dei, præsupponat præuisionem futurorum peccatorum, vtpote spectantium ad præsupposita ordines in genere causæ materialis.

¶ Vnde ad singula dubia deueniendo, ad primū dubij dicitur, q; propositio illa est vera, vt declaratū est. & est ad propositū argumēti q; prædestinatione Christi necessariam absq; peccato arguebat. Respōsio nāq; ad hoc non exigit q; prædestinatio Christi supponat præscientiam gloriæ Christi, sed requirebat, q; præsupponit præscientiam peccatorum, in quorum remedium Christus est prædestinatus: ordinatio namq; medicinæ præsupponit notitiam morbi.

¶ Ad secundum verò dubiū dicitur, q; in hac responsione ad quartū argumēti, quæ nunc discutitur, non erat reddenda ratio prædestinationis Incarnationis in remedium peccatiuel sustinēdum erat, quòd cum prædestinatæ Incarnationis necessitate stat, quòd prædestinata sit in remedium peccati. Et hoc manifestatur ratione: quia prædestinatio præsupponit præscientiam futurorum antecedentium: iuxta quæ sunt peccata, vt declaratum est. Et exemplo prædestinationis alicuius, puta Pauli mediāte oratione alterius, puta Stephani: q; & sic de aliis. vt sic sit simile etiam quoad hoc, quòd prædestinatio Incarnationis præsupponit præscientiam peccati humani.

3. dist. 1. q. 1. art. 2.6. *Et opus. 10. artic. 28.* *& opus. 11. artic. 23.* *Et opus. 35. 11.*

¶ Ad tertium ex Scoto dubiū dicitur, quadruplici vtēdo distinctione. Prima est inter voliū & volibile: nā aliud est aliquid esse magis volibile, & aliud est illud esse magis volitū: salus enim omniū hominum est magis volibilis secūdū se, quàm salus alicuius quorū tātùm, vt patet: quia longè maius bonū est: non tū est magis volita à Deo: qui licet velit volūtate antecedēte, omnes homines saluos fieri, nō tamē vult voluntate beneplaciti salutē omniū, sed quorūdā tantū hominū: vt patet. Nō pōt ergo ex hoc, q; aliquid ex parte obiecti secundū se est maius bonū, ac per hoc magis volibile, inferri, ergo est magis volitū à Deo. Secunda inter magis & prius natura volitū. Tertia est inter prius naturā, vel à quo nō cōuertitur consequentia, vel prius causalitate. Quarta est inter prius natura volitū, prout prius est à quo nō cōuertitur consequentia, de facto vel possibili: accipiēdo enim prius natura, hoc est prius causalitate secundū aliquod genꝰ causæ, coincidit prius & magis secūdū illud genus causæ: volumus enim prius & magis sanitatē, quàm purgationem secundū genus causæ finalis: econtra autē secundū genus causæ materialis locando disponemus ex parte materiæ: & quia causa finalis est simpliciter & absolutè prior, ideo volumus simpliciter & absolutè prius & magis sanitatē. Sed si sumatur prius natura, à quo nō conuertitur consequentia (vt Scotus fumit in proposito) vtere quarta distinctione inter sic prius volitum de facto, vel prius volitū de possibili. Et dicito q; multorū ordinatè volitorum, quorū vnum se habet vt finis, aliud vt medium, aliud vt effectus: illud, quod est finis, constat esse magis prius natura, hoc est, causalitate volitū. & respectu diuinæ voluntatis loquendo, constat, quòd est prius natura de possibili volitum, nō autē quòd sit prius natura volitum de facto: hoc est, constat q; potest esse volitū illud sine medio, & effectu, nō tamen constat, q; de facto sit à Deo volitum illud sine tali medio, effectu & occasione: Et hoc est in quo deficiunt argumenta Scotica: quia ex magis & prius causalitate & prius natura secundū consequentiā volito de possibili à Deo, infert volitum esse à Deo de facto. At si assumat, quòd finis est magis & prius natura secundū consequentiam de facto à Deo volitus, petitio principij committitur: quia assimitur probandū. hoc enim quum ratione probari nō possit: quia nemo nouit quæ sunt Dei, nisi spiritus Dei) oportet ad Scripturas sacras deuenire, si nosse volumus q; de facto Deus ordinauit Incarnationem futuram, siue Adam peccet, siue non. Nos enim, quia ex Scriptura non habemus Incarnationem nisi redemptiuam, dicimus q; licet potuisset Deus velle Incarnationem etiā sine redemptione, futuram de facto. tamen noluit eam nisi ficquia ipse nō aliter reuelauit suam voluntatē, quæ ex sola ipsius reuelatione cognosci potest. Cùm ergo primò arguitur: Prædestinatio cuiuscunque ad gloriā præcedit ex parte obiecti, &c. dicitur quòd propositio est simpliciter falsa, loquendo de præuisione peccati (vt patet ex dictis) quia prædestinatio ad gloriam præsupponit ordinem prouidentiæ, in quo præuidentur peccata.

¶ Ad secundum dicitur q; ordinatè volens prius natura, hoc est causalitate finali, & prius natura, hoc est secundū non consequentiam, de possibili tamē vult finem & propinquius fini: non autē de facto: quia stat cum illo ordine, quòd simul de facto velit connexionem illorū, ita quòd nō velit finem sine tali medio & occasione: quia sic ei complaceat. Et ideo nihil valent illationes de facto, inferentes, quòd prius natura Deus gloriam velit sine peccati remedio.

¶ Ad tertium etiam patet ex dictis, quòd stat Deum nolle de facto maximum bonum nisi connexum tali minori bono.

¶ Et similiter ad quartum dicitur, quòd non decet diuinam sapientiam dispo fuisse eam ad excelsum bonum se facturam, non nisi occasionaliter, peccato suā misericordiam ad id prouocante.

¶ Ad quintum negatur sequela: quoniā, vt Apostolus dicit, prædestinauit alios cōformes fieri imaginis Filij sui: Christus est ergo primus prædestinatꝰ de facto.

¶ Ad sextum dicitur, q; nō est absurdum Deum prius præuidisse casum Adę, quàm prędestinasse Christū: sicut non est absurdum, Deum prius præuidisse leporem cursurū, & mōstra futura, & reliqua ad naturę ordinē spectantia, quàm prædestinasse Christū.

¶ Ad septimū reſtat dicendū, q; cùm dicitur, Nullus est prædestinatus, quia alius præuisus est casurus, oppositio est vera: quia præuisio futuri casus Adæ nō est sufficiēs causa prædestinationis Christi: sed si supra præuisionē futuricasus Adę apponatur misericordia Dei volētis casum illū, vt sibi computare, & per seipsum satisfactuere, iam habebitur, q; ideo Christus est prædestinatꝰ filius Dei, quia Deus vult satisfacere pro casu humano. Nec ex hoc oportet gaudere de lapsu alterius, sed de misericordia Dei qui alterius lapsum præuisum convertit in alterius bonum.

¶ super Quæstionis primæ Articulum quartum.

Cōment. IN articuli quarti eiusdem primæ nōn. corpore tria sunt. Primo manifestatur id quod quæstio hæc supponit, scilicet Christum deiesse omnia peccata mundi. Cùm enim hæc quæstio sit comparatiua, scilicet an principalius q; originali, quàm pro actualibus peccatis Deus incarnatus sit) præsupponit positiuum certam, scilicet quòd pro virisq; peccatis incarnatus sit: & hoc est quod primò in litera dicitur. Vbi nota q; non est sermo de omnibus peccatis simpliciter, sed de omnibus peccatis hominum: quoniā nō venit Christus pro peccatis angelorū: & hoc denotat litera cùm dicit, sed ad deletionē omniū peccatorū, quæ postmodū, scilicet post originale superaddita sunt. Secundo monstratur modus, quo Deus incarnatus deleuit omnia peccata, scilicet nō secundū effectū, sed secundū sufficientiā remedij: ita quòd duæ ponuntur hic cōclusiones. Prima negatiua: Non omnia peccata hominū delentur per Christū. Et ratio huius est defectus hominū. Probatur autoritate domini, Ioan. 3. Secunda affirmatiua: Christus exhibuit quod sufficiens fuit ad omnium peccatorū deletionē. Probatur ex Apostolo. Vbi nota, q; quia actus actiuorū sunt in patiente dispositio, & non his, quæ agentis actionē non suscipiunt: ideo quantuncunq; ignis sit sufficiens causa calefaciendi aliquem, nisi ille proximus sit igni, nō calefit: non ex defectu ignis, sed hominis, qui non accedit ad iguem. Astutit Christus medicinam sufficientissimam pro omnibus: & nisi iungamur Christo per fidē & obedientiam, in peccatis nostris remanemur: non ex defectu remedij, sed ex defectu nostrorum magis amantium tenebras sensibilū bonorum, quàm lucem intelligibilis diuinique boni. Tertiò in litera respondetur quæstio duabus cōclusionibus: altera implicitè, altera explicitè. Prima, quæ non explicatur, est: Quantū ad magnitudinem peccati in se sui, Christus principalius venit ad tollendum peccatum actuale, quàm originale. Secunda, quæ explicatur, est: Quantū ad magnitudinē extensiuā peccati, Christus principaliùs venit ad tollēdū peccatū originale, quàm actuale. Vtraq; cōclusio assumit vnam & eandē maiorem: scilicet, Tantò principalius ad alicuius peccati deletionem Christus venit, quanto illud peccatum maius est. Sed subsumit diuersam minorem: nam pro prima subsumitur, peccatum actuale esse maius intensiuè: pro secunda verò, peccatum originale esse maius extensiuè.

¶ Num originale peccatum sit maius extensiuè, quàm actuale.

Quæstio. ¶ Vbi duæ statim occurrunt dubitationes. Prima est: quia falsum est, q; regulariter loquendo, peccatum originale sit maius extensiuè, quàm actuale: quoniā omnes infecti originali sunt etiam infecti actuali peccato, regulariter loquēdo, & sublatis impedimentis: quod dico propter beatā Virginem, & infantes mortuos antequām possint actualiter peccare.

¶ Secūda dubitatio est: quia ex litera nō habet cōclusio simpliciter respōsiua quæsito, sed solùm secūm quidinō enim habetur an absolutè dicendū sit, q; Christus principalius q; originali venit: & similiter nō habetur an dicēdū sit, q; Christus

Universidad de Deusto
Biblioteca

principalius ꝙ actuali pcto venit, vt pater. Sed habetur, ꝙ secūdū hoc, id est intrinsecū, & secūm illud, id est extrinsecū magnitudine venit principali⁹ ꝙ hoc vel illo.

¶Ad primū dicitur, ꝙ per se loquēdo inter originale & actuale peccatū hæc est differentia, q actuale, vt in litera dicitur, est peccatū propriū singularis personæ, quæ facit illud. originale autem est peccatū propriū naturæ humanæ, ab Adam seminatiue procedens. Et ideo originale per se loquēdo est cōmune infinitis hominib⁹, ꝙ quāto natura humana pōt sic infinitis cōmunicari: & ideo tollit bonum naturæ humanæ per se loquēdo, inducēdo bonū in natura cōmuni generi humano. Peccatū autē actuale nō nisi bonū huius personæ tollit: & accidit pctō meo, ꝙ alter etiā peccet: & sic de aliis. Stādo igitur in ista latitudine sermonis per se, optime sonat dicere, q peccatum originale accidit peccato naturæ esse in toto gñe, sicut accidit pctō personæ.

¶Ad secundū dicitur, ꝙ Autor explicādo secundam cōclusionē, & non primā, & addēdo secundæ cōclusioni rationē, scilicet q̄ bonū generis diuinius & eminentius est, quām bonū vnius, insinuauit conclusionē respōsiuā quæsito simpliciter & absolutē illā esse, quam expressit in responsione ad tertiū. principalius venit abolere peccatū totius naturæ, quām peccatum vnius personæ. Sed illud peccatum naturæ ita perfectē curatum est in vnoquoque, acsi in vno solo esset curatum. Et ideo propter vnionem charitatis, totum quod omnibus est impensum, vnusquisque debet sibi ascribere.

ARTICVLVS V. ●

¶Vtrùm conueniens fuerit Deum incarnari ab initio mundi.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur ꝙ conueniens fuisset Deū incarnari à principio humani generis. Incarnationis enim opus ex immensitate diuinę charitatis processit secūdum illud Eph. 2. Deus, qui dives est in misericordia, propter nimiā charitatē suam, qua dilexit nos, cùm essemus mortui peccatis, cōuificauit nos in Christo. Sed charitas non tardat subuenire amico necessitatē patienti: secundum illud Prouer. 3. Ne dicas amico tuo, Vade, & reuertere: cras dabo tibi, cū statim possis dare. Ergo Deus Incarnationis opus differre nō debuit, sed statim & principio p suā Incarnationē humano generi subuenire.

¶Præterea, 1. Tim. 1. dicitur, Christus venit in hunc mundū peccatores saluos facere. Sed plures saluari fuissent, si à principio humani generis Deus incarnatus fuisset: plurimi enim ignorantes Deum, in suo peccato perierunt in diuersis sceleribus. Ergo conueniētius fuisset, quòd à principio humani generis Deus incarnatus fuisset.

¶Præterea, Opus gratiæ nō est minus ordinatum, quām opus naturæ. Sed natura initium sumit à perfectis: vt dicit Boët. in lib. de consol. ergo opus gratiæ à principio debuit esse perfectū. Sed in opere Incarnationis consideratur perfectio gratiæ secundum illud, Verbū caro factum est: & postea subditur, Plenum gratiæ & veritatis. Ergo Christus à principio humani generis debuit incarnari.

¶SED CONTRA est quod dicitur Gal. 4. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filiū suū factū ex muliere, factū sub lege. Vbi dicit gl. ꝙ plenitudo tēporis est quod præfinitū fuit à Deo patre, quando mitteret filiū suū. Sed Deus sua sapientia omnia disponit. Ergo cōuenientissimo tempore Deus est incarnatus. Et sic cōueniēs nō fuit, ꝙ à principio humani generis Deus incarnaretur.

CONCIVSIO.

¶Non decuit à principio humanæ generis ante peccatum Deum incarnari, nec statim post peccatū, sed in plenitudine temporis, quod ab æterno disposuit.

RESPONDEO dicendū, ꝙ cùm opus Incarnationis principaliter ordinetur ad reparationem humanę naturæ per peccati abolitionem, manifestum est quòd non fuit conueniēs à principio humani generis ante peccatum Deum incarnatum fuisse: non enim datur medicina nisi iam infirmis. Vnde ipse dominus Matth. 9. dicit, Nō est opus valentibus medico, sed malè habentibus: non enim veni vocare iustos, sed peccatores.

¶Sed nec etiā statim post peccatum conueniens fuit Deū incarnari. Primò quidem propter conditionē humani peccati, quod ex superbia prouenerat. vnde eo modo erat homo liberandus, vt humiliatus recognoscerer se liberatore indigere. Vnde super illud Gal. 3. Ordinata per angelos in manu Mediatoris, dicit gl. Magno Dei consilio factū est, vt post hominis casum non illico Dei filius mitteretur. Reliquit enim Deus prius hominē in libertate arbitrij in lege naturali vt sic vires naturæ suæ cognosceret: vbi cùm deficeret, legem accepit, qua data inualuit morbus nō legis, sed naturæ vitio. Vt ita cognita sua infirmitate, clamaret ad medicū, & gratiæ quæreret auxiliū. Secundò propter ordinem promotionis in bonū: secundum quē ab imperfecto ad perfectū pceditur. Vnde Apost. dicit 1. Cor. 15. Nō prius quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale: primus homo de terra terrenus, secūdus homo de cælo cælestis. Tertiò propter dignitatē verbi incarnati: quia super illud Gal. 4. At vbi venit plenitudo temporis, dicit glos. Quantò maior iudex veniebat, tantò præconū series longior præcedere debebat. Quartò, ne seruor fidei tēporis prolixitate repesceret: quia circa finem mundi frigescet charitas multorum. Vnde Luc. 18. dicitur, Cùm filius hominis veniet, putas inueniet fidem in terra?

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ charitas nō differt amico subuenire, salua tamē negotiorū opportunitate & personarū conditione. Si enim Medicus statim à principio ægritudinis medicinā daret infirmo, minus proficeret, vel magis lædaret, quàm iuuaret. Et ideo etiā dominus nō statim à principio Incarnationis remediū humano generi exhibuit, ne illud contēneret ex superbia, si prius suam infirmitatem non cognosceret.

b ¶Ad secundū dicendū, ꝙ Aug. ad hoc respōdet in lib. de sex quæstionibus Paganorū, dicēs q. 2. ꝙ tunc voluit Christus hominibus apparere, & apud eos prædicari suā doctrinā, quādo & vbi sciebat esse, qui in eum fuerāt crediturі: his enim tēporibus & his in locis tales omnes in eius prædicatione futuros esse præsciebat, quales non quidem omnes, sed tamen multi in eius corporali præsentia fuerunt, qui nec in eum fusciētatis ab eo mortuis credere voluerunt. Sed hanc responsionem reprobans idem Augustinus in lib. de perfectione iustitiæ hominis: & autoritate dñi duplici. Secūda est: Nō fuit cōueniens Deū incarnari statim post peccatū. Probatur quadrupliciter. Primò ex cōditione peccati, Humanū peccatū prouenerat ex superbia hominis: ergo eo erat modo liberādus, vt humiliatus cognosceret se liberatore indigere: sed hoc cōuenienter fit relinquēdo hominem primò in statu naturæ, deinde sub iugo legis: vt expertus secundum vtriusq; vires defectum suū, clamaret pro gratia: ergo. Omnia clara sunt in litera. Et firmatur magis ex respōsione ad primū, ducendo ad inconueniēs superbię, scilicet cōtemptū, si statim Incarnatio post pctm fuisset: Secūdo ex ordine ꝙmo iōis in bonū: quæ ratio in respōsione ad tertiū magis explicatur, ita ꝙ sic est formāda: Humanā naturā ipsam cōuenit pcedere de imperfecto ad pfectū: ergo consummata est pfectio in vnione ad Deūnō statim habenda erat. Antecedēs pbatur Apli autoritate in litera. Cōsequētia autē, vt manifesta relinquitur. Et meritò; q nō pcederet de imperfecto ad pfectū quasi ꝓgrediēdo p media, & appropinquādo ad diuinā vnionē, si statim Incarnatio fuisset: mā destruisset vnio seipsa intellectū magis ac magis illustrātis, secūdū successionē tēporū: & similiter media vnionis p charitatē Patriarchārū ac prophetarū: & similiter media vnio p diuturnū famulatū vnius populi exhibitum Deo in sacrificiis, quæ initiabat humanū genus ad futurū illud Iesu X pi in ara crucis sacrificiū. Tertiò ex dignitate verbi incarnati: & patet, & similiter quarto ex vitādo tēpore fidei. Et tu addę quintū ex solidirate fidei: mā si statim fuisset incarnatus, fidēlis putaretur antiquorū. Nūc autē, ex quo Christi Incarnationē tot non solùm verba, sed Scripturę prophetarū pręcesserūt, tāta expectatio tot seculorū fuit de Messia, mēs nostra in fide solidatur. Quā fidei securitatē tetigit Apost. 1. ad Corin. 15. dic. de Christo replicās, scīm Scripturas. Et ꝓpterea ecclesia in Symbolo post articulū resurrectiōis Christi, apposuit Iy scīm Scripturas, qđ refertur ad oēs pręcedētes de Incarnatione articulos: ita ꝙ sensus est: Qui propter nōs homines & propter nostrā salutem descendit de cælis, incarnatus, homo factus, crucifixus, passus, sepultus, & resurrexit secundum Scripturas, ne videātur Incarnationis mysteria omnem humanam excpacitatem excedentia, nouiter conficta.

b ¶In respōsione ad secūdū perspice, quòd responsio consistit in hoc quòd ratio ex pluralitate salutandorum non est efficax, quia saluādi ex diuina prædestinatione sunt misericorditer saluandi: vnde ipse magis hos, q̄ illos elegit. Cuius nulla est ratio nisi diuina voluntas.

¶Super

1. 2. qō. 98. artic. 6. c. Et 3. di. 1. q. 1. artic. 4. Et 4. cō tra c. 55. 9. Et Isa. 2. col. 1. Et Gal. 4. col. 3. fin.

¶Super Quæstionis primæ Articulū 5.

IN artic. 1. eiusdē primæ quæstionis corpore duæ sūt conclusiones, iuxta duplicem statū humani generis in sui principio, scilicet, innocētiæ & lapsus. Vertitur enim in quæstionē, an in principio humani generis debuerit Incarnatio esse: & ꝓterea iuxta duplicē statū in principio, duplici respōdetur conclusione, vtraq; negatiuè prima est, Non fuit cōueniens à principio humanigñis ante pctm Deū incarnatum fuisse. Probatur: Oꝑ Incarnationis principaliter ordinatur ad reparationē naturę ꝙ abolitionē peccatiergo nō fuit cōueniens ante pctm Deum incarnari. Probatur sequela ratione: q̄ a medicina nō datur nisi infirmis: & autoritate Aug. in litera. Secunda conclusio est: Cōueniens fuit Deum incarnari à principio humanigñis. Probatur ratione: Quia ex cōditione humani peccati, quod ex superbia prouenerat, conueniens fuit Deum incarnari à principio humanigñis, vt humiliatus cognosceret se liberatore indigere. Et hoc cōuenienter fit relinquēdo hominem primò in statu naturæ, deinde sub iugo legis, vt expertus secundum vtriusq; vires defectum suū, clamaret pro gratia: ergo. Omnia clara sunt in litera. Et firmatur ex respōsione ad primū, ducendo ad inconueniēs superbię, scilicet cōtemptū, si statim Incarnatio post pctm fuisset. Secūdo ex ordine ꝙmo iōis in bonū: quæ ratio in respōsione ad tertiū magis explicatur, ita ꝙ sic est formāda: Humanā naturā ipsam cōuenit pcedere de imperfecto ad pfectū: ergo consummata est pfectio in vnione ad Deūnō statim habenda erat. Antecedēs pbatur Apli autoritate in litera. Cōsequētia autē, vt manifesta relinquitur. Et meritò; q nō pcederet de imperfecto ad pfectū quasi ꝓgrediēdo p media, & appropinquādo ad diuinā vnionē, si statim Incarnatio fuisset: mā destruisset vnio seipsa intellectū magis ac magis illustrātis, secūdū successionē tēporū: & similiter media vnionis p charitatē Patriarchārū ac prophetarū: & similiter media vnio p diuturnū famulatū vnius populi exhibitum Deo in sacrificiis, quæ initiabat humanū genus ad futurū illud Iesu X pi in ara crucis sacrificiū. Tertiò ex dignitate verbi incarnati: & patet, & similiter quarto ex vitādo tēpore fidei. Et tu addę quintū ex solidirate fidei: mā si statim fuisset incarnatus, fidēlis putaretur antiquorū. Nūc autē, ex quo Christi Incarnationē tot non solùm verba, sed Scripturę prophetarū pręcesserūt, tāta expectatio tot seculorū fuit de Messia, mēs nostra in fide solidatur. Quā fidei securitatē tetigit Apost. 1. ad Corin. 15. dic. de Christo replicās, scīm Scripturas. Et ꝓpterea ecclesia in Symbolo post articulū resurrectiōis Christi, apposuit Iy scīm Scripturas, qđ refertur ad oēs pręcedētes de Incarnatione articulos: ita ꝙ sensus est: Qui propter nōs homines & propter nostrā salutem descendit de cælis, incarnatus, homo factus, crucifixus, passus, sepultus, & resurrexit secundum Scripturas, ne videātur Incarnationis mysteria omnem humanam excpacitatem excedentia, nouiter conficta.

b ¶In respōsione ad secūdū perspice, quòd responsio consistit in hoc quòd ratio ex pluralitate salutandorum non est efficax, quia saluādi ex diuina prædestinatione sunt misericorditer saluandi: vnde ipse magis hos, q̄ illos elegit. Cuius nulla est ratio nisi diuina voluntas.

¶Super

a *¶Super Quæstionis primæ Articulum sextum.*

Cōment. IN arti. 6. eiusdē primæ q. vnica est conclusio negatiuè respondent quæsito: Non fuit conueniens Incarnationem differri in finem mundi. Probatur triplici ratione in litera. Vbi pro elatiori intelligētia primę tātiōis, nota ꝙ duplex est motus humanæ naturæ de imperfecto ad perfectū vnus respectu ipsius naturę, vt distinguitur cōtra suppositū: alter respectu naturæ in suppositis propriis. Secundū primū motum Incarnatio se habet vt terminus: quoniā in opere Incarnationis natura humana in Dei assumpta est. Iuxta autē secundū motū gloria animæ & corporis in futuro mūdo se habet vt termin⁹, quādo homines glorificabūtur cōsummatē. Et in hoc secūdo motu mysterii incarnationis non se habet vt terminus, sed vt principium effectiuū: quoniā Christus dux omniū hominū ad gloriā cōsummatam per suā resurrectionē, &c. est. propter primū motum, non decuit incarnari Dei in principio mundi: vt prædictū est. propter secūdū motum non decuit differri Incarnationē in finem mundi. Ex ipsa igitur vnione duarū naturarū, diuinę scilicet & humanæ in Christo, neutrum cōueniens esse patet: ꝙa primū aduersatur progressui humanę naturę de imperfecto ad perfectū. secundū aduersatur autoritati diuini Verbi incarnati, ad deducēdū de potētia ad actū consummatū naturā humanam in propriis suppositis iuxta secundū motum. Cætera sunt clara.

Loci supra artic. 5. citati.

Infrà q. 4. art. 1. c. Et q. 43. artic. 3. secundum. Et q. 4. artic. 3. ca. Et vere. q. 29. artic. 4. ad 5.

¶Super Quæstionis secundæ Arti. primum.

IN artic 1. q 2. declarandus esset titulus nisi in corpore articuli declararetur.

¶SED CONTRA est quod dicitur Abac. 3. In medio annorum notum facies. Non ergo debuit incarnationis mysterium, per quod mundo innotuit, vsque in finem mundi differre.

CONCLVSIO.

¶Sicut non decuit diuinam maiestatem à mundi primordio incarnari, ita nec in fine mundi.

a RESPONDEO dicendum, quòd sicut nō fuit cōueniēs Deū incarnari à principio mūdi, ita nō fuit cōueniēs, ꝙ incarnatio differretur vsq; in finē mundi. Quod quidē apparet, primò ex vnione diuinæ & humanæ naturæ. Sicut enim dictum est, perfectum vno modo tēpore præcedit imperfectū, alio modo cōuerso, imperfectū tēpore præcedit perfectū. In eo enim ꝙ de imperfecto fit perfectū, imperfectū tēpore præcedit perfectū: in eo vero q̄ est causa perfectionis efficiēs, perfectū tēpore præcedit imperfectū. In opere autē incarnationis vtrūq; cōcurrit, quia natura humana in ipsa incarnatione est perducta ad summā perfectionem. Et ideo nō decuit ꝙ à principio humani generis incarnatio facta fuisset. Sed ipsum Verbū incarnatū est perfectionis humanę naturæ causa efficiēs, secundū illud Io. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus, & ideo nō debuit incarnationis opus vsq; in finē mundi differri, sed perfectio gloriæ, ad quā perducenda est seuerantia dicit: Nunquid possumus dicere Tyrios & Sidonios talibus apud se virtutibus factis credere noluisse, aut crediturос non fuisse, si fierent: cum ipse Deus attestetur eis, quòd acturi essent magnæ humilitatis pœnitentiam, si in eis factа essent diuinarum illa signa virtutū: proinde, vt ipse soluēs subdit, sicut Apostolus ait: Non est volentis, neq; currentis, sed miserentis Dei, qui his quos præuidit, si apud eos facta essent, suis miraculis credituros, qbus voluit, subuenit: aliis autem non subuenit, de quibus in sua prædestinatione occultè quidem, sed aliud iustè iudicauit: ita misericordiam eius in his, qui liberantur, & veritatem in his, qui puniuntur, sine dubitatione credamus.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ perfectum quidē est prius imperfecto, in diuersis quidē tempore & natura: oportet enim quòd perfectū sit quod alia ad perfectionē adducit) sed in vno & eodē imperfectū est prius tēpore, etsi sit posterius natura. Sic ergo imperfectionē naturæ humanæ durationē præcedit æterna Dei perfectio: sed sequitur ipsam consummata perfectio eius in vnione ad Deum.

ARTICVLVS VI. ●

¶Vtrùm incarnatio differri debuerit vsque ad finem mundi.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd incarnationis opus differri debuerit vsque in finem mundi. Dicitur enim in Ps. Senectus mea in misericordia vberi, id est, in nouissimo: vt glo. dicit. Sed tempus incarnationis est maximè tempus misericordiæ secundum illud Psal. Quoniam venit tempus miserendi eius. Ergo incarnatio differri debuit vsque in finem mundi.

¶Præterea, Sicut dictum est, perfectum in eodem tempore est posterius imperfecto: ergo illud quod est maximè perfectum, debet esse omnino vltimum in tempore. Sed summa perfectio humanæ naturæ est in vnione ad verbum: quia in Christo complacuit, omnem plenitudinem diuinitatis inhabitare, vt Apost. dicit Col. 1. Ergo incarnatio differri debuit vsque in finem mundi.

¶Præterea, Non est conueniens fieri per duo quod per vnum fieri potest. Sed vnus Christi aduentus sufficere poterat ad salutem humanæ naturæ: quæ erit in fine mundi. Ergo non oportuit, quòd antea veniret per incarnationem. Et ita incarnatio differri debuit vsq; in finem mundi.

CONCLVSIO.

¶Vtrùm vnio Verbi incarnati sit facta in natura.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd vnio Verbi incarnati sit facta in vna natura. Dicit enim Cyrillus, & inducitur in gestis cōcilij Chalcedonēsis. Non oportet intelligere duas naturas, sed vnam naturam Dei verbi incarnatam. Quod quidem non esset, nisi vnio fieret in natura. Ergo vnio Verbi incarnati facta est in natura.

¶Præterea, Athanasius dicit: Sicut anima rationalis, & caro vnus est homo: ita Deus & homo vnus est Christus, sed anima rationalis & caro conueniunt in constitutione vnius naturæ humanæ. Sic ergo Deus, & homo conueniunt in constitutione alicuius naturæ. ergo vnio facta est in natura.

¶Præterea, duarū naturarum vna non denominatur ex altera, nisi aliquo modo inuicē transmutentur. Sed diuina natura & humana in Christo abinuicē denominātur: dicit enim Cyrillus diuinā naturā esse incarnatā: & Greg. Nazanzenus dicit humanam naturam

vltimò natura humana per Verbū incarnatū, erit in fine mundi. Secundò ex effectu humanæ salutis. Vt enim dicitur in lib. de q. ve. & no. Test. in potestate dantis est, quādo vel quantum velit misereri. Venit ergo quando & subueniri debere sciuit, & gratarum rerum beneficium. Cùm enim languore quodā humani generis, abolescere cœpisset cognitio Dei inter homines, & mores immutarentur, eligere dignatus est Abraham, in quo forma esset renouatæ notitiæ Dei & morū: & cùm adhuc reuerentia segnior esset, postea per Mosen legem literis dedit. Et quia eam gētes ipreuerunt, non se subiicientes ei, neq; hi qui acceperunt, eam seruauerunt, motus misericordia dominus, misit filiū suum, qui data omnibus remissione peccatorum, Deo patri illos iustificatos offerret. Si autem hoc remedium differretur vsq; in finem mundi, totaliter Dei notitia & reuerentia & morum honestas abolita fuisset in terris. Tertiò apparet hoc fuisse conueniens ad manifestationē diuinæ virtutis: quæ pluribus modis homines saluauit, non solùm per fidem futuri, sed etiā per fidem præsentis & præteriti.

¶AD PRIMVM ergo dicendum ꝙ glo. illa exponit de misericordia perducente ad gloriā. Si tamen referatur ad misericordiam exhibitā humano generi per incarnationem Christi, sciendum est, quòd sicut Aug. dicit in lib. retractā. tēpus incarnationis potest cōparari iuuētuti humani generis, propter vigorem seruorémq; fidei, quæ per dilectionē operatur. senectuti autem, quæ est sexta ætas, propter numerū tēporum, quia Christus venit in sexta ætate. Et quāuis in corpore non possit simul esse iuuētus & senectus, potest tamen simul esse in anima, illa propter alacritatē, ista propter grauitatē. Et ideo in li. 83. q. alicubi dicit Aug. ꝙ nō oportuit diuinitus venire Magistrū, cuius imitatione humanū genus in mores optimos formaretur, nisi tēpore iuuētutis. Alibi autē dicit Christū in sexta ætate humani generis tāquā in senectute venisse.

¶Ad secundū dicendū, quòd opus incarnationis nō solùm est cōsiderandum vt terminus motus de imperfecto ad perfectum, sed etiā vt principium perfectionis in humana natura, vt dictum est.

¶Ad tertiū dicendū, quòd sicut Chry. dicit super illud Io. Non misit Deus filiū suum, vt iudicet mundum: duo sunt Christi aduentus. Primus quidē, vt remittat peccata: secundus, vt iudicet inundū: si enim hoc non fecisset, vniuersi simul perditi essent: omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Vnde patet, quòd non debuit aduentum misericordiæ differre vsque in finem mundi.

QVAESTIO SECVNDA DE MODO *unionis Verbi incarnati, in duodecim articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de modo vnionis Verbi incarnati. Et primò, quantum ad ipsam vnionem. Secundò, quantum ad personam assumentem. Tertiò, quantum ad naturam assumptam.

¶Circa primum quæruntur duodecim. ¶Primò, vtrùm vnio Verbi incarnati sit facta in natura. ¶Secundò, vtrùm sit facta in persona. ¶Tertiò, vtrùm sit facta in supposito vel hypostasi. ¶Quartò, vtrùm persona vel hypostasis Christi post incarnationem sit composita. ¶Quintò, vtrùm sit facta aliqua vnio animæ & corporis in Christo. ¶Sextò, vtrùm natura humana fuerit vnita verbo accidentaliter. ¶Septimò, vtrùm ipsa vnio sit aliquid creatum. ¶Octauò, vtrùm sit idem quod assumptio. ¶Nonò, vtrùm sit maxima vnionum. ¶Decimò, vtrùm vnio duarum naturarum in Christo fuerit facta per gratiam. ¶Vndecimò, vtrùm eam aliqua merita præcesserint. ¶Duodecimò, vtrùm gratia vnionis fuerit homini Christo naturalis.

infr. art. 2. & 6. c. & 12. ad 1. & q. 50. artic. 2. Et 3. di. 1. qō. 2. artic. 1. & di. 5. q. 1. art. 2. & 3. Et 4. cō tra 35. 37. & 41. Et vere. q. 20. ar. 1. c. Et vnio. artic. 1. Et npus. 3. c. 213. 214. & 225.

ARTICVLVS I. ●

¶Vtrùm vnio Verbi incarnati sit facta in natura.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd vnio Verbi incarnati sit facta in vna natura. Dicit enim Cyrillus, & inducitur in gestis cōcilij Chalcedonēsis. Non oportet intelligere duas naturas, sed vnam naturam Dei verbi incarnatam. Quod quidem non esset, nisi vnio fieret in natura. Ergo vnio Verbi incarnati facta est in natura.

¶Præterea, Athanasius dicit: Sicut anima rationalis, & caro vnus est homo: ita Deus & homo vnus est Christus, sed anima rationalis & caro conueniunt in constitutione vnius naturæ humanæ. Sic ergo Deus, & homo conueniunt in constitutione alicuius naturæ. ergo vnio facta est in natura.

¶Præterea, duarū naturarum vna non denominatur ex altera, nisi aliquo modo inuicē transmutentur. Sed diuina natura & humana in Christo abinuicē denominātur: dicit enim Cyrillus diuinā naturā esse incarnatā: & Greg. Nazanzenus dicit humanam naturam

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶In corpore articuli sunt duæ partes principales: in prima declaratur titulus, declarando quid significet in proposito ly natura. Vbi nota quòd Autor discurrendo per diuersas significationes ordine quodam conuenientes nomini naturæ, decernit in hac quæstione naturã significare essentiam rei: & ex hac determinatione vt elatissimam reliquit titulum articuli. Et verè sic est: quoniam ex

esse deificatã, vt patet per Dam. Ergo ex duabus naturis videtur esse facta vna natura.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur in determinatione concilij Chalcedon. Confitemur in nonissimis diebus filiũ Dei vnigenitũ in duabus naturis incõfuse, immutabiliter, indiuise, inseparabiliter agnoscendum, nunquã sublata differentia naturarũ propter vnionem. Ergo vnio non est facta in natura.

CONCLVSIO.

¶ Impossibile est diuinæ & incarnati Verbi vnionem factam esse in natura.

a ¶RESPONDEO dicendum, quòd ad huius quæstionis euidentiã oportet cõsiderare quid sit natura. Sciẽdũ est ergo quòd nomen naturæ à nascendo est dictum: Vnde primæ est impositũ hoc nomen ad significandum generationem viuentiũ: quæ natiuitas vel pullulatio dicitur, vt dicatur natura quasi nascitura. Deinde transfluit est nomen naturæ ad significandum principium huius generationis. Et quia principium generationis in rebus viuentibus est intrinsecum, vlterius deriuatum est nomen naturæ, ad significandum quodlibet principium intrinsecum motus: secundum quòd Philosophus dicit in 2. Physi. quòd natura est principium motus in eo, in quo est per se & non secundum accidens. Hoc autem principium vel forma est, vel materia: vnde quandoq; natura dicitur forma, quandoq; verò materia. Et quia finis generationis naturalis est in eo quod generatur, essentia speciei, quã significat diffinitio: inde est quòd huiusmodi essentia speciei vocatur etiam natura. Et hoc modo Boëtius *Annot.* naturam diffinit in lib. de Duabus na. dicẽs, Natura est vnamquanq; rem informans specifica differentia: quæ scilicet cõplet diffinitionem speciei. Sic ergo nunc loquimur de natura, secundũ q̃ natura significat essentiã, vel quod quid est, siue quiditatẽ speciei. Hoc autẽ modo accipiẽdo naturã, impossibile est vnionẽ Verbi incarnati esse factã in natura.

¶Tripliciter enim aliquid vnũ ex duobus vel pluribus constituitur. Vno modo ex duobus integris, perfectis remanẽtibus. Quod quidẽ fieri nõ potest nisi in his, quorũ forma est cõpositio, vel ordo, vel figura. sicut ex multis lapidibus absq; aliquo ordine adunatis, per solam cõpositionem fit acervus, ex lapidibus autẽ & lignis secundũ aliquem ordinẽ dispositis, & etiam ad aliquam figurã redactis, fit domus. Et secundum hoc posuerunt aliqui vnionẽ esse per modũ confusionis, quæ scilicet est sine ordine: vel cõmassationis, quæ sicut est cum ordine. Sed hoc nõ potest esse. Primò quidem: quia cõpositio vel ordo vel figura non est forma substantialis, sed accidẽtalis. Et sic sequeretur quòd vnio incarnationis non esset per se, sed per accidens: quod infra improbabitur. Secundò, quia ex huiusmodi nõ fit vnum simpliciter, sed secundum quid: remanẽt enim plura actu. Tertiò, quia forma talium non est natura, sed magis ars: sicut forma domus. Et sic non constituetur vna natura in Christo, vt ipsi volunt.

Annot. ¶Circa rationem illam, quia diuina natura & humana non possunt constituere aliquid per modum formæ & materiæ: nota duo. Primum est ly præsertim corporei: dixit enim hoc Autor ad præcauendum sermonem suum ab informatione secundum esse intelligibile. Dictum est enim in 1. lib. q. 12. quòd diuina essentia potest esse forma intelligibilis intellectus creati: sed alterius rationis ac ordinis est esse formam in esse intelligibili intellectus creati, & conuenire cum aliquo corporeo per modum formæ & materiæ ad constituendum aliquam naturam: hoc enim maximam imperfectionem & informationem rei secundum esse materiale poneret in diuina natura: illud autem nullam imperfectionẽ aut informationem secundũ esse ponit in diuina essentia: vt ibi patuit. Secundũ est, quòd sequela in litera subdicta, scilicet, sequeretur enim q̃ species resultãs esset cõmunicabilis pluribus, fundatur super illa propositione: Omnis natura cõposita ex materia & forma, est cõmunis pluribus: quæ ex primo Cœli habetur. Quæ propositio vera dicitur, quãtũ est ex se: potest enim aliunde, puta ex hoc, q̃ cõstat ex tota sua materia nõ inueniri nisi in vno natura illarum de mũdo ibidẽ dicit. Est igitur omnis natura ex materia & forma cõposita, sed dã se cõmunis pluribus: & de facto potest inueniri in pluribus, nisi cõstet ex tota sua materia. Et quia natura illa resultans in Christo & diuina natura, vt forma, & humana, vt materia non constarent ex tota sua materia (vt patet quia mulæ aliæ naturæ humanæ singulares inueniuntur vbique illã, quæ est in Christo) sequitur quòd de facto posset natura alia resultãs pluribus esse communicabilis pluribus. Et hoc posset esse, imò infiniti Christi eiusdẽ speciei specialissimæ.

b ¶In eodem primo articulo in responsione ad secundũ circa similitudinẽ ab Athanasio data, perspice q̃ similitudo dicitur tenere quã ad hoc, scilicet quantũ ad vnitatẽ suppositi vtriusq;. Nec aliud sonant verba Athanasij nisi similitudinem quo ad vnitatem suppositi: dicẽdo, sicut anima rationalis & caro vnus est homo: nã vnus homo vnum suppositum manifestẽ significat, & non ponit similitudinẽ quo ad vnitatem naturæ, nec quo ad modum constituendi vnum suppositum: neq; enim illo modo vnum suppositũ Christi constat ex diuina & humana natura, sicut vnus homo constituitur ex anima & corpore: quoniã vnus homo, puta Petrus, cõstituitur ex anima & corpore, vt veris partibus componẽtibus ipsum Petrum: est enim persona Petri cõposita ex hac anima & hoc corpore, vt partibus suis: Christus autẽ non constituitur in suo esse personali per vtranq; naturã, diuinã scilicet & humanã: vt infrà patebit. Intellige igitur similitudinẽ quantũ ad ipsam vnitatẽ suppositi, vtrobiq; subsistentis in duobus: ibi in natura ita rõnalis & carnis, hic in natura Dei & hominis: diuersimodè tamẽ ista verba literæ: men iuxta diuersas cõditiones eorundẽ. Diligẽter autẽ Vnitas verò personæ cõstituitur ex eis, scilicet anima & corpore vnius, inquantũ est vnus aliquis subsistẽs in carne & anima: oportet nanq; hæc scrutari in q. 4. artic. 2. vbi inquiretur, & diffiniendum est quid persona humana, puta Petrus, addit supra suam, hoc est singularem, humanitatem, quia est hic homo.

¶Super

¶ super Quæstionis secundæ Articulum secundum.

Cõment. IN articulo secundo eiusdem secundæ quæstionis prædeclarandum erat titulos, nisi in corpore articuli declararetur.

a ¶In corpore igitur articuli tria fiunt: primò declaratur ly persona. Secundò ly vniri in persona: per hæc enim duo titulus patet. Tertiò respondetur quæsito vnica cõclusione affirmativa: Vnio Verbi incarnati est facta in persona, ita quòd non in natura.

¶Primũ fit declarando differentiã inter personam & naturam, ex diuersa significatione nominũ naturæ, & personæ: Vbi scitò quòd personæ & naturæ nominibus nõ intelligimus hæc vocabula, natura & persona, quæ importãt naturam & personã in actu signato: sed nomina, quæ significant naturã & personã in actu exercito: vt humanitas, & hic homo, seu Sortes, & sic de aliis. Ita quòd ex eo quòd aliud significat humanitas, & simili. Ista nomina naturæ, & aliud significat Sortes, & alia nomina personarũ, monstratur differẽtia in rebus significatis, scilicet natura & persona. Procedit autẽ littera ex differẽtia inter naturã & suppositũ ad differẽtiã inter naturã & personã à cõmunibus tradẽs doctrinã. Suppositũ enim cũm idẽ sit quod prima substãtia, cõmune est omni naturæ generis substãtiæ, personæ autẽ in sola rationali seu intellectuali natura inueniuntur ita q̃ sicut suppositũ significat primã substãtiã, in quacũq; specie substãtiæ sit, ita persona significat primã substãtiã in genere intellectualis substãtiæ. Et propterea in littera dicitur, q̃ differẽtia assignata inter naturã & suppositũ, intelligẽda est eriã inter naturã & personã: ex hoc enim quòd ly persona, ly natura ad rationalẽ & de eadẽ est ac si diceretur suppositũ naturæ rõnalis.

¶Et quamuis diuersimodè in diuersis inueniatur aliud & aliud, quod significatur nominibus Naturæ & Personæ: quia in quibusdã inuenitur aliud secundũ rem, in quibusdã aliud secundũ rationẽ tantũmodo: ideo in littera post propositã differentiã significati per naturã à significato per personã, quatuor facit. Primò ostẽdit quare in quibusdã secundũ rem distinguitur natura & suppositũ: dicẽs hoc ideo esse, quia naturæ potest inueniri aliquid cõiunctũ præter id quod de ratione sua formali est. Et hãc rationẽ ita ponderat Autor, vt ex affirmatione affirmationem, & ex negatione negationẽ inferat: hoc est, quòd in illis substãtiis, in quibus inuenitur aliquid vltra naturã specificã, suppositũ & natura distinguuntur secundũ rem. & in illis, in quibus nihil inuenitur præter naturã specificam, suppositum & natura non distinguuntur secundũ rem. Secundò explanat in quibus substãtiis manifestè subsumi potest distinctio talis secundũ rem vel non distincto: & dicit, quòd in substãtiis compositis ex materia & forma, in quibus inuenitur & accidẽtia & principia individuantia præter naturã specificã, suppositũ & natura distinguuntur secundũ rem. Tertiò declarat qualiter distinguuntur secundũ rem & dicit. Distinguuntur non tanquã duæ res separatæ, sed tanquam eadẽ superaddens aliqua alia. Vbi nouiũ distinguãt, quòd distingui secundũ rem contingit dupliciter: primò, sicut duæ res, quarũ vna nihil est alterius: vt albedo & dulcedo, vt Sortes & Plato, &c. Alio modo sic, vt vna res includat totam aliam, & superaddat ei aliquid aliud: & hoc modo suppositũ distinguitur à natura secundũ rem: quia scilicet includit naturã, & addit aliqua alia. Et ne hoc voluntariè dici videatur, ex duobus effectibus hoc probat, primò ex modo significandi quia hinc prouenit, quòd significatur suppositũ per modum totius, & natura per modũ partis formalis perfectiuè suppositi. Secundò, ex negatiua prædicatione: quia hic homo non est sua humanitas: ex hoc enim quòd Sortes est vt totũ quoddam respectu naturæ & aliorũ superadditorum, prouenit vtrunq;: & quòd sic significetur vt totũ, & natura vt pars, constitutiua tamẽ ipsius, & quòd falsa sit affirmatio naturæ de Sorte, vtpote partis de toto. Quartò sub alio membro subsumit substantiam diuinam, in qua natura & suppositum sola ratione distinguuntur: quia nihil in Deo vltra suam naturam inuenitur.

Locis supra art. 2. inducti.

¶ Num suppositũ & natura in Angelis secundum rem distinguantur.

Quæstio. ¶Sed occurrunt circa hæc multa dubia. Primum est, an differentia realis posita hîc inter suppositum & naturam, habeat locum in Angelis. Et est ratio dubij: quia in prima par. q. 1. artic. 1. dixit Autor in substãtiis separatis suppositum esse idem secundum rem, quod natura: ita quòd Gabriel est sua Gabrielitas: cuius oppositum dicitur hîc de Sorte, quòd scilicet non est sua humanitas. In oppositum autem est: quia hîc dicitur, quòd in quibus inuenitur aliquid præter naturam speciei, suppositũ differt secundum rem à natura. quia in suppósito includitur natura speciei, & quædam alia quæ sunt præter naturam speciei. Constat autem in angelis inueniri multa præter naturam speciei: vt existentia actualis, & alia accidentia: quamuis nõ inueniantur in eis principia individuantia. ergo.

¶ Num suppositũ addat aliquid reale supra naturã, à qua distinguitur.

Quæstio. ¶Secundum dubium est an illud, quod suppositum dicitur addere supra naturam, oporteat esse ens reale: an sufficiat quòd sit negatio aliqua secundum doctrinam Autoris.

¶ Num suppositum addat supra naturam aliquid intrinsecum.

Quæstio. ¶Tertium dubium est, an illud, quod addit suppositum supra naturam, oporteat esse intrinsecum suppósito: an sufficiat quòd sit extrinsecum. Et est sermo de suppósito & natura singulari: hoc est de Sorte & hac sua humanitate. Et est ratio dubij difficultas videndi quid est illud intrinsecum, & diuersitas opinionum, & nostrum etiam dictum in Commentariis Primæ partis in loco allegato, vbi diximus quòd non differunt intrinsecè.

¶ Quid nam sit quod sibi suppositum addit supra suam naturam.

Quæstio. ¶Quartum dubium est quid sit illud quod suppositũ creatum addit intrinsecè sibi supra hanc naturam suam. Et est ratio dubij quia hinc non apparet quid sit illud & propter rei obscuritatem & propter varias opiniones. Inde autem cogimur aliqd dicere quoniam dicimus & affirmamus verbũ Dei non assumpsisse personam humanam, sed assumpsisse hanc humanitatem: & dicimus quòd persona humana est inassumptibilis. hoc autẽ natura assumpta est.

¶ Num quippiam in Deo inueniatur præter rationem suæ speciei.

Quæstio. ¶Quintum dubium est circa illud, quòd in deo nihil inuenitur præter rationem suæ speciei: quum in Deo confitemur personales proprietates realiter inter se distantes, præter vnicam, absolutam ac communem omnibus diuinis personis essentiam.

¶Ad primum dubium dicitur, quòd sententia literæ istius proculdubio locum habet in angelis: vt patet inferius in q. 4. artic. primo ad tertium: vbi natura angeli absq; angeli personalitate assumptibilis à diuina ponitur persona (quod constat non esse intelligibile si suppositum & natura essent omnino idem secundum rem) & quòd in angelis propter hanc literæ rationem quam Autor etiam in Quolib. 1. quæst. 2. artic. 1. tractat, suppositum differt secundum rem à natura. non tamen omni modo quo differunt hæc in compositis ex materia & forma, vt ibidem dicitur, quia suppositum in substantiis materialibus differt à natura etiam, quia includit singularitatem naturæ, quam non includit natura. Talis autem differentia non saluatur inter suppositum & naturã in substantiis separatis: sed illa differentia, quæ ponitur hîc, communis est omnibus substantiis creatis, scilicet quòd suppositum includit naturã etiam hanc, & addit quædam alia: natura autem etiam hæc non includit illa. Nec obstat doctrina habita in Prima parte: quoniam ibi est sermo de identitate reali & intrinseco reali designatione naturæ, ita quòd cùm pluribus modis possit contingere distinctio suppositi à natura, ibi non est sermo nisi de illo modo, quo differunt penes aliquid reale intrinsecum designatiuum naturæ. Quomodo clarè patet suppositum differre ab essentia per diffinitionem significatam in substantiis materialibus: Sortes enim manifestè differt ab humanitate: quia includit principia individuantia, quæ determinant naturam, scilicet humanitatem, constituendo humanitatem esse hanc, quanuis non differat per hoc solum Sortes ab humanitate sine enim in angelis non differunt suppositum & natura. Nec propterea Autor fuit ibi diminutus, aut falsus excluso illo modo distinctionis suppositi à natura, concludens intellectatẽ suppositi & naturæ in substantiis immaterialibus, & consequenter in Deo: quoniam etsi processus iste solus reprehendi possit, iuxta tamen articulis sequentibus irreprehensibilis fuit: quoniam ex sequelibus in illamet q. articulis excluduntur à Deo: de quo etsi principalis quæstio alij modi, quibus potest suppositum secundum rem distingui à natura: excludendo enim compositionem ex essentia & esse & quocunque accidente & quacunque componibilitate, satis clarè patet, quòd essentiæ illi nihil præter rationem speciei iunctum est, ac per hoc omnes modi, quibus suppositum potest distingui à natura, excluse ibi inueniuntur à Deo, non autem ab angelis, de quibus non erat tunc quæstio. Sensus ergo doctrinæ illius est, quòd in substantiis immaterialibus suppositum & natura sunt idem, secundum rem intrinsecè: ita quòd ly intrinsecè, referatur ad naturam etiam hanc: an autem referatur etiam ad suppositum, sub dubio relinquatur: quoniam inferius discutiendum est.

¶Ad secundũ dubiũ dicitur, q̃ reale dubium oportet esse ens reale qd suppositũ addit supra naturã: ea ratione q̃ dicit supra naturã: ea est illud, quo differt secundũ rẽ à natura. Cõstat enim q̃ differẽtia secundũ rẽ inter aliqua nõ est, nisi ratione alicuius entis realis: in hac autẽ littera dicit, q̃ est differẽtia scilicet realis: ergo oportet q̃ sit secundũ aliquã realitatẽ.

¶Ad tertiũ & quartũ dubiũ respondendũ est in q. . artic. 2. vbi melius intelligi potetunt dicenda, postquam tot de persona inferim discussa aperiq; fuerint.

¶Ad quintũ dubiũ dicitur q̃ in Deo præter rationẽ suæ naturæ nihil aliud inuenitur: aliud autẽ dico nõ solũ realiter, sed formaliter loquendo de formalitate diuinæ naturæ, prout ipsa in se ex se est. Deitas nãq; si diffiniretur secundũ suã mentẽ, claudere in ratione sua formalissima & simplicissima non solũm quid est sapientiæ, intellectus, voluntatis, & reliquarum absolutarum perfectionum: sed quid est paternitatis, filiationis, ac processionis. Sed quia noster intellectus non potest illius celsitudinem capere, more nostro distinctas rationes formales essentiæ & personalis proprietatis formamus, fictas in re vnica, excellenti re, & quiditate, virtualiter continente has distinctas rationes, quas formamus.

¶Secundò autẽ, quid *scilicet* est vniri in persona, declaratur pondere vnã vniuersalem, Omne quod inest alicui personæ, siue pertineat ad naturã eius, siue non, *Cõment.* vnitur ei in persona. Vbi scitò latitudinẽ vnionis in persona habere triplicẽ gradũ. Ad cuius clarificationẽ recolendum est, quòd alicui personæ quatuor attribuuntur. primò exterinseca, vt vestis & locus: secundò accidentia inhærentia, vt albedo & huiusmodi: tertiò, partes, vt manus & reliqua mẽbra: quartò, essentia ipsa etiã singularis: vt hæc humanitas: habet enim Sortes vestẽ, albedinẽ, manũ & hanc suam humanitatẽ. Sed primũ horũ non est vnitũ Sorti in persona: quia constat aliud esse suppositũ vestis & aliud suppositũ personæ vestitæ illa veste: suppositũ enim vestis est substãtia pãni, nõ homo qui vestitur. Reliqua verò tria vniuntur Sorti in personam: à subiecto accidentũ Sortis est ipse Sortes: & similiter Sortes est qui integratur ex suis mẽbris: & qui constituitur in esse sito specifico. Individuato per hanc suã humanitatẽ. Est autem inter istos tres modos vnionis in persona diuersitas magna: quoniã accidẽtia vniuntur quidẽ Sorti in persona.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sona, sed anu vt pertinetia ad integritatē personæ: vt patet. Partes verò vnionis sunt in persona Sortis, vt integrates ipsius personā. Natura autem singularis vnitur personæ Sortis, vt constitutiua ipsius Sortis: ita quòd tam partes, quàm natura vniuntur Sorti in persona subsistentialiter, sed partes secundū esse substantiale partiale: natura verò secundū esse substantiale totius naturæ. Et quia in hoc articulo sola quæstio de vnione ſo persona tractatur, & inferius diligentiùs dicendum est in artic. 6. no huiusmodi vnio in Christo sit subsistentialis vel accidentalis: ideo præsenti propositio sufficit indistinctè determinare, quòd vnio est in persona: non curando de modo seu gradu vnionis personalis. Et propterea in litera dicitur, quòd omne quod inest alicui personæ, siue pertineat ad naturā eius, siue non, vnitur ei in persona. Et per hæc patet titulus articuli.

¶Conclusio responsiua probatur sic: Verbū habet naturam humanā sibi vnitam, & non ad suam naturam diuinā pertinentem: ergo vnio est facta in Verbi persona & nō in natura. Antecedens patet ex fide. Consequētia probatur: quia si nō vnitur ei in persona, nullo modo vnitur ei: ne hoc tota fides subuertitur. Ac sumpta fundatur super illa maxima: Omne qd inest alicui personæ, siue pertineat ad naturā eius, siue non, vnitur ei in persona. Ex hoc enim patet, quòd negare vnionem naturæ humanę in persona Verbi Dei est negare naturā humanam inesse verbo Dei: quod est negare Incarnationem.

¶ Num vniri in persona necessarium sit omne illud, quod inest alicui personæ, siue pertineat, siue non ad naturam illius.

Quæstio. ¶Sed est circa processū hunc quæstio: quoniam maxima illa: Omne, quod inest alicui personæ, siue pertineat ad naturam illius siue nō, vnitur ei in persona: aut intelligitur, quòd ly inest, verificetur pro quocunq; modo inessendi, aut de aliquo seu aliquibus modis inessendi. Si intelligitur latissimè pro quocunq; modo inessendi, falsa cōprobatur: quū etiam vestis dicatur esse in persona vestita, quā constat non vniri in persona. Si intelligitur restrictè ad aliquem vel ad aliquos essendi modos (puta vt forma in subiecto, aut pars in toto, aut secundū esse substantiale vel accidentale) probanda esset Minor: scilicet quòd verbum Dei haberet naturam humanā vnitam sibi tali modo. Processus ergo iste aut deficit in illa maxima, aut in probatione subsumptorū.

¶Ad hoc dicitur q; in illa maxima: Omne qd inest alicui personæ, &c. iumitur inesse personæ propriè, vt inesse distinguitur contra extrinsecus adiacere: quæ admodū vestis, locus, tempus, & alia huiusmodi adiacent nobis, & nō sunt secundum veritatem in nobis. Vnde nō oportet descendere ad determinatos modos essendi in persona: sed sufficit q; vere insit personæ quocunq; modo illud verificetur. Et quia secundū fidei doctrinam verbum Dei factus est homo secundum rem, ideo non oportet probare, sed supponere veritatē subsumpti, scilicet quòd natura humana insit verbo Dei secundū rem. Existit siquidē humanitas Christi non per seipsam, sed in verbo Dei: quāuis modus, quo existit in illo, non sit manifestus. Procedit igitur ratio litteræ, efficaciter ad conclusionem intentam.

¶ Num magis in personam, quàm in naturam facta fuisse vnionem dicendum sit ex eorum formali distinctione.

Quæstio. b ¶In responsione ad primū ciusdē secundi articuli dubiū occurrit: quoniā quæstio & argumentū est de rebus, scilicet de vnione naturæ humanæ ad diuinam personā vel naturā: responsio autē recurrit ad distinctionē rationis secundum modos significādi. Hoc autē non licere patet ex eo, quòd abstrahendo ab omnibus modis significādi, qui ad voces spectant, & contēplando intellectualiter mysteriū Incarnationis sicut angeli, cōstat q; vnio secundū rem intelligitur facta in persona, & nō natura Verbi. Nō erat igitur ad modos significādi recurrendū pro ratione, quare vnio est facta in persona Verbi & nō in illius natura.

¶Ad hoc dicitur, quòd Autor alicuius reddit rationē, quare vnio est in persona & non in natura: & est adeo profunda ac formalis, vt non solū cōprehendat quare vnio est in persona Verbi, & nō in illius natura, sed etiam comprehendat quare vnio est in persona Dei, & non in Dei natura: ita quòd dato q; Deus non esset trinitas, sed deitas ipsa, per seipsam persona esset (vt Philosophi intelligūt Deum subsistere) responsio ista inuenitur satisfactiua arguméto, cui non satisfaciunt responsiones recurrentium ad distinctionem inter essentiam diuinā & formale constituiuum personæ & alia huiusmodi dicentium: vt patet. Meritò autem Autor hoc fecit: quia argumentum ex identitate naturæ Dei cum Dei persona procedit quocunq; modo persona in Deo ponatur, siue secundum philosophos, siue secundū veritatem reuelatam. Stat igitur responsio in hoc: quòd quia natura diuina habet rationem naturæ, & persona diuina habet rationem subsistētis in natura, & hanc differentiam manifestat diuersus modus significandi, & vnio naturæ humanæ in mysterio Incarnationis non addit aliquid rationi naturæ, sed bene addit aliquid rationi personæ, quia addit subsistere in natura humana: ideo vnio facta est nō in natura, sed in persona. Et quòd nō additū fuerit aliquid ad naturā Dei, probatur in litera: quia nec p appositionē, nec transmutationē. Quòd verò additū fuerit aliquid personæ Dei, probatur: quia humana natura vnitur personę Dei vt persona Dei in natura humana subsistat ex eo enim q; persona, vt distinguitur cōtra naturam, est subsistere in natura, sequitur manifestè quòd apponendo personæ, quòd in aliqua alia natura subsistat, vnio sit in p'sona. Vnde patet, quòd passiones nominū secundum modos significandi, non pro ratione, sed pro manifestatione differentię inter naturam & personam Dei secundum rationem, allatæ sunt. Et ratio realis altissima ad realē conclusionem allata estimanti festans, quòd etiā cum omnimoda identitate formali naturæ & personæ diuinæ stat, quòd vnio est facta in persona & nō in natura Dei.

¶ Num sensitiuū in bruto sit forma completiua. Quæstio.

c ¶Ad tertiū dicendū, q; Verbū Dei non assumpsit humanā naturam in vniuersali, sed in atomo, id est in indiuiduo (sicut Da. dicit) alioquin oportet q; cuilibet homini cōueniret esse Dei verbum: sicut conuenit Christo.

¶In responsione ad secundum, dubiū occurrit circa similitudinem in litera assignatā inter sensitiuum in homine & bruto, & humanam naturam in propria & aliena persona: nam falsum assumitur, quòd sensitiuum in bruto est forma completiua: est enim velut forma generica tam in homine quàm in bruto: vt patet. Et propterea non est mirum si est nobilius in homine, ad quem trahitur per nobilissimam differentiam sui generis, scilicet rationale.

¶Ad hoc dicitur, q; similitudo literæ optima est, & optimè declarat propositū: sed supponit inter animā intellectiuā & animas aliorum animaliū tantam esse diuersitatē, quòd istę sunt in genere formarū materialiū, illa verò est in genere formarū immaterialiū. Ac per hoc sensitiuū ad formas brutorū se habet vt ad res infra latitudinē sui generis: ad animā verò intellectiuā, quæ est hominis forma, & ex qua radicaliter sumitur propria hominis differētia, se habet vt ad formā nobiliorīs ordinis. Hoc enim supposito, quod cōstat esse verum, patet q; sensitiuū in bruto, quia per propriā sui generis formā est, habet infra sui generis latitudinē, hanc dignitatē, quæ est esse completiuū in specie. In homine verò, qa non per propriā sui ordinis formā est, non habet infra sui generis latitudinē, hanc dignitatē, quæ est esse completiuū in specie. Et similiter natura humana in cæteris hominibus habet infra propriæ speciei latitudinē dignitatē propriæ personalitatis: in Christo verò nō habet propriæ personalitatis dignitatem. Sed licet sensitiuo dignius est habere esse specificū completum per formā nobiliorīs ordinis, scilicet per animam intellectiuam: ita natura humana in Christo maiori donata est dignitate ex hoc, quòd ad personalitatem diuinā assumpta est. Ex quibus clarè patet sensus literæ & similitudinis sine vlla dissonantia.

Auct. c ¶In responsione ad tertium nota ly separatim: apposuit siquidem Autor ly separatim, vt sciant nouitij discernere inter per se existere, & per se separatim existere: cuilibet namque subsistantiæ siue completæ, siue incompletæ conuenit per se existere: nam per hoc distinguitur contra accidentia: cui conuenit non per se, sed in subiecto existere: accidentis enim esse est inesse: substantiæ autem est ens per se, Sed per se separatim existere, nulli substantiæ, quæ est pars alterius, conuenit: quia non existit separatim à suo toto. Et similiter non conuenit humanitati Christi, quamuis non sit pars: quia non existit separatim à verbo Dei, sed in verbo Dei: sed si separaretur à verbo Dei, per se separatim existeret: sicut si pars aliqua separetur à suo toto, per se separatim existeret.

¶ Num vnionem oportuit factam fuisse vel in personam vel in naturam. Quæstio.

¶Occurrit hoc in loco, vbi primò distinguimus vnionem in persona ab vnione in natura, transeundo cum communi cursu doctorum, quòd vnio Incarnationis aut est in natura, aut in persona seu hypostasi, vt patet in tertio sent.

Occurrit

Occurrit inquam quæstio non facilis sufficientia distinctionis dictæ, scilicet aut in natura, aut in persona: & cōsequenter de processu huius articuli & aliorū. Est autem ratio dubitquia aliter in cōmuni loquendo de natura & suppposito, & aliter in speciali loquendo in diuinis secundum fidem reuelatis inuenimus: nam in communi loquendo substātia non dicitur nisi de duobus, scilicet natura & habēte naturā, hoc est prima substantiarum: patet ex 1. Met. & in hoc articulo. In diuinis autē inuenimus tria, scilicet naturā habentē naturā vt indiuiduū naturæ, & habētē naturā vt hypostasim. Ita q; inter Deū & creaturas hęc est differentia in proposito, q; in creatis substantia habet indiuiduum naturæ & hypostasis solo nomine distinguuntur, & idem est inueniri aut deesse indiuiduū naturæ & hypostasim: vt patet in natura humana assumpta à verbo Dei. Est enim assumpta natura hæc, scilicet hæc humanitas: & q; nō est ibi ppria hypostasis humanæ naturę: sed humanitas illa nō habet ppriā personalitatem (deficit quoq; ibi ppriū indiuiduū naturę humanę: nullū enim hic homo ibi inuenitur nisi filius Dei: sicut nulla p'sona, nulla hypostasis ibi inuenitur, nisi filij Dei. Solo igitur nomine distinguitur hic homo & hypostasis, suppositū seu p'sona humana, puta Sortes: & propterea in creaturis duo tantū inueniuntur, natura scilicet & suppositū. In Deo autē magna inuenitur differētia inter indiuiduū naturæ diuinę, hoc est hunc Deū, & hypostasim: nā hic Deus cōmunis est secūdum rem Patri & Filio & Spiritui sancto: & consequenter nō significat hypostasim de cuius ratione cōstat esse incōmunicabilitatem: nam Pater autem, quàm Filius quā Spiritus sanctus personam seu hypostasim diuinā significat. Et propterea tria cum inueniantur in Deo, scilicet hæc deitas, hic Deus, & persona, puta verbū Dei, insufficientiæ primò arguitur distinctio facta, aut vnio est facta in natura, aut in persona: nō posset dici, q; est facta nec in natura nec in persona, sed in indiuiduo naturæ diuinæ, scilicet in hoc Deo. Ruit quoq; processus literæ: q; si vnio Verbi incarnati nō est facta in persona, nullo modo natura humana vnitur ei: Ruit & illa maxima, Omne qđ inest alicui personæ, siue pertineat ad naturā eius, siue nō, vnitur ei in persona, quoniam si natura humana assumpta esset ab hoc Deo, nō vniretur in persona, sed in indiuiduo naturæ: & tamē inesset personę Verbi: quia verbū est hic Deus.

¶Ad hoc dubiū quadrupliciter respōdetur: primò negādo q; inueniatur in diuinis præter hypostases indiuiduū naturæ, scilicet hic Deus, licet inueniatur hæc deitas: qm hoc esset ponere quaternitatē in diuinis. Sed hęc responsio falsa est: tum quia in diuinis omne abstractū habet fuit proprium cōcretū nec inuenitur differentia ibi inter abstractū & cōcretum nisi in modo significādi. Cōstat autē quòd ibi inuenitur nō solum deitas, sed deitas hæc: igitur nō solum inuenitur Deus, sed Deus hic. & quū hoc, quod significo, dicēdo Deus hic, sit cōmune secundū rē Patri & Filio & Spiritui sancto, sequitur quòd præter hypostases inueniatur ibi hic Deus significatus indiuiduum naturæ diuinæ cōmune tribus personis. Tum quoniam in diuinis inuenitur Deus vnus numero: cōmunis Patri & Filio & Spiritui sancto: ergo inuenitur Deꝰ hic cōmunis Patri & Filio & Spiritui sctō. Conſequēria patet: quia idē addit ly vnus numero supra ly Deus: qđ addit ly hic supra ly Deus. Antecedēs patet ex fide: sentētia: quin cōfitemur Pat. & filium & Spiritū sanctū esse vnū numero Deū: & dicimus Deus pat. Deus fil. Deus Spiritus sanctus. & tamē nō tres dīs'ed vnus est Deus: est enim præculdubio sermo de vnitate numerali. Nec hoc est ponere quaternitatem, sicut nec ponendo hoc cōcretum Deus ponitur quaternitas: significat enim habentē deitatē, sicut hic Deus. vtroq; siquidē nomine ponitur vnus numero habēs deitatē, cōmunis tribus personis: quāuis ly Deus nō explicet vnitatē numeralē quā explicat ly hic Deus. Secūdo respōdetur, q; quāuis ponatur in diuinis indiuiduum naturæ, scilicet hic Deus: q; tamē nullus est hic Deus nisi Pater aut Filius aut Spiritus sanctus, & assumptio oportet q; fiat ad hunc Deū determinatē, scilicet vel Patrē, vel Filiū vel Spiritū sanctū, ideo hic Deꝰ nō posset assumere naturā nisi vt est persona: & ideo vnio aut est in natura aut in persona. Sed hæc responsio ambigua vel falsa est, & eius dicta examinada sunt in q. 8. ar. 1. vbi tractabitur, an abstracta per intellectū personalitate in Deo possit fieri assumptio nature humanæ. Tertiò respōdetur distinguēdo ly vnio, dicēdo q; equiuocatur de vnione: quoniā alterius rationis est vnio Verbi incarnati, ab vnione, qua hic Deus esset incarnatus. In hoc autē articulo quæstio est de vnione Verbi incarnati: vt patet in illius titulo: ita q; supponitur hic vnio Verbi incarnati: & quærītur qualitas vnionis, scilicet vtrū illa vnio sit facta in persona Verbi, & nō in illius natura, an in persona seu hypostasi, vt patet in tertio sent.

Occurrit

Sciendum est tamen q; nō quodlibet indiuiduū in genere substantiæ etiam in rationali natura habet rationē personæ: sed solùm illud quod per se existit, nō autē quod existit in alio perfectiori. Vnde manus Sortis quāuis sit quoddā indiuiduū, nō tamē est persona: quia nō per se existit: sed in quodā perfectiori, scilicet in suo toto. Et hoc etiā potest significari in hoc q; persona dicitur substantia indiuidua: nō enim manus est substantia, sed pars substantiæ. Licet ergo hæc humana natura sit quoddam indiuiduum in genere substantiæ: quia tamen nō per se separatum existit, sed in quodam perfectiori, scilicet in persona Dei verbi, consequens est quòd non habeat personalitatem propriam. Et ideo facta est vnio in persona.

ARTICVLVS III.

a ¶Vtrum vnio Verbi incarnati facta sit in suppposito vel hypostasi.

3. dist. 6. q. 1. art. 1. & dist. 7. q. 1. artt. 1. c. & dist. 10. q. 1. arti. 2. q. 3. Et 4. cū tract. 3. q. 38. et 38. Et vnio. arti. 1. 2. & 3. ad 4. & 5. ad 9. Et quodlibet. 4. ar. 8. & quodlibet 9. q. 2. art. 1. & 3. Et opusc. 1. c. 21. & 22. & opusc. 3. c. 217. 218 219. & 220.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd vnio Verbi incarnati non sit facta in suppposito siue in hypostasi. Dicit enim Augustinus Enchi. Diuina substantia & humana vtraque est vnus Dei filius, sed aliud propter Verbum, & aliud propter hominē. Leo Papa etiā dicit in epistola ad Flauianum, vnum horum coruscat miraculis: aliud succumbit iniuriis. Sed aliud & aliud differt suppposito: ergo vnio verbi incarnati non est facta in suppposito.

¶Prærerea, Hypostasis nihil aliud est, quàm substantia particularis, vt Boēt. dicit in lib. de Dua. na. Manifestum est autem, quòd in Christo est quædā alia substantia particularis præter hypostasim Verbi, scilicet corpus & anima & compositū ex eis. Ergo in ipso est alia hypostasis præter hypostasim Verbi.

¶Prærerea, Hypostasis Verbi non continetur in aliquo genere, neque sub specie, vt patet ex his, quæ in prima Parte dicta sunt. Sed Christus, secundum quòd est factus homo, continetur sub specie humana: dicit enim Diony. 1. c. de Diui. no. Intra naturæ nostræ terminos venit, qui omnē totius naturæ ordinem supereminenter excedit. Non autem continetur sub specie humana, nisi sicut hypostasis quædam humanæ speciei. Ergo in Christo est alia hypostasis præter hypostasim verbi Dei. Et sic idem quod prius.

b ¶SED CONTRA Est quod Damas. dicit in 3. lib. In domino Iesu Christo duas naturas cognoscimus, vnam autem hypostasim.

CONCLVSIO.

¶ Incarnati Verbi vnionem factam esse in hypostasi & diuino suppposito credendum est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidam ignorantes habitudinem hypostasis ad personam, licet cōcederent in Christo vnam solam personam, posuerunt tamen aliam hypostasim Dei, & aliam hominis, ac si vnio sit facta in persona, non in hypostasi.

¶Quod quidem apparet erroneum tripliciter, quoniā æquiualet ad ly substātia prima, quę alio nomine dicitur hypostasis. Alio modo sumitur secundū rationē quidē personæ, sed imperfectē & sic significat singulare habens substantialē naturā: ita quòd sola incōmunicabilitas illi deest ad perfectā rationem personæ. Et hac distinctione stante dicitur, quòd nomen personæ seu hypostasis aut suppositi potest sumi dupliciter. Primo simpliciter & sic appellatione personæ in diuinis nō venit: hic Deus: quia non habet completā rationē personæ, sed solùm Pater aut Filius vel Spiritus sanctus. Alio modo vt persona distinguitur cōtra naturā: ita q; ex vno extremo ponatur natura vt sic & ex alio extremo ponatur persona, dicit cūm distinguimus naturā cōtra habētē naturā & sic appellatione personæ venit nō solùm persona completa, sed persona incompleta: venit nō solùm Pater aut filius aut Spiritus sanctus, sed etiā hic Deus. Et quia in hoc articulo sermo est de persona vt distinguitur contra naturā vt sic, vt patet in processu articuli ex cōmunibus Deo & reliquis substantiis: ideo persona hic sumitur vt cōprehēdit etiā hanc Deū: & propterea optimè dictū est, quòd si nō vniretur in persona, nullo modo vniretur. Et reliqua dicta solida sunt. Patet autē hāc esse intētionem Augustī, ex eo quòd in litera in corpore articuli, pro eodē habetur indiuiduum subsistēs in natura, & suppositum: cōstat autem hunc Deū esse indiuiduum subsistēs in natura diuina, & nō habere completam rationē suppositi. Et rursus dicitur in corpore articuli loquēdo de Deo, quòd natura diuina dicitur suppositū secundū quòd est subsistēs. Quod clarius cōstat enim, hunc Deum significare naturā diuinā, secundū quòd est subsistēs: est enim hic Deus subsistēs in natura diuina: vt patet ex modo significādi. Communiter igitur suppositi seu personę ratio hic sumitur: vt scilicet significat hoc subsistens in natura. Et ideo hæc quarta responsio amplectēda est: vtpote literæ consona, & omnem ambiguitatem tollens.

a ¶ Super Quæstionis secundæ Articulum tertium. Auct.

IN titulo articuli tertij duo declaranda sunt, quæ tamen in corpore articuli habentur. primò declarandi sunt termini, scilicet suppositum & hypostasis. Secundò declaranda est ratio quæstionis. Suppositum (vt in litera dicitur) ea ratione vocatum est: quia supponitur vniuersis, quæ in aliquo sunt: siue sint substantialia, siue accidentalia, supponitur autem per hoc, quòd illorum prædicationem recepit. Vnde suppositum hominis est hic homo, puta Sortes: quia hic homo est, de quo prædicantur tam esse hominē, quàm esse album, quātū, filium, locatum, agens, &c. Et quia suppositum est nomen secundæ intentionis sicut genus, ideo suppositū significat propriā denominationē primæ substātiæ, puta huius nominis seu Sortis: & propterea non inuenitur suppositum in aliis prædicamentis, sed in solo prædicamēto substātiæ. Hypostasis autē Græcū est vocabulū, & idē significat quod apud nos substātia, loquēdo de substantia, quæ proprię, principaliter & maximè dicitur, vt habetur in prædicamentis, hoc est significat primā substātiā, ratio huius quòniā nō habet ortū à re, sed ab opinione: quoniā secundum re in q̄one præcedētis articuli de vnione in persona, tractādum est de vnione in hypostasi seu suppositō quoniā in natura rationali seu intellectuali loquēdo, synonyma sunt persona, hypostasis & suppositum: quodlibet enim horum nihil aliud importat quàm primā substātiā in natura rationali. Sed ignorātia (vt in litera dicitur) quorundam propriā vocem ignorantiū, distinguēdo inter ſecta hæc & dicēdo quòd vnio est facta in persona & nō hypostasi, obtinuit, vt post articulum de vnione in persona, inquireretur de vnione in hypostasi.

infr. art. 6. c. & q. 16. ar. 1. c.

b ¶In corpore articuli non opus est distinctione, sed annotatione. quod in determinatione huius articuli patet, tam primam, quàm tertiam opinionem

relatam

Universidad de Deusto
Biblioteca

relatam à magistro Sen. in 6. dist. tertij sent. esse hæresim olim ab ecclesia damnatam. Nam prima ponit duas in Christo hypostases: tertia autem non solùm duas ponit hypostases, sed etiam negat vnionem in persona, propriè loquendo, vt patet ibi.

Annot. c ¶ In eodem articulo Christi notanda, scilicet, quia tamen venit in vnionem cuiusdam completi, scilicet totius Christi, prout est Deus & homo, &c. Ingerunt siquidem hæc verba dubietatem de compositione Christi: de qua quia sequès tractat articulus, transeamus.

a ¶ Super Quæstionis secundæ Articulum quartum.

Annot. IN titulo quarti articuli difficillimi hoc solùm aduertendum occurrit, quòd ratio huius quæstionis est multiplex antiquorum doctorũ autoritas, exprimens Christi personam compositam: vt hîc & in tertio senten. à Magistro in dist. 6. habes.

b ¶ In corpore articuli ponitur vna distinctio bimembris de persona Christi: & iuxta singula membra singulæ apponũtur cõclusiones. Distinctio est, Persona dicitur dupliciter: primò secũdũ id quod in se est, secundo secundum rationem hypostasis. Prima conclusio est: Persona Christi secundũ illud quod in se est, est omnino simplex. Probatur: quia natura verbi Dei est omnino simplex *a*. Secũda cõclusio est: Persona Christi secundũ rationẽ hypostasis est cõposita. Probatur: Persona Christi secundũ rationẽ personæ seu hypostasis subsistit in duabus naturis: ergo est ibi vnum subsistẽs, & duæ rationes subsistẽdi: ergo sic persona est cõposita. Antecedẽs probatur: quia ratio hypostasis cõsistit in hoc, quod est subsistere in aliqua natura: ex hoc enim manifestè habetur, quòd verbũ Dei secũdũ personæ seu hypostasis rationẽ subsistit in duabus naturis. Prima verò consequentia quo ad primam partem eiusdem est ex dictis: quo ad secundam ex vi antecedẽtis apertè sequitur, quòd si subsistit in duabus naturis, oportet quamlibet naturã esse rationem subsistendi in illa. Secunda verò sequela probatur: quia vnum duobus subsistit. ex hoc namque quòd duæ subsistẽndi rationes sic coeunt in vnam personam, vt vnũ duobus subsistat, cõsequens est quòd persona sic, hoc est secundum rationem hypostasis est cõposita.

Quæstio. ¶ *Num persona Christi distinguatur in se simplicem, & vt duabus subsistit naturis.*

¶ Circa dicta hîc, multa occurrunt dubia. Primum est circa distinctionem in litera positam: nam non apparet sensus illius. Tum quia membra distinctionis coincidunt, quoniam persona Christi secundum id quod in se est, habet rationem personæ: implicat enim dicere oppositum. Et rursus persona Christi secundum rationem personæ est illud, quod in se est, quum personaliter, formaliter & realiter sit vnum verbum Dei. Tum quia in prima distinctione distinguitur verbũ Dei aut contra suam personalitatem, vt vnita est humanæ naturæ, aut contra personalitatem in communi. Non potest dici primum: quia æquè simplex est verbũ Dei vt sua personalitas vt patet. Nec secũdum: quia hîc sensus nõ consonat verbis, quibus distinctionis membra significantur in litera: nam secundum membrum explicatur in litera per rationem hypostasis simpliciter & absolutè, & non per rationem hypostasis contractæ seu determinatę, quatenus subsistit in natura humana: vt patet in litera. Iuxta hunc autem sensum oportet dicere quòd secundum membrum est persona Christi, quatenus hypostasis humana. Neque tertium: quia sic etiam secundum in litera membrum claudereturin primo, & afferret implicationem cõtradictoriorum: nam quod de facta in re conuenit alicui secundum rationem prædicati superioris, conuenit illi secundum id quod in se est: vt patet inductiuè quicquid enim de facto in re cõuenit Sorti secundum rationem animalis, cõuenit Sorti secundum id quod in se est: vt sentire, moueri, & huiusmodi. Sortes enim secundum illud quòd in se est mouetur & sentit: ac per hoc quicquid cõuenit personæ Christi seu Verbi secũdum cõmunem rationem personæ, de facto & in re conuenit illi secundum quòd in se est. Persona enim seu hypostasis in communi prædicatum superius est respectu Christi seu Verbi: vt patet. Et hinc vlterius inferunt duo cõtradictoria, scilicet quòd persona Christi secundum quòd in se, est omnino simplex, & est composita.

3. dist. 6. q. 2. ar. 1. c. 3.

¶ Secũdum dubium est circa illas literæ propositiones, scilicet, est ibi, hoc est in persona Christi alia & alia ratio subsistẽdi, & similiter vnum duobus subsistit. Videtur enim ambæ falsæ, & contra doctrinam Autoris. Falsæ quidem: quia in persona Christi non est secundum fidem catholicam nisi vna subsistentia, quę scilicet est ex natura diuina, ad quam trahitur per assumptionẽ natura humana. Sola ergo diuina natura est personæ Christi ratio subsistendi: ac per hoc falsum est, quòd habeat aliam & aliam rationem subsistendi. Et eadem ratione falsum est, quòd vnum subsistat duobus: quia ly, duobus denotat duas rationes subsistendi: quamuis verum sit, quòd vnum subsistat in duobus.

Contra Autorem verò quia in quarto contra Gent. ca. 49. in solutione secundæ obiectionis dicit, Verbum Dei non habet substantiam ex natura humana, sed magis naturam humanam ad suam subsistentiam trahit: non enim per illã, sed in illa subsistit. Hæc ibi. Quæ sub aliis verbis repetit ibidẽ in solutione quintæ obiectionis. Non possunt enim hæc simul stare: nã si natura humana, vt hîc dicitur, est ratio subsistendi personæ, Christi sequitur, q̃ persona Christi per naturã humanã, & ex natura humana, subsistat: & si non subsistit per naturã humanã nec ex natura humana, sequitur quòd natura humana non sit illi ratio subsistendi.

¶ *Num persona Christi sit simpliciter & formaliter composita.*

Quæstio. ¶ Tertium dubium est, an sit simpliciter & formaliter verum, personam Christi esse compositam. Et quidem quòd sit formaliter verũ, apparet ex eo, quòd compositio conuenit personæ Christi secundum ipsam rationem personæ: vt in litera hæc dicitur. Quod autem conuenit alicui secũdum aliquam rationem formalem, conuenit illi sub nomine illius rationis formaliter. Verbi gratia: quia congregare visum conuenit substantiæ secundum rationem nigri, si substantia sub nomine nigri significetur proposito enuntiam congregare visum de illa, erit vera formaliter, quanuis denominatiuè: vt si dicatur, Æthiops est cõgregatiuus visus. Est ergo formaliter vera ista enuntiatio, persona Christi est compositum: quo esse compositum attribuitur Christo ratione personæ: vt dictum est. Et ex hoc vlterius sequitur, quòd sit simpliciter vera, tenens identitate subiecti.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd distinctionis membra cõtra se inuicem distinguuntur per hoc, quòd ly in se est, denotat verbum Dei secũdum illud quod conuenit sibi ad intra: sub quo constat comprehendi esse Deum, esse filium Dei, esse substantiam, sapientiam, & reliqua, quæ conueniunt ei ex natura vel proprietate personali, ita quòd loqui de persona Christi secundum illud quod in se est, est loqui de persona Christi, secundum illud quod conuenit sibi ad intra: loqui verò de persona Christi secũdum rationem hypostasis, est loqui de persona Christi indistinctè secundum illud quod cõuenit illi ad intra, & secundum illud quod conuenit eidem ad extra: nam persona Christi est persona naturæ diuinæ, & est persona naturæ humanæ. Ita quòd vbi in primo membro indistinctè continentur quæcunque conueniunt verbo Dei ad intrã in secundo membro distinctè vnum eorum sumitur, scilicet esse personam seu hypostasim. Et quoniam esse hypostasim seu personam de facto comprehendit indistinctè: & esse hypostasim ad intra respectu diuinæ naturæ, & esse hypostasim ad extra respectu humanæ naturæ: ideo distinctio cum suis membris solida inuenitur: nec vnum membrũ includit distinctè aliud. Et simile est de illa distinctione diuina sapientia dupliciter, secundum quòd est in se, & secundum rationem sapientiæ: & similiter diuina paternitas secundum quòd in se est, & secundum rationẽ paternitatis: & sic de similibus. Manifestè namque apparet ex his, quòd membra non coincidunt: quia licet esse sapientiam conueniat sapientiæ secundum quòd est in se, alia ramen est consideratio sapientiæ secundum rationem sapientiæ vt sic, & alia consideratio eius secundum quòd in se, vt est ipsa Deitas, &c. Et sic est in proposito, quòd licet esse personam seu hypostasim conueniat verbo Dei secundum illud quòd in se est: alia ramen est cõsideratio eius, quum in eo consideretur illud quod est ad intrã, & alia consideratio eius, quum consideratur in eo ratio hypostasis: quæ non solùm ad intrã, sed ad extrã extenditur se. Non est ergo distinctio ista in membra: aliter separaretur sed in primo includitur aliquid secundi, & in secundo aliquid primi: vt patet ex dictis, & in exemplis allatis.

Vnde ad quæsitum secundæ obiectionis dicendum est tertium: scilicet quòd in hac distinctione verbum Dei distinguitur contra personalitatem in communi, hoc est absolutè sumptam: vt ipsa textus verba sonant, dicendo alio modo secundum rationem personæ vel hypostasis, ad quam pertinet subsistere in aliqua natura. Vbi clarè perspicere potes secundum membrum consistere in ratione hypostasis sine additione vlla. Et quum contra hoc obiicitur primò quia secundum in litera membrum claudereturin primo, respondetur quòd hoc nõ est verum simpliciter, hoc est totaliter sed secundum aliquid, vt patet ex dictis: quod non esse inconueniens monstratum est. Et quum obiicitur secundò: quia hîc inferuntur duo contradictoria simul, scilicet quòd persona Christi secundum illud quod in se est, non est composita, & est composita: quia quod de facto & in re conuenit alicui secundum rationem prædicati superioris, conuenit illi secundum illud quòd in se est, &c. respondetur quòd quasi in æquinoco laboramus: aliud siquidẽ est conuenire aliquid Sorti secundum illud quòd in se est, hoc est conuenire illi quod in se est Sortes: & aliud est aliquid conuenire Sorti secundum illud quòd in se est, hoc est, esse de numero eorum, quæ conueniunt Sorti secũdum suam substantiam. Currere enim conuenit Sorti secundum illud quòd in se est in primo sensu, & non conuenit Sorti secundum illud quòd in se est in secundo sensu: quia currere conuenit illi rei, quæ est Sortes, sed non est de numero intrinsecorum Sorti. Simile quid accidit in proposito: quoniam esse personam tam ad intrã, quàm ad extra, cõuenit verbo Dei secundum illud quòd in se est, hoc est illi rei, quæ verè est in re verbũ Deitate: enim persona filii Dei Deus verus, est persona diuinæ & humanæ naturæ. Et nõ cõuenit verbo Dei secundum illud quòd in se est in secundo sensu, hoc est nõ est de numero eorũ quæ conueniũt verbo Dei ad intrã, vt patet: iuxta hunc namq; sensum conuenit verbo Dei secundum id quòd in se est, esse personã ad intrã, scilicet in diuina natura. Illa ergo Maior assumpta si in primo sensu sumatur, vera est, sed vt patet, nõ obstat huic doctrinæ: quia in litera verbũ Dei secũdũ quòd in se est, sumitur in secũdo sensu. Nec infert cõtradictoria, sed infert, verbũ Dei esse secundũ id quòd in se est, hoc est illam rem, quæ est verbũ Dei esse & omnino simplicem & esse compositam: quod secundum diuersa est verum: vt in litera patet. Si verò sumatur in primo sensu, falsa est: vt patet in exẽplis de currere & moueri.

¶ Ad secundum dubium, dicitur, distinguẽdo simpliciter vel in tali natura. Vbi nota quòd licet propriè loquendo non possis fieri distinctio ista nisi in naturis partialibus, cõsiderando naturalem ordinem vniuersi: quia nõ inuenitur vna hypostasis subsistens in pluribus naturis simpliciter, sed solùm in pluribus naturalibus partialibꝫ, vt Sortes subsistit in natura animæ rationalis & in natura carnis. Quia singularissimum tamen est incarnati Verbi mysterium, distinctione dicta opus est, verbum siquidem Dei subsistit simpliciter & in natura diuina & in natura humana, sed subsistere simpliciter & in natura diuina, ex vno & eodem habet, scilicet ex hoc quod est esse verbum Dei, nam ex hoc dicitur & subsistens in diuina natura, & dicitur sine additione aliqua, subsistẽs. Subsistere autem in humana natura aliúde habet: nã hoc conuenit ei ex tempore: & non constituit ipsum in subsistere simpliciter: quia præsupponit ipsum subsistere. Si loquamur ergo de subsistere simpliciter, vna est ratio subsistendi in persona Christi: quia vnum est ibi subsistere simpliciter, sicut vnica subsistentia, & vnicum subsistens. Sed si sermo de subsistere in tali natura, duæ sunt in persona Christi rationes subsistendi: rã in fieri, quàm in facto esse altera subsistẽdi in natura diuina, altera subsistẽdi in natura humana. Et ratio quidẽ subsistendi in natura diuina est in fieri generatio æterna, in facto esse autẽ esse Deum: ratio verò subsistẽdi in natura humana in fieri est assumptio humanæ naturæ, in facto esse autẽ, esse hominẽ: ex hoc enim quòd Verbum factum est caro, hoc est homo, ita quòd verè est homo, subsistit verbum in humana natura, in qua prius non subsistebat, sunt ergo in persona Christi duæ rationes subsistendi in duabus naturis, diuina scilicet & humana: nascitur sit ibi vnum subsistens simpliciter, & vna ratio subsistendi simpliciter. Et similiter vnum subsistit duobus vt rationibus subsistendi in duobus: scilicet in esse diuino & esse humano. Et per hæc patet quo pacto non dissonent à & inuicé diuersa dicta Autoris: quoniam dicta hîc vera sunt de subsistere in tali natura: dicta alibi vera sunt de subsistere simpliciter. Et si insterut quòd autor hîc ponit duas rationes subsistendi sine additione aliqua, & nõ dicit quòd est alia & alia ratio subsistendi in tali & tali natura, respondetur, quòd quia iam per præmissa ibidem pro fundamẽto, ad hypostasim spectare subsistere in aliqua natura, ideo absque repetitione subintelligi voluit, quòd de ratione subsistendi in aliqua natura iterum sui est.

¶ Ad tertium dubium habita ratione eorum, quæ Autor in tertio sent. dist. 6. dicit (quanuis non tam alia sint vt hæc) respondetur quòd quia apud nos compositio absque imperfectione componentium intelligi non potest, saltem sua ratione formali: ideo non simpliciter, neque formaliter admittenda videtur in persona Christi, sed cum determinatione aliqua tollente imperfectionem vnius componentis admitti potest: & admissa est simpliciter & formaliter ab Autoquis & ab Autore. Ad cuius aliquatenus cognitionem (quoniam, vt Dio. dixit, est inscibilis) considerandum est multos esse compositionis modos: vt in 9. 1. primæ par. habitum est: compositio namque alia est ex partibus quantitatiuis, alia ex materia & forma, alia ex natura & supposito, alia ex essentia & esse, alia ex genere & differẽtia, alia ex subiecto & accidente: & omnes important imperfectionem virtualẽ componentis vt patet discurrẽdo. Sed si ab vna istarum, hoc est à compositione ex natura & supposito, auferatur quod est imperfectionis ex parte suppositi, saluata potest in persona Christi compositio ex natura humana & suppositi & secundum hoc persona Christi esset composita. Et quoniam iste modus compositionis conuenit personæ Christi secundum rationem personæ seu hypostasis, inquantum scilicet persona Christi subsistit in natura humana: ideo hoc modo persona Christi potest dici composita. Et intantum inuenitur huiusmodi compositio in persona Christi, vt dicat Autor in lib. 4. contra Gen. cap. 49. in solutione sextæ obiectionis, quòd natura humana est simplicior, quã Verbum inquantum verbum est hic homo. Et postea in solutione decimæ obiectionis declarat quid significatur & supponitur per ly hic homo dicẽs vt quod in natura humana subsistit, est hic homo & hoc quo ad significationem: vnde ipsum Verbum supponitur, cùm dicitur, hic homo, & hoc quo ad suppositionem. Et in quæst. de vnione Verbi incarnati artic. primo ad 11. dicit, quòd natura humana est simplicior & formalior illo homine, qui est Verbum caro factum, & non verbum secundum se. Sed quoniam talis compositio est compositio vnius cum alio seu alijs, & vnius ex alio seu alijs (& in litera solùm tractari videtur compositio ex his: quoniam tractatur cõpositio personæ Christi, quam subsistat ex duabus naturis: vt patet in litera: processusideo virtualis compositionis modo persona Christi secũdum personæ rationem composita intelligitur scilicet & compositione ex his, inquantum in duobus esse, diuino scilicet & humano ex duabus subsistit naturis. De diuina quidem natura patet, quòd ex illa subsistit: de humana autẽ in symbolo Athanasij habetur, dum dicitur. Perfectus homo ex anima rationali & humana carne subsistens: vbi expressè Christus vt perfectus homo dicitur subsistens ex anima rationali & humana carne, & non solùm in anima rationali & humana carne. Magister quoque Sent. in 1. dist. 6. & 7. plures affirmat Christi personam ex duabus subsistere naturis, ex quo tamen secundam opinionem, quæ est determinatio, quam hîc docemur, quam omnes catholici amplectuntur. In professione quoq; Episcoporum, quãdo ordinantur, dicitur, Credis vnicum & vnum nõ Dei in duabus & ex duabus naturis? & respondetur, Credo vt patet in Pontificali ecclesiæ Romanæ. Et compositionis cum his inquantum persona Christi communitur cum hoc, quod est esse hunc hominem, nõ quòd assumpserit hunc hominem, sed quia facta est hic homo assumendo hanc humanitatem. Sed quomodo hoc sit, excedit humanam nientemitate nobis nosse, quia est, dum reuelatum est, quòd Verbum est ille homo, qui vocatur Christus. Quo homine vt sic, natura humana ideo simpliciter dicitur: quia ad hunc hominem spectant & principia indiuiduantia & accidentia, quæ habet: quæ vniuntur illi non in natura, sed in persona, quæ non claudantur in natura humana. Ad quæsitum ergo dicitur, quòd duo obstant compositioni personæ Christi simpliciter & formaliter enumtandæ. Alterum est ratio compositionis, quæ quia imperfectionem componentium formaliter importat, nõ potest formaliter & simpliciter attribui personæ Christi. Alterum est generalis regula seruanda in attributis Christo, si sunt communia naturæ, & personæ, & oppositum cõuenit personæ: vt in seriis patebit de hoc, quod est esse creaturam, & incipere esse, ne denotetur quòd persona Christi in se sit composita, sit creatura, inceperit esse, & huiusmodi. Vnde ad primã obiectionem dicitur, quòd deitas prædicationis formalis hic est ex parte prædicati, quod formaliter

ARTICVLVS IIII.

a ¶ Vtrum persona vel hypostasis Christi post incarnationem composita.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd persona Christi non sit composita. Persona enim Christi nõ est aliud quã persona vel hypostasis Verbi: vt ex dictis patet. Sed in Verbo non est aliud persona & natura, vt patet ex dictis in Prima parte. Cũ ergo natura Verbi sit simplex (vt in primo ostẽsum est) impossibile est quòd persona Christi sit cõposita.

¶ Præterea, Omnis cõpositio videtur esse ex partibus. Sed diuina natura nõ potest habere rationẽ partis: qa omnis pars habet rationẽ imperfecti. Ergo impossibile est, q̃ persona Christi sit composita ex duabus naturis.

¶ Præterea, Quod cõponitur ex aliquibus, videtur esse homogeneũ eis: sicut ex corporibus nõ componitur nisi corpus. Si Ergo ex duabus naturis aliquid fit in Christo cõpositũ, cõsequens erit, q̃ illud nõ erit persona, sed natura: & sic in Christo erit facta vnio in natura: quod est contra prædicta.

¶ SED CONTRA est quod Damas. dicit tertio lib. In domino Iesu Christo duas naturas cognoscimus, vnam autem hypostasim ex vtraque compositam.

CONCLVSIO.

¶ Tametsi persona Christi ex se sit simplex, vt subsistens tamen in duabus naturis, compositum esse sentiendum est.

b ¶ RESPONDEO dicendum, quòd persona siue hypostasis Christi dupliciter dicitur in litera positam: nam non apparet sensus illius. Tum quia membra distinctionis coincidunt, quoniam persona Christi secundum id quod in se est, habet rationem personæ: implicat enim dicere oppositum. Et rursus persona Christi secundum rationem personæ est illud, quod in se est, quum personaliter, formaliter & realiter sit vnum verbum Dei. Tum quia in prima distinctione distinguitur verbũ Dei aut contra suam personalitatem, vt vnita est humanæ naturę, aut contra personalitatem in communi. Non potest dici primum: quia æquè simplex est verbũ Dei vt sua personalitas vt patet. Nec secũdum: quia hîc sensus nõ consonat verbis, quibus distinctionis membra significantur in litera: nam secundum membrum explicatur in litera per rationem hypostasis simpliciter & absolutè, & non per rationem hypostasis contractæ seu determinatę, quatenus subsistit in natura humana: vt patet in litera. Iuxta hunc autem sensum oportet dicere quòd secundum membrum est persona Christi, quatenus hypostasis humana. Neque tertium: quia sic etiam secundum in litera membrum claudereturin primo, & afferret implicationem cõtradictoriorum: nam quod de facta in re conuenit alicui secundum rationem prædicati superioris, conuenit illi secundum id quod in se est: vt patet inductiuè quicquid enim de facto in re cõuenit Sorti secundum rationem animalis, cõuenit Sorti secundum id quod in se est: vt sentire, moueri, & huiusmodi. Sortes enim secundum illud quòd in se est mouetur & sentit: ac per hoc quicquid cõuenit personæ Christi seu Verbi secũdum cõmunem rationem personæ, de facto & in re conuenit illi secundum quòd in se est. Persona enim seu hypostasis in communi prædicatum superius est respectu Christi seu Verbi: vt patet. Et hinc vlterius inferunt duo cõtradictoria, scilicet quòd persona Christi secundum quòd in se, est omnino simplex, & est composita.

3. dist. 6. q. 2. ar. 1. c. 3.

¶ Secũdum dubium est circa illas literæ propositiones, scilicet, est ibi, hoc est in persona Christi alia & alia ratio subsistẽdi, & similiter vnum duobus subsistit. Videtur enim ambæ falsæ, & contra doctrinam Autoris. Falsæ quidem: quia in persona Christi non est secundum fidem catholicam nisi vna subsistentia, quę scilicet est ex natura diuina, ad quam trahitur per assumptionẽ natura humana. Sola ergo diuina natura est personæ Christi ratio subsistendi: ac per hoc falsum est, quòd habeat aliam & aliam rationem subsistendi. Et eadem ratione falsum est, quòd vnum subsistat duobus: quia ly, duobus denotat duas rationes subsistendi: quamuis verum sit, quòd vnum subsistat in duobus.

Contra Autorem verò quia in quarto contra Gent. ca. 49. in solutione secundæ obiectionis dicit, Verbum Dei non habet substantiam ex natura humana, sed magis naturam humanam ad suam subsistentiam trahit: non enim per illã, sed in illa subsistit. Hæc ibi. Quæ sub aliis verbis repetit ibidẽ in solutione quintæ obiectionis. Non possunt enim hæc simul stare: nã si natura humana, vt hîc dicitur, est ratio subsistendi personæ, Christi sequitur, q̃ persona Christi per naturã humanã, & ex natura humana, subsistat: & si non subsistit per naturã humanã nec ex natura humana, sequitur quòd natura humana non sit illi ratio subsistendi.

¶ *Num persona Christi sit simpliciter & formaliter composita.*

Quæstio. ¶ Tertium dubium est, an sit simpliciter & formaliter verum, personam Christi esse compositam. Et quidem quòd sit formaliter verũ, apparet ex eo, quòd compositio conuenit personæ Christi secundum ipsam rationem personæ: vt in litera hæc dicitur. Quod autem conuenit alicui secũdum aliquam rationem formalem, conuenit illi sub nomine illius rationis formaliter. Verbi gratia: quia congregare visum conuenit substantiæ secundum rationem nigri, si substantia sub nomine nigri significetur proposito enuntiam congregare visum de illa, erit vera formaliter, quanuis denominatiuè: vt si dicatur, Æthiops est cõgregatiuus visus. Est ergo formaliter vera ista enuntiatio, persona Christi est compositum: quo esse compositum attribuitur Christo ratione personæ: vt dictum est. Et ex hoc vlterius sequitur, quòd sit simpliciter vera, tenens identitate subiecti.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd distinctionis membra cõtra se inuicem distinguuntur per hoc, quòd ly in se est, denotat verbum Dei secũdum illud quod conuenit sibi ad intra: sub quo constat comprehendi esse Deum, esse filium Dei, esse substantiam, sapientiam, & reliqua, quæ conueniunt ei ex natura vel proprietate personali, ita quòd loqui de persona Christi secundum illud quod in se est, est loqui de persona Christi, secundum illud quod conuenit sibi ad intra: loqui verò de persona Christi secũdum rationem hypostasis, est loqui de persona Christi indistinctè secundum illud quod cõuenit illi ad intra, & secundum illud quod conuenit eidem ad extrã: nam persona Christi est persona naturæ diuinæ, & est persona naturæ humanæ. Ita quòd vbi in primo membro indistinctè continentur quæcunque conueniunt verbo Dei ad intrã in secundo membro distinctè vnum eorum sumitur, scilicet esse personam seu hypostasim. Et quoniam esse hypostasim seu personam de facto comprehendit indistinctè: & esse hypostasim ad intra respectu diuinæ naturæ, & esse hypostasim ad extra respectu humanæ naturæ: ideo distinctio cum suis membris solida inuenitur: nec vnum membrũ includit distinctè aliud. Et simile est de illa distinctione diuina sapientia dupliciter, secundum quòd est in se, & secundum rationem sapientiæ: & similiter diuina paternitas secundum quòd in se est, & secundum rationẽ paternitatis: & sic de similibus. Manifestè namque apparet ex his, quòd membra non coincidunt: quia licet esse sapientiam conueniat sapientiæ secundum quòd est in se, alia ramen est consideratio sapientiæ secundum rationem sapientiæ vt sic, & alia consideratio eius secundum quòd in se, vt est ipsa Deitas, &c. Et sic est in proposito, quòd licet esse personam seu hypostasim conueniat verbo Dei secundum illud quòd in se est: alia ramen est cõsideratio eius, quum in eo consideretur illud quod est ad intrã, & alia consideratio eius, quum consideratur in eo ratio hypostasis: quæ non solùm ad intrã, sed ad extrã extenditur se. Non est ergo distinctio ista in membra: aliter separaretur sed in primo includitur aliquid secundi, & in secundo aliquid primi: vt patet ex dictis, & in exemplis allatis.

Vnde ad quæsitum secundæ obiectionis dicendum est tertium: scilicet quòd in hac distinctione verbum Dei distinguitur contra personalitatem in communi, hoc est absolutè sumptam: vt ipsa textus verba sonant, dicendo alio modo secundum rationem personæ vel hypostasis, ad quam pertinet subsistere in aliqua natura. Vbi clarè perspicere potes secundum membrum consistere in ratione hypostasis sine additione vlla. Et quum contra hoc obiicitur primò quia secundum in litera membrum claudereturin primo, respondetur quòd hoc nõ est verum simpliciter, hoc est totaliter sed secundum aliquid, vt patet ex dictis: quod non esse inconueniens monstratum est. Et quum obiicitur secundò: quia hîc inferuntur duo contradictoria simul, scilicet quòd persona Christi secundum illud quod in se est, non est composita, & est composita: quia quod de facto & in re conuenit alicui secundum rationem prædicati superioris, conuenit illi secundum illud quòd in se est, &c. respondetur quòd quasi in æquinoco laboramus: aliud siquidẽ est conuenire aliquid Sorti secundum illud quòd in se est, hoc est conuenire illi quod in se est Sortes: & aliud est aliquid conuenire Sorti secundum illud quòd in se est, hoc est, esse de numero eorum, quæ conueniunt Sorti secũdum suam substantiam. Currere enim conuenit Sorti secundum illud quòd in se est in primo sensu, & non conuenit Sorti secundum illud quòd in se est in secundo sensu: quia currere conuenit illi rei, quæ est Sortes, sed non est de numero intrinsecorum Sorti. Simile quid accidit in proposito: quoniam esse personam tam ad intrã, quàm ad extra, cõuenit verbo Dei secundum illud quòd in se est, hoc est illi rei, quæ verè est in re verbũ Deitate: enim persona filii Dei Deus verus, est persona diuinæ & humanæ naturæ. Et nõ cõuenit verbo Dei secundum illud quòd in se est in secundo sensu, hoc est nõ est de numero eorũ quæ conueniũt verbo Dei ad intrã, vt patet: iuxta hunc namq; sensum conuenit verbo Dei secundum id quòd in se est, esse personã ad intrã, scilicet in diuina natura. Illa ergo Maior assumpta si in primo sensu sumatur, vera est, sed vt patet, nõ obstat huic doctrinæ: quia in litera verbũ Dei secũdũ quòd in se est, sumitur in secũdo sensu. Nec infert cõtradictoria, sed infert, verbũ Dei esse secundũ id quòd in se est, hoc est illam rem, quæ est verbũ Dei esse & omnino simplicem & esse compositam: quod secundum diuersa est verum: vt in litera patet. Si verò sumatur in primo sensu, falsa est: vt patet in exẽplis de currere & moueri.

¶ Ad secundum dubium, dicitur, distinguẽdo simpliciter vel in tali natura. Vbi nota quòd licet propriè loquendo non possis fieri distinctio ista nisi in naturis partialibus, cõsiderando naturalem ordinem vniuersi: quia nõ inuenitur vna hypostasis subsistens in pluribus naturis simpliciter, sed solùm in pluribus naturalibus partialibꝫ, vt Sortes subsistit in natura animæ rationalis & in natura carnis. Quia singularissimum tamen est incarnati Verbi mysterium, distinctione dicta opus est, verbum siquidem Dei subsistit simpliciter & in natura diuina & in natura humana, sed subsistere simpliciter & in natura diuina, ex vno & eodem habet, scilicet ex hoc quod est esse verbum Dei, nam ex hoc dicitur & subsistens in diuina natura, & dicitur sine additione aliqua, subsistẽs. Subsistere autem in humana natura aliúde habet: nã hoc conuenit ei ex tempore: & non constituit ipsum in subsistere simpliciter: quia præsupponit ipsum subsistere. Si loquamur ergo de subsistere simpliciter, vna est ratio subsistendi in persona Christi: quia vnum est ibi subsistere simpliciter, sicut vnica subsistentia, & vnicum subsistens. Sed si sermo de subsistere in tali natura, duæ sunt in persona Christi rationes subsistendi: rã in fieri, quàm in facto esse altera subsistẽdi in natura diuina, altera subsistẽdi in natura humana. Et ratio quidẽ subsistendi in natura diuina est in fieri generatio æterna, in facto esse autẽ esse Deum: ratio verò subsistẽdi in natura humana in fieri est assumptio humanæ naturæ, in facto esse autẽ, esse hominẽ: ex hoc enim quòd Verbum factum est caro, hoc est homo, ita quòd verè est homo, subsistit verbum in humana natura, in qua prius non subsistebat, sunt ergo in persona Christi duæ rationes subsistendi in duabus naturis, diuina scilicet & humana: nascitur sit ibi vnum subsistens simpliciter, & vna ratio subsistendi simpliciter. Et similiter vnum subsistit duobus vt rationibus subsistendi in duobus: scilicet in esse diuino & esse humano. Et per hæc patet quo pacto non dissonent à & inuicé diuersa dicta Autoris: quoniam dicta hîc vera sunt de subsistere in tali natura: dicta alibi vera sunt de subsistere simpliciter. Et si insterut quòd autor hîc ponit duas rationes subsistendi sine additione aliqua, & nõ dicit quòd est alia & alia ratio subsistendi in tali & tali natura, respondetur, quòd quia iam per præmissa ibidem pro fundamẽto, ad hypostasim spectare subsistere in aliqua natura, ideo absque repetitione subintelligi voluit, quòd de ratione subsistendi in aliqua natura iterum sui est.

¶ Ad tertium dubium habita ratione eorum, quæ Autor in tertio sent. dist. 6. dicit (quanuis non tam alia sint vt hæc) respondetur quòd quia apud nos compositio absque imperfectione componentium intelligi non potest, saltem sua ratione formali: ideo non simpliciter, neque formaliter admittenda videtur in persona Christi, sed cum determinatione aliqua tollente imperfectionem vnius componentis admitti potest: & admissa est simpliciter & formaliter ab Autoquis & ab Autore. Ad cuius aliquatenus cognitionem (quoniam, vt Dio. dixit, est inscibilis) considerandum est multos esse compositionis modos: vt in 9. 1. primæ par. habitum est: compositio namque alia est ex partibus quantitatiuis, alia ex materia & forma, alia ex natura & supposito, alia ex essentia & esse, alia ex genere & differẽtia, alia ex subiecto & accidente: & omnes important imperfectionem virtualẽ componentis vt patet discurrẽdo. Sed si ab vna istarum, hoc est à compositione ex natura & supposito, auferatur quod est imperfectionis ex parte suppositi, saluata potest in persona Christi compositio ex natura humana & suppositi & secundum hoc persona Christi esset composita. Et quoniam iste modus compositionis conuenit personæ Christi secundum rationem personæ seu hypostasis, inquantum scilicet persona Christi subsistit in natura humana: ideo hoc modo persona Christi potest dici composita. Et intantum inuenitur huiusmodi compositio in persona Christi, vt dicat Autor in lib. 4. contra Gen. cap. 49. in solutione sextæ obiectionis, quòd natura humana est simplicior, quã Verbum inquantum verbum est hic homo. Et postea in solutione decimæ obiectionis declarat quid significatur & supponitur per ly hic homo dicẽs vt quod in natura humana subsistit, est hic homo & hoc quo ad significationem: vnde ipsum Verbum supponitur, cùm dicitur, hic homo, & hoc quo ad suppositionem. Et in quæst. de vnione Verbi incarnati artic. primo ad 11. dicit, quòd natura humana est simplicior & formalior illo homine, qui est Verbum caro factum, & non verbum secundum se. Sed quoniam talis compositio est compositio vnius cum alio seu alijs, & vnius ex alio seu alijs (& in litera solùm tractari videtur compositio ex his: quoniam tractatur cõpositio personæ Christi, quam subsistat ex duabus naturis: vt patet in litera: processusideo virtualis compositionis modo persona Christi secũdum personæ rationem composita intelligitur scilicet & compositione ex his, inquantum in duobus esse, diuino scilicet & humano ex duabus subsistit naturis. De diuina quidem natura patet, quòd ex illa subsistit: de humana autẽ in symbolo Athanasij habetur, dum dicitur. Perfectus homo ex anima rationali & humana carne subsistens: vbi expressè Christus vt perfectus homo dicitur subsistens ex anima rationali & humana carne, & non solùm in anima rationali & humana carne. Magister quoque Sent. in 1. dist. 6. & 7. plures affirmat Christi personam ex duabus subsistere naturis, ex quo tamen secundam opinionem, quæ est determinatio, quam hîc docemur, quam omnes catholici amplectuntur. In professione quoq; Episcoporum, quãdo ordinantur, dicitur, Credis vnicum & vnum nõ Dei in duabus & ex duabus naturis? & respondetur, Credo vt patet in Pontificali ecclesiæ Romanæ. Et compositionis cum his inquantum persona Christi communitur cum hoc, quod est esse hunc hominem, nõ quòd assumpserit hunc hominem, sed quia facta est hic homo assumendo hanc humanitatem. Sed quomodo hoc sit, excedit humanam nientemitate nobis nosse, quia est, dum reuelatum est, quòd Verbum est ille homo, qui vocatur Christus. Quo homine vt sic, natura humana ideo simpliciter dicitur: quia ad hunc hominem spectant & principia indiuiduantia & accidentia, quæ habet: quæ vniuntur illi non in natura, sed in persona, quæ non claudantur in natura humana. Ad quæsitum ergo dicitur, quòd duo obstant compositioni personæ Christi simpliciter & formaliter enumtandæ. Alterum est ratio compositionis, quæ quia imperfectionem componentium formaliter importat, nõ potest formaliter & simpliciter attribui personæ Christi. Alterum est generalis regula seruanda in attributis Christo, si sunt communia naturæ, & personæ, & oppositum cõuenit personæ: vt in seriis patebit de hoc, quod est esse creaturam, & incipere esse, ne denotetur quòd persona Christi in se sit composita, sit creatura, inceperit esse, & huiusmodi. Vnde ad primã obiectionem dicitur, quòd deitas prædicationis formalis hic est ex parte prædicati, quod formaliter

Universidad de Deusto
Biblioteca

masitee simpra non conuenit personæ. Defectus autem prædicationis simplicis citer est ex parte communitatis prædicati respectu alijs subiecti, scilicet personæ Christi vendicantis sibi in se oppositū, scilicet omnimodā simplicitatē & propterea merito Autor illas duas conditiones, quæ arguendo ad alteram partem tanguntur, apposuisse videtur: & doctores posteriores nō vtuntur Compositionis nomine in mysterio Incarnationis. Quo tamen vtendō puto cum aliquo adiectiuo puta quòd est cōpositio inefabilis, quòd sine quacunque imperfectione alterius componentis vel alterius huiusmodi. Et hoc ad denotādum, quòd coniunctio ista intima est substantialis: quia in veritate est talis, quātus supra intellectum nostrum. Propter hoc enim antiqui doctores Dionysius, Augustinus, Damascenus, & Autor cum sexta Synodo (vt in corpore articuli sexti interius recitatur) cōpositionis nomen vsi sunt quanuis explicare cā non potuerint.

Inscā q. 11. ar. 1. c. Et 3. di. 6. q. 3. arti. 1. Et 4. cōtra c. 37. & 41. c. 2. Et opu. 3. c. 225.

Annot.

c ¶In respōsione ad secūdū eiusdem quarti articuli, aduerte quòd Autor non dicit quòd cōpositio personæ Christi ex naturis est ratione numeri, vt prima facie apparet: sed comparatiuam dicit, quòd potius est ratione numeri, quām ratione partium. Quod est dicere, quòd natura illa potius habet rationem duorum cōuenientium in vnum, quām rationem partiū conuenientium in vnum. Hoc autem constat esse verissimum: quia ratio patris repugnat diuinitati & quodāmodo humanitati: ratio autē duorum conuenientium in vnum nō repugnat eisdem. Cum quo tamen stat quòd compositio illa longē maior sit, quām duorum conuenientiū in vnam personā: et patet ex dictis & dicendis, specialiter in hac quæstione secūda.

3. dis. 2. q. 1. arti. 3. q 3. & di. 7. q. 1. ar. 1. c. principi.

¶ Super Quæstionis secundæ Articulum quintum.

Annot.

Titulus articuli clarus est in se. Et oritur quæstio hæc: cùm ex difficultate rei ita sit, quia in Christo non est proprius hypostasis, quæ consurgere debuit ex vnione animæ & corporis: tum ex etroribus eorū, qui negauerunt in Christo talem vnionem.

b ¶In corpore 5. articuli vnica est conclusio respōsiua quæsito affirmatiue: cuius contrariatio. Cōclusio est ista: Necesse fuit dicere, q in Christo fuerit anima vnita corpori. Probatur: Ad rationem speciei humanæ pertinet, quòd anima corpori vniatur, ergo necesse est quòd in Christo anima fuerit vnita corpori. Antecedens probatur dupliciter. Primo: quia forma non constituit speciem nisi per hoc quòd est actus materiæ: ex hoc enim patet quòd non est species humana nisi anima sit actus corporis: quod est esse vnitū corpori: actus enim est vnitus materiæ, cuius est actus. Secūdo: quia hoc, scilicet animā esse in corpore, est terminus generationis ordinatæ à natura ad speciem: ex hoc nāq; quòd natura per generationē tendit ad speciem, & terminatur ad vnionem animæ & corporis, manifestē patet quòd species constituitur ex coniunctione animæ & corporis. Et sic patet antecedens. Consequentia verò probatur: quia Christus dicitur homo vniuocē cū aliis hominibus. Probatur: quia est eiusdem speciei. Probatur: quia est in similitudinem hominum factus. Et est procul dubio sermo de similitudine substantiali: quia est sermo de similitudine hominum non de similitudine hominum quantorum, aut quomodolibet aliter se habentium: homo enim substantiæ speciei humanæ & non quantitatis aut qualitatis nomen est. Ex hoc nanque modo, quòd eiusdem est speciei Christus, quatenus homo, cum aliis hominibus, sequitur manifestē quòd si species humanæ naturæ in aliis constituitur ex vnione animæ & corporis, in Christo quoq; talis vnio exigatur. Corollarium est, quòd cōtrarium dicere est hæreticum. Probatur: quia derogat veritati humanitatis Christi: vt patet ex dictis.

a ¶Vtrùm sit facta aliqua vnio animæ & corporis in Christo.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo nō fuerit vnio animæ & corporis. Ex vnione enim animæ & corporis in nobis causatur persona vel hypostasis hominis. Si ergo animæ & corpus fuerunt in Christo vnita, sequitur quòd fuerit ex vnione aliqua hypostasis constituta. Non autem hypostasis verbi Dei, quæ est æterna. Ergo in Christo erit aliqua persona vel hypostasis præter hypostasim Verbi: quod est contra prædicta.

¶Præterea, Ex vnione animæ & corporis cōstituitur natura humanæ speciei. Damasc. autem dicit in 3. lib. quòd in Domino Iesu Christo non est communem speciem accipere. Ergo in eo non est facta animæ & corporis vnio.

¶Præterea, Anima non coniungitur corpori, nisi vt viuificet ipsum. Sed corpus Christi poterat viuificari ab ipso verbo Dei, quod est fons & principium vitæ. Ergo in Christi non fuit vnio animæ & corporis.

¶SED CONTRA est, quòd corpus non dicitur animatum nisi ex vnione animæ. Sed corpus Christi dicitur animatum: secundum illud, quod Ecclesia cantat, Animatum corpus sumens, De Virgine nasci dignatus est. Ergo in Christo fuit vnio animæ & corporis.

CONCLVSIO.

¶Cùm Christus fuerit eiusdem speciei cum aliis hominibus, in ipso opere incarnationis fuit verè anima corpori mista: & contrarium dicere, hæreticum est.

b ¶RESPONDEO dicendum quòd Christus dicitur homo vniuocè cum aliis hominibus, vtpote eiusdem speciei existens: secundum illud Apostoli Philip. 2. In similitudinem hominum factus. Pertinet autem ad rationem speciei humanæ, quòd anima corpori vniatur: non enim forma constituit speciem, nisi per hoc, quòd fit actus materiæ. Et hoc est, ad quòd generatio terminatur, per quam natura speciem intendit. Vnde necesse est dicere quòd in Christo fuerit anima corpori vnita, & contrarium est hæreticum: vtpote derogās veritati humanitatis Christi.

c ¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ex hac ratione moti videntur illi, qui negauerunt vnionem animæ & corporis in Christo: ne per hoc scilicet cogerentur personam nouam vel hypostasim in Christo inducere: quia videbant, quòd in puris hominibus ex vnione animæ ad corpus constituitur persona. Sed hoc ideo in puris hominibus accidit: quia anima & corpus sic in eis coniunguntur, vt per se existant. Sed in Christo vniuntur adinuicem, vt adiuncta alteri principaliori, quod subsistit in natura ex eis composita: & propter hoc ex vnione animæ & corporis in Christo non constituitur noua hypostasis, seu persona, sed aduenit ipsum coniunctum personæ seu hypostasi præexistenti. Nec propter hoc sequitur quòd sit minoris efficaciæ vnio animæ & corporis in Christo, quām in nobis: quia ipsa coniunctio ad nobilius non admisit virtutem aut dignitatem, sed auget: sicut anima sensitiua in animalibus constituit speciem, quia consideratur vt vltima forma, non autem in hominibus. quanuis in nobis sit virtuosior & nobilior: & hoc propter adiunctionem vlterioris & nobilioris perfectionis, scilicet animæ rationalis, vt etiam suprà dictum est.

d ¶Ad secundum dicendum, quòd verbum Dam. poterat intelligi dupliciter. Vno modo vt referatur ad humanam naturam: quæ quidem non habet rationem communis speciei, secundum quòd est in vno solo individuo: sed secundum quòd est abstracta ab omni individuo, prout in nuda contemplatione consideratur: vel secundum quòd est in omnibus individuis. Filius autem Dei non assumpsit humanam naturam, prout est in sola consideratione intellectus, quia sic non assumpsisset ipsam rem humanæ naturæ: nisi forte diceretur, quòd humana natura est quædam idea separata, sicut Platonici posuerunt hominem sine materia: sed tunc filius Dei nō assumpsisset carnem: contra illud quòd dicitur Luc. vlti. Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Similiter etiam non potest dici quòd filius Dei assumpserit humanam naturam, prout est in omnibus individuis eiusdē speciei: quia sic omnes homines assumpsisset. Relinquitur ergo, vt Damas. postea dicit in eodem lib. quòd assumpserit naturam humanam in atomo, id est, in individuo: non quidem in alio individuo, quod sit suppositum vel hypostasis illius naturæ, quām in persona filij Dei. Alio modo potest intelligi dictum Damas. vt non referatur ad naturam humanam, quasi ex vnione animæ & corporis non resultet vna communis natura, quæ est humana: sed est referendum ad vnionem duarum naturarum, diuinæ & humanæ, ex quibus non componitur aliquid tertium quod sit quædam natura communis: quia sic illud esset natū prædicari de pluribus: & hoc ibi intendit. Vnde subdit: Neq; enim generatus est, neque vnquam generabitur alius Christus, ex deitate & humanitate, in deitate & humanitate Deus perfectus, idem & homo perfectus.

¶Ad tertium dicendum, quòd duplex est principium vitæ corporalis. Vnum quidem effectiuum: & hoc modo verbum Dei est principium omnis vitæ. Alio modo est aliquid principium vitæ formaliter: cùm enim viuere, viuentibus sit esse (vt dicit Philosophus 2. de anima) sicut vnūquodq; formaliter est per formam suam: ita corpus viuit per animam. & hoc modo non ponitur corpus viuere per verbum, quod non potest esse corporis forma.

a ¶Vtrùm natura humana fuerit vnita verbo Dei accidentaliter.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod humana natura fuerit vnita verbo Dei accidentaliter. Dicit enim Apost. Philip. 2. de filio Dei, quòd habitu inuentus est vt homo. Sed habitus accidentaliter aduenit ei, cuius est: sicut accipiatur habitus, prout est vnum de decem prædicamentis, siue prout est species qualitatis. Ergo humana natura accidentaliter vnita est filio Dei.

¶Præterea, Omne quod aduenit alicui post esse completum, aduenit ei accidentaliter: hoc enim dicimus accidens, quod potest & adesse & abesse alicui præter subiecti corruptionem. Sed natura humana aduenit ex tempore filio Dei, habenti esse perfectum ab æterno. Ergo aduenit ei accidentaliter.

¶Præterea, Quicquid non pertinet ad naturam seu essentiam alicuius rei, est accidēs eius: quia omne quod est, aut est substantia, aut accidens. Sed humana natura non pertinet ad essentiam vel naturam diuinam filij Dei: quia non est facta vnio in natura, vt suprà dictum est. Ergo oportet quòd natura humana accidentaliter filio Dei aduenerit.

¶Præterea, Instrumentum accidentaliter aduenit. Sed humana natura in Christo fuit diuinitatis instrumentum. Dicit enim Damasc. in tertio libro, quòd caro Christi instrumentum diuinitatis existit. Ergo videtur quòd humana natura fuerit filio Dei vnita accidentaliter.

¶SED CONTRA est, quòd illud, quod accidentaliter prædicatur, non prædicat quid, sed quantum vel quale, vel aliquo alio modo se habens. Si ergo humana natura accidentaliter adueniret, cùm dicitur, Christus est homo, non prædicaretur quid: sed quale, aut quantum, aut aliquo alio modo se habens. Quod est contra decretalem Alex. Papæ dicentis, Cùm Christus sit perfectus Deus & perfectus homo, qua temeritate audent quidam dicere, quòd Christus secundum quòd est homo, non est quid?

CONCLVSIO.

¶Vnita humana natura fuit verbo Dei non accidentaliter, sed per se, & secundum subsistentiam ad diuinam personam, vt persona diuina vtriq; naturæ subsisteret.

b ¶RESPONDEO dicendum quòd ad huius quæstionis euidentiam sciendum est, quòd circa mysterium vnionis duarum naturarum in Christo, duplex hæresis insurrexit. Vna quidem confundentium naturas: sicut Euthicetis & Dioscori, qui posuerunt quòd ex duabus naturis est constituta vna natura, ita q; confitentur Christum esse ex duabus naturis, quasi ante vnionem distinctis: nō autem in duabus naturis, quasi post vnionem naturarum distinctione cessante.

Alia verò fuit hæresis Nestorij & Theodori Mopsuesteni, separantium personas: posuerunt enim aliam esse personā filij Dei, & filij hominis. Quas dicebant sibiinuicem esse vnitas. Primò quidē secundum inhabitationem: inquantum scilicet verbū Dei habitauit in illo homine sicut in templo. Secundò per vnitatem affectus, inquantū scilicet voluntas illius hominis est semper cōformis voluntati verbi Dei. Tertiò secundū operationem: prout scilicet dicebāt hominē illū esse verbi Dei instrumentum. Quartò secundū dignitatem honoris, prout omnis honor, qui exhibetur filio Dei, coexhibetur filio hominis propter coniunctionem ad filium Dei. Quintò secundū æquiuocationē, id est communicationē nominū: prout scilicet dicimus illū hominē esse Deum & filium Dei. Manifestū est autē istos omnes modos accidētalē vnionem importare. Quidam autem posteriores magistri, putantes se has hæreses declinare, in eas per ignorantiam inciderunt. Quidam enim eorum concesserunt vnam Christi personam, sed posuerunt duas hypostases siue duo suppositā, dicentes hominem quendam compositum ex corpore & anima à principio suæ cōceptionis esse assumptum à Dei verbo. Et hæc est prima opinio quā Magister ponit in 6. distin. tertij lib. sententiarum. Alij verò volentes seruare vnitatem personæ posuerunt Christi animam non esse corpori vnitam: sed hæc duo separata abinuicem, esse vnita verbo accidentaliter: vt sic non cresceret numerus personarum. Et hæc est tertia opinio, quā magister ibidem ponit. Vtraque autem harum opi. incidit in hæresim Nestorij. Prima quidem: quia idem est ponere duas hypostases vel duo suppositā in Christo, quod ponere duas personas, vt suprà dictum est. Et si fiat vis in nomine Personæ, cōsiderandum est, quòd etiam Nestorius vtebatur vnitate personæ propter vnitatem dignitatis & honoris. Vnde etiam sexta Synodus diffinit anathema eum, qui dicit vnam personam secundum dignitatem & honorem & adorationem, sicut Theodorus & Nestorius insanientes conscripserunt. Alia verò opinio incidit in errorem Nestorij, quantum ad hoc, quòd posuit vnionem accidentalem: non enim differt dicere, quòd verbum Dei vnitum est homini Christo secundum inhabitationem, sicut in templo suo (sicut dicebat Nestorius) & dicere quòd vnitum fuit verbum Dei homini secundum indutionem, sicut vestimento: sicut dicit tertia opinio, quæ etiam peius dicit aliquid, quām Nestorius, scilicet quòd anima & corpus non sunt vnita. Fides autem catholica medium inter prædictas positiones renens, non dicit vnionem factam Dei & hominis secundum essentiam vel naturam, neque etiam secundum accidens: sed medio modo secundum subsistentiam seu hypostasim. Vnde in sexta Synodo dicitur, Cùm multis modis vnitas intelligatur, qui iniquitatem Apollinarij & Euthicetis sequuntur, interemptionem eorum, qui conuenerunt colentes, id est interimentes vtranque naturam, vnionem secundum confusionem dicunt: Theodori autem & Nestorij sequaces, diuisione gaudentes, affectualem vnionem accidentaliter: sed per se, & secundum subsistentiam ad diuinam personam, vt persona diuina vtriq; naturæ subsisteret.

1. q. 17. ar. 1. c. Et 3. dis. 6. q. 3. a. 2. Et 4. cōtra c. 37. 41. & 49. Et vnio. ar. 1. c. & 13. Et opus. 3. ca. 215 Et Phil. 2. col. 5.

Coment.

b ¶In corpore articuli tres sunt principales partes in prima narrantur duę hæreses extremę circa quæsitum. In secūda ad alterā earum reducuntur duæ opiniones extremæ positæ à Magistro sent. in 6. dist. tertii sent. In tertia ponitur sententia fidei.

¶Quo ad primū, clarè constat, allatas hæreses esse extremas, dum Euthicetis error coniunctionē in Christo instituit substantialē esse dicit quòd ex substantijs duabus cōpositā est vna natura: Nestorij autē errorem cōiunctionē istam inuentū accidentalē posuit, quòd separauit per se personam filij Dei à persona filij hominis. Ille confundit naturas, & vnā tam naturā, quām personā posuit esse in Christo: iste separauit & naturas & personas, dicēs in Christo duas esse & naturas & personas: conuenire autē eas accidentali vnione penes quinq. vt litera clare habet. Hæc de primo.

¶Quo ad secundū posteriorū magistrorū errores tractantur: qui putāntes se catholicè dicere, opiniones duas introduxerunt extremas, apud Magistrum sen. scilicet primā & tertiā: quā autē ambæ ex parte vnā extremi, hoc est Nestoriani erroris se teneāt, nanı vtriq; conueniunt in hoc, quòd ponunt in Christo diuersas hypostases. ita quòd alia est hypostasis filij Dei & alia hypostasis filij hominis, ac per hoc vtriq; separāt in Christo & naturas & hypostases seu suppositā. Et accidētalē proinde vnionē ponūt humanæ naturæ ad personā filij Dei, quāmuis diuersimode: quia primi ponunt sub nomine personæ, dicendo hypostases duas vniri in persona: quod monstratū est non esse intelligibile, nisi personæ nomen accidens significet. Alij verò ponunt vniri per modū vestis: constat nāque quòd esse vestitū, accidētale tantum esse ponit in persona, quæ vestita est. Et omnia clarè patent in litera.

¶Quo ad tertiū primò ponitur sententia fidei, quę verè est media: facilicet quòd vnio est secūdū subsistantiā, vt subsistentia importatur p̄ personā, hypostasim, vel suppositū: & hoc cōtra Nestoriū & posteriores magistros. & quòd nō est secundū substantialē, vt substantia importatur per essentiā, natura seu quidditatē: & hoc cōtra Euthicetem & Dioscorum. Probatur, auctoritate sextæ Synodi: vbi patet, Vnionem carnis ad verbū Dei fieri secundum compositionē, quæ est secundum subsistantiam, cōfessim esse. Secundò modum loquēdi docet circa recitatas sententias tres à Magistro sen. In 6 dist. tertij, quòd scilicet nulla earū vocanda est opinio: sed secunda dicenda est sententia doctrinālis fidei: ità prima quām tertia hæresis à concilio dānata appellāda est. Vbi scīto quòd licet tempore Magistri sen. & illorū magistrorū, quorum hīc Autor meminit, tā esset dam natæ ambæ istæ hæreses: quia tamen occultum erat comprehendi positiones istas sub illis dam natis, & putabatur istas ab illis tamē distare, vt separatæ essent

Universidad de Deusto
Biblioteca

essent ab illis, ideo excusati fuerunt & autores & sequaces eatũ, & qui tãquàm opiniones illas habuerũt. Sed ex quo tanta cõcessa est posterioribus perspicacitas, vt viderent & discernerent inter illas, & vnicuiq; locum suũ darent, non amplius excusarentur qui huiusmodi positiones vt opiniones affruerent.

c ¶ In responsione ad primum & ad secũdum aduerte primò, quòd cõmune est vtrisq; scilicet habitui & accidẽti vnitri & accidentaliter Sorti: nã indumentũ non nisi accidẽtale esse ponit in Sorte. esse enim vestitũ accidẽtale esse est: & albedo accidẽtale esse ponit in Sorte. Differentia autẽ inter ipsa est, quòd indumẽtũ est in se substãtia quædã, puta pannus laneus: albedo autẽ est in se accident, ita quòd albedo & est in se accidẽs, & accidẽtaliter cõiungitur Sorti. Indumentũ autẽ est in se substãtia: sed accidẽtale tãtùm esse confert Sorti, scilicet esse vestitum. Et qa natura humana est in se substãtia, & aduenit verbo Dei post eius esse completũ, ideo accidentaliter coniuncta verbo Dei estimata est quemadmodũ habitus seu indumentũ accidẽtaliter iungitur Sorti.

¶ Sed estimationẽ hanc esse falsam non solùm manifestatur ex antedictis: quia scilicet vnio vestit ad Sortem, non est in persona, quia alia est hypostasis vestis, & alia hypostasis Sortis vestiti: sed etiam quia talis vnio vt terminatur ad Sortem, est secundum esse accidentale: quoniam non ponit in Sorte nisi esse vestitum quod constat esse de genere accidentis. Natura autem humana sic est coniuncta verbo Dei vt conferat verbo Dei esse subsistantiale: quoniam confert illi esse hominis: constat autem quòd esse hominẽ, est in genere substantiæ, & non in genere accidentis: filius simpliciter Dei sic homo factus est, vt veritissimè sit homo. Vnde fingendo quòd vestis sit nomẽ substantiale, pro claritate doctrinæ, cõiunctio vestis ad personã vestiri est secundũ esse accidentale: quia non confert vestitæ personæ, quòd sit vestita, sed quòd sit vestita: sed humana natura cõiungitur personæ diuinæ secũdũ esse subsistantiale: quia confert verbo Dei, quòd sit homo secundũ rei veritatẽ simpliciter, & nõ intellectu aut imaginatione aut repræsentatione, aut secundũ quid. Et hoc est quod Autor in quarto cõtra Gen. cap. 49. in solutione vltimę obiectionis explicauit: hoc est quòd extra de hær. in ca. quũ Christus, Alexãder tertius explicauit. Vbi sub anathemate inhibẽs, nequis audeat dicere, quòd Christi, secundũ quòd homo, non est aliquid, quia est verus homo: cõtra eos loquitur, q dicebãt quòd Christus secundũ quòd homo nõ est aliquid, sed ad aliquid: seu alio quali: hoc enim sequitur ad omnes ponẽtes vnionẽ naturę humanę ad hypostasim filij Dei esse accidẽtale. Nam secundũ huiusmodi positiones, sicut Sortẽ esse vestitũ, aut esse magnũ, aut honorabilem, & super alios, non est Sortem esse aliquid, sed ad aliquid, aut aliqualem, &c. ita filium Dei esse hominẽ, non esset esse aliquid, sed ad aliquid aut aliqualẽ, &c. Vnde Autor optimè in hoc articulo induxit decretalẽ illam ad probandã vnionem humanæ naturæ ad Verbum esse substantiale. Et Scotus in vltima quæst. 6. distinct. 3. sen. dicit quòd per istam decretalẽ condemnata est tertia opinio illic à Magistro sen. recitata: scilicet quòd humana natura vnita est Verbo vt habitus: per hæc manifestãs quòd ly aliquid, sumitur in dicta Decretali vt distinguitur contra aliquid, aliquale, aliquantũ, & reliqua accidentium genera. Quæ solùm conuenire Christo, secũdum quòd homo, dicebat positio illa, & quæcunq; alia ponens vnionem istam accidentalem.

¶ Auertẽ secundo propter exemplũ quod in litera datur, de vnione animæ ad corpus, quòd dicentes vnioni Verbi & naturę humanę maximè similẽ esse vnionẽ substantiæ & accidentis subiecto hoc, quòd substãtia informatur per accidẽs nõ remanet inter substantiã & accidẽs nisi vnio accidentalis: vt patet ex hoc q. de facto sunt ibi duo: primũ, quòd substantia iungitur accidenti subsistentando illud: secundũ quòd informatur per illud. Constat autẽ quòd de facto nõ ratione neutrius interaccidens & substantiã est coniunctio substantialis, sed solùm accidentalis: ergo si tollatur secundũ, scilicet informatio, non nisi accidentalis vnio remanet. Non ergo similitudi exemplũ hoc sed abducens ab vnione substantiali inter verbũ & naturam humanã. Quòd autem quidã dicunt, huic vnioni maximè similem esse insitionẽ, eo quòd ramus insitus cum ramo naturali arboris vnitur in vnitatẽ suppositi: quia eadẽ vtriusq; rami arbor est: & non vnitur ei in vnitatem naturæ, quando ramus insitus alterius naturæ est. Nec obstat quòd in sitio fiat per cõtactum seu continuationẽ: quoniam quod facit in corporibus fiunt, hoc facit in spiritualibus ordo secundũ Augu. Consonat autẽ hæc similitudo doctrinæ sacræ Scripturæ Apoc. 5. Vicit leo de tribu Iuda radix Dauid: & 22. Ergo radix Dauid: per hæc enim patet filium Dei se habere ad Dauid, hoc est ad naturã suam ex Dauid, vt radix, hoc inquã magis ad metaphoricã, quãm ad propriam theologiã spectantem falsum est quòd ramus naturalis, & ramus insitus sint vniti in vno supposito secundũ veritatem. Quod ex 5. Meta. patet, quã dicitur q; quæcunq; sunt vnum numero, sunt vnũ specie, quãuis non ecõtra: constat autẽ ad sensum, q; ramus insitus & ramus naturalis distinguuntur specie: vt patet ex fructibus: sunt igitur distincti numero in genere substantiæ. Quod est distingui suppositaliter secundũ veritatẽ: quamuis secundũ apparentiam appareat

tatem introducunt: sancta verò Dei Ecclesia, vtriusque perfidiæ impietatem reiiciens, vnionem verbi Dei ad carnem secundũ compositionem confitetur: quod est secundum subsistentiam. Sic ergo patet, quòd secunda trium opinionum, quas Magister ponit, quæ asserit vnam hypostasim Dei & hominis, non est dicenda opinio, sed sententia catholicæ fidei: similiter etiam prima opinio, quæ ponit duas hypostases, & tertia quæ ponit vnionem accidentalem, non sunt dicendæ opiniones, sed hæreses in consiliis ab Ecclesia damnatæ.

c ¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd, sicut Damasc. dicit in tertio lib. non necesse est omnifariam & indefectiuè assimilari exempla: quod enim est in omnibus simile, idem vtique erit, & non exemplum, & maximè in diuinis: impossibile enim est similiter exemplum inuenire in omnibus, & in Theologia, id est in deitate personarum, & in dispensatione, id est in mysterio Incarnationis. Humana ergo natura in Christo assimilatur habitui, id est vestimento, non quidem quantum ad accidentalem vnionem: sed quantum ad hoc quòd Verbum videtur per humanam naturam, sicut homo per vestimentum. Et etiam quãtum ad hoc, quòd vestimentum mutatur: quia scilicet formatur secũdum figuram eius, qui induit ipsum,

suppositũ arboris: habet enim se arbor suscipiens insitionẽ quasi terra alimentũ ex se præstans ramo insito. Ita quòd inter ramũ insitum & plantatũ differentia consistit in primo alimento: nã ramus plantatus in terra, inde primũ habet alimentũ impurũ, & digerit illud: ramus verò insitus ex arbore habet primum alimentũ iam depuratũ in trunco arboris, habile ad sui nutritionẽ, augmentationẽ & fructificationẽ. Vnde ramꝰ insitus ponit quasi radices in arbore, vnde nutritur: sicut plãtatus ponit radices in terra, vnde alitur: & ꝓpter ea non cuiuscunq; naturæ ramus potest cuilibet arbori inseri: sed oportet ꝓportionẽ esse inter alimentũ decoctũ pro arbore, & alimentum rami talis naturæ.

At si quispiã dixerit maximã positã similitudinẽ insitionis ad Incarnationẽ, quando ramus insitus est eiusdem speciei cũ trunco: quia tũc fit vnum suppositũ vtriusq; quia continuatur ramꝰ insitus arbori: aduertat hæc dicens, quòd iã exit ab vnione insitionis, quatenus insitio est: quoniã insitio ad ramos alterius speciei exercẽtur, & declinat ad insitionẽ ralẽ, scilicet per vnitatẽ continuitatis. Quod, formaliter loquendo, nihil aliud est dicere, quãm dicere, vnitatẽ aduenientis partis alicui toti continuo, maximè esse similẽ vnioni Incarnatiõis: quod est ridiculũ. Reuertur ergo antiquos doctores, & dicãt cum Autore in quarto cõtra Gen. ca. 41. nihil in omnibus creatis inueniri, huic vnioni tã simile, sicut est vnio animę intellectiuę ad corpus: quod etiã hîc confirmatur, dũ similitudo ista affertur, & explanatur. Vbi aduerte, quòd similitudo ista quantũ ad vnũ non tenet quantum scilicet ad hoc quòd anima vnitur corpori, vt forma materiæ, ac per hoc vt pars compartis vnius humanæ naturæ ex eis cõpositæ: vt tam hîc quàm ibi expresse dicitur, sub aliis tamẽ verbis. Sed tenet quantũ ad hoc, quòd anima vnitur corpori vt instrumẽto coniuncto: vt ibi dicitur, vel, & in idem redit, quantũ ad hoc, quòd corpus assumitur ad esse propriũ animæ, prout est personæ seu subsistentis. Et de vnione quidẽ per modum instrumẽti in loco proprio, hoc est in respõsione ad quartum erit sermo. hîc autẽ declaranda vrcunq; est vnio ad esse, vt est personæ. Ad cuius aliqualẽ perceptionẽ fingamus animã rationalẽ per se subsistere ante corpus, sicut de facto ita est in animabus defunctorũ ante resurrectionẽ: subsistunt enim interim per seipsas absq; corpore aliquo. hoc stante considera, quòd anima per se subsistens, aduenienti sibi duo cõmunicat corpori, scilicet esse & subsistere, vel dupliciter cõmunicat suũ esse corpori. Primò, per modũ naturæ: & hoc facit informando corpus: ex hoc enim, quòd informat ipsum, dat ei esse specificum, quod natura significat. Secundò per modũ personæ: & hoc facit cõmunicando suũ subsistere corpori: ita quòd non solùm ipsa anima per suũ subsistere subsistat, sed corpus subsistat per illudmet subsistere: subsistit enim corpus adueniens non per nouũ subsistere, sed per antiquã animæ subsistentiã. Quocirca si in vnione rationalis animæ & corporis cõsideretur secũdus tantũ modus abstrahendo à primo, habebitur exemplũ in rerũ natura inter reliqua similimũ: quomodo vnio est humanæ naturæ ad Verbum secundũ esse substantiale ipsius Verbi: nõ vt est natura, sed vt est persona, vt in litera dicitur. Nã sicut anima rationalis corpus sibi vnitũ in resurrectione trahit secluso intermediate ad esse suũ, prout est persona, hoc est prout est subsistere: & non trahit ad esse suũ, prout est natura, hoc est, prout est cõferens esse specificatiuum verbi Dei naturã humanam sibi vnitam trahit ad esse suũ, vt est persona, hoc est vt est subsistere: quia natura humana in Christo non per se separatim existit, sed in verbo Dei. ac per hoc subsistere Verbi est subsistere humanæ naturæ: ille enim homo qui vocatur Iesus Christus, verè est subsistens, & nõ alia subsistẽtia, quãm increata & æterna subsistentia filij Dei: & non trahit ad esse suũ, vt est natura, hoc est vt cõfert naturam deitatis: nõ enim humana natura in Christo ad naturã deitatis tranſiit, aut aliquã aliam naturã ex illa acquisiuit: sicut corpus ex vnione ad esse animæ vt est natura, nouam ex illa naturã ac speciem acquirit. Et hæc non solùm ꝓ exempli similitudine sed pro expositione responsionis ad secundum sufficiant pro nũc.

d ¶ In respõsione ad tertium cautè & perspicaciter cõsidera, quòd propriè seu ꝓpriissimè loquẽdo, vniri alicui in hypostasi, cõmunius est, quãm vniri illi secũdũ hypostasim: nã quic quid pertinet ad hypostasim, siue substãtiale, siue accidẽtale sit, vnitur Sorti in hypostasi seu plonaive in art. 1. huius q. Autor dixit: sed nõ omne tale vnitur Sorti secũdũ hypostasim. Et hoc dico sumẽdo ly in. vt denotat solùm inesse personæ: & ly secũdum, vt addit modũ conisticionis inter personã & illud quod vnitur est illi secũdum personam, scilicet per modum subsistẽtis. Est enim videre in Sorte esse album, & esse capitatũ: & vtrunq; est vnum Sorti in persona: quia, vt patet in 5. Meta. ca. de vno, quæcunque sunt in aliquo indiuisa, sunt vnum in illo. Sortes autem & ista albedo non sunt diuisi subiecto seu hypostasi: quoniã vna & eadem est substãtia prima, quæ est Sortes, & alba, & similiter quæ est Sortes & quæ est capitata. Sed esse albũ, non est vnum Sorti secũdum hypostasim: quia nec Sortes subsistit ex albedi ne aut albedine, nec esse albũ, subsistit per subsistere Sortis. hoc enim album, quod est in Sorte, nõ subsistit, quia natura accidẽtis neq; per seipsam, neq; per aliud nata est subsistere. Sed esse capitatum est vnum Sorti secundum hypostasim, quamuis partialiter, quia caput pars est

est Sortis: quia & Sortes subsistit secundũ esse capitatũ, vtpote substãtiale: & esse capitatum subsistit per Sortem: quia hoc capitatum subsistit Sortis subsistentia. Quia spiritus sanctus humanæ vnitus est filio Dei, vt non solùm insit illi, & prædicetur de illo (sicut esse albũ inest filio Dei, & prædicatur de eodem dicitur, Christus seu filius Dei est albus) sed vt filius Dei subsistat ex humana natura, & in humana natura: quamuis dimerimode, vt præ declaratũ est: quoniam subsistere ex humana natura intelligitur, inquantũ est persona humana natura absolutè admittitur de verbo Dei. Et similiter humana natura cõstituere verbum Dei in hoc, quòd est esse personã humanã: in hoc est, quòd est esse hypostasim humanæ naturæ: in hoc, quòd est esse hîc hominem. Et sic natura humana loco propriæ subsistentię sortitur subsistere ista propriã filij Dei: & per illam subsistit, non per seipsam. Quia inquam per modũ subsistentiæ vnio est inter personã filij Dei & naturam humanam, ideo dicitur q; est vnio secundũ hypostasim: & dicitur in litera hac, quòd vnio secũdum hypostasim sufficit ad hoc, quòd non sit vnio accidentalis. Vbi claré videre potest quod diximus nam si vnio secundũ hypostasim excludit vnionẽ esse accidentalem, consequens claré est, quòd vniri secundũ hypostasim, non est tantùm cõiungi hypostasi per inesse hypostasi: quoniam cõiungi hypostasi per inesse istum, non excludit vnionem esse accidentalem vt patet de albedine cõiuncta hypostasi Sortis per inesse tantùm. Plus ergo exigit vnio secundũ hypostasim. Et cum proprium hypostasis sit subsistere in natura, cõsequens est quòd vnio secundũ hypostasim, exigat cõmunionẽ secundum subsistere: quam in proposito inueniri declaratum est.

Infrà ar. 8. c. Et 3. di. 2. quæst. 3. artic. 2. q. 3. 2. & di. 5. q. 1. ar. 1. q. 1. & di. 7. q. 2. artic. 2. ea. Et 4. cõtra 39. & 41. Annot.

¶ In respõsione ad quartum eiusdem 6. articuli, aduerte duo. primo veritatem rei, deinde processum Autoris. Quo ad primum: quia instrumentum est nomen causæ vniri alicui, vt instrumentum, non transcendit vnionem comprehensam infra genus seu latitudinem causarum: & ideo est talis vnio in causando. Et quia vnio humanæ naturæ ad Verbum (de qua est sermo) non est in causando, sed in essendo secundum esse subsistantiale subsistentię: ideo Cyrillus in litera aliatus reprobat Christum tanquam instrumenti officio assumptum. Si enim prima seu summa vnio humanæ naturæ ad Verbum esset vnio instrumenti, iam non esset vnio in persona nec secundum personam nec in essendo, sed in causando: quod maximi erroris est. Inter verbum siquidem Dei & naturam humanam vnio est hypostatica & non secundum aliquod genus vel modum causæ, sed secundum aliquod genus seu modum entis per se, quod est substantia: quia est secundum subsistentiam, quæ non dicit causam seu causalitatem, sed subsistentiam. Pareat autem hoc nouitiis ex hoc, quòd vnio filij Dei cum natura humana propria est filiatio: quòd nec Patri nec Spiritui sancto conuenit: omnis autem causalitas filij Dei respectu naturæ assumptæ communis est toti trinitati: quoniam indiuisa sunt trinitatis opera ad extra: non est ergo definienda vnio naturæ humanæ ad Verbum per vnionem instrumenti. Si tamen non firmetur sententia super ratione instrumenti vt sic, sed super ratione instrumenti. Si tamen non firmetur sententia super ratione instrumẽti vt sic, sed super ratione instrumẽti vt cõfert naturæ, hoc est vt cõfert naturæ, hoc est vt cõfert naturam deitatis: nõ enim humana natura in Christo ad naturã deitatis tranſiit, aut aliquã aliam naturã ex illa acquisiuit: sicut corpus ex vnione ad esse animæ vt est natura, nouam ex illa naturã ac speciem acquirit. Et hæc non solùm ꝓ exempli similitudine sed pro expositione responsionis ad secundum sufficiant pro nũc.

Annot.

¶ Ad quarum dicendum, quòd non omne quod assumitur ad instrumentum, pertinet ad hypostasim assumentis, sicut patet de securi, & gladio, nihil tamen prohibet, illud quod assumitur ad vnitatem hypostasis, se habere vt instrumentum: sicut corpus hominis vel membra eius. Nestorius ergo posuit quòd natura humana est assumpta à Verbo solùm per modum instrumenti, non autem ad vnitatem hypostasis. Et ideo non concedebat quòd homo ille verè esset filius Dei, sed instrumentum eius. Vnde Cyrillus dicit in Epistola ad Monachos Aegypti, Hunc Emmanualem, id est Christum, nõ tanquam instrumenti officio assumptum dicit Scriptura, sed tanquam Deum verè humanatum, id est hominem factum. Damascenus autem posuit naturam humanam in Christo esse, sicut instrumentum ad vnitatem hypostasis pertinens.

ARTICVLVS VII.

¶ Virum vnio naturæ diuinæ & humanæ sit aliquid creatum.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quòd vnio naturæ diuinæ & humanæ, non sit aliquid creatum. Nil enim creatũ in Deo potest esse: quia quicquid est in Deo, Deus est. Sed vnio est in Deo: quia ipse Deus est humanæ naturæ vnitus. Ergo videtur, quòd vnio non sit aliquid creatum.

¶ Præterea, Finis est potissimum in vnoquoque. Sed finis vnionis est diuina hypostasis, siue persona, ad quã terminata est vnio. Ergo videtur, quòd huiusmodi vnio maximè debeat iudicari secundũ conditionem diuinæ hypostasis, quæ non est aliquid creatum. Ergo nec ipsa vnio est aliquid creatum.

¶ Præterea, Propter quod vnumquodq;, & illud magis. Sed homo dicitur esse creator propter vnionem. Ergo multò magis ipsa vnio non est aliquid creatum, sed creator.

¶ SED CONTRA, Omne quod incipit esse ex tempore, est creatum. Sed vnio illa ab æterno non fuit, sed incepit esse ex tempore. Ergo vnio est aliquid creatum.

CONCLVSIO.

¶ Cùm vnio diuinæ & humanæ naturæ sit relatio, quæ Deo ex mutatione creaturæ innascitur, necesse est aliquid creatum esse.

a ¶ RESPONDEO dicendum, quòd vnio, de qua loquimur, est relatio quædã, quæ cõsideratur inter diuinam naturã & humanam, secundum quòd conueniũt in vna persona filij Dei. Sicut autem in prima parte dictũ est, omnis relatio quæ consideratur inter Deũ & creaturã, realiter quidẽ est in creatura (per cuius mutationẽ talis relatio innascitur) non autẽ est realiter in Deo, sed secundũ rationem tantùm: quia non innascitur secundum mutationem Dei. Sic ergo dicendũ est, quòd hæc vnio, de qua loquimur, non est in Deo realiter, sed secundum rationem tãtùm in humana autem natura, quæ creatura quædam est, realiter est: & ideo oportet dicere quòd sit quiddam creatum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hæc vnio non est in Deo realiter, sed secundum rationem tantùm, dicitur enim Deus vnitus creaturæ, ex hoc quòd creatura est vnita Deo absq; eius mutatione.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio relationis ficti & motus dependet ex fine vel termino, sed esse eius dependet à subiecto. Et quia vnio talis non habet esse reale nisi in natura creata (vt dictum est) consequens est quòd habeat esse creatum.

Coment.

¶ *Super Quæstionis secundæ Articulum septimum.*

TItulus articuli septimi eiusdem 2. quæstio. in corpore articuli statim declaratur.

a ¶ In corpore articuli duo facit: primo declarat quid sit Vnio, de qua est quæstio: secundo respondet quæstio cõclusione affirmatiua. Quo ad primum dicit, quòd Vnio de qua est quæstio, est relatio quædã inter duas naturas cõiunctas in vna persona filij Dei. Ira quod tria de vnione dicit: primò quòd quid est dicendo, quòd est relatio quædã: secũdò extrema dictæ relationis, dicẽdo inter diuinam naturã & humanam: tertiò fundamẽtum dictę relationis dicẽdo secũdum quòd cõueniunt in vna persona filij Dei. Vbi nota quòd est hîc quæstio de vnione, quantum ad relationem, quam significat: & nõ de vnione, quantum ad fundamẽtum, ad quòd consequitur, quòd est cõiunctio naturarum in persona filij Dei: quam conclusum est esse vnionẽ substãtialem, & non secũdum esse relationis. Et sic patet titulꝰ articuli.

¶ Quo ad secundum cõclusio est. Vnio pro relatione est aliquid creatum. Probatur: Omnis relatio inter Deum & creaturam est realiter in creatura, & non in Deo: ergo ista vnionis relatio non est in Deo realiter, sed i natura humana est realiter: ergo est aliquid creatũ. Antecedens ex dictis in prima parte assumitur, & probatur: quia innascitur per mutationẽ creaturæ, & non per mutationem Dei. Consequẽtia prima ex declaratione tituli patet: secũda autẽ relinquitur per se nota: quia quicquid realiter est in creatura, est creatũ.

¶ In hoc articulo cautissimè aduerte distinctionem prædictam de vnione, vel quantum ad relationem, quam significat, vel quantum ad cõiunctionem in persona, ad quam consequitur: quoniam plus differunt hæc duo quàm cælum & terra. Vnio enim pro relatione est in genere relationis, & est ens reale creatum: vt in litera dicitur. Vnio autem pro coniunctione naturæ humanæ in persona diuina cõsistit in vnitate, quæ est inter naturam humanam & personam filij Dei, est in genere seu ordine substantiæ: & non est aliquid creatum, sed creator. Quod ex eo constat, quòd vnum non addit supra ens naturam aliquam: & vnumquodq; per illudmet, quod est ens, est & vnũ: quod enim est ens accidentale per aliquam formam, est vnum accidentale per illam: & quod est ens relativum, habet vnitatem secũdum esse relativum: & quod est ens per formam substãtialem, habet vnitatem secundum esse substantiæ. Ac per hoc natura humana in Christo, quia per esse substantiale subsistentiæ personæ filij Dei est iuncta naturæ diuinæ, oportet quòd illud vnum esse, in quo indiuise sunt natura diuina, & humana in Christo, sit esse vnum substantiale & diuinum. Et verè sic est: quia esse subsistentiæ filij Dei, in quo non distinguuntur ambæ naturæ, substantia est, Deus est: quia verbum Dei est vna & eadem quippe subsistentia subsistit filius Dei in natura diuina & in natura humana: & consequenter diuina & humana natura Christi sunt indiuise in illa subsistentia vtriq; communi, quamuis inter se valde distinguantur. Et si contra hanc doctrinam obiiciatur, quòd huiusmodi coniunctio incipit *esse* ex tempore, & consequenter est aliquid creatum: respõdendum est, quòd hæc coniunctio, quantum ad illud, quod ponit in ipso esse secũdum se, non incipit esse ex tempore, sed est ab æterno: sed quantum ad hoc, quòd natura humana sortita sit illud subsistere, incipit esse ex tempore. Verbi gratia, si anima rationalis fuisset ab æterno sine corpore, quando fuisset in tempore iuncta corpori nec esse corporis incepisset in tempore, quia nõ est aliud esse corporis, quàm illud æternum esse animæ. Nec vnum esse substantiale corporis cum anima, incepisset ex tempore, quantum ad illud quod ponit illa vnitas in esse secũdum se: quia ens & vnum quum multipliciter dicatur, quòd propriè est actus, est, vt dicitur in 2. de anima. Sed bene incepisset ex tempore illud vnum esse quantum ad hoc, quòd corpori illud æternum esse communicaretur: quod fiebat per generationem, qua corpus trahebatur ad esse animæ. Ita enim accidit in proposito, dum per assumptionem natura humana trahitur ad esse subsistentiæ filij Dei: ex hac enim assumptione subsistentia, qua filius Dei in sola subsistebat natura diuina, cõmunicatur naturæ humanæ: ita vt etiam ipsa natura humana per illam subsistat, & sit filius Dei in humana natura subsistata: hoc autem est vnum esse in persona ambas naturas. Vbi patet, ni hil creatum intercedere, nisi passionem, qua natura humana trahitur ad esse Verbi. Super hanc autem coniunctionem, super hoc vnum esse fundatur consecutiuè vnio pro relatione: sicut super coniunctionem substantialem corporis & animæ, fundatur relatio vnionis in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rer animâ & corpus. Si igitur, vt vnico verbo dicatur, vnio naturarũ in Christo relatio creata quædam, hoc est, consequens earum vnitatẽ personalẽ increatã.

Et quia argumenta autem à Capreolo allata in 3. dist. tertij sen. q. prima, procedunt contra dictas non esse aliam vnionem, quàm relationem inter humanã naturam in Christo & Deum (quod longè est à doctrina Autoris, expressè ponẽtis, vnionem, quo adhęrationem, cõsequi vnionem secundum vnitatẽ personalẽ: ita quòd vnio significat relationẽ nõqualemcunq; sed cõsequentẽ naturarũ vnitatem personalẽ: ideo nõ ex hĩs ipsa aliter assẽdéda & soluẽda, vtpote non ex hac doctrina Autoris in veritate: & quæ ex hac vnica dicta responsione conflantur.

3.di.q.5. artic. 1. quæst. 3

¶ *Num homo dicatur, & sit Deus propter vnionem vt termĩ natur ad diuinam hypostasim.*

Quæstio.

b ¶In respõsione ad tertium eiusdem 7. articuli dubiũ occurrit circa illius principiũ, Homo dicitur, & est Deus propter vnionem, inquãtum terminatur ad hypostasim diuinã. Tum quia falsum est, quòd vnum extremum vnionis sit reliquum, quia vnio terminatur ad reliquum extremum: non enim corpus est anima, propterea quia vnio corporis terminatur ad animam. Vnde malè dicitur, quod homo est Deus propter vnionem, quia vnio terminatur ad hypostasim diuinam. Tum quia dato, quòd esset verum, sequeretur, quòd homo non esset Deus substantialiter, sed relatiuè: quod iam reprobatum est. Et tenet sequela: quia esse aliquid propter terminum relationis non est esse illud substantialiter, sed relatiuè vt patet. Et si ad hæc dicatur, quòd Autor loquitur de vnione, quantum ad fundamentum, non quantum ad relationem, contra hanc responsionem litera clamat, apperte subdens: non tamen sequitur quòd ipsa vnio sit creator vel Deus: quia quòd aliquid dicatur creatum, hoc magis respicit esse ipsius, quàm rationem. Constat enim hæc verba de vnione quantum ad relationem dici: de qua in responsione ad secundum dixit, quòd rationem habet ex termino, esse verò habet ex subiecto, sicut motus.

¶ Ad hoc dicitur, quòd secundũ rem homo est Deus propter vnionem secundũ vnitatem personalem, quam importat, ad quam consequitur relatio vnionis: & hoc non est vertendum in dubium. Sed quoniam in idem redit dicere, homo est Deus propter vnitatem personalem duarum naturarũ, quam consequitur vnionis relatiõ: & dicere, homo est Deus, propter vnionem, inquantum terminatur ad hypostasim diuinã: ideo verba Autoris calumnianda non sunt. Manifestatur autem quod dicimus aduertendo, quòd relatio vnionis est non solùm inter naturas duas, diuinã scilicet & humanam, sed etiam est inter naturam humanam & hypostasim diuinã: nam & vna natura vnita est alteri, & humana natura vnita personæ diuinæ, & econtra diuina persona vnita est humanæ naturæ. Secundum autem differentia in loquendo, dum de vnione inter naturas, aut inter personam & humanam naturam est sermo: quia quando de vnione inter naturas est sermo, ex priminus naturas pro terminis vnionis, & vnitatem personalẽ vtriusque naturæ ponimus non pro termino, sed causa seu fundamento relationis vnionis. Vt clarè videre potes in principio corporis huius articuli, vbi declarandi titulum, dicitur quòd vnio, de qua loquimur, est relatio quædam, quæ consideratur inter diuinam naturam & humanã, secundùm quòd conueniunt in vna persona filij Dei. Quando verò loquimur de eadem relatione vnionis inter naturam humanam & personam filij Dei, ponimus ex parte termini vnitatem personalem filij Dei in vtraq; natura, quoniam relatio ista vnionis non est quæcunque vnionis relatio, nec ad hypostasim diuinam quomodolibet, sed ad hypostasim filij vnã personaliter in vtraq; natura. Sicut enim vnionis relatio inter corpus & animam non est ad animam quomodolibet se habentem, sed ad animam communicantem substantiale suum esse corpori, ita relatio vnionis humanæ naturæ ad hypostasim diuinam, non est ad hypostasim filij Dei qualitercunq; se habentem, sed ad filij Dei hypostasim vnam personaliter secum, hoc est cum humana natura. Et quia Autor in hac responsione ad tertium loquitur de relatione vnionis inter naturam humanam & personam filij Dei (vt clarè sonant verba literæ, dicentis, inquantũ terminatur ad hypostasim diuinam) non dixit, ad naturam diuinam, vt prius dixerat, sed dixit, ad hypostasim diuinam: ideo conclusionem personalem, seu, quod idem est, vnitatem personalem ex parte termini relationis vnionis posuit. Et petinde valet, ac si dixisset, Homo est Deus propter vnionem, inquantum in illa inuenitur secundum rem vnitas personalis diuinæ hypostasis cum humana natura. Et si expositionẽ ad verbum desideras, dicito, Homo est Deus propter vnionem, hoc est relationem vnionis, non simplicitèr, sed cum ista conditione explanãte quomodo apponimus ly propter ad relationem vnionis: scilicet inquantum terminatur ad hypostasim diuinam, ita quòd ly inquãtum terminatur ad hypostasim, diminuit causalitatem rationis: imò adimit causalitatem à relatione, & transfert causalitatem illam ad terminum. Sicut enim quum dicimus, quòd generationis motus, inquantum terminatur ad substantiam, est in genere substantiæ, intendimus quòd generatio ratione termini sortitur, & dat esse substantiale ita dum dicitur, quòd relatio vnionis inquantum terminatur ad hypostasim diuinam, hoc est ratione hypostasis diuinæ, ad quam terminatur, dat quòd homo est Deus. Et est sermo de hypostasi diuina, non qualitercunq; se habente, sed terminante in rerum natura relationẽ vnionis naturæ humanæ ad ipsam hypostasis: siquidem diuina terminans relationẽ realem vnionis ad ipsam, est hypostasis diuina (vt dictum est) non qualitercunque se habens, sed vna personaliter cum humana natura. Constat autem euidentissimè, quòd ratione talis termini homo est Deus, ac per hoc admittì potuit, ꝙ relatio vnionis ratione talis termini dat, quòd homo est Deus: & cõsequẽter dici verè potuit, quòd Deus est homo, ꝓpter vnionem, inquantũ terminatur ad diuinam hypostasim.

¶ Ad primam igitur obiectionẽ dicitur, quòd falsum supponit: quòd scilicet ideo homo propter vnionem sit Deus, quia verum est in communi loquendo, vnum extremum vnionis est reliquum, quia vnio terminatur ad reliquum: hãc enim vniuersalem nec somniauimus. Sed vt declaratum est, sustinetur veritas dicti in littera super hoc, quia hoc extremum vnionis huius est tale, scilicet hypostasis diuina vna personaliter cum natura humana.

¶ Ad secundam quoq; dicitur, quòd homo est Deus secundum subsistentiam: esse nam, Deum, quod communicatur homini, non est esse relationem, sed in genere seu ordine substantiæ. Et quãuis esse aliquid in communi loquẽdo, proprie terminum relationis præcisè, sit esse relationem: esse tamen aliquid ratione talis termini, scilicet cum persona diuina, vnius personaliter cum natura humana, non est esse relationem, sed esse diuinum. Et sic patet, quòd non extorquendo literam, sed de vnione quo ad relationem loquendo, vera est litera.

a ¶ *Super Quæstionis secundæ Articulum octauum.* Auct.

IN titulo articuli 8. sunt tres termini, Vnio, Assumptio, & Idem. Et primus quidem terminus declaratus est in præcedenti articulo: secundus in corpore declarabitur: tertius autem absolute sumendus est, sicut iacet. In calce autem articuli soluendo exprimatur qua diuersitate seu differentia sunt non idem: puta realiter, vel rationis, vel vtraque. Conclu.

b ¶In corpore articuli respondetur quæsito vnica conclusione: Inter vnionem, & assumptionem triplex est differentia. Declaratur manifestando singula membra figillatim & ordinatẽtia vt processus clarus fit in litera.

¶Et prima quidem ac principalis differẽtia est in re formaliter significata, nam vnio significat relationem, assumptio actionem vel passionem. & sic sunt in diuerso genere, sicut relatio diuersum est genus ab actione & passione. Et quòd vnio significet relationem, in litera non probatur: sed assumitur ex præcedenti articulo. Ex quo ad manifestandam dictam differẽtiam, primò probatur, in hoc mysterio inueniri secundum rem duo, scilicet ipsam relationem vnionis, & actionem & passionem: quia omnis relatio recipiens esse reale ex tempore, causatur ex aliqua mutatione: mutatio autem in actione & passione consistit. Relatio igitur vnionis inter naturam humanam & diuinam in Christo, quum inceperit esse secundum rem in natura humana ex tempore, oportet quòd ex aliqua causata sit mutatione, quæ in aliquo patiente ex aliqua actione fit. Duobus igitur inuentis in hoc mysterio, scilicet relatione vnionis & actione, & passione, quũ vnio significet relationem: consequens est quòd assumptio significet actionem vel passionem. Et manifestatur consequentia: quia assumptione aliquis dicitur assumens tanquam agens, & aliquid dicitur assumptum tanquam patiens.

¶Secunda autem differẽtia est: quia assumptio dicitur sicut in fieri, vnio autem sicut in facto esse. Probatur ex signo seu effectu: quia vniens dicitur esse vnitum, assumens autem non dicitur esse assumptum: hoc est, vnitum prædicatur de veniente, dicendo, hoc est illud: assumptum autem non sic prædicatur de assumente. Et quòd hoc dictum sit ex dicta differentia, manifestatur: quia inter ly homo, & ly natura humana, hæc est differentia in mysterio Incarnationis, quòd homo significat naturam humanam, vt in termino assumptionis: constat autem terminum assumptionis spectare ad Incarnationem, vt in facto esse: natura verò humana significat naturam humanam, vt quæ assumitur: quod constat spectare ad Incarnationem, vt in fieri. Dicimus autem quòd vniens, scilicet filius Dei est homo: & non dicimus quòd idem assumens est natura assumpta.

¶Tertia verò differẽtia est, quòd assumptio determinat terminum à quo, & ad quẽ: vnio autem nihil horum determinat. Huius differentiæ primò redditur ratio ex prima: quia relatio æquiparantiæ non magis se habet ad vnum extremũ, quàm ad aliud: actio autem & passio diuersimodè se habent ad agens & patiens, & ad diuersos terminos. Ex hoc enim sequitur, quòd cum vnio sit relatio æquiparantiæ, nullum extremorum determinet: assumptio autem, quia est actio vel passio, determinare potest sibi terminos à quo & ad quem. Secunda manifestatur de assumptione ex etymologia nominis. Tertiò manifestatur ex signo: scilicet quòd indifferenter vnum extremum dicitur vnitũ alteri: non autem assumptum, vt patet in litera clarè.

Quæst.

¶ *Num vnio actionem significet.*

¶Circa hæc dubiũ primò occurrit de prima differentia. Nam non solùm assumptio, sed etiã vnio significat actionẽ. Quod etiam ex litera probatur, dũ dicitur, quòd vniens dicitur esse vnitũ: & filius est vniens sibi naturã humanã: & in responsione ad secundum, ꝙ persona Patris vniuit naturam humanam Filio. Certum est enim, quòd vnire est agere: & ideo commune est Patri & Filio & Spiritui sancto: & similiter quòd vniens est agens. Ruit igitur differentia prima.

¶ *Num assumere dicatur vt in fieri, vnire autem vt in facto esse.*

Quæstio.

¶Dubiũ secundo occurrit de secunda differentia: quia aut intelligitur quoad rem significatam, aut quo ad modum significandi. Non quo ad modum significandi: quia tam vnire quàm assumere significat per modum verbi, omne autem verbũ significat per modũ fluxus, & fieri. Nec quoad rem significatam: quia natura humana, de qua verificatur, quòd est vnita, non prædicatur de quocunq; vniente: quia nec Deus nec Filius est natura humana.

¶Ex eadem etiam sequitur tertia differentia, quòd relatio præcipuè æquiparantiæ non magis se habet ad vnum extremum, quàm ad aliud, actio autem & passio diuersimodè se habent ad agens & patiens, & ad diuersos terminos. Et ideo assumptio determinat terminum à quo, & ad quem: dicitur enim assumptio quasi ab alio ad se sumptio. Vnio autem nihil horum determinat: vnde indifferẽter dicitur, quòd humana natura est vnita diuinæ, & econuerso. Non autem dicitur diuina natura assumpta ab humana, sed econuerso: quia humana natura adiuncta est ad sponsione ad secundum, ꝙ persona Patris vniuit naturam humanam Filio. Certum est enim, quòd vnire est agere: & ideo commune est Patri & Filio & Spiritui sancto: & similiter quòd vniens est agens. Ruit igitur differentia prima.

Ad primum.

¶ *Num vnio sit relatio æquiparantiæ.*

Quæstio.

¶Dubium tertiò occurrit de eo quod in tertia differẽtia dicitur, vnionem hãc esse relationẽ æquiparantiæ: quia cõstat ex præcedenti articulo esse relationẽ in, & ex altero tantùm extremo: quoniam in sola natura humana habet esse: relatio autem æquiparantiæ, vt ipsum nomen sonat, æquè se habet ad vtrumque extremum.

¶A primum dubiũ dicitur, quòd prima differentia optima est quantũ ad formale significatũ. Ad cuius euidentiam cõsiderandũ est fundamentum in litera positum: scilicet quòd in mysterio Incarnationis quantum ad propositũ spectat duo tantum inueniuntur, scilicet actio & passio & relatio vnionis. & quòd relatio vnionis non fit alia actione & passione ab illa actione & passione, quam significat assumptio, sed illa actio, quæ est assumere, factio est vnionis non curando prò nunc de modo, quo fit vnionis relatio per actionem illam: hoc enim ad quintum dubium spectat. Huius enim fundamento si supponas, quòd ly vnio, est & nomen dum declinatur, hæc Vnio, vnionis: est & verbum, dum dicimus, Vnio, vnis, vniui, vnitum: & quòd idem formaliter significat vt nomẽ, & vt verbum sicut similitudo & assimilare: videbis, ꝙ quia nomẽ Vnionis formaliter significat relationem, etiam verbum Vniendi significat formaliter relationẽ: significat enim Vnire. Vnionem facere, sicut assimilare, similitudinem facere. Si nanq; diligentius ad positum fundamentũ retuleris significatum hoc, scilicet facere vnionem, clarè perspicies, quòd quum ly facere, illum ponat actionem, quam assumptio significat, inter vnionem & assumptionẽ hanc primò inuenies differentiã, quòd assumptio actionem & passionem formaliter explicat, quæ in Incarnatione inuenitur. Vnio verò & Vnire inde deriuatũ, formaliter relationẽ explicat: quanuis Vnire per modum actionis significet illam relationem. Conceditur ergo, quòd in communi Vnio verbum significat actionẽ, hoc est, vnionem facere: sed quia in proposito ly facere, nõ dicit actionem propriam ipsius relationis distinctam contra actionem significatã per ly assumere, ideo & vera est differentia prima assignata in proposita materia, quòd vnio significat formaliter relationem, assumptio actionem vel passionẽ: & verum simul est, quòd vnire significat actionẽ eandem, vt terminatur ad relationẽ significat enim vnionem facere: ac propterea toti Trinitati attribuitur Vnire, & esse vnientem: vt in litera dicitur.

Ad secundum.

¶Ad secundũ dubium dicitur, quòd differẽtia secũda intelligitur, quo ad rem significatam: quia scilicet res significata per Vnire, hoc est facere relationẽ vnionis, nõ est nisi vt in facto esse: quia nõ est nisi in termino assumptionis: nisi intelligi enim oportet prius naturas terminari assũptionẽ, quàm consurgat assumpti relatio vnionis: quoniam non vnitur nisi per assumptionẽ: sicut oportet prius naturas terminari dealbationẽ, quàm consurgat vnio albedinis cum subiecto. Quia igitur assumere vt assumere est efficax sicut via, & assumere vt est facere vnionẽ, efficax, non nisi in termino inuenitur: ideo ex parte rei differentia secunda ponia est, ꝙ assumere dicitur vt in fieri, vnire autem vt in facto esse. Nec effectus allatus hic in litera: intelligendus est vniuersaliter vt obiectio opponit: quoniam cõstat ex litera nõ esse verum vniuersaliter, quòd vniens est vnitũ: patet enim est vniẽs, & non est vnitum: quia nõ est homo. Sed est intelligendum permissiuè, hoc est, quòd hinc prouenit, quòd permittitur aliquod veniens esse vnitum: ita tamen significatur vt in facto esse, vt in termino: & propterea in litera camẽ dicitur. Vnde verè dicimus, quòd filius Dei, quia est vniens sibi naturam humanam, est homo. Assumens autem nec vniuersaliter, nec particulariter est assumptum: quoniam assumptum oportet ordine naturæ præexistere: nulla autem persona diuina aut natura est id, quod præexistit assumptioni: quod per naturam in abstracto significatur.

Ad tertium.

¶Ad tertium dubium dicitur, ꝙ relatio vnionis duplicitèr considerari potest, scilicet realiter, & formaliter. Et si cõsideretur secundũ esse formale, hoc est, secundũ suam rationẽ formalem: sic proculdubiò est relatio æquiparantiæ, sicut similitudo, æqualitas, & idẽtitas. Si verò cõsideretur secundum esse reale, sic nõ est relatio æquiparantiæ: vt obiectio probat. Vnde secundũ diuersas cõsiderationes, diuersimodè cõtingit loqui de huiusmodi relationibus inter creaturam & Deum: quia quandoq; negantur esse relationes æquiparantiæ, & verum est realiter: & quandoq; affirmantur, & verum est formaliter. Sanè igitur ac discretè intellige diuersa, quæ contraria apparent dicta, vt non sint contraria.

Ad quartum.

¶Ad quartum dubium dicitur, ꝙ assumptio differt & ve & ratione ab vnione & ab vnite: quãuis sola ratione differat ab Incarnatione & humanatione. Et quidẽ quod distinguatur realiter ab vnione, patet ex hoc, quòd una actio, quam passio significata assumptionis nomine distinguitur realiter à relatione vnionis consequente. Et ne ambiguitas aliqua resteret, de assumptione passiua probatur: quia assumptio passiua importat relationem causalitatis passiuæ, & denotat, vt ita dix etim, ho minem Deum fieri, vt ab hoc ita quòd relatio importata per assumptionẽ passiuam est ly ab hoc: quoniam secundũ rem est relatio, qua natura humana à tota Trinitate eleuata est ad esse diuinũ. Relatio autẽ vnionis est naturæ humanæ ad filium Dei primò, & ad naturam diuinã consequenter. & non est relatio causalitatis passiuæ: quia non cõmuniter esse ad totã Trinitatẽ. Quòd verò distinguatur realiter ab vnite, ideo dixi, & verificatur nõ secundum ipsas actiones, seu secundũ terminos: quoniã propriæ terminus eius actionis, qui est assumere realiter, differt à proprio termino actionis, quæ est facere relationem vnionis vt sic: vt in sequẽti patebit dubio. Quòd vnio & idẽ sit facere quod per assumere & vnire importantur: vt prædictũ est: quod pet se primò terminatur ad propriũ terminũ assumptionis, & ex cõsequẽti ad vnionis relationẽ: vt nũc nõ patebit. Quòd verò sola ratione differat ab humanatione & Incarnatione, pateat: quia eadẽ est actio, idẽ terminus diuersimodè, vt in litera dicitur explicatur. Ex hoc autẽ quod in litera dicitur, ꝙ vnio differt ratione ab assumptione, aut econuerso, nõ habetur ꝙ differant sola ratione sicut reliqua, quibus connumeratur. Ad veritatẽ liquidè literæ sufficit, ꝙ differant ratione, & nõ exigitur quòd sola.

Ad quintũ.

¶Ad quintũ dubiũ dicitur, ꝙ assumptio habet pro termino fuo, propriissimè loquẽdo, ens absolutũ, super quod fundatur relatio vnionis: est autẽ illud ens absolutũ nõ persona filij Dei sola, nõ hæc natura humana sola, sed filius Dei esse hominẽ: quoniã nec persona diuina, nec hæc natura humana fit per assumptionẽ, quãuis fuerit simul facta cũ assumptione. Sed filius Dei esse hominẽ fit per assumptionẽ: & ita fit ꝙ est primò esse quòd per assumptionẽ fit, & ad quẽ assumptio primò tendit: acquiritur enim filius Dei per assumptionẽ esse hominẽ: quod est esse in genere substãtiæ, & nõ in genere relationis aut cuiusuis respectus. Et ad hoc esse per se primò incarnationẽ ordinari, patet ex Symbolo fidei, dũ dicitur de filio Dei. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factus est. Hinc enim clarè patet, ꝙ tã actio quã passio, quæ in Incarnatione intercuniũt, ad hoc per se primò ordinata & terminata est, ꝙ filius Dei factus est homo: proculdubio nõ relatiuè, sed substãtialiter aliquo nõ esse: homo: nõ enim est verè homo qui nõ est substãtialiter homo: nequè esse hominẽ fit esse substãtiã animatam sensibilẽ rationalẽ, & nõ fit relatiuè tantùm se habere ad substãtiã animatã sensibilẽ rationalẽ. Et quia constat præsuppositio hoc esse absoluto, relationem vnionis fundari super hoc esse: ideo dicendũ est, quòd ad relationẽ vnionis in hoc mysterio, nulla actio aut passio, nulla mutatio per se primò terminatur, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Autor expresse dicit in 3.sent. dist.3.q.1.ar.2.q.3. sed est vera relatio, more aliarum relationū, nō producta per seipsam, iuxta doctrinā 7. Physed cōsurgens ex nouo esse absoluto facto ex assumptione. Vnde negare relationē vnionis habere fundamentū absolutū, ita q̄ per Incarnationē nullum ens absolutum factum est, & cum hoc dicere q̄ filius Dei est factus homo, & est verē homo secundum rem, est ignorare propriam vocem: & contrari cum sententia fidei verbis solis, q̄ Deus est homo subsistentialiter, & secūdum esse relativū. Et & amplecti secundū verba Decretalem, damnantē dicentes Christū, secundū q̄ homo, nō esse aliquid, & refutare eam secundum rem: quia si solum esse relativū sic de nouo in mysterio Incarnationis, filius Dei, secūdum quòd homo, non aliquid, sed ad aliquid est.

3.dist.3. q.1.ar. 1.q.1. Et 4. cōtra ca.41.

¶ Vt autem negantium vnionis relationē habere nouū esse absolutū factum per Incarnationem pro fundamento, & similiter assumptionem terminari ad nouum esse absolutū substantiæ, scilicet filium Dei esse hominē, error cōuincatur, ex fundamentis eorum in philosophia monstratur. Manifestum siquidem est, q̄ si albedo & subiectum seorsum vtrexisterent, & similiter panis & quantitas, & similiter materia & corpus, & postea vnirentur, relatio vnionis interea supra nouo esse absoluto cōsurgens, cuius oppositū ab aduersariis assumitur ad propositū. Nec hoc, qđ dicimus, eget probatione, sed manifestatione: cōstat enim q̄ subiectū in primo exēplo acquireret de nouo esse albū, & in secūdo esse quantū, & in tertio esse vtrūmez potest inficiari quin quodlibet horum esse fit & esse absolutū, & de nouo per actionem vnitiuam factum. Patet igitur quòd relatio vnionis est verē relatio de genere relationis, conueniens cum illis in modo essendi & fiendi. Ex his patet solutio omnium obiectorum.

¶ Et si contra prædictam sententiam afferantur duæ rationes Scoti ibidē contra absolutū fundās relationē vnionis. Primò, quia illud absolutum necessario esset vnitum, verbo, scil. nulla enim videtur talis entitas in creatura. Secundò quia talis entitas aut esset substantialis aut accidentalis: nō accidentalis, vt patet: nec substantialis, quia esset eadem materiæ aut formæ aut compositæ substantiæ. Sed quicquid est idē alicui substantiæ, manet manente illa. natura igitur assumpta, sicut dimitteretur à verbo, retineret illud ac per hoc esset fundamentū vnionis absq; vnione. Respondendum ex dictis est, q̄, vt dicitur 5. Meta. non fit ex hoc, non fit ex hac, sed fit ex hoc ex hac & similiter in proposito non fit filius Dei, non fit humana natura: sed fit filius Dei homo. Et similiter sicut fit albedo & Sortes vnirētur, acquireret de nouo Sortes esse albū: & si postea separarentur, & Sortes, quām albedine seorsum conseruatis, amitteret Sortes esse albū: hoc licet nō corriperetur albedo corrūperetur tamē esse albū: sic in vnione nō generaretur albedo, sed esse albū. Et si enim albo significat esse absolutū in cōpositione consistens, quod generatur & corrumpitur per vnionem & separationē. Et similiter si corpus & anima separatim existentia vnirentur, acquireret corpus esse viud: & si postea separarentur, vtroq; seorsum cōseruato, amitteret corpus esse viuū quod est esse substantiale in cōpositione consistens. Ita in proposito: quia filius Dei acquirit per assumptionē esse hominis: proportionaliter loquēdo: si separaretur natura humana à Filio, amitteret filius Dei esse hominē, qđ acquisierat: quod cōstat esse absolutū ens substantiale in cōpositione consistens. Et loquor nō de cōpositione animæ & corporis, quam esse præsupponit, sed de compositione naturæ & suppositi, in qua consistit esse hominē. oportet enim aliquē hominem esse hominē: impossibile est enim negare esse hominē in rerū natura, nisi aliquem hominē. Ita igitur, quātum ad propositum spectat, se habet esse hominis ad filium Dei, qui verē est homo, sicut se habet esse viuum ad corpus seu esse album ad subiectū: & similiter ita se habet natura humana ad eundem Dei filiū, sicut anima ad corpus & albedo ad subiectum. Et propterea, vt iam dictum est, quemadmodū generatur ex vnione, & corrūpitur ex separatione non albedo nec subiectum, sed esse album, & similiter nō anima nec corpus, sed esse animatum & esse viuum ita ex vi assumptionis nō fit filius Dei, non fit natura humana, sed fit esse hominem non in communi sed hunc: & similiter si separaretur natura humana, corrūperetur nō natura humana, sed esse hominē hunc. Nam si sibi relinqueretur natura humana, nō esset idem homo, sed alius homo fieret, qui in natura illa subsisteret, non enim Christus subsisteret in illa natura, sed alius homo. Vnde si verba liter etiam desideras respōdere habes, quòd esse hominē, est illa entitas absoluta, quæ fundat relationē vnionis in mysterio Incarnationis, & quòd ista entitas, (est, necessariò est vnita Verbo. Impossibile est siquidem inuenire idem esse hominem separatum à Verbo: quando posset inueniri eadē natura humana separata à Verbo: quoniam esse hominē, numeratur ad numerationē individuorū hominis. Si enim natura humana separaretur à Verbo, cōposito quòd fieret, & esset alius homo, esset aliud numero esse hominē, quo ille alius esset homo, & aliud quo nūc verbum Dei est homo, quoniam, vt iam dictū est, esse hominē in compositione naturæ & suppositi consistit ac per hoc variato supposito, variabitur numeraliter. Sicut si albedo migraret de subiecto in subiectū, esset aliud & aliud numero esse album iuxta numerū subiectorum: & similiter si anima migraret de corpore in corpus, esset aliud & aliud numero esse viuū, iuxta numerationem corporū eadem ratione: quia in compositione, hæc omnia consistūt, & diuersitas numeralis diuersificatem subiectorum seu suppositorum comitatur. Et sic patet, quòd est aliqua entitas absoluta, quæ quodammodo est in natura creata, scilicet humana natura Christi, scilicet esse hominem: quæ si est eadem numero, necessariò est vnita personæ diuinæ.

¶ Ad secundam autem obiectionē dicitur, quòd ista entitas est substantialis, & identificatur substantiæ compositæ, hoc est huic homini: non autē huic naturæ humanæ. Et ideo si hæc natura assumpta dimitteretur, nō remaneret relatio vnionis: quia nec remaneret hic homo idem numero. Et sicut stat, q̄ remaneret hæc eadem numero natura humana, & non remaneret idem hic homo, sed esset alius numero homo, alia numero substantia cōposita, de prima substantia, non autem diuinæ & humanæ naturæ fit aliquid vnum solum in persona. Ergo maior est vnio animæ ad corpus, quām diuinæ naturæ ad humanam. Et sic vnio, de qua loquitur, non importat maximam vnitatem.

¶ SED CONTRA est, quòd Augustin. dicit primo de Trin. quòd homo potius est in filio Dei, quām Filius in Patre. Filius autem est in Patre per vnitatem essentiæ, homo vero est in Filio per vnionem Incarnationis. Ergo maior est vnio incarnationis, quām vnitas diuinæ essentiæ, quæ tamen est maxima vnionum. Et sic per consequens vnio Incarnationis importat maximam vnitatem.

CONCLVSIO.

¶ Remissis ex parte naturarum, quæ vniuntur, Vnio diuina, & humanæ naturæ maxima non est, attamen ea maxima est ex parte diuinæ personæ, in qua coniunguntur.

b ¶ RESPONDEO dicendum, quòd vnio importat coniunctionem aliquorum in aliquo vno. Potest ergo vnio Incarnationis dupliciter accipi. Vno modo, ex parte eorum, quæ coniunguntur. Alio modo ex parte eius, in quo coniunguntur. Et ex hac parte, huiusmodi vnio habet præeminentiā inter alias vniones: nam vnitas personæ diuinæ, in qua vniuntur duæ naturæ, est maxima. Non autem habet præeminentiam ex parte eorum, quæ coniunguntur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vnitas diuinæ personæ est maior, quām vnitas numeralis, quæ scilicet est principiū numeri. Nā vnitas diuinæ personæ, est vnitas increata, per se subsistens, nō recepta in aliquo per participationem. Est etiam in se cōpleta, habens in se quicquid pertinet ad rationem vnitatis: & ideo nō competit sibi ratio partis, sicut vnitati numerali, quæ est pars numeri, & quæ participatur in rebus numeratis. Et ideo quantum ad hoc, vnio incarnationis præeminet vnitati numerali, ratione scilicet vnitatis diuinæ personæ, non autem ratione naturæ humanæ, quæ non est ipsa vnitas diuinæ personæ, sed est ei vnita.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit ex parte coniunctorum: non autem ex parte personæ, in qua est facta vnio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vnitas diuinæ personæ est maior vnitas, quām vnitas & personæ & naturæ in nobis. Et ideo vnio Incarnationis est maior, quām vnio animæ & corporis in nobis.

¶ Quia verò illud quod in contrarium obiicitur, falsum supponit, scilicet quòd maior sit vnio Incarnationis quām vnitas personarū diuinarum in essentia: dicendum est ad autoritatem Augu. quòd humana natura non est magis in filio Dei, quām filius Dei in Patre, sed multò minus. Sed ipse homo quantū ad aliquid est in Filio magis, quam Filius in Patre: inquantum scilicet idem supponitur in

---

a ¶ *Super Quæstionis secundæ Articulum nonum.*

IN tit. arti. 9. aduerte primò, quòd quum iam distinctum sit de vnione vel prorelatione vnionis, vel pro coniunctione, ad quam consequitur relatio vnionis hoc in loco non sumitur vnio pro relatione, sed pro coniunctione ipsa, vt patet in principio corporis articuli, & ex conditione, quæ de ipsa inquiritur, scilicet de excellentia eius respectu reliquarum coniunctionum. Ridiculū enim hoc est, quærere de relatione, nisi ratione fundamenti. nam secluſa ratione fundamenti, nulla vnionis relatio est maior alterā: sed ideo vnio materiæ & formæ est maior vnione substantiæ & accidentis, quia fundamentum est magis indiuisum, vt patet. *Annot.*

¶ Aduerte secundò, quòd non quæritur explicitè de vnione naturæ & personæ, vtrum sit maxima: sed de vnione naturarum in persona: verumtamen & hoc in responsione ad vltimum tractabitur.

b ¶ In corpore articuli duo sunt: primò ponitur distinctio bimembris: deinde respondetur quæsito cum distinctione iuxta membra propositæ distinctionis. Est autem distinctio ista: Vnio Incarnationis dupliciter consideratur, vel ex parte naturarum coniunctarum, vel ex parte eius in quo coniunguntur. Probatur distinctio: quia vnio claudit in se duo: primò, extrema, quæ iunguntur: secundò, vnum in quo coniunguntur: est enim vnio coniunctio aliquorū in aliquo vno. Principalis cōclusio responsiua quæsito est: Vnio naturarū in Christo ex parte eius, in quo vniuntur, est maxima. Probatur: quia vnitas diuinæ personæ in qua vniuntur, est maxima. Secundaria conclusio est: Huiusmodi vnio ex parte naturarum, quæ coniunguntur non est maxima nec aliter probatur. *Comēt.*

¶ *Num quæuis coniunctio consideranda sit vel ex parte coniunctorum, vel eius, in quo coniunguntur.*

Circa distinctionē in litera assignatam, dubium non dissimulandū occurrit. *Quæst.*

Quoniam videtur deficere: quia coniunctio aliquorum in aliquo vno, potest accipi non solùm ex parte eorum, quæ coniunguntur, vel ex parte eius, in quo coniunguntur: sed etiam ex parte cōiunctionis extremorum in illo vno. Verbi gratia: coniunctio corporis & animæ in Sorte, potest accipi ex parte animæ & corporis, vel ex parte Sortis, vel ex parte coniunctionis illorum in Sorte. Et in litera hoc tertium membrum deficit: & tamen hoc est principalius membrum in proposito considerandum: quoniam nō dicitur, propriè loquendo, vnio maior ex parte extremorum, nec ex parte termini, sed ex parte coniunctionis ex tremorum in termino. Contingit siquidem, in Sorte coniungi multa accidentia, quæ licet ex parte eius in quo coniunguntur, scilicet personæ Sortis, habeāt maximam vnitatem: non tamen propterea sunt maximè vnum: quia coniunctio ipsis in Sorte non est maxima, sed minima.

¶ *Num vnio Incarnationis sit maxima, quia id, in quo vniuntur naturæ, maximè vnum est.* *Quæst.*

¶ Dubium secundò oritur hinc circa conclusionem principalē: quoniam nō nisi abusiuè saluatur, ex illa vnionem incarnationis esse maximam posse vnionē trinitatis diuinæ: quod tamen & Autor saluare nititur in litera & Bernar. in lib. de consideratione, asserit. Et probatur sequela: quoniam nō nisi abusiuè dicerētur, quòd vnio creaturarū vniuersi est maxima: quia ex parte eius, in quo vniuntur, est maxima: quia vnitas Dei, in quo vniuntur, est maxima vnitas. Ita enim dicitur in litera, quòd diuinæ humanæque naturæ vnio in Christo est maxima ex parte

---

eius, in quo vniuntur: quia vnitas diuinæ personæ, in qua vniuntur, est maxima. Et similiter non solùm vnitas naturarum diuinæ & humanæ esset maxima: sed etiam vnio accidentium Christi, puta visus & auditus, esse albi & crispi, esset maxima ex parte eius, in quo vniuntur: quia vniuntur in persona diuina, cuius vnitas est maxima: hoc enim non est saluare vnionem Incarnationis esse maximam nisi abusiuè: vt patet. Et multiplicatur dubium ex Durando in 3. dist. tertij sen. qūo. prima, dicēte vnionem Incarnationis esse maximam, quantum ad diminutionem, & nō quantum ad intensiuam: cum tamen vnionis. Et hoc secundum probat: quia illa vnio est, quantum ad rationem vnionis, maxima: cuius extrema magis & intimius efficiuntur, vel efficiuntur vnū, sed extrema maximarum vnionum, & nō Incarnationis sunt talia: ergo. Maior probatur: quia vnione vt sic, aliqua sunt vnum: ratio autem vnius est ratio indiuisi. Minor verò: quia materia & forma cōstituūt vnum per essentiam, & vnū est inseparabile ab alio manente cōsistentia: non sic autem constat esse extrema Incarnationis. Vnde glossa Durādus Bernar. quòd intelligitur de maxima vnione quantum ad dignitatem.

¶ Ad hanc quæstionem respondetur, quòd distinctio male intelligitur: nam neutrū distinctionis membrum accipiendum est secundum se: ita quòd quū distinguitur, coniunctionem posse accipi ex parte extremorū vel ex parte termini, non intelligitur ex parte extremorū secundum se, & similiter non intelligitur ex parte termini secūdum se: sed quemadmodum primum membrum intelligitur ex parte extremorum secundum se, & similiter ex parte termini vt coniungentis. Et sic non deficit tertium membrum: id tertium membrum est id quod distinguitur in primum & secundū. Nam coniunctio ipsa duorum in aliquo vno, distinguitur: quia accipi potest ex parte extremorum inter se, vel ex parte eius, in quo coniunguntur vt sic. Verbi gratia, cōiunctio animæ & corporis in homine, potest dupliciter accipi: primo ex parte animæ & corporis, non secundum se (sic enim valde distāt) sed inter se: quia inter se iunguntur, vt actus substantialis & potentia. Alio modo ex parte eius, in quo iunguntur, quantum iunguntur in illo: puta inquantum sunt in vna natura composita, puta humanitate: vel inquantū sunt in vna persona, puta Sorte. Et hic est verus sensus distinctionis literæ: obiectiones autem procedunt contra alium sensum, quo sumuntur extrema, quæ iunguntur secūdum se & id in quo iunguntur secundum se. Et ideo non est mirum si deficit, si deducit ad inconuenientia: & si non saluat intentum alias abusiuè.

¶ Ex his patet solutio secundi dubij: nam sensus literæ est, quòd naturæ diuinæ & humanæ, quæ in mysterio Incarnationis vniuntur, cōiunctio dupliciter potest accipi, vel ex parte naturarū inter se: & sic per se nota tenuiter pars negatiua, licet verè est per te nota quia inter se nō vniuntur, nisi sicut causa, & instrumentū causæ: vbi cōstat nō esse maximam vnionē. Vel ex parte eius, in quo vniuntur, hoc est ex parte personalis coniunctionis, quā obtinet in vna persona diuina: hoc enim idem est ac dicere, ex parte personæ diuinæ, in qua coniunguntur vt sic, ac dicere ex parte personæ diuinæ, inquantū est persona vtriusq; naturæ: hoc enim est accipere coniunctionē ex parte eius, in quo iunguntur vt sic, hoc est, formaliter loquendo. Quocirca, quia, vt patet ex prius dictis, vnitur in persona diuina substantialiter & nō accidentaliter, vt actualitas Christi, & vniuntur substantialiter, nō vt partes (vt manus & capitulēd vt totū, vt natura ipsa, vt hæc humanitas vnitur Sortiti & vniuntur nō solùm substantialiter absq; partium imperfectione, id sic substantialiter vniuntur in vna simplicissima & indiuisibilissima ac incōmunicabili vnitate substantiali personali cōmuni vtriq; naturæ, vt superet merito omnē aliam vnionem quorumcunq; in alio vt sic. Ita quòd licet anima & corpus Sortis vniantur substantialiter, & in vna natura humanitatis, & in vna persona Sortis: nō tamen magis, sed pluribus modis vniuntur, quām natura diuina & humana in Christo: quia vniuntur & in natura & in persona. Illæ autem vniuntur tantùm vno modo, scilicet in persona. Sed vnio hæc in isto vno modo est maxima, quāmuis illa in vtroq; quia in mysterio Incarnationis vnitas communis extremis, secundū quasi proprissimè & formaliter quantificatur conjunctio, in tertio est vnitas personalis simplicissima & incommunicabilis & indiuisibilissima: ad quam constat, quòd nec vnitas personalis Sortis, nec vnitas essentialis humanitatis, hæc ambæ simul assendunt vt patet. Nō tamen autem dixi, vnionem in alio dixi enim hoc ad præteruandam doctrinā hanc ab vnione aliquorum inter se: quoniam vt in litera patet, non ex hac parte, sed solùm ex parte vnionis in aliquo vno vnio naturarū in Christo est maxima. Si tamen vnio hæc Incarnationis perspiciatur, vt est duorum inter se, scilicet personæ diuinæ & humanæ naturæ, sic etiam inuenitur maxima, & excedens omnes alias vniones propter dictam rationem. Et secūdum quid excedit vnionē Trinitatis, vt dicitur in responsione ad vltimum ex Aug. quia homo potius est in filio Dei, quām Filius in Patre: quia scilicet idē est suppositum hominis & Filij Dei, non est autem idem suppositum Patris & Filij. Appellatur autē secundum quid maior hinc ista vnitas: quia homo importat vtriq;, naturam scilicet humanam & suppositū: & nō quoad naturam significatam, sed quoad suppositū tantū est magis in Filio quām Filius in Patre: meritò autem, q̄ secundū aliquid sui est magis vnum, & secundū aliquid minus: vnū appellatur secundum quid, & nō simpliciter magis vnum. Et per hæc patet exposito literæ totius articuli. *Infrà q. 6. ar. 6. Et veri. q. 29. artic. 2. Et 3. di. 13. qū. 3. artic. 1.*

¶ Ad Durandum autem dicitur quòd extorquet Bernardi sententiam, & vilificat eam: de vnione enim, inquit, vnio, secundum ipsam rationem vnionis loquitur Bernardus, præponens vnionē Trinitati: quæ non esset præponenda quoad dignitatē: quia tota Trinitas nō est dignior persona filij, formaliter igitur Bernardus, formaliter & Autor loquitur, formaliter & nos intelligimus, atq; taluamus: vnionē Incarnationis esse post vnitatē Trinitatis maximam simpliciter. Et quām dicitur, illa sunt magis vnum, quorum extrema magis & intimius constituunt vnū, dicitur q. addēdum est huic propositioni, vel sunt vnum inter se, vel in tertio. alioquin negetur, quia voluntaria est. Nam ex intrinseca ratione vnionis & vnius nihil aliud habetur, quām quod vnita aut sunt aut sunt vnum, hoc est indiuisa inter se vel in tertio: personæ enim diuinæ nō sunt, sed sunt vnū in tertio, hoc est in diuina essentia. Et similiter in proposito duæ naturæ sunt vnū in persona diuina, & natura humana est vna persona liter cū persona diuina. Et sic negatur Minor, scilicet q. materia & forma magis, & intimius sunt vnū in essentia humana: nisi enim essent vnū, vnum in persona substantialiter & simplicissima, quām vnū in substantia & persona composita. Et quū probatur ex inseparabilitate, respondetur q. etiam hic non potest fieri separatio, salua confistentia omnis extremorū: quoniā si humana natura separetur à Verbo, nō esset idem, sed alius homo & similiter persona diuina amitteret esse hominē. Constat autē q. tam esse hominē, est esse substantiale, quām esse album hominē, est esse aliam substantiā. Etsi hæc, apparent mirabilia & incōprehensibilia nobis, non propterea sunt reiicienda, sed credēda & venerāda. *Annot. 3. dis. 13. q. 3. ar. 1.*

¶ *Super Quæstionis secundæ Articulum decimum.*

TItulus articuli decimi clarus est. *Comēt.*

a ¶ In corpore articuli duo sunt: primò ponitur distinctio bimembris de gratia, secundo respondetur quæsito tribus conclusionibus. Distinctio est, Gratia, pro voluntate Dei gratuita, vel pro gratuito dono.

¶ Vbi nota duo: primum est, quòd in vtroque membro fit mentio de gratuito: quia voluntas quandoque sit debita, quamuis grattia: voluntas enim iustitiam ministrantis est voluntas ex debito danti vnicuiq; quod suum est: voluntas autem non ex debito, nec mercenarie, nec vi, aut metu danti, sed amore benevolentiæ gratuita est: & similiter donum gratuitū est quod ex tali voluntate datur. Secundum est, quod appellatione doni gratuiti non solùm venit habitualis gratia, sed etiam quodcunque donum gratis concessum, siue illud sit actuale aliquod auxilium, siue quæcunq; alia res. Vnde quia hoc membrum subdividitur in litera, quamuis non sub forma subdiuisionis, ideo numerus conclusionum excedere videtur membra diuisionis: quum tamen in veritate iuxta tria membra in litera posita scilicet gratuitam voluntatem Dei, & gratuitum donū habitualis gratiæ, & gratuitum donum ipsius vnionis, tres fiat conclusiones. *Annot.*

¶ Prima igitur conclusio est, sumendo gratiam pro gratuita Dei voluntate, Vnio Incarnationis facta est per gratiam, sicut & vnio Sanctorum ad Deum per cognitionem & amorem. Probatur: quia ad hoc quod natura humana eleuetur in Deum siue per esse personale, siue per operationem, eget Dei voluntate gratuita: quia vtrunque est supra facultatē naturæ suæ. Secunda conclusio est: sumendo gratiam pro gratuito Dei dono, hoc est gratia habituali, Vnio incarnationis non est facta per gratiam, vnio verò Sanctorum ad Deum bis per gratiā. Probatur: *Comēt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia in communi loquendo formaliter ad perfectionē operationis requiritur quòd potentia sit perfecta per habitum ad hoc autē quòd natura sit in suo supposito, non exigitur habitus aliquis. Differentia autem inter has duas vniones in hoc consistit, quòd vnio Sanctorum ad Deum est per eleuationem ad operationes cognitionis & amoris: vnio autē Christi est per eleuationem naturæ humanæ ad esse personale filij Dei: nulla ergo gratia hīc mediat sed ipsi.

Annot. ¶Vbi nota primo, quòd hinc habes apud Autorem, quòd se habere modo naturam humanam Christi ad personā filij Dei, sicut se haberet ad personā propriā, & sicut se habet natura Sortis ad personā Sortis minā hinc habes, quòd ex eo q̄ formaliter loquendo inter naturā & proprietū suppositum nullus exigitur habitus: ideo inter naturam humanam & personam filij Dei in Christo nullus exigitur habitus: fundatur enim hic processus super illa proportionalitate, vt patet. Nota secundò, q̄ gratię habitualis in proposito nomē nō refertur ad gratiā, quæ ponitur in essentia animę, vt distinguitur à charitate & aliis habitib⁹ infusis: sed cōmuniter sumitur vt comprehēdit sub se quēcūq; infusum habitū. Et hoc habes in litera ex eo, q̄ habitus ad perfectionem operationis requisitus, in potentia operativa ponitur, qđ non verificatur de gratia restricta ad habitū in essentia: vt patet.

1. di. 4. q. 3. art. 2. et q. 2. Et col. 2. l. 2. co. 3. ¶Tertia cōclusio est, fundamendo gratiā pro gratuito Dei dono, quicquid sit illud. Vnio incarnationis est gratia. Probatur: quia est donum Dei concessum humanitati Christi nullis præcedentibus meritis.

Cōment.

Annot. ¶Vbi nota primò, quòd hoc modo loquēdo de gratia, ipsa vnio appellatur gratia modaliter: quia scilicet gratuitè facta est, scilicet absq; vllo merito. & hinc fit vt in Christo ponatur vltra habitualē gratiā, gratia vnionis, q̄ est ipsa vnio gratuito concessa. Nota secundò q̄ cautè Autor loquitur, non dixit, q̄ hoc modo sumēdo gratiam vnio sit facta per gratiā, sicut dixit in præcedentibus cōclusionibus, & sicut quæstū est in titulo articuli: sed dixit q̄ ipsa vnio est gratia. Et ratio est: q̄a ly per demptat causalitatē gratiæ super vnionē: eiusdem autem ad seipsum non est causalitas.

Annot. b ¶In responsione ad primum eliditur articuli, nota ex supra dictis in articulo 7. eiusdem q. 9. coniunctio humanę naturę cū persona filij Dei (q̄ nihil aliud est, quàm virtutique indutibo in esse personali ipsius filij Dei) pōt dupliciter accipi, scilicet vel secundū illam entitatē positiuā, quę est illud esse personale illius naturæ creatę, vel secundū mutatiōnem & relationē, qua vnitur, & vnita relatiue dicitur humana natura personæ illi: nullum si-

1. 2. q. 98. arti. 4. c. Et 3. di. 4. q. 3. arti. 1. Et Ro. 1. l. 3. col. 2. fi. Et Heb. 1. l. 4. col. 3.

quidem aliud ens reale appareat interuenisse, aut inueniri in hoc mysterio, vltra extrema. Et siquidem vnionis gratia pro gratuito dono sumatur secūdo modo, sic est donum creatum: quoniā tam mutatio passiua, quàm natura humana eleuata est ad esse personale Dei, quàm relatio vnionis, inter creatas res est. Si verò vnionis gratia similiter pro dono gratuito sumatur dum, &c. dicit glo. Hic insinuatur desiderium Propheræ de Incarnatione, & meritum impletionis. Ergo incarnatio cadit sub merito.

¶Præterea, Quicunque meretur aliquid, meretur illud, sine quo illud haberi non potest. Sed antiqui Patres merebantur vitam æternam, ad quā peruenire non poterant nisi per Incarnationem. dicit enim Gre. in lib. 13. mor. Hi qui ante Christi aduentum in hunc mundum venerunt, quantamlibet iustitiæ virtutem haberēt, ex corporibus educti, in sinum cælestis patriæ statim recipi nullo modo poterant: quia nondum ille venerat, qui iustorū animas in perpetua sede collocaret. Ergo videtur quòd meruerint Incarnationem.

¶Præterea, De beata Virgine cantatur, quòd Dominum omnium meruit portare. Quod quidem factum est per Incarnationem. Ergo Incarnatio cadit sub merito.

¶SED CONTRA est quod Augustī. dicit in lib. de Præde. San. Quisquis in capite nostro præcedentia merita singularis illius generationis inuenerit, ipse in nobis præcedentia merita multiplicatæ regenerationis inquirat. Sed nulla merita præcesserunt regenerationem nostram: secundum illud Ti. 3. Non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Ergo nec illam Christi generationem aliqua merita præcesserunt.

CONCLVSIO.

¶Non aliqua Christi merita, vel aliorum, diuinā Verbi vnionem præcesserunt, cùm ea sit supra omnem Beatorum Vnionem, & principium omnis meriti: potuerunt tamen sanctorum patrum aliqua merita ex congruo ipsam præcedere.

b ¶RESPONDEO dicendum, quòd quantum ad ipsum Christum, manifestum est ex præmissis, quòd nulla eius merita potuerunt præcedere vnionem. Non enim ponimus, q̄ antè fuerit purus homo, & postea per meritum bonę vitę obtinuerit esse filius Dei, sicut posuit Photinus: sed ponim⁹ quòd à principio suæ cōceptionis ille homo verè fuerit filius Dei, vtpote non habēs aliam hypostasim, quàm filij Dei: secundū illud Luc. 1. Quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei. Et ideo omnis operatio illius hominis subsecuta est vnionem. Ergo nulla eius operatio potuit esse meritum vnionis.

¶Sed neq; etiam opera alterius cuiuscunque hois potuerunt esse meritoria huius vnionis ex condigno. Primò quidē: quia opera meritoria hois propriè ordinantur ad beatitudinem, quæ est virtutis præmium, & cōsistit in plena Dei fruitione. Vnio autem Incarnationis cum sit in esse personali, transcendit vnionē beatæ mētis ad Deum, quæ est per actum fruētis. Et ideo nō potest cadere sub merito.

¶Secundò, quia gratia nō pōt cadere sub merito: quia est merendi principiū. Vnde multò minus incarnatio cadit sub merito, quæ est principiū Gratiæ: secundum illud Io. primo. Gratia & veritas per Iesum Christū facta est.

¶Tertiò, quia incarnatio Christi est reformatiua totius humanæ naturæ. Et ideo non cadit sub merito alicuius hominis singularis: quia bonum alicuius puri hominis non potest esse causa boni totius naturæ.

personam filij Dei, optimè & euidēter sequitur, quòd omnis operatio illius hominis præsupponat vnionē: quia præsupponit illum hominem. Secunda quoq; patet ex hoc, quòd meritum præcedit saltem naturæ ordine præmium: vt patet.

Annot. ¶Dubium hoc in loco nonnullō occurrit: quia licet hinc habeatur, quòd omnis operatio illius hominis subsequuta est vnionem: non tamē hinc habetur, quòd omnis operatio illius naturæ humanæ subsequuta est vnionē. Et dīceret quispiā, quòd illa natura humana sicut ſe cūdā ſe præſupponitur naturæ ordine vnioni (quia aſſumptio præſuppoſit quod aſſumitur) ita ſecundū aliquod opus eius, pura intelligere & velle, quæ ſunt inſtantanea, præſuppōnitur ordine naturę aſſumptionis & per illud velle informatū charitate natura illa meruit aſſumi in eodem inſtanti tēporis, & priusnatura. Ad hoc dubium non oportet aliūde, quā ex litera ſumāmēto reſpōdere: ita tamē vt nō ſit fermo de potētia diuina abſolutē: quā dicitur, quòd nō potuit aliqua operatio præcedere vnionē: ſed de potētia, quam ordo rerū habet ſimpliciter, & in myſterio incarnationis. Quę enim natura humana in Chriſto aſſumatur ad eſſe perſonale Dei, idē eſt ordo naturæ humanæ Chriſti ad perſonā filij Dei, qui eſt natura humanæ Sortis, ad perſonā Sortis. Et ideo ſicut natura Sortis priūs natura perſonatur per Sortē, quā operetur: tū quia eſſe perſonale, vtpote ſubſtantiale, eſt priūs, quā operaritum quia primus terminus vt quod generationis, eſt ipſe Sortes, & deinde naturæ ordine cōſequūtur operatiōes etiā naturaliſſimæ, vt ſi ſol fieret, primò fieret ſuppoſitum ſolis, & deinde luceret, quāuis in eodē inſtāti. Ita priùs natura humanitas Chriſti perſonatur per verbū Dei, quām operetur propter vtrāq; dictā rationem: quia ſcilicet perſonari ſpectat ad eſſe ſubſtātia let (ſtāt enim ſubſiſte-

Infrà q. 7. ar. 13. 2. & q. 34. arti. 3. 2. Et 3. di. 4. q. 3. artic. 2. q. 1.

re, quod primæ ſubſtantiæ ſolius eſt) & quia primus terminus generationis Chriſti, vt quod, fuit perſona filij Dei, dicente Angelo, Quod ex te naſcetur ſanctum vocabitur (proculdubio cum rei veritate) filius Dei. Non poteſt ergo poni, quòd anima Chriſti priùs natura, quàm vniretur, intelligeret aut amaret.

Cōment. ¶Secunda concluſio eſt: Nulla opera cuiuſcunque alterius hominis potuerunt eſſe meritoria huius vnionis ex cōdigno. Probatur triplicitèr. Primò, quia vnio iſta ſuperat vnionem beatitudinis, quæ propriè cadit ſub merito. Secundò, quia vnio iſta eſt principium gratiæ, quæ non poteſt cadere ſub merito. Tertiò, quia vnio iſta eſt reformatiua totius humanæ naturæ, cuius totius bonum, conſtat non poſſe à ſingulari puro homine cauſari.

¶Tertia concluſio eſt: Sancti patres meruerunt Incarnationem de congruo, deſiderando & petendo. Probatur: quia congruum eſt, Deum exaudire ſibi obedientes. Ex hoc etiam modo exponi poteſt, quòd beata Virgo meruit Chriſtum portare, ſcilicet merito congrui.

¶Super Quæſtionis ſecundæ Articulum duodecimum.

Annot. IN titulo articuli duodecimi nota quòd ideo in titulo apponitur ly hominis: ita quod non quæritur vtrūm gratia vnionis ſit Chriſto naturalis: ſed an ſit naturalis Chriſto homini: vt denotaretur, quòd difficultas huius dubij ex parte eius, quod eſt eſſe hominē, ſe tenet. Non enim eſt quæſtio de Chriſto, ſecūdē quod Deus: ſed ſecūdū quod eſt homo, an gratia vnionis ſit illi naturalis.

Cōment. b ¶In corpore art. 1. huius: primò ponitur vna diſtinctio de ly naturalis: ſecūdò reſpōdetur quæſtio tripliciter. Diſtinctio eſt ſecūdū naturale dupliciter, vel quę cauſatur ex principiis eſſentialibꝰ rei ſicut paſſio ex principiis ſubiectū, ſicut motus deorſum ex principiis corporis grauis, vel quę abipſa natiuitate habetur. Probatur primò diſtinctio: qa natura dī dupliciter. 1. Met. ſcilicet de eſſentia & de natiuitate. Probatur ſecūdò: ſecūdū mētrū autoritate duplici ſacræ Scripturę.

¶Nota hīc quòd ſecundum membrum, ſcilicet naturale à natiuitate, dupliciter intelligi poteſt. vno modo, vt denotetur ſola coexiſtas, quia ſcilicet incēperint ſimul tempore: ſicut de cæco à natiuitate dicimus: quia cæcitas ſimul incepit cū homine, qui eſt cæcus. Alio modo, vt denotetur non ſola conduratio, ſed etiam cauſalitas, ita quòd ex vi natiuitatis habeat illud: ſicut dicimus, quòd ſextus digitus eſt naturalis ex natiuitate in viro, quia ſcilicet ex vi talis natiuitatis abūdantis in materia, &c. iſte ſortitus eſt ſextum digitum. In propoſito intelligitur ſecundū membrū vtroq; modorū: & ad ſecundū membrum ſpectat autoritas Apoſtoli. Eramus natura filii iræ: quoniam ex vi natiuitatis noſtræ per propagationem ex Adam ſumus filij iræ, dum ex vi natiuitatis noſtræ in vtero inficimur peccato originali. Ad primum autem modū ſpectat autoritas Sapię tię: quoniā Chananæi, de quibus loquitur, nō ex vi natiuitatis contrahebant peccata parentū, ſed malitia illorum ita citò incipiebat, vt dicatur in vtero incepiſſe, iuxta conſuetum modum loquendi ſermone emphatico.

¶Prima concluſio eſt: *Cōment.* Gratia ſiue vnionis, ſiue habitualis non eſt naturalis Chriſto, vt cauſata ex principiis humanæ naturæ. Secūda concluſio eſt: Gratia vtraq; poteſt dici naturalis Chriſto, quaſi proueniens ex natura diuina Chriſti in naturam humanam eiuſdē. Tertia concluſio eſt: Gratia vtraque eſt naturalis Chriſto, ſumendo naturale à natiuitate. Probatur in primo ſenſu: hoc eſt ſecundum cognitatem: quia ab initio conceptionis fuit natura humanā diuinæ perſonæ vnita, & hoc quo ad gratiam vnionis: & anima eius fuit munere gratiæ repleta, & hoc quo ad gratiam habitualem. In ſecundo autem ſenſu, hoc eſt ex vi natiuitatis, probatur in reſponſione ad tertium ex proprietate natiuitatis Chriſti: quia Chriſtus ſic cōceptus eſt ex Spiritu ſancto vt eſſet idem naturalis filius Dei & hominis: exiſtante hanc natiuitatis vim Angelo dicente, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus Altiſſimi obūbrabit tibi: dum ſubdit: Ideōq; & quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Illa enim cauſalis, Ideōq; & quod naſcetur ex te, erat: filius Dei, manifeſtat ad hoc eſſe ordinatam actionē Spiritus ſancti, vt ex vi talis natiuitatis natum eſſet filius Dei: quod in ipſa gratia vnionis conſiſtit. Gratia autem habitualis, vt in proprio tractatu patebit, eſt in Chriſto velut proprietas, conſequens gratiam vnionis, ſicut ſplendor ſolem.

¶Nota hīc tria: primò, quòd quāuis in litera diuiſæ fiāt explanationes & probationes tertiæ concluſionis ſecundūm duos aſſignatos in ſecundo membro ſenſus: quia tamen veri ſunt, in litera ponuntur, & breuius vniti clarent nouitiſsimideo adunaui dicta in reſpontione ad tertium, & iunxi corpori articuli. Secundò, quòd Autor plus donauit, quàm promiſit. dum quæſuit de gratia vnionis, & reſpondit de gratia vnionis & habituali. Tertiò, quòd dum in ſecunda concluſione dicitur, quòd gratia Chriſti poteſt dici naturalis ex diuina natura, Autor cautè appoſuit duo vocabula: primò, poteſt dici: ſecundò, quaſi proueniens. Eſt ſiquidem conſiderandum, quòd ad hoc, vt aliquid dicatur propriè naturale à natura pro eſſentia, duo concurrunt: primum eſt cauſalitas: ſecundum modus cauſandi. oportet enim, vt cauſetur à natura, & quòd naturali modo non liberè cauſetur à natura: ſic enim paſſio à principiis naturæ ſic fertur ſurſum à leuitate cauſatur, ſic naturale diſtinguitur contra liberum. In propoſito autem, quia omnis cauſalitas Dei, ad extrà eſt libera, & nulla eſt naturalitas ideo gratia in Chriſto ex diuina natura cauſata deficit à naturali in modo quo fit, & poteſt dici naturalis, quo ad primum, quia ex diuina cauſatur natura. Quo ad ſecundum verò poteſt dici naturalis non formaliter: quia in veritate non naturaliter, ſed liberè cauſatur, ſed quaſi virtualiter ſeu conditionaliter: hoc eſt, quia ſi diuinæ naturæ competeret ad extrà, vt eque modus cauſandi, ſcilicet naturaliter vel liberè, vtraq; gratia in Chriſto naturaliter cauſaretur: quia gratia vnionis ſpectat ad eſſe perſonale ipſius diuinæ naturæ, ac per hoc ad cauſalitatem naturalem pertineret, ſi ibi inueniretur: gratia verò habitualis in Chriſto ſpectaret ad proprietatem humanæ naturæ iunctæ iam ſecundum eſſe diuinæ naturæ. Et propterea Autor dixit, Dici poteſt naturalis quaſi proueniens, ſignificans per hoc quaſi naturalem modum, quo gratia in Chriſto fieri dici poteſt: quamuis in veritate non ſit modus naturalis, hoc autem ſingulariter de gratia Chriſti dici poteſt: quia reliquis hominibus & etiam Angelis conſtat, quòd non ſolùm dat, ſed daret Deus gratiam ſuam prout vult: vt pote non communicans ſuum eſſe perſonale, nec iunctis ſibi ſecundum eſſe influens.

Annot.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ super Quæstionis tertiæ Articulum primum.

Comen. TItulus articuli primi Quæstionis tertiæ clarus est.

a ¶In corpore articuli vnica est conclusio respōsiua quæsito: Personę cōpetit propriissimè assumere naturā. Probatur: Persona est principium & terminus assumptionis: ergo sibi conuenit propriissimè assumere. Antecedens quo ad primā partem probatur: quia assumere est actio diuina: agere autē proprie est personæ. Quo ad secundam verò: quia vnio facta est non in natura, sed in persona, vt patet ex suprà dictis. Consequentia autē probatur: quia in verbo Assumptionis importantur tria, principium, actus & terminus: quoniam assumere dicitur quasi ad se sumere. Ex hoc nanque quòd assumere importat hæc tria, & hæc omnia competunt personæ, quia ipsa est principium & terminus actus talis, vt in antecedente dicitur, consequens manifestè est, q; assumere propriissimè cōpetat personæ.

Annot. ¶Vbi nota tria: primò, quòd exponendo assumere quasi ad se sumere, quia ly se est pronomen reciprocum, dupliciter seu bis denotat illud, ratiō quo stat cōcurrere ad actionem illā: vno modo seu semel vt principiū, & semel seu alio modo vt terminū. Et propterea autor ex hoc, quòd assumere dicitur quasi ad se sumere, dixit quòd importat principium & terminum actus: nisi enim ly se, vtrunque denotaret, non esset ad se sumere, sed esset sumere ad alium. Secundò, quòd in litera in conclusione additur ly propriissimè: quia, vt infrà patebit, non soli personæ conuenit assumere, sed soli personæ conuenit propriissimè. Tertiò, quòd hīc est sermo de persona diuina vt sic, non curando, vtrūm sit vna sola persona diuina; vel plures, vtrūm absoluta vel relativa: cuius tamen siquidem est proprie agere vt quod agitur; cuius est terminare vnionem personalem, vt quod subsistit in vtraque natura.

3. dist. 5. q. 2. ar. 1. 1.

Annot. b ¶In responsione ad primum claudit primi articuli, aduerte quòd tam mirabilis est hæc Incarnationis coniunctio, vt cum hoc, quòd fatemur Deum verè ac quibuslibet esse hominem, quia verè factus est homo: quia tamen huiusmodi substantiale esse acquisiuit sine quacunque in suis Dei mutatione, ac per hoc sine quacunque sui perfectione: ideo hīc verè quoque dicitur, quòd nihil est per Incarnationem additum Deo: & quòd non Deus, sed homo per Incarnationem perficitur. Et ad hoc tantùm aliquem esse exemplum de vnione adoptionis nostræ intelligere quia sicut in vnione filiorum adoptiuorum non additur aliquid Deo, sed quod diuinum est, apponitur homini: ita proportionaliter in vnione naturalis Filij nihil apponitur Deo, sed Deus iungitur homini, vt homo perfectus sit, hoc est, vt homo sit Deus: quod infinitam perfectionem apponit naturæ humanæ.

¶ Quæritur primò circa primum articulum, vtrūm persona diuina conueniat assumere naturam creatam.

¶ Secundò, vtrūm vna persona possit assumere vnam naturam.

¶ Tertiò, vtrūm vna persona possit assumere plures naturas.

¶ Quartò, vtrūm vna persona possit assumere naturam, quam alia persona assumpsit.

¶ Quintò, vtrūm quælibet persona possit assumere.

¶ Sextò, vtrūm plures personæ possint assumere vnam numero naturam.

¶ Septimò, vtrūm vna persona possit assumere duas numero naturas.

¶ Octauò, vtrūm magis fuerit cōueniens de persona filij Dei, quòd assumpserit humanam naturam, quàm de alia persona diuina.

ARTICVLVS I.

a ¶ Vtrùm persona diuina conueniat assumere naturam creatam.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd personæ diuinæ nō conueniat assumere naturam creatam. Persona enim diuina significat aliquid maximè perfectum. Perfectum autem est, cui non potest fieri additio. Cùm igitur assumere sit quasi ad se sumere: ita quòd assumptum addatur assumenti, videtur quòd personæ diuinæ non conueniat assumere naturam creatam.

¶ Præterea, Illud, ad quod aliquid assumitur, communicatur quodammodo ei, quod in ipsum assumitur: sicut dignitas communicatur ei, qui in dignitatem assumitur. Sed de ratione personæ est, quòd sit incommunicabilis: vt in Prima parte dictum est. Ergo personæ diuinæ non conuenit assumere, quod est ad se sumere.

¶ Præterea, Persona constituitur per naturam. Sed inconueniens est, quòd constitutum assumat constituens: quia effectus non agit in suam causam. Ergo personæ nō conuenit assumere naturam.

¶ SED CONTRA est quod Augustinus dicit de Fide ad Petilianum. Formam, id est naturam, serui in suam accepit Deus ille, scilicet Vnigenitus, personam. Sed Deus vnigenitus est persona. Ergo personæ competit accipere naturam, quod est assumere.

CONCLVSIO.

¶ Cùm Assumere propriè sit Ad se sumere, soli Diuinæ personæ assumere conuenit.

a ¶RESPONDEO dicendū, quòd in verbo Assumptionis duo importantur, videlicet principium actus & terminus: dicitur enim assumere quasi ad se sumere. Huius autem sumptionis persona est & principium & terminus. Principium quidem, quia personæ propriè competit agere: huiusmodi autem sumptio carnis per actionem diuinam facta est. Similiter etiam persona est huius sumptionis terminus: quia sicut suprà dictum est, Vnio facta est in persona non in natura. Et sic patet quòd propriissimè competit personæ, assumere naturam.

b ¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cùm persona diuina sit infinita, non potest ei fieri additio. Vnde Cyrillus dicit in Epist. synodali Ephe. conti. Non secundū appositionē coniunctionis intelligimus modum: sicut etiam in vnione hominis ad Deum, quæ est per gratiam adoptionis, non additur aliquid Deo: sed illud quod diuinum est, apponitur homini. Vnde non Deus, sed homo perficitur.

c ¶Ad secundum dicendum, quòd persona dicitur incommunicabilis, inquantum non potest de pluribus suppositis prædicari: nihil tamen prohibet plura de persona prædicari. Vnde non est contra rationem personæ sic communicari, vt subsistat in pluribus naturis: quia etiam in personam creatam possunt plures naturæ concurrere accidentaliter: sicut in persona vnius hominis inuenitur quantitas & qualitas. Hoc autem est proprium diuinæ personæ, propter

personæ nisi infinitæ. Et quemadmodum personalitas Verbi, scilicet filiatio diuina, est formaliter subsistens, alioquin non esset constitutiua personæ, quæ formaliter est subsistens: ita est formaliter infinita: quia subsistentia formaliter inclusa in personalitate Verbi, nec est finita, nec abstrahens à finito & infinito: sicut relatio, inquantū relatio, quia subsistentia perfectionem sonat simpliciter: vt pater. Nec propterea sequitur, vt Scotus arguit, probando antecedens, quòd aliqua perfectio formaliter deesset Patri, quæ est in Filio: quoniam eandem perfectionē, quam personalitas Verbi formaliter dicit in Filio, personalitas Patris dicit in Patre, vt patet de perfectione subsistentiæ. Sed contingit hīc errare si personalitates diuinas sic formaliter metimur, vt eas nihil aliud formaliter esse putemus, quàm quod relationi realī formaliter conuenit: quod aliend est à realitudine personalitatis diuinæ formaliter sumptæ: quoniam, vt dictum est, conuenit illi formaliter subsistentia: alioquin non esset personalitas: quia non esset cōstitutiua sē rora personæ. Constat autē quòd filius Dei, quatenus subsistens, naturam humanā subsistantificat. Vnde patet, quòd Verbum secundū illam suæ personalitatis rationē, qua est subsistēs: ac per hoc infinitæ subsistentiæ, vicem humanæ personæ formaliter & eminenter in mysterio Incarnationis supplet: est enim Verbum persona humanæ naturę. Et cōfirmatur, quia per illud idem, quo Verbū subsistit in duabus naturis, diuina scilicet & humana; potest subsistere, quantū est ex parte sua in infinitis naturis: quoniam vbi pluralitas nō facit differentiam, nec infinitas faceret differentiam, & infinitas impossibilis esset. Sed Verbū per suam personalitatem, quatenus est constitutiua personæ (quod est dicere, quatenus est constitutiua subsistentis in diuina natura) habet quòd possit in duabus naturis subsistere: ergo per suam personalitatem vt subsistentem in diuina natura, potest subsistere in infinitis naturis: sed posse subsistere in infinitis naturis est subsistentiæ infinitæ: igitur subsistentia, qua Verbum de facto subsistantificat humanam naturam, exigit infinitatem. Eadem enim est conditio eius, qua nunc subsistit in duabus, & qua subsisteret in infinitis.

¶Præterea, Verbi personalitas in sua formali ratione claudit subsistentiā: ergo perfectionē simpliciter: ergo est infinita formaliter. Antecedēs probatū est. Prima consequentia probatur, primò quia subsistentia non solùm est perfectio, sed maxima perfectio: nullum nanq; diminū esset perfectum nisi subsistens. Secundò, ex diffinitione perfectionis simpliciter, scilicet, quòd in quolibet melior est ipsa, quàm non ipsa, arguitur hīc. In quolibet ente vt sic, melior est subsistentia, quàm quodlibet sibi incompossibile: ergo est perfectio simpliciter. Tertia consequentia est cuidēs etiam apud Scotum, quoniā omnis perfectio simpliciter, est in Deo infinito formaliter. Ex dictis igitur si bene cōsiderentur, hæc litera is in conclusione, quā illius ratione apparet: nā ex hoc, quòd persona diuina ex suæ personalitatis perfectione, quā illius subsistentia ponit, habet quòd possit in pluribus naturis subsistere, manifestè habetur, quòd quum illa perfectio sit infinita, proprium erit diuinæ personæ ob eius infinitatē, quòd in ea fiat concursus naturarū, secundum subsistentia. Et per hoc solutio virtutis quæstionis apparet.

¶Nec ex hīc sequitur, vt Scotus ibidē q.r. conatur deducere, diuinā naturā esse per se primo terminū vnionis, propterea quia infinitas primò est naturæ: quoniā infinitas Dei, vt est naturæ, dat perfectionē infinitā in essendo & in causando: vt autem est personæ, dat perfectionem infinitam in terminando. Quo sit, vt quia terminare naturam assumptam, nullā causalitatem dicit, cōsequenter infinitas in terminando, nullam causalitatē dat: & tamen constat, quòd exigitur ad hoc, quod vna persona subsistat in infinitis naturis, si esset. Quando ergo obiicit Scotus, quòd contingit virtualis in termino, quæ æquaretur potentiæ personis, pertinet ad dependentiā inter causam & causatū vt sic, simpliciter negandum est: & dicendū est, quòd quia terminare naturam aliena subsistendo in illa ex infinitate personæ, non in causando, sed in terminando, prouenit, ideò q; vocatur quasi cōtinentia virtualis personalitatum in persona diuina, non spectat ad dependentiam causæ & causati vt sic sed ad dependentiam personæ finitæ in terminando ad personam infinitam in terminando. Et quia hoc conuenit cuilibet diuinæ personę ratione suæ proprię personalitatis: ideo, vt infrà patebit, propria personalitas Verbi, scilicet filiatio, est de facto per se primò terminus Incarnationis.

Annot. d ¶In eodem primo articulo in responsione ad tertium, aduerte, vt caueas ver bum Denominationis intelligas, quum legis quòd natura humana non constituit diuinam personam simpliciter, sed constituit eam, secundum quòd denominatur à tali natura. Non enim sumitur hīc denominatio pro quacunq; denominatione, quum denominentur aliqua ab extrinseco, vt Sortes dicitur locatus aut vestitus: aliqua ab accidente, vt Sortes dicitur albus: & aliqua à substantia, vt Sortes dicitur animatus vel corporeus, sed sumitur pro denominatione substantiali: quæ restringitur hīc denominatio ad denominationē in Antepræd icamēris diffiniram, quanuis & de illa litera hæc verificetur, de denominatione substantiali loquendo. Nam persona filij Dei est verè persona humana: & inquantū est persona humana, constituitur per naturam humanam: quòd natura humana in Christo non constituit filij Dei personam, quatenus est persona, sed quatenus est persona humana. Et hoc intendit litera quo niam ly humana, denominationem substātialem à natura hominis importat. Et quoniam filij Dei persona sic facta est persona humana, vt ipse filius Dei verè sit homo: ideo dixi, quòd denominatio ista non sic restringitur, quin verificetur etiam substantialis vocatio: persona siquidem Verbi ita est humana, quòd est etiam homo vnioncè cum reliquis hominibus. Tanta est autem excellentia Incarnationis, vt non possit vnica via aut ratione dici, sed oporteat multis vijs ac modis mysterij illius cognitionē quæsitam inuestigare: & ideo nunc per denominationē, nunc per vnionis cationem incedimus.

Quæstio. c ¶In responsione ad secundum, dubium occurrit circa incommunicabilitatem personæ vt in litera describitur: scilicet penes hoc, quòd non potest de pluribus suppositis prædicari. Videtur siquidem satis rudis huiusmodi assignatio incommunicabilitatis: quoniam talis incommunicabilitas conuenit cuilibet singulari creato: tam in genere accidentis, quàm in genere substantiæ: nam hoc album, & similiter hæc albedo, & hæc humanitas, non potest de pluribus suppositis prædicari: quia, vt in Antepræd icamentis dicitur, cuilibet singulari conuenit non dici de subiecto.

¶Ad hoc dicitur, quòd in Theologia non potuit fortè breuius, clarius & formalius describi incōmunicabilitas personæ, quàm describēdo est in litera: quia apud Theologos omnis natura est communicabilis pluribus suppositis: quanuis dicuntur quodammodo eius infinitæ, quia natura diuina cōmunis est per identitatem Patri & Filio & Spiritui sancto. Et hæc natura creata potest esse communis per assumptionem (vt infrà patebit) Patri & Filio & Spiritui sancto personæ quoque communis est pluribus naturis, vt patet de persona Filij Dei subsistente in duabus naturis diuina & humana: & de persona Sortis communi pluribus, accidentalibus tamen naturis, vt in litera dicitur. Restat ergo, vt propria incommunicabilitas personę consistat in hoc quòd nō possit esse cōmunis pluribus suppositis, hoc est sibi ipsi & alteri supposito, & hoc est quòd in litera exprimitur, per nō posse prædicari de pluribus suppositis. Vnde doctrina est subtilissima: sed obiectio erret in hoc, quòd pro eodem accepit non prædicari de pluribus: de quo Aristo. loquitur in Antepræd icamentis: & non prædicari de pluribus suppositis: de quo Autor in litera loquitur, quum hæc dixerit valde quoniam non posse prædicari de aliquo vel aliquibus, vt superius de inferiori, conuenit omni singulari, vt obiiciendo bene dicitur: sed non posse prædicari de pluribus suppositis, soli personæ conueniunt quia soli personæ repugnat. Nā & hęc humanitas, & quæ illi inest, hæc albedo, potest de pluribus suppositis prædicari: vt patet, si à pluribus diuinis psonis assumeretur.

¶ Num subsistere in duabus naturis conueniat Diuinæ personæ ex eius infinitate.

¶In eadem responsione ad secundū, dubiū occurrit circa illud ubi autē est propriū diuinæ personę, ppter eius infinitatē, vt fiat in ea concursus naturarū nō accidēraliter, sed secundū subsistentiā, & de cōclusione & de rone eius. Duo siquidē hīc dicuntur: primò affirmatur hæc cōclusio, scilicet q; sola diuina persona potest subsistere in duabus naturis. Secundò assignatur ratio istius conclusionis. Infinitas diuinæ personæ. Vbi duæ quæstiones determinantur: prima est, an aliqua persona creata possit subsistere in duabus naturis. Asseritur siquidē hīc pars negatiua, dum dicitur q; propriū est diuinę personę, vt fiat in ea cōcursus naturarū secundū subsistentiā. Secūda est, an hæc ꝓprietas cōueniat diuinæ personæ propter infinitatē ipsius: asseritur nanq; in litera pars affirmatiua. Et primā quidē q. Scot. in 3. sent. dist. 1. q. 4. disputat, & dubiā relinquit. Secundā autem ibidem tractans, opposita tenet, arguitq; dicēs, Ista ratio non videtur concludere: quia Verbū non est infinitum secundum rationem personalitatis suæ, secundum quam subsistantificat naturā assumptā: igitur non requiritur infinitas in illo supposito quod sic subsistantificat. Antecedēs patet: q; tūc aliqua ptectio formaliter deesset Patri, quę est in Filio. ¶Ad horum euidentiam primo soluenda est obiectio Scoti: & exinde solidificat virtutis dictū in litera monstranda. Ad obiectionem ergo Scoti negandum est antecedens: quanuis possit distingui, dicendo quòd Verbum esse infinitum secundū rationē personalitatis suæ, potest dupliciter intelligi: scilicet radicaliter vel formaliter, & quòd Verbū est infiniti secundum rationē deitatis radicaliter, quia ex deitate quicquid est in Deo, infinitatē habet, sed secundū suā personalitatē est formaliter infinitū: quoniā personalitas diuina nō est constitutiua personæ eius infinitatem, vt fiat in ea concursus naturarum: non quidem accidentaliter, sed secundum subsistentiam.

d ¶Ad tertium dicendum, quòd sicut suprà dictū est, natura humana non constituit personam diuinā simpliciter: sed constituit eam secundum quòd denominatur à tali natura. Nō enim ex natura humana habet filius Dei quòd sit simpliciter, cùm fuerit ab æterno: sed solùm quòd sit homo. Sed secundum naturam diuinā cōstituitur persona diuina simpliciter. Vnde persona diuina non dicitur assumere diuinam naturam, sed humanam.

ARTICVLVS II.

a ¶ Vtrum diuinæ naturæ conueniat assumere.

3. dist. 5. q. 2. artic. 2.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd naturæ diuinę non cōueniat assumere. Quia, sicut dictum est, assumere dicitur quasi ad se sumere. Sed natura diuina non sumpsit ad se humanam naturam: quia non est facta vnio in natura, sed in persona: sicut suprà dictum est. Ergo naturæ diuinæ non competit assumere naturam humanam.

¶Præterea, Natura diuina communis est tribus personis. Si ergo naturæ conuenit assumere, sequitur quòd conueniat tribus personis. Et ita Pater assumpsit naturam humanam, sicut & Filius: quod est erroneum.

¶Præterea, Assumere est agere. Agere autem conuenit personæ, non naturæ, quæ magis significatur vt principium, quo agens agit. Ergo assumere non conuenit naturæ.

¶SED CONTRA est quod Augustinus dicit in lib. de Fide ad Pet. Illa natura quæ semper genita manet ex Patre, id est, quæ est per generationem æternam accepta à Patre, natura nostra à matre sine peccato suscepit.

CONCLVSIO.

¶ Diuinæ personæ primo assumere humanam naturam conuenit, naturæ autem diuinæ secundario.

b ¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictū est, in verbo Assumptionis duo significantur, scilicet principiū actionis & terminus eius. Esse autem Assumptionis principium, conuenit naturæ diuinę secundum seipsam: quia eius virtute Assumptio facta est. Sed esse terminū Assumptionis non conuenit naturæ diuinæ secundum seipsam: sed ratione personæ, in qua consideratur. Et ideo primò quidem & propriissimè persona dicitur assumere: secundariò autem potest dici, quòd etiam natura assumpsit naturam ad sui personam. Et secundum etiam hunc modum dicitur natura incarnata: non quasi sit in carnem conuersa, sed quia naturam carnis assumpsit. Vnde Damascenus dicit, Dicimus naturam Dei incarnatam esse, secundum beatos Athanasium & Cyrillum.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd ly se, est reciprocum, & refert idem suppositum. Natura autē diuina non differt supposito a persona Verbi: & ideo inquantum natura diuina sumit naturam humanam ad personam Verbi, dicitur eam ad se sumere. Sed quauis Pater sumat naturam humanam ad personā Verbi, non tamē propter hoc sumit eam ad se: quia non est idem suppositum Patris & Verbi, & ideo nō potest dici propriè, quòd Pater assumat naturam humanam.

c ¶Ad secundum dicendum, quòd illud quod conuenit naturæ diuinę secundum se, conuenit tribus personis: sicut bonitas, sapientia, & huiusmodi. Sed assumere conuenit ei ratione personæ Verbi, sicut dictum est. Et ideo soli illi personæ conuenit.

¶ Super Quæstionis tertiæ Artic. secundū.

Annot. IN titulo articuli secundi nota omnes tres terminos: nam ly naturæ diuinæ, in hoc articulo sumitur, non vt sumitur per modum naturæ tantùm, vt significatur nomine Deitatis: sed etiam vt sumitur per modum subsistentis in natura vt sic, vt significatur nomine Dei seu Dei huius: ita quòd appellatione Naturæ diuinæ venit hoc in loco non solùm deitas, sed Deus & Deus hic. Nec hoc ego somnio, sed ex responsione ad tertium clarè habeo: vt ibi declarabitur, & nunc supponatur, ita quòd natura diuina sumitur hīc vt distinguitur contra personam simpliciter, hoc est secundum completam rationem personæ.

¶Ly Conueniat sumitur non de possibili, sed de facto: quoniam an natura possit assumere, in sequenti tractabitur articulo: sed an de facto verū sit, quòd deitas, Deus, hic Deus assumpserit naturam, quæritur: vt patet ex responsione ad secundū, vbi dicitur, quòd assumere conuenit naturæ diuinæ ratione personæ Verbi.

¶Ly Assumere, vnioncè sumitur, vt scilicet terminatur ad vnionem personalem Verbi: qualis descripta iam in antecēdtis est: vt ex responsione ad secundum iam allegata patet.

¶Rursus aduerte, quòd quum quæritur hīc an naturæ diuinæ conueniat assumere, intentio quæstionis est, an hīc conueniat, quòd possit verè dici, quòd natura diuina assumpsit naturam humanam. Et in hoc claudit, an naturæ diuinæ conueniat assumere, vt quod assumptiua: quod non sufficit quæstioni dicere, quòd natura diuina est, qua seu quo facta est assumptio: sed inquirimus an sit quod, seu quæ assumpsit naturam humanam. Hæc de titulo.

Comen. b ¶In corpore articuli vnica est conclusio principalis: Naturæ conuenit secundariò assumere naturam. Probatur. Assumens est principium & terminus assumptionis: sed natura diuina est secundum se principium, & non secundum se, sed ratione personæ est terminus assumptionis. ergo natura diuina est secundariò assumens, scilicet ad sui personam. Maior probatur ex eo, quòd in verbo Assumptionis importatur virtus, scilicet principiū & terminum. Assumptionis esse idem. Minor quo ad primam partem probatur: quia virtute naturæ diuinæ Assumptio facta est: quo ad secundam verò, quia esse terminum Assumptionis conuenit primo personæ, vt patet ex præcedenti articulo. Vbi, quia etiam dictum est quòd persona est etiam principium Assumptionis, vt quod, ideo hīc repetitur, quòd propriissimè & additur quòd primo conuenit personæ assumere. Secunda autem conclusio adiuncta propter clarificanda similia est, quòd natura diuina per hunc modum, scilicet secundariò est incarnata: quia scilicet carnem ad sui personam assumpsit.

c ¶In responsione ad secundum, quo ad omnes eius partes, nota pro sequenti articulo. Tria enim hīc dicuntur: primum est de communitate conuenientium naturæ diuinæ secundum se, vt distinguitur contra personam. Secundum, de assumere: quod de facto ei conuenit ratione verbi. Tertium de illa subiunctæ causali scilicet, & ideo illi soli personæ conuenit. Ad hæc enim in sequenti articulo recurrus erit.

d ¶In

Universidad de Deusto
Biblioteca

d ¶In responsione ad tertium eiusdem secundi articuli, aduerte, quòd quia argumentum 3o hoc tendebat, quòd naturæ diuinæ non conueniebat assumere etiam vt principio assumptionis, hoc est vt principio, quod assumere dicitur, quia natura habet rationem principij vt quo, non vt quod: & Autor intendit quòd natura diuinæ conuenit assumere in ratione principij non solùm quo, sed quod: ideo in hac responsione dicit, sicut quo ad esse, idem est in Deo quo & quod, ita quo ad agere. Et ideo natura diuina est quo Deus agit assumptionem, & quod agit illamquia est ipse Deus agens: quod nisi aliud est, quàm dicere, quia deitas hæc est hic Deus: hæc enim sunt abstracta & conereta naturæ diuinæ singulariter significatæ. Vbi clarè videre potes bene expositum fuisse titulum articuli. Habes quoq; hinc sensum dictorum in corpore articuli de termino Assumptionis, quum dicitur quòd natura diuina non conuenit esse Assumptionis terminum secundum se, sed ratione personæ. Nam hinc patet & ex responsione ad secundum, quòd appellatione Personæ hic intelligitur sola persona simpliciter & perfectè habens rationem personæ: vt est verbum Dei, & appellatione Naturæ intelligitur tam natura in abstracto, quàm in concreto, tam deitas, quàm Deus, tam hæc deitas, quàm hic Deus. Habes enim hinc quòd ipse seu hic Deus, concurrit ad assumere, vt principium quod, & non vt terminus habes ex responsione ad secundum, quòd ideo soli personæ Verbi conuenit assumere vt termino, quia esse terminum Assumptionis conuenit deitati ratione personæ Verbi. Quid clarius? Est igitur indubitata apud autorem conclusio, quòd per se primò terminus Assumptionis in mysterio incarnationis est persona Verbi vt sic, vt distinguitur contra naturam & indifferentem naturæ & aliàs personas: hoc est, est Verbum vt distinguitur à deitate hac, & hoc Deo, & Patre & Spiritu sancto.

¶ *Num personæ diuinæ conueniat assumere ratione naturæ.*

Quæstio. ¶Quæstio non dissimulanda ex Durando in 3. sentent. dist. 1. q. 2. occurrit, probante quòd personæ diuinæ conueniat primò ratione essentiæ diuinæ assumere termi nathuriæ quòd ad vnionem personalem Verbi cum natura humana non consequitur, sed præexigitur vnio naturæ diuinæ cum natura humana. Iraminit autem suppositionem vnam, scilicet subsistere in diuinis, est vnicum & absolutum, ac per hoc competit omnibus personis diuinis ratione essentiæ, sicut cæteræ essentialia. Hanc autem suppositionem probat dupliciter. Primo ratione quia persona diuina, per aliud formaliter est subsistens, & per aliud formaliter est suppositum: quia per essentiam & non per proprietatem relatiuam est subsistens, & per proprietatem relatiuam est suppositum. Quia subsistere dicitur esse secundum perfectissimum modum essendi: perfectissimus autem modus essendi est in se existere, non ad aliud esse: essentia autem facit formaliter in se existere, proprietas autem relatiua ad aliud esse: igitur subsistere in diuinis est per essentiam, & non per proprietatem relatiuam. Secundo autoritate Augustini, de Trinit. Omnis res ad seipsam subsistit, quanto magis Deus? Probari quoque potest terriò ad hominem, scilicet ad Sanctũ Thom. quia apud ipsum in quæst. de poten. q. 9. art. 5. ad 3. essentia diuina nõ habet subsistere à proprietatibus personalibus, sed è contra proprietates personales habent, quòd subsistant ab essentia diuina. Hæc igitur suppositione stante, probat Durandus intentum sic, Persona diuina per illud, quo subsistit, primò terminat dependentiam naturæ assumptæ: ergo ratione essentiæ diuinæ primò terminat. Antecedens est per se notum. Consequentia autem ex suppositione probata patet: quia per essentiam diuinam & non per proprietatem personalẽ subsistit. Et sic patet, quòd termina te Assumptionem & vnionem primò conuenit naturæ diuinæ. Et directè tunc hæc contra doctrinam præsentis articuli: vbi expresse dicitur, quòd esse terminũ Assumptionis, non conuenit naturę diuinæ secundũ se, sed ratione personæ.

¶Ad hanc quæstionem sic procedendum est, quòd primò ostendendũ est, quòd subsistere in diuinis est essentiale & personale sicut res: ita quòd sicut tam essentia quàm persona quælibet est secundum seipsam formaliter res, & simul non quatuor, sed tres res funcita tam essentia, quàm persona quælibet est secundum seipsam formaliter subsistens, & simul non sunt quatuor, sed tres subsistentiæ. Deinde ad quæstionem deuemendum est. Ad euidentiam autem primi non est procedendum ex significatione subsistentiæ, quam iste vel ille assignat: sed ex his quæ ab omnibus acceptantur. Et propterea, hinc inchoandum reor, quòd infra latitudinem substantiarum semper sermonem hunc intelligendo, differentia manifesta inuenitur inter naturam etiam singularem & subsistens in natura. In hoc, quòd ratio naturæ etiam huius est pura ratio naturæ singularis: ratio vero subsistentis in natura est ratio habentis naturam illam: quod sub aliis verbis dicitur, natura est, vt quo, subsistens est vt quod. Manifestatur differentia hæc inductiuè in hac humanitate & hoc homine, hic deitate, & hoc Deo, &c. Probatorq; sic esse in te ex ipso Incarnationis mysterio: in quo fatemur inueniri hanc humanitatem sine hoc homine proprio illi humanitati: quoniam non est ibi hic homo nisi filius Dei. Ex hoc enim, quòd huic humanitati nihil deest, nisi propria subsistentia, & nisi proprium subsistens in hac humanitate, & constat quòd non deest nisi proprium habens illam humanitatem: manifestè patet quod ratio subsistentis in natura, & ratio habentis naturam, vna & eadem est. Inter substantiam autem diuinam & creatas hæc est in proposito differentia, quòd in creatis vnica tantum ratione, vnico tantum modo inueniuntur habens naturam, scilicet vt hypostasis, seu vt prima substantia: quoniam in creaturis non est differentia inter individuum naturæ & primam substantiam seu hypostasim. In Deo autem inuenitur duplici ratione & modo habens naturam, scilicet habens naturam communiter, vt hic Deus, & habens naturam incommunicabiliter, vt patet: ac per hoc inuenitur subsistens in natura communiter, vt hic Deus: & subsistens in natura incommunicabiliter, vt quælibet diuina persona. Constat enim, quòd hic Deus vt sic, subsistit essentialiter, tam Pater autem, quam Filius, & quam Spiritus sanctus vt sic, subsistit personaliter: hic Deus subsistit formaliter deitate. Filius autem subsistit formaliter sua personalitate, quæ est ipsa Filiatio. Alia ergo est ratio subsistendi huic Deo: & alia Filio, sicut alia est ratio deitatis & personalitatis, & similiter alius est modus subsistendi, quo hic Deus subsistit, quoniam subsistit essentialiter & communiter: & quo Filius subsistit, quoniam subsistit personaliter & incommunicabiliter.

¶Et ne quis me putet noua codere, probatur ratione & autoritate, subsistere esse etiã personale in diuinis, & esse formaliter magis personale, quã essentiale: quãuis radicabiliter sit essentiale. Probatur singula. Quòd subsistere sit personale, patet sic. Personalitas diuina est formaliter personale: ergo subsistẽtia. Tenet sequela alioquin personalitas nõ costitueret personã, sed relatiuũ tantum. Si enim paternitas nõ constituit ipsum quasi subiectũ relationis paternæ, constat quòd nõ constituit personã Patris: & si constituit personã Patris, constituit quasi subiectum

paternæ relationis: ipsum autẽ quasi subiectum paternæ relationis constat esse subsistantiã individuam, subsistentiã, hypostasim. Idẽ est ergo dicere, quòd subsistentia non est personalis, & dicere quòd personalitas non est personalis, quum personalitas subsistentia sit: quia cõstituere personã est constituere subsistẽtiam individuam in natura intellectuali. Et confirmatur: quia etiam fingendi data ibi cẽtia, impossibile est intelligere substantiã individuã in natura intellectuali, & nõ intelligere subsistẽs in natura intellectuali. Cõstat autem luce clarius, quòd ly Substantia in individuo, loco cuius ponimus subsistens, importat formaliter personalitatem: claudit ergo personalitas in se formaliter subsistentiam: nec oppositum est intelligibile. Et confirmatur: quia nisi esset Trinitas subsistentium, non esset Trinitas personarum: sed esset sola Trinitas relationum vt sic, hoc est secundum esse & non secundum personalitates, quod à fidei doctrina alienum est, constente quòd alia est persona Patris, alia Filij, alia Spiritus sancti. Autoritas ad hoc Autoris est in prima Parte, quæstione quadragesima. Vbi dicit artic. 3. in cor. proprietates personales non intelliguntur aduenire hypostasibus diuinis quasi formæ subiecto præexistenti, sed ferunt secum ipsas hypostases: & in responsione ad secundum, dicit, paternitate non solùm est Pater, sed quis seu hypostasis. Quid clarius? Et in quæstione nona, de pot. Dei, articulo quarto, dicit, persona diuina formali significatione significat distinctum subsistens in natura diuina.

¶Quòd autem subsistentia magis sit formaliter personale, quàm essentiale, ex duobus patet: primò quia persona in cõmuni in formali suo significato includit subsistens, vt Autor expresse dicit in dicto articulo dictæ quæst. de potentia Dei: & patet ex diffinitione Boe. quia in recto significat substantiã individuam, hoc est substantiam primam, quam constat esse subsistens primum: natura autem in cõmuni non significat subsistens. Secundò, ex eo quòd subsistens in natura diuina vt subsistens, habet rationem personæ, quanuis incompletè: ex eo namq; quòd etiam in natura diuina subsistens, quanuis cõmuniter, induit quandam rationem personæ apptopinquando ad rationem personę, & habendo rationem personæ incompletè, signũ habetur, quòd subsistere, quòd habere rationem subsistentis magis cõuenit formaliter personæ, quã naturæ: magis ergo est formaliter personale, quàm essentiale. Notanter autẽ dixi, formaliter quia radicaliter constat diuinam essentiã habere primò rationem subsistentiæ: ita quòd si sic loqui licet, personæ diuinæ mendicant subsistentiam ab essentia, & non econtrà. Et secundum hoc saluatur differentia inter Deum & creaturas, quòd in creaturis natura mendicet subsistere ab hypostasi: non enim subsistit hæc humanitas, nisi per hypostasim in diuinis verò deitas seipsa subsistit. Et ideo paternitas constituit hypostasim paternam, quia est eadem deitatis: ita quòd ex deitate habet quasi originaliter seu radicaliter ex ipsa autem formaliter, quòd subsistat, quòd constituat hypostasim quod est constituere subsistens hypostaticè.

¶Ex his autem patet quid dicendum ad Durand. quòd supposito scilicet quodammodo est vera, & quodammodo falsa: quoniam subsistere non vno modo dicitur, sed essentialiter vel personaliter: & si referatur ad subsistere essentiale, vera est: si autem ad personale, falsa est. Sunt enim in diuinis tres subsistentiæ personales, sicut tres primæ substantiæ, sicut tres personæ.

¶Ad rationem autem Durandi dicitur distinguendo, quòd persona diuina per aliud est subsistens essentialiter, quia per essentiã: & per aliud suppositum, quia per proprietatem personalem. Sed per hoc idem est subsistens personaliter: subsistit enim in persona & essentialiter, quia est hic Deus: & personaliter, quia est hæc persona. Et quum dicitur, subsistere dicit esse secundum perfectissimũ modum essendi, transeat: sed non valet, ergo non est per relationem diuinam, inquantum est forma personalis, sed bene valet, ergo non est pro ea, inquantum est relatio, & similiter valet, ergo nõ per ad aliud se habere vt sic: cum quo stat, quòd sit per ad aliud se habere, vt est forma hypostatica. Similiter nihil obstat quod subsumitur, sed perfectissimus modus essendi est in se, non ad aliud: conceditur siquidem totum, formaliter loquendo. Et dicitur quòd subsistere non dicit modum essendi ad aliud, formaliter loquendo: cum quo stat, quòd dicat modum essendi constitutum per ad aliud, non inquantum ad aliud, sed inquantum est forma hypostatica: vt latius in Cõmentariis primæ partis tractatum est.

¶Ad autoritatem Aug. dicitur, quòd sicut substantia individua, formaliter loquẽdo, non est ad aliud, sed ad se, & similiter persona non est ad aliud, sed ad se (nullus enim est persona aut substantia individua ad aliud: ita subsistens est ad se, & non ad aliud. Et hoc solùm intendit Aug. vt patet ex discursu ipsius ex communibus Deo & creaturis. Et hoc est verissimum, vt patet exercendo hæc. nulla enim res dicitur substantia individua, aut hypostasis, aut persona, aut subsistẽs, ad aliud. Sed sicut cum his stat, quòd gratia materiæ, substantia individua & hypostasis & persona in diuinis significat relationem non ad aliud, sed vt rem hypostaticam: ita stat quòd subsistens & subsistentia significet relationem vt rem hypostaticam. Ad probationem ad hominem tertio allatam ex autoritate Autoris, iam dictum est.

¶Ex his quoq; patet quid dicendum, sit ad rationem Durand. contra propositũ: nam tota ratio consistit in hoc: per illud primò persona terminat dependentiã naturæ assumptæ per quod subsistit. Et ad hoc dicendum est iuxta dicta, quòd si subsistit, stat pro subsistere essentialiter, falsum assumitur, si autem stat pro subsistere personaliter, verum dicitur: sed Arguens in primo sensu loquitur, & probat minorem eius: & ideo nihil contra Autoris solidam doctrinam concludit. Et hæc responsio data est non faciendo difficultatem in verbo Dependentiæ quum Arguens dixit, terminat dependentiam naturæ assumptæ. quod ideo dico: quia dependentia non nisi inter causam & effectum vt sic, propriè saluari videtur: terminus autem Assumptionis vt sic, nullam causalitatem ad naturam assumptam habet: aliquin tota Trinitas necessariò esset terminus Assumptionis: quia induita est causalitas Trinitatis ad extra. Et hoc magis manifestat, quòd persona diuina rationę proprietatis personalis (cuius non est secundum se causare) primò terminat Assumptionem: & non ratione naturæ, cuius est secundum se causare. Nam & personæ diuinæ ratione proprietatis personalis conuenit per se primo terminare naturam vsque adeo, vt etiam natura diuina interminata quodammodo sit secundum se, & ad propietatẽ personalem vltimò terminetur: intelligimus enim hunc Deum quasi interminatũ, donec determinemus Patrem aut Filium aut Spiritum sanctum. Ea hoc igitur, quòd personalitas diuina ipsam naturam diuinam terminat, ostenditur quòd Verbum ratione suę personalitatis, primò terminat naturam assumptam: vt sic vna Verbi persona terminet duas naturas, diuinam scilicet & humanam, sicut subsistit in duabus naturis, diuina scilicet & humana: quæ nuis diuersimode. Omnia igitur consonant veritati doctrinæ articuli huius, dicentis quòd assumere terminatiue conuenit primò personæ, ita quòd naturæ non cõuenit nisi ratione personæ.

Super

a ¶ *Super Quæstionis tertiæ Articulum tertium.*

Annot. Titulus articuli, quia in corpore articuli declaratur, per tràsfeundus est: eo tamen pacto, vt post declarationem literæ amplius declaretur.

Coment. b ¶In corpore articuli duo fiũt. Primo distinguitur ac declaratur vnus terminus quæstionis, scilicet ly Abstracta. Secundò respõdetur quæstio vnica conclusione. Distinctio duplex in litera ponitur, vna explicitè 3. dist. 5. q. 2. ar. 3 de duplici modo, quo se habere potest intellectus ad diuina vel cognoscẽdo Deum, sicuti est, vel cognoscẽdo Deũ per modũ ipsius intellectus, scilicet multipliciter & diuisim. Altera implicitè de duplici abstractione: vel ex parte rei, vnde fit abstractio, vel ex parte intellectus tantum. prima enim abstractio spectat ad primum modũ cognoscẽdi rem, scilicet sicuti est: secũda autẽ abstractio spectat ad secũdũ modũ cognoscẽdi eã, scilicet multipliciter & diuisim, quod in re vnũ est. Iuxta primum enim modum tã modi cognoscendi, quàm abstractiõis dicitur, quòd est impossibile aliquid abstrahi in Deo: quoniam omnia sunt ibi vnum, salua distinctione personarum, &c. Iuxta secundum modum tam cognitionis, quàm abstractionis dicitur, q̃ possibile est aliquid abstrahi in Deo: quia potest cognosci vnum, nõ cognoscẽdo aliud: vt patet de attributis & proprietatibus personalibus.

Annot. ¶Nota hic q̃ primus modus cognitionis & abstractionis ꝓsiciuntur impossibilis in diuinis, si videbis quare habet locũ in creaturis, & in quibus. Quãdo enim in re inuenitur aliud & aliud esse siue in actu, siue impotẽtia, tũc inuenitur abstractio ex parte rei: nã albũ ab homine, & econtra abstrahere possum ex parte rei: quia aliud est esse albũ, & aliud esse hominẽ. Formam quoq; à materia, & ecõtra abstrahoquia aliud est meteria, aliud forma, aliud enim est corpus, aliud anima. Animal quoq; à rationali, & ecõtra abstraho ex parte rei: quia illud est esse animal, aliud est esse rationale, quãuis in aliquo coincidãt in vnã rem: & simile est de aliis huiusmodi iudiciũ. Et per oppositũ si aliqua, quæ dicũtur plura ita simpliciter coẽant, vt nec actu, nec potẽtia distinctionẽ aliquã habeant: sed vna simplicissima res sit altioris ordinis æquiualent omnibus, nõ habet ibi locũ abstractio ex parte rei: quoniã abstractio ex parte rei distinctionẽ aliquã ex parte rei pro fundamẽto ipsius exigit: alioquin ex parte rei nõ sẽ tenet, quũ abstractio distinctionẽ quandã ita includat, vt sine distinctione nõ sit intelligibilis. Eo nãq; ipso, q̃ abstraho, distinguo, vel distinctionẽ suppono: & propterea si ex parte rei est abstractio, ex parte rei supponitur distinctio. Vnde quia Deus est simplicissima res altissimi ordinis oĩa prẽhabẽs in sua vnica re reali & formali: idẽo nulla ibi ex parte rei potest fieri abstractio, salua tamẽ ꝓsonarũ distinctiõe. Nec propterea cẽsenda est ficticia abstractio ex parte intellectus tãtùm: quoniã talis abstractio licet nõ habeat in re distinctionẽ sibi correspõdẽtẽ, habet tamẽ alteriusrationis fundamẽtũ in re, scilicet celsitudinẽ rei virtualiter pẽhabẽtis huiusmodi distinctionẽ. Et vt vnico verbo dicatur, abstractio ex parte rei & abstractio ex parte intellectus tãtùm differũt sicut effectus ex causa vniuoca, & ex causa æquiuoca: quoniã in prima distinctio abstractionis est ex distinctione inuẽta in rem: secũda verò distinctio abstractionis est nõ ex distinctiõe inuẽta in re, sed ex re virtualiter cõtinẽte huiusmodi distinctionẽ. In nulla igitur huiusmodi abstractionũ est mẽdacium, sed vtraq; vere fluit: quãuis differũtiter ex parte rei.

¶Et per hoc patet titulus articuli, sub quali abstractiõe veritur in dubiũ, quum quæritur, an abstracta personalitate, &c. Patet enim q̃ de abstractione ex parte intellectus tãtùm est quæstio: quoniã ꝓsonalitas & deitas nullo modo distinguũtur ex natura rei, sed est ibi vna simplicissima res: vnius in se simplicissime adeò excellẽs rationis formalis, vt habeat formaliter & ꝓpria deitatis & propria ꝓsonalitatis & propria subsistẽtiæ & propria relationis: & propterea virtualiter dicitur cõtinere talẽ distinctionẽ: quod abusiuè ab aliis vocatur distingui formaliter ex natura rei. Sed his omissis, & sobriè intellecta abstractiõe personalitatis, quoniã modo ex primatur, dupliciter potest tiũl⁹ articuli huiꝰ intelligi. Primò, vt abstractio ꝓsonalitatis fiat à Deo. Secũdò, vt abstractio personalitatis nõ fiat à Deo, sed ab actu Incarnationis etiã terminatiuè. Si enim personalitas abstrahi intelligitur à Deo, sensus est an si Deus nõ haberet personalitatẽ, quã de facto habet, posset assumere, & præcipuè terminatiuè. Si verò abstractio haut solùm ab actu Incarnationis, sensus est, an existẽte Deo, sicuti est, scilicet vno in subsistẽtia & trino in personis, possit hic Deus, inquãtum hic Deus secũdùm se, nõ ratione Patris, aut Filij, aut Spiritus sancti assumere. hoc est, & facere & terminare assumptionẽ. Et in primo quidẽ sensu cõmuniter à Doctoribus tractari videtur, & ab Autore hic tractatur: in secũdo autẽ tagi quidẽ inuenio ab Autore aliqualiter, sed ordinatè discuti minimè. Absoluenda igitur est quæstio hæc primùm in primo sensu, prosequẽdo expositionẽ literæ: & deinde in secundo tractãda est sensus. Hæc de primo.

¶Quo ad secundũ conclusio responsiua quæstionis affirmatiuè est. Abstracta secundo modo personalitate, possumus intelligere naturã diuinam assumentem. Hæc conclusio non aliter probatur in litera: quia soluẽdo obiectiones in responsionibus argumentorũ sufficienter manifestatur. *Coment.*

¶ *Num subsistentia inferat personalitatem.*

c ¶In responsione ad primum, dubium nouiter occurrit, circa illud, Erit aliquid subsistens, & per cõsequẽs persona: quia non valet consequẽtia, In natura intellectuali est subsistens, ergo persona, vt patet ex antecedentibus: nã hic Deus est subsistẽs in natura intellectuali: & tamen non est persona. *Quæst.*

¶Ad hoc dicitur, quòd in litera non infertur ex subsistentia persona litas: sed ex subsistentia circunscriptis aliis inferitur personalitas. Hæc autem illatio optima est: quoniam circunscriptis aliis subsistẽs in natura intellectuali est incommunicabile, ac per hoc persona: ita quòd circunscripto sic accipienda est, vt apponat incõmunicabilitatem. Et hoc clarius in responsione ad secundum patebit nuncnunc.

ARTICLVS III.

a ¶Vtrum abstracta personalitate per intellectum, natura possit assumere.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd abstracta personalitate per intellectum, natura non possit assumere. Dictum est enim quòd naturæ conuenit assumere ratione personæ. Sed quod conuenit alicui ratione alicuius, remoto eo, non potest ei conuenire: sicut corpus, quod est vnibile ratione coloris, sine colore videri non potest. Ergo abstracta personalitate per intellectum, natura assumere non potest.

¶Præterea, Assumptio importat terminum Vnionis, vt dictum est. Sed Vnio non potest fieri in natura, sed solùm in persona. Ergo abstracta personalitate, natura diuina non potest assumere.

¶Præterea, In Prima parte dictum est, quòd in diuinis abstracta personalitate, nihil manet. Sed assumens est aliquid. Ergo abstracta personalitate, non potest diuina natura assumere.

¶SED CONTRA est, quòd in diuinis personalitas dicitur proprietas personalis: quæ triplex est, scilicet paternitas, filiatio & processio: vt in Prima parte dictum est. Sed remotis his per intellectum, adhuc remanet Dei omnipotentia, per quam est facta incarnatio: sicut Angelus dicit Lucæ primo, Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Ergo videtur, quòd remota personalitate, natura diuina possit assumere.

CONCLVSIO.

¶Abstracta per intellectum suo modo diuina apprehendentem, personalitate, potest natura diuina intelligi, vt Assumens.

b ¶RESPONDEO dicendum, quòd intellectus dupliciter se habet ad diuina, vno modo vt cognoscat Deum sicuti est: & sic impossibile est, quòd circunscribatur per intellectũ aliquid à Deo, & quòd aliud remaneat: quia totum, quod est in Deo, est vnum, salua distinctione personarum. Quarum tamen vna tollitur sublata alia, quia distinguuntur solùm relationibus, quas oportet esse simul. Alio modo se habet intellectus ad diuina, non quidem quasi cognoscens Deum vt est, sed per modum suum, scilicet multipliciter & diuisim id quod in Deo est vnum. Et per hunc modum potest intellectus noster intelligere bonitatem & sapientiam diuinam, & alia huiusmodi, quæ dicuntur essentialia attributa, non intellecta paternitate vel filiatione, quæ dicuntur personalitates. Et secundum hoc abstracta personalitate per intellectum possumus adhuc intelligere naturam assumentem.

c AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia in diuinis idem est quo est, & quod est, quicquid eorum, quæ attribuuntur Deo in abstracto, secundum se cõsideretur aliis circũscriptis, erit aliquid subsistens, & per consequens persona, cùm sit in natura intellectuali. Sicut igitur nunc positis proprietatibus personalibus in Deo dicimus tres personas: ita exclusis per intellectum proprietatibus personalibus, remanebit in cõsideratione nostra, natura diuina vt subsistens, & vt persona. Et per hunc modum potest intelligi, quòd assumat naturam humanam ratione suæ subsistentiæ vel personalitatis.

d ¶Ad secundum dicendum, quòd etiam circunscripris per intellectum personalitatibus trium personarum, remanebit in intellectu vna personalitas Dei, vt Iudæi intelligunt, ad quam poterit terminari assumptio, sicut nunc dicimus eam terminari ad personam Verbi.

¶ Num circunscriptis personalitatibus trium personarum, remaneat vna personalitas.

d ¶In responsione ad secundũ, dubium simile præcedẽti occurrit circa illud, Circũscriptis per intellectũ personalitatibus trium personarum, remanebit in intellectu vna personalitas Deiuv Iudæi intelligunt. Quoniam videtur hoc esse falsum: quia abstrahentium nõ est mendacium. constat autẽ in Deo non esse quatuor personalitates, vnam scilicet absolutam, & tres relatiuas, vt abstractis tribus personalitatibus, remaneat quarta: sed esse tres tãtùm, quibus abstractis nulla remanet personalitas, nisi chimerica. Falsum ergo est, quòd abstractis per intellectũ personalitatibus Patris & Filij & Spiritus sancti, remaneat vna personalitas: sed remanet tantùm hic Deus subsistens, vt patet. *Quæst.*

¶Ad hoc dicitur, quòd dupliciter cõingit abstrahere sine mẽdacio. Vno modo considerãdo id quod de facto est, aut intelligitur in re posse abstractionem, sicut abstrahendo naturalitatem à quãto, consideramus quid cõcurrit quanto: & hoc modo abstractis personalitatibus trium personarũ à Deo, nõ remanet intelligenda in Deo personalitas, sed subsistẽs: quia solùm remanet hic Deus: vt optimẽ argumentum concludit. Alio modo cõsiderando id quod cõsequenter esset, aut intelligeretur ex abstractione: sicut in exemplo dato dicimus, quòd sphæra tangeret secundum rem planum in puncto: quod nunc de facto non videtur posse: quum hæc in re non inueniantur: & quòd quantuncunque quantum diuideretur, actualiter semper remaneret idem numero: quod modo cõstat esse impossibile, quia saltem resoluereturin cõtinens. Et hoc modo abstractis personalitatibus trium personarum à Deo, remaneret vna personalitas: quia scilicet si nõ essent in Deo personalitates trium personarum, essentia diuina esset vna tantùm persona absoluta: vt Iudæi & Philosophi intelligunt: & hoc intẽdit Autor in litera. Et ad eundandem mẽdacium, in talibus abstractionibus nõ oportet recũsare ad veritatem eius, quod in re est: sed ad veritatem conditionalis super abstractione fundatæ, puta si quantum esset sine quantitate, &c. si diuina natura esset sine trinitate personarum. &c. & hc de similibus. Veritas enim huiusmodi cõditionalis fugat mẽdacium ab abstractione. Et diligentius si cõtemplatus fuerit verba literæ in responsione ad primum, inuenies ob dictum duplicem modum reponẽdi post abstractionẽ, scilicet de facto, vel cõsequenter, dictum esse sub disiunctione, bis remanere in diuinis subsistens vel personam abstractis personalitatibus: de facto enim remanet subsistens: consequenter autem remaneret persona vna.

¶Num

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Num abstractio per modum resolutionis sit in Diuinis aliquo pacto reperta. Quæstio.

¶ In responsione ad tertiũ dubiũ occurrit quid intelligit Autor nomine Abstractionis per modũ resolutionis. Et est ratio dubij hinc inde ex hac responsione, quoniã ex principio huius responsionis apparet, q̃ abstractio per modũ resolutionis est abstractio, qua aut vniuersale à particularibus, aut forma à materia abstrahitur: quoniã hæc abstractio est, de qua loquitur est Autor in prima parte, quæstionis quadragesimæ, art. 3. quum dixit, abstracta personalitate nihil manere: quã arguendo explicitè affert: & respõdẽdo exponit, quòd verum dicũ est, loquendo de abstractione per modũ resolutionis. Ex calce autem huiusmet responsionis apparet oppositum: dum dicitur, potest tamẽ aliquid eorũ, quæ dicuntur de Deo, intelligi sine alio, non per modum resolutionis. Ex his enim verbis clarè habetur, quòd abstractio per modum resolutionis nõ habet locum in Deo. Tũc sic, Abstractio per modũ vniuersalis & particularis: & similiter per modũ formæ & materiæ, habet locũ in Deo: sed abstractio per modum resolutionis nõ habet locũ in Deo: ergo abstractio per modum resolutionis non est abstractio, qua vniuersale à particularibus aut forma à materia abstrahitur. Assumptũ probatur: quia secundum abstractionem vniuersalis à particularibus, Deus abstrahit à Patre, à Filio & Spiritu sancto: vt ibidem Autor dicit, & secundum abstractionem formæ à materia, communis spiratio abstrahit à Patre. Vnde abstractis personis, remanet Deus: & abstracta communi spiratione, remaneret persona Patris, quanuis secũdum naturam abstractionem abstractis personalibus proprietatibus remaneat hypostasis: vt ibi dicitur.

¶ Ad hoc dicitur, quòd sermo literæ huius formaliter est intelligẽdus de abstractione resolutiua, & non de hac vel illa specie abstractionis resolutiuę. Pro cuius intellectu considerandũ est, quòd quia resolutio cõpositioni opponitur, cuius signũ est, quòd ynaquæq; res in ea resoluitur, ex quibus cõposita est, & quòd vltimum in resolutione primũ in cõpositione dicitur: ideo vbi nulla est cõpositio rerum vel intellectuũ, ibi nulla resolutio formaliter, & propriè loquẽdo. Locum habet. Compositionis autem intellectuũ, dico, non ex parte intellectus tantum multipliciter intelligẽtis simplicissimũ, sed ex parte rei, qualis est cõpositio ex genere & differẽtia, vbi non rerum, sed rationũ cõpositio est, ex parte tamen rei. Natura si quidẽ generis alia est à natura differentiæ, vnde & separatæ inueniũtur, quanuis in vna rem coeãt: & propterea ex natura rei oritur distinctio & cõpositio intellectuum generis & differẽtiæ: & cõsequenter resolutio, ita quòd abstractio resolutiua cõtinet sub se abstractionẽ generis à differẽtiis, & vniuersalis à particularibus, & formę à materia. quoniã in omnib⁹ his propriè sumptis inuenitur cõpositio & resolutio rerum vel intellectuũ ex parte rei. Et quoniã in Deo nulla est cõpositio siue secũdum rem, siue secundũ rationem ex parte rei: ideo optimè in litera dicitur, quòd in Deo nõ habet locũ abstractio resolutiua. ita quòd hoc, quod in calce huius responsionis dicitur, est illud met, quod dictũ est in principio corporis huius articuli, quòd intelligẽdo Deum, sicuti est, non habet in eo locũ abstractio. In cuius signũ in calce huius responsionis contraponitur, id quod in corpore articuli cõtrapositum est, scilicet abstrahere ex parte intellectus tantũm, multipliciter & diuisim intelligentis quod simplex est.

¶ Ad id autem quod obijcitur ex prima parte, dicitur quòd Autor hic loquitur de illa abstractione, de qua ibi loquutus est: sed aliter, quia ibi loquutus est de speciebus abstractionis resolutiuæ, scilicet vniuersalis à particularibus, & formæ à materia: hic loquitur de ipsis in suo genere, scilicet abstractione resolutiua. Rursus ibi negat remanere personas admittendo in illa materia abstractionem nõ resolutiuam, sed quasi ad modum resolutiuarum: quoniam expressè ibi dicitur, quòd ibi nec vniuersale, nec forma, nec materia inueniũtur, &c. hic negat non solùm in illa materia, sed totaliter in diuinis habere locum abstractionem resolutiuam propriè & formaliter sumptam. Quæ cõstat non obstare, si non resolutiua abstractio propriè & formaliter, sed ad modum ad imitationem resolutiuæ abstractionis, in diuinis admittitur abstractio & vniuersalis à particularibus & formæ à materia: vtraq; enim sic admissa contineretur sub abstractione non resolutiua, sed ex parte intellectus tantũm. Vnde omnia consonant: & hæc de quæstione hac in primo sensu.

¶ In secundo autem sensu, an scilicet abstractis personalitatibus ab actu Incarnationis posset natura diuina assumere humanam, prænotanda sunt duo. Primum est, quòd ista abstractio intelligitur quo ad hoc tantùm, quòd est esse per se primò terminum assumptionis: ita quòd quemadmodũ in causando abstrahimus de facto à personis, non simpliciter, sed tanquam à per se primò ratione causandi quoniam indiuisa sunt opera Trinitatis: & diuinæ personæ causant per se primò, in quantum sunt hic Deus: quia causant per se primò ratione naturæ. Ita stãdo in ista hypothesi, abstractio heret à per se primò terminare assumptionem, vt scilicet personæ non secundum se, sed ratione subsistentis naturæ, hoc est in quantum sunt hic Deus, per se primò terminarent assumptionem: fieret de facto per se primo illam causant, in quantum sunt hic Deus.

¶ Secundum est, quòd disputatio & decisio quæstionis iuxta hunc sensum, non debet egredi ad aliquam conditionem, quæ de facto nõ remanet in Deo stante huiusmodi abstractione, sed cõsequenter esset, vt in priori sensu concessum est: & debet stare infra limites earum conditionum, quæ in Deo remanente de facto intelliguntur, stante huiusmodi abstractione. Et propterea quia abstrahendo personalitates à per se primò terminare assumptionẽ, non remanet personalitas per se primò terminans: sed remanet substantia naturæ per se primò terminans, remanet hic Deus per se primò terminans: sicut modo de facto hic Deus est per se primò causans. Et rursus quia personalitates non abstrahunt à secundario terminare assumptionẽ, sicut nec modo abstrahunt à secũdario, hoc est per naturam causare: quoniã oporteret personas per naturã terminare, sicut oportet modò per naturam causare: ideo secũdum hoc procedẽdum est. Et dicendũ est, quòd Deus posset assumere naturã humanã: & terminaretur tunc ista assumptio per se primò non ad naturã diuinã, vt sic, sed ad individuũ naturæ diuinæ, hoc est ad subsistens in diuina natura, hoc est ad hunc Deum. Cõstat enim tantam esse differentiã inter diuinam naturã vt naturam, & subsistẽs in natura diuina, vt deitas nec genita, nec generãs sic in mysterio Trinitatis, Deus autẽ sit generans & genitus: & à fortiori in mysterio Incarnationis subsistens, vt subsistẽs terminaret, & non natura vt natura.

Et quoniam subsistens in natura diuina habet rationem hypostasis seu personæ (incompletè tamen: vt patet ex superius dictis) ideo si hic Deus primò terminasset assumptionem, esset vnio non in natura, sed in persona seu hypostasi, completè tamen quo ad per se primò terminum. Quod ideo: quia quo ad secundarium terminũ esset etiam vnio in persona completènam sicut hic Deus non inuenitur nisi Pater & Filius & Spiritus sanctus, ita tunc hic Deus homo non inueniretur nisi Pater & Filius & Spiritus sanctus. Sicut enim nunc quicquid conuenit huic Deo secundum se, conuenit Patri & Filio & Spiritui sancto: ita tunc esse hominẽ, quia conueniret huic Deo secundum se, hoc est non ratione trium personarum, conueniret cuilibet personæ diuinæ. Vt vendo hac ratione habere hoc potes ab Autore in ar. 2. huius q. in responsione ad secundum: & sic vnio terminata per se primò ad hunc Deum, determinaretur secundariò ad omnes & singulas personas diuinas: ac per hoc cõsideratò vtroq; termino, scilicet primario & secundario humanæ naturæ assumptæ personalitas propria, qua careret, supplereturque perfectè quo ad perfectã rationem personalitatis: qualẽ supplet ionem nõ faceret prima rius terminus assumptionis secundũ se. Quocirca tã assumptio quàm vnio huiusmodi si fieret, nõ esset omnino eiusdẽ rationis cum assumptione & vnione, quæ facta est: esset enim per se primò ad subsistens cõmune; quæ verò facta est per se primò ad subsistens, incõmunicabile esset per se primò ad personã incõplete, quanuis excellentiorẽ omni persona creata, quæ facta est per se primò ad personã completè etiam excellentiorem omni persona creata esset secũdario ad omnes personas Trinitatis, quæ facta est ita per se primò ad vnam illarum, scilicet Verbũ, quòd nullo modo ad alias duas. Esset tamen eiusdẽ rationis aliqualiter, hoc est quo ad hoc quòd esset vnio similis vnioni in persona: & iudicẽda secundũ dicta de vnione in persona, incõpletè tamen. Et ad ostẽdẽdã hanc identitatẽ rationis in vtraq. vnione, scilicet si fiat ad subsistẽs in natura diuina, & si fiat per se primò ad personã. Autor in litera præsentis articuli distinctiuè bis dixit subsistẽtiã vel personalitatẽ: & superi⁹ in q. 1. vt ibi expositũ est, vsus est hypostasis, supertpositi, & personæ nomine comuniter ad personam completè & incompletè. Vnde nullam video in hac materia dissensionem inter Autoris doctrinam & Sco. in 1. sen. di. q. 2. Cauẽdus tamen videtur in re hac Duran. ibidẽ. q. 4. nõ vt contrarius nobis, sed vt cõtrius veritati, & ignorãs propriã vocẽ, aut abutens vocabulis. Veritati quidẽ cõtrarius pro quanto negat ẽquitantem hac hypothesi, omnes personas, scilicet Patrẽ & Filium & Spiritũ sanctũ incarnatas, quia etroneũ est vnã personã nõ posse incarnari sine alia. Nescio vnde iste somniauit erroneũ hunc, stãte illa hypothesi, quum euidenter pateat, quòd stãte positione ista, oporteret personas diuinas ita cõcurrere ad Incarnationẽ terminandõ mediãte natura, sicut modò cõcurrunt causando illã mediante natura. Sed cõstat modò verum simpliciter, & absolutè esse, quòd Pater causauit assumptionem illam, & similiter Filius causauit, & similiter Spiritus sanctus causauit, quia causant illã, inquantũ sunt hic Deus, ergo tũc esset similiter verũ simpliciter, quòd Pater & Filius & Spiritus sanctus terminarẽt assumptionẽ illã: & cõsequẽter quia causarẽt & terminarẽt, verè ac necessariò dicerẽtur incarnati. Quomodo autẽ vocabulis abutatur, aut propriã vocẽ ignoret, nõ est præsentis propositi ostendere: vbi nõ arguendi alios, sed exponẽdi diuum Tho. prouincia assumpta est, ad veritatis notitiã capessendã. sat si cautũ reddidisset lectorem.

a Super Quæstionis tertiæ Articulum quartum.

Titulus intelligendus est vt sonat, scilicet, vt de vna persona verificetur assumere, & de alia non.

b ¶ In corpore articuli non ponitur formaliter, sed elicitiuè conclusio responsiua: nam in corpore non habetur nisi ista conclusio, Vna persona potest assumere sine alio non quo ad operationem, sed quo ad terminum. Ex qua tamen habetur ista vera simpliciter, Vna persona potest assumere sine alia assumente. Et hanc principaliter intendit Autor. Pro hac ergo in litera conclusio posita primò manifestatur, quare duas partes habet: quia assumptio importat duo, scilicet operationem & terminum. Secundò probatur quo ad partem negatiuam, scilicet non quo ad operationem: quia actus assumentis sic virtute diuina cõmuni tribus personis. Tertiò probatur, quo ad partẽ affirmatiuam, scilicet quo ad terminũ: quia terminus est persona. Quarto manifestatur tota cõclusio: quia tres personæ fecerunt naturam vniri vni personæ. Ex hac autẽ cõclusione & eius probatiõe manifestè sequitur principaliter intẽta cõclusio tacita: nã ex eo quòd assumere importat virtutem, scilicet operationẽ & terminũ, oportet vtrunq; inueniri in illo, de quo verè enũciandũ est assumere & nõ alterum tantùm. Et quia in nulla persona diuina inuenitur vtrũq;, nisi in vna tãtùm: ideo vni personæ cõuenit assumere sine alia assumente.

Annot. ¶ In responsione ad primum perspice doctrinã datã in præcedẽti articulo de quæstione nouiter mota, cõsonã esse Autori hic dicẽti quòd ratio illa, scilicet sicut essẽtia est cõmunis, &c. procedit ex parte operationis & subiũgenti, & sequenter cõclusio, si solã illã operationẽ importaret assumptio absque termino, quæ est persona. Vnde habes, q̃ si assumptio nõ importaret personã pro termino, q̃ assumptio esset cõmunis trib⁹ personis: sed in hypothesi seu abstractione posita, assumptio nõ importaret personã pro per se primò termino (de tali enim termino sermo est) sed hunc Deũ: igitur in tali casu assumptio cõmunis esset trib⁹ personis secũdũ Autoris doctrinam.

a Super Quæstionis tertiæ Articulum quintum.

Annot. Titulus clarè est, nihil aliud apponẽdo, quam titulus sonet quod dico, q̃a non quæritur an simul potuerit alia persona eãdẽ naturã assumere, sed simpliciter an potuerit assumere. Ad quod verificãdum non requiritur simultas: sed sufficit, quòd sicut solus filius est incarnatus: ita solus Pater fuisset incarnat⁹, aut sol⁹ Spirit⁹ sanctus.

Coment. ¶ In corpore articuli vnica est cõclusio responsiua quæsito affirmatiuè. Pater vel Spirit⁹ sanctus potuit carnẽ assumere, sicut & Filius⁹. Probatur: Diuina virtus potuit naturã humanã vnire personæ Patris vel Spiritus sancti, sicut vnit eã personæ Filij: ergo Pater vel Spiritus sanctus potuit carnẽ assumere. Antecedẽs probatur syllogisticè: Virtus indifferẽter se habẽs ad plura potest ad quodlibet eorũ suã actionẽ terminare: sed virtus diuina indifferẽter se habet ad omnes personas: ergo. Maior manifestatur ex potẽtia rationali: Minor verò & ex parte virtutis, quia virtus diuina communitet & indifferẽter se habet ad omnes personas: & ex parte personarũ, q̃a cõmunis ratio personalitatis omniũ personarũ eadẽ est hoc vnius est rationis: quoniã quælibet diuina persona est persona diuina hac ratione, quia subsistit incõmunicabiliter in diuina natura: licet proprietates pſonales, quibus subsistit, sint distinctæ: sicut quilibet homo vna & eadẽ ratione est persona: qa scilicet subsistit in natura humana, quãuis alia sit personalitas mea & alia illius. Cõsequentia autẽ probatur quia quòd assumptio duo importet, scilicet actum & terminũ, principiũ actus est virtus diuina, terminus verò persona: ex hoc enim quòd vtrunq; cõcurrere posset in qualibet persona, antecedẽs dicitur: cõsequẽs est quòd quælibet persona potest assumere quod conclusio dicit. Vbi nota, quòd hoc quòd pro probatione consequentiæ est principio corporis articuli allatũ est, potest aliter introduci, vt scilicet velut suppositio quædã mõstrans requisita ad posse assumere, & ad quæ resolui oportet potẽtẽ assumere, scilicet in virtutem diuinam & personalitatẽ. Et sic formatur syllogismus vt suprà ad probãdum antecedens, & cõsequentia relinquitur per se nota.

a ¶ Super quæstionis tertiæ Articulum sextum. *Annot.*

Titulus articuli ex iã dictis patet intelligendus de personis diuinis, secundũ suas personalitates proprias, vt abinuicem distinguũtur. Potest simpliciter dici quòd quælibet intelligi an plures personæ diuinæ possint vnam & eandem naturam assumere. Primò loquendo de personis, vt eorũ ratio in natura diuina, hoc est secũdum quòd sunt vnus Deus: & in hoc sensu quæstio superius discussa est, & hîc nõ quæritur. Secundò, loquendo de personis, vt ab inuicẽ propriis personalitatibus distinguũtur: in quòd quælibet persona trahat naturã illam ad suã propriam personalitatẽ, sic vt non personetur in alia ex hoc, quòd pſonatur in vna, & cõtra, sed personetur in vna, vt distinguitur ab alia. Cuius oppositũ accideret, si hic Deus primò incarnatus esset: quoniã vna & eadem ratiõe quælibet persona diceretur incarnata, scilicet ratione in fluidi naturæ. Et vt vnico verbo dicatur, quæstio hic est, an plures personæ possint vnã numero naturã assumere, vt per se primò diuersi termini assumptionis: hic enim nõ quælibet pſona diuina, sed quælibet pſona diuina assumens, per se primò terminaret assumptionẽ. Et ad hoc denotandum Autor nõ quærit an omnes pſonæ diuinæ possint assumere, sed an duæ, vt ex dictis

Assumptionis est persona, sicut dictum est. Et ideo id quod est actionis in assumptione, cõmune est tribus personis: sed id quod pertinet ad rationem termini, conuenit ita vni personæ, quòd non alij. Tres enim personæ fecerunt, vt humana natura vniretur vni personæ Filij.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit ex parte operationis. Et ſequeretur conclusio, si solam illam operationem importaret absque termino, qui est persona.

¶ Ad secundum dicendum, quòd natura dicitur incarnata: sicut & assumens ratione personæ, ad quam terminata est vnio (sicut dictum est) non autem prout est communis tribus personis. Dicitur autẽ tota natura diuina incarnata: nõ quia sit incarnata in omnibus personis, sed quia nihil deest de perfectione diuinæ naturæ, personæ incarnatæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd assumptio quæ sit per gratiam adoptionis, terminatur ad quandam participationem diuinæ naturæ secundum assimilationem ad bonitatem illius: secundum illud 2. Per. 1. Vt diuinæ consortes naturæ, &c. Et ideo huiusmodi assumptio cõmunis est tribus personis, & ex parte principij, & ex parte termini. Sed assumptio, quæ est per gratiam Vnionis, est communis ex parte principij, non autem ex parte termini: vt dictum est.

ARTICVLVS V.

a ¶ Vtrum qualibet persona diuina potuerit humanam naturam assumere.

2. dist. 1. q. 2. ar. 3. quintum.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd nulla alia persona diuina potuerit humanam naturam assumere, præter personam Filij. Per huiusmodi enim assumptionem factum est, quòd Deus sit filius hominis. Sed inconueniens esset, quòd esse Filium hominis conueniret Patri vel Spiritui sancto: hoc enim vergeret in confusionem diuinarum personarum. Ergo Pater vel Spiritus sanctus carnem assumere non potuit.

¶ Præterea, Per Incarnationem diuinam homines affecuti sunt adoptionem filiorum: secundum illud Rom. 8. Non accepistis spiritum seruitutis, iterum in timore, sed Spiritũ adoptionis filiorum. Sed filiatio adoptiua est participata similitudo filiationis naturalis, quæ non conuenit nec Patri nec Spiritui sancto: vnde dicitur Rom. 8. Quos præsciuit, & prædestinauit conformes fieri imagini Filij sui. Ergo videtur, quòd nulla alia persona potuerit incarnari, præter personam Filij.

¶ Præterea, Filius dicitur missus & genitus natiuitate temporali, secundùm quòd incarnatus est. Sed Patri non conuenit mitti, qui etiam est innascibilis: vt in Prima Parte habitum est. ergo sãltem persona Patris non potuit incarnari.

¶ SED CONTRA est, quòd quicquid potest Filius, potest Pater & Spiritus sanctus: alioquin non esset eadem potentia trium personarum. Sed Filius potuit incarnari. Ergo similiter Pater & Spiritus sanctus.

CONCLVSIO.

¶ Cùm vna sit trium personarum potestas, potuit quæuis persona Diuina humanã assumere naturam.

b ¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est, assumptio duo importat, scilicet ipsum actum assumentis, & terminum Assumptionis: principium autem actus est virtus diuina: terminus autem est persona. Virtus autem diuina communiter & indifferenter se habet ad omnes personas: eadem etiam est cõmunis ratio personalitatis in tribus personis, licet proprietates personales sint differentes. Quandocunq; autem virtus aliqua indifferenter se habet ad plura, potest ad quodlibet eorum suam actionem terminare: sicut pater in potentiis rationalibus, quæ se habent ad opposita, quorum vtrunque agere possunt. Sic ergo diuina virtus potuit naturam humanam vnire personæ Patris vel Spiritus sancti, sicut vniuit eam personæ Filij. Et ideo dicendum, quòd Pater vel Spiritus sanctus potuit carnem assumere, sicut & Filius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd filiatio rẽporalis, qua Christus dicitur filius hominis, non constituit personam ipsius, sicut filiatio æterna: sed est quiddam consequens natiuitatem temporalem. Vnde si per hunc modum nomen Filiationis ad Patrem vel Spiritum sanctum transferretur, nulla sequeretur confusio diuinarum personarum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd filiatio adoptiua est quædam participata similitudo filiationis naturalis. Sed fit in nobis appropriatè à Patre, qui est principium naturalis filiationis: & per donum Spiritus sancti, qui est amor Patris & Filij: secundùm illud Gal. 4. Misit Deus Spiritum Filij sui in corda vestra clamantem, Abba pater. Et ideo sicut filio incarnato, adoptiuam filiationem accepimus ad similitudinem filiationis naturalis eius: sic à Patre incarnato adoptinã filiationem reciperemus ab eo, tanquam à principio naturalis filiationis, & à Spiritu sancto tanquam à nexu communi Patris & Filij.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Patri conuenit esse innascibilem secundùm naturitatem æternam: quod nõ excluderet nativitas temporalis. Mitti autem dicitur filius Dei secundùm Incarnationem, eo quòd est ab alio, sine quo Incarnatio non sufficeret ad rationem missionis.

ARTICVLVS VI.

a ¶ Vtrum plures personæ diuinæ possint assumere vnam numero naturam.

3. dist. 1. q. 2. ar. 1. et. 4.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd duæ personæ diuinæ non possint assumere vnam & eandem numero naturam. Hoc enim supposito, aut essent vnus homo vel plures. Sed non plures: sicut enim vna natura diuina in personis pluribus non patitur esse plures Deos, ita vna natura humana in pluribus personis non patitur esse plures homines. Similiter etiam non possent esse vnus homo: quia vnus homo est iste homo, qui demonstrat vnam personam: & sic tolleretur distinctio trium personarum diuinarum: quod est inconueniens. Non ergo duæ aut tres personæ possunt accipere vnam naturam humanam.

¶ Præterea, Assumptio terminatur ad vnitatem personæ: vt dictum est. Sed non est vna persona Patris & Filij & Spiritus sancti. Ergo non possunt tres personæ assumere vnam naturam humanam.

¶ Præterea, Damasc. dicit in 3. lib. & August. in 1. de Trin. quòd ex incarnatione Filij Dei consequitur, quòd quicquid dicitur de filio Dei, dicitur de filio hominis, & econuerso.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tate intelligas, quòd non est sermo de personis, vt conueniunt, sed vt distinguũtur: ac per hoc quælibet sit per se primò terminus assumptionis.

b ¶In corpore articuli sunt duæ cõclusiões. Prima est. Nõ est impossibile diuinis personis, vt duæ vel tres assumãt vnam naturã humanã. Secunda est, Esset tamen impossibile, vt assumeret vnam hypostasim vel personam humanã. Probatur virag; simul. Ex vnione animę & corporis in Christo nõ fit noua hypostasis neq; persona, sed natura vna assumpta in diuinam hypostasim, nõ per potentiã naturæ humanæ sed per potẽtiã diuinę psonæ ergo magis est hoc iudicandũ secũdũ conditionem diuinæ personæ assumẽtis, quam secundum cõditionẽ naturæ assumptæ ergo nõ est impossibile diuinis personis, &c. Antecedẽs est ex se euident. Prima cõsequentia probatur: quia tota ratio facti in mysterio Incarnationis est potẽtia facientis secundum Aug. Secunda verò cõsequentia probatur: quia cõditio diuinarum personarũ talis est, quòd vna earũ non excludit aliam à cõmunione eiusdem naturæ, sed solùm à cõmunioẽ eiusdẽ personæ. Vbi vides, quod ex hoc, quòd non se excludũt à communione eiusdem naturæ, tenet consequentia quo ad primam cõclusionem, & ex hoc quòd se excludunt à cõmunione eiusdem personæ. Tenet consequentia quo ad secundam conclusionem: quæ autoritate Anselmi confirmatur.

Annot. ¶Aduerte in hoc processu q; Autor vnico verbo excludit obiectiones arguẽtiũ ex cõditione naturæ, dicẽdo, quòd natura cõmunis pluribꝰ suppositis est infinita seu illuminata: quoniã hoc soli diuinę cõuenit naturæ, & similiter q; quælibet natura finita est terminabilis totaliter vnico suppposito. Hæc enim & similia in litera soluũtur, dũ dicitur, quòd nõ per potẽtiã naturæ assumptę, sed per potẽtiã personæ assumẽtis, hoc mysterium iudicandum est. Cõcedatur ergo quòd vna numero natura sumpta natura cõmunis pluribꝰ suppositis, est illuminata ac infinita, & quòd nulla natura nisi diuina est huiusmodi. Et si assumeretur ad plures personalitates, non propterea esset suapte natura cõmunis pluribus, sed ex potentia facientis. Similiter omnis vna numero forma substãtialis suapte natura vnica, totaliter terminatur personalitate propriaised ex hoc non habetur, quin diuina potẽtia possit pluribus alienis personalitatibus terminari quoniam hoc non per potentiam naturæ, sed per potẽtiam assumentis personæ fit. Et est semper sermo de naturali potẽtia naturæ, & non de potẽtia obedientiali eiusdem: potentia enim obedientiæ est quæ respondet potentiæ personæ assumẽtis: & secundum illam natura potest aliumd ab vna & pluribus diuinis perionis.

Quæstio. ¶ *Num possibile sit duas vel plures personas diuinas vnã assumere naturã.*

¶Circa primã cõclusionẽ dubiũ ex Sco. in 3. dist. 1. q. 2. occurritvbi tenens oppositum fundat se super hac ratione. In omni dependentia essentiali vnũ dependens non depẽdet præcisè nisi ad vnũ quod totaliter terminat eius dependentiam: sed in ista vnione est dependentia essentialis vnius naturæ, & vna persona terminat totaliter eam: ergo. Maior probatur in omni dependẽtia cauiati ad causam. Et similiter, inquit, videtur in omnibus dependẽtiis, quę nõ sunt causatorũ adeausasq; quũ dependentia alicuius fuerit totaliter terminata ad aliquid ipsum, nõ potest dependentia eiusdem rationis dependere ad aliud. Et cõfirmatur hoc de accidẽte respectu plurium subiectorũ primorum. Minor probatur: quia personalitas creata totaliter terminaret ipsum: & illa stãte nõ posset simul esse in alia persona creata vel increata: nõ minus enim terminat naturã & dependentiã eiusdẽ personalitas cuiuscunque personæ diuinæ, quàm terminaretur in se: igitur, &c.

¶Ad hanc Scoti rationẽ respõdẽdo est singula discutiẽdo: & sic etiã principalẽ materiam declarãdo. Maior igitur propositio assumpta à Sco. nõ est vera, nisi triplici quasi glossa subintellecta: prima est supra ly dependẽtia, quòd intelligatur de dependẽtia propriẽ, & hoc dico: quoniam dependẽtia propriè nõ inuenitur sine causalitate: quãuis enim aliquid sit alteri sine causalitate annexũ, nõ tamen dependẽtia propriè inter illa est: vt patet inter correlatiua, quorũ neutrũ vt sic ab altero dependet in quocũq; genere causæ: & inter differẽtias diuisiuas ex opposito eiusdẽ generis, quarũ neutra ab altera dependet: & tamẽ tam correlatiua, quàm huiusmodi differentias simul esse oportet. Scotus autẽ Dependẽtiæ nomine vtitur & cũ causalitate, & sine causalitate: vt patet. Et propterea si extenso nomine, vtẽdo dependẽtia, Maior nõ est vera nisi apponatur altera glossa supra ly Nõ dependet, quod intelligatur de dependentia omnino eiusdem rationis, ita quòd sit dependentia eiusdẽ speciei specialissimæ & in hoc Scotus cõsentit. Et alte ra supra ly Totaliter, quod intelligatur tã in essiuè, quàm extẽsiuè: quoniã dato quòd vnum terminaret totaliter intẽsiuè, nõ propterea habetur quòd illud vnũ terminaret totaliter extẽsiuè. Exẽplũ, albi vt quatuor similitudinẽ terminat totaliter intẽsiuè aliud albũ, vt quatuor, nõ tamẽ terminat totaliter extẽsiuè: quia potest tertiũ poni simile. Oportet autẽ ad verificãdam maiorem illã, hanc apponere glossam aliquin nõ est vera de dependẽtia essentiali nõ causali. Quoniã ex naturalis rationis lumine nulla apparet maior dependẽtia essentialis nũ causalis, quàm ea, quæ est vnius relatiui ad propriũ correlatiuũ, quin diffinitur & essentialiter cõstituitur per esse ad aliud. Cõstat autẽ quòd vnũ relatiuũ sic essentialiter dependet ab vno totaliter intẽsiuè terminãte illud, quod nõ totaliter extẽsiuè terminat illud, vt patet de duplo & dimidio, & æquali & simili, & aliis huiusmodi: idẽ enim duplũ eadẽ numero duplicitate duplũ est nõ solũ ad A dimidiũ, sed ad B, & C, & vnũ æquale eadẽ numero æqualitate æquale est omnibus sibi æqualibus. At si quis dicat Scotũ tenere, quòd nõ eadẽm æqualitate vnum æquale est æquale omnibus: & propterea in sua via proportionẽ esse verisimile obiicitur quod ad cõclusionem aliquid impossibile, etiam per diuinã potẽtiam (vt nũc proceditur) nõ est ex opinatis, & refutatis ab aliis & cõmuni schola Peripateticorũ procedẽdum quallis est ista opinio ponens plura accidẽtia essentialiter rationis in eodẽ subiecto secũdum idem. Negãda est igitur ista Maior non acceptans dictam glossam.

¶Ad probationem autem illius Maioris pro quãto probat ipsam in dependẽtia essentiali causali, nõ oportet respondere, quia vera ac bona videtur secũdum ordinem indium causis & causatis: & disputatio nostra extra depẽdẽtiã causalem versatur. Sed cũm subiungit Scotus, quòd ita etiam videtur in omnibus depẽdẽtiis, quæ nõ sunt causatorũ ad causas, respondetur quòd non est idem de veritate dependẽtiis iudicium: & patet instãtia de dependẽtia vnius relatiui totaliter intẽsiuè terminati ab vno, & tamẽ ab altero eiusdẽ rationis omnino terminabili. Et suffragatur huic responsioni ratio: quoniam dependẽtia causalis ponit imperfectionẽ & indigẽtiã in causato: quæ li sublata tota liter est ab vna causa, implicat, q; remaneat indigẽs altera causa. Sed dependẽtia nõ causalis potest sine imperfectione & indigẽtia inueniri: vt patet in relatiuis, quæ in diuinis sine omni imperfectione & indigẽtia inueniũtur: ac p; hoc potest aliunde, puta ex alterius cõditione prouenire, quòd etiã terminet quod iam terminatũ ab alio est. Et sic est in proposito: quòd nõ ex eo q; filius Dei imperfectẽ terminet personaliter naturã humanã, nec ex eo quòd natura humana assumpta à Filio Dei remaneat imperfecta personaliter, prouenit q; Pater potest ad illam propriã etiã personalitatẽ assumere: sed ex cõditione personæ Patris, hoc est ex infinitate suæ sufficiẽtiæ, puenit, quòd etiã potest illãmet personare.

¶Ad confirmationẽ de accidẽte respectu plurium subiectorũ primorũ, dicitur primò quòd nulla apparet implicatio cõtradictionis, quòd Deus accidẽti alicui det vnitatẽ numeralẽ in se, & cõseruando illam ponat illud accidẽs in plu-
Tribus subiectis primis secundũ se, & quòd in tali casu neutrũ esset subiectũ primum extẽsiuè, nisi secũdum se, hoc est quatenũs est ex parte sui esset subiectũ primum extẽsiuè, & daret vnitatẽ numeralẽ. sed diuina potẽtia aliter de facto operatur. Dicitur secũdò, quòd dependentia accidẽtis à subiecto primo est dependentia causalis: est enim subiectũ primũ causa accidẽtis, vt patet: & ideo non cõfitmatur per hoc Maior illa quo ad dependẽtiam nõ causalem. Hæc de Maiore.

¶Ad Minorem autẽ dicitur, quòd in ista vnione est dependentia essentialis non causalis: ac per hoc nõ propriè dependẽtia. Sed trãseundo hoc ad bonũ sensum, negãda sunt duo: primò quod in ista vnione sit dependẽtia vnius omnino rationis: secũdò quòd vna persona, puta Verbũ totaliter eã terminet intẽsiuè & extensiuè. Ratio primæ negationis est: quia personæ diuinæ personaliter sumptæ sunt quodãmodo vnius & quodãmodo diuersarũ rationũ: nã secũdum cõmunẽ rationẽ personalitatis sunt vnius rationis, vt in præcedẽti articulo patet: secundum verò proprias rationes suarũ personalitatũ sunt diuersarũ rationũ: paternitas enim & filiatio & processio diuersarũ sunt rationũ. Cõstat autẽ ex hoc, quòd humanitas Christi ita iũcta est Filio quòd nõ Patri nec Spiritui sancto, assumptionem terminari per se primò ad personalitatẽ Filij secundũ sibi propriã rationẽ: alioquin terminaretur primò ad cõmune Filio & Patri & Spiritui sancto. Concurrerẽt igitur diuinæ personæ ad assumptionẽ, vt etiã sunt diuersarũ inter se rationũ. Et cõsequenter, natura assumptam à Verbo vnit, & posse vniri alteri. Patri aut Spiritui sancto: alterius est rationis ab vniri Filio, & posse vniri Filio, si Arist. verũ dixit, 3. Phy. q; posse sanari & posse infirmari sunt diuersarũ rationũ, alioquin sanari & infirmari essent idẽ. Ex hoc igitur, quòd personalitates, quæ sunt termini vnionũ, sunt diuersarũ rationũ, habetur quòd potẽtia obediẽtiæ, qua natura assumpta potest vniri personæ Patris, alterius est rationis ab illa, qua vnita est Filio, & qua potest vniri Spiritui sancto. Et cõsequeter haberur, quòd in istis vnionibus nõ esset dependentia vnius rationis simpliciter & absoluè, vt argues assumit: sed diuersarũ rationũ simpliciter, propter diuersas rationes terminorũ per se primorũ: vnius autẽ rationis secundũ cõmunẽ rationẽ personalitatis. Ratio secũdæ negationis ita patet, quòd licet Filius totaliter intẽsiuè terminet naturã humanã, & eius dependentiam ad personam: nõ tamẽ totaliter extensiuè, nec secundum omnem obedientialem potẽtiam alterius rationis.

¶Ad probationem minoris, quum dicitur, Personalitas creata totaliter terminaret ipsam, & illa stante nõ posset simul esse in alia persona creata vel increata: ergo personalitas increata: respondetur concedendo antecedens pro vtraq; parte: sed negando sequelam.

¶Et ad probationẽ sequelæ, quum dicitur, Quia nõ minus terminaret naturam & dependẽtiam eiusdem personalitas quæcunq; diuinæ personæ, quàm terminaretur in se: posset negari hoc quantũ ad nõ minus extensiuè. Verũtamen propriè loquendo, respondẽdum est, quòd non minus, sed alio modo & alia ratione terminat persona diuina: & ideo negatur ex hoc vltimo assumpto sequela: quoniam perent ratio secundum non causam vt causam. Non enim ideo quia minus terminet persona diuina, relinquit naturam adhuc assumptibilem, vt argumẽtum ponit, sed quia alio modo & alia ratione terminat, ideo relinquit naturam assumptam adhuc assumptibilem ab alia persona diuina.

¶Ad cuius claritatẽ perceptionẽ scito, quòd hæc humanitas, si propriam personalitatẽ haberet, modus habẽdi propriã personã esset, quia ipsa humanitas esset principium constitutiuum suæ personæ: ex vnione enim animæ & corporis constitueretur non solũm vna natura singularis, sed etiam vna persona: ratio quoq; habendi propriam personam esset sua substantialis ac perfecta natura extra causas suas in rerum natura sibi dimissa. Et quia hæc humanitas suapte natura non se extendere potest nisi ad constituendam vnam personam sibi propriam, & personæ repugnat assumi ab alia persona in vnitate personali (non enim sic quidẽ hic manifesta implicatio cõtradictionis) ideo hæc humanitas ita pertinaciter ex propria natura in forte q; terminatur in illa hitensiue & extensiue. Nec pertinet stare illa vniri personaliter esi quæcunq; alia persona creata vel increata: q; esset duo contradictoria simul verificarentur esse vna persona, & nõ esset vna persona cũ assumẽte: vt patet. Sed hæc humanitas allo modo & alia ratione ne personatur per assumptionem: quoniam non constituẽdo personam personatur: vt patet in humanitate Christi quæ pertinaciter per personã verbi, quæ nõ constituitur per illã humanitatẽ sed fuit ab æterno. Et hinc prouenit differentia inter hanc humanitatem personatam propria personalitate, & per soriarum personalitate Verbi, q; illa remanet in se insassumptibilis, ista remanet in se assumpti bilis: quoniam illa non potest assumi stante sua personalitate, nisi assumeretur sua personalitas, quæ non est assumptibilis: ista verò quia in aliena personalitate subsistit, potest assumi absq; hoc q; illa aliena sibi appropriata personalitas assumatur. Et diuersio ergo modo terminãdi, propria vel aliena personalitate, patet quare natura personata propria personalitate non potest assumi, & quare personata aliena potest assumi. quia scilicet per propriã terminatur, cõstituẽdo illam, per aliam non constituendo illã. Diuersa quoque ratio est vtrobiq; terminandi & diuina persona terminat ex sua infinitate, vtpote alienam personam subsistẽs in alia natura (dictum est enim supra q; propriũ est diuinæ personæ ob sui infinitatẽ subsistere simul in diuersis naturis) & natura humana nõ naturali, sed obedientiæ potẽtia personatur per alienam personã: persona autem Sortis nõ ex aliqua excellẽtia, sed ex naturali adæquatione terminat personaliter naturã suam, & ecõtra natura sua naturaliter est per illam adæquabilis personaliter. Et hinc etiã prouenit, q; cũm quælibet persona diuina sit infinita, quælibet personare potest humanitatem hãc non ex indigentia naturæ (vt dictũ est) sed ex sufficientia personæ potẽtia cõmunicare illi naturæ etiam suam personalitatẽ. Ex his autẽ habes, quòd nõ solũm dependẽtia huius humanitatis respectu singularũ personarum diuinarum quo ad assumi, est diuersarũ rationum inter se: sed etiam q; dependẽtia seu terminatio huius humanitatis respectu diuinæ personæ & respectu personæ propriæ, sunt diuersarũ rationum: licet omnes cõueniant in vna communi ratione termini, quia scilicet sunt ad personam. Ruit ergo à fundamentis vndiq; fabrica Scotica, & meritò, quoniã hanc humanitatẽ personari simul à pluribus personis diuinis, nihil allud est, quàm communicare huic humanitati plures personalitates alienas infinitas, appropriãdo illas illi. Et q; hæc patet quare repugnat hãc humanitatẽ habere simul plures personalitates creatas, aut creatã & increatã: quia scilicet vtrobiq; esset implicatio cõtradictoriorũ: nã natura hæc in propria personalitate poneretur vna persona cũ alia persona. Et non repugnat, habere simul plures personalitates increatas: q; per hoc nõ ponitur, vnam personã assumi in vnitatẽ personalẽ alterius personæ. Et hæc pro nunc sufficiãt de hac quæstione.

Annot. ¶In eodem articulo in calce corporis circa autoritatẽ Anselmi, aduertę, quòd Durandus in tertio sentent. distinctio. prima, quæstione tertia latenter arguit Autorem quasi exponemẽ per ly Vnum eundẽmq; hominẽ, personã humanã, dicens contra hanc expositionẽ, Anselmus concedit q; vna persona assumpsit hominem, & negat plures personas posse assumere vnum hominẽ: non intelligitur igitur persona per hæc. Sed quoniã Durandus ipse postmodum dicit: Anselmum dicere sic, Impossibile est plures personas diuinas esse vnam personam cum vno eodẽmq; homine, ex seipsomet conuincendus est. Anselmus volebat excludere aliquid quod posset sub apparenti quæstione ea dereinõ potest autẽ alter cadere sub apparenti quæstione, q; plures personæ diuinæ sint vna persona, nisi q; 1 vniuentur in vna persona humana. Et sic exponit Autor: nõ enim potest intelligi, quòd sint plures personæ diuinæ in vna persona diuina: quia hoc statim offert apparentẽ valde cõtradictionem. Ea ponẽdo igitur sententiã Anselmi, optimẽ in litera dictum est, siue præponatur ly Vna persona cum vno eodẽmq; homine, siue nõ præponatur ly Vna persona, & dicatur, Impossibile est assumere vnã eandẽmq; hominẽ: sensus enim simpliciter idem, scilicet quòd impossibile est plures personas assumere vnã personã. Nec id quod obiicit Durand. obstat: quia aliud est dicere, assumit hominẽ, & aliud, assumit vnum eũdẽmq; hominem. Nam prima propositio est est aliqualiter impropria: glossatur tamen, quòd intelligitur quo ad naturam, vt patet ex Magistro in tertio sentẽ. distinc. 6. Secũda autem propter ly vnum eundẽmq;, traditur ad indiuiduũ subsistens in natura humana, quod cõstat esse suppositũ: nullus enim vir homo inuenitur in natura humana assumpta nisi filius Dei.

3. dist. 1. quæst. 2. art. 5.

Annot. b ¶In eodem 6. artic. in respõsione ad primũ aduerte diligenter verba Autoris, dũ hæc positiõe facta dicit, q; tres personæ essent vn⁹ homo, & tamen non propterea essent vn⁹ homo simpliciter, aut nõ propterea essent vn⁹ homo simpliciter. Dixit enim hæc ambo, propter differẽtiã, quæ esset inter vnũ Deũ & vnũ hominẽ in tribus personis: quoniã tres personæ sic sunt vn⁹ Deus, q; sunt vn⁹ numero Deus, & est ibi vere vn⁹ Deus simpliciter: sed tres personæ sic essent vnus homo, q; non essent vnus numero homo cõmunis Patri & Filio & Spiritui sancto: sicut est vnus numero Deus cõmunis Patri & Filio & Spiritui sancto. Et similiter nõ esset ibi vnus homo simpliciter, q; nõ esset homo vnus secundũ naturã & personam, quam vnitatem importat vnus homo simpliciter: sed essent tres homines numero in vna natura humana: q; tres personæ humanæ secundum vnam naturã humanã. Sed quoniã hoc ad vocabula spectat, parui refert, si fiat quid esset in re, qualitercunq; exprimeretur.

ARTICVLVS VII.

a Virũm vna persona diuina possit assumere duas naturas humanas.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd vna persona diuina non possit assumere duas naturas humanas. Natura enim assumpta in mysterio Incarnationis non habet aliud suppositũ præter suppositum personę diuinæ: vt ex supradictis patet. Si ergo ponatur esse vna persona diuina assumens duas humanas naturas, esset vnum suppositum duarum naturarum eiusdẽ speciei. Quod videtur implicare contradictionem: non enim natura vnius speciei multiplicatur nisi secundum diuersas cõtradictionem: non enim natura vnius speciei multiplicatur nisi secundum diuersas cõtradictionem suppositorum.

¶Præterea, Hac suppositione facta, non posset dici, quòd persona diuina incarnata, esset vnus homo: quia non haberet vnam naturam humanam. Similiter non posset dici, quòd esset plures: quia plures homines sunt suppositi distincti, & ibi esset tantum vnum suppositum. Ergo prædicta positio est omnino impossibilis.

¶Præterea, Incarnationis mysterio tota natura diuina est vnita toti naturæ assumptæ, id est cuilibet parti eius: est enim Christus perfectus Deus & perfectus homo, totus Deus & totus homo: vt Damas. dicit in 3. lib. Sed duæ humanæ naturæ non possent totaliter sibiunicem vniri: quia oporteret quòd anima vnius esset vnita corpori alterius: & quòd etiam duo corpora essent simul: quod consonem inducereet naturarum. Non ergo est possibile, quòd vna persona diuina duas humanas naturas assumat.

¶SED CONTRA est, quòd quicquid potest Pater, potest Filius. Sed Pater post Incarnationem Filij potest assumere naturam humanam aliam numero ab ea, quam Filius assumpsit: in nullo enim per Incarnationem Filij est diminuta potentia Patris vel Filij. Ergo videtur quòd Filius post Incarnationem possit aliam humanam naturam assumere præter eam, quam assumpsit.

CONCLVSIO.

¶Potest persona diuina præter humanã naturam, quam assumpsit, aliam numero humanam naturam assumere.

¶RESPONDEO dicendum, quòd illud quod potest in vnum, & non in amplius, habet potẽtiam limitatam ad vnum. Potentia autem diuinæ personæ est infinita, nec potest limitari ad aliquid creatum. Vnde non est dicendum, quòd persona diuina non possit assumere duas naturas humanas. Natura enim assumpta in mysterio Incarnationis non habet aliud suppositũ præter suppositum personę diuinæ: vt ex supradictis patet. Si ergo ponatur esse vna persona diuina assumens duas humanas naturas, esset vnum suppositum duarum naturarum eiusdẽ speciei. Quod videtur implicare cont

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quo ad secundum probatur sic: Si non posset assumere aliam naturam, sequeretur quòd personalitas diuinæ naturæ esset ita comprehensa per vnam naturam quòd ad eius personalitatem alia assumi non posset: sed hoc est impossibile, quia increatum à creato comprehendi non potest. ergo.

Annot. ¶ Circa illam propositionem, Quod potest in vnum & non in amplius, habet potiorem limitatam ad vsum, aduerte quòd est intelligéda formaliter, scilicet si quantum est ex parte potentiæ, potest in vnū & nō in amplius, nā si aliūde proueniret, quòd posset in vnum & nō in amplius, pura ex modo agendi, quia agit per modum naturæ, quæ est determinata ad vnum, non arguetur limitationem potentiæ. Sed si ex ipsa potentia est, quòd possit in vnum tantum, limitationē illa arguit quoniam potentia, vt potentia, extenditur se ad possibile, quod non cōprehenditur vnitate nata q; excludat multitudinē. Vnde in 2ar. vl. q. 42. in 1. par. dicit est genon ex impotēcia Patris est q; vnus tantum Filius genitus & ghabilis in diuinis. Et qa hæc propositio procedit ex parte potentiæ ideo simpliciter & absolutè assumpta est propositio illa.

Annot. ¶ Circa probationem ex parte termini, nota diligētissimè. Autorem habere p incōuenienti ac impossibili, personā diuinam vt terminum comprehendi à natura creata. Hoc enim nihil aliud est dicere, quàm docere quod iam præliba[uim]ꝰ respōdēdo scoto hoc q; persona diuina nō solum est infinita in essēdo & causādo ratiōe naturæ diuinæ, sed est infinita in terminando ratione suæ personæ limitatissimè cōprehensibilis tas si quidē increatæ personæ vt termini à natura creata, vt assumpta nihil aliud significat, q infinitatē in terminādo increatæ personæ. Et, vt exceīa Dei balbutiendo, vt possimus, resonem[us], dicēdū est, quòd in finitas diuina, vt est natura seu naturalis, constituit infinitū ens & infinitam causam: vt autem est persona seu personalis, constituit infinitam personam. vt sic quod claudit in se infinitatem in terminādo. Et ideo potest quælibet diuina persona subsistere non solum in pluribus naturis, scilicet naturali & assumpta: sed etiam in plurib[us] assumptis & eadem ratione in infinitis, si infinitę inuenirentur simul.

¶ *Num nomen aliquod de pluribus dicatur absque suppositorii multiplicatione.*

Annot. c ¶ In responsione ad primū percipe q; cōstitit hoc, q; natura subsistētię creatę multiplicatur multiplicato supposito cōstituto p ipam: nō autē multiplicato supposito nō cōstituto per ipam vt patet in litera.

d ¶ In responsione ad secundū obiectio Scoti, uina ita assumpserit vnam naturā humanam, quòd non potuerit assumere aliā. Videretur enim ex hoc sequi q; personalitas diuinæ naturæ esset ita comprehensa per vnam naturā humanam, quòd ad eius personalitatē alia assumi non possit. Quod est impossibile: non enim increatum à creato comprehendi potest. Patet ergo quòd siue consideremus personam diuinam secundum virtutem, quæ est principium vnionis, siue secundum suam personalitatem, quæ est terminus Vnionis, oportet dicere quòd persona diuina præter naturam humanam, quam assumpsit, possit aliam numero naturam humanam assumere.

a ¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd natura creata perficitur in sua ratione per formam, quæ multiplicatur secundum diuisionem materiæ. Et ideo si compositio materiæ & formæ constituat nouum suppositū, consequens est quòd natura multiplicetur secundum multiplicationem suppositorū. Sed in mysterio Incarnationis vnio formæ & materiæ, id est animæ & corporis, non constituit nouum suppositum, vt supra dictum est. & ideo posset esse multitudo secundum numerum ex parte naturę propter diuisionem materiæ absque distinctione suppositorum.

d ¶ Ad secundum dicendum, quòd posset videri dicendum quod prædicta positione facta, sequeretur quòd essent duo homines, propter duas naturas absq; hoc, quòd essent ibi duo suppositа: sicut econuerso tres personæ dicerentur vnus homo, propter vnam naturā assumptam, vt suprà dictum est. Sed hoc non videtur esse verum: quia nominibus est vtendum secundum quòd sunt ad significandum imposita: quod quidem est ex consideratione eorum, quæ apud nos sunt: in quibus nunquam nomen ab aliqua forma impositū p̄uraliter dicitur, nisi propter pluralitatem suppositorum. Homo enim, qui est duobus vestimentis indutus, non dicitur duo vestiti, sed vnus vestitus duobus vestimentis: & qui habet duas qualitates, dicitur singulariter aliqualis secundum duas qualitates. Natura autem assumpta quantum ad aliquid, se habet per modum indumenti, licet non sit similitudo, quantum ad omnia: vt suprà dictum est. Et ideo si persona diuina assumeret duas naturas humanas, propter vnitatem suppositi, diceretur vnus homo, habens duas naturas humanas. Contingit autem quòd plures homines dicuntur vnus populus, propter hoc quòd conueniunt in aliquo vno: non autem propter vnitatem suppositi. Et similiter si duę personę diuinę assumerent vnam numero humanam naturam, dicerentur vnus homo (vt suprà dictum est) non vnitate suppositi, sed inquantum conueniunt in aliquo vno.

e ¶ Ad tertium dicendum, quòd diuina & humana natura non eodem ordine se habēt ad vnam personā diuinam, sed per prius comparatur ad ipsam diuina natura, vtpote quæ est vnū cū ea ab æterno. Sed natura humana cōparatur ad personā diuinā per posterius, vtpote assumpta ex tēpore à diuina persona: nō quidē ad hoc q; natura sit ipsa persona, sed q; persona in natura subsistat: filius enim Dei est sua deitas, sed nō est sua hūanitas. Et ideo ad hoc, quòd natura humana assumatur à diuina persona, requiritur quòd diuina natura vnione personali vniatur toti naturæ assumptæ, id est secundum omnes partes eius. Sed duarū naturarum assumptarum esset vniformis habitudo ad personā diuinā, nec vna assumeret aliā. Vnde nō oporteret quòd vna earū totaliter alteri vniretur, id est omnes partes vnius omnibus partibus alterius.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrùm fuerit magis conueniens, quòd persona Filij assumeret humanam naturam, quàm alia persona diuina

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd nō fuerit magis conueniens filium Dei incarnari, quàm Patrē, vel Spiritum sanctum. Per mysterium enim Incarnationis, homines ad veram Dei cognitionem sunt perducti: secundum illud Ioan. 18. In hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testim. perhi. veritati. Sed ex hoc, quòd persona filij Dei est incarnata, multi impediti fuerunt a vera Dei cognitione, ea quæ dicuntur de Filio secundum humanam naturam referētes ad ipsam Filij personam: sicut Arrius, qui posuit inæqualitatem personarū propter hoc, quod dicitur Ioan. 14. Pater maior me est. Qui quidē error non prouenisset, si persona Patris incarnata finisset: nullus enim æstimasset Patrem Filio minorem. Magis ergo videtur fuisse cōueniens, quòd persona Patris incarnaretur quàm persona Filij.

¶ Præterea, Incarnationis effectus videtur esse recreatio quædam humanæ naturæ: secundum illud Gal. vlt. In Christo Iesu neq; circuncisio aliquid valet, nec præputium, sed noua creatura. Sed potentia creandi appropriatur Patri. Ergo magis decuisset Patrem incarnari, quam Filium.

¶ Præterea, Incarnatio ordinatur ad remissionem peccatorum: secundum illud Matth. 1. Vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorū. Remissio autem peccatorum attribuitur Spiritui sancto, secundum illud Ioan. 20. Accipite Spiritum sanctum, quorum remis. pec. re. eis. Ergo magis congruebat personam Spiritus sancti incarnari, quàm personam Filij.

¶ SED CONTRA est quod Dam. dicit in tertio lib. In mysterio Incarnationis manifestata est sapientia & virtus Dei: sapientia quidem, quia inuenit difficillimi solutionem pretij, quàm decentissimam: virtus autem, quia victum fecit rursus victorem. Sed virtus & sapientia appropriantur Filio: secundum illud primæ Corinth. primo, Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Ergo conueniens fuit personam Filij in carnari.

CONCLVSIO.

¶ Cùm Verbi Dei ad humanam naturam maxima sit similitudo, conuenientissimum fuit, ex diuina persona ipsum Verbum humanam assumere naturam.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd, conuenientissimum fuit, personam Filij incarnari. Primo quidem ex parte vnionis. Conuenienter enim ea, quæ sunt similia, 3. sen. dist. 1. q. 1. occurrit dicentis cōtra hoc q; sequeretur quòd possemus dicere, quòd plures personæ sunt plures dij. Probatur: Secundum hoc tale concretū habet vnitatem vel pluralitatem ex vnitate vel pluralitate suppositi.

¶ Ad hoc dicitur, q; in litera non dicitur assimatiuè multiplicari cōcretum multiplicato supposito: vt Arguēs fortè accipit. Sed ponitur vniuersalis regula negatiuè, scilicet nunquàm nomē ab aliqua forma impositū pluraliter dicitur, nisi propter pluralitatē suppositorū. Et ista regula est vera tā in cōcretis adiectiuis, quàm substātiuis, tam substātialibus, quàm accidētalib[us]: ita q; semper ad pluralitatem concreto rum exigitur pluralitas suppositorum. Sed cum hoc stat, q; pluralitas suppositorūm sufficiat quāndoq;, & exigitur etiam pluralitas formæ significatæ vt de cōcretis substātiuis in ar. 3. q. 39. primæ par. patet. Et propterea licet vnitas suppositi, optimè inferat singularitatē cōcreti substantiui (quale est homo) nō tamē multitudo suppositorū infert pluralitatem nominis substātiui. Et, propterea no sequitur, ergo tres personæ sunt dijnec ergo tres personæ hominēs in casu prædictis articulitur in hac etiam litera dicitur: & rameu bene sequitur si casu huius articuli, ergo verbū Dei non est homines, sed vnus homo.

Inst. q. 39. ar. 3. termino. Et 3. d. 1. q. 2. ar. 1. Et 4. d. 6. tra ca. 39. q. 8. 42.

e ¶ In responsione ad tertiū percipe rationem, quare præsentis articuli positiōe facta, hæc hūana natura assumpta nō assumeret aliam naturā hūanā, quę posit assumere. cū qua ratiōe certer, in eādē nūero personalitatē, & natura diuina assumere quācunq; naturā hūanā, quæ vniretur personaliter verbo Dei. Rō inquā est, qa filij[us] Dei est sua deitas, nō aūt est sua hūanitas: hinc est, vt cuicūq; personaliter vnitur filij[us] Dei p se primò, eidē scilicet vniatur deitas: vniatur, dico & naturæ assumptæ & cuilibet ei[us] parti: vt patet ex autoritate Da. Et hinc fit, q; vna hūanitas nō esset vnita alteri, ita q; nec ipsi naturæ post assumptæ præcēdēs vnitetur, nec alicui ei[us] parti, sed per accidēs coincideret: vnā personā, inter se distātę certā loco. Et ex hoc sequeretur, q; nō esset cōio cōuenientiū illi personæ scilicet vnā naturā assumptā cū cōueniētibus sibi scilicet assumptam, imò posset simul mori secundū vnā, & viuere secundū aliā. Etsi verbi gra secundū primā naturā vocaretur Christ[us], & secūdā vocaretur Ioānes, mortuo Christo, nō posset dici mortu[us] Ioānes; sedbō diceretur mortu[us] De[us] & Dei filius: & similiter viuo Ioāne tm, nō verè diceretur viu[us] Christus, sed viu[us] De[us] & Dei filius: & sic de similib[us].

¶ Super Quæstionis tertiæ Artic. actaūo.

Titulus octau[us] articuli clarus est.

a ¶ In corpore

vna est conclusio respōsiua quæstio affirmatiuè. Conueniētissimum fuit personam Filij incarnari. Probatur: Secundum hoc tale concretū habet vnitatem vel pluralitatem ex vnitate vel pluralitate suppositi.

¶ Ad hoc dicitur, q; in litera non dicitur assimatiuè multiplicari cōcretum multiplicato supposito: vt Arguēs fortè accipit. Sed ponitur vniuersalis regula negatiuè, scilicet nunquàm nomē ab aliqua forma impositū pluraliter dicitur, nisi propter pluralitatē suppositorū. Et ista regula est vera tā in cōcretis adiectiuis, quàm substātiuis, tam substātialibus, quàm accidētalib[us]: ita q; semper ad pluralitatem concreto rum exigitur pluralitas suppositorum. Sed cum hoc stat, q; pluralitas suppositorūm sufficiat quāndoq;, & exigitur etiam pluralitas formæ significatæ vt de cōcretis substātiuis in ar. 3. q. 39. primæ par. patet. Et propterea licet vnitas suppositi, optimè inferat singularitatē cōcreti substantiui (quale est homo) nō tamē multitudo suppositorū infert pluralitatem nominis substātiui. Et, propterea no sequitur, ergo tres personæ sunt dijnec ergo tres personæ hominēs in casu prædictis articulitur in hac etiam litera dicitur: & rameu bene sequitur si casu huius articuli, ergo verbū Dei non est homines, sed vnus homo.

e ¶ In responsione ad tertiū percipe rationem, quare præsentis articuli positiōe facta, hæc hūana natura assumpta nō assumeret aliam naturā hūanā, quę posit assumere. cū qua ratiōe certer, in eādē nūero personalitatē, & natura diuina assumere quācunq; naturā hūanā, quæ vniretur personaliter verbo Dei. Rō inquā est, qa filij[us] Dei est sua deitas, nō aūt est sua hūanitas: hinc est, vt cuicūq; personaliter vnitur filij[us] Dei p se primò, eidē scilicet vniatur deitas: vniatur, dico & naturæ assumptæ & cuilibet ei[us] parti: vt patet ex autoritate Da. Et hinc fit, q; vna hūanitas nō esset vnita alteri, ita q; nec ipsi naturæ post assumptæ præcēdēs vnitetur, nec alicui ei[us] parti, sed per accidēs coincideret: vnā personā, inter se distātę certā loco. Et ex hoc sequeretur, q; nō esset cōio cōuenientiū illi personæ scilicet vnā naturā assumptā cū cōueniētibus sibi scilicet assumptam, imò posset simul mori secundū vnā, & viuere secundū aliā. Etsi verbi gra secundū primā naturā vocaretur Christ[us], & secūdā vocaretur Ioānes, mortuo Christo, nō posset dici mortu[us] Ioānes; sedbō diceretur mortu[us] De[us] & Dei filius: & similiter viuo Ioāne tm, nō verè diceretur viu[us] Christus, sed viu[us] De[us] & Dei filius: & sic de similib[us].

¶ Super Quæstionis tertiæ Artic. actaūo.

Titulus octau[us] articuli clarus est.

a ¶ In corpore articuli

Comment.

vniuntur. Ipsius autem personæ Filij, qui est verbū Dei, attenditur vno quidē modo communis conuenientia ad totam creaturā: quia verbum artificis, id est cōceptus eius, est similitudo exēplaris eorū, quæ ab artifice fiunt. Vnde verbum Dei, quod est æternus conceptus eius, est similitudo exēplaris totius creaturæ. Et ideo sicut per participationem huius similitudinis, creaturæ sunt in propriis speciebus institutæ, sed mobiliter: ita per vnionem Verbi ad creaturam, non participatam, sed personalem, cōueniens fuit reparari creaturam in ordine ad æternam & immobilem perfectionem. Nam & artifex per formam artis conceptam, qua artificiatum condidit, ipsum si collapsum fuerit, restaurat. Alio modo habet conuenientiam specialiter cum humana natura, ex eo quòd Verbum est cōceptus æternæ Sapientiæ, à qua omnis sapientia hominū deriuatur. Et ideo p hoc homo in sapiētia perficitur, quæ est propria eius perfectio, prout est rationalis, quòd participat verbum Dei: sicut discipulus instruitur per hoc quòd recipit verbū magistri, vnde Eccles. primo dicitur, Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis. Et ideo ad consummatam hominis perfectiōnem conueniens fuit, vt ipsum verbum Dei humanæ naturæ personaliter vniretur.

Secundò potest accipi ratio huius congruentiæ ex fine vnionis, qui est implerio prædestinationis, eorum scilicet, qui prædordinati sunt ad hæreditatem cælestē, quæ non debetur nisi filiis eius: secundum illud Rom. 8. Si filij, & hæredes. Et ideo cōgruum fuit, vt per eū, qui est filius naturalis, homines participarent similitudinem huius filiationis secundum adoptionem: sicut Apostolus ibidem dicit, Quos præscīuit, & prædestinauit conform. fieri ima. fi. sui. Tertiò potest accipi ratio huius congruentiæ ex peccato primi parentis, cui per Incarnationem remedium adhibetur. Peccauerat enim primus homo, appetendo scientiam: vt patet ex verbis Serpentis promittentis homini scientiam boni & mali. Vnde conueniens fuit vt per Verbū veræ sapientiæ homo reduceretur in Deum, qui per inordinatum appetitum scientiæ recesserat à Deo.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd nihil est, quo humana malitia non possit abuti: quando etiam ipsā Dei bonitate abutitur, secundum illud Roma. 2. An diuitias bonitatis eius contemnis? Vnde etiam si persona Patris fuisset incarnata, potuisset ex hoc homo aliquius erroris occasionem sumere: quasi Filius sufficere non potuisset ad humanam naturam reparandam.

¶ Ad secundum dicendū, quòd prima rerum creatio facta est à potētia Dei patris per Verbum. Vnde & recreatio per Verbum fieri debuit à potentia Dei patris, vt recreatio creationi responderet: secundū illud 2. Cor. 5. Deerat in Christo, mundum reconcilians sibi.

¶ Ad tertium dicendum, quod Spiritui sancto proprium est quòd sit donum Patris & Filij. Remissio autem peccatorum fit per Spiritū sanctum tanquàm per donum Dei. Et ideo conuenientius fuit ad iustificationem hominum, quòd incarnaretur Filius, cuius Spiritus sanctus est donum.

QVAESTIO QVARTA DE *Modo unionis ex parte Naturæ humanæ assumptæ, in sex articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de Vnione ex parte assumpti. Circa quod primò considerandum occurrit de his, quæ sunt à Verbo assumpta. Secundò, de coassumptis, quæ sunt perfectiones & defectus. Assumpsit autem Dei filius humanā naturam & partes eius.

¶ Vnde circa primum triplex consideratio occurrit. Prima est quantum ad ipsam naturam humanam. Secunda est quāntum ad partes ipsius. Tertia quātum ad ordinem assumptionis.

¶ Circa primum quæruntur sex.

¶ Primò, vtrùm humana natura fuerit magis assumptibilis à filio Dei, quàm aliqua alia natura.

¶ Secundò, vtrùm assumpserit personam.

¶ Tertiò, vtrùm assumpserit hominem.

¶ Quartò, vtrùm fuisset conueniens, quòd assumpsisset naturam humanam à singularibus separatam.

¶ Quintò, vtrùm fuisset conueniens, quòd assumpsisset humanam naturam in omnibus eius singularibus.

¶ Sextò, vtrùm fuerit conueniens, quòd assumeret humanam naturam in aliquo homine ex stirpe Adæ progenito.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm natura humana fuerit magis assumptibilis à filio Dei, quàm aliqua alia natura.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd humana natura non fuerit magis assumptibilis a filio Dei, quàm quælibet alia natura. Dicit enim Augu. in Epist. ad Volusianum, In rebus mirabiliter factis tota ratio facti, est potentia facientis. Sed potentia Dei facientis Incarnationem, quæ est opus maximè mirabile, non limitatur ad vnam naturam: cùm potentia Dei sit infinita. Ergo natura humana non est magis assumptibilis à Deo, quàm aliqua alia creatura.

¶ Præterea, Similitudo est ratio faciens ad congruitatem Incarnationis diuinæ personæ: vt suprà dictum est. Sed sic vt in creatura rationali inuenitur similitudo imaginis, ita in creatura irrationali inuenitur similitudo vestigij. Ergo creatura irrationalis assumptibilis fuit, sicut humana natura.

¶ Præterea, In natura angelica inuenitur expressior Dei similitudo, quā in natura humana: sicut Greg. dicit in hom. de centū oubus, introducens illud Ezec. 28. Tu signaculū similitudinis. Inuenitur etiam in angelo peccatū, sicut in homine: secundum illud Iob. 4. In angelis suis reperit prauitatē, ergo natura angelica fuit ita assūptibilis, sicut natura hominis.

¶ Præterea, Cùm Deo competat summa perfectio, tantò magis est Deo aliquid simile, quantò est magis perfectum. Sed totum vniuersum est magis perfectum, quàm partes eius, inter quas est humana natura. ergo totū vniuersum est magis assumptibile, quàm humana natura.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Prouer. 8. ex ore Sapientiæ genitæ, Deliciæ meæ esse cum filiis hominum. Et ita videtur esse quædam congruentia vnionis filij Dei ad humanam naturam.

CONCLVSIO.

¶ Cùm humana natura intellectualis existēs apta sit, verbū Dei per cognitionē & amorē attingere, & originali peccato obnoxia magis reparatione indigeat, ea sola ex naturis assumptibilis à Verbo fuit

¶ RESPONDEO dicendum, quòd

cōdum potēciā cōgruitatis ad vnionē personalē. Et ratio omnibus in locis suis patebit.

b ¶ In corpore articuli est vnica cōclusio: sola natura hūana est assumptibilis. Probatur. Hæc duo, scilicet cōgruentia dignitatis & necessitatis, soli naturæ humanę cōueniūt: ergo sola natura humana est assumptibilis. Antecedēs quo ad exponērem affirmatiuam probatur: quo ad dignitatē quidē, q; natura hūana nata est attingere p̄ prīs operationem, cognoscēdo & amādo verbū Dei: quo ad necessitatem verō, quia subiacens peccato originali indigebat reparatiōe. Quo ad exponētem autem negatiuā probatur: quia creaturę irrationali deest dignitas: naturæ aūt angelicæ deest cōgruitas necessitatis. Consequētia probatur: q; assumptibile dicit aptitudinē assumi à diuina persona nō per potentiā passiuā naturalē: ergo per potentiā cōgruitatis ad vnionē personalē diuinam. Hoc vltimò assumpto, probatur q; potētia passiua naturalis ergo secūdū cōgruētia, quū possit reddi, consequētia nō valet: quia potest attēdi secundū potentiam obedientiæ.

Comment.

3. dist. 2. q. 1. art. 1. Et 4. Contra ca.

c ¶ Ad hoc ex responsione ad primum in litera respōdetur, quòd creaturæ denominantur aliquales ex eo quòd conueniēt eis secūdum proprias, & non ex eo quòd conueniūt eis secundum primas & vniuersales causas: potentia autem obedientiæ cōuenit creaturæ in ordine ad primā causam, vt pater: potentia autē cōgruitatis attēditur secūdū ipsa ipsius creaturæ: & ideo creaturæ denominātur aliquales, hoc est assumptibiles secundū cōgruitatē, nō secundū obedientiā. Sed hęc responsio nō videtur solida, tū quia etiā secundū Autorē humana natura dicitur assumptibilis per potētiā obedientiæ. Tū quia assumptibilis est denominatio conuenies creaturæ solūm ex ordine ad Deum causam vniuersalissimam, quū iam dictum sit proprium ei & diuinæ personæ subsistere in pluribus naturis. Tum quia creaturæ denominantur aliquales ex eo quòd conuenit illis secundum causas primas & vniuersales dicuntur enim creaturæ & cōseruabiles ex primacau

sa: die

Universidad de Deusto
Biblioteca

sa dicitur etiam natura reparata ex prima & vniuersalissima causa Deo, &c.
¶ Ad hæc dicitur, q̃ oppositio in responsione ad primũ assata, scilicet creaturæ denominantur aliquales ex eo q̃ cõuenit eis secundũ propriam causam, non autem ex eo q̃ cõuenit eis secundũ propriam causam, intelligẽda est cum grano salis, scilicet quãdo oppositæ denominationes cõueniũt illis secũdũ proprias & primas causas.
Et hãc glossam manifestat Autor esse suæ intentionis in subiuncto exẽplo de morbo qui secũdũ se propria dicitur incurabilis, quãuis secundũ Deum oppositam denominationẽ habeat, & dicatur curabilis. Ita quòd intẽdit Autor, q̃ quãdo denominatio aliqua sic se habet ad creaturas, quòd secundum propria affirmatiuè & secundũ primam causam negatiuè, aut econtra secũdũ propria negatiuè & secũdum primã causam affirmatiuè sunt denominandæ istæ creaturæ denominãtur aliquales simpliciter secundũ propria, & non secundũ primã causam, sed cum additione, vt patet in exẽplo litteræ, morbi denominari potest curabilis & incurabilis secũdum propria & secũdum primã causã curabilis, & ideo simpliciter dicitur curabilis vel incurabilis, attẽdendo ad propria, secũdum primam autẽ causam dicitur cum additione curabilis per Dei potẽtiam. Et simile est in proposito: creaturæ simpliciter dicuntur assumptibiles, quæ congruitatem habẽt ad vnionem personalem, & inassumptibiles, quæ illa carent: cum quo tamen stat quòd omnes naturæ dicantur assumptibiles cum additiõe, scilicet per Dei potentiam.
¶ Ad primam ergo obiectionẽ dicitur, q̃ potentia obedientiæ, quia respondet omnipotentiæ diuinæ, claudit in ꝓposito sub denominatione ex omnipotentia Dei. eiusdem enim rationis est, quòd denominetur natura assumptibilis ex potẽtia Dei, & ex potentia obedientiæ, qua creatura subditur Dei potentiæ absolutè. & ideo prætermissa est in hoc processu, sicut potentia Dei.
¶ Ad secundũ dicitur, quòd licet assumptibile dicatur solummodo in ordine ad Deũ attendi in potest etiã ex parte congruitatis naturæ secundũ illius propria, & ex parte omnipotẽtiæ Dei: & secũdũ hoc oppositio modo natura aliqua est denominabilis: & ideo sedm̃ ꝓpria dicitur cõgruè assumptibilis vel inassumptibilis.
¶ Ad tertiam conceditur, quòd creaturæ denominantur simpliciter aliquales ex Dei potentia, quando ex propriis non sunt oppositio modo denominabiles. Nec oppositum habetur ex litera sanè intellecta.

¶ Num angeli reparatione indiguerint sicut homo.

Quæstio. ¶ Dubium secundum est, quomodo verum est, quòd in angelis deficiat necessitas reparationis: quum angelica natura adhuc reparatione indigeat.
¶ Ad hoc dicitur quòd non intẽdit Autor excludere ab angelica natura indigentiam seu necessitatem reparationis, sed congruentiam necessitatis: ita quòd liceret in angelica natura sit maior indigentia, quia irreparabilis est illius lapsus: quia tamen necessitas illa non habet congruitatem ad reparationem, quia est necessitas non vir, sed terminabileo notanter dicitur, quòd deest angelicæ naturæ congruitas ex parte necessitatis tam in corpore articuli, quàm in responsione ad tertium.

Annot. ¶ Nota in dictis huius articuli illam propositionem de potẽtia passiua naturali, quòd non se extẽdit ad id quod transcendit naturalem ordinem: quoniam verissima est, & formalis & propria, & secundũ illa sadicãda, quæ hic acq; illic inueniuntur dicta. Secundũ quã patet, q̃ potentia naturalis intellectus nostri non se extendit ad visionẽ Dei, &c. Vnde & hic dicitur de natura humana quatenus intellectualis, quòd nata est aliqualiter contingere per operationem verbũ Dei.

Annot. e ¶ In responsione ad primũ eiusdẽ primi articuli notandũ est, q̃ hinc apparet Autorẽ non cõtradicere suis dictis in isto tenẽ, di. 2. q. prima. art. 1. nec retractare illa, sed alta ac Teologo dignius loquutus est de assumptibili, sententiã eãdem seruans, & sermonẽ quasi cohibẽs. Vnde & pertransfundo in hac responsione præmittit discussionẽ cõsequentiũ, vt ad effectum diuinæ omnipotẽtiæ si assumeret angelũ, aut lapidem. Vnde & nos Autoris vestigia sectantes, quæstionem illam, an Deus possit assumere lapidis naturã, tanquam cõmuniter acceptam & sufficienter discussam, & quasi offensiuã piarũ aurium, in illius discussione relinquẽdã duximꝰ. Vide hęc si vis in Autore in loco allegato, & in Capreolo ibidẽ.

¶ Num maius sit vniri Deo in persona, quàm secundum operationem.

Quæstio. ¶ In respõsione ad secundũ, dubiũ occurrit circa illud, Multò autẽ maior & perfectior est vnio ad Deum secundũ esse personale, quàm quæ est secundũ operationẽ, quoniã non caret scrupulo propositio ista, & multi glossant. aut negãt eã. Est autẽ ratio scrupuli: quia secundum ista sumpta, vnio personalis cõmunis est rationalibus & irrationalibus, vnio secundũ operationẽ propria est rationalibus. Et cursus vnio personalis cõuenit rationalibus secundũ id, in quo cõmunicat cũ omnibus subsistẽtibus: q̃a cõuenit eis, in quãrum sunt naturæ potentes subsistere: vnio autẽ secũdum operationẽ pfectæ felicitatis conuenit eis, inquantũ sunt consortes diuinæ naturæ per adoptionẽ. Maior ergo & perfectior est vnio secũdũ operationẽ fruitionis beatæ, quàm secundũ esse personales & propterea ista propositio negatur, eo sensum accepta extremis. Et cõfirmatur: quia maius est assumere lapidẽ in filium Dei adoptiuum, quàm ad vnionẽ personalem: quoniã illud implicat cõtradictionem, hoc non. Glossatur aũt, quòd vera est in natura capaci veritatis; vanitatis. Et aliqui de veritate illius etiam sic intellectæ dubitant: quia melius est cõcipere Deũ mẽte, quàm carne: vt dicitur in libro de sancta Virgine. & de beata Virgine dicitur, q̃ beatior fuit concipiendo fidem Christi, q̃ carnẽ Christi. ¶ In oppositum autẽ est litera: & auctoritas ex Augu. super illud, Verbum caro factum est.
¶ Ad hanc quæstionem dicendũ est, ꝓ oculdubio maiꝰ, nobilius, excellentius, perfectiũsq; est vnici Deo in persona, quàm per gratiã & gloriam consummata. Et ratio habita est in vltimo articulo præcedẽtis q. quia scilicet vnio personalis non est vnio participata: sed ꝓ substantiam Dei, cõferens non similitudinem aut participationem Dei, sed ipsum esse personæ

quarti dicimus, esse perfectio vniuersi nõ est perfectio vnius personæ, vel suppositi.

¶ Super Quæstionem quarte articulum secundum.

Tertius articuli 2. satis clarus est quo ad quid nominis personæ humanæ, sed quo ad quid res, longo tractatu in hoc articulo perscrutandus est.

Cõment. b ¶ In corpore articuli vnica est conclusio responsiua quæsito negatiue: Filꝰ Dei nullo modo assumpsit personam humanam. Probatur, illud quod assumitur, & oportet præintelligi assumptionis: persona nõ ꝓcintelligitur in humana natura assumpta nisi igitur persona nõ assumitur. Maior & probatur, quia assumi aliquid dicitur, q̃ ad aliquid sumitur: & declaratur exemplo, sicut illud quod mouetur localiter, oportet præintelligi ipsi motui. Minor probatur ducendo ad impossibile, si persona præintelligeretur, oporteret ipsum vel corrũpi, & sic frustra esset assumptum: vt remanere, & sic essent duæ personæ: quod est erroneum, quia non esset vnio in persona.

Locus argumenti sequẽti notatu.

¶ Num persona vel hypostasis addat aliquid supra suam naturam singularem.

Quæstio. ¶ In hoc articulo quæstio difficillima occurrit, q̃ persona seu hypostasis addat supra naturam singularem. Et hoc tam in substãtijs cõpositis, puta quid addit Sortes supra suam hãc humanitatẽ, compositam ex hac anima & hoc corpore. & similiter quid addit Gabriel supra suam naturã singulare. Et est specialiter ex verbis huius articuli hinc & inde ratio dubij: quia tã in corpore articuli, quàm in responsione ad tertiũ, habetur, quòd addit aliquid positiuũ, dum dicitur, quòd persona opponeret corrumpi, si præexisteret assumptioni: quod in præcedenti quoq; articulo de Angeli persona dictũ est, cum adiunctione, quòd aliquid perfectionis corrũperetur. Et rursus dicitur, q̃ persona diuina sua vnione impediuit, ne natura humana propriam personalitatẽ haberet: si enim nihil ad. ferret, impedimentum nihilo præstitum esset. In oppositi autem sonat responsio ad secundum, dicens quòd naturæ assumptæ non deest propria personalitas propter defectum alicuius, quod ad perfectionem humanæ naturæ pertineat sed propter additionem, &c. si enim persona adderet aliquid positiuum supra hanc naturam, oporteret illud deesse naturæ assumptæ. Et sic falsum esset, quòd personalitas deest non propter defectum alicuius, quod ad perfectionẽ spectat: constat enim quòd si personalitas positiuum aliquid addit, illud ad perfectionẽ spectaret: cum persona significet perfectissimũ quid in genere substantiæ. Simpliciter autẽ & generaliter ratio dubij magni est tanta diuersitas opinionum, & obscuritas rei. Lauduntur autem in quæstione ista quatuor quæsita: primũ est, an persona supra hãc naturam addat in se aliquid. an solũm secundũ rationẽ secum dum, an suppositio q̃ addat aliquid in se, an illud sit positiuum, vel negatiuũ: tertiũ, an illud sit intrinsecũ personæ an extrinsecũ & quartũ, qd est illud positiuũ vel negatiuũ, intrinsecũ vel cõnotati. Quæ ad euitandã replicationẽ simillter tractabũtur. Est igitur prima opinio, q̃ suppositũ & natura hæc in omnibus substantijs sunt idem re, & differunt solo modo intelligendi, vt quod est, & quo est: ita quòd idem est quo & quod diuersa ratione. Natura enim est, vt qua Sortes est homo, Sortes verò est ipsa sua natura, vt participans seu habens illam ab agente. Et huius opinionis est Henricus de Gandauo in quo lib. 4. quæst. 3. Secunda autem opinio est, quòd suppositũ & natura sunt idẽ re quo ad intrinseca, sed differunt realiter, quantũ ad cõnotata, quæ ostendũtur ex modo significãdi cõnotata autẽ huiusmodi sunt illa, quæ simul cum natura habentꝰ fine quibus natura nõ potest esse. Verbi gratia, Sortes est ipsa sua humanitas in concreto vt significatur habẽs reliqua, sine quibus humanitas non habetur in rerũ natura. Et huius opinionis est Herueus in quolibet 2. q. 6. Tertia opinio est, quòd suppositũ & natura differũt realiter medio modo inter extrinsece & intrinsecẽtia quòd suppositũ addit suppra naturam affectionẽ, qua natura subest accidentibus: ita quòd Sortes non est sua humanitas quia Sortes significat humanitatem, vt affectam accidentibus, humanitas verò non. Ab Herueo & Ioan. de Neap. recitatur hæc opinio, & improbatur. Quarta opinio est, q̃ suppositum differt realiter a natura, sicut totum à parte: quia dicit cõpositum ex natura & esse existentiæ. hæc etiã recitatur ab vtroq; dictorum, & improbatur. Quinta opinio est, quòd suppositũ differt a natura per vnum cõnotatũ extrinsecum, scilicet actũ essendi. Ponit enim hæc opinio actũ essendi non claudi in suppositi ratione (in quo differt à præcedente: & bene dicit in hoc) sed connotati per suppositũ: quia esse est proprius actus suppositi, vt quod est, & hæc est opinio Capreoli in tertio sentendi. 5. quæst. 1. Sexta opinio est, q̃ persona addit supra naturam hãc aliquid intrinsecum cõstitutiuũ personæ, negatiuũ tamẽ. Et hæc est opinio Scoti in 3. sent. distin. prima. 1. quæst. quæ verbis ipsius vrendo, addit dupliceꝫ negationẽ: scilicet dependẽtiæ actualis à persona diuina, & dependẽtiæ aptitudinalis respectu eiusdẽ termini, scilicet personę diuinæ hoc est nõ dependere eriã secundũ aptitudinẽ à persona diuina vt sic ita q̃ hæc humanitas est persona per hoc q̃ nec apta nata est terminari ad personalitatẽ diuinã, nec actualiter terminatur per eam.

ARTICVLVS II.

a ¶ Vtrum filius Dei assumpserit personam.

ADSECVNDVM sic procedit. Videtur quòd filius Dei assumpserit personam. Dicit enim Damas. in 3. lib. quòd filius Dei assumpsit humanam naturã in atomo, id est in indiuiduo. Sed indiuiduum rationalis naturæ est persona: vt patet per Boët. in lib. de Duã. natura. Ergo filius Dei, personam assumpsit.
¶ Præterea, Damas. dicit, q̃ filius Dei assumpsit quæ natura nostra plantauit. Plantauit autem ibi personalitatem. Ergo filius Dei assumpsit personam.
¶ Præterea, Nihil cõsumitur nisi quod est. Sed Innocẽ. tertius dicit in quadam Decre. quòd persona Dei consumpsit personam hominis. Ergo videtur quòd persona hominis fuerit prius assumpta.
¶ SED CONTRA est quod Augustꝰ. dicit in lib. de fide ad Pe. quòd Deus naturã hominis assumpsit, non personam.

CONCLVSIO.

¶ Filium Dei nullo modo humanam assumpsisse personam.

b ¶ RESPONDEO dicendum, quòd aliquid dicitur assumi ex eo q̃ ad aliquid sumitur. Vnde illud, quod assumitur, oportet præintelligi assumptioni sicut illud, quod mouetur localiter, præintelligitur ipsi motui. Persona autem nõ præintelligitur in humana natura assumptioni, sed magis se habet vt terminus assumptionis, vt suprà dictũ est. Si enim præintelligeretur, vel oporteret quòd corrumperetur: & sic frustra esset assumpta, vel quòd remaneret post vnionem: & sic essent duæ personæ, vna assumẽs, & alia assumpta. Quod est erroneũ, vt suprà ostensum est. Vnde relinquitur, q̃ nullo modo filius Dei assumpsit humanam personam.
¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd naturam humanam assumpsit Filius in atomo, id est in indiuiduo: quod non est aliud à ſuppoſite increato, quòd est persona filij Dei. Vnde non sequitur, quòd persona sit assumpta.
¶ Ad secundum dicendum, q̃ naturæ assumptæ non deest propria personalitas propter defectum alicuius, quod ad perfectionem humanæ naturæ pertineat: sed propter additionem alicuius, quod est supra humanam naturam: quod est vnio ad diuinam personam.
¶ Ad tertium dicendum, quòd consumptio ibi non importat destructionem alicuius, quod prius fuerat, sed impeditionem eius, quod aliter esse posset. Si enim humana natura non esset assumpta à diuina persona, natura humana propriam personalitatem haberet: & pro tanto dicitur persona consumpsisse personam, licet impropriè: quia persona diuina sua vnione impediuit, ne humana natura propriam personalitatem haberet.

Septima opinio propinqua huic est, quòd persona addit supra naturã hanc sũ lam negationem annexã extrinseci positiui & intrinsecæ vnionis ad illud. ita q̃ ſuppoſitũ ſignificat illãmet rem, quã significat natura: sed significat eam vt habet hanc duplicẽ negationem, scilicet q̃ in nullo extrinseco sustinetur. Et huius opinionis est Ioannes de Neapoli in quolibet quæst. 9. Omnium harũ opinionũ cõuenientiã in hoc, q̃ suppositũ nihil positiuum intrinsecũ addit supra naturã personalẽ singularẽ, fundamentũ est: q̃a illud intrinsecũ cõstat nõ posse esse accidens, nec subsistãtiã, quæ est forma aut materia, aut cõpositũ ex vtraq;. Accedit ad hoc auctoritas Aristotẽ. in septimo Metaph. tractãte in hanc quæstionẽ, & dicẽtis q̃ in his, quæ sunt per se, idem est quod quid est, & i cuius est: cõstat eũ substantiã esse de numero eorũ quæ sunt, & dicuntur per se. Ponendi aut aliquid supra additũ negatiuũ aꝰ positiuũ, cogit & modus significandi, & assumptio singularis humanitatis à Christo sine sua personalitate. Præter omnes autẽ dictas opiniões recitat alia opinio à Scoto & Ioanne de Neapoli, si tamẽ vna & eadem ab vtroq; recitatur, renens ſuppoſitum addere supra naturã singularẽ entitatẽ positiuã intrinsecã ſuppoſito cõstitutiuãmq; ipsius. Sicut hæc, inquit Scotus, humanitas addit supra humanitatẽ, vel sicut modus essendi, vt in q: Ioãnes de Neapo. addit supra naturã, cuius est, & reduxit entitas ista ad genꝰ ſubſtãtiæ, sicut esse quale ad genus qualitatis, & punctus ad genus quãtitatis. Improbatur q; ab vtroq; opinio ista. Omisi asserte opinionẽ dicentẽ ſuppoſitũ differre à natura, quia Sortes dicit cõpositum ex materia & forma, humanitas verò formã: quia nõ esset ad propositi quæstionis in qua ſuppoſitur filiũ Dei assumpsisse singularem humanitatẽ compositam ex hac anima & hoc corpore istorũ illud. Perfectus homo ex anima rationali & humana carne ſubſiſtens: & tamẽ non assumpsisse hypoſtaſim humanam.
¶ Examinanda igitur dicentiũ q; sunt hæc secundum & doctrinã diui Thomę, & simpliciter. Ex doctrina diui Tho. habetur inter naturam & ſuppoſitũ in creaturis, talem rationẽ: esse differentiã, vt ſuppoſitũ sit primum ſubiectũ actus essendi in rerũ natura, natura nõ: & similiter q̃ ſuppoſitũ sit subiectũ filiationis realis, natura nõ: ita q̃ si natura sine suo ſuppoſito poneretur, non esset subiectum actus essendi, nec esset subiectũ filiationis. Et primũ quidẽ dicit Autor inferius in quæst. 17. arti. 2. per totũ: vbi in responsione ad primũ dicit hæc verba, Esse consequitur naturã nõ sicut habentẽ esse, sed qua aliquid est: persona autem siue hypoſtaſim sicut habentem esse. Secundũ autẽ dicit inferius. q. 6. art. 1. per totũ: vbi in responsione ad primũ dicit hæc verba, Natus itaq; temporalis causatur in Christo temporalem filiationẽ realem, si esset ibi subiectũ huiusmodi filiationis capax, &c. ex hoc autẽ q̃ hæc humanitas & hic homo, sic differũt, quòd illa secundum rem neque actus essendi nq; filiationis realis est capax nisi ratione huius hominis, vt per se primò subiecti vtriusq;, oportet dicere quòd aliqua realis differentia sit inter hanc humanitatẽ & hũc hominẽ ita quòd aliquid reale includat hic homo, quod non includit hæc humanitas: qua realitate hic homo habeat q̃ sit ſuſceptiuũ tã actus essendi, quàm filiationis realis: cuiusq; realitatis defectu hæc humanitas deficiat ab hoc quod est esse ſuſceptiuũ per se primò actus essendi & filiationis temporalis. Nam hęc differentia in rerũ natura est: & secundum constitutiuũ per se primò subiecti filiationis realis siue actus essendi. Et propterea non potest reduci ad differentiã secundũ modos intelligẽdi, aut ſignificandi: nec ad differentiam secundum extra cõnotata, quęcunq; sint illa: quoniã hæc differentia præuenit omnia extrinsęca & modos intelligendi & ſignificandi: nec ad differentiam penes negationes: quoniam negatio non est constitutiua subiecti entitatis realis: quanuis sit concomitans & circumloquens constitutiuum illud quandoque: quoniam subiectum entitatis realis vt sic, purum ens reale esse in se sufficit: negatio enim quum nihil formaliter sit, non dat formaliter alicui enti esse capax entitatis realis. Sed si hæc humanitas & hic homo ita se habent, quòd huic humanitati in rerum natura repugnat esse per se primò ſuſceptiuum harum extrinsecarum entitatum realium, scilicet actus essendi vel filationis, & huic homini conuenit, oportet aliquid positiuum reale claudi in hoc homine, quod non clauditur in hac humanitate, quo fiat per se primò ſuſceptiuũ huius rei, cuius illa non est capax. Hæc ratio videtur conuincere intentum bene dispositum ſtantibus fundamentis. De quibus scio quòd quanuis Thomiſtæ aliqui videantur negare fundamentum hoc, quantum ad per se primò subiectum actus essendi (quorum phantasia in quæstione 17. ostendetur aliena à doctrina Autoris) nullus tamen inficiari potest, fundamentum hoc esse diui Thom. quo ad per se primò subiectum filiationis realis. Et hoc ſufficit efficacię huius rationis: quoniam tota vis rationis consistit in hoc, quòd constitutiuum rei in hoc quod est esse per se primò ſuſceptiuum entitatis realis, oportet esse realitatem aliquam sed hic homo in hoc differt ab hac humanitate quòd: claudit in se aliq̃d quo est per se primò ſuſceptiuus alicuius entitatis realis repugnãtis huic humanitati: ergo claudit in se realitatem constitutiuam in esse quo differt

Universidad de Deusto
Biblio

ab hac humanitate: sed non differt nisi in esse personali, quo hic homo est hypostasis siue persona, hæc humanitas nonnego personalitas huius homipis addit aliquam realitatem intrinsecè constitutiuam personæ humanæ, supra hanc humanitatem. Fiet ratio non nisi ad manifestandum quid sentiat Autor de differentia inter suppositum & naturam allata est, apud alios nanq; scio non valere, quod ponunt in Christo non solùm plura esse, sed etiam nouam filiationem realem. Et hoc ipsum magis arteftatur, quòd sententia Autoris est quæ dicta est: quoniam cæteri loquendo, ponentes personam nō constituī intrinsecè ali quo positiuo supra hanc naturam, consequenter ex negatione personalitatis hu manæ nihil reale debent auferre ab homine Christo, quod est in alijs: quia nihil reale conuenit hominibus ratione negationis, aut huiusmodi. Et per oppositum tollentes aliquam realitatem à Christo homine, propterea quia aliqua realitas est personæ & aliqua naturæ, debent consequenter loquendo dicere, q personalitas aliquam realitatem constituiam intrinsecè personæ, vt distinguitur ab hac natura, dicit, quæ in Christo nō fuit: & ad cuius impeditionē sequuta est impeditio reliquarum realitatum personalium. Consonat autē hæc sententia his, quæ in præcedenti & hoc articulo dicuntur de corruptione personalitatis, & impedimento eiusdem: & his quę in quarto cōtra Gen. cap. 43, dicuntur, dum asseritur quòd si hypostasis humana non remanetret in ea natura, in qua assumē da à Verbo præxtitisset, hoc sine corruptione accidere non potuisset: nullum enim singulare desinit esse hoc quod est nisi per corruptionem. Hæc ille.

¶ Simpliciter autem & absolutè loquendo, monstratur positio ista ratione consentaneatam secundum ea, quæ sunt ex lumine naturali, quàm secundum ea, quæ sunt ex lumine fidei nota. Rationabile siquidē est, vt dupliciter dicta subsistentia in 5. Meta. scilicet de essentia & de prima substantia. sicut subsistātia pro essentia est ret. cui debetur talis modus essendi, qué circūloquimur per esse per se, hoc est nō in alio, sicut accidēs est in subiecto: ita subsistēcia pro substantia prima sic res, cui debetur talis modus essendi, qué circūloquimur p esse per se separatim: ita quòd repugnet ei esse in alio, vt in quod, siue vt quo, in quod, siue vt pars aut quasi pars in toto. Sic enim ponēdo quēadmodum subsistantia pro essentia non ex modo essendi affirmatiuo vel negatiuo cōstituitur, sed ex cōstitutiua intrinsecè realitate, cui debetur esse tali modo sonita substantia pro hypostasi non acta et essendi tali modo, sed ex realitate constitutiua ipsius intrinsecè, cui debetur actus essendi, rali modo constituitur. Nec tacita à Philosopho huiusmodi realitas, sed expressa est in proprio constituto per ipsam: dum in 5. Meta. subsistantia distincta est in subsistantiam pro hypostasi, & subsistantiam pro essentia subsistātiali: & in Prædicamentis subsistantia pri.na propriè principaliter & maximè subsistantia dicitur: idem auté significatur per subsistātiam primam, hypostasim, suppositum, & personam: nisi quòd persona in solis rationalibus locum habet, vt patet ex antedictis. Accedit ad hæc, quòd nomen Hypostasis, aut personæ, & similiter nomina propria naturarum eō pronominibus, vt hic homo, hic bos, & similiter pronomina demonstratiua personaliter, vt ego, tu, ille, omnes cōueniunt significare formaliter subsistantiam, & nō negationem, aut accidēs, aut extraneā. Si oēs hoc fatemur, cui ad quid rei significatę persecutātes diuertimus à communi cōsensione & si personalitatē negationē esse formaliter dicere licet, cui non stat in sententia tāto probabiliori, quāto magis cōsona communi confessioni Theologi quoq; ponentes personalitatē in diuinis positiuā rem, quā ex illa Patre omnis paternitas iuxta Apostoli sententiam: docēt nos ad diuinæ personalitatis aliquālem imitationem, etiam in creaturis personalitatem positiuam rem esse. Amplius, dicentes personam Verbi in Christo supplere personam humanā: constat quòd non dicūt, quòd supplet nihil, negatio autem est nihil formaliter: sed intendunt quòd supplet substantiam, quam significat persona humana seu hic homo non igitur personalitas negatio aut modus significandi aut extranea quid est, sed substantia: loco cuius in Christo est persona Verbi, quæ verè est hic homo & persona humana. Amplius, Si natura assumpta à Verbo, desereretur ab eo in suis propriis naturalibus, esset tunc alia persona verbi Dei, & alia persona illiusmet humani tatis: quoniam Alia est relatiuum diuersitatis substantiæ: ergo personalitas addit supra illam singularem naturam substantiam intrinsecè constitutiuam formaliter in esse personali. Nec potest dici ad primam consequentiam, quòd esset alia persona negatiuè tantùm: quoniam constat quòd nō solùm non esset eadem persona cū persona Verbi, sed poneret in numerum cū illa: quoniam essent duæ personæ, nō minus quàm modò sunt persona Verbi & persona mea. Est igitur personalitas realitas constitutiua personæ vt sic & ideo ad eam cōsequuntur negationes ac repugnātiæ ad esse quo, & esse partem, & capacitatem ad personales realitates, vt sunt actus essendi & filiatio, & quod est & habēs esse: & reliqua, quæ hypostasi attribuuntur. Est autē huiusmodi realitas in genere substantiæ reductiuè, sicut reliquæ realitates cōstitutiuæ substantiarū, vt rationale, & huiusmodi: quāuis nō sit differentia, propriè loquendo: sed est terminus vltimus, ac vt sic purus naturæ substantiæ. Vbi tria dico: primò, quòd est terminus naturæ: quod probatur ex hoc, quòd natura personari, est natura terminari, & personare est terminare naturā: exponimus enim naturā humanam in Christo personari per Verbum, quia terminatur per illius personam: & econtra, Verbum personare naturā illam, quia terminat illā. Secundò, quòd est vltimus. quoniam natura nunquā est vltimatè terminata, donec personetur: quantuncunq; enim natura nunquā est vltimatè terminata, vt patet de humanitate Christi, quæ est secundum se in se singularis & terminabilis per personam Verbi, aut propriā, terminata autē per personam Verbi. Constat autē, q̄ si terminata est personalitate propria vel aliena, stāte illa nō est terminabilis vltrà, nisi forte extēsiuè nō ex parte sui, sed ex omnipotentia alterius potēcis etiā seipsum terminū illius efficere: vt superius dictū est, si vna natura assumeretur à duabus personis diuinis. Sed hoc non tollit quin prima persona assumens terminauerit vt vltimus terminus: sed terminos multiplicat extensiuè: est igitur personalitas terminus vltimus naturæ. Quòd autē tertiò addidi, vt sic patet, ad maiorem explicationē, nō ad necessitatem appositi est: ad instruendū nouitios, q̄ terminare vt terminare, nullā dicit causalitatē, & explanandū, q̄ personalitas vt terminās naturam, nullā causalitatem dicit respectu naturæ terminatæ: ita q̄ non solùm est extra genera causarū extrinsecarū, sed etiam extra causas intrinsecas: quoniam nec in genere causæ formalis, nec in genere causæ materialis se habet ad naturam, sed vt terminus eius. Vnde & in mysterio Incarnationis dictū est, q̄ vnio personalis secundū nullū genus causæ attenditur. Nec hoc est figmentū, sed testimonio habet ex terminis quātitatis: punctū enim est ita terminus lineę, q̄ nulla causa est illius. Et quòd hæc nō volūtariè sed rationabiliter dixerim, declaro ex autoritate & ratione autoritas est diui Tho. in 1. senten. di. 5. q. 1. ar. 3. dicēcis, Quod assūmitur, trahitur ad aliquid cōpletius ipsum incompletum existens: & hoc est cōtra rationē personæ quæ maximā cōpletionē importat. Hæc ille. Vbi clarè habet naturā singularē sine personalitate esse incompletā, & personam maximā cōpletionem importare: hoc enim nihil aliud est, quā dicere, q̄ natura singularis nō est vltimatè terminata, & persona vltimū terminū naturæ importare. Ratio prima Theologicè manifestata, iam dicta est: ea scilicet personare & personari sunt terminare & terminari vltimatèiugitur psonalitas est vltimus terminus. Antecedēs manifestatur: qa idē quāuis aliter facit personalitas propria naturæ, & personalitas aliena, quoniā aliena supplet propriā: sed inter alienā & naturā est terminare & terminari: vt patet in mysterio incarnationis. ergo. Ratio altera est ex apparētibus in naturalibus substantijs homogeneis: vidēmus enim, q̄ ex sola diuisione res multorū Prædicamentorū simul actu absq; alio generāte nunc ex sola enim ligni vel aquæ diuisione quælibet pars acquirit nouū terminū in genere quāntitatis: q̄ in ex illa parte, qua cōiunabātur, quælibet pars proprio termino actu terminatur de nouo, acquirit nouā relationē, q̄n quælibet ſit actu totū, vt patet: acquirit esse in actu, postq̄ quum prius esset in potētia in toto, vtpote pars eius: acquiritur nouā hypostasis, quoniā quælibet pars est hypostasis seu prima substātia, quę prius nō esset prima substātia, sed prime substātiæ pars. Existēte siquidē hypostasi vna in actu, & multis in potentia, cōsequens est secundū doctrinā Arist. in 2. de Anima, vt sola diuisione fiant duæ substātiæ in actu quæ prius erat vna in actu, & duæ in potēcia nō minus quàm in animalibus imperfectis, existente vna anima in actu & duabus in potē. ia, sola diuisione fiūt duę animę. Ex modo igitur, quo videmus multiplicari hypostases, rationi cō sentaneū apparet q̄ terminatione naturæ singulari superaddat quoniā terminorū talis est generatio. Et cōfirmatur hoc autoritate diui Tho. vbi suprà ad tertiū argumentū, si verbū Dei deponeret assūmptā humanitatem, dicentis, Separatio dat vtriq; partiū totalitatē, totalitas enim & completio idē sonāt, eo q̄ vltimata terminatione cōsummatur. Et quia vero omnia consonāt, & ex quod quid est soluuntur oēs difficultates rei, ideo tantò rationabiliior hæc positio monstratur, quantò omnia cōsona ostēdentur & soluūtur difficultates. Ex hoc nanq; quòd realitas personalitatis est terminus vltimus naturæ, patet primò difficultas de identitate & diuersitate eius à natura singulari: est enim quo modo idem & quodāmodo non idē: licut terminus est terminato quasi idē & quasi non idē: est enim aliquid eius, scilicet terminus, & nō est illud: vt patet de puncto & linea.

¶ Patet secundò de separabilitate: nam potest natura fieri sine suo termino in actu, non autem econuerso, sicut potest linea esse sine omni puncto in actu, vt patet de linea circulatim non autem econuerso, quia implicat punctum esse sine lineæ: vtpote habens & non habens positionem.

¶ Patet tertiò de cōpositione: inter terminatū esse & terminū nulla est cōpositio nō en linea cōponitur ex punctis aut ex linea & punctis: sed inter personalitatē & naturam nulla est compositio, sed se habent vt terminus & terminatum.

¶ Patet quartò, q̄ non fingimus nouā substantiam vltra materiā, formā, & cōpositū: quoniā appellationē Cōpositi intelligitur in substantijs materialibus vtra q̄ substātia posita in 7. Meta. scilicet essentia & hypostasis: nam ex materia & forma cōponitur nō solùm essentia Sortis: siue cōmuniter sumpta, vt humanitas: siue singulariter, vt hæc humanitas: sed etiā ipse Sortes, vt patet. Sed quoniā substātia dūplicita est in natura & substātiam primā, & substātia prima inuenitur in solis substātijs cōpletis, siue sint cōpositæ, siue simplices formæ, in lucē protulimus quid substantia prima seu hypostasis formaliter importat in communi.

¶ Patet quintò sensu verborū diui Tho. quòd dixit pluries, q̄ personalitas corrūperetur, si Verbū assūmpsisset Angelū, aut hominē per existentiā corrūpti eth nō est nisi corpū, nihil eth mortetur nisi viuēs: & sic nihil corūpitur nisi ens. Et cùm dixit, q̄ psona Verbi impediuit, ne humanitas illa haberet sibi propriā psonalitatē: quod Innocētius vocauit cōtumptionē personæ, nō eth impedita est à nihilo negationes autem oēs formaliter sunt nihil, sed ab aliquo: & similiter persona Verbi non consumpsit nihil, sed aliquid: q̄ enim nihil est, consumptibile non est.

¶ Patet sextò sensus doctrinæ Aug. & sententiæ Ecclesiæ, quā dicitur, quòd persona Verbi assumpsit naturā & non personam: si enim persona negationē ad sit formaliter, dicendo, non assumpsit personam, dictum est, non assumpsit nihil.

¶ Patebit & septimò solutio obiectionū. Sco. eth in 1. sent. dist. 1. q. 1. tangit contra hāc positionē quadrupliciter. primò, qa tūc esset aliqua entitas positiua in natura humana, quæ esset inassumptibilis à Verbo: hoc est incōueniēs. Tū quia secundū Dama. q̄d est inassumptibile, est incurabile: ergo omnis entitas positiua creaturæ æquè est in potēcia obedientiali respectu personæ diuinæ. Secundò, qa sequeretur, q̄ humanitas assumpta à Verbo, careat illa entitate positiua quæ tamē ponitur vltima & quasi actualissima & determinatissima in natura tali: & sic nō esset homo vniuocè. Et si reputatur nō incōueniēs, q̄ careat illa, arguo, q̄ ista natura nō posset dimitti sibi, quin oporteret sibi dari nouā realitatē, vel remanere nō personā: Tertiò, quia sequitur q̄ ista natura nō posset dimitti vel esse personata: quia talis realitas nō est realitas naturæ, nec potest contineri per identitatem in aliqua natura, quæ non est eadem sibi. Quartò sequeretur q̄ natura intellectualis posset fieri actu existēs & in nulla persona. Patet sequela: quia natura, quæ assumitur, est prior seipsa, vt est sub realitate personalitatis, quę non est eadem realiter aut formaliter naturæ: & tunc fi nō assumeretur, sed relinqueretur sibi, non esset personata personalitate creata vel increata. Deinde sequit Aureolus apud Capreolū in 3. sen. di. 5. q. 1. Primò ex autoritate Damasceni assumpsit Verbum quicquid in natura nostra plātauit. Et si dicatur, q̄ assumpsit totū, quod pertinet ad naturam: nō contra, quod pertinet ad suppositū: cōtrà, Terminus humanitatis est aliquid humanitatis, ergo assumpsit etiā terminū humanitatis. Antecedens probatur: quis punctū est aliquid lineæ. Secundò, Si terminatio & personalitas est aliqua realitas: ergo ens, ergo quiditas & quidditas patet 7. Meta. ergo natura aliqua: ergo est assumptibilis a Verbo. Et confirmatur: quia si distinguitur realiter à natura, posset de ipsa separate realiter, & separatim assumere.

Tertiò, quia ex hoc sequuntur multa inconuenientia: primum est, q̄ Verbum non posset supplere vicem illius termini, quum sit quid subsistens, & non solùm terminus. Secundum, q̄ Verbum non esset homo, quia terminatio illa si poneretur, non esset homo. Tertium, q̄ Angelus nō posset assumi à Verbo: quum in eo non differat quod quid est ab eo, cuius est, secundum Philosophum. Quartū est, quòd prima substantia non haberet rationem primæ substantiæ per essentiam, sed per istam realitatem: & sic secunda substantia esset magis substantia, quia prima, inquantum prima, non esset substantia. Quintum est, quòd nulla res subsisteret per se, sed per aliud à se: licut corpus nō terminatur per se, sed per superficiem: & tamen conceditur, quòd substantia subsistit per se. Sextū est, quòd natura haberet magis rationem suppositi: quoniam natura subsistat realitati personalitatis. Septimum est, q̄ suppositum esset nuarta substantia ex tribus constitutis: scilicet materia, forma, & illa realitate. Cùm igitur ista sunt absona, non potest illa positio poni.

¶ Ad primū Scoti dicitur, nullum incōueniēs esse, q̄ aliqua realitas creata sit assumptibilis. Pro cuius clara resolutione distinguendū est, q̄ licut subsistātia dicitur dupliciter, scilicet de hypostasi & de natura: ita entitas seu realitas dicitur dupliciter, scilicet de realitate hypostatica seu personali, & de realitate naturali, hoc est spectante ad naturam, vt natura, distinguitur cōtra hypostasim, & econtra. Et quoniā secundū Damascenū, in Christo naturalia duplicantur, quia duæ habent

habet Christus naturas, diuinam scilicet & humanā, personalia autē non multiplicantur, sed in vnitate sistunt, quia vnica tantū in Christo persona, scilicet hypostasis Verbi: ideo in Christo, sequendo Damascenī doctrinā, imò Ecclesię sententiā, si cōsequenter loqui debemus, quicquid spectat ad naturā humanam, vt distinguitur cōtra hypostasim humanā, est, & assumpti est, & assumptibile fuit, quicquid autē spectat ad personalitatē humanam, vt distinguitur contra naturā humanam, nō est assumptibile, nō est assumptū, nō fuit nec est in Christo. Et sub verbo hoc continentur multæ entitates reales, quāuis diuersimodē, scilicet personalitas, actus essendi, & filiatio realis temporalis: vt infrà in suis patebit locis. Et ideo nihil horum est assumptibile, diuersimodē tamen: quia personalitati repugnat contradictoriè assumptū: actui verò essendi repugnat secundum ordinem, eerum: vt infrà q. 17. potebit. Et omnes autoritates sonantes aliquam integritatē aut vniuersalitatem assumptorum vel assumptibilium intelligendæ sunt in genere naturalium, vt distinguuntur contra personalia.

¶ Et properea cām obiicit Scotus, quia quod est inassumptibile, est incurabile: intelligit sic, Quod inter naturalia est inassumptibile, est incurabile. Et probatur glosa ex ipsius Damasceni doctrina, ponentis personalia nō esse assumpta. Ad secundam eiusdem probationē negatur illa propositio, Quælibet creata entitas est aptè in potentia obedientiæ ad assumptionem: quoniam alicui creatæ rei repugnat assumptibilitas in litera dicitur, quòd oporteret personalitatē corrumpi, si natura angelica, vel humana præexistens assumeretur.

¶ Ad secundum Scoti concedimus, quòd in Christo non est realitas creatæ personalitatis: sed falsum est, quòd ista realitas sit actualissima, quum sit constitutiua subiecti actus essendi. Et similiter falsum est quòd sit determinatissimā: non est determinata, sed terminans: terminus enim non est terminatus, sicut nec albedo est alba. Adiuncta autē sequela, q̄ nōd Christus non esset homo vniuocè: nihil valeuit diuus Tho. docet, quia vniuocatio in nomine Hominis attenditur, secundum naturæ humanę rationem, & non secundum personalitatē: ratio autē naturæ humanę eadem omnino est in Christo & aliis hominibus, quamuis personalitas sit diuersa. Et cùm contra concessum defectum realitatis personalis creatæ in Christo arguitur, quia sequeretur q̄ sibi dimissæ humanitati assumptæ oporteret nouam dari realitatem: respondetur, q̄ oporteret nouam realitatem adesse, sed non de nouo per aliquam nouam actionem diuinā: sua enim separatio (vt Autor dixit) dat cōplementum autem econuerso, quia implicat punctum esse sine lineæ: vtpote habens & non habens positionem.

¶ Patet tertiò de cōpositione: inter terminatū esse & terminū nulla est cōpositio nō en linea cōponitur ex punctis aut ex linea & punctis: sed inter personalitatē & naturam nulla est compositio, sed se habent vt terminus & terminatum.

¶ Patet quartò, q̄ non fingimus nouā substantiam vltra materiā, formā, & cōpositū: quoniā appellationē Cōpositi intelligitur in substantijs materialibus vtra q̄ substātia posita in 7. Meta. scilicet essentia & hypostasis: nam ex materia & forma cōponitur nō solùm essentia Sortis: siue cōmuniter sumpta, vt humanitas: siue singulariter, vt hæc humanitas: sed etiā ipse Sortes, vt patet. Sed quoniā substātia dūplicita est in natura & substātiam primā, & substātia prima inuenitur in solis substātijs cōpletis, siue sint cōpositæ, siue simplices formæ, in lucē protulimus quid substantia prima seu hypostasis formaliter importat in communi.

¶ Patet quintò sensu verborū diui Tho. quòd dixit pluries, q̄ personalitas corrūperetur, si Verbū assūmpsisset Angelū, aut hominē per existentiā corrūpti eth nō est nisi corpū, nihil eth mortetur nisi viuēs: & sic nihil corūpitur nisi ens. Et cùm dixit, q̄ psona Verbi impediuit, ne humanitas illa haberet sibi propriā psonalitatē: quod Innocētius vocauit cōtumptionē personæ, nō eth impedita est à nihilo negationes autem oēs formaliter sunt nihil, sed ab aliquo: & similiter persona Verbi non consumpsit nihil, sed aliquid: q̄ enim nihil est, consumptibile non est.

¶ Patet sextò sensus doctrinæ Aug. & sententiæ Ecclesiæ, quā dicitur, quòd persona Verbi assumpsit naturā & non personam: si enim persona negationē ad sit formaliter, dicendo, non assumpsit personam, dictum est, non assumpsit nihil.

¶ Patebit & septimò solutio obiectionū. Sco. eth in 1. sent. dist. 1. q. 1. tangit contra hāc positionē quadrupliciter. primò, qa tūc esset aliqua entitas positiua in natura humana, quæ esset inassumptibilis à Verbo: hoc est incōueniēs. Tū quia secundū Dama. q̄d est inassumptibile, est incurabile: ergo omnis entitas positiua creaturæ æquè est in potēcia obedientiali respectu personæ diuinæ. Secundò, qa sequeretur, q̄ humanitas assumpta à Verbo, careat illa entitate positiua quæ tamē ponitur vltima & quasi actualissima & determinatissima in natura tali: & sic nō esset homo vniuocè. Et si reputatur nō incōueniēs, q̄ careat illa, arguo, q̄ ista natura nō posset dimitti sibi, quin oporteret sibi dari nouā realitatē, vel remanere nō personā: Tertiò, quia sequitur q̄ ista natura nō posset dimitti vel esse personata: quia talis realitas nō est realitas naturæ, nec potest contineri per identitatem in aliqua natura, quæ non est eadem sibi. Quartò sequeretur q̄ natura intellectualis posset fieri actu existēs & in nulla persona. Patet sequela: quia natura, quæ assumitur, est prior seipsa, vt est sub realitate personalitatis, quę non est eadem realiter aut formaliter naturæ: & tunc fi nō assumeretur, sed relinqueretur sibi, non esset personata personalitate creata vel increata. Deinde sequit Aureolus apud Capreolū in 3. sen. di. 5. q. 1. Primò ex autoritate Damasceni assumpsit Verbum quicquid in natura nostra plātauit. Et si dicatur, q̄ assumpsit totū, quod pertinet ad naturam: nō contra, quod pertinet ad suppositū: cōtrà, Terminus humanitatis est aliquid humanitatis, ergo assumpsit etiā terminū humanitatis. Antecedens probatur: quis punctū est aliquid lineæ. Secundò, Si terminatio & personalitas est aliqua realitas: ergo ens, ergo quiditas & quidditas patet 7. Meta. ergo natura aliqua: ergo est assumptibilis a Verbo. Et confirmatur: quia si distinguitur realiter à natura, posset de ipsa separate realiter, & separatim assumere.

Tertiò, quia ex hoc sequuntur multa inconuenientia: primum est, q̄ Verbum non posset supplere vicem illius termini, quum sit quid subsistens, & non solùm terminus. Secundum, q̄ Verbum non esset homo, quia terminatio illa si poneretur, non esset homo. Tertium, q̄ Angelus nō posset assumi à Verbo: quum in eo non differat quod quid est ab eo, cuius est, secundum Philosophum. Quartū est, quòd prima substantia non haberet rationem primæ substantiæ per essentiam, sed per istam realitatem: & sic secunda substantia esset magis substantia, quia prima, inquantum prima, non esset substantia. Quintum est, quòd nulla res subsisteret per se, sed per aliud à se: licut corpus nō terminatur per se, sed per superficiem: & tamen conceditur, quòd substantia subsistit per se. Sextū est, quòd natura haberet magis rationem suppositi: quoniam natura subsistat realitati personalitatis. Septimum est, q̄ suppositum esset nuarta substantia ex tribus constitutis: scilicet materia, forma, & illa realitate. Cùm igitur ista sunt absona, non potest illa positio poni.

¶ Ad primū Scoti dicitur, nullum incōueniēs esse, q̄ aliqua realitas creata sit assumptibilis. Pro cuius clara resolutione distinguendū est, q̄ licut subsistātia dicitur dupliciter, scilicet de hypostasi & de natura: ita entitas seu realitas dicitur dupliciter, scilicet de realitate hypostatica seu personali, & de realitate naturali, hoc est spectante ad naturam, vt natura, distinguitur cōtra hypostasim, & econtra. Et quoniā secundū Damascenū, in Christo naturalia duplicantur, quia duæ habent

Iam sit homo. Quod est verum: quia persona humana, quæ constituitur illa terminatione, est homo. Et patet nullitas huiusmodi arguendi ex differentiis: nec enim quòd rationalitas non est animal, non sequitur, ergo constitutum per rationalitatem, non est animal. Ad tertium inconueniens negatur similiter sequela: quoniam in Angelis est nō distinguitur natura ab hac natura: quoniam seipsa est hæc & hoc intendit Philosophus: distinguitur tamē natura à persona: de qua distinctione vel indistinctiōe Philosophus nihil dixit: Philosophus enim indistincte vtitur nomine individui & hypostasis, & solùm pertractat de distinctione quidditatis & eius, cuius est, secundum principia naturæ & individuationis. Nec mirum, cùm etiā Autor in prima parte, q. 1. ita indistincte & tracter & decidat quæstionem de distinctione naturæ & suppositi: puto autē in causa fuisse, quòd viq. hodie non fuissent excitata ingenia humana ad perscrutādas subtilitates inter personam & individuam naturā, nisi mysterium Trinitatis & Incarnationis reuelatum ad hoc inuitasset. Ad quartum dicitur, exponendo sensum propositionis, substantia prima est prima substantia per essentiam, quoniā potest dupliciter intelligi: primò per essentiam completam: & sic est veritima, & sequitur ex positione nostra. Alio modo per essentiam absque termino proprio: & sic est falsa, quia non sufficit ad rationem primæ substantiæ esse sine termino. Nec est verum, quòd prima substantia non sit substantia inquantum prima: sicut non est verum q̄ homo, inquantum homo, non est animal: quāuis nec rationalitas sit animal, nec personalitas sit ipsa substantia. Ad quintū negatur sequela: quoniam substantia dicit subsistere per se: quia per suam essentiam cōpletam seu terminatam subsistit. Sed verum est quod sequitur, q̄ subsistātia interminata seu incompleta non per se subsistat, sed oporteat q̄ sit terminata proprio termino. Nec subsistere per proprium terminum distinguitur contra subsistere per se, quoniā proprius terminus aliquid sui est: sicut lineam terminari per punctum, & corpus per superficiem distinguitur contra terminari per se) quoniam non sic est aliud terminus proprius, quin sit aliquid terminans: corpus enim de genere quantitatis non est aliter terminabile, quàm per superficiem propriam.

Ad sextum negatur sequela, & probatio assumit falsum: quoniam terminari non subsistat terminato aliud est enim subesse alicui, & aliud terminari per illud: natura autem terminatur, per personalitatem, sicut linea terminatur puncto.

Ad septimum, negatur, propriè loquendo, sequela: quoniam terminet non eō ponit cum terminato, sed bene sequitur, quòd vltrà substantiam pro essentia, quæ resolvitur in materiam & formam, & ponit substantiam compositam ex una singularem, inuenitur aliter substātia pro hypostasi, simplex vel compositaquæ quia nihil addit supra singularem essentiam nō terminum, non ponit in numerum cum illa & suis partibus. Et hanc distinctionem iam accepimus ab Aristotele in 5. Meta.

¶ Restat nunc satisfacere obiectioni in oppositum in principio allatæ ex verbis Autoris in responsione ad secundum eiusdem articuli: & dicendum est quòd si subtiliter inspiciamur, litera supponit defectum proprię personalitatis in humanitate assumpta. Et causam reddit non defectum alicuius: quod pertinet ad perfectionem naturæ, vt distinguitur contra personam) sed additionem alicuius, quod est supra naturam, scilicet personalitatis diuinæ. Vbi clarè patet secundū planum literæ sensum, quòd defectus personalitatis supponitur, & causa illius defectus redditur, & non dicitur simpliciter nihil defecere, sed nihil deficere spectans ad perfectionem naturæ. Cuius oppositum non diximus: sed hoc expositimus ex ipsomet, quòd intelligitur de natura, vt distinguitur contra hypostasim: vt clarius etiam patet hīc in responsione ad tertium: quum dicitur quod natura, quæ assumitur, impeditur à propria personalitate: subiquid ergo illi deficit non pertinens ad perfectionem naturæ, sed ad personam, quæ impeditur.

¶ Num humana natura in Christo inclinetur ad propriam personalitatem. *Quæstio.*

¶ In eodem articulo in responsione ad tertium, circa illud, Persona diuina sua vnione impediuit, ne humana natura propriam personalitatem haberet: dubiū primò occurrit, An humana natura in Christo inclinetur ad propriam personalitatem. Et est ratio dubitandi: quia quòd inclinetur, apparet ex hoc, quòd impeditur ab illa: nihil enim impeditur nisi ab eo, in quod tendit, quòd verò nō inclinetur, apparet ex hoc: quia si inclinaretur naturaliter in propriam personalitatem, quia careret violenter in aliena persona, qualis est persona diuina: nullum autem violentum perpetuum.

¶ Num persona diuina, & quomodo impedierit humanam naturam à propria personalitate. *Quæstio.*

¶ Dubium secundò occurrit, quo pacto verificatur, quòd persona diuina impedierit naturam humanam à propria personalitate: obscurum quippe valde est, qa non apparet quomodo personalitas humana nata est cōsequi ad naturā humanam, aut fuerit ab illa, quum non ponatur in natura humana causalitas aliqua respectu personalitatis.

¶ Ad primum dubium dicunt quidam, quòd humanitas Christi habet naturalē inclinationem ad propriam personam: probatur hoc quatuor. Primò, quia natura carens aliquo sibi debito, solo diuino miraculo, naturaliter inclinatur in illud: sicut ignis carens actu comburēdi pueros, Dani 3. naturaliter inclinabatur ad comburendum. Secundò, quia humanitas Christi est eiusdē conditionis quātum ad naturales potentias & habilitates, cum cæteris humanitatibus: sed reliquæ naturaliter inclinantur in proprias hypostases: ergo. Tertiò, quia sicut accidens quamruncunque separatum habet semper aptitudinem naturalem ad inhærendum: ita essentia substantiæ habet semper aptitudinem naturalem ad per se existendum. Et tenet sequela: quia sic diuinitur substantia, quòd est res per se existens. Quarrò: quia magis inseparabiliter, & per se consequitur natura substantiæ propria suppositario, qua non potest nisi miraculosè cætere: quàm patentiam naturalem, puta intentum, proprius actus, sed potentia naturalis quamuncunque carcat actu, semper naturaliter inclinatur in actum: ergo. Sed hæc opinio intellecta, vt sonat, falsa est: & aliter dicendum est, distinguendo, quòd humanitas Christi potest considerari & iudicari dupliciter: primo secundum se, hoc est abstrahendo à personalitate diuina, cui actu iuncta est: & sic verum est, quod habet naturalem inclinationem ad propriā personalitatem, sicut cęlique humanitates secundum se sumpię: quum sint eiusdem rationis. Et hinc prouenit quòd si separaretur à Verbo, quòd propriam personalitatem haberet, quoniam ipsa separatio in re conferret id quod sibi in abstractione considerate naturam est conuenire. Secundo: quòd propriam personalitatem haberet, quoniam inclinatur ad propriam personalitatem: quoniam hoc est per se notum ex ea, quòd naturaliter quælibet humanitas inuentur propria personalitate personata: excepta Christi humanitate ex maximo miraculo. Constat autem ex secundo Phy. quòd vnumquodque sicut naturaliter agitur, ita aptum natum est agi. Et ex hac conclusione per se nota, scilicet, humanitas quælibet secundum se inclinatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

inclinatur naturaliter in propriam personalitatem, potes arguere quòd personalitas non solam negationem, sed positiuum addat naturæ, ad quod concomitatur negatio: quoniam nulla naturalis habilitas est per se primò ad negationé, sed ad positiuum, cui quandoque annectitur negatio: quia naturalis inclinatio est per se primò ad aliquid, & non ad nihil formaliter: negatio autem nihil formaliter est. Nec est vera responsio eorum ad hoc, dicendo, q̃ corpora naturalia, quia naturaliter fugiunt nō esse, habent inclinationē ad non esse, & q̃ aër ex sua diaphanеitate est naturaliter habilis, vt sit tenebrosus: quoniam eorpora naturalia ideo fugiunt non esse, quia materia eorum appetit per se primò aliud esse, cui annexa est negatio præsentis corporis. & similiter diaphanеitas est per se primò ad lumē, cùm lumen sit actus diaphani: & non est ad negationē luminis, nisi per accidens: quia scilicet deest illi propria perfectio, scilicet lumen. Nihil autē horum potest dici de habilitate naturæ ad personalitatem propriā, si ponitur negatio: quia per se primò ponitur ad negationem, cùm ad nihil aliud sit, quàm ad negationé, quæ ponitur personalitas. Alio autem modo cōsideratur & iudicatur humanitas Christi, vt est, hoc est vt de facto est vnita persone diuinæ: & sic iudicāda est secundum id quod sortita est ex vnione ad diuinā personam. Et sic dicendum est, quòd nō inclinatur ad propriam personalitatem habendam: quia regulatē est, vt potentia naturalis ad aliquid, si perficiatur per aliud perfectius sic, quòd cōineat quicquid est in illo, ad quod naturaliter incli natur, non inclinetur amplius in illud: vt pote iam satiato appetitu suo naturali ex perfectiori continente etiam illud, ad quod naturaliter tendebat: neque enim minus est satiatus appetitus ex acquisitione illius perfectioris, quàm fuisset satiatus ex acquisitione illius imperfectioris, ad quod tendebat: sed si acquisiuisset illud imperfectius, iam fuisset expletus appetitus, ne amplius appeteret, sed quiesceret in illo, absque alterius appetitu: ergo si ponitur, q̃ acquisierit id, in quo continetur quicquid in alio est, quiesceret in illo absque alterius appetitu. Sic autē est in proposito, vtendo potentia & actu, prout locum habere possunt inter terminabile & terminum: quoniam persona diuina continet excellēter in se etiam in terminando, quicquid habet personalitas creata, quum sit infinita & in essendo & in terminando. Et propterea humanitas Christi assumpta ad personalitatē diuinam, totum appetitum personalitatis plusquam satiatum ac cōsummatum habet: & consequenter quiescit absque appetitu quocunque alterius personalitatis. Sicut si materia alicuius generabilis haberet vnam formam continentem quicquid in qualibet forma generabili esse potest, quiesceret in illa: ita q̃ nulla aliam appeteret: quimuis secundum se, hoc est abstrahendo ab illa forma cōsiderata, naturaliter inclinaretur ad propriam formam generalem. Et quoniam humanitas Christi differenter cōsideratur in assumptione, & iam assumpta: quia in assumptione consideratur secundum se: quia quod assumitur, præintelligitur assumptionī: iam autem assumpta iudicatur, secundum quòd est vnita personæ diuinæ: ideo cautè loquendo, dicendum est q̃ persona diuina impediuit naturā humanam à propria personalitate, & non est dicendum, q̃ persona diuina impedit humanitatem à propria personalitate. Per impedimētum enim in præterito denotatur naturalis inclinatio humanitatis secūdum se: per negationem autem impedimenti in præsenti, denotatur consummatio omnis appetitus personalitatis in illa natura. Et propterea patet, q̃ impeditio præterita, quia annexa est actioni consummatiue excellentius illius appetitus, non inducit violentiam in actione, aut passione, aut quiete sequentem: quum etiam passum conferat vim obedientiæ huiusmodi actioni, quam significat assumptio: & propterea in litera dicitur in præterito, quòd impediuit, & non dicitur quòd impedit.

¶Ad rationes autem alterius opinionis respondendo dicitur, quòd magni refert loqui de humanitate solummodo suspensa per diuinam potentiam à sua personalitate (vt si Deus humanitatē aliquam sine vlla personalitate faceret) & loqui de humanitate terminata per personalitatem diuinam & carētem propria: nam de humanitate primo modo, verum est, quòd naturaliter inclinatur ad suā personalitatem: & hoc tantùm probat argumentum, loquens tantum de carēte sibi debito per diuinum miraculum. De humanitate verò secundo modo, falsum est quòd inclinetur in propriam personalitatem: quia appetitus eius quiescit in personalitate diuina. Et quia huiusmodi humanitas non est tantùm carens propria personalitate, sed terminata ac satiata alienaeuale ideo argumentum non habet in ea locum.

¶Ad secundum dicitur, q̃ humanitas Christi quo ad naturales potentias & habilitates humanæ naturæ secūdum se, est eiusdem rationis cum aliis: sed quo ad terminationem & satietatē suæ personalitatis, est alterius rationis ab aliis: quia terminatur & satiatur aliena diuinā personalitate: personæ reliquæ propriis personalitatibus terminantur & satiantur.

¶Ad tertium dicitur, q̃ æquiuocat de per se esse: quoniam esse per se, dupliciter sumitur, scilicet vt distinguitur contra esse in alio, vt accidens est in subiecto: & de tali verum est, q̃ ita se habet ad subsistāiam sicut inesse ad accidēs. Alio modo sumitur vt distinguitur contra esse in alio vt in quod: & sic non diffinit substantiam, nec cōuenit substātiæ nisi ratione hypostatis, cui per se primò cōuenit. Et ideo non est mirum si humanitas Christi ex vnione ad diuinam personam consummatum habent appetitum personalitatis, nec actu nec aptitudine naturali nisi cum ista adiectione, secūdum se, inclinatur ad propriam personalitatem: patet enim, iam non esse simile de ipsa & de accidente & separato: sed esset simile de humanitate suspensa ab omni personalitate, si suspendi intelligatur per miraculum, aut per conditionalem.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm persona diuina assumpserit hominem.

AD TERTIVM sic procedi-
tur. Videtur quòd persona diuina assumpserit hominem. Dicitur enim in Psal. Beatus, quem elegisti & assumpsisti. quod glo. exponit de Christo. Et Augu. dicit in lib. de Agone Christiano, q̃ filius Dei hominem assumpsit, & in illo humana perpessus est.

¶Præterea, Hoc nomen homo significat naturam humanam. Sed filius Dei assumpsit humanam naturam. Ergo assumpsit hominem.

¶Præterea, Filius Dei est homo. Sed non est homo, quem non assumpsit: quia sic esset pari ratione Petrus vel quilibet alius homo. Ergo est homo, quem assumpsit.

¶SED CONTRA est autoritas Felicis Papæ & Martyris, quæ introducitur in Ephesina synodo. Credimus in dominum nostrum Iesum Christum de virgine Maria natum: quia ipse est Dei sempiternus filius & verbum: & non homo à Deo assumptus, vt alter sit præter illum. neque enim hominem assumpsit Dei filius, vt aliter sit præter ipsum.

CONCLVSIO.

¶Non propriè filius Dei hominem assumpsit, cùm hominem assumere sit assumere hominem in supposito existentem.

¶RESPONDEO dicēdum, quòd sicut suprà dictum est, illud quod assumitur, non est terminus Assumptionis, sed assumptioni præintelligitur. Dictum est autem q̃ indiuiduum, in quo assumitur humana natura, non est aliud quàm diuina persona, quæ est terminus Assumptionis. Hoc autem nomen homo significat humanam naturam, prout nata est in suppositō esse: quia, vt dicit Dama. sicut hoc nomen Deus significat eum, qui habet diuinam naturam: ita hoc nomen homo significat eum, qui habet naturam humanam. Et ideo non est propriè dictum, q̃ filius Dei assumpsit hominem, supponendo (sicut rei veritas se habet) quòd in Christo sit tantùm vnum suppositum, & vna hypostasis. Sed secundum illos, qui ponunt in Christo duas hypostases, vel duo suppositā, conuenienter & propriè dici posset, q̃ filius Dei hominem assumpsisset. Vndè & prima opinio, quæ ponitur in sexta dist. tertij lib. Sententiarū, cōcedit hominē esse assumptū: sed illa opinio erronea est, vt suprà dictum est.

¶Ad quartū dicitur sicut ad primum, q̃ aliud est loqui de inclinatione naturali priuata vel carente actu vel termino: & aliud de eadem cōsummata per actum vel terminum eminenter continentem actum vel terminū propriū, & ideo priuata vel carēte proprio termino vel actu: quoniam in prima semper restat naturalis aptitudo ad proprium, in secunda nō propter rationē dictam. Et ideo si intellectus poneretur cōsummari actu aliquo supernaturali eminēter continente actum proprium, nō inclinaretur amplius in proprium.

¶Ad secundū dubium dicitur, q̃, vt Autor superius dixit in q. 2. ar. 1. ad secundum, ex anima & corpore constituitur in vnoquoque nostrum duplex vnitas, naturæ scilicet, & personæ. naturę quidem, secundum q̃ ex materia & forma, vt formaliter illā perficit, componitur natura vna composita: personę verò, in quantū est vnus aliquis subsistēs in carne & anima. Vbi primò vide, q̃ quia ens & vnum conuertuntur, ac per hoc vbi est duplex vnitas, ibi est duplex entitas, quum vnitas supra entitatem, solam indiuisionē addat & propterea dicendo, q̃ ex anima & corpore cōstituitur duplex vnitas, naturæ & personæ, dictum est q̃ constituitur duplex entitas, naturæ scilicet, & personæ. Et hinc habes, q̃ opinio antedicta de personalitate, consonat doctrinæ Autoris. Vide secundo, q̃ vnitas ac entitas personæ non excluditur à causalitate naturæ, dum dicitur, quòd ex principiis naturæ cōstituitur ex anima & corpore. Et ideo vtendum occurrit regula cōmunium Deo & creaturis: puta esse sapiēs, scientiæ, & huiusmodi: quæ dicimus transferri in Deū formaliter, sublato eo q̃d imperfectionis est in creaturis. Ita q̃ licet in creaturis personare & personari nō nihil causalitatis habeat annexum: formaliter tamē (vt superius de eo cōmuniter diximus, sine causalitate comparari ad naturam sublato omni eo quod imperfectionis est, vt in diuinis inuenitur, nullam causalitatē includit: & sic interuenit in mysterio Incarnationis, q̃ secundum nullam causalitatem dictā est esse inter personā & naturā humanā: alioquin cōmunis esset toti Trinitati. Verumtamen natura seu naturæ principia nō ita causāt personalitatem, vt interueniat media actio: sed per modum naturalis sequelæ personalitas adest naturæ: non sicut propria passio naturaliter cōsequitur subiectum iam cōstitutum: quoniam non ea ratione personalitas adest, quasi q̃ data forma, dentur consequentia ad formam, sed sicut perfectio seu cōplementum effectus, naturaliter sequitur effectum, cuius est complementum. Natura siquidē vt prior causalitate, incomplera est quo ad vltimum sui complementum: vt Autor dixit, & vt personatur, vltimum complementum assequitur. Quo sit, vt actio, qua fit hic homo inchoata & deducta vsq; ad terminum inclusiuē, sit quādo fit natura personata, quā significat hic homo seu Sortes: quando verò fit aut cōsideratur vt inchoata, & deducta est vsq; ad naturam hanc, abstrahendo à personatione, incōsummata est, quoniam est vsque ad terminum exclusiuē. Modus ergo quo personalitas sequitur naturam vel naturæ principia, est quo terminus actionis & rei factæ, naturaliter adest in fine actionis rei factæ, nisi adsit impedimentum: impediunt enim in compositis substantiis principia naturæ, constituta iam natura à constitutione sui termini: vt ex litera habetur præteritis articuli iunctā literæ allatæ ex quæst. 1. & similiter in substantiis angelicis natura ipsa, quæ fit, impeditur in suo fieri à consequutione sui termini. Et propterea sublato impedimento, non oportet quærere aliam causam donantem complementū: quoniam ipsa natura secundum se habet in se sufficiens consequtiuum sui termini.

¶Super Quæstionis quartæ Articulum tertium.

TItulus tertij articuli directè quærit de homine, vt distinguitur contra naturam humanam.

¶In corpore articuli duo fiunt: primò respondetur quæsito negatiuè: secundò excluditur error contrarius. Conclusio responsiua est. Non est propriè dictum, quòd filius Dei assumpsit hominem. Probatur: Homo significat humanam naturam in supposito: ergo non est propriè dictum, quòd filius Dei assumpsit hominem. Antecedens probatur ex autoritate Damasce. Sicut Deus significat eum, qui habet deitatem: ita homo eum, qui habet humanitatem. Consequentia probatur, Illud quod assumitur, non est terminus assumptionis, sed præintelligitur illi: indiuiduum autem, in quo natura humana assumitur, est terminus, scilicet diuina persona: igitur si homo significat humanam naturam in supposito, non assumitur. Vbi nota, quòd congenita Autori reuerentia ad sacros doctores effecit, vt minus expresserit in conclusione, quàm præbauerit in præmissis: probauit enim, quòd filius Dei non assumpsit hominem expressit tantùm, quòd non est propriè dictum, quòd filius Dei assumpsit hominem: quia hoc inuenitur quandoque affirmatum in Sacris literis, cum grano salis intelligendum. Errot qui excluditur in litera concedentium in Christo plura suppositā, satis patet.

¶In respō

Annot. ¶In responsione ad primum nota duas glossas, quibus plè possunt exponi dicta Sanctorum. prima, vt exponatur homo, quo ad naturam: & hanc dederat Magister sen. in litera tertij sen. dist. 6. Secunda est, vt exponatur assumptio non in fieri, sed in facto esse: quia assumptio in facto esse habet hominem pro termino: quia hoc effecit assumptio: & ad hoc terminata est, quòd filius Dei est homo.

Annot. ¶In responsione ad secundū, dubiū nouitiorū occurrit: quia videtur concedendū, quòd filius Dei assumpsit hominē, quia prædicata tenentur formaliter. cōcretum autē quòd filius Dei assumpsit hominē, quo ad formā seu naturam.

¶Ad hoc dicitur, q̃ nō est hīc quæstio de propositione, in qua homo est prædicatum: quoniā sub hac met quæstione cadit, an homo sit assumptus à Filio Dei, vbi est subiectū: sed est quæstio de re, an scilicet ens significata nomine hominis sit assumpta à Verbo Dei. Et quia res significata est habēs humanitatem, & habens humanitatē nō est nisi suppositū, quod nō est assumptum: ideo in litera dicitur, q̃ sicut non potest dici suppositum assumptū, ita nō potest dici homo assumptus.

Sup. q. 2. ar. 2. ad 3. & 1. ad 2. & q. 4. ar. 2. ad 1. & 3. ea. Et 3. di. 5. q. 3. ar 1. & 3. ad 1. & di. 6. q. 1. ar 1. 2. q. 3. ad 1.

¶In responsione ad tertium, quū legis nouitie, q̃ filius Dei est homo, cuius naturā assumpsit, caue ne fallaris, pura, quasi sit quidā alius homo, cuius naturam assumpsit. Sed intellige, q̃ filius Dei ideo est homo, cuius naturam assumpsit, quia ipse est ille homo, cuius naturā assumpsit: ita quòd ly homo, non pro alio, quàm filio Dei supponit, indistinctè tamen: & ly cuius, refert non alium hominem, quàm filium Dei, qui est suppositum diuinū habens humanam naturam.

Annot.

¶Super Quæstionis quintæ Articulum quartum.

Annot. IN titulo ly debuit, denotat debitū congruentiæ: vt in principio huius q. 4. vbi distinguuntur articuli eius. pater. Ly abstracta, in corpore articuli declaratur.

Comment. ¶In corpe articuli tria fiunt: primò declaratur titulus, quantum ad ly abstracta à singularibus, distinguendo, quòd dupliciter potest intelligi. Primò quòd habeat esse secundū rem separatam à singularibus materialibus: secundò, quòd habeat esse obiectiuū in intellectu, quicunq; sit ille intellectus, diuinus vel humanus. Secundò tractatur quæstio in primo sensu. Tertiò tractatur in secundo sensu. In primo autem sensu an fuerit conueniens filium Dei assumere humanitatem per se separatam secundum esse, dupliciter tractatur in litera: primò per interemptionē eius quod præsupponitur, scilicet quòd humanitas possit sic inueniri in rerū natura: & hoc asserendo rationem Arist. Secundò, sub conditionali, si esset humanitas sic separata: & respondetur negatiuè ad quæstionem, quod si esset sic, nō fuisset conueniēs, quòd assumeretur à filio Dei. Et hoc probatur triplicitèr: primò, quia humanitas cōmuni nō est personabilis: quia non est individuabilis: persona enim individuū quod dam est, assumptio autem ad personalem vnionē terminatur.

¶Num communi formæ repugnet esse persona.

Quæstio. ¶Vbi statim occurrit dubiū de veritate illius propositionis: Est cōtra rationem formæ cōmunis, vt sit in persona. Et ratio dubij est: quia si humanitas esset subsistens (vt Platonici dicuntur finxisse) non esset excellentior aliis substantiis separatis, quales sunt Angeli: sed non est contra rationem angelicæ naturæ esse in persona, imò de facto natura angelica est personata: ergo non esset contra rationem humanitatis separatæ personari. Amplius: Aliud est iudicium de natura communi in exemplari participatione, singulari tamen in essendo (qualis esset humanitas per se) & aliud est iudicium de natura communi in essendo: qualis intelligitur natura humana, vt est vniuersalis in prædicando de omnibus hominibus, qualis non esset humanitas per se: contra rationē enim naturæ communis in essendo est individuatio, non autem naturę communis in participatione exēplari: humanitas autē per se nō ponitur communis in essendo. Et confirmatur: quia humanitas subsistens procul dubio esset res singularis in essendo: alioquin non subsisteret: sicut nec deitas subsisteret, nisi esset res singularis.

¶Ad hoc dicitur, quòd quia ratio ista non affectur ad monstrandam impossibilitatem assumptionis, sed incongruitatem: ideo propositiones eius intelligēdæ sunt in plano sensu: quo seruata vniuocatione terminorum, scilicet ly persona hominis, & ly individuum hominis, monstrat apertè incongruentiam humanitatis separatæ ad assumptionem. Est igitur sensus illius propositionis, Cōtra rationem naturę communis est, quòd sit in persona, scilicet humana, vt sunt personæ humanæ, quas scimus. Et hoc manifestat, quia in persona indiuiduatur, relinquens pro per se noto quòd contra rationē talis humanitatis est individuari, quod est verum, vniuocè loquēdo de individuatione, vt natura apud nos individuatur. Ex hac nanque propositiōe & ratione optimè infertur, q̃ humanitas per se incongrua est assumptioni: natura enim repugnās personis & individuis suæ speciei, nō cōgrua est ad hoc, quòd trahatur ad alienam personam. Et per hoc patet responsio ad duo vltima.

¶Ad primum autē dicitur, q̃ si humanitas esset separata, sequeretur & q̃ non esset persona: q̃a ponitur quòd sit rata humanitas: equinitas enim, vt dicit Autor, est tantùm equinitas. Et ideo propositio illa est absolutè vera, quòd cōtra rationem naturæ cōmunis esset persona. litas. sed sic autem est de naturis angelicis: quæ non ponuntur ratiōnis ipsīr, sed ponuntur habentes naturas suas. Et sequeretur, q̃ haberet personam, pro quanto per se separatim subsisteret naturaliter: nec mirū, quia antecedens implicat incompossibilia. Secunda ratio est, quia naturæ communi nō possunt attribui nisi operationes cōmunes & vniuersales: secundū quas homo non meretur, nec demeretur. Cùm tamē illa assumptio ad hoc facta fit, vt filius Dei natura assumpta nobis mereretur. Tertiò: quia natura sic existens non est sensibilis, sed intelligibilis. Filius autem Dei assumpsit humanā naturam, vt hominibus in ea visibilis appareret, secundum illud Baruch 3. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Similiter ex parte subiecti. & hoc non, quia hoc est cōtra hypothesim, qua ponimus naturam cōmunem per se existere, ac per hoc esse singulare quoddam in essendo. & cōsequēter operatio sua ex parte subiecti esset singularis. Aut ex parte termini seu effectus, puta quia extendit se ad omnes homines. Et tic ratio est ad oppositū quia Christus meruit nobis vt causa vniuersalis: vt infrà patebit. ac per hoc congruebat eius merito natura humana operans communiter & vniuersaliter.

Altera est: quia secunda pars dictæ propositionis est falsa: quoniam homo meretur si est in gratia, secundum omnes suas operationes, siue sint communes, siue propriæ: quoniam siue comedat, siue bibat, siue generet, siue dormiat, omnia in gloriam Dei facit, iuxta Apostolicum præceptum.

¶Ad primam dubitationem dicitur, quòd termo est de operatione communi & vniuersali ex parte subiecti, quia scilicet non haberet operationes, nisi quæ cōsequuntur naturam communem omnibus hominibus. Tales enim operationes dicuntur communes & vniuersales ex parte subiecti: quia sequuntur naturam secundum se, non vt in hoc aut illo: natura autem secundum se communis & vniuersalis dicitur. Natura autem congrua assumptioni debet sic se habere, vt operationes personales, & nō solùm naturales congruē sibi attribuantur.

¶Ad secundā dicitur quòd operationē aliquam esse meritoriā, cōtingit dupliciter, scilicet ex suo genere vel ex parte operantis tantùm. Operationes enim naturales ex suo genere non sunt meritoriæ & ideo dicitur, quòd naturalibus nō meremur nec demeremur. possunt tamen esse meritoriæ ex parte operantis, in Deum obiectum supernaturalis beatitudinis illas referentis. Operationes autē liberæ ac moraliter bonæ ex suo genere sunt meritoriæ: quoniam ex suo genere habiles sunt, vt charitate informentur. In litera ergo est sermo de meritoris ex suo genere, ita quòd ratio literæ consistit in hoc. Natura humana illo modo essendi est incongrua assumptioni, quo non est nata, vt conueniens sibi operationes meritoriæ ex suo genere quia assumptio ad hoc tendit, vt mediante natura assumpta, filius Dei mereatur nobis: sed natura communi non attribuuntur nisi operationes communes, &c. ergo. Tertia ratio expositione non eget.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶In secundo autem sensu tractatur quæstio secundum esse in duplici intellectu primò diuino deinde humano. Et quidē, quòd natura humana, secundū quòd est in intellectu diuino, nō potuit aliunde propriciscere primò, quia natura humana sic nihil aliud est, quàm natura diuina: secundò, quia natura humana ab æterno esset in filio Dei per hunc modū. Vbi nota pro primæ rationis euidentia, quod esse obiectiuum rerū respectu intellectus diuini non est esse diminutū vt Sco. in 17. dist. 1. ten. communiter dicit: nec est ibi retardū rationis, quasi quoddā respectum esse acquirant ex hoc q̄ obiiciuntur diuino intellectui: quoniā Deus secundum veram Philosophiam & altissimam Theologiā nihil intelligit extra se: non quod aliquid illum lateat, sed quia intuendo seipsum tantùm, imuetur omnia: quoniam omnia & cognoscibilia & cognita à Deo sunt ipse Deus, iuxta illud Ioā. 1. Quod factū est, in ipso vita erat. Quia ergo humanitas in intellectu diuino nihil aliud est, quam deitas secundum id, quo humanitati cōuenit: ideo optimè ratio litteræ concludit, quod assumere humanitatē, vt est in intellectu diuino, esset assumere naturam diuinā, quæ nō est assumptibilis. Et quia deitas est in filio ab æterno: sequitur q̄ natura humana p̄ hunc modū essendi esset in filio Dei ab æterno. & nō ex tempore coniunctaiv: secunda ratio subiunxit. Potest tamē aliter induci hæc secūda ratio per suū fortiorem in sensū, & quicquid sit illud esse obiectiuū humanitatis in intellectu diuino, hu-

Sup. q. 2. artic. 5. ad 1. Et 3. di. 2. q. 1. artic. 2. q. 1.

manitas per hunc modum, scilicet secundum quòd est obiectū intellectus diuini, ab æterno est in filio Dei, vpote qui est ipse intellectus diuinus: non ergo erat opus vt assumeretur humanitas: nullus enim assumit aliquid illo modo, quo habebat. Et hic sensus in responsione ad 2ecundū explicatur. Quòd autē natura humana, secundum quod est in intellectu humano, nō debeat assumi, probatur de facto: quia hoc nihil aliud esset, quam quòd assumeretur humanitas in esse obiectiuo intellecti humani, nihil aliud est, quàm intelligi assumere naturam humanam: ergo non est assumere naturā humanā in rerum natura: ergo esset intellectus falsus: ergo etiam fictio quædam incarnationis. Et affertur testimonium Damas. ad hoc. Vbi nota pro euidentia litteræ. q. quia humanitas obiecta intellectui nostro non habet sic esse in rerum natura, sed habet solummodo esse intelligibiliter relatiuè, quo dicitur repræsentata intellectui & terminativa actus intelligendi: consequens est quòd ad humanitatem sic, nulla actio transiens realis possit terminari, sicut nec ad Cæsarem repræsentatum in statua aut memoriā licet ad ipsam statuam vel memoriā possit actio realis transiens terminativè: patet. Et quia assumptio significat actionem realem transeuntem in humanitatem, quæ assumitur: ideo assumptio non potest terminari ad humanitatem sic: actiones autem reales immanentes possunt terminari ad res sic possibiles: enim imaginari & amare Cæsarem repræsentatum. Sed & actiones reales transeuntes possunt duplicit er, sicut & ipsa humanitas potest dupliciter accipi, scilicet secundum quòd sunt in rerum natura, & secundum quòd intelliguntur. verbi gratia, Secare lignum, vt est in rerum natura, & est vere secare, & secare lignum, prout aliquis imaginatur aut intelligit secare lignum: & hoc non est verè secare ligni, sed est intelligi, aut imaginari, quòd lignum secatur. Primo siquidem modo, quo solo sunt veræ actiones reales tranieuntes, non possunt terminari ad naturam sic. Secundo autem modo possunt: sed tunc non ipsæ actiones in veritate terminantur ad naturam sic, sed imaginatio seu intellectus earum. Et ideo optimè in litera pro antecedente, & quod quid est assumptionis natura sic, dicitur: quòd assumere humanitatē sic, nihil aliud est, quàm intelligi assumere naturam humanam. Et vere sic esse pater, sicut occidere Cæsarē repræsentatū, nihil aliud est quā intelligi seu imaginari occidere Cæsarem. & secare Sortem imaginatum tantùm Regem, nihil aliud, quàm imaginari facere Sortem Regem. Et quoniā ex huiusmodi actiones imaginatæ aut intellectas terminari ad res. nō sequitur quòd sic sit in rerum natura (non enim inuenitur propterea lignum sectū aut Cæsar occisus aut Sortes Rex) ideo optimè deducitur in litera, quòd non assumeret humanitatem in rerum natura. Et quòd esset intellectus falsus: quia ab eo, quòd res est, vel non est, intellectus dicitur verus vel falsus. Et quòd esset fictio incarnationis, non Incarnatio ipsa, vt clarè ibi patet: sicut fictio comestionis panis est, comedere panem in imaginatione tantùm. ¶Dubiū restat hīc, quare quum humanitas in intellectu triplici esse habeat, scilicet diuino, angelico, & humano, de duobus tantùm, intellectibus Autor loquutus est, omittēs humanitatem secundum esse quod habet in intellectu angelico. ¶Ad hoc dici facilè prima facie potest, quòd quia intellectus angelicus medius est inter diuinum & humanum, per extrema dedit Intelligendum medium. Subtilius autē & verius dicitur, quòd quia esse obiectiuū in intellectu, sufficiēter per hos duos essendi modos distinctum est, scilicet quòd aut est idem quod esse naturale intelligentis, aut est esse relatiuum rationis. quo dicitur, & est repræsentatum & terminativum, &c. Et vtrum modo excluſum ab assumptione ita est, vt neutro modo humanitas verè assumeretur sed vel natura intelligentis illam assumeretur, vel esset fictio assumptionis: ideo nō oportuit solicitū esse doctorem de humanitate secundū esse, quod habet in intellectu angelico: quoniam incidit in alterum dictorum.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm filius Dei naturam humanam assumere debuerit in omnibus indiuiduis.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd filius Dei humanam naturam assumere debuerit in omnibus indiuiduis. Illud enim, quod prius & per se assumptum est, est natura humana. Sed quod conuenit per se alicui naturæ, conuenit omnibus in eadem natura existentibus: ergo conueniēs fuit, vt natura humana assumeretur à Dei verbo in omnibus suis suppositis.

¶Præterea, Incarnatio diuina processit ex diuina charitate, vnde dicitur Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Sed charitas facit vt aliquis se communicet amicis, quantum est possibile. Possibile autem fuit filio Dei, vt plures naturas hominum assumeret (vt supra dictum est) & eadem ratione omnes. Ergo cōueniens fuit, quòd filius Dei assumeret naturam humanam in omnibus suis suppositis.

¶Præterea, Sapiens operator perficit opus suum breuiori via, qua potest. Sed breuior via fuisset, si omnes homines assumpti fuissent ad naturalem filiationem, quam quòd per vnum filium naturalem multi in adoptionem filiorum adducantur: vt dicitur Gal. 4. Ergo humana natura debuit à filio Dei assumi in omnibus suppositis.

¶SED CONTRA est quod Damas. dicit in 3. lib. quòd filius Dei non assumpsit humanā naturam, quæ in specie cōsideratur: neq; enim omnes hypostases eius assumpsit.

CONCLVSIO.

¶Non decuit filium Dei humanam naturam in omnibus suis indiuiduis assumere, ita quòd assumeret in singulis suppositis distributas humanitatem.

¶RESPONDEO dicendum, quòd non fuit conueniens quòd humana natura in omnibus suis suppositis à Verbo assumeretur. Primò, quia tolleretur multitudo suppositorum humanæ naturæ quæ est ei connaturalis. Cùm enim in natura assumpta non sit considerare aliud suppositum præter personam assumentem (vt supra dictum est) si non esset humana natura, nisi assumpta, sequeretur quòd non esset nisi vnum suppositum humanæ naturę, quod est persona assumens. Secundò, quia hoc derogaret dignitati filij Dei incarnati, prout est primogenitus in multis fratribus secundum humanam naturam, sicut est primogenitus omnis creaturæ secundum diuinam: essent enim tunc omnes homines æqualis dignitatis. Tertiò, quia conueniens est, quòd sicut vnum suppositum diuinum est incarnatum: ita vnam solam naturam humanam assumpserit, vt ex vtraque parte vnitas inueniatur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd assumi conuenit secundum se humanæ naturæ: quia scilicet non conuenit ei ratione personæ, sicut naturæ diuinæ conuenit assumere ratione personæ. Non autem conuenit ei secundum se, sicut pertinens ad principia essentialia eius, vel sicut naturalis eius proprietas, per quem modum conueniret omnibus eius suppositis.

¶Ad secundum dicendum, quòd dilectio Dei ad homines, manifestatur non solùm in ipsa assumptione humanæ naturæ, sed præcipuè per ea quæ passus est in humana natura pro aliis hominibus: secundum illud Roman. 5. Commendat autem Deus suam charitatem in nobis: quia cùm inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est: quod locum non haberet, si in omnibus hominibus naturam humanam assumpsisset.

¶Ad tertium dicendum, quòd ad breuitatem viæ, quam sapiens operator obseruat, pertinet, quòd non faciat per multa quod sufficienter potest fieri per vnum. Et ideo conuenientissimum fuit, quòd per vnum hominem omnes alij saluarentur.

¶Super Quæstionis quintæ Articulum quintum.

Annot.

TItulus articuli intelligendus est in sensu, in quo fit magis, quàm in sensu, quē facit nā per naturam humanā in omnibus suis individuis, intendit Autor singulas humanitates, quę inueniūtur quādoq; in rerū natura. Licet hæc verba, Natura humana in omnibus suis individuis, significent singulas humanitates in suis propriis suppositis quas q̄a vt sic implicat, assumi putauit Autor sensum intentū peripi abiq; ambiguitate aliqua. Ita q̄ exponēda sunt hoc verba, pro humana natura, nō quæ est, sed quę esset in omnibus suis individuis.

Cōment.

¶In corpore articuli vnica est conclusio responsiua quæsito negatiuè: Non fuit conueniens quòd humana natura in omnibus suis suppositis, hoc est, quòd singulæ humanitates, quæ distribuerentur per omnia supposita humana, assumerentur à filio Dei. Probatur tripliciter, primò, quia tolleretur multitudo suppositorum in humana natura, secundò, quia tolleret filio Dei dignitatem primoge-

nituræ inter multos fratres tertio, quia vnico supposito vnica assumpta natura congruit.

Annot. *Infrà q. 31. ar. 1. 2 3. di. 2. q. 1. art. 2. q. 2. Et opuſ 3. c. 22. 4.*

¶In responsione ad primum responsio consistit in distinguendo per se, vt distinguitur contra per aliud, scilicet personam, vt distinguitur contra per accidēs: primo modo humanitati conuenit per se assumi, non secundo.

Annot.

¶In responsione ad secundum & tertium responsio cōsistit in hoc, quòd non vno solo modo conuenit & cōmendari charitatem Dei erga nos, & breuitatē viæ sapientis obseruare: & ideo conueniētiorem decuit eligere.

¶Super Quæstionis quartæ Articulum sextum.

Annot.

TItulus clarus est, & ideo quęritur, qa poterat Deus creare vnam naturā humanā in supposito Verbi, sicut creauit. Adam non per propagationē: poterat etiam aliquem alium hominem cum sua vxore creare innocentes & in innocentia perseuerātes, sicut creauit Adam & Euam: & ex illa innocente stirpe humanam naturam assumere, & nō ex stirpe Adæ poterat & vnam solam Virginem creare innocentem, ex qua nasceretur, sicut natus est de Maria virgine filia Adæ. Cùm igitur multis aliis modis Incarnatio fieri potuisset, quæritum est an conueniēter sit facta ex stirpe Adæ.

¶In corpore articuli vnica est conclusio responsiua quæsito affirmatiuè, probata triplici ratione, & autoritate Augustini prætacta. Et omnia clarè patent. Siste tamen paululum in secunda ratione: & intellige minimū quid de nostra dignitate explicari, per hoc, quòd nobis peccatoribus victis collatum est vincere per caput ex nobis sumptum: longè enim dignior sum, quòd Dei filiationem per adoptionem quam ipse nisi essem peccando, factus sum Dei filius in persona, factus sum Deus in persona. Multum enim mihi dignitatis collatum fatear, quòd ex inimico factus sum amicus Dei: quòd qui offendi, satisfecī: qui demerui, meruiquivictus sum, vici etiam diabolum, & triumphaui de ipso: qui erā in regione longinqua, & vulneratus à latronibus, &c. factus sum dominus Angelorum. Sed omnes superat dignitates, quòd factus sum Deus personaliter: q. mei generis tam infimi tāmque corrupti ac Deo inimici, mei inquam generis, vnus ex

ximè debebat esse à peccatoribus segregatus, quantum ad culpam quasi summam innocentiæ obtinens, conueniens fuit, vt à primo peccatore vsq; ad Christū perueniretur, mediantibus quibusdam iustis, in quibus præfulgerent quædam insignia futuræ sanctitatis. Et propter hoc etiam in populo, ex quo Christus erat nasciturus, instituit Deus quædam sanctitatis signa, quæ inceperunt in Abraham, qui primus promissionem accepit de Christo, & circuncisionem signum fœderis consummandi: vt dicitur Gene. 17.

QVAESTIO QVINTA

de modo Vnionis ex parte partium humanæ Naturæ, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de assumptione partium humanæ naturæ.

¶Et circa hoc quærūtur quatuor.

¶Primò, vtrùm filius Dei debuerit assumere verum corpus.

¶Secundò, vtrùm assumere debuerit corpus terrenum, scilicet carnem & sanguinem.

¶Tertiò, vtrùm assumpserit animam.

¶Quartò, vtrùm assumere debuerit intellectum.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm Dei filius debuerit assumere verū corpus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd filius Dei non assumpserit verum corpus. Dicitur enim Phil. 2. quòd in similitudinē hominum factus est. Sed quod est secundum veritatem, non dicitur esse secundum similitudinem. ergo filius Dei non assumpsit verum corpus.

¶Præterea, Assumptio corporis in nullo derogauit dignitati diuinitatis: dicit enim Leo Papa in sermone de Nati. quòd nec inferiorem naturam consumpsit glorificatio, nec superiorem minuit assumptio. Sed hoc ad dignitatem Dei pertinet, quòd sit omnino à corpore separatus. Ergo videtur quòd per assumptionem non fuerit Deus corpori vnitus.

¶Præterea, Signa debent respondere signatis. Sed apparitiones vet. Test. quæ fuerunt signa apparitionis Christi, non fuerunt secundum corporis veritatem, sed secundum imaginariam visionem: sicut patet Isa. 6. Vidi dominum sedentem, &c. Ergo videtur quòd etiam apparitio filij Dei in mundo, non fuerit secundum corporis veritatem, sed solùm secundum imaginationem.

¶SED CONTRA est quod dicit August. in lib. 83. q. Si phantasma fuit corpus Christi, fefellit Christus. Et si fallit, veritas non est. Est autem veritas Christus. Ergo non fuit phantasma corpus eius. Et sic patet, quòd verum corpus assumpsit.

CONCLVSIO.

¶Cùm Christus fuerit verè homo pro hominum salute mortuus, & à Deo à morte renocatus, impossibile fuit verum non assumpsisse corpus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dicitur in lib. de Ecclesiasticis dogmatibus, natus est Dei filius, non putatiuè, quasi imaginatum corpus habens, sed corpus verum.

¶Et huius ratio potest tripliciter assignari. Quarum prima est ex ratione humanæ naturæ: ad quam pertinet verum corpus habere. Supposito igitur ex præmissis, quòd conueniens fuerit filium Dei assumere humanam naturam, consequens est quòd verum corpus assumpserit. Secunda ratio sumi potest ex his, quæ in mysterio Incarnationis sunt acta. Si enim non fuit verū corpus eius, sed phantasticum, ergo nec veram mortem sustinuit: nec aliquid eorum quæ Euangelistæ de eo narrant, secundum veritatem gessit, sed solùm secundum apparentiam quandam. Et sic etiam sequeretur, quòd non fuerit vera salus hominis subsecuta: oportet enim effectum causæ proportionari. Tertia ratio potest sumi ex ipsa dignitate personæ assumentis: quæ cùm sit veritas, non decuit, vt in eius opere aliqua fictio esset. Vnde & dominus hunc errorem per seipsum excludere dignatus est, Luc. vlti. cùm Discipuli

go verus est Deus, non participatiuè sed substantialiter. Ad maximam ergo peccatoris hominis dignitatem spectat, quòd de stirpe peccatrice carnem assumpsit Deus.

¶Super Quæstionis quintæ Articulum primum.

TItulus articuli primi clarus est, & propter Manichæorum errorem motus vt habes in 4. cōtra Gen. cap. 19.

Cōment.

¶In corpore articuli conclusio vnica est responsiua quæsito affirmatiua, præposita autoritate, & probata triplici ratione. Omnia clara sunt in litera.

¶Nota hoc in loco altam Augustī. autoritatem ex lib. 83. q. quinnis in ea habetur illa conditionalis, Si fefellit, veritas non est: & loquitur de Christo. Nota autem hoc propter vertentes in dubium, an Deus possit fallere: nam si conditionalis dicta est vera, patet solutio quæstionis, quòd scilicet non potest fallere: quia non potest esse verum quòd fallatur: quia si fefellit, veritas non est: sed est veritas, ergo nō fefellit. Si conditionalis negatur, Augustinus negatur.

Inf. ar. 2. c. 1. q. 1. ar. 1. c. Et 3. di. 2. q. 1. ar 1. 3 q. 1. c. & q. 2. c. Et 4. dist 1. ra c. 2. 3. 30. et 34. princ. et 35. col. 2. fin. Et Po. q. 6 art. 7. cor. co 1. Et opuſ. 3. c. 213. & 227.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis quintæ Articulum secundum.*

Annot. TItulus clarus est, & nonus propter errorem Valentiniv: patet in 4. contrà Gent. cap. 6.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio respõsiua quæsito, Christus habuit corpus terrestre, non cæleste. Et probatur triplici ratione & autoritate.

¶ *Num Christus de cælo descendit? & de terra terrenæ dici debeat.*

Quæstio. ¶ Omnia clara sunt usq; ad primum circa glossam Aug. & Hilarij dubium occurrit, scilicet an Christus sit homo cælestis, natus de Spiritu sancto conceptus: quoniã si ex virtute actiua seu formatiua corporis homo est cælestis secundum corpus, Adam quoque esset homo cælestis: qa est immediatè diuina virtute corpus eius formatũ. Et sic Apostolus nõ rectè posuisset differentiam inter primum hominem & Christum, in hoc quòd ille terrestris, iste cælestis, ad corpus referendo rationem virtutis formatiuæ.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia expositio ista non est secundum sensum literalem, non potest ex illa argumentũ contra verba Apostoli fumi. Ad literam itaq; Apostolus loquitur de primo initio vtriusq; hominis, scilicet Adæ & Christi: constat autem initium Adæ ex terra esse, cui dispositè iuncta est anima: initium verò Christi ex hypostasi diuina, quæ materiam sibi disposuit, formauit, animauit, vsquè, &c. Per hoc enim probat Apostolus illum in animam viuentem, istum in Spiritum viuificantem: illũ terrenũ (quia verè persona terrena secundum substantiam & secundum qualitatem suæ Adam) istum cælestem, & secundum substantiam personæ & secundum qualitatem superioris ordinis. Vnde dotes corporis, de quibus loquitur. Aliàs tamen expositio nõ est reiectanda, sed reuerenter amplectenda: ita vt etiam aliter differentiam corporum secundum virtutẽ formatiuam. Tum quia Adam fuit immediatè à Deo secundum debitum naturæ ordinem, ex gicui. quidẽ rerum ordo supposita nouitate mundi, vt prima individua per fœcundam speciẽ fiant non ex femine, sed immediatè à Deo: quòd, vt dicitur 12. Met. perfecta sunt naturaliter prioria imperfectis: Christus autẽ stante iam naturali modo generationis humanæ per commixtionem maris & fœminę, miraculosè supra naturæ leges cõceptus est diuina virtute absq; seminis humano. Tum quia Adã à Deo immediatè factus sicut & boues & leones secũdum suas naturas) dicitur: Christi verò conceptio specialiter appropriatur Spiritui sancto, vt intelligatur ad hoc à Deo immediate factus homo, vt spiritualis sit. Ita quòd nõ ex sola negatione humani seminis, sed ex hoc quòd supra naturæ leges ex Spiritu sancto dicitur conceptus, differentia posita est inter Christum & Adã quantũ ad corpus, quòd Christus de cælo cęlestis, ille de terra terrestris.

Annot. 3. dist. 2. q. 1. ar. 3 q. 2. Et 4. cõtra c. 32. 34 prin. 3 f. col. 2 fi. 37 fi & 42 c. 2. Et veri. q. 20. ar. 1. c. Et vnio. ar. 1. coll. 2. Et opuſ. 3. c. 222.

Ins. q. 31. ar. 3. ca & q. 37. ar. 1. c. & q. 54. art. 3. c. Et 3. di. 2. q. 1. ar. 3. q. 1. c. & q. 2. c. Et 4. cõtra c. 30. & 34. cor. 3. Et opuſ. 3. c. 214.

CONCLVSIO.

¶ Sicut verum corpus Christus assumpsit, sta terrenum, non cæleste assumpsisse corpus credendum est.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd eisdem rationibus apparet, quare corpus Christi non debuit esse cæleste, quibus ostẽsum est quòd non debuit esse phantasticum.

Primò ehim, quia sicut veritas humanæ naturæ non saluaretur in Christo, si corpus eius esset phantasticum (vt posuit Manichæus) ita etiam non saluaretur si poneretur cæleste: sicut posuit Valentinus. Cùm enim forma hominis sit quædam res naturalis, requirit determinatam materiam, scilicet carnes & ossa, quæ in hominis diffinitione poni oportet: vt patet per Philosophum 7. Met.

Secundò, quia hoc etiam derogaret veritati eorum, quæ Christus in corpore gessit. Cùm enim corpus cæleste sit impassibile & incorruptibile (vt probatur in primo de Cælo) si filius Dei corpus cæleste assumpsisset, non verè esurisset, nec sitisset, nec etiam passionem, & mortem sustinuisset. Tertiò etiam derogaret veritati diuinæ. Cùm enim filius Dei se hominibus ostenderit, quasi corpus carneum & terrenum habens, fuisset falsa demonstratio, si corpus cæleste habuisset. Et ideo in libro de Ecclesiasticis dogmatibus dicitur, Natus est Dei filius carnem ex Virginis corpore trahens, & non de cælo secum afferens.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd Christus dicitur de cælo descendisse dupliciter. Vno modo ratione diuinæ naturæ: non ita quòd natura diuina in cælo esse desierit, sed quia in infimis nouo modo esse cœpit, scilicet secundum naturam assumptam: secundum illud Io. 3. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo Filius hominis, qui in cælis est. Alio modo ratione corporis: non quia ipsum corpus Christi secundum suam substantiam de cælo descenderit, sed quia virtute cælesti, id est Spiritu sancto est eius corpus formatum. Vnde Aug. dicit ad Orosium, exponens autoritatem inductam, Cælestem dico Christum: quia non ex humano conceptus est semine. Et hoc etiam modo Hilarius exponit in lib. de Trin.

¶ Ad secundum dicendum, quòd caro & sanguis non accipiuntur ibi pro substantia carnis & sanguinis, sed pro corruptione carnis & sanguinis. Quæ quidem in Christo non fuit quantum ad culpam: fuit tamen ad tempus quantum ad pœnam, vt opus nostræ redemptionis expleret.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hoc ipsum ad maximam Dei gloriam pertinet, quòd corpus infirmum & terrenum ad tantam sublimitatem prouexit. Vnde in Ephesina synodo legitur verbum sancti Theophili dicentis, Qualiter artificum optimi non in pretiosis tantùm materiebus artem ostendentes, in admiratione sunt, sed vilissimum lutum & terram dissolutam plerunq; assumentes, suæ disciplinæ demonstrantes virtutem, multò magis laudantur: ita omnium optimus artifex Dei verbum, non aliquam pretiosam materiam corporis cælestis apprehendens, ad nos aduenit, sed in luto magnitudinem suæ artis ostendit.

¶ Num sanguis in Christo fuerit diuinitatis vnitus.

¶ In hoc secũdo art. dubiũ occurrit de assumptione sanguinis: an licet sanguis, qui erat in corpore Christi, erat vnitus diuinitati. Et est ratio dubij ex philosophia: quia sanguis non est pars corporis humani, sed alimentum eius, quod constat non esse actu, sed potentia corpus, quod aliter: est enim sanguis alimentum decoctum, conuertẽdum, nõ conuersum in membra. Et confirmatur autoritate non solũ Arist. 2. de Partibus anim. sed diui. Tho. in multis locis, & singulariter inferiùs in q. 31. art. 1. ad primũ. Vbi ponit differentiã inter ossa & carnes ex vna parte, & sanguinẽ ex alia parte, in hoc quòd caro & ossa sunt actu partes corporis humani, sanguis autẽ non est actu pars, sed est potẽtia totũ. Et ideo caro & ossa nõ possunt absq; corruptione & diminutione corporis auferri: sanguis autẽ sine corruptione cõmunicatur.

Quæstio.

¶ Ad hoc dicitur secũdũ Autoris doctrinã in 4. sen. dist. 44. q. 1. q. partes humani corporis sunt duplices: quædã sic sunt actu partes, q; interãmutabiles in alias partes, vt carnes, ossa, nerui, & membra, vt manus, pedes, &c. Quædã verò sic sunt actu partes, q; sunt in potẽtia etiã ad alias partes: & tales videtur esse quatuor humores, ex quibus sumus, inter quos est sanguis. Vnde qa huiusmodi habent aliquo modo rationẽ partis in actu, & aliquo modo partis in potentia: ideo diuersa de eis dicuntur. nã inquantũ sunt partes in actu, verificatur quòd corpus nostrũ cõponitur ex eis, vt in principio dicti lib. Aristoteles testatur: vt verò sunt in potẽtia ad alias partes, verificatur quòd est alimentũ corporis. Et per hoc patet responsio ad rationẽ in oppositũ, dicẽdo, q; sanguis est corporis alimentũ, sed non tantùm: quia est ita alimẽtum, vt etiam sit secundum se pars corporis. Ad autoritatem diui Tho. dicitur, quòd loquitur de parte totaliter in actu, quã dicit, q; non potest sine corruptione aut diminutiõe subtrahi: non autem de parte partim in actu & partim in potẽtia, qualis est sanguis. Absq; dubio igitur credendum est, filiũ Dei assumpsisse corpus terrestre, hoc est carnem & sanguinem, vt diuidẽdo quæstionẽ Autor titulũ explicat.

¶ Super

¶ *Super Quæstionis quintæ Artic. tertij.*

Annot. 3. dist. 2. q. 1. ar. 3 q. 2. Et 4. cõtra c. 32. 34 prin. 3 f. col. 2 fi. 37 fi & 42 c. 2. Et veri. q. 20. ar. 1. c. Et vnio. ar. 1. coll. 2. Et opuſ. 3. c. 222.

TItulus clarus est, & nonus propter errorem Valentiniv: patet in 4. contrà Gent. cap. 6.

¶ In corpore articuli duo fiunt. Primò recitatur error Arrij & Apollinaris. Secundo reprobatur tripliciter. Quo ad primum ponitur positio ista in se, & sua sequela. In se quidẽ, quia negatur anima in Christo. sed ponitur Verbũ loco animæ. In suo verò sequela: quia negantur duæ naturę in Christo: quoniam non est ibi natura humana: vel quoniam ex anima & corpore vna natura constituitur, ac per hoc ex eo quòd est loco animæ & corporis, vna esset tãtùm natura, prima expositio tamẽ literæ consonat, de natura humana loquenti. Quo ad secundum afferuntur tres rationes: prima ex autoritate Scripturæ: secunda ex ratione deducente ad inconueniens ex August. tertia ex ratione cõuincente, quòd ignorat propriam vocem positio ipsaquia ponẽdo carnem, negat carnem: & per hoc veritati Incarnatiõis cõtrariatur. Vide de his in quarto contra Gen. capi. 31.

¶ *Super quæstionis quintæ Articulum quartum.*

TItulus clarè propter Apollinarẽ motus, conuictũ ad confitẽdum in Christo animam: & confitentem animam sensitiuam in Christo, sed non mentem, sed loco mentis Verbum: vt habes in 4. contrà Gent. cap. 33. & in litera.

¶ In corpore articuli duo fiunt, primò ponitur error Apollinaristarum: secundò excluditur tripliciter & rationes vi dẽtur satis clare. In prima tamen aduerte, q; non dicit Autor admirationem esse ad summa rationis: sed quòd exigit rationem. dum absq; ratione collarius effectus est causa esse nõ potest.

¶ In responsione ad secundum perspice q; lux maior dicitur offuscare minorẽ, nõ quo ad substantiam lucis, sed quo ad efficaciã: quia facit nõ apparere effectũ minoris, cuiusmodi nihil tollat à luce minore. Quòd substantiam verò lux maior perficit minorẽ, augẽdo efficaciam illius: aër enim illuminatus à candela, cùm superillo luminatur à sole, nõ perdit prius lumen, sed acquirit maius lumẽ: augetur enim lumẽ ex præsentia maioris luciferi: q; in literæ vocatur perfici. vnde nõ sunt duo lumina in eodẽ, sed idem perfectius.

¶ *Num Christus de cælo descendit? & de terra terrenæ dici debeat.*

Quæstio. ¶ Omnia clara sunt usq; ad primum circa glossam Aug. & Hilarij dubium occurrit, scilicet an Christus sit homo cælestis, natus de Spiritu sancto conceptus: quoniã si ex virtute actiua seu formatiua corporis homo est cælestis secundum corpus, Adam quoque esset homo cælestis: qa est immediatè diuina virtute corpus eius formatũ. Et sic Apostolus nõ rectè posuisset differentiam inter primum hominem & Christum, in hoc quòd ille terrestris, iste cælestis, ad corpus referendo rationem virtutis formatiuæ.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia expositio ista non est secundum sensum literalem, non potest ex illa argumentũ contra verba Apostoli fumi. Ad literam itaq; Apostolus loquitur de primo initio vtriusq; hominis, scilicet Adæ & Christi: constat autem initium Adæ ex terra esse, cui dispositè iuncta est anima: initium verò Christi ex hypostasi diuina, quæ materiam sibi disposuit, formauit, animauit, vsquè, &c. Per hoc enim probat Apostolus illum in animam viuentem, istum in Spiritum viuificantem: illũ terrenũ (quia verè persona terrena secundum substantiam & secundum qualitatem suæ Adam) istum cælestem, & secundum substantiam personæ & secundum qualitatem superioris ordinis. Vnde dotes corporis, de quibus loquitur. Aliàs tamen expositio nõ est reiectanda, sed reuerenter amplectenda: ita vt etiam aliter differentiam corporum secundum virtutẽ formatiuam. Tum quia Adam fuit immediatè à Deo secundum debitum naturæ ordinem, ex gicui. quidẽ rerum ordo supposita nouitate mundi, vt prima individua per fœcundam speciẽ fiant non ex femine, sed immediatè à Deo: quòd, vt dicitur 12. Met. perfecta sunt naturaliter prioria imperfectis: Christus autẽ stante iam naturali modo generationis humanæ per commixtionem maris & fœminę, miraculosè supra naturæ leges cõceptus est diuina virtute absq; seminis humano. Tum quia Adã à Deo immediatè factus sicut & boues & leones secũdum

Ins. q. 31. ar. 3. ca & q. 37. ar. 1. c. & q. 54. art. 3. c. Et 3. di. 2. q. 1. ar. 3. q. 1. c. & q. 2. c. Et 4. cõtra c. 30. & 34. cor. 3. Et opuſ. 3. c. 214.

¶ *Num sanguis in Christo fuerit diuinitatis vnitus.*

¶ In hoc secũdo art. dubiũ occurrit de assumptione sanguinis: an licet sanguis, qui erat in corpore Christi, erat vnitus diuinitati. Et est ratio dubij ex philosophia: quia sanguis non est pars corporis humani, sed alimentum eius, quod constat non esse actu, sed potentia corpus, quod aliter: est enim sanguis alimentum decoctum, conuertẽdum, nõ conuersum in membra. Et confirmatur autoritate non solũ Arist. 2. de Partibus anim. sed diui. Tho. in multis locis, & singulariter inferiùs in q. 31. art. 1. ad primũ. Vbi ponit differentiã inter ossa & carnes ex vna parte, & sanguinẽ ex alia parte, in hoc quòd caro & ossa sunt actu partes corporis humani, sanguis autẽ non est actu pars, sed est potẽtia totũ. Et ideo caro & ossa nõ possunt absq; corruptione & diminutione corporis auferri: sanguis autẽ sine corruptione cõmunicatur.

Quæstio.

¶ Ad hoc dicitur secũdũ Autoris doctrinã in 4. sen. dist. 44. q. 1. q. partes humani corporis sunt duplices: quædã sic sunt actu partes, q; interãmutabiles in alias partes, vt carnes, ossa, nerui, & membra, vt manus, pedes, &c. Quædã verò sic sunt actu partes, q; sunt in potẽtia etiã ad alias partes: & tales videtur esse quatuor humores, ex quibus sumus, inter quos est sanguis. Vnde qa huiusmodi habent aliquo modo rationẽ partis in actu, & aliquo modo partis in potentia: ideo diuersa de eis dicuntur. nã inquantũ sunt partes in actu, verificatur quòd corpus nostrũ cõponitur ex eis, vt in principio dicti lib. Aristoteles testatur: vt verò sunt in potẽtia ad alias partes, verificatur quòd est alimentũ corporis. Et per hoc patet responsio ad rationẽ in oppositũ, dicẽdo, q; sanguis est corporis alimentũ, sed non tantùm: quia est ita alimẽtum, vt etiam sit secundum se pars corporis. Ad autoritatem diui Tho. dicitur, quòd loquitur de parte totaliter in actu, quã dicit, q; non potest sine corruptione aut diminutiõe subtrahi: non autem de parte partim in actu & partim in potẽtia, qualis est sanguis. Absq; dubio igitur credendum est, filiũ Dei assumpsisse corpus terrestre, hoc est carnem & sanguinem, vt diuidẽdo quæstionẽ Autor titulũ explicat.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm filius Dei assumpserit animam.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd filius Dei animam non assumpserit. Ioannes enim. Incarnationis mysterium tradens dixit, Verbum caro factum est, nulla ficta de anima mentione. Non autem dicitur caro factum, eo quòd sit in carnem conuersum, sed quia carnem assumpsit. Non ergo videtur assumpsisse animam

¶ Præterea, Anima necessaria est corpori ad hoc, q; per eã viuificetur. Sed ad hoc non fuit necessaria corpori Christi, vt videtur: quia ipsum Verbum Dei, est, de quo dicitur in Ps. Domine apud te est fons vitæ. Superfluum ergo fuisset animam adesse, Verbo præsente. Deus autem & natura nihil fruſtra faciunt: vt etiã Philosophus dicit in primo de Cæ. Ergo videtur q; filius Dei animã non assumpserit.

¶ Præterea, Ex vnione animæ ad corpus, constituitur natura cõmunis, quæ est species humana. In domino autem Iesu Christo non est communem speciem accipere, vt Dam. dicit in 3. lib. Non igitur assumpsit animam.

¶ SED CONTRA est quod Aug. dicit in lib. de Agone Christiano, Non eos audiamus, qui solum humanum corpus dicunt esse susceptum à Verbo Dei: & sic audiunt quod dictum est, Verbum caro factum est, vt negent illum hominem, vel animam, vel aliquid hominis habuisse, nisi carnem solam.

CONCLVSIO.

¶ Sicut Christus assumpsit veram carnẽ, & verum hominem, animã quoq; illum assumpsisse credẽdũ est.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut dicit Aug. in li. de hæresibus, opinio fuit primò quidẽ Arrij, & postea Apollinaris, q; filius Dei solã carnem assumpsit absq; anima, ponentes q; Verbũ fuerit carni loco animæ. Ex quo sequebatur, q; in Christo non fuerint duæ naturæ, sed vna tantùm: ex anima enim & carne, vna natura humana constituitur.

Sed hæc positio stare non potest propter tria. primò quidem: quia repugnat autoritati Scripturæ in qua Dominus de sua anima facit mentionem Mat. 26. Tristis est anima mea vsq; ad mortem. & Ioã. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam. Sed ad hoc respondebat Apollinaris, quòd in his verbis anima metaphoricè sumitur: per quem modum in ver. Testa. Dei anima cõmemoratur, Isa. 1. Calendas vestras odiuit anima mea. Sed sicut dicit Aug. in li. 87. q. Euangelistæ in euãgelica narratione narrãt, quòd miratus est Iesus, & iratus & contristatus, & quòd esuriit. Quæ quidem ita demonstrãt eum veram animam habuisse: sicut ex hoc, quòd comedit, & dormiuit, & fatigatus est, demonstratur eum habuisse verum corpus humanũ. Alioquin si & hæc ad metaphorã referantur, cùm similia legãtur in vet. Test. de Deo, peribit fides Euangelicæ narrationis. Aliud enim est quod Propheticè nuntiatur in figuris, aliud quod secũdum rerum proprietatem ab Euangelicis historicè scribitur. Secundò derogat prædictus error vtilitati Incarnationis, quæ est liberatio hominis. Vt enim argumẽtatur Aug. in lib contra Felicianum: Si accepta carne filius Dei animam omisit, aut innoxiã sciens, medicinæ indigentem non credidit, aut à se alienam putans, redemptionis beneficio non donauit, aut ex toto insanabilem iudicans, curare nequiuit, aut vt vilem, & quæ nullis

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm filius Dei assumere debuerit intellectum.

3. dist. 2. q. 1. art. 3. q. 2 c. Et 4. cõtra c. 33. Et veri. q. 20. ar. 1. c. Et vnio. ar. 1. c. Et opuſ. 3. c. 222.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur quòd filius Dei non assumpserit mentẽ humanam siue intellectum. Vbi enim est præsentia rei, non requiritur eius imago. Sed homo secũdum mentem est ad imaginem Dei, vt Aug. dicit in lib. de Trin. Cùm ergo in Christo fuerit præsentia ipsius diuini Verbi, nõ oportuit ibi esse mentem humanã.

¶ Præterea, Maior lux offuscat minorem. Sed verbũ Dei, quod est lux illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum (vt dicitur Io. 1.) comparatur ad mentem, sicut lux maior ad minorem: quia & ipsa mens lux quædam est, quasi lucerna illuminata à prima luce. Prouer. 20. Lucerna Domini spiraculum hominis. Ergo in Christo, qui est verbum Dei, non fuit necessarium esse mentem humanam.

¶ Præterea, Assumptio humanæ naturæ à Dei verbo, dicitur incarnatio eius. Sed intellectus siue mens humana neque est caro, neque est actus carnis, quia nullius corporis actus est: vt probatur in 3. de Anima. Ergo videtur quòd filius Dei humanam mentem non assumpserit.

¶ SED CONTRA est quod Augustꝰ. dicit in lib. de fi. ad Pe. Firmissimè tene, & nullatenus dubites Christum filium Dei habere veram substantiam nostri generis carnem & animam rationalem, qui de carne sua dicit, Palpate & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere, Luc. vlt. Animã quoq; se habere ostendit dicens, Ego pono animã meam, & iterum sumo eam. Io. 10. intellectũ quoq; animæ ostendit se habere dicens, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde Mat. 11. Et de ipso per Prophetam Deus dicit, Ecce intelliget puer meus. Isa. 52.

CONCLVSIO.

¶ Vt verum animã & corpus Christum habuisse certum est, mentẽ quoq; & intellectum non caruisse credendum est.

¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd sicut Aug. dicit in lib. de hæresibus, Apollinaristæ de anima Christi à catholica ecclesia

dissen

Universidad de Deusto
Biblioteca

a ¶ *Super Quæstionis sextæ Articulum primum.*

Annot. Titulus primi articuli quæ.6. intelligêdus est vt sonat: quoniam in corpore distinguetur, & mouetur ex occasione verborum Augst. & Magistri sententiarum in 2. di stinct. tertij sent. ponentium ordinem in ista assumptione.

b ¶In corpore articuli duo fiũt, primò declaratur ille terminus Mediante in titulo positus, secundò respondetur quæsito ibi, Sic ergo, si attendimus, primùm fit declarando, distinguendo, excludendo, subdistinguendo, & conferêdo membra distincta inter se. Declaratur in primis, quòd medium importet ordinem, quod probatur: quia dicitur respectu principij & finis: quorum vtrumque importat ordinẽ aliquem, ad quem spectat, secũdum quem dicitur principium aut finis. Vnde & medium secundum aliquem ordinem oportet quòd sit medium: nec oppositũ intelligi potest. Distinguitur præterea ordo in ordinem temporis vel naturæ: & excluso ordine temporis à mysterio Assumptionis (vt in hac cadẽ quæstiõe patebit) subdiuiditur ordo naturæ in ordinem dignitatis & causalitatis. Exempla patent in litera. Conferuntur autem hi duo naturæ ordines inter se secundum connexionem pro quanto: secundus ordo consequitur aliquo modo primum. Et dicitur, aliquo modo: quia non oportet vniuersaliter, quod dignius est, esse causam minus digni: non enim leonina natura est causa naturæ formicæ, licet sit formica longè dignior.

¶Quòd ad secũdum respondetur quæsito duabus conclusionibus iuxta duplicem modum medij secundum dictos duos naturæ ordines: scilicet medium dignitatis & medium causalitatis. Prima est, Filius Dei vniuit sibi carnem mediante anima, loquendo secundum ordinem dignitatis. Probatur: quia anima inuenitur media inter Deũ & carnem, secundum dignitatis gradum. Secunda est, quòd secundum ordinem causalitatis filius Dei vniuit sibi carnem mediante anima. Probatur, Anima est aliqualiter causa carnis vniendæ filio Dei: ergo est medium in causando vnionem carnis ad filium Dei. Antecedens probatur dupliciter. Primò, quia caro non esset assumpti bilis nisi per ordinem, quem habet ad animã

Infr. q8. 9. arti. 1. ad 2. Et 3. di. 23. q. 1. ar. 1. ad 3. & di. 24. ar. 1. q. 1. ad 2

dissenserunt, dicentes, sicut Arriani, Deum Christũ carnẽ solam sine anima suscepisse. In qua quæstione testimoniis Euangelicis victi, mentem defuisse animæ Christi, sed pro hac ipsum verbũ in ea fuisse dixerunt. Sed hæc positio eisdẽ rationibus conuincitur, sicut & prædicta. Primò enim hoc aduersatur narrationi Euãgelicæ, quæ cõmemorat eũ fuisse miratum, vt patet Matth. 8. Admiratio autem absq; ratione esse non potest: quia importat collationẽ effectus ad causam: dũ scilicet aliquis videt effectum, cuius causam ignorat, & quærit: vt dicitur in principio Metaphysicæ. Secundò repugnat vtilitati Incarnationis, quæ est iustificatio hominis à peccato. Anima enim humana non est capax peccati nec gratiæ iustificãtis, nisi per mẽtem. Vnde præcipuè oportuit mentẽ humanã assumi. Vnde dicit Damas. in 3. li. quòd Dei verbum assumpsit corpus & animã intellectualẽ & rationalẽ. Et postea subdit, Totus toti vnitus est, vt toti mihi salutem largiretur: quod enim inassumptum est, incurabile est. Tertiò hoc repugnat veritati Incarnationis: cũ enim corpus proportionetur animæ, sicut materia propriæ formæ, non est verè caro humana, quæ non est perfecta anima humana, scilicet rationali. Et ideo si Christus animã sine mente habuisset, non habuisset verã carnẽ humanam, sed bestialẽ: quia per solã mentẽ anima nostra differt ab anima bestiali. Vnde dicit Aug. in lib. 83. q. quòd secundũ hunc errorẽ sequeretur, quòd filius Dei beluã quandam cum figura humani corporis suscepisset. Quod iterum repugnat veritati diuinæ, quæ nullam patitur fictionis falsitatem.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd vbi est ipsa res per sui præsentiã, non requiritur eius imago ad hoc q̃ suppleat locum rei: sicut vbi est imperator, milites non venerãtur eius imaginem. Sed tamen requiritur cũ præsentia rei imago ipsius, vt perficiatur ex ipsa rei præsentia, sicut imago in cera perficitur per impressionẽ sigilli, & imago hominis resultat in speculo per eius præsentiã. Vnde ad perficiendam mentem humanã, necessarium fuit, quòd eã sibi verbum Dei vniuerit.

¶Ad secũdum dicendũ, quòd lux maior euacuat lucẽ minorem alterius corporis illuminãtis, non tamen euacuat, sed perficit lucem corporis illuminati: ad præsentiã enim solis, stellarum lux obscuratur, sed aëris lumẽ perficitur. Intellectus autem seu mens hominis est quasi lux illuminata à luce diuini Verbi: & ideo per præsentiã Verbi non euacuatur mens hominis, sed magis perficitur.

¶Ad tertium dicendum, quòd licet potentia intellectiua non sit alicuius corporis actus: ipsa tamen essentia animæ humanæ, quæ est forma corporis, requiritur quòd sit nobilior ad hoc, quòd habeat potentiam intelligendi: & ideo necesse est vt corpus melius dispositum ei respondeat.

QVAESTIO SEXTA DE *modo Assumptionis quantum ad ordinem, in sex articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de ordine Assumptionis prædictæ.

¶Circa quod quæruntur sex.

¶Primò, vtrùm filius Dei assumpserit carnẽ mediante anima.

¶Secundò, vtrùm assumpserit animam mediante spiritu siue mente.

¶Tertiò, vtrum anima fuerit prius assumpta, quàm caro.

¶Quartò, vtrùm caro Christi fuerit prius à Verbo assumpta, quàm animæ vnita.

¶Quintò, vtrùm tota humana natura sit assumpta mediantibus partibus.

¶Sextò, vtrùm sit assumpta mediante gratia.

ARTICVLVS I.

a ¶ *Vtrùm filius Dei assumpserit carnem mediante anima.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd filius Dei non assumpserit carnem mediãte anima. Perfectior enim est modus, quo filius Dei vnitur humanæ naturæ & partibus eius, quàm quo est in omnibus creaturis. Sed in creaturis est immediatè per essentiã, potentiam & præsentiam. Ergo multò magis filius Dei immediatè vnitur carni, & non mediante anima.

¶Præterea, Anima & caro vnita sunt Dei verbo in vnitate hypostasis seu personæ. Sed corpus immediatè pertinet ad personam siue hypostasim hominis, sicut & anima, quinimò magis videtur se de propinquo habere ad hypostasim corpus, quod est materia, quàm anima, quæ est forma: quia principium indiuiduationis, quæ importatur in nomine Hypostasis, videtur esse materia. Ergo filius Dei non assumpsit carnem mediante anima.

¶Præterea, Remoto medio separãtur ea, quæ per medium coniunguntur: sicut remota superficie, cessaret color à corpore, qui ineſt corpori per superficiem. Sed separata per mortem anima, adhuc remanet vnio Verbi ad carnem: quod infra patebit. Ergo Verbum non coniungitur carni mediante anima.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit in Epist. ad Volusianum: Ipsa magnitudo diuinæ virtutis, animam sibi rationalem, & per eandem corpus humanum, totũmque omnino hominem in melius mutandum coaptauit.

CONCLVSIO.

¶ Cùm anima media inter Deum & carnẽ ex sua nobilitate existens carnis causa sit vt assumatur, oportuit filium Dei humanam carnem assumere mediante anima.

b ¶RESPONDEO dicendum, quòd medium dicitur respectu principij & finis. Vnde sicut principium & finis important ordinem, ita & medium. Est autem duplex ordo. Vnus quidem temporis, alius autem naturæ. Secundum autem ordinẽ temporis non dicitur in mysterio Incarnationis aliquid medium: quia totam humanam naturam simul sibi Verbum Dei vniuit: vt infrà patebit. Ordo autem naturæ inter aliqua potest attendi dupliciter. Vno modo secundum gradum dignitatis, sicut dicimus angelos esse medios inter homines & Deum. Alio modo secundum rationem causalitatis: sicut dicitur media causa existere inter primã causam & vltimum effectũ. Et hic secũdus ordo aliquo modo consequitur primum: sicut enim dicit Dion. 13. c. de Diu. no. Deus per substantias magis sibi propinquas agit in ea, quæ sunt magis remota. Sic ergo, si attendamus gradum dignitatis, anima media inuenitur inter Deum & carnem, & secundum hoc potest dici, quòd filius Dei vniuit sibi carnem mediante anima. Sed & secundũ ordinẽ causalitatis ipsa anima est aliqualiter causa carnis vniendæ filio Dei: nõ enim esset assumptibilis, nisi per ordinẽ quem habet ad animã rationalẽ, secũdò, quia caro per ordinem ad animam rationalẽ habet, quòd sit caro humana: sola autẽ natura humana est assumptibilis: vt patet ex prius dictis.

¶ Num sit aliquis ordo naturæ inter partes assumptæ naturæ.

¶Antequã ad vlteriora progrediamur, declarandum censeo q̃d sentit Autor in hac materia, & in quo impugnatur. Scito igitur q̃ sunt hîc duæ principales difficultates. Prima est circa ordinẽ partiũ inter se nõ absolutè, sed relatas ad assumptionẽ: & hæc tractatur hîc quo ad partes essentiales, scilicet animam & corpus: & in sequenti arti. quo ad partes potentiales, scilicet mentem & sensum. Altera est circa ordinem inter partes & totum, scilicet animam & corpus, & naturam humanam: & hæc tractatur in arti. 5. huius q. Et in vtraque quæstione sunt variæ opiniones. Durandus namque in 3. sen. dist. 2. q. 2. aliquo modo negat omnem naturæ ordinem in mysterio Assumptionis, tam in partibus inter se, quàm in partibus & toto relatis ad assumptionẽ. Scotus verò in 3. sen. dist. 2. q. 2. aliquo modo negat vtrobique ordinẽ naturæ, & aliquo modo affirmat. Negat siquidem vnam partẽ esse mediũ, vt quod assumitur respectu alterius, & similiter partes esse mediũ, vt quod assumitur respectu totius naturæ humanæ. Affirmat autem vnã partem esse mediũ, vt quo & respectu totius, & respectu alterius partis: quia anima est cõstituiua & naturę & carnis, vt sit assumptibilis. Doctrina autẽ Autoris media via incedit: quoniã & concedit naturæ ordinem vtrobiq; scilicet tam in partibus inter se, quàm in partibus & toto inter se, relatis semper ad Assumptionem: & partim concedit secundum naturę ordinẽ medium vt quod: & partim nõ cõcedit medii vt quòd, & vniuersaliter concedit medium vt quo in hoc Assumptionis mysterio. Declaro singula, præsupposita distinctione iam dicta, quòd mediare secundum naturę ordinem vt causa Assumptionis ex parte assumpti, contingit dupliciter. Vno modo, quòd sic sit causa, quòd aliud assumatur, quòd ipsa causa præassumi intelligatur: quasi sit progressus quidam in his quæ assumuntur, & prius secundum naturæ ordinem assumatur anima, & deinde caro: sicut dicimus q̃ prius generatur homo, quàm risibile, secundũ naturæ ordinem, quãuis simul tem-

Quæstio.

3. di. 2. q. 2. arti. 1. & di. 23. q. 1. ar. 1. ad 2. & 3. di. 24. q. 1. ar. 1. q. 1. ad 2.

Et 3. di. 2. q. 2. ar. 1. q. 1. ad 2. & 3. di. 23. q. 1. ar. 1. ad 2. & di. 24. ar. 1. q. 1. ad 2.

Et sic patet ad 3. & 4.

Infr. 20. 3. & 38. ar. 1. Et 3. di. 2. q. 1. ar. 2. quæ. 1.

pore: quia risibile præsupponit hominẽ, vt quod est genitum. Et hoc modo Autor concedit partes naturæ, animam scilicet, & corpus prius natura assumi, quàm totam naturam: prius tamẽ natura secundum quid, hoc est secundũ ordinem exequutionis: vt in 5. patebit articulo. Vbi afferetur argumenta Sco. & Duran. cõtra hoc, & soluẽtur. Alio modo, quæ sit causa vt aliud sit assumptibile, siue vt quo, siue vt quod, non curãdo. & hoc modo affirmat Autor vtrobiq. esse mediũ, scilicet & inter partes inter se, & inter partes, & totũ. Et explicando distinctè sentẽtiam suam, sentit quòd anima est mediũ, vt quo tãtùm respectu carnis: & quòd anima est etiam mediũ vt quo partiale tantùm respectu totius, & quòd anima & corpus sunt medium, vt quod respectu totius secũdum exequtionis ordinẽ: & quòd hæc tractatur hîc quo ad partes essentiales, scilicet animam & corpus: & in sequenti arti. quo ad partes potentiales, scilicet mentem & sensum. Altera est circa ordinem inter partes & totum, scilicet animam & corpus, & naturam humanam: & hæc tractatur in arti. 5. huius q. Et in vtraque quæstione sunt variæ opiniones. Durãdus namque in 3. sen. dl. q. 2. negat omnem naturæ ordinem in mysterio Assumptionis, tam in partibus inter se, quàm in partibus & toto relatis ad assumptionẽ. Scotus verò in 3. sen. dist. 2. q. 2. aliquo modo negat vtrobique ordinẽ naturæ, & aliquo modo affirmat. Negat siquidem vnam partẽ esse mediũ, vt quod assumitur respectu alterius, & similiter partes esse mediũ, vt quod assumitur respectu totius naturæ humanæ. Affirmat autem vnã partem esse mediũ, vt quo & respectu totius, & respectu alterius partis: quia anima est cõstituiua & naturę & carnis, vt sit assumptibilis. Doctrina autẽ Autoris media via incedit: quoniã & concedit naturæ ordinem vtrobiq; scilicet tam in partibus inter se, quàm in partibus & toto inter se, relatis semper ad Assumptionem: & partim concedit secundum naturę ordinẽ medium vt quod: & partim nõ cõcedit medii vt quòd, & vniuersaliter concedit medium vt quo in hoc Assumptionis mysterio. Declaro singula, præsupposita distinctione iam dicta, quòd mediare secundum naturę ordinem vt causa Assumptionis ex parte assumpti, contingit dupliciter. Vno modo, quòd sic sit causa, quòd aliud assumatur, quòd ipsa causa præassumi intelligatur: quasi sit progressus quidam in his quæ assumuntur, & prius secundum naturæ ordinem assumatur anima, & deinde caro: sicut dicimus q̃ prius generatur homo, quàm risibile, secundũ naturæ ordinem, quãuis simul tem-

Infr. 20. 3. & 38. ar. 1. Et 3. di. 2. q. 1. ar. 2. quæ. 1.

¶Quòd autem verè secũdum rem naturæ ordo interſit inter animã & carnem in assumptione, ex hoc ipso patet, quòd est ibi vera causalitas realis. Ad cuius clariorem notitiam afferẽda est differentia inter animã & carnem respectu assumptionis: comparãdo siquidẽ hæc duo ad assumptionẽ, manifestè constabit, quòd inter actionem assumptiuam & actionẽ creaturæ virtuliq; hęc inuenitur differẽtia, q̃ respectu animæ nulla alia actio mediatiue respectu carnis mediat actio animatiua carnis. Nam præsupposita actione creatiua carnis non est caro assumptibilis secũdum cõgruitatem (sic enim de assumptibili est termo) nisi sit animata seu humana: animata autem aut humana non est materia ista nisi per actionem animatiuam illius: actio autẽ animatiua cõstat quòd animã ponit in carne, quæ realiter facièdo illam in esse animato & humano, verè vt causa media causat carnis assumptibilitatẽ. Præsupposita autẽ actione creatiua animæ, nõ expectatur alia actio, qua aliquid superaddatur animę, per q̃ fiat assumpti bilis: sed statim est assumptibilis. Est igitur anima per actionẽ assumptiuã attingibilis absq; actione media, caro autẽ siue materia nõ nisi media actione animatiua: est igitur inter carnẽ & animam inter se relatas ad assumptionem, ordo naturæ secũdum causalitatẽ in re. Et quoniã ex hoc quòd anima sit, causat carnẽ assumptibilẽ, nõ sequitur, ergo anima prius natura assumitur: nisi bene sequitur, ergo est ratio, quòd caro assumatur: & vt in litera dicitur nõ est nisi in fieri ratio: id autem quod se habet ad carnem vt ratio quòd assumatur, se habet vt quo: & nõ oportet quòd se habeat vt quod, ideo ex hac doctrina Autoris non plus habeo, quàm quòd anima mediat vt causa media vt qua, seu quatenus quòd non prius natura animæ vt quod assumitur, sed prius natura animæ vt quo assumitur: & simul natura vtrunque vt quod assumitur. Ita quòd referẽdo animam & carnem inter se ad assumi vt quod, nullus est naturæ ordo: quia neutrum est alteri medium vt quod. Et si ad hoc tendebat Duran. non cõtradico: sed quia non inuenio se sic declarasse, vt Scotus fecit, ideo, &c. Mouetur autem ad negandum quòd anima est mediũ vt quod respectu carnis in assumptione: quia nulla apparet ratio quare debeat hoc concedi, quanuis enim tam anima, quàm caro sic assumpta vt quod assumitur, partialiter tamen seu vt pars: quia tamẽ anima nõ intelligitur prius assumpta, quàm animet carnem (quod per creatiuã actio nem fortitur ex modo suæ creationis, quia scilicet creatur in corpore) nec caro prius assumatur, quàm sit animata: ideo inter animam & carnem vt sunt quæ assumuntur, nullum video ordinem naturæ aut intellectus: sed solùm, vt dictum est, quòd anima est causa carnis vt quo, quòd assumatur.

¶Ad obiectionem autem Durãdi dicitur, quòd in assumptione est naturæ ordo ex parte assumptorum. Et cùm contra hoc arguitur, quia vnitum pluribus, non

quæ est forma specifica, propinquius se habet ad naturam humanam. Sed quia hypostasis Verbi est prior & altior, quàm humana natura, tantò id quod est in humana natura, propinquius ad eam se habet, quantò est altius: & ideo propinquior est verbo Dei anima, quàm corpus.

d ¶Ad tertium dicendũ, quòd nihil prohibet, aliquid esse causam alicuius quantum ad aptitudinẽ & congruitatem, quo tamen remoto, illud non tollitur: quia etsi fieri alicuius dependet ex aliquo, postquam tamẽ est in facto esse, ab eo non dependet. Sicut si inter æliquos amicitia causatur ariquo mediante, eo recedente adhuc amicitia remanet: & si aliqua in matrimoniũ ducitur propter pulchritudinem (quæ facit congruitatẽ in muliere ad copulã coniungalem) tamen pulchritudine cessante, adhuc durat copula coniugalis. Et similiter separata anima, remanet vnio Verbi ad carnem.

ARTICVLVS II.

a ¶ *Vtrùm Dei filius assumpserit animam mediante spiritu siue mente.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd filius Dei non assumpserit animam mediante spiritu. Idem enim non cadit medium inter seipsum & aliquid aliud. Sed spiritus siue mens non est aliud in essentia ab ipsa

Locis supra art. 1. notatis. Annot.

inquantum sunt plura, sed vnum, &c, negatur Minor: quoniam filius Dei assumpsit animam & corpus vt sunt plura: quia assumpsit illa vt sunt duæ partes essentiales realiter distinctæ inter se. Ad probationem dicitur, quòd aliud est concedere affirmatiuam, scilicet assumpsit partes vt sunt vnum: & aliud est cum dicta affirmatiua concedere etiam negatiuam, scilicet non assumpsit partes, vt sunt plures res. Affirmatiua namque importat quòd partes sunt assumptę vt vnitur in toto: & hoc est dictum, quòd partes sunt assumptæ vt sunt in toto: negatiua autẽ importat, quòd partes non sunt assumptæ secundũ seipsas, sed quòd assumptio terminatur ad totum tantùm, & ad partes non nisi vt sunt in toto. Constat autem ex Doctrina sacra, filiũ Dei assumpsisse ita partes in toto, quòd tamẽ ad ipsas partes in seipsis terminata est assumptio: aliquin oportuit fieri in morte Christi fieri nouas assumptiones animæ in se, & corporis in sequoniam in toto nõ erant. Dicito igitur, quòd filius Dei assumpsit animam & carnem, inquantum sunt partes vnius naturę, sed ex hoc nõ sequitur, ergo inquãtum sunt vnũ, & non inquantum sunt plures: quia & assumpsit, inquantũ sunt vnũ in natura vnica, & inquantum sunt in se plures res, partiales tamẽ.

c ¶In respõsione ad secundum eiusdem primi articuli, nota primò hanc doctrinam, quòd scilicet non eodem ordine se habent partes naturę humanę ad personam, & ad naturam humanam. Quoniam etsi vera sunt secundum communia homini, & aliis subsistãtijs sensibilibus (quoniam in eis anima vicinior est naturæ & corpus personæ: quia anima constituit formaliter naturam, & materia individuat, persona autem cõstat individuum maxime appropinquare: vnde & dicimus inter omnino quo ad rem apud multos) secundum tamẽ propria principia hominis videtur oppositum: quoniam anima intellectiua, quia est ex se subsistens, & ideo sert secum subsistẽtiam, quam communicat supposito, propinquior est personæ, cuius propriũ est subsistere, adeò vt ipsi personæ primò conueniat. Sed hoc non obstat, quia anima intellectiua in suo fieri mendicat hæcheitatẽ à corpore, licet occasionaliter: nec defert secum subsistentiam propriam sibi, vt quòd subsistit, nisi in potẽtia, sed vt proprium illius principium vt quo. Vnde licet aliquid plus propinquitatis habeat ad hypostasim, quàm aliæ animæ, quia ex proprio ordine deiert, vt quo tamen, actum subsistendi: non tamẽ propinquior est, quàm corpus, quod ipsam animam & suum essendi actum indiuiduat. Stant ergo solida verba literæ.

Annot.

d ¶In respõsione ad tertium eiusdẽ articuli, clarè habes quo pacto apud Autorem intelligitur animam mediare in assumptione carnis: scilicet cum tribus conditionibus. Prima est secundũ aptitudinem: quia scilicet reddit carnẽ aptam ad assumi, faciendo ipsam animatam & humanam. Secunda est secũdum congruitatem: quia hæc aptitudo non est necessitatis, sed congruitatis: nam & Deus posset sine illa assumere carnẽ, & caro sic apta non necessitat ad assumptionem: sed ex hoc ipso q̃ caro est humana, est habilis de cõgruo, vt assumatur, hoc est, assumptibilis est de cõgruo. Tertia est in hac quia conditio ista, quæ caro est de cõgruo assumptibilis, nõ mediat in facto esse, sed in fieri tantùm. Et propterea cessante tali cõditione actualiter (vt de facto cessauit in morte Christi) quia caro Christi in triduo nõ erat animata nec humana, nec etiã caro, nisi æquiuocè: nõ propterea definit vnio assumptæ carnis ad diuinã hypostasim: quã oportuisset definere, si anima esset mediũ in facto esse: sicut quia est mediũ in fieri, ideo in principio assumptionis caro nõ nisi animata ac humana assumitur. Et hinc habes, quòd caro ipsa in se terminat assumptiuam actionem, & non solùm vt animata & vt humana, licet non attingeret eam, nisi esset animata aut humana, sicut aliquis accipit in vxorem mulierem pulchram, secundũ seipsam mulierem, licet non acciperet eam nisi esset in principio, quum eam accipit, pulchra: vt in litera dicitur. Et propterea in morte Christi definente humanitate per mortem, non de nouo Verbum Dei assumpsit animam & corpus, sed quæ in principio facta est assumptio & determinata ad totum & partes etiam secundũ se nõ desiit determinari ad partes deficiẽte toto: quoniã nec ipsum totum est mediũ in assumptione, nisi in fieri secundum ordinem intentionis: vt infrà patebit.

Annot.

a ¶ *super quæstionis sextæ Articulum secundum.*

IN titulo nota, quòd ti termini prædeclarandi sunt, vt in cõclusione sumuntur, non restat locus argumentis primo & tertio: sed si in titulo relinquuntur indistincti (ita tamen vt nomine Spiritus intelligatur mens seu pars intellectiua)

Annot.

Universidad de Deusto
Biblioteca

citua) locus relinquitur argumentis & responsionibus.

Comment. ¶In corpore articuli vnica est conclusio responsiua quæsito affirmatiuè, Filius Dei assumpsit animam mediante spiritu. Probatur dupliciter. Primò ratione: assumpsit cæteras partes animæ mediante intellectu, tam secundum ordinẽ dignitatis, quàm secundum ordinem ad congruétiam assumptionis: ergo assumpsit animam mediante spiritu. Antecedẽs pro prima parte probatur: quia intellectus est dignior. Pro secũda, quia anima non est assumptibilis nisi per illud, quo est ad imaginem Dei. Consequentia probatur ex præcedenti articulo ex simili ratione. Secũdo probatur cõclusio autoritate Damasc.

Annot. ¶Aduerte hîc duo primò, quòd hîc est comparatio partium potentialium, scilicet partis superioris, quę vocatur spiritus, siue mens, siue intellectus: & partis inferioris, quæ est pars sensitiua, & vegetatiua, quæ vocatur anima. Et quũ oēs istę partes sunt assumptę à Verbo, & distinguuntur etiam genere inter se, & ordine quodam se habent ad Verbum, tum quo ad dignitatem, tum quo ad assumptibilitatẽ, quia pars sensitiua nõ est assumptibilis, nisi q̃a cõiuncta est intellectiuæ, sicut nec caro, nisi quia est pars hominis: ideo Aug. dixit, & Autor declarauit, quòd assumpsit animã, id est partẽ sensitiuam mediãte spiritu, id est parte intellectiua. Et scito quòd si cõsiderentur istæ duæ partes nõ secũdũ quòd vniuntur in vna subsistẽtia animæ (quia sensitiuum est in intellectiuo, vt trigonũ in tetragono: vt dicitur in secundo de Anima) sed abstrahendo ab illo vel a alio modo cõiunctionis, & cõsiderẽtur ipsæ partes diuerſæ, & q̃ conjunctæ sunt in homine, non cuẽdo de modo, quo sunt cõiunctæ: simile est indicium de illa propositione. Assumpsit carnem mediante anima, & assumpsit animum mediante spiritu. Et propterea Aug. simul vtranque protulit, & in litera similis dicitur vtraq; mediatione saluantur enim vtrobique & gradus dignitatis & causa & causati, dum pars intellectiua ex hoc, quòd cõiungitur parti sensitiuæ, perficit illam, & est illi ratio quòd sit assumptibilis. Quocirca nõ requiras hîc causalitatem, sicut pars essentialis, quæ est forma, est causa alterius cõstitutiua, sed proportionaliter causalitatem, sicut pars potentialis formalior & superioris ordinis est causa partis inferioris: oportet enim proportionaliter inquirere & intelligere causalitatem, sicut proportionaliter sunt partes, quæ dicũtur partes essentiales, & quæ dicuntur partes potentiales.

anima: vt in prima parte habitum est. Ergo filius Dei non assumpsit animam mediante spiritu siue mente.

¶Præterea illud, quo mediante facta est assumptio, videtur esse magis assumptibile. Sed spiritus siue mens nõ est magis assumptibilis, quàm anima: quod patet ex hoc, quòd spiritus angelici non sunt assumptibiles: vt suprà dictum est. Ergo videtur, quòd filius Dei non assumpserit animam mediante spiritu.

¶Præterea, Posterius assumitur à primo mediãte priori. Sed anima nominat ipsam essentiam, quæ est prior naturaliter, quàm ipsa potentia eius, quæ est mens. Ergo videtur quòd filius Dei non assumpserit animã mediante spiritu siue mente.

¶SED CONTRA est quod Augu. dicit in lib. de Agone Christiano. Inuisibilis & incõmutabilis veritas, per spiritum animam, & per animam corpus accepit.

CONCLVSIO.

¶ Sicut filius Dei carnẽ assumpsit anima mediante, ita animam assumpsisse mediante mente & intellectu credendum est.

b ¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictũ est, filius Dei dicitur assumpsisse carnem anima mediante tum propter ordinem dignitatis, tum etiam propter congruitatem assumptionis. Vtrunque autem horũ inuenitur, si comparemus intellectum, qui spiritus dicitur, ad cæteras animæ partes: non enim anima est assumptibilis secundũ congruitatem, nisi per hoc, quòd est capax Dei ad imaginem eius existens: quod est secundũ mentem, quæ spiritus dicitur: secundũ illud Ephes. 4. Renouamini spiritu mentis vestræ. Similiter etiã intellectus inter cæteras partes animæ, est superior, & dignior, & Deo similior. Et ideo, vt Damasc. dicit in 3. lib. vnitũ est carni per mediũ intellectum, verbũ Dei: intellectus enim est quod est animæ purissimum, sed & Deus est intellectus.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd si intellectus non sit aliud ab anima secundũ essentiã: distinguitur tamen ab aliis partibus animæ secundũ rationem potentiæ. Et secundum hoc competit sibi ratio medij.

¶Ad secundum dicendũ, quòd spiritui angelico non deest congruitas ad assumptionẽ, propter defectũ dignitatis: sed propter irreparabilitatẽ casus. Quod non potest dici de spiritu humano: vt patet ex his, quæ in prima parte dicta sunt.

¶Ad tertium dicendum, quòd anima inter quam & Dei verbum ponitur medium intellectus, non accipitur pro essentia animæ, quæ est omnibus potentiis communis: sed pro potentiis inferioribus, quæ sunt omni animæ communes.

ARTICVLVS III.

a Vtrùm anima à Dei filio prius fuerit assumpta, quàm caro.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd anima Christi fuerit prius assumpta à Verbo quàm caro. Filius enim Dei assumpsit carnem mediante anima: vt dictum est. Sed prius peruenitur ad medium, quàm ad extremum. Ergo filius Dei assumpsit prius animam, quàm corpus.

¶Præterea, Anima Christi est dignior angelis: secundum illud Psal. Adorate eum omnes Angeli eius. Sed Angeli creati sunt à principio: vt in primo habitum est. Ergo & anima Christi. Quæ non fuit antè creata, quàm assumpta: dicit enim Damasc. in 3. lib. quòd nunquam neque anima neq; corpus Christi propriam habuerunt hypostasim, præter Verbi hypostasim. Ergo videtur quòd anima fuerit antè assumpta, quàm caro, quæ est concepta in vtero Virginis.

¶Præterea, Ioann. 1. dicitur, Videmus eũ plenum gratiæ & veritatis: & postea subditur, quòd de plenitudine eius nos omnes accepimus, id est, omnes fideles quocunque tẽpore: vt Chrysost. exponit. Hoc autẽ non esset nisi anima Christi habuisset plenitudinem gratiæ & veritatis ante omnes sanctos, qui fuerunt ab origine mundi: quia causa non est posterior causato. Cùm igitur plenitudo gratiæ & veritatis fuerit in anima Christi ex vnione ad Verbum, secundum illud quod ibidem dicitur, Vidimus gloriam eius quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis: consequens videtur, quòd à principio mundi anima Christi fuerit à Verbo Dei assumpta.

¶SED CONTRA est quod Damasc. dicit in 3. lib. Non, vt quidã mentiuntur, ante eam, quæ est ex Virgine Incarnationem, intellectus est vnitus Deo verbo, & ex tunc vocatus est Christus

CONCLVSIO.

¶ Quanquam Dei filius animam prius naturæ ordine assumpserit, quàm carnem: tempore tamen non prius anima fuit creata, quàm assumpsit.

b ¶RESPONDEO dicendum, quòd Origenes posuit in suo Peri Archõn, omnes animas à principio fuisse creatas, inter quas etiam posuit animam Christi creatam. Sed hoc quidẽ est inconueniens, si ponatur quòd fuerit tunc creata, sed nõ statim Verbo vnita: quia sequeretur quòd anima illa aliquando habuisset propriã subsistentiam sine Verbo: & sic cùm fuisset à Verbo assumpta, vel non esset facta vnio secundum subsistentiam, vel corrupta fuisset subsistentia animæ præexistens. Similiter etiã est inconueniens, si ponatur quòd anima illa fuerit à principio simul creatæ. De qua Origenis positione vide, si vis, in 2. contra Gen. cap. 8. quoniam hîc nõ tractatur, nisi quo ad animam Christi in ordine ad assumptionem. Quo ad secundum, quia dupliciter poni potest, animam Christi ab initio mundi creatam fuisse: vel creatam, & non simul assumptam à filio Dei, vel tunc creatam, & simul assumptam à filio Dei, sed postea in vtero Virginis carni vnitam: ideo in litera vtrobique modus excluditur.

¶Et contrà primũ poni tur conclusio hæc, Inconueniẽs est animam Christi ab initio creatã esse, & nõ simul assumptam. Probatur ducẽdo ad inconueniens: quia sic fuisset aliquãdo per se subsistens, & vel corrupta fuisset illius subsistẽtia in assumptione, quod est inconueniens: vel remãsisset, quod est impossibile: quia non fuisset vnio secundum subsistentiam. Vbi nota primò, quòd Autor loquitur hîc de subsistentia tanquam si loqueretur de personalitate: quia anima sepa rata differt à persona solũm per hoc, quòd est incõpleta specie: quia non est species, sed pars speciei. Quia enim eadem est ratio de personalitate & subsistentia quo ad sumi, & non assumi: quia scilicet vtrique eadem ratione repugnat. Ideo eadem vi tur ratione Autor contra subsistẽtiam animæ separatæ: quæ vsus est superius cõtra personã litatem subsistãtiæ separatæ, quæ est Angelus. Nam sicut implicat pet sonam assumi in vnitatem personalem alterius personæ: quia pertineret ad esse personæ le assumentis personæ, quia assumpta esset, & non pertineret ad esse personale assumẽtis per sonæ, quia esset secundum se in persona alia: ita implicat subsistentẽ animã assumi ad aliud subsistens: quia simul per se separatim existeret, & non per se separatim existeret. Ex eo namque, quòd ponitur subsistens secundum se, ponitur per se separatim existere: nam hoc ipsum significat subsistere secundum se & ex eo quòd ponitur assumi ad alterius subsistentiam, ponitur quòd nõ per se, sed p illud aliud subsistat: alioquin ad illius alterius subsistentiam non esset tracta. ¶Nota secundò, quòd subsistentiã animæ præexistentem corrumpi, poterit intelligi dupliciter. primò quo ad actũ subsistendi: quia nihil aliud est quàm actus essendi ipsius animæ, vt est ipsius soliusmodo est, vt est eius vt quod est: & hoc modo videntur Thomistæ, iuxta superius recitata, de personalitate intelligere hunc locum. Alio modo non solùm quo ad actum subsistendi, sed quo ad id quod subsicitur actui subsistendi. ita vt corrupto subiecto actus, ex consequenti sequatur corruptio actus: & hoc modo intelligendus videtur hic textus conformiter, ad præderterminata de personalitate. Imaginãdum est enim quòd anima separata est semipersona, & non solùm seminaturaliter nam vnita carni est seminatura, quã sit pars essentialis humanæ naturæ: sed nõ subsistit per seipsam vt quod, sed per hypostasim, cui vt animæ, vt ratio subsistendi ex proprio genere, scilicet immateriali ordine debet, actum essendi & subsistẽdi: sed statim vt separata est à corpore, ex hoc ipso, quo constituitur in esse separato, cõstituitur in quadam totalitate & completione vt scilicet sit quod subsistit: inadæquatè tamẽ ad suum esse in quo natũ est etiã corpus & totus homo subsistere. Iam enim dictum est, quòd separatio dat quandam totalitatem & completionem: & ideo statim separata anima est semipersona: quæ per hoc proprio termino terminatur: quæ in corpore existens terminabatur termino totius hominis. Et ideo sicut si assumeretur præexistẽs Angelus, corrumpereꝛur primò terminatio naturæ angelicæ, quæ est illius personalitas: ita si assumeretur anima prius separatim existẽs corrumpereꝛur ipsius terminatio, qua constituitur in esse quod est & semipersonæ & subsistentis. Sed si anima assumitur non præexistẽs separata (sicut etiã vnitur de facto corpori nõ præexistens separata) tunc solùm vt seminatura assumitur & vnitur: quia non adhuc erat terminata intelligitur p̃prio termino, quem in sui à corpore & ab hypostasi separatione nata est habere. Notantes autem dico, non solùm à corpore, sed ab hypostasi: quia si anima separaꝛetur à corpore, & nõ ab hypostasi (quod in solo Christo accidit in triduo) tunc non nisi vt seminatura separata à tota natura, quæ desineret, remaneret subsistẽs, nõ per se, sed p hypostasim alienam: pura filij Dei, cui semp est vnita.

Quæstio. ¶ An anima separata infra q. in resurrectione reti. ar. 1. neat propriam terminationem.

3. Et 3. nationem. dis. 14. art. 1. q. 2. 3. Et ve vii. q. 29 ar. 4. 3.

¶Sed insurgit tunc quæstio, an incõmuni resurrectione anima separata huius vel illius reuerta ad corpus retineat suam propriã terminationem, an perdat illam, & terminetur personalitate totius.

¶Ad hoc dicitur, quòd quia aliter se habet anima rationalis in sui principio, quum in corpore fit, & aliter quum ad corpus per resurrectionem redit: quod ex hoc habetur quòd anima in sui principio in diuiduatur ex corpore, quauis occasionaliter in resurrectione autem anima indiuiduatur potius corpus, quàm indiuiduetur ex ipso: vt patet in his, in quibus diuina virtute materia corpotis supplebitur, puta qui totaliter per multas generationes & generationes ex solis carnibus humanis nutriti sunt. Sicut ergo indiuiduationem semel in corpore adeptam nunquã deserit anima rationalis, sed ex illa indiuiduat, si opus est, corpus (ita vt idem numero sit resurgens homo, qui prius fuit) ita rationabile est, vt ad propriam terminationem aliter se habeat in corpore, & extra, ac in reditu. Nam non acquirit illam in corpore, constituendo naturam, sicut acquirit indiuiduationem: sed acquirit illam in corpore constituendo personam, hoc est, si ad hoc perueniat, quòd sit principium constitutiuum propriæ personæ, & non solùm propriæ naturæ. & ideo in Christo non acquisuit proprium terminum, quia nõ constituit propriam personam. Sed nec constituendo propriam personam, videtur acquirere illum consummatè, sed medio modo inter actum & potentiam: quoniã aliquo modo est, quòd subsistit & operatur, & aliquo modo non. Sed in separatione à corpore & corruptione hypostasis, quæ simul in aliis à Christo hominibus sunt, anima propriũ terminum consummatè acquirit quem semel adeptum tenebit etiam in reditu ad corpus, & in flatu perfectioni possẽssura illum reunita corpori, quàm si separata esset, eo quòd tunc erit in naturalissimo suo esse. Vt sic differentia quo ad propriam terminationem inter animã in sui principio, & in resurrectione sit, quòd in sui principio de sotis venit, vt quo etiã quo ad personalitatem: & ideo impediri contingit illam & à propria & totius personalitate, vt patet in mysterio Assumptionis: in regressu autem venit, vt quod est, licet partialiter. Et ideo sicut indiuiduar & cõmunicat suum esse homini, & glorificat illum in Sanctitate subsistẽtiam, terminationem, sensũ, personalitatem, ad perfectionem humanæ subsistentiæ & personalitatis adducit.

Comment. ¶Quo ad tertium refutatur Origenis positio intellecta secundo modo (scilicet quòd anima illa in sui creatione ab initio fuerit vnita, & postmodũ in vtero Virginis incarnata) primò deducendo ad inconueniens, quòd scilicet anima Christi non videretur esse eiusdem naturæ cum nostris: secundò autoritate Leonis.

Annot. ¶Circa rationem hanc dubium ex duplici capite occurrit. Primò, quantũ valeat simpliciter ista ratio ex hoc, quòd homo vel bos creatur ante omnia sæcula vel post, non variatur natura eius, sed mensura secundum durationẽ: nihil ergo videtur valere ratio inferens alicuius naturæ ex prioritate secundum durationem propositionis. Secundò, quanꝛum valeat ad hominem: quia Origines ponebat non solùm Christi: sed omnium hominum animas ab initio creatas: vnde magis, si rit à principio Verbo vnita, & postmodum in vtero Virginis incarnata: quia sic eius anima videretur esse non eiusdẽ naturæ cũ nostris: quæ simul creatur, dũ corporibus infundũtur. Vnde Leo Papa dicit in Epistola ad* Iulianũ, quòd non alterius naturæ erat caro eius, quàm nostra: nec alia illi quàm cæteris hominibus anima est à principio insparata.

** Aliàs sumitur non præexistẽs Volusianum.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut suprà dictum est, anima Christi dicitur esse medium in vnione carnis ad Verbum secundũ ordinẽ naturæ: non autem oportet ex hoc, quòd fuerit mediũ ex ordine temporis.

c ¶Ad secundum dicendum, quòd sicut Leo Papa in eadẽ Epistola dicit, anima Christi excellit nostras animas non diuersitate generis, sed sublimitate virtutis: est enim eiusdem generis cum nostris animabus, sed excellit etiam angelos secundum plenitudinẽ gratiæ & veritatis. Modus autem creationis respondet animæ secundum proprietatem sui generis: ex quo habet, cùm sit corporis forma, vt creetur simul, dum corpori vnitur. Quod non competit angelis, qui sunt substantiæ omnino à corporibus absolutæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd de plenitudine Christi omnes homines accipiunt secundum fidem, quam habent in ipsum: dicitur enim Rom. 3. quòd iustitia Dei est per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui credunt in ipsum. Sicut autem nos in ipsum credimus vt in iam natum: ita antiqui crediderunt in ipsum vt in nascìturum: habentes enim eundem spiritum fidei credimus: vt dicitur secundæ ad Cor. 4. Habet autem fides quæ est in Christum, virtutem iustificandi ex proposito gratiæ Dei: secundum illud Rom. 4. Et qui non operatur, credenti autẽ in eum, qui iustificat impium, fides reputatur ad iustitiam secundum propositum gratiæ Dei. Vnde quia hoc propositum est æternũ, nihil prohibet per fidem Iesu Christi aliquos iustificari, etiam antequam eius anima esset plena gratia & veritate.

ratio valet, sequitur quòd anima Christi sit eiusdem naturæ cum nostris, ex quo simul ab initio omnes creatæ ponuntur.

¶Ad hoc dicitur, quòd ratio non est ad hominem, sed simpliciter: & ideo non oportet ipsam saluare ad hominem, sed simpliciter. Fundatur autem ratio super hoc, quòd naturalis modus productionis aliculus, diuersius penes hoc, quod est produci in corpore, vel extra, & ante corpus, mouũtur diuersitatem naturæ rei producẽ. Nec eget multa probatione hæc propositio, sed est quasi per se nota: quoniam si res aliquæ sic se habẽt, quòd ex natũris suis vendicant sibi diuersos modos suæ naturalis productionis non nisi ex diuersitate formali rerũ, quæ producuntur, procedũt: quia vna naturaliter est in corpore, & alia non: & propterea vna naturaliter exigit fieri in corpore, & alia ante corpus: vna naturaliter est forma corporis, & ideo fit in corpore: alia non est naturaliter forma corporis, & ideo fit extra, & ante corpus. Vnde supponit hæc ratio animas nostras secũdum suum naturalem modum fiendi, creando infundi & infundendo creari: quia sunt naturaliter formæ corporum: & ex hac suppositione arguit, quòd anima Christi non fuit ab initio creata, & assumpta. Supponit etiã quòd in prima constitutione vniuersi non attendit (vt Aug. docuit) quid Deus potuerit facere, sed quid naturæ rerum earũmque ordo exigat.

Zoeis fu- præart. 3. cetatis.

Annot. ¶In responsione ad tertium eiusdem articuli nota bene resolutionẽ claram, vnde fides Christi est iustificatiua, scilicet ex proposito diuinę gratiæ iuxta euangelium autoritatem Apostoli ad Roma.

ARTICVLVS IIII.

a Vtrùm caro Christi fuerit prius à Verbo assumpta, quam anima vnita.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd caro Christi fuerit prius à Verbo assumpta, quàm animę vnita. Dicit enim Aug. in lib. de Fide ad Pet. Firmissimè tene, & nullatenus dubites, non carnẽ Christi sine diuinitate cõcepeam in vtero virginis, priusquã susciperetur à Verbo. Sed caro Christi videtur prius fuisse concepta quàm animæ rationali vnita: quia materia vel dispositio prior est in via generationis, quàm forma completiua. Ergo prius fuit caro Christi assumpta, quàm animæ vnita.

¶Præterea, Sicut anima est pars naturę humanæ, ita & corpus. Sed anima humana nõ habuit aliud principiũ sui esse in Christo, quã in aliis hominibus, vt patet ex autoritate Leonis Papæ supra inducta. Ergo videt quòd nec corpus Christi aliter habuerit principiũ essendi, quàm in nobis, sed in nobis antè cõcipitur caro, quàm adueniat anima rationalis, ergo etiã ita fuit in Christo. Et sic caro prius fuit à Verbo assumpta, quam animæ vnita.

¶Præterea, Sicut dicitur in lib. de Causis, causa prima plus influit in causatum: & prius vnitur ei, quàm causa secunda. Sed anima Christi comparatur ad Verbum, sicut causa secunda ad primam. Prius ergo Verbum est vnitũ carni, quam anima.

¶SED CONTRA est quod Damasc. dicit in 3. lib. Simul Dei verbi caro, simul caro animata ratiõalis & intellectualis. Nõ ergo vnio Verbi ad carnẽ, præcessit vnionẽ ad animam.

CONCLVSIO.

¶ Sicut anima non prius fuit à Verbo assumpta, quam caro, ita nec caro prius fuit assumpta, quàm anima vnita.

b ¶RESPONDEO dicendum, quòd caro humana est assumptibilis à Verbo, secundum ordinem, quem habet ad animam rationalem, vnũ dubiũ occurrit: quia videtur quòd materia ꝑpria formæ sit ante aduentũ formæ: quoniã materia nõ est propria nisi propter dispositiones ad talẽ formã: materia autem plenè disposita est immediatè ante instãs introductionis formæ: prius igitur tẽpore est materia ꝑpria animæ rationalis & vniuersaliter formæ, quàm adsit ipsa forma. Præterea, minus est materia ꝑpria animę rationalis, & minus habet ordinẽ ad ipsam caro mortua, quàm caro immediatè ante instãs introductionis animæ rationalis: quoniã ista natura-

Annot. ¶Titulus de prioritate temporis intelligitur. Et est

Comment. ¶In corpore vnica est conclusio responsiua quæsito negatiuè. Caro Christi non prius assumpta est à Verbo, quàm animæ vnita. Probatur dupliciter, primò sic. Caro humana non est assumptibilis antequam sit propria materia animę rationalis & humanæ: ergo non est prius assumpta: quàm animæ rationali vnita. Antecedens habet duas partes, quæ in idem redeunt: nec differunt, nisi sicut expressum in communi & proprio vocabulo: quorum materia propria animę rationalis & caro humana idem sunt: sed differunt, quia vt materia propria sonat id, quod commune est omnibus naturis propriis, vt caro humana specificat id, quod est in ordine ad animam rationalem. Ex vtraq. ergo parte probatur in litera consequentia. Primò ex proprietate materiæ: quia materia simul dum recipit formam, fit propria illius formæ. Quod probatur: tum quia materia nõ prius habet ordinem ad formam vt propriam formam, quàm habeat ipsam formam: tum quia simul terminatur generatio & alteratio prætuia. Ex secunda verò parte, quia caro non est humana ante aduentum animæ rationalis. Antecedens verò pro secunda parte relinquitur per se notum. Pro prima verò parte probatur: quia caro humana non est assumptibilis, nisi per ordinem, quem habet ad animam rationalem, vt propriam formam. Secundò probatur conclusio ex proportionali adiuncta huic rationi similitudine de anima: sicut anima rationalis non prius assumpta, quàm vnita carni, ita nec caro prius assumpta, quàm vnita animæ rationali. Et vtrobiq. ratio proportionaliter: quia id contra naturam animæ, hoc contra naturam carnis humanæ.

Quæstio. ¶ Num materia propria formæ sit ante aduentum formæ.

¶Circa hunc processum, vnũ dubiũ occurrit: quia videtur quòd materia ꝑpria formæ sit ante aduentũ formæ: quoniã materia nõ est propria nisi propter dispositiones ad talẽ formã: materia autem plenè disposita est immediatè ante instãs introductionis formæ: prius igitur tẽpore est materia ꝑpria animæ rationalis & vniuersaliter formæ, quàm adsit ipsa forma. Præterea, minus est materia ꝑpria animę rationalis, & minus habet ordinẽ ad ipsam caro mortua, quàm caro immediatè ante instãs introductionis animæ rationalis: quoniã ista natura-

Universidad de Deusto
Biblioteca

liter necessitat ad formam illius naturaliter magis ac magis recedit à forma exemplaris: sed caro Christi mortua habet ordinem ad animam Christi, propter quē remanet assumpta, vt propria materia illius: sicut & caro in victima dispositionē habet illam ordinem, & est propria materia animæ rationalis.

¶ Ad primū dicitur, quòd propria materia alicuius formæ dupliciter dicitur: scilicet in fieri tantùm vel in facto esse. In proposito autem sermo est de materia propria in facto esse: obiectio autē procedit de materia propria in fieri.

¶ Ad secundū concedi-
tur, quòd secundum naturæ ordinē caro vitiō dispositā habet magis rationē propriæ materiæ, quàm caro mortua: sed in ordine ad resurrectionē, quæ sola diuina potest potentia fieri, caro mortua habet magis rationē propriæ materiæ, quia ista iam in facto esse fuit propria materia ipsius animæ, & dedit huic animę individuationē, & reuniēda est illi ad reconstituendum eundē numero hominē. Vnde in æquinoco laboramus: quoniā aliter simūt propria materia in generatione, vbi natura ordinat ad tēpus, & aliter in resurrectione, vbi dūm ordo cōsideratur. Quia tamē 2. dicit Theologus vtraq; dicitur propria materia, ideo causa Autor in litera nō dixit hunc ordinē non haberi nisi præsente anima rationali corporis: sed dixit nō haberi antequā anima adueniat: cum hoc enim stat, quòd habeat etiā post mortem, ex quo ibi semel anima affuit corporicum primo autem dicto non stat, quòd habeatur post mortem propria materia.

Annot. c ¶ In responsione ad secundū eiusdē articuli, vide rationē naturalē, quare non arguit, ibi ueritatē naturæ auferre à Christo naturalem modū producendi carnem, & arguetur diuersitatē naturæ, si anima producta esset ante corpus: quia scilicet in carnis productione varietas esset penes antecedentia tātùm, in animę verò productione, varietas ponitur in ipsis constitutiuis intrinsecis. Et ratio assignatur: quia materia nata est esse ante formam, & disponi ad illam: forma autē non est nata esse ante materiā, hanc tamen rationē intelligito pro ratione cōuenientiæ: quare scilicet conueniens fuit, carnem Christi nō naturaliter, hoc est aliorū hominū more fieri per dispositiones præuias, sed miraculosè statim concipi perfectam: animā verò conuenies fuit non miraculosè ante corpus, sed naturaliter, hoc est secundū aliarum curſum fieri, scilicet creādo infundi, & infundendo creari. Quoniam, vt ex antedictis patet, diuersus modus producendi animam, scilicet in corpore vel extra, & ante corpus, in diuersitatē naturæ non redundaret, si miraculosè aliqua anima fieret extra & ante corpus: sed si naturaliter fieret extra & ante corpus, quòd scilicet naturaliter factum fuisse oportet pro certo nere illos, qui in constitutione mundi sic factum putant, vt prædictum est.

Annot. ¶ In responsione ad tertiū distingue & ordina nouitie, vnam & eandē carnem secundū diuersa prędicata substantialia, præponendo magis cōmune minus communi (Verbi gratia, secundū quod est corpus, secundū quod est animatum, &c.) & per species, quòd caro prius natura attingitur à Verbo effectiuè per essentiā, potentiā, & præsentiam, quàm terminatiuè per vnionem personalē: quia prius natura est quoddam ens, pura corpus, quàm animata. Sed prius natura est animata, quàm vnita Verbo personaliter: tum quia constituitur in esse assumptibili per esse animatum: tum quia caro constituitur in natura rationali per esse animatum: tum anima rationali. Constat autem, quòd non est assumptibilis nisi vt pars naturæ rationalis: non solùm ex parte sui, sed etiam ex parte personæ, quæ significat non quamlibet hypostasim, sed hypostasim naturæ rationalis.

¶ *Super Quæstionis sextæ Articulum quintum.*

Comment. TItulus articuli intelligendus est vt sonat.

a ¶ In corpore articuli duo sunt: primò declaratur, quomodo intelligitur per Mediante in mysterio Assumptionis. Secundo respōdetur quæstioni vna cōclusione. Quo ad primū dicit vnam propositionē multarū partium, scilicet in mysterio Assumptionis mediū intelligitur non tēporis, sed naturę ex parte agētis & simpliciter. Vbi quatuor cōditiones medij in hoc mysterio ponūtur.

¶ Prima est, quòd non est medium secundum tempus. Quæ probatur, quia simul tempore omnia assumpta sunt.

¶ Secunda, quòd est medium secūdum ordinē naturæ. Et hæc ex dictis supponitur.

¶ Tertia est, quòd est ibi talis ordo naturæ, scilicet ex parte agentis. Et hęc declaratur, quia in cōmuni ordo naturæ, quo aliquid est prius, & aliquid posterius in natura, dupliciter inuenitur, vel ex parte agētis, vel ex parte materię. Et redditur ratio, quare secūdum has duas causas inuenitur, quia sunt causæ præexistētes ante effectum: agēs enim & materia præexistūt: forma autē oportet non præexistere: & similiter finē generationis, cùm coincidat cū forma. In speciali autē hoc est in Assumptiōis mysterio, quia tota ratio facti est potentia facientis.

¶ Quarta cōditio est, ly simpliciter, ad definiendum quòd mediū simpliciter hoc mysterio attenditur secundū ordinem naturæ ex parte agētis non quemcunq; sed simpliciter. Est siquidē duplex naturæ ordo ex parte agentis, vel secundum ordinē intentionis, vel secundum ordinem executionis. Et differūt hi ordines inter se: in hoc, quòd illud quod est prius secundū intentionē, est pri⁹ simpliciter: quòd verò est prius secundum executionem, est prius secundum quid. Et ratio est: quia intentio prior est simpliciter exequutione: vt patet. Quo ad secūdū conclusio respōnsiua quęsiti est ista. Verbum Dei assumpsit partes humanę naturæ, mediāte toto. Probatur dupliciter: primò, quia secundum ordinem naturæ ex parte intentionis agentis prius est cōplētum, quàm incompletū: & consequenter prius est totum, quàm partes. Secundò ex proportionalitate, sicut assumpsit corpus mediante anima (quia assumpsit corpus propter ordinem, quem ad animam habet) ita assumpsit partes, mediante toto: quia assumpsit animam & corpus propter ordinem, quem habent ad humanam naturam.

¶ Sed occurrunt hic literalia multa inquirēda. primò, cur existente naturæ ordine secundum quodlibet genus causæ, ordinem naturæ duobus eorū apptopriat?

¶ Secundò, cur ordiné naturæ ex parte materię in hoc mysterio Autor pertranſiunt, quum prius natura ex parte causæ materialis corpus Christi fuerit conceptum, quàm animatum? patiens enim præsupponitur actui, qui in eo fit.

¶ Tertio, cur Autor in hoc mysterio, de medio secundum naturæ ordinē ex parte agentis secundum ordinem operationis respondendo tacuit, quum tamen in responsione ad primum, postmodum de illo tractet?

¶ Ad primū dicitur, quòd quia ordo naturæ secundū genus causæ formalis & finalis reducitur ad ordinē naturæ secundum genus causę agentis, tanquā in quo clarius relucet quoniam secundū ordinem agentium ordinantur & fines generationum & formę genitorum: & res natura priores secundū ordinem finis, aut formæ in his, quæ fiunt sunt posteriores in esse: quoniam & forma & finis quantò vlterior in aliquo ordine, tātò prior, quia perfectior. Res verò, vt sunt tam in materię transmutatione, quàm in intentione aut executione agentis priores, sunt etiam priores secundum esse aliquod reale, scilicet, vel secundum ipsam intentionem eorum, sicut domus est in intentione artificis: vel secundū quòd, saltem in inchoata transmutatione sunt, sicut alteratio est prior generatione: vel secundum se, vt ab ipsis incipit exequutio vt fundamentum est prius parietibus. Meritò igitur naturæ ordinem duobus appropriauit Autor generibus causarū, quia sunt priores in esse, tum quia clarius relucet prioritas naturæ in istis: tum quia prioritas aliorum apud generabilia reducitur ad istā.

¶ Ad secundum dicitur, quod in mysterio Incarnationis nulla fuit transmutatio materię nisi instantanea formatio corporis ab infinita virtute Spiritus sancti, & illa instantanea formatio quanuis naturę ordine prior secundū genus causę materialis fit, quàm animæ rationalis aduentus in eam: quia anima rationalis non detulit secū corpus, sed supposuit corpus organicum, in quo reciperetur, cuius esset actus, in quo fieret. Quia tamen in illo priori naturæ non erat assumptibilis (vt ex dictis patet) quia constituta est in esse assumptibili per esse animatum: ideo Autor loquens hic de priore & posteriore secundum naturam in ordine ad assumptionem fit.

¶ Prima est, quòd non est medium secundum tempus. Quæ probatur, quia simul tempore omnia assumpta sunt.

¶ Secunda, quòd est medium secūdum ordinē naturæ. Et hæc ex dictis supponitur.

¶ Tertia est, quòd est ibi talis ordo naturæ, scilicet ex parte agentis. Et hęc declaratur, quia in cōmuni ordo naturæ, quo aliquid est prius, & aliquid posterius in

sumptionē, nihil de prioritate ex parte materiæ, vtpote extra ordinē ad assumptionem dixit, sed tanquam impertinentem ad propositum dimisit.

¶ Ad tertiū dicitur, quòd in prōptu causa est, quare respondendo quæstio tacuit ordinē exequutionis: quia scilicet respondendū est quæsito simpliciter, de medio simpliciter, & nō de medio secundū quid: ac per hoc de medio, secundū ordinē simpliciter, & nō secundū ordinem secundum quid. Vnde merito mediū secundū quid, referuauit responsionibus argumentorū, soluta quæstione de mediatione simpliciter, & absolutè.

¶ Num assumpserit totum mediantibus partibus.

Quæstio. ¶ In eodem articulo in responsione ad primū, dubiū occurrit ex Sco. & Duran. arguētibus in tertio sent. dist. 2. cōtra hanc doctrinā: quòd scilicet nō assumpserit totum mediantibus partibus. Arguit ergo Sco. primò in q. 2. sic: Primò assumptū non est natura humana, sed pars seu partes eius: ergo assumēs non est primò homo. Et confirmatur: quia sicut in instanti assumptionis se habuit ad totum & partes, ita & modo igitur & modo non est primò homo, sicut Sortes est primò homo: quod videtur inconueniens. Amplius, videtur sequi, quòd Christus nō sit homo. Probatur quia denominatio à parte vel partibus non dat denominationē à toto. Præterea, propter duas vniones Verbi ad partes naturæ humanæ non est homo: ergo requiritur tertia, quæ sit totius primò, propter quam tertiam Verbum est homo: sed ista sufficit sine aliis duabus: igitur illæ duæ superfluūt. Demū probat ostensiuè, quòd natura tota est primò sine medio assumpta. Quod est in se primò personale, si fibi dimitteretur, hoc sibi alio primò personatur, quàdo assūmitur: sed tota natura & nō pars vel partes, est primò & immediatè hoc modo personabilis in se, si fibi dimitteretur: ergo. Probatur Maior: quia in eodē instanti naturę, in quo in se personaretur, si sibi dimitteretur, personatur in alio vel ab alio: quia nihil ante illud instās est natū assumi, & nō prius fuit natura singularis: nec posi illud instans assumitur, quia tūc esset persona in se. Minor probatur: quia in eodē instanti naturæ in quo partes præcedūt totū, neutra nata est esse persona: sed tunc primo quādo ex istis vnitis est tota natura quia tunc ipsa tota est persona in se, si non impediatur ab assūmēte. ¶ Duran. autem in q. quoq. 2. arguit dupliciter, destruēdo totaliter ordinem naturæ in assumptione totius & partium primò. quia totum & partes vnitæ (sic enim assumptæ sunt) omnino sunt idem re. Secundò, quia assumptio vna est vni⁹ ad vnum: sed assumptio humanæ naturæ est vna ad vnum, quia ad personalitatem Filij: ergo est vnius, scilicet naturæ integræ ex suis partibus: constat enim eam esse assumptam: ergo tam natura quàm partes sunt assumptæ vt vnum: non igitur ordo realis inter totum & partes in assumptione.

¶ Ad euidentiam positionis, quæ in hac litera explicatur, sciēdum est, quòd quē ordo operationis seu exequutionis eadem & eodem modo intelligatur habere media, si est secundum naturam tantùm, & si est secundū progressum operationum. Verbi gratia, domus siue fiat per multas operationes, vt ab arte successiuè fiat, siue fiat tota simul à Deo, eadem media pertranſit, puta fundamētum, parietes, tectum, & similiter eodem modo, hoc est, quòd quodlibet eorum est vt medium quod. Nam sicut successiuè operando, prius tempore fit fundamentum, vt quod partiale, & mediante fundamento fit paries, etiā vt quod partiale, & postea tectum vt quod partiale, & omnibus mediantibus vt quod partialibus fit domus vt quod totale. Ita simul omnia operando, operatio illa prius natura secundum exequutionis ordinē attingere intelligitur fundamentū, & postea parietē, &c. vt dictū est. habet enim operatio illa vnicavnum per se primò terminū ordinis intentionis, scilicet totū, qui esset vltimus ordine exequutionis, & multos partiales terminos ordine exequutionis priores, vno per se primò intento termino scilicet toto. Simile enim quid accidit in mysterio Incarnationis, in quo simul tota natura & omnes partes eius factæ & assumptæ sunt, nisi quòd ad assumptionem referendo totum & partes, non inuenitur ordo inter partes (vt prædictum est) sic vt vna prius natura assumpta sit vt quod, quàm altera: quia simul natura anima & corpus assumpta sunt. Sed bene inuenitur talis ordo inter partes simul & totum: quòd scilicet secundū exequutionis ordinem prius natura terminata est assumptio ad partes simul sumptas: sic animam & corpus, vt terminos partiales, quàm ad totum: ad quod primò, vt primò intentum, vltimò terminata est. & ratione huius primò intenti terminata præintelligitur ad partes, sicut ratione domus terminata præintelligeretur creatio domus ad partes eius, ex quibus constat domus. Negantes autem hunc exequutionis ordinē inter partes & totum in assumptione, imaginantur quòd assumptio etiā exequutiuè terminata est prius ad totum, quàm ad partes: ita quòd diffusa seu quasi extēsa est assumptio à toto ad partes, ita vt non oportuerit de nouo in morte Christi assumere partes: sed remanserit respectu partium. Et quamuis primo aspectu hæc positio non solū probabilis, sed probabilior videatur, quàm posita in litera, qa assumptio per se primò respicit totum, nec est vt factio totius, sed quasi præexistentis eleuatio: quæ etiam in operando incipere debet à per se primò intento, ex quo supponit illud esse. si tamen perspicacius intuiti fuerimus, quòd ordo exequutionis veræ ex testis ordinis compositionis, quia primū in resolutione fuit vltimum in compositione, & constare nos meminerimus quòd in morte Christi assumptio quasi retroactiuè incepit, dum natura ipsa ab assumptione desiit, partes autem naturę assumptæ remāserunt, percipiemus quòd ex hoc ipso facto reuelauit Deus, quod assumendo inchoauit ab exequutionis ordine à partibus, & quod veluti primum in compositione assumptionis, fuit assumptio partium: vt sic diuina sapientia dispositionem suauiter assumptionē, secundū exequutionem & resolutionē. Quo fit, vt probabilior sit positio in litera posita, fulta Aug. fauore.

¶ Vnde ad primū Sco. distinguī potest quod primò assumptum dupliciter, vt quod totale, & quod non totale seu partiale: & similiter primum assumptū terminata est primò assumpta vt quod totale, vel terminata totaliter assumptione: partes autem sunt secundum operationis ordinē prius assumptæ non terminata totaliter assumptione, nonvt quod totale. Cùm ergo dicitur, primò assumptum nō est natura humana, negatur loquendo de primo assumpto, termināta totaliter assumptione: & similiter de primo assumpto, vt totale passiuū assumptionis vin quo tamen sensu oportet verificari tale antecedēs, si consequētiæ suæ debent valere, & inconueniētia sequi. Ad confirmationē negatur, quòd simili modo omnino se habeat Verbum assumens tūc & semper: quia pro illo instanti assumptio erat dupliciter, scilicet in fieri & in facto esse, quia tūc erat verum dicere, nunc est vnita, & immediatè ante hoc non erat vnita: quod de speciali falsò dicēretur: quoniā assumptio remanet nō in fieri, sed in facto esse. Et propterea conceditur, quòd quantum ad factum esse, eodem modo se habuit tunc, & habet modo: & sic tunc filius Dei verè fuit primò homo sicut Sortes est primò homo ex primo assumpto terminata totaliter assumptione, & similiter ex primo assumpto vt tota li passiuo assumptionis vita & nunc & in æternum.

¶ Ad alia duo simul dicitur, quòd nec homniamus Verbum dici hominem à partialibus assumptis, & nō totaliter terminata assumptione: nec esse ibi tot assumptiones, sed vnam tantùm, secundum naturæ ordinem exequendo progrediendo prius ad partes, quàm ad totum: quia simus certi, quòd quasi resoluendo de fiat à toto, & non à partibus.

¶ Ad rationem autem ostensiuā, quæ est fundamentū opinionis suæ, respōdetur ex Autoris doctrina prænotata in a. primo huius q. in responsione ad secundū, quòd scilicet nō est similis ordo assumptorū ad personā assumentē, qui esset eotundē ad propriam personalitatē cuius oppositio pro fundamento Sco. assumit. Et ratio Autoris ibidē est, quia persona assumens est altioris ordinis, quàm esset persona propria. Et ne inuoluatur intellectus, distinguatur, quòd quia quæstio est de ordine assumptionis & nō de ordine personationis: ideo ne æquiuocetur, dicatur quòd per esse personale, & similiter per personari, potest intelligi posse fieri, vel fieri persona, vel quasi cōstitutiuū personæ, vel potest intelligi posse fieri, vel fieri aliquid personæ. Si primū intelligatur, cōcedatur totū, absq; declinatione tamen tanquā impertinens, quia nō est quæstio de prius natura personali, illo modo, vt sit persona aut quasi constitutiuū personæ, sed de prius natura assumptibili ad vnitatē personalē. Si autē secundo modo intelligūtur dicti termini, ad propositū quidē sunt, sed minus proprii. Verūtamen nō fiat vis in vocabulis: & suppositā distinctione, quæ in litera habetur de prius assumptibili ordine naturæ secundū intentionem & secundū exequutionē, respōdeatur quòd Maior est vera de primo secundū ordinē intentionis, non autē de primo secundū ordinē exequutionis. Illud enim quod est in se per se primò personabile, illud primo ordine intētionis non primo ordine exequutionis personatur in alio: hoc est, sic aliquid alienæ personæ, à qua assumitur: pars enim vel partes eius, stāt, quòd prius secundū exequutionē fiat vel fiant aliquid alienæ personæ, quàm tota natura, quæ est in se per se primo personabilis, si sibi dimitteretur. Probatio autem Maioris ad hunc sensum applicata, nihil valet: quia secundū exequutionis ordinē illud totū nō in se toto, sed in parte vel partibus eius prius personaretur, hoc est, fieret aliquid assumentis personæ, quàm esset in seipso toto personale, si sibi dimitteretur. Et cùm contra hoc assertur, quia in illo priori illud totū non est natū assumi, quia non est natura singularis: respondetur, quòd verū est quòd non est natum assumi in seipso toto ante illud instans naturæ instans, sed est natū assumi secundū sui partem vel partes ante illud instans. secundū exequutionis ordinem: quoniā quælibet pars nata est assumi, vt sit aliquid personæ assumentis: quāuis solùm natura integra nata sit assumi, vt sit velut constitutiuū personæ: quia ipsa sola est sic personabilis, scilicet vt sit vel persona, vel quasi cōstitutiua personæ: partes autē eius sunt personabiles, hoc est assumptibiles advnitatē personalem, antequam secundū exequutionē assumi intelligatur totum. Vbi dicito, quòd licet respectu personæ propriæ prius secundū exequutionem intelligatur personari tota natura, quàm partes: quia partes, puta anima & corpus, ad personandū concurrunt, medīante tota natura cōstitutæ per illas, ad assumptibilitatē tamen à diuina persona prius secundū exequutionem concurrunt partes, scilicet anima & corpus, quàm natura integra. Quia ad exequendam assumptionem nō oportet mediare exequutiuè, sed secundū intentionē tantùm, totam naturam: quoniam constat diuinā personam posse inchoare assumptionē à partibus quasi progrediendo ad totum: & rationabilitet cōstat, quòd de facto sic fecit, vt probatū est, respectu personæ propriæ non nisi naturalis ordo partium ad proprium personam attenditur, qui est etiā exequutiuè mediante toto. Et ideo non habet solidi fundamentum (vt ex Autore allatum est) ratio Sco. eodē ordine partes naturæ humanæ & totam ordinantis ad propriam & ad diuinam personam.

¶ Ad primam autem Duran. rationē negatur, quòd natura humana sit omnino idem secundum rem, quod suæ partes etiam simul sumptæ. Et quoniā quæstio hæc supponenda potius, quàm discutienda hic est: ideo non moror.

¶ Ad secundā dicitur, quòd assumptionē esse vnius, contingit dupliciter: scilicet vnius simplicis, vel vnius cōpositi. Et rursus vnius cōpositi, secundū quòd vnum tantum est, vel non solùm secundū quòd est in se vnum, sed etiam secundum suas partes. Et subiūngitur, quòd Incarnatio est assumptio vna & ad vnū, & vnius vlrimo modo exposito: quia sic filius Dei assumpsit vnam naturam humanam com-

Universidad de Deusto

siam ex anima & corpore, vt etiam simul ex corpore & prius natura secundū nos ordine existentium, vel posterius assumserit animam & corpus in seipsis, & non solam secundum quod sunt vnum in tota natura: quod nihil aliud est quam assumere totam naturam. Et quòd hoc oportuerit fieri, patet ex eo, quòd aliquo oportuerit filium Dei in morte de nouo assumpsisse corpus & animā, quod Sco. insolutum dimittit: & Duran. male videtur posse euadere. Nihil igitur valet illatio illa, Natura integra est assumpta, ergo partes assumptę sunt vt vnum, intelligendo cum præcisione, hoc est, vt sunt vt vnum precisè, & non etiam vt sunt in se diuersæ.

3. dist. 3. q. 2. art. 1. & 2. & dist. 13. q. 3. art. 1. & vers. 2. q. 29. art. 2. Et 4. part. q. 3. c. 222.

¶ Super Quæstionis sextæ Articulū sextū.

TItulus articuli 6. intelligēdus est, vt sonat.

Comment. b ¶In corpore art. vnica est cōclusio respōsiua quæstionis, Gratia non potest intelligi vt medium in assumptione humanæ naturæ. Et probatur sic, Gratia tripliciter dicit potest: dupliciter quidē Christo, scilicet gratia vnionis, & gratia habitualis: & tertio modo ipsa voluntas Dei gratis donans. Sed nullius istorum modorum habet rationem medij in assumptione naturæ humanæ ergo. Probatur sigillatim: primo de gratia vnionis, quia est ipsum esse psonale gratis datum: quod in assumptiōe se habet vt terminus, nō vt medium. Secundò de gratia habituali quæ se habet vt effectus cōsequens vnionē, vt patet Io. 1. Tertiò de voluntate diuina: quia se habet vt causa efficiens, non vt medium.

Annot. ¶Notabile primo, quòd gratia potest dupliciter inesse, scilicet formaliter vel effectiuè, & quia gratia primis duobus modis dicitur formaliter, tertio autē effectiuè, ideo in littera Autor duplicē tātum in Christo principio corporis ait, dicit, scilicet vnionis & habitualem: extraq; enim est formaliter in Christo. Diuina autē voluntas est gratia effectiuè, ac per hoc velut extrinseca causa: & ppterea nō est in littera cōmemorata inter gratias in Christo illa, in qua dē præpositio in, denotat esse in Christo formaliter, sicut forma est in subiecto. ¶Nota secundo, q cūm quis gratis dēdat seipsum alicui, tūc ipse met vocatur, & est gratia, iuxta cōmunē vsum loquendi, quo excellum gratiæ dōnū gratia vocatur. dū dicimus, Ille fecit mihi hanc gratiā, &c. Et hoc modo, quia res data humanæ naturæ in mysterio Assumptionis est assumptionis filij Dei, ideo ipsum esse psonale, vt infuit rationē doni gratiosē concessi vocatur gratia: vnios aūt quia p vnionē habetur à natura, cui datum est. De hac tñ vnionis gratia ppter varia, quæ de ipsa dici videntur in art. vl. 7. q. erit latior sermo.

¶Nota tertiò, quòd Autor seipso doctior, opinionē, quā in tertio sēt. sequutus est, dist. 3. q. 2. ar. 1. q. 1. de gratia habituali, quòd erat mediū cōgruentiæ respectu assumptionis, hic cōfutat autoritate Ioan. Euan. Et sic tene, quòd ptius natura hūanitas Christi assumpta est, quàm gratia habituali donata, vt ex personalitate ola fluēta gratiæ in homine illo essent pleno gratiæ & veritatis.

¶ Super Quæstionē 7.

IN diuisione quæstionum de gratia Christi aduertie, quòd tripliciter gratia Christo ponitur, scilicet gratia vnionis, gfa singularis, & gratia capitalis. Et qa gratia vnionis est ipsa cōiūctio personalis Dei ad naturam humanam (de qua tractatū est) Iste Autor dicit, quòd de ipsa tractatū est: quāuis nō sub nomine Gratiæ, sed rei quæ est gfa: & ppterea de aliis duabus tractandum est.

Annot.

¶ Super Quæstionis septimæ Articulum primum.

TItulus arti. primi intelligendus est vt sonat: ita quod nō oportet quòd ly gfa limitetur ad gratiā singularis hominis: qm statim, vt dicetur, gfa habitualis sufficiēter ex primitur, quòd de pfectione animæ in seipsa est quæstio: habit' enim est perfectio eius, cuius est habitus: perfectio. Et ne idē seipsis reperatur, hoc eodē modo intelligēdi sunt tituli sequentium articulorū de virtutibus, & donis.

Annot.

Comment.

3. dist. 3. q. 1. art. 1. 2. & 3. 7. Et vide ibi q. 2. ar. 1. Et opus. 3. c. 222. Et Ioā. 1. c. 6.

¶In corpore articuli est vnica cōclusio respōsiua quæstio affirmatiuē: Necesse est ponere Christo gratiā habitualem, propter tria. Primò quidem propter vnionem animæ illius ad verbum Dei. Quantò enim aliquod receptiuū est propinquius causæ influenti, tantò magis participat de influentia ipsius. Influxus aūt gratiæ est à Deo: secundū illud Psal. Gratiam & gloriam dabit Dominus. Et ideò maximè fuit conueniens, vt anima illa reciperet influxum diuinæ gratiæ. Secundò, propter nobilitatē illius animæ, cuius operationes oportebat propinquissimè attingere ad Deum per cognitionē & amorem: ad quod necesse est eleuari rationalem naturam per gratiam. Tertiò, propter habitudinem ipsius Christi ad genus humanum. Christus enim, inquantū homo, est mediator Dei & hominum, vt dicitur primæ ad Tim. 2. & ideo oportebat quòd haberet gratiam etiam in alios redundantē: secūdum illud Ioan. primo, De plenitudine eius omnes accepimus, & gratiam pro gratia.

Quæstio. *¶ Num gratia habitualis in Christo conueniat ei, vt quidam singularis homo est.*

¶In eo, de articulo circa rationē tertiā dubium occurrit: quoniā ipsius ista tota pposita est de gratia Christi, secundū quòd est singularis homo: ratio adr. ista procedit de Christo, secundū quòd est caput aliorum hominū: Dicitur igit videtur à gratia singulari ad gratiā capitalem.

¶Ad hoc dicitur primò, quòd quia alia est ratio medij, alia ratio capitis: ideò, quia in littera fit sermo de Christo, secundū quòd est mediator, non sequitur q. diuertatur ad Christum, secundum quòd est caput. Dicitur secūdo, & melius, quòd gratia Christi in ordine ad genus humanū, siue secundū ordinē mediatoris, siue capitis, siue aliquo alio simili modo habet in se duo.

¶Primò est bonū habentis: quoniā idoneum ac dignū formaliter reddit ipsum, vt sic mediator, vel caput, &c.

¶Secundò est bonū alterum, dum mediat, & influit, &c. Et licet secūdo modo spectet ad gratiā capitalē, primo tamen modo spectat ad gratiā singularē. Et ppterea optimè in litera cōcluditur ex effectu mediationis vel influxus in alios esse habitum in Christo dignificantē ipsum formaliter: & cōstituētē in tali eminētia, vt ex ipso in alios redūdet gratia. Constat enim bonitatē & dignitatē hāc magnū esse bonū singularis hypostasis vel animę: sicut ex necessitate illuminādi alios, inferē, quòd illud in se valde lucidū oportet esse. Nulla ergo est diuisio, sed gratia sin gularis ex effectu concluditur.

Annot. Infrà. ar. 2. Et q. 27. artic. 2. ca. Et 3. dist. 13. q. 1. artic. 1. c.

¶ Super Quæstionis septimæ Articul. 2.

IN titulo secundi articuli q. 7. aduerte q. quæstio est de virtutibus, quæ simpliciter vocātur virtutes, quales in Philosophia & in

mouens. Nam ex verbo concepto interius procedit spiritus, ex quo formatur vox. Et similiter ex verbo æterno procedit Spiritus sanctus, qui formauit corpus Christi: vt infrà patebit. Non autem ex hoc sequitur, quòd gratia Spiritus sancti sit formale medium in vnione prædicta.

QVAESTIO SEPTIMA,
De Gratia Christi, ut quidam singularis est homo, in tredecim articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de coassumptis à filio Dei in humana natura. Et primò de his, quæ pertinent ad perfectionem. Secundò, de his, quæ pertinent ad defectum.

¶Circa primum consideranda sunt tria. Primò, de gratia Christi: secundò, de scientia eius: tertiò, de potentia ipsius.

¶De gratia autem Christi considerandum est dupliciter. Primò quidem de gratia eius, secudum quòd est quidam singularis homo. secundò, de gratia eius, secundum quòd est caput Ecclesiæ. nam de gratia vnionis iam dictum est.

¶Circa primum quæruntur tredecim.

¶Primò, vtrùm in anima Christi sit aliqua gratia habitualis.

¶Secundò, vtrùm in Christo fuerint virtutes.

¶Tertiò, vtrùm in eo fuerit fides.

¶Quartò, vtrùm fuerit in eo spes.

¶Quintò, vtrùm in Christo fuerint dona.

¶Sextò, vtrùm in Christo fuerit timoris donum.

¶Septimò, vtrùm in Christo fuerint gratiæ gratis datę.

¶Octauò, vtrùm in Christo fuerit prophetia.

¶Nonò, vtrùm in eo fuerit plenitudo gratię.

¶Decimò, vtrùm talis plenitudo sit propria Christi.

¶Undecimò, vtrùm Christi gratia sit infinita.

¶Duodecimò, vtrùm potuerit augeri.

¶Decimotertiò, qualiter hęc gratia se habeat ad vnionem.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm in anima Christi sit aliqua gratia habitualis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in anima assumpta à Verbo non fuerit gratia habitualis. Gratia enim est quædam participatio diuinitatis in creatura rationali: secundum illud 2. Pet. primo, Per quem magna & pretiosa promissa nobis donauit, vt diuinæ simus consortes naturæ. Christus autem est Deus, non participatiuè, sed secundum veritatem. Ergo in eo non fuit gratia habitualis.

¶Præterea, Gratia ad hoc est necessaria homini, vt per eam bene operetur (secundùm illud primæ Cor. 15. Abundantius omnibus laborauī, non ego autem, sed gratia Dei mecum) & etiam ad hoc quòd homo consequatur vitam æternam: secundum illud Rom. 6. Gratia Dei vita æterna. Sed Christo ex hoc solo quòd erat naturalis filius Dei, debebatur ei hæreditas vitæ æternæ: ex hoc etiam quòd erat Verbum, per quod facta sunt omnia, aderat ei facultas omnia bene operandi. Non ergo secundum humanam naturam indigebat alia gratia nisi vnione ad Verbum.

¶Præterea, Illud, quod operatur per modum instrumenti, non indiget habitu ad proprias operationes, sed habitus fundatur in principali agente. Humana autem natura in Christo fuit sicut instrumentum diuinitatis: vt dicit Damasc. in 3. lib. Ergo non debuit in Christo esse aliqua gratia habitualis.

¶SED CONTRA est quod dicitur Isa. 11. Requiescet super eum spiritus Domini. Qui quidem in homine esse dicitur per gratiam habitualem, vt in Prima parte dictū est. Ergo in Christo fuit gratia habitualis.

CONCLVSIO.

¶ Necessarium fuit in Christo habitualem gratiā fuisse, cùm fuerit anima eius Verbo vnita, & per ipsum in alios gratia effluat.

¶RESPONDEO dicendum, quòd necesse est ponere in Christo gratiam habitualem, propter tria. Primò quidem propter vnionem animæ illius ad verbum Dei. Quantò enim aliquod receptiuū est propinquius causæ influenti, tantò magis participat de influentia ipsius. Influxus aūt gratiæ est à Deo: secundū illud Psal. Gratiam & gloriam dabit Dominus. Et ideò maximè fuit conueniens, vt anima illa reciperet influxum diuinæ gratiæ. Secundò, propter nobilitatē illius animæ, cuius operationes oportebat propinquissimè attingere ad Deum per cognitionē & amorem: ad quod necesse est eleuari rationalem naturam per gratiam. Tertiò, propter habitudinem ipsius Christi ad genus humanum. Christus enim, inquantū homo, est mediator Dei & hominum, vt dicitur primæ ad Tim. 2. & ideo oportebat quòd haberet gratiam etiam in alios redundantē: secūdum illud Ioan. primo, De plenitudine eius omnes accepimus, & gratiam pro gratia.

¶AD PRIMVM ergo dicendū quòd Christus est verus Deus secundum personā & naturā diuinā: sed quia cum vnitate personæ remanet distinctio naturarum (vt ex supradictis patet) anima Christi nō est per suā essentiā diuina: vnde oportet quòd fiat diuina per participationē, quæ est secundū gratiam.

¶Ad secundum dicendum, quòd Christo, inquantum est naturalis filius Dei, debetur hæreditas æterna, quæ est ipsa beatitudo increata, per increatum actum cognitionis & amoris Dei, eundem scilicet quo Pater cognoscit & amat seipsum, cuius actus anima capax non erat propter differentiam naturæ. Vnde oportebat, quòd attingeret ad Deū per actū fruitionis creatū: qui quidem esse non potest nisi per gratiam. Similiter etiā, inquantum est verbum Dei, habuit facultatem omnia bene operandi operatione diuina: sed quia præter operationē diuinam oportet poni in eo operationem humanam (vt infrà patebit) oportuit in eo esse habitualem gratiam, per quam huiusmodi operatio in eo esset perfecta.

¶Ad tertium dicendū, quòd humanitas Christi est instrumentū diuinitatis, non quidē sicut instrumentū inanimatū, quod nullo modo agit, sed solùm agitur, sed tanquā instrumentum animatum anima rationali, quod ita agit, quòd etiam agitur. Et ideo ad conuenientiam actionis oportuit, eum habere gratiam habitualem.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm in Christo fuerint virtutes.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo non fuerint virtutes. Christus enim habuit abundantiā gratiæ. Sed gratia sufficit ad omnia rectè agendum, secundum illud secundæ ad Cor. 12. Sufficit tibi gratia mea. Ergo in Christo nō fuerunt virtutes.

¶Præterea, Secundùm Philosophum 7. Eth. virtus diuiditur contra quendam heroicum siue diuinum habitum, qui attribuitur hominibus diuinis. Hic autem maximè conuenit Christo. Ergo Christus non habuit virtutes, sed aliquid altius virtute.

¶Præterea, Sicut in Secunda parte dictū est, virtutes omnes simul habentur. Sed Christo non fuit conueniens habere omnes virtutes sicut patet de liberalitate & magnificentia: quæ habent actum suum circa diuitias, quas Christus contempsit, secundùm illud Matth. 8. Filius hominis non habet vbi caput suum reclinet. Temperantia etiam & continentia sunt circa concupiscentias prauas, quæ in Christo non fuerunt. Ergo Christus non habuit virtutes.

¶SED CONTRA est quod super illud Psal. Sed in lege Domini voluntas eius, dicit glos. Hic ostenditur Christus plenus omni bono. Sed bona qualitas mētis est virtus. Ergo Christus fuit plenus omni virtute.

CONCLVSIO.

¶ Cùm in Christo fuerit omnium gratiæ plenitudo, necessarium fuit, in ipso omnes virtutes esse.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut in Secunda parte dictum est, sicut gratia respicit essentiam animæ, ita virtus respicit potentiam eius. Vnde oportet quòd sicut potentiæ animæ deriuantur ab eius essentia, ita virtutes sint quædam deriuationes gratiæ. Quantò autem aliquod principium est perfectius, tantò magis imprimit suos effectus. Vnde cùm gratia Christi fuerit perfectissima, consequens est quòd ex ipsa processerint virtutes ad perficiendum singulas potentias animæ, quantū ad omnes animæ actus. Et ita Christus habuit omnes virtutes.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd gratia sufficit homini, quantùm ad omnia, quibus ordinatur ad beatitudinem. Horum tamen quędam perficit gratia immediatè per seipsam, sicut gratum facere Deo, & alia huiusmodi: quædam autē mediantibus virtutibus, quæ ex gratia procedunt.

¶Ad secundum dicendum, quòd habitus ille heroicus vel diuinus, non differt à virtute cōmuniter dicta, nisi secundum perfectiorem modum: inquantum scilicet aliquis est dispositus ad bonum quodam altiori modo, quam cōmuniter omnibus cōperat. Vnde per hoc non ostenditur, quòd Christus non habuerit virtutes, secundum quòd habuerit eas perfectissimè vltra communem modum. Sicut etiam Plotinus posuit quędam sublimē modum virtutum, quas esse dixit animi purgati.

¶Ad tertium dicendum, quòd liberalitas & magnificentia commendantur circa diuitias, inquantū aliquis non rantùm appretiatur diuitias, quòd velit eas retinere, prætermittendo id quod fieri oportet. Ille autē minimè diuitias appretiatur, qui penitus eas contēnit, & abiicit propter perfectionis amorem. Et ideo in hoc ipso, quòd Christus omnes diuitias contempsit, ostendit in se summū gradū liberalitatis & magnificentiæ. Licet etiam liberalitatis actum exercuerit, secundū quòd sibi conueniēns erat, faciēdo pauperibus ero gari quæ sibi dabantur. Vnde cùm Dominus Iudæ dixit, Ioan. 13. Quod facis, fac citius: discipuli intellexerunt Dominum mantheologia simul fuit moralis & mistus in Theologia sua. Theologales enim habentem. Intellectuales aūt virtutes nō simpliciter bonum, sed secūdum intellectum facientis hominē bonū: nō enim dicitur homo bonus ex hoc, quòd est doctus, sed ex hoc quòd iustus, temperatus, fortis, &c. Vnde de illis postea erit mistio, quū scilicet de scientia & munę Christi tractabit.

Comment. ¶In corpore art. vnica est cōclusio respōsiua istius affirmatiue: Christus omnes virtutes habuit. Probatur. Gratia Christi fuit perfectissima, ergo ex ipsa processerunt virtutes ad perficiendū singulas potentias animæ quantum ad oēs animæ actus: ergo Christus habuit oēs virtutes. Antecedens supponitur. Consequētia prima quantū ad duo in ea cōtenta, probatur: primum est, q ex gratia procedāt virtutes, secundū est, q ex perfectissima procedāt virtutes ad perficiendum ad omnes actus animę. Primū probatur, sicut gratia est in essentia animę ita virtus in potētiam ergo sicut ab essentia fluūt potētiæ, ita à gratia virtutes. Secundū verò probatur: quia quantò aliquod principiū est perfectius, tantò magis imprimit suos effectus.

Annot. ¶ Nota hīc circa primū conclusionis, q interius explicandū restat, quomodo cum hoc, quòd Christus habuit omnes virtutes, stat q. non habuerit virtutē fidei, nec spei. Et stat resolutio in hoc, quòd Christus habuit omnes virtutes nō ponentes ex sui ratione defectum aliquē in anima Christi, qui simul erat viator & cōprehensor. Cætera huius rationis discussa sunt superius quum de gratia tractatum est.

Annot. ¶In respōsione ad secundum eiusdē articuli habes ab Autore solutionē illius ǵstionis, An virtus heroica differat specie à virtute cōmuniter dicta. hīc enim aperte habes partē negatiuam: dum dicitur, quòd non differt nisi secundū perfectiorē modum. Est ergo excellētia heroica in modo, nō in formali differentia sua. Et hoc Autor quasi probat ex similī apud Plotinū. Vbi patet non esse differentiā formalē, sed maioris & minoris pfectionis tantūm. Et consonat rationi, fugienti ad instar natūræ pluralitatē, vbi vnū sufficit. Constat enim, quòd ad actum fortitudinis quātumcunq; celsum sufficit fortitudinis latitudo: sicut in natura libus videmus, quòd ad quantūcunq; illuminatiōis actū sufficit latitudo luminis, & ad actū frigefactionis, latitudo frigoris: & sic de aliis.

Annot. ¶In respōsione ad tertium

Universidad de Deusto
Biblioteca

nom à lutere, quod in rebus, quæ sunt passionū moderatiùs vt sanctiùs, de quibus ſi ſermo hic duo inueniſi poſſunt. Primū eſt intus in anima, & hoc eſt habitus dispoſitio apperitiua humani, vt ſic ſit dispoſitus, ne abduci poſſit à recto propter paſſionem: hoc eſt ſimpliciter neceſſariò haberi p virtutē. Et quo ad hoc dēs moralēs virtutes nominantur paſſionū optimè ſalutātur in Chriſto, dum ani mā habituatā circa illas ſic ſtatuit, quām circa Venerem, vt penitus abiecerit illā, ſecundō recta ratione & ideo ſummè in eo cōmendatur & liberalitas & magnificentia & reliquæ tales. Secundō eſt quo ad actus exercitū. Et hic nō oportet Chriſtū oſtē virtutis proprio actu exteriori vti: quoniā nunquā fuit tēpus, quo cōueniēs eſſet pertinere ſuæ, q̄ vteretur omnibus, ſed aliquibus tantūm. Nunquā enim fuit tēpus vt ēi magnificētia, quæ eſt circa magnos ſumptus, quia nunquā fuit conueniens, vt eſſet diues, & haberet vnde magnos ſumptus faceret: qui eſſet dominus omnū, tal⁹ eſt egenus propter nos. Et ideo in litera actū liberalitatis dicitur vtus nō autē actu magnificētię. ¶In eadem reſponſione ad tertiū arguēte, quod cautē Autor loquit̄ negando in Chriſto cōtinentiā, dū limitat cōtinentiæ rationē ad Ariſtotelis vſum: nā ſumendo Continentiæ nomē & rationem communiori vſu, nihil prohibet Chriſtū continentem appellare.

Infrà ar tic. 4. ſ. Et ar. 8 ad 2. & ar. 9. ad 1. & 1-2. q. 65 ar. 3. ad 3. Et 3. diſt. 13. q. 1. ar. 2. q. 1 ad 2. Et diſt. 36. artic. 2. ad 3. Et veri. q. 29. artic. 4. ad 15. Et veri. q. 4. art. 3. ad 11. Annot. Comēt.

¶ *Super Quæſtionis ſeptimæ Articulum tertium.*

TItulus tertij artic. eſt clar⁹ eſt, de fide, quæ eſt virtus theologica, inquirēs an fuerit in Chriſto.

¶In corpore articuli vnica eſt concluſio reſponſiua quæſito negatiuè. In Chriſto non potuit eſſe fides. Probatur: Obiectū fidei eſt res diuina non viſa: ergo excluſo quod res diuina ſit non viſa, pō remanet ratio fidei: ergo in Chriſto non potuit eſſe fides. Antecedēs ex priori patet lib. Prima conſequētia probatur: quia habitus virtutis recipit ſpeciē ab obiecto, licet etiā quilibet alius habitus. Secunda verò cōſequētia probatur: quia Chriſtus ab inſtanti ſuę conceptionis plenè vidit Deum per eſſentiam.

Quæſtio.

¶ *Num eo quòd in chriſto non fuit fidei materia, in eo propterea fidei habitus nō fuerit.*

¶Sed occurrit ſtatim hic dubium, quòm obiectū habeat rationem materiæ circa quā verſatur habitus, quo pacto ex defectu materię, circa quā poteſt inferri defectus habituū: quū contingat pauperem eſſe magnificum, & de Chriſto hoc iam affirmarij eſt: & tamen defectus diuitiarū ſeu magnorū ſumptuū (circa quos eſt magnificentia) interueniat. Cūr nō poteſt ſimiliter dici, quòd in Chriſto fuit fidei habitus, quamuis defuerit illius materia, circa quam, ſcilicet res diuina non apparens, ſicut fuit in eo magnificentia quāuis illius defuerit materia circa quam.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ quanuis materia, circa quam verſatur virtus, & obiectū cuiuſcūque habituū ſit ex defectu obiecti & alia ratio propria materiæ, nō propterea oportet deficere habitū ſub ratione materiæ: ſed deficit ſub ratione formali obiecti, oportet habitū⁹ illū⁹ rationē formalē deficere. Et ſi impoſſibile fuit, & eſt obiectū aliquod, ſimiliter locū habere reſpectu alicuius impoſſibile quo: eſt & fuit in illo locum habere habitū illum. In propoſito aūt toti oppoſitū inuenitur reſpectu magnificentiæ & fidei: quia reſpectu fidei, res, quæ ſunt materia, quæ creduntur, inueniuntur apud intellectū Chriſti, vt Trinitas, &c. ſed non ſub illa ratione formali qua creduntur, quia nō vt nū viſæ, quia huiuſmodi ratio formalis potuit imperfectionem in Chriſti anima. & ideo nec fuit, nec eſſe potuit in Chriſto habit⁹ fidei. Reſpectu aūt magnificētiæ, res quæ ſunt materia magnificentię, vt diuitiæ, defuerunt: ſed ratio formalis earū, quomodo ſcilicet, quando, vbi, ſicut pro quo, &c. poterat, exponēdæ eſſent nō deerat animo Chriſti, q̄ hæc nulla imperfectione ponit intus in anima ei⁹, ſicut nec etiā defectus materię magnificentiæ redundabat in aliquam imperfectionē animæ. Et ideo optimè ex defectu obiecti formalis defectus fidei cōcluſus eſt: ex defectu autē materię magnificētię nō ſequit defectus magnificentiæ interioris.

Infrà ar. 6. ad 1. & ar. 8. ad 2. & ar. 9. ad ar. 1. Et 3. q. 65. art. 3. ad 3. Et 3. diſt. 26. q. 3. art. 5. q. 1. ad 1. Et diſt. 36. ar. 2. ad 3.

¶In reſpōſione ad ſecūdum eiuſdē articuli, nota gloſſam aliam, quomodo omnes virtutes, includendo etiā fidē & ſpem, fuerūt in Chriſto, ſcilicet quāntū ad meritum. Impleuit ſiquidem excellētius quicq̄d meritorij actus eſt, tā credendo, quām ſperando, quanuis non eodē modo, quia non credendo aut ſperādo: ſicut quicquid cognouit ſenſus, cognouit intellectus: ſed non eodem modo.

Annot.

¶ *Super Quæſtionis ſeptimæ Articulum quartum.*

Cōment.

TItulus clarus, de ſpe, quæ eſt virtus theologica, quærens.

¶In corpore artic. duo ſunt: primò reſpōdetur affirmatiuè, ſcilicet in Chriſto non fuit ſpes: ſecundò ponitur differentia inter defectū fidei & defectum ſpei in Chriſto, quantum ad hoc. q̄ fides nullomodo fuit in Chriſto, ſpes aūt quantū ad ſecundariō ſperatū, in Chriſto fuit. Primum probatus ſic, Spes eſt de Deo non habito vt obiecto: ergo in Chriſto nō fuit ſpes. Antecedēs probat̄ quo ad duo: ſcilicet

6. ad 1. & ar. 8. ad 2. & ar. 9. ad 1. Et 3. q. 65. art. 3. ad 3. Et 3. diſt. 26. q. 3. art. 5. q. 1. ad 1. Et diſt. 36. ar. 2. ad 3.

& quòd ſpes ſit de non habito vt obiecto. & q̄ ſit de Deo non habito vt obiecto. Primū probatur ex proportionalitate fidei in eſſentiēdo, & ſpei in expectando. Secundum etiā probatur ex conuenientia theologicarū virtutū: quia oēs ſunt de Deo vt obiecto. Conſequētia aūt probatur: quia Chriſtus ab initio cōceptionis ſuæ plenè fruitionē diuinā habuit. Differentia aūt ſecundo loco propoſita inter fidē & ſpē in Chriſto, declaratur, ponēdo primò conuenientiā extenſiuā fidei & ſpei: quia ſcilicet vtraq; eſt de ſolo Deo vt obiecto: & exteūtur ad alia à Deo ſecundariō, & ſubiungēdo deinde differētiam cum ſua ratione, quòd fides nec quāntū ad principale creditum, nec quantū in ſe cundariò credita, locū habet in Chriſto: quia hoc poneret ſperfectiō nē cognitionis intus in anima Chriſti. Spes aūt quantum ad ſecūdariò tantūm ſperata, in Chriſto locū habuit: quia nō omnis ſpetara habebat actu à principio, vt patet de īmortalitate corporis, & ciuſdē gloria: quibus tamē carere nullā imperfectionē poſuit in anima Chriſti: ſed ſpectat ad aſſumptionē defectuū corporaliū, quos diſpenſatiuè ob īmmen ſam ſuā miſericordiā, pro nobis aſſumpſit.

Quæſtio. Iſa. 11. 1. 2. col. 2. tom.

¶Occurrit hīc ſtatim dubium, an ſpes in Chriſto reſpectu ſecundarij ſperatorum, fuerit habitus aliquis, an ſolus actus ſperādi, & an theologicus, an moralis, ſiue act⁹ ſiue habit⁹ fuerit. Et eſt ratio dubij, quia nihil prohibet fuiſſe habitū, quin potius ſi non fuit habitus, videtur q̄ actus ille ſperandi fuit imperfect⁹: vtpote natus elici per habitum (vt patet in nobis) & de facto elicit⁹ ſine habitu. Quòd ſit etiam theologicus, videtur ex eo, q̄ actus ſperādi reſpectu ſecundario ſperatorū eſt ex ſuo genere actus theologicus (vt patet in nobis) ergo ſi eſt ab habitu, oportet quòd ſit ab habitu, qui virtus eſt theologica.

¶ In oppoſitū aūt eſt, quia ſi eſt habitus, oportet q̄ ſit habitus ſpei: ſed non eſt habitus ſpei: quia deficit ratio formalis obiecti: ergo. Et per idē patet, q̄ non eſt habitus theologicus: quia ſcilicet non eſt virtus theologica, quæ eſt ſpes. Et quòd etiam non ſit actus theologicus, apparet: quia deficiēte ratione formali obiecti theologici, deficit quoq; actus theologicus, ſed conſtat hīc deeſſe rationem formalem obiecti theologici (quia non eſt hīc Deus non habitus) ergo actus ſperandi gloriam corporis, non eſt actus theologicus. Par ſi quidem ratio eſt actus & habitus, quo ad ſpecificari ex ratione formali obiectiuata quòd ceſſante ratione obiecti, ceſſat ſpecificatio tam habitus, quām actus ex obiecto.

¶ Ad primū horū dicitur, quòd in Chriſto nullus fuit habitus ſpei reſpectu ſecundariō ſperatorū: q̄a nullus habitus infuſus fuit in ipſo, quin ſimilis fuerit in hominibus Sanctis vel viatoribus: quum conſtet quòd etiam habitus gratiæ capitalis ſit ſecundum eſſentiam idem, quod habitus gratiæ (vt infrà patebit) certū eſt autem, in nominibus non eſſe talem habitum ſpei diuerſum à ſpe virtute theologica: igitur nec in Chriſto fuit huiuſmodi habitus.

¶ Et quòd obiicitur, q̄ actus ſpei in Chriſto fuiſſet imperfectus ſine habitu, negatur. Et ad probationē, Omnis actus natus informari habitu, eſt ſine habitu imperfectus, reſpōdetur dupliciter, & vtroq; modo bene. Primò, quòd iſta propoſitio non eſt vera, in actu non omnino eiuſdem rationis, qualis eſt actus ſpei in Chriſto. Nam actus, quo ſperatur immortalitas & gloria corporis, non eſt omnino eiuſdē rationis ex parte obiecti in nobis & Chriſto: quia in nobis habet rationē alicuius gloriæ illa, in Chriſto autē non. Et ratio eſt, quia habēti gloriā animæ, gloria corporis paruū quid eſt, & videtur. Secundò, quòd illa propoſitio non eſt vera, quando principium elicitiuū actus eſt melius diſpoſitū ad actū illū, quām ſi eſſet habituatū. Sic autē eſt in propoſito: quoniam voluntas Chriſti frues Deo non in ſpe, ſed in re, eſt melius diſpoſita ad expectandum ſecundariò ſperata, quām ſi haberet habitum ſpei, quantò certior & excellentior eſt res, quām ſpes. Quocirca expectatio, qua voluntas Chriſti fertur in ſecundariò ſperata, deficit à ratione actualis ſpei, & ex parte obiecti, & ex parte ſubiectis: & magis habet rationem deſiderij, quām ſpei. Nec mirum: quia cùm ſpes ſit de genere imperfecto

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd hoc non dicitur de Chriſto ſecundum ſpem, quę eſt virtus theologica, ſed eo quòd quædā alia ſperauit nondum habita: ſicut dictū eſt.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd gloria corporis non pertinet ad beatitudinem, ſicut in quo principaliter beatitudo conſiſtat, ſed per quandam redundantiam à gloria animæ: vt in Secunda parte dictum eſt. Vnde ſpes ſecundum quòd eſt virtus theologica, non reſpicit beatitudinem corporis: ſed beatitudinē animæ, quæ in diuina fruitione conſiſtit.

¶Ad tertium dicendum, quòd ædificatio Eccleſiæ per conuerſionem fidelium, non pertinet ad perfectionem Chriſti, qua in ſe perfectus eſt: ſed ſecundum quòd alios ad participationem ſuæ perfectionis inducit. Et quia ſpes dicitur propriè reſpectu alicuius, quod expectatur ab ipſo ſperante habendum, non propriè poteſt dici, quòd virtus ſpei Chriſto ratione inducta conueniat.

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrùm in Chriſto fuerint dona.*

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd in Chriſto non fuerint dona. Sicut enim communiter dicitur, dona dantur in adiutorium virtutum. Sed id quod eſt in ſe perfectum, non indiget exteriori auxilio. Cùm igitur in Chriſto fuerint virtutes perfectę, videtur quòd in eo non fuerint dona.

¶Præterea, Non videtur eſſe eiuſdem dare dona & recipere: quia dare eſt habentis, accipere autem non habentis. Sed Chriſto conuenit dare dona: ſecundum illud Pſal. Dedit dona hominibus. Ergo Chriſto non conuenit accipere dona Spiritus ſancti.

¶Præterea, Quatuor dona videntur pertinere ad contemplationem viæ, ſcilicet ſapientia, ſcientia, intellectus, & conſilium, quod pertinet ad prudentiam: vnde & Philoſophus in 6. Ethi. numerat iſta inter virtutes intellectuales. Sed Chriſtus habuit contemplationē patriæ. Ergo non habuit huiuſmodi dona.

¶SED CONTRA eſt qđ dicitur Iſa. 4. Apprehendēt ſeptem mulieres virū vnū. Gloſ

rum, quantò minus ſpei habetur, tantò magis ab imperfecto recedit̄. Vtraque reſponſio clara fit, ſi ad Beatos aſpexeris, in quibus ſpes eſt, & non eſt ſicut in Chriſto: exſpectant enim corporis gloriam īmmortalem.

¶ Ad ſecundū dicitur, quòd actus poteſt dici theologicus dupliciter, vel ex parte elicitiui principij, vel ex parte principalis obiecti. Et quod actualis illa ſpes corporis immortalis licet ex parte elicitiui principij nō ſit de facto actus theologicus (quia nō eſt actu à virtute theologica) eſt tamen quantū eſt ex ſuo genere actus, ſecundarius tamē virtutis theologicæ. Ex parte verò obiecti formaliter, eſt magis theologicus actus, quàm ſi eſſet à virtute theologica: quoniā ſi eſſet à virtute theologica, ſcilicet ſpe, obiectū formale eſſet Deus habendus: qa in ordine ad Deū habendū ſperamus gloriā corporis. In Chriſto autē fuit ſic & in Beatis ratio formalis obiecti eſt Deus habitus: hęc enim ratio ſuccedit ſperato principali, q̄ formale obiectū eſt ſpeiæ per hoc reſpectu ſperantis Chriſti & Beatorū, loco obiecti formalis ſuæ ſpei ſuccederet videtur: & conſequēter actū ſecundarium ſpei tenentem magis theologicum reddit.

Infrà q. 15. ar. 7. Et 3. diſt. 25. q. 2. ar. 2. q. 3 Cōment.

¶ *Super Quæſtionis ſeptimæ Articulum 5.*

TItulus articuli quinti clarus eſt.

¶In corpore articuli vnica eſt concluſio reſponſiua quæſito affirmatiuè: In Chriſto fuerunt excellētiſſimè dona. Probat̄. Anima Chriſti perfectiſſimè à Spiritu ſancto mouebat̄: ergo in Chriſto fuerūt excellentiſſimè dona. Antecedens probatur ex duplici auctoritate Euangelij. Conſequētia probat̄ ex quidditate donoꝝ ſic dictorū, quæ ſunt propriæ perfectiones potentiarū animæ, ſecundū quòd ſunt natæ moueri à Spiritu ſancto.

Cōment.

¶ *Super Quæſtionis ſeptimæ Articul. 6.*

TItulus clarus eſt.

¶In corpore articuli vnica eſt concluſio reſponſiua quæſito affirmatiuè: In Chriſto fuit timor Dei, non reſpectu mali, ſed reſpectu eminentiæ Dei præ exteris hominibus. hæc concluſio in litera primùm declaratur quo ad terminos duos diſtinguendo duo obiecta timoris, ſcilicet malum terribile. & eminentiam potentis infligere malum. Quæ probatur: quia niſi eſſet eminens, nō timeretur. Deinde declaratur quid ſit in Chriſto iſte affectus timoris eminentiæ, dicendo quòd eſt affectus reuerentialis tantæ eminentiæ. Demum probatur quo ad primam partem affirmatiuam autoritate Apoſtoli ad Hebræos: & quo ad comparatiuam autoritate Iſaiæ: Replebit eum Spiritus timoris Domini.

Infrà q. 15. ar. 7. Et 3. diſt. 25. q. 2. ar. 2. q. 3 Cōment.

Quænam ratione in Chriſto fuerit timor reuerentialis ad diuinam maieſtatem.

¶Occurrit hīc dubiū circa timorem reuerentialem Chriſti: ex eo quòd eminentia Dei potentis infligere malū, aut habuit rationem reuerendi, quatenus eminē tia Dei abſoluitè, aut quatenus eminentia eſt potentis infligere malum. Non pō teſt dici primum: tum quia eminentia Dei, vt ſic, venerandum adorandūmque ſonat, non timendum, quū non dicat ordinem ad malum. Tum quia expreſsè Autor in artic. primo q. 42. Primæ ſecundæ dixit, quòd tam Deus, quām quilibet alius potens, eſt obiectum timoris, vt cauſa mali: ac per hoc Deus obiectū timoris vt eminens, non abſoluitè, ſed vt eminentia eſt cauſatiua mali, intelligitur. Quod etiam in hac litera cōfirmatur, vbi eminentia ponitur ratio, q̄ timeatur, quia ſuperatiua eſt ad cauſandū malum. Nec poteſt dici ſecundū: quia Chriſtus nullum malū pœnæ pro culpa, aut ſeparationem à Deo timebat, vt in litera dicitur. In idem autem redit timere malum aliquod, & timere potentiā infligentem mali. Nec differunt niſi ſicut per ſe & per aliud: quia ſcilicet malū per ſe timemus, potentiā autē infligentem per aliud, hoc eſt propter malū: quia in ordine ad poſſibile malū ab illa potentia timor inſurgit. Vnde ſi ſubtrahatur ab eminenti potētia ordo ad malū, nulla reſtat ratio timoris. Et quia ſic fuit in Chriſto, quoniam certius ac ſecurus erat, quòd nullū poterat à Deo ſibi prouenire malū: fugiēdum per donum timoris: conſequens eſt quòd nec reſpectu diuinę eminētiæ fuit in Chriſto timor reuerentialis: nam timor reuerentialis quidam timor eſt.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ proculdubio Deus non eſt obiectū timoris niſi in ordine ad malū: quia bonum non timetur niſi in ordine ad malū, quod eſt per ſe primò ti-

Universidad de Deusto
Biblioteca

moris obiectū. & ideo eminētia diuina in proposito ponitur timoris obiectū, nō formaliter, sed per causā mali. Verūm duplex habet diuina eminētia ordinē ad malum, vt causa ad effectū: primo absolutè, secundò vt subsistat diuinę voluntati. Si ergo diuina eminētia secundō modo ponat malum, sic non habet rationē obiecti timoris, quia hæc conditio repugnat creaturæ certæ & certæ de impossibilitate mali ex effectu. potest ergo diuina eminentia nō solùm absolutè, quomodo non est obiectū timoris, sed vt causa mali abstrahere à possibili exequutione mali. & sic esse obiectū timoris absq; ordine ad malū possibile euenire: sed nō potest vt causa mali, abstrahere ab hoc q; ipsa secundum se est potens causare malum. Et quia sic erat in Christo: ideo virtute de Christo dicitur, scilicet, & quòd nō erat in eo timor mali possibilis fugiendi, scilicet per donū timoris, & quod erat in eo timor eminentiæ diuinæ poténtis infligere malū. Contemplando siquidē diuinam eminentiā vt causam potentē, quam ex se est infligere malum, insurgebat timor reuerentialis ad illā: quāuis secundo eminentiā illā esse causam determinatam ad nō causandū in se huiusmodi malū, securus esset absq; suspicione quacunq; huiusmodi mali.

¶Et per hæc patet solutio obiectorum, & quòd omnia consonant.

¶In reſponſione ad primum eſuſde articuli dexti ſi diſtinctionē iā dictam de duplici ordine cauſæ ad effectū, applicueris ad literā, videbis differentiā inter timoris donū & ſpei virtutē in litera poſitā. Habet ſiquidē actor ſiue boni ſiue mali duplicē ordinem ad ſuū effectū: primō ſecundū, pro ſe q̄ dato eſt potens cauſare bonum ſiue malū eiꝰ mihi: ſecundō, vt præparatus eſt ad exequutionē boni vel mali. Tūc autē tantum timetur malum vel ſperatur bonū ex actore, quando vterq; ordo intercipitur: quādo autem primus tantūm, tūc actor tāūm reſpicitur. ¶ In litera igitur ponit differentia inter virtutē ſpei & donū timoris, in hoc quod ſpes eſt reſpectu boni in exequutione & reſpecta actoris boni vtroq; modo. Timor verò non eſt reſpectu mali, nec reſpectu actoris vt exequutoris, ſed reſpectu actoris potentis, ſecundū ſe malū cauſare. Et ratio redditur in litera ex cōmuni ratione donū & virtutis: quia Et licet cōmune eſt virtuti & dono per ſe primò reſpicere bonū: quia virtus primò bonum facit. Hinc enim ſequitur, q̄ ſpes, quæ non ſolùm inquantum donum, ſed ſe

est: Ergo etiā non fuit in eo donum timoris.

¶Præterea, Dono timoris timet aliquis vel ſe parationem à Deo, quod pertinet ad timorē cāſtum: vel punire ab ipſo, quod pertinet ad timorem ſeruilem: vt Aug. dicit ſuper Cāt. 10. Sed Chriſtus non timuit ſeparari à Deo per peccatum, neq; etiā puniri ab eo propter ſuā culpam, quia impoſſibile erat ei peccare: vt infrà dicetur. Timor autē non eſt de impoſſibili. Ergo in Chriſto non fuit donū timoris.

¶Præterea, Primæ Ioan. 4. dicitur quòd perfecta charitas foras mittit timorem. Sed in Chriſto fuit perfectiſſima charitas, ſecundum illud Eph. 3. Supereminentem ſcientiæ charitatem Chriſti. Ergo in Chriſto non fuit donum timoris.

¶SED CONTRA eſt quod dicitur Iſa. 11. Replebit eum ſpiritus timoris Domini.

CONCLVSIO.

¶Quāquam in Chriſto nullus fuerit cuſpa, vel pœna timor, fuit tamen in illo præcæteros hominibus timor quo diuinam reuerebatur maieſtatem.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ſicut in Secunda parte dictum eſt, timor reſpicit duo obiecta, quorum vnum eſt malum terribile, aliud eſt illud, cuius poteſtate malum poteſt inferri: ſicut aliquis timet Regem, inquantū habet occidendi poteſtatem. Non autē timeretur ille, qui poteſt nocere, niſi haberet quandā eminentiam poteſtatis, cui de facili reſiſti non poſſit: ea enim quæ in promptu habemus, repellere non timemus. Et ſic patet, quòd aliquis non timetur niſi propter ſuam eminētiam. Sic igitur dicendum eſt, q̄ in Chriſto fuit timor Dei: non quidem ſecundum quòd reſpicit malū ſeparationis à Deo per culpā, neq; etiā ſecundum quòd reſpicit malum punitionis pro culpa, ſed ſecundum quòd reſpicit ipſam diuinam eminentiam: prout ſcilicet anima Chriſti quodā affectu reuerentiæ mouebatur in Deum, à Spiritu ſancto acta. Vnde Heb. 5. dicitur, quòd in omnibus exauditus eſt pro ſua reuerentia. Hunc enim affectum reuerētiæ ad Deum, Chriſtus ſecundum quòd homo præ cæteris habuit pleniorem. Et ideo ei attribuit Scriptura plenitudinem timoris Domini.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ habitus virtutū & donorū, propriè & per ſe reſpiciūt bonum: malum autē ex conſequēti. Pertinet enim ad rationem virtutis vt opus bonum reddat, vt in ſecūdo Ethic. dicitur. Et ideo de ratione doni timoris nō eſt illud malum, quod reſpicit timor, ſed eminētia illius boni, ſcilicet diuini, cuius poteſtate aliquod malum infligi poteſt. Sed ſpes, ſecundū quòd virtus eſt, reſpicit non ſolùm actorem boni, ſed etiam ipſum bonum, inquantum eſt non habitū. Et ideo Chriſto, qui iam habebat perfectum beatitudinis bonum, non attribuitur virtus ſpei, ſed donum timoris.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd ratio illa procedit de timore, ſecundum quòd reſpicit obiectum, quod eſt malum.

¶Ad tertium dicendum, quòd perfecta charitas foras mittit timorem ſeruilem, qui reſpicit principaliter pœnam. Sic autem timor non fuit in Chriſto.

ARTICVLVS VII.

¶Vtrùm in chriſto fuerint gratiæ gratis datæ.

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Videtur quòd in Chriſto non fuerint gratiæ gratis datæ. Ei enim qui habet aliquid ſecundum pleni tudinem, non competit illud habere ſecundum participationem. Sed Chriſtus habuit gratiam ſecundū plenitudinem: ſecundū illud Ioan. 1. Plenum gratiæ & veritatis. Gratiæ autē gratis datæ videntur eſſe quædā participationes diuiſim, & particulariter diuerſis attributæ: ſecundum illud primæ ad Corin. 12. Diuiſiones gratiarū ſunt. Ergo videtur quòd in Chriſto non fuerint gratiæ gratis datæ.

¶Præterea, Quod debetur alicui, non videtur eſſe gratis ei datū. Sed debitum erat homini Chriſto, q̄ ſermone ſapiētiæ & ſcientiæ abundaret, & porēs eſſet in virtutibus faciēdis, & in aliis huiuſmodi, quæ pertinent ad gratias gratis datas: cum ipſe ſit Dei virtus & Dei ſapientia, vt dicitur 1. ad Cor. 1. Ergo Chriſto nō fuit conueniens habere gratias gratis datas.

¶Præterea, Grātiæ gratis datæ ordinantur ad vtilitatē fideliū: ſecundū illud primæ ad Cor. 12. Vnicuique datur manifeſtatio Spiritus ad vtilitatē. Non autē videtur ad vtilitatē aliorum pertinere habitus aut quæcunq; diſpoſitio, ſi homo nō vtatur: ſecundū illud Eccl. 20. Sapiētia abſcondita & theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſq;? Chriſtus autē nō legitur vſus omnibus gratiis gratis datis, præſertim quantùm ad genera linguarum. Non ergo in Chriſto fuerunt omnes gratiæ gratis datæ.

¶SED CONTRA eſt quod Aug. dicit in epiſtola ad Dardanum, quòd ſicut in capite ſunt omnes ſenſus, ita in Chriſto fuerunt omnes gratiæ.

CONCLVSIO.

¶Cùm Chriſtus fuerit primus & principalis fidei doctor in eo oportuit omnes gratias gratis datas fuiſſe.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ſicut in Secunda parte habitum eſt, gratię gratis datæ ordinantur ad fidei & ſpiritualis doctrinæ manifeſtationē: oportet enim eū, qui docet, habere ea, per quæ ſua doctrina manifeſtetur: alias ſua doctrina eſſet inutilis. Spiritualis autem doctrinæ fidei primus & principalis doctor eſt Chriſtus: ſecundùm illud Heb. 2. Cùm initium accepiſſet enarrari per Dominum, per eos, qui audierūt, in nos confirmata eſt, cōteſtāte Deo ſignis & portētis, &c. Vnde manifeſtū eſt, quòd in Chriſto excellentiſſimè fuerunt oēs gratiæ gratis datæ, ſicut in primo & principali fidei doctore.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ ſicut gratia gratū faciēs, ordinatur ad actus meritorios interiores quā exteriores, ita gra gratis data ordinat ad quoſdā actus exteriores, fidei manifeſtatiuos: ſicut eſt opatio miraculorū, & alia huiuſmodi. In vtraq; autē gratia Chriſtus plenitudinē habuit: inquantū enim diuinitati vnita erat eius aīa, plenā efficaciā habebat ad oēs prædictos actus perficiendos. Sed alij Sancti, q̄ mouētur à Deo ſicut inſtrumenta non vnita, ſed ſeparata, particulariter efficaciā recipiunt ad hos vel ad illos actus perficiendos. Et ideo in aliis Sanctis huiuſmodi gratiæ diuiduntur, non autem in Chriſto.

¶Ad ſecundū dicēdū, q̄ Chriſtus dicitur Dei virtus & Dei ſapientia, inquantū eſt æternus Dei filius. Sic autē nō cōpetit ſibi habere gratiā, ſed eſſe potius datorē gratiæ. Cōpetit autē ſibi habere gratiā ſecundū humanā naturam.

¶Ad tertium dicendum, q̄ donum linguarum datum eſt Apoſtolis, quia mittebantur ad docendas omnes gentes. Chriſtus autem in vna ſola gente Iudæorum voluit perſonaliter prædicare, ſecundum quòd ipſe dicit Matth. 15. Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſraël. Et Apoſtolus dicit Rom. 15. Dico Chriſtum Ieſum miniſtrū fuiſſe circumciſionis. Et ideo non oportuit, quòd loqueretur pluribus linguis. Nec tamen defuit ei omniū linguarum notitia: cùm etiā oculta cordium ei non eſſent abſcondita (vt infrà dicetur) quorum voces quæcunq; ſunt ſigna. Nec tamen inutiliter hanc notitiam habuit: ſicut non inutiliter habet habitum, qui eo non vtitur quando non eſt opportunum.

ARTICVLVS VIII.

¶Vtrùm in Chriſto fuerit Prophetia.

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur quòd in Chriſto non fuerit Prophetia. Prophetia enim importat quandam obſcuram & imperfectam notitiā: ſecundū illud Numeri 12. Si quis fuerit inter vos Propheta domini, per ſomnium aut in viſione loquar ad eum. Sed Chriſtus habuit plenā & apertā notitiā multò magis quàm Moyſes, de quo ibi ſubditur, quòd palā & nō per ænigmata videt Deū. Non ergo in Chriſto debet poni Prophetia.

¶Præterea, Sicut fides eſt eorum, quæ non videntur, & ſpes eorum, quæ non habentur, ita Prophetia eſt eorum, quæ non ſunt præſentia, ſed diſtant: nā Propheta dicitur quaſi procul fans. Sed in Chriſto non ponitur fides nec ſpes, vt ſuprà dictum eſt. Ergo Prophetia etiam non debet poni in Chriſto.

¶Præterea, Propheta eſt inferioris ordinis, quàm Angelus: vnde & de Moyſe, qui fuit ſupremus Prophetarum (vt in ſecunda Parte dictum eſt) dicitur Act. 7. quòd locutus eſt cum Angelo in ſolitudine. Sed Chriſtus non eſt minoratus ab Angelis ſecundum notitiam animæ, ſed ſolùm ſecundum corporis paſſionem, vt habetur. Heb. 2. Ergo videtur quòd Chriſtus non fuit Propheta.

¶SED CONTRA eſt quod de eo prædicitur Deutero. 18. Prophetam ſuſcitabit vobis Deus de fratribus veſtris. Et ipſe de ſe dicit Matth. 13. & Ioan. 4. Non eſt Propheta ſine honore niſi in patria ſua.

CONCLVSIO.

¶Cùm Chriſtus fuerit ſimul comprehenſor & viator, in ipſo fuiſſe Prophetiæ lumen, neceſſe fuit reſpectu eorum, quæ eos latebant, apud quos fuerat.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Propheta dicitur quaſi procul fans, vel procul videns: inquantū ſcilicet cognoſcit & loquitur ea, quæ ſunt procul ab hominum ſenſibus: ſicut etiā Aug. dicit 16. contra Fauſtum. Eſt autem conſiderandū, quòd non poteſt dici aliquis Propheta ex hoc quòd cognoſcit & annuntiat ea quæ ſunt aliis procul, cum quibus ipſe non eſt. Et hoc manifeſtum eſt ſecundū locum & ſecundū tempus: ſi enim aliquis in Gallia exiſtens, cognoſceret & annūtiaret aliis in Gallia exiſtentibus ea, quæ tunc in Syria agerentur, propheticum eſſet: ſicut Heliſæus ad Giezi dixit, 4. Reg. 5. quomodo

vna gratia, in aliis verò Sanctis alia ſit gratia prophetiæ, alia gratia ſanctitatum, alia gratia miraculorū, &c. quoniā ſicut virtutes infuſæ, quæ ſpectant ad gratiā gratum facientem, multiplicantur in Chriſto, ſicut in aliis Sanctis, & nō omnes virtutes in Chriſto ſunt vna virtus: ita multiplicātur tam in Chriſto, quàm aliis Sanctis gratiæ gratis datæ. Sed intellige de diuiſione totius & partium: hoc eſt, quòd in Chriſto fuit totā plenitudo gratiarū gratis datarum, in aliis verò Sanctis fuit partia liter: quia vni Sāctо vna gratia, & alteri alia, iuxta doctrinam Apoſtoli. Et curſus vni Sancto talis gratia (puta Prophetiæ aut miraculorum ſecūdum talem menſurā) in Chriſto autē tota plenitudo, &c. Et ratio aſſignatur in litera: quia humanitas Chriſti erat organum coniunctum diuinitati, alij verò Sancti mouentur à Deo vt inſtrumenta ſeparata. Quod ſi plenius non intelligis, vide vltra prius dicta, in quarto cōtra Gēiles ca pitulo decimōquarto.

¶Super Quæſtionis ſeptimæ Articulo ſeptimo.

TItulus articuli ſeptimi, vt ſonat intelligitur.

¶In corpore vnica eſt concluſio reſpōſiua quæſtio affirmatiuè: in Chriſto fuerunt excellentiſſimè omnes gratiæ gratis datæ. Probatur, Oportet eum, qui docet, habere ea per quæ ſua doctrina manifeſtetur: ergo oportet in Chriſto excellentiſſimè fuiſſe oēs gratias gratis datas. Antecedens probatur: quia aliās ſua doctrina eſſet inutilis. Conſequētia verò probatur: quia Chriſt eſt primus & principalis doctor fidei & gratię gratis datæ ſunt ea, per quæ fidei Spirituſq; doctrina manifeſtatur.

¶Vbi nota, quòd Chriſtus dicitur primus & principalis fidei doctor vel quia pertinuit illa habet etiā tēpore primatum in docendo: vel quia non obumbrat, ſed excellatę fidei doctor primus tempore & principalis autoritate fuit Chriſtus ſecundum quòd homo. prout de ipſo eſt ſermo hic. Et hoc autoritati Apoſtoli ad Hebræos 2. conſonat. Vbi ſalus initium manifeſtè narrationis à Chriſto, in quo Deus nouiſſimè loquutus eſt, ſimpliſſe dicitur.

¶Super hoc autē, quòd Chriſtus eſt primus ac principalis doctor, ſunt datur conſequutia, nō ſolùm gratiarum, ſed etiam excellētiſſimo mō do gratiarum in Chriſto. Decet enim primum ac præcipuum doctorē, excellētius aliis ſe habere in doctrina, & requiſitis ad illam, propter quod in litera in calce corporis, huius ſequele ratio tāgitur. dicēdo. Sicut in primo & principali fidei doctore.

¶In reſponſione ad primum, eiuſdem ſeptimi articuli, quū legis differētiam inter Chriſtum & alios Sanctos, in hoc quòd in aliis Sāctis gratiæ gratis datę diuiduntur, non autem in Chriſto, intelligę non de diuerſitate & varietate, quaſi in Chriſto & omnes gratiæ gratis datæ ſint

Infrà q. 31. ar. 2. Et 2. 2. q. 174. artic. 5. Et Pſal. 44. col. 2. Et Mat. 2. col. 2. Et Ioan. 4. l. 6. col. 1. ſi. Et 2. cor. 13. l. 2. col. 1. Comment.

Annot.

Comment.

culſunt geſta in Syria, non eſſet propheticum: alioquin ſcribentes literas ex Syria de geſtis ibi eſſent Prophetæ. Et ſimiliter in exemplo de tempore, non fuit propheticū, quod Eſdras ſcripſit poſteris, cum quibus non fuit, & à quibus procul fuit, ædificationem templi: alioquin omnes hiſtorici eſſent Prophetæ. Exigitur ergo ad Prophetam vtriuſq; ſimul concurſus conditionis, ſcilicet quòd cognoſcat ea quæ ſunt procul ab aliis, cū quibus ipſe eſt: & ideo nec Deus nec Sancti, aut Angeli ſunt Prophetæ, ſed viatores.

¶Nota tertiò quòd duplici ratione Chriſtus, inquantum viator, poteſt dici Propheta. Primò, vt ly inquantum viator, denotet conditionem tam cognitionis, quàm cognoſcentis: quia ſcilicet prophetia conuenit Chriſto ratione cognitionis ſpectantis ad viā, ſiue intellectu, ſiue imaginatiua (vt dicitur hic in reſponſione ſecunda ad primū) & conuenit ſibi ratione conditionis cognoſcentis, quia erat viator. Secundò, vt ly inquantum viator, denotet cōditionē cognoſcentis tāūmodo quòd Chriſtus quæcūq; creata cognitione nouerit occulta aliis, Propheta eſt: quia cognitio illa viatoris eſt, quātus non inquantum viator eſt, ſibi conuenit. Nec propterea ſequitur, Chriſtus ratione cognitionis comprehenſiuæ eſt Propheta, ergo inquantum comprehenſor eſt propheta: quoniam ratione cognitionis cōprehēſiuæ, non in quocunq; ſed in viatore eſt propheta Chriſtus. Valeret autem, ſi ratione cognitionis comprehēſiuæ abſolutè Chriſtus eſſet propheta: quod nō dicimus. Et ad hoc rendit reſponſio prima ad primum cum toto corpore arti. dum de cognitionis conditione nulla eſt cura: ſed de conditione cognoſcentis.

¶Nota nouiſſe quarto, quòd quū dicitur, Chriſtus, inquātum viator, eſt propheta, ly inquantum, non reduplicatiuè tenetur: alioquin omnis viator eſſet propheta. ſed ſpecificatiuè, quo nā denotat conditionē in Chriſto, qua ſuſcipit prædicationē Prophetæ. Eſt enim Propheta, quia eſt viator: ſicut Sortes eſt criſpus, inquantū ea pillatus: quia criſpitudinē habet non niſi quia capillatus.

Infrà ar ti. 10. & 12. & 3. diſt. 13. q. 1. ar. 2 q. 1. & dt. 25. q. 2. ar. 2. Et opuſ. 3 c. 221. Et opuſ. 62. ca. 3. col. 9 Annot.

¶Super Quæſtionis ſeptimæ Artic. 9.

TItulus articuli noni ab Autore in principio corporis declaratur, quòd plenitudo importat totalitatem & perfectionem: ita quòd habere gratiæ plenitudinem, eſt habere gratiam totaliter & perfectè. Et quia totaliter & perfectè dupliciter inuenitur, vel in genere aliquo, vel ſimpliciter, intellige hic, quòd eſt ſermo de totalitate & perfectione ſimpliciter: ita quòd quæſtio eſt, an in

Chriſto

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christo fuerit gratiæ plenitudo simpliciter.

Comm. ¶In corpore articuli tria sunt: primò declarantur termini & distinguuntur. secundò respondetur vnica conclusione de plenitudine intensiua. tertio respondetur vnica conclusione de plenitudine extensiua.

¶Declaratur in primis hæc plenitudo, & distinguitur vel intensiuè vel virtualiter. Prima autem conclusio est: In Christo fuit plenitudo gratiæ intensiuæ. Probatur, habuit gratiã in summo: ergo. Consequentia tenet per se nota. Antecedens verò probatur dupliciter: primò ex causa: quia anima Christi erat ppinquissima causæ gratiæ, quia personaliter cõiuncta: quanto autem propinquior, tanto magis gratiæ recipiendo in summo propinqua est in summo gratiæ. Secundo ex effectu: Anima Christi accepit gratiam, vt ex ea transfunderetur in alios: ergo habuit summam gratiam. Et patet sequela in exemplo de calore in igne.

Auct. ¶Nota hic primò, quòd expressè tenet loquendo de quantitate intensiua gratiæ, dicit quòd Christus habuit eam in summo. Et hoc diligentissimè nota contra astruentes Autori, quòd non datur summũ possibile in gratia: nõ enim haberet Christus gratiam in summo intensiuè, nisi haberet summum possibile: sicut nõ habetur albedo in summo, si possibile esset dari albedinem intensiorem: vt patet.

¶Nota secundò, quòd Autor non dixit animã Christi recipere gratiam, vt esset in aliis gratiæ causa absoluta & simpliciter, sed cũm additione: apposuit enim ly quodammodo, dicens, Vt ex ea quodammodo transfunderetur in alios. Dª enim ipse est gratiæ causa simpliciter & absolutè: anima autem Christi quodammodo. De quo modo inferius erit sermo diffusius in loco proprio.

Comm. ¶Secunda cõclusio est: Christus habuit plenitudinem gratiæ, quantum ad virtutem. Probatur: quia habuit gratiam ad omnes effectus gratiæ, scilicet virtutes, dona, &c. Probatur, Christus habuit gratiã vt vniuersale principiũ in genere habentiũ gratiã: ergo. Probatur sequela: quia virtus primi principij alicuius generis, vniuersaliter se extendit ad omnes effectus illius generis: vt patet de sole respectu generationis.

¶Nam, & quomodo Christus fuerit vniuersale principiũ habentiũ gratiã.

Quæstio. ¶Vbi nota, quòd hîc non occurrit quæstio de conclusione, sed ratio eius non caret scrupulo: quoniam Christum esse principium vniuersale generis habentium gratiam dupliciter potest intelligi primò, vt principium contentum in genere tali, scilicet habentium gratiam, vel vt principium vniuersale talis generis non contentum in tali genere, sed supra illud. Si primo modo intelligatur, dato quòd sit vera, non tamen sic probatur in litera: quoniã in litera subsumitur sub illa Maiore de principio vniuersali extra genus: sicut si sol poneretur causa generis eorum quæ generantur & corrumpuntur, ipse extra genus corruptibilium generabiliumq; existens. Si secundo modo intelligatur, propositio non apparet veram: Christus est vnus habentium gratiam, & non est extra genus habentium gratiam minuta illud. Plenum gratiæ & veritatis, Ioan. 1. Aut igitur Maior de vniuersali principio, vt sol respectu generabilium, intellecta non ad propositum: aut Minor de Christo, quòd sit vniuersale principium, sic est falsa.

¶Ad hoc dicitur quòd propositio illa, Christus habuit gratiam vt vniuersale principium in genere habentium gratiam, intelligitur de principio vniuersali, non contento in tali genere: ita quòd concedendum est, quòd Christus non est in genere, sed supra genus habentium gratiam: quoniam est supra generationẽ habentium gratiam in esse gratiæ. Nec propterea sequitur, Christum non habere gratiam, sed non habere gratiam per generationem qua fiunt habentes gratiam. Est siquidem inter Christum & alios habentes gratiam hæc differentia, quòd alij habent gratiã per adoptionem: Christus autem non per adoptionem, sed per naturã. Nam cæteri filij sunt adoptiui, Christus autẽ non: sed de eo Luc. 1. ad beatam Virginem dictum est. Quod ex te nascetur sanctũ. Quum ergo legis genus habentium gratiã, intellige primò ac si legeres genus filiorũ adoptiuorũ. Deinde quoniã genus habentiũ gratiã per adoptionem est. Et quia Christus est vniuersale principiũ generis habẽtis gratiã, sicut si sol poneretur vniuersale principium generabilium secundũ naturam: ideo oportet q̃ gratia Christi extendat se ad omnes gratiæ effectus, sicut virtus solis ad omnia generabilia in natura se extẽderet.

Comm. ¶In responsione ad tertium eiusdem articuli adquerte, quòd aliud est loqui de gratia formaliter, hoc est sub ratione gratiæ, & aliud de ipsa re, imò ipsis rebus, quę sunt gratia & dona gratiæ. Nam gratia nõ inuenitur in Deo secundum se formaliter (quã creatæ rei nomẽ sit, sicut beneficium) dona verò gratiæ in Deo sunt etiã formaliter, vt patet de sapientia, intellectu, charitate, iustitia, &c. Et propterea quã argumentum tertium in littera esset de donis gratiæ, Autor non ad rationem gratiæ, sed donorum gratiæ aspicient, dixit duo: primò, quòd plenitudo gratiæ, hoc est donorũ gratiæ, astẽditur in Christo secundum capacitatẽ creaturæ. Secundò, q̃ non attenditur se ad plenitudinem infinitã bonitatis diuinæ: & non dixit, gratiæ diuinę. descendũt enim gratiæ creaturæ non à gratia in Deo, sed à bonitate in Deo. Ita quòd inter gratiam formaliter, & res quæ sunt dona gratiæ, tantum interest, q̃ dona gratiæ, quia cõmunia sunt Deo & creaturæ, si dicantur plenè inesse creaturæ, intelligitur secundũ capacitatẽ creaturę, & nõ secundũ suas rationes formales absolutè, secũdùm quas in sola diuina sunt bonitate. Gratia verò si ponitur plenè, simpliciter, & absolutè in creatura, nõ oportet q̃ limitatio dicta subintelligatur: quia secundum suam rationem creatæ rei nomen est proprium. Quo circa ideo in litera responsionis huius distinctæ est plenitudo secundum capacitatem creaturæ, & secundum q̃ in Deo quia de donis gratiæ, quæ descendunt à Patre luminum, agebatur.

Auct. 3. dist. 13. q. 1. artic. 2. q. 2.

Cùm anima Christi à principio suæ conceptionis fuerit diuinitati vnita, & vniuersale principium fuerit omnium habentium gratiam, in ea fuisse plenitudinem omnium gratiarum, necessarium fuit.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ plenè dicitur haberi quod perfectè & totaliter habetur. Totalitas autem & perfectio potest attendi dupliciter. Vno modo quantum ad quantitatem eius intensiuam: puta si dicam aliquem plenè habere albedinem, si habeat eam, quantuncunq; nata est haberi. Alio modo secundum virtutem: puta si aliquis dicatur plenè habere vitam: quia habet eam secundum omnes effectus vel opera vitæ. & sic habet plenè vitam homo, non autem brutum animal, vel planta. Vtroq; autem modo Christus habuit gratiæ plenitudinem. Primò quidem, quia habuit eam in summo secundum perfectissimum modum, quo haberi potest. Et hoc quidem apparet, primò ex propinquitate animæ Christi ad causam gratiæ: dictum est enim quòd quantò aliquod recipiuum propinquius est causæ influenti, abundantius recipit. Et ideo anima Christi, quæ propinquius coniungitur Deo inter omnes creaturas rationales, maximam recipit influẽtiam gratiæ eius. Secundò ex comparatione eius ad effectum. Sic enim recipiebat anima Christi gratiã, vt ex ea quodammodo transfunderetur in alios. Et ideo oportuit quòd haberet maximam gratiam: sicut ignis, qui est causa caloris in omnibus calidis, est maximè calidus. Similiter etiam quantum ad virtutẽ gratię plenè habuit gratiam: quia habuit eam ad omnes operationes vel effectus gratiæ. Et hoc ideo, quia conferebatur ei gratia tanquam cuidam vniuersali principio in genere habentium gratiam. Virtus autẽ primi principij alicuius generis vniuersaliter se extendit ad omnes effectus illius generis: sicut sol, qui est vniuersalis causa generationis (vt Dio. dicit 4. cap. de Diui. no.) eius virtus se extendit ad omnia, quæ sub generatione cadunt. Et sic secunda plenitudo gratiæ extenditur in Christo, inquantum se extendit eius gratia ad omnes gratiæ effectus, qui sunt virtutes & dona, & alia huiusmodi.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd fides & spes nominant effectus gratiæ in quodam defectu, qui est ex parte recipientis gratiam, inquantum scilicet, fides est de non visis, & spes de non habitis. Vnde non oportet, quòd in Christo, qui est actor gratiæ, fuerint defectus, quos important fides & spes: sed quicquid est perfectionis in fide & spe, in Christo est multò perfectius. Sicut in igne non sunt omnes modi caloris defectiui ex defectu subiecti, sed quicquid pertinet ad perfectionem caloris.

¶Ad secundum dicendum, quòd ad gratiam operantem per se, pertinet facere iustum: sed quòd iustũ faciat ex impio, hoc accidit ei ex parte subiecti, in quo peccatũ inuenitur. Anima Christi igitur iustificata est per gratiam operantem, inquantũ per eam facta est iusta & sancta à principio suæ conceptionis, non quòd antè fuerit peccatrix, aut etiã non iusta.

¶Ad tertium dicendũ, q̃ plenitudo gratiæ attribuitur animæ Christi secundum capacitatem creaturæ: non autem per comparationẽ ad plenitudinem infinitam bonitatis diuinæ.

ARTICVLVS X.

¶Vtrùm plenitudo gratiæ sit propria Christi.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quòd plenitudo gratię nõ sit propria Christi. Quod enim est proprium alicuius, sibi soli conuenit. Sed esse plenum gratia, quibusdam aliis attribuitur: dicitur enim Luc. 1. beatæ Virgini, Aue gratia plena. dicitur etiã Act. 7. Stephanus plenus gratia & fortitudine. Ergo plenitudo gratiæ non est propria Christo.

¶Præterea, Illud quod potest communicari aliis per Christum, non videtur esse proprium Christo. Sed plenitudo gratiæ potest communicari per Christum aliis: dicit enim Apo. Ephe. 3. Vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ergo plenitudo gratiæ non est propria Christo.

¶Præterea, Status viæ proportionari videtur statui patriæ. Sed in statu patriæ erit quædam plenitudo: quia in illa cælesti patria, vbi plenitudo est omnis boni, licet quædam data sint excellenter, nihil tamen possidetur singulariter, vt patet per Gregorium in homil. de centum ouibus. Ergo in statu viæ habetur gratiæ plenitudo à singulis hominibus. Et ita plenitudo gratiæ non est propria Christi.

Auct. 3. dist. 13. q. 1. artic. 2. q. 2.

Comm.

Auct.

Comm.

Auct.

Comm.

*Auct

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi habet effectum infinitum ob duplicem (vt dicitur in 1 ſtera) causam. Hinc enim habes & meritum & satisfactionem Christi infinitatem habere.

¶ Hic est quomodo vnius singularis personæ gratia habeat quantitatē alterius rationis, a quātitate gratiæ Christi, & sit vt quadā particularis virtus.

Quæſtio. ¶In cōtinuationē ad 1 tium, diuinum occurrit primo, quomodo verū sit, quod gratia cuiuslibet singularis personæ habeat quantitatem alterius rationis a quantitate gratiæ Christi: secundo, quomodo verū sit, quod gratia cuiuslibet singularis personæ sit velut virtus particularis, & gratia Christi velut virtus vniuersalis. Et rū ratio veritatis dubij: quia gratia est cuiusdā speciei specialissimæ in quacunq; sit creatura: vt patet de charitate. Impossibile est autem, quòd in vna specie specialissima inueniatur vere tanta diuersitas, vt vnaquæ illius individuū sit virtus vniuersalis, & alterum particularis: quamuis virtus vniuersalis & particularis, loquendo per 1 stinguatur ad minus specie, vt patet inductiuè: & conuincitur ratione ex diuersitate actuum proprionum vir tutis vniuersalis & virtutis particularis.

¶Ad hoc dicitur quòd gratia habitualis Christi (de qua est 1 mo) & aliorū, licet si eiusdem speciei specialissimæ quo ad essentiam: est tamen diuersitatum rationum quantum ad modum essendi. Est siquidem gratia in Christo vt in toto adæquante ipsam secundū se: est autem in omnibus aliis vt in partibus inadæquatis ipsi secundū se gratiæ. Et propterea est in Christo vt in subiecto & principio vniuersali gratiæ in aliis verò vt in particularibus participatibus. Et ideo quātuncunq; creſcat alterum gratia: nunquam pōterit pōtest ad quātitatem inēſſiuā vel extensiuā gratiæ Christi.

¶Et vt hæc doctrina facilius intelligatur dicamus sub exemplo. Calor eiusdem est in se speciei siue in igne, siue in aëre, siue in mixtis: verūtamen ignis adæquat calorem secundum se: quia tanto tam extensiuè, quam intensiuè est susceptiuus caloris, quantus natus est esse secundum se calor. Aër autē siue mixtum quodcunque, calorem participat minus quòd statim vt calor in alio quam igne ponitur intelligitur, limitatus & deficiens à perfectione, quam natus est calor secundum se habere, intelligitur ex hoc enim ipso, quòd calor in subiecto minus adæquate calorem secundum seipsum ponitur, limitatus ac deficiens ponitur. Et propterea quantuncunq; creſcere ponatur calor in tali subiecto inadæquante, nunquam perueniet ad quantitatē perfectionis caloris in igne adæquato subiecto: eo quòd tale augmentū etiam si infinitum ponatur, continebitur, & tollet infra latitudinē subiecti participati, cuius ipsa latitudo succēbit subiecto adæquato.

¶Ad propositum igitur hinc redeundo dicimus iuxta prius habitam doctrinam, gratiam habitualem esse in Christo secundum totam perfectionem, quam natus est habere gratia secundum seipsam, & in nullo alio esse gratiam secundum totam perfectionem, quam nata est habere gratia secundum seipsam: & propterea in Christo fuisse gratiam, vt in subiecto totali: in aliis verò vt in subiectis partialibus. Et hoc est gratiam esse diuersarum rationum, quantitatum, & perfectionum, non secundum essentiam, sed secundum modum. Et hinc prouenit, quòd gratia Christi comparatur ad gratias aliorum, vt virtus vniuersalis ad virtutes particulares: nam ipſi ando ad differentiam, quæ est penes dictos modos essendi, clarè liquet, gratiam Christi habere quicquid perfectionis natum est continere gratiæ secundum seipsam, ac per hoc omnem illius perfectionem intensiuam & extensiuam virtuaque enim perfectio gratiæ secundum seipsam exigit, & consequenter gratiam Christi esse vniuersalis virtutis (vtpote quæ omnem gratiæ perfectionem intensiuam & extensiuam in se continet) aliorum verò gratiam esse particularis virtutis vtpote partem intensiuæ, & partem extensiuæ perfectionis gratiæ in se continens: plus tamen vel minus iuxta cuiusque mensuram, qua mensus est illi Deus.

¶Quo fit, vt quantuncunq; quicunq; pura creatura creſcat in gratia, nunquam peruenire possit ad quantitatē æqualem gratiæ Christi: sicut nunquā pars adæquate potest totū, nisi partis rationē amittat. Et hoc est quod in litera dicitur, reddendo rationē, quare fuerit creſcendo non potest adæquare aliud finitum quia scilicet habent quantitates diuersarū rationū penes hoc, quòd Christi gratia est virtutis & quātitatis vniuersalis, aliorū verò gratia est perfectionis & virtutis particularis: quia in illo est gratia cū perfectione debita sibi secundū seipsam gratiam: aliis verò est gratia cum perfectione modificata & mēſurata secundū tale subiectū particulare. Et propterea in Clemen. ad nostrā. de hæret. damnatur error Beguinorum dicentiū hominem in via posse peruenire ad quantitatē maioris, in his, quæ habent quantitatē vnius rationis: sed gratia alterius hominis comparatur ad gratiam Christi, sicut quēdam virtus particularis ad vniuersalem. Vnde sicut virtus ignis, quantuncunque creſcat, non potest adæquare virtutem solis: ità gratia alterius hominis, quantuncunque creſcat, non potest adæquare gratiam Christi.

ARTICVLVS XII.

¶ Vtrum gratia Christi potuerit augeri.

AD DVODECIMVM sic proceditur, Videtur quòd gratia Christi potuerit augeri. Omni enim finito potest fieri additio. Sed gratia Christi fuit finita: vt dictum est. Ergo potuit augeri.

¶Præterea, Augmentum gratiæ fit per virtutem diuinam secundum illud 2. ad Corin. 9. Potens est autē Deus omnem gratiā abundare facere in nobis. Sed virtus diuina, cū sit infinita, nullo termino coarctatur. Ergo videtur, q̄ gratia Christi potuerit esse maior.

¶Præterea, Luc. 2. dicitur, quòd puer Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia apud Deum & homines. Ergo gratia Christi potuit augeri.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ioan. 1. Vidimus eum quasi vnigenitum à Patre plenum gratiæ & veritatis. Sed nihil potest esse aut intelligi maius, quàm quòd aliquis sit vnigenitus à Patre. Ergo etiam non potest esse vel intelligi maior gratia, quàm illa, qua Christus fuit plenus.

CONCLVSIO.

¶ Cùm in Christo fuerit omnis gratiæ plenitudo, & fuerit simul comprehensor ac viator, impossibile fuit aliquo modo in illa gratiam augeri.

¶RESPONDEO dicendū, quòd aliquam formā nō posse augeri, contingit dupliciter. Vno modo ex parte ipsius subiectī: alio modo ex parte ipsius formę. Ex parte quidem subiecti, quādo subiectū attingit ad vltimum gradū in participatione illius formę secundū suum modū: sicut si dicatur, quòd aër nō potest creſcere in caliditate, quādo pertingit ad vltimū gradū caloris qui potest sāluari in natura aëris: licet possit esse maior calor in rerū natura quàm est calor ignis. Ex parte autē formę excluditur possibilitas augmenti quando aliquod subiectū attingit ad vltimam perfectionē, quā potest talis forma habere in natura: sicut si dicamus, q̄ calor ignis non potest augeri, quia nō potest esse perfectior gradus caloris quàm ille, ad quē pertingit ignis. Sicut aūt aliarū formarū est ex diuina sapientia determinata propria mēſura, ita & gratię: secūdū illud Sap. 11. Omnia in numero & pondere & mēſura dispoſuiſti. Mensura autem vnicuiq; formę præfigitur per cōparationem ad suū finē: sicut non est maior grauitas, quā gra uitas terræ, quia nō potest esse inferior locus loco terræ. Finis autē gratiæ est vnio creaturæ rationalis ad Deum. non potest autē esse, nec intelligi maior vnio creaturæ rationalis ad Deum, quàm quæ est in persona. & ideo gratia Christi pertingit ad summā mēſurā gratiæ. Sic igitur manifestū est, quòd gratia Christi nō potest augeri ex parte ipsius gratiæ. Sed nec etiā ex parte subiecti: quia Christus, secūdū quòd homo à primo instāti fuæ cōceptionis fuit verus & plenus cōprehēſor. Vnde in eo non potuit esse gratiæ augmētū, sicut nec in aliis Beatis: quorū gratia augeri nō potest, eo quòd sunt in termino. Hominū verò qui sunt pœnę viatorę, gratia potest augeri, & ex parte formæ, quia nō attingunt summū gratiæ gradum: & ex parte subiecti, quia nondū peruenerunt ad terminum.

Coment. *Coment.* *Annot.* *Annot.*

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd si loquamur de quantitatibus mathematicis, cuilibet finitæ quantitati potest fieri additio: quia ex parte quātitatis finitæ, non est aliquid quod repugnet additioni. Si verò loquamur de quātitate naturali, sic potest esse repugnātia ex parte formæ, cui debetur determinata quantitas, sicut & alia accidentia determinata. Vnde Philosophus dicit in secūdo de anima, quòd omnis natura constantium est terminus & ratio magnitudinis & augmenti. Et inde est, quòd quantitati totius cæli non potest fieri additio. Multò igitur magis in ipsis formis consideratur aliquis terminus, vltra quē non progrediuntur. Et propter hoc nō oportet, q̄ gratiæ Christi possit fieri additio, quāuis sit finita secundum sui essentiam.

¶Ad secundū dicendū, quòd virtus diuina licet possit facere aliquid maius & meli⁹, quàm sit habitualis gratia Christi: nō tamen posset facere, quòd ordinaretur ad aliquid maius, quam sit vnio personalis ad Filium vnigenitum à Patre. Cui vnioni sufficienter correspōdet talis mensura gratiæ, secundum diffinitionem diuinæ sapientiæ.

¶Ad tertiū dicendū, quòd in sapientia & gratia aliquis potest proficere dupliciter. Vno modo secundū ipſos habitus sapiętiæ & gratiæ augmētatos: & sic Christus in eis nō proficiebat. Alio modo secūdū effectus: inquātū scilicet aliquis sapiētiora & virtuosiora opera facit. Et sic Christus proficiebat sapientia & gratia, sicut & ætate: quia secundū processum ætatis perfectiora opera faciebat: vt se verum hominem demonstraret, & in his quæ sunt ad Deum, & in his quæ sunt ad homines.

ARTICVLVS XIII.

¶ Qualiter gratia Christi habitualis se habeat ad vnionem.

AD TERTIVMDECIMVM sic proceditur. Videtur quòd gratia habitualis in Christo nō subsequatur vnionem. Idem enim non sequitur ad seipsum. Sed hæc gratia habitualis videtur eadem esse cum gratia vnionis: dicit enim Aug. in lib. de Prædesti. Sanctorum, Ea gratia fit ab initio fidei suæ homo quicunq; Christianus, qua gratia homo ille ab initio suo factus est Christus. Quorum duorū primum pertinet ad gratiam habitualem, secūdū ad gratiā vnionis. Ergo videtur, quòd gratia habitualis non subsequatur vnionem.

¶Præterea, Dispositio præcedit perfectionem tempore, vel saltē intellectu. Sed gratia habitualis videtur esse sicut quædā dispositio humanæ naturæ ad vnionem personalem. Ergo videtur, quòd gratia habitualis non subsequatur vnionem, sed magis præcedat.

¶Præterea, Cōmune est prius proprio. Sed gratia habitualis est cōis Christo & aliis hominibus, gratia aūt vnionis est propria Christo. Ergo prior est secūdū intellectū gratia habitualis quam ipsa vnio. Non ergo sequitur eā.

¶SED CONTRA est quod dicitur Isa. 42. Ecce seruus meus, suscipiā eum: & posuit spiritum meum super eum.

Annot. *Annot.* *Annot.* *Annot.*

CONCLVSIO.

Gratia habitualis Christi sequitur vnionem personalem, & præsupponit eam.

¶RESPONDEO dicendū, quòd gratia habitualis Christi non potest esse nisi ex parte rei ordinatæ ad vnionē personalē filij Dei, vel per se, vt perfectio accidēs (liquidē euenit, quātū est ex parte humanæ naturæ, vt cōplaceret Deo illā eligere ad vnionem personalē sui quoniā ipsa natura humana secūdū se nullā habet proportionē, aut cōmēſurationē, ad assumptibilitatē, quia nulla habet potētiā passiuā ad ea, quæ omnem naturalē ordinē transcēdunt, sed diuina charitas ac sapiētia eius elevauit illam ordinādo ipsam, vt assumeretur. Gratia aūt secūdū se totaliter perfecta, quia ex proprij ordinis vi pote supernaturalis ac diuinā ratiōe, ad singulare naturale ac diuinū q̄d ordinatur: par est, vt sua pōe natura ad vnionē p sonalē in sui summa plena perfectiōe ordinetur ac cōmēſuretur: ac per hoc nō per accidēs, sed per se à diuina sapiētia ad vnionē personalem ordinatur. Et ideo in litera dicitur, q̄ vnioni personali correspondet sufficienter talis mēſura gratiæ hoc est, gratia in summo, secūdū se, secūdū diuinæ sapientiæ ordinē quo ipsa dispoſuit ab æterno suaviter.

Quoctca quāticunq; 2, liquod ens in se secundū suā intrinsecā entitā tēnēbat gratia quę est in Christo, fuit primò fieret tamē ens suapte natura ordinatū per se ad mēſuræ quām ordine. tur perfectio, quæ in Christo est gratiæ: & hoc aperte intendit litera per se inuellecta. *Et opus.* ¶In rēſpōſione ad tertiū aduerte q̄ similiudo *3. capite* pōtest Christi, quo ad sapiētiā, gratiā, & ætatē, *221.* in litera asseritur quo ad perfectionē affirmatiuā, scilicet q̄ proficiebat quo ad effectus ætatis, sicut quo ad esse duo sapiētię & gratiæ: & hoc cōstat esse verissimū, quā expressa cōsona scripturæ facie bat. Sed nō asseritur quo ad partē negatiuā, scilicet q̄ nō proficiebat secūdū ætatē ipsam, sicut nō proficiebat secūdū ipsam sapiētiā seu gratiā: quā cōstat q̄ esset falsū hoc nā Christi vere proficiebat ipsa ætate quoniā secūdū ætatis mēſurā cōrporalis progressu essi cōstat enim Christū ve re primo infātē, deinde puerū, inde adolescētē, atq; virū tandē perfectū emersisse (sicut cæteros homines) gressibus & per incrementa temporum.

3. dist. 13 3. ar. 2 q. 3. Et opus. 3. capite 221. Et opus. 6. capite 3. col. 9. Annot.

¶ Super Quæstionis septimæ Articulum decimum tertium.

¶In corpore vnico est conclusio responsiua quæsito, Gratia vnionis in Christo præcedit gratiam habitualem eiusmodi ordine temporis, sed natu tæ & intellectus. Probatur tripliciter primo, sic Filij Est prior natura ordine, millione Spiritus sanctificetqe gratia vnionis: &c. Antecedēs probatur: quia Spiritus sanctus procedit naturæ ordine à Filio, & dilectio à sapientia. Consequentia verò: quia secundum ipſum vnionem attenditur missio Filij, & secundum gratiam habitualem attenditur missio Spiritus sancti.

¶ Vbi nota, q̄ caute loquitur in litera Autor, dū millionem ordinat secūdū pri⁹ & posterius naturę: processiōes aūt Filij & Spiritus sancti ordinat quoad naturæ or dine, sed nō secūdū prius & posterius, vt in secūda di. primi sen. dicitur, in diui nis est ordo naturę, nō quo à iuer est prior altero, sed quo alter est ab altero. Missiones aūt ad ea, quæ sunt extra Trinitatē, respiciūtes priorītatē etiā & posteriorītatē naturæ in suis rationibus ac rebus admittit. Secūdò præsentia deitatis est prior ipſārum vnionē vnio est ipſa præsentia, gra habitualis ipſarum sapiētia seu gratia: quā cōstat q̄ esset falsū hoc nā Christi vere proficiebat ipsa ætate quoniā secūdū ætatis mēſurā corporalis progressu essi cōstat enim Christū ve re primo infātē, deinde puerū, inde adolescētē, atq; virū tandē perfectū emersisse (sicut cæteros homines) gressibus & per incrementa temporum.

Tertio, Actio & gratia ad ipſam ordinātur præsupponit hypostasim ergo gra habitualis præsupponit vnionē. Antecedēs probatur quia actiones sunt suppositorum. ¶Vbi aūte perspice, quòd aliud est dicere nō præsupponit hypostasim & aliud est dicere, nō præsupponit hypostasim. Verbi Dei quæ sola in Christo hypostasis est

augente naturali virtute membra, roborēque vicibus ministrante.

¶ Super Quæstionis septimæ Articulum decimum tertium.

¶In corpore vnico est conclusio responsiua quæsito, Gratia vnionis in Christo præcedit gratiam habitualem eiusmodi ordine temporis, sed natu tæ & intellectus. Probatur tripliciter primo, sic filio Filij est prior natura ordine, millione Spiritus sanctificetqe gratia vnionis: &c. Antecedēs probatur: quia Spiritus sanctus procedit naturæ ordine à Filio, & dilectio à sapientia. Consequentia verò: quia secundum ipſum vnionem attenditur missio Filij, & secundum gratiam habitualem attenditur missio Spiritus sancti.

¶ Vbi nota, q̄ caute loquitur in litera Autor, dū milliones ordinat secūdū pri⁹ & posterius naturę: processiōes aūt Filij & Spiritus sancti ordinat quoad naturæ ordine, sed nō secūdū prius & posterius, vt in secūda di. primi sen. dicitur, in diui nis est ordo naturę, nō quo à iuer est prior altero, sed quo alter est ab altero. Missiones aūt ad ea, quæ sunt extra Trinitatē, respiciūtes priorītatē etiā & posteriorītatē naturæ in suis rationibus ac rebus admittit. Secūdò præsentia deitatis est prior ipſārum vnionē vnio est ipſa præsentia, gra habitualis ipſarum sapiētia seu gratia: quā cōstat q̄ esset falsū hoc nā Christi vere proficiebat ipsa ætate quoniā secūdū ætatis mēſurā corporalis progressu essi cōstat enim Christū ve re primo infātē, deinde puerū, inde adolescētē, atq; virū tandē perfectū emersisse (sicut cæteros homines) gressibus & per incrementa temporum.

Tertio, Actio & gratia ad ipſam ordinātur præsupponit hypostasim ergo gra habitualis præsupponit vnionē. Antecedēs probatur quia actiones sunt suppositorum. ¶Vbi aūte perspice, quòd aliud est dicere nō præsupponit hypostasim & aliud est dicere, nō præsupponit hypostasim. Verbi Dei quæ sola in Christo hypostasis est

Annot.

3. dist. 13 3. ar. 2 q. 3. Et opus. 3. capite 221. Et opus. 6. capite 3. col. 9. Annot.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed ea lẽ gratia vnionis nõ præsupponit, sed facit in Christo hypostasim humanã natura, dũ facit quòd persona filij Dei sit nõ solùm persona diuina, sed etiam persona humana, dũ facit quòd subsistat non solùm in natura diuina, sed etiam in natura humana. Et hoc est quod in litera dicitur, & super hoc ratio fundatur, intendens quòd actio humana supponit hypostasim humanam, &c.

Annot. ¶In respõsione ad 3. eiusdẽ 11. arti. habes, q̃ gratia in Christo nõ habet rationẽ dispositionis respectu vnionis, sed habet rationẽ naturalis proprietatis, sicut calor consequens formam ignis. Et hoc bene nota.

Annot. ¶In respõsione ad 1. occurritreddẽda ratio totius dictorũ de gra vnionis. Dicitur enim de ipsa in hoc articulo in principio corporis, q̃ gratia vnionis est ipsa vnio: & in hac respõsione, quòd est supra omne genꝰ, & in artic. 11. huiusmet quæstionis, q̃ est infinita, secundũ quòd ipsa persona Verbi est infinita: & in art. 6. q̃. sextæ in corpore dicit est, q̃ gratia vnionis est ipsum esse gratuitum, q̃ gratis diuinitus datur humanæ naturæ in persona Verbi: & in art. 12. q. 1. ad tertiũ, dicitur q̃ gratia vnionis est causata à tota Trinitate: & hic replicatur in corpore articuli, dum principium propriarũ gratiæ vnionis, ponitur persona Filij.

¶Hæc siquidẽ dicta licet dissonare inter se videantur: facile tamen diiudicatur: facile tamen distinctè percipiciibus q̃ gratia vnionis duo in se claudit, scilicet esse Verbi personaliter terminãs humanitatẽ Christi, & cõpositionẽ seu communicationẽ vtriusq; nee loquor de terminatione, cõiũctione, aut vnione, quæ est relatio, sed de fundamẽto, q̃ est esse Deum & hominẽ, quod cõstat esse substantiã, & prædicta duo in se claudere, scilicet personã vniãs & ipsã cõiunctionẽ, de huiusmodi enim vnione in litera dicitur, q̃ est esse personale, q̃ est infinita simpliciter, sicut ipsa persona diuina, q̃ est supra omne genꝰ: quoniã hoc fundamentũ relationis vnionis nihil aliud est, quàm vnũ esse Deũ & hoẽm in esse diuino personali. Vnde aũt, quid nihil positiui addat super ens, q̃ vnũ dicitur (vt dicitur in 4. Met. scientes q̃ est, q̃ nihil in proprio addat super esse personale Verbi: nec per hoc vnio pro suo principali subiecto, scilicet q̃ ipsa natura, in qua vnitur, & sunt vnũ ens, vna persona, amittat naturæ, infinita est, supraoẽ genus est, esse Verbi est, esse personale est: pro cuius cõplemẽto addit, ipsa vnio super tem, in quo est vnio temporale quid est, causatũ à tota Trinitate secundũ rẽ, & per appropriationẽ à Filio, gratis cõcessum humanæ naturæ est.

¶De quo quid sit, superius declaratũ est, habitudo tamẽ. Consona igitur sunt omnia Autoris dicta de vnione seu vnionis gratia, tamẽ intellecta.

Annot. ¶Gratiam vnionis in Christo habitualem præcessisse gratiam naturæ, & intellectus, non autem tempore, certum est.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd vnio humanæ naturæ ad diuinam personã (quam suprà diximus esse ipsam gratiam vnionis) præcedit gratiam habitualem in Christo: non ordine temporis, sed naturæ & intellectus.

Et hoc triplici ratione: primò quidẽ secũdum ordinem principiorũ vtriusq;. Principiũ enim vnionis est persona Filij, assumens humanam naturã, quæ secundum hoc dicitur missa esse in mundũ, q̃ humanã naturam assumpsit. Principium autem gratiæ habitualis, quæ cũ charitate datur, est Spiritus sanctus, qui secundũ hoc dicitur mitti, q̃ per charitatem mentẽ inhabitat. Missio autẽ Filij secundum ordinẽ naturæ, prior est missione Spiritus sancti, sicut ordine naturæ Spiritus sanctus procedit à Filio, & à sapientia dilectio. Vnde & vnio personalis, secundũ q̃ intelligitur missio Filij, est prior ordine naturæ habituali gratia, secundũ q̃ intelligitur missio Spiritus sancti. Secũdò accipitur ratio huius ordinis ex habitudine gratiæ ad suã causam. Gratia enim causatur in hoie ex præsentia diuinitatis, sicut lumẽ in aëre ex præsentia solis. vnde dicitur Ezech. 43. Gloria Dei Israel ingrediebatur per viã Orientalẽ, & terra splendebat à maiestate eius. Præsentia autẽ Dei in Christo intelligitur secundum vnionẽ humanæ naturæ ad diuinam personam, vnde gratia habitualis Christi, intelligitur vt consequens hanc vnionem, sicut splẽdor solem.

Tertiò ratio huius ordinis sumi potest ex fine gratiæ: ordinatur enim ad bene agendũ. Actiones autẽ sunt suppositorũ & indiuiduorum. Vnde actio, & per cõsequens gratia ad ipsam ordinãs præsupponit hypostasim operãtem. Hypostasis autẽ nõ præsupponitur in humana natura ante vnionem: vt ex suprà dictis patet. Et ideo gratia vnionis secundum intellectum præcedit gratiam habitualem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Aug. ibi gratiam nominat gratuitam Dei voluntatẽ, gratis beneficia largientẽ. Et propter hoc eadẽ gratia dicit hominẽ quẽcunq; fieri Christianũ, qua gratia factus est homo Christus: quia vtrunq; gratuita Dei voluntate absque meritis factum est.

¶Ad secundũ dicẽdũ, q̃ sicut dispositio in via generationis præcedit perfectionẽ, ad q̃ disponit in his, quæ successiuè perficiũtur: ita naturaliter perfectionẽ sequitur, quã aliquis iam cõsecutus est: sicut calor qui fuit dispositio ad formã ignis, est effectꝰ profluẽs à forma ignis iã præexistẽtis. Humana autẽ natura in Christo vnita est personæ Verbi à principio, absq; successione. Vnde gratia habitualis non intelligitur vt præcedens vnionem, sed vt consequens eam, sicut quædã proprietas naturalis. Vnde & Aug. dicit in Enchi. quòd gratia est quodammodo Christo homini naturalis.

¶Ad tertium dicẽdũ, quòd cõmune est prius

QVAESTIO OCTAVA DE Gratia Christi, secundum quòd est caput Ecclesiæ, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de gratia Christi, secundum quòd est caput Ecclesiæ.

¶Et circa hoc quæruntur octo.

¶Primò, vtrùm Christus sit caput Ecclesiæ.

¶Secundò, vtrùm sit caput hominum, quantũ ad corpora: vel solùm quantũ ad animas.

¶Tertiò, vtrùm sit caput omnium hominum.

¶Quartò, vtrùm sit caput Angelorum.

¶Quintò, vtrùm gratia, secundũ quam est caput Ecclesiæ, sit eadẽ cũ gratia habituali eius, secundũ quòd est quidam homo singularis.

¶Sextò, vtrùm esse caput Ecclesiæ, sit proprium Christo.

¶Septimò, vtrùm diabolus sit caput omniũ malorum.

¶Octauò, vtrùm Antichristus etiam possit dicit caput omnium malorum.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm Christus sit caput Ecclesiæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christo secundũ quòd est homo, non competat esse caput Ecclesiæ. Caput enim influit sensum & motũ in membra. Sensus autẽ & motus spiritualis, qui est per gratiam, non influitur nobis à Christo homine: quia sicut Aug. dicit in lib. de Tri. neq; etiã Christus, secũdũ quòd est homo, dat Spiritum sanctum, sed solùm inquantùm est Deus. Ergo ei, secũdum quòd est homo, non competit esse caput Ecclesiæ.

¶Præterea, Capitis non videtur esse aliud caput. Sed Christi, secundũ quòd est homo, est caput Deus: secundum illud primæ ad Corinth. 11. Caput Christi Deus. Ergo ipse Christus non est caput.

¶Præterea, Caput in homine est quoddã particulare membrũ, influentiam recipiens à corde. Sed Christus est vniuersale principiũ totius Ecclesiæ. Ergo non est Ecclesiæ caput.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ephe. 1. Ipsum dedit caput sup oẽm Ecclesiam.

CONCLVSIO.

¶ Non propriè, sed ex translatione Christus totius Ecclesiæ caput est, inquantùm in ipso est gratiarum omnium plenitudo, ex quo etiam ad omnes gratia derivatur, sicut in membra ex capite viget & influxum.

¶RESPONDEO dicendum quòd sicut tota Ecclesia dicitur vnum corpus mysticum per similitudinem ad naturale corpus hominis, quod secundum diuersa membra habet diuersos actus (vt Apo. docet Rom. 12. & primo ad Corin. 12.) ita Christus dicitur caput Ecclesiæ secundum similitudinem humani capitis. In quo tria possumus considerare, scilicet ordinem, perfectionem, & virtutem. Ordinem quidem: quia caput est prius, si vtrunq; sit vnius generis. Sed in his, quæ sunt diuersorũ generũ, nihil prohibet propriũ esse prius cõmuni. Gratia autẽ vnionis nõ est in genere gratiæ habitualis: sed est suprà omne genus, sicut & ipsa diuina persona.

¶Vnde hoc propriũ nihil prohibet esse prius cõi: quia nõ se habet p additionẽ ad cõe, sed potiꝰ est principiũ & origo eius, q̃ est cõe.

Comment.

Annot.

¶In respõsione ad primum eiusdem articuli aduerte duos modos, quibus Autor ponit actiones Christi hominis causatæ in nobis gratia, scilicet meritorie & effectiuè. Et dã modo qui dẽ meriti nulla est ambiguitas: quoniam potest cadere sub vnius merito. q̃ Deus creet in alterũ gratiam. Sed de modo efficientiæ obscurum est: quoniam, vt in prima parte habitũ est, nec principaliter, nec instrumẽtaliter potest creatura aliqua creare: Christus autem dicitur hic instrumẽtaliter cõcurrere. Et licet quæstio hæc perplexa appareat, non habet tamen hoc in loco multum dubitationis: quoniam secundum commune dictũ, actiões Christi siue mediis sacramẽtis (vt quotidie in Ecclesia fit) siue absque sacramentis (vt Latronem gratificauit) eodem modo ad creationem gratiæ concurrunt, non attingẽdo scilicet ipsam gratiã, quæ creatur, sed efficiendo aliquid per modũ dispositionis, quod est creare gratiam instrumẽtaliter. Quod non inconuenit, quum creatur aliquid in subiecto præparando & illam tem creãdam: vt patet quum creatur anima intellectiua in corpore humano, tot dispositionibus præparato ab agente naturali, necessitante naturalis ordinis exactione passiuam creationẽ ipsius animæ. Altius tamen dicitur secũdum excellentiorem Autoris doctrinã inferius in q. 11. art. 1. quòd gratia non spectat simpliciter ad genus creationis, sed ad genꝰ immutationis creaturarum, non secũdum naturæ ordinem sed secundum ordinẽ gratiæ. Quod sufficienter probatur ex hoc, quòd Deũ non conueniat gratiã, non esse annihilare, & ipsam desinere esse, non est annihilari: quòd Deus nihil vnquam annihilet, quamuis annihilare possit. Ex hoc enim, q̃ creationi & conseruationi diuinæ respondet annihilatio, manifestũ sequitur, quòd si corruptio seu defectus aliquis nõ est annihilatio, producto quoq. ẽsse ordinaria nõ est creatio. Quia igitur gratiæ infusio nõ simpliciter creatio est, sed mutatio quædam animæ in ordine gratuitorum ad cælestem patriam, & ad huiusmodi mutationes exercẽdi se anima Christi vt instrumentum coniunctum Verbi, nõ videtur negandum, gratiam attingi instrumentaliter ab actione humanitatis Christi: sed dicendum, quòd effectus ille, qui est animam gratificari, ex illa parte, qua interuenit, quodammodo creatio est immediatè à Deo: sed ex illa parte qua interuenit animæ mutatio secundum obedientialem potentiam ad cælestem beatitudinem, est à Deo mediante humanitate Christi instrumentaliter. Hoc enim non est creaturæ communicari potentiam creandi instrumentaliter, sed immutandi instrumentaliter, ad rẽ tuendam omnia, quæ in cælis & in terris sunt.

Annot.

Comment. 3. dist. 13. q. 2. art. 2. & q. 3. Et 1. p. 27. ar. 4. ad 2. Et opusc. 60. ca. 3. coll. 7.

¶Super Quæstionis octauæ Articulum secundum.

IN titulo articuli secũdi aduerte quòd ly quo ad corpora, non sẽlum refertur ad corpora aliorum hominũ, sed etiã ad corpus ipsius Christi: vt clarè patet ex argumento tertio in litera (quod impugnat, corpus Christi nõ posse esse caput aliorũ, quia sumptũ est ex aliis) & ex cõclusione respõsiua in corpore articuli. Est igitur sensus tituli. An Christus etiam secundum corpus sit caput aliorum hominum, etiã quo ad corpora.

Annot.

ARTICVLVS II.

Vtrùm Christus sit caput hominum, quantum ad corpora, vel solùm quantum ad animas.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non sit caput hominum, quo ad corpora. Christus enim dicitur caput Ecclesiæ, inquãtũ influit spirituale sensum & motũ gratiæ in Ecclesiã. Sed huius spiritualis sensus & motus capax nõ est corpus. ergo Christus non est caput hominum secundum corpora.

¶Præterea, Secundum corpora communicamus cum brutis. Si ergo Christus esset caput hominũ quantum ad corpora, sequeretur quòd etiam esset caput brutorũ animalium: quod est inconueniens.

¶Præterea, Christus corpus suũ ab aliis hominibus traxit: vt patet Mat. 1. & Luc. 3. Sed caput est primum inter cætera membra, vt dictum est: ergo Christus non est caput Ecclesiæ quantum ad corpora.

¶SED CONTRA est quod dicitur Philippens. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.

CONCLVSIO.

¶Tota humanitas Christi in omnes influit homines & quantùm ad animam, & quãtùm ad corpus, etsi non principaliter, sed secundariò.

¶RESPONDEO dicendum, quòd corpus humanum habet naturalem ordinem ad animam rationalem, quæ est propria forma eius & motor. Et inquantũ quidem est forma eius, recipit ab anima viram & cæteras proprietates conuenientes humano corpori secundum suam speciem: inquantum verò anima est motor corporis, corpus instrumentaliter seruit animæ. Sic ergo dicendum est, quòd habet vim influendi humanitas Christi, inquantum est coniuncta Dei verbo, cui corpus vnitur per animam, vt suprà dictum est. Vnde tota Christi humanitas, secundũ scilicet animam & corpus, influit in homines, & quantũ ad animam, & quantũ ad corpus: sed principaliter quantũ ad animam secundariò quantum ad corpus. Vno modo inquantũ membra corporis exhibentur arma iustitiæ in anima existenti per Christum, vt Apo. dicit Ro. 6. Alio modo inquantum vita gloriæ ab anima deriuatur ad corpus, secundum illud Rom. 8. Qui suscitauit Christũ Iesum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum eius in vobis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sensus spiritualis gratiæ nõ peruenit quidem ad corpus primò & principaliter: sed secundariò & instrumentaliter: vt dictum est.

Comment. 3. dist. 13. q. 2. art. 2. & q. 3. Et 1. p. 27. ar. 4. ad 2. Et opusc. 60. ca. 3. coll. 7.

membrorũ: sed cor habet quandam influentiam occultam. Et ideo cordi cõparatur Spiritus sanctus, qui inuisibiliter Ecclesiam vnificat & vnit: capiti comparatur ipse Christus secũdum visibilem naturam, secundum quam homo hominibus præfertur.

ARTICVLVS II.

Vtrùm Christus sit caput hominum, quantum ad corpora, vel solùm quantum ad animas.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non sit caput hominum, quo ad corpora. Christus enim dicitur caput Ecclesiæ, inquãtũ influit spirituale sensum & motũ gratiæ in Ecclesiã. Sed huius spiritualis sensus & motus capax nõ est corpus. ergo Christus non est caput hominum secundum corpora.

¶Præterea, Secundum corpora communicamus cum brutis. Si ergo Christus esset caput hominũ quantum ad corpora, sequeretur quòd etiam esset caput brutorũ animalium: quod est inconueniens.

¶Præterea, Christus corpus suũ ab aliis hominibus traxit: vt patet Mat. 1. & Luc. 3. Sed caput est primum inter cætera membra, vt dictum est: ergo Christus non est caput Ecclesiæ quantum ad corpora.

¶SED CONTRA est quod dicitur Philippens. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.

CONCLVSIO.

¶Tota humanitas Christi in omnes influit homines & quantùm ad animam, & quãtùm ad corpus, etsi non principaliter, sed secundariò.

¶RESPONDEO dicendum, quòd corpus humanum habet naturalem ordinem ad animam rationalem, quæ est propria forma eius & motor. Et inquantũ quidem est forma eius, recipit ab anima viram & cæteras proprietates conuenientes humano corpori secundum suam speciem: inquantum verò anima est motor corporis, corpus instrumentaliter seruit animæ. Sic ergo dicendum est, quòd habet vim influendi humanitas Christi, inquantum est coniuncta Dei verbo, cui corpus vnitur per animam, vt suprà dictum est. Vnde tota Christi humanitas, secundũ scilicet animam & corpus, influit in homines, & quantũ ad animam, & quantũ ad corpus: sed principaliter quantũ ad animam secundariò quantum ad corpus. Vno modo inquantũ membra corporis exhibentur arma iustitiæ in anima existenti per Christum, vt Apo. dicit Ro. 6. Alio modo inquantum vita gloriæ ab anima deriuatur ad corpus, secundum illud Rom. 8. Qui suscitauit Christũ Iesum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum eius in vobis.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sensus spiritualis gratiæ nõ peruenit quidem ad corpus primò & principaliter: sed secundariò & instrumentaliter: vt dictum est.

¶Super

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ super Quæstionis octauæ Articulum tertium.

Cõment. TItulus clarus est.
¶In corpore articuli duo fiũt: primò declaratur modus quo corpus Christi mysticum habet membra: secundò respondetur quæsito. Ex differẽtia autem inter corpus naturale & mysticũ, quo ad modum habẽdi mẽbra simul vel successiuè, declaratur modus, quo corpus Christi mysticum habet membra: scilicet, nõ simul in actu, sed in potentia. Et potẽs quidem in proposito dupliciter inueniri: quæ scilicet quãdoque reducetur, & quæ nunquam reducetur ad actum. Actus verò tripliciter vel secũdum fidem, vel secundũ charitatem viæ, vel secũdum fruitionem patriæ.

Annot. ¶Vbi nota primò, quòd non distinguitur potentia in potentiam reducibilem, vel non reducibilem ad actũ: sed in potentiam, quæ de facto quandoque reducetur ad actum, & in potentiã, quæ de facto nũquam reducetur ad actũ, quamuis reducibilis fuerit ad actũ: alioquin non fuisset in potentia.

Infrà q. 23. ar. 7. ca. & q. 19. arti. 4. ca. & 1.

Et 3. di. 23. q. 2. arti. 1. q. 2. & 3.

¶Nota secundò, quòd licet fides (vt in responsione ad secundum habes) cõstituat membrũ Christi imperfectè & secundum quid: quia tamen infra latitudinem actus consistit, ideo hic primus gradus actus in esse gratiæ in membris Christi, assignatur fidei.

Cõment. ¶Conclusio responsiua est, Christus est caput omnium hominum, diuersimodè tamen loquendo, generaliter secundum totum mundi tempus, probatur deducẽdo per quinque gradus, secundum quos homines vniuntur Christo.

Annot. ¶Vbi nota Autorem in sex status omnes homines distinxisse, & omnes differentias eorum comprehendisse. In primo Beati, in secũdo viatores (charitate) uniti: in tertio viatores in fide tantùm: in quarto viatores sine fide, prædestinati tamẽ: in quinto viatores sine fide non prædestinati: in sexto damnati sunt. Et primus quidem gradus licet hodie omnino sit clarus: relatus tamen ad totum mundi tempus comprehendit sub se Beatos, etiã impedimenta, quamuis in termino, vt erãt sancti Patres in Lymbo ante mortẽ Christi. Comprehẽduntur siquidem in primo gradu omnes actu Christo coniuncti immutabiliter seu in termino: quales tunc erãt sancti Patres, quibus sola patefactio cæli deerat.

¶Secundus verò gradus trifariam distinguitur: nam continet tam existentes in Purgatorio, (qui adhuc extra viam totaliter non sunt) quàm existentes in charitate hic prædestinatos, quàm existentes in charitate secũdum præsentem iustitiam tantùmquos constat esse præscitos. Hi enim omnes, quia sunt in via & charitate, computantur inter membra Christi actualiter: sed primi duo simpliciter, tertij secundum præsentem tantùm iustitiam.

¶Tertius quoque gradus, qui etiam secundum actum licet imperfectum attenditur, duo continet genera hominum, scilicet fide tantùm præditos, & tamen prædestinatos, & similes non prædestinatos. Vtrique enim inter membra Christi actualiter ratione fidei computantur: mortificata tamen, sed primi vt membra permansura, secundi vt membra abscindenda.

¶Quartus gradus, qui secundum potentiam attenditur, affligaatus est in litera in ordine ad actum simpliciter: hoc est fruitionem patriæ, sicut & quintus: sed quartus secundum ordinem positiuum ad dictum actum: quintus secũdum negationem ordinis ad eundem actum. Et quoniam iustum est, vt potentiæ ad actus seculdum quid, reducãtur ad potentiam ad actũ simpliciter: ideo quartus gradus cõprehendit omnes viatores sine fide prædestinatos, & reductiuè illos etiam sine fide, qui quãdoque reducentur in actũ fidei tãtùm, vel etiam charitatis vię tãtùm: hi enim ratione status potẽtiæ, quæ quandoque reducetur ad actum simpliciter vt primi, vel secũdũ quid vt reliqui quatrum constituunt gradũ, iuxta distinctionẽ præmissam in litera ante conclusionem. Et propterea quinto gradui illi soli relinquuntur, qui sic in vita ista degunt in potẽtia ad actũ simpliciter, vel secundũ quid, quòd nũquam assequentur aliquẽ eorum qui scilicet non fuerunt præscíti sunt, sed nunquam ad charitatẽ viæ, nũquam ad fidem informẽ peruenient: vt sunt infideles.

¶Extra omnia autem Christi mẽbra computatur sextus status hominũ, hoc est status æternæ damnationis, qui etiam cõtinet duo genera hominũ, scilicet damnatorũ ad pœnã sensus & dãni (quales sunt omnes adulti damnati) & ad pœnã damni tantùm, quales sunt infantes & perpetuò amẽtes: quibus sacramẽto fidei decesserunt. Hi nãque vt sic, quia nec actu nec potẽtia inter membra Christi sunt, aliena omnino pondtur à capite Christo. Est tamẽ inter istos latitudo, dũ quidã eorum decidit à potentia tantùm, vt semper infideles, & qui nũquam vsum liberi arbitrij habuerunt, de quibus tantùm sit mẽtio in litera. Quidam autẽ decidunt ab actu, vel fidei tãtùm, vel etiã charitatis viæ vt Christiani damnati, qui mẽbra verè abscisa à corpore Christi sunt quoniam illius fuerunt secundum præsentem iustitiam vel fidei sacramenta, membra.

Annot. ¶In responsione ad primum eiusdem articuli, aduerte pro intellectu literæ & prædictorum, quòd dupliciter possumus loqui de potentia, vt patet 3. Meta. scilicet Logicè vel Physicè, hoc est, vel depotẽtia, prout termini non implicant contradictionem, vel de potentia actiua vel passiua existente in natura, ad agendum vel patiendum actum aliquem ordinata. In præsenti materia non est sermo de potẽtia Logicè, sed Physicè, vt patet ex hac litera. In qua Autor fundat potentiam ecclesiasticã, hoc est posse esse mẽbrũ Ecclesiæ, quæ est corpus Christi mysticũ, super reali virtute Christi, & reali facultate liberi arbitrij humani in statu viæ: secundũ enim has duas potestates dicitur aliquis Physicè in potentia vel nõ in potẽtia ad esse membrũ Christi. Et propterea damnati omnes licet sint in potentia Logicè, vt sint mẽbra Christi, quia tamẽ nõ sunt in potẽtia Physicè ad esse inter mẽbra Christi (quoniã nec virtus Christi est ordinata ad redemptionẽ damnatorũ: scripum est enim, quòd de inferno nulla est redẽptio: nec illorũ liberum arbitriũ vertibile est amplius ad Christũ: quia sunt in termino) ideo simpliciter & absolutè dicuntur in litera totaliter desinere esse membra Christi.

Annot. ¶In responsione ad secundum aduerte, quòd tres conditiones Ecclesiæ, hoc est gloriosam, & sine macula, & sine ruga esse, non conuenire Ecclesiæ militanti ratione primæ conditionis, manifestè patet. Sed & Autor ratione tertiæ, hoc est peccatorũ venialium probat. Quod intellige formaliter de Ecclesia militante.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm Christus sit caput omnium hominum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christus nõ sit caput omnium hominum. Caput enim non habet relationẽ nisi ad membra sui corporis. Infideles autem nullo modo sunt mẽbra Ecclesiæ, quę est corpus Christi: vt dicitur Ephe. 1. Ergo Christus non est caput omnium hominum.

¶Præterea, Apostolus dicit ad Ephe. 5. quòd Christus tradidit semetipsum pro Ecclesia, vt ipse exhiberet sibi gloriosam Ecclesiã, non habentẽ maculã aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Sed multi sunt etiã fideles in quibus inuenitur macula aut ruga peccati. Ergo nec etiam omnium fidelium Christus est caput.

¶Præterea, Sacramenta veteris legis cõparantur ad Christum, sicut vmbra ad corpus: vt dicitur Colos. 2. Sed patres veteris Testamenti sacramentis illis suo tempore seruiebant: secundum illud Hebræo. 8. Qui exemplari & vmbræ deseruiunt cælestium. Non ergo pertinebant ad corpus Christi. & ita Christus non est caput omnium hominum.

¶SED CONTRA est quod dicitur 1. Timoth. 4. Est Saluator omnium hominum, & maximè fidelium. Et 1. Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris tantùm, sed etiam pro totius mundi. Saluare autem homines, & propitiationem esse pro peccatis eorum, competit Christo, secũdum quòd est caput. Ergo Christus est caput omnium hominum.

CONCLVSIO.

¶ Quæquàm non eodem modo, omnium tamen hominum Christus caput est.

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd hæc est differentia inter corpus hominis naturale & corpus Ecclesiæ mysticũ, quòd mẽbra corporis naturalis sunt omnia simul, mẽbra autem corporis mystici non sunt omnia simul, neq; quãtũ ad esse naturæ, quia corpus Ecclesiæ constituitur ex hominibus, qui fuerunt à principio mundi vsq; ad finem ipsius. Neque etiam quantũ ad esse gratię: quia eorũ etiam, qui sunt in vno tẽpore, quidã gratia carent, postmodũ habituri, aliis eã iam habentibus. Sic igitur mẽbra corporis mystici accipiuntur, nõ solùm secundũ quòd sunt in actu, sed

primi vt mẽbra permansura, secundi vt mẽbra abscindenda. Et sic patet responsio ad primum.

¶Ad secundum dicendum, quòd corpus animalis bruti nullam habitudinem habet ad animam rationalem: sicut habet corpus humanum. Et ideo non est simile.

¶Ad tertium dicendum, quòd licet Christus traxerit materiam corporis ab aliis hominibus: vitã tamẽ immortalem corporis omnes homines trahunt ab ipso, secundum illud 1. ad Cor. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm Christus sit caput Angelorum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Christus, secundum quod homo, nõ sit caput Angelorum. Caput enim & membra sunt vnius naturæ. Sed Christus, secundum quòd est homo, non est consortis in natura cum Angelis, sed solùm cum hominibus: qa vt dicitur Heb. 2. Nunquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Ergo Christus, secundum quòd homo, non est caput Angelorum.

¶Præterea, Illorum Christus est caput, qui pertinent ad Ecclesiam, quæ est corpus eius, vt dicitur Ephe. 1. Sed Angeli non pertinent ad Ecclesiam: nam Ecclesia est congregatio fidelium: fides autem non est in Angelis: non enim ambulant per fidem, sed per speciem: alioquin peregrinarentur à Domino: secundum quòd Apost. argumẽtatur 2. ad Corinr. 5. Ergo Christus, secundum quòd homo, non est caput Angelorum.

¶Præterea, Augustinus dicit super Ioan. quòd sicut Verbum, quod erat in principio apud Patrem, viuificat animas: ita Verbum caro factum viuificat corpora, quibus Angeli carent. Sed Verbum caro factum est Christus, secũdum quod homo. Ergo Christus secundũ q homo, non influit vitam Angelis. Et ita secũdum quòd homo, nõ est caput Angelorum.

¶SED CONTRA est quod Apost. dicit Colo. 2. Qui est caput omnis principatus & potestatis. Et eadem ratio est de Angelis aliorum ordinum. Est ergo Christus caput Angelorum.

CONCLVSIO.

¶ Cùm homines & Angeli ad gloriæ diuinæ fruitionem ordinentur, sicut hominum Christus caput est, ita & Angelorum esse necesse est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd, sicut dictum est, vbi est vnum corpus, necesse est ponere vnum caput. Vnum autem corpus similitudinariè dicitur vna multitudo ordinata in vnum secundum distinctos actus siue officia. Manifestum est autem, quòd ad vnum finem, qui est gloria diuinæ fruitionis, ordinantur & homines & Angeli. Vnde corpus Ecclesiæ mysticum, non solùm consistit ex hominibus, sed etiam ex Angelis. Totius autem huius multitudinis Christus, est caput: quia propinquius se habet ad Deum, & perfectius participat dona ipsius, non solùm quàm homines, sed etiam quàm Angeli: & de eius influentia non solùm homines recipiunt, sed etiam Angeli. Dicitur enim Ephes. 1. quòd constituit eum, scilicet Christum Deus patrer ad dexteram suam in cælestibus supra omnem potestatem & principatum & virtutem & dominationem, & omne nomen, quod nominatur non solùm in hoc seculo, sed etiam in futuro, & omnia subiecit sub pedibus eius. Et ideo Christus non solùm est caput hominũ, sed etiam Angelorum: vnde & Matth. 4. legitur, quòd accesserunt Angeli, & ministrabant ei.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd influentia Christi super homines, principaliter quidem est quantum ad animas, secundum quas homines conueniunt cum Angelis in natura generis, licet non in natura speciei. Et ratione huius conformitatis Christus potest dici caput Angelorum, licet deficiat conformitas quantum ad corpora.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd Ecclesia secundum statum viæ est congregatio fidelium: sed secundũ statum patriæ est congregatio comprehendentium. Christus autem non solùm fuit viator, sed comprehensor. Et ideo non solùm fidelium, sed etiam comprehendentium est caput: vtpote plenissimè habens gratiam & gloriam.

¶Ad tertium dicendum, quòd Augu. ibi loquitur secundum quandam assimilationem causæ ad effectum: prout scilicet res corporalis agit in corpus, & res spiritualis in res spirituales. Tamẽ humanitas Christi ex virtute spiritualis naturæ, scilicet diuinæ, põt aliquid causare non solùm in spiritibus hominum, sed etiam in spiritibus Angelorũ, propter maximam cõiunctionem eius ad Deũ, scilicet secundum vnionem personalem.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm gratia Christi, secundũ quam est caput Ecclesiæ, sit eadem cum gratia habituali eius secundum quòd est quidam homo singularis.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd non sit eadem gratia, qua Christus est caput Ecclesiæ, cum gratia singulari illius hominis. Dicit enim Apost. Rom. 5. Si vnius delicto multi mortui sunt, multò magis gratia Dei, & donum, in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit. Sed aliud est peccatũ actuale ipsius Adæ, & aliud peccatum originale, quod traduxit in posteros. Ergo alia est gratia personalis, quæ est propria ipsius Christi, & alia est gratia eius, inquantum est caput Ecclesiæ, quæ ab ipso ad alios deriuatur.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd gratia habitualis Christi super homines, principaliter quidem est quantum ad animas, secundum quas homines conueniunt cum Angelis in natura generis, licet non in natura speciei. Et ratione huius conformitatis Christus potest dici caput Angelorum, licet deficiat conformitas quantum ad corpora.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd Ecclesia secundum statum viæ est congregatio fidelium: sed secundũ statum patriæ est congregatio comprehendentium. Christus autem non solùm fuit viator, sed comprehensor. Et ideo non solùm fidelium, sed etiam comprehendentium est caput: vtpote plenissimè habens gratiam & gloriam.

¶Ad tertium dicendum, quòd Augu. ibi loquitur secundum quandam assimilationem causæ ad effectum: prout scilicet res corporalis agit in corpus, & res spiritualis in res spirituales. Tamẽ humanitas Christi ex virtute spiritualis naturæ, scilicet diuinæ, põt aliquid causare non solùm in spiritibus hominum, sed etiam in spiritibus Angelorũ, propter maximam cõiunctionem eius ad Deũ, scilicet secundum vnionem personalem.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm gratia Christi, secundũ quam est caput Ecclesiæ, sit eadem cum gratia habituali eius secundum quòd est quidam homo singularis.

ADQVINTVM sic procedi-
tur. Videtur quòd non sit eadem gratia, qua Christus est caput Ecclesiæ, cum gratia singulari illius hominis. Dicit enim Apost. Rom. 5. Si vnius delicto multi mortui sunt, multò magis gratia Dei, & donum, in gratia vnius hominis Iesu Christi in plures abundauit. Sed aliud est peccatũ actuale ipsius Adæ, & aliud peccatum originale, quod traduxit in posteros. Ergo alia est gratia personalis, quæ est propria ipsius Christi, & alia est gratia eius, inquantum est caput Ecclesiæ, quæ ab ipso ad alios, est eadem. Antecedens quo ad primam partem vnumquodq; agit secundum quòd est ens actio) & exemplo in calore ignis. Quo ad secundam verò partem: quia agens oportet esse præstantius patiente, vt Augustinus & Aristote. testantur. Consequentia verò prima probatur: quia in anima Christi recepta est gratia secundum maximam eminentiam. Secunda autem est per se euidens.

¶Sed occurrit hic dubium quantum valeat processus iste ex hoc quòd actus habetur secundum quandam eminentiam, inferens quòd sit actiuus aliorum eiusdem rationis: supponimus enim, habitualem gratiam in anima Christi & in aliis, esse vnius speciei specialissimæ secundum essentiam. Et est ratio dubij, quia licet ex hoc, quòd actus aliquis eminet, & præstat, habeat quòd sit actiuus sibi similis: non tamen ex hoc sibi vendicat, quòd sit actiuus sibi similium, hoc est quòd sit actiuum omnium sibi similium. vt patet inductiuè: alioquin quodlibet actiuum esset actiuum omnium sibi similium. Peccat ergo processus iste: quia aliud est probare, quòd actus sit actiuus sibi similis (quod probatur in litera) & aliud, quòd sit actiuus omnis sibi similis, quod erat probandũ: quia hoc importatur nomine Gratiæ capitalis.

¶Ad hoc dicitur, quòd quia sermo literæ formalis est, non spectat ad locum

Universidad de Deusto
Biblioteca

hunc probare, fed fupponere ex anie dictis gratiam effe Chriſti, quæ influit aliis: eſſe capitalem, hoc eſt, influxiuam in omnes: & propterea falſum obijcien do aſſumitur, quòd erat hic proloquium: gratiam Chriſti eſſe actiuam omnis ſi bi ſimilis ſeu capitalem. Sed litera ſynonyma vtitur gratia Chriſti, qua agit in alios, & gratia Chriſti, vt eſt caput, hoc eſt, qua agit in omnes: quia ſupponit, quòd agere in alios co incidit cum agere in omnes reſpectu gratiæ Chriſti, quam ſuperius manifeſtauit eſſe gratiã capitis, cuius eſt in o mnia membra influere. Quia igitur vt ſynonyma hæc hîc habentur, ideo Autor ſolicitus tantum fuit, vt probaret identitatẽ actus, quo Chriſti anima eſt in ſe ſanctã, & quo alios ſan ctificat. Et hanc identitatem probat ſufficien tet ex hoc, quòd poſſe agere non addit ſuper actum dantem eſſe niſi eminẽtiam quandam, quam conſtat non mu tare eſſentiã actus. Vn de reſtat proceſſus ſoli dus & efficax.

¶ Cumiis quoq; ſcito, quòd in littera nõ dici tur quòd habeatur ali⁹ intenſiſſimõ ſed dicitur quòd habeatur ſecundũ eminẽciam quandam & de Chriſto ſubditur, quod habuit gratiam ſecundum eminentiam maximam: plus enim comprehẽditur ſub E minẽtiq; nomine, quàm Intenſionis quantitecun que. Et re vera quando actus habetur ſecundũ eminẽtiam intenſionis & modi habẽdi, eſt cau ſa vniuerſalis homoge nea tamẽ reliquorum: vt patet in calore, qui quoniã in ſummo in uenitur in igne, & ha betur eminenti modo (qua calor in ſummo, eſt naturalis pro prie tas ignis ſoliusideo eſt cauſa vniuoca cætero rum calidorum. Et pro portionaliter, quia in anima Chriſti gratia eſt in ſummo, & habe tur eminentiſſimo mo do (quia vt naturalis proprietas conſequens vnionem perſonalem iuxta illud, Vidimꝰ glo riam eius, quaſi Vnigeniti à Patre, plenũ gratiæ, &c.) ideo gratia Chriſti ex eminentia ta li eſt actiua in alios, & eſt actiua in omnes, vt caput, ac per hoc vi cõforme ſeu homogeneum. Vltima pars con cluſionis, hoc eſt, differt tamen ratione, non ali ter probatur in litera, quia clara eſt: conſtat enim ſecundum ratio nem differre, quòd gra tia eſt actus faciens for maliter eſſe gratum, & quòd eſt principium a gendi in alios: alio quin eſſe gratum & cauſare gratiam in alios eſſens idem.

Annot. ¶ In reſponſione ad pri mũ ſciẽdũ nouitie, quòd in Adam diſtinguitur peccatum perſonæ & naturæ: quia peccatum perſonæ, vocatur pec catum illud, quod in actu primi peccati Adæ conſiſtit. Peccatum verò naturæ, vocatur fomes peccati cũ priuationecorriginalis iuſti tiæ, an ſoli Chriſto cõ ueniat.

¶Præterea, Habitus diſtinguuntur ſecũdum actus. Sed adalium actũ ordinatur in Chriſto gratia eius perſonalis, ſcilicet ad ſanctificationem illius animæ: & ad alium actum ordinatur gratia capitis, ſcilicet ad ſanctificandum alios. Ergo alia eſt gratia perſonalis ipſius Chriſti: & alia eſt gratia eius, inquantum eſt caput Eccleſiæ.

¶Præterea, Sicut ſuprà dictũ eſt in Chriſto diſtinguitur triplex gr̃a, ſcilicet gratia vnionis, gratia capitis, & gr̃a ſingularis illius hominis: ſed gratia ſingularis Chriſti eſt alia à gratia vniõis: ergo etiã eſt alia à gratia capitis.

¶SED CONTRA eſt quod dicitur Ioan. primo, De plenitudine eius nos omnes accepimus. Secundum hoc autem eſt capur noſtrum quod ab eo accipimus. Ergo ſecundum hoc, quòd habuit plenitudinem gratiæ, eſt caput noſtrum. Plenitudnem autem gratiæ habuit, ſecundũ quòd perfectè fuit in illo gratia perſonalis, vt ſupra dictum eſt. Ergo ſecundum gratiam perſonalem eſt caput noſtrum, & ita non eſt alia gratia capitis, & alia gratia perſonalis.

CONCLVSIO.

¶ Eadem prorſus eſt gratia Chriſti perſonalis, qua anima eius iuſtificata eſt, cum illa, ſecundum quam totius Eccleſiæ caput eſt, & alios iuſtificat quantumcũ ſecundum rationem diuerſa.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quia vnumquodq; agit, inquantum eſt ens actu, oportet quòd idem ſit actus, quo aliquid eſt actu, & quo agit, ſicut idem eſt calor, quo ignis eſt calidus, & quo calefacit. Nõ tamẽ omnis actus, quo aliquid eſt actu, ſufficit ad hoc, quòd ſit principium agendi in alia: cùm enim agẽs ſit præſtantius patien te (vt Augu. dicit 12. ſuper Geñ. ad literam: & Philoſophus in 3. de anima) oportet quod agens in alia habeat actum ſecundum eminẽtiam quandã. Dictum eſt autem ſuprà, quòd in anima Chriſti recepta eſt gratia ſecundũ maximam eminentiã: & ideo ex eminentiã gratiæ, quam accepit, competit ſibi quòd gratia illa ad alios deriuetur: quod pertinet ad rationem capitis. Et ideo eadem eſt ſecundum eſſentiam gratia perſonalis, qua anima Chriſti eſt iuſtificata, & gratia eius, ſecundũ quam eſt caput Eccleſiæ, iuſtificans alios: differt tamen ſecundum rationem.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd peccatum originale in Adam, quod eſt peccatum naturæ, deriuatum eſt à peccato actuali ipſius, quod eſt peccatum perſonale: quia in eo perſona corrupit naturã: qua corruptione mediante, peccatum primi hominis deriuatur ad poſteros, ſecundum quòd natura corrupta corrumpit perſonam. Sed gratia non deriuatur à Chriſto in nos mediante natura humana, ſed per ſolam perſonalem actionem ipſius Chriſti. Vnde non oporter in Chriſto diſtinguere duplicem gratiam: quarum vna reſpondeat naturæ, alia perſonæ, ſicut in Adam diſtinguitur peccatum naturæ & perſonæ.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd diuerſi actus, quorum vnus eſt ratio, & cauſa alterius, non diuerſificant habitum: actus autem perſonalis gratiæ, qui eſt ſanctum facere formaliter habentem, eſt ratio iuſtificationis alio rum, quæ pertinet ad gratiam capitis. Et inde eſt quòd per huiuſmodi differentiam non diuerſificatur eſſentia habitus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd gratia perſonalis & gratia capitis ordinantur ad aliquem actum: gratia autem vnionis non ordinatur ad actum, ſed ad eſſe perſonale. Et ideo gratia perſonalis & gratia capitis conueniunt in eſſentia habitus, non autem gratia vnionis. Quanuis perſonalis gratia poſſit quodammodo dici gratia vnionis: prout facit cõgruitatem quandam ad vnionem. Et ſecundum hoc vna per eſſentiam eſt gratia vnionis & gratia capitis & gratia ſingularis perſonæ, ſed differentes ſola ratione

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum iſte ſit caput Eccleſiæ ſit proprium chriſto.

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd eſſe caput Eccleſiæ non ſit proprium Chriſto. Dicitur enim 1. Reg. 15. Cùm eſſes paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Iſraelfactus es. Sed vna eſt Eccleſia in nouo & veteri Teſtamento. Ergo videtur quòd eadem ratione aliquis alius homo præter Chriſtum poterit eſſe caput Eccleſiæ.

¶ Præterea, Ex hoc Chriſtus dicitur eſſe caput Eccleſiæ, quòd gratiam influit Eccleſiæ membris. Sed etiam ad alios pertinet gratiã aliis præbere: ſecundum illud Eph. 4. Omnis ſermo malus ab ore veſtro nõ procedat: ſed ſi quis bonus eſt ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Ergo videtur quòd etiam alij quam Chriſto competat eſſe Eccleſiæ caput.

¶ Præterea, Chriſtus ex eo quòd præeſt Eccleſiæ, nõ ſolùm dicitur caput, ſed etiam Paſtor & fundamentum Eccleſiæ. Sed non ſibi ſolùm Chriſtus retinuit nomen Paſtoris, ſecundum illud 1. Petri 5. Cùm apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam. Nec etiam nomen Fundamenti: ſecundum illud Apoc. 21. Murus ciuitatis habẽs fundamenta duodecim. ergo videtur quòd nec etiam nomen Capitis ſibi ſoli retinuerit.

¶SED CONTRA eſt quod dicitur, Coloſ. 2. Caput Eccleſiæ eſt, ex quo corpus per nexus & coniunctiones ſubminiſtratum & conſtructum, creſcit in augmentum Dei. Sed hoc ſoli Chriſto conuenit. Ergo ſolus Chriſtus eſt caput Eccleſiæ.

CONCLVSIO.

¶ Eſſe caput Eccleſiæ ſecundum interiorem influxum, proprium eſt chriſto: ſecundum gubernationem verò exteriorem, commune fuit Chriſto & aliis eſſe caput Eccleſiæ.

¶RESPONDEO dicendum, quòd caput in alia membra influit dupliciter. Vno modo quodam intrinſeco influxu: prout ſcilicet, virtus motiua & ſenſitiua, à capite deriuatur ad cætera membra. Alio modo ſecundum quandam exteriorem gubernationem: prout ſcilicet ſecundum viſum & alios ſenſus, qui in capite radicantur, dirigitur homo in exterioribus actibus. Interior autem influxus gratiæ, non eſt ab aliquo, niſi à ſolo Chriſto: cuius humanitas ex hoc, quòd eſt diuinitati coniuncta, habet virtutem iuſtificandi. Sed influxus in membra Eccleſiæ, quantum ad exteriorem gubernationem, poteſt aliis conuenire. Et ſecũdum hoc aliqui alij poſſunt dici capita Eccleſiæ: ſecundum illud Amos 6. Optimates capita populorum. Differenter tamen à Chriſto: primò quidem quantum ad hoc, quòd Chriſtus eſt caput omnium eorum, qui ad Eccleſiam pertinent, ſecundum omnem locum & tempus & ſtatum: alij autem homines dicuntur capita, ſecundum quædam ſpecialia loca, ſicut Epiſcopi ſuarum Eccleſiarum: vel etiam ſecundum determinatum tempus, ſicut Papa eſt caput totius Eccleſiæ, ſcilicet tempore ſui pontificatus: & ſecundum determinatum ſtatum, prout ſcilicet ſunt in ſtatu viatoris. Alio modo, quia Chriſtus eſt caput Eccleſiæ propria virtute & autoritate. Alij verò dicuntur capita, in quantum vicem gerunt Chriſti: ſecundum illud 2. ad Corinth. 2. Nam & ego quod donaui, ſi quid donaui propter vos in perſona Chriſti. & ſecundum illud ſecundæ ad Corint. 5. Pro Chriſto legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd verbum illud intelligitur, ſecundum quòd ratio capitis conſideratur exteriori guberna tione: prout dicitur Rex caput regni ſui.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd homo non dat gratiam interius influendo, ſed exterius perſuadendo ad eo, quæ ſunt gratiæ.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd ſicut Aug. dicit ſuper Ioã. Si præpoſiti Eccleſiæ Paſtores ſunt, quomodo vnus paſtor eſt, niſi quia ſunt illi omnes vnius membra paſtoris? Et ſimiliter alij poſſunt dici fundamenta & capita, inquãtum ſunt vnius capitis & fundamenti membra. Sit tamen ſicut Auguſt. ibidem dicit, paſtorem eſſe dedit membris ſuis: oſtium verò nemo noſtrum ſe dicit: hoc ſibi ipſe propriũ tenuit. Et hoc ideo, quia in oſtio importatur principalis autoritas, inquantum oſtium eſt, per quod omnes ingrediuntur in domum: & ipſe ſolus Chriſtus eſt per quem acceſſum habemus in gratiam iſtam, in qua ſtamus. Per alia verò nomina prædicta poteſt importari autoritas, non ſolùm principalis, ſed etiã ſecundaria.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum diabolus ſit caput omnium malorum.

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Videtur quòd diabolus non ſit caput malorum. Ad rationẽ enim capitis pertinet, quòd influat ſenſum & motum in membra: vt dicit quædam glo. ſuper illud ad Ephe. 1. Ipſum dedit caput, &c. Sed diabolus non habet virtutem influendi malitiam peccati: quod ex voluntate peccantis procedit. Ergo diabolus non poteſt dici caput malorum.

¶ Præterea, Per quodlibet peccatum fit homo malus. Sed non omnia peccata ſunt à diabolo. Quod quidem manifeſtum eſt de peccatis dæmonum, qui non ex perſuaſione alterius peccauerunt. Similiter etiam nec omne peccatum hominis ex diabolo procedit: dicitur enim in li. de Eccleſiaſticis dogmatibus, Non omnes cogitationes noſtræ malæ, ſemper diaboli inſtinctu excitantur: ſed aliquoties ex motu arbitrij noſtri emergunt. ergo diabolus non eſt caput omnium malorum.

¶ Præterea, Vnum caput vni corpori præfi-

Comment. ¶ In corpore articuli vnica eſt diſtinctio hi membris cum duabus concluſionibus reſpon ſuis iuxta ſingula mẽ bra. Diſtinctio eſt de eſſe caput, vel ſecundum influxum interiorẽ, vel ſecundum exteriorẽ gu bernationem. Prima concluſio eſt, Eſſe ca put Eccleſiæ ſecundum interiorem influxũ eſt proprium Chriſto. Pro batur: quia ſola huma nitas Chriſti habet vir tutem iuſtificandi: quia ſola coniuncta eſt per ſonaliter diuinitati. Se cunda concluſio eſt, Eſ ſe caput Eccleſiæ ſecun dum exteriorem guber nationem eſt commu ne Chriſto & aliis, diffe renter tamen. Prima pars cõcluſionis vpo te clara, manifeſtatur autoritate Amot. Se cũda autem pars ex dupli ci differentia: prima ſe cundum extenſionem vel reſtrictionem: quia gubernatio Chriſti ex tenditur ad omne tem pus, omnem locum, o mnẽmq; ſtatum, ſcili cet viæ & terminialiter: verò reſtringitur vel ad certum locum, vel certum tempus, vel certum ſtatum. Secũda ſecũdum virtutem pro priam vel vicariam: quia Chriſtus proprio autoritate eſt caput: alij vt vices gerẽtes Chriſti, vt patet autoritatibus.

Annot. ¶ In reſponſione ad ter tium eiuſdem articuli dicẽdũ eſt quòd oſtium & oſtiarius quia licet eſſe oſtium Eccle ſiæ ac regni cœlorum ſi bi ſoli Dominus reſer uauerit: eſſe tamen o ſtiarium aliis commu nicauit, claues regni cœleſtis tribuendo, & Petrum ianitorem cæli inſtituendo.

¶ Super Quæſtionis octauæ Articulum ſextum.

Annot.

INtitulo articuli ſciẽdũ, nota quòd iudaibium dupliciter poteſt verti, an eſſe caput Eccleſiæ ſit proprium Chriſto, primò, in ordine ad Deum & perſo nas Patris & Spiritꝰ ſanc ti: ſecundò, in ordine ad creaturas angelicas & humanas. In hac tamẽ littera nõ diſputatur & cõſequenter nõ quæritur niſi ſecundo modo: ita quòd ly proprii, excludit cõmune Chriſto & aliis creaturis. De Deo enim patre dictũ eſt, Caput Chriſti (ac per hoc Eccleſiæ totius, hoc eſt totius integri corporis Eccleſiaſtici ex capite & membris conſtantis) Deus: de Spiritu ſancto autem, quòd eſt cor Eccleſiæ, et propterea eſſe caput homogeneum, id eſt, eiuſdem naturæ, ſpecificæ, vel genericæ, proprium Chriſto eſſe, & non commune toti Tri nitati, relictũ eſt. Nunc ſupereſt videre, an ſit commune Chriſto ſecundum naturam humanam & alteri creaturæ rem iuſtificandi.

Comment. ¶ In corpore articuli vnica eſt diſtinctio hi membris cum duabus concluſionibus reſpon ſuis iuxta ſingula mẽ bra. Diſtinctio eſt de eſſe caput, vel ſecundum influxum interiorẽ, vel ſecundum exteriorẽ gu bernationem. Prima concluſio eſt, Eſſe ca put Eccleſiæ ſecundum interiorem influxũ eſt proprium Chriſto. Pro batur: quia ſola huma nitas Chriſti habet vir tutem iuſtificandi: quia ſola coniuncta eſt per ſonaliter diuinitati. Se cunda concluſio eſt, Eſ ſe caput Eccleſiæ ſecun dum exteriorem guber nationem eſt commu ne Chriſto & aliis, diffe renter tamen. Prima pars cõcluſionis vpo te clara, manifeſtatur autoritate Amot. Se cũda autem pars ex dupli ci differentia: prima ſe cundum extenſionem vel reſtrictionem: quia gubernatio Chriſti ex tenditur ad omne tem pus, omnem locum, o mnẽmq; ſtatum, ſcili cet viæ & terminialiter: verò reſtringitur vel ad certum locum, vel certum tempus, vel certum ſtatum. Secũda ſecũdum virtutem pro priam vel vicariam: quia Chriſtus proprio autoritate eſt caput: alij vt vices gerẽtes Chriſti, vt patet autoritatibus.

Annot. ¶ In reſponſione ad ter tium eiuſdem articuli dicẽdũ eſt quòd oſtium & oſtiarius quia licet eſſe oſtium Eccle ſiæ ac regni cœlorum ſi bi ſoli Dominus reſer uauerit: eſſe tamen o ſtiarium aliis commu nicauit, claues regni cœleſtis tribuendo, & Petrum ianitorem cæli inſtituendo.

¶ Super Quæſtionis octauæ Articulum ſe ptimum.

Comment. Inſta ar tic. 6 c.

TItulus clarꝰ eſt.

¶ In corpore arti culi repetitur pri mò ſuprà poſita diſtinctio de capite, ſecundò interiorem influxũ & ſecundum gubernatio nem exteriorem. Expo nitur deinde concluſio reſpõſiua quæſito iuxta alterum membrum di ſtinctionis: Diabolus eſt caput omnium ma lorum ſecundum exterio rem gubernationẽ. Probaturdupliciter: pri mò autoritate Iob. Ipſe eſt Rex, &c. Secundò, ra tione, Finis diaboli eſt auerſio à Deo: ergo in quantum quicunq; ab ducuntur peccando in hunc finem, ſub dia boli gubernatione ca dunt: ergo diabolus eſt omnium malorum ca put ſecundum guberna tionem. Antecedens probaturprimò, ex hoc quòd remouit ab initio à diuinis abducere. Ma

ni eſtatur deinde quomodo auerſio poteſt habere rationem finis, ſcilicet ſub ſpecie libertatis. Probatur autoritate Hieron. Conſequentia verò prima probatur: quia ad gubernatorem pertinet adducere ſuos gubernat, in ſuum finem. Altera autem ie;uela eſt per ſe nota.

Annot. ¶ Cõiunge huic doctri næ reſponſionem ad ſe cundum: & perſpice, q̃ ad gubernatorem ſpe ctat, ad ſuum finem a lios adducere, non vno tantùm modo, ſed di uerſis, ſcilicet vel impel lẽdo, vel ſolùm ex poſito ſigno ſui regni. Et ſic videbit primam conſequentiam tenere, dum ex fine diaboli, omnes ad illum finem tendentes ſub diaboli regimine concludi in ferri, tanquam diabolus ipſe omniũ talium dux fuerit, hoc vel illo modo ad ſuum vtilitã.

¶ Super Quæſtionis octauæ Articulum octauum. *Cõment.*

TItulus clarꝰ eſt.

¶ In corpore arti culi eſt vnica cõ cluſio reſpon ſiua quæſi ſito: An Antichriſtus eſt o mnium malorum ho minum caput ſecũdum perfectionem tantùm. Hæc concluſio habet tres partes, quarum affirmatiua, q̃ eſt omnium caput ſecundum perfectionem: & duas negatiuæ, & quòd non eſt ea put ſecundum ordiné, nec ſecundum virtutem, tam interiorem quàm exteriorem iuxta tres modos, quibus poteſt dici caput, ſecundum ſimilitudinem ad tres conditiones capitis. ſci licet ordinem, virtutẽ, & perfectionẽ. Et propterea in litera ꝓbatur proceſſu diuiſiuo, ſic. q̃ primò repetitur trimẽ bris ac ſufficiẽs diuiſio conditionum, ſecundũ quarum ſimilitudinem caput dicitur in Sacris literis myſticè. Deinde excludit ſigillatim duo membra, ſcilicet ſecun dum ordinem & ſecun dum virtutem, tam in trus quàm extrà: & ſic cõcludit tertium mem brum, ſcilicet ſecundũ perfectionem.

Annot. Prima ſecũdæ q 84. ar ticul. 3. & 4. Et 3. di. 13. q. 2. arti. 1. c. Et veri. q. 29. ar tic. 4. c. Et 1. Co rint. 11. col. 3. & 4.

¶ Vbi, quia proceſſus clarè patet in litera, no ta quòd Autor licet quæratan An ichriſtus ſit caput omnium ma lorum hominum: quia tamen hoc ex autorita te cõſtat hic eſſe, reſpon det ad id quod eſt ob ſcurum in hoc quæſito, ſcilicet qua ratione ſit caput omnium homi num malorum: & dicit, quòd ratione perfectio nis. Nec hoc exorbitat ab arte: quoniam, vt 3. c. 223. patet 2. Poſt. omnis quæ ſtio eſt quæſtio medii: conſtat autẽ quod quid eſt, eſſe medium ad o mnem quæſtionem ſol vendam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

uendam. Ratio autem, quia Antichristus est caput omnium malorum, est quòd quid est esse capitis in Antichristo respectu omnium malorum. Confirmat autem litera conclusionem illatam ex autoritate Glossæ, quam etiam declarat, volens fallum sensum, qui posset ex illa accipi, & clarè patent omnia. Et demũ declarat quo pacto mali priores Antichristo secundũ tempus se habent ad ipsum, scilicet vt figura quædam: vt ex glossa super illud, Nam mysterium iam operatur iniquitatis, dicitur.

¶ Vtrùm possis videre posse esse inter Antichristũ & alios malos ipsum præcedentes non solùm simpliciter habitudinẽ perfecti ad imperfectos (quia ille perfectionem omnis malitiæ, isti minus malis) sed esse talem modũ habitudinis imperfectionis: quo scilicet figura est imperfectior figuratorsita quòd Antichristus est caput præcedẽtium malorum ratione perfectionis? & quia in ipso est plenitudo malitiæ, in aliis pars aliqua malitiæ, & quia ipse est vt veritas malitiæ, illi, vt figura tantæ futuræ malitiæ. Et propterea dicitur operari iam mysterium iniquitatis: quia iniqui operantur malum, non solùm secũdum se, sed vt figura malitiæ sui capitis. Figura enim mysterium est respectu figuratæ & figuratum operari dicitur non secundum se, sed secũdum se figurantes, quando ad ipsam figurandum operãtur: cõtingit quando mali iniquè agunt.

¶ Memento hîc doctrinæ acceptæ in 5. Metaphy. quòd perfectum & imperfectum transferimus etiam ad mala, dũ dicimus perfectum latronem, & perfectũ tyrannum, & huiusmodi. Sic nanq; hîc dicimus Antichristum esse caput ratione perfectionis, quia scilicet perfectè malus.

¶ Num Antichristus sit caput omnium malorum tam dæmonum, quàm hominum.

Quæstio.

¶ Occurrit hîc dubiũ, an Antichristus dicitur caput omnium malorum, tam dæmonum, quàm hominũ, an hominum tantùm. Et est ratio dubij: quia in litera nunquam restringuntur membra Antichristi ad malos homines, sed absolutè dicitur caput malorum, & quod plus est, dum in litera distinguuntur articuli huius quæstionis, post locatũ articulum septimum, an diabolus sit caput omnium malorum, locando hunc octauũ, dicitur, an Antichristus etiam possit dici caput omnium malorum. Vbi apponendo ly etiã, ostendit quòd ad eosdem omnes malos refert Antichristum, ad quos retulerat diabolum. constat autem diabolum esse caput omnium malorum, tam dæmonum, quàm hominumergo Antichristus etiam erit caput eorundem. Et confirmatur ratione ex autoritate glo. 2. ad Thessa. 2. Sicut in Christo plenitudo diuinitatis, ita in Antichristo plenitudo malitiæ. Si enim in Antichristo habitabi plenitudo malitiæ Luciferi, sequitur quòd perfectior in malitia, quàm quicunq; alij mali tam dæmones, quàm homines: & consequenter est caput ratione perfectionis, tam dæmonum quàm hominum malorum. In oppositum est, & quia absurdum est ponere Antichristum caput dæmonum: & quia Antichristus, quum sit viator purus, non potest poni caput malorum in termino, qualescunq; sunt dæmones: quum quilibet damnatus vipote omnino pertinax & inflexibilis ad bonum sit peior quocunq; viatore: sicut e contra, quilibet Beatus melior est quocunq; puro viatore: iuxta illud Matth. 11. Qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo, scilicet Ioan. Bapt.

¶ Ad hoc dicitur, quòd proculdubio Antichristus non est caput dæmonum malorum, sed hominum tantùm quia nec ordine, nec virtute, nec perfectione illos excedet in malitia, quum sit futurus purus viatorac per hoc non habiturus ita malam voluntatem, sicut habent dæmones, qui in quolibet opere suo sunt mali adeo quòd etiã naturalibus actibus apponũt circunstantias malas. Antichristus autẽ nihil prohibet operatorum aliquid de genere iho bonũ fine mala operis circunstantia, puta, quia honorabit parentes, & huiusmodi. Vnde & Angelũ custodem habebit, persuasurum quandoq; vt ab aliquo desistat malo. De dicto autem aliud est dicendum absolutè, & aliud infra expositionem præsentis literæ: nam absolutè verũ est, quòd Lucifer est caput omnium malorum, tam dæmonũ, quàm hominũ: quod facilè deduci potest vendo ratione septimi articuli. Secundũ præsentem autem literã diabolus dicitur caput omniũ malorum hominũ, quòd tam in 7. quàm in 8. artic. non est sermo nisi de malis hominibus. Et ly diabolus, nõ sumitur pro aliquo vno diabolo solo, sed pro toto ordine diabolico, vel melius pro Lucifero, vt continet toũ ordinem diabolicum: ita quòd sensus est, q; diabolus, hoc est Lucifer cum suis, vel ordo diabolicus, est caput omnium malorũ hominum. Et huic sensui attestantur tẽtationes hominum quæ non ab alio quo vno diabolo fiunt.

Vnde patet responsio ad duas primas obiectiones.

¶ Ad tertiũ autẽ dicitur quòd in Antichristo ponerubi gloriosi vdo malitiæ nõ simpliciter, nec Lucifer, sed inter hominem: ex ratione, q̃s in eo est diabolus, hoc est diabolicus ordo, secundũ plenum effectum malitiæ.

¶ In responsionibus ad primum & secũdum simul, dubium occurrit: quia in responsione ad primum dicitur, diabolum & Antichristũ non esse duo capita, sed vnũ caput: in responsione autem ad secundum, dicitur. Antichristum esse membrũ diaboli. Hoc enim sibiinuicẽ aduersantur: quia si Antichristus est membrum diaboli, oportet diabolũ esse caput Antichristi: hoc per hoc Antichristũ est caput subordinatũ diabolo: & sic Antichristus & diabolus sunt duo capita, quorũ vnum subordinatur alteri, scilicet Antichristus diabolo: & hoc dicit responsio ad secundũ. Si autẽ cõsideretur diabolus, vt est in Antichristo, sic ambo sunt vnum caput: & sic verificatur responsio ad primum. Vel, & melius respondetur, q̃ diabolus & Antichristus dupliciter cõsiderari possunt: primò in ordine ad multitudinẽ malorum hominum (de quibus est sermo) & sic ambo sunt caput vnum corporis vnius. Et hoc directè intendit responsio ad primum, dum duo capita vnius & eiusdem omnino corporis mystici excludit. Secundò cõsiderãtur inter se: & sic Antichristus respectu diaboli est membrum, diabolus autẽ caput eius, sicut Deus caput Christi. Cum quo stat, quòd respectu multitudinis malorum hominum Antichristus est caput: & sic Antichristus est caput subordinatũ alteri capiti q̃ diabolus est. Et hoc dicit responsio ad secũdũ.

¶ Super Quæstionis nonæ Articulum primum.

Titulus elatus est.

¶ In corpore tria fiunt. Primò repetitur integritas naturæ assumptæ pro eius fine (scilicet oportet in Christo esse scientiam creatam) tribus rationibus super dicto fundamento fabricatis, probando illam. Tertiò confirmatur conclusio autoritate sacri Concilij, reddendo illius rationem. Omnia clara sunt in litera.

¶ In responsione ad primum eiusdem articuli, dubia duo occurrunt circa illud, Vnde hic actus non potuit esse animæ humanæ Christi, quum sit alterius naturæ. Primum quidem circa id, quod dicitur de impossibilitate actus intelligentis diuini, quòd sit actus intelligendi animæ Christi. nam multi reputant hoc esse possibile.

Secundum circa dicti rationem, scilicet quum sit alterius naturæ: quoniam non apparet quantum valeat.

¶ Circa primum igitur habes in tertio sentẽ. Ioannis Capreoli distin. 14. q. 1. argumenta multa, Ioannis de Ripa, & aliorum: quæ quoniam procedunt ex extraneis, aut immissent illa (puta quòd visio sit species) aut differentiam inter matutinam & vespertinam cognitionem, aut cognitionẽ creaturarũ in verbo, aut differentiã inter cognitionem ænigmaticam & facialem, aut intuitiuam, aut etiam magis extraneas, aut illa, quæ in litera hæc soluuntur & scientia debet tradi ex propriis, non ex extraneis, resecatéq; debet superfluas: ideo omittẽda censui, allatis tantùm duobus motiuis. Primum est, Deus respectu Beatorum se habet vt species intelligibilis, ergo multò magis potest se habere, vt intellectio. Antecedens patet. Et cõsequentia probatur: quia magis repugnat Deo ratio habitus seu habitualis formæ, quàm actus seu formæ actualis: sed species habet rationem habitus seu habitualis formæ intelligere autẽ habet rationem actus: ergo. Secundum est ex autoritate August. 4. de Trinitat. cap. vlti. dicentis de visione beata duo. primò, quòd illa Deus est bonus & beatus: secundò, quòd ipsa sola est summumbonum, cuius adipiscendi gratia præcipimur agere quicquid ratione agimus. Ex his enim patet, quòd visio Beatorũ est quid increatum: alioquin Deus esset bonus & beatus aliquo creato, & aliquid creatũ esset summum bonum & finis vltimus, &c.

¶ Circa secũdum autem occurrit statim obiectio, quòd alietas naturæ, licet inferat, intellectionem diuinam non posse esse naturalem animæ humanæ: non tamen infert non posse communicari animæ humanæ. Magna enim differentia est inter conuenire vt naturale, & conuenire vt communicatum: proprietas siquidem ignis non conuenit rei ignitæ, vt naturalis illi rei, puta ferro, sed vt communicata ferro. Et ad diuina ascendendo, personalitas Verbi non conuenit humanitati Christi, vt naturalis sibi, sed vt communicata. Quocirca sicut personalitas Verbi est ipsa Dei substantia, & tamen conuenit animæ humanæ Christi, quæ est alterius naturæ, non vt naturalis' animæ humanæ, sed vt communicata sibi: ita intelligere diuinum, quod est essentia Dei, potest animæ humanæ alterius naturæ conuenire, non vt naturale animæ humanæ, sed vt communicatum. Alietas siquidem naturæ (vt monstratum est) non prohibet proprietatis communionem, sed naturalitatem. Vana igitur est hæc ratio. Et si hæc ratio non valet, voluntatis conclusio asseritur: quum inueniantur tenentes oppositum Philosophi: vt patet de Auerroi in tertio de Anima, Comm. 36. dicente, quòd in statu intellectus adepti, intelligemus per substantiam intellectus agentis: ex quo apparet, quòd possibile est actum proprium naturæ superioris, qui est illius substantia. communicari inferiori.

¶ Ad huius quæstionis solutionem euidentem, sciendum est, duplici via posse procedi, ad videndum impossibilitatem propositam, scilicet quòd intelligere substantiæ superioris, non potest communicari: sic vt intelligere quo formaliter intelligit substantia inferior. Altera via est ex dependentia intellectionis ab intelligente: quia scilicet intelligere est operatio vitalis intelligentis: de ratione autem operationis vitalis est, quòd sit ab eo, cuius est operatio vitalis: alioquin viuere actualiter non esset à viuere substantialiter. Quod non videtur intelligibile: quia tic anima non esset principium vegetandi, sentiendi, appetendi, intelligendi, & secundum locum mouendi: & sic anima non esset anima. Et confirmatur: quia sicut non est intelligibile, quòd Sortes generet Platonem, & actus generandi non fit à Sorte, & similiter quòd Sortes motu animali progrediatur, & motus eius non sit ab ipso: & similiter quòd appetat aut velit, & appetitus eius non sit ab anima: ita nõ est intelligibile quòd viuat vita intellectuali actuali, quæ nihil aliud est, quàm ipsum intelligere, & quòd tale intelligere, tale viuere non sit ab intelligente. Constat autem quòd diuinum intelligere, non potest dependere ab aliqua creatura. Impossibile est igitur, q̃ actus diuel ligendi, quo Deus intelligit, fiat actus intelligẽdi quo creatura formaliter intelligat. Ex hac igitur via, q̃ actus vitalis cuiuslibet viuentis aut est ipsa substantia viuentis, aut est ab ipsa, concluditur primo impossibilitas propolita. Quia tamen multi ignorantes proprium vocabulum, nõ sunt capaces dictæ rationis, offert se secunda via, & hoc quòd operatio est actus operatis secundum esse naturale. Hæc propositio habet duas partes: prima est, quòd operatio, est actus operantis. Et quo ad istam partem fobiæ intellectũ, hoc est proportionaliter de operatione tranieunte & immanente, per ie nota essina operatio transiens est actus agentis, vt à quo saltem: operatio autem immanens est actus operantis, vt cuius saltem. Secunda verò pars est ly secundum esse naturale: quæ etiam est per se nota inducendo: nam generare est à generante, secundum esse naturale: & sentire est in sentiente secundum naturale esse: & similiter detiderare in desiderante, & intelligere in intelligẽte. Ex terminis patet, quia operans, inquantum operãs, secundum suum naturale esse operatur, sicut & est. Sub hac autem propositione subsumendum est, q̃ diuina substantia non potest esse actus secundum esse naturale alicuius creaturæ, vt patet, igitur non potest diuinum intelligere esse inintelligere, quo formaliter intelligat creatura. Dico autem naturale esse, ad differentiam actus secundum esse intelligibile: vt obiectum intellectus est perfectio & actus intellectus, secundum esse intelligibile. nihil enim prohibet, subsistriam aliquã, quæ est actus, non solum in genere entis, sed in ordine intelligibili, esse perfectionem, ac per hoc actum alterius secundum esse intelligibile. Hoc siquidem modo ponunt Theologi diuinam essentiam esse, vt speciem intelligibilem intellectus creati beati: & similiter Philosophi ponentes inferiorem intelligentiam intelligere per superiorem. Et hac via procedit Auctor in litera asserẽs pro ratione alteratem naturæ: quia enim operatio est actus operatis in esse naturæ, impossibile est, quod operatio, quæ est substantia vnius, conueniat alienæ naturæ, nisi substantia illa in esse naturæ iungatur alienæ naturæ: quod in proposito esse impossibile clarè liquet. Et per hæc patet responsio ad primam obiectionem in primo dubio. Nam patet iam non esse idem aut par iudicium de specie intelligibili & actu intelligendi: quia illa potest esse alterius actus in genere intelligibili, iste non nisi in genere naturæ. Nec ratio allata de actu & habitu obstat: quia licet species intelligibiles secundum communem viam sint formæ habituales (quod tamen Auicenna negauit) diuina tamen substantia non supplet vicem speciei intelligibilis, quatenus est forma habitualis, quia habitus claudit in se imperfectionem potentiæ, quam in sua ratione admixtam habet, sed quatenus est forma actualis tantùm: & hoc in esse intelligibili tantùm vt dictum est.

¶ Ad auctoritatem primam Augusti, dicitur, quòd non intendit Augusti. eandem numero visionem esse beatem Deum & nos, sed eandem obiectiue & modaliter: quia idem obiectum & idem modus est vtriusque, dum Deus per scipsum à se, & nobis videtur.

¶ Ad secundam dicitur, quòd non inconuenit aliquam operationem creatam esse summum bonũ, non simpliciter, sed inter creata, & similiter esse vltimum finem. Idem & in idem redit, dum dicitur summum bonum inter concupiscibilia simpliciter: & vltimus finis vt concupiscibilis simpliciter.

¶ Ad secundi autem dubij obiecta respondetur, quòd processus literæ est effi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cax ad probandum, quòd intelligere diuinum non potest esse actus animæ Christi ex eo quòd est alterius naturæ. & cùm dicitur, quòd alietas naturæ compatitur habere actum alienum per communionem: respondetur quòd licet hoc, in communi verum sit quia in quibusdam potest natura ipsa alteri naturæ communicari, vt forma communicatur materiæ, & ignis ferro: in tali tamen natura, quæ est incommunicabilis alteri naturæ, in esse naturæ falsum est, quia alietas naturæ excludit alienum actum à semetipsa solùm vt natura sua, sed vt communicatum sibi, ita quòd sit actus eius. Et quia diuina natura est incommunicabilis secundum esse naturæ cuicunque naturæ: ideo efficaciter loquens, explicitè de ipsa Autor concluſit, quòd non potest ipsius intelligere esse actus animæ humanæ Christi.

Infrà q. 11. ar. 1. ter. Et 3. c. 223. Et opuſ.

¶ Quod autem obiicitur, quasi à simili, de personalitate diuina cõmunicata naturę humanæ, facilè soluitur ex eo quòd personalitas non communicatur vt actus creatę naturæ: Autoris autem ratio de actu loquitur, dum ex eo quòd intelligere Dei est actus, qui natura est diuina, infert quòd non potest esse actus animę: quia est alterę* naturæ. Non est ergo similis ratio de cõmunione personalitatis, vt personalitas, & actu intelligendi, vt actus intelligendi: quia personalitas diuina potest fieri personalitas humanæ naturæ, sine hoc quòd sit actus eius: actus autem intelligendi diuinus nõ potest fieri actus intelligendi humanæ animæ, nisi fiat actus animæ humanæ: quod est impossibile. Rationabiliter igitur conclusio literæ asseritur.

Annot. ¶ Philosophi autem ponentes inferiores intelligẽtias intelligere per subſtãtias superiorum intelligentiarum, non aduertantur doctrinæ huic, quoniam ex hoc non habetur, quòd ponãt intelligere superioris communicari inferiori idem numero: sed solùm quòd subſtantia superioris se habet respectu inferioris, vt forma seu species intelligibilis: vt nos dicimus de essentia diuina respectu Beatorum. Vnde nihil obstant eorum dicta, siue vera, siue falsa sint in se.

¶ In responſione ad tertium ciuſdẽ articuli aduertę, quòd Autor ad rem spectãs, monſtrat non dari scientiam vnionis, vt distinguitur contra vnita: hoc est, non dari ex parte vnionis aliquam scientiam, sed solùm ex parte naturarum vnitarum, diuinæ scilicet & humanæ. Et loquitur de his subiectiuè: ijsti autem, qui allegantur in argumento, posuerunt scientiam vnionis obiectiuè: & ideo non curauit de illis Autor.

¶ Appellatur autem scientia vnionis vel vnitorum subiectiuè, quæ scilicet consequitur ad vnitas naturas (vt diuina ad diuinam, & humana ad humanam) & quæ consequeretur ad ipſam vnionem naturarum: quam Autor monſtrat non dari.

¶ Scientia autem vnionis vel vnitorum obiectiuè vocatur, quæ de vnione vel vnitis est, vt obiectio. Et talis scientia vnionis datur in Christo, quia scitur à Christo vnito, vt illi dicebant: sed non nisi scientia diuina vel humana: vt Autor in litera explanat.

¶ *Super Quæſtionis nonæ Articulum secundum.*

Cõment. Titulus clarus est.

¶ In corpore articuli vna est conclusio. In Christo est scientia beata constitens in visione Dei excellentissimè. Conclusio ista habet duas partes: prima est, quòd in Christo est scientia beata fecunda, quòd excellentissimè. Probatur in litera primò prima pars: Omne quod est in potentia, reducitur in actum per aliquod ens actu: homo est in potentia, ad scientiam beatam in Dei visione consistentem: & reducitur in actum illum per Christi humanitatem: ergo in Christo est scientia beata. Maior probatur in calido. Minor quo ad primam partem probatur: quia homo est capax illius beatitudinis: quia est ad imaginem Dei, & ad illam ordinatur, vt ad finem. Quo ad secundam verò, auctoritate Apoſtoli: Decebat eum, &c. Deinde in calce corporis articuli probatur secunda pars conclusionis, scilicet quòd excellentissimè: quia semper causam oportet esse perfectiorem causato.

¶ Aduerte nouitie, quòd quia propoſitiones euidentes ac visitatæ, tanquam statim perceptæ truncatæ quandoque dicuntur: ideo Autor Maiorem sic attulit, non curans limitare eam, vt debet intelligi: scilicet si reducitur ad actum neque enim omne quod est in potentia, reducitur ad actum (quum multa sint in potentia quæ nunquam erunt) sed omne quod est in potẽtia, si reducitur ad actũ oportet quòd reducatur ad actum per aliquod ens actu: hoc enim intendit litera, & hoc solùm est ad propoſitum. Et propterea in Minore pronuntur tot cõditionet, scilicet quòd homo est in potẽtia, & q̃ ordinatur ad illam vt finem. Ex hoc enim ostendit necessitatem, quòd potentia est reducenda ad actum, licet non in singulis hominibus: quia impoſſibile est, quòd potentia ad finem sit frustra in tota vniuerſali specie. *Annot.*

¶ *Num ex eo quòd Christus efficit beatitudinem nostram, sequatur ipſum actu esse beatum.*

¶ Circa hunc literæ pro cęſſum, dubium occurrit, quia propoſitio illa fundamentalis, Reducens aliquid de potentia in actum, est in actu, quamuis sit veriſſima in cauſis principalibus, non tamen est vera in cauſis inſtrumentalibus: vt ex Alexand. patet. 12. Metaphyſ. Et ad ſenſum patet, inſtrumenta non esse talia in actu, qualia sunt ab ipſis: vt semina in naturalibus, & organa artificum testantur. Humanitas autem Christi non est efficiens principale, ſed inſtrumentale reſpectu noſtræ beatitudinis: non igitur ſequitur ex ſua efficientia, quòd ſit actu beata, quanuis de facto beata ſit: non est ergo efficax proceſſus literæ. *Quæſtio.*

¶ Ad hoc dicitur, quòd inſtrumentum est duplex, quoddam purè inſtrumentum, vt organa artium & fœminæ, & huiuſmodi. Quoddã ita inſtrumentum, quòd est etiam cauſa ſui, ſicut ſeruus est organum domini: ita tamen quòd libero arbitrio ſuorum motuum cauſa est. Quanuis autem primum inſtrumentorum genus non habeat actu quod inſtrumentaliter efficit: ſecundum tamen inſtrumentorum genus, quatenus ſui dominium habet admixtum, actu habet quòd in aliis efficit. Et quia Chriſtus homo ſic est inſtrumentum Dei, vt liber ſit, liberè cooperetur, & efficiat nos beatos: ideo in litera illatum est, quòd ipſe est actu beatus.

¶ In probatione ſecundæ partis conclusionis, nota nouitie, quòd Autor plus concludit, quàm probet explicitè ratio allata: quia ratio non probat explicitè niſi quòd Chriſtus est perfectius beatus, quàm alij homines, & tamen concluditur, quòd est beatus excellentiſſimè. Licuit autem hoc gratia materiæ: quoniã iam declaratum est, Chriſtum eſſe caput omnium Beatorum, tam hominum, quàm Angelorum: ac per hoc ſubintelligendo nunc, quòd Chriſtus est cauſa eſſentiens beatitudinem noſtram, vt caput Beatorum, optimè inſertur, quòd est excellentiſſimè beatus: vtpote cauſa, vt caput. *Annot.*

¶ In reſponſione ad tertiũ eiuſdem articuli nota diſtinctionem de ſupra naturã vel ſecundum naturam: quoniã hinc habes intellectum diuerſorum dictorũ de beatitudine noſtra, quum inuenies q̃ est naturalis, aut quòd est ſupernaturalis. Veruntamẽ eſto cautus, vt bene notes in ſecundo membro ly Inquantũ, ſcilicet ſecundum naturam ſuam est capax eius, quoniam est conditio hæc diminuens à ſimpliciter ad ſecundum quid, non enim quia homo est capax illius viſionis, ſequitur, ergo est illi naturalis, aut habet ad illam potentiam naturalem: quia plus requiritur ad naturalitatem ſimpliciter, & ad potentiam naturalem, ſcilicet naturalis inclinatio in illum actum: ſed ſolùm ſequitur, quòd habet naturam, quæ poteſt eleuari in illum actum. In hoc enim differt homo ab animalibus, ſcilicet ex hoc ipſo, quòd est intellectualis animæ, quòd bruta non poſſunt eleuari in actum videndi Deum, homo autem poteſt eleuari in illum. Quod hinc prouenit, quia intellectualitas est capax viſionis illius: pars autem ſenſitiua tantùm non est illius capax. Quocirca viſio Dei eſt aliquo modo naturalis animæ noſtræ, ſed ſecundum quid, quia est capax ex ſua natura illius: non est autem ſimpliciter naturalis illi aut alteri cuicunque creaturæ, ſed ſoli Deo. *Annot.*

¶ Super Quæſtionis nonæ Articulum tertium.

Annot. IN titulo tertij articuli ponitur diſtinctio terminorum illorum, videlicet, indita vel infuſa, vt ſatisfiat diuerſimodè illam appellantibus. Scientia ſiquidem iſta, quia ſimul cum natura animæ datur, indita vocatur. Quia verò non acquiritur, nec ex vi naturæ animæ, ipſam comitatur, ſed Deo alia actione creante animã, & alia actione influente ſcientiam, quanuis ſimul tempore habeatur: ideo infuſa nũcupatur. Et reuera infuſa vocanda est, ſi propriè loquẽdum est. Angelorum autem ſcientia indita propriè vocatur, quia comes est naturę vt illius proprietas naturalis: eadẽmque actione, qua verbũ Dei creat angelicam naturã, imprimit in illa ſpecies intelligibiles perfectiuas intellectus angelici. Poteſt nihilominus gratia materiæ, ſcilicet animæ Chriſti dici ſcitia indita: pro quanto comitatur naturaliter animam Chriſti, non vt creatam, ſed vt aſſumptam à Verbo, ſicut & gratia habitualis: est enim Vnigenitus à Patre plenus non ſolùm gratiæ, ſed veritatis. *Infrà q. 12. ar. 1. ter. Et 3. diſtin. 14. art. 2. q. 3. Et veri. qũ. 20. arti. 2. c. fin. & art. 3. Et opuſ. 3. c. 223. Et opuſ. 2. q. 81.* *Cõment.*

¶ In corpore articuli vna est conclusio tertiæ quæſito, duplici modo probata. Conclusio est. Oportet in Christo ponere ſcientiã indũtam. Probatur primò ex vltanda imperfectione naturæ aſſumptę. Debebat, vt natura humana aſſumpta, à verbo Dei, imperfecta non eſſet: ergo oportet in Christo ponere ſcientiam inditam. Probatur conſequentia: quia aliter intellectus eius poſſibilis fuiſſet imperfectus. Probatur hoc, quia omne quod est in potẽtia, est imperfectum, niſi reducatur in actum, ſed intellectus poſſibilis humanus est in potentia, & reducitur in actum per ſpecies intelligibiles: ergo oportet ſi non haberet ſpecies intelligibiles, quod eſt habere ſcientiam inditam. Et hoc explanatur in litera apponẽdo concluſionem, inquantũm per verbũ Dei impreſſæ ſunt ſpecies intelligibiles, &c. & declaratur ex ſubiunctõ exemplo in Angelis. Deinde probatur à ſimili ex auctoritate Auguſt. Sicut in Angelis ponitur duplex cognitio, matutina & veſpertina, ita in Chriſto vtraque. Litera clara est.

Annot. ¶ Aduerte hic, quòd natura humana aſſumpta à Verbo, debet abſque imperfectione ponere in parte animæ: nam ex parte corporis nihil prohibet imperfectionẽ affirmare in illa, in ſui principio: quia minoratus est paulò minus ab Angelis, propter corpus paſſibile: ſcientia autem ad animam ſpectat.

Annot. ¶ Circa probationem concluſionis, dubium occurrit: quia ratio allata procedit de potentia naturali intellectus poſſibilis quæ perficitur per ſpecies intelligibiles naturales (de quibus allata auctoritas Philoſophi loquitur) ac per hoc de imperfectione naturali. Concluſio autem loquitur de ſcientia tam naturali, quam reuelata: vt patet in primo articulo, quæſt. 11. intertus, vbi de illa ſcientia tractatur, ex cedit ergo concluſio rationem, imò nec conſonat concluſionis quia, vt in ſequenti habetur articulo, alterius rationis est ſcientia infuſæ Chriſto, ab illa, quæ est naturalis de qua loquitur auctoritas allata Ariſtotelis.

¶ Ad hoc dicitur, quod proculdubio litera non arctatur ad imperfectionem & potentiam naturalem intellectus poſſibilis: ſed in communi loquitur de potentia intellectus noſtri ad actum ſibi commenſuratum: & ſimiliter de imperfectione priuatiua actus proportionati intellectui humano poſſibili: & hoc ſiue ſecundum ſtatum naturę, ſiue ſecundum ſtatum gratiæ. Ita quòd intendit litera, quòd quia in intellectu humano ſecundum eſſe naturæ est potentia naturalis ad ſcibendum omnia naturalia per actus commenſuratos ſibi, & ſimiliter ſecundum eſſe gratiæ ad ſciendum omnia eccleſiaſtica per actus commenſuratos ſibi, & omne quod est in potentia ad imperfectum, niſi reducatur in actũ: ideo eſſet imperfectus, niſi ponatur reductus in actum omnium intelligibilium tam ſpectantium ad ordinem naturæ, quàm ſpectantium ad ordinem Eccleſiæ, ſiue militantis, ſiue triumphantis, per actus proportionatos ipſi hu mano intellectui. Auctoritas autem Ariſtotelis eſt allata directè ad monſtrãdum quòd intellectus humanus eſt in potentia ad ſcibilem omnia per ſpecies intelligibiles, vt actus commenſuratos ſibi: vt per hoc habeatur intẽtum, quòd ſicut in eſſe naturali eſſet imperfect* intellectus, niſi eſſet reductus in actum) commenſuratum ſibi (ſcilicet ſcientiam per ſpecies, quarumcunque illamet ſciat in Verbo actu omnino ſuperexcedente omnem facultatem naturæ) ita in eſſe eccleſiaſtico eſſet imperfectus niſi noſſet omnia per actus commenſuratos ſibi, quantumcunque ea dem nouerit in Verbo. Conſonat ergo ratio cõcluſionis & probat eam, ſiue iſta ſcientia infuſa cum ſuis ſpeciebus, ſit alterius, ſiue eiuſdem rationis cum illa, de qua loquitur Ariſtote, quoniam vt patet ex illis, non arctatur ad naturalem ſcientiam: & multò minus ad talem modum naturalitatis, qualis eſt in ſcientia de qua loquitur Ariſt. Hoc autem dixerim, quia anima habet duplicem ſcientiã naturalem, alteram ſecundum ſtatum conſunctionis ad corpus de qua loquitur Ariſto. Alteram ſecundum ſtatum ſeparationis à corpore, quam nõ nouit Ariſto. Præſens autem tam ratio, quam concluſio non actatur ad actum, commenſuratum naturæ intellectus poſſibilis ſecundum iſtum vel illum ſtatum: ſed in communi indiſtinctè, de potentia intellectus poſſibilis humani ad actum ſibi commenſuratum loquitur, quem eſſe ſpecies intelligibiles ex eo, quòd in iſto apparet ſtatu, ex auctoritate Ariſt. probat.

¶ In reſponſione ad ſecundum diſcerne verba literæ ex induſtria mutata, dum primo proponitur cognitio ex dialectico ſyllogiſmo acquiſita, vt via ſub nomine opinionis: & deinde reſumitur eadem cognitio vt conſequens, non *Annot.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

sub nomine Opinionis, sed sub nomine Cognitionis. Oportuit autem sic dicere, quia cum scientia aliculus conclusionis non potest simul stare in eodem subiecto & opinio eiusdem: sed bene potest cognitio eiusdem per medium probabile stare in eodem subiecto. Addit siquidem opinio super cognitionem per medium probabile, formidinem in subiecto respectu alterius partis, quæ repugnat subiecto excludenti formidinem, qualis est scientia demonstrativa. Vnde cognitio dialectica ante demonstrativam habet rationem opinionis, post demonstrativam scientiam nō habet rationem opinionis, sed remanet solùm cognitio dialectica, cessante illa cōditione formidinis ex parte subiecti.

Infra q. 12. artic. 12. & q. 15. ar. 8. Et opuſc. 3. c. 225. Et 3. di. 14. artic. 3. q. 3. 3. Et di. 8. art. 3. 5. Et veri. q. 20. ar. 3. 1. Annot.

¶ In responsione ad tertium eiusdem articuli, nota, quòd qualiter species infusæ sint humanæ menti commensuratæ, inferius patebit: qualiter autem diuina essentia sit species superexcedens, clarum est.

¶ Super Quæstionis nonæ Articulū quartum. Annot.

IN titulo aduerte, q aliud sonat, & alio tendit. Nam sonat scientiam experimentalem acquisitam, quæ communiter se habet ad actualem experientiam, quam quis acquirere potest: vel ad habitualem scientiam intellectus experitiā acquisitam. Tendit autem ad perfectutionem huius secundi membri: quia de hoc tantùm est difficultas.

cōment. ¶ In corpore articuli est vnica conclusio resp̄ōsiua quęstionis: in Christo est scientia acquisita. Probatur dupliciter. primò, Nihil eorum, quæ Deus in humana natura plantauit defuit humanitati assumptæ à verbo Dei: ergo in anima Christi fuit non solum intellectus possibilis, sed etiā intellectus agens: ergo non fuit in Christo Intellectus agēs frustra: ergo habuit propriam operationem: ergo in Christo fuerunt aliquæ species intelligibiles, per actionem intellectus agentis in intellectu eius possibili receptæ: ergo in ipso fuit scientia acquisita. Prima consequentia probatur: quia in humana natura Deus plantauit non solùm intellectum possibilem, sed etiam intellectum agentem. Secunda verò: quia Deus & natura in actis nihil faciunt frustra, ex primo Cæli. Tertia autem: quia frustra est quod non habet propriam operationem, probatur: quia omne res est propter propriam operationem, ex 2. Cæli. Quarta deinceps: quia propria operatio intellectus agentis, est facere species intelligibiles in actu, abstrahendo eas à phantasmatibus. Quinta demum: quia hoc est esse in Christo scientiam acquisitam, quam quidam experimentalem nominant. Secundò probatur conclusio connaturalitate talis scientiæ, seu modi sciendi ad naturam humanam. Et consistit vis rationis in hoc, ex quo in Christo ponitur scientia connaturalis soli Deo, scilicet beata, & scientia connaturalis Angelis, scilicet infusa: consequens est, vt ponatur in illo scientia connaturalis vndique naturæ humanæ, scilicet scientia acquisita: quæ est connaturalis homini ex parte agentis & patientis: ac per hoc scientia propriè est secundum humanum modum, & totaliter humana.

¶ Num frustra sit quod propria caret operatione.

Quæstio. ¶ In hoc processu duo occurrunt dubia. Primum circa illam propositionem: frustra est quod caret propria operatione: potest enim habere duplicem sensum, vel quòd intelligatur de genere vel specie, vel quòd intelligatur de quolibet individuo. Nam si in primo intelligitur sensu, vera est: frustra enim esset potens operari natura aliqua generica vel specifica, si secundum totam latitudinem generis vel speciei caret propria operatione: sed in hoc sensu non infert conclusionem litteræ, quæ de vno individuo humanitatis Christi est. Si autem in secundo sensu intelligitur, tunc est sensus, quòd frustra est potentia, quæ in quolibet individuo suo caret propria operatione. Et sic est quidem ad propositum: sed est falsa, inquit Scotus in 1. quæstione 14. distinct. tertij sentē. quoniam stat, quòd potentia in aliquo præueniatur ab alio superiore agēte, & propterea careat propria operatione: & ipsa non est frustra, quia est ad integritatem perfectionēmque naturæ. Afferūque instantias in Beatis, in quibus est intellectus agens: & sic possent acquirere scientiam. Et similiter est potentia augmentatiua: & sic possent augeri, &c.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm Christus habuerit aliquam scientiam acquisitam.

AD QVARTVM sic procedi-
tur. Videtur quòd in Christo non fuerit aliqua scientia experimentalis acquisita. Quicquid enim Christo conueniens fuit, excellentissimè habuit. Sed Christus non habuit excellentissimè scientiam acquisitam: non enim instituit studio literarum, quo perfectissimè scientia acquiritur: dicitur enim Ioan. 7. Mirabantur Iudæi dicentes, Quomodo hic literas scit, cùm non didicerit? Ergo videtur quòd in Christo non fuerit aliqua scientia acquisita.

¶ Præterea, Ei quod est plenum, nō potest aliquid superaddi. Sed potentia animæ Christi fuit impletа per species intelligibiles diuinitus inditas, vt dictum est. Ergo non potuerunt superuenire eius animæ aliquæ species acquisitæ.

¶ Præterea, In eo qui iam habet habitum scientiæ, per ea, quæ à sensu accipit, non acquiritur nouus habitus (quia sic duæ formæ eiusdem speciei simul essent in eodem) sed habitus qui prius inerat, confirmatur & augetur. Ergo cùm Christus habuerit habitum scientiæ inditæ, non videtur q̄ per ea, quæ sensu percepit, aliquam aliam scientiam acquisierit.

¶ SED CONTRA est quod Hebr. 5. dicitur: Cùm esset filius Dei, didicit ex his, quæ passus est, obedientiam. Glossa, id est, expertus est. Fuit ergo in Christo aliqua experimentalis scientia, quæ est scientia acquisita.

CONCLVSIO.

Præter scientiam inditam vel infusam animæ Christi, fuit vlteriùs in illo scientia acquisita lumine naturali intellectus agentis, per abstractionem scilicet à phantasmatibus.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd vt ex suprà dictis patet, nihil eorum, quæ Deus in nostra natura plantauit, defuit humanæ naturæ assumptæ à Dei verbo. Manifestum est autem, quòd in humana natura Deus plantauit non solùm intellectum possibilem: sed etiam intellectum agentem. Vnde necesse est dicere, quòd in anima Christi fuit non solùm intellectus possibilis, sed etiam intellectus agens. Si autem in aliis Deus & natura nihil frustra faciunt (vt Philosophus dicit in 1. de Cæl.) multò minus in anima Christi aliquid fuit frustra. Frustra autem est quod non habet propriam operationem, cùm omnis res sit propter suam operationem: vt dicitur in secundo de Cæ. Propria autem operatio intellectus agentis, est facere species intelligibiles actu, abstrahēdo eas à phantasmatibus: vnde dicitur in 3. de Anima, quòd intellectus agens est, quo est omnia facere. Sic igitur necesse est dicere quòd in Christo fuerint aliquæ species intelligibiles, per actionem intellectus agentis in intellectu possibili eius receptæ: quod est esse in ipso scientiam acquisitam, quam quidam experimentalem nominant.

Et ideo quamuis aliter alibi scripserim, dicendum est, in Christo fuisse scientiam acquisitam: quæ propriè est scientia secundum modum humanum, non solùm ex parte subiecti recipientis, sed etiam ex parte causæ agentis. Nam talis scientia ponitur in Christo secundum lumē intellectus agentis: quod est animæ humanæ connaturale. Scientia autem infusa attribuitur animæ humanæ secundum lumen desuper infusum: qui modus cognoscendi est proportionatus naturæ angelicæ. Scientia veræ beata, per quam ipsa Dei essentia videtur, est propria & connaturalis soli Deo: vt in prima Parte dictum est.

¶ Num propria operatio intellectus agentis sit facere species intelligibiles in actu.

Quæſtio. ¶ Secundum dubium, est circa eandem propositionem iunctam Minori huiusmodi: aut est sermo de omni propria operatione alicuius, ita quòd sensus sit, Frustra est quod caret omni propria operatione. Et tūc Minor est falsa, scilicet quòd omnis propria operatio intellectus agentis est facere species intelligibiles in actu: quum præter hanc operationem habeat alias sibi proprias operationes, scilicet facere euidentiam propositionum per se notarum, & mediante ista euidentia facere euidētiam omnium. quę per prima principia cognoscūtur. Si verò non est sermo de omni propria operatione, sed de quacunque, propria tamen (ita quòd sensus sit, Frustra est quod caret aliqua operatione sibi propria) tunc esset ad propositū: sed est falsa, quia nō est frustra, quod caret vna propria operatione, & habet aliā propriā operationem: esset enim propter illam, quam habet, operationem. Sicut mutus nō frustra habet os & lingua: quia quamuis non habeat loquutionem, habet aliam operationem, puta sumere & discernere alimentū.

¶ Num indita vel infusa scientia in Christo fuerit vnius rationis à scientia acquisita.

Quæſtio. ¶ In eodem corpore circa conclusionem principalem, occurrunt primò obiectiones Scot. in loco allegato, deinde Durandi ibidem. Et Scotus quidem arguit dupliciter: primò ex dictis (vt ipse ait) opinantis, scilicet Autoris: secundò cōtra conclusionē in se. Sed quoniam omnes obiectiones eius consistunt in hoc, quòd scientia infusa, & acquisita sunt eiusdem rationis, aut distinguuntur sicut matutina & vespertina, aut secundum originē (quia vna à Deo, altera ab intellectu agente apud nos: sicut homo genitus & homo creatus: quorum nullum Autor etiam somniauit, vt expresse in hoc eodem articulo respondendo ad tertium docet, ideo omittendas censui. Durandus verò probat probabile esse, scientiam infusam & acquisitam esse vnius rationis: quia oculi nati & oculi restituti vel dati à Deo, sunt vnius rationis. Probaturque nititur indignū esse Christo, quòd acquisierit scientiam à sensibilibus, sicut non decuit ipsum discere ab homine: quia æquiualent hæc duo: quum homo docens non se habeat nisi vt proponens obiectum.

¶ Ad horum euidentiam scito, quòd scientiam esse & vocari infusam, contingit dupliciter hoc est per se vel per accidens. Scientia est, & vocatur infusa per se, cuius naturalis generatio est infusio: qualis est scientia Angelorum. Per accidens autem infusa est, cui accidit quòd habita sit per infusionem: vt scientia Adæ. Scientia au em acquisita non nisi per se inuenitur, cuius scilicet naturalis generatio est acquisitio: quoniā non potest scientia ex suo genere infusa acquiri, sicut econtra potest scientia ex suo genere acquisita infundi: quia agens superius potest præuenire inferiorem causam, inferius autem agens nō potest superioris ordinis effectū producere. Vnde scientia, quæ nata est haberi per lumen intellectus agentis, siue habeatur per acquisitionem, siue per infusionem, est, & vocatur, per se loquendo, scientia acquisita, quia ex suo genere est scientia acquisita. Et propterea scientia naturalium, quam habuit Adam, fuit scientia acquisita ex suo genere, & per se: quamuis ipse non acquisierit illam, sed fuerit sibi à Deo infusa. Scientia autem infusa in Christo concluſa, in præcedenti articulo est infusa ex suo genere: & non est sicut Adæ scientia, sed sicut scientia angelica: vt in hoc articulo dicitur.

¶ Intellige igitur hunc titulum de scientia tam infusa, quàm acquisita ex suo genere seu per se, & non per accidens ab actu infusionis vel actualis acquisitionis: & tunc illucescet alsitudo veritatis huius litteræ tam malè intellectæ. Nolli ergo proponere ante nictis oculos, Christū velut Adam plenū scientiæ acquisibilis ex suo genere, sed infusæ per accidēsquia si sic Christū imaginatus fueris, processus litteræ corruet: & tame sic est imaginatus Christus à nō intelligēribus hāc literā, & obliciēibus. Neq; enim in Adam frustra fuit intellectus agēs, sicut ne potētia augmētatiua. Sed imaginare Christū plenū scientiæ infusæ ex suo genere, est sicut imaginari tabulā rasam, quo ad scientiā acquisitā ex suo genere: & tunc

tunc processu litteræ vtere, dicendo q̄. si in Christo non esset scientia acquisita ex suo genere (sico autē non esset omnino, scilicet nec per se, nec per accidens, hoc est neque per acquisitionem, quæ est per se generatio eius: nec per infusionem quæ est per accidens generatio eius) si inquam in Christo non esset omnino scientia acquisita, intellectus agens esset in ipso frustra: quia nihil esset impedиens aut tollens quolibet modo operationē eius, & tamen non posset habere operationē suam. In Adam siquidem caruit operatione sua principali: quia non erat ibi patiens dispositum ad recipiendum: quia erat iam in actu ab alio agente reductum, nec erat amplius in potentia ad recipiendum intelligibilia ab intellectu agente, sicut potentia augmentatiua non poterat augere, quia corpus eius iam erat actu perfectum in quantitate naturali.

¶ Ad primum igitur dubiū dicitur, quòd propositio illa, Frustra est quod caret propria operatione, non est actu inclusa ad genus, speciem, aut individuum quodlibet vel aliquod, sed absolutè sumenda est. Et sanè debet intelligi, scilicet subintellectis conditionibus generalibus: quæ quum de operibus est sermo, subintelliguntur, scilicet, quando, vbi, & in quo, &c. debet operari. Ita quòd sensus est, quòd frustra est quod caret operatione, quando debet illam habere. Et sic propositio ista efficaciter in litera probatur, ex hoc quòd vnumquodq; est propter suam operationem: frustra siquidem est quod finem suum non assequitur, quando debet. Et per hoc satisfit omnibus instantiis. Nam status beatus habet, vt tunc non debeat abstrahere intellectus agens: quia homo est in termino. Et Adam fuit suppositum, in quo intellectus agens non debebat abstrahere species: quia intellectus possibilis plenus erat acquisita scientia. Et similiter potentia augmentatiua non fuit frustra: quia caruit quidem operatione, sed non quando, & in quo debuit operari: quoniam constat, quòd operatio eius debet esse in subiecto imperfecto secundum quantitatem, & in statu augmenti, quotum nullum locum habuit in Adam creato perfecto, secundum quantitatem naturalem. Stat ergo solida prima litteræ propositio.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quòd non refert, vtro modo propositio intelligatur: quia vnius potentiæ non est nisi vna operatio propria principalis, quæ se habet ad ipsam vt finis, cuius priuatione dicitur frustrari quia potentia naturalis determinata est ad vnum, & rationalis alterum contrarium principaliter respicit. Et rursus omnis potentia natura quædam est: & propterea vna est cuiusque principalis operatio, fundans reliquas ordine quodam. Ad literam tamen Autor loquitur de operatione principali, quæ est finis. Et multò minus refert quomodo sumatur in proposito: quia si in Christo non est scientia ex suo genere acquisita, intellectus agens esset frustra: quia caret et operatione principali, quæ est finis, & hoc intendit Autor, vt patet in artic. 1. quæstio 12. Et nihilominus sequi videtur, quòd esset omnino frustra in proximo caret & principali operatione, quæ est facere species intelligibiles & secundaria, quæ est facere cui dentiam primarum propositionum immediatè, & mediante illa facere aliorum euidentiam: quoniam tam cognitio primorum principiorum, quàm reliquorum ex illis, ad scientiam acquisitam ex suo genere spectat, quam supponimus in Christo non esse, sed infusam ex suo genere tantùm. Quocirca si in Christo supponeretur scientia ex suo genere acquisita, per infusionem habita sicut ponitur in Adam) intellectus agens non careret omni operatione sibi propria, sed prima tantùm, scilicet abstractione specierum intelligibilium: fecisset namque, sicut de facto in Adam fecit, euidentiam primatum propositionum immediatè, & aliarum mediante illa. Nam eodem lumine fecerit per se nota Adæ prima principia & conclusiones per principia, quomodo sunt euidentia nobis, quamuis nos acquiramus nostra actione species, & studio nostro conclusiones: ille autem per infusionem habuit quicquid nos acquirimus, sub illo tamen lumine, quo acquirere nos possumus. Sed quia in Christo supponitur non esse quouis modo scientiam ex suo genere acquisitam, sed ex suo genere infusam, quæ est supra lumen intellectus agentis: ideo omnino frustra poneretur, vt pote absque omni sua propria operatione intellectus agens in Christo. Et sic stat omnino solida & inconcussa propositio litteræ iuncta etiam subsumptis. Et hæc intelligito, quantum est ex parte sui, hoc est intellectus agentis: quoniam ex libertate animæ Christi potuisset cooperari ad illustrandum phantasmata mirabiliter scientiæ infusæ, quando placuisset vti scientia illa, conuertendo se ad phantasmata similiter ad intellectionem multorum intelligibilium.

¶ Ad obiecta Scoti contra conclusionem ipsam, iam incipit patere quod in responsione ad tertium amplius explanabitur. Nam secundum Autorem scientia infusa ex suo genere seu per se, & scientia acquisita ex suo genere, seu per se, sunt diuersarum rationum. Et licet differant penes origines & agentia diuersarum rationum: non tamen differunt tantùm penes origines & agentia, sed penes formalia obiecta, ac per hoc per intrinsecas differentias: vt patebit. Et ideo ridiculum est obiicere, quòd differunt, sicut homo natus & homo creatus, aut sicut oculi cæci nati, miraculosè illuminati, & oculi aliorum. Hæc enim vera sunt de scientia acquisita, & scientia per accidens infusa, vt fuit scientia Adæ, quæ ex suo genere erat eiusdem rationis cum nostra: non autem de scientia ex suo genere infusa: quoniam hæc altioris ordinis ex intrinseco est: & ideo non potest acquiri, & exigit infusionem. Et de hac Autor assuetus terminoibus sortalibus, & per se, loquitur in hac litera. Ifti autem ad per accidens declinarunt, illum ad scientiam cui heri accidit, quòd sit infusio, diuerterunt.

¶ Vnde patet Durandi suppositionem, non à probabilitate, sed à possibilitate alienam esse, loquendo per se. Sed ipse loquitur de infusa per accidēs, & credit se opponere contra hanc literam. A qua æquiuocatiquia litera loquitur de per se acquisita & per se infusa, sciens quòd ea quæ sunt per accidens, relinquuntur

ab arte. Ad rationem autem Durandi ex dignitate Christi, respondetur quòd non eadē est ratio acceptionis scientiæ & à rebus à Doctore: quoniam res cauſant scientiam, quasi vt instrumenta Dei, qui fecit illas, vt exemplaras à sua sapientia iuxta illud Eccles. 1. Effudit sapientiam super omnia opera sua. Doctor verò licet se habeat vt proponens obiectum: non tamen se habet sic tantùm, sed principalius se habet vt proponens conceptiones suas per voces, quę sunt signa eorum, quæ sunt in anima, & ordinando ac subordinando has conceptiones illis, & deducendo has ex illis: vt experimur quotidie: quod indigna erat Christo domino, qui vnus est magister totius generis humani. Et habes hanc responsionem inferius q. 12. artic. 2. ad 2.

¶ In eodem art. 4. In responsionibus ad secundum & tertium perspicere facile potes quæ diximus esse verè de intentione Autoris. Nā in responsionibus his habes tres differentias per se inter habitū infusum & acquisitum. Prima est secundum causas efficientes: quia infusa à superiori, acquisita ab inferiori. Secunda sequens ad istam, secundum origines, scilicet infusionem & acquisitionem. Tertia est secundum obiecta: quia acquisita est commensurata & proportionata phantasmati: quod se habet ad intellectum, vt color ad visum (vt dicitur in tertio de Anima) infusa autem est superexcedens proportionem phantasmatum. Et hæc est differentia intrinseca & essentialis, propter quam istæ scientiæ sunt diuersarum rationum. Et quum hęc vltima differentia clarissimè habeatur in litera, mirum est quo modo Scotus aut sus est imponere Autori oppositum. Et debes scire nouicie, quòd scientiam esse commensuratam phantasmati, nihil aliud est, quàm esse proportionatam & adæquatam obiecto, vt relucet in phantasmatibus: qualis est scientia humana, vt fuit scientia Adæ. Et per oppositum scientiam excedere commensurationem phantasmatū, est illam esse proportionatā obiecto excellentiori, & excellentiori modo, quàm sit obiectū phantasiabile. Et hæc inferius clara erunt, quum de veraque scientia tractabitur: & dicetur quòd scientia acquisita habet pro obiecto quod quid est, abstrahens à singularibus, & non omne quod quid est, sed sen fibilium rerum tantùm. Et ideo illa scientia non se extendit ad singularia, nec substantias separatas, sicut nec nostra scientia ad hæc se extendit. Scientia autem infusa ex suo genere est, sicut angelica scientia, habens quidditarē pro obiecto, non abstrahentem, sed concretam singularibus: ita quòd extendit se ad essentiam & omnia illius tunc accidentia, &c. vt patuit in 1. lib. Et similiter habet pro obiecto quidditatem non solùm rerum sensibilium, sed etiam intellectualiū, citra actum purum, qui soli sibi ipsi est quiditatiuè notus, & Beatis vt sic: vt ibidem monstrarum est. Concludo ergo, sicut in communi loquendo, habitus per se infusi & habitus per se acquisibiles sunt diuersarum rationum intrinsecus & essentialiter (vt patet de charitate, fide, spe, & virtutibus intellectualibus & moralibus ita (speciali de scientia dicendum est, quòd scientia per se infusa seu ex suo genere, & per se, seu ex suo genere acquisibilis, sunt diuersarū rationum.

¶ Num in Christo fuerit scientia acquisibilis per infusionem.

Quæſtio. ¶ Oritur autem ex dictis nouum dubium simpliciter & ad hominem, cur in Christo asseritur non fuisse scientiam ex suo genere acquisibilem per infusionem, vt fuit in Adam. Et est ratio dubij simpliciter: quia melius est, vt Christus semper habuerit talem scientiam, quàm post lapsum temporis actus enim melior est potentia in bonis, vt dicitur nono Meta. Et confirmatur: quia eadem ratio militat de Adam & Christo: scilicet quia datus est à Deo vterq; doctor generis humani. Vnde si Adam quia creatus instructor succedentis generis habuit talem scientiam per infusionem, multò magis Christus, qui datus est in doctorem humani generis, debuit perfectus creari, quo ad animam: vt scilicet perfecta esset scientia acquisibili ex suo genere. Ad hominem verò, quia sicet in litera probetur, in Christo fuisse scientiam acquisitam ex suo genere: non tamen probatur, quòd fuit talis scientia in Christo, per talem viam, scilicet per acquisitionem. Stat enim, quòd talis scientia fuerit in Christo, & non per talem viam, sed per infusionem, vt patet in Adam: in quo quia fuit scientia acquisita ex suo genere, licet non per acquisitionem, sed per infusionem, non sequitur, quòd esset in Christo intellectus agens frustra: vt patet ex dictis. Et eadem ratione non fuisset in Christo intellectus agens frustra, si scientia acquisita ex suo genere, fuisset in ipso per infusionem.

¶ Ad hoc dicitur, quòd rationabiliter hæc scientia in Christo ponitur per acquisitionem. & non per infusionem: tum ex parte scientiæ, tum ex parte scientis, tum ex perfectione modi sciendi. Ex parte scientiæ quoniam scientiæ acquisitio est talis scientiæ generatio per se (quoniam ipsa illius naturalis generatio est) infusio autem est talis scientiæ generatio per accidens: accidit enim ex miraculo, quòd infundatur: generatio autem per se, præstat generationi per accidens. Ex parte verò scientis: quia nobilius est quòd seipsum moueat, quàm quod ab alio moueatur (vt dicitur in octauo Physic.) Sciens autem per inuentionem seipsum mouet, sciens per infusionem ab extrinseco mouetur, hoc est, reducitur de potentia ad actum: illud ergo est Christo attribuendum. Ex parte autem modi sciendi: quia sicut in Christo fuit scientia beata modo Beatorum, & scientia indita modo inditæ, ita debuit esse scientia acquisita modo acquisitæ, vt nullus modus sciendi conuenire potens Christo illi defuerit.

¶ Ad obiectionem autem primam dicitur, quòd actus melior est potentia, cæteris paribus in proposito autem cætera non sunt paria: nam esset motus ab alio, vbi nunc ponitur mouere seipsum, & cætere connaturali & per se modo generationis talis scientiæ, vt patet ex dictis: quæ præponderant illi præuentioni actualis scientiæ. Ad confirmationem dicitur, quòd non est similis ratio: quia Adam creatus est vt principium naturæ humanæ in naturalibus, tam secūdum

Universidad de Deusto
Biblioteca

corpus, quàm secundum animam: & quia perfecta sunt secundum naturæ ordinem priora imperfectis (vt 12. Meta. Arist. dicit) ideo Adam sicut secundum corpus creatus est perfectus in quantitate, ita & secundum animam creatus est perfectus in scientia. Christus autem non est productus vt principium hominũ in esse naturæ, nec in naturalibus pro hoc statu, sed vt doctor mysteriorum Dei & regni cælestis. In cuius signum productus est secundum corpus, quantitatis imperfectæ: & similiter secundum animam in pura potentia, quo ad scientiam naturaliter acquisibilem. Et sicut creuit ætate, & verè augmentum corporale habuit ita creuit sapientia: simul enim Euangelista hæc dicit. Nec docuit Mathematicam aut Astrologiam, & huiusmodi, sed arcanum Trinitatis, & vias ac secreta regni cælorum.

¶Ad obiectionẽ contra litetam dicitur, quòd licet illa ratio, quòd intellectus agens esset frustra, si absolutè sumatur, non concludat: vtrunq; scilicet scientiã talem ex suo genere acquisibilem, & viam talem, scilicet per acquisitionem (vt instantia de Adam manifestat) contractè tamen sumpta, hoc est in Christo, inesse vtrunq;. Nam in Christo supponitur, nullam esse per accidens productam scientiam, sed omnẽ in illo scientiam esse cum suo proportionato naturaliter modo, tam in se quàm in sua origine: decet enim Christum perfectionem omnem suæ animæ per se habere, & non per accidens. In Christo igitur, in quo omnis suæ animæ conuenies perfectio per se ponenda est, frustra ponceretur intellectus agens, si in eo non esset scientia acquisita, & per acquisitionem: quia careret propria principali operatione, scilicet cautatione speciẽrũ intelligibilium in illo, in quo debet talem operationem habere: hoc est, in Christo viatore, quem decet scientiam acquisitam habere, & modo humano habere.

3. dist 14. art. 2. q. 1. & 2. Et vers. q. 20. art. 4. ct 5. c. Et quol. 3. q. 2. art. 1. c. Et opuſ. 3. c. 223. & 1. Tim o 6. lectio. 3. co lum. 2.

Vnde in litera ad explicandam plenè probationẽ conclusionis, subiungitur cõnaturalitas cuiusdã scientiæ inuitæ in Christo, scilicet quòd beata est Deo cõnaturalis, infusa Angelo, acquisita homini. Et est sermo nõ solùm de ipsa scientia, sed de modo habendi ipsam: vt patet in litera, tanquã si diceret, quòd quia Christum decet habere humanam scientiam more humano, est secundum animam subiectum, in quo intellectus vtertque debet habere propriam operationem more humano. Ac per hoc optimè dictum est, quòd frustra, vtpote carens pro tpria operatione, vtilicipali; quando & in quo debet esse intellectus agens, nisi causaret scientiam in Christo humanam. Nec obstat instantia de Adæ scientia: quia illum, vtpote principium naturæ humanæ, decebat esse ab initio perfectum, & scientia ex suo genere acquisita: quæ absolutè quidem fortitur infusionem pro generatione per accidens. In tali verò suppposito, scilicet primo totius generis humani, fortitur infusionem pro productione quodammodo, quasi per se, pro quanto principia exigunt, quòd sint perfecta: quoniam perfecta sunt naturaliter priora imperfectis, vt dicitur 11. Metaphys.

¶ super Quæstionis decimæ Articulum primum.

QVAESTIO DECIMA
De scientia beata animæ Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de qualibet prædictarum scientiarum. Sed quia de scientia diuina dictum est in Prima parte, restat nunc dicendum de aliis tribus, primò de scientia beata: secundò de scientia inditaeter tiò de scientia acquisita.

¶Sed quia etiam de scientia beata, quæ in Dei visione consistit, plura dicta sunt in prima parte: hic illa sola videntur dicenda, quæ propriè pertinent ad animam Christi.

¶Circa hoc ergo quæruntur quatuor.

¶Primò, vtrùm anima Christi comprehenderit Verbum siue diuinam essentiam.

¶Secundò, vtrũ in Verbo cognouerit omnia.

¶Tertiò, vtrùm anima Christi in Verbo cognouerit infinita.

¶Quartò, vtrùm videat Verbum siue diuinam essentiã clarius qualibet alia creatura.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm anima Christi compreheaderit Verbum siue diuinam naturam.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd anima Christi comprehenderit & comprehendat Verbum siue diuinam essentiam. Dicit enim Isido. quòd Trinitas sibi soli nota est, & homini assumpto. Igitur homo assumptus communicat cum sancta Trinitate in illa notitia sui, quæ est sanctæ Trinitati propria. Huiusmodi autem est notitia comprehensionis. Ergo anima Christi comprehendit diuinam essentiam.

¶Præterea, Magis est vniri Deo secundum esse personale, quàm secundum visionẽ. Sed sicut Damas. dicit in 3. lib. tota diuinitas in vna personarum est vnita humanæ naturæ in Christo. Multò ergo magis tota natura diuina videtur ab anima Christi: & ita videtur, quòd anima Christi comprehendat diuinam essentiam.

¶Præterea, Illud, quod conuenit filio Dei per naturam, conuenit filio hominis per gratiam: vt Augusf. dicit in primo de Trinit. Sed comprehendere diuinam essentiam, competit filio Dei per naturam. Ergo filio hominis competit per gratiam. Et ita videtur quòd anima Christi per gratiam Verbum comprehendat.

¶SED CONTRA est quod Augusf. dicit in lib. 83. q. Quod se comprehendit, finitum est sibi. Sed essentia diuina non est finita in comparatione ad animam Christi, cùm in infinitum eam excedat. Ergo anima Christi non comprehendit Verbum.

CONCLVSIO.

¶ Anima Christi nullo modo comprehendit Verbum vel diuinam essentiam.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut ex suprà dictis patet, sic facta est vnio naturarum in persona Christi, quòd tamen proprietas vtriusque naturæ inconfusa permanserit, ita scilicet quòd increatum manserit increatum, & creatum manserit infra limites creaturæ: sicut Damascẽ. dicit in tertio lib. Est autem impossibile, quòd aliqua creatura comprehendat diuinam essentiam (sicut in Prima parte ostensum est) eo quòd infinitum non comprehenditur à finito. Et ideo dicendum, quòd anima Christi nullo modo comprehendit diuinam essentiam.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo assumptus connumeratur diuinæ Trinitati in sui cognitione, non ratione comprehensionis, sed ratione cuiusdam excellentissimæ cognitionis præ cæteris creaturis.

¶Ad secundum dicendum, quòd nec etiam in vnione, quæ est secundum esse personale, natura humana comprehendit Dei verbum siue naturam diuinam. Quæ quamvis tota vnita fuerit humanæ naturæ in vna persona Filij, non tamen fuit tota virtus diuinitatis ab humana natura quasi circunscripta. Vnde Augusf. dicit in Epistola ad Volusianum, Scire te volo, non hoc Christianam habere doctrinam, quòd ita Deus infusus sit carni, vt curam gubernandæ vniuersitatis vel deseruerit, vel amiserit, vel ad illud corpusculum quasi contractam, collectámque transtulerit. Et similiter anima Christi totam Dei essentiam videt, non tamen eam comprehendit: quia non totaliter eam videt, id est, non ita perfectè sicut visibilis est: vt in Prima parte expositum est.

¶Ad tertium dicendum, quòd verbum illud Augusf. est intelligendum de gratia vnionis, secundum quam omnia, quæ dicuntur de filio Dei secundum diuinam naturam, dicuntur de filio hominis, propter identitatem suppositi. Et secundum hoc verè potest dici quòd filius hominis est comprehensor diuinæ essentiæ: non quidem secundum animam, sed secundum diuinam naturam. Per quem etiam modum potest dici quòd Filius hominis est creator.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum anima Christi in Verbo cognouerit omnia.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd anima Christi in Verbo non cognoscat omnia. Dicitur enim Marci 13. De die autem illa nemo scit, neque Angeli in cælo, neque Filius nisi Pater. Non ergo omnia scit in Verbo.

¶Præterea, Quàtò aliquis perfectius cognoscit aliquod principiũ, tãtò plura in illo principio cognoscit. Sed Deus perfectius videt essentiã suam, quã anima Christi. Ergo plura cognoscit in Verbo, quàm anima Christi. Non ergo anima Christi in Verbo cognoscit omnia.

¶Præterea, Quantitas scientiæ attenditur secundum quantitatem scibilium. Si ergo anima Christi sciret in Verbo omnia, quæ scit Verbum, sequeretur quòd scientia animæ Christi æquaretur scientiæ diuinæ, creatum videlicet increato: quod est impossibile.

¶SED CONTRA est quod super illud Apoc. 5. Dignus est agnus, qui occisus est accipere diuinitatem & sapientiam. Gloss. dicit, id est, omnium cognitionem.

CONCLVSIO.

¶ Anima Christi omnia nouit in Verbo propriè, quæ quandoq; actu sunt fuerunt, vel erunt, & quæcunque sunt in potentia creaturæ: non tamen omnia in eo cognouit, quæ sunt in potentia Dei creantis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd cùm quæritur an Christus cognoscat omnia in Verbo, ly omnia, potest dupliciter accipi. Vno modo propriè, vt distribuat pro omnibus, quæ quocunque modo sunt vel erunt vel fuerunt vel facta vel dicta vel cogitata à quocunque, secundum quodcunq; tempus. Et sic dicendum est, quòd anima Christi in verbo cognoscit omnia. Vnusquisque enim intellectus creatus, in Verbo cognoscit, non quidem omnia simpliciter, sed tantò plura, quantò perfectius videt Verbum. Nulli tamen intellectui beato deest, quin cognoscat in Verbo omnia quæ ad ipsum spectant. Ad Christum autem & ad eius dignitatem spectant quodammodo omnia, inquantum ei subiecta sunt omnia. Ipse etiam est omnium iudex constitutus à Deo, quia filius hominis est: vt dicitur Ioan. 5. Et ideo anima Christi in Verbo cognoscit omnia existentia, secundũ quodcunq; tempus, & etiam hominum cogitatus, quorum est iudex: ira vt quod de eo dicitur Ioan. 2. Ipse enim sciebat quid esset in homine, potest intelligi non solùm quantum ad scientiam diuinam, sed etiam quantum ad scientiam animæ eius, quam habet in Verbo. Alio modo ly omnia, potest accipi magis largè, vt extendatur non solùm ad omnia, quæ sunt actu secundum quodcunque tempus, sed etiam ad omnia quæcunque sunt in potentia nunquam reducta ad actum. Horum autem quædam sunt in sola potentia diuina: & huiusmodi non omnia cognoscit in Verbo anima Christi. Hoc enim esset comprehendere omnia, quæ Deus potest facere: quod esset comprehendere diuinam virtutem, & per consequens

Annot. Titulus clarus ex dictis in Prima parte quæstio. 12. vbi de Dei comprehensione tractatum est. Cõprehendere namque est cognoscere rem, quantũm cognoscibilis est: ita quòd nõ possit plus cognosci, quàm cognoscitur.

Cõment. ¶In corpore est vnica conclusio responsiua quæsito negatiuè: Anima Christi non comprehendit diuinam essentiam. Probatur: Impossibile est, quòd aliqua creatura comprehendat diuinam essentiam: ergo impossibile est animam Christi cõprehendere diuinam essentiam. Antecedens probatur: quia infinitũ non comprehenditur à finito. Consequentia probatur: quia vnio naturarum in persona Christi facta est sic, & salua est vtriusque naturæ proprietas, &c.

¶In responsione ad secundum dubium occurrit: quia diuertere videtur Autor à virtute deitatis in personãdo, ad virtutem deitatis in operando. Respondendo tiquidem Autor dicit, quòd licet tota deitas sit vnita humanitati Christi: non tota tamen deitatis virtus est quasi circunscripta. Quod de virtute personalitatis directè & secundum planum literæ cõtextũ intelligitur, quasi dixerit, quòd tota quidem deitas est coniuncta in vna persona Christi, non tamen comprehensa: quia potest in eadem persona coniungi alijs naturis, vt ex suprædictis patet: & sic virtus personatiua illius non est comprehensa ab humanitate Christi. Allegando autem autoritatem Aug. ad virtutem operatiuam digreditur, ad quã spectat cura gubernandi mundum.

¶Ad hoc dicitur, quòd Autor declarat à virtute operatiua non contracta, virtutem deitatis absolutè siue in personando (de qua directè erat dicendum) siue in operando, quæ sub Deitatis virtute comprehenditur, non esse comprehensam ab humanitate Christi. Vnde nulla digressio commissa est, sed à notorijs doctrina tradita est.

¶ Super Quæstionis decimæ Articulum secundum.

Titulus sumẽdus est vt sonat: in corpore nanq; articuli distinguitur.

¶In corpore sunt tres conclusiones, iuxta tria membra distinctionis, qua distinguitur quot modis potest distribuere ly Omnia. In litera igitur fit talis distinctio bimembris. Ly omnia potest sumi vel propriè: & sic distribuit pro omnibus, quæ quandoque actu secundum aliquod tempus sunt, vel large: & sic distribuit etiam pro his quæ sunt in potentia nunquam reducta ad actum. & hoc

Et hoc subdistingitur in duo membra: quia vel in potentia diuina sola, vel nõ in sola potentia diuina, sed etiam in potentia creaturæ. Ex quibus patet quòd ex vniuersa distinctione & subdistinctione tria tantùm membra constituuntur: & sic iuxta membrorũ horum numerum tribus conclusionibus respondetur quæstioni. Prima est, Anima Christi nouit in Verbo omnia propriè: hoc est quæ quandoq; in actu sunt, erãt, aut fuerunt. Probatur primò absolutè. Licet inter intellectus beatos sit differentia, nulli intellectui beato deest cognoscere in Verbo omnia quæ ad ipsum spectant, sed ad Christum & eius dignitatem spectant omnia: ergo anima Christi cognoscit in Verbo omnia. Probatur Minor: tum quia omnia Christo subiecta sunt: tum quia est omnium iudex constitutus à Deo. Probatur secundò quo ad cogitationes hominum autoritate Ioan. 2.

¶ Num Beatus videat in Verbo quæcunq; ad se spectant

Quæstio. ¶Circa hũc processum dubium occurrit: quoniam propositio dicẽs, cuilibet Beato cõuenire, quòd videat in Verbo omnia spectãtia ad se, difficultatẽ parit. Sequeretur enim ex ipsa coniuncta præcedẽti propositioni in litera posite, scilicet, Quilibet Beatus tantò plura in Verbo cognoscit, quantò perfectius videt Verbum, quòd aliquis Sanctus minus beatus, pura sanctus Antonius, esset magis beatus alterobeatiore se, puta sancto Petro: quod implicat cõtradictoria. Et patet sequela, posito, & plura singularia spectẽt ad sanctum Ant. quã ad sanctum Petrũ quia multò plures orationes emittuntur ad sanctum Anton. quàm sint singularia spectantia ad sanctum Petrum, quem nemo interpellat. Ad hoc dicitur, quòd propositio dicens, quemlibet Beatum videre in Verbo omnia spectãtia ad se, potest dupliciter intelligi, scilicet, vel formaliter vel causaliter. Si formaliter, sensus est, quòd ipsa visio Verbi est etiã visio spectãtiõ ad se. Et sic sumpta propositio intelligitur de spectantibus ad Beatum, tunc quum primò fit Beatus, & nõ de spectantibus postea ad ipsum, quoniam hæc per reuelationẽ habent: vt patet de Angelis, qui spectantia ad ipsos de dispositione populorum sibi commissorum nesciebant: vt testatur eorum pugna viginti & vno diebus, Dan. 10. ca. Et sic ad obiectionem dicitur, quòd impossibile est plura singularia spectare ad minus Beatum: tunc, quando primo fit Beatus: quoniam ex hoc ipso quòd ponitur minus Beatus, ponitur quòd visio sua in Verbo ad pauciora se extendat, vt in litera dicitur. Si vero intelligatur siue formaliter, siue causaliter, sic est sensus, quòd quilibet Beatus videt vel formaliter vel causaliter in Verbo omnia ad se spectantia. Et est indubie verum: quonism vel ipsa visio Verbi est illorum visio, vel est causa visionis illorum: quoniam ex hoc ipso, quòd aliquis videt Verbum, debetur sibi, quòd suo tempore innotescant sibi spectantia ad se: aliter visio illa non subsistantialiter cõstitueret Beatum, beatitudo enim est status omnium bonorum aggregatione perfectus. Et secundum hoc patet obiectionem cessare. quocunq; autem modo intelligatur, in proposito, infert intentum literæ: quia omnia fuerunt subiecta Christo ab instanti conceptionis suæ, in quo fuit beatus videndo Verbum: & sic in primo sensu processus inuenitur efficax: quia in Christo non habet locum noua notitia per reuelationes nouas, vt in aliis Beatis: sic per hoc quicquid aliis Beatis conuenit ex visione Verbi formaliter vel causaliter, Christo conuenit secundum ipsam visionem Verbi formaliter, & sic habetur intentum.

¶In eodem processu nota, quòd Autor distinguendo ly Omnia, in omnia quæ: *Annot.* doq; in actu, vel in omnia siue in actu siue in potentia, appellauit primam distributionem propriè, & secundam largè: ea ratione, quia quæ sunt in potentia, non sunt, & sicut excluduntur à numero entium, ita excluduntur à numero omnium. Fecit autem hoc ob dignificandos sermones de Christo, vt scilicet, simpliciter loquendo, affirmãdum doceret, quòd Christus, inquantum homo, nouit omnia.

¶Secunda cõclusio est: *Cõment.* Anima Christi non nouit in Verbo omnia, quæ sunt in sola potentia Dei. Probatur ducendo ad impossibile: quia posse omnia, quæ sunt in sola Dei potentia, est comprehẽdere omnia, quæ Deus potest facere: ergo est comprehendere virtutẽ: ergo est comprehendere diuinam essentiam: quod est impossibile. Prima consequentia probatur: quia virtus quælibet comprehendi tur per cognitionem omnis, in quæ potest.

¶Vbi nota omnes has propositiones: loqui de notitia seu comprehensione omnium non in seipsis, sed in Verbo seu causa. Ex comprehensione enim omnis effectus in seipsis, non infertur cõprehensio causæ alterius ordinis, & præsertim in infinitum excedentis omnia, quæ sunt in potentia suæ qualis est Deus, quum omnia sint entia limitata, ipse autem Deus sit infinitũ esse. Sed ex cõprehensione omnium possibilium in sua causa, infertur comprehensio diuinæ virtutis causatiuæ, quæ in proposito est omnipotentia diuina: & consequenter comprehensio essentiæ diuinæ. Nam in tali modo cognoscendi, cognitio possibilium sequitur naturaliter cognitionem causæ: ex qua per hoc maior maiorem, & tantam ex tanta maximam. Maior autem possibilis cognitio haberi non potest in causa, quàm, vt omnia cõprehendantur in illa, vt patet in cognitione principiorum: quantò enim aliquis perfectius illorum penetrat virtutem, tantò plura in illis, & ex illis cognoscit: adeò vt quòd omnia ex & in illis cognoscibilia quis comprehendit, tam perfectè illa nouit, vt perfectius cognosci nequeãt adequat si quidem tunc cognitio cognoscibilitatem illorum. Et scitur Deus in seipso, quàm anima Christi.

¶Tertia conclusio est: Anima Christi scit in Verbo omnia, quæ sunt in potentia *Cõment.* creaturæ. Probatur: Anima Christi comprehendit in Verbo omnia creaturæ essentiam: ergo virtutem & potentiam: ergo omnia, in quæ potest. Omnia sciuntur in litera pro constantibus: & verè constant præsuppositio antecedente, quòd rationabiliter affirmatur de anima Christi: quia tribuendum est ei quicquid potest excellentiæ tribui.

¶In responsione ad secundum nota primò illud verbum, Anima Christi scit in *Annot.* verbo omnia, quæ Deus in seipso scit scientia visionis: habebit enim inferius quæstionem non paruam. Nota secundò, quòd aliud est dicere, animam Christi scire omnia nota Deo scientia visionis, & non scire omnia nota Deo simplici intelligentia: & aliud est dicere, animam Christi scire tantùm ea, quæ sunt nota Deo scientia visionis, quoniam hoc secundum dictum autem ab anima Christi quicquid notum est Deo simplici intelligentia. Quod constat esse falsum ex litera, dicente, quòd anima Christi nouit multa in potentia, nunquàm in actu.

Vnde

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vnde patet error Scoti, qui hoc videtur imponere Autori in q.2.14.dl.tertijs sen.

Annot. ¶In responsione ad tertiũ aduerte, quòd quia vnum & idem est lumen claritatis diuinę in scientia visionis & simplicis intelligentiæ: ideo litera nõ subsumit, quòd scientia visionis in Deo est clarior, sed absolutè, quòd scientia Dei excedit in infinitum, quantum ad claritatem cognitionis. Quocirca excessus in infinitum, concedimus simpliciter: parificatio autem non sumpsiciter, sed secundum quid; hoc est quoad aliquid, hoc est quoad numerum scito tum a scientia visionis.

¶Ad hoc dicitur, quòd antecedens est falsum. Et ad illius probationẽ dicitur, quòd impedimentum in proprio est, & apparet ex parte cognoscentis, qui non est capax totius repræsentationis naturalis diuinæ essentiæ, sicut nec comprehensionis illius. Et ad probationem inducta, scilicet potest in longè maius, &c. respõdetur, quòd peccat secundum figuram dictionis, sub posse in maius & minus, subsumendo posse tali modo, hoc est posse videre quidditates possibiles in Verbo. Nam licet longè & infinitè maius sit videre Deum, quàm videre omnia alia: longè tamen maius est videre sic Deum, quòd in ipso visio videantur omnes quidditates possibiles, quàm videre Deum. Et hoc iam docuerat Autor: & tamen iste non erubuit concludere ex tali sophistica ratione.

¶ Super Quæstionis decimæ Articulum tertium.

Coment. TItulus clarus est.

¶In corpore articuli tria fiunt: primò ponitur distinctio bimembris de modo sciendi. Secundò respondetur quæsito, iuxta primum modũ sciendi vnica negatiua conclusione. Tertio respondetur quæsito, iuxta secundum modum sciendi, vna conclusione affirmatiua. Quo ad primum distinctio est, quòd dupliciter aliquid est cognoscibile, vel secundum seipsum, vt ens in actu: vel nõ secundum se, sed secundum illud, in cuius potentia existit, vt ens in potentia. Probatur distinctio: Ens dicitur dupliciter, scilicet simpliciter, vt ens in actu, & secundum quid, vt ens in potentia: ergo & scibile dicitur dupliciter: illud secundum se, hoc secundum quod est in alio. Antecedens patet: & consequentia quo ad primam partem probatur: quia scientia non est nisi entium. Quod probatur: quia ens & verum conuertuntur. Quo ad secundum verò: quia vnumquodq; cognoscitur, secundum quòd est actu, & non secundum quòd est in potentia: ex hoc enim sequitur, quòd scientia primo tendit ad ens in actu, & secundariò ad ens in potentia hoc est, tendit ad ens in actu secundum se, & ad ens in potentia, vt est in alio: hoc enim est secundariò cognosci, & illud est primò cognosci.

¶Quo ad secundum conclusio negatiua est, Anima Christi non scit infinita in actu. Probatur: quia non sunt infinita in actu, sed est certus numerus non solùm incorruptibilium, sed etiam generabilium & corruptibilium. Probatur: quia status generationis & corruptionis non durat in infinitum.

¶ Num filius Dei in Verbo cognouerit infinita.

Quæstio. ¶Occurrit hoc in loco dubium ad hominem, quo pacto fiet doctrina hæc cum antedicta. Dictum quippe in præcedenti articulo est, animã Christi scire quæcunq; scit Deus scientia visionis: & in Prima parte, quæst. 14. artic. 12. Autor determinat Deum scientia visionis cognoscere infinita, & reprehendit ac confutat rationem hic allatam de finito statu generationis & corruptionis. Vnde videtur Autor suæ obliuius doctrinæ, & ponere contrarium: adam animam Christi scire infinita in actu, & negat infinita in actu secundum quodcunq; tempus, & ex alia parte dicit animam Christi scire omnia, quæ sunt, erunt & fuerunt in actu: quia cogitationes & affectiones creaturarum ratione sui infinitæ essentialiter.

Et quia Arguens apponit ly in genere cognitionis, ideo ne in æquiuoco disputetur, distingue quòd si per hoc incidit quòd sit cognitio infinita simpliciter, patet responsio ex litera hac quòd scilicet cõsequela nihil valet. Nec ex eo quòd vna cognitio æquipolleat infinitis in aliquo certo genere, sequitur quòd sit infinita simpliciter: sequitur autem quòd sit altioris ordinis. vnũ siquidem individuũ superioris ordinis excedit infinita inferioris ordinis, & vna species altioris ordinis excedit perfectionẽ infinitarũ specierum inferioris ordinis: sol enim est perfectior omnibus generabilibus & corruptibilibus, etiam si mũdus æternus esset. Vnde visio animæ Christi, qua videt Verbum, & in illo infinita, non solùm æquipollet, sed excedit infinitas cognitiones terminabiles ad infinita: & tamen nõ est infinita simpliciter. Nec illæ cognitiones essent infinitæ perfectibiliter simpliciter, etiã vt cognitiones: quia infinitas simpliciter cognitionis (vt in hac habes litera) nũquã habetur nisi essentia infinita essentialiter comprehendatur: quod cõstat non inuenturi in infinitis cognitionibus infinitorũ specie distinctorum, creatorum vel creabilium: quorũ & singula & omnia simul habent essentias finitas essentialiter, vipatet, si singas infinitas species animalis: omnes enim simul ad animalis genus essentias limitatas haberẽt. Similes est enim de tota latitudine possibilium: quoniã omnia simul non essent actus purus, sed infra latitudinẽ habentium potentiã admixtam. Si autẽ intẽdit, quòd sit cognitio infinita secũdum quid, cum infinitas secũdum quid nõ repugnet creaturę, nihil omnino probatur.

¶Ad secundum autẽ ex extraneis, scilicet ex potentia Dei, negauda est Maior, quia modus intelligendi ecõtrario se habet ad modum, quo res in esse ponuntur: nã in intellectu adunatur diuisa, ad extra verò prodeuntia, diuiduntur, quæ in causa erant non solùm simul, sed vnum. Et hinc fit, quòd videri simul non repugnat infinitis: produci autem simul repugnat eis.

¶Ad tertium de merito & demerito, respondetur quòd neutrũ sequitur infinitum, nisi secundum quid, & non simpliciter. Magnitudo siquidem simpliciter tã

odium infiniti demeriti, puta si quis vellet ex odio Dei occidere infinitos hominẽs visos simul vel charitas infiniti meriti, puta si quis ex charitate illos infinitos diligeret.

¶Sed ex hac litera primum argumentum (quòd extra propria materię nõ vagatur) facilè solvitur, dicẽdo quod visio non est infinita, nisi essentia comprehẽsa sit infinita essentialiter.

Alias posĩtiũ. Et quia Arguens apponit ly in genere cognitionis, ideo ne in æquiuoco disputetur, distingue quòd si per hoc incidit quòd sit cognitio infinita simpliciter, patet responsio ex litera hac quòd scilicet cõsequela nihil valet. Nec ex eo quòd vna cognitio æquipolleat infinitis in aliquo certo genere, sequitur quòd sit infinita simpliciter: sequitur autem quòd sit altioris ordinis. vnũ siquidem individuũ superioris ordinis excedit infinita inferioris ordinis, & vna species altioris ordinis excedit perfectionẽ infinitarũ specierum inferioris ordinis: sol enim est perfectior omnibus generabilibus & corruptibilibus, etiam si mũdus æternus esset. Vnde visio animæ Christi, qua videt Verbum, & in illo infinita, non solùm æquipollet, sed excedit infinitas cognitiones terminabiles ad infinita: & tamen nõ est infinita simpliciter. Nec illæ cognitiones essent infinitæ perfectibiliter simpliciter, etiã vt cognitiones: quia infinitas simpliciter cognitionis (vt in hac habes litera) nũquã habetur nisi essentia infinita essentialiter comprehendatur: quod cõstat non inuenturi in infinitis cognitionibus infinitorũ specie distinctorum, creatorum vel creabilium: quorũ & singula & omnia simul habent essentias finitas essentialiter, vipatet, si singas infinitas species animalis: omnes enim simul ad animalis genus essentias limitatas haberẽt. Similes est enim de tota latitudine possibilium: quoniã omnia simul non essent actus purus, sed infra latitudinẽ habentium potentiã admixtam. Si autẽ intẽdit, quòd sit cognitio infinita secũdum quid, cum infinitas secũdum quid nõ repugnet creaturę, nihil omnino probatur.

¶Ad secundum autẽ ex extraneis, scilicet ex potentia Dei, negauda est Maior, quia modus intelligendi ecõtrario se habet ad modum, quo res in esse ponuntur: nã in intellectu adunatur diuisa, ad extra verò prodeuntia, diuiduntur, quæ in causa erant non solùm simul, sed vnum. Et hinc fit, quòd videri simul non repugnat infinitis: produci autem simul repugnat eis.

¶Ad tertium de merito & demerito, respondetur quòd neutrũ sequitur infinitum, nisi secundum quid, & non simpliciter. Magnitudo siquidem simpliciter tã scibile, propter perfectionem actus, licet non sit comprehensibile a potentia finita creaturæ: sic enim dicitur Deus infinitus. Et tale infinitum anima Christi cognoscit, licet non comprehendat. Alio modo dicitur infinitum secundum * rationem materiæ: quod quidẽ dicitur priuatiuè, ex hoc scilicet, q̃ non habet formam quam natum est habere: & per hũc modum dicitur infinitũ in quantitate. Tale autem infinitum ex sui ratione est ignotum: quia scilicet est quasi materia cum priuatione formæ (vt dicitur 3. Phy.) omnis autem cognitio est per formam vel actum. Sic ergo si huiusmodi infinitum cognosci debeat secundum modum ipsius cogniti, impossibile est quòd cognoscatur: est enim modus ipsius vt accipiatur pars eius post partem, vt dicitur in 3. Phy. Et hoc modo verum est, q̃ eius quantitatem accipientibus, scilicet parte accepta post partem, semper est aliquid extra accipere. Sed licut materialia possunt accipi ab intellectu immaterialiter & multa vnitè: ita infinita possunt accipi ab intellectu non per modum infiniti, sed quasi finitè: vt sic ea quæ sunt in seipsis infinita, sint in intellectu cognoscẽtis finita. Et hoc modo anima Christi scit infinita: inquãtũ scilicet scit ea non discurrendo per singula, sed in aliquo vno, puta in aliqua creatura, in cuius potentia existunt infinita, & principaliter in ipso Verbo.

¶Ad secundum dicendum, quòd nihil prohibet aliquid esse infinitum vno modo, quod est alio modo finitum: sicut si imaginemur in quantitatibus superficiem, quæ sit secundum longitudinem infinita, secundum latitudinẽ autem finita. Sic igitur si essent infiniti homines numero, haberent quidem infinitatẽ secundum aliquid, scilicet secundũ multitudinem, secundõ tamen essentiæ rationẽ haberent finitatẽ, eo q̃ omniũ essentia esset limitata sub ratione vnius speciei. Sed id quod est simpliciter infinitum secundum essentiæ rationem, est Deus: vt in Prima parte dictum est. Proprium autem obiectum intellectus est quod quid est (vt dicitur 3. de anima) ad quod pertinet ratio scientiæ. Sic igitur anima Christi propter hoc, quod habet capacitatem finitam, id quod est simpliciter infinitum secundum essentiam, scilicet Deum, attingit quidem: sed non comprehendit, vt dictum est. Id autem infinitum, quod in creaturis est in potentia, potest comprehendi ab anima Christi: quia comparatur ad ipsam secundum essentiæ rationem: ex qua parte infinitatem non habet. Nam etiam intellectus noster intelligit vniuersale, puta naturam generis vel speciei: quod quodammodo habet infinitatem, inquantum potest de infinitis prædicari.

¶Ad tertium dicendum, quòd id quod est infinitum omnibus modis, non potest esse nisi vnum. Vnde & Philosophus dicit in primo de Cæ. quòd quia corpus est ad omnem partem dimensionatum, impossibile est esse plura corpora infinita. Si tamen aliquid esset infinitum vno modo tantùm, nihil prohiberet esse plura talia infinita: sicut si intelligeremus plures lineas infinitas secundum longitudinem, protractas in aliqua superficie finita secundum latitudinem.

meriti, quàm demeriti, non ex multitudine obiectorum, sed ex quantitate essentialis fini pensatur.

¶In responsione ad tertium eiusdem tertij articuli, perspice quòd tota vis responsionis consistit in hoc, quòd proprietates infiniti, in quocunque ponatur infinitas, arctantur ad subiectum infinitatis: puta proprietates infiniti positi in linea arctantur ad lineã: & positi in superficie, arctãtur ad superficiem: & positi in numeris partibus, arctãtur ad numerum partem: & positi in motibus saturni, arctantur ad circulationes Saturni: & sic de aliis. Nec hoc dicitur voluntariè, sed cũ sufficienti ratione: quia scilicet infinitum non est substantia, sed accidẽs: constat autem, accidẽs non excedere suũ subiectum, sed arctari ad id lad. & si accidẽs arctatur ad subiectum, multò magis proprietates comitantes accidentis naturam, arctantur ad idem subiectum: vt patet inductiuè. Et hãc responsionem perspicaciter serua: quoniam ex illa elucescent solutiones multarum quæstionum, & quòd non incõuenit vnum infinitum esse maius alio.

Annot.

Quia igitur infinitum non est substantia quædam, sed accidit rebus, quæ dicuntur infinitæ (vt dicitur 3. Phy.) sicut infinitũ multiplicatur secundum diuersa subiecta, ita necesse est, quòd proprietas infiniti multiplicetur: ita quòd conueniat vnicuique illorũ, secundum illud subiectum, Est autem quædam proprietas infiniti, quòd infinito non sit aliquid maius. Sic igitur si accipiamus vnam lineã infinitam, in illa non est aliquid maius infinito. Et similiter si accipiamus quancunque aliarum linearum infinitarum, manifestum est quòd vniuscuiusque earum partes sunt infinitæ. oportet ergo quòd omnibus illis partibus infinitis non sit aliquid maius in illa linea: tamen in alia linea & in tertia erunt plures partes etiam infinitæ præter istas. Et hoc etiam videmus in numeris accidere: nam species numerorum parium sunt infinitæ, & similiter species numerorũ imparium, & tamen numeri pares & impares sunt plures quàm pares. Sic igitur dicendũ est, quòd infinito simpliciter quo ad omnia, simpliciter nihil est maius: infinito autem secundum aliquid determinatum, non est maius in illo ordine: potest tamẽ accipi aliquid aliud maius extra illum ordinem. Per hunc igitur modum infinita sunt in potentia creaturæ, & tamen plura sunt in potentia Dei, quàm in potentia creaturæ, & similiter anima Christi scit infinita scientia simplicis intelligentiæ, plura tamen scit Deus secundum hunc scientiæ modum.

Coment.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum anima Christi, videat Verbum sine diuinam essentiam clarius qualibet alia creatura.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd anima Christi non perfectius videat Verbum quàm quælibet alia creatura. Perfectio enim cognitionis est secundũ medium cognoscendi: sicut perfectior est cognitio, quæ habetur per medium syllogismi demõstratiui, quàm quæ habetur per medium syllogismi dialectici. Sed omnes Beati vident Verbum immediatè per ipsam diuinam essentiam, vt in Prima parte dictũ est. Ergo anima Christi non perfectius videt Verbũ, quàm quælibet alia creatura.

¶Præterea, Perfectio visionis non excedit potentiam visiuã. Sed potentia rationalis animæ, qualis est anima Christi, est infra potentiam intellectiuã Angeli: vt patet per Diony. 4. c. Cæl. hier. Ergo anima Christi non perfectius videt Verbum, quam Angeli.

¶Præterea, Deus in infinitũ perfectius videt Verbum suũ quàm anima. Sunt ergo infiniti gradus medij possibiles, inter modum, quo Deus videt Verbum suum, & inter modum, quo anima Christi videt ipsum. Ergo non est asserendum quòd anima Christi perfectius videat Verbum vel essentiam diuinam, quàm quælibet alia creatura.

¶SED CONTRA est quod Apost. dicit ad Ephes. 1. quòd Deus constituit Christum ad dexteram suam in cælestibus supra omnem principatum, & potestatem, & virtutẽ, & dominationẽ, & omne nomen quod nominatur, non solùm in hoc seculo, sed etiã

Sup. 9.9 ar. 2. ca. Et infrà q 11. ar. 3. ad 1.

Coment.

Sup. Quæstionis decimæ Articulum quartum.

TItulus clarus est.

¶In corpore articuli est vna conclusio respõsiua quæsito affirmatiuè: Anima Christi præ cæteris creaturis perfectius videt diuinam essentiã. Probatur, Visio diuinæ essentiæ conuenit omnibus Beatis secũdũ participationem diuini luminis, derluati in eos à fonte diuini Verbi: sed anima Christi coniungitur propinquius verbo Dei. & plenius recipit influxum luminis, in quo Deus videtur: ergo. Maior probatur Eccles. 1. Minor quo ad primam partem, quia cõiungitur in persona. Quo ad secũdam, quia tãquam Vnigenitus est plenus veritatis. Io. 1.

¶In responsione ad secundũ, nota expositionẽ Maioris propositionis assumptæ in corpore articuli, in qua dicitur, quòd visio Dei attenditur secũdum participationẽ diuini luminis. explanatur siquidẽ hic, quòd visio Dei attẽditur & secundum virtutem naturæ videntis, & secũdum lumen gloriæ: sed magis secũdum lumẽ gloriæ. quod ipsũ facit ad ordinem gratiæ. & ideo Christi anima perfectius videt, quàm Angeli, præstantes virtute intellectus naturalis. Dicẽdo siquidem, quòd magis attenduntur gradus visionis secundum ordinẽ gratiæ, quàm secundũ ordinem naturę, sufficienter explicauit, quòd secundum vtrunq; ordinem attenditur. Et hoc bene notabis: quia alibi habes, quòd pari existente lumine gloriæ in homine & Angelo, perfectius videt

Universidad de Deusto
Biblioteca

videt Deum Angelus, quàm homo, Et meritò, quia visus acutior meliùs videt, quàm visus minus acutus, cæteris paribus. Et ex hoc viterius sequitur quòd si verbum Dei assumpsisset in vnitate personalem angelicã aliquam naturã cum lumine gloriæ æquali illi, quod anima Christi de facto habet, Angelus ille perfectius videret diuinam essentiam, quã modò videat anima Christi.

¶ Num absolutè dari gradus possit maior gratia Christi, & visionis beatæ, seu luminis gloriæ.

Quæstio. ¶In responsione ad tertium circa illa verba, licet absolutè cõsiderando possit esse aliquis gradus sublimior secũdum infinitatẽ diuinæ potentiæ, dubiũ occurrit. Quoniam pacto stat cum supradictis, quòd gratia animæ Christi est in summo simpliciter, ita quòd nõ est dabilis maior gratia habitualis illa, quæ est in summo? Simile siquidẽ iudiciũ est de lumine gloriæ, quod est ipsa gratia cõsummata formaliter vel causaliter. Si enim lumẽ gloriæ est in anima Christi in summo, impossibile est secũdum quãcunq; potentiam inuenire gradum sublimiorem: sicut non potest inueniri sublimior gradus calorís, quàm sit calor in summo: esset enim implicatio cõtradictoria simul, vt patet.

¶Ad hoc dicitur, quòd quod in litera non dicatur, quòd posset esse sublimior gradus luminis gloriæ nec visionis diuinæ, sed sublimior gradus sine additione aliqua, nullam habet litera difficultatem, quũ de facto multi sint gradus perfectiores gradu diuinæ visionis, scilicet gradus substantiæ: quũ quælibet substantia sit sublimior simpliciter quolibet accidẽte. Sed hæc responsio dissonat à litera, quæ gradũ sublimiorem possibilẽ dicit secundũ infinitatem diuinæ potẽtiæ: per hoc namque manifestè significatur quòd de sublimiori, de potentia non ordinaria, sed de potentia absolutè loquitur. Et contextus ipse planè intellectus sonat, quòd loquitur de sublimiori gradu diuinæ visionis, de cuius altitudine tractatur. Vnde & propter sensum plani cõtextus, & propter attributum sublimiorem gradũ infinitatẽ diuinæ potẽtiæ, aliter respõdetur, fatendo q̃ litera loquitur de sublimiori gradu diuinæ visionis: verũ quia diuina visio graduatur vel ex parte luminis gloriæ, vel ex parte naturę intellectuæ, diuersimodè assignatur sublimior gradus diuinę visionis. Primò namq; sublimatur diuina visio ex lumine gloriæ sublimioris speciei: ita quòd lumen gloriæ ponatur genus ad speciem vnã luminis gloriæ inuẽti de facto in Christo, & in aliis Beatis, & aliã vel aliàs species luminis gloriæ possibiles fieri. Sed hæc positio diuinat, nec habet vnde formalem seu specificã differẽtiam inter lumina gloriæ ostendat: quum sit vnum obiectum formale absque mediocnec varietur specie ex receptiuis, vt patet ex hoc, quòd ciuidem speciei est in Angelis & hominibus.

in futuro. Sed in illa cælesti gloria tantò aliquis est superior, quantò perfectius cognoscit Deum. Ergo anima Christi perfectius videt Deum, quàm quæuis alia creatura.

CONCLVSIO.

¶ Anima Christi, cùm perfectissimè coniuncta fuerit verbo Dei, cæteris quoque creaturis diuinam essentiam perfectius & clarius intuetur.

¶RESPONDEO dicendum quòd visio diuinæ essentiæ conuenit omnibus Beatis, secundum participationem luminis deriuati in eos à fonte Verbi Dei: secundum illud Eccles. 1. Fons sapientiæ, verbum Dei in excelsis. Huic autem verbo Dei propinquius coniungitur anima Christi, quæ est vnita Verbo in persona, quàm quæuis alia creatura. Et ideo p̃ enius recipit influentiam luminis, in quo Deus videtur ab ipso Verbo, quàm quæcunque alia creatura. Et ideo præ cæteris creaturis perfectius videt ipsam primam veritatẽ, quæ est Dei essentia. Vnde dicitur Ioann. 1. Vidimus gloriam eius, quasi Vnigeniti à Patre, plenum non solùm gratiæ, sed etiam veritatis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd perfectio cognitionis, quantùm est ex parte cogniti, attenditur secundum medium, sed quantùm est ex parte cognoscentis, attenditur secundum potentiam vel habitum. Et inde est, quòd etiã inter homines per vnum medium, vnus perfectius cognoscit aliquam conclusionem, quàm alius. Et per hunc modum, anima Christi, quæ abundantiori repletur lumine, perfectius cognoscit diuinam essentiam, quàm alij Beati: licet omnes ipsam Dei essentiam videant per seipsam.

¶Ad secundum dicendum, quòd visio diuinæ essentiæ excedit naturalem potentiam cuiuslibet creaturæ: vt in Prima parte dictum est. Et ideo gradus in ipso attenduntur magis secundum ordinem gratiæ, in quo Christus est excellentissimus, quàm secundum ordinem naturæ, secundum quem natura Angelica præfertur humanæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut suprà dictum est de gratia, quòd non potest esse maior gratia, quàm gratia Christi, per respectum ad vnionem Verbi: idem etiam dicendum est & de perfectione diuinę visionis, licet absolutè considerando, possit esse aliquis gradus altior sublimiórque secundum infinitatem diuinæ potentiæ.

QVAESTIO VNDECIMA
De scientia indita, uel infusa animæ Christi, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de scientia indita vel infusa animæ Christi.

¶Et circa hoc quæruntur sex.

¶Primò, vtrùm secundum hanc scientiam Christus sciat omnia.

Secundò itaq; sublimatur diuinæ visionis gradus ex augmẽto in infinitũ luminis gloriæ: ita quòd à formis terminabilibus ad summũ excipitur lumẽ gloriæ, quod est tale, quòd quocunq; lumine gloriæ posito, adhuc potest poni maius. Et in Christo est lumen gloriæ in summo, secũdum Dei potentiam ordinatam: non secundum Dei potentiam absolutè, secundum quam potest quodcunque positũ, semper poni maius. Et est ratio exceptionis singularis, quia solum lumẽ gloriæ est qualitas propria cælestis patriæ. Reliquæ nãque qualitates supernaturales, aut sunt vitæ, vt fides, aut sunt cõmunes vitæ & patriæ, vt charitas. Sed huic positioni obstat quia secũdũ hoc maiori lumini gloriæ non respõderet maior charitas in patria. Ac per hoc non quãtò aliquis perfectius videret Deum, tãtò maiorẽ charitatem haberet, quia charitas ponitur in summo simpliciter in Christo: & sic lumen gloriæ posset poni maius, & charitas non posset poni maior.

¶Relinquitur igitur, q̃ alio modo sublimior gradus diuinæ visionis intelligatur possibilis: scilicet ex parte naturæ intellectuæ: quia scilicet si æquale lumen gloriæ Angelus assumeret ad verbum Dei in vnitatem personæ, Angelus ille perfectius videret Deum, quàm anima Christi, & esset sublimior visionis diuinæ gradus nõex sublimiori lumine, aut gradu luminis, sed ex sublimiore intellectu illuminato æqualiter. Et rursus si Deus assumeret sublimiorem Angelũ in vnitatem personæ cum æquali lumine gloriæ, perfectius iste videret Deum quàm Christus, & prior Angelus: & iterum si aliuus sublimiorem, & sic deinceps assumeret cum æquali lumine semper sublimior perfectius videret. Et sic secundum infinitatem diuinæ potẽtiæ infiniti gradus visionis diuinæ mediant inter perfectissimam visionẽ animæ Christi, & visionẽ, qua Deus seipsum videt. Et quia hæc responsio ab antè dictis nõ dissonat, & clara est absq; ambiguitate, ideo amplectenda est.

¶ Super Quæstionis undecimæ Articulum primum.

THuius articuli clarus est: intelligitur quippe vt sonat.

¶In corpore est vnica cõclusio: Anima Christi per scientiam inditam nouit omnia, excepta diuina essentia. Probatur. Conueniens fuit, vt anima Christi esset omnino perfecta, ita vt eius omnis potentialitas fuerit reducta ad actũ. Est autem considerandum, quòd in anima humana, sicut in qualiber creatura, considerãs scientias notas, & potentia obedientiæ ad sciendum omnia, quæ reuelantur à Deo hominibus: ergo vtraque eius potentia est reducta ad actum: & consequenter omnia nouit per scientiam inditam, excepta essentia diuina. Hic est processus literæ.

¶In quo primo recolendum est ex supradictis in art. 3. q. 9. quòd non intendit

litera dicere, quòd omnis potentia obedientiæ in Christi anima sit reducta ad actum: quum potentia obedientiæ in qualibet creatura inexplebilis sit: quia secundum ordinem ad id quod potest in creatura facere Deus attenditur. Sed intendit quòd omnis potentia obedientiæ ad actum naturæ animæ proportionatum, est reducta ad actum: constat autem quòd cognoscere per reuelationes, est actus naturæ animæ in statu tam viæ quàm patriæ, locatæ proportionatus, imò debitus: vt patet de reuelationibus necessariis, & factis Ecclesiæ tam triumphãti, quàm militanti. Et si quis diceret, potentiam hanc esse quidem respectu animæ humanę, absolutè potentiã obedientiæ: respectu verò eiusdem in vtroq; statu esse naturalẽ, vtpote naturali concomitantiã consequentẽ statũ) nõ abertractet. Vnde quòd Christus fuerit verus viator & compethensor simul, optimè de ipsius anima infertur, q̃ vtraque illius potentia reducta est ad actum. Aduerte secundò, quòd ideo essentiæ diuinæ cognitio excepta est, quia nõ cognoscitur naturaliter, nec per reuelationem. Et intellige Reuelationis nomine quencũq; influxũ speciei cuiuscunq; intelligibilis, & per cognitionẽ diuinæ essentiæ, non quancunq; cognitionem, sed visionem illius. Nouit siquidem anima Christi per scientiam inditam, diuinam naturã multò magis, quàm quicunque Philosophus, imò quàm anima separata, imò quàm Angeli naturali cognitione: quoniam clara reuelatione nouit Deum esse trinum in personis, & alia huiusmodi spectantia ad gratiæ ordinem: quæ Angelorum naturalem cognitionem excedunt. Sed quia per eam non videbat diuinam essentiam, quam per scientiam beatam videbat: ideo excepta est cognitio diuinæ essentiæ à scientiæ inditæ. Sola autem essentia diuina excepta est: quia reliqua omnia aut ad naturalem, aut ad reuelatam cognitionem spectant: quum etiam Angeli ipsi per reuelationem, hoc est per infusas species, ab anima nostra separata cognoscantur.

Annot. ¶In responsione ad secundum eiusdem articuli nota primò, quòd cùm dicitur, animam separatam cognoscere substãtias separatas per seipsas: non est sensus, quòd intelligantur per proprias substantias vt species intelligibiles ab anima separata: sed est sensus, quòd per seipsas, hoc est per proprias species intelligibiles, & non per species rerum sensibilium (vt modò fit) intelligentur: sicut color dicitur videri per seipsum, quando per propriam speciem videtur. Patet autem hunc esse sensum intentum, ex hoc quòd ad primam partem se remittit: vbi in articulo secundo quæstionis octuagesimænonæ, determinatum est, animam separatam cognoscere substantias separatas, per species diuinitus sibi influxas.

Annot. ¶Nota secundò, quòd quum de anima Christi dicitur, quòd cognouit substantias separatas per modum, quo cognoscit illas anima separata, communicatio hæc in modo cognoscendi intelligitur: solùm quo ad substãtialitatem modi cognoscendi, & non quo ad perfectionem: hoc est, quòd anima Christi communicat cum anima separata in hoc, quòd vtraque cognoscit substantias separatas per species influxas à Deo. Sed anima Christi tali modo cognoscens, perfectè & distinctè cognoscit substantias separatas: vt in quarto art. infrà patebit. Anima verò separata imperfectè nouit substantias separatas, vt in prima parte patet. Et propterea in litera hac dicitur, quòd anima separata aliqualiter nouit substantias separatas, & non dicitur absolutè, quòd nouit illas.

¶ Num Christus, & qua cognitione singularia nouit.

Quæstio. ¶In responsione ad tertium, circa cognitionem singularium omnium, triplex dubium occurrit. Primum ex Scoto in tertio sententia, distinctio. 14. quæstione tertia, vbi infert quòd si in Christo ponitur cognitio abstractiua omnũ singularium, cõcedendum est, cuiuslibet singularis esse propriam speciem in intellectu Christi: & consequẽter duo alia, hoc est, & plures species eiusdem speciei simul in eodem, & infinitas species infinitorum singularium possibilium.

¶Secundum dubium est etiam ex Scoto, ibidem probante, quòd in Christo non fuit cognitio intuitiua per species infusas omnium singularium quæ sunt, fuerunt, & erunt: tum quia species infusa repræsentat obiectum, vt abstrahit ab actuali existẽtia, quia eodem modo repræsentat obiectum, siue existat, siue non existat: ac per hoc non est ratio cognoscendi existens, vt existens: tum quia veritates cognoscibiles cognitione intuitiua, sunt veritates cõtingentes, quæ nõ possunt cognosci per quælibet species innatas, quia ex cognitione terminorum contingentium non potest cognosci veritas complexorum contingentium de illis terminis: quia illatum complexionis veritas non includitur in illis terminis, quemadmodum veritas necessaria complexionis scibilis claudi-tur in extremis.

¶Tertium dubium est, quia ex ratione literæ malè videtur concludi in anima Christi per scientiam infusam notitia omnium singularium: quia ex plenitudine prudẽtiæ in anima Christi nõ habetur cognitio omnium singularium, sed agibilium tantùm: quum prudẽtia sit ratio agibilium, extra agibilia autem sunt

& singularia factibilia) quæ spectant ad artem) & singularia nec agibilia nec factibilia, vt singularia speculabilium, vt sunt singularia arenæ, seminum, animalium, & huiusmodi.

¶Ad euidentiam horum sciendum est, quòd species intelligibiles infusæ non per accidens, sed ex suo genere, nõ solùm sunt alterius rationis à speciebus acquisitis quia sic sunt similitudines naturæ, puta leoninæ, quòd repræsentant ea, in quacunque dispositione accidentali subsit: ita quòd per vnam speciem potest intellectus cognoscere quidditatiue leonem & omnia eius individua, secundum individuales cõditiones, & inuicti leones omnes actu existentes.

Nec hoc est mirabile. Ita quòd sit incredibile, sed ratione subsistit quia scilicet huiusmodi species sunt exemplatæ à diuina essentia: quæ vna existens est similitudo, ita cuiusque propriè, vt nihil in quocunque præsentialiter vel repræsentatum distinctè cognoscatur. Si enim hoc de facto fatemur inueniri in diuina essentia respectu omnium, cur non possibile fatemur, in multis illius participationibus inueniri, quòd quilibet earum repræsentet aliquam vnam naturam cum suis quomodolibet accidentibus? vt quod vnitæ præhabetur in essentia diuina super omnes ordines diuisim, participetur in aliquibus speciebus spectantibus ad supremum ordinem cognoscitiuorum, qualis sunt substantiæ separatæ & animæ supernaturali lumine illustratæ.

¶Vnde ad primum dubium respondetur, negando illationem primam, & dicendo quòd vna species superioris ordinis seu infinita ex suo genere, potest sufficere ad notitiam abstractiuam, hoc est quidditatiuam, cum speciei, quam singularis, vt singulare est: nec oportet multiplicare species illas iuxta numerum singularium. Reliquæ autem consequẽtiæ, quia istam primam supponunt, manifestè ruunt.

¶Ad secundum verò dubium dicitur, quòd quia Christi animæ attribuenda est scientia infusa absque diminutione: ideo asseritur cum est Christum notitia intuitiua infusa vidisse omnia individua: vt in hac litera dicitur.

¶Et ad primam obiectionem respondetur, quòd salùm est, speciem infusam ex suo genere, abstrahere necessariò ab actuali existentia: nam talis species potest repræsentare naturam, puta leoninam, secundum omnia prædicata quidditatiua, & secundum individuales conditiones & existẽtias, quas habet, ac coniuncta in ea accidentia: vtpote exemplata à diuina essentia, vt exemplari talis naturæ sic & sic individuatæ, ac existentis, & qualificatæ ac quantificatæ.

Ad probationem verò, quia siue existat, siue non, eodem modo repræsentat, respondetur quòd repræsentare eodem modo concingit dupliciter, vel ex parte repræsentatis & sic falsum est quòd eodem modo repræsentet leonem, siue existat, siue non: quia existente leone repræsentatur existens: non existente autem, non repræsentatur existens. Vel ex parte repræsentantis: & sic verum est quòd eodem modo repræsentat: non enim mutatio fit in specie illa, per hoc quòd repræsentat naturam leoninam in hoc nunc de nouo existentem, sed eodem modo se habet ex parte sui: verum ipsa natura leonina in renuntationem patitur.

Et breuiter ita respondetur de istis speciebus in anima Christi: sicut de essentia diuina, vt repræsentat hæc eadem: de qua constat quòd repræsentat eodem modo ex parte repræsentantis, diuersimodè autem ex parte repræsentati. Et per hæc patet responsio ad secundum obiectionem: quia supponit hoc falsum, scilicet quòd species istæ sint species adæquatæ terminis incomplexis. Nos autem dicimus, quòd species istæ quæ in anima Christi sunt, sunt adeò altioris ordinis, vt intendatur diuinam essentiam, vt repræsentamem veritatem cognitionem, & non solùm vt repræsentantem naturam quamlibet secundum se. Et propterea anima Christi intuitiuè perfectè per illas videt præterita, præsentia & futura.

¶Ad tertium dubium notandum est, quantum scipso doctior fuerit Autor hic: quoniã in 3. sentẽ. distinctio. 14. quæstio. 1. & in quæst. de veri. quæst. 10. art. 6. modificans infusam Christo scientiam, eximit ab ea non solùm diuinam essentiam, sed singularia. vt cognitiones cordium, quia nõ pertinent hæc ad perfectionem humani intellectus, tam secundum naturæ, quàm gratiæ statum. Hic autem perspicacius discernens intellectus practici perfectionem à perfectione intellectus speculatiui humani, probat per hanc scientiam, animam Christi nosse omnia singularia præterita, præsentia, & futura: quia pertinẽt ad perfectionem intellectus practici. Et vere sic est, non solùm de cogitationibus hominum, sed de omnibus singularibus: quia omnia subiecta sunt prouidentiæ Christi, inquantum homo, vt patet ex autoritate Apostoli ad Hebræos. 2. & ipsius Domini, Matthæ. vltimo: Data est mihi omnis potestas in cælo, & in terra. Ex plenitudine igitur prudentiæ, non solùm monasticæ, sed politicæ, imò regalis, imò monarchicæ totius vniuersi (cuius prudentiæ constat pertem esse prouidentiam) rectè concluditur, ad perfectionem intellectus practici humani in Christo, etsi non in aliis hominibus, spectare cognitionem

omnium

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnium singularium quæ sunt subiecta prouidentiæ suæ. Constat autem ex 1. ad Corinth. 15. Quòdo mnia sunt Christo homini subiecta, præter eum, qui subiecit sibi omnia, ergo sola essentiæ diuinæ visione excepta, anima Christi per scientiam infusam scit quæcunque scit Deus scientia visionis. Et per hæc clarè patet responsio ad obiecta.

¶ Super Quæstionis vndecimæ Articulo secundum.

Coment. TItulus clarus.

Inf. ar. 4. sua q. 34. ar ti. 2 3. Et 3. di. 1. q. 1. ar tic. 2. 2. & dist. 14. arti. 3. q. 2. et 3. c. Et veri. q. 20. ar. 3. ad 1.

¶In corpore vna est conclusio: Anima Christi secundū scientiam infusam potuerat intelligere absque conuersione ad phantasmata. Probatur: Cōditio animæ comprehensoris est, vt nullo modo subdatur suo corpori, aut ab eo dependeat: ergo animæ beatæ ante & post resurrectionē intelligere possunt absq; conuersione ad phantasmata: ergo anima Christi potuit intelligere absque conuersione ad phātasmata. Antecedens manifestatur: quia post resurrectionem, ex anima redundabit gloria ad corpus. Et prima consequētia probatur: quia indigere cōuersione ad phātasmata, est ex hoc, quòd anima est corpori obligata, & quodammodo ei subiecta, & ab eo dependens. Secunda verò cōsequentia probatur: quia Christus ante passionem fuit simul viator & comprehensor: comprehensor præcipuè ex parte animæ intellectiuæ, viator ex parte corporis.

Annot. ¶Circa efficaciā istius processus, dubium statim occurrit: quia concesso toto, non infertur propositæ quæstionis intenta cōclusio. Nam conclusio inferēda est, quòd anima Christi potest absque conuersione ad phantasmata intelligere secundū scientiam infusam: in litera autem infertur non dicta conclusio, sed absolutè, quod absque conuersione ad phātasmata anima Christi potuit intelligere.

¶Ad hoc dicitur, quòd Autor solicitus fuit nō circa verba, sed circa illud, in quo cōsistit difficultas. Concurrēbus autem duobus simul ad propositam quæstionē, scilicet potentia intellectiua, & habitu scientiæ infusæ, & ex parte scientiæ ex suo genere infusæ, nulla haberetur ratio vinculi ad phantasmata, quin potius ex hac parte habetur elevatio supra phātasmata: restat vt tota difficultas ex parte intellectus, qui naturaliter necessitudine deuinctus, experitur, phātasmatibus se tenear, an scilicet naturale vinculum inter intellectum humanum & phātasmata efficiat, vt non possit etiam infusa vti scientia, nisi cōuertendo se ad phātasmata. Et ideo difficultatis huius veritate aperta, monstrādo quòd intellectus comprehensorum, ac per hoc animæ Christi, non obligatur ad phantasmata, pro constanti & claro dimittum est quid dicendum sit ad quæsitum, scilicet quòd potuit secundum infusam scientiā, Christi anima intelligere absque conuersione ad phantasmata.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm Christus hac scientia vti potuerit, non conuertendo se ad phantasmata.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd anima Christi non potuerit intelligere secūdum hanc scientiam, nisi conuertendo se ad phantasmata. Quia, vt dicitur in tertio de Anima, phantasmata comparātur ad animam intellectiuam humanam, sicut colores ad visum. Sed potentia visiua Christi non potuit exire in actum, nisi conuertendo se ad colores. Ergo etiam neque anima intellectiua eius potuit aliquid intelligere, nisi conuertendo se ad phantasmata.

¶Præterea, Anima Christi est eiusdem naturæ cum animabus nostris: alioquin ipse non esset eiusdem speciei nobiscum: contra id quod Apost. dicit Phil. 2. quòd est in similitudinem hominū factus. Sed anima nostra non potest intelligere, nisi cōuertendo se ad phātasmata. Ergo etiam neq; anima Christi.

¶Præterea, Sensus dati sunt homini, vt deseruiāt intellectui. Si igitur anima Christi intelligere potuit absq; conuersione ad phātasmata, quæ per sensus accipiuntur, sequeretur quòd sensus frustra fuissent in anima Christi: quod est inconueniens. Videtur igitur quòd anima Christi non potuerit intelligere, nisi conuertendo se ad phantasmata.

¶SED CONTRA est, quòd anima Christi cognouit quædā quæ per phantasmata cognosci non possunt, scilicet substantias separatas. Potuit igitur intelligere, non conuertendo se ad phantasmata.

CONCLVSIO.

¶ Cùm Christus fuerit viator & comprehensor, per scientiam inditam potuit intelligere, nō per conuersionem ad phantasmata.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Christus in statu ante passionem, fuit simul viator & comprehensor: vt infrà magis patebit. Et præcipuè quidem conditiones viatoris habuit ex parte corporis inquātum fuit passibile: conditiones verò comprehensoris maximè habuit ex parte animæ intellectiuæ. Est autem hæc conditio animæ comprehensoris, vt nullo modo subdatur suo corpori, aut ab eo dependeat, sed totaliter ei dominetur. Vnde & post resurrectionem, ex anima gloria redundabit ad corpus. Ex hoc autem anima hominis viatoris indiget ad phātasmata conuerti, quòd est corpori obligata, & quodammodo ei subiecta, & ab eo dependens. Et ideo animæ beatæ, & ante resurrectionem & post, intelligere possunt absque conuersione ad phantasmata. Et hoc etiam oportet dicere de anima Christi, quæ plenè habuit facultatem comprehensoris.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd similitudo illa, quam Philosophus ponit, non attenditur quantùm ad omnia. Manifestum est enim, quòd finis potentiæ visiuæ est cognoscere colores: finis autem potentiæ intellectiuæ non est cognoscere phantasmata, sed cognoscere species intelligibiles, quas apprehendit à phantasmatibus, & in phantasmatibus secundum statum præsentis vitæ. Est igitur similitudo, quantùm ad hoc, ad quod aspicit vtraque potentia: non autem quantum ad hoc, in quod vtriusque potentiæ conditio terminatur. Nihil autem prohibet, secundum diuersos status ex diuersis rem aliquam ad suum finem tendere: finis tamen proprius alicuius rei semper est vnus. Et ideo licet visus nihil cognoscat absq; colore, intellectus tamen secundum aliquem statum potest cognoscere absque phantasmate, sed non absque specie intelligibili.

¶Ad secundum dicendum, quòd licet anima Christi fuerit eiusdē naturæ cum animabus nostris: habuit tamen aliquem statum, quem animæ nostræ non habent nunc in re, sed solùm in spe, scilicet statu comprehensionis.

¶Ad tertium dicendum, quòd licet anima Christi potuerit intelligere, non conuertendo se ad phantasmata: poterat tamen intelligere, se ad phantasmata conuertendo. Et ideo sensus non fuerunt frustra in ipsa, præsertim cùm sensus nō dentur homini solùm ad scientiam intellectiuam, sed etiam ad necessitatem vitæ animalis.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm hæc scientia fuerit collātiua.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur quòd anima Christi hanc scientiam non habuerit per modū collationis. Dicit enim Damas. in 3. lib. In Christo non dicimus consilium neque electionem. Non autem remouentur hæc à Christo, nisi inquātùm important collationem & discursum. Ergo videtur quòd in Christo non fuerit scientia collatiua vel discursiua.

¶Præterea, Homo indiget collatione & discursu rationis, ad inquirenda ea, quæ ignorat. Sed anima Christi cognouit omnia, vt suprà dictum est. Non ergo in ea fuit scientia discursiua vel collatiua.

¶Præterea, Scientia animæ Christi se habuit per modum comprehensorum, qui Angelis conformantur: vt dicitur Matth. 22. Sed in Angelis non est scientia discursiua, seu collatiua: vt patet per Dio. 7. c. de Di. no. Ergo nec etiam in anima Christi fuit scientia discursiua seu collatiua.

¶SED CONTRA est, quòd Christus habuit animā rationalem, vt suprà habitum est. Propria autem operatio animæ rationalis est cōferre & discurrere de vno in aliud. Ergo in Christo fuit sciētia discursiua vel collatiua.

CONCLVSIO.

¶ Cùm scientiæ fuerit animæ Christi infusa, qua cùm volebat vti poterat, non fuit in ipsa scientia indita collatiua, seu discursiua, nisi quo ad vsum, non autem quo ad acquisitionem.

¶RESPONDEO dicendum, quòd aliqua scientia potest esse discursiua vel collatiua dupliciter, vel quo ad acquisitionem, vel quo ad vsum. Prima conclusio est: Scientia infusa animæ Christi non est collatiua secundum acquisitionem. Probatur: quia fuit non per inuestigationem acquisita, sed diuinitus indita. Secunda cōclusio est: sciētia huiusmodi potuit esse collatiua, quātùm ad vsum. Probatur quia poterat, vt sibi placebat, vti illa & manifestatur de facto in Christi discursu Matth. 17. Omnia clara sunt in litera.

¶ Num Christus indiguerit conuerti ad phantasmata, vt sua veteretur infusa scientia.

¶In eodem processu dubium occurrit ex Duran. in 3. sent. dist. 14. q. 2. tenēte oppositam conclusionem: hoc est, quòd Christus indigebat conuertione ad phantasmata in vsu scientiæ infusæ. Et ratio eius est: quia scientia infusa erat perfectio animæ Christi, secundum quòd erat viator: naturalis autem cōditio viatoris est indigētia phantasmatum ad vsum scientiæ. Sed hæc ratio facilè apparet infirma ac voluntaria: quoniam scientia infusa est perfectio animæ Christi, aut absolutè, aut secundū q. nata est cōmunicare cum Angelis in habēdo scientiā inquātum erat viator. Et quoniam erat simul viator & comprehensor, ex litera hac habes rationē, quare magis vsus huius scientiæ sequitur cōditiones cōprehensoris, quàm viatoris: quia scilicet in Christo hæc inuenitur differentia, quòd cōditiones viatoris habuit ex parte corporis: cōditiones verò comprehensoris habuit maximè ex parte animæ intellectiuæ: ad quā constat spectare scientiā infusam. Falsum est ergo, scientia infusam esse perfectionem animæ Christi in quantum viator erat quum ratio dicat ad oppositum.

Quæst. 3. d. 14. ar. 3. q. 1. Et veri. q. 20. ar. 3. ad 1.

¶In respōsione ad primū circa illud verbum, Finis potentiæ intellectiuæ est cognoscere species intelligibiles, cautos esto: quoniā sumuntur hic species intelligibiles vt species intelligibiles: hoc est, vt repræsentatiuæ sunt, hoc est secundū repræsentatiuā per illas: & nō secundū quòd sunt secundū se res quædam: sic enim ad repræsentatorū ordinē spectant: finis enim intellectiuæ potentiæ est intelligere res intelligibiles, quæ nō nisi per species intelligibiles aut earū vices seu locū tenentes repræsentantur. Quo circa differētia in litera posita inter phāsmata & species intelligibiles in hoc, q. non illa sed istas cognoscere est finis intellectus, intelligitur ea sumendo vtraq; in repræsentando. Phantasmata enim sunt singularium: species autē quidditatū. Finis autem intellectus nostri est, nosse q̄d q̄d est, vtpote proprii obiectiui: & nō est nosse materialia singularia, quotum rārùm sunt phantasmata, quæ nō nisi reflectiōe aut extēsiōe attingūtur ab intellectu.

¶ Super Quæstionis vndecimæ Articulum tertium.

Comment. TItulus, vt sonat, sumendus est.

¶In corpore vnica distinctio est bimēbris, cum conclusionibus singulis, iuxta singula mēbra. Distinctio est, Scientia discursiua seu collatiua dicitur

latiua dupliciter. Vno modo, quantùm ad scientiæ acquisitionem: sicut accidit in nobis, qui procedimus ad cognoscendum vnum per aliud, sicut effectus per causas, vel econuerso. Et hoc modo scientia animæ Christi non fuit discursiua vel collatiua: quia hæc scientia, de qua nunc loquimur, fuit sibi diuinitus indita, non per inuestigationem rationis acquisita. Alio modo potest dici aliqua scientia discursiua vel collatiua, quantùm ad vsum: sicut interdum scientes, ex causis concludunt effectus: non vt de nouo addiscant, sed volentes vti scientia, quam iam habent. Et hoc modo scientia animæ Christi poterat esse collatiua & discursiua: poterat enim ex vno aliud concludere, sicut sibi placebat. Sicut Matth. 17. cùm Dominus quæsisset à Petro, à quibus Reges terræ tributum acciperent, à filiis suis, an ab alienis, Petro respondente, quòd ab alienis, concluſit, Ergo liberi sunt filij.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd à Christo excluditur consilium, quod est cum dubitatione: & per consequens electio, quæ in sui ratione tale consilium includit. Non autem à Christo excluditur vsus cōsiliandi.

¶Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de discursu & collatione, prout ordinantur ad scientiam acquirendam.

¶Ad tertium dicendum, quòd Beati conformantur Angelis, quantùm ad dona gratiarum: manet tamen differentia, quæ est secundum naturam. Et ideo vti collatione & discursu, est connaturale animabus Beatorum, non autem Angelis.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm hæc scientia in Christo fuerit maior scientia Angelorum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd huiusmodi sciētia in Christo fuerit minor, quàm in Angelis. Perfectio enim proportionatur perfectibili. Sed anima humana secundum ordinem naturæ est infra naturam angelicam. Cùm igitur scientia, de qua nunc loquimur, sit indita animæ Christi ad perfectionem ipsius, videtur quòd huiusmodi scientia fuerit infra scientiam, qua perficitur natura angelica.

¶Præterea, Scientia animæ Christi fuit aliquo modo collatiua & discursiua: quod non potest dici de scientia angelica. Ergo scientia animæ Christi fuit inferior scientia Angelorum.

¶Præterea, Quantò aliqua scientia est magis immaterialis, tantò est potior. Sed scientia Angelorum est immaterialior, quàm sciētia animæ Christi: quia anima Christi est actus corporis, & habet conuersionem ad phantasmata: quod de Angelis dici non potest. Ergo scientia Angelorū est potior, quàm scientia Christi.

¶SED CONTRA est quod Apost. dicit Hebr. 2. Eum autem, qui modico quàm Angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis, gloria & honore coronatum. Ex quo apparet, quòd propter solā passionem mortis dicatur Christus ab Angelis minoratus: non ergo propter scientiam.

CONCLVSIO.

¶ Scientia indita vel infusa animæ Christi longè nobilior fuit secundum comparationem ad Deum influentem, quàm scientia Angelorum: secundum verò relationem recipientis inferior fuit Angelorū scientia.

¶RESPONDEO dicendum, quòd scientia indita animæ Christi, potest dupliciter considerari. Vno modo secundum illud, quod habuit à causa influente: alio modo secundum id, quod habuit ex subiecto recipiente. Quantùm igitur ad primum, scientia indita animæ Christi, fuit multò excellentior, quàm Angelorum scientia, & quantùm ad multitudinem cognitorum, & quātùm ad scientiæ certitudinem: quia lumen spiritualis gratiæ, quod est inditum animæ Christi, est multò excellentius, quàm lumē, quod pertinet ad naturam angelicam. Quantùm autem ad secūdum, scientia indita animæ Christi, est infra scientiam angelicam, scilicet quantùm ad modum cognoscendi, qui est naturalis animæ humanæ: qui scilicet est per conuersionem ad phantasmata, & per collationem & discursum. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm hæc scientia fuerit habitualis.

AD QVINTVM sic procedit. Videtur quòd in Christo non fuerit habitualis scientia. Dictum est enim, quòd anima Christi decuit maxima perfectio scientiæ. Sed maior est perfectio scientiæ existentis in actu, quàm existentis in potentia vel habitu. Ergo conueniens fuisse videtur, quòd omnia sciret in actu. Non ergo habuit habitualem scientiam.

¶Præterea, Cùm habitus ordinetur ad actum, frustrà videtur esse habitualis scientia, quæ nunquam in actum reducitur. Cùm autem Christus sciuerit omnia (sicut iam dictum est) non potuisset actu omnia illa considerare, vnum post aliud cogitando: quia infinita non est enumerando pertransire. Frustra igitur fuisset in eo quorundam scientia habitualis: quod est inconueniens. Habuit ergo actualem scientiam omnium, quæ sciuit, & non habitualem.

Coment. ¶In corpore articuli vnica est cōclusio: Sciētia indita animæ Christi fuit habitualis. Probatur: Modus scientiæ inditæ animæ Christi fuit conueniens subiecto recipiēti: ergo scientia indita animæ Christi fuit habitualis. Antecedēs probatur: quia receptū est in recipiente per modū recipientis. Cōsequētia verò probatur: quia modus connaturalis animæ humanæ est, vt recipiat scibilem per modū habitus. Probatur hoc: Modus cōnaturalis animæ humanæ est, vt quandoq; sit intelligens in actu, & quandoq; in potentia: ergo modus cōnaturalis ciusdem est, vt quandoq; sit in habitu quia medium inter puram potentiā & actum completum est habitus: & mediorum eiusdē generis cum extremis hoc est, si extrema sunt naturalia, medium est naturale: & si extrema sunt cōnaturalia, medium est cōnaturale hoc enim ad identitatem generis spectat: quia penes vnitatem subiecti cōmunis extremit & medio attēditur genus: Et sicut est naturalis via inter extrema per medium, ita oportet esse cōnaturalē viam per medii in illo, cui vtrunq; extremum est vicisim cōnaturale: alioquin trāsitus de cōnaturali extremo, ad aliud cōna-

3. distin. 1. 4. art. 1. q. 2. & 3. Et veri. q. 20 ar ticu. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

turale extremum nõ ef
se cõnaturalis, aut sine
medio extremis nõ ha
bentibus medium, quo
rum vtrumq; a naturæ
ordine exorbitat.

Annot. ¶ In respõsione adprimũ
aduerte, q ideo cogni
tio animæ Christi, quæ
det Verbũ, dicitur per
fectissima simpliciter
q ea negatiue, quãposs
sit esse perfectissima in
ter oĩs creatas cogni
tiones. Est nãq; ita pfec
ta, quòd nulla est pfec
tior ipsa: & ipsa est oĩ
alia perfectior, quia nõ
habet paré. Scientia au
tem ipsi infusa dicitur
perfectissima, nõ simpli
citer, q a neutro modo
est pfectissima, sed i ge
nere, hoc est in genere
cognitionis rerũ in ꝓ
prio genere. In hoc ũ
dẽ genere est perfectis
sima, & negatiue, quia
nulla sciẽtia in proprio
genere inuenitur perfe
ctior illa, q̃ data est ani
mæ Christi: & positiue,
q a ipsa est pfectior qua
libet alia sciẽtia i ꝓprio
genere inuẽta, tã in ho
minib⁹, quàm i Angelis

Annot. ¶ In respõsione ad secũ
dum nota primò, quòd
quũ multipliciter po
tuisset argumẽto secun
do satisfieri, puta ex pte
ipsi⁹ habit⁹, dicẽdo q
licet nõ posset tali mo
do, hoc est numerando
vnũ poss aliud exire in
actũ cognitionis infini
torum, quæ habitualiter
nouit, potesttamẽ exire
in actũ cognitionis ẽ
tundẽ alio modo, scili
cet simul cognoscẽdo in
actu quæcunq; per vnã
speciem repræsentatur
ita quòdcognitio sit suc
cessiua quo ad numerũ
specierũ intelligibiliũ,
quæ sunt finitæ, & non
quo ad numerũ per il
las cognitorũ, quæ sunt
infinita. Nec exigit ha
bitualis cognitio infini
torũ, vt possit exire in
actũ tali modo, scilicet
numerãdo cognita vnũ
post aliud: quoniã non
sic est in potẽtia ad actũ
consummãdum, sed ad
actus incõsummabiles.
Maluit tamẽ Autor alia
via soluere (hoc est ex
parte voluntatis, quæ est
reductiua habit⁹ de imo
in operationẽ) & dicere,
quòd q̃a voluntas in
determinatè se habet ad
infinita, ad hoc deseruit
infinitas habitualiter
cognitorũ, vt voluntas
ad quodcũq; infinitorũ
maluerit habitu virtuti
quòd nõ effet in pote
state sua, sibi habitualico
gnitto ad infinita se nõ
extẽderet. Quo fit, vtnõ
frustra fit infinitas cogni
torũ habitualiter, licet
nõ omnia actualiter in
vsũ cognitionis veniãt,
quia ad hoc est necessa
ria, vt ad quodcũq; ma
luerit applicare possibi
bitus, p loco tpe, nego
tio, fine, & huiusmodi.

¶ Super Quæstionis undecimæ Articulum sextum.

Annot. Titul⁹ clar⁹ est. De
scientia siquidẽ in-

¶ Præterea, Scientia habitualis est quæ-
dam perfectio scientis. Perfectio autem est
nobilior perfectibili. Si igitur in anima
Christi fuisset aliquis habitus scientiæ crea-
tus, sequeretur quòd aliquid creatum ef-
set nobilius, quam anima Christi. Non
igitur in anima Christi fuit scientia habi-
tualis.

¶ SED CONTRA, Scientia Christi,
de qua nunc loquimur, vniuoca fuit scientiæ
nostræ: sicut & anima eius fuit vnius speciei
cum anima nostra. Sed scientia nostra est in
genere habitus. Ergo & scientia Christi fuit
habitualis.

CONCLVSIO.

¶ Cùm scientia Christi fuerit vnius rationis cum scientia nostra, & ea vti potuerit cùm volebat, necessariò fuit habitualis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd
sicut suprà dictum est, modus huius scientiæ
inditæ animæ Christi fuit conueniens ipsi
subiecto recipienti: nam receptum est in
recipiente per modum recipientis. Est au-
tem hic modus connaturalis animæ huma-
næ, vt quandoque sit intelligens actu, quan-
doque in potentia. medium autem inter pu-
ram potentiam & actum completum, est
habitus. eiusidem autem generis est medium
& extrema: & sic patet quòd modus con-
naturalis animæ humanæ est, vt recipiat
scientiam per modum habitus. Et ideo di-
cendum est, quòd scientia indita animæ Chri
sti fuit habitualis, & poterat ea vti quando
volebat.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum,
quòd in anima Christi fuit duplex cogni-
tio, & vtraque suo modo perfectissima.
Vna quidem excedens modum naturæ hu-
manæ: qua scilicet vidit Dei essentiam, &
alia in ipsa: & hæc fuit perfectissima simp-
liciter: & talis cognitio non fuit habitua-
lis, sed actualis respectu omnium, quæ hoc
modo cognouit. Alia autem cognitio fuit
in Christo secundum modum proportio-
natum humanæ naturæ: prout scilicet co-
gnouit res per species sibi diuinitus indi-
tas, de qua cognitione nunc loquimur. Et
hæc cognitio non fuit simpliciter perfectissi-
ma: sed perfectissima in genere humanæ co-
gnitionis: vnde non oportuit, quòd esset sem
per in actu.

¶ Ad secundum dicendum, quòd habitus re
ducitur in actum ad imperium voluntatis:
nam habitus est, quo quis agit, cùm voluerit.
Voluntas autem indeterminatè se habet ad
infinita. Nec tamen hoc est frustra, licet non
in omnia actualiter tendat, dummodo reducan-
tur actualiter in id, quod conuenit loco &
tempori. Et ideo etiam habitus non est frus-
tra, licet non omnia reducantur in actum,
quæ habitui subiacent, dummodo reducan-
tur in actum id, quod congruit ad debitum
finem voluntatis, secundum exigentiam ne-
gotiorum & temporis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd bonum, sicut
& ens, dupliciter dicitur. Vno modo sim-
pliciter: & sic bonum & ens dicitur substan-
tia, quæ in suo esse & sua bonitate subsistit.
Alio modo dicitur ens & bonum secundum
quid: & hoc modo dicitur ens & bonum
accidens: non quia ipsum habeat esse & bo-
nitatem, sed quia eius subiectum est ens &
bonum. Sic igitur scientia habitualis non

ARTIC. VI.

est simpliciter melior, aut dignior, quàm
anima Christi, sed secundum quid: cùm to
ta bonitas habitualis scientiæ cedat in boni-
tatem subiecti.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm hæc scientia fuerit distincta per diuersos habitus.

AD SEXTVM sic proceditur.
Videtur quòd in anima Christi nõ
fuerit nisi vnus habitus scientiæ.
Quantò enim scientia est perfe-
ctior, tantò est magis vnita: vnde & Angeli
superiores per formas magis vniuersales co-
gnoscunt, vt in Prima parte dictum est. Sed
scientia Christi fuit perfectissima: ergo fuit
maximè vna. Non ergo fuit distincta per plu-
res habitus.

¶ Præterea, Fides nostra deriuatur à scientia
Christi: vnde dicitur Hebr. 12. Aspicientes in
autorem fidei & consummatorẽ Iesum. Sed
vnus est habitus fidei de omnibus credibili-
bus: vt in Secũda parte dictum est. Ergo mul-
tò magis in Christo non fuit nisi vnus habi-
tus scientiæ.

¶ Præterea, Scientię distinguuntur secundum
diuersas rationes scibilium. Sed anima Chri
sti omnia sciuit secundum vnam rationem,
scilicet secundum lumen diuinitus infusum.
Ergo in Christo fuit tantùm vnus habitus
scientiæ.

¶ SED CONTRA est quod Za-
chariæ 3. dicitur, quòd super lapidem vnũ,
id est Christum sunt septem oculi. Per ocu-
lum autem scientia intelligitur. Ergo vide-
tur quòd in Christo fuerint plures habitus
scientiæ.

CONCLVSIO.

¶ Scientia indita animæ Christi distincta fuit in diuersos habitus, secundum varia scibilium genera.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd
sicut dictum est, scientia indita animæ Chri-
sti habuit modum connaturale animæ
humanæ. Est autem connaturale animæ
humanæ, vt recipiat species in minori vni-
uersalitate, quàm Angeli: ita scilicet, quòd
diuersas naturas specificas, per diuersas spe-
cies intelligibiles cognoscat. Ex hoc autem
contingit quòd in nobis sint diuersi habitus
scientiarum, quia sunt diuersa scibilium gene-
ra: inquantum scilicet, ea quæ reducuntur
in vnum genus, eodem habitu scientiæ co-
gnoscuntur. Sicut dicitur in primo Poste.
quòd vna scientia est, quæ est vnius generis
subiecti. Et ideo scientia indita animæ
Christi, fuit distincta secundum diuersos
habitus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd
sicut suprà dictum est, scientia animæ Chri-
sti est perfectissima, & excedens Angelorum
scientiam, quantùm ad id quod considera-
tur in ea ex parte Dei influentis: est tamen in
fra scientiam angelicam, quantùm ad mo-
dum recipientis. Et ad huiusmodi modum
pertinet, quòd scientia illa per multos habi-
tus distinguatur, quasi per species magis par
ticulares existens.

¶ Ad secundum dicendum, quòd fides nostra
innititur primæ veritati: & ideo Christus est
autor fidei nostræ secundum diuinam scien-
tiam, quæ est simpliciter vna.

¶ Ad tertium dicendum, quòd lumen diui-

fusa quæritur, an sit infusa Christo vnica specie seu habitu, an diuersis. Et est ratio dubij, quoniã scientia magna talis scientię infusę animę Christi.

Comment. ¶ In corpore vnica est cõclusio respõsiua quæsito. Sciẽtia indita ãnæ Christi fuit distincta secundũ diuersos habit⁹. Probatur. Habitus frẽtiæ diuersificatur in nobis ex diuersitate generis scibilis, sed respectu scientiæ inditæ animæ Christi inuenitur diuersitas generis scibilis: ergo sciẽtia indita animę Christi distinguitur in diuersos habit⁹. Maior probatur ex primo Posteriorũ. Minor quæ nõ nisi i mpliciter ex litera habetur, hoc est in sua probatione, pbatur in ꝓpria sic. Connaturale est animæ humanæ, vt recipiat species in minori vniuersalitate, quã Angelitica scilicet, q di uersas naturas specificas p diuersas spẽs intelligibiles cognoscat. Sed scientia indita animæ Christi habuit modũ connaturalẽ animæ humanæ: ergo scientia indita animę Christi est distincta per species intelligibiles secundũ diuersitatem naturarum specificarũ. Hoc autem nihil aliud est, quã scientiam talem respicere diuersa genera scibilia: nã si diuersificatur secũdũ diuersas naturas specificas, multò magis distinguitur secundũ diuersa genera scibilia: quũ minor sit distinctio per genera scibilia, quã per species naturasi quoniã sub vno genere scibili cõprehenduntur multæ naturę specificę, vt patet ex supra dictis.

Annot. ¶ Et scito, quòd quũ hic dicitur, species intelligibiles oportere diuersificari secundũ diuersas naturas specificas, intelligẽdum est de naturis ꝓprię, hoc est subsistẽtiis nam per vnam & eandẽ speciem infusam intelligit anima Christi substãtia & proprietates accidentáq; eius. Rursus, non ita intelligas species intelligibiles infusas dearticulari ad naturas specificas, vt ꝓcisè repræsentẽt eas & non principia indiuiduantia, vt faciunt species intelligibiles abstractæ à phantasmatibus, & quales fuerunt species infusę primo homini: quoniã species infusæ animæ Christi, sũt non per accidẽs, sed ex fine genere infusæ: scilicet ad naturas substantiarũ specificas arctantur, vt simul indiuidua earum ostẽdant distinctiõ aliquin aut nõ nouisset hæc scientia omnia, aut infinitæ species ponerẽtur quorum virtus quæ esse talium monstratum est.

Annot. ¶ Circa hanc doctrinã iunctam respõsioni ad primum dubiũ superiꝰ reseruatum ex Scoto in

sent. dist. 14. quæst. vlt. volente, quòd species intelligibiles infusæ animæ Christi fuerunt perfectissimæ: quia sicut ponitur animæ Christi collata esse gratiã summã possibilẽ creaturæ ita probabile est infusas esse sibi species perfectissimas, nobilissimas, p quas perfectissimè nouit habitualiter res cognitione abstractiua.

¶ Ad hoc dicit ur, quòd ꝓportionalis similitudo assumpta est falsa. Ad cui⁹ euidẽtiam sciẽdum est, quòd dono gratiæ respondet directè donũ gloriæ: & cõsequẽter sicut animę Christi collata ponitur summa gratia: ita colla ta est summa gloria, ad quã spectat cognitio beata, & nõ cognitio infusa de qua est quæstio. Vnde quia cognitio infusa nõ respõdet gratiæ, cõsequenter est, vt malè assumpta sit similitudo, p portionalis: vt sicut ponitur, summam habere gratiã, ita ponendũ est habere summas species infusas. Et si quæratur, cur gratia, gloria, & visio beata nõ modificantur & articulãtur iuxta modũ naturalẽ animæ humanæ, sciẽtia autẽ infusam modificari ponitur in litera ad naturalẽ modũ animæ humanæ, & ideo species eius intelligibiles esse mi nus vniuersales, ac per hoc min⁹ perfectas, quã species angelorũ: respõdendũ est ex respõsione ad primũ in ar. præcedẽ ti, quòd visio beata, & huiusmodi, sunt de ordine connaturalitũ sola diuinæ naturæ, ac per hoc superexcedentium modũ cuiuscunque naturæ creatæ. Et ꝓpterea nõ articulãtur aut modificantur ex modo naturali animæ vel Angeli. Sciẽtia autẽ infusa est de ordine cõnaturalitũ creaturis, scilicet Angelis, & animabus nostris in statu separationis: ac per hoc est de ordine p portionatorũ modo humanæ naturæ: & proꝑterea meritò ponitur ipsam modificari & de articulari, iuxta connaturalẽ modum humanæ naturæ: ac per hoc, vt in litera dicitur, ponitur, species ipsi⁹ esse minus vniuersales & imꝑfectiores, quàm sint species angelicę. Cum qua tamen imꝑfectione species sciẽtia infusa animæ Christi, quo ad euidentiam, certitudinẽ multitudinẽmq; cognitorũ ſuper fectior sciẽtia angelica, propter excellentius lumen, vt prædictum est.

Annot. ¶ In respõsione ad tertium eiusdẽ articuli 6. nota, quòd sicut Aristoteles posuit, ad intellectionem nostrã concurrere tria, scilicet obiectum in sua specie intelligibili, & intellectũ possibile elicientem intellectionẽ, & lumẽ intellectus agentis, quo clarent immediatè principia, & illis mediantibus rel: qua concurrere enim intellectũ agentẽ non solùm ad generationẽ speciei intelligibilis, sed etiam ad faciendã euidentiã cognitorũ ex eo patẽt, quòd ipse, vt inquit Auerrois in prœmio de Anima, est causa primarũ propositionũ pro cui dubio quo ad euidentiã, & consequenter reliquarum, mediantibus illis principijs ꝓportionaliter Autor ponens scientiã altioris ordinis in anima humana, posuit species altioris ordinis & lumẽ altioris ordinis, sub quo clarẽ cognoscitur ea quæ p species infusas repræsentantur. Et ꝓpterea vt in litera dicitur. illud lumen cõmune est omnibus reuelatis, sicut lumen intellectus agentis: & est mediũ, sub quo, species autem intelligibilis est mediũ in quo res repræsentatur.

Comment. ¶ Super Quæstionem duodecimæ Articulum primum.

Titulus clarus est.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio respõsiua quæsito: Anima Christi per scientiã acquisitam sciuit omnia illa, quæ possunt per actionẽ intellectus agentis sciri. Probatur ex proportionali similitudine inter scientiã infusam respectu intellectus possibilis, & acquisitam respectu intellectus agentis: nam sicut illa ponitur propter perfectionem potentiæ intellectus possibilis, ita ista propter conuenientiã potentiæ actiuæ intellectus agentis. Et ideo sicut illa se extendit ad omnia, ad quæ se extendit possibilis intellectus potẽtia, ita est ad omnia, quæ potest intellectus agens facere.

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd scientia acquisita ponitur in anima Christi (vt suprà dictum est) propter conuenientiam intellectus agentis, ne eius actio sit otiosa, quæ facit intelligibilia in actu: sicut & scientia indita vel infusa ponitur in anima Christi ad perfectionẽ intellectus possibilis. Sicut autẽ intellectus possibilis est, quo est omnia fieri, ita intellectus agens est quo est omnia facere: vt dicitur in tertio de Anima. Et ideo sicut per scientiam inditam sciuit anima Christi omnia illa, ad quæ intellectus possibilis est quocunque modo in potentia: ita per scientiam acquisitam sciuit omnia illa, quæ possunt sciri per actionem intellectus agentis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd scientia rerum acquiri potest nõ solùm per experientiam ipsarum, sed etiam per experientiam quarundam aliarum rerum: cùm ex virtute luminis intellectus agentis possit homo procedere ad intelligendum effectus per causas, & causas per effectus, & similia per similia, & contraria per contraria. Sicut igitur licet Christus non fuerit omnia expertus: ex his tamen, quæ expertus est, in omnium deuenit notitiam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd licet sensibus corporalibus Christi non fuerint subiecta omnia sensibilia: fuerunt tamen sensibus eius subiecta aliqua sensibilia, ex quibus pro pter excellentissimam vim rationis eius potuit in aliorum notitiam deuenire per modũ prædictum: sicut videndo corpora cælestia, potuit comprehendere eorum virtutes, & effectus, quos habent in istis inferioribus, qui eius sensibus non subiacebant. Et eadem ratione ex quibuscunque aliis, in aliorum notitiam deuenire potuit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd secundũ istã scientiam anima Christi non simpliciter cognouit omnia: sed illa omnia, quæ per lumen intellectus agentis homini sunt cognoscibilia. Vnde per hanc scientiam non cognouit essentias subsistiarum separatarũ, nec etiam singularia præterita, prætentia, & futura, quæ tamen cognouit per scientiam inditam: vt suprà dictum est.

QVAESTIO DVODECIma de Scientia animæ Christi acquisita, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de scientia animę Christi acquisita vel experimentali.

¶ Et circa hoc quęruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm secundum hanc scientiam cognouerit omnia.

¶ Secundò, vtrùm in hac scientia profecerit.

¶ Tertiò, vtrùm aliquid ab homine didicerit.

¶ Quartò, vtrùm acceperit aliquid ab Angelis.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm secundum hanc scientiam Christus cognouerit omnia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd secundũ hanc scientiam Christus non omnia cognouerit. Huiusmodi enim sciẽtia per experientiam acquiritur. Sed Christus non omnia expertus est. Non igitur omnia secundum hanc scientiam sciuit.

¶ Præterea, Homo scientiam per sensum acquirit. Sed non omnia sensibilia sensibus corporalibus Christi fuerunt subiecta. Non igitur secundum hanc scientiam omnia cognouit Christus.

¶ Præterea, Quantitas scientiæ attenditur secundum scibilia. Si igitur secundum hanc scientiam Christus omnia sciuisset, esset in eo scientia acquisita æqualis scientiæ infusæ, & scientiæ beatæ: quod est inconueniens. Non ergo secundum hanc scientiam Christus omnia sciuit.

¶ SED CONTRA est quod nihil imperfectum fuit in Christo quantùm ad animam. Fuisset autem imperfecta hæc eius sciẽtia, si secundum eam nõ sciuisset omnia: quia imperfectũ est, cui potest fieri additio. Ergo secundum hanc scientiam Christus omnia sciuit.

CONCLVSIO.

¶ Sicut per scientiam inditam omnia cognouit, ad quæ quocunque modo intellectus possibilis est in potentia: ita per scientiam acquisitam omnia attigit, ad quæ se extendit virtus intellectus agentis.

¶ Ad primum dicendum, quòd licet scientia acquisita ponitur in anima Christi ad perfectionẽ intellectus possibilis. Sicut autẽ intellectus possibilis est, quo est omnia fieri, ita intellectus agens est quo est omnia facere: vt dicitur in tertio de Anima. Et ideo sicut per scientiam inditam sciuit anima Christi omnia illa, ad quæ intellectus possibilis est quocunque modo in potentia: ita per scientiam acquisitam sciuit omnia illa, quæ possunt sciri per actionem intellectus agentis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd scientia rerum acquiri potest nõ solùm per experientiam ipsarum, sed etiam per experientiam quarundam aliarum rerum: cùm ex virtute luminis intellectus agentis possit homo procedere ad intelligendum effectus per causas, & causas per effectus, & similia per similia, & contraria per contraria. Sicut igitur licet Christus non fuerit omnia expertus: ex his tamen, quæ expertus est, in omnium deuenit notitiam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd licet sensibus corporalibus Christi non fuerint subiecta omnia sensibilia: fuerunt tamen sensibus eius subiecta aliqua sensibilia, ex quibus pro pter excellentissimam vim rationis eius potuit in aliorum notitiam deuenire per modũ prædictum: sicut videndo corpora cælestia, potuit comprehendere eorum virtutes, & effectus, quos habent in istis inferioribus, qui eius sensibus non subiacebant. Et eadem ratione ex quibuscunque aliis, in aliorum notitiam deuenire potuit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd secundũ istã scientiam anima Christi non simpliciter cognouit omnia: sed illa omnia, quæ per lumen intellectus agentis homini sunt cognoscibilia. Vnde per hanc scientiam non cognouit essentias subsistiarum separatarũ, nec etiam singularia præterita, prætentia, & futura, quæ tamen cognouit per scientiam inditam: vt suprà dictum est.

Annot. ¶ In respõsione ad primum & secundũ simul, dubium ex Durando in 3. sen. dist. 14. quæstio. 1. occurrit, arguente dicẽte contra vtranque respõsionem. Primò, cõtra secundã, dicẽs, quòd ex visione corporũ cælestiũ nullus potest cõprehendere virtutes eorum, sed potius experiẽtia effectuũ. Deinde contra primã dicens, quòd experiẽtia nõ parit sciẽtiam nisi rerũ experimentum & cõsimilium secũdum speciem: quoniã sic ex multis sensibus fit memoria, & inde experimentũ, & inde vniuersale: quod est principiũ artis & scientiæ (vt dicitur in prœmio Metaꝛ.) nõ ergo ex quibusdam expertis Christus venit in notitiam omnium: vt in litera dicitur.

¶ Ad primũ horum dicitur, quòd Durandus voluit esse cæcutiẽt in litera nõ dicitur, quòd ex sola visione corporali corporũ cælestiũ Christus cõprehenderit cælestia: sed ex ꝑte præmit titur i hac ipsa respõsione ad secundum ibi, Per modum prædictũ, scilicet ex per experiẽtiam: & subditur statim ex ꝑplaꝛiter, Sicut videndo, &c. Est ergo sensus litęræ de visione ex perimẽtali, & nõ de visione absolutè.

¶ Ad secundũ autem dicitur, quòd cõtra rio speciem, causatur, scilicẽt, & huiusmodi, manifestat q̃ experientia in quibusdã, puta in calidis, generat nõ solùm scientiã calidorum, sed excellenti existẽte ingenio, ex scientia calidorũ generatur sciẽtia frigidorũ, & ex his medio rum, & ex his omnibus elemẽtorum & mixtorum, & ex his ad causas ascenditur superiores. Quocirca, experiẽtiam patere scientiã similiũ tantùm, potest intelligi dupliciter: scilicet vel immediatè, & sic est verum vel quouis modo, & sic est falsum: vt in litera hæc dicitur, Sciẽtia, inquit Autor, terũ non solùm acquiri potest ex experiẽtia ipsarũ, sed ex experientia quarundã aliarũ. Et ratio assignatur: quia ex virtute luminis ꝓtest homo ꝓcedere, &c.

¶ Et scito quòd tota difficultas nostra consistit in comprehendendo substantiam vnam inferiorem: quoniam illa comprehensa, facilè reliquæ comprehenderentur. Et similiter in comprehendendo vnum corpus cæleste, vno enim comprehẽso, facilè omnia comprehenderentur ab excellentissimo ingenio, quale fuit illud animæ Christi. Non est autem impossibile tali ingenio comprehendere vnũ corpus cæleste, & vnum mixtum perfectum, puta hominem, non est igitur impossibile, quòd omnia quæ possunt virtute intellectus agentis cognoscì, cognouerit per inuentionem.

¶ At iquis dixerit, sensibus Christi omnia singularia opportuna ad perfectam per inuentionem scientiam omnium naturali ratione cognoscibilia deesse Angelorum ministerio suppleute, non aberraret: quoniam si (euangelista testante) esurienti Christo Angeli cibum corporalem ministrauerunt, Mat. 4. multò magis rationabile est, vt indigenti Christo spirituali cibo scientiæ acquisitæ ministrauerint Angeli singularia opportuna, ex quibus ipse suo ingenio adinuenirent scientiam. Hoc enim nullum inconueniens habet annexum: nec est miraculum voluntarię fictum, sed super simili & minus necessario expresso in Euangelio fundatum, & propterea vt rationabile amplectendum est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis duodecimæ Articulū secundum.

Cōment. Titulus clarus est.

Supra q. 7. ar. 12 3. & infra ar. 3. & 4. & 10. & 15. ar. 2. Et 3. di. 13. ar. 1. & fi. et dist. 14. arti. 3. q. 1. Et veri. q. 20. ar. 6. 3. Et opus. 3. c. 223. Et 10. 1. li. 10. col. 1 fi. Et Heb. 3. col. 6.

¶In corpore articuli tria fiūt. Primo ponitur distinctio bimembris. Duplex est profectus scientiæ, alter secundum essentiā, alter secundum effectum.

Secundò respondetur quæstio iuxta secundū membrū, Christus processit secundum effectum in scientia gratia sicut & ætate. Probatur, quia iuxta gratis argumētū maiora operatus faciebat, quę maiorē scientiam & gratiā demonstrabant. Tertiò respondetur quæstio iuxta primū membrū, quo ad quadruplicem Christi scientiam, scilicet infusam, beatā diuinā, & acquisitam. Et de tribus primis quidē negatiuē scilicet quòd Christus non profecit. De acquisita verò recitatur prior opinio, & sua olim opinio, quòd nō est augmentata secundum se, sed secundum experientiā, hoc est, conuersionē seu applicationē illius ad phātasmata, quæ ex sensibꝰ & experientiis ab extrā veniebant. Deinde reprobatur prior opinio nunc opinio, quòd acquisita secundum essentiā aucta fuit, quia inconueniēs videtur, deesse Christo aliquā intelligibilē actionē. Vbi nota modestiā Autoris, quòd opinātis personam induit, dum ait, Inconueniens videtur: & explanationē subdit, quòd operatio intellectus agentis respicit principalē illius operationē, cuius priuatione otiosus seu frustra poneretur, fuit sermo.

¶ Super Quæstionis duodecimæ Articulū tertium.

Cōment. Titulus clarus.

¶In corpore articuli vna est conclusio respōsiua quæstiōi negatiuē: Christꝰ nihil ab homine didicit. Pro hac tenet: Primū moues in quolibet genere, nō mouetur illa specie motus: Christus est primus doctor hominū omnium: ergo nō docetur ab aliquo homine. Maior manifestatur in primo alterare. Minor autoritate Domini, Ioan. 18.

QVAEST. XII. ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm Christus in hac scientia profecerit.

AD SECVNDVM sic procedi-tur. Videtur quòd secundum hanc scientiam Christus nō profecerit. Sicut enim secundum scientiā beatitudinis & secundum scientiā infusam Christus cognouit omnia: ita & secundum hanc scientiam acquisitam, vt ex dictis patet. Sed secundum illas scientias non profecit: ergo nec secundum istam.

¶Præterea, Proficere est imperfecti: quia perfectum additionem non recipit. Sed in Christo non est ponere scientiā imperfectā. Ergo secundū hanc scientiā Christus non profecit.

¶Præterea, Damasc. dicit, Qui proficere dicūt Christum sapientia & gratia, vt additamentum sensus susceipientem, non venerantur vnionem, quæ est secundum hypostasim. Sed impium est illam vnionem non venerari. Ergo impium est dicere, quòd scientia eius additamentum acceperit.

¶SED CONTRA est quod dicitur Luc. 2. quòd Iesus proficiebat sapientia & ætate & gratia, apud Deum & homines. Et Ambr. dicit quòd proficiebat secundum sapientiam humanam. Humana autē sapientia est, quæ humano modo acquiritur, scilicet per lumen intellectus agentis. Ergo Christus secundum hanc scientiam profecit.

CONCLVSIO.

¶ Proficit Christus in scientia & gratia, sicut ætate, non quidem essentialiter, se effectiuè siue significatiuè, & secundum experientiam.

¶RESPONDEO dicendum, quòd duplex est profectus scientiæ. Vnus quidem secundum essentiam: prout scilicet ipse habitus scientiæ augetur. Alius autem secundum effectum: puta si aliquis secundū eundē & equalem scientiæ habitum, primò minora alios demonstret, & postea maiora & subtiliora. Hoc autem secundo modo manifestum est, quòd Christus in scientia & gratia profecit, sicut & in ætate: quia scilicet secundū augmentū ætatis opera maiora faciebat, quæ scilicet maiorem scientiam & gratiam demōstrabant. Sed quantum ad ipsum habitum scientiæ, manifestum est quòd habitus scientię infusæ in eo non est augmentatus, cùm à principio plenariè fuerit sibi omnium scientia infusa: & multò minus scientia beata in eo augeri potuit. De scientia enim diuina quod nō possit augeri supra in prima parte dictū est. Si igitur præter habitū scientiæ infusum, non sit in anima Christi aliquis habitus scientiæ acquisitæ (vt quibusdam videtur, & mihi aliquando visum est) nulla scientia in Christo augmentata fuit secundū essentiā, sed solùm per experiētiam id est conuersionē ad species intelligibilium, inditarum ad phantasmata. Et secundum hoc dicunt, quòd scientia Christi profecit secundū experientiā: conuertendo scilicet species intelligibiles inditas ad ea quæ de nouo percipiebat. Sed quia inconueniēs videtur quod aliqua naturalis actio intelligibilis, Christo deesset, cùm extrahere species intelligibiles à phantasmatibus, sit quædam naturalis actio hominis secundū intellectum agentem, conueniēs videtur hanc etiā actionē in Christo ponere. Et ex hoc sequitur quòd in anima Christi aliquis habitus scientiæ fuerit, qui per huiusmodi abstractionem specierum potuerit augmentari: ex hoc scilicet, quòd intellectus agens, post primas species intelligibiles abstractas à phantasmatibus poterat etiam alias & alias abstrahere.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd tam scientia infusa animæ Christi, quā scientia beata, sunt effectus agentis infinitę virtutis, qui potest simul totum operari: & ita in neutra scientia Christus profecit, sed à principio eā perfectam habuit. Sed scientia acquisita causatur ab intellectu agēte, qui non simul totū operatur, sed successiuè. Et ideo secundū hanc scientiā Christus non à principio sciuit omnia, sed paulatim, & post aliquod tempus, scilicet in perfecta ætate. Quod patet ex hoc, quòd Euangelista simul dicit eum profeciſſe scientia & ætate.

¶Ad secundum dicendū, quòd hæc etiam scientia semper fuit perfecta secūdum tempus: licet non semper fuerit perfecta simpliciter & secundum naturam. Et ideo potuit habere augmentum.

¶Ad tertium dicendum, quòd verbum Damasc. intelligitur quantū ad illos, qui dicunt simpliciter fuisse factam additionem scientiæ Christi, scilicet secundum quancunq; eius scientiā: & præcipuè secundum infusam, quæ causatur in anima Christi ex vnione ad Verbum. Non autem intelligitur de augmento scientiæ, quæ ex naturali agente causatur.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm Christus aliquid ab homine didicerit.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christus aliquid ab hominibꝰ didicerit. Dicitur enim Luc. 2. quòd inuenerūt eū in tēplo in medio Doctorū interrogantē illos & respondentē. Interrogare verò & respondere est addiscentis. Ergo Christus aliquid didicit ab hominibus.

¶Præterea, Acquirere scientiam ab homine docente, videtur esse nobilius, quàm acquirere à rebus sensibilibus: quia in anima hominis docentis sunt species intelligibiles in actu, in rebus aūt sensibilibus sunt species intelligibiles solùm in potentia. Sed Christꝰ accipiebat scientiam experimētalē ex rebꝰ sensibilibus, vt dictū est. Ergo multò magis poterat accipere scientiā addiscēdo ab hoībus.

¶Præterea, Christus secundum scientiam experimētalem non omnia à principio sciuit, sed in ea proficit, vt dictum est. Sed quilibet audiens sermonem significatiuum alicuius, potest addiscere quod nescit. Ergo Christus potuit ab hominibus aliqua addiscere, quæ secundum hanc scientiam nesciebat.

¶SED CONTRA est quod dicitur Isa. 55. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem Gentibus. Præceptoris autem non est doceri, sed docere. Ergo Christus non accepit aliquam scientiam per doctrinam alicuius hominis.

CONCLVSIO.

¶ Cùm Christus constitutus à Deo fuerit primus omnium hominū doctor, non congruit, ipsum ab aliquo homine doceri.

¶RESPONDEO dicendū, quòd in quolibet genere id quod est primū mouēs, non mouetur secundū illam speciē motus: sicut primū alterās nō alteratur. Christus autē cōstitutus est à Deo caput Ecclesiæ, quinimo omniū hominū (vt suprà dictum est) vt non solū omnes per ipsum gratiā acciperēt: sed etiāt oēs ab eo doctrinā veritatis reciperent. Vnde ipse dicit Ioan. 18. In hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimoniū perhibeam veritati. Et ideo non fuit cōueniēs eius dignitati, vt à quocūq; hoie doceretur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Origen. dicit super Luc. Dominus interrogabat, non vt aliquid addisceret: sed vt interrogatus erudiret. Ex vno quippe doctrinæ fonte manat & interrogare & respondere sapienter. Vnde & ibidem in Euangelio sequitur, quòd stupebant omnes, qui eum audiebāt, super prudentia, & responsis eius.

¶Ad secūdum dicendū, quòd ille qui addiscit ab homine, nō accipit immediatè scientiam à speciebus intelligibilibus, quæ sunt in mente ipsius, sed mediantibus vocibus sensibilibus, tanquā signis intelligibilium cōceptionum. Sicut autē voces ab homine formatæ sunt signa intellectualis scientię ipsius, ita creaturæ à Deo conditæ sunt signa sapientiæ eius. Vnde dicitur Eccles. 1. quòd Deus eā fudit sapientiam super omnia opera sua. Sicut igitur dignius est doceri à Deo, quàm ab homine: ita dignius est accipere scientiam per sensibiles creaturas, quàm per hominis doctrinam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Iesus proficiebat in scientia experimentali, sicut & in ætate: vt dictum est. Sicut autem ætas opportuna requiritur ad hoc quòd homo accipiat scientiam per inuentionem: ita etiam ad hoc quod accipiat scientiam per disciplinam. Dominus autē nihil fecit quod non congrueret eius ætati: & ideo audiendis doctrinæ sermonibus, non accommodauit auditum nisi illo tempore, quo poterat etiam per viam experientiæ talem scientiæ gradum attigisse. Vnde Greg. dicit super Ezech. Duodecimo anno ætatis suæ interrogate dignatus est homines in terra: quia iuxta rationis vsum doctrinæ sermo non suppetit nisi in ætate profecta.

Super

¶ Super Quæstionis decimætertiæ Articulum quartum.

Cōment. Titulus clarus.

Infrà q. 30. arti. 2. Et 3. dis. 13. qū. 2. art. 2. q. 1. & di. 14. arti. 3. q. 6.

¶In corpore articuli primò ponitur distinctio de duplici modo, quo anima nata est scientia perfici: secundò respōdetur quæstio. Quo ad primū dicitur, quòd anima dupliciter nata est scientia perfici, vel ex sensibilibꝰ, vel ex substantiis immaterialibus. Et manifestatur distinctio: quia est media inter substantias separatas & corporales. Quo ad secundū respōdetur duabus cōclusionibꝰ iuxta dictos duos modos. Prima est: Anima Christi perfecta est, scientia ex perimētali ex sensibus, absq; Angelico lumine. Probatur: q; sufficit ad hāc lumē intellectus agentis. Secunda est: Anima Christi perfecta est ex impressione superiori, quo ad scientiā infusam à Deo immediatè. Probat: Sicut anima illa supra cōmunē creaturæ modū vnita est verbo in vnitate personæ, ita supra cōmunem hominū modū immediatè à Deo repleta est scientia.

Annot. ¶Et sciēdum, hęc ratio nō solùm est similitudinis proportionalis, sed etiā est reddītiua veræ causæ, quare anima Christi immediatè repleta est scientia infusa à Deo. Indignum quippe fuisset, vt assumptaaſa in fonte sapientiæ, vnde Angeli sapiūt, nō ex ipso fonte, sed ex mediis riuulis diuinarit ad Angelos perfunderetur. Cōsonat aūt valdè, vt sicut in vnione creaturæ limites sunt excessi, ita in perfectione non creaturæ, sed humanę naturæ limes excedatur.

Annot ¶In respōsione ad primum, nota quod cōfortatione Christi ab Angelo fuisse testificationis naturæ humanæ, nō aufert quin fuerit inditum ei mēsuræ: nō vt egeret instrui ab Angelo, sed qa egebat exteriori ac sensibili propositione obiecti seruatui inferioris partis, ne plus cruciatus propassionis excederet.

¶Ad cuius euidentiā oportet nunc supponere ex Damasceno, quòd in Christo nō fuit redundātia inferiorū virtutū in superiores, aut cōuersa: sed vnicuiq; permissum est agere quod suū erat: propter quod cruciatus & passionis Christi fuit valde magnus: vt sanguis decurrens in terrā testatur. Et qa pars superior non redundabat in inferiorem, processisset suapte natura in tantū cruciatus ille, vt mors & sensum abstulisset à corpore Christi, aut valde impedisset: sed prouidentia diuina supplenti est per exterius cōfortationē: ac si homo aliquis cōfortasset eum. Ita quòd sicut tentatus fuit à diabolo exterius propoūendo obiecta inuitātia ad malū: ita cōfortatus est ab Angelo exterius proponente obiecta consolatoria: quę naturaliter nata sunt proposita, cōfortare vires ne corpus. Vt sic quasi frænum ex sensibiliter propositis, cruciatui propassionis appositū sit ab extrā: vt sic inferior pars habuerit etiā in cōfortatione quod sūi erat ab extrā. Et hoc maximè monstrat veritatem ac proprietatem humanæ naturæ in Christo.

¶ Super Quæstionis decimætertiæ Articulum primum.

Cōment. Titulus clarus est.

¶In corpore vni ca est cōclusio respōsiua quæstiō: Impossibile est animæ Christi conuenire omnipotentiam. Probatur: In mysterio Incarnationis vnio facta est in persona, remanente distinctione naturarū, hoc est vtraq; natura retinente quod sibi proprium est: ergo diuina natura retinuit sibi omnipotentiā: ergo impossibile est animę Christi cōuenire omnipotentiam. Prima cōsequentia probatur: quia omnipotentia est vt proprietas consequenter se habens ad naturā diuinā. Quod probatur: Potentia actiua cuiuslibet rei sequitur formā ipsius: ergo sequitur cuiusque naturam: ergo potentia actiua respectu omnīū, quæ possunt habere rationem entis, cōsequitur naturā diuinā: ergo omnipotentia cōsequitur diuinā naturā. Antecedens huius probatur: quia forma est principium agēdi. Prima verò cōsequētia: quia natura aut est ipsa forma, aut cōstituitur per formā. Secunda autē & probatur à priori, qa natura diuina est ipsum increatum, & à similibus. qa quælibet alia res habet potentiā actiuam respectu eorum, ad quæ se extendit perfectio suæ naturæ: sicut calidum ad calefaciēdū. Tertia deinde consequentia per se nota ex terminis est. Secunda autem consequētia principalis probatur: quia anima Christi est pars humanæ naturæ non diuinæ.

Annot. ¶Aduerte hīc, q; qualiter omnipotentia sequatur esse ipsum in se subsistentiæ per hoc illimitatū & infinitum supponimus ex doctrina Primi libri notū. Illa autē propositio. Quælibet res habet potentiā actiuam respectu eorum, ad quæ se extendit suæ naturæ perfectio, cū grano salis sumenda est: hoc est, vt intelligatur in genere rerum actiuarū. Quod dico, pter formas, quæ non sunt ex suo genere actiuæ, vt quantitas, & relatio.

Infrà tribus articulis q. 21. Et q. 21. ar. 1. 2. Et 1. di. 43. q. 1. ar. 2. 2. Et 3. dist. 14. arti. 4.

QVAESTIO DECIMA *tertia de potentia animæ Christi, in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de potentia animæ Christi.

¶ Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primò, vtrùm habuerit omnipotentiam simpliciter.

¶Secundò, vtrùm habuerit omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

¶Tertiò, vtrùm habuerit omnipotentiam respectu proprij corporis.

¶Quartò, vtrùm habuerit omnipotentiam respectu exequutionis suæ voluntatis.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm anima Christi habuerit omnipotentiam simpliciter.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd anima Christi habuerit omnipotētiam. Dicit enim Ambro. super Luc. Potentiam, quam Dei filius naturaliter habet, homo erat ex tempore acceptus. Sed hoc præcipuè videtur esse secundum animam, quæ est potior pars hominis. Cùm ergo filius Dei ab æterno omnipotentiam habuerit, videtur quòd anima Christi ex tempore omnipotentiam acceperit.

¶ Præterea, Sicut potentia Dei est infinita, ita etiam & eius scientia. Sed anima Christi habet omnium scientiam, quæ scit Deus, quodammodò: vt suprà dictum est. Ergo etiam habet omnium potentiam, & ita est omnipotens.

¶ Præterea, Anima Christi habet omnem scientiam. Sed scientiarum quædam est practica, quædam speculativa. Ergo habet eorum, quæ scit, scientiam practicam, vt scilicet facere ea, quæ scit. Et sic videtur, quòd omnia facere possit.

¶SED CONTRA, Illud quod est proprium Dei, non potest alicui creaturæ conuenire. Sed proprium est Dei esse, omnipotentem: secundum illud Exod. 15. Iste Deus meus, & glorificabo eum. Et postea subditur, Omnipotens nomen eius. Ergo anima Christi cùm sit creatura, non habet omnipotentiam.

¶In

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONCLVSIO.

¶ Impossibile fuit animam Christi habere omnipotentiam simpliciter, eam sibi retinente natura diuinitatis.

¶ RESPONDEO dicendum quòd sicut suprà dictum est, in mysterio Incarnationis ita facta est vnio in persona, quòd tamen remansit distinctio naturarum, vtraque scilicet natura retinente id quod sibi est proprium. Potentia autem actiua cuiuslibet rei, sequitur formam ipsius, quæ est principium agendi. Forma autem vel est ipsa natura rei, sicut in simplicibus: vel est constituens ipsam rei naturam, in his scilicet, quæ sunt composita ex materia & forma. Vnde manifestum est, quòd potentia actiua cuiuslibet rei, consequitur naturam ipsius. Et per hunc modum, omnipotentia consequenter se habet ad diuinam naturam. Quia enim natura diuina est ipsum esse Dei incircunscriptum (vt patet per Diony. 5. c. de Di. no.) inde est quòd habet potentiam actiuam respectu omnium, quæ possunt habere rationem entis: quod est habere omnipotentiam. Sicut & quælibet alia res habet potentiam actiuam respectu eorum, ad quæ se extendit perfectio suæ naturæ: sicut calidum ad calefaciendum. Cùm igitur anima Christi sit pars humanæ naturæ, impossibile est, quòd omnipotentiam habeat.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo accepit ex tempore omnipotentiam, quam filius Dei habuit ab æterno, per ipsam vnionem personæ: ex qua factum est, vt sicut homo dicitur Deus, ita dicatur omnipotens. Non quasi sit alia omnipotentia hominis, quàm filij Dei, sicut nec alia deitas: sed eo quòd est vna persona Dei & hominis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd alia ratio est de scientia & de potentia actiua: sicut quidam dicunt. Nam potentia actiua consequitur ipsam naturam rei, eo quòd actio consideratur vt egrediens ab agente. Scientia autem non semper habetur per ipsam essentiam scientis, sed potest haberi per assimilationem scientis ad res scitas, secundum similitudines susceptas. Sed hæc ratio non videtur sufficere: quia sicut aliquis potest cognoscere per similitudinem susceptam ab alio, ita etiam potest agere per formam ab alio susceptam: sicut aqua vel ferrum calefacit per calorem susceptum ab igne. Non ergo per hoc prohibetur, quin sicut anima Christi per similitudines omnium rerum sibi à Deo inditas, possit omnia cognoscere, ita per easdem similitudines possit ea facere.

Est igitur vlterius considerandum, quod id quod à superiori natura in inferiori recipitur, habetur per inferiorem modum: non enim calor in eadem perfectione & virtute recipitur ab aqua, qua est in igne. Quia igitur anima Christi inferioris naturæ est, quàm natura diuina, similitudines rerum non recipiuntur in ipsa anima Christi secundum eandem perfectionem & virtutem, secundum quam sunt in natura diuina. Et inde est, quòd scientia animæ Christi est inferior scientia diuina, quantùm ad modum cognoscendi, quia Deus perfectius cognoscit res, quàm anima Christi: & quantum etiam ad numerum scitorum, quia anima Christi non cognoscit omnia, quæ Deus potest facere, quæ tamen Deus cognoscit scientia simplicis intelligentiæ, licet cognoscat omnia præsentia, præterita & futura, quæ Deus cognoscit scientia visionis. Et similiter similitudines rerum, animæ Christi inditæ, non adæquant virtutem diuinam in agendo, vt scilicet possint omnia agere, quæ Deus potest, vel etiam eo modo agere, sicut Deus agit: qui agit infinita virtute, cuius creatura non est capax. Nulla autem res est, ad cuius cognitionem aliqualiter habendam requiratur virtus infinita, licet aliquis modus cognoscendi sit virtutis infinitæ: quædam tamen sunt quæ non possunt fieri nisi à virtute infinita, sicut creatio, & alia huiusmodi: vt patet ex his, quæ in Prima parte dicta sunt. Et ideo anima Christi, quæ cùm sit creatura, est virtutis finitæ, potest quidem omnia cognoscere, sed non per omnem modum: non autem potest omnia facere: quod pertinet ad rationem omnipotentiæ. Et inter cætera manifestum est, quòd non potest crea re seipsam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd anima Christi habuit & scientiam practicam & speculatiuam: non tamen oportet, quòd omnium illorum habeat scientiam practicam, quorum habuit scientiam speculatiuam. Ad scientiam enim speculatiuam habendam, sufficit sola conformitas vel assimilatio scientis ad rem scitam: ad scientiam autem practicam requiritur, quòd formæ rerum, quæ sunt in intellectu, sint factiuæ. Plus autem est habere formam, & imprimere formam habitam in alterum, quàm solùm habere formam: sicut plus est lucere & illuminare, quam solùm lucere. Et inde est quòd anima Christi habet quidem speculatiuam scientiam creandi (scit enim qualiter Deus creat) sed non habet huius rei scientiam practicam: quia non habet scientiam creationis factiuam.

ARTICVLVS II.

¶ Virum anima Christi habuerit omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd anima Christi habeat omnipotentiam respectu immutationis creaturarum. Dicit enim ipse Matthæ. vlti. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Sed nomine Cæli & terræ intelligitur omnis creatura: vt patet cùm dicitur Genesis primò, In principio creauit Deus cælum & terram. Ergo videtur quòd anima Christi habeat omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

¶ Præterea, Anima Christi est perfectior qualibet creatura: sed quælibet creatura potest moueri ab aliqua creatura: dicit enim Augustin. in 3. de Trinita. quòd sicut corpora crassiora & inferiora, per subtiliora & potentiora quodam ordine reguntur: ita omnia corpora per spiritum vitæ rationalem, & spiritus vitæ rationalis desertor atque peccator, per spiritum vitæ rationalem, pium & iustum. Anima autem Christi etiam ipsos supremos spiritus mouet, illuminando eos: vt dicit Dionys. 7. cap. Cæl. hier. Ergo videtur quòd anima Christi habeat omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

¶ Præterea, Anima Christi habuit plenissimè gratiam miraculorum seu virtutum, sicut & cæteras gratias. Sed omnis immutatio creaturæ potest ad gratiã miraculorum pertinere, cùm etiam miraculosè cælestia corpora à suo ordine immutata fuerint: sicut Dionysi. probat in Epistola ad Polycarpum. Ergo anima Christi habuit omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

¶ SED CONTRA, quòd eiusdem est transmutare creaturas, cuius est eas conseruare. Sed hoc est solius Dei, secundum illud Heb. primo, Portans omnia verbo virtutis suæ. Ergo solius Dei est habere omnipotentiam respectu immutationis creaturarũ. Non ergo hoc conuenit animæ Christi.

CONCLVSIO.

¶ Anima Christi respectu immutationis creaturarum non habet omnipotentiam, sed secundum propriam virtutem habuit potentiam ad eos effectus faciendum, qui eius animæ conueniebant: & vt fuit instrumentum Verbi, habuit potestatem quæcunque miracula faciendi, quæ Incarnationi aduenientia erãt, non tamen omnia redigendi in nihilum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd hic duplici distinctione est opus. Quarum prima ex est parte transmutationis creaturarum: quæ triplex est. Vna quidem est naturalis quæ scilicet fit à proprio agente secundũ ordinem naturę. Alia verò est miraculosa: quę fit ab agente supernaturali, supra consuetum ordinem & cursum naturæ: sicut resuscitatio mortuorum. Tertia autẽ est secundum quòd omnis creatura vertibilis est in nihil. Secunda autem distinctio est accipienda ex parte animæ Christi, quæ dupliciter considerari potest. Vno modo secundum propriam naturã & virtutem, alio modo prout est instrumentum verbi Dei, sibi personaliter vniti. Si ergo loquamur de anima Christi secundum propriam naturam & virtutem siue naturalem, siue gratuitam, potentiam habuit ad illos effectus faciendos, qui sunt animæ conuenientes: puta ad gubernandum corpus, & ad disponendos humanos actus, & etiam ad illuminandum per gratiæ, & scientiæ plenitudinem, omnes creaturas rationales ab eius perfectione deficiẽtes, per modum, quo hoc est conueniens creaturæ rationali. Si autem loquamur de anima Christi secundum quòd est instrumentum Verbi sibi uniti, sic habuit instrumentalem virtutem ad omnes immutationes miraculosas faciendas, ordinabiles ad incarnationis finem: qui est instaurare omnia, sive quæ in cælis, sive quæ in terris sunt. Immutationes verò creaturarum, secundum quòd sunt vertibiles in nihil, correspondent creationi rerum: prout scilicet producuntur ex nihilo. Et ideo sicut solus Deus potest creare, ita solus potest creaturas in nihilum redigere: qui etiam solus eas in esse conseruat, ne in nihilum decidant. Sic ergo dicendum est, quòd anima Christi non habet omnipotentiam respectu immutationis creaturarum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Hierony. dicit, Illi potestas data est, qui paulò antè crucifixus, qui sepultus in tumulo, qui postea resurrexit, id est Christo, secundum quòd homo. Dicitur autem sibi omnis potestas data, ratione vnionis: per quã factum est, vt homo esset omnipotens: vt suprà dictum est. Et quamuis hoc ante Resurrectionem innotuerit Angelis, post Resurrectionem tamen innotuit omnibus hominibus: vt Remigius dicit. Tunc autem dicuntur res fieri, quando innotescunt: & ideo post Resurrectionem dicit Dominus sibi datam omnem potestatem in cælo & in terra.

¶ Ad secundum dicendum, quòd licet omnis creatura sit mutabilis ab alia creatura præter supremum Angelum, qui tamen potest illuminari ab anima Christi, non tamen immutatio omnis quæ potest fieri circa creaturam, potest fieri à creatura: sed quædam immutationes possunt fieri à solo Deo. Quæcunque tamen immutationes possunt

arguit transsubstantiationem possibilem ex creatione, tanquàm magis difficili, dicens, Sermo Christi, qui potuit ex nihilo facere quod nõ erat, multo magis facere potest vt sit, quod erat, in aliud transmutatum: vt patet de conse. distin. 1. ca. panis, & ca. reuera. Et hæc notata sint, vt aduertat lector hæc posse fieri à Deo mediantibus instrumentis, & non solùm immediatè: sicut etiam fieri potest resurrectio mortuoti, & ponit duo corpora in eodem loco, & quicquid eiusmodi est. quãuis requirat infinitam virtutem in agente principali.

¶ Num animæ Christi, & quomodo collata fuerit potestas instrumentaliter miracula faciendi.

Quæstio. ¶ Circa doctrinã præsentis articuli dubium occurrit, pro quanto ponit in anima Christi virtutem instrumentalem ad omnia miracula. Est autem ratio dubij: quia vel Autor intelligit de causa instrumẽtali propriè, vel largè pro causa, sine qua non. Si propriè, obstat tunc doctrina Autoris, & Durandus. Nam Autor supra eius in prima parte, quæstio. 45. arti. 5. docet instrumentum oportere, secundum id quod sibi proprium, aliquid operari dispositiuè ad effectum principalis agentis: & constat autẽ quòd anima Christi nihil operatur faciens ad effectũ miraculi: puta quum dixit, Lazare veni foras; intellectio, volitio, imaginatio, vox cũ clamore nullum effectum ex propriis habuerunt circa cadauer, aut animã Lazaris: sed deitatis virtute anima reunita est corpori concurrẽtibus illis actibus humanis Christi vt medio, seu causa sine qua non: & sic de aliis. Et confirma tur: quia in 3. sent. distin. 26. quæstio. 1. arti. 5. Autor dicit, quòd nec Angelo, nec animæ Christi impressa est aliqua virtus spiritualis ad faciẽda miracula, nisi per modum orationis aut intercessionis. Durandus quoq. in 3. senten. distin. 14. quæstio. vlti. probare nititur quòd humanitas Christi faciebat miracula, nulla virtute supernaturali inhærente animæ aut corpori Christi, sed sola diuina virtute assistente sibi. Quia miracula faciebat Christus ad testificandam deitatem, sicut defectus subiicit ad testificandam suam humanitatem. & propterea sicut defectus omnes sunt humanitatis, ita miracula omnia sunt diuinitatis. Si verò largè sumitur instrumentum, tunc obstat litera præsens, attribuendo animæ Christi vt instrumento Verbi, operationem omnium mutationum, tam naturalium quàm miraculosarum, & referendo soli Deo mutationes annihilationis & creationis. Nam largè de instrumento loquendo, potest orationem aut intercessionem simili modo concurrere anima Christi ad creationem aut annihilationem, sicut concurrit ad miracula. Obstat quoque doctrina Autoris in quæstio. de Po. quæstio. 6. articu. 4. dicentis Angelos & homines non solùm oratione, sed ex potestate quandoque miracula facere: iuxta doctrinam Gregorij. Et declarat potestatem illam esse per modum intentionis seu motus in ipsis Angelis seu hominibus sanctis.

¶ Ad euidentiam horum, sciendum est secundum Autoris doctrinam indubitatum esse, quòd anima Christi instrumentaliter non abutiuè, sed propriè loquendo de instrumento, concurrit ad miracula faciendum. Hoc autem quid sit, & qualiter fiat: accipi potest ex ipsa ratione agendi instrumenti. Instrumentum siquidem habet duplicem actionem, scilicet propriam & instrumentalem: vt scindere est propria operatio serræ: facere verò sedem secundo, est ipsius operatio instrumentalis: & calefacere est propria operatio caloris, augere verò animal est instrumentalis illius operatio. Et sicut instrumenti est operatio duplex, ita etiam est duplex quo operatur. Alterum sibi proprium: vt dentatura ferrea, & acuta serra, qua scindit, & ipsa natura caloris, qua calidum calefacit. Alterum à principali agente participatum, quo extenditur, & facere dicitur principalem effectum. Et hoc est motus ipse, quo instrumentum mouetur à principali agente: vt testatur Autor inferius quæstio. 62. articu. 1. dicens, Causa instrumentalis non agit per virtutem suæ formæ: sed solùm per modum, quo mouetur à principali agente. Qui quidem motus vocatur virtus instrumentalis quandoque, & quandoque virtus intentionalis, & virtus spiritualis quandoque, eo quòd est & motus rei, quæ assumitur in instrumentum, & ideo motus & consimilis ipsum in esse factiuo, & ideo vis seu virtus.

¶ Vnde etiam quum lapidem baculo moueo, baculus ex hoc ipso quòd vtor eo, fit & est motor effectiuè lapidis. Et quia diminuta quædam mediatio est inter principale agens & effectum, deferens principale agens ad effectum, ideo intentionalis: & quia insensibilis est, & ad spiritualem quandoque effectum, ideo spiritualis. Et est terme de illo instrumenti motu, quo mouetur ab agente principali vt sic. Quod vt clarius intelligas, considera in instrumentis artium duplicem potentiam, alterã ad morum localem: alteram ad cooperãdum arti, exequendo operationem ipsius artis. Verbi gratia, instrumenta artis musicæ sunt in potentia, vt mouentur contactu digitorum, & sunt in potentia vt musicam foueant. Et constat quòd de prima potentia reduci possunt ad actum à quocunque sint arte potente illa cõmouere: sed de secunda potentia, non nisi ab arte reduci possunt ad actum. Quum autem mouete nihil aliud sit, quàm educere de potentia ad actum: & mouetur si educi de potentia ad actum, clare constat quòd instrumentũ tunc mouetur à principali agente, quum educitur de secunda potentia ad actum, quum sit cooperans ipsi principali agenti, quum sit exequẽs operationem principalis agentis. Quod sit per hoc, quòd principale agens vt sic, vtitur illo ad opus ipsius principalis agentis: puta quum ars musica vtitur instrumento musico ad tonum musicum. Ipse enim vsus est quidam ingressus artis in instrumenta, est quædam actuatio instrumentorum. Et propterea oportet certæ artis certa esse instrumenta: nunquam enim musica ingredietur instrumenta artis suoris, aut contrario. Et propterea habet rationem vis & virtutis & intentionis artis: & ad genus eius reducitur. Ex quibus ad propositum ascendendo dicimus, quòd Deus omnipotens, qui potest sine causis secundis cooperantibus effectiuè, miracula facere, dignatur quandoque illa efficere per causas secundas, non dando illis virtutes aliquas naturales, aut gratuitas permanentes: sed vtendo illis instrumentaliter ad opera miraculosa. Ita quòd ex hoc ipso, quòd Deus vtitur aliqua re, vt instrumento ad opus miraculosum, eleuatur res illa in ordinem causæ instrumentalis: & ipse passivus vsus, quo Deus illa vtitur ad hoc opus, est motus quo à principali agente instrumentum mouetur. Et ex hoc ipso est vis activativa atque constitutiua ipsius inesse instrumenti: ac per hoc inesse causæ effectiui instrumentaliter operis miraculosi: reducitur enim res illa de potentia obedientiali ad actum, quum de non instrumento fit instrumentum, quod fieri constat ex hoc solo, quòd Deus vtitur illa instrumentaliter ad opus miraculosum. Quod non esse impossibile constat: quum nulla sit ratio impossibilitatis, & quandoque de facto hoc fuisse Gregorij autoritate patet in secundo Dialect. ponentis, Sanctos ex potestate quandoque miracula facere. Et vere decet diuinam liberalitatem eleuare etiam in hoc quosdam amicos suos, vt etiam coefficientes miraculorum efficiat: & non solùm benemeritos aut intercessores. Et quia omnipotentia non est alligata certis instrumentis, locis aut propinquitatibus: ideo non refert, quauis re vtatur Deus instrumentaliter ad quodcunque miraculum: nam sicut potest sine instrumento opus illud perficere: ita potest non solùm efficere per instrumentum, sed per quodcunque, & vbicunque existat, & quantuncunque distet. Neque enim minuitur aut arctatur omnipotentia diuina ad limites instrumenti, quod assumit, sed instrumentum eleuatur ad omnipotentiæ exequutionem in tali miraculo: ad quod efficiendum ordinatur ab ipsa. Et propterea Autor in Secunda Secundæ, quæstione. 178. articulo primo ad primum de his loquens, dicit, quòd Deus vtitur instrumentaliter interiori actu hominis, vel eius loquutione, vel actu exteriori, vel conactu alicuius corporis etiam mortui. Quauuis ergo tunc minus perspicaciter rerum illarum exposuerim: non enim eluxerat mihi quod modo trado. Et quoniam homo Christus Iesus plenitudinem omnium gratiarum habuit: consequens est vt anima sua quatenus diuini Verbi instrumentum, non quatecunq; sed coniunctum omnia posse miraculosa opera efficere. Nec opus est quærere alium modum, aut quid, & qualiter, nisi quòd verbum vtatur instrumentaliter anima seu humanitate coniuncta sibi ad opera miraculosa. Applicando enim dicta ad Verbum & humanitatem Christi, perspicies quæ dicimus, quæ in hac litera ab Autore traduntur.

Annot. ¶ In responsione ad tertium, aduertes, quòd Autor hic corrigit loquẽdi modum de scientia animæ Christi respectu omnium, quæ à Deo fiũt. In tertio nanq. sentdist. 14. ar. vlti. ad secundum, vocauerat practicã scientiam, quam hîc probat nõ esse practicam, quia non fit factibile. Et in do ctrinam hanc sequeris.

¶ Super Quæstionis decimætertiæ Articulum secundum.

Annot. TItulus, vt sonat, intelligẽdus est. ¶ In corpore tria fiunt. Primò ponuntur duæ distinctiones: secundò ponuntur tres cõclusiones: tertiò ex dictis cõclusionibus respõdetur quæsito negatiuè. Quo ad primum ponitur distinctio trimembris. Trãsmutationes sunt triplices, quædã naturales, quædã miraculosæ, quędam secundũ vertibilitatẽ in nihil. Altera distinctio est bimembris. Anima Christi sumit dupliciter vel secundũ propriã virtutẽ siue naturalem, siue gratuitã, vel secundum q. fuit instrumẽtum verbi Dei. Quo ad secundum primæ cõclusio est: Anima Christi secundum propriã virtutem habuit potentiam ad illos effectus faciendi, qui sunt animæ cõuenientes. Hæc conclusio nõ probatur, sed manifestatur quo ad effectus tres: hoc est gubernationẽ corporis, dispositionem humanorũ actuũ, & illuminationẽ omnium per gratiã & scientiam. Secunda conclusio est: Anima Christi, vt fuit instrumentum Verbi sibi personaliter uniti, habuit instrumentalẽ virtutem ad oẽs immutationes miraculosas ordinabiles ad Incarnationis finẽ. Et hæc quoq; cõclusio non aliter probatur: sed manifestatur declarando Incarnationis finem esse instaurare omnia, siue quæ in cælis, siue quæ in terris sunt: quod cõsummabitur, quũ nouã fient omnia, & Deus erit omnia in omnibus. Tertia cõclusio est: Solus Deus potest creaturas in nihilum redigere. Probatur: quia solus potest creare & conseruare immutatio autẽ in nihil respondet creationi ex nihilo. Principalis cõclusio est: Anima Christi nõ habet omnipotentiã respectu immutationis creaturarum. Et relinquitur clara, tãquàm cõsequẽs ex antedictis cõclusionibus. ¶ Et scitò, quòd primæ duæ conclusiones inuel liguntur cũ præcisione aliorum, puta quòd secundum propriã virtutem habuit potentiam ad gubernãdum, &c, & similiter vt instrumentum Verbi, habuit potentiã ad illa tantùm & non ad annihilãdum aut creandum. Nec hũc sensum oportet proba-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Dicendum ergo ad quæstionem, quòd de instrumento propriè loquitur Autor & hic, & in secunda Secundæ, loco allegato, & in Prima parte. Et ad obiectionem ex doctrina Primæ partis respondetur, quòd ad instrumentum exigunt, quòd habeat propriam operationem vltra illam, quam participat à principali agente, & quòd operatio propria sit præsupposita operationi participatæ: ita quòd prius intelligatur propria operatio terminari ad illud, in quod tenditur, quàm operatio participata: sicut præsupponitur prius ignis, eligitur, quàm lumen ipsi. Et huiusmodi præuiam operationem appellauit Autor operari dispositiuè, non quòd oporteat illã operationem propriè disponere. Nec hanc ego fingo glossam: sed ex ipso Autore inferius in quæstio. 62. accepi. Vbi Baptismum instrumentalem causam ponés, expresè docet sufficere, vt aqua secundum propriam operationé corpus tangat, diluendo ad hoc vt participata operatione animã abluat. Et hoc sufficit propositò & intento in prima parte, quia per hoc concludit efficaciter, quòd nulla creatura potest instrumentaliter creare: quia nulla potest propriam operationé præuiam creationi circa creandum, ponere, quæ nihil sit, vt ibi dicitur. In proposito autem quum Deus vtitur creatura aliqua instrumentaliter ad opus miraculosum, opus proprium illius creaturæ se habet vt præuium operi miraculoso: quia se habet vt præsentans seu deferés diuinum imperium ad creaturam, in qua fit opus miraculosum, vt Autor docuit in loco allegato in quæstio. de Potentia. Et hoc esse verum, ex eo conijcere potes, quia hinc vtriusque difficultatis solutio habetur: hoc est, quare operati miracula per modum meriti seu intercessionis. & ex potestate seu instrumentaliter distinguuntur, etiam si solus actus interior instrumentum ponatur. & quare opus creationis inter miraculosa nõ computatur. Prima siquidé quæstio soluitur ex hoc, quòd tam meritum quàm oratio vt sic præcedit actionem diuinam ad miraculum: actus verò quicunque etiam interior: etiam ipsa oratio, non vt oratio, sed vt instrumentũ Dei: sequitur diuinam actionem, vt illius executio: ita quòd ex hoc ipso quòd Deus eleuat illum in suum instrumentum ad opus miraculosum, fit executio eius diuini imperij: tanquàm deferens (vt dictum est) illud creaturę, in qua miraculum fit.

¶Quando igitur Sanctorum actus aut opera sulùm meritorię, aut intercessorię se habent ad miracula, tunc dicuntur facere miracula impetrando quæ Deus per seipsum facit. Quando verò actus aliquis se habet vt exequens diuinum imperium (cui omnia obediunt) tunc dicuntur operati miracula ex potestate, instrumentali tamen, vt Autor declarauit.

¶Secundæ autem quæstionis solutio ex hoc habetur: quia delatio imperij non fieri per creaturas, possunt etiam fieri per animam Christi, secundum quòd est instrumentum Verbi: non autem secundum propriam naturam & virtutem: quia quædam huiusmodi immutationum non pertinent ad animam, neque quantum ad ordinem naturæ, neque quantum ad ordinem gratiæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd (sicut dictum est in Secunda parte) gratia virtutum seu miraculorum datur animæ alicuius Sancti, non vt propria virtute ei conueniat miracula facere, sed vt per virtutem diuinam huiusmodi miracula fiant. Et hæc quidem gratia excellentissimè data est animæ Christi, vt scilicet non solùm ipse miracula faceret, sed etiam vt hanc gratiam in alios transfunderet. Vnde dicitur Matth. 10. quòd conuocatis duodecim Discipulis, dedit eis potestatem spirituum immundorem, vt eiicerent eos, & curarent omnem languorem & omnẽ infirmitatem.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm anima Christi habuerit omnipotentiam respectu proprij corporis.

AD TERTIVM sic procedi-
tur. Videtur quòd anima Christi habuerit omnipotentiam respectu proprij corporis. Dicit enim Damas. in 3. lib. quòd omnia naturalia fuerunt Christo voluntaria: volens enim esuriuit, volens sitiuit, volés timuit, volens mortuus est, &c. Sed ex hoc Deus dicitur omnipotens, quia omnia quæcunq; voluit fecit. Ergo videtur quòd anima Christi habuerit omnipotentiam respectu naturalium operationum proprij corporis.

¶Præterea, In Christo fuit perfectius humana natura, quàm in Adam. In quo secundum originalem iustitiam, quam habuit in innocentiæ statu, corpus habebat omnino subiectum animæ, vt nihil in corpore posset accidere contra animæ voluntatem. Ergo multò magis anima Christi habuit omnipotentiam respectu sui corporis.

¶Præterea, Ad imaginationem animæ, naturaliter corpus immutatur, & tantò magis, quantò magis anima fuerit fortis imaginationis, vt in Prima parte habitum est. Sed anima Christi habuit virtutem perfectissimam, & quantum ad imaginationem, & quantum ad alias vires. Ergo anima Christi fuit omnipotens in respectu ad corpus proprium.

¶SED CONTRA est quod dicitur Hebræ. 2. quòd debuit per omnia fratribus assimilari, & præcipuè in his, quæ pertinent ad conditionem naturæ humanæ. Sed ad conditionem humanæ naturæ pertinet, quòd valetudo corporis, & eius nutritio & augmentum, imperio rationis seu voluntatis non subdantur: quia naturalia soli Deo qui est actor naturæ, subduntur. Ergo nec in Christo subdebantur. Non igitur anima Christi fuit omnipotens respectu proprij corporis.

CONCLVSIO.

¶Animæ Christi secundum propriam virtutem respectu proprij corporis non habuit omnipotentiam, sed vt instrumentum Verbi fuit, omnipotentiam habuit sui corporis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est, anima Christi potest dupliciter considerari. Vno modo secundum propriam naturam & virtutem. Et hoc modo sicut non poterat immutare exteriora corpora à cursu & ordine naturæ, ità etiam non poterat immutare proprium corpus à naturali dispositione: quia anima secundum propriam naturam, habet determinatam proportionem ad suum corpus. Alio modo potest considerari anima Christi, secundum quòd est instrumentum vnitum verbo Dei in persona. Et sic subdebatur eius potestati totaliter omnis dispositio proprij corporis. Quia tamen virtus actionis non propriè attribuitur instrumento, sed principali agenti: talis omnipotentia magis attribuitur ipsi verbo Dei, quàm animæ Christi.

¶AD PRIMVM ergo dicendum quòd verbum Damas. est intelligendũ quantum ad voluntatem Christi diuinam: quia sicut ipse in præcedenti ca. dicit, beneplacito diuinæ voluntatis permittebatur carni pati, & operari quæ propria.

¶Ad secundum dicendum, quòd non pertinebat hoc ad originalem iustitiam, quam Adam habuit in statu innocentiæ, quòd anima hominis haberet virtutem transmutandi proprium corpus in quancunque formam: sed quòd posset ipsum cõseruare absq; omni nocumento. Et hanc etiam virtutem Christus assumere potuisset, si voluisset. Sed cùm sint tres status hominum, scilicet innocentiæ, culpæ & gloriæ: sicut de statu gloriæ assumpsit comprehensionem, & de statu innocentiæ immunitatem à peccato, ita & de statu culpæ assumpsit necessitatem subiacendi pœnalitatibus huius vitæ: vt infrà dicetur.

¶Ad tertium dicendum, quòd imaginationi, si fuerit fortis, naturaliter obedit corpus quantum ad aliqua: puta quantum ad casum de trabe in alto posita: quia imaginatio nata est esse principium motus localis: vt dicitur 3. de Anima. Similiter etiam quantum ad alterationem, quæ est secundum calorem & frigus, & alia consequentia: eo quòd ex imaginatione consequenter natæ sunt consequi animæ passiones, secundum quas mouetur cor, & sic per commotionem spirituum, totum corpus alteratur. Aliæ verò dispositiones corporales, quæ non habent naturalem ordinem ad imaginationem, non transmutantur ab imaginatione, quantuncunque sit fortis: puta figura manus vel pedis vel aliquid simile.

denti articulo vt clara relinquitur. Et hoc intellige sobriè, hoc est de omnipotentia respectu & naturalium & miraculosarum transmutationum, non respectu conformationis ex nihilo, aut annihilationis: vt in præcedenti articulo determinatum est. Subdit tamen Autor, vnde possis doctorum dicta intelligere absque dictæ conclusionis præiudicio: quòd scilicet hæc omnipotentia attributa inuenitur magis vere bo Dei, quàm animæ Christi, intantum, vt inueniatur fortè negatum ab anima Christi & attributum Verbo: quia virtus actionis factiua, principali agenti attribuitur simpliciter: instrumento autem, igno to præsertim, aut non attribuitur, aut etiam auferetur.

¶Super Quæstionis decimatertiæ Articulum quartum.

Annot. TItulus clarus est intelligentibus terminos. Ille enim dicitur omnipotens respectu exequtionis propriæ voluntatis, qui potest exequi quicquid vult exequi: ita quòd potentia exequutiua æquiparatur in illo voluntati exequutionis.

Cõment. ¶In corpore est vna distinctio bimembris cum duabus conclusionibus responsiuis quæsito, intra membra distinctionis. Distinctio est, Voluntas Christi dupliciter aliquid voluit, vel per seipsum exequendum, vel per virtutem diuinam.

¶Vbi nota, quòd ly per seipsum, significat per propriam virtutem naturalem vel gratuitam, immanentem scilicet in ipso: ita quòd distinguitur hoc membrum contra illa, quæ poterat Christus per virtutem instrumentalem: vt patet in litera. Similiter siquidé hîc Per seipsum, sicut in secundo articulo sumptum est per propriam virtutem: vtrobiq; enim contra virtutem instrumentalem distinctio fit, vt patet in litera. Prima ergo conclusio est, Anima Christi quicquid voluit per seipsum exequendum, potuit. Probatur: quia decederet sapientiam sitam, vt aliquid vellet per seipsum efficere, quod non subiaceret virtuti suæ. Secunda cõclusio est, Anima Christi quicquid voluit efficiendum diuina virtute, potuit instrumentaliter & non propria virtute: vt patet de operibus miraculosis.

¶In responsione ad primum per spice ex secunda responsione, quòd distinctio in corpore articuli posita, non fuit quoniam sub neutro membro comprehenduntur quæ Christus voluit per alios homines fieri: quæ non subiacebant potestati eius naturali, aut gratuitæ: cuius exequutio ad humanam spectabat voluntatem, sed comprehendit omnes modos quibus anima Christi potest dici omnipotens, respectu exequutionis propriæ voluntatis, scilicet respectu exequendorum per ipsum, & exequendorum instrumentaliter tantùm per ipsum, Deo principaliter operante. Respectu siquidem reliquorum non ponitur omnipotentia iuxta hanc secundam responsionem autoritate Agathonis firmatam.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm anima Christi habuerit omnipotentiam respectu exequutionis suæ voluntatis.

AD QVARTVM sic procedi-
tur. Videtur quòd anima Christi non habuerit omnipotentiam respectu exequutionis propriæ voluntatis. Dicitur enim Marci 7. quòd ingressus domum, neminem voluit scire, & non potuit latere. Non ergo potuit in omnibus exequi propositum suæ voluntatis.

¶Præterea, Præceptum est signum voluntatis: vt in Prima parte dictum est. Sed Dominus quædam facienda præcepit, quorum contraria acciderunt: dicitur enim Matt. 9. quòd cæcis illuminatis, comminatus est Iesus dicens, Videte ne quis sciat: illi autem exeuntes, diffamauerunt illum per totam terram illam. Non ergo in omnibus potuit exequi propositum suæ voluntatis.

¶Præterea, Id quod potest aliquis facere, non petit ab alio. Sed Dominus petiuit à Patre, orando illud quod fieri volebat: dicitur enim Luc. 6. quod exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Ergo nõ potuit exequi in omnibus propositum suæ voluntatis.

¶SED CONTRA est quod dicit Augustinus in lib. de Quæstionibus veteris & noui Testamenti: Impossibile est, vt Saluatoris voluntas non impleatur: nec potest velle quod scit fieri non debere.

CONCLVSIO.

¶Anima Christi quicquid voluit per seipsum exequendum, potuit: quicquid voluit efficiendum diuina virtute, non nisi instrumentaliter potuit.

¶RESPONDEO dicendum quòd anima Christi dupliciter aliquid voluit. Vno modo quasi per se implendum. Et sic dicendum est, quòd quicquid voluit, potuit: non enim conueniret sapientiæ eius, vt aliquid vellet per se facere, quod suæ virtuti non subiaceret. Alio modo voluit aliquid vt implendum virtute diuina: sicut resuscitationis proprij corporis, & alia huiusmodi miracula. Quæ quidem non poterat propria virtute, sed secundum quòd erat instrumentum diuinitatis: vt dictum est.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Aug. dicit in lib. de Quæstionibus veteris & noui Testamenti. Quod factũ est, hoc voluisse dicendus est Christus. Aduertendum est enim, quòd illud in finibus gestum est Gentilium, quibus adhuc tempus prædicandi non erat: vtrò tamen venientes ad fidem, non suscipere inuidiæ erat. A suis ergo noluit prædicari, requiri autem se voluit: & ita factum est. Vel potest dici, quod hæc voluntas Christi non fuit de eo, quod per eam fiendum erat: sed de eo, quod erat fiendum per alios: quod non subiacebat humanæ voluntati ipsius. Vnde in Epistola Agathonis firmatam.

¶Num Christus voluerit humana voluntate aliquid per alios homines fieri.

¶Sed dubio non caret hęc secunda responsio. Quomodo verificetur, quòd Christus voluerit humana voluntate aliquid fieri per alios homines: & nõ potuerit facere? Sic fieret, ut minus piè sonare hoc videatur. Posset dici, quòd verificatur de voluntate antecedente nõ consequẽte, sed hæc responsio non censonas Agathonis quia hoc cõmune est voluntati tam diuinæ quàm humanę, vt contra voluntatem antecedentem agatur. Sententia autem Agathonis secundũ differẽtiam inter diuinam & humanam voluntatem in hoc, quòd diuina quæcunq; voluit fecit, humana autem aliquid vult, & non potest procedit vt patet in litera. ¶Dicendum est ergo, quòd non inconuenit, Christum humana voluntate verè voluisse aliquid per aliquos operãdum, vel non operandum: cui opposi um facti est pura, potuit vel le, quod aliquis nõ praeret, desiderando quòd ille nõ offenderet Deũ, & tamen ille peccabat. Christo non permittente secundum humanam voluntatem: quia non erat in potestate virtutis eius, cohibere peccantem contra peccantis voluntatem. Et est sermo de Christo homine secundum propriam virtutem. Et hoc modo Agathon dicit, quòd voluit latere, & non potuit, scilicet secundum propriam virtutem: potuisset tamen secundum instrumentalem virtutem. Nec hæc minus piè sonant apud differentes inter subiacentia & non subiacentia Christo homini secundum propriã virtutem, quàm quod deuenerint humanæ Christi voluntatis rectæ desideria etiam sine opere.

Quæstio.

¶In responsione ad secundum, optimè vteris distinctione inter voluntatem antecedenter vel absolutè, attribuendo præceptum tacitumitatis voluntati etiam humanæ Christi antecedenter. Volebat siquidem, quantũ ex se erat, gloriam fugere: & hãc voluntatem præcepto tacitumitatis significabat. Volebat tamen absolutè, hoc est omnibus conferentibus, tacere: & ideo non peccabant publicantes illa miracula.

Annot. 3. dist. 15. q. 1. art. 1. & dist. 22. q. 2. ar. 2. q. c.

¶In responsione ad tertium, considera quanta sit necessitas orandi. quum etiam ad ipsa opera, quæ Christus scibat se facturum, orationis medium adhibuerit ea ratione, quia orationes cauſæ mediæ sunt ad operanda & consequenda: sine causis autem mediis velle effectus fluxi est, sicut vel-

Et opus. 3. c. 42. & 47. Annot.

le colligere frumenta sine seminatione.

¶Super Quæstionis decimæquartæ Articulum primum.

TItulus articuli clarus est.

¶In corpore vnica est conclusio, Conueniens fuit corpus assumptum à filio Dei, defectibus subiacere. Probatur tripliciter. Primò ex fine Incarnationis: secundò, ex fidei susceptione: tertiò ex exemplaritate patientiæ. Et omnia clara sunt in litera.

Cõment.

QVAESTIO DECIMAQVARTA.

De defectibus corporis assumptis à filio Dei, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de defectibus, quos Christus in humana natura assumpsit. Et primò de defectibus corporis, secundò de defectibus animæ.

¶Circa primum quæruntur quatuor.

¶Primò, vtrùm filius Dei assumere debuerit in humana natura corporis defectus.

¶Secundò, vtrùm assumpserit necessitatem his defectibus subiacendi.

¶Tertiò, vtrùm hos defectus contraxerit.

¶Quartò, vtrùm omnes huiusmodi defectus assumpserit.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm filius Dei in humana natura assumere debuerit corporis defectus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd filius Dei non debuerit assumere humanam naturam cum corporis defectibus. Sicut enim anima vnita est personaliter verbo Dei, ita & corpus. Sed anima Christi habuit omnimodam perfectionem, & quantum ad gratiam, & quantum ad scientiam: vt suprà dictum est. Ergo etiam corpus eius debuit esse omnibus modis perfectum, nullum in se habens defectum.

¶Præterea, Anima Christi videbat verbum

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis decimæquartæ Articulum secundum.*

Titulus intelligendus est vt iacet.

Comment. ¶ In corpore duo hum. Primo ponitur vna distinctio bimembris cum conditionibus membrorum & multiplicatè vtriusque. Secundò respondetur quæstiuncularibus eò clusionibus. Distinctio est, Necessitas est duplex, coactionis, vel naturalis. Conditio necessitatis coactionis est, quòd sit ab extrinseco, multiplicitas eius est, quod contrariatur quidoque naturæ, quandoque voluntati: quia tam natura, quàm voluntas est principium intrinsecum illa autem est ab extrinseco. Conditio necessitatis naturalis est, quòd consequitur principium naturale: multiplicitas eius est, quia vel consequitur formam vel materiam. Prima conclusio est: Corpus Christi secundum necessitatem naturalem consequentem materiam subiectum fuit necessitati mortis, & aliorum huiusmodi defectuu. Probatur, Carni Christi permittebatur agere & pati, quæ erãt propria: sed necessitas horum defectuum causatur ex propriis carnis, ergò. Secunda conclusio est, Corpus Christi secundum conditionem pro priæ naturæ subiacuit necessitati coactionis repugnantis naturæ corporali: vt patet de clauo perforante, & flagello percutiente. Tertia conclusio est, In Christo non fuit necessitas coactionis repugnantis voluntati diuinæ aut humanæ absolutè: sed solùm secundum naturalem motum voluntatis. Hæc conclusio nõ aliter probatur: sed ex declaratione terminorum reliquitur euidès apud Theologos. Declaratur siquidem voluntas absolutè, hoc est consequens rationem deliberantem, & naturalis, prout naturaliter refugit mortem, corporisque nocumenta.

¶ Vbi nota primò, quòd apud Autorem hic deliberatio est actus rationis. Et voluntas dicitur deliberata denominatiuè à ratione deliberante, & causaliter: quia consequitur rationem deliberantem (quæ scilicet ratio omnibus consideratis, concludit aliquid esse malum vel bonum, fugiendum vel prosequendũ) & sequitur motus voluntatis conformis cali rationi appetens vel fugiens, qui vocatur voluntas deliberata. Naturalis autem voluntas vocatur motus ille voluntatis, qui consequitur rationem apprehendentem bonum vel malum, non consideratis omnibus circunstantiis, sed ipsum nudum obiectum bonum (puta vitam, sanitatem) vel malum, puta mortem, infirmitatem, flagellationem, & huiusmodi, ad huiusmodi enim apprehensionem, sequitur naturaliter motus voluntatis volens bonum, vel nolens malum. Et ratione, vt dictum est, superaddita rationi consideratione circunstantiarum (puta mort. propter bonum virtutis) sequitur in voluntate motus volitionis respectu mali, puta mortis propter iustitiam, & nolitionis respectu boni, puta vitæ cum detrimento virtutis. Remittquidè viuere cum defectu etiam negatiuo talis actus virtutis, puta redemptionis humanæ.

¶ In responsione ad tertium, vide quòd Autor necessitatem coactionis contrariæ corporis quã in corpore articuli respectu corporis Christi posuit hîc extendit etiã ad animam Christi secundum propriam naturam & virtutem: quia superius dictum est, & anima Christi secundũ propriam naturam & virtutem non poterat mutare naturalem cursum rerum: secundum quem constat, clauum esse potentiorem ad perforandum carnem humanam, quàm anima sit potens seruare corpus illæsum à perforatione: quoniã hoc non fit sine miraculo fieret. Et hoc est quod litera docet.

Dei eã visione, qua Beati vident (vt suprà dictum est) & sic anima Christi erat beata. Sed ex beatitudine animæ glorificatur corpus: dicit enim Augustinus in Epistola ad Dioscorum, Tam potenti natura Deus fecit animam, vt ex eius plenissima beatitudine redundet etiam in inferiorem naturam, quod est corpus, non beatitudo, quæ fruentis & intelligentis est propria, sed plenitudo sanitatis, id est, incorruptionis vigor. Corpus igitur Christi fuit incorruptibile, & absque omni defectu.

¶ Præterea, Pœna consequitur culpam, sed in Christo non fuit aliqua culpa: secundum illud primæ Pet. 2. Qui peccatum non fecit. Ergo nec defectus corporales, qui sunt pœnales, in eo esse debuerunt.

¶ Præterea, Nullus sapiens assumit id quod impedit ipsum à proprio fine. Sed per huiusmodi defectus corporales, multipliciter videtur impediri finis Incarnationis. primò quidem, quia propter huiusmodi infirmitates, homines ab eius cognitione impediebantur: secundum illud Isa. 53. Considerauimus eum despectum & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem, & quasi absconditus vultus eius & despectus: vnde nec reputauimus eum. Secundò, quia sanctorum Patrum desiderium non videtur impleri: ex quorum persona dicitur Isa. 51. Consurge, consurge, induere fortitudinem, brachium Domini. Tertiò, quia congruentius per fortitudinem, quam per infirmitatem videbatur & potestas diaboli posse superari, & humana infirmitas posse sanari. Non ergo videtur conueniens fuisse, quòd filius Dei humanam naturam assumpserit cum corporalibus infirmitatibus, siue defectibus.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Hebr. 2. In eo, in quo passus est & tentatus, potens est & eis, qui tentantur, auxiliari. Sed ad hoc venit, vt nos adiuuaret: vnde & Dauid dicebat, Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Ergo conueniens fuit, vt filius Dei carnem assumpserit, infirmitatibus humanis subiacentem, vt in ea possit pati & tentari: & sic auxilium nobis ferre.

CONCLVSIO.

¶ Conueniens fuit, corpus humanum à filio Dei assumptum, corporalibus defectibus subiacere.

¶ RESPONDEO dicendum, conueniens fuisse, corpus assumptum à filio Dei humanis infirmitatibus & defectibus subiacere. & præcipuè, propter tria. Primò quidem, quia ad hoc filius Dei, carne assumpta, venit in mundum, vt pro peccato humani generis satisfaceret. Vnus autem pro peccato alterius satisfacit, dum pœnam pro peccato alterius debitam, in se suscipit. Huiusmodi autem defectus corporales, scilicet mors, fames, sitis, & huiusmodi, sunt pœna peccati, quod est in mundum per Adam introductum: secundum illud Roman. 5. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. Vnde conueniens fuit quantum ad finem Incarnationis, quòd huiusmodi pœnalitates in nostra natura susciperet vice nostra, secundum illud Isa. 53. Verè languores nostros ipse tulit. Secundò, propter fidem Incarnationis astruendam. Cùm enim natura humana non aliter esset nota hominibus, nisi prout huiusmodi corporalibus defectibus subiacet, si sine his defectibus filius Dei humanam naturam assumpsisset, videretur non fuisse verus homo, nec veram carnem habuisse, sed phantasticam, vt Manichæi posuerunt. Et ideo, vt dicitur Phil. 2. Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, in similitudinem hominũ factus, & habitu inuentus vt homo. Vnde & beatus Thomas per aspectum vulnerum est ad fidem reuocatus, vt dicitur Ioan. 20. Tertiò, propter exemplum patientiæ, quod nobis exhibet, passiones & defectus humanos fortiter tolerando. vnde dicitur Hebr. 12. Sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt non fatigemini, animis vestris deficientes.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd satisfactio pro peccatis alterius, habet quidem quasi materiam pœnas, quas aliquis pro peccato alterius sustinet: sed pro principio habet habitum animæ, ex quo inclinatur ad volendum satisfacere pro alio, & ex quo satisfactio efficaciam habet. Nõ enim esset efficax satisfactio, nisi ex charitate procederet: vt infrà dicetur. Et ideo oportuit animam Christi & perfectam esse, quantum ad habitus scientiarum & virtutum, vt haberet facultatem satisfaciendi: & quòd corpus eius esset subiectum infirmitatibus, vt ei satisfactionis materia non deesset.

¶ Ad secundum dicendum, quòd secundum naturalem habitudinem, quæ est inter animam, & corpus, ex gloria animæ redundat gloria ad corpus. Sed hæc naturalis habitudo in Christo subiacebat voluntati diuinitatis ipsius, ex qua factum est, quòd beatitudo remaneret in anima, & non deriuaretur ad corpus, sed caro pateretur: quæ conueniunt naturæ passibili, secundum illud quod Damasc. dicit, quòd beneplacito diuinæ voluntatis, permittebatur carni pati & operari quæ propria.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pœna sequitur culpam actualem vel originalem: quandoque quidem eius qui punitur: quandoque autem alterius, pro quo ille, qui pœnas patitur, satisfacit. Et ita accidit in Christo, secundum illud Isaiæ 53. Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.

¶ Ad quartum dicendum, quòd infirmitas assumpta à Christo non impediuit finem Incarnationis, sed maximè promouit: vt dictum est. Et quanuis per huiusmodi infirmitates absconderetur eius diuinitas: manifestabatur tamen humanitas, quæ est via ad diuinitatem perueniendi: secundum illud Rom. 5. Accessum habemus per Iesum Christum ad Deum. Desiderabant autem antiqui Patres in Christo, non quidem fortitudinem corporalem, sed spiritualem, per quam & diabolum vicit, & humanam infirmitatem sanauit.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm Christus necessitatem his defectibus subiacendi assumpserit.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non ex necessitate his defectibus subiacuerit. Dicitur enim Isa. 53. Oblatus est, quia ipse voluit, & loquitur de oblatione ad passionem. Sed voluntas opponitur necessitati. Ergo Christus non ex necessitate subiacuit corporalibus defectibus.

¶ Præterea, Damasc. dicit in 3. lib. Nihil coactum in Christo consideratur, sed omnia voluntaria. Sed quod est voluntarium, non est necessarium. Ergo huiusmodi defectus non fuerunt ex necessitate in Christo.

¶ Præterea, Necessitas infertur ab aliquo potentiori. Sed nulla creatura est potentior, quàm anima Christi, ad quam pertinebat proprium corpus conseruare. Ergo huiusmodi defectus seu infirmitates non fuerunt in Christo ex necessitate.

¶ SED CONTRA est quod Apost. dicit Rom. 8. Misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati. Sed conditio carnis peccati est, quòd habeat necessitatem moriendi & sustinendi alias huiusmodi passiones. Ergo talis necessitas sustinendi hos defectus fuit in carne Christi.

CONCLVSIO.

¶ Corpus Christi naturali necessitate sequente materiam, ex qua fuit compositum, morti cæteris q́ corporalibus defectibus subiectum necessariò fuit, secundum autem propriæ naturæ conditionem necessitati coactionis repugnantis naturæ corporali similiter subditum fuit: nulla tamen erat in Christo coactionis necessitas repugnantis diuinæ, vel humanæ voluntati absolutè.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd duplex est necessitas. Vna quidem coactionis, quæ fit ab agente extrinseco. Et hæc quidem necessitas cõtrariatur & naturæ & voluntati: quorum vtrunque est principium intrinsecum. Alia autem est necessitas naturalis, quæ consequitur principia naturalia, puta formam, sicut necessarium est ignem calefacere: vel materiam, sicut necessarium est corpus ex necessariis compositum dissolui. Secundum igitur hanc necessitatem, quæ cõsequitur materiam, corpus Christi subiectũ fuit necessitati mortis & aliorum huiusmodi defectuum, quia, sicut dictum est, beneplacito diuinæ voluntatis, carni Christi permittebatur agere & pati quæ propria. Hæc autẽ necessitas causatur ex principiis carnis humanæ: vt dictum est. Si autem loquamur de necessitate coactionis, secundum quidem quòd repugnat naturæ corporali, sic, iterum corpus Christi secundum conditionem propriæ naturę necessitati subiacuit & claui perforantis & flagelli percutientis. Secundum verò quòd necessitas talis repugnat voluntati, manifestum est quòd in Christo non fuit necessitas horum defectuum, neque per respectum ad diuinam voluntatem, neque per respectum ad voluntatem humanam Christi absolutè, prout sequitur rationem deliberantem, sed solùm secundum naturalem motũ voluntatis, prout scilicet naturaliter refugit mortem, & etiam corporis nocumenta.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus dicitur oblatus, quia voluit & voluntate diuina, & voluntate humana deliberata: licet mors esset contra naturalem motum voluntatis humanæ, vt Damasc. dicit.

¶ Ad secundum patet responsio ex dictis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd nihil fuit potentius, quàm anima Christi absolutè: nihil tamen prohibet aliquid fuisse potentius, quantum ad hunc effectum: sicut clauus ad perforandum. Et hoc dico, secundum quòd anima Christi consideratur secundum propriam naturam & virtutem.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm Christus defectus corporales contraxerit.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christus defectus corporales contraxerit. Illud enim contrahere dicimur, quod simul cũ natura ex origine trahimus.

Sed Christus simul cum natura humana defectus & infirmitates corporales per suam originem traxit à matre, cuius caro huiusmodi defectibus subiacebat. Ergo videtur quòd hos defectus contraxerit.

¶ Præterea, Id quod ex principiis naturæ causatur, simul cum natura trahitur, & ita cõtrahitur. Sed huiusmodi pœnalitates causantur ex principiis naturæ humanæ. Ergo eas Christus contraxit.

¶ Præterea, Secundum huiusmodi defectus Christus aliis hominibus similatur: vt dicitur Hebr. 2. Sed alij homines huiusmodi defectus contrahunt: ergo videtur quòd etiam Christus huiusmodi defectus contraxerit.

¶ SED CONTRA est, quòd huiusmodi defectus contrahuntur ex peccato: secundum illud Rom. 5. Per vnum hominem peccatum intrauit in hunc mundum, & per peccatum mors. Sed in Christo non habuit locum peccatum. Ergo huiusmodi defectus Christus non contraxit.

CONCLVSIO.

¶ Christus non aliquo peccati debito corporales defectus contraxit, sed illos propria voluntate suscepit.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in verbo Contrahendi intelligitur ordo effectus ad causam: vt scilicet illud dicatur contrahi, quod simul cum sua causa ex necessitate trahitur. Causa autem mortis & horum defectuum in humana natura est peccatum, quia per peccatum mors intrauit in hunc mundum, vt dicitur Rom. 5. Et ideo illi propriè dicuntur hos defectus contrahere, qui ex debito peccati hos defectus incurrunt. Christus autem hos defectus non habuit ex debito peccati: quia vt August. dicit exponens illud Ioan. 3. Qui de sursum venit, super omnes est: desursum venit Christus, id est, de altitudine naturæ humanæ, quam habuit ante peccatum primi hominis. Accepit enim naturam humanam absque peccato, in illa puritate, in qua erat in statu innocentiæ: & simili modo potuisset assumere humanam naturam absque defectibus. Sic igitur patet, quòd Christus non contraxit hos defectus, quasi ex debito peccati eos suscipiens, sed ex propria voluntate.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd caro Virginis concepta fuit in originali peccato: & ideo hos defectus contraxit.

* Sed Christus naturam ex Virgine assumpsit absque culpa. Et similiter potuisset naturam assumere absque pœna: sed voluit suscipere pœnam propter opus nostræ redemptionis implendum: vt dictum est. Et ideo habuit huiusmodi defectus, non contrahendo, sed voluntariè assumendo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd causa mortis & aliorum corporalium defectuum in humana natura, est duplex. Vna quidem remota, quæ accipitur ex parte principiorum materialium humani corporis, in quantum est ex contrariis compositum, sed hæc causa impediebatur per originalem iustitiam. Et ideo proxima causa mortis & aliorum defectuum, est peccatum: per quod subtracta est originalis iustitia. Et propter hoc, quia Christus fuit sine peccato, dicitur non contraxisse huiusmodi defectus: sed voluntariè assumpsisse.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus in huiusmodi defectibus, assimilatus est aliis hominibus, quantum ad qualitatem defectuum: non autem quantum ad causam. Et ideo Christus non contraxit huiusmodi defectus, sicut alij.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm Christus omnes defectus corporales hominum assumere debuerit.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Christus omnes defectus corporales hominum assumere debuerit. Dicit enim Dam. Quod est inassumptibile, est incurabile. Sed Christus venerat omnes defectus nostros curare. Ergo omnes defectus nostros assumere debuit.

¶ Præterea, Dictum est, quòd ad hoc quòd Christus pro nobis satisfaceret, debuit habere habitus perfectiuos in anima & defectus in corpore. Sed Christus ex parte animæ assumpsit plenitudinem omnis gratiæ. Ergo ex parte corporis debuit assumere omnes defectus.

¶ Præterea, Inter omnes defectus corporales, præcipuum locum tenet mors. Sed Christus mortem assumpsit. Ergo multò magis omnes alios defectus assumere debuit.

¶ SED CONTRA est, quòd contraria non possunt simul fieri in eodem. Sed quædam infirmitates sunt sibiipsis contrariæ: vtpote ex contrariis principiis causatæ. Ergo non potuit esse, quòd Christus omnes infirmitates humanas assumeret.

CON

Universidad de Deusto
Biblioteca

ro probatur: quia ad satisfaciendum pro peccato humanæ naturæ, requiritur satisfactor perfectus in anima, scientia, & gratia. Secunda autem, quia defectus sunt triplex iam: quidam repugnantes perfectioni scientiæ, vt ignorantia, vel gratiæ, vt pronitas ad malum & difficultas ad bonum: quidã particulares, vt varij morbi, quidã communes toti humanæ naturæ, vt fames, sitis, fatigatio, mors, &c.

Annot. ¶ Vbi nota tria. Primò, quòd quia rationis ordo poscit, vt satisfactio, quæ pœnalis est, respondeat culpæ (& culpæ cõmuni respondeat pœna communis) ideo litera ex eo, quòd Christus defectus pœnales assumpsit ad satisfaciendum pro peccato naturæ humanæ, optimè, vt clarè intulit, consequens q; solos communes humanæ naturæ defectus pœnales assumere debuit. Secundò, quòd quia negatio particularium defectuum in Christo illata, non erat probata (quanuis fuerit probata affirmatio vniuersalium defectuum in eodẽ ex proportione pœnæ ad culpam) ideo litera subiunxit rationẽ eximentẽ corpus Christi à specialibus defectibus ex negatione causarum, eorundem ad negationem eorum procedentemex eo, quòd defectus speciales aut sunt ex defectu principij vel principiorum, aut ex defectu progressus vitæ: quorum neutrum in Christo locum habere potuit.

¶ Et si quis obiecerit, q; possit esse aliquis horũ defectuũ ex tertia causa, puta ex exlo vel cõcursu elementi alicuius, sciat omnes huiusmodi concursus causatiuos morbi specialis, nihil aliud esse quàm defectum principij. Concurrens enim causa impedit principia à naturali perfectione actionis vel passionis suæ, & ideo reducitur huiusmodi causa ad defectũ virtutis formatiuæ, causam positam in litera.

¶ Tertiò, quòd Autor doctrinam suam cõfortem Damasceno ostẽdens, confirmat simul, & exponit illam.

¶ Num ignorantia ad animæ vel corporis defectus spectet.

Quæsito. ¶ Sed restat hic dubiũ, quo pacto dicatur, vbi de defectibus corporis agitur, ignorantiam inter defectus communes computare: quum constet ignorantiam esse defectum animæ.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Autor licet tractet de defectibus corporis: inscribit tamen vniuersalẽ doctrinam de defectibus humanis, qui non debuerũt assumi à Christo, vt ex vniuersali regula habeatur descriptio inter defectus etiã corporis, qui debuerũt vel non debuerunt assumi. Et hoc propter pronitatem ad malum & difficultatem boniquo niam alia est lex in membris humanis repugnans legi mentis: secũdum quam proni sunt sensus hominis ad malum, & non quod volumus bonum hoc agimus, id autem quod de ignorantia admittetur, exempli gratia positum est.

¶ Sed quia hæc responsio dicta secundum eundem contextum separat, dum ignorantiam vt exemplum, pronitatem verò ad malum, & difficultatem ad bonum verè interpretatur: aliter dicitur, quòd per ignorantiam hîc intelligitur copulatio corporalis causatiua ignorantiæ. Nascuntur siquidem aliqui inepti ad scientiam, licut alij inclinati ad iram, & huiusmodi.

¶ Sed hoc minus consonat literæ, diuidenti contra defectus repugnantes perfectioni scientiæ vel gratiæ, defectus corporis speciales: constat autem has copulationes exorbitantes à temperantia humanæ medietatis, inter speciales computari defectus. Vnde dicendum est, quòd ignorantia dupliciter sumi potest: vel secundum sese & sic est defectus non corporis: sed animæ, sicut scientia, cõtraria enim circa idẽ nata sunt fieri. Vel secundum suam causam occasionalẽ cõmunem toti naturæ humanæ: & sic est defectus tenens se ex parte corporis: quoniam ex hoc ipso quòd anima fit in corpore, non recipitur influxum scientiæ à superioribus: & manet ignorans. In cuius signum statim, quòd à corpore separatur anima, perficitur scientia infusa à superioribus. Christus autem licet susceperit animam in corpore, non suscepit tamen defectum scientiæ concomitãtem animã ex hoc, quòd sic in corpore: quoniam ab initio eius anima repleta est, & beata, & infusa scientia: vt patet ex antedictis. Et ideo inter defectus corporis, hoc est se tenentes ex parte corporis, cõputata est hoc in loco ignorãtia.

Infrà q. 27. art. 3. Et 3. dist. 3. q. 1. a. 2. & 18. dist. 22. q. 1. a. 2. Et quod. 4. q. 10. art. 1.

¶ In responsione ad secundũ pertspicaciter videndum est, quòd animæ Christi secũdũ se debebatur plenitudo omnis gratiæ & scientiæ, ex hoc ipso quòd erat assumpta à Verbo: est enim hoc sumptum ex Ioan. 1. Vidimus eũ plenum gratię & veritatis, quasi Vnigenitum à Patre. Et docemur ex hoc non solùm differentiam intentam in literã inter scientiam ac gratiam, & defectus, quòd illæ debebantur animæ Christi secundùm se, hoc est ob propriam perfectionem, isti verò solã propter aliud, hoc est satisfactionem & exemplaritatem, &c. sed etiã quòd non sunt duo miracula, gratia vnionis & gratia virtutũ in anima Christi: sed sicut in naturalibus generans dat vnam generationẽ formã, & consequentia ad formã, ita in mysterio Incarnationis assumens dat gratiæ & scientiæ plenitudinem, vt consequẽtia assumptionem. Et propterea sicut debentur genitio conceptionis formam, debito naturalitãs debetur assumptæ animæ plenitudo gratiæ & scientiæ.

CONCLVSIO.

¶ Cùm venerit Christus pro peccatis satisfacere, nullo modo peccatum assumpsit.

¶ Super Quæstionis decimaquintæ Articulum primum.

Comment. TIculus clarus est.

¶ In corpore est vnica conclusio respõsiua quæsito: Christus nullo modo assumpsit defectũ peccati. Probatur: Defectus assumpti à Christo sunt assumpti ad tria, hoc est ad satisfaciendum pro natura humana: ad cõprobandam suam humanitatem, & ad exemplum virtutis: *sed defectus peccata id nihil eorũ valet. ergo* Maior patet ex primo articulo præcedentis quæstionis. Minor sigillatim quoad singulas partes clarè probatur in litera: ita vt non sit opus exponere.

CONCLVSIO.

¶ Cùm in Christo gratia fuerit secundum perfectissimum gradum, nullo modo fuit in ipso fomes peccati.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est, Christus perfectissimè habuit gratiam & omnes virtutes. Virtus autem moralis, quæ est in *rationali parte animæ, eam facit esse rationi subiectam: & tantò magis, quantò perfectior fuerit virtus: sicut temperantia concupiscibilem, & fortitudo & mansuetudo irascibilem: vt in Secunda parte dictum est. ad rationem autem fomitis pertinet inclinatio sensualis appetitus in id, quod est contra rationem. Sic igitur patet, quòd quantò virtus in aliquo fuerit magis perfecta, tantò magis in eo debilitatur vis fomitis. Cùm igitur in Christo fuerit virtus secundum perfectissimum gradum, consequens est, quòd in eo fomes peccati non fuerit, cùm etiam iste defectus nõ sit ordinabilis ad satisfaciendum: sed potius inclinet ad contrarium satisfactioni.

Aliàs irrationali.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd inferiores vires pertinentes ad sensibilem appetitum, naturaliter sunt obedibiles rationi: non autem vires corporales, vel humorum corporalium, vel etiam ipsius animæ vegetabilis: vt patet in primo Ethic. Et ideo perfectio virtutis, quæ est secundum rationem rectam, non excludit passibilitatem corporis: excludit autem fomitem peccati: cuius ratio consistit in resistentia sensualis appetitus ad rationem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd caro naturaliter concupiscit id quod est sibi delectabile concupiscentia appetitus sensitiui: sed caro hominis (quæ est animal rationale) hoc concupiscit secũdum modum & ordinem rationis. Et hoc modo caro Christi concupiscentia appetitus sensitiui, naturaliter appetebat escam & potum & somnum, & alia quæ secundum rectam rationem appetuntur: vt patet per Damas. in 3. lib. Ex hoc autem non sequitur,

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est, Christus suscepit defectus nostros, vt pro nobis satisfaceret, & vt veritatem humanæ naturæ cõprobaret, & vt nobis fieret exemplũ virtutis. Secundũ quæ tria manifestũ est, quòd defectũ peccati assumere non debuit. primò quidẽ, quia peccatum nihil operatur ad satisfactionem: quinimò virtutem satisfactionis impedit: quià vt dicitur Ecc. 34. dona iniquorum non probat Altissimus. Similiter etiam ex peccato non demonstratur veritas humanæ naturæ: quia peccatũ non pertinet ad humanam naturã, cuius Deus est causa: sed magis est cõtra naturam, per seminationẽ diaboli introductũ. vt Dam. dicit. Tertiò, peccando exemplum virtutis præbere non potuit: cùm peccatum contrarietur virtuti. Et ideo Christus nullo modo assumpsit defectũ peccati: nec originalis nec actualis: secundum illud quod dicitur 1. Pet. 2. Qui peccatum non fecit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Dam. dicit in 3. lib. duobus modis dicitur aliquid de Christo. Vno modo secundũ proprietatẽ naturalẽ & hypostaticam: sicut dicitur quòd Deus factus est homo, & quòd passus est pro nobis. Alio modo secundum proprietatem personalẽ & habitualem: prout scilicet aliqua dicũtur de ipso in persona nostra, quæ sibi secũdum se nullo modo cõueniunt. Vnde & inter septem regulas Ticonij, quas Aug. ponit in 3. de Doctr. Christiana, prima ponitur de Domino & eius corpore: cùm scilicet Christi & Ecclesiæ vna persona æstimatur. Et secundũ hoc Christus ex persona membrorum suorum loquens dicit, Verba delictorum meorum, nõ quòd in ipso capite delicta fuerint.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut dicit Aug. 10. super Gen. ad literam, non omni modo Christus fuit in Adã & in aliis Patribus, quo nos ibi fuimus. Nos enim fuimus in Adam secundũ seminalem rationem, & secundum corpulentam subsantiam: quia scilicet, vt ipse ibidẽ dicit, cùm sit in semine & visibilis corpulentia & inuisibilis ratio, vtrunque currit ex Adam. Sed Christus visibilẽ carnis substantiam de carne Virginis sumpsit: ratio verò cõceptionis eius non à semine virili, sed longè aliter, ac desuper venit. Vnde non fuit in Adam secundũ seminalem rationem, sed solùm secũdum corpulentam substãtiam. Et ideo Christus non accepit actiuè ab Adã humanam naturã, sed solùm materialiter: actiuè verò à Spiritu sancto. Sicut & ipse Adam materialiter sumpsit corpus ex limo terræ, actiuè autem à Deo. Et propter hoc Christus non peccauit in Adam, in quo fuit solùm secundùm materiam.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd Christus ex sua tentatione & passione nobis auxiliatus est, pro nobis satisfaciendo: sed peccatũ non cooperatur ad satisfactionem: sed magis ipsam impedit: vt dictum est. Et ideo non oportuit, quòd peccatũ in se haberet, sed omnino esset purus à peccato: alioquin pœna, quam sustinuit, fuisset sibi debita pro proprio peccato.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Deus fecit Christum peccatum: nõ quidem, vt in se peccatũ haberet, sed quia fecit eum hostiam pro peccato. Sicut & Oseæ 4. dicitur, Peccata populi mei comedẽt scilicet Sacerdotes, qui secundũ legem comedebant hostias pro peccato oblatas. Et secũdum hunc modum dicitur Isa. 53. quòd Dominus posuit in eo iniquitatem omnium: quia scilicet eum tradidit, vt esset hostia pro peccatis omniũ hominum. Vel fecit eum peccatũ, id est, habentem similitudinem carnis peccati: vt dicitur Rom. 8. & hoc propter corpus passibile & mortale, quod assumpsit.

¶ Ad quintum dicendum, quòd pœnitens laudabile exemplum dare potest, non ex eo quòd peccauit: sed in hoc, quòd voluntariè pœnam sustinet pro peccato. Vnde Christus dedit maximum exemplum pœnitentibus: dum non pro peccato proprio, sed pro peccatis aliorum voluit pœnam subire.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm in Christo fuerit fomes peccati.

Infrà q. 27. artic. 3. & 4. Et 3. dist. 17. artic. 1. q. 2. 4 Et opus. 3. c. 231.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo fuerit fomes peccati. Ab eodẽ enim principio deriuatur fomes peccati & passibilitas corporis siue mortalitas, scilicet ex subtractione originalis iustitiæ per quam simul inferiores vires animæ subdebantur rationi, & corpus animæ. Sed in Christo fuit passibilitas corporis & mortalitas. Ergo etiam in eo fuit fomes peccati.

¶ Præterea, Sicut Dam. dicit in 3. lib. Beneplacito diuinæ voluntatis permittebatur carni Christi pati & operari quæ propria. Sed proprium est carni, vt concupiscat delectabilia sibi. Cùm igitur nihil aliud sit fomes, quàm concupiscentia (vt dicitur in Glos. Rom. 7.) videtur quòd in Christo fuerit fomes peccati.

¶ Præterea, Ratione fomitis peccati, caro concupiscit aduersus spiritum: vt dicitur Gal. 5. Sed tantò spiritus ostenditur fortior & magis dignus corona, quantò magis superat hostem, scilicet concupiscentiam carnis: secundum illud 2. ad Tim. 2. Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit. Christus autem habuit fortissimum & victoriosissimum spiritum, & maximè dignũ coronã, secũdum illud Apoc. 6. Data est ei corona, & exiuit vincens, vt vinceret. Videtur ergo quòd in Christo maximè debuerit esse fomes peccati.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Matth. 1. Quod in ea natum est, de Spiritu sancto est. Sed Spiritus sanctus excludit peccatum, & inclinationem peccati, quæ importatur nomine Fomitis. Ergo in Christo non fuit fomes peccati.

CONCLVSIO.

¶ Cùm in Christo gratia fuerit secundum perfectissimum gradum, nullo modo fuit in ipso fomes peccati.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est, Christus perfectissimè habuit gratiam & omnes virtutes. Virtus autem moralis, quæ est in *rationali parte animæ, eam facit esse rationi subiectam: & tantò magis, quantò perfectior fuerit virtus: sicut temperantia concupiscibilem, & fortitudo & mansuetudo irascibilem: vt in Secunda parte dictum est. ad rationem autem fomitis pertinet inclinatio sensualis appetitus in id, quod est contra rationem. Sic igitur patet, quòd quantò virtus in aliquo fuerit magis perfecta, tantò magis in eo debilitatur vis fomitis. Cùm igitur in Christo fuerit virtus secundum perfectissimum gradum, consequens est, quòd in eo fomes peccati non fuerit, cùm etiam iste defectus nõ sit ordinabilis ad satisfaciendum: sed potius inclinet ad contrarium satisfactioni.

Aliàs irrationali.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd inferiores vires pertinentes ad sensibilem appetitum, naturaliter sunt obedibiles rationi: non autem vires corporales, vel humorum corporalium, vel etiam ipsius animæ vegetabilis: vt patet in primo Ethic. Et ideo perfectio virtutis, quæ est secundum rationem rectam, non excludit passibilitatem corporis: excludit autem fomitem peccati: cuius ratio consistit in resistentia sensualis appetitus ad rationem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd caro naturaliter concupiscit id quod est sibi delectabile concupiscentia appetitus sensitiui: sed caro hominis (quæ est animal rationale) hoc concupiscit secũdum modum & ordinem rationis. Et hoc modo caro Christi concupiscentia appetitus sensitiui, naturaliter appetebat escam & potum & somnum, & alia quæ secundum rectam rationem appetuntur: vt patet per Damas. in 3. lib. Ex hoc autem non sequitur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis decimæquintæ Articulum tertium*

Tit. clar. est. ¶ In corpore vna est conclusio: In Christo nõ fuit ignorãtia. Probatur, sicut in Christo fuit plenitudo gratiæ & virtutis, ita fuit plenitudo omnis scientiæ: ergo sicut prima plenitudo excludit somitẽ peccati: ita secunda excludit ignorantiã: ergo in Christo nõ fuit ignorantia. Prima cõsequẽtia probatur: quia ignorãtia opponitur plenitudini scientiæ: secunda, quia nõ fuit somes peccati in Christo.

Comment.

3. dist. 17. art 1. q. 2. s.

In respõsione ad tertium, aduerte nouitie, quòd trium expositionum verborum Isaiæ, quæ in litera ponũtur, duæ primæ cõueniunt in hoc, quòd ly Antequam puer sciat, exponunt, antequam Deus fiat puer scies: hoc est, antequã incarnetur habẽs matrem & patrem putatiuũ. In hoc enim sensu verificatur tam literalis expositio, quòd rex Assyriorũ auferret spolia ante incarnationẽ filij Dei quã spiritualis, quod filius Dei ante Incarnationem iuuocatus saluaret populũ suũ. Tertia autẽ post Incarnationẽ, exponitur, q̃ ly Ante, dicat ordinẽ temporis, secũdum ætatem infantilem Iesu Christi.

¶ *Super Quæstionis decimæquintæ Articulum quartum.*

Annot.

In titulo passibilitas, vt sonat, sumẽda est.

¶ In corpore articuli duo sunt. Primò respõdetur quæstio: secundò declaratur responsio.

Comment.

¶ Quo ad primũ primò distinguit de passiõeanimę cõiũcte corpori vel corporali, vel animali.

¶ Secũdò declaratur terminus primus, quid sit licet est animam pati passione corporali.

¶ Tertio respõdetur secũdum talem passionẽ quæsito vna conclusione: Anima Christi fuit passibilis passiõe corporali. Probatur: Corpus Christi fuit passibile & mortale: ergo necesse fuit, anima esse passibilem. Patet cõsequentia ex terminis declaratis.

¶ Quarto declaratur alter terminus, quid scilicet est anima pati passione animali: & hic distinguitur, vel propriè, vel proprissimè.

¶ Quintò respondetur iuxta talẽ positionẽ quæsito vnica cõclusione: Anima Christi fuit passibilis passione animali. Probatur: Affectiões appetitus sensitiui fuerũt in Christo: ergo. Antecedẽs probatur dupliciter. primò quia pertinẽt ad naturã hominis: secundò autoritate Augustini.

¶ Quo ad secũdum declaratur secũda conclusio respõsiua, qualiter sequitur, quòd in Christo fuerit fomes peccati, qui importat concupiscentiam delectabilium, præter ordinem rationis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd fortitudo spiritus aliqualis ostenditur, ex hoc quòd resistit concupiscentiæ carnis sibi contrariantis, sed maior fortitudo spiritus ostenditur, si per eius virtutem totaliter caro comprimatur, ne contra spiritum concupiscere possit. Et ideo hoc competebat Christo: cuius spiritus summum fortitudinis gradum attigerat. Et licet non sustinuerit impugnationem interiorem ex parte somitis, sustinuit tamen exteriorem impugnationem ex parte mundi & diaboli: quos superando victoriæ coronam promeruit.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrùm in Christo fuerit ignorantia.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo fuerit ignorantia. Illud enim verè fuit in Christo, quod sibi competit secũdum humanam naturam, licet ei non competat secũdum diuinam, sicut passio & mors. Sed ignorantia cõuenit Christo, secũdum humanam naturam: dicit enim Damasc. in 3. lib. quòd ignorantem & seruilem assumpsit naturam. ergo ignorantia verè fuit in Christo.

¶ Præterea, Aliquis dicitur ignorans per notitiæ defectũ. Sed aliqua notitia defuit Christo: dicit enim Apost. 2. ad Cor. 5. Eũ, qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit. ergo in Christo fuit ignorantia.

¶ Præterea, Isa. 8. dicitur, Antequam sciat puer vocare patrem suum & matrem suam, auferetur fortitudo Damasci. Puer autem ille est Christus. Ergo in Christo fuit aliquarum rerum ignorantia.

¶ SED CONTRA, Ignorantia per ignorantiam non tollitur. Christus autem ad hoc venit, vt ignorantias nostras auferret: venit enim vt illuminaret his, qui in tenebris & in vmbra mortis sedent. ergo in Christo ignorantia non fuit.

CONCLVSIO.

¶ *Sicut in Christo ex scientia & gratiæ plenitudine nullus fuit peccati somes, ita nec ignorantia esse potuit.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut in Christo fuit plenitudo gratiæ & virtutis, ita in ipso fuit plenitudo omnis scientiæ, vt ex præmissis patet. Sicut autem in Christo plenitudo gratiæ & virtutis excludit somitem peccati, ita plenitudo scientiæ excludit ignorantiam, quæ scientiæ opponitur. Vnde sicut in Christo non fuit somes peccati, ita non fuit in eo ignorantia.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd natura à Christo assumpta potest dupliciter considerari. Vno modo, secundum rationem suæ speciei: & secũdum hoc dicit Damasc. eam esse ignorantem & seruilem. Vnde subdit, Nam serua quidem est hominis natura eius, qui fecit ipsam, Dei scilicet, & non habet futurorum cognitionem. Alio modo potest considerari secundum id, quod habet ex vnione ad hypostasim diuinam, ex qua habet plenitudinem scientiæ & gratiæ: secundum illud Ioan. 1. Vidimus eum quasi vnigenitum à Patre, plenum gratiæ & veritatis. Et hoc modo natura humana in Christo ignorantiam non habuit.

¶ Ad secundũ dicendũ, quòd Christus dicitur nõ nouisse peccatũ, quia nesciuit per experientiam, sciuit autẽ per simplicẽ notitiam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd loquitur ibi Propheta de scientia humana Christi. Dicit ergo, Antequam sciat puer, scilicet secundum humanitatem, vocare patrem suum, scilicet Ioseph (qui pater eius fuit putatiuus) & matrem suam, scilicet Mariam, auferetur fortitudo Damasci. Quod non est sic intelligendum, quasi aliquando fuerit homo, & hoc nescierit: sed antequam sciat, id est, antequã fiat homo sciẽtiam habens humanã, auferetur: vel ad literam, fortitudo Damasci & spolia Samariæ, per regem Assyriorum: vel spiritualiter, quia nondum natus, populum suum sola inuocatione saluabit, vt gl. Hier. ibi exponit. Aug. tamen in sermo. de Epi. dicit, hoc esse completũ in adoratione Magorum. Ait enim, Antequam per humanã carnem humana verba proferret, accepit virtutẽ Damasci, scilicet diuitias, in quibus Damascus præsumebat: in diuitiis autem principatus auro defertur. Spolia verò Samariæ iidem ipsi erant: Samaria nanq; pro idololatria ponitur: illic enim populus ad idola colenda conuersus est. Hæc igitur prima spolia puer idololatriæ detraxit. Et secundum hoc intelligitur, antequam sciat, id est, antequam ostendat se scire.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrùm anima Christi fuerit passibilis.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd anima Christi non fuerit passibilis. Nihil enim patitur nisi a fortiori: quia agens præstantius est patiente, vt patet per Aug. 12. super Gen. ad literam, & per Philosophum 3. de Anima. Sed nulla creaturæ fuit præstatior, quàm anima Christi. Ergo anima Christi non potuit ab aliqua creatura pati: & ita non fuit passibilis: fruſtra enim in ea fuisset potentia patiendi, si à nullo pati potuisset.

¶ Præterea, Tullius in lib. de Tusculanis quæstionibus dicit, quòd passiones animæ sunt quædam ægritudines. Sed in anima Christi non fuit aliqua ægritudo: nam ægritudo animæ sequitur peccatum: vt patet per illud Psal. Sana animam meam, quia peccaui tibi. Ergo in Christo non fuerunt animæ passiones.

¶ Præterea, Passiones animæ videntur idem esse cum somite peccati, vnde & Apostolus Rom. 7. vocat eas passiones peccatorum. Sed in Christo non fuit somes peccati: vt supra dictum est. Ergo videtur quòd non fuerint in eo animæ passiones: & ita anima Christi non fuit passibilis.

¶ SED CONTRA est quod in Psal. dicitur ex persona Christi, Repleta est malis anima mea. Non quidem peccatis, sed humanis malis, id est, doloribus: vt gl. ibi exponit. Sic ergo anima Christi fuit passibilis.

CONCLVSIO.

¶ *Anima Christi passibilis fuit corporali passione, animali etiam, quòd in illo appetitus sensitiuus affectiones fuerunt, quæ magis propassiones, quàm passiones appellari dignæ sunt.*

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ anima in corpore cõstituta dupliciter cõtingit pati. Vno modo passione corporali: alio modo passiõe animali. Passione quidẽ corporali patitur p corporis læsionẽ. Cùm enim anima sit forma corporis, consequẽs est q̃ vnũ sit esse aiæ & corporis: & ideo corpore perturbato p aliquã corporea passionẽ, necesse est q̃ aia per accidẽs perturbetur, scilicet quãtũ ad esse, quod habet in corpore. Quia igitur corp⁹ Christi fuit passibile & mortale (vt supra habitũ est) necesse fuit, vt etiã eius anima hoc modo passibilis esset. Passione aũt animali pati dicitur anima secũdũ operationẽ, quæ vel est propria animæ, vel principalius est animæ, quam corporis. Et quãuis etiã secũdũ intelligere & sentire dicatur hoc modo anima aliquid pati: tamẽ sicut in secũda parte dictũ est, proprissimè dicũtur passiones animæ, affectiones appetitus sensitiui: quæ in Christo fuerũt, sicut & cætera, quæ ad naturam hominis pertinẽt. Vnde Aug. dicit in 14. de Ciuit. Dei, Ipse Dominus in forma serui vitã agere dignatus, humanitus adhibuit eas, vbi adhibẽdas esse iudicauit: neq; enim in quo verum erat hominis corpus, & verus hominis animus, falsus erat humanus affectus. Sciendum tamen est, quòd huiusmodi passiones aliter fuerunt in Christo, quàm in nobis, quantum ad tria. primò quidem quantũ ad obiectũ: quia in nobis plerunq; huiusmodi passiones feruntur ad illicita: quod in Christo non fuit. Secundò quantũ ad principiũ: quia huiusmodi passiones frequenter in nobis

¶ *Super Quæstionis decimæquintæ Articulum quintum.*

Tit. clar. est. ¶ In corpore vna conclusio: In Christo fuit verè dolor. Probatur: In quo est læsio corporis & sensus læsionis, est dolor sensibilis: sed in Christo fuit vtrumq;: ergo. Probatur Minor quoad primum: quia corpus Christi erat passibile & mortale. Quo ad secũdum verò: quia anima Christi perfectè habuit omnes potentias naturales.

¶ Nota nouitie, q̃ illa duo in litera posita requisita ad dolorem, nõ sunt doloris partes, sed causæ sufficientes. Dolor nanq; nec est læsio, nec perceptio læsionis: sed est passio appetitus sensitiui cõsurgẽs ex corporis læsione percepta sensitiuã quãtuncunq; corpus læderetur flagello, clauo, vel gladio, si non peresperetur, non consurgeret dolor. vt patet, quum lædũtur hi, qui patiũtur cessatiũ. Et tunc licet quãlibet corpus lædatur, & læsio percipiatur intellectu vel imaginatione, si nõ sentiatur, nõ sequitur dolor, vt patet in his, qui caliditate adhuc plagis superlædũtur. Hi enim magnã læsionẽ patiẽtes, vix dolẽtiquia ferè illã non sentiũt, perturbato organo tactus: quã tamen cognoscunt esse magnã corporis læsionem. Ex hoc enim, quòd quantitas doloris iuxta quãtitatem sensationis cõsequitur, habetur q̃ dolor absolutè sensationẽ absolutæ læsiõis corporis cõsequitur: ita quòd si nullus esset læsiõis sensus, nullus esset dolor.

Infrà q. 46 art. 6 & Et 3. d. 15. q. 2 art. 3. q. 1. Et vers. q. ad 3. c. fi. Quæst. Et opp. 3. c. 239 Quæst.

¶ *Num peccatum & contraria compositio causa sint propinqua humanæ necessitatum.*

¶ In responsione ad primum, dubium occurrit ad hominem quia Auctor superius in q. 14. ar. 3. ad secundũ dixit cõpositionem ex contrariis esse causam remotam peccatũ verò causam proximã mortis, & aliorum defectuum naturæ humanæ: nunc verò dicit peccatum esse causam primam, & compositionem ex cõtrariis esse causam propinquam horum defectuum. Quomodo stant hæc simul?

¶ Ad hoc dicitur, quòd prius dicta verificantur, referendo causas defectuum ad naturã humanã: hic autem dicta verificantur, referendo easdem ad singulares filios Adæ. Nam si ad naturã spectes humanã, inueniet cõpositionem ex cõtrariis causam esse mortis & defectuum eorumdem: quia impediebatur à superueniẽte originali iustitia, vt in suum non posset esse actum, ac per hoc peccatum tollẽs originalem iustitiam prohibentem defectus, sic mortis & defectuũ proxima causa, non positiuè (vt compositio ex cõtrariis) sed remouendo prohibens: & hoc superius Autor docuit. Si verò ad singulos filios Adæ specteres, inuenies peccatum esse causam primã (vt potẽte vniuersalem causam in suo, vt dictum est, ordine, sed vt remouẽtem prohibens) compositionem autem ex contrariis in hoc homine esse propinquam causam mortis & defectuum: quia hæc sola sufficit ad causandam mortem & defectus corporales.

¶ Sed quoniã tam compositio ex contrariis, quàm peccatũ, est causa vniuersalis absolutè, & particularis in hoc: ideo aliter dicitur, q̃ prius dictũ, verum est quo ad ipsas causas: nũc verò dictũ verũ est quo ad exequutiones ipsarum causarum. Nam si ad cõpositionẽ ex contrariis & peccatum specẽmus, inuenitur compositio prior, & peccatum tollens superuenientem iustitiã, inuenitur posterior causa, & hoc superius docuit Autor dicens cõpositionẽ remotam: peccatum verò proximam causam. Si autẽ spectemus ad exequutiones causalitatũ vtriusq; inuenimus peccatum esse priorẽ causam: quia prius peccatũ sustulit iustitiã prohibentẽ mortem & defectus: & deinde cõpositio ex contrariis intulit defectus & mortem. Et ideo Autor hic dicit peccatum esse primam causam mortis & defectuũ: quia ab ipso incipit mors & defectus omnis. cõpositio autẽ dicitur causa propinqua, quia compositio ex cõtrariis (est peccatũ) exequuta est operationem istam, qua mortẽ defectusq; intulit. Et hæc est vera expositio horum dictorum.

¶ *Super Quæstionis decimæquintæ Articulum sextum.*

Infrà q. 46 ar. 8. Et 3. d. 15. q. 2. ar. 3. q. 3. c. & 5. Et opp. 3. 64. 238.

Tit. clarus. ¶ In corpore vna est conclusio responsiua quæsito: Sicut in Christo potuit esse verus dolor: ita potuit in eo esse vera tristitia. Probatur: Anima Christi potuit aliquid apprehendere interius vt nociuũ: ergo potuit in eo esse vera tristitia, sicut & verus dolor. Antecedens manifestatur: quia & quantum ad se, & quãtum ad alios potuit apprehendere aliquid vt nociuum: vt patet in exemplis. Consequentia verò

animãque eius habuerit omnes suæ naturales potentias perfectas, in illo etiam dolor esse potuit.

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd (sicut patet ex his, quæ in secunda parte dicta sunt) ad veritatem doloris sensibilis, requiritur læsio corporis & sensus læsionis. Corpus autem Christi lædi poterat: quia erat passibile & mortale: vt suprà habitum est. Nec defuit ei sensus læsionis: cùm anima Christi perfectè haberet omnes potentias naturales. Vnde nulli dubium debet esse, quin in Christo fuerit verus dolor.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd in omnibus illis verbis & similibus, Hilarius à carne Christi nõ veritatem doloris, sed necessitatem excludere intendit. Vnde post præmissa verba subdit, Neque enim cùm sitiuit, aut esurijit, aut fleuit, bibisse Dominus aut manducasse, aut doluisse monstratus est: sed ad demonstrandam corporis veritatem, corporis consuetudo suscepta est: ita vt naturæ nostræ consuetudine, consuetudini sit corporis satisfactum. vel cùm potum & cibum accepit, non se necessitati corporis, sed consuetudini tribuit. Et accepit necessitatem per comparationem ad causam primam horum defectuum, quæ est peccatum: vt suprà dictum est, vt scilicet ea ratione dicatur caro Christi nõ subiacuisse necessitati horum defectuum, quia non fuit in ea peccatum. Vnde subdit, Habuit enim, scilicet Christus, corpus, sed originis suæ proprium, neque ex vitiis humanæ conceptionis existens, sed in forma corporis nostri, virtutis suæ potestate subsistens. Quantum tamen ad causam propinquam horum defectuum, quæ est compositio contrariorum, caro Christi subiacuit necessitati horum defectuum: vt suprà dictũ est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd caro in peccato concepta subiacet dolori, non solùm ex necessitate naturalium principiorum, sed etiam ex necessitate reatus peccati. Quæ quidem necessitas in Christo non fuit: sed solùm necessitas naturalium principiorum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut suprà dictum est, virtute diuinitatis Christi, dispensatiue sic beatitudo in anima continebatur, quòd nõ deriuabatur ad corpus, vt eius passibilitas & mortalitas tolleretur. Et eadem ratione delectatio contemplationis, sic retinebatur in mente, quòd non deriuabatur ad vires sensibiles, vt per hoc dolor sensibilis excluderetur.

ARTICVLVS VI.

¶ *Vtrùm in Christo fuerit tristitia.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo non fuerit tristitia. Dicitur enim de Christo, Isa. 42. Non erit tristis nec turbulentus.

¶ Præterea, Prouer. 12. dicitur, Non contristabit iustum quicquid ei acciderit. Et huius rationem Stoici assignabant, quia nullus tristatur nisi de amissione suorum bonorũ: iustus autem non reputat bona sua nisi iustitiam & virtutem, quas non potest amittere: alioquin subiiceretur iustus fortunæ, si pro amissione bonorum fortunæ tristaretur. Sed Christus fuit maximè iustus: secundùm illud Hier. 23. Hoc est nomen quod vocabunt eũ Dominus Iustus noster. Ergo in eo non fuit tristitia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

probatur ex quod quid est tristitię & doloris, & ex vna cõmuni vtriusq; causa in Christo assignatur: quidem ex essentiali cõuenientia & differẽtia vtriusq;. Ex hoc nãque, quòd cõuenit in hoc, quod sunt vna passio appetit⁹ sensitivi, cõsistit in aspectatione mali præsentis, & differũt penes obiectum (quia doloris obiectum est malũ corporis præsens, sensu tactus perceptũ, tristitiæ autẽ malũ præsens, iuxta rius perceptum) iuncto his, quòd causa doloris possibilis in Christo fuit dispẽsatio diuinæ virtutis, retinẽs in parte superiori quæ sunt gloriæ, vt pars sensitiua appetitus dolendo exequi posset: clarè sequitur quòd sicut in Christo potuit esse verus dolor, ita & vera tristitia. Et ly Sicut, mõstrat nõ solùm similitudinẽ seu cõuenientiã in causa propria Christo: sed & in proportionali ratione diffinitiua vtriusq;, & in modo cõmuni omnibus in Christo passionibus, scilicet per modũ propassionis. De quo modo subditur in litera remittente se ad dicta in artic. 4. huiusmet quæstionis.

Annot. ¶ In cõsequẽtia ad secũdũ memẽto nouitis numeri principalis passio nũ, scilicet spei seu cupiditatis, delectationis, timoris & tristitię & intelliges quare ad has quatuor spectabant Stoici.

¶ Super Quæstionis decimaquintæ Articulum septimum.

Coment. TItulus clarus.

¶ In corpore duo fiunt. primò declaratur cõditiones requisitæ ad causandũ timorem: secundò respondetur quæsito, cuni distinctione bimẽbri & conclusionibus duab⁹. Quo ad primum, cõditiones sunt quatuor, apprehensio mali futuri, incerti, seu possibilis euitari. Et in duab⁹ primis cõuenit cũ tristitia: qui a vterq; est ex apprehẽsione mali: in tertia differũt, quia illa est præsentis, iste futuri. Sed hæc differẽtia nõ sufficit: quia non est vsque quaq; differentiæ quoniã futurum potest habere rationẽ præsentis: & tunc nõ timor, sed tristitia causatur. Apprehẽditur autem malũ futurum sub ratione præsentis, quãdo vt certum apprehenditur: & ideo incerti seu possibilis vitari esse debet malũ futuri, quod timorẽ ingerit. Et hæc omnia in litera ex cõuenientia & differẽtia inter tristitiã & timorẽ clarè dicũtur.

Annot. ¶ Sed bene nota verba literæ, si omnimodã certitudinem haberet obiectum (quoniam etsi est certũ quo ad substãtiam & incertum quo ad tempus (vt cõtingit cõmuniter de morte) aut quo ad gen⁹ vel ad exteriores res corpori deseruientes. Et secundum hoc potest in animo sapientis esse tristitia, quantùm ad appetitum sensitivum, secundum apprehensionem huiusmodi malorum: non tamen ita quòd ista tristitia perturbet rationem. Et secundum hoc intelligitur, quòd non contristabit iustum quicquid ei acciderit: quia scilicet ex nullo accidente eius ratio perturbatur. Et secundũ hoc tristitia fuit in Christo secundum propassionem, non autem secundũ passionem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd omnis tristitia est malum pœnæ, non autem est semper malum culpæ: sed solùm quando ex inordinato affectu procedit. Vnde Augu. dicit 14. de Ciuit. Dei. Cùm rectam rationem sequuntur istæ affectiones, & quando, & vbi oportet: adhibentur, quis eas tunc morbidas seu vitiosas passiones audeat dicere?

¶ Ad quartum dicendum, quòd nihil prohibet, aliquid esse contrarium volũtati secundum se, quod tamen est volitum ratione finis, ad quem ordinatur: sicut medicina amara non est secundum se volita, sed solùm secundũ quòd ordinatur ad sanitatem. Et hoc modo mors Christi & eius passio fuit secundum se considerata inuolũtaria, & tristitiam causans: licet fuerit voluntaria in ordine ad finem, qui est redemptio humani generis.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrùm in Christo fuerit timor.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo non fuerit timor. Dicitur enim Prou. 18. Iustus quasi leo confidẽs, absq; terrore erit. Sed Christus fuit maximè iustus. Ergo in Christo non fuit aliquis timor.

¶ Præterea, Hilarius dicit 10. de Trin. Interrogo eos, qui hoc ita existimant, an ratione subsistat, vt mori timuerit, qui omnem ab Apostolis mortis timorem expellens, ad gloriam eos fit martyrij exhortatus. Nõ ergo in Christo rationabile est fuisse timorem.

¶ Præterea, Timor non videtur esse nisi de malo, quod non potest homo vitare. Sed Christus poterat vitare & malum pœnæ, quod passus est, & malum culpæ, quod aliis accidit. Ergo in Christo non fuit aliquis timor.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Marc. 14. Cœpit Iesus pauere & tædere.

CONCLVSIO.

¶ Fuit quidem timor in Christo respectu imminentis futuri mali, non fuit autem timor in illo quo ad euentus incertitudinem.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut tristitia causatur ex apprehensione mali præsentis, ita timor causatur ex apprehẽsione mali futuri. Apprehensio autẽ mali futuri si omnimodam certitudinẽ habeat, nõ inducit timorem. vnde Philosophus dicit in 2. Rhet. quòd timor non est nisi vbi est aliqua spes euadendi. Nam quando nulla spes est euadendi, apprehenditur malum vt præsens: & sic magis causat tristitiam, quàm timorem.

¶ Sic ergo timor potest cõsiderari quantum ad duo. Vno modo quatum ad hoc quòd apperitus sensitiuus, naturaliter refugit corporis læsionem: & per tristitiam, si sit præsens, & per timorem, si sit futura. Et hoc modo timor fuit in Christo, sicut & tristitia. Alio modo potest considerari secũdum incertitudinem mortis, vt cõtingit damnatis ad mortẽ & huiusmodi: quatum admittitur de incertitudine, tãtum potest immisceri spei euadẽdi: & consequẽter timoris. Nec propterea enumeratas esse omnes timoris causas: quoniã fuit propositio eas cõditiones afferre, secundum quas differendum est qualiter fuit, & qualiter non fuit in Christo timor. de timore enim diffuse in Prima secundæ tractatum est.

Cõmunicatio est: ¶ Quo ad secũdũ dicendum, quòd timor potest cõsiderari quantum ad duo: primò, quãtum ad motũ appetitus sensitiui ex apprehensio malo futuro: secũdò, quantũ ad motum eiusdem ex apprehẽso malo futuro incerto. Prima cõclusio est: In Christo fuit timor quo ad primũ. Secũda cõclusio est: In Christo nõ fuit timor quo ad secũdũ. Probatur autoritate Damasc. Et patet vtraq; cõclusio ex dictis.

¶ Num in Christo fuerit verè timor, & quis.

Quæst. ¶ Sed dubium occurrit circa primam cõclusionẽ: quia motus appetitus ex malo futuro apprehẽso, non est timor nisi sit cũ spe euasionis (vt in litera dicitur ex Aristotele) ergo talis motus nõ est timor nisi æquiuocèmon saluatur igitur per hoc sufficienter in Christo timor.

¶ Dubium quoque alterum occurrit circa secũdam conclusionẽ: quoniam ex hoc, quòd Christus omnia futura certò cognouit, nõ sufficiebat excludituer timor, quo ad incertitudinem euẽtus, quoniã scientia animæ Christi (vt patet ex supra dictis) erat habitualis: nec oportebat esse actualẽ: quoniã habitus est, quo quis operatur, quũ vult: & ppterea poterat Christus nõ vertendo scientia euentus, quam habebat, apprehẽdere malũ futurum, quasi incertũ: & sic habere in suo appetitu timoris motũ quo ad ista (sicut & tristitiam) non quo ad aliquid tãtum.

¶ Et augetur dubitũ: quia ex eo, quòd in Christo non erat redundãtia inferiorum ad inferiores partes, aut econtra, sed vnaquæq; pars sibi propria exercebat, cõstat neum est, vt æstimativa seu cogitativa Christi est ratione nõ vtẽte scientia infusa de certitudine euẽtus mortis, quam vtẽte scientia futurę mortis, apprehenderit malũ futurũ vt incertũ ipsi cogitativæ quo ad euẽtũ, & ex tali apprehensione fuerit timor quo ad omnia, quũ imaginativa seu cogitativa sit motẽs immediatum appetitus sensitiui.

¶ Ad horum euidentiã sciendum est, quòd sermo literę est de Christo homine simpliciter & absolutè, & non est de Christo, secũdum quid: ita quòd virag. conclusio verificatur de Christo secundum id quod cõuenit Christo simpliciter. Constat autem, de Christo non dici simpliciter, quòd incert⁹ erat de euentu mali futuri: sed oppositum, scilicet q̃ certus erat de euentu mortis & reliquorum malorum futurorum: non solùm inquantum Deus, sed etiam inquãtum homo: nec solùm vt comprehensor, sed etiam vt viator, quamuis secũdum quid, hoc est secundum aliquam eius partem, potẽs euẽtus incertitudo, non priuatiuè, sed negatiuè intellectæ, illi attribui. Sed non propterea potest ratione partis attribui ipsi Christo absolutè: quia oppositum, vt dictum est, conuenit illi simpliciter: sicut Æthiops potest quidem dici albus dentes: non tamẽ propterea potest dici albus, quia, simpliciter loquendo, est niger. Timor igitur quo ad incertitudinem euẽtus, verè negatur in Christo simpliciter & absolutè: quia Christus erat certissimus de euẽtu malorum.

Quæst. 3. art. 2. ad 3. & Mat. 28. 5. & Luc. 5. fi.

Supple 7. art. 2. ad 3.

¶ Et hoc est quod docetur ex secunda conclusione litęræ: cum quo tamen stat, quòd in Christo secũdum aliquam portionem potuit esse timor, etiam quo ad incertitudinem euentus, quod est, in Christo secũdum quid fuisse timorem, quo ad incertitudinem euẽtus, pro quanto potuit ratio inferior apprehendere malum futurum, nihil proponendo de certitudine, vel incertitudine euentus: ac per hoc apprehensio debatur malum futurũ vt incertum negatiuè. remanebat siquidẽ materium futurum non certum ex hoc ipso, quòd non proponebatur certè euenturum. Et sic potuit esse in Christo timor, etiam quo ad incertitudinem euentus.

¶ Ad primum igitur dicendum, quòd motus appetitus sensitiui causatur ex apprehensione mali futuri, absolutè considerato: quia scilicet ex hoc ipso, quòd malum futurum apprehẽditur, quasi præsens, quia certum. Et quoniam in litera nihil aliud dicitur, ponendo primam conclusionem, nisi quòd timor fuit in Christo, quatenus causatur ex apprehensione mali futuri: ideo sibi non obstat prius dicta ex Aristot. Nec obstat secunda conclusio: quæ non negat huiusmodi timorem à Christo, sed negat timorẽ quo ad incertitudinem contrarię

Aliàs effectu.

dinem futuri aduentus: sicut quando nocte timemus ex aliquo sonitu, quasi ignorantes quid hoc sit. Et quantum ad hoc timor non fuit in Christo, vt Damasc. dicit in tertio lib.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd iustus dicitur esse absque terrore, secũdum quòd terror importat perfectam passionem, auertentem hominem ab eo quod est rationis. Et sic timor non fuit in Christo, sed solùm secundum propassionem. Et ideo dicitur quòd Iesus cœpit pauere, quasi secũdum propassionem, vt Hierony. exponit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Hilarius eo modo à Christo excludit timorẽ, quo excludit tristitiam, scilicet quo ad necessitatem timendi. Sed tamen ad comprobandam veritatem humanæ naturæ, voluntariè timorem assumpsit, sicut etiam & tristitiam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd licet Christus potuerit vitare mala futura secundum virtutem diuinitatis: erant tamen ineuitabilia vel non de facili vitabilia secundum infirmitatem carnis.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrùm in Christo fuerit admiratio.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo non fuerit admiratio. Dicit enim Philosophus in primo Metaph. quòd admiratio causatur ex hoc, quòd aliquis videt effectum, & ignorat causam. Et sic admirari non est nisi ignorantis. Sed in Christo non fuit ignorantia, vt dictum est. Ergo in Christo non fuit admiratio.

¶ Præterea, Damasc. dicit in 3. lib. quòd admiratio est timor ex magna imaginatione, & ideo Philosophus dicit in in 4. Ethic. quòd magnanimus non est admirativus. Sed Christus fuit maximè magnanimus. Ergo in Christo non fuit admiratio.

¶ Præterea, Nullus admiratur de eo, quod ipse facere potest. Sed Christus facere poterat quicquid magnum erat in rebus. Ergo videtur quòd de nullo admirabatur.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Matth. 7. Audiẽs Iesus, (scilicet verba Centurionis) miratus est.

CONCLVSIO.

¶ Cùm Christo secundum diuinam & infusam scientiam, nihil nouum fuerit, non potuit in illo aliqua admiratio esse nisi secundum scientiam experimentalem.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd admiratio propriè est de aliquo nouo & insolito. In Christo autem non poterat esse aliquid nouum & insolitum, quantum ad sciẽtiam diuinam, neque etiam quantum ad sciẽtiam humanam, qua cognoscit res in Verbo, vel qua cognoscit res per species inditas, potuit tamen aliquid esse sibi nouum & insolitum secundum scientiam experimentalem, secundum quam sibi poterant quotidie aliqua noua occurrere.

¶ Et ideo si loquamur de ipso, quantùm ad scientiam diuinam, & scientiam beatam, vel etiam infusam, non fuit in Christo admiratio. Si autem loquamur de eo, quantùm ad scientiam experimentalem, sic admiratio in eo esse potuit. Et assumpsit hunc * defectum ad nostram instructionem, vt scilicet doceat esse mirandum, quòd etiam ipse mirabatur. Vnde dicit Augustin. in primo super Gen. contra Manichæos: Quòd mirabatur Dominus, nobis mirandum esse significat: quibus adhuc opus est sic moueri. Omnes ergo tales motus eius non perturbati animi signa sunt, sed docentis magisterium.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet Christus nihil ignoraret, poterat tamen aliquid de nouo occurrere experimentali eius scientiæ ex quo admiratio causaretur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Christus non admirabatur de fide Centurionis, ea ratione, quòd esset magna quãtum ad ipsum, sed quia erat magna quantum ad alios.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ipse poterat facere omnia secundum virtutem diuinam: secundum quam in eo admiratio non erat, sed solùm secundum humanam scientiam experimentalem, vt dictum est.

ARTICVLVS IX.

¶ Vtrùm in Christo fuerit ira.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo non fuerit ira. Dicitur enim Iac. 1. Ira viri, iustitiam Dei non operatur. Sed quicquid fuit in Christo, ad iustitiam Dei pertinuit: ipse enim fact⁹ est nobis iustitia à Deo: vt dicitur 1. Cor. 1. Ergo videtur quòd in Christo non fuerit ira.

¶ Præterea, Ira mansuetudini opponitur: vt patet in 4. Ethic. Sed Christus fuit mansuetus. Ergo in eo non fuit ira.

¶ Præterea, Greg. dicit in 5. Mora. quòd ira per vitium, excæcat oculum mentis, ira verò per zelum, ipsum turbat. Sed in Christo mentis oculus non fuit excæcatus nec turbatus. Ergo in Christo non fuit nec ira per vitium, nec ira per zelum.

¶ SED CONTRA est, quòd Ioã. 2. de eo dicitur esse implerum quod in Psalm. legitur, Zelus domus tuæ comedit me.

CONCLVSIO.

¶ Cùm in Christo fuerit tristitia & vindictæ appetitus, non contra vel præter rationis ordinem, impossibile fuit in eo esse iram per vitium, sed per Zelum diuini honoris.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut in Secunda parte dictum est, ira est effectus tristitiæ. Ex tristitia enim alicui illata, consequitur in eo circa sensitiuã partem, appetitus impellendi illatã iniuriam vel sibi vel aliis. Et sic ira est passio composita ex tristitia & appetitu vindictę. Dictum est autem, quòd in Christo tristitia esse potuit. Appetitus etiam vindictæ quandoq; est cum peccato, quando scilicet aliquis vindictam quærit absque ordine rationis. & sic ira in Christo esse non potuit: huiusmodi enim dicitur ira per vitium. Quandoque verò talis appetitus est sine peccato, imò est laudabilis: puta cùm aliquis appetit vindictam secundum ordinẽ iustitiæ: & hoc vocatur ira per zelum. Dicit enim Augustin. super Ioan. quòd zelo domus Dei comeditur quia omnia peruersa, quæ videt, cupit emendare: & si emendare non potest, tolerat, & gemit. Et talis ira fuit in Christo.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Greg. dicit. 5. Moral. ira dupliciter se habet in homine. Quandoque enim præuenit rationem, & trahit eam secum ad operandum, & tunc propriè ira dicitur operari: nam operatio attribuitur principali agenti. Et secundum hoc intelligitur, quòd ira viri, iustitiam Dei non operatur. Quandoque verò ira sequitur rationem, & est quasi instrumẽtum ipsius: & tunc operatio, à Christo simpliciter.

¶ Et hinc patet solutio secũdi dubii: quoniam vt dictum est, conclusio secunda asserit in Christo absolutè non fuisse incertitudinem euentus mali (quæ est ambigua de malo futuro) hæc est enim incertitudo contrarię, ac per hoc non esse timorẽ quo ad huiusmodi incertitudinem. Obiectiones autem loquuntur de incertitudine negatiue, & de Christo secundum quid: quia vt dictum est, veraciatur de Christo simpliciter, quòd erat certissimus de euentu cuiuscumq; mali futuri.

¶ Super Quæstionis decimæquintæ Articulum octauum.

Tertij dist. 15. q. 2. art. 2. q. 2. Coment.

TItulus clat⁹ est. ¶ In corpore tria est conclusio. In Christo solùm, quãtum ad scientiam experimentalem, potuit esse admiratio. Hæc conclusio primò probatur: deinde redditur ratio, quare ista potentia posita est in actu. Probatio est: Admiratio est de nouo & insolito: sed Christo nec secundum scientiam diuinam, nec humanam in Verbo, nec inditam, sed tãtum experimentalem, potuit occurrere aliquid nouum & insolitum: ergo. Ratio actus est instructio nostra. Confirmatur autoritate Augustini.

¶ Super Quæstionis decimæquintæ Articulum nonum.

Coment. Prima secundæ quæ. 46 articu. 3. ad 3. Et Secunda Secundæ de quæstio. 158. art. 1. 2. & 3. Et Mal. q. 12. ar. 1 & 2.

TItulus clarus est. ¶ In corpore articuli sunt duæ conclusiones respõsiuę quæsito. Prima est: Ira per vitium non potuit esse in Christo. Secunda est: Ira per zelum fuit in Christo. Probatur conclusio vtraque simul, monstrando primò ex quibus constat ira, scilicet ex tristitia & appetitu vindictæ) & distinguendo duplicem appetitum vindictæ, vel non secũdum ordinem rationis, vel secundum ordinem rationis. Ille iram per vitium, iste iram per zelum constituit: vt Augustin. dicit. Et sic relinquuntur ambæ conclusiones vt per se notæ. prima: quia in Christo cõstat non fuisse peccatum. Secunda verò, quia Euangelium expresse dicit de Christo, Zelus dom⁹ tuę, &c.

¶ Nec putes nouitie, propterie compositã esse iram ex tristitia & appetitu vindictæ: quum illa sit in concupiscibili, hic in irascibili: & furius vterque est qualitas simplex. Sed composita dicitur tãquam ex necessario concurrentibus ad constitutionem ipsius, quæ formaliter est appetitus vindictæ:

Universidad de Deusto
Biblioteca

vindictæ cauſatur autem eſt triſtitia, quæ ex triſtitia iniuriæ cauſatur. Et poteſ, ſi vis concluſiones deducere, ſyllogizare facilè. In Chriſto fuit triſtitia & appetitus vindictæ, nõ præter, ſed ſecundum rationis ordinem: ergo in ipſo ita non per vitium, ſed per zelũ fuit.

¶ Super Quæſtionem decimaquintæ Articulum decimum.

TItulus in principio corporis clarificatur, dũ termini declarantur, ſcilicet cõprehenſor & viator, hoc eſt, habens beatitudinem, & tẽdens in beatitudinem.

¶In corpore vna eſt cõcluſio, Chriſtus fuit ſimul comprehenſor & viator. Probatur: Chriſtus ante paſſionem ſecundum mentem plenè videbat Deum: & cum hoc anima eius erat paſſibilis, & corpus paſſibile & mortale: ergo habebat beatitudinẽ, quãtum ad id quod eſt proprium animæ, & deerat ei beatitudo, quantũm ad alia: ergo erat ſimul comprehenſor & viator. Antecedens patet ex antedictis. Prima conſequentia probatur: quia beatitudo hominis perfecta conſiſtit in anima & corpore, &c. Secunda autẽ: quia viator eſt, qui tendit in beatitudinem cõprehenſor, qui obtinet. Probatur autoritate duplici Apoſtoli,

3. diſtin. 14. arti. 2. & di. 18. ar. 2. Et veri. q. 20. ar. 10. & q. 29. ar. 6. Et quo li. 11. q 2. art. 1. Et opuſ 3. c. 238. Et opuſ. 18. ca. 7.

¶ Super Quæſtionem decimamſextam.

Annot. HIc incipit ſecunda pars primi tractatus de Chriſto, in qua expeditis his, quæ de Vnionis myſterio erant dicenda, tractantur illa quæ ad vnionem conſequuntur: vt patet in litera, in qua tota iſta pars durat vſque ad quæſtionem 26. diſtinguitur ratio clarè.

¶ Super Quæſtionis decimæſextæ Articulum primum.

Cõment. TItulus clarus eſt. ¶ In corpore articuli tria ſunt. Primò in communi recitatur, in quo conuenium & differũt: Chriſtiani circa propoſitũ: & dicitur quòd conueniũt omnes in affirmatione iſtius propoſitionis: differunt autem in ratione affirmandi. ¶ Secundo referuntur tria genera errorũ circa rationem affirmãdi illam. Primum eſt circa veritatem prædicati, ſcilicet ly homo: & diuiditur in duos errores. Secundum eſt circa veritatem ſubiecti, ſcilicet ly Deus: & continet vnum errorem. Tertium eſt circa veritatẽ propoſitionis: hoc eſt circa eſſe ſignificatum per quæ eſt iuſtitiæ, nõ attribuitur iræ, ſed rationi.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd ira quæ tranſgreditur ordinem rationis, opponitur manſuetudini, non autem ira, quæ eſt moderata, & ad medium reducta per rationem: nam manſuetudo medium tenet in ira.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in nobis ſecundum naturalem ordinem, potentiæ animæ mutuò ſe impediunt: ita ſcilicet quòd cùm vnius potentiæ operatio fuerit intenſa, alterius operatio debilitetur. Et ex hoc procedit, quòd motus iræ, etiam ſi ſit ſecundum rationem moderatus, vtcunq; impedit oculum animæ contemplantis. Sed in Chriſto per moderationem diuinæ virtutis, vnicuiq; potentiæ permittebatur agere quod erat ei proprium: ita quòd vna potentia ex alia non impediebatur. Et ideo ſicut delectatio mentis contemplantis non impediebat triſtitiam vel dolorem inferioris partis: ita etiam econuerſo paſſiones inferioris partis, in nullo impediebant actum rationis.

ARTICVLVS X.

¶ Vtrùm Chriſtus ſimul fuerit viator & cõprehẽſor.

AD DECIMVM ſic procedi-
tur. Videtur quòd Chriſtus non fuerit ſimul viator & comprehenſor. Viatori enim competit moueri ad finem beatitudinis, comprehenſori autem competit in fine quieſcere. Sed non poteſt eidem ſimul conuenire, quòd moueatur ad finem, & quòd quieſcat in fine. Ergo non potuit ſimul eſſe, quòd Chriſtus eſſet viator & comprehenſor.

¶ Præterea, Moueri ad beatitudinem, aut eam obtinere, non competit homini ſecundum corpus, ſed ſecundum animam: vnde Auguſtinus dicit in Epiſtola ad Dioſcorum, quòd ad inferiorem naturam, quæ eſt corpus, redundat ab anima, non beatitudo, quæ propria eſt fruentis & intelligentis, ſed plenitudo ſanitatis, id eſt, incorruptionis vigor. Sed Chriſtus, licet haberet corpus paſſibile, tamen ſecundum mentem plenè Deo fruebatur. Non igitur Chriſtus fuit viator, ſed purus comprehenſor.

¶ Præterea, Sancti, quorum animæ ſunt in cælo, & corpora in ſepulchris, fruuntur quidẽ beatitudine ſecundum animam, quamuis eorum corpora morti ſubiacent: tamen non dicuntur viatores, ſed ſolùm comprehenſores. Ergo pari ratione licet corpus Chriſti fuerit mortale: quia tamen mens eius Deo fruebatur, videtur quòd fuerit purus comprehenſor, & nullo modo viator.

¶ SED CONTRA eſt, quòd dicitur Hier. 14. Quia colonus futurus es in terra, & quaſi viator declinans ad manendum.

CONCLVSIO.

¶ Chriſtus fuit ſimul comprehenſor vt propriam animæ beatitudinem habuit, viator autem vt ſecundum corpus in illam tendebat.

¶RESPONDEO dicendum, quòd aliquis dicitur viator, ex eo quòd tendit in beatitudinem: comprehenſor autem dicitur ex hoc, quòd iam beatitudinem obtinet, ſecundũ illud 1. Cor. 9. Sic currite vt comprehendatis. & Philip. 3. Sequor autem, ſi quomodo comprehendam. Hominis autem beatitudo perfecta conſiſtit in anima & corpore: vt in ſecunda parte habitum eſt. In anima quidẽ quantum ad id quod eſt ei proprium, ſecundum quòd mens videt, & fruitur Deo. In corpore verò, ſecundũ q̃ corpus reſurgit ſpirituale & in virtute, & in gloria, & in incorruptione: vt dicitur 1. Cor. 15. Chriſtus autem ante paſſionẽ ſecundum mentem plenè videbat Deũ: & ſic habebat beatitudinem, quantũm ad id quod eſt propriũ animæ, ſed quantũm ad alia deerat ei beatitudo: quia & anima eius erat paſſibilis, & corpus paſſibile & mortale: vt ex ſupra dictis patet. Et ideo ſimul erat comprehenſor, inquãtum habebat beatitudinem propriam animæ: & ſimul viator, inquantum tendebat in beatitudinem, ſecundum id quod ei de beatitudine deerat.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd impoſſibile eſt moueri ad finẽ, & quieſcere in fine ſecundũ idẽ. Sed ſecundũ diuerſa nihil hoc prohibet: ſicut aliquis homo ſimul eſt ſciens, quantũ ad ea quæ iam nouit: & addiſcẽs, quantũ ad ea, quæ nondũ nouit.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd beatitudo principaliter & propriè conſiſtit in anima & ſecundum mentẽ: ſecundariò tamen & quaſi inſtrumentaliter requiruntur ad beatitudinẽ corporis bona. Sicut etiam Philoſophus dicit in primo Eth. quòd exteriora bona organicè deſeruiunt beatitudini.

¶ Ad tertium dicendum, quòd nõ eſt eadem ratio de animabus Sanctorũ & de Chriſto, propter duo: primò, quidẽ quia animæ Sanctorum non ſunt paſſibiles, ſicut fuit anima Chriſti. ſecundò, quia corpora non agũt aliqd per quod in beatitudinẽ tendant, ſicut Chriſtus ſecũdum corporis paſſiones, in beatitudinẽ tendebat, quantum ad gloriã corporis.

QVAESTIO SEXTADECIMA, *De conſequentibus Vnionẽ quantum ad ea, quæ conueniunt Chriſto quantũ ad eſſe & fieri, in duodecim articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de his, quæ conſequuntur vnionem. Et primò quantum ad ea, quæ conueniunt Chriſto ſecundum ſe. Secundò, de his, quæ conueniunt Chriſto per comparationem ad Deum patrem. Tertiò, de his quæ conueniunt Chriſto per comparationem ad nos.

¶ Circa primũ duplex conſideratio occurrit, prima quidẽ de his, quæ conueniũt Chriſto, ſecundũ eſſe & fieri. Secũda de his, quæ conueniunt Chriſto ſecundũ rationem vnitatis.

¶ Circa primum quæruntur duodecim.

¶ Primò, vtrùm hæc ſit vera, Deus eſt homo.

¶ Secundò, vtrùm hæc ſit vera, Homo eſt Deus.

¶ Tertiò, vtrùm Chriſtus poſſit dici homo Dominicus.

¶ Quartò, vtrùm ea quæ conueniunt Filio hominis, poſſint prædicari de filio Dei, & ecõtrario.

¶ Quintò, vtrùm ea, quæ conueniunt Filio hominis, poſſint prædicari de diuina natura: & de humana ea, quæ conueniunt filio Dei.

¶ Sextò, vtrùm hæc ſit vera, Filius Dei factus eſt homo.

¶ Septimò, vtrùm hæc ſit vera, Homo factus eſt Deus.

¶ Octauò, vtrùm hæc ſit vera, Chriſtus eſt creatura.

¶ Nonò, vtrùm hęc ſit vera, Iſte homo, demõſtrato Chriſto, incepit eſſe, vel fuerit ſemper.

¶ Decimò, vtrùm hæc ſit vera, Chriſtus, ſecundum quòd homo, eſt creatura.

¶ Vndecimò, vtrùm hæc ſit vera, Chriſtus, ſecũm q̃ homo, eſt Deus.

¶ Duodecimò, vtrùm hæc ſit vera, Chriſtus, ſecũdum quòd homo, eſt hypoſtaſis vel perſona.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm hæc ſit vera, Deus eſt homo.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur q̃ hæc ſit falſa, Deus eſt homo. Omnis enim propoſitio affirmatiua in materia remota eſt falſa. Sed hæc propoſitio, Deus eſt homo, eſt in materia remota: quia formæ ſignificatæ per ſubiectum & prædicatum, ſunt maximè diſtantes. Cùm ergo propoſitio præ dicta ſit affirmatiua, videtur quòd ſit falſa.

¶ Præterea, Magis conueniunt tres perſonæ diuinæ adinuicem, quàm humana natura & diuina. Sed in myſterio Trinitatis vna perſona non prædicatur de alia: nõ enim dicimus, quòd pater eſt filius, vel econtrario. Ergo videtur quòd nec humana natura poſſit prædicari de Deo, vt dicatur quòd Deus eſt homo.

¶ Præterea, Athanaſius dicit, quod ſicut anima & corpus vnus eſt homo: ita Deus & homo, vnus eſt Chriſtus. Sed hæc eſt falſa, Anima eſt corpus. ergo etiam hæc eſt falſa, Deus eſt homo.

¶ Præterea, Sicut in Prima parte habitum eſt, quod prædicatur de Deo non relatiuè, ſed abſolutè, conuenit toti Trinitati & ſingulis perſonis. Sed hoc nomen homo non eſt relatiuum, ſed abſolutum. Si ergo verè prædicatur de Deo, ſequeretur quòd tota Trinitas & quælibet perſona ſit homo. quod patet eſſe falſum.

¶ SED CONTRA eſt quod dicitur Philip. 2. Qui cùm in forma Dei eſſet, exinaniuit ſemetipſum, formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Et ſic ille qui eſt in forma Dei, eſt homo. Sed ille qui eſt in forma Dei, eſt Deus. Ergo Deus eſt homo.

CONCLVSIO.

¶ Iſta propoſitio, Deus eſt homo, eſt ſempiterna veritatis, vbi Deus pro ſupposito diuino, quod eſt Verbum, ſupponere neceſſe eſt.

¶RESPONDEO dicendum, quòd iſta propoſitio, Deus eſt homo, ab omnibus Chriſtianis conceditur: non tamen ab omnibus ſecundum eandem rationem. Quidam enim hanc propoſitionem concedunt, non ſecundum propriam acceptionẽ horum terminorum. Nam Manichæi verum Deum dicunt eſſe hom nem, non quidem verum, ſed ſimilitudinarium, inquantum dicunt tionem recipit: ſed ponendo, quòd ſupponat pro perſona Filij, quod hypoſtaſim, ſecundum quòd de facto eſt, poſtquam Verbum caro factum eſt, verè habemus quòd homo prædicatur de ſua hypoſtaſi, quum dicitur, Deus eſt homo. Et hoc eſſe intentum ab Autore, euidenter patet, ex eo quòd tractatur iſte initialiter, de his, quæ conſequuntur vnionem. Suppoſito ergo ſocratonionis myſterio, de perſona Filij eſt ſermo præſentis literæ, quum dicitur quòd Deus hic ſupponit pro perſona Filij: imò & clarè in litera dicitur, quòd in dicta propoſitione, Homo prædicatur de Deo vt ſpecies de ſua hypoſtaſi. Supponit ergo Deus pro hypoſtaſi humana, ſi homo prædicetur de Deo, vt ſpecies de ſua hypoſtaſi ſpecici liquidem humanæ nulla hypoſtaſis eſt ſua, niſi humana, quæ in Chriſto eſt ab æterno diuina. Clariſſimè autem hoc ſupponi explicatur in principio corporis ſequentis articuli, quum dicitur ſuppoſita veritate vtriuſque naturæ diuinæ & humanæ, & vnione in perſona & hypoſtaſi, hęc eſt vera & propria, Homo eſt Deus: ſicut & iſta, Deus eſt homo.

¶ Hìc enim explicatur, quòd vtraque propoſitio ſupponit conditionem de facto inuentam in perſona Verbi. His prælibatis ad ſingula dicendum eſt.

¶ Ad primum igitur dubium dicitur, quòd hæc propoſitio eſt neceſſaria: & qualis Deus abſolutè non ſit neceſſariò homo, Deus tamen pro perſona Verbi incarnati eſt neceſſariò homo. conſtat enim euidenter, quòd perſona humana quælibet eſt neceſſariò homo: Deus autem in hac propoſitione determinatur ad ſupponendum pro perſona humana. Et propterea iſta propoſitio, eſt non quo ad ſignificatum, tamen quo ad ſuppoſitũ per nomen ſubiecti, eſt neceſſaria.

¶ Ad ſecundum verò dubium, reſpondendo ad primum Sco:i, dicitur quòd iſta propoſitio eſt per ſe reſpectu ſuppoſiti, & quòd prædicatum eſt de intellectu ſubiecti quo ad ſuppoſitum per illud: quamuis non ſit de intellectu eius quo ad formam ſignificatam per idem: eſt enim homo de intellectu hypoſtaſis humanæ, ita quòd oppoſitum nequit intelligi.

¶ Ad ſecundum negatur ſequela, loquendo de Deo quo ad ſuppoſitum: illud enim quod per ſe prædicatur de Deo ratione formæ ſignificatæ per ly Deus, prædicatur de quolibet contento ſub Deo. Sed illud quod per ſe prædicatur de Deo ratione ſuppoſitalis, pro quo ſupponit exigente prædicato huiſmodi ſuppoſitionem, non prædicatur de quolibet contento ſub hoc nomine Deus.

¶ Ad tertium dicitur per eandem diſtinctionem, quòd in prædicatione ſibi per ſe ratione formæ ſignificatæ per ſubiectum, ſubiectum ipſum ſupponit indeterminatè quo ad ſuppoſitum, & determinatè quo ad naturam. Sed in prædicatione per ſe ratione certi ſuppoſiti, pro quo prædicatum facit ſupponere ſubiectum, ſecus oportet eſſe: quia neceſſe eſt ſubiectum ſupponere pro determinato ſuppoſito: & ſic eſt in propoſito, vt patet ex dictis.

¶ Ad Durandum autem ex eadem diſtinctione reſpondetur, dicendo quòd illa Maior, Omnis propoſito per ſe vera, eſt vera cum reduplicatione termini ſubiecti ſupra ſe, licet admittatur in propoſitionibus per ſe veris de ſubiecto ratione formæ ſignificatæ: negatur tamen in propoſitione per ſe vera de ſubiecto ratione certi ſuppoſiti tantùm. Et ratio diuerſitatis eſt: quia reduplicatio tranſfert terminum ſubiectũ in naturam prædicati. quod conſtat teneri formaliter: quum enim dico, homo, inquantum homo, eſt animal vel riſibilis, perinde eſt ac ſi dicerem homò, inquantum eſt homo, eſt animal, vel, &c.

¶ Vbi patet, quòd ly homo repetitur vt prædicatum: & propterea denotat humanitatem eſſe rationem conjunctionis prædicati cum ſubiecto. Et ideo iſta eſt falſa, Deus, inquantum Deus, eſt homo: ſignificat enim deitatem eſſe rationem neceſſariam coniunctionis prædicati cum ſubiecto. Nec ſolùm ipſa eſt falſa, ſed etiam iſta, Verbum, inquantum Verbum, eſt homo: quia ly Inquantum, reduplicatiuè ſumptum, denotat formam ſignificatam, hoc eſt proprietatem hypoſtaticã Verbi conſtitutiuam, eſſe rationem neceſſariam cõnexionis prædicati cum ſubiecto. Secus autem dicendum eſſet, ſi ly Inquantum, tanquam terminus ſpecificatiuè: quoniam ſic iſta eſt vera, Verbum, inquantum Verbum, eſt homo: quoniam eſſe hominem conuenit Verbo ſecũdum proprium perſonalitatem. Sed quia hoc non ſpectat ad perfectam Logicam, de qua eſt ſermo: ideo reuertentes ad ſubiecta per Durandum dicentem, quòd quando ſola vnitas ſuppoſiti eſt ratio coniunctionis extremorum, propoſitio eſt vera per accidẽs, tel ſpõdemus quòd ſola vnitas ſuppoſiti extrinſeci ab altero ſaltem extremorum verificãs propoſitionem, conſtituit illã veram per accidẽs: ſed vnitas ſuppoſiti intrinſeci vtriq; extremo, conſtituit propoſitionẽ directam & formalem, veram per ſe de altero extremo

Universidad de Deusto
Biblioteca

non respectu formæ significatæ, sed respectu suppositi. Sic autem est in propositionem in vtroq; termino, scilicet, Deus & homo, claudit se intrinsece, quamuis indeterminate hypostasis Verbi incarnati vtpote verissimè & propriissimè persona diuina & humana. Non sic autem est in propositionibus per accidens: puta, Homo est albus: quoniã in istis suppositum per hominem copulatur tãtum, & extrinsece importatur per album: quod iterã qualitatẽ significat. Et hæc iam docuerat Autor in 1. sententiarũ distinct. 7. q. 1. articul. 4.

¶ Ad primũ dubium dicimus, quòd Scotus videtur accepisse pro subiecto Deum seu hypostasim Verbi absolutè: & ideo non inuenit quale sit hoc prædicatum cũ sua prædicatione. Sed Autor intuẽs talia esse subiecta, quo ad suppositionem, qualia exigũt prędicata, supponendo Incarnationis mysteriũ, supponit eũ fide catholica, Deum esse quandam hypostasim humanam, & pro illa in hac propositione supponere ly Deus. Et propterea statim inuenit, non solùm quòd prædicatũ est species: sed etiam quod prædicatur vt species de propria hypostasi. Nec hoc aliquam habet difficultatem, nisi illam quam ex fide supponimus, scilicet, personam filij esse verè & propriè personam humanam. hanc namq; suppositionẽ tacta, clarè liquet, quòd sicut species prædicatur de sua hypostasi, quum dicitur, A, est homo: si ly A, supponit pro certa persona humanauita in proposito ex quo ly Deus, supponit pro quadam certa persona humana. Et hinc patet, quòd ista propositio, Deus est homo, dum ly Deus, supponit pro illa persona humana, quæ est Verbũ incarnatum, est per se in primo modo dicendi per se respectu suppositi (vt tertia dicta est) & non respectu formæ significatæ per ly Deus Et est prædicatio essentialis & vniuoca, vt patet ex diffinitione vniuocorum: & Autor in allegatis locis explanat. Et tu potes ex notioribus monstrate explicatam doctrinam esse veram, mutando nomen subiecti: ita quòd loco ly Deus, ponatur nomen proprium illius personæ, quatenus est persona humana, & dicendo, Iesus est homo. Constat enim, quòd ly Iesus supponit pro persona filij Dei, vt est hypostasis humana: pro qua dictum est etiam supponere ly Deus in hac propositione, Deus est homo. Nec est differentia inter has propositiones, Deus est homo, Iesus est homo, quo ad suppositum: sed quo ad significatum per nomina subiecta. Quocirca sicut ista, Iesus est homo, est per se in primo modo & essentialis, & prædicat speciem de propria personalitate ista, Deus est homo, restringendo ly Deus, ad Iesum, vt vnico verbo dicatur. Et sicut non vertitur in opinionem, an ista sit per se & essentialis vniuoca, &c. Iesus est homo, ita non debet in diuersas trahi opiniones ista, Deus est homo, intellecta quo ad suppositũ: ex quo supponit pro Iesu. Et hinc patere potest, quòd etiam ista propositio, Christus est homo, respectu suppositi, est per se in primo modo.

¶ Nec obstat quod Scotus vbi suprà obiicit dicens, Quòd quia Christus, Damasceno teste, significat hypostasim duarum naturarum, nihil per se vnum prædicatur de illo per se, vtpote de non per se vno in se: sicut enim apud Aristo. primo Metaphys. ratio in se falsa, de nullo est vera: ita ratio per se non vna, nihil per se vnum de se verificat. Et simile est de ista, Christus est homo, & ista, Homo albus est coloratus. Hæc inquam non obstant, quia quo ad rem, Christus significat vnam per se & in se hypostasim: homo autem albus significat hypostasim vnam per accidẽs: accidit enim subiecto albedinis esse hominem, & ecõtra. Quo ad propositionem quoque iam dictum est, quòd istæ propositiones dicuntur per se respectu suppositi, & non respectu formæ deitatis significatæ. Suppositum autem est in se per se vnum: quia non est nisi hypostasis æterna filij Dei, quæ ex tempore est ipsamet immutata omnino hypostasis humana: & ideo optimè per se de illo prædicatur tã Deus, quàm homo, nihil minus, quàm si esset vnius illarum naturarum tantùm hypostasis: extensio siquidem seu communitas ipsius ad duas naturas, nihil tollit de proprietate eiusdem respectu singularium.

¶ In responsione ad quartũ, dubium occurrit, quoniam responsio ista videtur cõtradicere doctrinæ is habitæ, & eneruare illam: nam si homo prædicatur de Deo ratione relationis, vt in hac responsione dicitur: sequitur quòd non prædicetur essentialiter, sicut species de sua hypostasi, vt in responsione ad primũ dictum est. Prædicatio ad quæ species humanæ de sua hypostasi, est & essentialis & substantialis, nõ relatiua, vt patet.

¶ Ad hoc dicitur, q. Autor nõ dixit, q. vnio, ratione cuius est ista prædicatio, est relatio aut relatiua: sed dixit, quòd relationẽ importat, hoc est connotat: importatur enim non solùm res significata, sed connotata. Et propterea licet vnio naturæ humanæ ad Deum sit substantialis quia tamen connotat relationem, ideo nomen prædicatum secundum illam, non sequitur regulam absolutorum ab æterno.

¶ Alius posset exponi hæc responsio, dicendo quòd homo prædicatur de Deo ratione vnionis in persona: quamvnionẽ constat ex supradictis fundamentaliter et formaliter relatiua: sed prædicatio est ratione vnionis fundamentalis, quę significatur per vnionem formaliter, vt differẽtia per proprietatẽ conseuit significari. Et quia illa fundamentalis vnio, quæ fundat prædicationem istam, habet modum relationum, quo ad hoc, quod de nouo ponitur in persona diuina, nullam in illa mutationem ponit nisi relationem relatione non reali, sed rationis: ideo dictum est, quòd relationem importat. Et ideo non sequitur regulam absolutorum ab æterno, quæ si de nouo apponerentur, aut tollerentur a Deo, mutationem in ipso ponerent.

¶ *Super Quæstionis decimaquintæ Articulum secundum.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio respõsiua quæsito. Hæc est vera, & propria. Homo est Deus, supposito Incarnatiõis mysterio. Probatur.

dicari nomen significans illam naturam in concreto: sicut de Sorte & Platone propriè & verè prædicatur homo. Quia ergo persona filij Dei (pro qua supponit hoc nomẽ Deus) est suppositum naturæ humanæ, verè & propriè hoc nomen homo, potest prædicari de hoc nomine Deus, secundum quòd supponit pro persona filij Dei.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quando formæ diuersæ non possunt conuenire in vnum suppositum, tunc oportet quòd propositio sit in materia remota, cuius subiectum significat vnam illarum formarum & prædicatum aliam. Sed quando duæ formæ possunt conuenire in vnum suppositum, non est materia remota, sed naturalis vel contingens: sicut cùm dico, album est musicum. Natura autem diuina & humana, quamuis sint maximè distantes: tamen conueniunt per Incarnationis mysterium in vno supposito: cui neutra illarum inest per accidens, sed per se. Et ideo hæc propositio, Deus est homo, non est neque in materia remota, neque in materia contingenti: sed in materia naturali. Et prædicatur homo de Deo, non per accidens, sed per se, sicut species de sua hypostasi: non quidem ratione formæ significatæ per hoc nomen Deus, sed ratione suppositi, quod est hypostasis humanæ naturæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd tres personæ diuinæ conueniunt in natura, distinguuntur tamen in supposito: & ideo non prædicantur de inuicem. In mysterio autem incarnationis naturæ quidem quia distinctæ sunt, de inuicẽ non prædicantur, secundũ q. significantur in abstracto (non enim natura diuina est humana) sed quia conueniunt in supposito, prædicantur de inuicem in concreto.

¶Ad tertium dicendum, quòd anima & caro significantur vt in abstracto, sicut diuinitas & humanitas. In concreto verò dicuntur animatum & carneum, siue corporeum, sicut & ex alia parte Deus & homo. Vnde vtrobique abstractum non prædicatur de abstracto: sed solùm concretum de concreto.

¶Ad quartum dicendum quòd hoc nomen homo prædicatur de Deo ratione vnionis in persona: quæ quidẽ vnio relationẽ importat. Et ideo non sequitur regulã eorum nominũ quæ absolutè prædicãtur de Deo ab æterno.

ARTICVLVS II.

¶ Verum hæc sit vera, Homo est Deus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd hęc sit falsa, homo est Deus. Deus enim est nomẽ incommunicabile. Sed Sap. 13. reprehẽduntur idololatræ, de hoc quod hoc nomen Deus, quod est incommunicabile, lignis lapidibus imposuerunt. Ergo pari ratione videtur esse inconueniens, quod hoc nomen Deus prædicetur de homine.

Lucifer. pro quo. 3. infra. Athan.

Comment.

Deus prædicatur verè & propriè de persona filij Dei: ergo prædicatur verè & propriè de homine. Probatur consequentia: quia homo potest supponere pro persona filij Dei. Probatur hoc. Homo potest supponere pro qualibet hypostasi humanæ naturæ: sed quædam hypostasis humanæ naturæ est persona filij Dei: ergo homo potest supponere pro persona filij Dei.

¶ In hac materia tres sententiæ sunt dictæ in primo articulo: quoniã ista propositio, de qua est sermo, est etiam per se in primo modo respectu suppositi per subiectum, non respectu naturæ significatæ: & subiectum restringitur ad supponendum pro tali supposito ex prædicato, sicut de sua cõuertente & conuersa dictum est in præcedenti articulo. Et per hoc patet tam corpus articuli, quàm responsio ad primum.

¶ In responsione ad secundum dubium occurrit circa illud dictũ: In ista propositione, Deus est Pater, ly Deus, supponit pro persona Patris. Nam ly Deus, quatenus est ex naturali sua suppositione, supponit pro habente deitatẽ indistinctẽ, sicut homo q. habente humanitatẽ: ex parte autem prædicati nõ restringitur, ad supponendum pro persona Patris, quoniam stando in sua naturali suppositione, vera est propositio, Deus est Pater: quoniam habens deitatem est Pater, vt patet. Min. ergo bene dictũ videtur quòd supponit pro Patre hoc nomen Deus: quum nomen Patris de illo prædicatur.

¶ Ad hoc dicitur quòd quia argumentũ de prædicatione per se procedit fundatũ super illa regula: Quicquid prædicatur de prædicato, &c. ideo Autoris verba de prædicatione per se intelligenda sunt. Ista siquidẽ propositio, Deus est Pater, potest esse per se & per accidẽs. Logicè loquendo. Nã prędicatio per se exigit prædicati æqua de æquis, aut maioris de minoribus. Minus autem de maiori non nisi per accidens prædicatur vt patet dicendo, animal est homo. Hoc autẽ nomen Deus, si secundũ suam naturalem formatur suppositionem maius, hoc est communius, est quàm nomẽ Patris aut Trinitatis: quoniam extendit se etiam ad filiũ, & Spiritũ sanctum, quorũ neuter est Pater aut Trinitas: & propterea sic sumptum, reddit prædicationem per accidens. v. dicendo, Deus est Pater aut Trinitas. Quo sit vt si constituenda sit propositio per se prædicans Patrẽ de Deo oporter Deum restringi ad supponẽdũ

3. dist. 7. q. 1. ar. 2.

¶Præterea, Quicquid prædicatur de prædicato, prędicatur de subiecto. Sed hęc est vera, Deus est Pater, vel, Deus est Trinitas. Si ergo hæc sit vera, Homo est Deus, videtur quòd hæc etiam sit vera, homo est Pater, vel, homo est Trinitas. Quas quidem patet esse falsas. ergo & primam.

¶Præterea, In Psalm. dicitur. Nõ erit in te Deus recens. Sed homo est quiddam recens: non enim Christus semper fuit homo. Ergo hæc est falsa, Homo est Deus.

¶SED CONTRA est quod dicitur Roma. 9. Ex quibus est Christus secundum carnẽ, qui est super omnia Deus benedictus in sęcula. Sed Christus secundum carnem est homo. Ergo hæc est vera, Homo est Deus.

CONCLVSIO.

¶ Sicut hæc est vera, Deus est homo: ita & ista, homo est Deus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd supposita veritate vtriusque naturæ, diuinæ scilicet, & humanæ, & vnione in persona & hypostasi, hæc est vera & propria, Homo est Deus, sicut & ista, Deus est homo. Hoc enim nomen homo, potest supponere pro qualibet hypostasi humanæ naturæ: & ita potest supponere pro persona filij Dei, quum dicimus esse hypostasim humanæ naturæ. Manifestum est autem quòd de persona filij Dei verè & propriè prædicatur hoc nomen Deus, vt in prima parte habitum est. Vnde relinquitur quòd hæc sit vera & propria, Homo est Deus.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd idololatræ attribuebant nomen Deitatis lapidibus & lignis, secundum quòd in sua natura considerantur: quia putabant in illis aliquid numinis esse. Nos autem non attribuimus nomen Deitatis homini secundum humanam naturam: sed secundum suppositum æternum, quod est etiam per vnionem suppositum humanæ naturæ: vt dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd hoc nomen Pater, prædicatur de hoc nomine Deus secundum quòd hoc nomen Deus supponit pro persona Patris. sic autem non prędicatur de persona Filij: quia persona Filij non est persona Patris. Et per consequens non oportet, quòd hoc nomen Pater, prædicetur de hoc nomine homo, de quo prædicatur hoc nomen Deus: inquantum ly homo supponit pro persona Filij.

¶ Ad tertium dicendum, quòd licet humana natura in Christo sit quiddam recens: tamen suppositum humanæ naturæ non est recens, sed æternum. Et quia hoc nomen Deus, non prædicatur de homine ratione humanæ naturæ, sed ratione suppositi, non sequitur quòd ponamus Deum recentem. Sequeretur autem, si poneremus, quòd homo supponit suppositum creatum, secundum quòd oportet dicere eos, qui in Christo ponunt duo suppositа.

ARTICVLVS III.

¶ Verum Christum posit dici homo dominicus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christus possit dici homo dominicus. Dicit enim Augusti. in lib. 83. q. Monendum est, vt illa bona expectentur, quæ fuerunt in illo homine dominico. Loquitur autem de Christo. Ergo videtur quòd Christus sit homo dominicus.

¶Præterea, Sicut dominium conuenit Christo ratione diuinæ naturæ, ita etiam humanitas pertinet ad humanam naturã. Sed Deus dicitur humanatus: vt patet per Damas. in 3. lib. vbi dicit quòd humanatio eam, quæ ad hominẽ copulationem demonstrat. Ergo pari ratione potest dici denominatiuè, quòd homo ille sit dominicus.

¶Præterea, Sicut dominicus denominatiuè dicitur à domino, ita diuinus denominatiuè dicitur à Deo. Sed Dion. Christũ nominat diuinissimum Iesum. Ergo pari ratione potest dici quòd Christus sit homo dominicus.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit in lib. Retract. Non video vtrum rectè dicatur, homo dominicus Iesus Christus, cùm sit vtique dominus.

CONCLVSIO.

¶ Non propriè & verè ille homo, scilicet Christus, est homo dominicus, sed dominus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictũ est, cùm dicitur homo Christus Iesus, designatur suppositum æternum, quod est persona filij Dei: propter hoc, quòd est vnum suppositum vtriusque naturæ. De persona autem filij Dei prædicatur Deus & Dominus essentialiter. & ideo non debet prædicari denominatiuè: quia hoc derogat veritati vnionis. Vnde cùm Dominicus dicatur denominatiuè à Domino, non potest verè & propriè dici, quòd homo ille sit dominicus, sed magis q. sit dominus. Si autem per hoc, quod dicitur, homo Christus Iesus, designaretur suppositum aliquod creatum, secundum illos, qui ponunt in Christo duo suppositа, posset dici homo ille dominicus, inquantum assumitur ad participationẽ honoris diuini: sicut Nestoriani posuerunt. Et hoc etiã modo humana natura non dicitur essentialiter dea, sed deificata: non quidem per cõuersionem ipsius in diuinam naturã, sed per coniunctionem ad diuinam naturam in vna hypostasi, vt patet per Damas. in tertio lib.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Aug. verba illa & similia retractat in lib. Retracto. Vnde post verba præmissa in lib. Retract. subdit, Vbicunque hoc dixi, scilicet quòd Christus Iesus sit homo dominicus, dixisse me nollem: postea quippe vidi non esse dicendum. Quanuis nonnulla ratione posset defendi. quia scilicet posset aliquis dicere quòd dicitur homo dominicus ratione humanæ naturæ, quam significat hoc nomen homo: non autem ratione suppositi.

¶Ad secundum dicendum, q. illud vnũ suppositum, quod est humanæ & diuinæ naturæ, primò quidem fuit diuinæ naturæ, scilicet ab æterno: postea autem ex tempore per incarnationem factum est suppositum humanæ naturæ. Et hac ratione dicitur humanatum: non quia assumpserit hominem, sed quia assumpsit humanam naturam. Non autem sic est econuerso, q. suppositũ humanæ naturæ assumpserit diuinam naturam: vnde non potest dici homo deificatus vel dominicus.

¶Ad tertiũ dicendum, quòd hoc nomen diuinum, consueuit prædicari etiam de his, de quibus prædicatur essentialiter hoc nomen Deus. Dicimus enim, q. diuina essentia est Deus, ratione idẽtitatis: & q. essentia est Dei sue diuina, propter diuersum modum significandi, & verbum diuinum, cùm tamen verbum sit Deus. Et similiter dicimus personam diuinam sicut & personam Platonis, propter diuersum modum significandi. Sed dominicus non dicitur de his, de quibus do-

pro persona Patris: vel sic æquale de æquali prædicetur per se, sicut in Trinitate prædicari, q. sic intelligitur de Deo, oportet Deũ restringi ad supponendum quasi simpliciter: vt sic æquale de æquali prædicetur. Et sic patet sensus literæ.

¶ *Super Quæstionis decimæsextæ Artic. 3.*

TItulus clarus est, originem habẽs ab Augustini varia diuersis temporibus sententia, & Magistri Sententiarum distinctio 7. tertii libri.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio respõsiua quæsito: Nõ potest verè & propriè dici, q. homo ille sit dominus, sed q. est dominus. Pro hac primo directè: Homo ille, scilicet Christus Iesus, designat personã filij Dei: ergo de illo prædicatur dominus essentialiter, ergo non debet de illo prædicari dominus denominatiuè. Antecedens probatur: quia vnum est suppositum diuinæ & humanæ naturę in Christo. prima consequẽtia est clara. Secunda verò probatur: quia derogaret veritati vnionis si prædicaretur denominatiuè. Firmatur deinde conclusio ac ratio allata ex opposito: qa scilicet hæc prædicatio propria est Nestorianis. & qa similis prædicatio propria est naturæ assumptæ. Nestoriani siquidẽ, ponendo duo in Christo suppositа, proprię dicunt Christũ hominem dominicũ. qa verè esset ibi suppositũ participatiè dominicum. Nos quoque propriè dicimus naturam assumptã esse deificatam nõ deam: quia enim diuersa est assumpta natura à deitate, nõ deam dicimus. Et quia iuncta est deitati in vnitatẽ personæ, ideo deificata. Suppositũ autem quia vnicũ est filij Dei: ideo Deum & dominũ, non dominicũ, aut deificatum dicimus.

Comment.

¶ Circa rationẽ conclusionis dubiũ occurrit, quia videtur falsa. Tum q. ex affirmatione prædicationis essentialis, infert negationẽ denominatiuè. Cõstat enim, illationem hanc non tenere ex forma, vt manifestat instantia de Deo & diuino, neq; ex materia: quia dominicus nomen est cõmune supposito & naturæ: potest enim dici natura assumpta, natura dominica, sicut & caro eius, dicitur caro dominica. Tũ quia hęc prædicatio nõ derogat veritati vnionis: quoniam affirmare Christũ hominẽ dominicũ, nõ est negare Christũ esse verũ deum: sicut affirmare Verbũ esse diuinum, non est negare ipsum esse verum Deũ.

Annot.

¶ Ad hoc dicitur q. ratio veritati inuitur, & est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est efficax. Nam quæstio ista de nominibus est, nominibus autem vtendum est, vt plures vtuntur, secundum Philosophum: communis autē vsus illud dominicum vocat quod est domini, non quod dominus est: vt in responsione ad tertium, litera explicat: & propterea ex affirmatione prædicationis essentialis istius termini Dominus, bene illata est negatio denominatiui. Et similiter dicendo, homo dominicus, secundum communem vsum intelligitur homo domini, ac per hoc aliquis homo domini, & sic intelliguntur ibi duo suppositi, vnum in ly Aliquis homo, & vnum in ly Domini, ac per hoc ruit veritas vnionis diuinæ & humanæ naturæ in vno eodémque supposito. Et propterea Autor hanc loquutionem Nestorianam dixit, Non est autem simile de Deo & diuino, vt in litera dicitur: quia diuinum identicè consueuit sumi frequenti vsu: non sic autē dominicum.

¶ *Super Quæstionis decimæsextæ Articulum quartum*

Annot. Titulus, vt iacet, intelligendus est de conuenientibus humanæ naturæ existenti in Christo: puta passibilitate, morte, & aliis huiusmodi, quę de Christo tationæ illius naturæ humanæ dicuntur, dum dicimus Christum crucifixum, mortuum, sepultum, &c.

Comment. ¶ In corpore articuli tria fiunt, primò refertur differentia inter Nestorium & Catholicos in hac quæstione. Secundò redditur ratio catholicæ doctrinæ. Tertiò subiungitur opportuna documentum circa hãc catholicã doctrinam.

¶ Quo ad primam. Nestoriani duabus distinctionibus vtebantur in proposito. Altera bimẽbri ex parte prædicatorum: quædam enim sunt prædicata propria diuinæ naturæ (vt esse omnipotentem, æternum, & similia) quædã sunt prædicata propria humanæ naturæ: vt esse mortalem, corporeum, filium hominis, & huiusmodi. Altera ex parte subiectorum trimembri: potest enim dictis prædicatis subiici in enuntiatione vel nomen proprium Dei, vt Deus, vel nomen proprium hominis, vt homo: vel nomen cõmune vtriq; naturæ, diuinæ scilicet & humanæ, vt Christus. Et subiungebant duas cõclusiones: primã de subiectis propriis, dicendo, quòd nec de nomine proprio Dei dicuntur prædicata propria hominis, nec de nomine proprio hominis dicuntur prædicata propria Dei. Et propterea negabant Deum esse, natum ex Virgine aut mortuum, aut aliquid passum: & similiter hominem esse creatorem cæli & terræ, & huiusmodi. Secunda de subiectis cõmuni, dicendo, de nomine cõmuni Deo & homini prædicari verè tam ea quæ sunt propria Deo, quàm ea quæ sunt propria homini. Et propterea Christus verè dicitur omnipotés, æternus, creator, & natus ex Virgine, crucifixus, mortuus & sepultus. Hoc fuit dogma Nestorij.

¶ Catholici autem affirmant vniuocè vtraque prædicata verè enuntiari de quocunque nomine subiecto siue proprio siue communi: vt patet ex Cyrilli autoritate.

¶ Quo ad secundum ratio catholicæ assertionis est, identitas hypostasis vtriusque naturæ in Christo. Hinc enim fit, vt vna eadémq; hypostasis supponatur vtrique nominibus, & quòd propria Deo inuniatur prædicari de hypostasi diuina & propria homini de hypostasi humana. Nec oportet hic immorari: quia ex suprædictis patet, nomina communia cõcreta posse pro quælibet sita hypostasi supponere.

¶ Quo ad tertium, documentum catholicũ est, q licet non distinguendum sit cum Nestorio subiectum, de quo diuina & humana prædicantur, distinguenda tamẽ est ratio subiecti, qua diuina de ipso dicitur, à ratione, qua humana de eodem enuntiantur: nam vna eadémque est hypostasis in diuersis naturis subsistẽs. Et propterea discernendũ est tẽ est non id de quo dicuntur, sed id, secũdum quod dicuntur. Et hoc confirmatur autoritate Augustini.

¶ *Super Quæstionis decimæsextæ Articulum quintum.*

Annot. In titulo vide diuersitatem huius à præcedenti titulo: nam hic quæstio refertur ad diuinam naturam, ibi verò ad Deum inam hic quæritur an humana prædicentur de natura diuina: ibi, an humana prædicẽtur de Deo. Vt de quum inter Deum & diuinam naturam sola sit differentia secundum modum significandi, omnis ista quæstio ad rem diuinã spectat, nõ vt res est absolutè, sed vt res est significata nomine abstracto, puta deitas aut diuinitas, vel æquiualente, puta, natura diuina, essentia diuina, & huiusmodi.

¶ In corpore articuli duæ sunt conclusiones simul probatæ. Altera est: In Christo ea quæ sunt

sunt vnius naturæ, non possunt prædicari de alia in abstracto significata. Altera est, in Christo ea quæ sunt vtriusque naturæ, possunt indifferenter de nominibus concretis vtriusque naturæ prædicari. Probantur simul. Ea quæ sunt propria vnius, non possunt verè prædicari de alio nisi de eo quod est idem illi: ergo ea quæ sunt vnius naturæ, &c. Antecedens manifestatur: quia tribile nõ conuenit nisi ei, quod est homo. Cõsequẽtia verò probatur primò ex nomina cõcreta supponũt hypostasim naturæ. Et confirmatur deinde secunda conclusio autoritate Leonis.

Annot. ¶ Aduerte hic, quòd abstracta & cõcreta nomina, quanuis conueniant in significato formali (quoniã tam deitas, quàm Deus deitatẽ significant & similiter ea humanitas, quàm homo humanam significant naturam) ex differenti tamen significandi modo inuento in illis, alia oritur differentia quo ad supposita per illa: nam abstractum nomen & significat naturam & supponit pro natura: deitas enim prodeitate supponit. Concretum verò significat quidem naturam, sed etiam supponit pro habente naturam: tac per hoc pro hypostasi naturæ, hypostasis enim est habent naturam: Deus enim supponit pro habente deitatem, pro hypostasi diuinæ naturæ & similiter homo pro habente humanam naturam, pro hypostasi humanæ naturæ. Et similiter tribilitas & significat & supponit ipsam tribilitatem: sed tribile supponit pro habẽte tribilitatem. Et ideo tribilitas non prædicatur de humanitate: sed tribile verè prædicatur de homine, quoniamidem est habens humanitatẽ & tribilitatem. Ex his igitur patet in primis allumptum in litera ad tertiũ, cum sua manifestatione exẽplari de tribili. Verissimè siquidem dicitur, propria vnius non verificari de alio, nisi illud aliud sit idem huic, cui sunt propria: quemadmodum propria tribilitatis nõ verificantur de humanitate, quia nihil est idem vtrique, sed verificãtur de homine, quia homo est id humanæ naturæ, quod est idem habenti tribilitatẽ: idem enim subiecto est hypostasis humana & subiectũ tribilitatis. Patet deinde vis consequentiæ: quoniam dum explicatur in litera proprietas cõtrariorum in supponendo, intimatur differentia, quam explicauimus inter suppositionem cõcretorum & abstractorum. Ex qua fit vt abstractum nomen vnius naturæ parcat importare omnino aliud ab his quæ sunt alterius naturæ, scilicet ipsam solam naturam secundum fe: ac per hoc optimé infertur, quòd non prædicantur de abstracto ea quę sunt alterius naturæ. Et similiter patet concretum cuiusq;

¶ SED CONTRA est quod Damas. dicit in 3. lib. Deitatem quòd dicentes nõ nominamus de ea, quæ humanitatis idiomata, id est proprietates: non enim dicimus deitatem passibilem, vel creabilem. Deitas autem est diuina natura. Ergo ea, quæ sunt humanæ naturæ, non possunt dici de diuina natura.

CONCLVSIO.

¶ *Quæcunque Filio hominis conueniunt, non possunt de diuina natura in abstracto prædicari, sed in concreto.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ea quæ sunt propria vnius, non possunt verè de alio prædicari, nisi de eo quod est idem illi: sicut risibile non conuenit nisi ei quod est homo. In mysterio autem Incarnationis non est eadem natura diuina & humana, sed eadem est hypostasis vtriusque naturæ: & ideo ea, quæ sunt vnius naturæ, non possunt de alia prædicari, secundum quòd in abstracto significatur. Nomina verò concreta, supponunt hypostasim naturæ: & ideo indifferenter prædicari possunt ea quæ ad vtranque naturam pertinent, de nominibus cõcretis. Siue illud nomen de quo dicuntur, det intelligere vtranque naturam: sicut hoc nomen Christus: in quo intelligitur & diuinitas vngens, & humanitas vncta. Siue solùm diuinam naturam: sicut hoc nomen Deus vel filius Dei. Siue solùm naturam humanam, sicut hoc nomen homo vel Iesus. Vnde Leo Papa dicit in Epistola ad Palæstinos, Non interest, ex qua Christus substantia nominetur: cùm inseparabiliter manente vnitate personæ, idem sit & totus hominis filius, propter carnem, & totus Dei filius, propter vnam cũ Patre deitatem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in diuinis realiter est idem persona cũ natura: & ratione huius identitatis diuina natura prædicatur de filio Dei. Non tamen est idem modus significandi: & ideo quædã dicuntur de filio Dei, quæ non dicuntur de diuina natura: sicut dicimus quòd filius Dei est genitus, non tamen dicimus quòd natura diuina sit genita: vt in Prima parte habitum est. Et similiter in mysterio Incarnationis dicimus, quòd filius Dei passus est: non autem dicimus quòd diuina natura sit passa.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Incarnatio magis imporet vnionem ad carnem, quàm carnis proprietatem. Vtraque autem natura in Christo, est vnita alteri in persona: ratione cuius vnionis & diuina natura dicitur incarnata, & humana natura deificata: vt suprà dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ea quæ sunt diuinæ naturæ, dicuntur de humana natura, non secundum quòd essentialiter competũt diuinæ naturæ: sed secundum quòd participatiuè deriuanturad humanam naturã. Vnde ea quæ participari non possunt a natura humana (sicut esse increatum, aut omnipotentem.) nullo modo de humana natura dicuntur. Diuina autem natura nihil participatiuè recipit ab humana natura: & ideo ea quę sunt humanæ naturæ, nullo modo possunt dici de diuina natura.

ARTICVLVS VI.

¶ *Vtrùm hæc sit vera, Deus factus est homo.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd hęc sit falsa, Deus factus est homo. Cùm enim homo significet subsistantiam fieri hominem, est fieri simpliciter. Sed hæc est falsa, Deus factus est simpliciter. Ergo hæc est falsa, Deus factus est homo.

¶ Præterea, Fieri hominem est mutari. Sed Deus non potest esse subiectum mutationis: secundum illud Malach. 3. Ego dominus, & non mutor. Ergo videtur quòd hæc sit falsa, Deus factus est homo.

¶ Præterea, Homo secundũ quòd de Christo dicitur, supponit personam filij Dei. Sed hæc est falsa, Deus factus est persona filij Dei. Ergo hæc est falsa, Deus factus est homo.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Ioan. 1. Verbum caro factum est. Et sicut Athanasius dicit in Epistola ad Epictetum quòd dixit, Verbum caro factum est, simile est ac si diceretur, quòd homo factus est.

CONCLVSIO.

¶ *Hæc propositio est vera, Deus factus est homo.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd vnumquodq; dicitur esse factum illud quod de nouo incipit prædicari de ipso. Esse autem hominem, verè prædicatur de Deo (sicut dictum est) ita tamen quòd non conuenit Deo esse hominem ab æterno, sed ex tempore per assumptionem humanæ naturæ. Et ideo hæc, est vera, Deus factus est homo. Diuersimodè tamẽ intelligitur à diuersis, sicut & hæc Deus est homo, vt suprà dictum est.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd fieri hominem, est fieri simpliciter in omnibus, in quibus humana natura incipit esse in supposito de nouo creato. Deus autẽ dicitur factus homo: eo quòd humana natura incepit esse in supposito diuinæ naturæ, ab æterno præexistente. Et ideo Deum fieri hominem, non est Deum fieri simpliciter.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd sicut dictum est, fieri importat, quòd aliquid prædicetur de nouo de altero. Vnde quandocunque aliquid de nouo prædicatur de altero cum mutatione eius, de quo dicitur, tunc fieri est mutari. Et hoc contingit in omnibus quæ absolutè dicuntur: non enim potest albedo aut magnitudo de nouo aduenire alicui, nisi per hoc quòd de nouo mutatur ad albedinem vel magnitudinem. Ea verò quæ relatiuè dicuntur, possunt de nouò prædicari de aliquo absque eius mutatione: sicut homo de nouo fit dexter absque sua mutatione, per motum illius, qui fit ei sinister. Vnde in talibus non oportet omne quod dicitur fieri, esse mutatum, quia hoc potest accidere per mutationem alterius. Et per hunc modum ad Deum dicimus, Domine refugium factus es nobis. Esse autem hominem, conuenit Deo ratione vnionis, quæ est relatio quædam. & ideo esse hominem prædicatur de nouo de Deo absque eius mutatione per mutationem humanæ naturæ quæ assumitur in diuinam personam. Et ideo cùm dicitur, Deus factus est homo, non intelligitur ali-

Titulus clarus est.

Comment. ¶ In corpore articuli primò respõdetur quæstio vnica cõclusione: Hæc est vera, Deus factus est homo. Probaturque syllogismo satis clarè posito & ordinato in litera: ita vt non sit opus formare illum.

Infrà q. 37. artic. 2. c. Et 3. di. 3. q. 5. ar ticu. 3. c. & di. 7. quæst. 2. Et opus. 3. ca. 18. Et opus. 2. c. c. Et Rom. 1. l. 2. co. 3.

¶ Deinde aperitur, quòd hæc propositio à diuersis diuersimodè intelligitur iuxta dicta in primo huius quæstionis articulo de ista propositione, Deus est homo.

¶ In responsione ad secundum, si dubitas, vide scripta in articulo primo in responsione ad vltimum. Et si tibi illa non sufficiunt, nec quiescis ex relatiua declaratione tam profundæ factionis, dicito quòd licet fieri hominẽ absolutè importet mutationẽ in subiecto acquirente humanam naturam, puta in materia, attamen personam aliquam fieri hominem, non importat mutationem in persona acquirente naturam humanam. Et ratio diuersitatis est, quia subiectum quod fit homo, p transmutationem sui acquisite esse humanum: sed persona quæ fit homo, sola noua personatione humanæ naturæ fit homo. Personate autẽ naturam humanam, non est mutari, sed subsistere nũc primò in illa. Et ideo filius Dei prius nõ erat homo, quia non personabat naturã humanam: & in tempore factus est homo, quia incepit quandoq; personare naturam vnam humanam: & per hoc acquisiuit primò esse subsistẽriale humanæ naturæ, & non tantum esse relatiuum: factus est homo, factus est substantia animata sensibilis rationalis, & non ad aliquid, non ad humanam naturam. Et est non solùm subiectum propositionis, ly Deus, quum dicitur, Deus factus est homo: sed vt subiectum factionis, hoc est personationis nunc primò. Hoc enim fieri nihil aliud est, quàm personare nunc primò. Et sic habes substantialem factionem & terminum & subiectũ absque mutatione subiecti. Et si tibi apparet mirabile, memento quia nihil est mirabilius, quàm Verbum caro factum est, post Trinitatis arcanum.

Annot. ¶ In responsione ad tertium, ũ formaliter responsionem nouitius optat, dicito quòd ista est vera, Deus factus est subsistens in humana natura: hoc enim formaliter supponit ly Homo. Et si ad materialiter sub

Universidad de Deusto
Biblioteca

licet subtractum insistet descendi, dicito quòd hæc etiam est vera, Deus factus est persona filij Dei subsistens in humana natura. Sicut etiam quum paries fit albus, vere dicitur, quòd paries factus est paries albus: vt patet in septimo Metaphys. & ad propositum in tertio Sentent. distinct. 7.

¶ super Quæstionis decimæsexta Articulum septimum.

Comment. TItulus clarus est.

¶In corpore duo sunt. Primo ponitur duplex propositionis sensus improprius: & iuxta vtrumque respondetur. Secundo ponitur tertius sensus, qui solus est proprius: & respondetur quæsito.

¶Quoad primum vide nouitie, quòd in primo sensu copula verbalis est, ly est. Et ly factus ponitur vel ad actionem subiecti, puta homo factus: sicut si diceretur, homo creatus. Vel ad actionem prædicati, puta Deus factus ita quòd sensus esset, vel quòd factus homo est Deus, vel quòd homo est Dei factus. Et vtroque modo indicatur falsa: & de secundo quidem nō est dubium. Prima autem falsa indicatur: quia ly Homo, in subiecto stās pro hypostasi: ac per hoc dicendo, homo factus, enuntiatur de persona humana facta, quòd est Deus: constat autem, nullam esse personam siue humanam, siue diuinam factam, quæ sit Deus: nam persona humana, quæ est Deus, est non facta, sed genita ab æterno, Deus de Deo.

Loca supra artic. 6. citatur.

¶In secundò autē, quānis improprio sensu dicuntur quinq; primò ponitur modus, quo sumitur ly Factus: & dicitur sumi vt modus determinans compositionē, sicut in propositionibus modalibus ly possibile, aut necessariū determinare dicitur compositionē: ita quòd propositio ista, Homo factus est Deus, sonat istam, Hominem esse Deum, factum est. Et præterea secundò in litera explicatur dictus sensus eiusdem, scilicet, factum est, vt homo sit Deus, & similiter Deus factus est homo, factum est vt Deus sit homo. Tertiò dicitur quòd propositio vtraque est vera in hoc sensu. Quartò, quòd hic sensus non est proprius harum propositionum. Et ratio quidem Logicæ est: quia ly factus, non est modus determinatiuus compositionis sicut ly possibile aut necessarium. Ratio verò realia ad sensum respiciens, quæ in litera redditur: quum quintò subiungitur, quomodo sensus iste potest proprietatem sortē habere, est: quia hic homo, de quo enuntiatur factū esse Deum, non est factus Deus: ita quòd ne que ab æterno. neque ex tempore factum est, vt homo, hoc est hic homo, esset Deus. Constat enim, quòd ly homo, supponit in hac enuntiatione pro hoc homine: quia supponit personaliter & determinatè: & quòd hic homo est Deus ab æterno genitus, non factus. est hypostasis filij Dei. Non est igitur proprius sensus harum 10 quintinum, dicete, Factum est vt homo esset Deus. Posset tamen, vt quintò dicitur, in litera saluari, vt proprius sensus, sustinendo quòd homo habeat suppositionem simplicem: hoc est, supponat pro natura humana in concreto communiter man factū est, quòd homo sit Deus: quanuis nō sit factum, quòd aliquis singularis homo sit Deus: quia ille singularis homo, qui est Deus, est naturaliter, & ab æterno Deus.

¶ Num in ista, Homo factus est Deus, sit simplex, vel personalis suppositio.

Quæstio. ¶Occurrit hic autem circa duo quæstio. Primò circa suppositionem simplicem, & proprietatem propositionis sic sumptæ. Secundò, circa personalem, an iste homo sit factus Deus. Est autem dubitandi ratio circa primum: quia dicendo, homo est factus Deus, ly homo supponit pro habente naturam humanam indeterminatè: aliud enim est dicere, hic homo est factus Deus: & aliud est dicere, homo est factus Deus: quoniam homo supponit confusè pro habente naturam humanam, hic homo autem determinatè.

¶Et hinc fit primò, vt ratio literæ nihil valeat, reprobando illam, Homo factus est Deus: quia ista est falsa, iste homo factus est Deus.

¶Fit secundò, vt non Logicè dicatur in litera, quòd supponat simpliciter ly Homo, stando pro homine communiter: quoniam supponit personaliter, confusè tamenimò naturalis suppositio termini communis concreti, est supponere pro habente naturam indeterminatè.

¶Fit tertiò, vt quia ista propositio, Homo factus est Deus, in personali suppositione proprissimè sumpta est vera: quia in veritate homo est Deus, & non semper fuit Deus, sed per vnionis gratiam est Deus: malè in litera arguatur falsitatis.

¶Fit quartò, vt Scotus in tertio sententiarum distinctione septima, quæstione secunda, rectius dixerit quòd ista propositio, Homo factus est Deus, est simpliciter vera & propriatum quia homo per actionem agentis est Deus, & nō semper fuit Deus: tum quia est conuertens illam, Deus factus est homo.

¶Ad euidentiam horum scito, quòd inter personalem & simplicem suppositionem hæc est differentia: quòd si ly Homo, supponit personaliter, oportet prædicatum conuenire alicui personæ humanæ: quod cum de nulla persona humana, nec de omnibus simul verificatur, de homine personaliter sumpto non verificatur, vt patet discurrenti, tam in propositionibus per se, quàm per accidens. Si verò supponit simpliciter, prædicatum conuenit homini abstrahenti à suis suppositiuis quòd verificatur de homine communiter, & de nullo homine, nec de omnibus simul verificatur.

qua mutatio ex parte Dei, sed solùm ex parte humanæ naturæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd homo supponit personam filij Dei, non nudam, sed prout subsistit in humana natura. Et ideo quanuis hæc sit falsa, Deus factus est persona filij Dei: est tamen hæc vera, Deus factus est homo, ex eo quòd est vnitus humanæ naturæ.

ARTICVLVS VII.

¶ Virum hæc sit vera, Homo factus est Deus.

AD SEPTIMVM sic procedi-tur. Videtur quòd hæc sit vera, Homo factus est Deus, Dicitur enim Rom. primo, Quod ante promiserat per Prophetas suos in Scripturis sanctis, de Filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Sed Christus, secundum quòd homo, est ex semine Dauid secundum carnem. Ergo homo factus est filius Dei.

¶Præterea, August. dicit in primo de Trinita. Talis erat illa susceptio, quæ Deum hominem faceret, & hominem Deum. Sed ratione illius susceptionis hæc est vera, Deus factus est homo. Ergo similiter hæc est, vera, Homo factus est Deus.

¶Præterea, Gregorius Nazanzenus dicit in Epi, ad Elidonisi, Deus & humanatus est, homo autē deificatus, vel quolibet aliter nominauerit. Sed Deus ea ratione dicitur humanatus, qua est homo factus. Ergo homo ea ratione dicitur deificatus, qua est factus Deus. Et ita hæc est vera, Homo factus est Deus.

¶Præterea, Cùm dicitur, Deus factus est homo, subiectum factionis vel mutationis non est Deus: sed humana natura, quam significat hoc nomen homo. Sed illud videtur esse subiectum factionis, cui facto attribuitur. Ergo hæc magis est vera, Homo factus est Deus, quam ista, Deus factus est homo.

¶SED CONTRA est quod Damas. dicit in 3. lib. Non hominem deificatum dicimus, sed Deum humanatum. Idem autē est fieri Deum quod deificari. Ergo hæc est falsa, Homo factus est Deus.

CONCLVSIO.

¶ Tametsi hæc sit vera Deus est factus homo: hæc tamen, Homo factus est Deus, falsa est.

¶RESPONDEO dicendum quòd ista propositio, Homo factus est Deus, tripliciter potest intelligi. Vno modo, ita quòd hoc participium Factus, determinet absolutè vel subiectum, vel prædicatum. Et in hoc sensu est falsa: quia neque homo ille de quo Deus prædicatur, est factus, neque Deus est factus: vt infrà dicetur. Et sub eodem sensu hæc est falsa, Deus factus est homo. Sed sub hoc sensu non quæritur hic de istis propositionibus. Alio modo potest intelligi, vt ly Factus determinet compositionem: vt sit sensus, Homo factus est Deus, id est, factum est, vt homo sit Deus. Et sub hoc sensu vtraque est vera, Homo factus est Deus, & Deus factus est homo. Sed hic non est proprius sensus harum locutionum: nisi fortè intelligatur secundum quòd ly homo, non habet personalem suppositionem, sed simplicem. Licet enim hic homo non sit factus Deus, quia hoc suppositum, scilicet persona filij Dei, ab æterno fuit Deus: tamen homo, communiter loquendo, non semper fuit Deus. Tertio modo propriè intelligitur, secundum quòd hoc participium factus, ponit fieri circa hominem in respectu ad Deum sicut ad terminum factionis. Et in hoc sensu, supposito quòd in Christo sit eadem persona, & hypostasis, & suppositum Dei & hominis (vt suprà ostensum est) ista propositio est falsa: quia cùm dicitur, Homo factus est Deus, ly homo, habet personalem suppositionem. Nōn enim esse Deum, verificatur de homine ratione humanæ naturæ, sed ratione suppositi sui: suppositum autem illud humanæ naturæ, de quo verificatur esse Deum, est idem quod hypostasis seu persona filij Dei, quæ semper fuit Deus. Vnde non potest dici, quòd iste homo incepit esse Deus, vel quòd fiat Deus, aut quòd factus sit Deus. Si verò esset alia persona vel hypostasis Dei & hominis, ita quòd esse Deum, prædicaretur de homine, & econuerso, per quandam coniunctionem suppositorum, vel dignitatis personalis, vel affectionis vel inhabitationis (vt Nestoriani dixerunt) tunc pari ratione posset dici, quòd homo factus est Deus, id est, coniunctus Deo, sicut & quòd Deus factus est homo, id est, coniunctus homini.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in verbis illis Apostoli hoc relatiuum Qui, quod refert personam filij Dei, non debet intelligi ex parte prædicati, quasi aliquis existens ex semine Dauid secundum carnem sit factus filius Dei: in quo sensu obiectio procedebat, sed debet intelligi ex parte subiecti: vt sit sensus, quòd filius Dei factus est, scilicet homo, ad honorem Patris (vt Gloss. exponit) existens ex semine Dauid secundum carnem. Ac si diceret, filius Dei factus est habens carnem ex semine Dauid, ad honorem Dei.

¶Ad secundum dicendum, quòd illud verbum Augustin. est intelligendum in illo sensu, secundum quòd ex illa susceptione Incarnationis factum est, vt homo esset Deus, & Deus esset homo. In quo sensu ambæ locutiones sunt veræ: vt dictum est.

¶Et similiter dicendum est ad tertium: nam deificari idem est quod fieri Deum.

¶Ad quartum dicendum, quòd terminus in subiecto positus tenetur materialiter, id est pro supposito: positus verò in prædicamento, tenetur formaliter, id est pro natura significata. Et ideo cùm dicitur, Homo factus est Deus, ipsum fieri, non attribuitur humanæ naturæ, sed supposito humanæ naturæ, quod est ab æterno Deus, & ideo non conuenit ei fieri Deum. Cùm autem dicitur, Deus factus est homo, factio intelligitur terminari ad ipsam humanam naturam. Et ideo propriè loquendo, hæc est vera, Deus factus est homo: sed hæc est falsa, Homo factus est Deus. Sicut si Sortes cùm prius fuerit homo, postea factus est albus, demonstrato Sorte, hæc est vera, Hic homo hodie factus est albus: hæc tamen est falsa, Hoc album hodie factum est homo. Si tamen ex parte subiecti poneretur aliquod nomen significans naturam humanam in abstracto, posset hoc modo significari vt subiectum factionis: puta si dicatur, quòd natura humana facta est filij Dei.

ARTICVLVS VIII.

¶ Virum hæc sit vera, christus est creatura.

AD OCTAVVM sic procedi-tur. Videtur quòd hæc sit verā, Christus est creatura. Dicit enim Leo Papa, Noua & inaudita conuentio: Deus qui est & erat, fit creatura. Sed illud potest prædicari de Christo, quòd filius Dei factus est per Incarnationem. Ergo hæc est vera, Christus est creatura.

¶Secundum est, quòd cum his stat, quòd interuenit in hoc mysterio mutatio relatiua, secundariò tamen: ita quòd quum de hoc mysterio loquendum est, dicito, quòd interuenit hic duo, scilicet factio, & mutatio. Et quòd factio quidē est subiectalis, qua Verbum caro factum est, & locum subiecti tenet in hac factione substantialis Verbum, quia secundum rei veritatem & proprietatem conuenit in hoc fieri verbum, vt hypostasis, quæ natura subiicitur, naturam substantificans, in natura subsistens. Et natura ipsa humana (de qua est sermo) tenet locum termini, quanuis non tamen, vt dicitur. Mutatio autem est relatiua: & respectu huius natura humana tenet locū subiecti, Verbū autem locū termini: quia Verbum non refertur, nisi quia natura refertur ad Verbū. Et quoniā non de mutatione, sed de factione est sermo in istis propositionibus: ideo illa est simpliciter vera, Deus factus est homo: in ea siquidem de eo quod est, vt subiecti factionis, dicitur, quòd factum est homo: quod constat esse verissimū, & proprissimè dictum. Ista verò, Homo factus est Deus, est simpliciter falsa: quoniam in ea enuntiatur vt terminus factionis Deus, qui nec ratione naturæ, nec ratione suppositi potest terminare factionē cuius suppositum hominis ex significatione propositionis ponitur, quā dicitur, Homo factus est Deus.

Annot. ¶In responsione ad primum aduerte nouitie, quòd tota vis argumenti consistit in illo pronomine, Et, quasi dixerit Apostolus, De filio suo, quia factus est ei, hoc est Deo filius, &c. Et propterea responsio consistit in hoc, quòd ly Ei, idem significat quod ad honorē eius: & construitur sic, Qui factus est ad Dei honorem ex semine Dauid secundum carnem.

Infrà q. 20. ar. 1. ad 1. Et 1. q. 41. ar. 3. c. & 4. Et 3. dist. 4. qc 2. ar. 2. ad 4. et di. 11. q. 1. ar. 2. & di. 11. q. 1. ar. 3. ad 2. Et 4. cō tr. c. 48. Et veri. q. 29. ar. 1. ad 1. Et opus. 3. c. 223. Et 1. Cor. 11. l. 2. col. 1. fin.

¶In responsione ad quæstionem vide in calce responsionis, quòd natura humana dicitur subiectum factionis, non solùm ea ratione, quia est subiectum mutationis relatiuæ: sed quia substantiale fieri in mysterio Incarnationis inuentum conuenit humanæ naturæ passiuè: quoniam hoc fieri non est, nisi Verbo vniri naturam humanam in vnitatem hypostaticam: vbi constat Verbum personare naturam, & naturam personari in Verbo. Et licet Verbum personare naturam, non sit agere (quum non sit commune toti Trinitati: cui omnis actio ad extra communis essitiet solis Verbo conuenīat) & consequenter naturam à Verbo personari, non sit patiquia tamen hoc fieri, Physicè loquendo, non est nisi personatio humanæ naturæ in Verbo, vt nunc primò dependens à tota Trinitate, vt causa efficiente, & Verbum in ipsa personatione concurrat vt hypostasis, & natura humana vt patiens ipsam factionem suę personalitatis in Verbo, tam Verbum quàm natura humana potest significari vt subiectum factionis in hoc mysterio. Et propterea in litera dicitur, quòd dici potest, Humanitas facta est Dei, non autem, quòd homo factus est Deus.

¶ Super Quæstionis decimæseptimæ Articulum octauum.

TItulus de oppositione est, an enūciatio ista, Christus est creatura, sit vera.

¶In corpore duæ sunt conclusiones. Prima est directè responsiua quæsito: Non est absolutè dicendum, Christus est creatura: sed cum determinatione, scilicet secundum humanam naturam. Probatur. Cum hæreticis nec nominā debemus habere communia: ergo cum Arrianis non debemus conuenire in dicendo Christum creaturam. Antecedens probatur & ex Hieronymo: quia ex verbis inordinatè prolatis incurritur hæresis: & ne hæreticorum errori fauere videamur. Consequentia probatur: quia Arriani dicebant Christum creaturam simpliciter: quia secundum vtranque naturam erat creatura: quod est damnata hæresis.

Annot. ¶Nota hic nouitie, quòd ex verbis inordinatè prolatis incurritur hæresis, nō formaliter, quæ exigit pertinaciā in volūtate: sed vel materialiter, in significato verborum inordinatorū, errorem cōtrarū fidei importātis, vel apparēter, dū inordi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nata verba, sperlé ingressi præ se ferūt. Sicut etiā in aliis vitiis incurrūt ex aliqua inordinatione speciēs malitiæ qua vniuersaliter abstinēdū esse iubet Apostolus.

¶ Nota secundo, q̄ quæstio ista est de nominibus, quæ diuersimodè à diuersis intelligi possunt, ideo sufficiens ratio abstinendi ab aliqua loquutione est ista apparentiæ, ne videamur fauere hæreticis, etiā si in veritate nō faueremus.

¶ Nota tertio, q̄ cōmunicare cū hæreticis in vocabulis, prohibitum est quo ad propria, non autē quo ad communia: nam in his quę bene cū Eccl'ia dicunt, nos nō cōmunicamus cū illis: sed ipsi cōmunicant nobiscū. Sed in iis vocib⁹, quæ cōtra Ecclesiā leuant, vtpote ipsis propriis, cōmunicare non debemus. Talis autē est vox ista, Christus est creatura. Vsurpauit quidem Arrianivocem hanc de Christo secundum id totū quod est, & nō secundū partem: quū secundū veritatem nō nisi ratione partis, hoc est humanæ naturę creatus sit. Et ꝓpterea in hac enuntiatione, Christus est creatura, vtpote hæreticis propria, contra Ecclesiæ & vocem & veritatē, non est communicandum cum Arrianis: & ideo est simpliciter negāda.

¶ Num hæc vox, Christus est creatura, propria sit hæreticis.

Quæstio. ¶Occurrit hic dubium: quia vox ista nō Arriana, sed euāgelica est: nec per hoc nō propria hæreticis, sed cōmunis & frequentāda. Probatur assumptum Ioan. 14. ex verbis Domini dicētis sine determinatione aliqua, Pater maior me est. Si enim Christus ab solutè & simpliciter dixit, Pater maior me est (quē est dicere, ego sum minor Patre) & idē est iudiciū de ista & de illa, Christus est creatura, vt in litera dictum consequens est, vt dicere hæc, non sit communicare in vocabulis cū hæreticis, sed sectari Euangelica verba, destruendo tamē sensum hæreticorū. Non enim prohibemur loqui & frequentare loquutiones sacræ Scripturæ, malè expositæ ab hæreticis: alioquin oporteret nos unquam semper modum loquēdi inuenire: quod est fatuum.

¶Ad hoc dicitur, q̄ Saluator nō dixit sine determinatione, Pater maior me est: quoniam apposuit hanc loquutionē vt rationem præcedentis, de ipso secundum assumptam naturā loquentis: ait enim, Gauderetis vtiq; quia vado ad Patrem: quia Pater maior me est. Constat enim liquidò quòd secundum humanā naturam vadit ad Patrem, quia Pater maior est ipso proculdubio secundum illam naturam, secundum quam vadit ad Patrē: alioquin maioritas nō esset ratio eundi ad Patrem. Ex contextu igitur literæ quo maioritas Patris ratio eundi ad Patrem ponitur, determinatur maioritas ipsa Patris ad filium secundum humanam naturam: secundum quam vadit ad Patrem, non est ergo Euangelica, sed Arriana vox, Christus est minor Patre, Christus est creatura.

Cōment. ¶Secunda conclusio seu potius regula vniuersalis est: Ea quæ non possunt suspicari conuenire personæ Christi, secundum se absolutè affirmantur de Christo, quanuis solùm ratione naturæ humanæ illi conueniant.

Annot. ¶Vbi nota nouitie Autorem in hac litera distinguere ea, quæ cōueniūt Christo ratione humanæ naturæ in duo genera: nā quædā sunt, quæ in dubitationē ve nire possunt an cōueniant personæ secundū seipsam: quædā verò quæ clarè cōuenire Intelliguntur solùm ratione naturæ. Et de secūdo genere habetur regula, q̄ simpliciter & absolutè affirmātur de Christo: vt esse crucifixū, mortuū, &c. De primo autē genere traditā esse regulā contrariā, scilicet q̄ nō simpliciter, sed cum determinatione affirmanda sunt de Christo, testatur cōtextus literæ, quū pondo secūdi generis regulā dicit, Ea verò de quibus. Per hanc siquidē aduertiatur cōtinuationē textus in finuauit, q̄ in illis duobus, scilicet minor Patre, & creatura, omnia similis generis intellexit, ac per hoc vniuersalē regulā. Probatur autē in litera vtraq; regula ex cōmuni vsu loquēdi in corporalibus humanis, ex eo q̄ in illis differētia huiusmodi seruatur: distinguitur siquidē in illis cōmunia toti & parti à propriis partibus. Et cōmunia si secundū partē tanta sunt, nō simpliciter ordinātur de toto: nō enim dicimus q̄ Aethiops est albus, sed q̄ est albus dentes, sed bene dicimus q̄ est crispus, quāuis solos capillos habeat crispos. Et scito hic neutrā obiectionē Durandi in 1. sen. dist. 11. militare contra præsentē doctrinā quia ad rem ipsam spectant ambæ. Autor autē ad dubitationē & errorem vitandum tendit, & super hoc fundat doctrinam hanc: vt patet in litera. Et ꝓterea nec obstat, quòd Christus dicitur absolutè genitus ex Maria virgine: nec obstat quòd humana & diuina natura aut suppositū nō se habent vt pars, sicut capilli & dentes: nec prędicarētur de Christo, sicut crispū aut album esse. Argumentū enim à simili, optimè seruit ad modū loquēdi cōprobandū: quicquid sit de rerū disparitate.

Anno. ¶In respōsione ad primum, aduerte respōsionem nō voluntariā: sed sumptam ex textu Magistri sen. in 1. dist. 11. vbi hæc tractatur materia.

¶ Super Quæstionis decimæsextæ Artic. 9.

THomas, vt facet, fumendus est de hac ꝓpositione, Iste homo incepit esse.

Cōment. ¶In corpore vnica est cōclusio respōsiua quæstito. Iste homo nō incepit esse. Probatur dupliciter. Primò: quia propositio est simpliciter falsa, quia demonstrat suppositū æternū. Nec obstat, q̄ ly homo, significat naturam: quia terminus in subiecto positus tenetur nō formaliter pro natura, sed materialiter pro subiecto. ¶Citra hūc processum occurrit primo Durandus in 11. dist. 3. sen. q. 1. reprehendens concludentem ex eo q̄ subiectum stat materialiter ꝓ suppositō, ista esse falsa: Iste homo, id est, Christus, incepit esse. Ex hoc enim, inq̄t, q̄ subiectū tenetur materialiter, licet habeatur q̄ aliquid potest sibi verè attribui, qđ non attribuitur illi ratione formæ (licet quòd dicimus, albū currit) non tamen habetur, quin etiā attribui sibi vere possit quod cōuenit illi ratione formæ: vt patet dicendo, homo albū dīgregat. Ac per hoc, quū incipere esse cōueniat Christo ratione humanæ naturæ, sicut illa est vera, Hic homo (demonstrato Christo) est risibilis: ita ista, Hic homo incepit esse, si nihil aliud obstat nisi q̄ subiectū tenetur materialiter. Vtrobiq; enim suppositō attribuitur quod ratione formæ conuenit.

Quæstio.

¶ Num hæc sit falsa, Hic homo, demonstrato Christo, quia subiectum stat pro suppositō æterno.

¶Occurrit deinde Scotus in 3. sen. dist. 11. q. 1. obiicient, quòd stare pro suppositō contingit dupliciter, scilicet secundum se, vel vt habeat aliquid aliud sicut Sortes albus stat pro suppositō generis substantiæ: non secundum se, sed vt habet aliquem hedinem: similiter hic homo, id est, Christus stat pro suppositō diuino, nō secundum se, sed vt est suppositū humanæ naturæ. De hoc ergo processus literæ, non distinguēdo modos, quibus potest pro suppositō accepi hic homo, seu Christus. ¶Citra eundē processum pro quātō fundat se super hoc, q̄ ista propositio, Christus incepit esse, significat in suppositō æterno aliqd repugnās illius æternitati, scilicet incipere esse. Durādus quoq; ibidē occurrit, arguēs q̄ nec istud videtur valere: quia licet pondō in Christo vnū esse tantū, valeret nō tamen pondō in ipso plura esse, sicut oportet aliquo modo ponere. Quoniā nō sequitur, quòd nō semper fuerit nullō esse habēdo: sed q̄ nō semper fuerit, secundum esse illud, secundum quòd incepit esse cum quo stat, q̄ semper fuerit secundum aliud esse.

¶ Num hæc concedi posset, Christus incepit esse.

Quæstio. ¶Circa cōclusionē Scotus primò vbi supra occurrit, volēs q̄ ista possit concedi, Christū esse iste hō incepit esse. Et ratio eius est hęc: quia ly esse, importat esse simpliciter: hoc est, de genere substātiæ: cōstat autē Christū incepisse esse hominē, qui est esse de ghe substātię. Tuetur q̄ hāc suā positionē ex præallegato dicto, scilicet q̄ iste hō seu Christus stat ꝓ Verbo, vt est suppositū humanæ naturæ. Fouet q̄ ꝓ ea quia

quia quod generatur, incipit esse (Physi. tum quia Verbum incepit esse homo: ergo Christus incepit esse. Probatur cōsequentia: Quando de aliquo dicitur incipere determinatō per aliquod prædicatū, de illo toto dicitur incipere: sicut si Sortes incipit esse albus, Sortes albus incipit esse, ergo similiter est in ꝓposito. ¶Occurrit deinde Durandus, concludens, distinguendum esse, & non simpliciter respondendum, an Christus inceperit esse: quoniam vtraque pars contradictionis est vera, ad diuersa referendo, naturam scilicet vel suppositum.

¶Ad primò obiecta ex Durando, dicitur quòd non militant contra præsentē literam. Cōcedimus siquidem omnia quæ obiiciendo dicuntur in cōmuni de subiecto stante materialiter: scientes, quòd aliud est conuenire suppositō ratione suppositi, & aliud conuenire suppositō, quacunq; illud ratione conueniat. Vnde nec somniauit Autor, quòd quia subiectum tenetur materialiter, ideo oportet quicquid illi attribuitur, verè conuenire illi ratione suppositi. Sed docuit quòd oportet illud non repugnare suppositō: ita quòd fundatur processus literę super hoc, quòd quia subiectum tenetur materialiter pro suppositō, ideo oportet attribuitum suppositō nō repugnare suppositō: nec, sufficit non repugnare naturæ seu formæ. Per hoc enim excludit Autor obiectionem dicentium, quòd quia dicendo, Iste homo incepit esse, incipere esse, non repugnat naturę humanæ Christi significatæ per ly homo, cōsequens est quòd sit vera. Exclu ditur siquidem: quia oportet quòd incipere esse non repugnet suppositō importato per ly iste homo: quia ly homo ex parte subiecti stat pro habente naturam hypostaticè significatā enim istum habentem naturam humanam: constat enim quòd iste habens humanitatem est suppositum. Et quia in Christo non est aliud suppositum nisi æternum, cui repugnat incipere esse, ideo propositio concluditur falsa.

¶Ad obiecta deinde contra eundem processum ex Scoto dicitur q̄ processus nō peccat ex prætermissa distinctione inter suppositum diuinum secundū se, & vt suppositū humanæ naturæ: quia illa distinctio superflua est in propositō: quoniā quæstio nō est de propositione aliqua, in qua subiectū est suppositū diuinum secundum se. non enim vertitur hic in dubiō, An verbū seu filius Dei incepit esse, præsupponimus enim suppositum æternum esse. Sed quæstio est de propositione, in qua subiicitur suppositum æternum habens humanam naturam: vt est ista, Iste homo, demōstrato Christo, incepit esse: & similiter ista, Christus incepit esse. Et propterea non oportuit distinguere: sed infra terminos quæstiti stando procedere. Et sic factum est in litera procedente ex eo quòd ꝺ de hoc homine negatur fuisse, negatur fuisse de suppositō æterno: quia negatio totum destruit significatum per hūc hominem, & non solam rationem, qua est homo. Ista siquidē propositio, Iste homo demonstrato Christo incepit esse, claudit in se duas propositiones: alteram affirmatiuam, iste homo quandoq; fuit: alteram negatiuam, & iste homo immediatè ante illud nō fuit. Hæc autem negatiua est de secundo adiacente: & negat pro tempore præcedente ab isto homine esse. Negans autem hunc hominem esse non negat directè hunc esse hominem, vt Scotus & aduersarij exponunt, vt patet: ergo negat totum, scilicet hunc hominē esse. Et quum hic homo ex parte subiecti principaliter importet ly hunc (quia subiecta materialiter tenentur) consequens est quòd principaliter negatur esse de suppositō demonstrato per ly hic ac per hoc propositio est simpliciter falsa.

¶Ad obiecta secundo loco Durandi & Scoti, scito quòd esse, quando est secundum adiacens, dicitur importare esse simpliciter: nō vt esse simpliciter vocatur esse substantiæ (vt patet ex eo, quòd de accidentibus formatur propositio de secundo adiacente, vt albedo est. & hinc ruit fabrica Scotica) sed vt esse simpliciter significat esse sine additione, seu determinatione aliqua, iuxta illud secundi Topicorum, Simpliciter dico quod nullo addito dico. Et hinc fit, vt fluę in Christo fit vnum, fluę plura esse, nihil refert ad quæstionem hanc de propositione, non de re. Et similiter fluę esse hominem ponat esse substantiæ in Christo, fluę non, nihil ad propositum, de propositione veritatis quærens. Dicendo igitur, Iste homo incepit esse: quia claudit in se istam negatiuam de secundo adiacente, iste homo non fuit: & ly non fuit, tollit esse absque determinatione quacunque, consequens euidenter est, quòd significat subiectum non fuisse: & non significat non fuisse substantiam aut hominem, aut secundum primarium aut secundarium esse. Et ruit tam obiectio Durandi super duo esse fundata, quàm positio Scoti super esse simpliciter, hoc est substantiæ fundata. Vtero, enim oportet quòd determinet ly non fuit, ad aliquod esse saltem substantiæ: propositio autem ipsa negat fuisse, absque determinatione ad esse substantiæ vel accidentis, primi vel secundi simpliciter vel secundum quid: & ideo ex virtute sermonis propositio est simpliciter falsa: vt Autor optimè in litera intulit.

¶Ad rationē ergo Scoti dicitur, q̄ licet esse substantiæ sit esse simpliciter, vt distinguitur contra esse accidentaliter: non tamen est esse simpliciter, vt distinguitur contra esse determinatum. Esse autem secundum adiacens est esse simpliciter, vt distinguitur contra esse determinatum: quum enim dicimus, A est, vel nō est, nō dico esse substantiale, aut accidentale: sed esse absq; determinatione substantialitatis aut accidentalitatis, &c.

¶Ad primum somentum, quia quod generatur, incipit esse, dicitur, q̄ hoc est verū cōmuniter: sed non est verum, quando qđ generatur, suppositaliter præsentiæ accidit in proposito.

5. dist. 4. q. 1. art. 2. q. 1. c. & q. 2. ad 1.

¶Ad secūdum negatur cōsequentia. Et ad probationē dicitur, q̄ Maior est vera de toto, vt torum est categorematicè & similiter de compositō seu cōiuncto. Et similiter de nomine per se primò significāte totum seu compositū aut coniunctum categorematicè, & supponente per se primò pro illo toto vt sic: as incepit esse (ipse ricus, sequitur, ergo sphæra ænea incepit esse) nā & significat & supponit per se primò pro toto, id est, sphæra ænea. Secus autē est de termino importante quidem totum, sed principaliter alteram partem & supponente pro illa, cōnotando tantūm reliquāt: tunc enim quāuis præcedēs pars incipiat esse altera, non infertur ramen q̄ nomen suppo-

Et dist. 10. q. 1. ar. 1. q. 2. & di. 11. ar. 3.

nens pro prima parte: & connotando tantūm in suppositione alteram, incipiat esse, qa denotaretur per hoc, q̄ ipsa prima pars, pro qua supponit, inciperet esse. Sic autē est in proposito: quoniam tam ly Christus, quàm iste homo, licet importet totum, scilicet suppositum & naturam humanam: supponit tamē pro suppositō, & in supponendo ex parte subiecti connotat tantūm naturā humanam: qa subiecta tenetur materialiter. Et propterea quāuis iste incipiat esse homo, nō sequitur, ergo iste homo incipit esse: qa denotaretur q̄ persona illa inceperit esse.

¶Ad Durandū vltimò distinguendū cēnsentē, dicitur q̄ si cautelæ opera datur, distinguēdo tutior cū Magistro sent. in 3. dist. 22. Eligitur pars vt ibi patet. Sed si accusatur falsitatis, negans istam propositionē, Iste homo, seu Christus, incepit esse, vtinam nō studeatur calūniæ: quoniā, vt iam ex dictis persuadeti potest, longe quutio ista simpliciter & absolutè est falsa. Vnde damnata nuper est Parisiis & quā appellatū esset ad apostolicā sedem, reprobata dicitur sub Alexādro sexto.

Cōment. ¶Secundò in litera probatur conclusio proposita, scilicet, non est dicendum quòd iste homo incepit esse: quia dato, quòd esset vera, non esset ea vtendum, ad euitandam hæresim Arrij, attribuentis Christo non solùm, quòd est creatura, & minor Patre: sed etiam quòd incepit esse, dicendo, quod erat, quando non erat, vt patet in Nicena synodo. Et est sensus, Erat duratio, in qua non erat Christus: quia non est ab æterno. Contra Apostolum dicentem, Iesus Christus heri & hodie, ipse & in seculum & Ioannem dicentem, In principio erat Verbū.

Annot. ¶In responsione ad secundū, habet quòd diximus de esse simpliciter, vt distinguitur contra esse substātiæ, puta hominis, & similiter accidentis: quū ponitur superius ad esse hominem, & pari ratione ad esse substantiam, & esse accidens.

¶ Super Quæstionis decimæsextæ Articulum decimum.

TItulus clarus, vt sonat.

Cōment. ¶In corpore articuli duo fiunt. Primò dicitur quid potest dici distinguendo, hoc est quòd vtraq; pars sustineri potest cum distinctione: quia ly homo, potest stare vel pro natura, vel pro suppositō. Secundò in quam partem sit potius declinandum. Et duo dicuntur. Primum citra propositam propositionē: scilicet Christus, secundum quòd homo, est creatura, vel incepit esse: & dicitur quòd in partem affirmatiuam declinandum est, quia ly homo, tenetur formaliter, quia habet vim prædicati. Secundum citra alteram propositionem, scilicet Christus, secundū q̄ hic homo, est creatura, aut incepit esse. Et dicitur, quòd in partem negatiuam declinandū est: quia ly hic, trahit hominem ad suppositum.

Annot. ¶Hoc in loco aduerte, q̄ ista propositio, Christus est creatura, nō est reproba, quia omnino falsa, sed qa Arrianos sonāt: ideo quū de ista modò est quæstio, Christus secundū q̄ homo, est creatura, minor quæstio est: & nulla de falsitate,

sed de

sed de vtr. Et sic quidem vti licet, illa non: quia in illa cum Arrio communicamus, in ista non. Verùm aduerte, quòd quum de Christo sermo sacer loquitur, & distinguit ea quæ cõueniunt illi ratione naturæ assumptæ, semper vtitur hac inquantum, aut hac secundũ specificationẽ: dicimus enim quòd Christus, secundum quòd homo, crucifixus sepultus, descendit ad inferos, prædicatus, ascendit in templum, circumcisus est, &c. Constat itaq; quòd in his & similibus ly inquantum, non tenetur reduplicatiuè, quoniam natura humana non est per se ratio talium, sed multa per accidens insunt: vt patet, sed tenetur specificatiuè quoniam specificat eam partem seu conditionem, quæ insunt inest: sicut quum dicitur, Aethiops, secundum quòd habet dentes, est albus. Vnde & in proposito licet possit teneri reduplicatiuè (quia esse hominem, est per se ratio, quòd sit creatura) à Sanctis tamen assumptum videtur principaliter, vt tenetur specificatiuè: vt denotetur quòd esse creaturam non conuenit Christo secundum suppositum, sed secundum naturam assumptam: & similiter incipere esse. Verùm inter has duas, ex præmissis patet differentia, quòd illa reprobata est vt ma le sonans, ista vt falsa: ita quòd dicimus istam esse falsam, Christus incepit esse: istam autem veram, Christus, inquantum homo, incepit esse.

¶ Num hæc sit vera reduplicatiuè, Christus secundum quòd homo, incepit esse.

Quæstio. ¶Occurrit autẽ statim hic Scotus in quæstio 3. distinct. 10. q. 11. 3. sentẽ. obiciens, quòd propositio affirmatiua falsa ex repugnantia terminorum, nõ fit vera per additam reduplicationem, vel determinationem non tollentem illam repugnantiam, sed reduplicatio propriè sumpta, non diminuit alterũ extremum: quia est determinatio extremi ad extremum: ergo ipsa non verificat aliquam propositionem, quæ sine reduplicatione fuit falsa. Si igitur ista est falsa, Christus incepit esse, ista non est vera. Christus, inquantum homo, incepit esse, & hoc loquendo de reduplicatiua propria. Et addit, quòd loquendo de ipsa specificatiuè, quamuis sit vera, est tamen impropriaquoniam deberet specificatio se tenere ex parte prædicati. puta, Christus incepit esse secundum hominem: sicut non est propria illa, Aethiops, secundum quòd habet dentes, est albus: sed ista, Aethiops est albus secundum dentes. Et hæc sunt allata quo ad illam propositionem, Christus, inquantum homo, incepit esse: quia apud nos ista est vera, & sua præiacens falsa: quamuis Scotus sublimat de illa, Christus, inquantum homo, est creatura: quia ipse tenet illius præiacentem esse falsam.

¶Ad hæc dicitur sustinendo etiam hanc esse veram & propriè reduplicatiuam: Christus, secundum q̃ homo, incepit esse: ita tamen q̃ non fiat difficultas circa inceptionem essendi an per se cõueniat homini, an solùm de facto: quia nõ est ab æterno: quoniam ad propositũ non refert. Et propterea suppositio quòd per se conueniat naturæ humanæ incipere esse, sicut per se cõuenit ei esse creaturã, dicitur quòd Maior Scoti est vera. Sed Minor tacita, scilicet, sed nulla reduplicatio tollit illam repugnantiã, est falsa. Et ad illius probationem expressam, quia scilicet reduplicatio nõ minuit extremum, si propriè loquimur de cõditione diminuente, conceditur totũ quod assumitur. Sed negatur sequela: quoniam conditio diminuens tollit terminũ, quem diminuit: sicut homo in potentia non est homo, & homo mortuus, nõ est homo cõstat enim q̃ reduplicatio extremi nõ tollit illud. Sed illatiõi vocabulo sumitur minuere, prout vtẽs aliquo vnius, & non vtens aliquo eiusdem, minuit illud pro quanto nõ vtaliter, seu secundum totũ, sed secundum aliquid eius illo vtitur) sic concedimus q̃ reduplicatio minuit quãlocq; quia reduplicat terminũ ratione naturæ seu formæ, & non ratione suppositi. Et propterea tollit repugnantiã inuentam in præiacente propositione inter extrema sine reduplicatione propter suppositum, sic enim est in proposito. Nam ista, Christus incepit esse, est falsa ex repugnantia extremorum: quia incipere esse repugnat suppositio per ly Christus in subiecto, vt prædictum fuit. Sed quãliquid tãtum Christi reduplicatus, scilicet natura humana, vt coningit in ista. Christus, inquantũ homo, incepit esse, repugnantia tollitur, hoc est incipere esse, non significatur cõuenire supposito absolutè, sed ratione naturæ humanæ ratione cuius in veritate conuenit illi suppositio incipere esse. Et propterea ista reduplicatiua dicitur vera, & illa falsa. Nã ex hoc q̃ reduplicatio est determinatio extremi ad extremũ, sequitur q̃ nõ minuat prædicto modo: quoniam constat, quòd potest esse determinatio vnius extremi secũdum suũ formale, ad alterũ, & non secundum suum materiale: vt contingit in proposito. Ad id veto quod subditur, q̃ specificatiuè sumẽdo ly inquantũ, propositio est vera, sed impropria dicitur, & q̃ est vera & propria quoniam specificatio nõ denotat specificatũ terminum esse rationem inhærentiæ prædicati ad subiectũ, & propterea specificatiua potest esse vera in materia cõtingenti, vt est ista, Sortes, inquantum capillatus, est crispus, & ens, inquantum ens, est subiectũ Metaphysicæ. Sed denotat illud, secundũ quod, seu mediãte quo prædicatũ inest subiecto, siue per se, siue per accidẽs prædicatũ insit siue subiecto, siue cõditioni specificatæ. Signũ autem, q̃ huiusmodi enũtiationes sunt nõ solùm veræ, sed propriæ, defert frequẽs vsus earũquum de his quæ cõueniũt Christo differentẽ ac cautè loquentibus, dicẽtes Christũ, secundum q̃ erat homo, passum, natũ, sepultũ, resurrexisse. Cũ his tamẽ omnibus, qa in litera: cõparatiuè dicitur, magis cõcedendũ, q̃ negandũ, vel eõuerso: disce declinare quẽ in alterã partẽ, sed nõ ptinaciter cõtendere.

¶In respõsione ad tertiũ vide nouitiæ, q̃ sustinendo propositionem reduplicatam propriè esse, respondet Autor ad maiorem distinguẽdo illam, q̃ verum est predicari de quocũq; homine, qui solùmodo est suppositũ humanę naturę: secus autẽ est de illo homine, qui est suppositũ diuinæ prius, & pòst humanæ naturæ.

¶ super Quæstionis decimæsextæ Articulum vndecimum.

TItulus, vt sonat, clarus.

¶In corpore duo, primo distinguendo, vtranq; partẽ dicit posse teneri: quia terminus reduplicatus potest vel ratione naturæ, vel suppositi reduplicari. Secundò docet, q̃ in partẽ negatiuam declinandum est: quia magis ponitur formaliter terminus reduplicatus. Et omnia clara sunt ex præcedentibus.

¶In respõ

sed etiam diuinæ, secundum quam habet esse increatũ: & ideo nõ sequitur, si secundum q̃ homo, est creatura, q̃ sit simpliciter creatura.

ARTICVLVS XI.

¶ Vtrùm hæc sit vera, Christus, secundum quòd homo, est Deus.

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christus, secundum quòd homo, sit Deus. Christus enim est Deus per gratiam vnionis. Sed Christus, secundum quòd homo, habet gratiam vnionis. Ergo Christus, secundum quòd homo, est Deus.

¶Præterea, Dimittere peccata, est proprium Dei, secundum illud Isa. 43. Ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me. Sed Christus, secundum quòd homo, dimittit peccata: secundum illud Matth. 9. Vt autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, &c. Ergo Christus secundum quòd homo, est Deus.

¶Præterea, Christus non est homo communis, sed est homo iste particularis. Sed Christus, secũdum quòd est iste homo, est Deus: quia in isto homine designatur suppositum æternum, quod naturaliter est Deus. Ergo Christus, secundum quòd homo, est Deus.

¶SED CONTRA, Illud quòd conuenit Christo, secundum quòd homo, conuenit cuilibet homini. Si ergo Christus, secundum quòd homo, est Deus, sequitur q̃ omnis homo sit Deus: quod patet esse falsum.

CONCLVSIO.

¶ Tametsi hæc, Christus secundum quòd homo, est Deus, concedi possit vt vera, dummodo homo teneatur pro supposito, non autem pro natura: magis tamen neganda est, quàm concedenda.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ iste terminus, homo, in reduplicatione positus, potest dupliciter accipi. Vno modo quantũ ad naturam: & sic non est verum, quòd Christus, secundũ q̃ homo sit Deus: quia humana natura est distincta à diuina secundum differentiam naturæ. Alio modo potest accipi ratione suppositi: & sic cùm suppositũ naturæ humanæ in Christo, sit persona filij Dei, cui per se conuenit esse Deum, verum est q̃ Christus, secundum quòd homo, sit Deus. Quia tamen terminus in reduplicatione positus magis propriè tenetur pro natura, quã pro supposito (vt suprà dictum est) ideo magis est ista neganda, Christus, secundũ quòd homo, est Deus, quàm sit affirmanda.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non secundum idem conuenit alicui moueri ad aliquid, & esse illud: nam moueri conuenit alicui ratione materiæ vel subiecti, esse autem in actu, ratione formæ. Et simiter non secundum idem conuenit Christo ordinari ad hoc, q̃ sit Deus per gratiã vnionis, & esse Deum. Sed primum conuenit sibi secundum humanam naturam, secũdum verò secundum diuinam. Et ideo hæc est vera, Christus secũdum quòd homo, habent gratiam vnionis: non tamen ista, Christus secũdum quòd homo, est Deus.

¶Ad secundũ dicendũ, quòd filius hominis habet in terra potestatem dimittẽdi peccata, non virtute humanæ naturæ, sed virtute naturæ diuinæ. In qua quidem natura consistit potestas dimittendi peccata per autoritatem in humana autem natura consistit instrumentaliter & per ministerium. Vnde Chryso. super Mat. hoc exponens dicit: Signanter dixit, In terra dimittendi peccata: vt ostenderet, quòd humanæ naturæ potestatem diuinitatis vniuit indiuisibili vnione: quia etsi factus est homo, tamen Dei verbum permansit.

¶Ad tertium dicendum, quòd cùm dicitur, iste homo, pronomen demonstrationis, hoc nomen homo trahit ad suppositum. Et ideo magis est hæc vera, Christus, secũdum quòd iste homo, est Deus: quàm ista, Christus, secundum quòd homo, est Deus.

ARTICVLVS XII.

¶ Vtrùm hæc sit vera, Christus secundum quòd homo, est hypostasis, vel persona.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christus secundum quòd homo, sit persona. Illud enim quod cõuenit cuilibet homini, conuenit Christo, secundũ quod est homo: est enim aliis homin bus similis: secundum illud Phil. 2. In similitudinem hominũ factus: Sed omnis homo est persona. Ergo Christus, secundũ quòd homo, est persona.

¶Præterea, Christus secundũ quòd homo, est subsistentia rationalis naturæ, non autem subsistentia vniuersalis: ergo subsistentia individua. Sed nihil aliud est persona quàm rationalis naturæ individua subsistentia, vt Boetius dicit in libr. de duab. nat. Ergo Christus, secundum quòd homo, est persona.

¶Præterea, Christus, secũdũ quòd homo, est res humanæ naturæ, & suppositum & hypostasis & suppositum & res humanæ naturæ, est persona. Ergo Christus, secundum quòd homo, est persona.

¶SED CONTRA, Christus secundum quòd homo, non est persona æterna. Si ergo Christus secũdum quòd homo, sit persona, sequeretur quòd in Christo sint duæ personæ, vna tẽporalis & alia æterna. Quod est erroneum, vt suprà dictum est.

CONCLVSIO.

¶ Christus secundum quòd homo, est hypostasis, vel persona, si ly homo, teneatur pro supposito, vel pro natura cui debetur personari non propria, sed aliena personalitate.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est, iste terminus homo, in reduplicatione positus, potest accipi vel ratione suppositi, vel ratione naturæ. Cùm ergo dicitur, Christus secundum quòd homo, est persona, si accipiatur ratione suppositi, manifestum est quòd Christus secundum quòd homo, est persona, quia suppositum humanæ naturæ nihil est aliud, quam persona filij Dei. Si autem accipiatur ratione naturæ, sic potest intelligi dupliciter. Vno modo vt intelligatur, quòd naturæ humanæ competat esse in aliqua persona. Et hoc etiam modo verũ est: omne enim quod subsistit in humana natura, est persona. Alio modo potest intelligi, vt naturæ humanæ in Christo propria personalitas debeatur, causata ex principiis humanæ naturæ. Et sic Christus secundũ quòd homo, non est persona: quia humana natura nõ est per se seorsum subsistens à diuina natura: quòd requirit ratio personæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omni homini conuenit esse personam, secũdum quòd omne subsistens in humana natura est persona. Sed hoc est proprium homini Christo, quòd persona subsistens in humana natura eius, no sit causata ex principiis humanæ naturæ, sed sit æterna. Et ideo vno modo est persona, secundum quòd homo, alio modo non, sicut dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd subsistantia indiuidua, quæ ponitur in diffinitione personæ, importat subsistantiam completam per se subsistentem separatim ab aliis, alioquin manus hominis posset dici persona, cùm sit subsistantia quædam indiuidua: quia tamen est subsistãtia indiuidua sicut in alio existens, nõ potest dici persona. Et eadem ratione nec humana natura in Christo: quæ tamen potest dici individuum vel singulare quoddam.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut persona significat quid completum, & per se subsistens in natura rationali, ita hypostasis, suppositum & res naturæ in genere subsistentiæ significant quiddam per se subsistens. Vnde sicut humana natura non est per se persona seorsum à persona filij Dei, ita etiam non est per se hypostasis vel suppositum vel res naturæ. Et ideo in sensu, in quo negatur ista, Christus secundum quòd homo, est persona, oportet etiam negari omnes alias.

QVAESTIO DECIMASEPTIMA,
De pertinentibus ad vnitatem in Christo quantum ad esse, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de his quæ pertinent ad vnitatem in Christo in communi. Nam de his, quæ pertinent ad vnitatetem, vel pluralitatem in speciali, suis locis determinandum est: sicut suprà determinatum est, quòd in Christo non est vna tantùm scientia, & infrà determinabitur quòd in Christo non est vna tantùm natiuitas.

¶ Considerandum est ergo primo de vnitate Christi quãtum ad esse, secundò quantum ad velle, tertiò, quantum ad operari.

¶Circa primum quæruntur duo.

¶Primò, vtrùm Christus sit vnum vel duo.

¶Secundò, vtrùm in Christo sit tantùm vnum esse.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm Christus sit vnum, vel duo.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non sit vnum, sed duo. Dicit enim Aug. in primo de Tri. quia forma Dei accepit formam serui, vtrunq; Deus propter acceptũ hominem. Sed vtrunq; dici non potest, nisi vbi sunt duo. Ergo Christus est duo.

¶ Præterea, Vbicunq; est aliud & aliud, ibi sunt duo. Sed Christus est aliud & aliud: dicit enim Aug. in Enchi. Cùm in forma Dei esset, formam serui accepit, vtrunq; vnus, sed

hæc veritas indaganda est eorum, quæ spectãt ad vnitatem inter quæ constat primum locum tenere vnitatẽ aut dualitatem simpliciter & absolutè, & deinde vnitatem vel dualitatem talem. Est igitur quæstio in hoc articulo, an Christus sit vnum vel duo simpliciter & absolutè sine determinatione aliqua.

¶In corpore duo fiunt. Primò respondetur secundum quid attendatur esse vnum vel duo in Christo: secundò respondetur determinatè quæsito vnica conclusione. Quo ad primum conclusio est illa: Christus est vnum vel duo, non secũdum dualitatem naturarum, sed secundum vnitatem vel dualitatẽ suppositi seu personæ. Probatur conclusio hæc quo ad primam partem: quia de Christo non prædicantur ambæ naturę in abstracto, sed altera tantùm, scilicet diuina. Quod probatur ex differentia inter Deum, & alia in hoc, quòd in solo Deo natura secundũ se prædicatur de suppositis: hinc enim sequitur, q̃ humana natura nõ q̃ prædicitur de Christo. Quo ad secundam verò partem, quia ambæ naturę vt in supposito, prædicantur de Christo, siue significentur in supposito indeterminatè, siue determinatè.

Annot. ¶ Vbi nota, q̃ licet diuersimodè possit forma ri hæc prima pars corporis articuli, puta præmittendo differentiã habitudinẽ Christi ad naturas secundum se, vel vt in supposito significatas: & subdendo conditionalem processum, si ambæ naturæ, &c. vtr tamen rationis cõstitit in hoc. Ad esse duo exigitur, quòd Christus sit aliqua prædicata ponentia in numerũ deitas autẽ & humanitas ponunt in numerum: iuat enim duæ naturæ. & ideo si Christus esset sua humanitas, sicut est sua deitas. Christus verè esset duo. Et hoc est quod in litera dicitur, q̃ quia numerus dualitatis in Christo ponitur circa ipsas naturas, ideo si ambę natureę, &c. Sed prędicata, quę verè affirmatur de Christo, nõ ponunt in numerũ: Deus enim & homo in Christo non ponunt in numerũ non enim sunt duo habentia deitatem & humanitatem, sed vnum & idem numero est habens humanitatem & habens deitatem: & similiter filius Dei, & hic homo, seu Iesus, non ponunt in numerum, vt pater. In hoc consistit tota vis huius articuli. Et in hac quidem prima parte corporis deuenitur vsque ad hoc, quòd si natura vtraque prædicatur de suppositis

3. dist. 6. q. 2. art. 1. & di. 21. q. 1. art. 1. q. 26. Et 4. cõ tra c. 38. fin. Et 4. cõtra cap. 38. fin. Et vnio. art. 2. 2. & 3. & ar. 3. et 4. per totũ, & ar. 5. 1.

Universidad de Deusto Biblioteca

retur

Universidad de Deusto
Biblioteca

rit de Christo, esset duo Christus: quia natura ponunt in numerum: sed quia non prædicatur, non constituit Christum duo: & quia prædicatur vt in suppositio, ideo secundum rationem suppositi numerati vel non numerati dicendus est Christus vnum vel duo.

Annot. ¶ Vbi occurrit dubium. Primum est circa illud: In solo Deo natura prædicatur de supposito: habet enim in stātiam, in Angelis suppositū non differt à natura.

¶ Alterū est circa prohœmium literæ condicionalem: quoniam procedit à destructione antecedentis: quòd nō licet. Ait enim. Si ambæ naturæ in abstracto prædicarentur de Christo, sequeretur quòd Christus esset duo: sed quia duæ naturæ non prædicantur, &c.

¶ Ad primum facilè patet responsio: quòd quia aliquo modo differt suppositum à natura in Angelis, quamuis in illis non differat in diuinis, quia tamen differt, ideo solida stat littera.

¶ Ad secundum dicimus, quòd quia in propriis argumentum à destructione antecedentis nō est probibile, ideo quia ex propriis hic procedatur: vt patet ex declaratis: ideo vitio processum est.

¶ Quo ad secundā partem corporis conclusio est Christus est & vnus & vnū. Deducitur conclusio ex præmissis, subiungēdo tribus modis dicendi de supposito seu persona Christi. Primus est dicentiū in Christo duo suppositā & vnam personam: secundus est dicentium in Christo duo suppositā & duas personas: tertius est dicentium in Christo vnū suppositum & vnā personam. Iuxta primum, Christus est duo, in neutro genere, & vnus. Iuxta secundum, Christus est duo, tā neutraliter quām masculinè. Iuxta tertiū Christus est vnus & vnus. Et quia tertius modus solus est consentaneus fidei ideo concluditur, quòd Christus est vnum & vnus.

Annot. ¶ In responsione ad tertium aduerte nouitie, quòd quum in medio responsionis dicitur, nō tamē sequitur quòd sit aliquid aliud, nam homo, &c. Ista aduersatiuā non respicit ad propositionem immediatè positam in litera: sed ad propositionem negatiuam in argumēto assumptam: scilicet Christus non est tantum homo. Autor si ponit ibi in hac responsione primo mōstrat hanc assumptam propositionē esse verā, monstrādo suam contradictoriam affirmatiuā esse falsam, scilicet Christus est tantum homo quia prædicata re-

aliud propter Verbum, aliud propter hominem. Ergo Christus est duo.

¶ Præterea, Christus non est tantùm homo: quia sic purus homo esset. Ergo est aliquid aliud, quàm homo & ita in Christo est aliud & aliud. Ergo Christus est duo.

¶ Præterea, Christus est aliquid quod est Pater, & est aliquid quod non est Pater. Ergo Christus est aliquid & aliquid. Ergo Christus est duo.

¶ Præterea, Sicut in mysterio Trinitatis sunt tres personæ in vna natura: ita in mysterio Incarnationis sunt duæ naturæ in vna persona. Sed propter vnitatem naturæ, non obstante distinctione personæ, Pater & Filius sunt vnum: secundum illud Ioan. 10. Ego & Pater vnum sumus. Ergo non obstante vnitate personæ, propter dualitatem naturarum, Christus est duo.

¶ Præterea, Philosophus dicit in tertio Physico. quòd vnum & duo denominatiuè dicuntur. Sed Christus habet dualitatem naturarum. Ergo Christus est duo.

Præterea, Sicut forma accidētalis facit alterū, ita forma substātialis aliud: vt Porphyrius dicit. Sed in Christo sunt duæ naturę substātiales, humana scilicet & diuina. Ergo Christus est aliud & aliud. Ergo Christus est duo.

¶ SED CONTRA est quod Boet. dicit in lib. de duab. natu. Omne quod est, inquantum est, vnum est. Sed Christū esse confitemur. Ergo Christus est vnum.

CONCLVSIO.

¶ Cùm in Christo sit vnum suppositum & vna persona, ipsum esse vnum & vnum dici potest.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd natura secundū se considerata prout in abstracto significatur, non verè potest prædicari de supposito seu persona nisi in Deo, in quo non differt quod est, & quo est: vt in Prima parte habitū est. In Christo autem cùm sint duæ naturæ, diuina scilicet & humana, altera earū, scilicet diuina, potest de eo prædicari, & in abstracto & in cōcreto: dicimus enim q̄ filius Dei, qui supponitur in hoc nomine Christus, & est diuina natura, & est Deus Sed humana natura non potest prædicari de Christo secundū se in abstracto, sed solùm in concreto, prout scilicet significatur in supposito. Non enim verè potest dici, quòd Christus sit humana natura: quia natura humana non est nata prædicari de suo supposito. Dicitur autem, quòd Christus est homo, sicut & quòd Christus est Deus. Deus autem significat habentē deitatem: & homo significat habentem humanitatem, Aliter tamen habens humanitatem significatur per hoc nomen homo, & aliter per hoc nomen Iesus, vel Petrus. Nam hoc nomen homo importat habentem humanitatem indistinctè, sicut & hoc nomen Deus, indistinctè importat habētem deitatem: hoc autem nomen Petrus vel Iesus, importat distinctè habentem humanitatem, scilicet sub determinatis individualibus proprietatibus: sicut & hoc nomen filius Dei, importat habentem deitatem sub determinata proprietate personali. Numerus autem dualitatis in Christo ponitur circa ipsas naturas, & ideo si ambæ naturæ in abstracto prædicarentur de Christo, sequeretur q̄ Christus esset duo. Sed quia duæ naturæ nō prædicatur de Christo, ut prout significantur in supposito, oportet secūdum rationē suppositi prædicari de Christo vnū vel duo.

Quidā autem posuerunt in Christo duo suppositā, sed vnam personā, quæ quidē videtur se habere secundū corū opinionem tanqua suppositum complerū vltima completione. Et ideo quia ponebant in Christo duo suppositā, dicebāt Christū esse duo neutraliter, sed quia ponebant vnam personā, dicebant Christū vnū masculinè. Nā neutrū genus designat quiddā informe & imperfectū: genus autem masculinū designat quiddā formatū & perfectū. Nestoriani autem ponentes in Christo duas personas, dicebant Christū non solùm esse duo neutraliter, sed etiam duos masculinè. Quia verò nos ponimus in Christo vnam personam & vnum suppositum (vt ex suprà dictis patet) sequitur quòd dicamus q̄ non solùm Christus est vnus masculinè, sed etiam quòd est vnum neutraliter.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd verbum illud Aug. non est sic intelligendum, quòd ly vtrunq; teneatur ex parte prædicati quasi dicat, q̄ Christus si vtrunq; sed tenetur ex parte subiecti. Et tunc ly vtrunq; ponitur non quasi pro duobus suppositis, sed pro duobus nommibus significātibus duas naturas in cōcreto. Possum enim dicere, q̄ vtrunque, scilicet Deus & homo, est Deus propter accipientem Deū: & vtrunq;, scilicet Deus & homo est homo propter acceptū hominem.

¶ Ad secundum dicendū, quòd cùm dicitur, Christus est aliud & aliud, locutio est exponēda, vt sit sensus, habēs alia & alia naturam. Et hoc modo exponit Aug. in lib. cōtra Felicianū. Vbi cùm dixisset, in mediatore Dei & hominū, aliud Dei filius, aliud hominis filius, subdit, Aliud inquam pro diferentione substātiæ, nō alius pro vnitate personę. Vnde Greg. Nazanzenus in Epistola ad Elidonium dicit, Si oportet compēdiosè dicere, aliud quidem & aliud, ea, ex quibus Saluator est: siquidem non idem est inuisibile visibili, & q̄ absque tempore ei, quod sub tēpore, nō autem alius & alius, absit: hæc enim ambo vnum.

¶ Ad tertiū dicendū, q̄ hæc est falsa, Christus est tantùm homo: quia nō excludit aliud suppositum, sed aliam naturā: eo quòd termini in prædicato positi, formaliter tenētur. Si verò adderetur, aliquid per quod trahereretur ad suppositum, esset vera locutio: pura, Christus est tantùm id quod est homo. Nō tamē sequitur, q̄ sit aliquid aliud, quam homo: quia ly aliud cùm sit relatiuū diuersitatis substantiæ, propriè refertur ad suppositum (sicut & omnia relatiua facientia personalem relationem) sequitur autem, ergo habet aliam naturam.

¶ Ad quartum dicendū, q̄ cùm dicitur, Christus est aliquid quod est Pater, ly aliquid, tenetur pro natura diuina: quæ etiam in abstracto prædicatur de Patre & Filio. Sed cùm dicitur, Christus est aliquid quod nō est Pater, ly aliquid tenetur nō pro ipsā natura humanā, secūdum q̄ significatur in abstracto, sed secūdū q̄ significatur in cōcreto: nō quidē secudū suppositū distinctū, sed secundū suppositum indistinctū, prout scilicet substat naturæ, non autē proprietatibus individuatibus. Et ideo nō sequitur, q̄ Christus sit aliud, & aliud, vel quòd sit duo: quia suppositū humanæ naturæ in Christo, quod est persona filij Dei, nō ponit in numerum cum natura diuina, quæ prædicatur de Patre & Filio.

¶ Ad quintū dicendū, q̄ in mysterio diuinæ Trinitatis natura diuina prædicatur etiā in abstracto de tribus personis: & ideo simpliciter potest dici, q̄ tres personæ sint vnū. Sed in mysterio Incarnationis non prædicantur ambæ naturæ in abstracto de Christo: & ideo non potest simpliciter dici, quòd Christus sit duo.

¶ Ad sextum dicendum, quòd duo dicitur, quasi habens dualitatem nō quidē in aliquo alio, sed in ipso, de quo duo prædicatur. Sic autem prę, ic tio de supposito, quod importatur per hoc nomen Christus. Quānis igitur Christus habeat dualitatem naturarum: quia

¶ Super Quæstionis decimæ septimæ Articulum secundum.

Annot. TItulus, vt sonat, sumēdē. est de esse simpliciter & absolutè. Vertitur enim in quæstionem, an sicut dicimus in Christo simpliciter & absolutè duas naturas, ita dicere possimus, in Christo duo esse simpliciter & absolutè: an vero sicut Christus est nō est nisi vnū suppositum, vna persona: ita non est nisi vnum esse.

Et notandū est, quòd non quæritur de propositione, sed de re: nō enim quæritur, an illa propositio sit vera, Christus habet duo esse: sed an Christo sint duo esse. Et licet ista quæstio videatur prima facie lo cunda inter quæstiones substantiales de Incarnatione, & nō inter cōsequentes (vt ab Autore locata est) si quis tamen profundius consideret, suo loco posita est, quonia m vnum sequitur ens: tota autem latitudo tractatorū ante illam quæstionē, spectat ad esse vel fieri incarnationis in se, vel esse absolutum. Vnde meritò, modo de vno vel multis tractatur. Nec propterea à substantialibus recedit ur. q. vnū vel multa non addit naturam aliquam supra ens, hoc est illud quod vnum vel multa dicitur secundum veram Metaphysicam. Vnaenim albedinis natura, nullam entitatem addit supra albedinis naturam: & sic de aliis.

¶ In corpore duo principaliter sunt, primò præmittuntur tria manuductiua ad veritatem: secundò procedit ur ex duabus conditionalibus, & infertur conclusio responsiua quæstio, quòd in Christo est vnum esse tantum.

¶ Quo ad primum præmittuntur tria. Vnum ex parte subiecti. quod est Christus: & duo ex parte prædicati, quod est habere esse vnum vel plura. Ex parte siquidem subiecti præmittitur generalis regula, quod quæ sunt naturæ, multiplicantur in Christo, quæ sunt hypostasis, non multiplicantur. Et ratio redditur: quia in Christo sunt duæ naturæ & vna persona. Ex parte verò prædicati præmittitur prius, quòd esse est de numero spectantium & ad naturam & ad personam: diuersimodè tamen, quia personæ vt habentis seu quòd est, naturæ autem vt principium, seu quo aliquid est. Et hoc probatur à signo: quia natura significatur per modum formæ, qua aliquid est ens vel tale: vt patet de albedine & humanitate. Deinde præmittitur aliud ex parte prædicati: scilicet q̄ esse est duplex, quoddam à forma vel natura pertinente ad esse personale quoddam à forma vel natura non pertinēte ad esse personale. Exemplum primi in homine, est esse quod homo habet ab anima. Exemplum secundi est esse quod habet ab albedine, & vniuersaliter ab accidentali forma: nam anima spectat ad personalitatem Sortis, albedo nō. Ponitur autem in litera duplex inter hæc duo esse, differentia. Prima est penes simpliciter vel secūdum quid: quia primum esse, est esse Sortis simpliciter & absolutè: secundum autem est esse Sortis non simpliciter, sed vt albi, pura inquantum albus. Secunda est penes vnitatem vel pluralitatem, quia secundum potest in vna & eadem persona multiplicari (vt patet) primum autem impossibile est in vna & eadem persona multiplicari: quia impossibile est, quòd vnius rei non sit vnum esse.

¶ Quo ad secundum, prima conditionalis est. Si natura humana aduenisset filio Dei non hypostatice, sed accidentaliter, oporteret in Christo ponere duo esse: vnum secundum quod est Deus, & aliud, secundum quod est homo. Hæc conditionalis nō aliter probatur in litera, nisi q̄ deducitur ex præmissis, exemplum afferēdo in Sorte de esse ipsius, secūdū quod est homo, & secūdū quòd est albus: & rationem applicando, quia esse album, non spectat ad esse personale Sortis.

¶ Secunda conditionalis est. Si natura humana cōungitur filio Dei personaliter, secundum naturam humanam non aduenit sibi nouum esse personale, sed solùm noua habitudo præexistētis esse personalis ad naturā humanam. Circa quam conditionalem quatuor apponūtur primò narrat, quòd quotcunque sint integrantia personam, non nisi vnum esse constituunt. Et hoc declarat in partibus integralibus, per ly esse autem, capitatum: & in partibus essentialibus formalibus materialibus. per ly & esse corporeum, & in partibus essentialibus forma libus per ly & esse animatum. Secundo declarat, quòd si pars aliqua personalis aduenireț præexistenti personæ, idem esset iudicium quo ad vnitatem ipsius esse: ita quòd ex aduenientę nouę partis non aduenireț nouum esse. Ita quòd manifestauit, quòd spectantia quæcunq; ad personalitatem, siue simul cum persona coæua sint (vt quum Sortes interget nascitur) siue aliquid eorum de

quia tamen non habet dualitatem supposito rum, non potest dici Christus esse duo.

¶ Ad septimū dicendum, quòd alterum importat diuersitatē accidētis: & ideo diuersitas accidētis sufficit ad hoc, quòd aliquid sim pliciter dicatur alterum. Sed aliud importat diuersitatem substantiæ: substātia autem dicitur non solùm natura, sed etiam suppositum, vt dicitur in quinto Meta: & ideo diuersitas naturæ non sufficit ad hoc, quòd aliquid sim pliciter dicatur aliud, nisi adsit diuersitas secundum suppositum. Sed diuersitas naturæ facit aliud secundū quid, scilicet secundum naturam, si non adsit diuersitas suppositi.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum in Christo sit tantùm vnum esse.

AD SECVNDVM sic procedit ur. Videtur quòd in Christo nō sit tantùm vnum esse, sed duo. Dicit enim Damasc. in 3. lib. quòd ea quæ consequuntur naturam, in Christo duplican tur. Sed esse cōsequitur naturā: esse enim est à forma. Ergo in Christo sunt duo esse.

¶ Præterea, Esse filij Dei est ipsa natura diuina, & est æternū. Esse autem hominis Christi nō est diuina natura: sed est esse temporale. Ergo in Christo non est tantùm vnum esse.

¶ Præterea, In Trinitate quanuis sint tres personæ, est tamen vnum esse propter vnitatem naturæ. Sed in Christo sunt duæ naturę, quāuis sit vna persona. Ergo in Christo non est tantùm vnum esse, sed duo.

¶ Præterea, In Christo anima dat aliquod esse corpori, cùm sit forma eius. Sed non dat sibi esse diuinum, cùm sit increatū. Ergo in Christo est aliud esse, præter esse diuinum: & sic in Christo non est tantùm vnum esse.

¶ SED CONTRA, Vnumquodq; secūdum hoc dicitur ens, secūdum quòd dicitur vnum: quia vnum & ens cōuertuntur. Si ergo in Christo essent duo esse, & nō tantùm vnum, Christus esset duo, & non vnum.

CONCLVSIO.

¶ Cùm humana natura adiuncta sit filio Dei in persona & non accidentaliter fuit tantùm vnum esse personale in Christo.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd quia in Christo sunt duæ naturæ & vna hypostasis, necesse est quòd ea quæ ad naturam pertinent in Christo, sint duo: quæ autem pertinent ad hypostasim in Christo, sint vnū tantùm. Esse autem pertinet & ad naturam & ad hypostasim. Ad hypostasim quidem, sicut ad id quod habet esse: ad naturā autem, sicut ad id quo aliquid habet esse. Natura enim signaficatur per modum formæ, quæ dicitur ens ex eo, quòd ea aliquid est sicut albedine est aliquid album, & humanitate est aliquis homo. Est autem considerandum, quòd si est aliqua forma vel natura, quæ nō pertineat ad esse personale hypostasis subsistēris, illud esse nō dicitur esse illius personę simpliciter, sed secundū quid, sicut esse albū, est esse Sortis, non inquantū est Sortes, sed inquantum est albus. Et huiusmodi esse nihil prohibet multiplicari in vna hypostasi vel persona: aliud enim est esse, quo Sortes est albus, & quo Sortes est musicus. Sed illud esse, quod pertinet ad ipsam hypostasim vel personam secundum se impossibile est in vna hypostasi vel persona multiplicari: quia impossibile est, quòd vnius rei non sit vnum esse. Si igitur humana natura aduenireț filio Dei non hypostaticè vel personaliter, sed accidentaliter (sicut quidā posuerunt) oporteret ponere in Christo duo esse: vnum quidem, secundū quòd est Deus, aliud autem, secūdum quòd est homo. Sicut in Sorte ponitur alius esse, secundum quòd est albus, & aliud, secūdū quòd est homo, quia esse album, non pertinet ad ipsum ergo in Christo essent duo esse, & nō tantùm vnum, Christus esset duo, & non vnum.

CONCLVSIO.

*¶ Cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab humanitate, seu natum esse humanitatis vt principij quo. Vnde perinde esset dicere humanitatem in Christo habere propriam existentiam, & sed illam non esse simpliciter, aut principalem existentiam Christi: sed secundariam aut secundum quid (puta in quantum est homo) & collocare humanitatem Christi in ordine formarum seu naturarum non pertinentium ad personalitatem, quibus conuenit, afferre seorsum sita singula esse: & propterea multiplicare illa in vna & eadē persona. Quum tamen euidenter in litera claruim sit, humanitatem, Christi locata esse inter spectantia ad personalitatem. Et ideo non afferre proprium esse: quia si afferret illud, multiplicaretur in vna & eadem persona esse personale: quoniā esse proprium naturæ humanæ est esse personale, est enim esse Sortis aut Platonis, &c.

¶ Ad obiecta autem in oppositum respondendo ad primum dicitur, quòd opinio illa posita in q. illa de vnione Verbi, vt tertactata cōsenda est, nisi quis adeò desipiat, vt putet doctrinam in hoc vltimo libro traditam, & in Auctoritis libris etiā prius probatam, scilicet in 3. sen. dist. 6. q. 2. & in quolib. 9. q. 2.) redorendam esset ad quæstiunculam vix cognitam inter opera Autoris, & longe

* Innocen. 14. antè factam. 'Quæ rationabilius creditur colligendo condita, inter schedulas disputationum + quàm vnquàm edita à duo Thomas: constat enim quæstionem illam de tanta re, hoc est de vnione Verbi incarnati, imperfectissimè materiam vnionis tractare: & per hoc dilonare ab aliis quæstionibus disputatis eiusdem: & rationibus multùm debilibus vti (vt patet conferenti illos articulos similibus in hoc opere) & quinque tantùm articulis rem tantam absoluere. Præ se ferunt siquidem hæc quod diximus.

¶ Ad secundum sumptum ex corpore huius articuli dicitur, quòd nihil obstat: quoniam esse personale & esse subsistēs personalium, apud Autorem idem est: & iam declaratum erat in hacmet litera hoc: quando illatum est, Christo non aduenire nouum esse personale. Vnde ly personale sumitur ibi, vt distinguitur cōtra accidentale: quia enim hæc duo tantum essendi genera in persona declarauerat: & filio Dei ex humanitate assumpta non aduenit nouum esse accidentale, sub quo subsistēs esse existentiæ claudi oportet (quoniam humana natura non nisi subsistantiale esse existentiæ secum afferret quod accidentale esset filio Dei) ideo ad differentiam huiusmodi accidētalis esse addidit ly personale: aliquin concluso nouum terminum apposuisset, & non sequeretur ex præmissis.

¶ Ad tertium sumptum ex responsione ad primum, dicitur quòd cōparatio cadit supra causas, & non supra effectum: vnitas enim personæ, & dualitas naturæ sunt causæ, vnitas vel dualitas esse est effectus. Docet ergo litera quòd quia esse ad naturam se habet vt ad principiū quo: ad personam verò se habet vt ad proprium subiectum, quod ideo magis vrget vnitas personæ ad vnitatē esse, quàm dualitas naturæ ad duo esse: ac per hoc quia causa efficaciote effectum habere debet, ponenda est vnitas, & non dualitas esse in Christo. Hic est verus & intētus litteræ: & respōsione satisfacit argumento, vt patet: & cōsonat corpori articuli, nec vllam habet dissonātiam. Et si vis etiā Grāmaticè litterā cōstruere, dispone cōstruendo ly magis, supra ly secundū dualitatē naturæ, & exponito, & ideo magis secūdum vnitatem hypostatis retinet vnitatem, quàm secūdum dualitatē naturæ habeat dualitatem, & videbis, quòd comparatio sit ad causas, non ad effectus.

¶ Ad quartum sumptum ex responsione ad tertium dicitur quod responsio ista supponit vnum singularissimum verū in prima parte habitum: scilicet quòd in solo Deo essē est naturæ proprium, ita quòd ipsius est & vt quo, & vt quod est: in cæteris nāque esse est naturæ vt quo, personæ autem, quæ est aliud quid à natura, est vt quod. Hinc enim sequitur responsio litteræ: scilicet quòd quia persona in diuinis est idē quod natura, nō est aliud esse personæ præter esse naturæ, in diuinis est idē quod natura, nō est aliud esse personæ præter esse naturæ.

Annot. ¶ Et bene nota ly præter, quia ex hoc verbo insinuat, quòd supponitur quòd esse sit naturæ. Et quum dixit, Non est aliud intēdit de illa alterate, qua persona est aliud à natura. In iis enim, in quibus persona & natura secūdum rem differūt, sicut persona est aliud à natura: ita esse personæ debitum est aliud ab esse naturæ. Aliud autem nō per positionem duorum esse, quorum vnū sit aliud ab alio, sed per alietatem (vt ita dixerim) naturalem, quia alterius naturæ est esse, quod non debetur naturæ, nisi per personam, cui primò conuenit & alterius naturæ esset esse, quod conuenit naturæ absque expectatione à persona, quod in solo Deo inuenitur. Quia igitur in diuinis persona est idem cum natura vendicante sibi esse vt proprium, ideo non est aliud esse cōueniens personæ quàm esse proprium naturæ, & ideo tres personæ nō habent nisi vnum esse, & haberēt triplex esse, sicut est ibi triplex persona, si personæ esse distinguereturur ab esse naturæ. hoc est, personæ deberetur proprium esse alterius rationis ab eo quod deberur naturæ, quādo esse est proprium naturæ. Et hunc esse intēsum sensum, videre potes, tum ex eo quòd nec in creaturis apud Autorē esse duplex ponitur, vnum naturæ, & aliud personæ. Tum ex eo, quòd non triplex, sed quadruplex esse haberent diuinæ personæ, si esse personæ esset aliud ab esse naturæ per positionē pluriū esse in persona & in natura: quia inueniretur præter esse naturæ in quo communicarent personæ, triplex esse personæ triplicium: in litera autem non nisi triplex infertur esse, si aliud esset esse naturæ ab esse personæ. Tum quia hinc satisfit argumento, quòd non est eadem ratio de vnitate vel pluralitate ipsius esse penes naturam, vel personam in Trininate, & in mysterio incarnati Verbi: quia in Trinitate esse est naturæ proprium: & ideo eius vnitatem sequitur, & non pluralitatem personarum, existēte persona idem cum natura in assumpta autem natura à Verbo, esse est proprium personæ: quia persona aliud est à natura. Sicut in cæteris hominibus esse quanuis sit à natura, non est tamen natura, sed personæ proprium: & propterea ad vnitatem personæ sequitur vnitas esse, & ad pluralitatem naturæ non sequitur pluralitas ipsius esse. Nec fatisfacret argumento, si exponeretur litera, quòd vbi persona est aliud à natura, ibi sunt duo esse, vnum naturæ & aliud personæ sed potius argumēti vis firmaretur, & cōcluderetur in Christo duo esse, vnum naturæ & personæ simul diuinæ, & aliud naturæ humanæ: quoniam persona Christi aliud est à natura humana assumpta.

Est igitur indubitè tenendum secūdum Autoris doctrinā, in Christo nullum esse actualis existentiæ subsistantialis existentiæ filij Dei: quod est æternum, & ipse Deus.

¶ Circa secundam auem quæstionem multiplex dubium occurrit primò dubitatur de præmissis, deinde de modo, quo ponitur Christus existentiam humanam habere. tertiò, de ipsa conclusione. quæ-

Eadem quæstio sequens.

tò, de sua contradictoria.

Scotus in primis in 3. sent. dist. 6. q. 2. arguit processum istū quo ad fundamentum, scilicet quòd vnum & idem est esse personæ & pertinentium ad personam: tum quo ad personam respectu naturæ, tum quo ad personā respectu partium.

Ex primo enim arguit nō sequi inter tum sic, Esse naturæ & personæ est idem, quando est in proprio subposito: quia subpositū non addit rem supra naturam, sed negationem: ergo si à natura tollatur ratio subpositi, tollēdo illas negationes, non propterea tollitur esse naturæ, sed remanet cum suo esse: ac per hoc in alia persona posita, haberet & suū esse, & esse illius personæ: non est ergo idem iudicium de natura in proprio vel alieno subposito, quo ad vnū vel plura esse.

Et confirmatur: quia sicut persona assumēs nō supplet identitatem personæ humanæ cum natura humana: ita esse personæ assumentis non supplet identitatem ipsius esse personæ humanæ & naturæ humanæ.

¶ Contra secundum verò de partibus personæ arguit: Pars aduenies toti non dat esse toti, sed recipitquia perficitur à forma totius. Quod probatur: quia si remaneret distincta sicut prius nō reciperet esse totius, sed vel haberet proprii esse, vel nullum: sed natura humana vnita Verbo nō habet rationem partis, nec istam rationem partis: quia non informatur à Verbo: sed remanet simpliciter distincta: igitur vel nullum esse habet, vel aliquod esse proprium.

¶ Contra modum, quo ponitur Christum habere esse, secūdum naturam humanam (scilicet quòd Verbū nouo modo relatiuè se habet secūdum illam) arguit: Si verbum tātum habeat respectum nouum ad naturam, & ille est respectus rationis tātùm, quum per respectum rationis non dicatur subiectum formaliter esse aliquid: ergo Verbum, inquantum homo, non erit formaliter aliquid. Consequens est contra illud extra de hæreti. quum Christus. ergo, &c.

¶ Contra conclusionem ipsam, scilicet, in Christo nullum est esse existētiæ subsistantiale creatum, arguit septrem vel octo mediis. Primò, Terminus per se generationis habet esse acquisitum per generationem: filius Dei homo, est per se terminus generationis ex matre: ergo. Si dicatur, inquit Durandus, quòd generatio terminatur ad esse diuinum, non secūdum se, sed relatum ad humanam naturam: contrà. Illud est per generationem acceptum, quod est per corruptionem mortis perditum: sed per mortem Christi non est amissa relatio Verbi ad naturam assumptam: sed esse vitale secundum naturam humanam: ergo illud non est per generationem acquisitum, sed hoc.

¶ Secundò, In Christo fuit duplex viuere, vt patet ex hoc, quòd vnum per mortem perditum: ergo in ipso fuit duplex esse. Et tenet sequela ex secundo de Anima: Viuere viuentibus est esse.

¶ Tertiò, Anima Christi creabatur: ergo habuit creatam existentiam. Probatur sequela: quia creatio terminatur ad existentiam.

¶ Quartò, Humanitas Christi est effecta & conseruatur à tota Trinitate: ergo secundum existere creatum. Probatur consequentia: quia non secūdum existere increatum. Probatur: quia nihil efficit se.

¶ Quintò, Si natura assumpta à Verbo diuinitet retur, nō oporteret acquiri sibi nouū esse per generationem nec per creationē: & tamē ipsa ex hoc quòd dimissa, non esset annihilata, nec esset ens in potētia (vt anima Antichristi ante creationē) ergo haberet aliquod esse in actu, & nō noua: quia per nullā mutationē radius, quòd habet esse nouū: ergo est corrupta. Probatur duplicitèr sequela: tū quia perdidit esse simpliciter, & acquisiuit aliud esse simpliciter. Tū quia nisi hoc sufficiat ad corruptionē simpliciter naturæ, sed requiritur q; nullum aliud esse recipiat, sequeretur quòd nō quam poterit esse corruptio sine annihilatione.

¶ Sextò, Natura Angeli posset assumi à Verbo: & illa nō potest manere eadem, nisi maneat sua existētia eadem secūdū istos: ergo nec natura humana modo possit manere eadem in Christo, nisi maneret sua existentia. Consequentia est manifesta: quia ita est intrinseca sua existentia vni sicut alteri.

¶ Septimò, Fundamentum relationis naturaliter præcedit relationē: & secūdū esse actuale, præcedit rationē relationis actualis. vnio ista fuit relatio actualis: ergo eius fundamētū præcessit naturaliter secūdū esse actuale, fundamēti illud erat ip

erat ipsa natura totalis: igitur, &c. Cōfirmatur. Prius naturaliter anima perficit corp: quàm tota natura esset nata assumi. In illa priori forma fuit act: materiæ: & per consequēs dabatur esse tibi quod non corrumpebatur per assumptionē.

¶ Octauò arguitur ex doctrina Autoris in prima parte, q. 3. artic. 5. ex proposito probatis esse non posse separari à forma: sicut nec rotunditas potest separari à circulo: quia esse conuenit formæ secundum se, sicut rotunditas circulo. Ex hoc enim arguitur sic. Esse non potest separari à forma: ergo nec ab anima Christi: igitur anima Christi habet proprium esse.

¶ A Durando quoq; in sent. dist. 6. q. 2. vltra prælegata arguitur: quia agere est etiā supposti sicut & esse, & præsupponit esse: & multiplicatur in Christo. ergo.

¶ Aureolus etiam & Ioan. de Neapoli apud Capreolum in 6. dist. tertij sent. arguunt. Ille quidem: quia esse existentiæ est actus quo formaliter essentia est esse diuinū non actuat essentiā humanā: ergo humanitas Christi vel est actuata suo esse, vel adhuc perseuerat potentialis ad essenam esse diuinū non supplet vicem causæ formalis inhærentis. Ille autem sum quia secundum Damascenum quod est inassumptibile, est incurabile. Tum quia Christus homo perfectus est, nihil minus habēs tam in diuinitate, quàm in humanitate. Et qui oppositum dixerit, plenus diaboli spiritu, seipsum gehennæ filium demonstrabit: vt Damasus dixit in Epistola recitata in lib. 9. tit. 15. Historiæ tripartitæ.

¶ Demum pro contradictoria conclusionis arguit Scotus, tenens illam. Tum quia humanitas Christi est extra causam suam: ergo habet necessariò propriam existentiam actualem sicut habet proprium esse quidditatiuum: licet non habeat propriam subsistentiam, quæ nihil positiui addit. Tum quia Verbum subsistit in natura humana, sicut suppositū in natura, propter quod propriè dicitur homo: & ideo est existens existentia huius naturæ. Sicut per oppositum: quia ergo non fuit pes meus, nec subsistit respectu pedis, sicut respectu naturæ, ideo existentia pedis mei nō est existentia mei, quāuis sit in meated ecōuerso magis pes existit per existentiā mei. Nec est, inquit Scotus, existentia humanitatis Christi existentia secundū quid, sed simpliciter, tam in se (quia est existentia de genere subsistiæ, quæ est ens simpliciter) quàm respectu Christi: quia qualis est existentia in se, tale existere dat cuicunq; existenti per ipsam, sed Verbū existit existentia ista, scilicet naturæ humanæ: ergo existit simpliciter per existentiam naturæ humanæ: & sic sunt duæ existentiæ simpliciter, non solum in Christo, sed Christi. Tum quia in Christo sunt duæ voluntates & duo velle secundum Damasc. 62. sed esse intimius seu immediatius, se habet ad essentiā, quàm velle ad voluntatem: ergo magis necesse est plurificari esse, secundum pluralitatē naturarum. Vel formetur sic, Natura vt distinguitur contra suppositum, est principium operandi, ergo est etiam principiū essendi in actu: quia esse immediatius se habet, &c.

¶ Ad euidentiam horum, non sunt alia fundamenta iaccnda, sed supra posita in litera fundamentū solidè fabricandum: quanuis enim dum non curamur de distinctione inter personam & naturam, dicamus esse actualis existentiæ, de quo est sermo esse actualitatem naturæ cuiusq; creatæ: quum tamen exactè discernitur persona à natura, dicimus (vt in hac litera habetur) quòd esse est actus naturæ, vt principij quo, persona autē vt subiecti, seu quòd habet ipsum esse. Ita quòd natura est principiū quo immediatum ipsius esse, sed non est receptiuum immediatum ipsius esse, sed mediatè personæ ita quod oportet naturam personari ad hoc vt ab ea principietur actualiter ipsum esse. Non ex defectu naturæ principiantis vt quo: sed quia deficeret susceptiuū primum ipsius esse, si non esset personata: persona enim est, cui primo cōuenit esse vt subiecto, seu quòd habet esse, seu quod est. Et si his adiūxeris, quòd natura nūquā est quod est, sed semper est quo est (inuenitur siquidem natura existens, non vt quæ existit: sed vt qua aliquis existit) perspicies duo. Vtimum, quòd ad hoc quod natura existat, non exigitur quòd ipsa actuetur per existentiā, vt subiectū actuatur per formā in eo, sed sufficit quòd ipsa sit, qua aliquis existit. Nec mirum est scientibus, quòd nō omnia non eodemq; modo sunt, sed sat est vnicuiq; entiū esse modo sibi cōuenienti fiant enim multi essendi modi. Et naturis quidē ac formis cōsonus essendi modus est, nō vt sint tanquā quod est, sed vt sint tanquā quo est: met pi* es debetur, sicut apud Peripateticos principiū est indubitatū, q; formę sunt & nō sunt absq; fui generatiōe & corruptione. Aliud est, quod qa prius natura personatur quàm existentiam propriā constituat, inimmot est persona naturæ, quàm existētiae: ac per hoc si potest præuenire, ne constituat existentiā: ordine siquidem quodam, personalitas est præuenire, ne constituat existentiā: ordine siquidem quodam, personalitas ipsius, & existentia deinde à natura cōstituitur propter antedictam rationem.

Et exhis sequitur tertiū, quòd natura carēs propria personalitate: quia præuenire ab aliena, oportet consequenter quòd careat propria existētia: si enim existentia propria nō prouenit ab ipsa actualiter, nisi in propria persona, ex hoc ipso quòd ad alienā trahitur persona, sequitur quòd ad alienā trahitur existētia: alius scilicet personæ præuenientis ipsam. Et tursus, si existētia non debetur naturæ, vt quod est, sed vt quo est, personæ autē vt quod, ex hoc ipso quòd natura trahitur ad alienā personā, vt sit quo est: sequitur quòd sufficienter cōsequuta est existentia: quia consequuta est existentiā illius personæ, modo conueniēti ipsi naturæ, scilicet vt quo: hoc enim ipsum, quod est, naturā aliquam esse vt naturā ali cuius personæ actu existentis, est natura illa existere, sicut persona illa sit consti tuta per illā naturā, siue non. Sicut igitur in Christo (vt interius patebit) vnā tantum fuit subiectiū relationē realem ponimus ex defectu subiectiuitatis in Christo ex de fectu subiecti primi vnū tantùm esse ponimus. primum enim substantialis existentiæ subiectiū est persona. Repugnat autē diuinæ personæ existentia creata du plici ratione. Prima est ex diuinitate quia diuina persona nō potest recipere in se creatū aliquid. Secunda est ex cōmuni ratione personæ: quia personæ vnius nō est nisi vnū esse substātiale. Et hæc ratio in litera ponitur. Quocirca quia humanitas Christi præuēta est in mysterio incarnationis, vt propriā non sortiretur personalitatē, sed ad personalitatem Verbi assumpta est: ideo quasi impedita est à proprio esse, & est sortita esse personæ diuinæ, ex hoc ipso, quòd est diuinę personæ natura dicta de illa in quid. Habet enim ex hoc suum essendi modum, scilicet esse vt quo. natura enim persona est vt quo, nec plus sibi debetur.

¶ Ad primā ergo obiecta contra fundamentū processus, quia idem est esse naturæ & personæ, respondetur, præmittendo tamen, quod fundamentū (vt dictum est) quidem identitas ipsius esse respectu naturæ & personæ: sed non sola identitas, sed adiuncta modi diuersitate respectu vtriusq;: quia scilicet illud idem esse est naturæ, vt quo: personæ vt quod. Ex identitate enim esse cum hac modi diuersitate, procedit litera, vt patet. Sed Scotus contra, solam identitatē affert pro causa, & hoc est primum, in quo argumentum deficit. Verumtamen quia identitas quoq; causa est, respondetur quod talis ratio redditur, quate esse est vnū vtriusq; quoniam (scilicet non differunt re aliquā: quoniā, vt patet ex superius dictis, personæ addit rem aliquam supra naturam: addit enim terminationē ipsius. Vnde argumentum Sco. assumit & non causam pro causa, & falluit. Vera autē causa est, quia esse vnicuiq; rei sufficit suo modo: propterea enim personæ & personalitas omnibus sufficit vnum esse: quia eodem esse persona est, vt quod, personalia vt quo, vel secundum quod, vel alio simili modo.

Et per idem patet: responsio ad confirmationem: non oportet enim personam supplere identitatem cum natura, sed sufficit quòd suppleat personalitatem illi: natura, ex hoc enim, quòd Verbum supplet humanitatis personam, suppleat etiam illius esse: quia hi ipsum quod est humanitas, ac per hoc humanitas existit, vt quo est, scilicet, quæ est humanitatis quod est.

¶ Ad obiecta verò eiusdem, contra vnum esse partis & personæ, respondetur quòd li vis fiat in verbis, assumitur non causa vt causa: non enim ideo pars est contenta ipso esse totius, quia perficitur per formam totius: sed quia spectat ad integritatem totius. Ex hoc enim fit, vt sic contenta modo essendi congruo ac debito integrantibus personam: scilicet vt existat, ac per existere totius, ex hoc ipso, quòd totius integratiua sunt. Et proportionaliter in proposito dicitur quòd quia humanitas Christi pertinet ad personalitatē Christi: quia est assumpta qua si ad integritatem personę Christi (non quasi suppleat defectum aliquem in persona Christi, sed vt sit persona Christi persona illius humanitatis) ideo humanitas Christi non dat nouū esse Christo: sed contenta est consono sibi essendi modo, vt scilicet existat ex hoc ipso, quòd est natura Christi.

¶ Ad probationem autem: quia si pars maneret distincta à toto, vt prius, & cætera, dicitur quòd ista conditionalis non probat probandum: quoniam cum ipsius veritate stat falsitas eaulalis assumptæ, quæ negata est. Veruntamen ad rem dicendo non faciendo vim in verbis, respondetur quòd si pars remaneret distincta & omnino diuersa à toto: dum tamen esset toti vnita pars personalitet, non afferret nouum esse, sed existeret per esse sui totius. Et in proposito humanitas Christi non sic aduenit personæ diuinæ, vt sit distincta ab illa sicut prius: sed est indiuisa à persona secundū esse personalē: ita quòd non est sicut pars separata, sed est sicut pars coniuncta secundū esse subsistiale, est enim assumpta ad personalitatē positiuā verbi Dei. Et ex hac personalitate cōmuneata humanitati Christi, perfecta est humanitas illa, multò plus, quàm quæcunq; pars perficiatur per hoc, quòd aduenit suo toti, acquisiuit enim perfectionem infinitā, acquirendo personalitatē infinitam. Quo fit, vt quia humanitas Christi non remanet distincta, sed indistincta secundum esse substantiale à Verbo: consequens fit, vt nō det Verbo nouum esse, sed ipsa fit per esse infinitum ipsius Verbi.

¶ Ad obiecta deinde eiusdem Scoti contra modum, respondetur, quòd ex malo intellectu litteræ procedit: interpretatur siquidē arguens, Autorem dicere, inter Verbum & naturam humanā non esse coniunctionē nisi relatiuam relatione rationis ex parte Verbi: & ideo arguit, Si tantum habet relationē, &c. Hic autem sensus longè est à nobis, plus quàm terra à cælo: quoniā secundū doctrinam Autoris sæpe repetitam, inter Verbum & humanitatem assumptam est coniunctio substantialis, quam comitatur vnio relatiua. Sed quia coniunctio ista substantialis non est secundum nouum esse ipsius humanitatis, sed secundū æternum esse ipsius Verbi: ideo Autor ad excludendā acquisitionem noui esse, dicit quòd sibi aduenit sibi nova relatio: & non dixit hoc ad excludendā coniunctionē substantialē secundum personalitatē & illius esse, vt clarè patet in litera. Quin potius cùm dictio exclusiua non excludat à concomitantibus nec fundamentū à relatione, ponendo solùm nouam relationem acquiri, intelligitur præacquiri nouam fundamentum illius, quod est personalis coniunctio, super qua fundatur relatio nouæ personæ ad naturam. Vnde patet argumentum totaliter ruere.

¶ Ad obiecta contra conclusionem respondendo ad primum Scoti dicitur, negādo Maiorem ad sensum Argentis: generationis enim terminus habet esse nouiter acquisitum, vel antiquum nouo modo se habens.

¶ Vnde ad obiectionem Durandi contra hanc responsionem, dicitur, quòd si Maior intelligatur cum præcisione, falsa est: nam licet illud per generationem fit acceptum quod est per corruptionem mortis amissum non tamen illud præcisè. Sed si ad terminum formalem generationis propositio restringatur, concedatur: sed terminus formalis est natura, vel anima in corpore: & per mor em hu manitas ipsa corrupta est per separationem animæ à corpore. Quanuis etiā dici possit, falsam esse Minorem: quia definente per mortem humanitate Christi, quæ est ipsa natura humana resultans ex partibus vnitis, oportuit quoq; definere vnionem Verbi ad illam secundum se quamuis remanserit ad illam secundū vtrunq; sui partem, animam scilicet & corpus.

¶ Ad secundum Scoti dicitur, quòd verbum Philosophi verum est de viuere essentiali & de esse essentiali: viuere enim est esse essentiale. Et hoc in Christo duplex fuit: & vnum eorum quod in coniunctione animæ & corporis cōsistit, corruptum est per mortem, & non intelligitur de esse actualis existentiæ.

¶ Ad tertium dicitur, negādo sequelā: & ad probationem, quòd creatio terminatur ad xem, quæ creatur sub existentia nous simpliciter vel illi rei, quæ creatur. Et sic anima Christi creata est, vt existat existētia nous sibi nō noua simpliciter.

¶ Ad quartum dicitur, quòd humanitas Christi effectiuè conseruatur, & facta est à tota Trinitate secundum esse existētiæ increatum communicatum sibi. Nec sequitur quòd Deus efficiat ideo se, aut suum esse, sed quòd effecerit, & conseruet se & suum esse communicatum humanæ naturæ personaliter.

¶ Ad quintū dicitur, quòd si humanitas Christi dimitteretur à verbo, fortiretur nouam personalitatē & nouam existentiam non per aliquam nouam actionē, sed per antiquā actionem, qua à principio effecta fuit. Illa enim actio tanquam impedita à completione proprij effectus, ob præsentiā personalitatem Verbi non est hactenus consequuta effectum propriæ personalitatis & propriæ existētiæ. Modò autem dimissio ipsa esset tanquam remota prohibenti: & sic fortiretur effectum nouæ personalitatis & noui esse. Et probatur sic esse dicēdum: quia perinde se haberet humanitas dimissa, ac si non fuisset assumpta: sed constat quòd si non fuisset assumpta, ex sua generatione proprium personalitatem & propriā existentiam habuisset: igitur si dimitteretur, acquireret propriam personalitatē & propriam existentiam à generante, per se loquendo, & à dimittente per accidens, tanquam à remouente prohibens. Et per hoc patet ad formam argumenti, quòd haberet esse nouum per nouam mutationem: licet per accidens, tanquam remotionem prohibentis, & per antiquam per se, soluto impedimento: sicut grauc impeditum mouetur à generante per se à remouente prohibens per accidēs. Habet enim à generante humanitas plus ad personalitatem propriam & propriam existentiam, quàm graue ad motum deorsum, quum illa scipsa ad hoc tendat intimè: hoc autem per grauitatem & extrinsecè. In cuius signum illa per solam omnipotentiam diuinam potest impediti: hoc autem à naturalibus & voluntariis impediri passim.

¶ Ad obiectionem autem Durandi dicitur, quòd talis dimissio esset nōnulla corruptio: quoniam corrumperetur humanitas non in se, sed secundū esse coniunctum Verbo, & perderet duo, scilicet personalitatem diuinam sibi, & existentiā diuinam sibi: & acquireret personalitatem propriam, non solùm sibi, sed simpliciter: & similiter existentiam propriam & sibi & simpliciter, sic esset secundum rem. Ad rationes autem terminorum spectando, dicitur quòd corruptio simpliciter naturæ composite (qualis est humanitas Christi) non autēditur penes esse actualis existētiæ, sed penes esse essentiæ. Quod ex eo clarè patet, quòd humanitas Christi per mortem corrupta est, ex hoc quòd anima separata est à corpore.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et in hoc omnes conueniunt, quanuis secundum Autorem & multos, nullã esse actualis existentiæ fuerit per Christi mortem corruptum. Quam igitur ex perditione esse corruptio simpliciter infertur, nisi sit sermo de esse essentiæ, aut de esse, vt includit esse essentiæ, negetur sequela. Et per hoc patet quòd sublunctapro bationi nihil valet dicendo, Si non sufficit perdere vnum esse existentiæ, & acquirere aliud, sed oportet etiam nullũ aliud acquirere, ergo annihilatio. Stat enim quòd perdat vnum, & nullum aliud acquirat, & non annihiletur, sed corrumpatur per expolitionem materiæ ab illa forma. Si enim in ipsa dimissione humanitatis à Christo, anima illa separaretur à corpore, tunc humanitas Christi perderet vnum esse, & nullum aliud acquireret, quia non esset, & tamen non annihilata esset: quia remaneret, & materia cum forma exdauerit, & anima intellectiua cum noua existentia modo præexposito.

¶Ad sextum Scoti negatur, quòd apud nos natura Angeli non esset eadem nisi sit eadem existentia.

¶Ad septimum conceditur, quòd fundamentum est prius secundum actualem existentiã relatione, & in proposito, dicimus enim quòd humanitas Christi fuit prius existens, quàm relata ad Verbum. Sed negatur sequela ista, Fuit existens, ergo propria existentia: stat enim quod fuerit existens existentia Verbi. Et hæc responsio satisfacit omnibus argumentis, quæ fiunt de agere, quòd supponit existere: & de accidentibus, quòd supponunt subiectum existere, & similibus: conceditur enim semper, quòd hæc omnia in Christo supponunt humanitatem existere: sed ab existentia ad existentiam propriam, non valere constat argumentum: stat enim quòd præexistat existentia communicata sibi ex personalitate Verbi sibi communicata.

¶Ad confirmationem dicitur, quòd anima Christi informabat corpus, & dabat ei esse animatum: esse dico essentiæ essentialiter, siquidem constituebat animatum corpus, non autem esse existentiæ propriæ, sed antequam daret hoc, præuenta fuit ex assumptione ad personam Verbi.

¶Ad octauũ ex doctrina Autoris dicitur, quòd doctrina Autoris intelligitur de separabilitate naturali, quòd scilicet impossibile est naturaliter formam separari à suo esse. Et ex hoc concluditeñaciter formas subsistentes per se absq; materia, esse incorruptibiles: anima autem Christi absque proprio esse est diuinæ omnipotentiæ præuentione. Nec obstat exemplum de circulo & rotunditate: quia exempla & similia non currunt in omnibus. Et sic igitur pars exactam responsionem ad singula, dicito quòd hæc propositio, Formæ conuenit per se proprium esse, potest intelligi dupliciter. Primo quod per se conueniat formæ vt principio: & sic est verased quia perfectus principij est impedibilis per superiorem causam, ideo cum hulus propositionis veritate, stat quòd in Christo anima præuenitur à proprio esse, cuius per se esset principium. Alio modo intelligitur, quòd per se conueniat formæ vt principio & subiecto, sicut propria passio conuenit subiecto proprio. Et sic hæc propositio non est vera, nisi de forma, vpria personalitate seu substantia terminata, qualis non est anima Christi: quæ non nisi per Verbum subsistit. Vnde Autor ibi ex prima propositione, Formæ inquantum forma, subsumpta secunda de forma per subsistente, concludit Angelos incorruptibiles. Et verè sic etiquia implicat formam per se subsistere absque proprio esse, non minus quàm circulum absque rotunditate inueniri.

¶Ad Durandum dicitur, quòd licet esse & agere conueniant in hoc, quòd vtrumque est suppositiuum: tamen diuersimodè sunt suppositi: ideo non est similis de illis ratio quo ad vnitatem vel pluralitatem. Esse enim est suppositi immediatè vt subiectingere autem non suscipitur in supposito, nisi mediante natura & potentia eius: & idcirco agere multiplicatur cum pluralitate naturæ: esse verò vnum est cum persona vna.

¶Ad Aureolum dicitur, quòd esse existentiæ non actuat essentiam nisi terminatam, hoc est personatam seu per se subsistentem: & quia humanitas Christi non est terminata propria personalitate, seu personalitate Verbi, ideo non cõuenit sibi actuari per existentiam. Et hæc intellige, loquẽdo de Actuare & Actuari per modum inhæsionis. Nam si de Actuare & Actuari infra totam latitudinem suorum modorũ sermo sit, non est remotum à Philosophia diuina, Deum posse actuare rem creatam. In cuius signum diuinam essentiam esse actum cuiuslq; intellectus videntis ipsam, & Theologi & Philosophi fatentur. Quum ergo naturã humanã in Christo ex diuina personalitate & esse diuino perhci fateamur, non est absonum fateri etiam, quòd actuatur aliquo etiã modo per personalitatẽ, & esse diuinum. Quocirca quum dicitur, aut est actuata proprio esse, aut persenerat potentialis ad proprium esse, dicitur quòd propriè loquendo, vtraq; pars disiunctiuè est falsa: quonjam ex assumptione ad diuinum, esse perfecta est potentialitas ad existentiam longè excellentius, quàm fuisset perfecta per proprium existentiam: sicut posse personari in propria persona, longè excellentius perfectum est per personam Verbi, quàm fuisset perfectum per propriam personalitatem. Et quia potentiæ perfectio actuatio, vocatur: ideo dicere potes, quòd potentia ad propriam existentiam est actuata non per proprium, sed per diuinum esse, longè excellentius & perfectius, quàm fuisset actuata per proprium esse. Et ideo nõ remanet humanitas Christi potentialis, hoc est in statu potentiali ad propriam existentiam, ad quem statum rediret, si dimitteretur à Verbo cessante tã excellenti actuatione: prohibens o naturam ab imperfectioribus sibi propriis & connaturalibus, personalitate scilicet & existentia propria.

¶Ad Ioannem de Neapoli dicitur, quòd vtraq; autoritas cũ sibi similibus loquitur de naturalibus, vt distinguitur contra personalia: ita quòd Christus habuit omnia hominũ naturalia, non personalia. & quod de naturalib⁹ est inassumptibile, est incurabile: secus est de personalibus. Probatur hæc glosa ex fidei catholicæ sententia, dicentis in Christo non esse personam nisi diuinam: non est ergo in Christo personalitas humana: quamtamen constat in reliquis hominibus inuenire. Idem est autem iudicium de personalitate & proprijs personæ, vt distinguitur contra naturam. Aut igitur dicant illi personas nostras esse incurabiles, quia persona est inassumptibilis, & similiter Christum non perfectum hominẽ, quia caret personalitate humana: quorum vtrumq; alienum esse à veritate constat. Aut vniuersaliter sic fateantur, quòd non de personalibus hominis, sed de naturalibus est sermo, quum Christus perfectus homo dicitur, & assumptisile omnia humana & similia. Attestante hoc symbolo Athanasij, explicante, natura ha sufficere ad hoc, quòd Christus sit perfectus homo, dum dicit de Christo, Perfectus homo ex anima rationali & humana carne subsistens.

¶Ad obiecta demum Scoti pro contrarsta positione, respondendo dicitur ud primum, quòd consequentia nihil valet: quia esse actualis existẽtiæ, realiter distinguitur ab esse essentiæ seu quidditatiuo. Et diuina præuentione factũ est, vt humanitas Christi extra causam suam actu sit per existentiam Verbi, & non per propriam. Vbi aduerte pro clariori intellectu, quòd non est imaginandum (vt isti putant) quòd additio partis ad personam, sit velut additio quanti ad quantũ, siue per modum continuationis, puta quum aqua aquæ continuatur: vbi ex duabus quantitatibus partialibus fit vna totalis quantitas, partialiter inhærés partibus subiecti aquæ siue per modum aggenerationis, puta quum alimentum auget hominem, qui assitur ex illo: vbi non remanet quantitas cibi potũsq; alentis: sed sic adiungitur alito, vt subinduat quantitatẽ ipsius, qui alitur, extẽdente illã animã vt in secundo de anima dicitur. Nam si oculus aduenirer de nouo Sortí, neq; essentialiter proprium partialem adiungeret existentiæ Sortis, quã existentia Sortis sit indiuisibilis, non extensa per se aut per accidens: quia de genere est immaterialí, vtpote propria animæ intellectiuæ, quæ inextẽsa est omnino in corpore. Nec aduenies oculus subinduceret existentiã Sortis, tanquam formã ad se extensam per Inhæsionẽ sibiua quòd existentia Sortis inciperet inhærere oculo nouo: quoniã huiusmodi inhæsio non debetur parti: sed sufficienter prouisum est parti de existentia in hoc ipso, quòd est pars personæ existentis. Nec videmus intelligibile, quòd secus possit esse: quomodo nõ; existentia indiuisibilis porta alicui, intelligetur actuare quanrũ aliquod, seu etiam non quantũ adiunctũ, nisi mediante illo, cui est propria? Et quia idẽ est iudiciũ de oculo aduenieñte de nouo & oculo cõgenito, & de hac & reliquis partibus, ideo humanitas Christi, quasi pars quædã est personæ Verbi (quia ad personalitatẽ proprium Verbi assumpta est) inuenitur sufficienter posita extra causam suam existens absq; propria existentia, & absq. hoc, quòd actuetur per informationem inhæsuam ab existentia Verbi, sibi enim non debetur existentia nisi per personam, cuius est.

¶Ad secundum dicitur, quòd ex hoc, quòd Verbum subsistit in natura humana, sicut suppositum in natura, non sequitur quòd existat per existentiã illius naturæ: sed bene sequitur econtra, quòd natura illa subsistat per existentiam Verbi. Ad probationem autem ex opposito de pedis existentia, dicitur quòd peccat secundum non causam vt causam. Neq; enim, quia Christus est homo, causa est quòd existat humana existentiainem: quia non est pes, causa est quòd non existat existentia pediseed ratio propria est, quia persona soli debetur esse, vt subiecto quod est. Ad id verò quod subditur de qualitate existentiæ humanæ in Christo, scilicet quòd est existentia simpliciter & in se & Christo: non oportet aliter respondere, quoniã negata in Christo existentia humana, vana est disputatio de qualitate existentiæ humanæ in ipso. Ad tertium dicitur, negando sequelam esse est intimius seu immediatius. ergo magis multiplicatur. Melius tamẽ dicitur, quòd intimius seu immediatius alicui dupliciter, vel vt principio, vel vt subiecto. Et sic dicitur, quòd esse est intimius naturæ vt principio, quàm velle volũtarie: velle est immediatius voluntati vt subiecto, quàm esse naturæ vt subiecto: quia esse non naturæ, sed personæ est, vt subiecti proprii: velle autẽ est voluntatis vt proprij subiecti. Et propterea non sequitur, quòd si velle plurificatur ad pluralitatẽ voluntatum, quòd esse plurificetur ad pluralitatem naturarum.

Ad vltimam formationem argumenti, concedi potest totum, & dici quòd ex defectu naturæ immediatæ principantis esse, sed ex defectu susceptibilis: scilicet personæ propriæ sit, vt natura non principiet actualiter actum essendi: & principier actualiter actum operandi: quia non deest proximum susceptibile operationis. Concede ergo, quòd natura, vt distinguitur contra suppositum, est principium & operandi & existendi. Sed negetur sequela implicita. ergo actualiter principiat existere in Christo, sicut actualiter principiat operari: quia natura, vt distinguitur contra suppositum, est non solùm principium, sed etiam susceptibile proximum operandi: sed existentiæ est solùm principium, & non est susceptibile proprium. Natura enim humana est principium existendi personæ propriæ, vt proprio subiecto, quæ in Christo non est: & ideo non principiat existentiam in Christo, sed operandi est principium sibi ipsi vt proprio subiecto. Distinguendo naturam contra suppositum, vt dictum est. Et ideo in Christo principiat proprium operari: & propterea operari multiplicatur secundum naturas esse autem non.

¶Attende diligenter & caute nouitie, quòd ista decisio pẽder ex duabus quæstionibus communibus. Altera est, An existentia & essentia distinguantur realiter. Altera, An existentia substantialis sit personæ vt propria susceptiua, an cõmunicabilis vel naturæ. Præsupponit enim doctrina ista, & esse aliã rem esse ab essentia & esse deberi personæ vt proprio subiecto. Et quoniam variæ sunt opiniones circa hæc, quã de Christi existentia humana quæstio est, noli hæc intelligere quasi sint fidei. Noli pertinax esse in cõclusione, nisi euidentiam prius habeas de communibus quæstionibus, sed vt rationabilia ac consona hæc amplectere.

In eodẽ art. 2. q. 17. In respõsione ad secundũ, intellige perspicacius, quòd quia vnio diuinorum humanorũq; in Christo est in persona & non in natura cõuenerunt nanq; diuina & humana in vnam personam, non in vnam naturam: ideo quum auditi: quòd esse diuinũ, sadum est esse hominis, quia natura humana assumpta est in vnitatem personnæ, distinctionem de ipso esse in communi penetra, quatenus ipsum esse est vel personæ vel naturæ. Quanuis enim vnum idémq; sit esse naturæ ac personæ: alia tamen ratione est naturę, & alia personę nam naturæ est vt principij, personæ vt susceptiui, vt dictum est. Quocirca cõuenire inesse, quatenus est naturæ, est conuenire ad integritatem principij ipsius esse: hoc est, fieri partes naturæ, quæ est principium essendi. & sic materia & forma conueniunt in vno esse, vt esse est naturæ. Conuenire autẽ in vno esse, quatenus est personæ: est conuenire seu spectare ad integritatẽ personalium: & sic caput & pedes & reliquę partes, & natura ipsa ed suis partibus conuenitic in esse, vt est personæ. Vnde pater quòd esse diuinũ, non quarenus est naturæ, cõmunicatũ est humanitati Christi: quoniam constat humanitatẽ Christi non concorrere cum deitate ad integrandũ quasi principium ipsius esse. Sed est communicatum vt est personæ: quoniam humanitas Christi assumpta est ad personalitatẽ Verbi: ita quod est de numero spectantiũ ad personalitatẽ filij Dei, modò nostra intelligentiã excedente. Et propterea non sequitur, quòd vnio sit facta in natura, nec quòd vnio sit facta cum Patre & Filio: communicatum siquidem est humanę naturæ esse diuinum non vt est naturæ, neo vt est cuiuscunq; personæ diuinæ, sed vt est personæ Filij: quia assumpta est ad personalitatem Filij tantùm.

¶In respõsione ad quartum eiusdem articuli, habes claré respõsionẽ de effectu formali intrinseco, quem formam oportet ponere in sua materia, quod est esse essentiæ. Ita quòd forma substantialis dat materiæ substantiale esse essentiæ: constituendo substantiæ naturã seu essentiam completã: & similiter anima dat esse animati (quod alio nomine dicitur esse viuum) constituendo essentiam viuam seu animatã. & sic de aliis. In hoc enim consistit effectus formalis: à quo nõ potest separari etiã per intellectum forma in materia. Et si non intelligis formæ ad posteriorẽ processum, non habes adhuc (vt in litera dicitur) illud quod est: sed solo modo naturã: quia aliquid est quæ scilicet est essendi principium, non subiectũ. Et ideo ex hoc quòd forma seu anima necessariò dat esse corpori, nõ habetur quòd esse sit naturæ & subiecti quod, sed quia constituit naturam, quæ est quod reliquit subsequuntur illud quod est quod: & ideo esse est personæ in ordine ad naturam, &c. vt prædeclaratum fuit. Superius quoque, quum tractatum fuit an corpus mediante anima assumptum fuerit declaratum est quod in calce huius responsionis subditur, scilicet quòd anima in formando corpus, id quæ in esse perfecto constituendo naturam humanam, est causa habitudinis Vnionis humanæ naturæ ad Verbum.

¶Super

¶Super Quæstionis decimaoctauæ Articulum primum.

Cõment. Tvlius clatus est.

¶In corpore duo fiunt, primò recitatur erronea positio tenentium partem negatiuam: secundò respondetur secũdum veritatẽ.

Quo ad primũ refertur, ¶ in hac communẽ cõclusione multi erranres conuenerũt, scilicet in Christo, nõ sunt duæ volũtates. Quadritariã autem hi diuisi sunt. Apollinaris enim ex negatione animæ intellectiuæ in Christo, negat voluntatẽ humanã. Eutliices ex vnitate naturæ compositæ, vnam quoq; voluntatem ponit. Nestorius solã creatam naturam in Christo ponens, vnitam Deo secundum conformitatem affectus, negat diuinam voluntatẽ in Christo. Macharius autem ex negatione proprij motus in humanitate Christi voluntatem humanam in Christo negauit. Vbi vides quòd omnes conueniunt in negatione duarum in Christo voluntatũ, dum aliqui diuinam, aliqui humanam à Christo tollunt: aut vtranq; tolleres cogũtur, & ponere vnam tertiam naturæ compositæ. Sed de Macharij positione nõ satis liquet, de voluntate, quæ est naturalis potẽtia, sed de volũtate, hoc est actu volendi: quoniã non negat potentiam, sed motum proprium humanę naturę in Christo. Verum quia frustra fuisset volũtas sine vllo velle semper, ideo dicitur quòd negauit humanam in Christo voluntatem.

¶ Quo ad secundum respondetur affirmatiuè. In Christo sunt duæ voluntates, diuina & humana. Probatur duplicter. Primò autoritate symbodi, quæ propter hulusmodi errores exterminandos hoc determinauit. Secundo ratione talí: Filius Dei assumpsit naturam humanã perfectam: & nihil illi proderat defectio de perfectione naturæ diuinæ: ergo habet duas voluntates, diuinã scilicet & humanã. Probatur consequẽtia, pro prima qui de parte: quia ad perfectionem humanæ naturæ pertinet voluntas, quia est naturalis illius potentia, sicut & intellectus. Pro secunda verò parte: quia ad diuinam naturam spectat voluntatem habere: vt ex dictis in Prima parte hic ambo patent.

Annot. ¶ Responsiones argumentorum non exposítione, sed annotatione egent. Et secunda specialiter responsio applicata est ad diuersas & valde multas quæstiones, in quibus est sermo de instrumentis: & specialiter

QVAESTIO DECIMA octaua, De pertinentibus ad unitatem in Christo quantum ad uoluntatem, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de vnitate quantùm ad voluntatem.

¶Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primò, vtrùm in Christo sit alia voluntas diuina, & alia humana.

¶ Secundò, vtrùm in humana natura Christi, sit alia voluntas sensualitatis, & alia rationis.

¶ Tertiò, vtrùm ex parte rationis fuerint in Christo plures voluntates.

¶ Quartò, vtrùm in Christo fuerit liberum arbitrium.

¶ Quintò, vtrùm voluntas humana Christi, fuerit omnino conformis diuinæ voluntati in volito.

¶ Sextò, vtrùm in Christo fuerit aliqua contrarietas voluntatum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm in Christo sint duæ voluntates.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo non sint duæ voluntates, vna diuina, & alia humana. Voluntas enim est primum mouens & imperans in vnoquoque volente. Sed in Christo primum mouens & imperans fuit voluntas diuina: quia omnia humana in Christo mouebantur secundum voluntatem diuinam. Ergo videtur quòd in Christo non fuerit nisi vna voluntas, scilicet diuina.

¶Præterea, Instrumentum non mouetur propria voluntate, sed voluntate mouentis. Sed natura humana fuit in Christo, sicut instrumentum diuinitatis eius. Ergo natura humana in Christo non mouebatur propria voluntate, sed diuina.

¶Præterea, Illud solum multiplicatur in Christo quod pertinet ad naturam. Voluntas autem non videtur ad naturam pertinere: quia ea quæ sunt naturalia, sunt ex necessitate. Quod autem est voluntarium, non est necessarium. Ergo voluntas est vna tantùm in Christo.

¶Præterea, Damas. dicit in 3. lib. quòd aliqua liter velle non est naturæ, sed nostræ intelligentiæ, scilicet personalis. Sed omnis voluntas est aliqualis voluntas: quia nihil est in genere quod non sit in aliqua eius specie. Ergo omnis voluntas ad personam pertinet: sed in Christo fuit, & est vna tantum persona. Ergo in Christo est vna tantùm voluntas.

¶SED CONTRA est quod Dominus dicit Luc. 22. Pater, si vis, transfer calicem istum à me: veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Quod inducens Amb. ad Gratianum Imperatorem dicit, Sicut susceperat voluntatem meam, suscepit tristitiam meam. Et super Luc. dicit, Voluntatem suam ad hominem rettulit, Patris ad diuinitatem: voluntas enim hominis est temporalis, voluntas diuinitatis æterna.

CONCLVSIO.

¶ Cùm filius Dei humanam naturam perfectam assumpserit, & per hoc nihil diuinæ eius naturæ ademptum fuerit, duas in ipso voluntates fuisse necessarium est, diuinam scilicet & humanam.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidam posuerunt in Christo esse vnam solam voluntatem: sed ad hoc ponendum diuersimodè moti esse videntur. Apollinarius enim non posuit animam intellectualem in Christo: sed quòd Verbum esset loco animæ, vel etiam loco intellectus. Vnde cùm voluntas sit in ratione (vt Philosophus dicit in 3. de Anima) sequebatur quòd in Christo non esset voluntas humana: & ita in eo non esset nisi vna voluntas. Et similiter Euthices, & omnes qui posuerunt vnam naturam compositam in Christo, cogebantur ponere vnam voluntatem in eo. Nestorius etiam, quia posuit vnionem Dei, & hominis esse factam solùm secundum affectum & voluntatem, posuit vnam voluntatem in Christo. Postmodum verò Macharius Antiochenus patriarcha, & * Ciprus Alexandrinus, & Sergius Constantinopolitanus, & quidam eorum sequaces, posuerunt in Christo vnam voluntatem, quanuis ponerent duas naturas in Christo secundum hypostasim vnitas: quia opinabantur quòd humana natura in Christo nunquam mouebatur proprio motu, sed solùm secundum quòd erat mota à diuinitate: vt patet ex epistola synodica Agathonis Papę. Et ideo in sexta Synodo apud Constantinopolim celebrata, determinatum est oportere dici, quòd in Christo sint duæ voluntates. Vbi sic eligitur: luxta quod olim Prophetæ de Christo, & ipse nos erudiuit, & sanctorum Patrum nobis tradidit Symbolum, duas naturales voluntates in eo, & duas naturales operationes prædicamus. Et hoc necessarium fuit dici. Manifestum est enim quòd filius Dei assumpsit humanam naturam perfectam: sicut suprà ostensum est. Ad perfectionem autem humanæ naturæ pertinet voluntas, quæ est naturalis eius potentia, sicut & intellectus: vt patet ex his quæ in Prima parte dicta sunt. Vnde necesse est dicere, quòd filius Dei humanam voluntatem assumpserit in humana natura. Per assumptionem autem humanæ naturæ, nullam diminutionem passus est filius Dei in his quæ pertinent ad diuinam naturam: cui competit voluntatem habere, vt in Prima parte habitum est. Vnde necesse est dicere, quòd in Christo sint duæ voluntates, vna scilicet diuina, & alia humana.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quicquid fuit in humana natura Christi, mouebatur nutu voluntatis diuinæ. nõ tamen sequitur quòd in Christo non fuerit motus voluntatis proprius naturæ humanæ: quia etiam aliorum Sanctorum piæ voluntates mouentur secundum voluntatem Dei qui operatur in eis velle & perficere: vt dicitur Philip. 2. Licet enim voluntas non possit interius moueri ab aliqua creatura: interius tamen mouetur à Deo, vt in Prima parte dictum est. Et sic etiam Christus secundum voluntatem humanam, sequebatur voluntatem diuinam: secundum illud Psal. Vt facerem voluntatem tuam, Deus meus, volui.

Cõment. 10 Vnde Aug. dicit contra Maximinum, Vbi dixit Filius Patri, Non quod ego volo, sed quod tu vis, quid te adiuuat, quòd tua verba subiungis, & dicis, Ostendit verè suam voluntatem subiectam suo genitori: quasi nos negemus hominis voluntatem, voluntati Dei debere esse subiectam?

¶Ad secundum dicendum, quòd proprium est instrumenti, quòd moueatur à principali agente: diuersimodè tamen secundum proprietatem naturæ ipsius. Nam instrumentum inanimatum, sicut securis aut serra, mouetur ab artifice per solum motum corporalem. Instrumentum verò animatum anima sensibili, mouetur per appetitum sensitiuum: sicut equus à sessore. Instrumentum verò animatum anima rationali, mouetur per voluntatem eius: sicut per imperium domini mouetur seruus ad aliquid agendum, qui quidem seruus est sicut instrumentum animatum: vt Philosophus dicit in 1. Politico. Sic ergo humana natura in Christo fuit instrumentum diuinitatis, vt moueretur per propriam voluntatem.

¶Ad tertium dicendum, quòd ipsa potentia voluntatis est naturalis, & consequitur naturam ex necessitate. Sed motus vel actus huius potentiæ (qui etiam voluntatis dicitur) quandoq; quidem est naturalis & necessarius, puta respectu felicitatis: quandoque autem ex libero arbitrio rationis prouenies, & non necessarius neque naturalis (sicut pater ex his, quæ in Secunda parte dicta sunt) & tamen etiam ipsa ratio, quæ est principium huius motus, est naturalis. Et ideo præter voluntatem diuinam, oportet in Christo ponere voluntatem humanam: non solùm, prout est potentia naturalis, aut prout est motus naturalis, sed etiam prout

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ super Quæstionis decimæoctauæ Articulum secundum.

Annot. TItul⁹ singularis est nō quærit⁹ de appetitu sensitiuo, vt sic, sed de appetitu sensitiuo, vt habet rationē voluntatis: nō simpliciter & absolutē. sed talis, hoc est sensitalis: tuto autem ratione tituli huius fuisse euangelica verba, quib⁹ motus appetitus sensitiui velle vocatur cùm dicitur, Veruntamē non sicut ego volo.

Cōment. ¶ In corpore art. vnica est cōclusio: In Christo fuit voluntas sensualitatis, seu sensualitas dicta voluntas participatiuè. Probatur primò: in Christo fuit sensualis appetit⁹, secundò, quòd ille fuit voluntas per participationem. Primò probatur, Filius Dei assumpsit naturā humanam cum omnibus pertinētibus ad ipsius naturæ perfectionē: ergo assumpsit cum ea omnia quæ pertinent ad perfectionem naturæ animalis: ergo assumpsit sensitalitatē. Prima cōsequentia probatur: quia humana natura includitur natura animalis, sicut in specie includitur genus. Secunda autem probatur: quia appetitus sensitiuus, q̄ sensualitas dicitur, est vnus de pertinētibus ad perfectionē naturæ animalis. Secundò probatur: Appetit⁹ sensitiuus seu sensualitas, vt natus obedire rationi, vocatur & est rationalis participatiuè secūdo Eth. ergo pari ratione vocari potest & est voluntas participatiuè. Probatur: quia voluntas in ratione est, nā sicut à ratione præcipitur rationalis appetitus, ita à voluntate quoque præcipitur voluntarius appetitus, qui voluntas vocatur, dici potest. Imò ex hoc ipso, quòd rationalis appetitus, appetitus dicitur, voluntas dicitur: quia rationalis appetitus nomē est proprij voluntatis, & participatiuè solùm cōmunicatum sensualitati.

Annot. ¶ Aduerte hic, quòd q̄ omnis motus appetit⁹ sensitiui in Christo fuit voluntarius: quoniā etiā motus appetit⁹ sensualitatis in propria obiecta, voluntarij erāmus voluntariè exibamus, & vnā quanq; virium propria exercere disponit: ideo in Christo appetit⁹ sensitiuus semper rationalis, & semper participatiuè voluntas in quo hæc fuit actu fuit.

¶ Super Quæstionis decimæoctauæ Articulum tertium.

Annot. TItulus clarus est. Ostēdit q; habuit ex distinctiōe voluntatis tam à Damasc. quàm aliis facta.

Cōment. ¶ In corpore articuli respondetur cùm distinctionem ad quæstionem.

¶Ad quartum dicēdum, quòd per hoc quòd dicitur aliqualiter velle, designatur determinatus modus volendi: determinatus autem modus ponitur circa ipsam rē, cuius est modus. Vnde cùm voluntas pertineat ad naturam ipsam. etiam quod est aliqualiter velle, pertinet ad naturam: non sec ūdum quòd est absolutè cōsiderata, sed secundum quòd est in tali hypostasi. Vnde etiam voluntas humana Christi habuit quendam determinatum modum, ex eo quòd fuit in hypostasi diuina, vt scilicet moueretur semper secundum nutum diuinæ voluntatis.

ARTICVLVS II.

¶ Virùm in Christo fuerit aliqua voluntas sensualitatis, præter rationis voluntatem.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod in Christo nō fuerit aliqua volūtas sensualitatis præter rationis volūtatem. Dicit enim Philosophus in 3. de Anima, quòd voluntas in ratione est, in sensitiuo autē appetitu est irascibilis & concupiscibilis. Sed sensualitas significat appetitum sensitiuum. Ergo nō fuit in Christo voluntas sensualitatis.

¶ Præterea, Secundum Aug. 11. de Trin. sensualitas significatur per serpentem. Sed nihil serpentinum fuit in Christo: habuit enim similitudinem animalis venenosi sine veneno: vt Aug. dicit super illud Ioan. 3. Sicut exaltauit Moyses serpentem in deserto. Ergo in Christo non fuit voluntas sensualitatis.

¶ Præterea, Voluntas sequitur naturam, vt dictū est. Sed in Christo non fuit nisi vna natura præter diuinam. Ergo in Christo non fuit, nisi vna voluntas humana.

¶SED CONTRA est quod Ambr. dicit in 2. ad Gratianum, Mea est voluntas, quam suam dixit, quia vt homo suscepit tristitiam meam. Ex quo datur intelligi, quòd tristitia pertinet ad humanam voluntatem in Christo. Sed tristitia pertinet ad sensualitatem: vt in Secunda parte habitum est. Ergo videtur quòd in Christo sit voluntas sensualitatis, præter voluntatem rationis.

CONCLVSIO.

¶ Præter rationalem appetitū voluntatis, qui fuit in Christo, alius fuit appetitus sensualis, qui participata voluntas dicitur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut prædictum est, filius Dei humanam naturam assumpsit cum omnibus, quę pertinēt ad perfectionem ipsius naturæ. In humana autem natura includitur etiam natura animalis, sicut in specie includitur genus. Vnde oportet quòd filius Dei assumpserit cum humana natura, etiam ea quæ pertinent ad perfectionem naturæ animalis, inter quæ est appetitus sensitiuus, qui sensualitas dicitur: & ideo oportet dicere, quòd in Christo fuit sensualitas. Sciendum est etiam, quòd sensualitas, siue sensualis appetitus, inquātum est natus obedire rationi, dicitur rationale per participationem, vt patet per Philosophū 1. Eth. Et quia volūtas est in ratione (vt dictum est) pari ratione potest dici quòd sensualitas sit voluntas per participationem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de voluntate essentialiter dicta, quæ non est nisi in parte intellectiua. Sed voluntas participatiuè dicta, potest esse in parte sensitiua, inquantum obedit rationi.

¶Ad secundum dicendum, quòd sensualitas signatur per serpentem: non quantum ad naturā sensualitatis, quam Christus assumpsit: sed quantum ad corruptionem somitis, quæ in Christo non fuit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vbi est vnum propter alterum, ibi vnum tantum esse videtur: sicut superficies, quæ est visibilis per colorem, est vnum visibile cum colore. Et similiter quia sensualitas non dicitur voluntas, nisi quia participat voluntatem rationis: sicut vna natura humana in Christo, ita etiam ponitur vna voluntas humana in Christo.

ARTICVLVS III.

¶ Virùm in Christo fuerint duæ voluntates, quātum ad rationem.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo fuerint duæ voluntates quantum ad rationem. Dicit enim Dam. in 2. lib. quòd duplex est hominis voluntas, scilicet naturalis, quæ vocatur thelisis: & voluntas rationalis, quæ vocatur bulisis. Sed Christus in humana natura habuit quicquid ad perfectionem humanæ naturæ pertinet: Ergo vtra que prædictarū voluntatum fuit in Christo.

¶ Præterea, Vis appetitiua diuersificatur in homine secundum diuersitatem virtutis apprehensiuæ: & ideo secundum differentiam sensus & intellectus diuersificatur in homine appetitus sensitiuus & intellectiuus. Sed similiter quantum ad apprehēsionem hominis ponitur differētia rationis & intellectus, quorum vtrunque fuit in Christo. Ergo fuit in eo duplex voluntas, vna intellectualis, & alia rationalis.

¶ Præterea, A quibusdam ponitur in Christo voluntas pietatis, quæ non potest poni nisi ex parte rationis. Ergo in Christo ex parte rationis sunt plures voluntates.

¶SED CONTRA est, quòd in quolibet ordine est vnum primum mouens. sed voluntas est primum mouens in genere humanorum actuum. Ergo in vno homine non est nisi vna voluntas propriè dicta, quæ est voluntas rationis: Christus autem est vnus homo. Ergo in Christo est vna tantùm voluntas humana.

CONCLVSIO.

¶ Vna tantùm fuit in Christo essentialiter voluntas, duæ autem in ipso secundum actum voluntatis distinguuntur quo ad voluntatis diuersos actus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est, voluntas quandoque accipitur pro potentia, & quandoque pro actu. Si ergo voluntas accipiatur pro actu, sic oportet in Christo ex parte rationis ponere duas voluntates, id est duas species actuum voluntatis. Voluntas enim vt in Secunda parte dictum est, & est finis, & est eorum, quæ sunt ad finem, & alio modo fertur in vtrunque. Nam in finem fertur simpliciter & absolutē, sicut in id quod est secundum se bonum. In id autem, quod est ad finem, fertur cum quadam comparatione, secundum quòd habet bonitatem ex ordine ad aliud. Et ideo alterius rationis est actus voluntatis, secundum quòd fertur in aliquid, quod est secundum se volitum: vt sanitas (quod à Damas. vocatur thelisis, id est, simplex voluntas: & à Magistris vocatur voluntas vt natura) & alterius rationis est actus voluntatis, secundum quòd fertur in aliquid quod est volitum solùm ex ordine ad alterum: sicut est sumptio medicinæ: quem quidem voluntatis actum Damas. vocat bulisim, id est, consiliatiuam voluntatem, à Magistris autem vocatur voluntas vt ratio. Hæc autem diuersitas actus non diuersificat potentiam: quia vterque actus attendit ad vnam communem rationem obiecti, quod est bonum. Et ideo dicēdum est, quòd si loquamur de potentia voluntatis, in Christo est vna sola voluntas humana, essentialiter, & non participatiuè dicta. Si verò

Distinctio est: Volūtas accipi potest vel pro potentia, vel pro actu. Prima conclusio iuxta primum membrū: In Christo est vna tāntū volūtas humana essentialiter & non participatiuè dicta. Secunda conclusio iuxta secundum membrū est: In Christo sunt duæ voluntates, scilicet voluntas vt natura, & volūtas vt ratio. Probatur primò secunda conclusio: Volūtas est finis, & eorum quę sunt ad finem alio & alio modo: ergo alterius rationis est actus volūtatis in finē, & alterius rationis, ad⁹ ad finē: ergo in Christo sunt duæ voluntates, id est, duæ species actus voluntatis. Antecedens patet: quia in Christo ponitur duplex voluntatis actus, scilicet respectu finis, & respectu eorum quę sunt ad finem, vt supra dictum est. Prima consequētia probatur: quia electio est idem quod voluntas, vt ratio. Quòd probatur ex differentia inter voluntatem & electionem ex tertio Ethicorum: quia illa finis, hæc eius quod ad finem: & propterea illa voluntas vt natura, hæc voluntas vt ratio. Secunda verò consequentia probatur: quia electio est appetitus præconsiliati, quia electio est actus liberi arbitrij, hoc est voluntatis, vt est liberum arbitrium: vt in Prima parte dictum est.

¶ super Quæstionis decimæoctauæ Articulum quintum.

Annot. TItulus clarus est de conformitate volūtatis Christi humanæ ad diuinam in volito. Nam de conformitate in modo volēdi nulla est quæstio, quum impossibile sit volūtatē creatā velle eo modo, quo vult Deus. Sed an circa rem volitā fuerit conformitas, id q̄ habuit voluerit secundum appetitum humanū, quod alienū sit à volito secundum diuinam voluntatem, in dubium vertitur propterea quòd legimus Christum secundū humanam nolusse mortem propriā, quā tamen constat eundem voluisse volūtate diuina.

Cōment. ¶ In corpore articuli respondetur cum distinctione quæsito duabus conclusionibus. Distinctio est de triplici in Christo humana voluntate, hoc est, voluntate sensualitatis: voluntate rationali, vt est natura: & volūtate rationali, vt est ratio. Prima cōclusio est: Christus secundū voluntatē sensualitatis, & secundū voluntatē rationalem per modū naturæ, poterat aliud velle quàm Deus. Secunda cōclusio est: Christus secundum voluntatē per modum rationis, semper ideo voluit quod Deus. Probantur simul duplici ter. primò ratione. secundò auctoritate. Ratio est ista: voluntas sensitiua liter naturaliter refugit & læsionē corporis & dolores sensibiles: & volūtas vt natura repudiat, & contraria natura, & secundum se mala: & voluntas per modum rationis eligit: quā doque hæc eadē ex ordine ad finem & voluntas Dei erat, vt Christus moreretur & mala paterentur, nō quòd ista vellet secundū se, sed in ordine ad finem: ergo Christus secundum voluntatē sensualitatis, & secundum voluntatem per modū naturæ, poterat aliud velle, quàm Deus, & secundū voluntatem per modū rationis, semper voluit id q̄ Deus. Antecedens habēs quatuor partes quo ad primas tres partes probatur, ex hoc, quòd videmus sensualitatē & voluntatem vt naturā refugere adustionē quam tamē voluntas per modum rationis quandoque eligit propter finalitatē acquirendā. Consequentia autem probatur. Filius Dei ex quadā dispensatione sinē passionem sibi permittebat & sibi viribus animæ agere quæ propria sunt eisdem permittebat in Christo voluntatē sensualitatis refutare læsionem absolutē, &c. & voluntatem vt naturam repudiare mortem absolutē. & voluntatem vt rationem accipiare ea, eam in ordine ad finē humanæ salutis. Vbi patet, primas duas volūtates velle, quàm Deus, & tertiam velle id quod Deus. Assumptum probandā cōsequentiā probatur: quia supradictum est, quòd filius Dei ex quadā dispensatione permittebat carni agere & pati quæ sunt ei propria, ex hoc enim fequitur per viam actionem similiter & similiter permittit viribus animæ agere quæ eis sunt propria. Deinde probatur ambæ conclusiones auctoritate vnica Christi orantis ad Patrē, Nō sicut ego volo, sed sicut tu. In his enim verbis triplex voluntas patet: scilicet diuina, & in ly tu humana cōformis diuinę, in ly sicut tu (quæ est voluntas per modū rationis) & humana aliud volens, quàm diuina in ly, non sicut ego volo. Et hæc est volūtas rationalis per modū naturæ, repudiās mortē absolutè: & voluntas sensualitatis, & refutans dolores sensibiles, &c. Patet ergo ex hac auctoritate vtraque conclusio.

¶ Nota postilæ, quòd, vt in cessōsione ad primū clarius explanatur tam actus volūtatis per modū naturæ, quàm actus sensualitatis est propria natura habet obiectum abstrahēs ab ordine ad diuinam voluntatem: & propterea quantum est ex parte obiecti, non spectat ad hos motus conformitas ad diuinā voluntatem. Dico autē, quantū est ex parte obiecti: quia ex parte subiecti etiam actus isti cōformes sunt diuinæ voluntati in Beatis. Ita q̄ inter Christū ante mortem & Beatos, differen-

Infrà q. 11. art. 3. & 4. Et 3. dist. 17. art. 2. q. 1 ad 2. Et opus. 3. c. 239.

Infrà q. 21. arti. 3. & 4. Et 3. dist. 17. arti. 2. q. 1 ad 2. Et 4. dist. 17. art. 2. q. 2. Et opus. 3. c. 239.

¶ super Quæstionis decimæoctauæ Articulum quartum.

Annot. TItulus, vt sonat, clarus est.

Cōment. ¶ In corpore articuli vnica est conclusio respondētiua: In Christo fuit liberum arbitrium. Probatur: in Christo ponitur vt ratio: ergo electio, ergo liberū arbitrium. Antecedens probatur: quia in Christo ponitur duplex voluntatis actus, scilicet respectu finis, & respectu eorum quę sunt ad finem, &c. vt supra dictum est. Prima consequētia probatur: quia electio est idem quod voluntas, vt ratio. Quòd probatur ex differentia inter voluntatem & electionem ex tertio Ethicorum: quia illa finis, hæc eius quod ad finem: & propterea illa voluntas vt natura, hæc voluntas vt ratio. Secunda verò consequentia probatur: quia electio est appetitus præconsiliati, quia electio est actus liberi arbitrij, hoc est voluntatis, vt est liberum arbitrium: vt in Prima parte dictum est.

¶ super Quæstionis decimæoctauæ Articulum quintum.

Annot. TItulus clarus est de conformitate volūtatis Christi humanæ ad diuinam in volito. Nam de conformitate in modo volēdi nulla est quæstio, quum impossibile sit volūtatē creatā velle eo modo, quo vult Deus. Sed an circa rem volitā fuerit conformitas, id q̄ habuit voluerit secundum appetitum humanū, quod alienū sit à volito secundum diuinam voluntatem, in dubium vertitur propterea quòd legimus Christum secundū humanam nolusse mortem propriā, quā tamen constat eundem voluisse volūtate diuina.

Cōment. ¶ In corpore articuli respondetur cum distinctione quæsito duabus conclusionibus. Distinctio est de triplici in Christo humana voluntate, hoc est, voluntate sensualitatis: voluntate rationali, vt est natura: & volūtate rationali, vt est ratio. Prima cōclusio est: Christus secundū voluntatē sensualitatis, & secundū voluntatē rationalem per modū naturæ, poterat aliud velle quàm Deus. Secunda cōclusio est: Christus secundum voluntatē per modum rationis, semper idē voluit quod Deus. Probantur simul duplici ter. primò ratione. secundò auctoritate. Ratio est ista: voluntas sensitiua liter naturaliter refugit & læsionē corporis & dolores sensibiles: & volūtas vt natura repudiat, & contraria natura, & secundum se mala: & voluntas per modum rationis eligit: quā doque hæc eadē ex ordine ad finem & voluntas Dei erat, vt Christus moreretur & mala paterentur, nō quòd ista vellet secundū se, sed in ordine ad finem: ergo Christus secundum voluntatē sensualitatis, & secundum voluntatem per modū naturæ, poterat aliud velle, quàm Deus, & secundū voluntatem per modū rationis, semper idē voluit id q̄ Deus. Antecedens habēs quatuor partes quo ad primas tres partes probatur, ex hoc, quòd videmus sensualitatē & voluntatem vt naturā refugere adustionē quam tamē voluntas per modum rationis quandoque eligit propter finalitatē acquirendā. Consequentia autem probatur. Filius Dei ex quadā dispensatione sinē passionem sibi permittebat & sibi viribus animæ agere quæ propria sunt eisdem permittebat in Christo voluntatē sensualitatis refutare læsionem absolutē, &c. & voluntatem vt naturam repudiare mortem absolutē. & voluntatem vt rationem accipiare ea, eam in ordine ad finē humanæ salutis. Vbi patet, primas duas volūtates velle, quàm Deus, & tertiam velle id quod Deus. Assumptum probandā cōsequentiā probatur: quia supradictum est, quòd filius Dei ex quadā dispensatione permittebat carni agere & pati quæ sunt ei propria, ex hoc enim fequitur per viam actionem similiter & similiter permittit viribus animæ agere quæ eis sunt propria. Deinde probatur ambæ conclusiones auctoritate vnica Christi orantis ad Patrē, Nō sicut ego volo, sed sicut tu. In his enim verbis triplex voluntas patet: scilicet diuina, & in ly tu humana cōformis diuinę, in ly sicut tu (quæ est voluntas per modū rationis) & humana aliud volens, quàm diuina in ly, non sicut ego volo. Et hæc est volūtas rationalis per modū naturæ, repudiās mortē absolutè: & voluntas sensualitatis, & refutans dolores sensibiles, &c. Patet ergo ex hac auctoritate vtraque conclusio.

¶ Nota postilæ, quòd, vt in cessōsione ad primū clarius explanatur tam actus volūtatis per modū naturæ, quàm actus sensualitatis est propria natura habet obiectum abstrahēs ab ordine ad diuinam voluntatem: & propterea quantum est ex parte obiecti, non spectat ad hos motus conformitas ad diuinā voluntatem. Dico autē, quantū est ex parte obiecti: quia ex parte subiecti etiam actus isti cōformes sunt diuinæ voluntati in Beatis. Ita q̄ inter Christū ante mortem & Beatos, differen-

verò loquamur de voluntate, quæ est actus, sic distinguitur in Christo voluntas, quæ est vt natura, quæ dicitur thelisis: & volūtas, quæ est vt ratio, quæ dicitur bulisis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illæ duæ voluntates non diuersificantur secundum potentiam, sed solùm secundū differentiam actus: vt dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd etiam intellectus & ratio non sunt diuersæ potentiæ: vt in Prima parte dictum est.

¶Ad tertium dicendum, quòd voluntas pietatis non videtur esse aliud quàm voluntas, quæ considerat ur vt natura, inquantum scilicet refugit alienū malū absolutè consideratū.

ARTICVLVS IIII.

¶ Virùm in Christo fuerit liberum arbitrium.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo nō fuerit liberum arbitrium. Dicit enim Damas. in 3. lib. Gnomen autē, id est, sententiam vel mentem vel excogitationem, & prohæresim, id est electionem, in Domino dicere impossibile est, si propriè loqui volumus. Maximè autem in his, quæ sunt fidei, est propriè loquendum. Ergo in Christo non fuit electio, & per consequens nec liberum arbitrium, cuius actus est electio.

¶Præterea, Philosophus dicit in 3. Ethic. quòd electio est appetitus præconsiliati. Sed consilium non videtur fuisse in Christo, quia non consiliamur, de quibus certi sumus: Christus autem de omnibus certitudinem habuit. Ergo in Christo non fuit electio, & sic nec liberum arbitrium.

¶Præterea, Liberum arbitrium se habet ad vtrunque. Sed voluntas Christi fuit determinata ad bonum: quia non potuit peccare, sicut suprà dictum est. Ergo in Christo non fuit liberum arbitrium.

¶SED CONTRA est quod dicitur Isa. 7. Butyrum & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum: quod est actus liberi arbitrij. Ergo in Christo fuit liberum arbitrium.

CONCLVSIO.

¶ Cùm in Christo fuerit electio, necesse quoque fuit in illo esse liberum arbitrium.

Cōment. ¶ In corpore articuli respondetur cum distinctione quæsito duabus conclusionibus. Distinctio est de triplici in Christo humana voluntate, hoc est, voluntate sensualitatis: voluntate rationali, vt est natura: & volūtate rationali, vt est ratio. Prima cōclusio est: Christus secundū voluntatē sensualitatis, & secundū voluntatē rationalem per modū naturæ, poterat aliud velle quàm Deus. Secunda cōclusio est: Christus secundum voluntatē per modum rationis, semper idē voluit quod Deus. Probantur simul duplici ter. primò ratione. secundò auctoritate. Ratio est ista: voluntas sensitiua liter naturaliter refugit & læsionē corporis & dolores sensibiles: & volūtas vt natura repudiat, & contraria natura, & secundum se mala: & voluntas per modum rationis eligit: quā doque hæc eadē ex ordine ad finem & voluntas Dei erat, vt Christus moreretur & mala paterentur, nō quòd ista vellet secundū se, sed in ordine ad finem: ergo Christus secundum voluntatē sensualitatis, & secundum voluntatem per modū naturæ, poterat aliud velle, quàm Deus, & secundū voluntatem per modū rationis, semper idē voluit id q̄ Deus. Antecedens habēs quatuor partes quo ad primas tres partes probatur, ex hoc, quòd videmus sensualitatē & voluntatem vt naturā refugere adustionē quam tamē voluntas per modum rationis quandoque eligit propter finalitatē acquirendā. Consequentia autem probatur. Filius Dei ex quadā dispensatione sinē passionem sibi permittebat & sibi viribus animæ agere quæ propria sunt eisdem permittebat in Christo voluntatē sensualitatis refutare læsionem absolutē, &c. & voluntatem vt naturam repudiare mortem absolutē. & voluntatem vt rationem accipiare ea, eam in ordine ad finē humanæ salutis. Vbi patet, primas duas volūtates velle, quàm Deus, & tertiam velle id quod Deus. Assumptum probandā cōsequentiā probatur: quia supradictum est, quòd filius Dei ex quadā dispensatione permittebat carni agere & pati quæ sunt ei propria, ex hoc enim fequitur per viam actionem similiter & similiter permittit viribus animæ agere quæ eis sunt propria. Deinde probatur ambæ conclusiones auctoritate vnica Christi orantis ad Patrē, Nō sicut ego volo, sed sicut tu. In his enim verbis triplex voluntas patet: scilicet diuina, & in ly tu humana cōformis diuinę, in ly sicut tu (quæ est voluntas per modū rationis) & humana aliud volens, quàm diuina in ly, non sicut ego volo. Et hæc est volūtas rationalis per modū naturæ, repudiās mortē absolutè: & voluntas sensualitatis, & refutans dolores sensibiles, &c. Patet ergo ex hac auctoritate vtraque conclusio.

¶ Nota postilæ, quòd, vt in cessōsione ad primū clarius explanatur tam actus volūtatis per modū naturæ, quàm actus sensualitatis est propria natura habet obiectum abstrahēs ab ordine ad diuinam voluntatem: & propterea quantum est ex parte obiecti, non spectat ad hos motus conformitas ad diuinā voluntatem. Dico autē, quantū est ex parte obiecti: quia ex parte subiecti etiam actus isti cōformes sunt diuinæ voluntati in Beatis. Ita q̄ inter Christū ante mortem & Beatos, differen-

¶Ad secundum dicendum, quòd electio præsupponit consilium: non tamen sequitur ex consilio nisi iam determinato per iudicium. Illud enim quod iudicamus agendum, post inquisitionem consilij eligimus: vt in 3. Eth. dicitur. Et ideo si aliquid iudicetur vt agendum absque dubitatione & inquisitione præcedente, hoc sufficit ad electionem. Et sic patet quòd dubitatio sine inquisitio non per se pertinet ad electionem, sed solùm secundum quòd est in natura ignorante.

¶Ad tertium dicendum, quòd voluntas Christi licet sit determinata ad bonum: non tamē est determinata ad hoc vel ad illud bonum. Et ideo pertinet ad Christum eligere per liberum arbitrium confirmatum in bono, sicut ad Beatos.

ARTICVLVS V.

¶ Virùm voluntas humana Christi, fuerit omnino conformis diuinæ voluntati in volito.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd voluntas humana in Christo non voluerit aliud, quàm Deus vult. Dicitur enim in Psalm. ex persona Christi, Vt facerem voluntem tuam Deus meus, volui. Sed ille qui vult voluntatem alicuius facere, vult quod ille vult. Ergo videtur quòd voluntas humana Christi nihil aliud voluerit, quàm voluntas diuina ipsius.

¶Præterea, Anima Christi habuit perfectissimam charitatem, quæ etiam comprehensionem nostræ scientiæ excedit: secundum illud Eph. 3. Supereminentem scientiæ charitatem Christi. Sed charitatis est facere, quòd homo idem velit quod Deus. vnde & Philosophus in 9. Ethic. dicit, quòd vnum de amicabilibus est eadem velle & eligere. Ergo voluntas humana in Christo nihil aliud voluit, quàm diuina.

¶Præterea, Christus fuit verus comprehensor. Sed Sancti, qui sunt comprehensores in patria, nihil aliud volunt, quàm quod Deus vult: alioquin non essent Beati, quia non haberent quicquid vellent: Beatus enim est qui habet quæcunque vult, & nihil mali vult: vt Aug. dicit in lib. de Trinit. Ergo Christus nihil aliud voluit secundum voluntatem humanam, quàm voluerit voluntas diuina.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit contra Maximinum: In hoc quod Christus ait, Non quod volo, sed quod tu, aliud se ostendit voluisse, quam Pater: quod nisi humano corde non posset, cùm infirmitatem nostram in suum, non diuinum, sed humanū transfiguraret affectum.

CONCLVSIO.

¶ Christus secundum voluntatem sensualitatis, & rationis per modum naturæ aliud velle poterat quàm Deus: per modum autem rationis semper idem voluit quod Deus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est, in Christo secundum humanam naturam ponitur multiplex voluntas, scilicet voluntas sensualitatis, quæ participatiuè voluntas dicitur: & voluntas ratio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia horum motuum in volito ex parte subiecti oritur, qa scilicet Christus animam & carnem passibilem habebat, licet autē non. Hinc enim fit, vt Christi voluntati naturali & sensuali occurrerent aliqua vt contraria & ipsius, quæ Deus per exemplis ab omnis possibilitate mali oceuterē arcuerunt: & propterea beati etiam secundum naturalem voluntatis motum, & secundum appetitum sensitiuum cōformantur diuinæ voluntati in volito, Christus autem non. Et licito, quòd isti volūtatis motus, qui in aliud tendebant in Christo, nihil aliud sunt quàm velleitates: vniuersaliter si quidē loquendo, a ctus voluntatis per modum naturæ distinctus cōtra actū voluntatis per modū rationis cōtrarij eligentis, nihil aliud est, quàm velleitas, de qua dicitur in 3. Et hic, q est ertiā impossibilium. Ita quòd in Beatis nec electio nec velleitas est ad aliud volitū, quàm quod Deus vult. In Christo autem electio omnis conformis Deo fuit in volito sed non omnis velleitas fuit conformis Deo in volito: habuit enim Christus velleitatem non patiendi crucem, quam tamen elegit, quia Deus sic volebat. Et simile est in nobis, quum dolemus de morte iuste patientium, & plagis iustè a Deo nobis inflictis, & aliis huiusmodi. Vellem' enim hæc non esse: verumtamen, fiat voluntas Dei, dicimus, & volumus si non exorbitamus.

¶ Super Quæstionis decimaoctauæ Articulum sextum.

Annot. Titulus clarus quo ad quid nominis. in corpore autē manifestatur quid sit cōtrarietas volitarum: & secundū quæ attendatur, nempe secundū contrarietatem obiectorū: vt voluntis, nolentis, & similium.

Eiusdem. ¶ In corpore articuli duo fiūt. primò mōstratur in communi in quo consistit cōtrarietas voluntatum, secundò respondetur quæstiō.

¶ Quòd primum conclusio est. Ad contrarietatem voluntatum in aliquo requiritur, quod oppositio voluntatū sit

3. dist. 17. arti. 2. q. 2. & 3. Et opus. 3. — 239. fi. A circa idem, & in eadem voluntate. Probatur primò cōclusio hæc ex communi ratione contrarietatis, quam ad iis supra diuersitatem in cōtrarietas cēt species est diuersitatis. Sed inter cōtrarietatem & diuersitatē hoc interest, quòd cōtrarietas addit supra diuersitatem oppositionem, secundum idem & in eodē. Procedit ergo litera sic: Contrarietas exigit oppositionem in eodem secundum idem: ergo cōtrarietat voluntatum in aliquo exigit oppositionem voluntatum secundum idem & in eodem volumate. Antecedens probatur: quia si diuersitas sit indirecta, aut secundum diuersa, non est contrarietas. Probatur: quia non est contradictio contrarietas nanq; contradictio non in se claudit. Deinde declaratur eadem conclusio quo ad illam particulam, secundum quod idem ex diuersis rationibus volendi & nolendi vnum & idem (puta mortem Sortis propter commune vel priuatū bonum) dupliciter se habentibus, vel vt diuersis tantum, vel non solum vt diuersis: sed oppositis: vt patet in exemplo literæ, de volumate principis circa mortē Sortis latronis propter bonū publicum, & volumate parentis, vt non moriatur propter bonum proprū. Quando autē hæ sistunt ambę voluntates diuersæ quidē sunt, sed non contrariātur: quia licet cōtrariis velint illud, licet mori illum, & non mori illum: diuersa tamen est ratio volendi mortem, & volendi nō mortem: ac per hoc nō est oppositio secundum eandem rationem volēdi. Sed si non sisteret hic sed voluntas parēs in cā nō mori propter bonum proprū, oppositum bonum proprium bonum commune, iam non sola est diuersitas rationum volēdi, scilicet cōmunis & proprij: sed et oppositio rationum: quia cōmune bonū rollitur per proprium in ratione volēdi. Vincit enim amor proprius amorem communis boni, & expellit illud à ratione volēdi. Et vult filium nō mori, cētā contra cōmune bonum ob nimium amorem proprij boni. Dein mum declaratur eadem conclusio quo ad illam particulam, in eadē voluntate ex diuersis appetitibus, duplicitet etiam dispositis, vel ex sola diuersitate, vel cum diuersitate habētibus etiā oppositionem. Verbi gratia, Appetit rationalis vult bonum rationis, appetitus sensualis vult bonum delectabile secundum sensum. si hic sistatur, diuersitas appetibilium est solatium si vltrā progrediture ex parte subiecti appetitus boni delectabilis vt finitus appetēte vel ad tardandū, vel mutādum appetibile boni rationis, iam non sola diuersitas est appetibilitatis. sed oppositio: quia opponit se appetitui delectabilis contra appetitū rationis, & vincit illum, dum immutat illud vel annullando, vel diminuendo illum ex parte appetētis: scilicet vel non velit bonum rationis tūc, vel debilitet volle illud. Hoc autē quod dicimus de oppositione appetitus sensitiui ad rationalem, intelligendū quoque est loci habere inter actū voluntatis per modum naturæ & actū electionis: nā quū in diuersa tendūt, si voluntas naturalis in tātum protenditur, vt opponat se electioni, & vincat illā, contrarietas voluntatū est, vt si quis electorus dispendium honoris, fame, ac vitæ, ob bonū vitutis, à naturali voluntate vitæ, honoris gloriæque vincatur.

Annot. ¶ Circa hanc conclusionem nota, q; in cōclusione non dicitur ad cōtrarietatē voluntatum requiri hæc duo sed dicitur, hæc duo requiri ad contrarietatē voluntatum inaliquo. Apposuit siquidē Autor ly in aliquo, ad monstrandū q; de contrarietate volutatū in vno & eodē homine loquitur. Et dixit hoc: quia licebat, imò erat in hac litera, docet quòd ad cōtrarietatem voluntatū simpliciter & absolutè nō requiruntur hæc duo: sed alterū tantum sufficit: vt patet in exemplo literæ de volūtate principis, & volūtate parētis nimis vitam filij amantis. Sunt enim veræ tunc contrariæ volūtates: quanuis sint diuersa hominum. Eo hoc modo voluntas peccatrix est cōtraria voluntati diuinæ: & cōtra Dei voluntatē agere dicitur. Esi siquidem hæc contrarietas voluntatū obiectiuè, nō subiectiuè. Sed Autor in litera loquitur de voluntatū cōtrarietate & obiectiua & subiectiua: & ideo adiunxit ly in aliquo: & dixit ad contrarietatē voluntatum in aliquo, hoc est obiectiuè & subiectiuè, exigi duo, scilicet oppositionem secundum idē, & oppositionem in eadem voluntate.

Eiusdem. ¶ Quo ad secundum, cōclusio respōsiua quæstionis est: In Christo nulla fuit contrarietas voluntatū. Probatur primò ex parte primæ cōditionis requisitæ ad cōtrarietatem voluntatū: hoc est, oppositionis secundum idem seu eandem rationem. Probatur autē sic: In Christo nec voluntas naturalis nec voluntas sensualitatis repugnabat rationi voluntati à diuina & humana electidebito ergo in Christo non habuit locum repugnātia volūtatum. Antecedēs probatur quo ad voluntatē naturalem: quia etiam volebat salutē humani generis, quātūs nō vellet hoc in ordine ad actū hoc est, quātūcūq; vellet eā vt rationē volendi mortem propriā: quia ad voluntatem vt naturā, non spectat velle aliquid in ordine ad aliud, sed solū velle vel nolle aliquid absolutē. Deinde probatur antecedens quoad voluntatem sensualitatis: quia eius motus, nec ad acceptandum, nec ad repudiandum tam excellum bonum (quod est bonū cōmune æternæ salutis generis humani) se extendit. Secundò probatur cōclusio ex parte secundæ cōditionis requisitæ ad cōtrarietatem voluntatum in aliquo: hoc est oppositionis in eadem voluntate. Et dist. 17. art. 2. q. 2. & 3. Et dist. 10. q. 1. art. 2. q. 1. & 3. Et dist. 28. ar. 1. Et 4. cō tra c. 36. Et veri. q. 20 ar. 1. 2. & 6. Et vnio. ar. 1. 16. & ar. 5. Et opus. 3. c. 219.

¶ Virum in Christo fuerit contrarietas voluntatū.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo fuerit contrarietas voluntatum. Contrarietas nanque voluntatum attenditur secundum contrarietatem obiectorum: sicut etiam contrarietas motuum attenditur secundum contrarietatem terminorū: vt patet per Philosophum in 5. Phy. Sed Christus secundum diuersas voluntates contraria volebat. nam secundum voluntatem diuinam volebat mortem, quā refugiebat secundum voluntatem humanam. Vnde Ath. dicit in lib. aduersus Apollinarium, Quando Christus dicit, Pater, si possibile est, transeat à me calix iste: & tamen non mea, sed tua voluntas fiat. & iterum, Spiritus promptus est, caro autem infirma: duas voluntates hic ostendit. humanam, quæ propter infirmitatem carnis refugiebat passionem, & diuinā eius, promptam ad passionem. Ergo in Christo fuit contrarietas voluntatum.

¶ Præterea, Ad Galat. 5. dicitur, quòd caro concupiscit aduersus spiritum: & spiritus aduersus carnem. Est igitur contrarietas voluntatum, quando spiritus vnum concupiscit & caro aliud. Sed hoc fuit in Christo: nam per voluntatem charitatis, quam Spiritus sanctus in eius mente faciebat, volebat passionem: secundum illud Isa. 53. Oblatus est, quia voluit: secundum autem carnem, passionem refugiebat. Ergo erat in eo contrarietas voluntatum.

¶ Præterea, Luc. 22. dicitur, quòd factus in agonia prolixius orabat. Sed agonia videtur importare quandam compugnationē animi in contraria tendentis. Ergo videtur, quòd in Christo fuerit contrarietas voluntatum.

¶ SED CONTRA est quod in determinatione sextæ Synodi dicitur, Prædicamus duas naturales voluntates, non contrarias (iuxta quod impij asserunt hæretici) sed sequentem eius humanam voluntatem, & non resistentem vel reluctantem, sed potius subiectam diuinæ eius atque omnipotenti voluntati.

CONCLVSIO.

¶ Nulla fuit in Christo contrarietas voluntatum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd contrarietas non potest esse nisi oppositio attendatur in eodem, & secundum idem. Si autem secundum diuersa & in diuersis existat diuersitas, non sufficit hoc ad rationem contrarietatis, sicut nec ad rationem contradictionis, puta quòd homo sit pulcher aut sanus secundum manum, & non secundum pedem. Ad hoc ergo, quòd sit contrarietas voluntatum in aliquo, requiritur primò quidem, quòd secundum idem attendatur diuersitas voluntatum. Si enim vnius voluntas sit de aliquo fiendo secundum quandam rationem vniuersalem, & alterius voluntas sit de eodem non fiendo secundum quādam rationem particularem, non est omnino contrarietas voluntatum. Puta, si Rex vult suspendi latronem propter bonum publicum, & aliquis eius consanguineus nolit eum suspendi propter amorem priuatum, non erit contrarietas voluntatis: nisi fortè in tantum se extendat voluntas hominis priuati, vt bonum publicum velit impedire, vt conseruetur bonū priuatum: tunc enim circa idem attenditur repugnantia voluntatum. Secundò autem requiritur ad cōtrarietatem voluntatis, quòd sit circa eandem voluntatem. Si enim homo vult vnum secundum appetitum rationis, & vult aliud secundum appetitum sensitiuum, non est hic aliqua contrarietas: nisi fortè appetitus sensitiuus intantum præualeat, quòd vel immutet vel retardet appetitum rationis: sic enim iam ad ipsam voluntatem rationis perueniret aliquid de motu contrario appetitus sensitiui.

¶ Sic igitur dicendum est, quòd licet voluntas naturalis & voluntas sensualitatis in Christo aliquid aliud voluerit, quàm voluntas diuina & voluntas rationis ipsius: non tamen fuit aliqua contrarietas voluntatum. Primò

quidem, quia neque voluntas naturalis, neque voluntas sensualitatis repudiabat illam rationē, scilicet qua diuina voluntas, & voluntas rationis humanæ in Christo passionem volebat. Volebat enim etiam voluntas absoluta in Christo salutem humani generis: sed eius non erat velle hoc in ordine ad aliud. Motus autem sensualitatis ad hoc se extendere non valebat. Secundò, quia neque voluntas diuina neque voluntas rationis in Christo impediebatur aut retardabatur per voluntatem naturalem, aut per appetitum sensualitatis. Similiter etiam nec e contrario voluntas diuina vel voluntas rationis in Christo, refugiebat aut retardabat motum voluntatis naturalis humanæ, & motum sensualitatis in Christo. Placebat enim Christo secundum voluntatem diuinam, & etiam secundum voluntatem rationis, vt voluntas naturalis in ipso & voluntas sensualitatis, secundum ordinem suæ naturæ mouerentur. Vnde patet, quòd in Christo nulla fuit repugnantia vel contrarietas voluntatum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc ipsum, quòd aliqua voluntas humana in Christo aliud volebat, quàm eius voluntas diuina, procedebat ex ipsa voluntate diuina, cuius beneplacito natura humana motibus propriis mouebatur in Christo, vt Damasc. dicit.

¶ Ad secundum dicēdum, quòd in nobis per concupiscentiam carnis impeditur aut retardatur concupiscentia spiritus, quod in Christo non fuit. Et ideo in Christo non fuit contrarietas carnis ad spiritum, sicut in nobis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd agonia non fuit in Christo, quantum ad partem animæ rationalem, secundum quòd importat concertationem voluntatum ex diuersitate rationum procedentem. Puta cùm aliquis, secundum quòd ratio considerat vnum vult hoc: & secundum quòd considerat aliud, vult contrarium. Hoc enim contingit propter debilitatem rationis, quæ non potest diiudicare quid sit simpliciter melius. Quod in Christo non fuit: quia per suam rationem iudicabat simpliciter esse melius, quòd per eius passionem impleretur voluntas diuina circa salutem generis humani. Fuit tamen in Christo agonia, quantùm ad partem sensitiuam, secundum quòd importat timorem infortunij imminentis: vt dicit Damascen. in tertio libro.

QVAESTIO DECIMA nona, De pertinentibus ad virtutem Christi quantum ad operationem, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de vnitate operationis Christi.

¶ Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm in Christo sit vna operatio diuinitatis & humanitatis, vel plures.

¶ Secundò, vtrùm in Christo sint plures operationes secundum humanam naturam.

¶ Tertiò, vtrùm Christus secundum humanam operationem aliquid sibi meruerit.

¶ Quartò, vtrùm per eam aliquid meruerit nobis.

ARTICVLVS I.

¶ Virum Christo sit vna tantùm operatio diuinitatis & humanitatis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo sit vna tantùm operatio diuinitatis & humanitatis. Dicit enim Dion. in 2. cap. de Di. no. Discreta autem est benignissima circa nos Dei operatio per hoc, quòd secundum nos ex nobis integrè verèque humanatum est Verbum, quod est suprà substantiam, & operari & pati quæcunque humanæ eius diuinæq; operationi congruūt. Vbi vnam operationem nominat humanam & diuinam, quæ in Græco dicitur theandrica, id est, Dei virilis. Videtur igitur esse vna operatio compōsita in Christo.

¶ Præterea, Principalis agentis & instrumenti est vna sola operatio. Sed humana natura in Christo fuit instrumentum diuinæ, vt suprà dictum est. Ergo eadem est diuinæ & humanæ naturæ in Christo operatio.

¶ Præterea, Cùm in Christo sint duæ naturæ in vna hypostasi vel persona, necessarium est vnum & idem esse, quod pertinet ad hypostasim vel personam. Sed operatio pertinet ad hypostasim vel personam: nihil enim operatur nisi supplementum subsistens: vnde secundum Philosophum actus sunt singularium. Ergo in Christo est vna & eadem operatio diuinitatis & humanitatis.

¶ Præterea, Sicuti esse est hypostasis subsistentis, ita etiam operari. Sed propter vnitatem hypostasis est in Christo vnum esse: vt suprà dictum est. Ergo etiam propter eandē vnitatem est in Christo vna operatio.

¶ Præterea, Vbi est vnum operatum, ibi est vna operatio. Sed idem operatum erat diuinitatis & humanitatis: sicut sanatio leprosi, vel suscitatio mortui. Ergo videtur quòd in Christo sit vna tantùm operatio diuinitatis & humanitatis.

¶ SED CONTRA est quod Ambros. dicit in 2. lib. ad Gratianum Imperatorem. Quemadmodum eadem operatio diuersæ est potestatis, nunquid sic potest minor quemadmodum maior operari, aut vna operatio potest esse, vbi diuersa substantia est?

CONCLVSIO.

¶ Non vnum, sed duæ operationes fuisse in Christo, asserendum est, circa fuerint in illo duæ naturæ, diuina scilicet & humana.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd supra dicti hæretici, qui posuerunt in Christo vnam voluntatem, posuerunt etiam in Christo vnam operationem. Et ve eorum opinio erronea melius intelligatur, considerandum est, quòd vbicunque sunt plura agentia ordinata, inferius mouetur ab superiori: sicut in homine corpus mouetur ab anima, & inferiores vires à ratione. Sic igitur actiones & motus inferioris principij sunt magis operata quædam, quàm operationes; id autem quod pertinet ad supremum principium, est propriè operatio. Putà, si dicamus in homine quòd ambulare, quod est pedum, & palpare, quod est manuum, sunt quædam hominis operata: quorum vnum operatur anima per pedes, aliud per manus. Et quia est eadem anima operans per vtrunque, ex parte ipsius operantis, quod est primum principium mouens, est vna & indifferens operatio: ex parte autem ipsorum operatorum sensualitatis: quia eius motus, nec ad acceptandum, nec ad repudiandum tam excellum bonum (quod est bonū cōmune æternæ salutis generis humani) se extendit. Secundò probatur cōclusio ex parte secundæ cōditionis requisitæ ad cōtrarietatem voluntatum in aliquo: hoc est oppositionis in eadem voluntate. *Infrà q. 25. arti. 1. & 2. Et 3. dist. 10. q. 1. quæstiæ ad contrarietatem voluntatum in aliquo: hoc est oppositionis in eadem voluntate. Et dist. 28. ar. 1. Et 4. cō tra c. 36. Et veri. q. 20 ar. 1. 2. & 6. Et vnio. ar. 1. 16. & ar. 5. Et opus. 3. c. 219.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

vna tantùm efficiat operatio in Christo: quia poneretur in eo vnus tantùm principiũ virtute ꝓpria actiuũ, scilicet natura illa tertia cõfusa. Et multò magis hæresim ponentibus in Christo solã deitatẽ esse actiuã virtute propria: humanitatẽ verò esse puré instrumẽtum sine ꝓpria virtute (quales fuerunt subtrahẽtes Christo voluntatẽ humanam vel eius actũ) quoniã secundũ hoc in Christo cõsequenter ponere tur deitatis & humanitatis vna tantùm operatio, iuxta vnitatẽ actiui principii ꝓprij. Et si in Christo deitas agit virtute ꝓpria, & humanitas agit etiã virtute propria (quãuis coagat simul deitati) non est deitatis & humanitatis in Christo operatio vna tantùm, sed est vna & multæ. Verbi gratia, dũ Christus sanauit infirmum tangẽdo, si fuit in illo opere aliquis actus causatus ab humanitate virtute propria, & aliquis causatus à diuinitate virtute propria: ope ratio illa nõ est vna tantùm, sed est vna & multæ. Vna quidẽ puta sanatio, quia virtute propriadeitatis, & ab humanitate instrumentaliter assũdua verò, q̃a adiungẽdicto operationi operatio, q̃ est ab humanitate virtute propria: dũ sanationẽ cõsequitur vo luntatia cõtactio, sanatio enim vna operatio est à deitate ꝓ humanitatẽ: cõtactus aũt voluntarius poneretur humana operatio à ꝓpria humanitatis virtute. Si aũt sola deitas, propria virtute operari ponatur, & humanitas solùm vt puré exequens principalis agentis virtutẽ ponaretur, vna tantũ operatio inueniret in huiusmodi curatione. Hæc de titu.

Clément. ¶In corpore articuli primò recitatur simul & declaratur hæreticorũ positio cum fundamẽto: secundo ostenditur radix erroris eorũ. tertiò respondetur quæsito ibi, Et ideo vbicunque mouens & motum.

¶Quo ad primum ergo nea cõclusio est: In Christo est vna tantùm operatio, licet sint multa operata, probatur. q. vna tantùm est in Christo principium actiuũ, scilicet deitas: humanitas autem instrumentaliter se habet. Declaratio hęc & in anima respectu organorũ corporeorum, & respectu vitium sensitiuarum.

¶Quo ad secundum radix erroris ponitur, quia nõ distinxerũt operationem instrumenti per ꝓpriã formã, vel per participationẽ agentis. Declaratur hæc in artificialib⁹ artibus & fabricabilib⁹ naturalib⁹, scilicet igne respectu actus. Quod potest declarare respectu animæ vegetatiuæ, cuius instrumentum ponitur

ratorum differentia inueniretur. Sicut autem in homine puro corpus mouetur ab anima, & appetitus sensitiuus à rationali, ita in Domino Iesu Christo humana natura mouetur & regitur à diuina. Et ideo dicebant, quòd ea dem est operatio & indifferẽs ex parte ipsius diuinitatis operantis: sunt tamen diuersa operata, in quantũ scilicet diuinitas Christi aliud agebat per seipsam, sicut quòd porabat omnia verbo virtutis suæ: aliud autem per humanam naturã, sicut quòd corporaliter ambulabat. Vnde in sexta Synodo inducuntur verba Seueri hæretici, sic dicentis, Ea quæ agebantur & operabantur ab vno Christo, multùm differunt. Quædam enim sunt Deo decibilia: quædam humana: veluti corporaliter vadere super terram, profecto humanum est: cruribus verò vexatis, & ambulare super terram penitus non valentibus, sanum gressum donare, Deo decibile est. Sed vnus, scilicet incarnatum Verbum, hoc & illud operatus est: & nequaquam hoc quidem huius, hoc verò huius est naturæ: neque eo quòd diuersa sunt operamenta, ideo duas operatrices naturas atque formas iustè deserimus. Sed in hoc decipiebantur: quia actio eius quod mouetur ab altero, est duplex. Vna quidem, quam habet secundum propriam formam, alia aurem, quam habet, secundum quòd mouetur ab alio. Sicut securis operatio secundum propriam formam, est incisio: secundum autem quòd mouetur ab artifice, operatio eius est facere scamnum. Operatio igitur, quæ est alicuius rei secundum suam formam, est propria eius: nec pertinet ad mouentem, nisi secundum quòd vitur huiusmodi re ad suam operationem. Sicut calefacere est propria operatio ignis, non autem fabri, nisi quatenus vtitur igne ad calefaciendum ferrum. Sed illa operatio, quæ est rei solùm secundum quòd mouetur ab alio, non est alia præter operationem mouentis ipsum: sicut facere scamnum, non est seorsum operatio securis ab operatione artificis, sed securis participat instrumentaliter operationem artificis. Et ideo vbicunque motũs & mocum habent diuersas formas seu virtutes operatiuas, ibi oportet quòd fit alia operatio mouentis, & alia operatio propria moti: licet motum participet operationem mouentis, & mouens vtatur operatione moti, & sic vtrunque agat cum communione alterius. Sic igitur in Christo humana natura habet propriam formam & virtutem, per quam operatur, & similiter diuina. Vnde humana natura habet propriam operationem distinctam ab operatione diuinæ, & econuerso. Et tamen diuina natura vtitur operatione naturæ humanæ, sicut operatione sui instrumenti: & similiter humana natura participat operationem diuinæ naturæ, sicut instrumentum participat operationem principalis agentis. Et hoc est quod dicit Leo papa in Epistola ad Flauianum: Agit vtraque forma, scilicet tam natura diuina, quàm humana in Christo cum alterius communione, quod proprium est, Verbo scilicet operante quod Verbi est, & carne exequente quod carnis est. Si verò esset vna tantùm operatio diuinitatis & humanitatis in Christo oporteret dicere, vel quòd humana natura non haberet propriam formam & virtutem (de diuina enim hoc dici est impossibile) ex quo sequeretur, quòd in Christo esset tantùm diuina operatio: vel oporteret dicere, quòd ex diuina virtute & humana esset conflata in Christo vna virtus, quorum vtrunque est impossibile. Nam per primum horum ponitur natura humana in Christo esse imperfecta: per secundum verò ponitur confusio naturarum. Et ideo rationabiliter in sexta Synodo hæc opinio est condemnata, in cuius determinatione dicitur: Duas naturales operationes indiuisè, inconuertibiliter, inconfusè, inseparabiliter, in eodem domino Iesu Christo vero Deo nostro glorificamus, hoc est, diuinam operationem, & humanam operationem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Dion. ponit in Christo operationem theandricam, id est diuinam virilem, vel diuinam humanam, non per aliquam confusionem operationum seu virtutum vtriusque naturæ, sed per hoc, quòd diuina operatio eius vtitur humana, & humana eius operatio participat virtutem diuinæ operationis. Vnde sicut ipse dicit in quadam Epistola ad Caium: Super hominem operabatur ea quæ sunt hominis: quod monstrat, Virgo supernaturaliter concipiens, & aqua instabilis, terrenorum pedum sustinens grauitatem. Manifestum est enim, quòd concipi est humanæ naturæ, similiter & ambulare, sed vtrunque fuit in Christo supernaturaliter. Et similiter diuina operabatur humanitus: sicut cùm sanauit leprosum tangendo. Vnde in eadem Epistola subdit: Non secundum Deum diuina faciens, non humana secundum hominem, sed Deo homine facto, noua quadam Dei & hominis operatione. Quòd autem intellexerit duas esse operationes in Christo, vnam diuinæ naturæ, aliam autem humanæ: patet ex his quæ dicit in 2. cap. de Di. no. vbi dicit, quòd his quæ pertinent ad humanam eius operationem, Pater & Spiritus sanctus nulla ratione communicant, nisi quis dixerit secundum benignissimam & misericordem voluntatem: inquantum scilicet Pater & Spiritus sanctus ex sua misericordia voluerunt Christum agere & pati humana. Addit autem & omnem sublimissimam & ineffabilem Dei operationem, quam homo pro nobis factus adimpleuit, immutabilis profectò Deus & Dei verbum. Sic igitur patet, quòd alia est operatio humana, in qua Pater, & Spiritus sanctus non communicant nisi secundum acceptationem misericordiæ suæ: & alia est eius operatio, inquantum est Dei verbum, in qua communicant Pater & Spiritus sanctus.

¶Ad secundum dicendum, quòd instrumentum dicitur aliquid ex eo quòd mouetur à principali agente, quod tamen præter hoc potest habere propriam operationem secundum suam formam, vt de igne dictum est. Sic igitur actio instrumenti, inquantum est instrumentum, non est alia ab actione principalis agentis: potest ramen habere aliam operationem, prout est res quædam. Sic igitur operatio, quæ est humanæ naturæ in Christo, inquantum est instrumentum diuinitatis, nõ est alia ab operatione diuinitatis: non enim est alia saluatio, qua saluat humanitas Christi & diuinitas eius. Habet tamen humana natura in Christo, inquantum est natura quædam, quãdam propriam operationem: vt dictum est.

¶Ad tertium dicendum, quòd operari est hypostasis subsistentis, sed secundum formam & naturam, à qua operatio speciem

ignis augmento: vt patet in secũdo de Anima cõtra Empedoclẽ. Indistincto igitur operatio num & cõmunio agentiũ, quia principale vtitur, ꝓpria operatione instrumẽti, & instrumentum participat operationem propriã, principalis errandi occasio fuit.

¶Quo ad tertiũ dicendũ est: In Christo sunt duæ operationes. Probat primò ratione ostensiua cũdò, autoritate Leonis tertiò ducẽdo ad inopportunum similẽ: quarò definitione Synodi. Omnia clara sunt in litera.

¶In respõsione ad quartũ, aduerte & perspice sensum litera, ponens differentiã inter esse & operari respectu naturę & personæ. Ponit siquidẽ primò vtriusq; cõclusionis in hoc, q̃ vtrunq; hoc est tã esse, quãm operari, est personæ à natura quãdã virtute q̃ habet naturã ꝓ principio & personã pro subiecto quod est qđ operatur. Deinde subditur differentia inter vtrunq; quoad constitutionẽ personæ à natura esse se habet vt terminus: q̃ respectus ad ipsam personæ cõstitutionẽ, vt ꝓpria actualitas eius: personæ esse nihil aliud est, q̃ã natura deducta ad hoc, quod sit ꝓprietẽ id qđ est. Et hinc prouenit, vt vnitas personæ exigat vnitatẽ esse: oportet namq; cũ illa constitutionẽ vnius personæ, ad vnã tantùmodo terminũ cõpleri. Operatio verò nõ sic se habet: non enim natura, cõstituendo personã, dat operari, sicut dat esse: sed prius iam existẽs profert, mediante natura, operationem. Et ideo vnitas personæ non exigit vnitatẽ operationis, vbi videt quòd esse immediatè ꝓ persona à natura, ꝓ operari verò iam cõstituta persona habet à natura ipsa, mediante natura, habet enim operatio naturã & vt principium, & vt fulciẽs principium, & vt proximum salutem: inter potentias verò naturam autem vt primum operans, vt quod. Habet verò naturam, habet vt principium quo tantùm & personam vt immediatũ subiectum quod est. Eadem ergo est doctrina hic & supra⁹ vndita: nõ enim docemur hic, quòd esse sit de intrinseco intellectu personæ, sed quòd pertinet ad cõstitutionem personæ. Et verè sic est, quia nisi constitutio personæ esset cõstitutio ipsius esse tum quia non alia constitutione sic personæ, alia sit esse, sed vna & eadẽ. Tum quia ad hoc constituitur persona, vt sit quod est dictũ, constitutione personæ manifestatur & elucidatur humanam: & deinde illius vnitatem vel multitudinem in communi. Dicit ergo tria. Primum: Operatio humana simpliciter est, quæ à ratione procedit secundum, voluntatem: quia homo est homo per rationem, & per opositum reliquæ operationes attribuæ homini, non humanæ nisi secũdum partem sunt: & sunt triplicia ordinis, scilicet ex natura elementi, ex anima vegetatiua, ex anima sensitiua. Secundum: Differentia inter operationes hominis secundum partem naturæ humanæ est, quod quædam sunt participatiuæ, quãdoq; humanæ, vt quæ sunt partis sensitiuæ: & quædam non, vt quæ sunt partis vegetabilis & elementaris. Tertiũ, Subordinationis agentium ꝓprijs virtutibus operationes sunt multæ, agentium verò vna vir tute vna est operatio.

Annot. ¶Nota hic duo. primò quod & quia ratio (vt dicitur 9. Metaph.) est ad opposita, & ab electione, quæ est actus voluntatis determinatur, ideo ratio & voluntas pro vnico principio operationis humanæ cõputantur. & ideo est operationem esse à ratione, & à voluntate, quæ est appetitus rationis determinatiuus. Secundò quod quum in licta dicitur operationem hominis non procedentem à voluntate conuenire homini secundum aliquam partem humanæ naturæ, & subdistinguitur pars humanæ naturæ in elementarem, vegetabilem & sensibilem: dubium surgit de primo actu intellectus, qui est hominis, & non à voluntate, nec ab aliqua harum partium. Vnde dupliciter potest intelligi litera præsens: primò vt sit sermo de genere operationis: ita quòd sensus est, si quod genus operationis est cõueniens homini, &c. Et tunc caret scrupulo litera: quia licet inueniatur in homine aliqua operatio non à voluntate, nec secundum illas partes numeratas in litera (vt primus actus intellectus: quem oportet esse naturalẽ, vtpote ante omnem actum voluntatis) non tamen inuenitur aliquod genus operationis in homine quod nõ sit à voluntate aut ab aliqua nominatarum partiũ. Intelligere enim hominis secundum suũ genus est à voluntate: quanuis prima intellectio sit excepta. Alio modo potest intelligi, vt litera intelligatur, vt sonat, scilicet quòd operatio hominis non à voluntate, non est simpliciter humana, sed conuenit homini secundũ aliquam partem humanæ naturæ, & hic termi netur sententia quòd sequens distinctio non apponatur vt euacuatiua partis humanæ naturæ, sed vt narratiua partium humanæ naturæ opportunarum ad propositum.

Dico autem hoc: quia inter partes humanæ naturæ est computanda intellectiua pars, vt natura, sicut sensitiua, vegetatiua, & elementaris. Et sic multò magis sine vlla glossa litera caret scrupulo: quia primus actus intellectus non est propriè humanus: & conuenit homini secundum partem intellectiuam humanæ naturæ: sequitur enim actus intellectus: quem oportet esse naturalẽ, vtpote ante omnem motus est à generante, deductis impedimẽtis, & pars intellectiua, vt natura sumpta, optimè distinguitur contra rationem appetitus determinatam ad operandum: sicut agens naturale contra agens à proposito, vt patet.

¶Quo ad secundum eõ clusio est: In quolibet puro homine est tãtùm vna operatio humana, multæ autem non humanæ. Declaratur diseurrẽdo sigillatim per quatuor enumeratas partes humanæ naturæ: scilicet elementarem, vegetabilem, sensitiuã & rationalem. Nam ex elementari & vegetabili patet secunda pars cõclusionis: quia alia & alia est operatio harũ partium & voluntatis. Ex sensitiua verò distinguẽdo propriam à participato, patet quòd secundum propria habet etiam aliam operatio-

recipit. Et ideo à diuersitate formarum seu naturarum est diuersa species operationũ: sed ab vnitate hypostasis est vnitas secundum numerum, quantum ad operationem speciei. Sicut ignis habet duas operationes specie differentes, scilicet illuminare & calefacere, secundũ differentiam lucis & caloris: & tamen est vna numero illuminatio ignis semel illuminantis. Et similiter in Christo oportet quòd sint duæ operationes specie differẽtes secundum eius duas naturas. quælibet tamẽ operationũ est vna numero in Christo semel facta, sicut vna ambulatio & vna sanatio.

¶Ad quartum dicendum, quòd esse & operari est personæ à natura, aliter tamen & aliter. Nam esse pertinet ad ipsam constitutionem personæ: & sic quantum ad hoc se habet in ratione termini. Et ideo vnitas personæ requirit vnitatem ipsius esse completi & personalis. Sed operatio est quidam effectus personæ secundum aliquam formam vel naturam: vnde pluralitas operationum non præiudicat vnitati personali.

¶Ad quintum dicendum, quòd aliud est prium operatum operationis diuinæ & operationis humanæ in Christo: sicut operatum proprium diuinæ operationis est sanatio leprosi, operatum autem proprium humanæ naturæ, est eius contactus. Concurrunt autem ambæ operationes ad vnum operatum, secundum quòd vna natura agit cum communione alterius: vt dictum est.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm in Christo sint plures operationes humanæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo sint plures humanæ operationes. Christus enim, inquantum homo, communicat cum plantis in natura nutritiua, cũ animalibus autem in natura sensitiua, cum Angelis autem in natura intellectiua, sicut & cæteri homines. Sed alia est operatio plantæ, inquantum est planta: & alia animalis, inquantum est animal. Ergo Christus, inquantum est homo, habet plures operationes.

¶Præterea, Potentiæ & habitus distinguuntur secundum actus. Sed in anima Christi fuerunt diuersæ potentiæ & diuersi habitus. Ergo & diuersæ operationes.

¶Præterea, Instrumenta debent esse proportionata operationibus. Corpus autem humanum habet diuersa membra differentia secundum formam. Ergo diuersis operationibus debent esse accommodata. Sunt ergo in Christo diuersæ operationes secundum humanam naturam.

¶SED CONTRA est, q̃ sicut Dam. dicit in 3. lib. operatio sequitur naturam. Sed in Christo est tantũ vna natura humana. Ergo in Christo fuit vna tantũ operatio humana.

CONCLVSIO.

¶In Christo est vna humana operatio magis quam in quocunque alio homine.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd quia homo est id quod est secundum rationem, illa operatio dicitur esse simpliciter humana, quæ à ratione procedit per voluntatem, quæ est rationis appetitus. Si qua autem operatio est in homine quæ non procedit à ratione & voluntate, non est simpliciter operatio humana: sed conuenit homini secundum aliquam partem humanæ naturæ. Quandoq; quidem secundum ipsam naturam elementi corporalis, sicut ferri deorsum. Quandoque verò secundũ virtutẽ animæ vegetabilis: sicut nutriri & augeri. Quandoq; verò secundum partem sensitiuã, sicut videre & audire, imaginari & memorari, concupiscere & irasci. Inter quas operationes est differentia. Nam operationes animæ sensitiuæ sunt aliqualiter obedientes rationi, & ideo sunt aliqualiter rationales & humanæ, inquantum scilicet obediunt rationi, vt patet per Philosophum in 1. Ethi. Operationes verò quæ sequuntur animam vegetabilem, vel etiam naturam elementaris corporis, non subiiciuntur rationi, vnde nullo modo sunt rationales, nec humanæ simpliciter, sed solùm secundum partem humanæ naturæ. Dictum est autem suprà, q̃ quando agens inferius agit per propriam formam, tunc est alia operatio inferioris agentis & superioris: quando verò agens inferius non agit, nisi secundum quòd est motum à superiori agente, tunc est eadem operatio superioris agentis & inferioris. Sic igitur in quocunq; homine puro alia est operatio elementaris & animæ vegetabilis ab operatione voluntatis, quæ est propriè humana. Et similiter etiã operatio animæ sensitiuæ, quantum ad id quod non mouetur à ratione: sed quantum ad id quod mouetur à ratione, est eadem operatio partis sensitiuæ & rationalis. Ipsius autem animæ rationalis est vna operatio, si attendamus ad ipsum principiũ operationis: quod est ratio vel voluntas. Diuersificatur autem secundum respectũ ad diuersa obiecta, quam quidem diuersitatem aliqui appellauerunt diuersitatem operatorum magis, quàm operationũ, iudicantes de vnitate operationis solùm ex parte operatiui principij. Sic enim nunc quæritur de vnitate vel pluralitate operationum in Christo. Sic igitur in quilibet puro homine est tantùm vna operatio, quæ propriè humana dicitur: præter quã tamen sunt in homine puro quædã aliæ operationes, quæ non sunt propriè humanæ, sicut dictum est. Sed in homine Iesu Christo nullus erat motus sensitiuæ partis, qui non esset ordinatus à ratione. Ipsæ etiam operationes naturales & corporales aliqualiter ad eius voluntatem pertinebant, inquantùm voluntatis eius erat, vt caro eius ageret, & pateretur quæ sunt sibi propria, vt dictum est suprà. Et ideo multò magis est vna operatio in Christo, quàm in quocunque alio homine.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd operatio partis sensitiuæ & etiam nutritiuæ non est propriè humana: sicut dictum est. Et tamen in Christo huiusmodi operationes fuerunt magis humanæ, quã in aliis.

¶Ad secundum dicendum, quòd potentiæ & habitus diuersificantur per comparationẽ ad obiecta. Et ideo diuersitas operationũ hoc modo respondet diuersis potentiis & habitibus, sicut etiã respondet diuersis obiectis. Talem autem diuersitatem operationum non intẽdimus excludere ab humanitate Christi, sicut nec eam, quæ est secundũ aliud & aliud instrumentũ: sed solùm illam, quæ est secundum primũ principium actiuum, vt dictum

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem: participatur autem vnam & est ipsius & voluntaria operatio. Ex rationali autem distinguendo secundum quas vnitate operationis est secundum (scilicet, penes vnitatem principij proprij virtute) habeatur quod vna tantum est operatio humana in vno homine. Quæ est prima pars conclusionis: quia vnum tantum est humanum principium, scilicet voluntas, quamuis diuersitas sit operationum humanarum penes obiecta, quæ vocatur penes obiecta à quibusdam. Ex quibus omnibus patet, quod sequitur conclusio, quo ad vtrumq; sui partem: nam ex hoc q̃ nulla pars humanæ naturæ multiplicat operationem humanam in vno puro homine, habetur quòd vna tantum est operatio humana in vno homine: & ex eo quòd in eo dem secundum diuersas humanæ naturæ partes multiplicantur operationes nõ humanæ, habetur quòd præter humanam operationem sunt in vno puro homine multæ operationes non humanæ.

3.dist. 18. art. 2.3. 4. Q.1. Et vers. q.1.9 ar. 7.6. Et opus. 3.c. 238. fin.

Annot. ¶Notato hîc, quòd hîc apparet non esse hîc fer monem de vnitate numerali, aut puré specifica operationis: quum clarè constet, in vno eodémque homine esse diuersis temporibus humanas operatiões multas secundum numerũ ab eodem principio actiuo humano: sed quia omnis humana operatio in vno homine ab eodé est humano principio, vna dicitur vnitate formali sui actiui principij, & vnitate analoga numerali in omni subordinato principio sibi obsequente: vna enim numero est moderatio humani motus à voluntate, concupiscentia ac lingua seu manu: & simile est de aliis. Distinctio autem specifica vel etiam generica operationũ humanarum penes obiecta (de quæ in præcedentibus libris tractatum & discussum est in processu materiæ moralis) extra præsens propositum est, vt patet in litera.

Comment. ¶Quo ad tertium, conclusio est: Mul ò magis est vna operatio in Christo, quàm in quocun a alio homine. Probatur, quia & operationes elementares & vegetatiuę aliqualiter voluntariæ erãt, & sensitiuę nullius erat motus non ordinatus à ratione quorum opposita in homine puro multiplicant operationes.

Annot. ¶Aduerte hîc primò quòd omnis motus partis sensitiuæ in Christo dicitur ordinatus à ratione, pro quanto voluntas rationalis in Christo volebat motus naturales partis sensitiuæ in tế esse vsque ad tales terminos, & non ampliùs.

Annot. ¶Aduerte secundò, quòd motus naturales partis vegetatiuæ & elementaris dicuntur in Christo voluntarij: voluntate humana & approbatiue (vt patet) & tanquam faltem seu imperatiue, pro quanto subditi erant voluntati humanæ Christi, & voluntas eius erat instrumentum diuinitatis. Hîc enim duobus modis verificatur de voluntate humana Christi, quòd exterior, instinctiua, &c. voluntaria.

Annot. ¶Aduerte tertiò, quòd Autor non concludit in Christo esse vnam tantum operationem humanæ naturæ: sed quum monstrasset, in quolibet puro homine inueniri operationem quidem humanam vnam tantum, operationes autem naturæ humanæ secundum diuersas partes multiplicantes, in Christo non solùm esse operationem humanam vnam sicut in cæteris hominibus: sed reliquas partium naturæ humanæ operationes in Christo ad aliud vnum principium operationis humanæ reduxit, ostendendo eas esse voluntarias: ac per hoc ad vnitatem reduxit non simpliciter: quia ex propriis actibus principijs emanant vegetatiuæ & elementares: sed quodammodo, quatenus scilicet sunt voluntariæ: & ideo comparatiuam concludit, Multo magis est vna operatio in Christo, quàm in quocunque alio homine.

¶ *Super Quæstionis decimanonæ Articulum tertium.*

Titulus clarus est.

¶ In corpore duæ sunt conclusiones. Prima est: Christus habuit per meritum quicquid alij habent per meritum, nisi sit tale cuius meritum derogaret dignitati Christi. Secunda est directè responsiua quæsito: Christus potuit aliquid sibi mereri. Prima conclusio habet duas partes. Et quo ad primam probatur: Habere aliquid bonum per se, est nobilius, quàm habere illud per alium sine habere per se. Ergo habere per meritum, est nobilius quàm sine merito: ergo Christus habuit per meritum quicquid alij habẽt per meritum. Maior probatur: quia causa per se potior est ea quæ est per aliud. Minor probatur, sanè tamen exposita, quòd intelligitur per se tanquam causam non primam (quia illa est Deus, vt patet ex Apostolo) sed secundariam, quia est esse Dei cooperatorem. Consequentia autem vltima probatur: quia omnis perfectio & nobilitas est Christo attribuenda: ergo pattem probatur conclusio, distinguendo bona in duo genera: quædam quorum quandoque absentia maiorem adimit perfectionem, quàm dignitas merendi donet: vt gloria animæ, scientia, gratia, vnio personalis Verbi: quædam quorum exercitium præsentia, melior est dignitas merendi vt gloria corporis, sacrificio, veneratio. Sicque fiquidem distinctione patet, quòd probata relatione conclusionis secunda pars ex illa radicetur. Omnis perfectio & nobilitas attribuenda est Christo. Hinc siquidem sequitur, & quòd dignitas meriti attribuenda est sibi respectu bonorum tunc minorum demeriti, non habuerit meritum. Specificantur autem in litera virtutes bona: & probatur quòd quæ iam Christus inuerit: quia minora sunt quàm dignitate merendi, quæ pertinet ad virtutem charitatis. Secunda autem conclusio responsiua diuersę quæsito, non aliter probatur ex prima probata & explanata in

Annot. specialibus bonis quæ Christus meruit, relinquitur euidens.

Annot. ¶Aduerte hîc, quod licet Autor potuisset vnico verbo expedire hanc quæstionem, dicendo quod supposita absentia quorundam bonorum quæ de facto fuit in Christo (vt patet) ad dignitatem ipsius spectat, quòd habuerit illa per meritum: quia quod est per se, nobilius est, quàm quod per aliud. Aliàs tamen Autor orditur, monstrare voluit quare quædam potuit mereri Christus, & quædam non. Et ad hoc monstrandum accepit hunc modum habendi (scilicet per meritum vel sine merito) & inde bonũ quod habere debet: & appendit virunq; in statera cum opposito alterius. posuit enim in vna parte modum habendi per meritum cum absentia quandoque boni, & in altera parte cœuam præsentiam boni cum non merito. Et librando cuncta, quia inuenit modum habendi per meritum cum absentia exteriorum bonorum, melioremesse, quàm præsentiam eorundem sine merito, concluſit in Christo fuisse meritum respectu exteriorum bonorum. Et quia inuenit præsentiam interiorum bonorum cum non merito eorum, meliorem fore quàm meritum eorundem, quòd eosdem oportet habere absentiam, concluſit in Christo interiora bona fuisse sine merito. Hic processus est litera, vt patet.

¶ Sed remanet hîc dubiũ circa rationẽ in litera reddiã, quare Christus meruit exteriora bonaq; scilicet dignitas merẽdi, spectat ad charitatẽ, ac per hoc præsentiã exteriorũ bonorũ præsentiæ coæquæ. Nam secundũ hanc rationem Christus etiã meruit scientiã quia scientia inferior est charitate, ad quã spectat dignitas meriti. In litera autẽ cõparatur scientia inter bona non sub merito Christi quia desiderates dignitati Christi plus necscitia quando q̃, quàm nõ meritũ scientiæ.

¶ Ad hoc

Aliàs aliunde. ¶ A hoc dicitur, quòd scientia eam beata quã infusa, quæ in Christo excellentissimè à merito, elauditur: intra latitudinem gratiæ & de beata patet. De infusa autem perfuadetur, ex eo quòd comprehendie in se dona Spiritus sancti, intellectum, sapientiã, scientiam, & consimilia: ve patet ex superiori tractatu de scientia infusa Christi. Gratiæ autem plenitudinis defuit in Christo, maiorem tolleret à Christo perfectionem, quàm potuerit habendi ex merito. Et propterea ratio litetæ stat solida respectu exteriorũ bonorum: nec habet locũ respectu scientiæ infusæ.

Annot. Infrà q. 20. art. 1.2.3. & 4. & 5. & 6. & 9. 49. q. 1.2. & 3. di. 20. q. 2. ar. 1. ter. tium. Et 3. dist. 18. ar. 6. Et vers. 9. 26. ar. 6. 20. & 9. 29. ar 16. 7.

Annot. ¶ In respõsione ad tertium eiusdem articuli aduerte responsionem consistere in distinctione Maioris argumenti assumpti, scilicet habito principali, accessorium non propriè cadit sub merito. Distinguitur enim accessorium dupliciter, vel absolutè, vel secundũ congruentiam humanorum meritorũ. De primo transeat Maior, sed de secundo negatur, gloria autem corporis est ad gloriam animę accessoria, secundum congruentiam humanorum meritorum ex diuina ordinatione: & ideo sub merito cadere potest.

Annot. ¶ In respõsione ad quartum, collige debitum nostrum erga Christũ. Nam si parentibus & benefactoribus debemus, secundũ esse quod habent in nobis, & opinionem bonam, & affectum beneuolum, & actus reuerentes, & verba honorabilia: quanto magis Creatori ac Redemptori nostro debemus, vt in nobis esse habeat tum in intellectu, quàm in affectu, quàm in verbis & actibus cõfusione ad excellentiam Christi, pertinet ad bonum eius, secundũ esse quod habet in notitia aliorum: quanuis principalius pertineat ad bonum eorũ, qui eum cognoscũt, secundũ esse quòd habent in seipsis. Sed etiã hoc ipsum refertur ad Christum, inquantum sunt membra eius.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm Christus alijs mereri potuerit.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Christus alijs mereri non potuerit. Dicitur enim Ezech. 18. Anima, quæ peccauerit ipsa morietur. Ergo pari ratione anima quæ meretur, ipsa remunerabitur. Non ergo est possibile quòd Christus alijs meruerit.

¶ Præterea, De plenitudine gratiæ Christi omnes accipiunt: vt dicitur Ioan. primo. Sed alij homines habentes gratiam Christi, non possunt alijs mereri: dicitur enim Ezech. 14. quòd si fuerint in ciuitate Noë, Daniel & Iob, filium & filiam non liberabunt: sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas. Ergo nec Christus potuit aliquid nobis mereri.

¶ Præterea, Merces, quam quis meretur, debetur secundum iustitiam, & non secundũ gratiam: vt patet Rom. 4. Si ergo Christus meruit salutem nostram, sequitur quòd salus nostra non sit ex gratia Dei, sed ex iustitia: & quòd iniustè agat cum eis, quos non saluat, cùm meritum Christi, ad omnes se extendat.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Rom. 5. Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationẽ, sic & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. Sed demeritum Adæ deriuatur ad condemnationem aliorum. Ergo multò magis meritum Christi ad alios deriuatur.

CONCLVSIO.

¶ Cùm in Christo fuerit gratia non solum vt quidam singulari homini, sed vt in totius ecclesiæ capite, non sibi tantum sed alijs mereri potuit.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est, in Christo non solùm fuit gratia, sicut in quodam homine singulari, sed sicut in capite totius Ecclesiæ, cui omnes vniuntur, sicut capiti membra: ex quibus constituitur mysticè vna persona. Et exinde est, quòd meritum Christi se extendit ad alios, inquantum sunt membra eius, sicut etiã in vno homine actio capitis aliqualiter pertinet ad omnia membra eius: quia non solùm sibi sentit, sed omnibus membris.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd peccatum singularis personæ non nocet nisi sibiipsi: sed peccatum Adæ, qui constitutus est à Deo principium totius naturæ, ad alios per carnis propaginem deriuatur. Et similiter meritum Christi, qui est à Deo constitutus caput omnium hominum, quantùm ad gratiam, se extendit ad omnia eius membra.

Comment. ¶ In corpore est vnica conclusio responsiua: Meritum Christi extendit se ad alios vt membra ipsius. Probatur & declaratur. Primò probatur: In Christo fuit gratia, non solùm vt in homine singulari, sed vt in capite totius Ecclesiæ: ergo meritum ipsius. Antecedens patet ex suprà dictis. Consequentia patet, quia ex omnibus membris constituitur vna persona mystica: cuius caput, hoc est principale, est Christus. Declaratur ex similitudine in hominẽ, quia caput sentit sibi & omnibus membris.

Annot. ¶ Aduerte hîc, quòd pro ullegio Christi est mereri aliis ex condigno: ita quòd sicut solus est caput Ecclesiæ, ita solus potest mereri ex condigno pro aliis. Sanctorum autem merita aliis prodesse possunt de congruo. Autor vero in respõsione ad tertium, dixit quod sufficiebat ad solutionem argumenti, quòd scilicet non oporteat Sanctos mereri pro aliis: cum quo verum quoq; est, quòd non possit Sanctorum mereri esse pro alio ex condigno.

¶ *Super Quæstionis vicesimæ Art. primũ.*

Titulus clarus.

Comment. ¶ In corpore vna est conclusio responsiua quæsito: Christus est subiectus Patri tripliciter, scilicet secundum bonitatem, seruitutem & obedientiam. Probatur primò: Natura humana ex sui conditione habet triplicẽ subiectionem ad Deum, ergo Christus est tripliciter subiectus Patri. Antecedens manifestatur in singulis tribus subiectionibus. Cõsequẽtia probatur: quia cuilibet habenti naturam conueniunt quæ sunt propria illi naturæ. Declaratur secundò conclusio autoritatibus, singulas subiectiones attributas esse Christo. ¶ In respõsione ad primũ, habes rationem huius articuli, propter Arrij scilicet errorem motus vi deretur. Et cum quanta cautela loquendum est: & si sermoni cautelã deest, non desit intellectus sanus sensus.

1.q. 42. ar. 4. pri mum. Item q. 43. ar. 2. & 3. Et 1. Corint. 15. lec. 3 fin.

POSSINT alijs mereri, sicut Christus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut peccatũ Adæ nõ deriuatur ad alios, nisi per carnalem generationem: ita meritum Christi non deriuatur ad alios, nisi per generationẽ spiritualem quæ fit in Baptismo, per quam homines Christo incorporantur: secundum illud ad Gal. 3. Omnes quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Et hoc ipsum est gratiæ, quòd homini cõceditur regenerari in Christo: & sic salus hominis est ex gratia.

Annot.

QVAESTIO VICESIMA,

De conuenientibus Christo, secundum quòd Patri fuit subiectus, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de his quæ conueniunt Christo per comparationẽ ad Patrem. Quorum quædam dicuntur de ipso secundum habitudinem ipsius ad Patrem: puta quòd est ei subiectus, quòd ipsum orauit, quòd ei in sacerdotio ministrauit. Quædam verò dicuntur vel dici possent secundum habitudinem Patris ad ipsum: puta si Pater eũ adoptasset, & quòd eum prædestinauit.

¶ Primò, igitur considerandum est de subiectione Christi ad Patrem. Secundò, de eius oratione. Tertiò, de ipsius sacerdotio. Quartò, de adoptione, an ei conueniat. Quintò, de eius prædestinatione.

¶ Circa primum quæruntur duo.

¶ Primò, vtrùm Christus fit subiectus Patri.

¶ Secundò, vtrùm fit subiectus sibiipsi.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm dicendum sit, Christũ esse subiectũ Patri.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non fit dicendum, Christum esse subiectum Patri. Omne enim quod subiicitur Deo Patri, est creatura: quia, vt dicitur in lib. de Ecclesiasticis dogmatibus, in Trinitate nihil est seruiens neque subiectum. Sed non est simpliciter dicendum quòd Christus sit creatura, vt suprà dictum est. Ergo etiam non est simpliciter dicẽdum, quòd Christus sit Deo patri subiectus.

¶ Præterea, Ex hoc dicitur aliquid Deo subiectum, quòd est eius dominio seruiens. Sed humanæ naturæ in Christo non potest attribui seruitus. Dicit enim Dama. in 3. lib. Sciẽdum est, quòd neque seruam ipsam, scilicet humanam naturam Christi dicere possumus: seruitutis enim & dominationis nomina, non naturæ sunt nomina cognitionis, q; signa, sed eorum, quæ ad aliquid, quemadmodũ paternitatis & filiationis nomina. Ergo Christus secundũ humanam naturam nõ est subiectus Deo patri.

¶ Præterea, Prioris ad Cor. 15. dicitur, Cùm autẽ subiecta illi fuerint omnia, tunc ipse filius subiectus erit illi, qui sibi subiecit omnia. Sed sicut dicitur Heb. 2. Nunc necdum videmus omnia subiecta ei. Ergo nondũ ipse est subiectus Patri, qui ei subiecit omnia.

¶ SED CONTRA est, quòd Dominus dicit. Ioan. 14. Pater maior me est. Et Aug. dicit in primo de Trin. Non immeritò Scriptura vtrunq; dicit, æqualem Patri Filium, & Patrem Filio maiorem: illud enim propter formam Dei, hoc autem propter formam serui sine vlla cõfusione intelligitur. Sed minor est subiectus maiori. Ergo Christus secundum formam serui est Patri subiectus.

CONCLVSIO.

¶ Christus Deo patri subiectus fuit secundum bonitatem, seruitutem, & obedientiam.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd cuilibet habenti aliquam naturam, conueniunt ea quæ sunt propria illi naturæ. Natura autem humana ex sui conditione habet triplicem subiectionem ad Deum. Vnam quidem secundum gradum bonitatis: prout scilicet diuina natura est ipsa essentia bonitatis: vt patet per Diony.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ super Quæstionis vicesimæ Artic. 2.

Annot. TItulus clarus est intelligitur ex articulo colligitur, quòd est diuersus loquendi modus Græcorum & Latinorum. Cyrillus enim & Damasc. cum Ephesina synodo negant Christū subiectum sibi: Augustinus verò Christum sibi subiectum secundum humanitatem affirmat. Et quia vtraq; sententia est vera, & ad diuersos sensus relata rationabiliter dicta ab vtrisq; ideo nota est quæstio hæc.

Cõment. ¶In corpore duo sunt. Primò respõdetur quæsito secundum veritatem: secundo docemur conuenientè loquendi modū in hac materia.

¶Quo ad primum cum distinctione duplicis sensus huiusmodi loquutionum respondetur, quòd scilicet possunt seruitus & dominium referri vel ad diuersitatem suppositorum, vel ad solā diuersitatem naturarū in vna persona. Probatur hæc distinctio: quia esse dominum vel seruum attribuitur personæ secundum aliquam naturā: potest igitur referri diuersitas requisita inter dominum & seruū vel ad personarum & naturarum simul diuersitatem, vel ad diuersitatē naturarum tantùm stante vnitate personæ. Et prima conclusio iuxta primū sensum est: Christus non est subiectus sibi, aut dominus sui. Manifestatur: quia sic est hæresis Nestorij damnata in synodo negata à Cyrillo & Damasc. Secunda verò conclusio iuxta secūdum sensum est: Christus est sibi subiectus & sui dominus. Hæc probatur ex dictis Cyrilli auctoritatum & auctoritate Augustini.

¶Quo ad secundū, modus loquendi cōgruus est vt de Christo ea quæ sunt excellentiæ, absolutè dicantur, ea verò quæ sunt subiectionis, ex determinatione applicita dicantur, scilicet secundum humanā naturam. Et ratio est: quia Christus est nomen personæ, quæ in Christo est æterna, & Deus verus.

¶Nota hīc, q̄ ea quæ sunt excellentiæ, dupliciter significantur vel sine determinatione seu limitatione, vt esse dominum, præsidentem, maximum, &c. vel cum limitatio termino suipsius, puta quòd est dominus sui, præsidet sibi, &c. Autor in littera loquitur de relationibus excellentiæ simpliciter & absolutè: quum dicit quòd de Christo sunt absolutè enuntianda. Et per oppositū ea quæ sunt minorationis, non sunt simpliciter & absolutè enuntianda, puta quòd est creatura, quòd est seruus, quòd subiectus. Et non loquitur de relationibus excellentiæ respectu sui naturam relationes excellentiæ, quam relationes subiectionis respectu sui, cum determinatione dicendæ sunt: sicut enim dicendū est Christum sibi subiectum secundum humanitatem, ita dicendū est Christum secundū deitatem, dominum sui secundum humanitatem. Et hæc manifestè probantur ex responsionibus ad primum, & secundum in littera. vbi habet quòd ista relatiua non simpliciter & absolutè dicuntur, cùm sui quoniā exigunt diuersitatem suppositorum, simpliciter loquendo: sed cum determinatione aliqua possunt respectu sui verificari, vt etiam ex Arist. autoritate in responsione ad tertium confirmatur.

Dionys. primo cap. de Di. no. natura autem creata habet quandam participationem diuinæ bonitatis quasi radius illius bonitatis subiecta. Secundò, humana natura subiicitur Deo, quantum ad Dei potestatem, prout scilicet natura humana, sicut & quælibet creatura subiacet operationi diuinæ dispositionis. Tertio modo specialiter humana natura Deo subiicitur, quantum ad proprium suum actum: inquantum scilicet propria voluntate obedit mandatis eius. Et hanc triplicē subiectionem ad Patrem Christus de seipso confitetur. Primam quidem Matth. 19. Quid me interrogas de bono? vnus est bonus Deus. Vbi Hieron. dicit, quòd quia eum magistrum vocauerat bonum, & non Deum vel Dei filium confessus erat, dixit, hominem, quanuis sanctum, in comparatione Dei non esse bonum. Per quod dedit intelligere, quòd ipse secundum humanam naturam non pertingebat ad gradum bonitatis diuinæ. Et quia in his quæ non mole magna sunt, idem est esse maius quòd melius: vt Augustī. dicit in vlti. de Trin. ex hac ratione Pater dicitur maior Christo secundum humanam naturam. Secunda etiam subiectio Christo attribuitur, inquantum omnia, quæ circa humanitatem Christi acta sunt, diuina dispositione gesta creduntur. vnde Diony. dicit 4. cap. Cæl. hierar. quòd Christus subiicitur Dei patris ordinationibus. Et hæc est subiectio seruitutis, secundum quòd omnis creatura Deo seruit, eius ordinationi subiecta: secundum illud Sap. 16. Creatura tibi factori deseruiens. Et secundum hoc etiam filius Dei Philippēs. 2. dicitur, formam serui accepisse. Tertiam etiam subiectionem attribuit sibi ipsi Ioan. 8. dicens, Quæ placita sunt ei, facio semper. Et hæc est subiectio obedientiæ. Vnde dicitur Philip. 2. quòd factus est obediens Patri vsq; ad mortem.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd sicut non est simpliciter intelligendū, quòd Christus sit creatura, sed solùm secundum humanam naturam, siue apponatur ei determinatio, siue non (vt suprà dictū est) ita etiam non est simpliciter intelligendū, quòd Christus sit subiectus Patri, sed solùm secundum humanam naturam, etiam si hæc determinatio non apponatur: quam tamen conuenientius est apponere, ad euitandum errorem Arrij, qui posuit filium minorem Patre.

¶Ad secundum dicendum, quòd relatio seruitutis & dominij fundatur super actione & passione: inquantum scilicet serui est moueri à domino secūdum imperium. Agere autem non attribuitur naturæ sicut agenti, sed personæ: actus enim suppositorum sunt & singularium, secundum Philosophum. Attribuitur tamen actio naturæ, sicut ei secundum quam persona vel hypostasis agit. Et ideo quanuis non propriè dicatur quòd natura sit domina vel serua, potest tamen propriè dici quòd quælibet hypostasis vel persona sit domina vel serua, secundum hanc vel illam naturam. Et secundum hoc nihil prohibet, Christum dicere Patri subiectum, vel seruum secundum humanam naturam.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Augustī. dicit in primo de Trinit. tunc Christus tradet regnum Deo & Patri, quando iustos, in quibus nunc regnat per fidem, perducturus est ad speciem: vt scilicet videant ipsam essentiam communem Patri & filio. Et tunc totaliter erit Patri subiectus non solùm in se, sed etiam in membris suis, per plenam participationem diuinæ bonitatis. Tunc etiam omnia erunt plenè ei subiecta per finalem impletionem suæ voluntatis de eis: licet etiam modò sint omnia ei subiecta quantum ad potestatem: secundum illud Matth. vlti. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm Christus sit subiectus sibi ipsi.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non sit subiectus sibi ipsi. Dicit enim Cyrillus in Epistola synodica: quam scilicet synodus Ephesina recepit: Neq; ipse Christus sibi seruus est nec dominus, fatuū enim est, magis autem & impium ita dicere & sapere. Et hoc etiam asserit Damasc. in 3. lib. dicens: Vnum enim ens Christus non potest seruus esse suipsius & dominus. Sed inquantum Christus dicitur seruus Patris, inquantum est ei subiectus. Ergo Christus non est subiectus sibi ipsi.

¶Præterea, Seruus refertur ad dominum. Sed relatio non est alicuius ad seipsum. vnde & Hilarius dicit in lib. de Trin. quòd nihil est sibi simile aut æquale. Ergo Christus non potest dici seruus suipsius, & per consequens nec sibi esse subiectus.

¶Præterea, Sicut anima rationalis & caro vnus est homo: ita Deus & homo vnus est Christus: vt Athanas. dicit. Sed homo non dicitur subiectus sibi ipsi, vel seruus suipsius, aut maior seipso propter hoc, quòd corpus eius subiectum est animæ. Ergo neq; Christus dicitur subiectus sibi ipsi propter hoc, quòd eius humanitas subiecta est diuinitati ipsius.

¶SED CONTRA est quod Augustī. dicit in primo de Trin. Veritas ostendit secundum istum modum, quo scilicet Pater maior est Christo secundum humanam naturam, & seipso minorem Filium.

¶Præterea, Sicut ipse argumentatur ibidem, sic accepta est à Filio Dei forma serui, vt non amitteretur forma Dei. Sed secundum formam Dei, quæ est communis Patri, & Filio, Pater est filio maior secundum humanam naturam. Ergo etiam Filius est maior seipso secundum humanam naturam.

¶Præterea, Christus secundum humanam naturam est seruus Dei patris, secundum illud Ioan. 20. Ascendo ad Patrem, meum & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Sed quicunq; est seruus Patris, est seruus Filij: alioquin non omnia quæ sunt Patris, essent Filij. Ergo Christus est seruus suipsius, & sibi subditus.

CONCLVSIO.

¶ christus non est sibi subiectus, si dominium & subiectio ad diuinam referatur personam: est autem sibi subiectus secundum humanam naturam.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut dictum est) esse dominum & seruum attribuitur personæ vel hypostasi secundum aliquam naturam. Cùm ergo dicitur Christus esse dominus vel seruus suipsius, vel quòd verbum Dei est dominus hominis Christi: hoc potest intelligi dupliciter. Vno modo, vt intelligatur hoc esse dictum ratione alterius hypostasis vel personæ, quasi alia sit persona verbi Dei dominantis, & alia hominis seruientis: quod pertinet ad hæresim Nestorij. Vnde in condemnatione Nestorij, dicitur in synodo Ephesina: Si quis dicit Deum vel dominum esse Christi ex Deo patre verbum, & non magis eundem confitetur simul Deum & hominem, vtpote verbum factum carnem, secundum Scripturas, anathema sit. Et hoc modo negatur à Cyrillo & Damasc. Et sub eodem sensu negandum est, Christum esse minorem seipso, vel esse sibi subiectum. Alio modo potest intelligi secundum diuersitatem naturarum in vna persona vel hypostasi. Et sic dicere possumus secundum vnam earum, in qua cum Patre conuenit simul cum Patre præesse, & dominari: secundum verò alteram naturam, in qua nobiscum conuenit, ipsum subesse & seruire. Et per hunc modum dicit Augustinus, Filium esse seipso minorem. Sciendum tamen, quòd cùm hoc nomen Christus sit nomen personæ, sicut & hoc nomen Filius, illa per se & absolutè possunt

¶ super Quæstionis vicesimæprimæ Articulum primum.

Cõment. TItulus clarus.

¶In corpore vnicā conclusio: Christo, secundum quòd est homo conuenit orare. Probatur: Oratio est explicatio propriæ voluntatis apud Deū, vt eā impleat: ergo si in Christo esset tantum voluntas diuinā nō cōperet ei orare: ergo Christo, secūdū quòd habet voluntatem humanam, conuenit orare. Antecedēs patet ex auctoritatibus. Cōsequētia prima probatur: quia diuina voluntas est per seipsam efficax, iuxta Psal. Secunda verò probatur: quia in Christo præter diuinā est humana voluntas, quæ nō per seipsā est efficax: sed ope diuinæ virtutis regetur.

Annot. ¶In respōsione ad primū, vide notāde quòd Autor primò loquitur de Christo ratiōe humanæ naturæ assumptæ: & dicit necessariāte orādi, nō omnipotēti ā natura suæ humanæ. Deinde loquitur de toto Christo: & assignat pluresrationes orādi, scilicet fidei suæ deitatis, & exempli nostri.

Annot. ¶In respōsione ad secundum vide curiosè, quòd responsio stat in hoc, quòd Christus nescivit Lazarum resuscitādū absolutè: sed scivit Lazarum resuscitandū medio suo clamore, &c. & simile est de aliis. Et ideo vana est quæstio, ad quid oportet tot media ponere: eadem enim est præuisio terminī & mediorum, & eadem est quæstio & solutio omnium.

Annot. ¶In respōsione ad tertiū vide notātie, quòd affectus est nomen morus propriè dicti. Trāslatum autē ad mentem potest dupliciter conuenire menti, secūdō proprium mētis actū, qui verè & propriè est actu perfecti, puta intelligere. Nā potest mēti conuenire ascensus vel per modū motus, qui actus est imperfecti: & sic cōuenit nobis, qui nō simul mēte cōiuncti sumus, sed ex vnimus mē tes actibus ad alias: sicut vapores ascēdunt sursum, qui de terra eleuāti sunt & tendunt sursum. Et sic Christi mēti non cōuenit ascensus: quia semper est cū Deo. Vel per modum motus, qui est actus perfecti: & sic cōuenit Christo & Beatis ascēsus mē is in Deū: quia iuncti Deo cōemplātur ipsum, vt super se perfecti cōtēplatione alterius, sicut nos quū cōtemplamur aliquid, diximus moueri, secundā intellectum in illud.

¶ Super Quæstionis vicesimæprimæ Articulum secundum.

possunt dici de Christo, quæ cōueniunt ei rātione suæ personæ, quę est æterna: & maximè huiusmodi relationes, quæ magis propriè videntur ad personam vel hypostasim pertinere. Sed ea quæ cōueniunt sibi secundum humanam naturam, iunt ei potius attribuenda cū determinatione, vt videlicet dicamus Christum esse simpliciter maximū, & dominū & præsidētē: quòd autē sit subiectus vel seruus vel minor, est ei attribuendū cum determinatione, scilicet secundum humanam naturam.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd Cyrillus & Damasc. negant Christum esse dominum suipsius, secundū quòd per hoc importatur pluralitas suppositorum: quæ requiritur ad hoc, quòd aliquis simpliciter sit dominus alicuius.

¶Ad secundū dicendū, quòd simpliciter quidem oportet esse alium dominum, & alium seruum: potest tamē aliqua ratio dominij & seruituris seruari, prout idem est Dominus & seruus suiipsius, secundum aliud & aliud.

¶Ad tertium dicēdū, quòd propter diuersas partes hominis, quarum vna est superior & alia inferior, dicit etiam Philosophus in 5. Ethi. quòd est hominis ad seipsum iustitia, in quantum irascibilis & concupiscibilis obediunt rationi. Vnde per hunc modum etiam vnus homo potest dici sibi subiectus & seruiens secundum diuersas sui partes.

¶Ad alia autē argumenta patet responsio ex dictis. Nam Aug. asserit Filium seipso minorem esse, vel sibi subiectum, secundū humanam naturam, non secundum diuersitatem suppositorum.

QVAESTIO VICESIMAPRIMA, De oratione Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de oratione Christi.

¶Et circa hoc quærūtur quatuor.

¶Primò, vtrum Christo conueniat orare.

¶Secundò, vtrum conueniat sibi secundum suam sensualitatem.

¶Tertiò, vtrum conueniat sibi orare pro seipso, an tantùm pro aliis.

Quartò, vtrū omnis eius oratio sit exaudita.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm Christo competat orare.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christo non cōperat orare. Nā sicut Damasc. dicit, oratio est petitio decētiū à Deo. Sed cùm Christus omnia facere posset, non videtur ei cōuenire, quòd aliquid ab aliquo peteret. Ergo videtur quòd Christo nō cōueniat orare.

¶Præterea, Non oportet orādo petere illud, quod aliquis scit pro certo esse futurū (sicut non oramus q̄ sol oriatur cras) neq; est etiā conueniens q̄ aliquis orādo petat, quod scit nullo modo esse futurum. Sed Christus sciebat circa omnia quid esset futurū. Ergo non conueniebat ei aliquid orando petere.

¶Præterea, Damasc. dicit in lib. 3. q̄ oratio est ascensus intellectus in Deū. Sed intellectus Christi non indigebat ascensione in Deum: quia semper intellectus eius erat Deo cōiunctus, non solùm secūdum vnionem hypostasis, sed etiam secundum fruitionem beatitudinis. Ergo Christo non conueniebat orare.

¶SED CONTRA est quod dicitur Lucæ 6. Factū est, in illis diebus exiit in mōte orare, & erat pernoctans in oratione Dei.

CONCLVSIO.

¶ Christo secundū quod est homo, conuenit orare, & Deum deprecari vt suam voluntatem impleat.

¶RESPONDEO dicendū, quòd (sicut dictū est in Secūda parte) oratio est quædam explicatio propriæ voluntatis apud Deum, vt eam impleat. Si igitur in Christo esset vna tantùm voluntas, scilicet diuina, nullo modo competeret sibi orare, quia voluntas diuina per seipsam est effectiua eorum, quæ vult: secundum illud Psal. Omnia quæcunq; voluit Dominus, fecit. Sed quia in Christo est alia voluntas diuina, & alia humana, & voluntas humana non est per seipsam efficax ad implendum quæ vult, nisi per virtutem diuinam: inde est quòd Christo, secundum quòd est homo, & humanam voluntatem habens, competit orare.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd Christus poterat perficere omnia quæ volebat, secundū q̄ Deus, non autem secundum quòd homo: quia secundū q̄ homo non habuit omnipotentiam, vt suprà habitū est. Nihilominus tamen ipse idem Deus existens & homo, voluit ad Patrem orationē porrigere: nō q̄ ipse esset impotens, sed propter nostram instructionē. Primò quidem, vt ostēderet se esse à Patre. Vnde ipse dicit Ioan. 11. propter populū qui circūstat, Dixi, scilicet verba orationis, vt credāt, quia tu me misisti. Vnde Hilarius in 10. de Tri. dicit, Non prece eguit, pro nobis orauit, ne Filius ignoraretur. Secundò, vt nobis exemplū orandi daret. Vnde Amb. dicit super Luc. Noli insidiatrices aperire aures vt putes filium Dei quasi infirmū rogare, vt impetret quod implere non possit, pote tatis enim actor, obedientiæ magistar, ad præcepta virtutis suo nos informat exēplo. Vnde & Aug. dicit super Ioan. Poterat Dominus in forma serui, si hoc opus esset, orare silētio: sed ita se Patri exhibere voluit precatoré, vt meminisset nostrū se esse doctoré.

¶Ad secundum dicendum, quòd inter alia, quæ Christus sciuit futura, sciuit quædam esse fienda propter suā orationem: & huiusmodi non inconuenienter a Deo petiit.

¶Ad tertium dicendum, quòd ascensio nihil est aliud, quàm motus in id quod est sursum. motus autē, vt habetur in 3. de Anima, dupliciter dicitur. Vno modo proprie, secūdùm q̄ importat exitū de potentia in actum, prout est actus imperfecti: & sic ascendere competit ei quod est potentia sursum, & non actu. Et hoc modo, vt Damasc. dicit in 3. lib. intellectus humanus Christi non egat ascensione in deum: cùm sit semper Deo vnitus, & secundum esse personale, & secundum contemplationem beatam. Alio modo dicitur motus qui est actus perfecti, id est existentis in actu: sicut intelligere & sentire dicuntur quidam motus. Et hoc modo intellectus Christi semper ascendit in Deum: quia semper contemplatur ipsum, vt suprà se existentem.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm Christo conueniat orare secundum suam sensualitatem

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christo conueniat orare secūdum suam sensualitatem. Dicitur enim in Psal. ex persona Christi, Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Sed sensualitas dicitur appetitus carnis. Ergo sensualitas Christi potuit ascendere in Deum viuum, exultando, & pari modo orando.

¶Præterea, Eius videtur esse orare, cuius est desiderare illud quod petitur. Sed Christus petiit aliquid quod desiderauit e ius sensualitas, cùm dixit, Transeat à me calix iste: sicut dicitur Matth. 26. Ergo sensualitas Christi orauit.

¶Præterea, Magis est vniri Deo in persona, quàm ascendere in Deum per orationem. Sed sensualitas fuit assumpta à Deo in vnitatem personæ, sicut & quælibet pars humanæ naturæ. Ergo multò magis potuit ascendere in Deum orando.

¶SED CONTRA est quod dicitur Philip. 2. quòd filius Dei secundum naturam quam assumpsit, in similitudinem hominum factus est. Sed alij homines non orant secundum sensualitatem. Ergo nec Christus orauit secundum sensualitatem.

¶Respon

Infrà ar. 4. co. & quartū. Et 3. dist. 17. Artic. 3. q. 3. Et opus. 16. 2 40. Et opus. 7.

TItulus, vt sonat, *Annot.* sumatur: quoniā in articulo distinguitur.

¶In corpore vnica est distinctio bimembris cū duabus conclusionibus respōsualis singulis ad singula mēbra. Distinctio: Orare secūdū sensualitatē dupliciter contingit: primò elicitiue, secundò materialiter. Iuxta primū membri cōclusio est: Christi nō orauit secundum sensualitatē. Iuxta secūdū cōclusio est. Christus orauit secūdū sensualitatē. Probātur ambæ cōclusiones in littera satis clarè: vt patet. Et tota materia est clara: quoniam & cōstat quòd oratio nō potest esse sensualitatis actus, & quòd sensualitas affectus potest esse materia, quam oratio Deo offert. *Cõment.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ super Quæstionis vicesimæprimæ Articulum tertium.

Comen. Titulus clarus. ¶In corpore huius cõclusionis, Prima est, Christus orauit pro se sensualitatis & simplicis voluntatis affectum explicando. Secunda est, Christus orauit pro se, explicando petendo quæ affectũ voluntatis deliberatæ. Prima conclusio relinquitur ex dictis clara & authoritate Euangelij. Trãseat à me calix iste. Secunda autem probatur ratione simul & similitudine: Christus orauit pro exemplo, & pro fide, quòd ipse à patre, secundum deitatẽ & humanitatẽ: sed ipse erat à Patre secundum aliqua bona percepta in natura humana: & secũdum aliqua percipienda: ergo sicut conuenit fuit gratias agere pro perceptis, ita petere percipienda. Et tener sequela: quia sic vtrorũq; autoritate recognoscitur Pater. Et hæc quo ad fidem. Quo ad exemplum verò inferetur: ergo cõuenit fuit exemplum dare, & gratias agendi, & petendi. ¶Memento nouitie, q; orationis multæ sunt partes: quarum duæ sunt gratiarum actio & petitio, de quibus hic est sermo. Et ideo petitionem probat littera, Christo cõuenire à simili, sicut & gratiarum actionẽ.

¶ super Quæstionis vicesimæprimæ Articulum quartum.

Comen. Titulus clarus. ¶In corpore articuli est vna cõclusio responsiua quæstionis: Omnis oratio Christi fuit exaudita. Probatur: Omnis voluntas simpliciter Christi fuit adimpleta: ergo omnis oratio eius fuit exaudita. Antecedens & declaratur & probatur. Declaratur quidẽ distinguendo de voluntate simpliciter vel secundũ quid: illa rationis deliberata, illa naturæ & velleitas. Probatur verò 1ª, quia omnis voluntas simpliciter Christi fuit Deo cõformis quia nihil sicvoluntatis quod fecit Deũ velle. Cõsequẽtia verò probatur dupliciter. Primo: Tunc aliculus oratio exauditur, quando eius voluntas impletur, quia oratio est interpretatiua voluntatis. Secundò, quia cõformitas voluntatis ad diuinã voluntatem, est ratio exaudibilis aliorũ orãdi: vt probatur ex autoritate Apostoli ad Ro.8.

An not 3.distin 17.arti. 3.qõ.2. Et opuſ. 7.Et 10. 12. loc. 4.col. 2. ¶Aduerte hic nouitie, quòd oratio est explicatiua voluntatis, & illi procuratrix: nõ solùm autem voluntatis de libertate, sed velleitatis & affectus, vt patet ex supradictis, & ex oratione Christi, Trauseat à me calix iste. Verùm sicut

QVAEST. XXI.

CONCLVSIO.

¶ Num potuit Christus secundũ sensualitatem oratio: vita quòd oratio fuerit sensualitatis actus, sed secundum sensualitatem orauit, pro quanto sensualitatis affectus materia esse potuit orationis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd orare secundum sensualitatem potest intelligi dupliciter. Vno modo sic, quòd ipsa oratio sit actus sensualitatis: & hoc modo Christus secũdum sensualitatem non orauit: quia eius sensualitas eiusdẽ naturæ & speciei fuit in Christo & in nobis. In nobis autem non potest sensualitas orare duplici ratione. Primò quidem: quia motus sensualitatis nõ potest sensibilia transcendere: & ideo non potest in Deum ascendere: quod requiritur ad orationem. Secundò, quia oratio importat quandam ordinationẽ: prout scilicet aliquis desiderat aliquid quasi à Deo implendum: & hoc est solius rationis. Vnde oratio est actus rationis: vt in Secunda parte habitum est. Alio modo potest dici aliquis orare secundum sensualitatem, quia scilicet eius ratio orando Deo proponit quod est in appetitu sensualitatis ipsius. Et secundũ hoc Christus orauit secundum sensualitatem: inquãtum scilicet ratio eius exprimebat sensualitatis affectum, tanquã sensualitatis aduocata: & hoc vt nos de tribus instrueret. Primò quidem, vt ostẽderet, se veram naturam humanam suscepisse cum omnibus naturalibus affectibus. Secundò, vt ostenderet quòd homini licet secũdum naturalem affectum aliquid velle, quod Deus non vult. Tertiò, vt ostendat quòd proprium affectum debet homo diuinæ voluntati subiicere. Vnde Augu. in Enchi. dicit. Sic Christus hominem gerens ostendit priuatam quandã hominis voluntatem, cùm dicit, Transeat à me calix iste. Hæc enim erat humana voluntas, propriũ aliquid & tanquàm priuatum volens. Sed quia rectum vult esse hominem, & ad eum dirigi: subdit, Veruntamen nõ sicut ego volo, sed sicut tu. Ac si dicat, Videte in me: quia potes aliquid proprium velle, etsi Deus aliud velit.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd caro exultat in in Deum viuum, non per actum carnis ascendentem in Deum: sed per redundantiam à corde in carnem: inquantum appetitus sensitiuus sequitur motum appetitus rationalis.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd licet sensualitas hoc voluerit quod ratio petebat: hoc tamen adorando petere non erat sensualitatis, sed rationis: vt dictum est.

¶Ad tertium dicendum, quòd vnio in persona est secundum esse personale: quod pertinet ad quamlibet partem humanæ naturæ. Sed ascensio orationis est per actum, qui non conuenit nisi rationi, vt dictum est. Vnde nõ est similis ratio.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm fuerit cõueniens Christum pro se orare.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christo non fuerit conueniens pro se orare. Dicit enim Hilar. in 10. de Tri. Cùm sibi non proficeret deprecationis sermo, ad profectum tamen nostræ fidei loquebatur. Sic ergo videtur quòd Christus non sibi, sed nobis orauerit.

¶Præterea, Nullus orat nisi pro eo quod vult: quia sicut dictum est, oratio est quædam explicatio voluntatis diuinæ voluntatis distinguitur in simpliciter vel secũdũ quid: ita certio, prout est petitio, distinguitur in simpliciter vel secundũ quid. Et vt petit seu procurat pro voluntate deliberata, est oratio simpliciter: vt autẽ pro velleitate & affectu humano, est oratio secũdũ quid. Et ꝓpterea simpliciter de oratiõe loquẽdo, verũ est, q; omnis Christi oratio fuit exaudita: oratio nãque quũ pro velleitate & affectu sensus obuulit, nõ simpliciter petebat, sed sub cõditione: fubdidit eũ, fiat volũtas tua. Et ita exaudita est etiã hæc oratio quo ad vltimũ petitũ, quod deliberatè volebat & desiderabat.

¶ Cùm voluntas Christi simpliciter Deo semper fuerit conformis, semper eius oratio à Deo patre fuit exaudita.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Christus pro se orauit dupliciter. Vno modo, exprimendo affectum sensualitatis (vt suprà dictum est) vel etiam voluntatis simplicis, quæ consideratur vt natura, sicut cùm orauit à se calicem passionis transferri. Alio modo, exprimendo affectum voluntatis deliberatæ, quæ consideratur vt ratio: sicut cùm petiit gloriam resurrectionis. Et hoc rationabiliter. Sicut enim dictum est, Christus ad hoc vt voluit oratione ad Patrem, vt nobis daret exemplum orãdi, & vt ostenderet, Patrem suumesse autorem, à quo & æternaliter processit secundum diuinam naturam, & secundũ naturam humanam ab eo habet quicquid boni habet. Sicut autem in humana natura, quædam bona habebat à Patre iam percepta, ita etiam expectabat ab eo quædam bona, nondum habita, sed percipienda. Et ideo sicut pro bonis iam perceptis in humana natura gratias agebat Patri, recognoscendo eum autorem (vt patet Matth. 26. & Ioan. 11.) ita etiam vt Patrem autorem recognosceret, ab eo orando petebat ea quæ sibi deerant, secundum humanam naturam: puta gloriam corporis, & alia huiusmodi. Et in hoc etiam nobis dedit exemplum, vt de perceptis à nobis muneribus gratias agamus, & etiam nondum habita orando postulemus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Hilarius loquitur quantùm ad orationem vocalem, quæ non erat ei necessaria propter ipsum, sed solùm propter nos. vnde signanter dicit quòd sibi non proficiebat deprecationis sermo. Si enim desiderium pauperum exaudit Dominus (vt in Psal. dicitur) multò magis sola voluntas Christi habet vim orationis apud Patrem. Vnde ipse dicebat Ioan. 11. Ego sciebam, quoniam semper me audis, sed propter populum qui circunstat dixi, vt credant, quia tu me misisti.

¶Ad secundum dicendum, quòd Christus volebat quidem pati illa quæ patiebatur, pro tempore illo: sed nihilominus volebat, vt post passionem, gloriam corporis consequeretur, quàm nondum habebat. Quam quidem gloriam expectabat à Patre sicut ab Autore, & ideo conuenienter ab ipso eam petebat.

¶Ad tertium dicendum, quòd ipsa gloria quam Christus orando petebat, pertinebat ad salutem aliorum, secundum illud Rom. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram. Et ideo illa etiam oratio, quam pro se faciebat, erat quodammodo pro aliis. Sicut & quicunque homo aliquod bonum à Deo postulat, vt vtatur illo ad vtilitatem aliorum: non sibi soli, sed etiam aliis orat.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm oratio Christi semper fuerit exaudita.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd oratio Christi non semper fuerit exaudita. Petiit enim à se remoueri calicem passionis: vt patet Mat. 26. Qui tamen ab eo fuit translatus. Ergo videtur quòd non omnis oratio eius fuerit exaudita.

¶Præterea, Ipse orauit, vt peccatum crucifixoribus suis ignosceretur: vt patet Luc. 22. Non tamen omnibus peccatũ illud fuit dimissum

¶In resp̃one ad primi, vide nouitie, quòd Dionysij Alexandrini expositio habetur in Catena aurea, Lucæ 22. Et est illa quæ secundo loco ponitur in litera, scilicet quòd timor mortis eũ non perturbaret, aut q; mors eum nõ detineret. Loquitur enim Dionysius hic ad similitudinẽ alicuius nociui applicati nobis per modũ trãsitus: puta, ignis vel aquæ, & huiusmodi. Tale enim quia applicatur mihi, nõ est intra mẽ, sed aliqualiter contingens me quia verò pertransit, nõ permanet in me. Et sic volebat Christus vel mortis timore tangi, non cõprimi, vel morte ipsa tangi: non detineri, sed resurgere. Modus igitur mali est qui sub petitione cadit, quem dicitur, Transeat calix, tollat calicem, &c. secũdum istam expositionẽ. Reliqua clara sunt.

¶ super Quæstionis vicesimæsecundæ Articulum primum.

Comen. Titulus clarus. ¶In corpore articuli est vnica exclusio respõsiua quæstionis. Christo maximè conuenit esse sacerdotem. Probatur: Proprie officium sacerdotis est esse mediatorem inter Deum & populũ vtrunque: sed hoc maximè cõuenit Christo: ergo. Maior declaratur quo ad vtrunq; partem officij. Minor similiter: & omnia clara sunt.

Annot. ¶In resp̃one ad primum cõsidera nouitie, quòd tota vita Christi in terra fuit oblatio & humano genere: & propterea Angeli Christo post ieiunium & tentationem ministrantes in his quæ ad refectionẽ corporis spectabant, ministri sacerdotij Christi dicuntur.

missum: nam Iudæi fuerunt pro illo peccato puniti. Ergo videtur quòd non omnis eius oratio sit exaudita.

¶Præterea, Dominus orauit pro his qui erant crediturі per verbum Apostolorum in ipsum, vt omnes in eo vnum essent, & vt peruenirent ad hoc, quòd essent cum ipso. Sed non omnes ad hoc perueniunt. Ergo non omnis eius oratio est exaudita.

¶Præterea, In Psalm. dicitur in persona Christi: Clamabo per diem, & non exaudies. Non ergo omnis oratio Christi fuit exaudita.

¶SED CONTRA est quod Apostolus dicit ad Hebræ. 5. Cum clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerencia.

CONCLVSIO.

¶ Cùm voluntas Christi simpliciter Deo semper fuerit conformis, semper eius oratio à Deo patre fuit exaudita.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut dictum est) oratio est quodammodo interpretatiua voluntatis humanæ. Tunc ergo alicuius orantis exauditur oratio, quando eius voluntas adimpletur. Voluntas autem simpliciter hominis est rationis voluntas: hoc enim absolutè volumus, quod secundum deliberatam rationem volumus. Illud autem quod volumus secũdum motum sensualitatis, vel etiam secũdum motum voluntatis simplicis, quæ consideratur vt natura, non simpliciter volumus, sed secũdum quid, scilicet si aliud non obsistat, quod per deliberationem rationis inuenitur. Vnde talis voluntas magis est dicenda velleitas, quàm absoluta voluntas, quia scilicet hoc vellet, si aliud non obsisteret. Secundum autem voluntatem rationis, Christus nihil aliud voluit, nisi quod sciuit Deum velle. Et ideo omnis absoluta voluntas Christi, etiam humana fuit impleta, quia fuit Deo conformis: & per consequens omnis eius oratio fuit exaudita. Nam & secundum hoc aliorum orationes implentur, quòd sunt eorum voluntates Deo conformes: secundum illud Rom. 8. Qui autem scrutatur corda, scit, id est approbat, quid desideret spiritus, id est quid faciat Sanctos desiderare. quoniam secundum Deum, id est secundum conformitatem diuinæ voluntatis, postulat pro Sanctis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa petitio de translatione calicis, diuersimode à Sanctis exponitur. Hilarius enim super Matth. dicit, Quòd autem vt à se transeat, rogat, non vt ipse prætereatur, orat: sed vt in alterum id quod à se transit, accedat: atq; ideo pro his orat, qui passuri post se erant: vt sit sensus, Quomodo à me bibitur calix iste passionis ita ab his bibatur sine spei diffidentia, sine sensu doloris, sine metu mortis. Vel secundum Hierony. Signãter dicit, Calix iste hoc est populi Iudæorum: quo excusationem ignorantiæ habere non possunt, si me occiderint habentes leges & Prophetas, qui me vaticinãtur. Vel secundum Diony. Alexandrinum: Quòd dicit, Transfer calicem istum à me, non hoc est, non adueniat mihi: nisi enim aduenerit, transferri nõ poterit. Sed sicut quod prætulit, nec intactum est nec permanens, sic Saluator leuiter inuadentem tentationem flagitat pelli. Ambros. autem dicit & Orige. & Chry. quòd hoc petiit quasi homo, naturali voluntate mortem recusans.

¶Sic ergo si intelligatur q; petierit per hoc alios Martyres suæ passionis imitatores fieri secundum Hila. vel si periit quòd timori bibendi calicis eum non perturbaret, vel quòd mors eum non deteneret: omnino impletũ est quod petiuit. Si verò intelligitur petisse, quòd nõ biberet calicem mortis & passionis, vel q; nõ biberet ipsum à Iudæis, non quidem est factum quod petiit: quia ratio quæ petitionem proposuit, nolebat vt hoc impleretur: sed ad instructionem nostram volebat demonstrare nobis suam voluntatem naturalem & motũ sensitalitatis, quem sicut homo habebat.

¶Ad secundum dicendum, quòd Dominus non orauit pro omnibus crucifixoribus, neq; etiam pro omnibus, qui erant crediturі in eum: sed pro his solùm, qui erant prædestinati, vt per ipsum vitam consequerentur æternam.

¶Vnde patet etiam responsio ad tertium.

¶Ad quartum dicendum, quòd cùm dicit, Clamabo, & non exaudies, intelligendum est quãtum ad effectum sensualitatis, quæ mortem refugiebat. exauditur tamen quantum ad effectum rationis: vt dictum est.

QVAESTIO VICESIMASECVNda de Sacerdotio Christi. in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de sacerdotio Christi.

¶Et circa hoc quæruntur sex.

¶Primò, vtrùm conueniat Christo esse sacerdotem.

¶Secundò, de hostia huius sacerdotis.

¶Tertiò, de effectu huius sacerdotij.

¶Quartò, vtrùm effectus sacerdotij eius pertineat ad ipsum, vel solùm ad alios.

¶Quintò, de æternitate sacerdotij eius.

¶Sextò, vtrùm debeat dici sacerdos secundum ordinem Melchisedec.

ARTICVLVS I.

Vtrùm Christo conueniat esse sacerdotem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christo non conueniat esse sacerdotem. Sacerdos enim est minor Angelo: vnde dicitur Zach. 3. Ostendit mihi Deus sacerdotem magnum stãtem coram Angelo Domini. Sed Christus est maior Angelis: secundũ illud Hebr. primo, Tantò melior Angelis effectus, quantò differentius præ illis nomen hæreditauit. Ergo Christo non conuenit esse sacerdotem.

Infrà q. 31 ar. 2. cor. & 2. & q. 59. arti. 4. primum Et 4. cõ trac. 6. col. 2. Et opuſ. 20. li. 3. co. 12. fi. Et Pſal. 2. col. 6. & 7. Et Pſalmo 44. col. 10. Et Heb. 1. lec 4. fi.

¶Præterea, Ea quæ fuerunt in veteri Testamento, fuerunt figuræ Christi secundum illud Colo. 2. Quæ sunt vmbra futurorum. Sed Christus non traxit carnis originẽ ex sacerdotibus veteris Legis. dicit enim Apostolus ad Heb. 7. Manifestum est, quòd ex Iuda ortus sit Dominus noster: in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est. Ergo Christo non cõuenit esse sacerdotem.

¶Præterea, In veteri lege, quæ est figura Christi, non fuit ibidem legislator & sacerdos, vnde dicit Dominus ad Moysem legislatorem Exo. 28. Applica Aaron fratrem tuum, vt sacerdotio fungatur mihi. Christus autem est lator nouæ legis: secundũ illum Hiere. 31. Dabo legem meam in cordibus eorum. ergo Christo non conuenit esse sacerdotem.

¶SED CONTRA est quod dicitur Hebr. 4. Habemus Pontificem, qui penetrauit cælos, Iesum filium Dei.

CONCLVSIO.

¶ Cùm Christus fuerit Dei & hominum mediator & quantùm ad reconciliationem, & per quam sunt hominibus diuina dona collata, maximè illi conuenit sacerdotem esse.

¶RESPONDEO dicendum, quòd propriè officium sacerdotis est esse mediatorem inter Deum & populum inquãtũ scilicet diuina populo tradit (vnde dicitur sacerdos, quasi sacra dans) secũdum illud Malach. 2. Legem requirent ex ore eius, scilicet sacerdotis: & iterum, In quantum preces populi Deo offert, & pro eorum peccatis Deo aliqualiter satisfacit. Vnde Apostolus dicit ad Hebr. 5. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Hoc autem maximè cõuenit Christo: nam per ipsum diuina dona hominibus sunt collata: secundum illud 2. Pet. 1. Per quem, scilicet Christũ maxima & pretiosa nobis promissa donauit, vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ. Ipse etiam humanum genus Deo reconciliauit: secundum illud Coloss. 1. In ipso, scilicet Christo, complacuit omnem plenitudinem habitare, & per eum reconciliare omnia. Vnde Christo maximè conuenit esse sacerdotem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q; potestas hierarchica cõuenit quidem Angelis, inquantum & ipsi sunt medij inter Deum & hominẽ, vt patet per Diony. in lib. Cæ. hie. ita q; ipse sacerdos, inquãtum est medius inter Deũ & populũ, Angeli nomen habet: secundũ illud Malach. 2. Angelus Domini exercituũ est. Christus autẽ maior Angelis fuit non solùm secundũ diuinitatẽ: sed etiam

secundum

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis vicesimæ secundæ Articulum secundum.*

Titulus clarus.

Coment. ¶ In corpore vnica est conclusio respõsiua: Christus non solùm sacerdos, sed simul fuit hostia pfecta, holocaustū pro peccato pacifica, & holocaustum. Hæc conclusio quo ad primā partem supponitur ex præcedēte articulo, quo ad secūdā verò, q̃ fuerit simul hostia, probatur: Omne quod Deo exhibetur ad hoc, vt spiritus hominis feratur in Deū, est hostia seu sacrificiū: sed humanitas Christi est Deo exhibita ad hoc, vt spiritus hominū ferātur in Deū. ergo. Maior ppositio probatur: Sacrificiū visibile est sacramētum inuisibilis, inuisibile aūt est oblatio spiritꝰ. ergo.

Annot. ¶ Aduerte q̃ vis probationis consistit in hoc: Omne sacrificiū aut est visibile, aut inuisibile: sed visibile ordinatur ad inuisibile, vt factū eius signū ad sanctum signatum, ac per hoc finē signatū: enim finis est signi, omne igitur sacrificiū exterius est sacrificium ex ordine ad interius, hoc est oblationē spiritus & cōsecra, omne quod ad oblationē spiritus Deo offertur, sacrificiū denominatiue dicitur. Tertia verò pars cōclusiōis, hoc est perfecta pro peccato pacifica & holocaustū, probatur ex littera: Homo indiget sacrificio propter tria, scilicet remissione peccati, gratiæ cōseruatione, & cōsummationē: sed hęc tria per humanitatē Christi habentur. ergo.

Maior in littera & inferitur ex prioti syllogismo, quo probata est altera pars conclusionis. Nā si sacrificiū exterius dicitur ex relatione ad oblationē spiritus, & ad oblationē spiritꝰ nostri, cōcurrunt ista tria, scilicet remissio peccati, gratiæ cōseruationē, & cōsummationē: sed hęc tria per humanitatē Christi habentur. ergo.

Maior in littera & infertur ex prioti syllogismo, quo probata est altera pars conclusionis. Nā si sacrificiū exterius dicitur ex relatione ad oblationē spiritus, & ad oblationē spiritꝰ nostri, cōcurrunt ista tria, scilicet remissiō peccati, gratiæ cōseruatio, & cōsummatio illius: cōsequēs est vt ad hęc tria homo indigeat sacrificio. Et declaratur quo ad singula singulis autoritatibus Scripturæ.

Minor verò probatur autoritatibus sacræ Scripturæ etiā singulis ad singula.

Annot. ¶ Recolito hic ex Prima secundæ quæstione. 101. artic. 1. ad octaud. triplex fuisse sacrificij genus in veteri Testamēto, holocaustū, hostiā pro peccato, & hostiam pacificā. Et holocaustū quidem præcellentius statui conuenire, quia totum cōburebatur in honorē Dei, hostiā verò pacifica ad profectum status pertinere ei qui ex Deo per ministros nobis cooperantibus est. In tres esse partes diuidebatur, vnā Deo incendam, aliā in vsum sacerdotū, tertiā in vsum offerētium, secundum humanitatem, in quantum habuit plenitudinem gratiæ & gloriæ. Vnde etiā excellentiori modo hierarchicam seu sacerdotalem potestatē præ Angelis habuit: ita etiā quòd ipsi Angeli fuerunt ministri sacerdotij eius: secundum illud Matthæ. 4. Accesserunt Angeli, & ministrabant ei secundum tamen passibilitatem carnis, modico ab Angelis minoratus est, vt Apostolus dicit Hebr. 2. Et secundum hoc conformis fuit hominibus viatoribus in sacerdotio constitutis.

¶ Ad secundū dicendum, quòd sicut Damas. dicit in 3. lib. quod in omnibus est simile, idē vtiq; erit, & non extraneum. Quia igitur sacerdotium veteris legis erat figura sacerdotij Christi, noluit Christus nasci de stirpe figuralium sacerdotum, vt ostenderetur non esse omnino idem sacerdotium: sed differre sicut verum à figurali.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ sicut suprà dictū est, alij homines particulatim habent quasdam gratias, sed Christus tanquam omnium caput habet perfectionem omnium gratiarum. Et ideo quātum ad alios pertinet, alius est Legislator, & alius Sacerdos, & alius Rex: sed hæc omnia concurrunt in Christo tanquàm in fonte omnium gratiarum. Vnde dicitur Isa. 33. Dominus iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus Rex noster: ipse veniet & saluabit nos.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm Christus simul fuerit sacerdos & hostia.

Ad secundum sic proceditur. Videtur quòd ipse Christus nō fuerit simul sacerdos & hostia. Secerdotis enim est hostiam occidere. Sed Christus non seipsum occidit. Ergo ipse nec fuit simul sacerdos & hostia.

¶ Præterea, Sacerdotium Christi magis est simile sacerdotio Iudæorum, quod erat à Deo institutum, quàm sacerdotio Gentilium, quo dæmones colebantur. In veteri autem lege nunquàm homo in sacrificium offerebatur: quod maximè reprehenditur in sacrificiis Gentilium: secundum illud Psal. Effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quos sacrificauerunt sculptilibus Chanaan. Ergo in sacerdotio Christi nō debuit esse ipse homo Christi hostia.

¶ Præterea, Omnis hostia ex hoc quòd Deo offertur, Deo sanctificatur. Sed ipsa Christi humanitas à principio fuit sanctificata, & Deo coniuncta. Ergo non conuenienter potest dici, quòd Christus, secundum quòd homo, fuerit hostia.

¶ SED CONTRA est quod Apo. dicit ad Ephe. 5. Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis.

CONCLVSIO.

¶ Cùm per Christum fuerint hominum peccata deleta, & gratia donata, ac gloria perfectionem consecuti fuerimus, non modò sacerdos fuit, sed sacrificium & hostia perfecta, pro peccato videlicet pacifica & holocaustum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut Aug. dicit in 10. de Ci. Dei, omne sacrificium visibile, inuisibilis sacrificij sacramentum, id est sacrum signum est. Inuisibile autem sacrificium est, quo homo Deo spiritum suum offert: secundum illud Psal. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Et ideo omne illud, quod Deo exhibetur, ad hoc quòd spiritus hominis feratur in Deum, potest dici sacrificium.

¶ Indiget igitur homo sacrificio propter tria. Vno quidem quodo ad remissionem peccati, per quod à Deo auertitur. & ideo Apo. dicit ad Hebr. 5. quòd ad sacerdotem pertinet, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis. Secundò, vt homo in statu gratiæ cōseruetur, semper Deo inhærens, in quo eius pax & salus cōsistit. Vnde & in veteri lege immolabatur hostia pacifica pro offerentium salute: vt habetur Leui. 3. Tertiò ad hoc, quòd spiritus hominis perfectè Deo vniatur: quod maximè erit in gloria. Vnde & in veteri lege offerebatur holocaustum quasi totum incensum: vt dicitur Leui. primo, Hæc autem per humanitatem Christi nobis prouenerunt. Nam primò quidem nostra peccata deleta sunt: secundum illud Rom. 4. traditus est propter delicta nostra. Secundò gratiam nos saluantem per ipsum accepimus: secundum illud Hebr. 5. Factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternę. Tertiò per ipsum perfectionē gloriæ adepti sumus. Heb. 10. Habemus fiduciam per sanguinem eius in introitum Sanctorum, scilicet in gloriam cælestē. Et ideo ipse Christus inquantum homo, non solùm fuit sacerdos, sed etiam hostia perfecta, simul existens hostia pro peccato, & hostia pacifica, & holocaustum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus non se occidit, sed seipsum voluntariè morti exposuit: secundum illud Isa. 53. Oblatus est, quia ipse voluit: & ideo dicitur seipsum obtulisse.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hominis Christi occisio potest ad duplicem voluntatem comparari. Vno modo ad voluntatem occidentium. Et sic non habet rationem hostiæ: non enim dicuntur occisores Christi, hostiam Deo obtulisse, sed grauiter deliquisse. Et huius peccati similitudinem gerebant impia Gentilium sacrificia, quibus homines idolis immolabant. Alio modo potest considerari occisio Christi per comparationem ad voluntatem patientis, qui voluntariè se obtulit passioni. Et ex hac parte habet rationem hostiæ, in quo non conuenit cum sacrificiis Gentilium.

¶ Ad tertium dicitur, quòd sanctitas humanitatis Christi à principio nō impedit, quin ipsamet humana natura, quum in passione oblata est Deo, sanctificata nouo modo fuerit, scilicet vt hostia actualiter tunc exhibita. Acquisiuit enim actualem hostiæ sanctificationem tunc ex antiqua charitate & gratia vnionis sanctificante eandem absolutè.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum effectus sacerdotij Christi sit expiatio peccatorum.

Ad tertium sic procedi tur. Videtur quòd effectus sacerdotij Christi non sit expiatio peccatorum. Solius enim Dei est peccata delere, secundum illud Isa. 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas propter me. Sed Christus non est sacerdos, secundum quòd Deus, sed secundum quòd homo. Ergo sacerdotium Christi non est expiatiuum peccatorum.

¶ Præterea, Apostolus dicit Hebr. 10. quòd hostiæ veteris Testamenti non poterant per-

fectos facere: alioquin cessassent offerri, eo quòd nullam haberent conscientiam peccati cultores sufficienter semel mundati, sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit. Sed similiter sub sacerdotio Christi fit commemoratio peccatorū cùm dicitur, Dimitte nobis debita nostra. Matth. 6. offertur etiam continuè sacrificium in Ecclesia. vnde & ibidem dicitur, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Ergo per sacerdotium Christi non expiantur peccata.

¶ Præterea, In veteri lege maximè immolabatur hircus pro peccato principis, vel capra pro peccato alicuius de populo, vel vitulus pro peccato sacerdotis, vt patet Leuit. 4. Sed Christus nulli horum comparatur, sed agno, secundum illud Hiere. 11. Ergo quasi agnus mānsuetus, qui portatur ad victimam. Ergo videtur quòd eius sacerdotium non sit expiatiuum peccatorum.

¶ SED CONTRA est quod Apostolus dicit Hebr. 9. Sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum seipsum obtulit immaculatum Deo, emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti. Opera autem mortua dicuntur peccata. Ergo sacerdotium Christi habet virtutem emundandi peccata.

CONCLVSIO.

¶ Cùm virtute Christi collata fuerit nobis iustificationis gratia, & pro nobis satisfecerit, eius sacerdotium plenam vim peccati expiādi habuisse certò est.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ad perfectam emundationem duo requirun tur, secundum quòd duo sunt in peccato, scilicet macula culpæ, & reatus pœnæ. Macula quidem culpæ deletur per gratiam, qua corpeccatoris conuertitur in Deum: reatus autem pœnæ, totaliter tollitur per hoc, quòd homo Deo satisfacit. Vtrunque autem horum efficit sacerdotium Christi. Nam virtute ipsius gratia nobis datur, qua corda nostra conuertuntur ad Deum: secundum illud Roma. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu: quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Ipse etiam pro nobis plenariè satisfecit, inquantum ipse languores nostros tulit, & dolores nostros ipse portauit. Vnde patet, quòd Christi sacerdotium habet plenam vim expiandi peccata.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet Christus non fuerit sacerdos secūdum quòd Deus, sed secundum quòd homo: vnus tamen & idem fuit sacerdos & Deus. Vnde in synodo Ephesina legitur: Siquis Deum non confitetur Christum esse verè & Apostolum nostrum fieri, nō ipsum ex Deo Verbum, quando factum est caro, & secundum nos homo, sed tanquam alterum præter eum seorsum hominem ex mulieres: anathema sit. Et ideo inquantum eius humanitas operabatur in virtute diuinitatis, illud sacrificium erat efficacissimum ad delenda peccata. Propter quod Aug. dicit in 4. de Trī. Vt quoniam quatuor considerantur in omni sacrificio, cui offeratur, à quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur: idem ipse vnus verūsq; Mediator, per sacrificium pacis reconcilians nos Deo, vnum cū illo maneret, cui offerebatur: vnum in se faceret, pro quibus offerebatur vnus ipse esset, qui offerebat & quod offerebat.

¶ Ad secundum dicendū, quòd peccata non cōmemorantur in noua lege, propter inefficaciam sacerdotij Christi, quasi per ipsum nō sufficienter expientur peccata: sed cōmemorantur quantū ad illos, qui vel eius sacrificij nolunt esse participes (sicut sunt infideles) pro quorum peccatis oramus, vt conuertantur: vel etiam quantum ad illos, qui post participationem huius sacrificij, ab eo deuiant, qualitercunque peccendo. Sacrificium autem quod quotidie in Ecclesia offertur, non est aliud a sacrificio, quod ipse Christus obtulit, sed eius commemoratio: vnde Augustin. dicit in 10. de Ciuit. Dei. Sacerdos ipse Christus offerens, ipse & oblatio: cuius rei sacramentum, quotidianum esse voluit Ecclesiæ sacrificium.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Orig. dicit super Ioan. Licet diuersa animalia in veteri lege offerrentur, quotidianum tamen sacrificium, quod offerebatur mane & vespere, erat agnus: vt habetur Numeri 28. Vnde signi ficabatur, quòd oblatio agni viri, id est Christi, esset sacrificium consummatiuum omniū aliorum. Est ideo Ioan. 1. dicitur. Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum effectus sacerdotij Christi non solùm ad alios pertineat, sed etiam ad ipsum.

Ad quartum sic proceditur. Videtur quod effectus sacerdotij Christi non solùm pertinerit ad alios, sed etiam ad ipsum. Ad officium enim sacerdotis pertinet, pro populo orare: secundum illud 2. Machab. primo, Orationem faciebant sacerdotes, dum consummaretur sacrificium. Sed Christus non solùm pro aliis orauit, sed etiam pro seipso: secundum quod suprà dictū est, sicut expressè dicitur Heb. 5. quòd in diebus carnis suæ, preces supplicationesq; ad Deum, qui possit illum saluum facere a morte, cum clamore valido & lachrymis obtulit. Ergo sacerdotij Christi effectum habuit non solùm in aliis, sed etiam in seipso.

¶ Præterea, Christus sacrificium obtulit seipsum in sua passione. Sed per passionem suā non solùm aliis meruit, sed etiam sibi: vt suprà habitum est. Ergo sacerdotium Christi nō solùm habuit effectum in aliis, sed etiam in seipso.

¶ Præterea, Sacerdotium veteris legis fuit figura sacerdotij Christi. Sed sacerdos veteris legis non solùm pro aliis, sed etiam pro seipso sacrificium offerebat. Dicitur enim Leuit. 16. quòd Pontifex ingreditur Sanctuarium, vt roget pro se, & pro domo sua, & pro vniuerso cœtu filiorū Israël. Ergo etiam sacerdotium Christi non solum in aliis, sed in seipso effectum habuit.

¶ SED CONTRA est quod in Ephesina synodo legitur: Siquis dicit Christum pro se obtulisse oblationem, & non magis pro nobis solùm (non enim indiguit sacrificio, qui peccatum nescit) anathema sit. Sed in sacrificio offerendo, potissimè sacerdotis consistit officium. Ergo sacrificium Christi non habuit effectum ipso in Christo.

CONCLVSIO.

¶ Cùm Christus per seipsum ad Deum accesserit, non decuit ipsum proprij sacerdotis effectum in se suscipere

b ¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est, sacerdos cōstituitur medius inter Deum & populum. Ille autem indiget

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis vicesimæsecundæ Articulum quintum.

Comment. Titulus clarus est.
¶ In corpore vnica est conclusio: Sacerdotiũ Christi est æternũ quo ad consummationem. Declaratur primò termini, distinguendo in sacerdotis officio duo, scilicet oblationem & cõsummationẽ. Probatur deinde, quia consummatio sacerdotij Christi cõsistit in bonis æternis. Probatur autoritate Apostoli: Christus Pontifex futurorum bonorum. Manifestatúrque demum ipsa conclusio ex figura legalis sacerdotij. ita quòd introit. Pontificis legalis semel in anno in sancta sanctorũ cum sanguine immolatorũ extra. * Quia Pontifex in sancta sanctorum significat Christũ totum, hoc est in se & membris intrantem in cælum secretum æternorum bonorum, quia cum sanguine immolatorum extrà significat modum, quo Christus totus cælos intrauit, scilicet per sanguinẽ suũ, quem effudit extra cælos, immolãdo seipsum in terra, quia semel in anno, hoc est in vltimo cursu solis, significat vnitatem (ut reficiej) Christi imperfecto cursu solis iustitiæ: hoc est in æternum, vt in responsione ad tertiũ dicitur.

¶ Super Quæstionis vicesimæsecundæ Articulum sextum.

Comment. Titulus clarus est.
¶ In corpore articuli, vnica est cõclusio: Sacerdotiũ Christi est secundum ordinem Melchisedec. Probatur: Sacerdotiũ Christi fuit præfiguratum per legale sacerdotium & per sacerdotiũ Melchisedec: sed per illud defectiuè per hoc quãtùm ad excellentiam ipsius supra legale: ergo est secundum ordinem Melchisedec.
¶ Antecedẽs habet tres partes. Prima supponitur, quòd sacerdotium Christi præfiguratum fuerit in vtroque. Secũda, quòd defectiuè in legali, probatur, tum quia nõ mundabat peccatum: tum quia non æternũ. Tertia, q excellentia figurata esset per Melchisedec, ja probatur quia excellentia istius per excellentiam illius repræsentata fuit. Quòd autẽ illud fuerit excellétius legali, probatur, quia sacerdos legalis decimatus fuit in lumbis Abrahæ, decimas solutis Melchisedec: cõstat enim excellere illum cui decimę dãtur. Hanc materiam diffusè tradit Apostolus ad Heb. 7. vnde sumpta est hæc ratio.

Art. seq. cor. & q. 6. 3. Et Prima secũda, quæstio. 106. artic. 4. Et 3. dist. 22. q. 1. artic. 1. ad 4.

medio ad Deum, qui per seipsum accedere ad Deum nõ potest, & talis sacerdotio subiicitur, effectum sacerdotij participans. Hoc autẽ Christo non competit: dicit enim Apostolus ad Heb. 7. Accedens per semetipsum ad Deum, semper viuens, ad interpellandum pro nobis. Et ideo Christo non cõuenit effectum sacerdotij in se suscipere, sed potius ipsum aliis communicare. Primum enim agens in quolibet genere, ita est influẽs, quod non est recipiens in genere illo: sicut sol illuminat, sed nõ illuminatur: & ignis calefacit, sed non calefit. Christus autem est fons totius sacerdotij: nam sacerdos legalis erat figura ipsius: sacerdos autẽ nouæ legis in persona ipsius operatur: secundum illud 2. ad Cor. 2. Nã & ego quod donaui, siquid donaui, propter vos in persona Christi. Et ideo non competit Christo effectum sacerdotij recipere.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd oratio etsi conueniat sacerdotibus: non tamen est eorũ officio propria. Cuilibet enim conuenit & pro se & pro aliis orare: secundum illud Iac. vlti. Orate pro inuicem, vt saluemini. Et sic posset dici, quòd oratio qua Christus pro se orauit, non erat actus sacerdotij eius. Sed hæc responsio videtur excludi per hoc, quod Apostolus Heb. 5. cùm dixisset, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec, subdit, Qui in diebus carnis suæ preces, &c. vt suprà. Et ita videtur quòd oratio, qua Christus orauit, ad eius sacerdotium pertineat. Et ideo oportet dicere, quòd alij sacerdotes effectum sacerdotij sui participant: non inquantum sacerdotes, sed inquantum peccatores, vt infrà dicetur. Christus autem, simpliciter loquendo, peccatum non habuit. Habuit tamen similitudinẽ peccati in carne: vt dicitur Rom. 8. Et ideo nõ simpliciter dicendum est, quòd ipse effectum sacerdotij participauerit, sed secundum quid, scilicet secundum passibilitatem carnis. Vnde signanter dicit: Qui posset illum saluum facere à morte.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in oblatione sacrificij cuiuscunq; sacerdotis, duo possunt cõsiderari, scilicet ipsum sacrificium oblatum, & deuotio offerentis. Proprius autem effectus sacerdotij est id quod sequitur ex ipso sacrificio. Christus autem cõsecutus est per suam passionem, non quasi ex vi sacrificij quod offertur per modum satisfactionis: sed ex ipsa deuotione, qua secundum charitatem humiliter passionem sustinuit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd figura non potest adæquare veritatem. Vnde sacerdos figuralis veteris legis non poterat ad hanc perfectionem pertingere, vt sacrificio satisfactorio non indigeret: sed Christus non indiguit: vnde non est similis ratio de vtroque. Et hoc est quod Apostolus dicit, Lex homines constituit sacerdotes, infirmitatem habentes: sermo autem iurisiurandi, qui post legem est, Filium in æternum perfectum.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm sacerdotium Christi permaneat in æternum.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd sacerdotium Christi non permaneat in æternum. Quia (vt dictum est) illi soli effectu sacerdotij indigent, qui habent infirmitatem peccati: quæ per sacerdotis sacrificium expiari potest. Sed hoc erit in æternum: quia in Sanctis nulla erit infirmitas: secundum illud Isa. 60. Populus tuus omnes iusti. Peccatorum autem infirmitas inexpiabilis erit: quia in inferno nulla est redemptio. Ergo sacerdotium Christi frustra remanere in æternum.

¶ Præterea, Sacerdotium Christi præcipuè manifestatum est in eius passione & morte: quando per proprium sanguinem introiuit in Sancta: vt dicitur Hebr. 9. Sed passio & mors Christi non erit in æternum: secundum illud Roma. 6. Christus resurgens à mortuis, iam non moritur. Ergo sacerdotium Christi non est in æternum.

¶ Præterea, Christus est sacerdos non secundum quòd Deus, sed secundum quòd homo. Sed Christus quandoque non fuit homo, scilicet in triduo mortis. Ergo sacrificium Christi, non est in æternum.

¶ SED CONTRA est quod dicitur in Psal. Tu es sacerdos in æternum.

CONCLVSIO.

¶ Sacerdotium christi æternum fuit quo ad omnem sacerdotij consummationem.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in officio sacerdotis duo possunt considerari. Primò quidem ipsa oblatio sacrificij. Secundò, ipsa sacrificij consummatio. Quæ quidem consistit in hoc quòd illi, pro quibus sacrificium offertur, finem sacrificij consequuntur. Finis autem sacrificij, quod Christus obtulit, non fuerunt bona temporalia, sed æterna, quæ per eius mortem adipiscimur (vnde dicitur Heb. 9. quòd Christus est assistens Pontifex futurorum bonorum) ratione cuius Christi sacerdotium dicitur esse æternum.

¶ Et hæc quidem consummatio sacrificij Christi, præfigurabatur in hoc ipso, quòd Pontifex legalis semel in anno cum sanguine hirci & vituli intrabat in Sancta sanctorum (vt dicitur Leuit. 16. cùm tamen hircum & vitulum non immolaret in Sanctis sanctorum, sed extra. Et similiter Christus in Sancta sanctorum, id est in ipsum cælum intrauit: & nobis viam parauit intrandi, per virtutem sanguinis sui, quem pro nobis in terra effudit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Sancti qui erunt in patria, non indigebunt vlterius expiari per sacerdotium Christi: sed expiati iam indigebunt consummari per ipsum Christum, à quo gloria eorum dependet. Vnde dicitur Apoc. 21. quòd claritas Dei illuminat illam, scilicet ciuitatem Sanctorum, & lucerna eius est agnus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd licet passio & mors Christi de cætero non sit iteranda: tamen virtus illius hostiæ semel oblatæ, permanet in æternum.

¶ Et per hoc patet responsio ad tertium: quia, vt dicitur ad Heb. 10. vna oblatione consummauit in æternum sanctificatos. Vnitas autem huius oblationis figurabatur in lege, per hoc quòd semel in anno legalis Pontifex cum solenni oblatione sanguinis intrabat in Sancta: vt dicitur Leui. 16. Sed deficiebat figura à virtute in hoc, quòd illa hostia non habebat sempiternam virtutem: & ideo annuatim illæ hostiæ reiterabantur.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm sacerdotium Christi fuerit secundum ordinem Melchisedec.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd sacerdotium Christi non fuerit secundum ordinem Melchisedec. Christus enim est fons totius sacerdotij, tãquam principalis sacerdos. Sed illud quod est principale, non sequitur ordinem alterius, sed alia sequuntur ordinem ipsius. Ergo Christus non debet dici sacerdos secundum ordinem Melchisedec.

¶ Præterea, Sacerdotium veteris legis, propinquius fuit sacerdotio Christi, quàm sacerdotium quod fuit ante legem. Sed sacramenta tantò expressius significabant Christum, quantò propinquiora fuerunt Christo: vt patet ex his, quæ in Secunda parte dicta sunt. Ergo sacerdotium Christi magis debet denominari secundum sacerdotium legale, quàm secundum sacerdotium Melchisedec, quod fuit ante legem.

¶ Præterea, Hebræ. 7. dicitur, quòd est Rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque numerum dierum, neque finem vitæ habens. Quæ quidem conueniunt soli filio Dei. Ergo

¶ Aduertẽdũ est, quòd sacrificium Christi sumitur dupliciter. Primò secundum seipsum, vt ab ipso Christo oblatũ est in ara crucis. Et sic consideratur dupliciter, vel formaliter secundũ id quod in se est: & hoc modo Christus, quum dicitur sacerdos secundum ordinem Melchisedec, intelligitur secundum ordinem dignitatis & excellentiæ respectu sacerdotij legalis. Vel causaliter secundum suum effectum, vnitatem scilicet membrorum Christi in charitate & pace: & hoc modo quum Christus dicitur sacerdos secundum ordinem Melchisedec, intelligitur secundum ordinem proportionalis similitudinis inter res oblatas à Melchisedec (panem scilicet & vinum) & vnitatem Ecclesiæ: quoniam sicut tam panis, quàm vinum fit ex multis cõcurrentibus in vnum (vt Augustinus dicit, & in litera habetur) ita ex multis vnum Christi corpus mysticum cõficitur: quod est Ecclesia, &c.

¶ Secundo modo sumitur sacrificium Christi secundum suum memoriale sacrificium: quod scilicet Christus instituit in sua Ecclesia, in suæ passionis mortisq; memoriam offerendũ: vt quotidie fit in Eucharistiæ sacrificio. Et sic quum Christus dicitur sacerdos secundum ordinem Melchisedec, intelligitur de ordine assimilationis in materiis sacrificij: nam panem & vinum assumi instituit in suo memoriali sacrificio pro materia Eucharistiæ, sicut Melchisedec panem & vinum obtulerat in sacrificium.

¶ Super Quæstionis vicesimætertiæ Articulum primum.

Annot. Titulus clarus est. Adoptare enim significat facere sibi filium adoptiuum.

Comment. ¶ In corpore vnica est conclusio, Deo conuenit adoptare. Probatur & declaratur: probatur quidem sic, Deus ex sua bonitate admittit homines ad diuinæ beatitudinis hæreditatem: ergo Deo conuenit adoptare. Antecedens cõstat tria: primò cauſam, scilicet quòd ex bonitate: secundò terminum, scilicet diuinam beatitudinẽ: tertiò modum seu formam, scilicet hæreditatem. Et quo ad singula in litera probatur. Quo ad causam: quia Deus ex sua bonitate admittit omnes creaturas ad suæ bonitatis participationem, & præcipuè rationales. Quo ad terminũ: quia creaturæ rationales sũt capaces diuinæ beatitudinis, quia sunt ad imaginem Dei factæ. Quo ad formam hæreditatis: quia diuina beatitudo est quasi Deus est beatus per hoc per seipsum dines, ac per hoc hæreditas, prima sequela in litera non probatur. Secũda autem probatur: quia illud est alicui⁹ hæreditas, quo est dines. Consequentia verò principalis proba tur. Humana adoptio, ad cuius similitudinem diuina dicitur, est qua aliquis ex sua bonitate constituit alium in successione suæ hæreditatis. Declaratur autem ex differentia inter humanam & diuinam adoptionem: quia diuina dignificat, Deoneum faciendo hæreditare, humana autem idoneũ præsupponit, quem hæredem facit.

3. dist. 10. q. 2. art. 1. q. 1. Et 4. cõtra cap. 17. fin.

¶ Et nota hîc responsiones ad singula argumẽta quia necessariæ valde sunt ad intellectum materiæ huius. *Annot.*

¶ Vnum tamen restat hîc dubium circa illud: Beatitudo est, quæ Deus est dies: quoniam beatitudo spectat ad mentem, diuitiæ verò ad potentiam: constituunt enim diuitiæ potentem vti affluenter rebus ad possessionẽ pertinentibus.

¶ Sed hoc facilè soluitur, dicendo, vel quòd beatitudo facit causaliter diuitem. Vnde Beato promissum est, Super omnia bona sua constituet eum. Vel quòd beatitudo sumitur collectiuè seu integraliter, vt ex suis omnibus partibus constat. Ad felicitatem enim requiritur potentia plena: alioquin non esset quis simpliciter felix.

Ergo non debet dici Christus secundum ordinem Melchisedec, tanquam cuiusdam alterius, sed secundum ordinem suipsius.

¶ SED CONTRA est quod dicitur in Psalmo, Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec.

CONCLVSIO.

¶ Christi sacerdotium fuit secundum ordinem Melchisedec, secundum excellentiam veri sacerdotij ad figurale sacerdotium legis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est, legale sacerdotium fuit figura sacerdotij Christi: non quidem quasi adæquans veritatem, sed multum ab ea deficiens. Tum quia sacerdotium legale non mundabat peccata: tum etiam quia non erat æternum, sicut sacerdotium Christi. Ipsa autem excellentia sacerdotij Christi ad sacerdotium Leuiticum fuit figurata in sacerdotio Melchisedec, qui ab Abraham decimas sumpsit: in cuius lumbis decimatus est quodammodo ipse sacerdos legalis. Et ideo sacerdotium Christi dicitur esse secundum ordinem Melchisedec, propter excellentiam veri sacerdotij ad figurale sacerdotium legis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus non dicitur esse secundum ordinem Melchisedec, quasi principalioris sacerdotis, sed quasi præfigurantis excellentiam sacerdotij Christi ad sacerdotium Leuiticum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in sacerdotio Christi duo possunt considerari: scilicet ipsa oblatio Christi, & participatio eius. Quantùm ad ipsam oblationem, expressius figurabat sacerdotium Christi sacerdotium legale per sanguinis effusionem, quam sacerdotium Melchisedec, in quo sanguis non effundebatur. sed quantùm ad participationem huius sacrificij & eius effectum (in quo præcipuè attenditur excellentia sacerdotij Christi ad sacerdotium legale) expressius præfigurabatur per sacerdotium Melchisedec, qui offerebat panem & vinum, significantia (vt Augustinus dicit) ecclesiasticam vnitatem, quam constituit participatio sacrificij Christi. Vnde etiam in noua lege verum Christi sacrificium communicatur fidelibus sub specie panis & vini.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Melchisedec, dictus est sine patre, & sine matre, & sine genealogia, & quòd non habet initium dierum neque finem: non quia ista non habuerit, sed quia in Scriptura sacra ista de eo non leguntur. Et per hoc ipsum (vt Apostolus ibi dicit) assimilatus est filio Dei: qui in terris est sine patre & in cælis sine matre, & sine genealogia: secundum illud Isa. 53. Generationem eius quis enarrabit? & secundum diuinitatem neque principium neque finem dierum habet.

QVAESTIO VICESIMA tertia de Adoptione Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est, an adoptio Christo conueniat.

¶ Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm Deo conueniat adoptare filios.

¶ Secundò, vtrùm hoc conueniat soli Deo patri.

¶ Tertiò, vtrùm sit proprium hominum adoptari in filios Dei.

¶ Quartò, vtrùm Christus possit dici filius adoptiuus.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm Deo conueniat filios adoptare.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Deo non conueniat filios adoptare. Nullus enim adoptat nisi extraneam personam in filium: secundum quòd luristæ dicunt. Sed nulla persona est extranea à Deo, qui est omnium creator. Ergo videtur quòd Deo non conueniat adoptare.

¶ Præterea, Adoptio videtur esse introducta in defectum filiationis naturalis. Sed in Deo inuenitur naturalis filiatio: vt in Prima parte habitum est. Ergo non conuenit Deo filios adoptare.

¶ Præterea, Ad hoc aliquis adoptatur, vt in hæreditate adoptantis succedat. Sed in hæreditate Dei non videtur aliquis posse succedere: quia ipse nunquam decedit. Ergo Deo nõ conuenit adoptare.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Ephe. primo. Prædestinauit nos in adoptionem filiorum Dei. Sed prædestinatio Dei nõ est irrita. Ergo Deus aliquos sibi adoptat in filios.

CONCLVSIO.

¶ Cùm Deo ex sua essentiali bonitate conueniat homines ad diuinæ beatitudinis hæreditatem admittere: ipsi etiam conuenire homines in filios adoptare necesse est.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd aliquis homo adoptat alium sibi in filium, in quantum ex sua bonitate admittit eum ad participationem suæ hæreditatis: Deus autẽ est infinitæ bonitatis: ex qua contingit, quòd ad participationem bonorum suorum suas creaturas admittit. Et præcipuè rationales creaturas: quæ inquantum sunt ad imaginẽ Dei factæ, sunt capaces beatitudinis diuinæ. Quæ quidem constitit in fruitione Dei: per quam etiam ipse Deus beatus est, & per seipsum dines, inquantum scilicet seipso fruitur. Hoc autem dicitur hæreditas alicuius, ex quo ipse est dines. Et ideo inquantum Deus ex sua bonitate admittit homines ad beatitudinis hæreditatem, dicitur eos adoptare. Hoc autem plus habet adoptatio diuina, quàm humana: quia Deus hominem, quem adoptat, idoneum facit per gratiæ munus ad hæreditatem cælestem percipiendam. Homo autem non facit idoneum eum, quem adoptat, sed potius eum iam idoneum eligit adoptando.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo in sua natura consideratus, non est extraneus à Deo, quantum ad bona naturalia quæ recipit: est tamen extraneus, quantum ad bona gratiæ & gloriæ, & secundum hoc adoptatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hominis est operari ad supplendam suam indigentiam: non autem Dei, cui nihil operari ad communicandam suæ perfectionis abundantiam. Et ideo sicut per actum creationis communicatur bonitas diuina omnibus creaturis, secundum quandam similitudinem, ita per actum adoptionis communicatur similitudo naturalis filiationis hominibus, secundum illud Rom. 8. Quos præsciuit conformes fieri imaginis Filij sui.

¶ Ad tertium dicendum, quòd bona spiritualia possunt simul à pluribus possideri, non autem bona corporalia. Et ideo hæreditatem corporalem nullus potest percipere, nisi succedens decedenti: hæreditatem autem spiritualem simul omnes ex integro accipiunt sine detrimento Patris semper viuentis. Quanuis posset dici, quòd Deus decedit, secundum quòd est in nobis per fidem, & incipiet in nobis esse per speciem: sicut glossa dicit Rom. 8. super illud, Si filij, & hæredes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis vicesimatertiæ Articulum secundum.*

Comment. Titulus clarus est.

¶ In corpore vnius est conclusio: Adoptare homines in filios Dei, conuenit totius Trinitati. Probatur. Facere quemcunq; esse filium in creaturis commune est toti Trinitati: sed filius adoptiuus est factus non genitus naturali generatione à Deo, ergo adoptare est commune toti Trinitati. Maior tripliciter probatur: Primò ex oppositio, qa generate naturaliter in diuinis proprium est Patri. Secundò quia vna est substantia Trinitatis: vbi autē est vna substantia, est vnica virtus & operatio. Tertiò autoritate, Quæcunq; facit Pater. Minor declaratur ex differentia inter filium Dei naturaliter & adoptiuum: quia ille genitus, non factus, iste factus, non genitus naturaliter. Et notanter apponitur ly naturaliter: quia generatio est duplex, naturalis & gratuita, illa propria est filio: hæc conuenit adoptiuis, & ad facere spectat: est enim tacendi quædam species.

Annot. ¶ In responsionibus argumentorum memoranda differentiæ inter proprium & appropriatū & videbis adoptionem nostram, nō proprijam alicui personæ diuinæ, sed communem tribus: appropriatā autem Patri, vt actori (& ideo peculiariter dicitur ipse pater noster) Filio, vt exemplari (& ideo frater noster, quasi similis communicās in Patre) Spiritui sancto, vt quasi executori in suo appropriato, quod est charitas, qua iumus filij Dei: & ideo Spiritus sanctus dicitur spiritus adoptionis filiorum.

¶ *Super Quæstionis vicesimasecundæ Articulum tertium.*

Comment. Titulus clarus, vt sonat.

¶ In corpore vnica est conclusio: Adoptari conuenit creaturæ rationali soli, nō omni. Probatur: Filius Dei naturaliter procedit à Patre, vt verbum intellectuale vnum eū ipso Patre existens, & filiatio adoptionis, & filiatio similitudo filiationis naturalis, non tamen secundum formam, aut gradum intelligibilitatis, sed secundum vnitatem: ergo adoptari conuenit creaturæ rationali soli, non omni. Antecedens quo ad primam propositionem includit tres conditiones ad propositū filij Dei. prima est, quòd Verbum: secunda, quòd intellectuale: tertia, quod vnum cum Patre.

¶ Et ideo ex ipsa propositione deducitur tertium dixit, Patrem vestrum: est enim Pater Christi, naturaliter generando: quod est proprium sibi. Est autem pater noster voluntariè aliquid faciendo, quod est commune sibi & Filio & Spiritui sancto. Et ideo Christus non est filius totius Trinitatis, sicut nos.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut dictum est, filiatio adoptiua est quædam similitudo filiationis æternæ: sicut omnia quæ in tempore facta sunt, similitudines quædam sunt eorum quæ ab æterno fuerunt. Assimilatur autem homo splendori æterni filij, per gratiæ claritatem, quæ attribuitur Spiritui sancto. Et ideo adoptatio licet sit communis toti Trinitati: appropriatur tamen Patri vt actori, Filio vt exēplari, Spiritui sancto vt imprimenti in nobis huius similitudinē exēplaris.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrum adoptari sit proprium rationalis creaturæ.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd adoptari non sit proprium rationalis creaturæ. Non enim dicitur Deus parer creaturæ, nisi per adoptionem. Dicitur autem pater creaturæ etiam irrationalis: secundum illud Iob 38. Quis est pluuiæ pater, & stillas roris quis genuit? Ergo adoptari non est proprium rationalis creaturæ.

¶ Præterea, Per adoptionem dicuntur aliqui filij Dei. Sed esse filios Dei, in Scriptura proprie videtur attribui Angelis, secundum illud Iob primo, Quadam autem die cùm assisterent filij Dei coram Domino. Ergo non est proprium creaturæ rationalis adoptari.

¶ Præterea, Quod est proprium alicui naturæ, conuenit omnibus habentibus naturam illam: sicut risibile conuenit omnibus haminibus. Sed adoptari non conuenit omni rationali naturæ. Ergo adoptari non est proprium rationalis creaturæ.

¶ SED CONTRA est, quòd Filij adoptati sunt hæredes Dei, vt patet Romanorum octauo. Sed talis hæreditas conuenit soli rationali creaturæ. Ergo proprium est creaturæ rationalis adoptari.

CONCLVSIO.

¶ *Rationale Creaturæ tantum conuenit in filios Dei adoptari, at non omni, sed charitatem habenti.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est, filiatio adoptionis est quædam similitudo filiationis naturalis. Filius autem Dei naturaliter procedit à Patre, vt verbum intellectuale, vnum cum ipso Patre existens. Huic ergo Verbo tripliciter potest aliquid assimilari. Vno quidem modo secundum rationem formæ, non autem secundum intellectualitatem ipsius: sicut forma domus exterius constitutæ assimilatur verbo mentali, artificis secundum speciem formæ, non autem secundum intelligibilitatem: quia forma domus in materia non est intelligibilis, sicut erat in mente artificis. Et hoc modo Verbo æterno assimilatur quælibet creatura, cùm sit facta per Verbum. Secundo modo assimilatur creatura Verbo non solùm quantum ad rationem formæ, sed etiam quantum ad intellectualitem ipsius, sicut etiam scientia, quæ fit in mente discipuli, assimilatur verbo quod est in mente magistri. Et hoc modo creatura rationalis etiam secundum suam naturam assimilatur verbo Dei. Tertio modo assimilatur creatura verbo Dei æterno, secundum vnitatem quam habet ad Patrem, quod quidem fit per gratiam & charitatem, vnde Dominus orat Ioan. 17. Sint vnum in nobis, sicut & nos vnum sumus. Et talis assimilatio perficit rationem adoptionis, quia sic assimilatis debetur hæreditas æterna. Vnde manifestum est, quòd adoptari conuenit soli creaturæ rationali, non tamen omni, sed solùm habenti charitatem, quæ est diffusa in cordibus nostris, per Spiritum sanctum, vt dicitur Roman. 5. Et ideo Roman. 8. Spiritus sanctus dicitur spiritus adoptionis filiorum.

AD

¶ *Super Quæstionis vicesimatertiæ Articulum quartum.*

Comment. Titulus clarus est.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio: Christus nullo modo potest dici filius Dei adoptiuus. Probatur hæc conclusio duplicter. Primò sic: Christus est naturalis filius Dei: ergo non potest dici filius Dei adoptiuus. Antecedens probatur: quia filiatio conuenit nō naturæ, sed personæ: vt patet ex antedictis: personæ autem Christi vnica & increata est. Consequētia probatur: præsupposita ratiōe termini, scilicet q̄ filiatio adoptiua est quædā participatio filiationis naturalis: quod excluditur per hoc, nō dicitur participative.

Annot. ¶ Aduerte hic, q̄ Autor summarie strictè, plus probat quàm ex primat. Huic enim conclusioni & rationi nō potest nisi dupliciter obstari, vel recedendo à sententia filiationis, ponēdo in Christo plures personas vel hypostases. Et hoc Autor tangit in his quæ subiungit. Vel ponendo q̄ filiatio potest denominare Christum ratione solius naturæ, sicut passio, crucifixio, natiuitas & huiusmodi. Secundum hoc enim posset Christus ratione naturæ humanæ assumptæ, in gratia & gloria beatitudinis participatæ dici filius adoptiuus: sicut dicitur beatus beatitudine participata, ratione naturæ assumptæ. Et hoc Autor excludit in principio corporis, per hoc, quòd filiatio non naturæ, sed personæ cōuenit: & propterea non potest Christo conuenire filiatio adoptiua ratione naturæ humanæ. Excluso autē, quòd non conuenit Christo adoptiua filiatio ratione naturę humanę (quū sit filius Dei per se seu naturalis) cōsequēs est, q̄ non possit dici Dei filius participatiuè. Id enim quod per se dicitur, nō participatiuè dicitur: & hoc toto modo posset participatiuè dici si ratione naturæ assumptæ filiatio adoptiua ei conueniret: quod excluſum est.

Annot. ¶ Nota hic pro clariori intellectu ex responsione ad secundum, quòd sicut in humanis is qui est filius naturalis, &c. nō adoptatur in filium, sed hæreditas sibi debetur, quia filiuritas Christus vt homo habet quidem omnia bona patriæ & vitæ: quæ debentur filiis adoptiuis sed non ex vi seu iure adoptionis, sed ex hoc quòd est filius Dei naturalis, habet in natura assumpta hæreditatem Dei. Ita quòd non fuit opus Christo ad hoc, vt natura sua humana haberet dona patriæ & vitæ, vt adoptaretur à Deo, quoniam ex hoc ipso quòd erat Dei naturalis filius debebatur sibi, vt natura assumpta haberet illam, testante hoc Ioanne. Vidimus, inquit, gloriam eius, scilicet Verbi incarnati, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis.

¶ Et hinc patet, quòd non est eadem ratio de beatitudine duplici in Christo (scilicet diuina & participata) & de filiatione duplici, scilicet naturali & adoptiua: illa enim dualitas necessaria est, vt natura assumpta fit perfecta: sed ista non est necessaria, nec conuenit dignitati Christi, quoniam derogat dignitati filij veri, quòd hæres fiat adoptione. Demum Autor ex oppositio errore confirmat conclusionem & probationem, dicens quòd opposita conclusio cōtinet errori portentuum in Christo plures hypostates.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Deus dicitur pater creaturæ irrationalis, non propriè per adoptionem, sed per creationem, secundum primam participationem similitudinis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Angeli dicūtur filij Dei filiatione adoptionis: non quia ipsis primò conueniat, sed quia ipsi primò adoptionem filiorum receperunt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd adoptio non est proprium consequens naturam, sed consequens gratiam, cuius natura rationalis est capax. Et ideo non oportet quòd omni rationali creaturæ conueniat, sed quòd omnis rationalis creatura sit capax adoptionis.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum Christus, secundum quòd homo sit filius Dei adoptiuus.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Christus, secundum quòd homo, sit filius Dei adoptiuus. Dicit enim Hilarius de Christo loquens, Poreſtatis dignitas non amittitur, dum carnis humanitas adoptatur. Ergo Christus, secundum quòd homo, est filius adoptiuus.

¶ Præterea, Aug. dicit in lib. de Prædestina. Sanct. quòd eadem gratia ille homo est Christus, qua gratia ab initio fidei qui cunque homo est Christianus. Sed alij homines sunt Christiani per gratiam adoptionis. Ergo & ille homo est Christus per adoptionem, & ita videtur esse filius adoptiuus.

¶ Præterea, Christus, secundum quòd homo, est seruus. Sed dignius est esse filiū adoptiuum, quàm seruum. Ergo multò magis Christus, secundum quòd homo, est filius adoptiuus.

¶ SED CONTRA est quod Ambr. dicit in lib. de Incarn. Adoptiuum filium, non dicimus filium esse natura, sed eum dicimus natura esse filium, qui verus est filius. Christus autem est verus & naturalis Dei filius, secundum illud 1. Ioan. vlti. Vt simus in vero filio eius Iesu Christo. Ergo Christus secundum quòd homo, non est filius adoptiuus.

CONCLVSIO.

¶ *Cùm Christus sit Dei naturalis filius, impossibile est ipsum esse filium adoptiuum.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd filiatio propriè conuenit hypostasi, vel personæ, non autem naturæ, vnde & in Prima parte dictum est, quòd filiatio est proprietas personalis. In Christo autem non est alia persona vel hypostasis, quàm increata, cui conuenit esse filium per naturam. Dictum est autem suprà, quòd filiatio adoptionis est participata similitudo filiationis naturalis. Non autem recipitur, aliquid dici participatiuè, quod per se dicitur. Et ideo Christus qui est filius Dei naturalis, nullo modo potest dici filius adoptiuus. Secundum autem illos, qui ponūt in Christo duas personas, vel duas hypostases, seu duo suppositā, nihil rationabiliter prohiberet Christum hominem dici filium adoptiuum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut filiatio non propriè cōuenit naturę, ita nec adoptio. Et ideo cùm dicitur quòd carnis humanitas adoptatur, impropria est locutio. Et accipitur ibi adoptatio pro vnione humanæ naturæ ad personam filij.

¶ Ad secundum dicendum, quòd similitudo illa Aug. est intelligenda, quantùm ad principium, quia scilicet sicut sine meritis quilibet homo habet vt sit Christianus, ita iste homo sine meritis habuit vt esset Christus. Est tamen differentia, quantùm ad terminū, quia scilicet Christus per gratiam vnionis est filius naturalis, alius autem per gratiam habitualem est filius adoptiuus. Gratia autem habitualis in Christo non facit de non filio filium adoptiuum, sed est quidam effectus filiationis in anima Christi, secundum illud Ioan. 1. Vidimus gloriam eius quasi Vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd esse creaturā, & eriam seruitus vel subiectio ad Deum, non solùm respicit personam, sed eriam naturam: quod non potest dici de filiatione. Et ideo non est similis ratio.

QVAESTIO VICESIMAquarta, de Prædestinatione Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de prædestinatione Christi.

¶ Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm Christus sit prædestinatus.

¶ Secundò, vtrùm sit prædestinatus, secundum quòd homo.

¶ Tertiò, vtrùm eius prædestinatio sit exemplar nostræ prædestinationis.

¶ Quartò, vtrùm sit causa prædestinationis nostræ.

ARCICVLVS I.

¶ *Vtrum Christo conueniat prædestinatum esse.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christo non conueniat prędestinatum esse. Terminus enim prædestinationis videtur esse adoptio filiorum, secundum illud Ephes. primo, Prædestinauit nos in adoptionem filiorum. Sed Christo non conuenit esse filium adoptiuum: vt dictum est. Ergo Christo non conuenit prædestinatum esse.

¶ *Super Quæstionis vicesimaquartæ Articulum primum.*

Comment. Titulus, vt iacet, sine additione aliqua sumendus est.

¶ In corpore vnæ est conclusio: Christus est prædestinatus. Probatur. Prædestinatio propriè est diuina ab æterno præordinatio eorum, quæ pergratiam sunt fienda in tempore: sed Deum esse hominem, & econuerso, est quoddam factum in tempore per gratiam vnionis, & præordinatum à Deo ab æterno: aliquin aliquid noui diuinæ menti accideret: ergo vnio illa est prædestinata: ergo Christus est prædestinatus.

Annot. ¶ Aduerte sensum literæ intentum ab Autore: & vt differnas doctrinam Autoris ab aliorū sentētijs, recolito quòd Prædestinationis nomē in sacris literis dupliciter venit in vnum. Vel simpliciter, hoc est sine additione aliqua: vt quum dicimus, Sanctus Petrus fuit prædestinatus. Vel cùm determinatiōe aliqua: vt quum dicimus, q̄ Magdalena fuit prædestinata ad lauandum Christi pedes: Eremita Lazo ad considerandum regnū Christi pendēris in cruce: & similia. Et quoniam communiter prædestinatio absolutè respicit æternam felicitatem vt terminum (est enim ratio ordinis Electorum in vitam æternam: vt in Prima parte habitum est, ideo Durandus in 1. sent. distin. 7. dicit, quòd prædestinatiō absolutè est respectu beatitudinis, distinguens prædestinationē Christi, qua prædestinatus est filius Dei, à prædestinatione absolutè, & dicens eam esse prædestinationē ad hoc scilicet esse filium Dei. Scotus quoque ibidem prædestinationē Christi ponit in ordine ad beatitudinē, quasi gratia vnionis foret medium in Christo ad gratiam summæ beatitudinis animæ suæ: Diuus autem Autor inuenit gratiam vnionis esse excellentissimū quid gratia summæ beatitudinis creatæ, quanto maius est esse Deū quàm frui Deo, & gratiam sumine beatitudinis cōsequi ad gratiam vnionis (non vi finis sequitur ad medium, sed vt proprietas ad substantiam, vt calor ad ignem) posuit prædestinationem absolutè communiter qui dem respicere gratiam vitæ æternæ vt terminū: singulariter autē in Christo respicere gratiā vnionis, vt in responsione ad primum litera monstrat.

1. dist. 41. q. 2. ar. 2. cor. & ad 5. Et 3. di. 7. q̄. 3. art. 2. q. 2. & q. 3. art. 2. Et 4. cō. tra ca 9. ad 2. Et Ro. 1. l. 3. co. 4.

¶ Et si perspicacius consideraueris, videbis tria: scilicet gratiam vitæ æternæ, gratiam vnionis, & gratiam Io communi. Et quia gratia æternæ felicitatis, cōmunis est omnibus Electis in Dei filios adoptiuos, penes illam diffinita fuit prædestinatio filiorum adoptionis: de qua in Prima parte tractatum est. Quia verò gratia vnionis propria est naturali Dei filio, & longè eminentior prima: ideo penes istam concluditur prædestinatio Christi. Conionat nanq; rationi, vt excellentior gratia, termini simpliciter rationem habens, magis terminet prædestinationem simpliciter, si minor illam terminat.

¶ Quia autem gratia beatitudinis patriæ, includit in se rationem gratiæ & rationem gratiæ per se primò summi & vltimi termini, vt species claudit in se rationem generis, & tam gratia æternæ vitæ, quàm gratia vnionis conuenit in ratione per se primo termini summi & vltimi, quantum est ex propriis generationibus) quod ideo apposuerim: quia si beatitudo alicuius non

Universidad de Deusto
Biblioteca

propria generatione fieret, sed consequitiuè haberetur, non haberet rationem per se primo termini, sed consequentis ad terminum &c. in Christo dictum est contigisse, quia inquam hoc in se claudit, ideo Autor in litera & prædestinationem propriè accepta dicit respicere gratiam: & hoc haberi ex autedictis in prima parte. Verissimum siquidem est hoc, non solùm vt sonat, sed vt inducit ad excellentius genus gratiæ, & termini gratuiti. Si enim gratia consummata sufficit ad terminum prædestinationis simpliciter, vt dictum est, multo magis gratia vnionis quæ pars gratiæ consummatæ vt proprietatem, sufficiens est vt terminet prædestinationem etiam absolutè. Et propterea litera dicit quòd ratione gratiæ vnionis Christus dicitur esse prædestinatus, nõ ad hoc vel illud, sed prædestinatus.

Annot. ¶ In responsionibus ad secundum & tertium, attende primò, quòd secũdum rem nulla est inter catholicos quæstio de prædestinatione Christi ad filiationem Dei per gratiam vnionis naturæ humanæ ad filium Dei, sed quæstio est de veritate sermonis Pauli Apostoli propriè vel impropriè, in hoc vel illo sensu. Autor supponens loquutionem Apostoli esse propriè, & intelligi non de aliquo consequente ad filium Dei (puta manifestatione) difficilem fuscepit prouinciam veri ficandi illam de persona Christi. Vltra exposicionem nanque illam referentem prædestinationem ad naturam, & alteram Ambrosij referentem ad manifestationem Christi, referri quoque potest prædestinatio Christi ad filium Dei in virtute actiua: ita quòd filius Dei ex semine Dauid & cundum carnem, prædestinatus est filius Dei in virtute actualis operationis sanctificatiuæ & resurrectionis mortuorum: ita quòd rorum conuictum, scilicet filius Dei in virtute actuali, est terminus prædestinationis.

¶ Et licet hæc expositio tota consonet literæ Apostoli, subiungentis opera sanctificationis & resurrectionis mortuorum: quia tamen exponitur etiam quòd filius Dei absolutè sic terminus prædestinationis, vt Autor cum Glossa ibidem (ultimo) ideo hunc prosequendo, aduerte secundò, quòd Autor ponit Christum prædestinatum ratione naturæ: ex quòd ipsa persona Christi ratione assumptæ naturæ, denominatur prædestinata ad Dei filiationem. Considerat quippe æternam Christi personam duplicitèr. Vel secundum se & seu absolutè, quia est ipsa Dei filiatio per essentiam. Vel secundum quòd indutæ est humanitatem. Et sic affirmat ipsum prædestinatũ ad filiationẽ Dei: quia vt sic per gratiam vnionis assequuta est filiationem Dei.

¶ Quod vt clarius percipias, vtere positionibus hæreticorum, & ex differentia illarum ad sententiam fidei, videbis veritatem, necessitatem, proprietatemque huius sensus. Si enim Verbum indutum esset carnem (vt hæretici fingunt) vel per inhabitationẽ, aut affectionem, aut quouis modo non personaliter, falsum

¶Præterea, In Christo duo est cõsiderare, scilicet naturam humanam & personam. Sed non potest dici, quòd Christus sit prædestinatus ratione humanæ naturæ, quia hæc est falsa, humana natura est filius Dei. Similiter etiam neq; ratione personę, quia illa persona non habet ex gratia quòd sit filius Dei, sed ex natura. prædestinatio autem est eorum, quæ sunt ex gratia: vt in Prima parte dictum est. Ergo Christus nõ est prędestinatus filius Dei.

¶Præterea, Sicut illud quod est factum, non somper fuit: ita & illud quod est prædestinatum, eo quòd prædestinatio antecessionem quandam importat. Sed quia Christus semper fuit Deus & filius Dei, non propriè dicitur quòd homo ille sit factus filius Dei. Ergo pari ratione non debet dici quòd Christus sit prædestinatus filius Dei,

¶SED CONTRA est quod Apostol. dicit Rom. primo de Christo loquens, Qui prædestinatus est filius Dei in virtute.

CONCLVSIO.

Cùm Deum esse hominem, & econtra, factum fuerit in tempore per vnionis gratiã, & à Deo ab æterno præordinatũ, necessariò Christus fuit prædestinatus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut patet ex his, quæ in Prima parte dicta sunt, prædestinatio propriè accepta, est quædam diuina præordinatio ab æterno, de his quæ per gratiam Dei sunt fienda in tempore. Est autem hoc in tempore factum per gratiam vnionis à Deo, vt homo esset Deus, & Deus esset homo. Nec potest dici, quòd Deus ab æterno non præordinauerit hoc se facturum in tempore: quia sequeretur quòd diuinæ menti aliquid de nouo accideret. Et ideo oportet dicere, quòd ipsa vnio naturarum in persona Christi cadat sub æterna Dei prædestinatione: & ratione huius Christus dicitur esse prædestinatus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Apost. ibi loquitur de prędestinatione, qua nos prædestinamur vt simus filij adoptiui. Sicut autem Christus singulari modo præ aliis est Dei filius naturalis: ita quodam singulari modo est prædestinatus.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut dicitur in Gloss. Rom. primo, quidam dixerunt prædestinationem intelligendam esse de natura, non de persona: quia scilicet humanæ naturæ facta est hæc gratia, vt vniretur filio Dei in vnitate personæ. Sed secundum hoc locutio Apostoli est impropria, propter duo. Primò quidem ratione communi. Nõ enim dicimus naturam alicuius prædestinari, sed ipsum suppositum: quia prædestinari est dirigi in salutem, quod quidem est suppositi agentis propter beatitudinis finem. Secundo ratione speciali: quia esse filium Dei, non conuenit humanæ naturæ: est enim hæc falsa, Humana natura est filius Dei: nisi forte quis velit sic exponere extorta expositione. Qui prædestinatus est filius Dei in virtute, id est

prædestinatum est, vt humana natura vniretur filio Dei in persona. Relinquitur ergo, quòd prędestinatio attribuatur personę Christi: non quidem secundum se, vel secundum quòd subsistit in diuina natura, sed secundũ quòd subsistit in humana natura. Vnde cùm prædixisset Apostolus, Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, subiunxit, Qui prædestinatus est filius Dei in virtute, vt daret intelligere, quòd secundum hoc, quòd est factus ex semine Dauid secundum carnem, est prædestinatus filius Dei in virtute. Quamuis enim fit naturale illi personæ secundum se consideratæ, quòd sit filius Dei in virtute: non tamen est ei naturale secundum humanam naturam, secundum quam hoc sibi conuenit per gratiam vnionis.

¶Ad tertium dicendum, quòd Origenes super Epistolam ad Roma. dicit hanc esse literã Apostoli, Qui prædestinatus est filius Dei in in virtute: ita quòd non designetur aliqua antecessio: & sic nihil habet difficultatis. Alij verò antecessionem, quæ designatur in hoc participio Prædestinatus, referunt, non ad id quod est esse filium Dei, sed ad eius manifestationem: secundum illum consuetum modum loquendi in Scripturis, quo res dicuntur fieri, quando innotescunt, vt sit sensus, quòd Christus prædestinatus est manifestari filius Dei. Sed sic non propriè prædestinatio accipitur: nam aliquis dicitur propriè prædestinari, secundum quòd dirigitur in finem beatitudinis: beatitudo autem Christi non dependet ex nostra cognitione. Et ideo melius dicendum est, quòd illa antecessio, quam importat hoc participium Prædestinatus, non refertur ad personam secundum se ipsam, sed ratione humanæ naturæ: quia scilicet persona illa etsi ab æterno fuerit filius Dei, hoc tamẽ nõ fuit semper, quòd subsistẽs in natura humana, fuerit filius Dei. Vnde Augustinus dicit in lib. de Præde. San. Prædestinatus est Iesus, vt qui futurus erat secundum carnem filius Dauid, esset in virtute filius Dei.

Et est considerandum quòd licet hoc participium Prædestinatus, importet antecessionem, sicut & hoc participium Factus: aliter tamen & aliter. Nam fieri pertinet ad ipsam rem, secundum quòd in se est: prædestinari autem pertinet ad aliquem, secundum quòd est in apprehẽsione alicuius præordinantis. Id autem quod subest alicui formæ vel naturæ secundum rem, potest apprehendi, vel prout est sub forma illa, vel etiam absolutè. Et quia absolutè non conuenit personæ Christi, quòd inceperit esse filius Dei, conuenit autẽ ei, secundum quòd intelligitur vel apprehenditur vt in natura humana existens (quia scilicet hoc aliquando incepit esse, quòd in natura humana existens esset filius Dei) ideo magis est hęc vera, Christus est prędestinatus filius Dei, quam ista, Christus est factus filius Dei.

Annot. ¶In responsione ad tertium, respice primò literam Apostoli apud Origenem esse punctuatam sic, quòd ly prædestinatus, est adiectiuum subiecti: & non est pars copulæ seu prædicati. Ita quòd dixit, Qui prædestinatus: tanquam si diuisset, qui omnipotens: vel quoduis aliud apposuisset subjecto: & subdit copulam cum prædicato. Est filius Dei in virtute. Et sic litera nihil habet difficultatis: quoniam verum est, quòd Christus est prædestinatus, & quòd est filius dei in virtute.

Annot. 3. dist. 10. q. 1 ar. 1. ad 3. Et 4. & tract. 5. ad 2. ¶Nota secundò, quòd Autor comparatiue de hatum propositionum, scilicet, Christus prædestinatus est filius Dei. Christus factus est filius Dei, in veritate loquitur, dicendò quòd prima est magis vera: ac per hoc vtrunque fatetur esse verum. Christus enim significat suppositum duarum naturarũ & ratione humanæ naturæ, vtrunque susceptit prædicationẽ, & quòd prædestinatus est, & q. factus est filius Dei: quoniam vtrunq; ei secundum humanã naturam conuenit per gratiam vnionis. Magis tamen prima conceditur: quia abstractio Christi secundum naturam humanam à seipso secundum personem ipsum, magis intelligitur supponere ipsum prædestinationi, quæ est mentis actus, quàm factioni realj, quum ibi sufficiat ordo naturæ secundum intellectum, qui minus sufficit ad factionem.

¶ Cum his tamen retine, quòd ista est impropria, Christus factus est filius Dei, multò plus quàm illa, Homo est factus Deus, quia homo potest habere suppositionem simplicem (vt superius patuit) Christus autem pro persona supponit. Et propterea loquutionem istæ non sunt extendẽdæ, sed pièe exponendæ. Et quo ad sensum, reducendæ ad sensum simplicis suppositionis pro humana natura in concreto, iuxta hoc quod in litera dicitur. Aliquando incepit esse, quòd existẽs in natura humana esset filius Dei. hoc enim verissimum est de existente in natura humana, communiter loquẽdo. Quamuis hic existens in natura humana non quã inceperit esse Deus propter fallitatem exponentis negatiuę, hic existens in natura humana immediatè antè nõ fuit Deus: hic enim est Deus heri, hodie & in secula.

¶ *Super Quæstionis vicesimæquartæ Articulum secundum.*

Comment. TIrulus vt iacet sumatur.

¶ In corpore articuli vna est conclusio respõsiua quæsito: Christus, secũdũ q. homo est prædestinatus esse filius Dei. Probaturi. Hoc conuenit alicui, secundum quòd homo, quod conuenit ei ratione humanæ naturæ: sed prædestinatio conuenit Christo ratione solius humanæ naturæ: ergo. Probatur Minor distinguendo duo importata in prædestinatione, scilicet ordinem & effectum, gratuitum scilicet donum. & manifestando vtrunque conuenire humanitati Christi, adiuncta autoritate Augustini.

¶ In reiponsione ad primum vide, & perspice cautelam Autoris: nam quia ista propositio, Christus, secundum quòd homo, est filius Dei, simpliciter est falsa, vt ex quæstio. 16. superius patet: & sic simpliciter & absolutè sequeretur ex ista, Christus, secundum q. homo, prædestinatus est esse filius dei, si quo ad materiale prædestinationis ponetur hęc vera, ideo Autor sustinens antecedens exponit illud limitatè.

Annot. ¶Posset tamen dici absque antecedentis limitatione, quòd in consequente apponenda secundum intellectum est gratia vnionis: ita quòd ex isto antecedẽte, Christus secundũ quòd homo, prædestinatus est filius Dei: sequitur, ergo Christus, secundũ, quòd homo, est filj Dei, subintelligendo vel exprimendo per gratiã vnionis, ita q. licet de ista sit falsa, Christus, secundũ quòd homo, est filius Dei (qa significat Christum secundum naturam humanam esse naturalem filium Dei) ista tamen est vera, Christus, secundum quòd homo, est per gratiam vnionis filius Dei. & quia in antecedente ille, Christus, secundum quòd homo, est prædestinatus filius Dei, subintelligitur per gratiã vnionis, ideo in consequente quoque potest subintelligi. Et sic concedimus, q. illud vnusquisque quãdoque est, quod prædestinatus est esse, & quòd Christus, secundum quòd homo, prædestinatus est esse filius Dei, non per naturam, sed per gratiam vnionis. Et ideo Christus, secũdum quòd homo, est filius Dei per gratiam vnionis. Vnde Glossa interlinearis ad Roma. 1. dicit, Secundũ q. homo gratis sola prę electus, vt sit filius Dei in eadẽ potẽtia & virtute diuinitatis cum Patre, per vnionẽ Verbi.

3. dist. 10. q. 3. ar. 3. Et Rom. 1. l. 3. colũ. 2. fin.

¶ In respõsione ad secũdum collige hinc ex Autore illã distinctionem de ly secundũ q. seu inquantũ, vel re duplicatiuè, vel specificatiuè. Primũ enim membrũ literæ exponit reduplicatiuè, denotãdo causam. Secũdũ autẽ specificatiuè, determinando conditioné, qua subiectum recipit prædicatum. Et hoc modo, ñ licet specificatiuè teneatur, quã dicitur, Christus secũdũ quòd homo, est prædestinatus filius Dei: sicut quum dicitur, Sortes, secundum quòd habet capillos, est crispus.

¶ *Super Quæstionis vicesimæquartæ Articulum tertium.*

Comment. TIrulus clarus est.

¶ In corpore vnica est distinctio bimem

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm hæc sit falsa, Christus, secundum quòd homo, est prædestinatus esse filius Dei.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd hæc sit falsa, Christus, secundum quòd homo, est prædestinatus esse filius Dei. Hoc enim est vnusquisq; secundum aliquod tempus, quod est prędestinatus esse, eo quòd prædestinatio Dei non fallitur. Si ergo Christus, secundum quòd homo, est prædestinatus esse filius Dei, videtur sequi quòd sit filius Dei, secundum quòd homo. Hoc autem est falsum: ergo & primum.

¶Præterea, Illud quod conuenit Christo, secundum quòd homo, conuenit cuilibet homini, eo quòd ipse est vnius speciei cum aliis hominibus. Si ergo Christus, secũdum quòd homo, est prædestinatus esse filius Dei, sequetur, quòd cuilibet homini hoc conueniat. Hoc autem est falsum: ergo & primum.

¶Præterea, Hoc ab æterno prædestinatur, quod est aliquãdo fiendum in tempore. Sed magis hæc est vera, Filius Dei factus est homo, quàm ista, Homo factus est filius Dei: vt supra habitum est. Ergo magis hæc est vera, Christus, secundum quòd est filius Dei, prædestinatus est esse homo, quàm econuerso, Christus, secundum quòd est homo, est prædestinatus esse filius Dei.

¶SED CONTRA est quod Augustin. dicit in lib. de Præde. San. Ipsum Dominum gloriæ, inquantum homo factus est Dei filius, prædestinatum esse dicimus.

CONCLVSIO.

¶ Cùm humana natura non semper verbo Dei fuerit vnita, & ei hoc per gratiam collatum fuerit: necessariò fuit filius Dei, secundũ illam prædestinatus.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd in prædestinatione duo possunt considerari. Vnum quidem ex parte ipsius prædestinationis æternæ, & secundum hoc importat antecessionem quandam respectu eius, quod sub prædestinatione cadit. Alio modo potest considerari secundum effectum temporalem: qui quidem est aliquod gratuitum Dei donum. Dicẽdum est ergo, quòd secundum vtrunque istorum attribuitur prædestinatio Christo, ratione solius humanæ naturæ. Nam humana natura non semper fuit Verbo vnita: & ei etiam hoc per gratiam est collatum, vt filio Dei in persona vniretur. Et ideo solùm ratione humanæ naturæ prædestinatio competit Christo, vnde Augustinus dicit in lib. de Præde. San. prædestinata est ista humanæ naturæ tanta & tam excelsa subiectio, vt quo attolleretur altius non haberet. Hoc autem dicimus conuenire alicui, secundum quòd homo, quod ei conuenit ratione humanæ naturæ. Et ideo dicendum est, quòd Christus secundum quòd homo, est prædestinatus esse filius Dei.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cùm dicitur, Christus secundum quòd homo, est prædestinatus esse filius Dei, hæc determinatio, secundum quòd homo, potest referri ad actum significatum per participium dupliciter. Vno modo ex parte eius, quod materialiter cadit sub prædestinatione: & hoc modo est falsa. Est enim sensus, quòd prædestinatum sit, vt Christus, secundum quòd homo, sit filius Dei: & in hoc sensu procedit obiectio. Alio modo potest referri ad ipsam propriam rationẽ actus: prout scilicet prædestinatio importat in sui ratione antecessionem & effectum gratuitum. Et hoc modo conuenit Christo ratione humanæ naturæ: vt dictum est. Et secundum hoc dicitur prædestinatus, secundum quod homo.

¶Ad secundum dicendum, quòd aliquid potest conuenire alicui homini ratione humanæ naturæ dupliciter. Vno modo sic, quòd humana natura sit causa illius sicut esse risibile conuenit Sorti ratione humanæ naturæ, ex cuius principiis causatur. Et hoc modo prædestinari non conuenit nec Christo nec alteri homini ratione humanæ naturæ, & in hoc sensu procedit obiectio. Alio modo dicitur conuenire aliquid alicui ratione humanæ naturæ, cuius humana natura est susceptiua, & sic dicimus Christũ esse prędestinatum ratione humanæ naturæ: quia prædestinatio refertur ad exaltationem humanæ naturæ in ipso, vt dictum est,

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Aug. dicit in lib. de Prædest. Sanct. Ipsa est illa ineffabiliter facta hominis à Deo verbo susceptio singularis, vt filius hominis simul propter susceptum hominẽ, & filius Dei propter suscipientem vnigenitum Deum veraciter & propriè diceretur. Et ideo quia illa susceptio sub prædestinatione cadit, tanquam gratuita, vtrunq; potest dici, scilicet q. & filius Dei præ destinatus sit esse filius Dei, & filius hominis prę destinatus sit esse filius Dei. Quia tamen gratia non est facta filio Dei vt esset homo, sed potius humanæ naturæ, vt filio Dei vniretur: magis propriè potest dici, quòd Christus secundum q. homo, est prędestinatus esse filius Dei, quàm quòd Christus secundum quòd filius Dei, sit prædestinatus esse homo.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm prædestinatio Christi sit nostræ prædestinationis exemplar.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd prædestinatio Christi non sit exemplar nostræ prædestinationis. exemplar enim præexistit exemplato. Nihil autẽ præexistit æterno. Cum igitur prædestinatio nostra sit æterna, videtur q. prædestinatio Christi non sit exemplar nostræ prædestinationis.

¶Præterea, Exemplar ducit in cognitionem exemplati. Sed non oportuit quòd Deus duceretur in cognitionem nostræ prædestinationis ex aliquo alio, cùm dicatur Roma. 8. Quos præscivit, hos prædestinavit. Ergo præ destinatio Christi non est exemplar nostræ prædestinationis.

¶Præterea, Exemplar est conforme exẽplato. Sed alterius rationis videtur esse prædestinatio Christi quàm prædestinatio nostra: quia nos prædestinamur in filios adoptionis, Christus autem est prædestinatus filius Dei in virtute, vt dicitur Ro. 1. Ergo eius prædestinatio non est exemplar nostræ prædestinationis.

¶SED CONTRA est quod Augustin. dicit in lib. de prædest. San. Est præclarissimũ lumẽ prædestinationis & gratiæ ipse Salua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bimębris, & quæ exclusionem tenebrarum singulis distinctionibus inhærit. Distinctio est: Prædestinatio dupliciter sumitur, vel ex parte actus vel ex parte termini. Prima conclusio est: Prædestinatio Christi ex parte actus nō est exemplar nostræ. Probatur: quia ex parte actus vno actu & modo æterno Deꝰ Christum & nos prædestinauit. In actu siquidem diuino & modo ex parte Dei, nulla est differētia, quum sint omnia vnamet res, ipsa scilicet deitas. Secunda conclusio: Prædestinatio Christi est nostræ exemplar ex parte termini, quo ad duo: hoc est quo ad bonū terminās, & quo ad modū cōsequendi illud bonum. Probatur primum, quia Christus ad filiationem naturalem, nos ad adoptiuā. Probatur secundū: quia Christus per gratiam, excludentem omne meritū, nos per gratiam, includentem meritum Christi: q̄a de plenitudine eius oēs accepimus.

Annot. ¶ Memento nouitie, q̄ Christus dicitur prædestinatus vt sit filius Dei naturalis modo exposito, scilicet ratione humanæ naturæ per gratiam vnionis personalis. Reliqua sunt plana.

¶ Super Quæstionis vicesimęquartæ Articulum quartum.

Coment. TItulus clarus vt iacet.

¶ Incorpore est vnica distinctio, cū duplici conclusione: sicut in præcedenti articulo. & quia similiter clara sunt, pertranseamus.

¶ Super quæstionis vicesimęquintæ Articulum primum.

Annot. TItulus nō de qualitate, sed de idē tirare vel diuersitate adorationis quærit: an scilicet vna eademque adoratio (quæcunque sit vna illa) terminetur ad Christi humanitatē, quæ ad illius terminatur diuinitatē. Et est ratio dubij huius, vt⁹ Ecclesiæ, & decretum quintæ synodi: quod in litera affert tract⁹ q̄ hæc materia in 3. sen. dist. 9.

3. dist. 10. q̄. 3. ar. 3.

Coment. ¶ In corpore articuli duo fiunt. primò distinguuntur termini: deinde respōdetur quæstio. Distinguitur ergo primò id quod honoratur, secundo vnitas vel pluralitas honoris. Distinguitur igitur in honorato res honorata & causa honoris: & dicitur, q̄ res honorata est tantū persona seu totū subsistēs. & probatur ex eludēdo partes, ex vsu loquendi: quia nō dicimus manū honorari. Et quia hoc videtur parū alsimilā, videtur obiectioni, q̄ partes q̄ſque dicūtur honorari, nō secundū se, sed vt totū ho-

CONCLVSIO.

¶ Non fuit nostræ prædestinationis causa Christi prædestinato quo ad actum prædestinantis, sed secundum prædestinationis terminum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd si consideretur prædestinatio secundū ipsum prædestinationis actū, prædestinatio Christi non est causa nostrę prędestinationis, cū vno & eodē actu Deus prædestinauerit ipsum & nos. Si autem consideretur prædestinatio secundū terminū prędestinationis, sic prædestinatio Christi est causa nostræ prædestinationis. Sic enim Deus pręordinauit nostrā salutem, ab æterno prędestinando, vt per Iesum Christum compleretur. Sub prędestinatione enim æterna nō solùm cadit id, quod est fiendum in tempore, sed etiam modus & ordo, secundum quem est complendū in tempore.

¶AD PRIMVM ergo & secundū dicendum, q̄ rationes illę procedunt de prędestinatione secundū prędestinantis actum.

¶Ad tertium dicendum, quòd si Christus nō fuisset incarnandus, Deus pręordinasset homines saluari per aliā causam: sed quia pręordinauit incarnationē Christi, simul cum hoc pręordinauit, vt esset nostrę salutis causa.

QVAESTIO VICESIMAquinta, de Adoratione Christi, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de his quæ pertinent ad Christum in comparatione ad nos. Et primò de adoratione Christi: qua scilicet nos eum adoramus. secundò, de hoc quòd est Mediator noster ad Deum.

¶Et circa primum quęruntur sex.

¶Primò, vtrùm vna & eadem adoratione sit adorāda diuinitas Christi & eius humanitas.

¶Secundò, vtrùm caro Christi sit adoranda adoratione latriæ.

¶Tertiò, vtrùm adoratio latrię sit exhibenda imagini Christi.

¶Quartò, vtrùm sit exhibenda cruci Christi.

¶Quintò, vtrùm sit exhibenda matri eius.

¶Sextò, de adoratione reliquiarum Sanctorum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm vna & eadem adoratione sit adoranda diuinitas Christi & eius humanitas.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd nō eadem adoratione adorāda sit humanitas Christi, & eius diuinitas. Diuinitas enim Christi est adoranda: quia est cōmunis Patri, & Filio, vnde dicitur Ioan. 5. Omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Sed humanitas Christi non est communis ei & Patri. Ergo non eadem adoratione adoranda est humanitas Christi & eius diuinitas.

¶Præterea, Honor est propriè pręmium virtutis, vt Philosophus dicit in 4. Ethi. Meretur autem virtus suum pręmiū per actum. Cùm igitur in Christo sit alia operatio diuinę & humanę naturę (vt suprà habitum est) videtur quòd alio honore sit veneranda humanitas Christi & alio eius diuinitas.

¶Præterea, Anima Christi si non esset verbo vnita, esset veneranda propter excellentiam sapientię & gratię, quam habet. Sed nihil dignitatis est ei subtractum per hoc, quòd est vnita Verbo. Ergo natura humana in Christo est quędam propria adora-

hine Synodi anathema processit contra adorātes Christum duabus adorationibus: propriè enim loquuti sunt de honorato seu adorato.

Annot. ¶Rursus circa eandem distinctionem nota, q̄ causa honoris dicitur id quo persona excellit. Hoc autē inuenitur dupliciter. Vel per modum formæ, vt sapientia, virtus, status. Vel per modum operationis: vt creare, gubernare, vincere, docere, misereri, &c. Vtrūq; enim est, vnde quis excellit: excellunt enim homines non solùm sapientia, potentia, virtute, dignitate, sed etiam quia vicerunt, quia docuerunt, quia ordinarunt, &c. Et vtrunq; in litera hac habes, primum in corpore, secundū in respōsione ad secundum. ¶ Circa distinctionem alteram ex litera sumpram de modo dupliciter, quo res adorata adoratur (vel secundum se vel secundum aliud in se) aduerte primò ex litera illam haberi, dum dicitur de partibus, q̄ non secundum se honorantur, sed totum in illis honoratur. Et subditur per quem modum possit altquis honorari in exteriori, puta veste, imagine vel nuntio. Ex his enim clara habetur dicta distinctio, dum totum secundum se honoratur, & quando partes honorantur, totum honoratur in partibus. Hoc enim est partem honorari, secundum quòd totum est in parte. Et similiter vestis honoratur, secundum quòd persona est sub illa. Imago quoque veneratur, secundum quòd repræsentata persona est in illa. Et similiter nuntius honoratur, secundum quòd princeps est in illo.

¶Aduerte secundò, quòd quia ista quodammodo honorātur, & quodammodo non (quia secundum se non honorantur, secundum verò aliud in ipsis honorantur) dicitur de eis & affirmatiua & negatiua verificantur. Dicitur enim, quòd partes & huiusmodi non honorantur, scilicet propriè q̄a non secundum se) & q̄ honorantur, scilicet secundum aliud in ipsis. Et quoniam clauis est vna istius tractatus, sententia hæc dilucidanda amplius est, discutiendo illam.

¶Scito igitur tertiò, duplicem esse opinionem circa honorationem personæ in suis extrinsecis, puta imagine, &c. Altera est, quòd persona honoratur in istis: quia habet quoddam esse in illis. Altera est, quòd persona honoratur in illis non quia habet esse in illis, sed quia per illa excitatur, con-

adoratione veneranda, præter venerationem, quæ exhibetur diuinitati ipsius.

¶SED CONTRA est quod in capitulis quintæ Synodi sic legitur, Si quis duabus naturis adorari dicit Christum (ex quo duæ adorationes introducuntur) sed nō vna adoratione Deum verbum incarnatum cum propria ipsius carne adorat, sicut ab initio Dei Ecclesiæ traditi est: talis anathema sit.

CONCLVSIO.

¶ Cùm fuerit vna in Christo hypostasis, vel persona diuina, diuersaque fuerint in illo duarum naturarum attributa, vnam quoque fuisse Christi adorationem ex parte diuinæ personæ, plures autem secundum causas diuinæ, seu humanæ naturæ, haud dubium fuit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in eo qui honoratur, duo possumus considerare, scilicet eum cui honor exhibetur, & causam honoris. Propriè autem honor exhibetur tori rei subsistenti: non enim dicimus q̄ manus hominis honoretur, sed quòd homo honoretur. Et si quandoq; cōtingat, quòd dicatur honorari manus vel pes alicuius, hoc non dicitur ea ratione, q̄ huiusmodi partes secundū se honorēturſed quia in istis partibus honoratur totum, per quem etiā modū aliquis homo potest honorari in aliquo exteriori: puta in veste, aut in imagine, aut in nuntio. Causa autem honoris est id, ex quo ille qui honoratur, habet aliquam excellentiam. Nam honor est reuerentia alicui exhibita (propter sui excellentiā, vt in Secunda parte dictum est. Et ideo si in vno homine sunt plures causæ honoris (puta prælatio, scientia & virtus) erit quidē illius hominis vnus honor ex parte eius qui honoratur, plures tamen secundum causas honoris: homo enim est qui honoratur, & propter scientiam & propter virtutem. Sic ergo cùm in Christo sit tātùm vna persona diuinæ & humanæ naturæ, & etiam vna hypostasis & vnum suppositum: est quidē eius vna adoratio & vnus honor ex parte eius qui adoratur. Sed ex parte causæ qua honoratur, possunt dici esse plures adorationes, vt scilicet alio honore honoretur propter sapientiam increatā, & alio propter sapientiam creatam. Si autem ponerentur in Christo plures personæ seu hypostases, sequeretur quòd simpliciter essent plures adorationes. Et hoc est quod in Synodis reprobatur. Dicitur enim in capitulis Cyrilli, Si quis audet dicere assumptum hominem coadorari oportere Deo verbo, quasi alterum alteri, & non potius vna adoratione honorificat Emanuelem, secundum quòd factum est caro Verbum: anathema sit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in Trinitate sunt tres qui honorantur, sed est vna causa honoris. In mysterio autem Incarnationis est econuerso. Et ideo alio modo est vnus honor Trinitatis, & alio modo est vnus honor Christi.

¶Ad secundū dicendum, q̄ operatio non est quæ honoratur, sed est ratio honoris. Et ideo per hoc quòd in Christo sunt duæ operationes, non ostenditur quòd sint duæ adorationes, sed quòd sint duæ adorationis causæ.

¶Ad tertium dicendū, quòd anima Christi, si non esset vnita Dei verbo, esset id quod est principalissimum in homine illo: & ideo sibi præcipuè deberetur honor: quia homo est id quod est potissimum in eo. Sed quia anima Christi est vnita personæ digniori, illi perso-

næ præcipuè debetur honor, cui anima Christi vnitur. Nec per hoc tamen diminuitur dignitas animæ Christi, sed augetur, vt etiam suprà dictum est.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm humanitas Christi adoranda sit adoratione latriæ.

AD SECVNDVM sic procedi tur. Videtur quòd humanitas Christi non sit adoranda adoratione latriæ. Quia super Psal. Adorate scabellum pedū eius, quoniā sanctum est. dicit Glos. Caro à verbo Dei assumpta, sine impietate adoratur à nobis: quia nemo carné eius spiritualiter manducat, nisi prius adoret: non illa dicō adoratione quæ latria est, quæ soli Creatori debetur. Caro autem Christi est pars humanitatis. Ergo humanitas Christi non est adoranda adoratione latriæ.

¶Præterea, Cultus latriæ nulli creaturæ debetur: ex hoc enim reprobātur Gentiles quòd coluerunt & seruierunt creaturæ: vt dicitur Rom. 1. Sed humanitas Christi est creatura. Ergo non est adoranda adoratione latriæ.

¶Præterea, Adoratio latrię debetur Deo in re cognitionem maximi dominij: secundū illud Deut. 6. Dominum Deū tuum * adorabis, & illi soli seruies. Sed Christus, secūdum quòd est homo, est minor Patre. Ergo humanitas eius non est adoratione latriæ adoranda.

¶SED CONTRA est quod Damas. dicit in 3. lib. Adoratur autem caro Christi incarnato verbo Deo, non propter seipsam, sed propter vnitum ei secundum hypostasim verbum Dei. Et super illud Psal. Adorate scabellum pedum eius, dicit Glos. Qui adorat corpus Christi, non terram intuetur: sed illum potius, cuius scabellum est, cuius in honore scabellum adorat. Sed Verbum incarnatum adoratur adoratione latriæ. Ergo & corpus eius, siue eius humanitas.

CONCLVSIO.

¶ Humanitas Christi vt res, adoranda est latriæ adoratione, vt ratio autem, non nisi dulię.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictū est, honor adorationis propriè debetur hypostasi subsistenti: tamen ratio honoris potest esse aliquid non subsistēs, propter quod honoratur persona, cui illud inest. Adoratio igitur humanitatis Christi dupliciter potest intelligi. Vno modo, vt sit eius sicut rei adoratæ: & sic adorare carnem Christi, nihil est aliud, quàm adorare Verbum Dei incarnatum, sicut adorare vestem Regis, nihil est aliud quàm adorare Regem vestitum. Et sic Humanitas Christi vt ratio adorandi, non est adoranda adoratione latriæ, sed dulię: hoc est, persona Christi honoranda est dulia ratione humanitatis plenæ gratiæ, &c. ¶Declaratur hoc non esse inconueniens ex persona Patris, quæ latria & dulia adoratur.

¶Aduerte hīc duo. Primum est, quòd adorari vt rem adoratam, contingit dupliciter, vel per se, vel per aliud. Et propterea persona Christi per se adoratur latria: quia per deitatem, quæ est ipsa personalitas. Per aliud verò dulia quia per humanitatem, quæ est aliud ab ipsa. Et econtra humanitas Christi per aliud adoratur latria: per se autem

Infra q. 25. ar. 1. & 3. & 4.

3. dist. 9. q. 1. art. 2. q. 1. et q. 4. ad 1.

** alias, timebis.*

Coment. ¶ In corpore articuli cū distinctione respōdetur duabus conclusionibus. Prima est: Humanitas Christi vt res adorata est adoranda adoratione latriæ. Probatur: quia ipsam sic adorari, nihil aliud est quàm Verbū incarnatum adorari. Probatur hoc à simili, sicut adorare vestem Regis, est adorare Regem vestitum. Secunda est: Humanitas Christi vt ratio adorandi, non est adoranda adoratione latriæ, sed dulię: hoc est, persona Christi honoranda est dulia ratione humanitatis plenæ gratiæ, &c. Declaratur hoc non esse inconueniens ex persona Patris, quæ latria & dulia adoratur.

¶Aduerte hīc duo. Primum est, quòd adorari vt rem adoratam, contingit dupliciter, vel per se, vel per aliud. Et propterea persona Christi per se adoratur latria: quia per deitatem, quæ est ipsa personalitas. Per aliud verò dulia quia per humanitatem, quæ est aliud ab ipsa. Et econtra humanitas Christi per aliud adoratur latria: per se autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem non, sed dulia, vt ratio tamen adorandi. Et hæc omnia in litera habentur, quanuis dicta distinctio non formaliter explicetur, sed ipsa Autor vtatur.

¶Secundum est quòd licet dulia, qua persona Patris honoratur propter potentiam, & dulia, quæ persona Filij ratione humanitatis adoratur, non omnino sint eadem quia ipsa est dulia communiter sumpta ad species duliæ & latriæ: ista verò est species duliæ distincta contra latriã, sicut dispositio est genus ad dispositionẽ & habitum; licet inquam ita sit, non officit tamen processui literæ perfruituo ex verbis Glossarum, ad tollendam admirationem. Materia enim hæc de se clarissima est nam liquet personam Christi ratione diuersitatum naturarum diuersimodè honorandam. Sed vt nonnulla consonantia veritatis huius ad priscos monstraretur, allatum est illud quasi simile de persona Patris.

¶In hoc articulo, & specialiter in responsione ad primum, vide quòd accepturi communionem sacram, aut sacrificio missæ assistentes, tã corpus, quàm sanguinẽ Dominicũ adorare nos expertmur adorationẽ latriæ: nam vt Deũ sum me honoramus, non distinguendo inter corpus & eũ, cuius est corpus: dicendo, domine, non sum dignus, & alias similes orationes. Adorationem siquidẽ duliæ Christo debitam ratione humanæ naturæ, Ecclesia in mente retinet, non in vsu, ad euitandos (vt dictum est) errores.

Secunda secundæ, q.81. ar. 3. ad 3. & q8. 49. art. 2. ad 1. Et infrà artic. 4. cor. & artic. 5. ad 2.

Et 3. dis. 9. q. 1. ar ti. 2. q. 2.

¶ super Quæstionis vicesimaquintæ Articulum Tertium.

Comment.

Titulus clarꝰ est.

¶In corpore articuli duo fiunt. Primò in communi determinatur de duplici motu in imaginemisecundò, in speciali respondetur quæsito vna conclusione.

¶Quo ad primum ex Aristotelis autoritate distinguitur motus animæ in imaginem duplex: vnus vt in rem, aliter vt in imaginem. Primus est alius à motu in rem repræsentatam: secundus est vnus & idem cum motu in rem repræsentatam. Quo ad secundum concluſio responſiua est: Imago Christi est adoranda adoratione latriæ. Probatur, Imagini Christi exhibetur reuerentia, & non vt est res quædam ergo vt imagini: ergo eadem reuerentia, quæ Christo exhibetur ergo est adoranda adoratione latriæ. Antecedens pro prima parte experientia testatur. Pro secunda probat litera, quia reuerentia non nisi rationali naturæ debetur. Prima consequentia probatur ex sufficienti distinctione motus animæ in imaginem: destructo enim altero membro, reliquum optimè intuetur. Secunda autem consequentia probatur ex eadem Aristotelis doctrina: quia motus in imaginem vt sic, est vnus cum motu in rem repræsentatam. Tertia demum consequentia probatur: quia Christus adoranda adoratione latriæ.

¶ Num imago Christi sit latriæ adorationẽ adoranda, & quæ ratione.

Quæstio. ¶Circa radicem processus, propositionem scilicet illam ex Arist. Motus in imaginem, inquantum imago, est idem cum motu in rem: dubium ex multiplici capite occurrit, primò enim obiicitur ex parte motus: secundò ex parte imaginis: tertiò ex parte veritatis. Ex parte siquidem motus dicitur, quòd propositio est vera de motu apprehensiuo: in quo illa vtitur Aristoteles, vt eit motus intellectus & memoriæ. Non est autem vera de motu appetitiuo, in quo vtitur ille hic Autor. Adoratio enim actus est moralis virtutis: ac per hoc appetitiui partis. Eadem quippe intellectione cognoscitur imago & imaginatum: quia vnum relatiuorum distinit reliquum. Et si quis distinite nouit vnum correlatiuum, distinitè nouit reliquum, vt dicitur in Prædicamentis. Quicunque autem amat Patrem, non propterea amat filium.

¶Ex parte verò imaginis: quia imago vt imago, est relatiuum: nulla autem relatio realis creata, aut rationis, adoranda est adoratione latriæ.

¶Ex parte autem veritatis: quia vel intelligitur de motu vno simpliciter, vel secundum partem seu aliquid. Non de motu vno simpliciter: quia falsum diceretur. Nam motus in rem secundum se immediatè, & in illamet mediante sua imagine, non est omnino idem, vt patet. Si secundum aliquid, tunc ex hac propositione non infertur propositum: quia ex motus veritate secundum quid, non sequitur veritas specifica adorationis imaginis & exemplaris: quæ tamen in litera infertur: quia latria adoranda imago Christi dicitur, qua Christus adoratur.

¶Dubium rursus circa processum eundẽ ex Durãd. in 3. sen. dist. 9. q. 1. occurrit.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm imago christi sit adoranda adoratione latriæ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd imago Christi non sit adoranda adoratione latriæ. Dicitur enim Exod. 20. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem. Sed nulla adoratio est facienda contra Dei præceptum. Ergo imago Christi non est adoranda adoratione latriæ.

¶Præterea, Operibus Gentilium non debemus cõmunicare, vt Apost. dicit Ephe. 5. Sed Gentiles de hoc præcipuè inculpantur, quòd commutauerunt gloriã incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, vt dicitur Rom. 1. Ergo imago Christi non est adoranda adoratione latriæ.

¶Præterea, Christo debeturo adorati latriæ ratione diuinitatis, non ratione humanitatis. Sed imagini diuinitatis eius, quæ est animæ rationali impressa, non deberur adoratio latriæ. Ergo multò minus imagini corporali, quæ repræsentat humanitatem ipsius.

¶Præterea, Nihil videtur esse in cultu diui no faciendi, nisi quod est à Deo institutum. vnde & Apo. 1. ad Cor. 11. traditurus doctrinam de sacrificio Ecclesiæ, dicit, Ego accepi à Domino quod & tradidi vobis. Sed nulla traditio in Scriptura inuenitur de adorandis imaginibus. Ergo imago Christi non est adoranda adoratione latriæ.

¶SED CONTRA est, quòd Damas. inducit Basilium dicentem, Imaginis honor ad prototypum peruenit, id est exẽplar. Sed ipsum exẽplar, scilicet Christus, est adorandus adoratione latriæ. Ergo & eius imago.

CONCLVSIO.

¶Cùm christus latriæ adorationẽ sit honorandus imago quoque eius eadem adoratione adoranda est.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ sicut Philosophus dicit in lib. de Memoria & reminiscentia: duplex est motus animæ in imaginem. Vnus quidẽ in ipsam imaginẽ, secundũ quòd res quędã est, alio modo in imaginem, inquantum est imago alterius. Et inter hos duos motus est hæc differentia: quia primus motus, quo quis mouetur in imaginẽ, vt est res quædã, est alius à motu, qui est in rem: secundus autẽ motus qui est in imaginem, inquantũ est imago, est vnus & idẽ cũ illo qui est in rẽ. Sic ergo dicẽdũ est, q̃ imagini Christi, inquantum est res quædam (puta lignum sculptum vel pictũ) nulla reuerentia exhibetur: quia reuerentia nõ nisi rationali naturæ debetur. Relinquitur ergo q̃ exhibeatur ei reuerẽtia solùm, inquãtũ est imago. & sic sequitur q̃ eadẽ reuerẽtia exhibeatur imagini Christi & ipsi Christo. Cùm ergo Christus adoretur adoratione latriæ, cõsequens est q̃ eius imago sit adoratione latriæ adoranda.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non prohibetur illo præcepto facere quancunque sculpturam vel similitudinem,

Nam primò impugnat processum hunc ex eo q̃ aliud est, motum in imaginem & rem esse vnum: & aliud imaginẽ & rem esse vnum. Primum enim est verum, secundum falsum: nam sunt correlatiua, quæ licet simul apprehendantur, dicũtur tamen & sunt diuersa: relatiui enim esse est ad aliud se habere. Ad propositũ autem oporteret imaginem & rem esse vnũ, seu vnius rationis, si adoratio rei deberexhiberi imagini.

¶Deinde dicit, q̃ imago Christi nec vt res nec vt imago, propriè loquendo adoranda est latria: quia latria soli Deo debetur per se, & conjunctis sibi (vt humanitati Christi) per accidens: imago autem, est vt imago creatura, est extrinseca à Deo: & ideo nec per se, nec per accidens, terminus est adorationis latriæ.

¶Tertiò dicit, quod cõmune dictum quod Autor in litera tradit, est impropriè dictum: & exponendum est, quia res cognita seu rememorata per imaginem, ad præsentiã imaginis adoratur, ac si esset in se præsens: nõ quòd adoratio ad imaginem aliquo modo terminetur.

¶Ad horum euidentiã, sciendum est, quòd distinctio in litera posita ex Arist. de imagine vt est res quædam, & vt est imago, potest dupliciter intelligi.

¶Primò vt distinguatur imago in imaginẽ materialiter, vel forma liter, puta in aurum, vel figuram seu relationẽ. Et consequenter quòd dicamus adorari imaginem Christi non fecit dum materiam, sed figuram formam: hoc est figuram Christi vel relationem ad Christũ. Et hinc sensus acceptus videtur communiter, quantum memini. Et quoniam tam figura quàm relatio, longè est à creatoris naturalideo aut falsò aut impropriè dictum putatur, quòd imago Christi sit adoranda adoratione latriæ.

¶Sed hunc sensum longè esse à vero sensu Aristotelis & Autoris, patet ex duobus. Primò, quia imago vt res quædam comprehendit imaginem & secundum materiam & secundum formam, vt quædam res est: imago enim Cæsaris sumitur vt res quædam ex parte materiæ si sumatur vt marmorea, aut aurea. Et similiter sumitur vt res quædam ex parte formæ si sumatur vt secundum talia lineamenta, colores, &c. vel vt est relatio quædam siue realis, siue rationis. Hæc enim omnia sub vno membro distinctionis comprehenduntur, scilicet sub imagine, vt res quædam est, licet exempla dentur de materia: quia manifestius habet rationem cuiusdã rei. Secundò. ex eo quòd motus in imaginem vt est figura quædam vel relatio, non est vnus cum motu in rem, sed diuersus ab illo. Sistit enim intellectus & affectus in figurę & relationis consideratione & complacentia: vt patet, dum alicui formæ ipsius figuræ placet, vellétq; illam relationem habere ad se, vel aliquem suorum, ex quo est ita pulchra. Est enim tunc motus animi in imaginem formaliter, & tamen non in rem: imò oppositum motum habet quandoq; vectus rem: puta quia displicet, quòd imago tam pulchra, sit imago illius, cuius est.

¶Est igitur secundo modo intelligendum, quòd res contra imaginem distinguitur quo ad vtriusque proprium actum: ita quòd imago terminat motum vt res, quatenus exercet actum rei cuiusdam, vt res est: & similiter terminat motum inquantum imago, quatenus exercet actum imaginis. Et quia res vt res in se, est quædam entitas: ideo tunc terminat vt res, quando ratione sui sue formaliter, siue materialiter terminat. Et quia imago tunc tantùm exercet actum imaginis, quando ratio eius actus est exemplar, ipsa autem est conditio agentis: sic enim tantùm motus tam apprehensiuus quàm appetitiuus in ipsam, ad exemplar suum terminatur: ideo motus in imaginem, quatenus est imago, est in ipsam quidem, sed secundum aliud in ipsa. In ipsam quidem: quia ipsa est quæ exercet actum terminandi motum: quia in ipsa est exemplar ad quod decit. Secundum aliud verò in ipsa: quia ratio terminandi est exemplar quod est aliud ab ipsa: & constat quòd est in ipsa. Ex his autem est facilè perspicere & efficaciam processus litęræ, & veritatem doctrinæ eius, & causam defectus aliorum declinantium. habetur siquidem hinc, quòd motus adorationis, quo imago Christi veneratur, terminatur ad imaginem Christi, & verè & propriè loquendo. Et quia terminatur ad ipsam, non quatenus est res: hoc est non quatenus exercet actum rei in se, siue secundũ rem, quæ est forma, siue secundũ rem quæ est materia) sed quatenus est imago, hoc est, quatenus exercet actũ imaginis: ideo Christus, cuius est imago, est ratio, q̃ imago eius adoratur, & esse Christum in imagine, est conditio, in qua ratio adorandi mouet ad adorandũ, & terminat adorationẽ. Et propterea nõ exhibetur adorationis honor creaturæ, sed creatori:

creatori: quia non exhibetur conditioni adoratæ rei, sed rationi adorandi, quę est ipse Christus. Et hoc est quod in litera dixit Autor, quòd per hunc modum, scilicet quo totum in parte honoratur, adoratur etiam quis in imagine. Habes & talium intellectuum Aristotelicæ propositionis, causam fuisse errandi.

¶Ad obiecta contra dictã propositionem ex parte motus, iam patet quòd vera est de vtroq; motus genere, scilicet appetitui & apprehensiui quamuis impossibile est intelligere aut cõferre imaginem, vt exercet imaginis actũ, nisi terminus apprehensionis vel appetitus sit res repræsentata: quia ipsa est hoc ratio terminandi, vtriusq; motus. In æquinoco quoq; laborant obiecta ex parte imaginis: quoniam, vt iam patet, ignorant imaginem vt exercet imaginis actũ: quę cùm adoratur, non relatio nec figura, sed persona adoratur repræsentata in imagine, vt in conditione in qua adoratur.

¶Ad obiecta ex parte veritatis dicitur, quòd est termo de veritate simpliciter, hoc est specificata: quia est termo de veritate motus secundũ per se primò terminũ, ex quo veritas specifica motus sumitur. Nec obstat differentia penes esse sine medio vel cum medio: quia non inuenitur hic medii ex parte termini, sed solùm secundum conditionem diuersam eiusdem termini: eadem siquidem persona repræsentata, ratione, aut formaliter motum vel in scipsa, vel in sua imagine. Conditiones autẽ quia non variant speciem termini, cõsequenter nec speciem motus in terminũ.

¶Ad obiecta autem Durandi dicitur, quòd sanè intellecta imagine vt imagine, imago & repræsentata res sunt idem, quo ad formalem rationem terminandi motum: quod ipse non vidit) & ideo optimè infertur, quòd honor exhibitus rei, exhibendus est imagini. Error enim fuit quia non est intellectum quid importat imago vt imago in actu exercito.

¶Ad aliam obiectionem eiusdem dicitur, quòd imago Christi, propriè loquendo, est adoranda adoratione latriæ, quæ solt Creatori debetur. Distinctio autem ab obiiciente inducta, de per se vel per accidens conjuncto resutanda est vt insufficiens. Dicitur quidem in primo articulo huius quæstio honorari vt rem honoratam dupliciter, vel secundum se, vel secundum aliud. Et ad secundum modum (vt ibi dicitur, & declaratum est) spectat adorari personam in qua sita imagine. Ea hibetur siquidem Christi imagini latria vt termino secundum Christum in ipsa vel Christo in sua imagine: quorum neutrum est aliud, quàm exhibere latriam Creatori Iesu Christo.

¶Ad tertium eiusdem dicitur, quòd Autoris & commune dictum est propriè dictum, & non est ob ignorantiam quorundam, inter impropria locandum, vt obiciens facit. Cuius error ex hoc potest conuinci, quòd si imago Christi non esset quia ad memoriam aut cognitionem reducit Christi, adorari dicitur, posset patet ratione quæ liber est, quatenus reducit in memoriam Christi, adorari adoratione latriæ. Et si hoc ponies in practica, percipies, & videbis quòd Ecclesia non ideo imaginem Christi adorat, quia fecit sibi eam signum rememorationem Christi: sed quia imago Christi adoranda latria est, ideo eam adorat. Si autem esset huiusmodi adoratio, nostra lege aut consuetudine posita, fictis illusionibus rememorationis, quis Ecclesiam à tot eorum priscorũque quorundam imaginum cultu detrahentium moribus eripuisset? quis iuste damnasset læsæ maiestatis, iniuriantes imaginibus Principum? Monstrant hæc imagines, quia imagines honorandas aut de honorandis esse.

¶ Num imagines Dei, & diuinorum absque errore ab hominibus effingi possint.

Quæstio. ¶In responsione ad primum eiusdem artic. circa imagines Dei, dubium occurrit, an fuit licitæ. Et est ratio dubitandi autoritas Damasceni in litera dampnat illas infidelitæ & impietatis. Et eadem est ratio nunc de deitate, quæ erat in veteri lege quo ad rem figurabilem vel non secundum se: constat autem in veteri lege, imagines Dei esse prohibitas: occasio quoque talis opinionis de Deo ex imaginibus eadem vtrobique est. Vnde non desunt doctores reprehendentes imagines sanctæ Trinitatis.

¶In oppositum autem est Ecclesiæ vsus, admittens Trinitatis imagines, repræsentantes non solum Filium incarnatum, sed Patrem ac Spiritum sanctum. Ad hæc sunt & litęræ huius verba sonantia quòd postquam Deus est incarnatus, potest adorari in imagine.

¶Ad huius rei euidentiam aduertendum est, tripliciter posse formari imagines Dei, seclusio Incarnationis mysterio. Primò vt res diuina figuretur per imagines. Et sic infipientiæ quo ad partem apprehensiuam, & impietatis secundum partem appetitiuam, est figurare quod diuinum est, vt Damas. dicit. Et has tantum damnantur imagines Dei, vt Deus est: & ingerunt erroneam de Deo opinionem. Et hoc modo in Ecclesia Dei constat non haberi imagines Dei.

¶Secundò, vt species Dei in Scripturis traditæ figurentur: sicut cùm depingitur Spiritus sanctus in forma columbæ, non vt Spiritus sanctus figuratus lineamentes columbę monstretur: sed vt species in qua apparuit Spiritus sanctus, figurata monstretur. Et hoc frequẽti vsu Ecclesia passim efficit & de Deo, & de Christo, & de Angelis, & de Sanctis: vt patet quum Deus depingitur imaginibus speciorum, in quibus visus dicitur in Testamento veteri, vt in forma senis antiqui, scilicet diei tum, Dani. 7. & Christus in forma agni, & Angeli cum sex alis, & Euangelistæ in forma quatuor animalium. Et hæc non solùm pinguntur, vt ostendantur (sicut Cherubim olim in templo) sed vt adorentur, vt frequens vsus Ecclesiæ testatur.

¶Tertiò, vt ex similioribus apud nos eriam fictis, ad infigurabilia ascẽdamus sicut Angelorum imaginem, faciunt iuuenem pulchrũ, alarum, cum diademate: non quod talis sit Angelus, sed vt vel ex similiori sibi natura, scilicet humana (apposita sanctitate per diadema, & iuuentute per perfectionem, & alis conuenientibus pro celeritate) vel sic ex sensibilibus ad insensibilia venerando ascendamus. Et hoc modo alicubi Spiritus sanctus in forma ienis, orbem pugillo concludentis, &c. figuratur. Hic autem tertius modus satis propinquat est ritui Paganorum, figurantium Deum diuersimodè, prout causa est diuersorum effectuum, vt in forma Minerue ratione sapientiæ, & huiusmodi.

¶His præmissis sciendum est, quòd figuratæ diuinum primo modo, est actus ex suo genere malus moraliter, quia eadẽ super repugnante materia: repugnat siquidem deitati, figurabilem esse. Figurare autem Deum secundo vel tertio modo ad actum instructionis, est actus ex suo genere bonus: quoniam naturale est homini per sensibilia discere insensibilia. Vnde pictuꝛæ codices sunt populorum: sicut libri, in quibus per hæc sensibilia docemur intelligibilia contemplari, propter eruditos tam: & sic Moyses thuas constituit Angelorum in templo. Sed ad actum cultus figuratæ hæc, actus sit solitarie sumptus, non bonus nec eligibilis, sed declinabilissicut occidere hominem, si solitarie proponatur, non est actus eligibilis aut laudabilis: sed si nihil adderetur, malus & vituperabilis. Sed si figurare Deum ad actum cultus, vestiatur quibusdam circunstantiis (puta autoritate Ecclesiastica consuetudinis, secatitate ab errorum occasione, pietateque colentium) redditur actus ille honestus, sicut si occidere hominem, reduatur circunstantias publicæ potestatis, actum præcipientis propter iustitiam ac commune bonum, erit occidere hominem actus honestus.

¶Cauere ergo oportet, ne facilis sit sententia contra quancunque partem: habeuda siquidem in primis est ratio erroris. Nam si ex talia aliqua opinione de Deo aut Angelis, & caliqua processit aut perseuerat imago tertij modi, vel secundi inusitata, abolenda est, & instruendus populus. Dico autem vel secundi inusitata quia esti ad repræsentationem historiæ Deus depingitur in forma tubi ardentis, loquentis Moysi, & similium visionum: quia tamen Ecclesia non confuetis omnia figuralia proponete vt colenda, ideo cauendum est ne noua abusio introducta in, puta si petra adoraretur pro Christo, quia scriptum est, Petra autem erat Christus. si verò nulla falsa opinio aut præsumptio interuenit, sed antiquus Ecclesiæ vsus scrutatur, nullúique occasionem errandi accipit (quia plebs est bene instructa in fide, & credit Deum spiritum esse, & in omnibus recẽt cum Ecclesia sentiunt) nõ video peccatum aliquod in huiusmodi cultu imaginum tam secundi, quàm tertij modi. Et secundus quidem autoritatem habet ex tota Scriptura & Ecclesiæ vsu manifestè.

¶Tertius autem: quia originaliter secundum partes est ex sacra Scriptura (quamuis non tota imago) & Ecclesiæ vsu approbatur, non solum tolerabilis, sed licitus mihi videtur. Ex eo enim quòd cultus Deo exhibetur in imagine, non impiæ aut præsumptuosæ, sed ab Ecclesia propositæ actus adorationis circa debitam materiam versatur: ac per hoc nullam peccati rationem habet. Et si sic est, non videntur cassandæ Trinitatis imagines in forma senis, crucifixum sustinentis, columba intermediapartes enim imagimis huius ex sacra Scriptura. Et de Filij & Spiritus sancti imaginibus constat. De Patris autem ex Daniele habetur capit. 7. cum dicitur de Filio, quòd peruenit ad Antiquum dierum, hoc est Deum Patrem. Et hoc, vt dictum est, vbi nulla est occasio erroris.

¶Non laudo tamen huiusmodi multiplicationem imaginum Trinitatis aut deitatis, aut Dei Patris, aut Spiritus sancti, nisi in specie columbæ & igneæ linguæ super discipulos: sed potius tanquam infigurabilis, tanquam supra nubem aliquam autem latens, pingendus esset Deus: vnde effectus creationis prouenirent. Vt vel sic eruditetur plebs, quòd Deus est spiritus infigurabilis, sicut Moyses absque sedente sedem impositam Angelis statuens, Deum intelligi & coli super omnia quiescentem, regnantem, propicientem ac iudicantem ordinauit sapientissimè. Imagines enim codices sunt populorum: & propterea à multis reprehenduntur, tanquam occasionem errandi præbentes, quamuis est ex se. Et verum dicerent, nisi conditiones prædictæ executarent actum, vt dictum est.

¶Et per hæc patet responsio ad obiecta: quoniam aliqualiter omnia verum concludunt, dum Dei imagines solitarie propositæ dissonant: & autoritate fultæ ecclesiasticæ consuetudinis, securitateque ab errore concurrente, cum origine à sacra Scriptura in toto vel parte, honestantur.

¶Super

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ super Quæstionis vicesimæquintæ Articulum quartum.

secunda secundæ q. 103. artic. 4. ad 3. Et 3. dist. 9. q. 2. artic. 3. q. 4. Cõment.

TItulus de cruce Christi loquitur, siue ipsa in qua passus est Christus, siue quacunq; alia, vt est crux Christi.

¶In corpore articuli duæ sunt partes. Primò, determinatur in communi de re honorata & qualitate adorationis. Et dicitur quatuor. Primum est, Soli rationali naturæ debetur honor, intelligo ratione sui. Secundum est, Creaturæ insensibili non debetur honor nisi ratione naturæ rationalis naturæ. Tertiò est, dupliciter creaturæ insensibili ratione naturæ rationalis honor debetur, vel ratione repræsentationis, vel ratione coniunctionis quomodolibet. Declaratur hoc exẽplis imaginis & vestis regiæ. Quartum est, Vtro, q. modo eadẽ exhibetur reuerentia, q̃ exhibetur & Regi. Inde eunda parte respondetur in speciali de cruce Christi, distinguendo, vel de cruce illa, in qua Christus pependit, vel de quacunq; alia. Et de prima quidẽ respondetur vna conclusione hæc duas partes, q. est veneranda vtroq; modo, & adorationẽ latriæ, qua Christus adoratur, & declaratur quo ad singula clarè. De cruce verò Christi in quacũq; alia materia respondetur, q. est adoranda etiã latria, inquantũ repræsentativa Christi, sicut Christi crucifixi imago. Omnia clarè patent in litera, aduertendo q. alloquutio fit etiam ad crucẽ in omni materia, & non ad illã tantum, in qua Christus pependit.

¶Aduerte hic, quòd Durand. vbi supra, & Ioan. Capreolus crediderunt Autorem retractasse hic quod in tertio sententiarum dixerat, scilicet crucem illam, in qua pependit Christus, esse adorandam non solùm vt imaginem Christi latria, sed vt quandã rem Christi hyperdulia: quasi crux illa Christi non sit capax adorationis, vt est quidam res Christi. Parcant mihi Domini isti non terractauit, sed magnificauit hîc Autor doctrinã ibi traditam: quoniam crucem illã vt quandã Christi rem per contactum, ibi hyperdulia, hîc latria adorandã dicit. Hoc enim patet non esse reuocationẽ dicti, quòd crux illa vt quædam Christi res, est veneranda: sed magnificationẽ illius, quòd quandoq; crux creatura est conclusio, vnica est cõclusio dupliciter probata. Conclusio est, reliquias Sanctorum, qualitercũq; congruo honore venerari debemus, & præcipuè corũ corpora. Probatur primò: Affectus alicui veneratur etiam illa, quæ de ipso post mortem relinquuntur, sed Sanctos Dei veneramur: ergo eorum reliquias venerari debemus, & præcipuè eorũ corpora. Maior probatur autoritate Aug. Minor probatur ex quatuor: quia Sancti sunt Christi membra, quia Dei filij, quia amici, quia nostri intercessores. Pars autem specificata in conclusione, scilicet præcipuè eorum corpora, manifestatur ex tribus: quia templa Spiritus sancti inhabitantis: q̃ organa Spiritus sancti operantis per ea fuerunt: quia sunt corpori Christi configuranda. Secundò probatur conclusio, quia Deus Sanctorum reliquias honorat miraculis: ergo & nos debemus honorare.

¶ super Quæstionis vicesimæsextæ Articulum primum.

¶In corpore articuli, vnica est cõclusio dupliciter probata. Conclusio est, reliquias Sanctorum, qualitercũq; congruo honore venerari debemus, & præcipuè eorũ corpora. Probatur primò: Affectus alicui veneratur etiam illa quæ de ipso post mortem relinquuntur, sed Sanctos Dei veneramur: ergo eorum reliquias venerari debemus, & præcipuè eorũ corpora. Maior probatur autoritate Aug. Minor probatur ex quatuor: quia Sancti sunt Christi membra, quia Dei filij, quia amici, quia nostri intercessores. Et ideo eorum reliquias quæsunq;, honore congruo in eorum memoria venerari debemus, & præcipuè eorum corpora, quæ fuerunt templa & organa Spiritus sancti in eis habitantis & operantis, & sunt corpori Christi configuranda per gloriosam Resurrectionem. Vnde & ipse Deus huiusmodi reliquias conuenienter honorat, in eorum *præsentiam miracula faciendo.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hæc fuit ratio Vigilantij, cuius verba introducit Hiero. in lib. quem contra eum scribit, dicentis, Propè ritum Gentilium videmus sub prætextu religionis intraductũ, puluisculum nescio quem in modico vasculo, pretioso linteamine circundatum osculantes adorant. Contra quem Hiero. dicit in Epistola ad Riparium: Nos non dico Martyrum reliquias, sed nec Solem nec Lunam nec Angelos adoramus, scilicet adoratione latriæ, honoramus autem reliquias Martyrum, vt eum cuius sunt Martyres, adoremus: honoramus seruos, vt honor seruorũ redundet ad dominum. Sic ergo honorando reliquias Sanctorum, nõ incidimus in errorem Gentilium, qui cultum latriæ mortuis hominibus exhibebant.

¶Ad secundum dicendum, quòd corpus illud insensibile non adoramus propter seipsum, sed propter animam, quæ fuit ei vnita, quæ nunc fruitur Deo: & propter Deum, cuius fuerunt ministri.

¶Ad tertium dicendum, quòd corpus mortui alicuius Sancti non est idem numero quod primò fuit dum viueret, propter diuersitatem formæ, quæ est animæ: est tamẽ idem identitate materiæ, quæ est iterum suæ formæ vnienda.

QVAESTIO VICESIMA SEXTA, De eo, quòd Christus Mediator Dei hominum dicitur, in duos articulos diuisa.

DEINDE cõsiderandum est de hoc, quòd dicitur Christus Dei & hominum mediator.

¶Et circa hoc quæruntur duo.

¶Primò, vtrùm esse mediatorem Dei, & hominum, sit proprium Christo.

¶Secundò, vtrùm hoc conueniat ei secundum humanam naturã.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm esse mediatorem Dei & hominum, sit proprium Christo.

3. dist. 19. artic. 5. q. 3. Et opusc. 3. ca. 22. Et opusc. 60. c. 18.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd esse mediatorem Dei & hominum, non sit proprium Christo. Sicut enim Sacerdos, ita & Propheta videtur esse mediator inter Deum & homines: secũdum illud Deut. 5. Ego illo tempore sequester fui & medius inter Deum & vos. Sed esse Propheta & Sacerdotem, non est proprium Christo. Ergo etiam esse mediatorem.

Et Gal. 3. lc. 7. f.

¶Præterea, Illud quod conuenit Angelis bonis & malis, non potest dici esse proprium Christo. Sed esse medium inter Deum & homines, conuenit Angelis bonis, vt Dionysius dicit 4. cap. de Diui. nom. conuenit etiam Angelis malis, id est dæmonibus: habent enim quædam communia cum Deo, scilicet immortalitatem, quædam cum hominibus, scilicet quòd sunt animo passiui, & per consequens miseri: vt patet per Augu. in 9. de Ciui. Dei. Ergo esse mediatorem Dei & hominũ non est proprium Christo.

¶Præterea, Ad officiũ mediatoris pertinet interpellare ad vnum eorum, inter quos est mediator pro altero. Sed Spiritus sanctus, sicut dicitur Rom. 8. interpellat pro nobis ad Deum gemitibus inenarrabilibus. Ergo Spiritus sanctus est mediator inter Deum & homines. Non ergo est proprium Christo.

¶SED CONTRA est quod dicitur primæ ad Timot. 2. Vnus est mediator Dei & hominum, homo Iesus Christus.

CONCLVSIO.

¶ Soli Christo cõuenit esse mediatorẽ simpliciter & perfectiuè, cui nũ obstat multos alios esse secũdã quid mediatores, scilicet dispositiuè & ministeriales.

¶RESPONDEO dicendũm, quòd ad Mediatoris officium propriè pertinet, coniungere & vnire eos inter quos est mediator. Nam extrema vniuntur in medio. Vnire autem homines Deo perfectiuè, quod conuenit Christo, per quem homines sunt reconciliati Deo, secundum illud 2. ad Corint. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Et ideo solus Christus est perfectus Dei & hominum mediator, inquantum per suam mortem humanum genus Deo reconciliauit. vnde cùm Apostolus dixisset, Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, subiunxit, Qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus. Nihil tamen prohibet aliquos alios secundum quid, dici mediatores inter Deum & homines: prout scilicet cooperantur ad

est quòd quodcunque creatum est secundũ se venerabile, non sit ratione alterius veneratio latria.

¶Et si contra hoc instetur, q. distractio ista est vera in essentialib⁹, nõ autẽ in accidentaliter cõiunctis qualiter iungitur duæ rationes adorabilitatis in vna persona: respõdetur quod non nõ dicimus oppositũ, sed respõdemus argumento de conditionẽ distrahente.

¶Ad materiam autẽ dicendũ est ad Autore in ar. 3. ad 1. q. occasio erroris vitanda fa cit vt rationalis creatura nõ adoretur vt imago Dei & participatiõe vt res cõiuncta Christo, ne scilicet motus adorationis fistat in rationali natura secũdũ se. Quocirca sicut personã Christi nõ nisi latria veneramur, ad euitandũ errorẽ reuerentiã ad Christum, vt purã creaturam: ita personam beatæ Virginis solã hyperdulia honoramus, ad euitandũ errorẽ cord, qui latriã terminarẽt ad beatam Virginẽ secũdũ se. Nõ enim plebe tanũm permittaret vt adoraret latria Christũm in beata Virgine: & ideo rsum ado ret hyperdulia ipsam secundũ se beatã Virginẽ, sine qua discretione error accideret & ideo simpliciter dicitur quòd nõ est adorãda latria, sed hyperdulia.

Secunda secundæ, q. 96. ar. 4. 3.

¶ super Quæstionis vicesimæquintæ Articulum sextum.

Cõment.

TItulus hic clarissimus est.

¶In corpore articuli, vnica est cõclusio dupliciter probata. Conclusio est, reliquias Sanctorum, qualitercũq; congruo honore venerari debemus, & præcipuè eorũ corpora. Probatur primò: Affectus alicui veneratur etiam illa quæ de ipso post mortem relinquuntur, veneratur: non solùm corpus aut partes corporis eius, sed etiam aliqua exteriora, puta vestes, & similia. Manifestum est autem, quòd Sanctos Dei in veneratione habere debemus, tãquam membra Christi, Dei filios, & amicos, & nostros intercessores. Et ideo eorum reliquias quæsunq;, honore congruo in eorum memoriam venerari debemus, & præcipuè eorum corpora, quæ fuerunt templa & organa Spiritus sancti in eis habitantis & operantis, & sunt corpori Christi configuranda per gloriosam Resurrectionem. Vnde & ipse Deus huiusmodi reliquias conuenienter honorat, in eorum *præsentiam miracula faciendo.

** Aliàs præsentia.*

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hæc fuit ratio Vigilantij, cuius verba introducit Hiero. in lib. quem contra eum scribit, dicentis, Propè ritum Gentilium videmus sub prætextu religionis intraductũ, puluisculum nescio quem in modico vasculo, pretioso linteamine circundatum osculantes adorant. Contra quem Hiero. dicit in Epistola ad Riparium: Nos non dico Martyrum reliquias, sed nec Solem nec Lunam nec Angelos adoramus, scilicet adoratione latriæ, honoramus autem reliquias Martyrum, vt eum cuius sunt Martyres, adoremus: honoramus seruos, vt honor seruorũ redundet ad dominum. Sic ergo honorando reliquias Sanctorum, nõ incidimus in errorem Gentilium, qui cultum latriæ mortuis hominibus exhibebant.

¶Ad secundum dicendum, quòd corpus illud insensibile non adoramus propter seipsum, sed propter animam, quæ fuit ei vnita, quæ nunc fruitur Deo: & propter Deum, cuius fuerunt ministri.

¶Ad tertium dicendum, quòd corpus mortui alicuius Sancti non est idem numero quod primò fuit dum viueret, propter diuersitatem formæ, quæ est animæ: est tamẽ idem identitate materiæ, quæ est iterum suæ formæ vnienda.

QVAESTIO VICESIMA SEXTA, De eo, quòd Christus Mediator Dei hominum dicitur, in duos articulos diuisa.

DEINDE cõsiderandum est de hoc, quòd dicitur Christus Dei & hominum mediator.

¶Et circa hoc quæruntur duo.

¶Primò, vtrùm esse mediatorem Dei, & hominum, sit proprium Christo.

¶Secundò, vtrùm hoc conueniat ei secundum humanam naturã.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm esse mediatorem Dei & hominum, sit proprium Christo.

3. dist. 19. artic. 5. q. 3. Et opusc. 3. ca. 22. Et opusc. 60. c. 18.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd esse mediatorem Dei & hominum, non sit proprium Christo. Sicut enim Sacerdos, ita & Propheta videtur esse mediator inter Deum & homines: secũdum illud Deut. 5. Ego illo tempore sequester fui & medius inter Deum & vos. Sed esse Propheta & Sacerdotem, non est proprium Christo. Ergo etiam esse mediatorem.

Et Gal. 3. lc. 7. f.

¶Præterea, Illud quod conuenit Angelis bonis & malis, non potest dici esse proprium Christo. Sed esse medium inter Deum & homines, conuenit Angelis bonis, vt Dionysius dicit 4. cap. de Diui. nom. conuenit etiam Angelis malis, id est dæmonibus: habent enim quædam communia cum Deo, scilicet immortalitatem, quædam cum hominibus, scilicet quòd sunt animo passiui, & per consequens miseri: vt patet per Augu. in 9. de Ciui. Dei. Ergo esse mediatorem Dei & hominũ non est proprium Christo.

¶Præterea, Ad officiũ mediatoris pertinet interpellare ad vnum eorum, inter quos est mediator pro altero. Sed Spiritus sanctus, sicut dicitur Rom. 8. interpellat pro nobis ad Deum gemitibus inenarrabilibus. Ergo Spiritus sanctus est mediator inter Deum & homines. Non ergo est proprium Christo.

¶SED CONTRA est quod dicitur primæ ad Timot. 2. Vnus est mediator Dei & hominum, homo Iesus Christus.

CONCLVSIO.

¶ Soli Christo cõuenit esse mediatorẽ simpliciter & perfectiuè, cui nũ obstat multos alios esse secũdã quid mediatores, scilicet dispositiuè & ministeriales.

¶RESPONDEO dicendũm, quòd ad Mediatoris officium propriè pertinet, coniungere & vnire eos inter quos est mediator. Nam extrema vniuntur in medio. Vnire autem homines Deo perfectiuè, quod conuenit Christo, per quem homines sunt reconciliati Deo, secundum illud 2. ad Corint. 5. Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Et ideo solus Christus est perfectus Dei & hominum mediator, inquantum per suam mortem humanum genus Deo reconciliauit. vnde cùm Apostolus dixisset, Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, subiunxit, Qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus. Nihil tamen prohibet aliquos alios secundum quid, dici mediatores inter Deum & homines: prout scilicet cooperantur ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis vicesimæsextæ Articulum secundum.

Comment.

TItulus clarus.

¶In corpore duo fiunt: primò ponuntur duæ cõditiones mediatoris, secundò applicantur ad Christum duplicitèr, & secundum q; Deus negatiuè, & secundum quòd homo affirmatiuè. & sic respondetur quæstio. Christus verissimè dicitur mediator Dei & hominũ secundum quòd homo. Omnia clara sunt in litera: constitit enim eius processus in hoc: Mediator secundum duo quæ habet (scilicet esse medium & officiũ coniungẽdi extrema inter se) duas exigit cõditiones: primà est distantia ab extremis, secũda est delatio ad extrema vtrinque ex altero. Sed Christus, secundũ quòd Deus, neutram habet, quia nõ distat à Deo in natura aut dominio: nec aliquid Deo nõ sũi deferre potest: ac per hoc nihil potest deferre ex Deo tanquam extremo. Sed secundum quòd homo, habet vtramque: quia distat à Deo natura, & ab hominibus puris dignitate gratiæ & gloriæ: defert quoque præcepta donaq; Dei ad homines, & satisfactiones ac interpellationem ex hominibus ad Deum, non quasi hæc ab hominibus accipiat, sed quia hęc vice hominum ipse Deo offert. quod vocatur pro hominibus offerre ac satisfacere. Nihilominus satisfactionẽ ex hominibus quodammodo accipit, pro quanto ex massa peccatrice, carne scilicet humana ab Adam genita, naturam passibilem in qua satisfaceret assumpsit.

Annot. ¶In responsione ad primum & tertium simul considera discernendo rationem specificantẽ id quod Christus mediat, aut satisfacit: & radicem vnde illud, quo efficax originaliter tendit ad mediandum, & satisfaciendum, & merendum pro omnibus. Nam si specificare aut determinate quæris naturam, qua Christus meretur, mediat, & satisfacit, procul dubio natura humana est creatæ quippe naturę sunt actus isti. Sed si quæris, vnde natura creata tanti est, vt mediet, mereatur, & satisfaciat pro toto mũdo, ex gratia vnionis, ex hypostasi est diuina: quia enim Christus vnigenitus est Patris, ideo per naturam assumptam satisfacit, meretur & mediat. Et hoc est quod in responsione ad primũ, docemur: & doctrina superius habita de efficacia satisfactionis & meriti Christi sic applicatur ad vnionem hominum cum Deo dispositiue vel ministerialiter.

3.di.19. ar.3.q.2 Et 4.di. 43.arti. 2.qõ.1. cor. Et dist. 48.q.1. art.2. Et veri. q.29.ar. 5.ad 5. Et 1.Timot.2.l. 1.fin. Et 2.Timo.2.co lum.2.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Propheræ & Sacerdotes veteris Testamenti, dicti sunt mediatores inter Deum & homines dispositiuè, & ministerialiter, inquantũ scilicet prænuntiabant & præfigurabant verum & perfectum Dei & hominum mediatorem. Sacerdotes verò noui Testamenti possunt dici mediatores Dei & hominum, inquantum sunt ministri veri Mediatoris, vice ipsius salutaria sacramenta hominibus exhibentes.

¶Ad secundum dicendum, quòd Angeli boni, vt Aug. dicit in 9. de Ciui. Dei, non rectè possunt dici mediatores inter Deum & homines. Cùm enim vtrunq; habeant commune cum Deo & beatitudinẽ & immortalitatem, nihil autem horũ cum hominibus miseris & mortalibus, quomodo nõ potius remoti sunt ab hominibus, Deóq; coniunctis, quam inter vtrosq; medij constituti? Diony. tamen dicit eos esse medios, quia secundum gradum naturæ sunt infra Deũ & supra homines constituti: & mediatores officiũ exercent, non quòd principaliter & perfectiuè, sed ministerialiter & dispositiuè. Vnde Mat. 4. dicitur, quòd accesserunt Angeli, & ministrabant ei, scilicet Christo. Dæmones autem habent communem cum Deo immortalitatem, cum hominibus autem miseriam: ad hoc enim se interponit mediũ dæmon immortalis & miser, vt ad immortalitatem beatam transire non sinat, sed perducat ad miseriam immortalẽ. Vnde est, sicut malus medius, qui separat amicos. Christus autem habuit communẽ cum Deo beatitudinẽ, cum hominibus autẽ mortalitatẽ. & ideo ad hoc se interposuit mediũ vt mortalitate trãsacta & ex mortuis faceret immortales (quod in se resurgendo mõstrauit) & ex miseris beatos, vnde nũquã ipse decessit. Et ideo ipse est bonus mediator, qui reconciliat inimicos.

¶Ad tertium dicendum, quòd Spiritus sanctus cùm sit per omnia Deo æqualis, non potest dici medius vel mediator inter Deum & homines, sed solus Christus, qui licet secundum diuinitatem æqualis sit Patri, tamen secundum humanitatem minor est Patre, vt suprà dictum est. Vnde semper illud ad Gal. 3. Christus est mediator. dicit Gloss. Non Pater nec Spiritus sanctus. Dicitur autem Spiritus sanctus interpellare pro nobis, quia ipse interpellare nos facit.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm Christus, secundum quòd homo sit mediator Dei & hominum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non sit mediator Dei & hominũ, secundũ q; homo. Dicit enim Aug. in li. cõtra Felicianum: Vna est Christi persona, ne sit nõ vnus Christus, non vna substãtia, nec mediatoris dispẽsatione submota, aut Dei tantùm dicatur aut hominis filius. Sed non est Dei & hominis filius, secundũ q; homo, sed simul secundũ q; Deus & homo. Ergo neq; dicendũ est, quòd sit mediator Dei & hominum solùm secundum quòd homo.

¶Præterea, Sicut Christus, inquantum est Deus, conuenit cũ Patre & Spiritu sancto, ita inquantum est homo, conuenit cum hominibus. Sed propter hoc, quòd inquatũ est Deus, conuenit cũ Patre & Spiritu sancto, nõ potest dici mediator, inquãtum est Deus: quia super illud 1.ad Tim.2. Mediator Dei & hominum, &c. dicit glos. In quãtum est Verbum nõ medius est: quia æqualis est Deo, & Deus apud Deum, & simul vnus Deus. Ergo nec etiam inquantum est homo, potest dici mediator, propter conuenientiã quam cum hominibus habet.

¶Præterea, Christus dicitur mediator, inquantum reconciliauit nos Deo: quod quidem fecit, auferẽdo peccatum, quod nos separabat à Deo. Sed auferre peccatũ, conuenit Christo non inquantum est homo, sed inquantum est Deus. Ergo Christus, inquantum est homo, non est mediator, sed inquantum est Deus.

¶SED CONTRA est quod Augu. dicit in lib. 9. de Ciuit. Dei. Non ob hoc mediator est Christus, quia est verbũ: maximè quippe immortale & maximè beatum Verbum, longè à mortalibus miseris: sed mediator secundum quòd homo.

CONCLVSIO,

¶ Cùm Christus, secundum quòd Deus, nulla modo à Deo ipso differat, nec quippiam non suum alteri deferat, nullo pacto cõuenit sibi esse mediatorem, inquantum Deus est, sed inquantum homo.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd in mediatore duo possumus considerare. Primò quidem rationem medij: secundò, officiũ coniũgendi. Est autẽ de ratione medij, quòd distet ab vtroq; extremorũ: coniũgit autem mediator per hoc, quòd ea quæ vnius sunt, defert ad alterũ. Neutrum autẽ horũ potest cõuenire Christo secũdũ quòd Deus, sed solùm secundũ q; homo. Nam secũdũ quòd Deus, nõ differt à Patre & Spiritu sancto in natura & potestate dominij. Nec etiam Pater & Spiritus sanctus aliquid habent quod non sit filij: vt sic possit id quod est Patris vel Spiritus sancti quasi quod est aliorũ, ad altos deferre. Sed vtrunq; conuenit ei, inquantũ est homo: quia secundũ quòd est homo, distat & à Deo in natura & ab hominibus in dignitate & gratiæ & gloriæ. Inquãtum etiam est homo, conuenit ei coniungere homines Deo, præcepta & dona Dei, hominibus exhibendo, & pro hominibus Deo satisfaciendo, & interpellando. Et ideo verissimè dicitur mediator secundum quòd homo.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd si subtrahatur diuina natura à Christo, subtraheretur per consequens ab eo singularis plenitudo gratiarum, quæ conuenit ei, in quantũ est vnigenitus à Patre: vt dicitur Ioan.1. Ex qua quidam plenitudine habet, vt sit super omnes homines constitutus: & propinquius ad Deum accedens.

¶Ad secundum dicendum, quòd Christus, secũdum quòd Deus, est per omnia æqualis Patri, sed etiã in humana natura excedit alios homines. Et ideo secundum quòd homo, potest esse mediator, non autem secundum quòd Deus.

¶Ad tertium dicendum, q; licet autoritatiuè peccatum auferre conueniat Christo secundum q; est Deus, tamen satisfacere pro peccato humani generis conuenit ei, secundum quòd est homo: Et secundum hoc dicitur Dei & hominum mediator.

QVAESTIO VICESIMASEPTIMA
de Beatæ Virginis Mariæ sanctificatione, in sex articulos diuisa.

POST prædicta, in quibus de vnione Dei & hominis, & de his quæ vnionem consequuntur, tractatum est: restat considerandum de his, quæ filius Dei incarnatus, in natura humana sibi vnita gessit vel passus est. Quæ quidem consideratio quadripartita erit. Nam primò considerabimus de his quæ pertinent ad ingressum eius in mundũ. Secundò, de his quæ pertinent ad progressum vitæ ipsius in hoc mundo. Tertiò, de exitu ipsius ab hoc mundo. Quartò, de his quæ pertinent ad exaltationem ipsius post huiusmodi vitam.

¶Circa primum quatuor considerãda occurrunt. primò quidem de conceptione Christi, secundò, de eius natiuitate. tertiò, de eius circuncisione. quartò, de eius baptismo.

¶Circa conceptionem autem eius oportet primò aliqua considerare quantum ad matrem concipientem: secundò quantum ad modum conceptionis. tertiò, quantum ad perfectionem prolis conceptæ.

¶Ex parte

¶ Super Quæstionis vicesimæseptimæ Articulum primum.

Comment.

IN corpore duo sunt, primò qualis notitia de hoc quæstio haberi potest, dicitur hęc per hoc mõstratur via ad inuestigandam veritatem conclusionis, secundò per mõstratam viam incedendo, respõdetur quæstio vna conclusione affirmatiuè. Quo ad primũ via scitu noua est ex sacræ Scripturę autoritate in spẽ, sed ex rationabilibus sacræ Scripturæ cõsonis: vt Aug. de Assumptione arguit. Quo ad secũdam conclusio est admirabiliter creditur beatam Virginem sanctificatam in vtero. probatur. Maiora gratiæ priuilegia beatæ Virgini cõcessa creduntur quam aliis Sãctis: sed quibusdam sanctis cõcessa est sanctificatio in vtero. ergo. Maior probatur tum quia mater futura erat Vnigeniti à Patre pleni gratia: tum quia Angelus dixit eam plenam gratia. Minor probatur de Hiere. & Ioan. Baptista.

3.dist.3. q.2.art. 2.q.1. Et quol. 6.q.un. ar.1.cor. Et eppis. 3.c.23. Et Psal. 45.v.2

¶ Super Quæstionis vicesimæseptimæ Articulum secundum.

Annot.

TItulus clarus est de animatione secundũ animã rationalem intellectus.

Comment.

¶In corpore ar. est vna conclusio cum vno corollario. Conclusio est responsiua quæsito dicentẽ. Beata Virgo non fuit sanctificata ante animationẽ. Corollariũ est: beata Virgo fuit sanctificata post animationem. Conclusio probatur dupliciter: primò sic. Sanctificatio de qua loquimur, est emundatio à peccato originali: ergo est per gratiã: ergo in sola creatura rationali, ergo nõ ante infusionem animæ rationalis. Antecedẽs declaratur ex Dion. Sãctitas est perfecta munditia. Prima cõsequẽtia probatur, quia culpa non emundatur nisi per gratiam. Secũda vero, quia sola creatura rationalis est subiectum gratię. Secũdò, ducẽdo ad inconueniens sic. Proles concepta ante infusionem animę rationalis nõ est culpæ obnoxia: ergo quocunque modo ante animationẽ beata Virgo sanctificata fuisset, nõ incurrisset originalis peccati macula: ergo nõ indiguisset cõsẽptione & salute, quæ est facta per Christum sed hoc est inconueniens: ergo. Antecedens probatur: quia sola creatura rationalis est susceptiua culpæ. prima consequentia vt clara relinquitur. Secunda autem probatur autoritate angeli Matth. 1. Ipse saluum faciet à peccatis. Inconueniẽs cõsequẽtia pro-

cet fuerit sanctificata in vtero, nihil in Scriptura canonica traditur: quæ etiam nec de eius natiuitate mentionem facit. Sic tamen Augustꝰ. in sermone de Assumptione ipsius Virginis, rationabiliter argumentatur, quòd cum corpore sit assumpta in cælum (quod tamen Scriptura non tradit) ita etiam rationabiliter argumentari possumus, quòd fuerit sanctificata in vtero. Rationabiliter enim creditur, quòd illa quæ genuit Vnigenitum à Patre, plenum gratiæ & veritatis, præ omnibus aliis maiora priuilegia gratiæ acceperit. Vnde, vt legitur Luc.1. Angelus ei dixit, Aue Maria gratia plena. Inuenimus autem quibusdam aliis hoc priuilegialiter esse concessum, vt in vtero sanctificarentur, sicut Hieremiæ 1. Antequam exires de vulua, sanctificaui te. & sicut Ioãnes Baptista, de quo dictum est Luc. 1. Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. Vnde rationabiliter creditur quòd beata Virgo sanctificata fuerit, antequam ex vtero nasceretur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd etiam in beata Virgine prius fuit id quod est animale, & pòst id quod est spirituale: quia prius fuit secundum carnem concepta, & postea secundum Spiritum sanctificata.

¶Ad secundum dicendum, quòd Augu. loquitur secũdum legem communem, secundum quam per sacramenta non regenerantur aliqui nisi prius nati. Sed Deus huic legi sacramentorum, potentiam suam non alligauit, quin aliquibus ex priuilegio gratiam suam conferre possit, antequam nascantur ex vtero.

¶Ad tertiũ dicendũ, quòd beata Virgo sanctificata fuit in vtero à peccato originali: quãtum ad maculã personalem: non tamen fuit liberata à reatu, quo tota natura tenebatur obnoxia, vt scilicet nõ intraret in paradisum nisi per * ostium Christi, sicut & de sanctis Patribus dicitur, qui fuerunt ante Christum. *Alias baptis.*

¶Ad quartum dicendum, quòd peccatũ originale trahitur ex origine, inquãtũ per eam communicatur humana natura, quam propriè respicit peccatũ originale: quod quidem fit quãdo proles concepta animatur. Vnde post animationem nihil prohibet prolẽ conceptam sanctificari: postea enim non manet in materno vtero ad accipiendam humanam naturam, sed ad aliqualem perfectionem ęius, quod iam accepit.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum beata Virgo fuerit sanctificata ante animationem.

AD SECVNDVM sic procedi-*3.di.3.q. 1.art.1.* tur. Videtur quòd beata Virgo sanctificata fuerit ante animationem. Quia (vt dictum est) plus gratiæ est collatum Virgini matri Dei, quàm alicui Sanctorũ. Sed quibusdã videtur esse concessum, q; sanctificarentur ante animationẽ: quia vt dicitur Hiere. 1. Priusquam te formarem in vtero, noui te. Non autem infunditur anima ante corporis formationem. Similiter etiam de Ioan. Bapt. dicit Amb. super Luc. quòd nondum inerat ei spiritus vitæ, & iam inerat ei Spiritus gratiæ. Ergo multò magis beata Virgo ante animationem sanctificari potuit.

¶Præterea, Conueniens fuit (sicut Ansel. dicit in lib. de conceptu Virginali) vt illa Virgo ea puritate niteret, qua maior sub Deo nequit intelligi. Vnde & Canticor. 4. dicitur, Tota pulchra es amica mea, macula non est in te. Sed maior puritas fuisset beatæ

Annot. ¶Aduerte hinc primò, quòd sanctificatio potest dupliciter sumi. Primò, vt est de contrario in contrariũ, de immunditia ad munditiam. & sic constat quòd est de peccato in gratiam. Secundò, vt est de negato in affirmatũ, de nõ sancto in sanctũ, de nõ gratia in gratiam. Et sic nõ supponit peccatum, inuenitur in Christo & angelis: angeli etiã sanctificati sunt à Deo, qui nunquã peccauerunt: & de seipso dicit Christꝰ, Quem Pater sanctificauit, &c. In prima autem ratione hic allata sumitur sanctificatio primò gratia materiæ, quoniã sermo est de sanctificatione hominis descendẽtis ex commixtione maris & fœminæ: suppoꝰnimus enim omnẽ huiusmodi hominẽ peccatum originale contrahere, iuxta superius determinata, de peccato originali. Et propterea in litera dicitur, q; sanctificatio, de qua loquimur, est emũdatio à peccato originali. Ex ea autem autoritate Dion. accipiẽdo munditiã à contrario probatur, ly ratione materiæ probatur, qa perfecta mũditia in tali materia esse nõ datur

3.di.3.q. 1.art.1. Et quol. 6.q.3.ar 1 cor. Et opus. 3.c.23.t.

Alias baptis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Nam si beata Virgo maculam originalis culpæ non incurrisset, indiguisset Christi pretioso sanguine redimi.

Quæstio. ¶Circa secundam rationem dubium occurrit de illa cõsequentia, ergo non indiguisset redemptione Christi. Nam videtur non valere, ex eo quòd multi quũ sint modi, quibus redemptio & salus per Christũ fit, etiam à peccato, tamen ista rerum ratio modũ excludens, quasi omnes eluserit, infert negationem totaliter, q̃ non indiguisset redemptione Christi. Quòd autem nõ sit vnicus tantum modus quo redemptio à peccato fit per Christum, ex eo patet quòd vltra illum communem modũ, quo saluat, delendo inuentam peccati maculam in anima, datur alius, quo tollendo contagionis labem à carne susceptura animam, præseruat à peccato animã, ne incurrat in illud. Ac per hoc licet beata Virgo nõ indiguisset alio modo, scilicet per deletionẽ maculæ incurſæ, redimi & saluari per Christum, indiguit tamẽ redimi & saluari per eundẽ, alio modo, scilicet per emundationem infectionis secutæ, vt sic præseruatæ à culpa.

¶Ad huius euidentiam aduertendum est, quòd aliud est persona beatæ Virginis indiguisse redimi à peccato & Christum: aliud est rerum illarum ante animæ infusionem indiguisse sanctificari per Christum. Nam personam ipsam indigere saluari à peccato est liberari à peccato, quod habet vel habere potest aut enim habet peccatum, vel quòd sit in periculo habendi peccatum, saluari à peccato non indigere: vt patet. Fœtui autem egere sanctificatione, est quia nisi sanctificetur, immundus erit. Si beatę igitur Virginis fœtus sanctificatus fuisset ante infusionẽ animæ rationalis, qui fœtus nõ sit homo nisi per animã rationalem, non ipsa beata Virgo, quæ non erat adhuc, sed fœtus ille indiguisset sanctificari per Christum, sed ipsa beata Virgo fuisset obligata sine peccato originali absque quacunque alia gratia. Ita quòd ex hoc ipso, quòd anima sua infusa esset materiæ mundæ, originale peccatum nõ contraxisset, etiã si nulla super appolita fuisset gratia: ac per hoc ipsa beata Virgo non indiguisset gratia redẽptionis seu saluationis à peccato per Christum factæ. Exemplum: Apostolus Paulus quia natus est ciuis Romanus, nunquam indiguit Cæsaręa gratia ad ciuilitatẽ Romanam, quamuis aliquis ex patribus inis hac gratia indiguerit: Simile est in proposito, quia licet caro antecedens personam beatæ Virginis indiguerit redimi tali modo per Christum, ipsa tamen beata Virgo, quia nata in vtero esset expers peccati absque infusa sibi gratia præstruante, ne incurreret, non indiguisset simpliciter & absolute redimi seu saluari à peccato per Christũ. Et hinc habes, quòd si dicatur quòd beata Virgo indiguisset in carne præcedente redimi à peccato, quamuis non in se, hæc distinctio non obstat dictis quoniam indigere in antecedentibus non est ipsam indigere, ita quòd ly in antecedẽtibus, est conditio diminuens rationẽ indigentiæ personalis. Et propterea non valet cõsequẽtia, indiguisset in sui fœtus carne, ergo ipsa beata Virgo indiguisset. Esto igitur simpliciter vera doctrina in litera tradita, quod si beata Virgo fuisset ante infusionem animæ sanctificata, quòd nõ egusset redẽptione & salute à peccato facta per Christum. Et bene nota, quòd non dicitur, quòd non indiguisset salute gratiæ aut gloriæ data ad Ecclesiam per Christum, sed salute à peccato, à qua dictus est Iesus, hoc est saluator, vt Angelus retulit Ioseph, dicens Matt. 1. Vocabis nomẽ eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suũ à peccatis eorum.

Et per hæc patet responsio ad obiectionẽ quoniam beatam Virginem in præcedẽte fœtu vel partẽ, &c. indigere redemptione, non est ipsam beatam Virginem indigere, sicut Paulum in sui parentibus Indiguisse gratia ciuitatis Romanæ, nõ est Paulum illa indiguisse: sed mãbres suos indiguisse illa.

¶ Nam si beata Virgo ante animationẽ sanctificata, sequitur, ipsam fuisse sanctificatam post animationem.

¶Circa corollarium, dubium occurrit quia nõ videtur sequi ex præmissis. Nam ex hoc quòd beata Virgo nõ fuit sanctificata ante animationem, nõ sequitur quòd sanctificatio eius fuerit post animationem: stat enim q̃ nec ante nec post, sed in ipso instanti infusionis animæ fuerit sanctificata: vt multi moderni tenent.

¶ Ad hoc dicitur, quòd aliud est discutere rationem hanc absolutè & aliud, inquantum ex hac litera infertur talis conclusio corollarię. Nam absolutè loquendo, inter illas duas positiones extremas, scilicet quòd fuerit sanctificata vel ante infusionem animę, vel post infusionem animæ, est positio media quòd fuit sanctificata in instanti infusionis animę. Cuius opinionis Autor hic nõ meminit quia tempore suo non erat adinuenta, omnibus communiter tenentibus beatam Virginem conceptam in peccato originali, & ideo vt videtur, re prohantibus sanctificationẽ carnis eius ante infusionẽ animæ: vt in hac litera patet. Et propterea loquendo secũdum præsentis literæ contextũ, cõsequentia tenet quia à negatione sanctificationis anterioris cum sua ratione, quia scilicet contraxit peccatum originale, infertur quòd fuerit sanctificata post animationẽ.

Et clarè patet quòd sequela hæc est efficax: quoniam impossibile est in vno eodẽque instanti cõtrahere peccatum originale, & sanctificari abillo. Stat ergo litera solida, quamuis nõ solicita de illa media opinione, nec inopinabili. Quæ hodie mulieribus vulgò affictũque nonnullorum pro, multorum autem industria ac quæsta cogentibus ita prævaluit, vt doctrinæ Sanctorum æstimata pietas præteratur, & quod in communi asseritur, in his scilicet, quæ cedẽda sunt sectatores magis esse antiquos doctores quam modernos, in hoc particulari post tem etrariens hic processus, similes esse istos peccantibus ex ignorantia elector ordinata concupiscentia habitualis, quũ nullus sit habitus malus in prole: quia nec acquisitus, nec infusus.

dum in vniuersali sciẽtes, applicando ad particulare, ab vniuersali declinãt.

Verũm opinio ista media nuper nouata, quàm aliena à doctrina antiquorũ Doctorum, & à doctrina Sanctorum cõsentiunt tamen nihil cõtra fidẽ fulcitur, & Apostolica sedes decreuit donec fuerit decisum, ablq; hæresis crimine, tales vtrasq; cõtrarias opiniones partẽ teneri posse, vtrasq; in suo sensu abundet, modo prompta sit Ecclesiæ sanctæ diffinitioni subesse.

Scripserunt de hac materia tractatulum quem dam ad Leonem x. Põ. Max. q̃ vixit & regnat, scilicet tar sir hũc monasterẽ de re hac disserens aut prædictes vt meminerint se nõ de sidei necessariis, sed de p̃babilibus tractare: neuter quidem pars fidei documentis aduersatur. Nam si tenetur beatam virginẽ contraxisse originale peccatum (vt Sancti & antiqui Doctores tenẽt) sat omnia cõsona inueniri. Si autẽ tenetur beata Virginem nõ ex vi conceptionis, sed ex gratia singularissima in ipso instanti infusionis animæ, infusa illi anima, præuenta ab originali peccato q̃ tunc incurrisset, nisi illa gratia assistisset, nihil contrà fidẽ tenetur: sed specialiter modi redimẽdi ac saluandi à peccato originali, Christo attribuitur respecta suę matris, sic esti ipsa beata Virgo indiguit redimi & saluari à peccato per Christũ: quoniã si non indiguisset, quia non incurrisset peccatum, nisi mun̄ gratiæ præueniẽtis non rẽpere, sed natura assistente. Et ita puritas ei fuit maxima sub Christo, q̃ nullo modo indiguit redimi, quũ ex vi suæ cõceptionis fuit sanctũ. Fuit quæ in beata virgine, q̃ naturale est pri⁹ natura, non tempore, quàm q̃ spirituale est: quoniam infusio gratiæ in ipsius animam, ponit productionem animæ: quando, vt dictum est, præcedit maculam peccati maculam, quæ tunc incurrenda erat nisi gratia illã impediret. probabilis pro tecto opinio, nisi sanctorũ antiquorũ auctoritas obstaret, lõgè pro babiliorem reddens cõtrariam positionem.

¶ Super Quæstionis virtuosæ septimæ Articulum tertium.

Tullius clarè recolentibus fomitis rationẽ ex dictis in præcedentibus est esse fomes appetitus sensitiui deordinatio, ex subtractione originalis iustitiæ destituta, quæ deordinatione existit concupiscibilis aduerso concupiscit aduersus spiritum.

Circa quæstionis huius primò recitãtur quatuor opiniones, circa quæsitũ, deinde singulæ examinantur, & sola quarta approbatur: ficq; respondetur quæsito.

Quoad primò opiniones patent, prima quòd totaliter ablatus: secũdo, ablatus, quantũ ad prontitatẽ in malũ, non autẽ quantum ad difficultatẽ in bonum tertio, quòd ablatus quantũ ad personam, non quantum ad naturã: quarta, quòd remanet secundum essentiam: Ligatus quo ad actum. Et hęc quarta videtur cõmunis, tam ibi ponit, scilicet primam & quartam sub aliis verbis: vide ibi.

Quo ad secundum examinatur primò secunda opinio, dicens quòd fomes remanſit quo ad difficultatem ad bonum, sed non quo ad promitatem ad malum. Contra quam obiicitur sic: Fomes est inordinata habitualis concupiscentia appetitus sensitiui, & inordinatio hęc attenditur penes repugnantiam ad rationẽ: ergo ponere, quòd remanserit, & non in quantum inclinat ad malum, est ponere duo opposita. Et tenet sequela, quia repugnantia ad rationem in appetitu, est in quantum inclinat ad malum, vel difficultat in bono.

¶ Circa hoc rationem duo sunt dubia: alterum commune, qualiter fomes sit inordinata concupiscentia habitualis, quũ nullus sit habitus malus in prole: quia nec acquisitus, nec infusus.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm per sanctificationem fuerit beatæ Virginis fomes totaliter sublatus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd beata Virgo non fuerit emundata ab infectione fomitis. Sic enim pœna originalis peccati est fomes, qui consistit in inferiorum virium rebellione ad rationẽ, ira etiam pœna originalis peccati est mors & cæteræ pœnalitates corporales. Sed beata Virgo fuit subiecta huiusmodi pœnalitatibus. Ergo etiã fomes ab ea totaliter remotus non fuit.

¶ Præterea, Secundò ad Corinth. 12. dicitur, Virtus in infirmitate perficitur: & loquitur ibi de infirmitate fomitis, secundum quam patiebatur stimulum carnis. Sed nihil, quod pertinet ad perfectionem virtutis, fuit beatæ Virgini subtrahendum. Ergo non fuit beatæ Virgini totaliter subtrahendus fomes.

¶ Præterea, Damasc. dicit quòd in beatam Virginem superuenit Spiritus sanctus purgans eam ante cõceptionem filij Dei. Quod non potest intelligi nisi de purgatione à fomite: nam peccatum non fecit, vt Augu. dicit in lib. de Natura & gratia: Ergo per sanctificationem in vtero non fuit liberè mundata à fomite.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Cant. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Fomes autem ad maculam pertinet, saltẽ carnis: ergo in beata Virgine fomes non fuit.

CONCLVSIO.

¶ Remansit fomes in beata Virgine post sanctificationem secundum essentiam, ligatus tamen quo ad exercitium siue operationem vsque ad filij Dei conceptionem, an qua fuit totaliter sublatus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc sunt diuersæ opiniones. Quidã enim dixerunt quòd ipsa sanctificatione beatæ Virginis, qua fuit sanctificata in vtero, totaliter fuit ei fomes subtractus. Quidã verò dicunt, quòd remãsit fomes quantum ad hoc, quòd facit difficultatẽ ad bonũ, sublatus tamẽ fuit quantũ ad hoc, quòd facit promitatẽ ad malũ. Alij verò dixerunt quòd sublatus fuit fomes, inquantum pertinet ad corruptionem personæ, prout impellit ad malum, & difficultatẽ facit ad bonum: remansit tamen inquantum pertinet ad corruptionem naturæ: prout scilicet est causa traducendi originale peccatũ in prolẽ. Alij verò dicunt, quòd in prima sanctificatione remansit fomes secundum essentiam, sed ligatus, in ipsa autem conceptione filij Dei fuit totaliter sublatus.

¶Alterum propriũ huic intentoquia hæc ratio non videtur efficax: quoniã inordinata concupiscẽtia (vt litera testatur) habet duos effectus sub distinctione, vel inclinare ad malũ, vel difficultare ad bonũ. Et possibile cõtrariã dicit, quòd fomes manet cũ vno tantùm istorum effectuũ. Autor autẽ ex positione causę habentis plures effectus, scilicet inordinatæ concupiscentiæ natæ habere virtutẽ dictorũ effectuũ, infert positionẽ virtutũq; effectus. Quod constat non licere ex 1. Polit, sedecõuersoue quolibet enim effectus cõmunis causæ potest inferri causa, sed expositioñe communis causæ potest inferri causa, sed expositioñe communis causæ nõ potest inferri determinatè iste effectus: vt in litera fit, dum ex inordinata cõcupiscẽtia infertur pronitas ad malum, & non solùm difficultas ad bonum, quam opinio illa ponebat.

¶ Ad primũ dubium dicitur quòd cõcupiscentia habitualis dicitur non quia sit habitꝰ, sed quia est priuatio habitꝰ: priuatio enim ad genus sui oppositi expectat. Nõ homo enim ad substantiam & nõ albũ ad quale reducitur: est siquidem appetitus sensitiuus humanus priuatus gratia habituali originalis iustitię, qua prõpitus subesse rationi ordinati: destitutus ẽ quidẽ tali dono dicitur concupiscẽtia inordinata habitualis: quia sic est etiam si nihil actualiter concupiscat.

¶ Ad secundum dubiũ dicitur dupliciter. Primò quòd doctrina Arist. loquitur de causa communi ad disparatos effectus: non autẽ de causa cõmuni effectui mutuo inferri potẽs ia ad alterũ determinatè & ad vtrunq; simul: quia ex hoc ipso quòd causa cõmunis est vtriq; non potentis habet vtrumq;. Ac per hoc licuit Autori ex hoc, q̃ fomes est concupiscẽtia cõtraria rationi habitualiter inferre, quòd fomes necessariò est inclinatiuus ad malũ & difficultatiuus in bonum, & nõ inuitus, q̃ sic aliter inclinaret ad malũ. Ipsa siquidẽ inordinatio, quia rationi cõtraria, sonat promitatẽ ad malũ non actualẽ, sed habitualẽ: vt declarauimus est. Et propter a recte illatur est, q̃ duo simul ponũtur cõtraria, dum ponitur fomes & negatur habitualis promitas ad malũ: quia ipsa inordinata cõcupiscẽtia est promitas ad malum, quia est contraria rationi. Et hæc est ipsa tio magis litera assequitur.

¶ Examinatur deinde tertia opinio, dicens fomitẽ remansisse quantũ ad corruptionẽ naturæ, non quantũ ad corruptionem personæ. Contra hanc in litera similiter proceditur, quod ponat duo opposita simul, arguendo sic: Fomes vt corrupto naturæ est libido transmittens peccatũ in prolẽ, libido autem est supra dicta concupiscentia rationi cõtrariata: ergo fomes vt corruptio naturæ infert seipsum vt corruptionẽ personæ. Antecedens est Aug. Altera propositio accipitur vt per se nota: quia aut est sermo de libidine actuali, & habetur intẽtũ: quia hæc nõ competitur liberum rationis vtum. Sed de hac non est sermo quia quamuncunque parentes absq; delectatione coirent, proles conciperetur in peccato originali.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nalis? autem est fermo de libidine habituali, vt in veritate est fermo de illa: eâ stat, q ipsa nõ nisi habitualis est concupiscẽtia inordinata, quam declarauimus. Consequentia autẽ est per se euidens: quia inordinata concupiscentia, ideo inordinata est, quia cõtraria rationi habẽtis illam: nec per hoc ad personã je malum habentis illam spectat. Quia igitur inordinata habitualis concupiscentia est ex ea ratione & contraria rationi habentis illam & ex qua trãsmittitur originale peccatũ in p lem: nõ potest secundũ vtã & eandẽ atomã ratione separari à seipsa, vt maneat in seipsa & non maneat, quicquid sit de effectibus.

¶Post hęc exclusis, secũda & tertia opinionib⁹, inferturprimaaut quæ tã asserendã. Et examinatur prima, declarãdo primò, quomodopotest intelligi ista positio. Et satis planè patet litera quo ad hoc ex ẽplo Christi & Adæ. Muliẽdo ie eundo hãc opinionem, quia spectat ad dignitatẽ beatæ Virginis. Obliciẽdo tertiò contra illã: quia derogat dignitati Christi: quia prima caro sancta debuit esse ea ro Christi. Asserit, aut in litera tõ talis: Absq; virtute Christi: nullus à primã dãnatione liberatur ergo ante incarnationẽ Christi nullꝰ secũdũ carnẽ debuit à prima dãnatione liberari. Cõsequentia probatur, quia in Christi carne debuit primò apparere immunitas ãdãnatione. Et cõfirmatur à simili, de immortalitate carnis.

¶Aduerte hic, q Autor positio antecedẽte, ad- Annot.
uersatiuã apponit aduersatiuã consequẽtia, dicẽs: Et quãuis per spiritualẽ fidẽ Christi aliqui sint secundũ Spiritũ ab illa dãnatione ante Christi incarnationẽ liberati: ita mẽ, &c. Vbi ex dissimili effectu salutis carnalis & spiritualis à Christo, dũ causam magis, scilicet secundũ spiritũ & secundũ carnẽ conſequentiã probat. Consentaneum quippe rationi est, vt si cut salus spiritꝰ per spiritualẽ modũ fit, (per fidẽ scilicet quæ est etiã futurorũ) ita salus carnis carnaliter quoq; fiat: ac per hoc à prima carne sancta suapte natura, qualis est procul dubio secundũ omnes sola Christi caro de qua sola scriptũ est, Quod ex te nascetur sanctũ. Videre etiã potes quãm cõmoda ratio allata fuerit, vt primũ in vno quoq; genere sit causa aliorũ: ita principia & cõsummatio rei correspondeant sibi: salus carnis cõsummatur per immortalitatẽ, inchoatur per sanctitatẽ eiusdẽ carnis. Et quia constat primam carnem immortalẽ nisi le carnem Christi (quia ipse est primogenitus mortuorũ: cõsonum est, vt eius caro inerit etiam prima caro sancta. Sanctitas autẽ carnis penes mundiciam seu immunitatem à fomite, qui lex carnis dicitur, attenditur. non igitur inuenta est caro sine fomite ante Christi carnem, si primus locus Christo reseruatus est, sicut reiecturi decuit. Et memento lector, vt in ijsmodi quæstionibus nõ quæras rationes Mathematicas: indiscipinati enim est ingenij, quærere similem in omni materia certitudinem rationabilem hic sufficit interesse conclusionem.

¶Demũ quarta opinio approbatur, quã primò ponit, dicẽs q remãsit fomes secũdũ essentiã. ligatus quo ad exercitii seu operationẽ vsq; ad conceptionẽ filij Dei. In qua fuit totaliter sublatꝰ. Secũdò declarat modũ quo ligatus fuit, vbi tres modos tangit, scilicet per dominiũ liberi arbitrij, per gratiã habitualẽ, per diuinã prouidentiã: assistentiã. Et primũ modum excludit ex ratione: quia priuile gio similiter Christi est vsum liberi arbitrij in maternovtero habere. Secũdo modũ approbat, quẽ declarauerat examinãdo primã opinionẽ vltimũ improbatã; tertiũ autẽ modũ magnificat. Tertiò declarat victimã cõclusionis partẽ: in quia in conceptione Christi tam appatuit immunitas primò in carne Christi: ac per hoc absq; vlla derogatiõe priuilegiorũ Christi, dignitas matris nũc poni potest vt gratia habuerit totaliter auferẽtẽ fomitẽ: ad quos figuratè autoritas Eze. fauet. Comment.

¶Circa primũ modũ vincuti quo ligatur fomes, scilicet per imperiũ liberi arbitrij, pro quãto dicitur Christi priuilegiũ, scitto q dupliciter cõtingit haberi vsum liberi arbitrij in materno vtero. Primò ab initio cõceptionis seu infusionis animæ, & deinceps semper: & hoc est priuilegiũ Christi, & hoc negatur cuiquã alteri cõcessum. Et per hanc negationẽ sufficiẽter probatur, fomitẽ in beata Virgine Annot.

nõ esse ligatũ per liberũ arbitriũ, quia fomitem ab initio habuit & cõtinuẽ: liberi autẽ arbitrij vsum non habuit ab initio, & deinceps, quia hoc est Christi priuilegiũ. Secũdò contingit ex spirituali gratia ad aliquẽ actum, vt de Ioanne Bapt. legitur, quòd exultauit in gaudio infans in vtero: gaudere enim mo⁹ est appetitus superioris, non appetitus partis: & gaudere de spiritualibus, mo⁹ est vocatur voluptas. Cõstat autẽ Ioannis gaudium nõ de re sensibili, sed de Christi aduẽtu fuisse, & exultasse in gaudio rei. Tum post actũ illũ Ioannes perseuerauit, licet non eũ vsu liberi arbitrij. Sicut & mirum est quandoq; legitur aliquẽ actũ ex præsumptuoso vsu loquẽdi ad aliquẽ actũ aliquẽ⁹ infantis, qui tamẽ nec ciebant, nec poterat pulsare loqui, sed erant sicut a- gestis Apostolorũ 5 nis & Iudæ, & Faustini Simplicii & Beatricis. ¶Circa magnificationẽ 3ª terrij modi, quo fomes & ligatus perfectius potest pur per diuinã prouidẽ riã, aduerte quòd dupl citer exponi potest de ad comparationẽ Petri & Ioannis. Primò, vt dicatur, fola additionẽ maioris perfectionis, ita q perfectiõi interiori superaddatur perfectio ex teriori prohibẽs, sicut si diceremꝰ quòd ioan ne quæ est frigida ab intrinseca qualitate, & perfectiõe ab extrinseco ex no mõre prohibẽte ignẽ calefacientem. Et hoc sensus caret, cum pulsus quoniã constat fomitem perfectius ligari ex gratia intrinseca, & qualitatis extrinsecæ prohibẽtis inordinationẽ actus, quãm ex gratia intrinseca tantũ. Alio modo poteſt exponi, vt cõparationẽ factã ad finem rationẽ maiꝰ vinculi: vt fomes sensus, q fomes perfectius, ligabatur per dilectionẽ inferiorẽ, quã per inferiorẽ. Et hic sensus non cõcludit, quia ex tali ligatura non sequitur fomitem ab initio habuisse efficacius ac nobilius retrahẽtia, quã ex nobili præmio. Et hic sensus est, quòd fomes ante natiuitatẽ Christi ligatus fuit efficacius ac nobilius retrahẽtibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Annot. ...sitas, sin idem redit: prima tamen expositio magis consonat litere. ¶In isto articulo quo ad actā doctrinæ negatū a beata Virgine, aduerte q̄ quia Theologia solida fundatur sup scriptura sacra, & nullibi in ea reperitur beatā Virginē docuisse, sicut nec Christū loquutū singulis modo sicut affirmamus Christū non vsum gratia linguarū in loquendo, ea de ratione affirmandū est, beatā Virginē nō docuisse proprie tim cū apostolica auctoritas hoc indicādū manifestē cōprobet. Quod autē dicitur, ipsam instructissimā discipulos Christi de assumptione sua & natiuitate Filij, & Magorū aduentu, & similibus, ex Scriptura nō habetur, sed habetur q̄ Spiritus sanctus docuit Apostolos omnū veritatē de Sacramentis ad fidē, inter quæ erat Christi cōceptio ex Spiritu sancto, & natiuitas ex Virgine: quæ etiam in Symbolo posita sunt.

¶Potest tamē dici quòd non publica doctrina, sed familiari instructione, quā cōstat mulieribus non esse piorsum, beata Virgo aliqua particularia facta explicauit Apostolis. Autor autē secundū Scripturā sacrā loquitur, negās ab ea vsum sapientiæ, quo ad actum doctrinæ:

¶ super Quæstionis vicesimæ septimæ Articulum sextum.

Cōmen. TItulus clarus.

¶In corpore duo habentur primū tractatur quid Aug. de hoc scripserit, secundō respondetur quæstio. Quo ad primū Aug. sub dubio quæstionē relinquere videtur, & dicit litera q̄ videtur dubiē loq̄quōmā Aug. in his verbis nō loquitur de sanctificatione qualicunq̄, sed illa quæ est cū proprio sanctificationis actu, scilicet credere, amare, & huiusmodi. Quia enim hanc relinquit sub dubio, & de nulla alia loquitur sanctificatione, videtur sub dubio quæstionem de sanctificatione horū in vtero reliquisse. Omnia clara sunt in litera.

Annot. ¶Aduertere tamē, q̄ ex litera Euangelij sumi potest, Ioannē accelerauit fuisse vsum liberi arbitrij. Nam ibi nō solum dicitur. Exultauit infans, sed, exultauit i gaudio, exultare autē similitudinarie dicere cōtra sit inanimato: ordinarie dicere cōtra illud, *3. dist. 3. q. 1. art. 2. q. 1. ad 4.* Moses exultauerunt vt Arietes, & colles sicut agni ouiū) propriē tamē est animalis. Et quia nō *Et quod. 6. qū. 5. ar. 1. cor. in fi.* sine vmbra passione fit gaudiū, oportet Ioannē exultasse in gaudio vel secundum similitudinē tantum patrem. Et hoc nō cō stat causæ exultationis & gaudij in Euangelio scripræ quia vox beatæ Virginis salutatis nō erat cōmotiua *Et psal. 44. 5.* partis sensitiuæ prolis in vtero, sic nec aliæ essentiæ & aliarum nobis ed voces. Vel secundum partem intellectiuā, & hoc ordo effectiuū causatorū, à salutatione in sinuat, q̄ scilicet gaudiū partis intellectiuæ fuit in puero nā ex salutatione auriū Elisabet

ctio sanctificationis. Secunda autē perfectio gratiæ fuit in beata Virgine ex præsentia filij Dei in eius vtero incarnati. Tertia autē est perfectio finis, quam habet in gloria.

Quòd autem secunda perfectio sit potior quām prima, & tertia quā secunda, patet quidem vno modo per liberationē a malo. Nam primò in sua sanctificatiōe fuit liberata à culpa originali: secundò in conceptione filij Dei, fuit totaliter à fomite mundata: tertiò verò in sui glorificatione, fuit liberata etiam ab omni miseria. Alio modo per ordinem ad bonum. Nam primò in sua sanctificatione adepta est gratiā inclinantē eā ad bonū: in conceptione autē filij Dei cōsummata est eius gratia confirmans eam in bonum: in sui verò glorificatione cōsummata est eius gratia perficiens eā in fruitione omnis boni.

¶Ad tertium dicendū, quòd nō est dubitandum quin beata Virgo acceperit excellenter donū sapientiæ & gratiā virtutum, & etiam gratiā Prophetiæ: non tamē accepit vt haberet omnes vsus harum & similium gratiarū, sicut habuit Christus, sed secundū q̄ conueniebat cōditioni ipsius. Sapiētiæ enim vsum habuit in contēplando, secundū illud Luc. 2. Maria autē conseruabat omnia verba hæc, cōferēs in corde suo. Non autem habuit vsum sapientiæ quantū ad docendum: quia hoc nō conueniebat sexui mulierbri: secundū illud 1. ad Tim. 2. Docere autem mulieri non permitto. Miraculorū autem vsus sibi non competebat dum viueret: quia tunc tēporis confirmāda erat doctrina Christi miraculis, & deo sōli Christo & eius discipulis, qui erāt baiuli doctrinæ Christi, conueniebat miracula facere. Propter quod etiā de Ioanne Baptista dicitur Ioan. 10. quòd signum fecit nullū: vt scilicet omnes Christo intenderēt. Vsum autem prophetiæ habuit, vt patet in Cantico quod fecit, Magnificat anima mea Dominum, &c.

ARTICVLVS VI.

¶ Virum sic sanctificari fuerit proprium beatæ Virgini.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q̄ sanctificari in vtero post Christū propriū fuerit beatæ Virginis. Dictū est enim q̄ propter hoc beata Virgo fuit sanctificata in vtero, vt redderetur idonea ad hoc vt esset mater Dei. Sed hoc est proprium sibi. ergo sola ipsa fuit sanctificata in vtero.

¶Præterea, Aliqui videntur propinquius accessisse ad Christū, quām Hieremias & Ioannes Baptista, qui dicūtur sanctificati in vtero, nā Christus specialiter dicitur filius Dauid & Abrahā, ppter promissionē eis specialiter factā de Christo. Isaias etiā expressissimè de eo propheravit: Apostoli etiā cum ipso Christo cōuersati sunt. Nec tamē leguntur sanctificati in vtero. ergo neq; etiam Hieremiæ & Ioanni Baptistæ conuenit sanctificari in vtero.

¶Præterea, Iob de se dicit Iob 31. Ab infantia creuit mecū miserario, & de vtero egressa est mecum. Nec tamen propter hoc dicimus eū fuisse sanctificatum in vtero, ergo neq; etiam Ioannem Baptistam & Hieremiam cogimur dicere sanctificatos in vtero.

¶SED CONTRA est quod dicitur de Hieremia, Hier. 1. Antequam exires de vtero, sanctificaui te. Et de Ioanne Baptista dicitur Luc. 1. Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ.

CONCLVSIO.

¶ Non solū beata Virgo, vt in vtero sanctificare tur, diuinæ gratiæ munus cōtulit sed aliis scilicet Hieremiæ, & Ioanni Baptistæ, quorū sanctificatio sanctificationis per Christi passionem & Baptismum fuerit figura fuit.

¶RESPONDEO dicendū, quòd Aug. in Epistola ad Dardanū, dubiè videtur loqui de horū sanctificatione in vtero. Potuit enim exultatio Ioānis in vtero (vt ipse dicit) esse significatio rei tantæ, scilicet q̄ mulier esset mater Dei a maioribus cognoscendæ, nō a paruulo cognitæ, vnde in Euāgelio non dicitur, credidit infans in vtero, sed exultauit. Videmus autem exultationē non solùm paruulorum, sed etiā pecorū esse: sed hęc inuisitata excitit, quia in vtero, & ideo sic solēt miracula fieri, facta est diuinitus in infante, non humanitus ab infante. Quanquā etiā sivq; adeò est in illo puero acceleratus vsus rationis & voluntatis, vt intra viscera materna iam posset agnoscere, credere, consentire (ad quod in aliis paruulis ætas expectatur, vt possint) & hoc in miraculis habendum puto diuinæ potentiæ. Sed quia expresse in Euāgelio dicitur, quòd Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ, & de Hieremia expresse dicitur, Antequā exires de vulua, sanctificaui te: asserendum videtur eos sanctificatos in vtero: quāuis in vtero vsum liberi arbitrij non habuerint. De quo Augustinus quæstionem mouet, sicut pueri, qui sanctificātur per Baptismum, non statim habent vsum liberi arbitrij. Nec est credendum aliquos alios sanctificatos esse in vtero, de quibus Scriptura mentionem non facit, quia huiusmodi priuilegia gratiæ, quæ dantur aliquibus præter legem communem, ordinātur ad vtilitatem aliorum (secundum illud primæ ad Cor. 12. Vnicuiq; datur manifestatio Spiritus ad vtilitatem) quæ nulla prouenirent ex sanctificatione aliquorum in vtero, nisi Ecclesiæ innotescerēt. Et quamuis iudiciorum Dei non possit ratio assignari, quare scilicet hunc & nō alij hoc munus gratiæ cōferat: conueniens tamen videtur fuisse vtrunq; dictorum sanctificari in vtero, ad præfigurandā sanctificationem per Christum faciendā. Primò quidem per eius passionem, secundum illud Heb. vlt. Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portā passus est: quā quidem passionem Hieremias & verbis & mysteriis apertissimè pronuntiauit, & suis passionibus expressissimè præfiguravit. Secundo per Baptismum, primæ ad Cor. 6. Sed abluti estis, sed sanctificati estis. Ad quem quidem Baptismum Ioannes suo Baptismo homines præparauit.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd beata Virgo quæ fuit à Deo electa in matrem, ampliorem sanctificationis gratiam obtinuit quām Ioannes Baptista & Hieremias, qui sunt electi vt speciales præfiguratores sanctificationis Christi. Cuius signum est, quòd beatæ Virgini præstitum est, vt de cætero non peccaret, nec mortaliter nec venialiter: aliis autem sanctificatis creditur præstitum esse, vt de cætero mortaliter non peccarent, diuina eos gratia protegente.

¶Ad secundum dicendum, quòd quātum ad alia potuerunt Sancti esse Christo coniunctiores quām Hieremias & Ioannes Baptista, qui tamen fuerunt ei coniunctissimi quātum ad expressam figuram sanctificationis ipsius: vt dictum est.

¶Ad tertium dicendum, quòd miseratio, de qua ibi Iob loquitur, non significat virtutem infusam, sed quandam inclinationem naturalem ad actum huius virtutis.

ordinantur: cui non nisi per Scripturā sacram innotescunt, secundū hanc literā. ¶Ad primum dubium dicitur, quòd assumptum litera ad quòd probandum inducitur Apostoli autoritas, nō est, sanctificationis gratia ordinatur ad vtilitatē: sed est, huiusmodi, priuilegia gratiæ, quæ dantur aliquibus, præter communem legem ordinantur ad vtilitatem. Ex quibus verbis dupliciter respondeti potest, primò quòd sicut priuilegia materialia alicui à principe cū ritu cōcessa, sub specie manifestationis cōtinent, ita priuilegiū gratiæ est manifestatio Spiritus sancti: & cōcessum in ipsa gratia infusa, & concessitis Spiritus sancti specialiter diligentis illum, cui gratiam dedit ac per hoc litera supra data priuilegia gratiæ per manifestationē Spiritus, non diuertit ad extranea. Et si obiciatur, quod tunc ratio ista supponit sanctificationē in vtero semper fieri cū priuilegio: concedi tur quòd sic est secundum hanc responsionē. Et suppositio est satis rationabilis: quoniam sicut secundum rem sanctificatio in vtero est actus priuilegialis, ita etiam debet esse secundum cognitionem.

¶Secundò, quòd quia tam singulares gratiæ fuerunt communē legem diuinæ prouidentiæ præexcedant ac per hoc harum conceditio ipsi at ad dilationis miracula, constat autem miracula ordinari ad aliorum vtilitatē: ideo non solùm priuilegia, sed ipsa sanctificatio in vtero, ex hoc ipso quòd præter legem communem fit, continetur sub gratia, quæ datur ad aliorum vtilitatem: & consequenter sub Spiritus sancti manifestatione. Nam ex hoc ipso, quòd ad Ecclesiæ vtilitatem ordinatur, ad Ecclesiæ quoque notitiam necesse est ordinetur aliquo modo: diuina sapientia non dispenset omnia frustra: dum rationabilibus creaturis ex quibus Ecclesia constat: nō per rationis actum de suo bono prouideret, sed velut animalibus brutis insecogitatis vtilitates ingereret. Et confirmat ex dictis in primo libro scilicet quòd Deus in Ecclesia triumphante nunquam præter communem ibi legem operatur, quia nulla vtilitas esset, quam igitur in militanti Ecclesia præter communem legem operatur, ad Ecclesiæ vtilitatem operator, ob cuius vtilitatē communem legem prætermittit. Quia igitur assumptum in litera de gratia concera sub Spiritu manifestādo loquitur. Ideo probandum merito fuit per autoritatē Apostoli de manifestatione Spiritum. Et hæc responsio est ritè & secundum literam, nihil presupponēs, & solida.

¶Ad dubium secundum dicitur, quòd sanctificatio beatæ Virginis in vtero matris, etsi nō est tradita in sacra Scriptura explicitè, est tamē tradita implicitè, hoc ipso quòd in sacris literis inuenitur alicui sancto cōcessa gratia sanctificationis in vtero. hinc enim, vt ex supertius dictis patet, habetur, beatam Virginem fuisse sanctificatam: quia habuit quicquid gratiæ cæteris collatum est. Vnde hæc ratio interimit Autorem suum, sed ruetur eum.

¶Ad tertium dubium dicitur, quòd loquendo de Ecclesiæ fide simpliciter necessaria, concedendum est consequens. Sed non si sit sermo de Ecclesiæ fide ex tali suppositione vel accessoria (puta quæ post talem approbationem extensa est ad tale miraculum: vt si Ecclesia credēdum traderet tale miraculum vel probabili (vt est fides de miraculis ex citatis in canonizationibus sanctorum) credēda sunt miracula quę in sacra Scriptura non continentur. Nec oppositum sequitur ex ratione litteræ: quæ de fide Ecclesiæ simpliciter & absolutè & non præsupposita tali decretali loquitur adeuitq; per hoc Autor, quòd nec necessariò, nec probabiliter credendum est aliquem alium esse sanctificatum in vtero, simpliciter & absolutè loquendo. An autem Deus aliquē deinceps sanctificauerit & Ecclesiæ reuelauerit, alterius est quæstionis: quia tamen non est expectanda Ecclesia melior quām fuerit: nec Apostoli ipsi primitias Spiritus habentes sanctificati sunt in vtero (quamuis Ioannes Euangelista virginitatis propheticæ Euangelicæ singularis quoq; officij erga matrē domini gratia donatus fuerit) credendum est q̄ nullus simpliciter in toto tēporis decursu fuit, est, aut erit sanctificatus in vtero, nisi qui in litera explicantur. Non defuisse tamē audiuimus temeritatem moderna cuiusdam mulierculæ sanctificatā se in vtero profitentis: & forsē fuit vere sanctificata: vtero non materno, sed q̄prio velut Bersabee, Deo punicnte superbiam illius.

¶Dictum ratione reddit Autor quare illi duo Hieremias & Ioannes Baptista sanctificati sūt in vtero, præmissa excussatione rationis necessitatis, subdem rationem congruentiæ: quia scilicet præfiguratores fuerunt sanctificationis per Christum faciēdæ: dum præmonstrārū media, sanctitatis, altres passionum, aliter baptismatis enim duobus modis Christus sanctificauit mūdum passione vt coniuncto instrumento Baptismo, vt instrumento separato. *¶Vel sanctificanda.*

¶Nota hic, quòd duorum propositorum, scilicet quòd isti duo sunt sanctificati in vtero, & quòd nullus alius, Autor primi tantūm rationē reddere nititur: quoniam ad affirmationem certa potest consonantia inueniri: ad ram latam autem & aliam ac profundam negationē, quæ consonātia sit etiā?

¶ super Quæstionis vicesimæ octauæ Artic. 1.

TItulus de virginitate carnali intelligitur.

¶In

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶In corpore duo sunt: primò respondetur quæsito affirmatiuè: Mater Christi concepit virgo, probatur ex contrario: quia contrarium est hæresis, &c. Secundò assignatur ratio quadruplex conuenientiæ, quòd sic fuerit, & omnia clarè patent in litera. Si tamen nouellus non intelligit corruptionem cordis, cuius nemini secunda ratio, scilicet cor pro mente seu intellectu sumi, corruptio autem intellectus non secundum substantiam, sed secundum operationes attenditur: omnis enim defectus in intelligendo, corruptio quædam intellectus est, sicut omnis deperditio alicuius rei corruptio quædam in natura est. Quia igitur defectus intellectus in intelligendo efficit vt intellectus defectuosum quoque verbum formet, concipiendo illud quod sic deficiuè intelligit: qui enim imperfectè intelligit leonis naturam, perfectum quoque verbum de natura leonis exprimere intus nequit: ideo in litera dicitur, quòd cordis corruptio impedit perfectionem verbi.

¶In responsione ad primum habes Ioseph patrem dici Christi verè dupliciter: vel putatiuè vel officio: quibus nõsine vi pater generatione.

¶In responsione ad tertium, adiunge ad glossam, quòd nec secundũ Latinæ linguæ proprietatem mulier est nomẽ corruptionis, sed naturalis proprietatis fœminæ humanæ: dicta est enim mulier quasi mollior à mollicie & animi & corporis.

¶ Num vnius naturæ sit vnus generationis modus.

Quæstio. ¶In responsione ad quartum, dubium magnum in philosophia occurreret, si philosophia nunc traderetur, quantum veritatis habeat litera hæc dicens. Ratio illa habet locum in his quæ procedunt in esse per viam naturæ, eo quòd natura sicut est determinata ad vnum effectum, ita est determinata ad vnum modum producendi illum habet si quidem in substantias in elementaribus, in vegetabilibus, & in animalibus: Autoris autem propositio sat est quòd non habet locum in potẽtia diuina. Absque multa tamen digressione pro litteræ expositione aduerte qui philosopharis, quòd illa propositio, de qua est tanta quæstio, scilicet vnius naturæ vnus est modus generationis, probatur in litera hac duplicitet, scilicet ex parte termini, quia

Opus. 5 cap. 232. generatio recipit speciem à termino: & hæc probatio assumitur arguendo. Et ex parte agentis: quia natura sicut est determinata ad vnum effectum, ita est determinata ad vnum modum producendi effectum illum. Et probatio quidem ex parte termini ex veritate termini veritatem generationis inferens satis debilis videtur: quoniam videmus ignem generari diuersi generationibus, scilicet ab igne & non ab igne, sed à sole: & mures videmus generari per semen, & sine semine. Et quod hæc omnia sint eiusdem speciei, ex hoc patet, quòd hæc tam genita quàm aliter producta generant sibi similia in specie: eiusdem ergo speciei est productus mus per propagationem cum mure patre suo, qui sine propagatione productus est: vna ergo natura pluribus potest generationibus acquiri. In motibus quoque idem apparet

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut Hiero. dicit super Matthæ. cùm Ioseph non sit pater Domini saluatoris, ordo generationis eius vsque ad Ioseph deducitur. Primò quidem, quia non est consuetudinis Scripturarum, vt mulierum in generationibus ordo texatur. Deinde ex vna tribu fuit Ioseph & Maria: vnde & lege eam accipere cogebatur vt propinquam. Et vt Augustin. dicit in lib. de Nuptiis & concupiscentia, fuit generationum series vsque ad Ioseph perducenda: ne in illo coniugio virili sexui vtique potiori fieret iniuria, cùm veritati nihil deperiret: quia ex fœmine Dauid & Ioseph erat & Maria.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Glo. dicit ibidem, mulierem pro fœmina posuit, more locutionis Hebræorum: vsus enim Hebrææ locutionis mulieres dicit nõ virginitate corruptas, sed fœminas.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ratio illa habet locum in his quæ procedunt in esse per viam naturæ: eo quòd natura sicut est determinata ad vnum effectum, ita etiam est determinata ad vnum modum producendi illum. Sed virtus supernaturalis diuina cùm sit infinita: sicut non est determinata ad vnum effectum, ita non est determinata ad modum producendi quemcunque effectum. Et ideo sicut virtute diuina fieri potuit, vt primus homo de limo terræ formaretur: ita etiam fieri potuit, vt diuina virtute corpus Christi formaretur de Virgine absq; virili semine.

¶Ad quintum dicendum, quòd secundum Philosophum in libr. de generatione animalium, semen maris non est sicut materia in conceptione animalis, sed solùm sicut agens: sola autem fœmina materiam subministrat conceptui. Vnde per hoc quòd semen maris defuit conceptione corporis Christi, non sequitur quòd defuerit ei debita materia. Si tamen semen maris esset materia fœtus concepti in animalibus: manifestum est quòd non est materia permanens in eadem forma, sed materia transmutata. Et quanuis virtus naturalis non possit transmutare ad certam formam nisi determinatam materiam: virtus tamẽ diuina, quæ est infinita, potest transmutare omnem materiam in quamcunque formam. Vnde sicut transmutauit limum terræ in corpus Adæ, ita in corpus Christi transmutare potuit materiam à matre ministratam, etiam si non esset sufficiens materia ad naturalem conceptum.

ARTICVLVS III.

¶Virum mater Dei fuerit virgo in partu.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd mater Christi non fuerit virgo in partu. Dicit enim Ambro. super Lucam, Qui vuluam sanctificauit alienam, vt nasceretur

nam idem secundum speciem vbi in circunferentia signatum potest diuersis secundum speciem motibus acquiri: puta per motum super chordam & per motum super arcum semicirculi: & similiter in naturalibus idem locus potest acquiri per volatum & per ambulationem. Propter quæ sorte Autor non propter illam probationem, sed propter probationem secundam, quam respondendo apposuit, accepit illam rationem: dicens, cum redditione causæ, eo quòd natura, &c. Secunda igitur probatio in se quidem vera est: nam quodlibet naturale agens sicut à vnum tetminum, ita non ad oppositos nos disparatos, est determinatum ex vitate suæ naturæ: ita etiam ad vnum modum determinatur. In cuius signum semen plantæ non generat plantam, si inferatur, & oculus plantæ nõ generat plantam, si seminatur: neutrum enim videmus exercitari, sed quantum hæc probatio in se vera, sit efficax ad probandum illam conclusionem, non apparet, nisi præsupposita vnitate naturalis agentis ad vnum effectum. Et quoniam in animalibus perfectis (quale est homo, leo, bos, & huiusmodi) supponitur vnitas agentis naturalis: ideo ratio pro efficaci admittitur. Si quis autem negaret eum Autorem, suppositionem illam in campum magnum discurrendi oportet ingrediatur, ad quem nunc egredienti non est tempus, quando de beatissimæ matris Dei virginitate tractatur: sat fuerit nosse Autoris intentionem & literæ discussionem.

¶In responsione ad quartum aduerte quòd prouerbium illud, quòd vnius naturalis non possit transmutare ad certam formam nisi determinatam materiam, si vniuersaliter, vt sacra littera ligatur, vel aduersaliter permissa intelligitur: quasi diceret, quicquid de transmutatione per virtutem naturalem: diuina tamen virtus, &c. & hoc sufficit litteræ. Vel affirmatiuè de vnius ex transmutatione formæ in nullo enim agente naturale etiã vniuersale, vt cælum potest vocari ad certã formam transmutare nisi determinatã materiã: quoniã actus actionem fieri oportet in patiente disposito. Et hoc sinit satisfacit litteræ, q̃ vnica transmutatione vt pote in instãti Spiritus sanctus sanguine beatæ Virginis transmutauit in corpus Christi. Et consonat philosophiæ, tradẽti quòd illud proprie dicitur agens potẽs, vt de propriis effectibus, & vt de propriã materiã, quod vnica transmutatione potest educere de potẽtia in actum: vt patet 9. Meta. Si vero affirmatiuè quoq; materiã, puta in materia animatorũ intelligitur: constat euidenter verũ esse in argumẽto vniuersali nõ satisfacit particularis responsio: quãuis satisfaciat materiæ particulari, de qua est quæstio. Et ideo hæc responsio indigna Autore videtur.

¶ Super Quæstionu vicesimæ octauæ Articulum secundum.

IN corpore duo. primò respondetur quæsito: Beata virgo fuit virgo in partu. Probatur autoritate Isaiæ. Secundò triplicem rationem conuenientiæ assignat quæ clarè patet in litera. Nouitij tamen percipiant pro prima ratione, quòd

Nan modo Dei matrem Virginem concepisse, sed & in partu virginem extitisse asserendum est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd absque omni dubio asserendum est matrem Christi etiam in partu virginem fuisse. Nam Prophera non solùm dicit, Ecce virgo concipiet: sed etiam addit, Et pariet filium. Et hoc quidem conueniens fuit propter tria.

Primò quidem, quia hoc competebat proprietati eius, qui nascebatur, qui est verbum Dei. Nam verbum non solùm in corde absque corruptione concipitur, sed etiam absque corruptione ex corde procedit. Vnde vt ostenderetur, quòd illud esset corpus ipsius verbi Dei, conueniens fuit vt de incorrupto virginis vtero nascereturr. Vnde in sermone quodam Ephesini concilij legitur, Quæ parit carnem puram, à virginitate cessat: sed quia natum est carne Verbum, Deus custodit virginitatem, seipsum ostendens per hoc Verbum. Neque enim nostrum verbum cùm paritur, corrumpit mentem: neque Deus verbum, substantialem partem eligens, peremit virginitatem. Secundò, hoc est conueniens quantum ad effectum incarnationis Christi. Nam ad hoc venit vt nostram corruptionem tolleret. vnde non fuit conueniens vt virginitatem matris, nascendo corrumperet. Vnde Augusti. dicit in quodam sermo de natiuitate Domini, Fas non erat, vt per eius aduentum violaretur integritas, qui venerat sanare corrupta. Tertiò fuit conueniens, ne matris honorem nascendo diminueret, qui parentes præceperat honorandos.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Ambr. dicit hoc, exponens illud quod Euangelista de lege induxit, Omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur. Quod quidem vt Beda dicit, consuetæ natiuitatis more loquitur: non quòd Dominus sacri ventris hospitium, quod ingressus sanctificauerat, egressus deuirginasse credendus sit. Vnde illa adapertio non significat reserationem communem clausuri pudoris virginei: sed solùm exitum prolis de vtero matris.

¶Ad secundum dicendum, quòd ita Christus voluit veritatem sui corporis demonstrare, quod etiam eius diuinitas declaratur: & ideo permiscuit mira humilibus. Vnde vt corpus eius verum ostenderetur, nascitur ex fœmina. sed vt ostenderetur eius deitas, processit ex virgine: talis enim partus decet Deum: vt Ambros. dicit in hymno Natiuitatis.

¶Ad tertium dicendum, quòd quidam dixerunt Christum in sua natiuitate dotem subtilitatis assumpsisse, sicut quando ambulauit siccis pedibus super mare, dicunt eum assumpsisse dotem agilitatis: sed hoc non conuenit his quæ suprà determinata sunt. huiusmodi enim dotes corporis glorioſi proueniunt ex redundantia gloriæ animæ ad corpus, vt infrà dicetur, cùm tractabitur de corporibus glorioſis. Dictum est autem suprà, quòd Christus ante passionem permittebat carni suæ agere & pati quæ propria: nec fiebat talis redundantia gloriæ ab anima ad corpus. Et ideo dicẽdum est quòd omnia ista facta per virtutem diuinam. Vnde Augustin. dicit super Ioan. Moli corporis vbi diuinitas erat, ostia clausa non obstiterunt: ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo nascente virginitas matris inuiolata permansit. Et Dionysius dicit in quadam Epistola, quòd Christus super hominem operabatur ea quæ sunt hominis: & hoc monstrat Virgo supernaturaliter concipiens, & aqua instabilis, terrenorum pedum sustinens grauitatem.

ARTICVLVS III.

¶ Virum mater Dei permanserit virgo post partum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd mater Christi non permanserit virgo post partum. Dicitur enim Matthæ. 1. Antequam conuenirent Ioseph & Maria, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto. Non autem Euangelista diceret, antequam conuenirent, nisi de conuenturis: quia nemo dicit de non præsuro, antequam pranderet. Ergo videtur quòd Beata virgo quandoque conuenerit carnali copula cum Ioseph, & ita non permanserit virgo post partum.

¶Præterea, Ibidem subditur ex verbis angeli loquentis ad Ioseph, Ne timeas Mariam accipere coniugem tuam. Coniugium autem consummatur per carnalem copulam. Ergo videtur quòd quandoque carnalis copula interuenerit inter Mariam & Ioseph, & ita videtur quòd non permanserit virgo post partum.

¶Præterea, Ibidem post pauca subditur: Et accepit coniugem suam, & non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum. Hoc autem aduerbium, Donec, consueuit determinatum tempus signare, quo impleto fiat id quod vsque ad illud tempus non fiebat. Verbum autem cognoscendi ibi ad coitum refertur: sicut & Genes. quarto dicitur quòd Adam cognouit vxorem suam. Ergo videtur quòd post partum beata virgo fuerit carnaliter à Ioseph cognita. ergo videtur quòd non permanserit virgo post partum.

¶Præterea, Primogenitus non potest dici nisi qui habeat fratres subsequentes: vnde & Roma. 8. dicitur, Quos præsciuit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Sed Euangelista nominat Christum primogenitum matris eius. Ergo habuit alios filios post Christum: & ita videtur quòd mater Christi non manserit virgo post partum.

¶Præterea, Ioan. 2. dicitur, Post hæc descendit Capharnaum ipse, scilicet Christus, & mater eius & fratres eius. Sed fratres dicuntur qui ex eodem parente geniti sunt. Ergo videtur quòd beata Virgo habuerit alios filios post Christum.

¶Præterea, Matthæ. 27. dicitur, Erant ibi, scilicet iuxta crucem Christi, mulieres multæ à longè, quæ secutæ erant Iesum à Galilæa, ministrantes ei: inter quas erat maria Magdalene, & Maria Iacobi & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi. Videtur autẽ hæc Maria, quæ hic dicitur Iacobi & Ioseph mater, esse etiam mater Christi: dicitur enim Ioan. 19. quòd stabat iuxta crucem Iesu Maria mater eius. ergo videtur quòd mater Christi non permanserit virgo post partum.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Ezech. 44. Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniam dominus Deus Israel ingressus est per eam. Quod exponens Augusti. in quodam sermone dicit, Quid est porta in domo Domini clausa, nisi quòd Maria semper erit intacta? Et quid est, homo non transibit per eam, nisi quòd Ioseph non cognoscet eam? Et quid est, Dominus solus intrat, & egreditur per eam, nisi quòd Spiritus sanctus prægnabit eam, & Angelorum dominus nascetur per eam? Et quid est, clausa erit in æternum, nisi quòd Maria virgo est ante partum & virgo in partu, & virgo post partum?

CONCLVSIO.

¶ Sicut Dei mater virgo concepit, & peperit, ita simpliciter asserendum est quòd virgo in æternum permanserit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd absque omni dubio detestandus est error Eluidij, qui dicere præsumpsit matrem Christi post partum à Ioseph esse carnaliter cognitam, & alios filios genuisse: Hoc enim primò derogat Christi perfectioni: qui sicut secundum diuinam naturam vnigenitus est Patris, tanquam perfectus per omnia filius eius: ita decuit vt esset vnigenitus matris tanquam perfectissimum germen eius. Secundò hic error iniuriam facit Spiritui sancto, cuius sacrarium fuit vterus virginalis: in quo carnem Christi formauit, vnde non decebat quòd de cætero violaretur per commixtionem virilem. Tertiò derogat dignitati & sanctitati matris Dei, quæ ingratissima videretur, si tanto filio contenta non esset: & si virginitatem, quæ in ea miraculosè conseruata fuerat, sponte perdere vellet per carnis concubitum. Quartò etiam ipsi Ioseph esset ad maximam præsumptionem imputandum, si eam quam reuelante angelo de Spiritu sancto Deum concepisse cognouerat, polluere attentaret. Et ideo simpliciter est asserendum, quòd mater Dei sicut virgo concepit, & virgo peperit, ita etiam & virgo post partum in sempiternum permansit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd (sicut Hieronymus dicit in lib. contra Eluidium) intelligendum est, quòd hæc propositio Ante, licet sæpe consequentia indicet, tamen nonnunquam ea tantùm quæ prius cogitabantur ostendit; nec necesse est vt cogitata fiant, cùm ideo aliud interuenerit, ne ea quæ cogitata

Annot. ¶In responsione ad tertium, notx pro sensu litterali responsionem Hieronymy, quia verisimile est & ad literam: & fulta auctoritatibus Scripturæ, & allata in litera & alibi, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, &c. Non enim denotatur, q̃ post suppositos inimicos desinet sedere à dextris sed quia posset dubitari an interim, q̃ ponatur suppedaneũ inimici, sedeat hoc est regnet: q̃re à dextris Dei: ideo ad tollendã dubitationem dictũ est, Sede à dextris meis, donec ponam, &c. vt per hoc sapiens quisque intelligeret, q̃ tanto magis post sedebit à dextris Dei.

¶In responsione ad sextum, vide quòd etiã dicitur in Euangelio situs descriptus matris Iesu & Mariæ Iacobi, distinguit illam ista à longe illa iuxta crucem describitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis vicesimæquintæ Articulum quartum.

Annot. TItulus clarus est. Et ratio dubij est: quia nihil legit de voto beatæ Virginis, & ipsa eius desponsatio contrariari videtur voto virginitatis.

Comment. ¶In corpore duo fiunt. primò tractat de ipsius voto, secundò, de tempore voti. Quo ad primum vnica est conclusio: Cõuenienter fuit beatæ Virginis virginitatē esse Deo consecratam voto. Probatur: quia laudabilior est virginitas voto dicata, sicut reliqua perfectionis opera. Quo ad secundū distinguuntur duo tempora ante annuntiationē, primū ante desponsationē secundum inter desponsationem & annuntiationē, & secundū singula tempora sigillatim respondetur. Iuxta primū conclusio est: Beata virgo ante desponsationē nō simpliciter, sed sub conditione virginitatē vouit. Probatur: quia tunc virginitas erat prohibita à lege & desiderata à persona beatæ Virginis: & quia prohibita non simpliciter vouit, quia desiderata vouit sub cõditione si Deo placeret: vt in responsione ad primum explicatur.

Annot. ¶Iuxta secundū conclusio est: Beata virgo votū virginitatis cõ viro suo simul emisit simpliciter. ¶Vbi scito quòd cõclusio non aliter in litera probatur: sed ex iam dictis consequēs relinquitur: ex eo enim, q̃ ante desponsationem nō vouit simpliciter, quia prohibitum erat: & virginitatem quandoq; vouit simpliciter, quia laudabilior virginitas est matri Dei tribuenda: & ante annuntiationem vouit simpliciter quia aliter non dixisset, Quomodo fiet istud, quoniā virum non cognosco? nec actu nec potentia, propter votum (vt Augusti. hinc accipit) & cõiugata non potest vouere virginitatē sine consensu viri sui, nisi post Christi dissoluēdo matrimonium nō consummatū, per religionis professionem, quod tunc locum non habuit: sequitur q̃ beata Virgo ante annuntiationē & cognouit Deo placere, quòd virginitatē vouerat simpliciter, & de consensu Ioseph virginitatem voluerit. Valde autē rationi consentaneum est, vt Sanctus sponsus concedens sponsę, q̃ manente coniugio, virginitatem vouerat, ipse quoq; virginitatē simul vouerit: pensata præsertim diuina prouidētia, quæ hoc inspirare ipsi Ioseph quasi debebat, vt Virgo virginum, virginē quoque comitem seruatoremq; sui haberet: aliquin non fuisset plena

** Alias speciosior.*

** Alias secūdum Legem sacerdotibus, &c.*

sunt fierent. Sicut si aliquis dicat, Antequàm in portu pranderem nauigaui: non intelligitur quòd in portu prandeat postquam nauigauerit: sed quia cogitabatur in portu pransurus. Et similiter Euangelista dicit, Antequā conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto: non quia postea conuenerint: sed dum viderentur conuenturi, præuenit cõceptio per Spiritum sanctum: ex quo factum est, vt vlterius non conuenirent.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut Augus. dicit in lib. de Nupt. & concupiscentia. Conjux Ioseph, vocatur mater Dei ex prima desponsationis fide, quam per concubitum non cognouerat nec fuerat cogniturus. Vt enim Ambros. dicit super Lucam: non virginitatis ereptio, sed coniugij testificatio & nuptiarum celebratio declaratur.

¶Ad tertium dicendum, quòd quidam dixerunt hoc non esse intelligēdum de cognitione coitus, sed de cognitione notitiæ. Dicit enim Chrys. quòd non cognouit eam Ioseph antequam pareret, cuius fuerit dignitatis: sed postquā peperit tunc cognouit eam: quia ispa tiosior & dignior facta fuerat quā totus mundus: quia quem totus mundus capere non poterat, in angusto cubiculo vteri sui sola suscepit. Quidam verò hoc referunt ad notitiā visus: sicut enim Moysi cum Deo colloquentis glorificata est facies, vt non possent intendere in eum filij Israel, sic Maria claritate virtutis Altissimi obumbrata, cognosci non poterat à Ioseph, donec pareret: post partum autem à Ioseph agnita inuenitur specie faciei, non tactu libidinis. Hieronym. autem concedit hoc esse intelligendum de cognitione coitus: sed dicit quòd vsque vel donec, in Scripturis dupliciter poterit intelligi. Quandoque enim designat certum tempus: secundum illud Gal. 3. Propter transgressionem lex posita est, donec veniret semen, cui promiserat. Quandoque verò signat infinitum tempus: secundum illud Psal. Oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri, ex quo non est intelligēdum, quòd post impetratam misericordiam, oculi auertantur à Deo. Et secundum hunc modum loquendi significantur ea, de quibus posset dubitari, si scripta non fuissent: cætera verò nostræ intelligentiæ derelinquuntur. Et secundum hoc Euangelista dicit matrem Dei non esse cognitam à viro vsque ad partum: vt multò magis intelligamus cognitam non fuisse post partum.

¶Ad quartum dicendum, quòd mos diuinarum Scripturarum est, vt primogenitum vocent non solùm eum quem fratres sequuntur, sed eum, qui primus natus sit. Alioquin si non est primogenitus nisi quem sequuntur fratres, tandiu * secundum legem primogenita non debentur, quandiu & alia fuerint procreata. Quod patet esse falsum: cùm intra vnum mensem primogenita redimi mandentur secundum legem.

¶Ad quintum dicendum, quòd quidam, sicut Hierony. dicit super Matthæ. fratres Domini de alia vxore, Ioseph filios suscipantur. Nos autem fratres Domini, non filios Ioseph, sed consobrinos Saluatoris, sororis Mariæ matris Domini filios intelligimus. Quatuor enim modis in Scripturis fratres dicuntur, scilicet natura, gente, cognatione, & effectu. Vnde fratres Domini dicti sunt, non secundum naturam, quasi ab eadem matre nati: sed secundum cognationem quasi consanguinei eius existentes. Ioseph autem, sicut Hieronymus dicit contra Eluidium, magis credendus est virgo permansisse: quia aliam vxorem habuisse non scribitur, & fornicatio in sanctum virum non cadit.

¶Ad sextum dicendum, quòd Maria, quæ dicitur Iacobi & Ioseph mater, non intelligitur esse mater Domini: quæ in Euangelio non cõsueuit nominari, nisi cum, cognominatione huius dignitatis, quòd sit mater Iesu. Hæc autem Maria esse intelligitur vxor Alphæi: cuius filius est Iacobus minor, qui dictus est frater Domini.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm mater Dei virginitatem vouerit.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd mater Dei virginitatem non vouerit. Dicitur enim Deuter. 7. Non erit apud te sterilis vtriusque sexus. Sed ritas autem sequitur virginitatem. Ergo seruatio virginitatis erat contra præceptum veteris legis. Sed adhuc lex vetus habebat statum antequam Christus nasceretur, ergo non potuit licitè beata Virgo vouere pro tempore illo.

¶Præterea, Apostolus primæ ad Corinth. 7. dicit, De virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do. Sed perfectio consilij à Christo debuit inchoari, qui est finis legis: vt Apostolus dicit Rom. 10. Non ergo conueniens fuit quòd beata Virgo votum virginitatis emitteret.

¶Præterea, Apostolus dicit primæ ad Timothe. 5. quòd vouentibus castitatem, non solùm nubere, sed etiam velle nubere, damnabile est. Sed mater Christi nullum peccatum damnabile commisit: vt suprà habitum est. Cùm ergo desponsata fuerit (vt habetur Luc. 1.) videtur quòd ipsa virginitatis votum non emiserit.

¶SED CONTRA est, quòd Augustinus dicit in lib. de sancta Virginitate: Annuntianti angelo Maria respondit, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Quod profectò non diceret, nisi prius se virginem Deo vouisset.

CONCLVSIO.

¶ Ante desponsationem mater Dei non simpliciter virginitatem vouit sed post decuit, vt virginitatem suam Deo perpetuò per votum consecraret.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut in Secunda parte habitum est, perfectionis opera magis sunt laudabilia si ex voto celebrentur. virginitas autem in matre Dei præcipuè debuit pollere, vt ex suprà dictis rationibus patet, & ideo conueniens fuit vt virginitas eius, ex voto esset Deo consecrata. Verùm quia tempore Legis oportebat generationi insistere tam mulieres quàm viros (quia secundum carnis originem, cuius Dei propagabatur antequam ex illo populo Christus nasceretur) mater Dei non creditur antequàm desponsaretur Ioseph, absolutè virginitatem vouisse: sed licet eam in desiderio habuerit, super hoc tamen voluntatem suam diuino commisit arbitrio. Postmodum verò accepto sponso, secundum quòd mores illius temporis exigebant, simul cum eo votum virginitatis emisit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia videbatur esse lege prohibitum, non dare operam ad relinquendum semen super terram, ideo non simpliciter virginitatem vouit Dei genitrix: sed sub conditione, si Deo placeret. Postquam autem ei innotuit hoc esse Deo acceptum, absolutè vouit antequàm ab Angelo annuntiaretur.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut gratiæ plenitudo perfectè quidem fuit in Christo, & tamen aliqua eius inchoatio præcessit in matre: ita etiam obseruatio consiliorum, quæ per gratiam Dei sit, perfectè quidem incepit in Christo, sed aliquo modo fuit inchoata in virgine matre eius.

¶Ad tertium dicendum, quòd Verbum illud Apostoli est intelligendum de illis quæ absolutè castitatem vouent. Quod quidem mater Dei non fecit antequam Ioseph desponsaretur: sed post desponsationem ex communi voluntate simul cum sponso suo vouit virginitatis emisit.

gratia: cui hæc gratia in suo coniuge defuisset: quam ipsa maximè secundum rectam rationē desiderare debebat. Et propterea in litera dicitur, quòd cū Ioseph ante annuntiationē virginitatem simpliciter vouit.

¶ Super Quæstionis vicesimænonæ Articulum primum.

IN corpore vnica est conclusio, ex tribus capitibus comprobata. Conclusio est Cõuenientes fuit Christum de desponsata Virgine nasci. Probatur primò ex parte Christi quadrupliciter, secundò, ex parte beatæ Virginis tripliciter, tertiò ex parte nostri quintupliciter. Omnia clara sunt in litera.

Annot. ¶In responsione ad primum, perspice in litera ambo capita, quæ videtur posse obstare virginitati mentali, scilicet consensum in copulam coniugalem. & cõsensum conditionatū, scilicet si Deo placeret, in copulam carnalem, non obstare in veritate puritissimæ mentali virginitati beatæ Virginis. Et ratio quidem, quòd consensus in copulam coniugalē præcisè, non præiudicat mentali virginitati, est: quia in copula coniugali non cõsistitur copula carnalis, nisi in potētia. quia potentia autem est condicio diminuens (coniunctio enim in potentia non est coniunctio: sicut nec ex in potentia est rex) sequitur q̃ consensus in copulam coniugalē, non sit consensus in copulam carnalē. Ratio verò, quare consensus sic conditionatus in copulam carnalem, non præiudicat mentali virginitati, est: quia cõsensus iste tam formaliter, quàm materialiter est ad obediendum Deo, & copulam carnalem, non nisi pro materia remota & tali conditione vallatam habet, vt oppositum non liceat habere in proposito.

¶Ad cuius euidentiam sciē oportet, quòd dupliciter intelligi potest illa conditio, si Deo placuerit, primò secundum communem loquendi vsum: & sic sola negatione beneplaciti Dei expectatur, scilicet quòd Deus sinat illud fieri: & sic loquitur Apostolus Iacobus in sua Canonica, cap. 4. Vt dicatis, si Dominus voluerit. Et talis conditio, quia communissima est, habetur pro nõ adiecta, virginitatémq; mentalem aufert pro dubio à sic consentiente in copulam carnalem, & propterea nõ sic intelligitur in proposito beatæ Virginis, si Deo placuerit. Secundò formaliter placere pro libere, &c si dicam esset, si Deus iusserit: & sic simpliciter in proposito. Rationabile siquidem est, vt quòd concederat virginitatis votum diuina inspiratione ante desponsationē, non nisi diuino iussu conceperit quoque sol

QVAESTIO VICESIMA nona, De matris Dei desponsatione, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de desponsatione matris Dei.

¶Et circa hoc quæruntur duo.

¶Primò, vtrùm Christus debuerit de desponsata nasci.

¶Secundò, vtrùm fuerit verum matrimonium inter Mariam matrem Domini & Ioseph.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm Christus nasci debuerit de Virgine desponsata.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non debuerit de Virgine desponsata nasci. Desponsatio enim ad carnalem copulam ordinatur. Sed mater Domini nunquam voluit carnali copula viri vti: quia hoc derogaret virginitati mentis ipsius. Ergo non debuit esse desponsata.

¶Præterea, Quòd Christus ex Virgine nasceretur, miraculum fuit. vnde Aug. dicit in Epistola ad Volusianum: Ipsa Dei virtus per inuiolata matris virginea viscera, membra infantis eduxit: quæ postea per clausa ostia, membra iuuenis introduxit: hic si ratio quæritur, non erit mirabile: si exemplum poscitur, non erit singulare. Sed miracula fiunt ad cõfirmationem fidei, vnde debent esse manifesta. Cùm igitur per desponsationem hoc miraculū fuerit obumbratū, videtur non fuisse cõueniēs, quòd Christus de desponsata nasceretur.

¶Præterea, Ignatius martyr, vt Hiero. dicit super Matt. hanc causam assignauit desponsationis matris Dei, vt partus eius diabolo celaretur, dum eum putat non de Virgine, sed de vxore generatum. Quæ quidem causa nulla esse videtur: tum quia diabolus ea quæ corporaliter fiunt, perspicacitate sui sensus cognoscit: tum etiam quia postmodū per multa euidentia signa dæmones aliqualiter Christum cognouerunt. vnde dicitur Mar. 1. quòd homo in spiritu immundo exclamauit dicens, Quid nobis & tibi Iesu Nazarene, venisti ante tempus perdere nos? scio quòd sis sanctus Dei. Non ergo videtur conueniens fuisse, quòd mater Dei esset desponsata.

¶Præterea, Aliam rationem assignat Hieron. ne lapidaretur mater Dei à Iudæis, sicut adultera. Hæc autem ratio nulla esse videtur: si enim non esset desponsata, non posset de adulterio condemnari. Et ita non videtur rationabile fuisse, quòd Christus de desponsata Virgine nasceretur.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Matth. 1. Cùm esset desponsata mater eius Maria Ioseph. & Luc. 1. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph.

CONCLVSIO.

¶ Decuit Christum ex desponsata Virgine nasci.

¶RESPONDEO dicendum, quòd conueniens fuit Christum de desponsata Virgine nasci: tum propter ipsum, tum propter matrem, tum etiam propter nos. Propter ipsum quidem Christum quadruplici ratione. Primò quidem, ne ab infidelibus tanquam illegitimè natus abiiceretur. Vnde Ambros. dicit super Luc. Quid Iudæis, quid Herodi posset ascribi, si natum viderentur ex adulterio persequuti? Secundò, vt consueto modo eius genealogia per virum describeretur. Vnde dicit Ambr. super Luc. Qui in seculum venit, seculi debuit more describi. viri autem persona quæritur, qui in senatu & reliquis curiis ciuitatum generis asserit dignitatem. Consuetudo etiam nos instruit Scripturarum, quæ semper viri originē quærit. Tertiò ad tutelam pueri nati, ne diabolus contra eum vehementius nocumenta procurasset. Et ideo Ignatius dicit ipsam fuisse desponsatam, vt partus eius diabolo celaretur. Quartò, vt à Ioseph nutriretur: vnde & pater eius dictus est, quasi nutritius. Fuit etiam conueniens ex parte Virginis. Primò quidem: quia per hoc redditur immunis à pœna, ne scilicet lapidaretur à Iudæis tanquam adultera: vt Hieronym. dicit. Secundò, vt per hoc ab infamia liberaretur. Vnde dicit Ambr. super Luc. quòd desponsata est, ne temeratæ virginitatis adureretur infamia, cui grauis aluus corruptelæ videretur insigne præferre. Tertiò, vt ei à Ioseph ministerium exhiberetur: vt Hieronym. dicit.

¶Ex parte etiam nostra hoc fuit conueniens: Primò quidem: quia testimonio Ioseph comprobatum est Christum ex Virgine natum. Vnde Ambr. dicit super Luc. Locupletior testis pudoris maritus adhibetur, qui posset & dolere iniuriam, & vindicare opprobrium, si non agnosceret sacramentum. Secundò, quia ipsa verba Virginis matris magis credibilia redduntur, suam virginitatem asserentis. Vnde Amb. dicit super Luc. Fides Mariæ verbis magis adscisitur, & mendacij causa remouetur. Videretur enim culpam obumbrare voluisse innupta mendacio prægnans: causam autem mentiendi desponsata non habuit, cùm coniugij præmium & gratia nuptiarum partus sit fœminarum. Quæ quidem duo pertinent ad firmitatem fidei nostræ. Tertiò, vt tolleretur excusatio virginibus quæ propter suam incautelam non vitant infamiam. Vnde Ambrosius dicit, Non decuit virginibus sinistra opinione viuentibus, velamen excusationis relinqui, quòd infamata mater quoque Domini videretur. Quartò, quia per hoc significatur vniuersa Ecclesia: quæ cùm virgo sit, desponsata tamen est vni viro Christo, vt Augustinus dicit in lib. de sancta Virginitate. Potest etiā & quinta ratio esse, quòd mater Domini fuit desponsata virgo: quia in persona ipsius & virginitas & matrimonium honoratur, contra hæreticos alteri horum detrahentes.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd beata Virgo mater Dei, ex familiari instinctu Spiritus sancti credenda est desponsari voluisse, confidens de diuino auxilio, quòd nunquam ad carnalem copulam peruenirent. Hoc tamen diuino commisit arbitrio, vnde in nullo detrimentum passa est virginitas.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut Ambrosius dicit super Lucam: maluit Dominus aliquos de suo ortu quàm de matris pudore dubitare. Sciebat enim teneram esse diam & lubricam famam pudoris: nec putauit ortus sui fidem, matris iniuriis astruendam. Sciendum tamen, quòd miraculorum Dei quædam sunt, de quibus est fides: sicut miraculum virginei partus, & resurrectionis Domini, & etiam Sacramenti altaris. Et ideo Dominus voluit ista occultiora esse, vt fides eorum

¶ Super Quæstionis vicesimæquintæ Articulum quartum.

Annot. TItulus clarus est. Et ratio dubij est: quia nihil legit de voto beatæ Virginis, & ipsa eius desponsatio contrariari videtur voto virginitatis.

Comment. ¶In corpore duo fiunt. primò tractat de ipsius voto, secundò, de tempore voti. Quo ad primum vnica est conclusio: Cõuenienter fuit beatæ Virginis virginitatē esse Deo consecratam voto. Probatur: quia laudabilior est virginitas voto dicata, sicut reliqua perfectionis opera. Quo ad secundū distinguuntur duo tempora ante annuntiationē, primū ante desponsationē secundum inter desponsationem & annuntiationē, & secundū singula tempora sigillatim respondetur. Iuxta primū conclusio est: Beata virgo ante desponsationē nō simpliciter, sed sub conditione virginitatē vouit. Probatur: quia tunc virginitas erat prohibita à lege & desiderata à persona beatæ Virginis: & quia prohibita non simpliciter vouit, quia desiderata vouit sub cõditione si Deo placeret: vt in responsione ad primum explicatur.

Annot. ¶Iuxta secundū conclusio est: Beata virgo votū virginitatis cõ viro suo simul emisit simpliciter. ¶Vbi scito quòd cõclusio non aliter in litera probatur: sed ex iam dictis consequēs relinquitur: ex eo enim, q̃ ante desponsationem nō vouit simpliciter, quia prohibitum erat: & virginitatem quandoq; vouit simpliciter, quia laudabilior virginitas est matri Dei tribuenda: & ante annuntiationem vouit simpliciter quia aliter non dixisset, Quomodo fiet istud, quoniā virum non cognosco? nec actu nec potentia, propter votum (vt Augusti. hinc accipit) & cõiugata non potest vouere virginitatē sine consensu viri sui, nisi post Christi dissoluēdo matrimonium nō consummatū, per religionis professionem, quod tunc locum non habuit: sequitur q̃ beata Virgo ante annuntiationē & cognouit Deo placere, quòd virginitatē vouerat simpliciter, & de consensu Ioseph virginitatem voluerit. Valde autē rationi consentaneum est, vt Sanctus sponsus concedens sponsę, q̃ manente coniugio, virginitatem vouerat, ipse quoq; virginitatē simul vouerit: pensata præsertim diuina prouidētia, quæ hoc inspirare ipsi Ioseph quasi debebat, vt Virgo virginum, virginē quoque comitem seruatoremq; sui haberet: aliquin non fuisset plena

** Alias speciosior.*

** Alias secūdum Legem sacerdotibus, &c.*

sunt fierent. Sicut si aliquis dicat, Antequàm in portu pranderem nauigaui: non intelligitur quòd in portu prandeat postquam nauigauerit: sed quia cogitabatur in portu pransurus. Et similiter Euangelista dicit, Antequā conuenirent, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto: non quia postea conuenerint: sed dum viderentur conuenturi, præuenit cõceptio per Spiritum sanctum: ex quo factum est, vt vlterius non conuenirent.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut Augus. dicit in lib. de Nupt. & concupiscentia. Conjux Ioseph, vocatur mater Dei ex prima desponsationis fide, quam per concubitum non cognouerat nec fuerat cogniturus. Vt enim Ambros. dicit super Lucam: non virginitatis ereptio, sed coniugij testificatio & nuptiarum celebratio declaratur.

¶Ad tertium dicendum, quòd quidam dixerunt hoc non esse intelligēdum de cognitione coitus, sed de cognitione notitiæ. Dicit enim Chrys. quòd non cognouit eam Ioseph antequam pareret, cuius fuerit dignitatis: sed postquā peperit tunc cognouit eam: quia * spatiosior & dignior facta fuerat quā totus mundus: quia quem totus mundus capere non poterat, in angusto cubiculo vteri sui sola suscepit. Quidam verò hoc referunt ad notitiā visus: sicut enim Moysi cum Deo colloquentis glorificata est facies, vt non possent intendere in eum filij Israel, sic Maria claritate virtutis Altissimi obumbrata, cognosci non poterat à Ioseph, donec pareret: post partum autem à Ioseph agnita inuenitur specie faciei, non tactu libidinis. Hieronym. autem concedit hoc esse intelligendum de cognitione coitus: sed dicit quòd vsque vel donec, in Scripturis dupliciter poterit intelligi. Quandoque enim designat certum tempus: secundum illud Gal. 3. Propter transgressionem lex posita est, donec veniret semen, cui promiserat. Quandoque verò signat infinitum tempus: secundum illud Psal. Oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri, ex quo non est intelligēdum, quòd post impetratam misericordiam, oculi auertantur à Deo. Et secundum hunc modum loquendi significantur ea, de quibus posset dubitari, si scripta non fuissent: cætera verò nostræ intelligentiæ derelinquuntur. Et secundum hoc Euangelista dicit matrem Dei non esse cognitam à viro vsque ad partum: vt multò magis intelligamus cognitam non fuisse post partum.

¶Ad quartum dicendum, quòd mos diuinarum Scripturarum est, vt primogenitum vocent non solùm eum quem fratres sequuntur, sed eum, qui primus natus sit. Alioquin si non est primogenitus nisi quem sequuntur fratres, tandiu * secundum legem primogenita non debentur, quandiu & alia fuerint procreata. Quod patet esse falsum: cùm intra vnum mensem primogenita redimi mandentur secundum legem.

¶Ad quintum dicendum, quòd quidam, sicut Hierony. dicit super Matthæ. fratres Domini de alia vxore, Ioseph filios suscipantur. Nos autem fratres Domini, non filios Ioseph, sed consobrinos Saluatoris, sororis Mariæ matris Domini filios intelligimus. Quatuor enim modis in Scripturis fratres dicuntur, scilicet natura, gente, cognatione, & effectu. Vnde fratres Domini dicti sunt, non secundum naturam, quasi ab eadem matre nati: sed secundum cognationem quasi consanguinei eius existentes. Ioseph autem, sicut Hieronymus dicit contra Eluidium, magis credendus est virgo permansisse: quia aliam vxorem habuisse non scribitur, & fornicatio in sanctum virum non cadit.

¶Ad sextum dicendum, quòd Maria, quæ dicitur Iacobi & Ioseph mater, non intelligitur esse mater Domini: quæ in Euangelio non cõsueuit nominari, nisi cum, cognominatione huius dignitatis, quòd sit mater Iesu. Hæc autem Maria esse intelligitur vxor Alphæi: cuius filius est Iacobus minor, qui dictus est frater Domini.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm mater Dei virginitatem vouerit.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd mater Dei virginitatem non vouerit. Dicitur enim Deuter. 7. Non erit apud te sterilis vtriusque sexus. Sed ritas autem sequitur virginitatem. Ergo seruatio virginitatis erat contra præceptum veteris legis. Sed adhuc lex vetus habebat statum antequam Christus nasceretur, ergo non potuit licitè beata Virgo vouere pro tempore illo.

¶Præterea, Apostolus primæ ad Corinth. 7. dicit, De virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do. Sed perfectio consilij à Christo debuit inchoari, qui est finis legis: vt Apostolus dicit Rom. 10. Non ergo conueniens fuit quòd beata Virgo votum virginitatis emitteret.

¶Præterea, Apostolus dicit primæ ad Timothe. 5. quòd vouentibus castitatem, non solùm nubere, sed etiam velle nubere, damnabile est. Sed mater Christi nullum peccatum damnabile commisit: vt suprà habitum est. Cùm ergo desponsata fuerit (vt habetur Luc. 1.) videtur quòd ipsa virginitatis votum non emiserit.

¶SED CONTRA est, quòd Augustinus dicit in lib. de sancta Virginitate: Annuntianti angelo Maria respondit, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Quod profectò non diceret, nisi prius se virginem Deo vouisset.

CONCLVSIO.

¶ Ante desponsationem mater Dei non simpliciter virginitatem vouit sed post decuit, vt virginitatem suam Deo perpetuò per votum consecraret.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut in Secunda parte habitum est, perfectionis opera magis sunt laudabilia si ex voto celebrentur. virginitas autem in matre Dei præcipuè debuit pollere, vt ex suprà dictis rationibus patet, & ideo conueniens fuit vt virginitas eius, ex voto esset Deo consecrata. Verùm quia tempore Legis oportebat generationi insistere tam mulieres quàm viros (quia secundum carnis originem, cuius Dei propagabatur antequam ex illo populo Christus nasceretur) mater Dei non creditur antequàm desponsaretur Ioseph, absolutè virginitatem vouisse: sed licet eam in desiderio habuerit, super hoc tamen voluntatem suam diuino commisit arbitrio. Postmodum verò accepto sponso, secundum quòd mores illius temporis exigebant, simul cum eo votum virginitatis emisit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia videbatur esse lege prohibitum, non dare operam ad relinquendum semen super terram, ideo non simpliciter virginitatem vouit Dei genitrix: sed sub conditione, si Deo placeret. Postquam autem ei innotuit hoc esse Deo acceptum, absolutè vouit antequàm ab Angelo annuntiaretur.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut gratiæ plenitudo perfectè quidem fuit in Christo, & tamen aliqua eius inchoatio præcessit in matre: ita etiam obseruatio consiliorum, quæ per gratiam Dei sit, perfectè quidem incepit in Christo, sed aliquo modo fuit inchoata in virgine matre eius.

¶Ad tertium dicendum, quòd Verbum illud Apostoli est intelligendum de illis quæ absolutè castitatem vouent. Quod quidem mater Dei non fecit antequam Ioseph desponsaretur: sed post desponsationem ex communi voluntate simul cum sponso suo vouit virginitatis emisit.

gratia: cui hæc gratia in suo coniuge defuisset: quam ipsa maximè secundum rectam rationē desiderare debebat. Et propterea in litera dicitur, quòd cū Ioseph ante annuntiationē virginitatem simpliciter vouit.

¶ Super Quæstionis vicesimænonæ Articulum primum.

IN corpore vnica est conclusio, ex tribus capitibus comprobata. Conclusio est Cõuenientes fuit Christum de desponsata Virgine nasci. Probatur primò ex parte Christi quadrupliciter, secundò, ex parte beatæ Virginis tripliciter, tertiò ex parte nostri quintupliciter. Omnia clara sunt in litera.

Annot. ¶In responsione ad primum, perspice in litera ambo capita, quæ videtur posse obstare virginitati mentali, scilicet consensum in copulam coniugalem. & cõsensum conditionatū, scilicet si Deo placeret, in copulam carnalem, non obstare in veritate puritissimæ mentali virginitati beatæ Virginis. Et ratio quidem, quòd consensus in copulam coniugalē præcisè, non præiudicat mentali virginitati, est: quia in copula coniugali non cõsistitur copula carnalis, nisi in potētia. quia potentia autem est condicio diminuens (coniunctio enim in potentia non est coniunctio: sicut nec ex in potentia est rex) sequitur q̃ consensus in copulam coniugalē, non sit consensus in copulam carnalē. Ratio verò, quare consensus sic conditionatus in copulam carnalem, non præiudicat mentali virginitati, est: quia cõsensus iste tam formaliter, quàm materialiter est ad obediendum Deo, & copulam carnalem, non nisi pro materia remota & tali conditione vallatam habet, vt oppositum non liceat habere in proposito.

¶Ad cuius euidentiam sciē oportet, quòd dupliciter intelligi potest illa conditio, si Deo placuerit, primò secundum communem loquendi vsum: & sic sola negatione beneplaciti Dei expectatur, scilicet quòd Deus sinat illud fieri: & sic loquitur Apostolus Iacobus in sua Canonica, cap. 4. Vt dicatis, si Dominus voluerit. Et talis conditio, quia communissima est, habetur pro nõ adiecta, virginitatémq; mentalem aufert pro dubio à sic consentiente in copulam carnalem, & propterea nõ sic intelligitur in proposito beatæ Virginis, si Deo placuerit. Secundò formaliter placere pro libere, &c si dicam esset, si Deus iusserit: & sic simpliciter in proposito. Rationabile siquidem est, vt quòd concederat virginitatis votum diuina inspiratione ante desponsationē, non nisi diuino iussu conceperit quoque sol

QVAESTIO VICESIMA nona, De matris Dei desponsatione, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de desponsatione matris Dei.

¶Et circa hoc quæruntur duo.

¶Primò, vtrùm Christus debuerit de desponsata nasci.

¶Secundò, vtrùm fuerit verum matrimonium inter Mariam matrem Domini & Ioseph.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm Christus nasci debuerit de Virgine desponsata.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non debuerit de Virgine desponsata nasci. Desponsatio enim ad carnalem copulam ordinatur. Sed mater Domini nunquam voluit carnali copula viri vti: quia hoc derogaret virginitati mentis ipsius. Ergo non debuit esse desponsata.

¶Præterea, Quòd Christus ex Virgine nasceretur, miraculum fuit. vnde Aug. dicit in Epistola ad Volusianum: Ipsa Dei virtus per inuiolata matris virginea viscera, membra infantis eduxit: quæ postea per clausa ostia, membra iuuenis introduxit: hic si ratio quæritur, non erit mirabile: si exemplum poscitur, non erit singulare. Sed miracula fiunt ad cõfirmationem fidei, vnde debent esse manifesta. Cùm igitur per desponsationem hoc miraculū fuerit obumbratū, videtur non fuisse cõueniēs, quòd Christus de desponsata nasceretur.

¶Præterea, Ignatius martyr, vt Hiero. dicit super Matt. hanc causam assignauit desponsationis matris Dei, vt partus eius diabolo celaretur, dum eum putat non de Virgine, sed de vxore generatum. Quæ quidem causa nulla esse videtur: tum quia diabolus ea quæ corporaliter fiunt, perspicacitate sui sensus cognoscit: tum etiam quia postmodū per multa euidentia signa dæmones aliqualiter Christum cognouerunt. vnde dicitur Mar. 1. quòd homo in spiritu immundo exclamauit dicens, Quid nobis & tibi Iesu Nazarene, venisti ante tempus perdere nos? scio quòd sis sanctus Dei. Non ergo videtur conueniens fuisse, quòd mater Dei esset desponsata.

¶Præterea, Aliam rationem assignat Hieron. ne lapidaretur mater Dei à Iudæis, sicut adultera. Hæc autem ratio nulla esse videtur: si enim non esset desponsata, non posset de adulterio condemnari. Et ita non videtur rationabile fuisse, quòd Christus de desponsata Virgine nasceretur.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Matth. 1. Cùm esset desponsata mater eius Maria Ioseph. & Luc. 1. Missus est Gabriel Angelus ad Mariam virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph.

CONCLVSIO.

¶ Decuit Christum ex desponsata Virgine nasci.

¶RESPONDEO dicendum, quòd conueniens fuit Christum de desponsata Virgine nasci: tum propter ipsum, tum propter matrem, tum etiam propter nos. Propter ipsum quidem Christum quadruplici ratione. Primò quidem, ne ab infidelibus tanquam illegitimè natus abiiceretur. Vnde Ambros. dicit super Luc. Quid Iudæis, quid Herodi posset ascribi, si natum viderentur ex adulterio persequuti? Secundò, vt consueto modo eius genealogia per virum describeretur. Vnde dicit Ambr. super Luc. Qui in seculum venit, seculi debuit more describi. viri autem persona quæritur, qui in senatu & reliquis curiis ciuitatum generis asserit dignitatem. Consuetudo etiam nos instruit Scripturarum, quæ semper viri originē quærit. Tertiò ad tutelam pueri nati, ne diabolus contra eum vehementius nocumenta procurasset. Et ideo Ignatius dicit ipsam fuisse desponsatam, vt partus eius diabolo celaretur. Quartò, vt à Ioseph nutriretur: vnde & pater eius dictus est, quasi nutritius. Fuit etiam conueniens ex parte Virginis. Primò quidem: quia per hoc redditur immunis à pœna, ne scilicet lapidaretur à Iudæis tanquam adultera: vt Hieronym. dicit. Secundò, vt per hoc ab infamia liberaretur. Vnde dicit Ambr. super Luc. quòd desponsata est, ne temeratæ virginitatis adureretur infamia, cui grauis aluus corruptelæ videretur insigne præferre. Tertiò, vt ei à Ioseph ministerium exhiberetur: vt Hieronym. dicit.

¶Ex parte etiam nostra hoc fuit conueniens: Primò quidem: quia testimonio Ioseph comprobatum est Christum ex Virgine natum. Vnde Ambr. dicit super Luc. Locupletior testis pudoris maritus adhibetur, qui posset & dolere iniuriam, & vindicare opprobrium, si non agnosceret sacramentum. Secundò, quia ipsa verba Virginis matris magis credibilia redduntur, suam virginitatem asserentis. Vnde Amb. dicit super Luc. Fides Mariæ verbis magis adscisitur, & mendacij causa remouetur. Videretur enim culpam obumbrare voluisse innupta mendacio prægnans: causam autem mentiendi desponsata non habuit, cùm coniugij præmium & gratia nuptiarum partus sit fœminarum. Quæ quidem duo pertinent ad firmitatem fidei nostræ. Tertiò, vt tolleretur excusatio virginibus quæ propter suam incautelam non vitant infamiam. Vnde Ambrosius dicit, Non decuit virginibus sinistra opinione viuentibus, velamen excusationis relinqui, quòd infamata mater quoque Domini videretur. Quartò, quia per hoc significatur vniuersa Ecclesia: quæ cùm virgo sit, desponsata tamen est vni viro Christo, vt Augustinus dicit in lib. de sancta Virginitate. Potest etiā & quinta ratio esse, quòd mater Domini fuit desponsata virgo: quia in persona ipsius & virginitas & matrimonium honoratur, contra hæreticos alteri horum detrahentes.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd beata Virgo mater Dei, ex familiari instinctu Spiritus sancti credenda est desponsari voluisse, confidens de diuino auxilio, quòd nunquam ad carnalem copulam peruenirent. Hoc tamen diuino commisit arbitrio, vnde in nullo detrimentum passa est virginitas.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut Ambrosius dicit super Lucam: maluit Dominus aliquos de suo ortu quàm de matris pudore dubitare. Sciebat enim teneram esse diam & lubricam famam pudo

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis vicesimænonæ Articulum secundum.

Coment.

IN corpore huius fiũt. Primò declaratur in communi, vnde & quotupliciter matrimonium dicatur verificundo respõdetur in particulari de hoc cõiugio. Quo ad primũ, dicitur coniugiũ verum ex sua perfectione: & quia perfectio est duplex prima & secũda: ideo dupliciter dicitur coniugiũ verum, vel secundum primã, vel iuxta secũdam perfectionẽ. Et declaratur in littera, quid sit prima perfectio coniugij, scilicet forma, & quę sit forma eius, & quid sit secunda: & ponitur duplex, generatio & educatio. Et media ad hæc ponitur clarè. Quo ad secundum respondetur quæstio tribus cõclusionibus, vel vnica trimẽbri. Coniugiũ inter matrem Dei & Ioseph fuit verum quo ad primam perfectionẽ: & quo ad secundã perfectionem, si referatur ad educationem, non autẽ si referatur ad generationẽ. Prima pars probatur ratione: quia vterq; cõsensit in copulã coniugalẽ, quod probatur autoritate Angeli in Euangelio exposita ab Augustino. Quo ad tertiã affertur autoritas Ambrosij, quo ad secundam & omnes simul denique affertur autoritas Aug.

Annot. ¶ In responsione ad tertium aduertendum est, quòd ex Euãgelio bene perspecto habetur, q̃ nondum erat nuptiarũ solennitas celebrata, quum beata Virgo inuenta est habens in vtero: quoniã ibi habetur, quòd beata Virgo non solùm nõ erat cognita à viro, sed etiã quòd nõ erat adhuc accepta à Ioseph coniuge suo. Ex eo enim quòd affirmatur cõiunx, & negatur non solùm cognita, sed accepta, & post monitionem Angeli affirmatur accepta, & perseuerat incognita: cõsequẽs est quòd acceptio huiusmodi fuerit acceptio solẽnitatis nuptiarũ, qua scilicet cõiuges efficiũtur simpliciter & absolutè domestici cõsortes. Et de hoc nulla est habẽda quæstio: sed an prius quàm ista acceptio fieret, beata Virgo fuerit reuersa, secundum quid in domo Ioseph, dubiũ est. Sicut sub dubio quoq; relinquitur, de qua traductione Euãgelista loquitur: an de traductione in domum simplicis matrimonij, si hoc referatur ad carnalem concubitum, per quem proles generatur, non fuit illud matrimonium consummatum. Vnde Ambro. dicit super Luc. Non te moueat, quòd frequenter Mariam Scriptura vocat coniugem: non enim virginitatis eremplum, sed coniugij testificatio, & nuptiarum celebratio declaratur. Habuit tamen illud matrimonium etiam secundum perfectionem quantum ad prolis educationem. Vnde Aug. dicit in lib. de Nuptiis & concupiscentia, Omne nuptiarum bonum impletum est in illis parentibus Christi, proles, fides & sacramentum. Prolem cognoscimus ipsum dominum Iesum: fidem, quia nullum adulterium: sacramentum, quia nullum diuortium, solus ibi nuptialis concubitus non fuit.

4. dist. 30 qõ 2. art. 2. Et opus 60. c. 2. co. 3. Et Mat. 1. co. 20. fin.

magis meritoria esset. Quædam verò miraculosa sunt ad fidei comprobationem: & ista debent esse manifesta.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut August. dicit in 3. de Trinit. diabolus multa potest virtute suæ naturæ, à quibus tamen prohiberur virtute diuina. Et hoc modo potest dici quòd virtute naturæ suæ diabolus cognoscere potetat matrem Dei non fuisse corrupram, sed virginem: prohibebatur tamen à Deo cognoscere modum partus diuini. Quòd autem post modum eum aliqualiter cognouit diabolus esse filium Dei, non obstat: quia iam tempus erat vt Christus suam virtutem contra diabolum ostenderet, & perfectionem ab eo concitatam pateretur. Sed in infantia oportebat impediri malitiam diaboli, ne eum acrius persequeretur, quãdo Christus nec pati dispoſuerat, nec virtutem suam ostendere: sed in omnibus aliis infantibus se similem exhibebar. Vnde Leo papa in sermone de Epiphania dicit, quòd Magi inuenerunt puerum Iesum quantitate parvum, alienæ opis indigentem, fandi impotentem, & nulla ab humanæ infantiæ generalitate discretum. Ambros. tamen super Luc. videtur hoc magis referre ad membra diaboli. Præmissa enim hac ratione, scilicet de fallendo principem mundi, subdit, Sed tamen magis fefellit principes seculi: dæmonum enim malitia facilè etiam occultata deprehenditur: at verò qui secularibus vanitatibus occupantur, scire diuina non possunt.

¶ Ad quartum dicendum, quòd iudicio adulterarum lapidabatur secundum legem non solùm illa quæ iam erat desponsata vel nupta, sed etiam illa quæ in domo patris custodiebatur, vt virgo quandoque nuptura. Vnde dicitur Deuter. 22. Si non est in puella inuenta virginitas, lapidibus obruent eam viri ciuitatis illius, & morietur: quia fecit nefas in Israel, vt fornicaretur in domo patris sui. Vel potest dici secundum quosdam, quòd beata Virgo erat de stirpe Aaron: vnde erat cognata Elisabet, vt dicitur Luc. 1. Virgo autem de genere sacerdotali, propter stuprum occidebarur, legitur enim Leuit. 21. Sacerdotis filia, si deprehensa fuerit in stupro, & violauerit nomen patris sui, flammis exuretur. Quidam referunt verbum Hiero. ad lapidationem infamiæ.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm inter Mariam & Ioseph fuerit verum matrimonium.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd inter Mariam & Ioseph non fuerit verum matrimonium. Dicit enim Hiero. contra Eluidium, quòd Ioseph Mariæ custos fuit potius, quàm maritus eius. Sed si fuisset verum matrimonium, verè Ioseph maritus eius fuisset. Ergo videtur quòd nõ fuerit matrimonium inter Mariam & Ioseph.

¶ Præterea, Super illud Matth. 1. Iacob genuit Ioseph virum Mariæ, dicit Hieronymus, Cùm virum audieris, suspicio tibi non subeat nuptiarum: sed recordare consuetudinis Scripturarum, quòd sponsi viri, & sponsæ vxores vocantur. Sed verum matrimonium non efficitur ex sponsalibus, sed ex nuptiis. Ergo non fuit matrimonium inter beatam Virginem & Ioseph.

¶ Præterea, Matth. 1. dicitur, Ioseph vir eius cùm esset iustus, & nollet eam traducere, scilicet in domum suam ad cohabitationem assiduam, voluit eam occultè dimittere, id est tempus nuptiarum mutare: vt Remigius exponit. Ergo videtur quòd nondum nuptiis celebratis, nondum esset matrimonium: præsertim cùm post matrimonium contractum non liceat alicui sponsam dimittere.

¶ SED CONTRA est, quòd Augustinus dicit in lib. de consensu Euangelistarum, Non est fas, vt Ioseph ob hoc à coniugio Mariæ separandum Euangelista putaret, quòd non ex eius concubitu, sed Virgo peperit Christum. Hoc enim exemplo magnificè insinuatur fidelibus coniugatis, etiam seruata pari consensu continentia, posse permanere vocariq; coniugium, non permixto corporis sexu.

CONCLVSIO.

¶ Inter Christi matrem & Ioseph fuit verum & legitimum matrimonium, non quidem quòd consenserint in copulam carnalem simpliciter, seu concubitu, sed quantum ad consensum mutuæ fidelitatis, & educandæ prolis debitum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd matrimonium siue coniugium dicitur verum ex hoc quòd suam perfectionem attingit. Duplex est autem rei perfectio, prima & secunda. Prima quidem rei perfectio consistit in ipsa forma, ex qua speciem sortitur. Secunda verò perfectio consistit in operatione rei, per quam res aliqualiter suum finem attingit. Forma autem matrimonij consistit in quadam indiuisibili coniunctione animorum, per quam vnus coniugum indiuisibiliter alteri fidem seruare tenetur. Finis autem matrimonij est proles generanda & educanda. Ad quorum primum peruenitur per concubitum coniugalem: ad secundum per alia opera viri & vxoris, quibus sibiinuicem obsequuntur ad prolem nutriendam. Sic igitur dicendum est, quòd quantum ad primam perfectionem, omnino verum fuit matrimonium Virginis matris Dei & Ioseph: quia vterque consensit in copulam coniugalem: non autem expressè in copulam carnalem, nisi sub conditione, si Deo placeret. Vnde & Angelus vocat Mariam coniugem Ioseph, dicens ad Ioseph, Matth. 1. Noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod exponens August. in lib. de Nuptiis & concupiscentia dicit: Coniunx vocatur ex prima desponsationis fide: quam concubitu nec cognouerat, nec fuerat cogniturus. Quantum verò ad secundam perfectionem, quæ est per actum matrimonij, si hoc referatur ad carnalem concubitum, per quem proles generatur, non fuit illud matrimonium consummatum. Vnde Ambro. dicit super Luc. Non te moueat, quòd frequenter Mariam Scriptura vocat coniugem: non enim virginitatis exemplo, sed coniugij testificatio, & nuptiarum celebratio declaratur. Habuit tamen illud matrimonium etiam secundum perfectionem quantum ad prolis educationem. Vnde Aug. dicit in lib. de Nuptiis & concupiscentia, Omne nuptiarum bonum impletum est in illis parentibus Christi, proles, fides & sacramentum. Prolem cognoscimus ipsum dominum Iesum: fidem, quia nullum adulterium: sacramentum, quia nullum diuortium, solus ibi nuptialis concubitus non fuit.

dimittendi illam occultè, vtriq; traductioni obuiabat: & quòd negatio vtriusque traductionis ex iusta hominis mẽte procedere potest. Quia tamen ad iustitiam viri spectat magis non communicare alieno crimini, & Angelus ad Ioseph loquens, ex timore accipiendi Mariam suam coniugem, Ioseph monstratur & iubet illam accipere, quia de Spiritu sancto cõcepit, apertè apparet quòd Ioseph timuit communicare adulterij peccato: & ideo voluit occultè dimittere eam. Et quia dicit ab Angelo, quòd non ex adulterio, sed ex Spiritu sancto concepit, accepit eam: vt Euangelista subdit. Et hæc licet sint certa: subdubio tamen relinquitur, an cum hac voluntate occultè dimittendi eam, cogitasset explicitè, ac deliberasset nolle illam in infamiam traducere, sta quòd de hac deliberatione loquatur Euangelista dicẽs, Noluit eam traducere.

¶ De primo autem dubio suadet ratio, vt sine in paterna, siue in conlugis domo, siue in vtraq;, siue alibi habitauerit, talis tamẽ ibi fuerit secundum illius temporis morem inter Mariam & Ioseph conuersatio, vt licita absque omni nota potuerit inter eos interuenire familiaritatis & voluptatis consummatio matrimonij: aliàs non fuisset sufficienter prouisum de beatæ Virginis, quam inuenta est in vtero habens. Dixi autem, siue alibi, quoniam non irrationabiliter apparet, quòd post annuntiationem beatæ Virgini factam, ipsa & Ioseph coniuge suo Ioseph, iuxta quod ex Nazaret Galilææ in ciuitatem Iudæ, in montana, visitatura Elisabet, & quòd post reuersionem in Nazaret, quum esset grauida mẽses tres ad minus (quoniam mansit apud Elisabet quasi mẽsibus tribus) inuenta est habens in vtero. Et alij quidem putabãt quòd esset grauida ex Ioseph, cũ ipso fuerat mensibus nouem domesticè in domo sua charitæ. Ipse autem Ioseph sciens se non cognouisse illam, & videns illam grauidam, quum esset iustus, & nollet eam traducere, siue in iniuriam, siue simpliciter in domesticum consortium, siue in vtrumque, quod verius est, voluit occultè dimittere eam. Et hæc interpretatio magis consonat Euangelio, quoniam expressè Lucas subdit de beata Virgine, quòd postdictum tẽpus quo mansit apud Elisabet, reuersa est in domum suam & non dixit, in domum sponsi sui. Ex quo ipsemet Euangelista in domo sua eam habitasse testatur, & inuenta dicitur in vtero habens, nulla facta de sponsi domo mentione nec consuetudo de sponsa in domo coniugis retenta ex Scriptura testimonium habetur. Firmandum ergo vt rationi consentaneum est, quòd in propria domo inuenta est in vtero habens sed absque infamiæ nota apud domesticos & alios: quia tribus mensibus simul fuerat in domo Elisabet cum Ioseph. Quod non voluntariè dictum: sed ex Euangelio accipimur dicere quòd beata Virgo adhuc desponsata vxor Ioseph, ascendit de Nazaret in Bethleem, quãdo exiit edictum à Cæsare Aug. Similli siquidem ratione debuit eadem desponsata vxor ascendere in montana cum eodem Ioseph suo sponso. Autor autem in litera dicens magis consonare Euangelio beatam Mariam in domo sponsi habitasse: intelligendus est comparatiuè ad opinionem eorum quòd nec simpliciter nec secundũ quid cum sponso habitauit: non enim prouidet opinio illa famæ Beatæ Virginis sufficienter: & non comparando ad hanc medianam expositionem, cuius Autor nobis meminitq; magis consonat Euangelio, quàm ambæ extremæ, vt patet ex dictis.

¶ Super Quæstionis tricesimæ Articulum primum.

Annot.

IN titulo sermo est de necessitate ad finem, sine quo non bene peruenitur ad finem: nemo licet equus necessariũ est homini debili iusto ex Germania Romam: & non de necessario simpliciter vel absolutè, sine quo nõ potest peruenire ad finem. Nam cõstat quòd neque simpliciter necessaria est annuntiatio, quia oppositum nõ implicat contradictoriè: neque sicut nauis ad transeundum mare: quia poterat incarnari verbum Dei absq; præuia annuntiatione. Sed an fuerit necessaria annuntiatio, ita quòd sine illa præuia non bene fuisset facta Incarnatio, quæritur.

Coment. ¶ In corpore vnica est conclusio. Congruum fuit beatæ Virgini annuntiari, quòd esset Christum conceptura. Vbi nota, quòd necessitas congruitatis respondet quæsito. Probatur conclusio quadruplicitèr. Et omnia in littera clara sunt, duobus notatis.

1. dist. 3. quæst. 1. conclu. 4. & 30. dist. 3. art. 1.

¶ Primum est in prima ratione: quòd quia diuina prouidentia disponit omnia suauiter, quemadmodum conceptio naturalis hominem præuenitur à mente, quo homines ad conueniendum per generationis actum cõgruentius inuitantur: ita beata Virgo in vtero conceptura de Spiritu sancto, in mẽte erat prius concipienda, vt prius conciperet in mente, quàm in vtero: sicut aliæ matres prius concipiunt in affectu, quàm in vtero.

¶ Alterum est in secunda ratione, quòd maior certitudo huius mysterij in beata Virgine causata est ex præuia annuntiatione, quàm si non, aut post fuisset de hoc instructa: quia prioritas annuntiationis attentam illam reddebat ad actum primum huius mysterij, ad quod non aduertisset, aut non ita aduertisset si nõ fuisset prior sibi annuntium. Attentio autem & eleuatio mentis maior certiorem reddit.

¶ In responsione ad primum, cùm audis prophetiam prædestinationis compleri sine nostro arbitrio causante, non intelligas omnem ab arbitrio nostro excludi causalitatem circa rem prædestinatam: quoniam hoc talium esset: causamus siquidem nostro arbitrio multa prædestinata opera. Sed excludi causalitatem propriam respectu complementi però oppositum ad prophetiam comminationis: nam propheria commẽnationis non dicit eum fam, quòd compleator, sed relinquit nostro arbitrio vtram partem velit, qui enim comminatur, non causat: sed si nos perseuerauerimus in malo, nisi ac certinus comminata: & ideo nostro arbitrio prophetia comminationis compleri dicitur. Sed qui prædestinat, perducit ad determinatum terminum: & ideo prophetia prædestinationis causam in se importat complementi, & non relinquit illud optimi nostri arbitrij. Et propterea nostrum arbitrium, licet libere è cõcurrat ad prædestinationis complementum: quia tamen non est causa huius complementi, licut in comminationibus, sed est concausa & subcausa respectu prædestinati: ideo sine nostro arbitrio causante complẽti dicitur propheria prædestinationis.

Annot.

¶ In responsione ad secundum, distinguendum inter fidem Incarnationis futuræ absolutè, & ex Maria. Et vide quòd beata Virgo habebat expressam fidem futuræ Incarnationis: sed non habebat fidem explicitè, quòd ex se futura esset Incarnatio: sicut modò credimus explicitè quòd Incarnatus est ex Maria. Communis autem ratio ex parte rei creditæ, quare tunc non erat fides huius conditionis, explicita est: quia nondũ erat apertè promulgatum, quòd ex ipsa Maria futura esset Incarnatio. Singularis autem ratio ex parte ipsius beatæ Virginis fuit: quia ipsa erat humillima: nec talia de se cogitabat vt in litera dicitur.

3. dist. 3. q. 3. art. 2. qõ. 1. & 2.

¶ Super Quæstionis tricesimæ Articulum secundum.

Coment.

IN corpore vnica est conclusio: Conuenit fuit annuntiari

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Hier. accipit ibi maritum ab actu matrimonij consummati.

¶ Ad secundum dicendum, quòd nuptias Hier. vocat nuptialem concubitum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Chrys. dicit super Matth. beata Virgo sic fuit desponsata Ioseph, quòd erat ei fides domi habita. Nam sicut in ea quæ in domo viri concipit, intelligitur conceptio naturalis: sic in ea quæ extra domum concipit, est suspecta coniunctio. Et ità non esset sufficienter prouisum famæ beatæ Virginis per hoc, quòd fuit desponsata, nisi etiã fuisset domi habita. Vnde quod dicitur, Et nollet eam traducere, melius intelligitur, id est, nollet eam diffamare in publicum, quàm quòd intelligatur de traductione in domum. Vnde & Euangelista subdit, quòd voluit occultè dimittere eam. Quamuis tamen esset domi habita propter primam desponsationis fidem, nondum tamen interuenerat solennis celebratio nuptiarum, propter quod etiam nondum carnaliter conuenerant. Vnde sicut Chrysost. dicit, Non dicit Euangelista, antequam ducerentur in domum sponsi: etenim intus erat. Cõsuetudo enim fuit veteribus, multotiens in domo desponsatas habere. Et ideo etiam Angelus dicit Ioseph, Ne timeas accipere Mariam coniugem tuam, id est, non timeas nuptias eius solenniter celebrare. Licet alij dicant, quòd nondum erat in domum inducta, sed solùm desponsata. Primum tamen magis consonat Euangelio.

QVAESTIO TRICESIMA.

De beatæ Mariæ virginis annuntiatione, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de annuntiatione beatæ Virginis.

¶ Et circa hoc quærũtur quatuor.

¶ Primò, vtrùm conueniens fuerit ei annuntiari quod in ea generandũ erat.

¶ Secundò, per quem erat ei hoc annuntiandum.

¶ Tertiò, per quem modum ei annuntiari debebat.

¶ Quartò, de ordine annuntiationis.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm necessarium fuerit annuntiari beatæ Virgini quod in ea erat generandum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit necessarium beatæ Virgini annuntiari quod in ea fiendum erat. Annuntiatio enim ad hoc solum necessaria esse videbatur, vt Virginis consensus haberetur. Sed consensus eius non videtur necessarius fuisse: quia conceptus Virginis prænuntiatus fuit prophetia prædestinationis, quæ sine nostro completur arbitrio: vt dicit quædam gloss. Matth. 1. Non ergo necessarium fuit quòd talis annuntiatio fieret.

¶ Præterea, Beata virgo Incarnationis fidem habebat, sine qua nullus esse poterat in statu salutis: quia vt dicitur Roman. 3. Iustitia Dei per fidem est Iesu Christi. Sed de eo, quòd aliquis per certitudinem credit, non indiget vlterius instrui. Ergo beatæ Virgini non fuit necessarium, vt ei Incarnatio filij Dei annuntiaretur.

¶ Præterea, Sicut beata Virgo corporaliter Christum concepit, & ita quæliber sancta anima concipit ipsum spiritualiter. vnde Apostol. dicit Galat. 4. Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Sed illis, qui spiritualiter debent Christum concipere, talis conceptio non annuntiatur. Ergo nec beatæ Virgini fuit annuntiandum, quòd esset in vtero conceptura filium Dei.

¶ SED CONTRA est, quòd habetur Luc. 1. quòd Angelus dixit ei, Ecce concipies in vtero, & paries filium.

CONCLVSIO.

¶ Decuit beatæ Virgini annuntiari, quòd esset Christum conceptura.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd congruum fuit beatæ Virgini annuntiari quòd esset Christum conceptura. Primò quidem, vt seruaretur congruus ordo coniunctionis filij Dei ad Virginem: vt scilicet prius mens eius de ipso instrueretur, quam carne eum conciperet. Vnde Augustin. dicit in lib. de Virginitate, Beatior est Maria percipiendo fidem Christi, quàm concipiendo carnem Christi. Et postea subdit, Materna propinquitas nihil Mariæ profuisset, nisi felicius Christum corde quàm carne gestasset. Secundò, vt posset esse certior testis huius sacramenti, quando super hoc diuinitus erat instructa. Tertiò vt voluntaria sui obsequij munera Deo offerret ad quod se promptam obtulit dicens, Ecce ancilla Domini. Quartò, vt ostenderetur esse quoddam spirituale matrimonium inter filium Dei & humanam naturam: & ideo per annuntiationem expectabatur consensus Virginis, loco totius humanæ naturæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd prophetia prædestinationis completur sine nostro arbitrio causante: non tamen sine nostro arbitrio consentiente.

¶ Ad secundum dicendum, quòd beata Virgo expressam fidem habebat Incarnationis futuræ: sed cùm esset humilis, nõ tam alta de se sapiebat: & ideo super hoc erat instruenda.

¶ Ad tertium dicendum, quòd spiritualem conceptionem Christi, quæ est per fidem, præcedit annuntiatio, quæ est per fidei prædicationem, secundum quòd fides est ex auditu: vt dicitur Roma. 10. Nec tamen propter hoc aliquis pro certo scit se gratiam habere, sed scit veram fidem esse, quam accepit.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm annuntiatio beatæ Virgini fieri debuerit per Angelum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd beatæ Virgini nõ debuerit annuntiatio fieri per Angelum. Supremis enim Angelis fit reuelatio immediatè à Deo: vt Dion. dicit 7. ca. Cæl. Hier. Sed mater Dei est super omnes Angelos exaltata. Ergo videtur quòd immediatè à Deo debuerit sibi annuntiari Incarnationis mysterium, & non per Angelum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiari per Angelum, &c. Probatur tripliciter. Omnia clara sunt in litera.

Annot. ¶In responsionibus ad primum & secundum aduerte discretionem: dum quò ad ordinem instructionis humanæ mediantibus Angelis, beata Virgo legi communi subiicitur: quo ad ordinem verò instructionis mulierum à viris beata Virgo à communi lege excipitur. Oportet ergo prudentem esse doctorem ad occurrentium rationes discernendas, vt sciat in quo communicat cum aliis, & in quo eximitur ab his, quæ omnibus aliis communia sunt.

Annot. ¶In responsione ad quartũ aduerte, quòd quanuis si ad magnitudinem annunciandæ personæ filij Dei incarnandæ spectetur, supremus Seraphinus debuisset annuntiare: quia tamen annuntiare Dei verbum infra intitulationem officij annuntiantis claudatur, non debuit aliquis extra depuratos ad annuntiandum mitti, ad annuntiandum vt omnia suauiter à diuina prouidentia disponerẽtur. & propterea nõ debuit primus Seraphinus annuntiare, sed supremus inter Archangelos.

¶ Super Quæstionis tricesimæ Artic 3.

Annot. TItulus simul quærit, quia & propter quid de corporali apparitione, an scilicet fuerit, & quare fuerit apparitio visibilis: vtrunque enim importat titulus quærens an deberit apparere corporaliter.

Cõment. ¶In corpore ad vtrũq; simul respondetur. Angelus apparuit corporaliter, & hoc conueniens. Probatur tripliciter. Omnia clara sunt in litera. Quia tamen moderno tempore audita est noua quædam præsumptio, dicens apparitionem istam non esse visibilem, sed intelligibilem tantum: fuisse aduertendum quòd vltra Ambrosij, Augustini, Chrysost. Autoritasque autoritatem (vt in litera dicitur) Euangelij textus præ se fert corporalem visionẽ fuisse. Tum ex descriptis de Angelo: quoniam describit primò ipsum Zachariæ apparuisse stantem à dextris altaris: constat autem quòd stare à dextris altaris, corporalem situm dicit. Et consequenter subdit, & missus est in ciuitatem Galilææ, & ingressus est ad Virginem, exercitati autem in Sacris literis sciunt quòd huiusmodi verba, Ingressus est ad Regem, ad talem, &c. corporalem motum significare cõsueuerunt. Et subditur de sermone eius & colloquio cum beata Virgine, & tandem quòd discesserit ab ea: quod etiam corporalem motum significat. Tum ex descriptis de beata Virgine quoniam describitur turbata turbatione timoris, vt patet ex eo, q; Angelus dixit ei pòst, Ne timeas Maria turbatio autẽ timoris ad partem spectat sensitiuã: & rursus turbatio illa timoris in sermone Angeli describitur accidisse. Etenim si intelligibilis tantùm fuisset sermo, quum audiens mente tantùm intelligibilem spiritualis substantiæ sermonem eleuata supra se sit, non timuisset in parte inferiori. Tũ ex progressu in ipsa descriptione: describitur enim primò auditus, deinde turbari, tertiò cogitare, & quartò sanari ab Angelo nominarim cõsortatur, Ne timeas Maria, hic enim ea quæ pertinent ad corporales actus, auditum, affectum sensitiuũ, & cogitatiuę partis simul cum intellectu, & naturale remedio immaterialiũ notarũ passionũ elargitur. Sunt etiã ad hoc rationes in litera: latæ mulieri virgenes secundũ sublectam materiam disciplinatæ quippe mẽtis est, quærere in similibꝰ certitudinẽ mathematicã: vt Philosophus docuit, certitudo eris quę & rei autoritatibus, rationibus & plano sensu textus habetur, sufficientissima est in hoc & similibus quæstionibus certitudo apud eũ disputatas mentes.

Annot. ¶In responsione ad tertium, aduerte primò, quòd Autor turbationis, quæ in corporalibꝰ aut imaginariis superiori vel sensionibus accidit, reducit in necessitate materiæ. Apparitiones siquidẽ huiusmodi eleuatorũ sunt supra seipsum: ita quòd eleuatio ab inferiori cõmota parte inducẽs admiratiõnẽ supra seipsum, huiusmodi, tali modo supra seipsũ, annexa est debilitatio partis inferioris: quia intentio vehementi animã ad superiora trahẽs se debilẽ deserat oportet inferiorem partem: communã autem iam partẽ in sui deterioratione turbari consequens est, quasi eatenũ conuincente sorti. Et hoc in cõsimili dicta accipe secundũ naturæ humanæ necessitatem: ex qua Augustinus docet huiusmodi turbationem nõ esse tam nociuam, vt prætermittenda sit ob eam vitanda angelica apparitio: cui nullus sapiens prætermittit ad finem operari propter vitanda mala emergentia ex necessitate materiæ: vt patet in artificialibus & naturalibus.

¶ Aduerte secũdò, quòd signum in litera posito ex vita beati Antonij ad discretionem spiritum, est intelligẽdum per se: quantum scilicet est ex natura bonorum & malorum spirituum. Communis quidem esti vtrisq; apparentibus est humana turbatio propter nostram naturam; bonum tamẽ apparitio ad Deum animũ ducẽs & curitatem parit, malorum autem, quia à Deo auersiua est, vt de securã reddere potest, turbatam animam non habet. Verum per accidens potest euenire oppositum: dum tanæ transformatã in Angelum lucis ad hanc conditionem Angeli lucis efficiendam studet. Potest autem

post turbationẽ cõmouere phantasmata inferiorẽque partem animæ ad materiã aliquã gaudij, & auertere materiã timoris vt sic humanus animus sensibiles motus sequẽs absq; timore lætus reddatur. Et propterea noli in diuino figno pedẽ iudicij figere sed memento, q; in his quæ sunt per accidens, contigit etiam sapientes falli.

¶ Super Quæstionis tricesimæ Articulum quartum.

Annot. TItulus quærit de ordine dictorũ ab Angelo annuntiatæ.

¶ In corpore vna cõclusio: Annuntiatio cõgruo ordine per Angelũ est perfecta. Probatur quia tria intẽra, scilicet attentio, instructio & cõsensus, conuenienter ordinata, facta procura: q; sunt. Omnia clarè patent in litera.

¶ In responsione ad primum, perspice naturã humiliatis reddere, scilicet animã admirabilem sanctũ laudẽ: quia assidue animus humilis circa imperfectiones suas condigna; illis mercedẽ veritatis quo fit vt magnũ de se audire, vt nouũ, insolitũ, celsum aut occultum admiratiõnẽ sibi pariat. Hinc autem habemus vnde nosipsos cognoscere, in eas possimus, si verè humiles fuerimus nã ad nostras laudes si nullꝰ admirationis motus concurgit, percipere possimus quantũ ab humili animo longe simus.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm Angelus annuntians debuerit beatæ virgini visione corporali apparere.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Angelus annuntians non debuerit Virgini apparere visione corporali. Dignior enim est intellectualis visio quam corporalis: vt Augustinus dicit 12. super Genes. ad literam. Et præcipuè ipsi Angelo est magis conueniens: nam visione intellectuali videtur Angelus in sui substantia, visione autem corporali videtur in assumpta figura corporea. Sed sicut ad annuntiandum conceptum diuinum decebat venire summum nuntiũ, ita etiam videtur, quòd decuerit esse summum genus visionis. Ergo videtur quòd Angelus annuntians apparuerit Virgini visione intellectuali.

¶ Præterea, Visio imaginaria videtur etiã esse nobilior quam visio corporalis: sicut imaginatio est altior potentia, quàm sensus: Sed Angelus apparuit Ioseph in somnis secũdum imaginariam visionem: vt patet Matth. 1. & 2. Ergo videtur quòd etiam apparere debuerit beatæ Virgini imaginaria visione, & non corporali.

¶ Præterea, Corporalis visio spiritualis substantiæ, videntes stupefacit: vnde & de ipsa Virgine cantatur, Expauescit Virgo de lumine. Sed melius fuisset quòd à tali turbatione mens eius esset præseruata. Non ergo fuit cõueniens quòd huiusmodi annuntiatio fieret per visionem corporalem.

¶ SED CONTRA est, quòd Augustin. in quodam sermone inducit beatam Virginem sic dicentem, Venit ad me Gabriel archangelus, facie rutilans, veste coruscans, incessu mirabilis. Sed hæc non possunt pertinere nisi ad corpoream visionem. Ergo corporea visione Angelus annuntians beatæ Virgini apparuit.

CONCLVSIO.

¶ Angelus annuntians beatæ Virgini conceptionem filij Dei, corporali visione illi apparuit.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd angelus annuntians apparunt matri Dei corporea, visione: & hoc conueniens fuit. Primò quidem quantum ad id quod annuntiabatur: venerat enim Angelus annuntiare incarnationem inuisibilis Dei. Vnde etiam cueniens fuit, vt ad huius rei declarationem, inuisibilis creatura formã assumeret, in qua visibiliter appareret: cùm etiam omnes apparationes veteris Testamenti ad hanc apparitionem præordinẽtur, qua filius Dei in carne apparuit. Secundò fuit congruum dignitati matris Dei, quæ non solùm in mente, sed in corporeo ventre erat Dei filium recepturã. & ideo non solùm mens eius, sed etiam sensus corporei erant visione angelica refouendi. Tertiò congruit certitudini eius, quod annuntiabatur: ea enim, quæ sant oculis subiecta, certius apprehendimus, quam ea quæ imaginamur. Vnde Chrys. dicit super Mat. quòd Angelus non in somnis, imò visibiliter Virgini assistit: nam quia magnam valde* reuelationem accipiebat ab Angelo, egebat ante tantæ rei euentum, visione solenni.

Alias ante.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd intellectualis visio est portior, quàm visio imaginaria vel corporalis, si sit sola. Sed ipse Aug. dicit quòd excellentior est prophetia, quæ habet simul intellectualem & imaginariam visionem, quam illa quæ habet alterum tantùm. beata autem Virgo non solùm percepit visionem corporalem, sed etiam intellectualem illuminationem, vnde talis apparitio nobilior fuit. Fuisset tamen nobilior si ipsum Angelum intellectuali visione in sua substãtia vidisset: sed hoc non patiebatur status hominis viatoris, quòd Angelum per essentiam videret.

¶ Ad secũdum dicendum, quòd imaginatio est quidem altior potentia, quàm sensus exterior: quia tamen principium humanæ cognitionis est sensus, in eo cõsulit maxima certitudo: quia semper oportet quòd principia cognitionis sint certiora. Et ideo Ioseph, cui Angelus in somnis apparuit, non ita excellentem apparitionem habuit, sicut beata Virgo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Ambr. dicit super Luc. perturbamur & à nostro alienamur affectu, quando restringimur ad licuius superioris potestatis occursu. Et hoc cõtingit nõ solùm in visione corporali, sed etiam in visione imaginaria. Vnde Gen. 15. dicitur, quòd cùm sol occubuisset, sopor irruit super Abrahã, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. Talis tamẽ perturbatio hominis, nõ tantum homini mouet, vt propter eam debeat angelica apparitio prætermitti. Primò quidem, quia ex hoc ipso quòd homo supra seipsum eleuatur (quod ad eius pertinet dignitatem) pars eius inferior debilitatur, ex quo prouenit perturbatio prædicta: sicut etiã calore naturali ad interiora reducto, exteriora tremunt. Secundò, quia sicut Orig. dicit super Luc. Angelus apparens, sciens hanc esse humanã naturam, primum perturbationi humanæ medetur, vnde tam Zachariæ quam Mariæ post turbationem dixit, Ne timeas. Et propter hoc, vt legitur in vita Antonij, non difficilis est beatorum spirituum malorumque discretio. Si enim post timorẽ succesisset gaudium, à Domino venisse sciamus auxilium: quia securitas animæ præsentis maiestatis indicium est. Si autem incussa formido permanserit, hostis est qui videtur. ipsã etiam turbatio Virginis, conueniens fuit verecũdiæ virginali: quia vt Amb. dicit super Lucam, trepidare virginum est, & ad omnes viri ingressus pauere, omnes viri affatus vereri. Quidam tamen dicunt, quòd cùm beata Virgo assueta esset visionibus Angelorum, non turbata fuit in visione Angeli: sed in admiratione eorum, quæ ei ab Angelo dicebantur, quia de se tam magnifica non cogitabat. Vnde & Euangelista non dicit, quòd turbata fuerit in visione Angeli, sed in sermone eius.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm annuntiatio conuenienti fuerit ordine perfecta.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Annuntiatio eius non fuerit conuenienti ordine perfecta. Dignitas enim matris Dei dependet ex prole cõcepta. Sed cau sa prius debet manifestari, quàm effectus. ergo primò debuit Angelus Virgini annuntiare conceptum prolis, quam eius dignitatem exponere, eam salutando.

¶ Præterea, Probatio aut præcermitti debet in his quæ dubia non sunt, aut prætermitti in his, quæ dubia esse possunt, sed Angelus primò videtur annuntiasse id de quo Virgo dubitarer, & dubitando quæreret, dicens, Quomodo fiet istud? & postea probationem adiunxit, tum ex exemplo Elisabet, tum ex Dei omnipotentia, ergo in conuenienti ordine annuntiatio per Angelum est effecta.

¶ Præterea, Maius non potest probari sufficienter per minus. Sed maius fuit Virginem parere, quam vetulam. Ergo non fuit sufficiens probatio Angeli, probantis conceptum Virginis ex conceptu senis.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Rom. 13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Angelus autem missus est à Deo ad hoc quòd Virgini annuntiaret: vt dicitur Luc. 1. ergo ordinatissimè fuit annuntiatio per Angelum completa.

CONCLVSIO.

¶ Congruo ordine perfecta fuit per Angelum annuntiatio Dominica.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd annuntiatio congruo ordine per Angelum est perfecta. Tria enim Angelus intendebat circa Virginem. Primò quidem, reddere mentem eius attentam ad tantæ rei considerationem: quod quidem fecit, eam salutando quadam noua & insolita salutatione. Vnde Origines dicit super Lcam, quòd si fecisset ad alium quempiam similem esse sæculum sermonem (vtpote quæ habebat legis scientiam) nunquam eam quasi peregrina talis salutatio terruisset. In qua quidem salutatione præmisit idoneitatem eius ad conceptum, in hoc quòd dixit, Gratia plena: expressit conceptum, in hoc quòd dixit, Dominus tecum: & prænuntiauit honorem consequentem, cùm dixit, Benedicta tu in mulieribus. Secundò autem intendebat eam instruere de mysterio Incarnationis, quod in ea erat implendum. Quod quidem fecit in prænuntiando conceptum & partum, dicens, Ecce, concipies in vtero, &c. & ostendendo dignitatem prolis conceptæ, cùm dixit, Hic erit magnus: & etiam demonstrando modum conceptionis, cùm dixit, Spiritus sanctus superueniet in te. Tertiò intendebat animum eius inducere ad consensum. quod quidem fecit exemplo Elizabet, & ratione ex diuina omnipotentia sumpta.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd animo humili nihil est mirabilius quam auditus suæ excellentiæ, admiratio autem maxime attentionem animi facit. Et ideo Angelus volens mentem Virginis attendam reddere ad auditum tanti mysterij, ab eius laude incepit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Ambr. expresè dicit super Lucam, quòd beata Virgo de verbis Angeli non dubitauit. Dicit enim, Temperantior est Mariæ responsio, quam verba sacerdotis. Hæc ait, Quomodo fiet istud? ille respondit, Vnde hoc sciam? Negat ille se credere, qui negat se scire ista, nõ dubitat esse faciendum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶*Super Quæstionis tricesimæprimæ Articulum secundum.*

Comment. TItulus clarus.

¶In corpore vna cõclusio. Conuenit suis vt Christus carnem sumeret ex Maria ex Adam originaliter vitiata. Probatur, Christus assumpsit naturam humanã, vt eã à corruptione purgaret: ergo assumpsit eã, secũdum quòd erat, ex origine vitiata ex Ada: ergo conueniens fuit vt assumeret carnẽ ex Maria ex Adam deriuata. Prima cõsequẽtia probatur, q̃ a natura humana nõ aliter indigebat purgatione. Secũdo verò probatur, vt sic per assumptionem curaretur humana natura.

¶Nota hic, quòd assumptio quæ verbo Dei incarnato vsũ, potest referri ad tria, scilicet ad naturam humanam vel ad naturam humanam infectam, vel ad humanitatem quæ vnita est Verbo. Et si quidem referatur ad naturam humanam, nulla est quæstio: & similiter si referatur ad hãc humanitatem, nã filius est & homo & hic homo. Sed si referatur ad humanam naturã infectam, aliter oportet dicere: quoniã Christus nõ est nec vnquam fuit homo infectus. Et propterea non possumus dicere q̃ Verbum assumpsit naturã infectam: sed dicimus q̃ assumpsit naturam humanã ex virtute originis deficiẽtis: quòd infectio nõ determinat naturã assumptam, sed originẽ eius. Ex hoc enim Christus infectam in reliquo humano genere naturam curauit, quòd naturam ex infecta illa origine descendentem, non tamen infectam assumpsit: vt sic sanans Christi natura esset expers omnis morbi, sicut primi altera est inferabile, &c.

¶Nota secundo, quòd quia alius est morbus naturæ, alius personæ (persona enim actualibus peccatis inficitur, natura autem solo originali per se loquendo) ideo Autor de naturæ reparatione loquẽs per se, dixit quòd natura humana non indigebat reparatione nisi secundum quòd infecta erat per originem vitiatam.

¶*Super Quæstionis tricesimæprimæ Articulum secundum.*

Comment. TItulus clarus est. ¶In corpore vna cõclusio: Christus specialiter dicitur filius Abrahæ & Dauid. Probatur triplici ratione cõuenientiæ quare specialiter. Omnia clara sunt: & plus respondetur quàm fuerit quæsitum, vt patet.

dum, quod quomodo fieri possit inquirit. Augu. tamen videtur dicere quòd dubitauerit. Dicitur enim in lib. Quæstionum veteri. & noui Testamenti: Ambigenti Mariæ de cõceptu, possibilitatem Angelus prædicat. Sed talis dubitatio magis est admirationis, quàm increduliratis. Et ideo probationem. Angelus inducit non ad auferendam infidelitatem, sed magis ad remouendam eius admirationem.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Ambr. dicit in Hexameron, ob hoc mulræ steriles præuenerũnt, vt partus credatur Virginis. Et ideo conceptus Elisabet sterilis inducitur, non quasi sufficiens argumentum, sed quasi quoddam figurale exẽplum. Et ideo ad confirmationem huius exempli subditur argumentum efficax ex omnipotentia diuina.

QVAESTIO TRICESIMA prima, De conceptione Saluatoris quo ad materiam de qua corpus eius conceptum est, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est de ipsa conceptione Saluatoris. primò, quãtum ad materiam, de qua eius corpus conceptum est. Secundò, quantum ad conceptionis autorem. Tertiò, quantum ad modũ & ordinem cõceptionis.

¶Circa primum quæruntur octo.

¶Primò, vtrùm caro Christi fuerit sumpta de Adam.

¶Secundò, vtrùm fuerit sumpta de Dauid.

¶Tertiò, de genealogia Christi, quæ in Euangeliis ponitur.

¶Quartò, vtrùm decuerit Christum nasci de fœmina.

¶Quintò, vtrùm fuerit de purissimis sanguinibus Virginis corpus eius formatum.

¶Sextò, vtrùm caro Christi fuerit in antiquis Patribus, secundum aliquid signatum.

¶Septimò, vtrùm caro Christi in Patribus fuerit peccato obnoxia.

¶Octauo, vtrùm fuerit decimata in lumbis Abrahæ.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm caro Christi fuerit sumpta de Adam.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd caro Christi non fuerit sumpta ex Adam. Dicit enim Apostolus 1. ad Cor.15. Primus homo de terra terrenus, secũdus homo de cælo cælestis. Primus autem homo est Adam, secundus est Christus. ergo Christus non est ex Adam, sed habet ab eo distinctam originem.

¶Præterea, Conceptio Christi debuit esse maximè miraculosa. Sed maius est miraculum formare corpus hominis ex limo terræ, quàm ex materia humana, quæ de Adam trahitur. ergo videtur quòd non fuerit conueniens Christum ab Adam carnem sumpsisse. ergo videtur quòd corpus Christi non de buerit formari de massa humani generis deriuata ab Adam, sed de aliqua alia materia.

¶Præterea, Peccatum in hunc mundum intrauit per vnum hominem, scilicet per Adam: quia omnes in eo originaliter existentes, peccauerunt: vt patet Rom.5. Sed si corpus Christi fuisset ab Adam sumptum, ipse etiam in Adam originaliter fuisset, quando peccauit. ergo peccatum originale contraxisset, quod non decebat Christi puritatem. Non ergo corpus Christi est formatum de materia sumpta ab Adam.

¶SED CONTRA est quod Apost. dicit ad Hebr.2. Nusquam Angelos apprehendit, scilicet filius Dei: sed semen Abrahæ apprehendit. Semen autem Abrahæ sumptum est ex Adam. Ergo corpus Christi fuit formatum de materia ex Adam sumpta.

CONCLVSIO.

¶Cum Christus naturam assumpserit humanã vt eam à corruptione purgaret, fuit conueniens vt cornem ex Maria sumeret ex Adam deriuata.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Christus humanam naturam assumpsit, vt eam à corruptione purgaret. Non autem purgatione indigebat natura humana, nisi secundum quòd infecta erat per originem vitiatam, qua ex Adam descendebat. Et ideo cõueniens fuit, vt carnem sumeret ex materia ab Adam deriuata, vt ipsa natura per assumptionem curaretur.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd secundus homo est, Christus, dicitur esse de cælo, non quidem quantum ad materiam corporis: sed vel quantum ad virtutem formatiuam corporis eius, vel etiam quantum ad ipsam eius diuinitatem. Secundum autem materiã corpus Christi fuit terrenũ, sicut & corpus Adæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut suprà dictum est, mysterium Incarnationis Christi est quiddam miraculosum: nõ sicut ordinatum ad confirmationem fidei, sed sicut articulus fideis. Et ideo in mysterio Incarnationis non requitur quid sit maius miraculum, sicut in miraculis quæ fiunt ad confirmationem fidei: sed quid sit diuinæ sapientiæ conuenientius, & magis expediens humanæ saluti: quod requiritur in omnibus quæ fidei sunt. Vel potest dici, quòd in mysterio Incarnationis non solùm attenditur miraculum ex materia conceptus: sed magis ex modo conceptionis partus: quia scilicet Virgo concepit & peperit.

¶Ad tertium dicendũ, quòd sicut suprà dictum est, corpus Christi fuit in Adam secundum corpulentam subsẽtiam: quia scilicet ipsa materia corporis Christi deriuata est ab Adam. Non autem fuit ibi secundum seminalem rationem: quia nõ est concepta ex virili semine. Et ideo non contraxit originale peccatum: sicut cæteri, qui ab Adam per viam virilis seminis deriuantur.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm caro Christi fuerit sumpta de Dauid.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christus nõ sumpserit carnem de semine Dauid. Matthæus enim genealogiã Christi texens, eam ad Ioseph perducit. Ioseph autem non fuit pater Christi: vt suprà dictum est. Non ergo videtur, quòd Christus de genere Dauid descenderit.

¶Præterea, Aaron fuit de tribu Leui: vt patet Exod.6. Maria autem mater Christi cognata dicitur Elisabet, quæ est filia Aaron: vt patet Luc.1. Cùm ergo Dauid fuerit de tribu Iuda (vt patet Mat.1.) videtur quòd Christus de semine Dauid non descenderit.

¶Præterea, Hier.22. dicitur de Iechonia. Scribe istum virum sterilem, nec enim erit de semine eius vir, qui sedeat super solium Dauid. Sed de Christo dicitur Isa.9. Super solium Dauid sedebit. Ergo Christus non fuit de semine Iechoniæ, & per consequens nec de genere Dauid: quia Matthæus à Dauid per Iechoniam seriem generationum perducit.

¶SED CONTRA est quod dicitur Rom.1. Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem.

CONCLVSIO.

¶Christus secundum carnem filius fuit Abrahæ & Dauid, cum in sobolem venerit & circumcisionem, & electionem Gentilium.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Christus specialiter duorum antiquorũ Patrũ filius dicitur esse, Abrahæ scilicet & Dauid: vt patet Matth.1. Cuius est multiplex ratio: prima quidem quia ad hos specialiter de Christo promissio facta est: dictum est enim Abrahæ Gen.22. Benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ. Quod Apost. de Christo exponit, dicens Gal.3. Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius: nõ dicit & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo, qui est Christus. Ad Dauid autẽ dictum est, De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Vnde & populus Iudæorum, vt Regem honorificè suscipientes, dicebant Matth.21. Osanna filio Dauid. Secunda ratio est, quòd Christus futurus erat Rex, Propheta, & Sacerdos: Abraham autem sacerdos fuit: vt patet ex hoc quòd Dominus dixit ad eum Gen.15. Sume tibi vaccam triennem, &c. Fuit etiam Propheta, secundum illud quod dicitur Gen.20. Propheta est, & orabit

¶*Super Quæstionis tricesimæprimæ Articulum tertium.*

Comment. TItulus clarus est. ¶In corpore vna cõclusio. Cancellogia Christi est cõuenienti ordine ab Euangelistis scripta, probatur ex cõmunissimis: Quæ diuinitus fiunt, ordinatissimè fiunt: Euangelia est diuinitus facta: ergo. Maior ad Rom.13. Minor 2. ad Tim.3.

¶In responsione ad secundũ, vide Autoris cõnexum tendere ad duo, & quòd Ioseph per Salomonẽ descendit à Dauid: & quòd beata Virgo similiter per Salomonem descendit à Dauid. Et ratiõe premissa refutat expositionem dicentem binomios: quoniã, constat Nathan, non filium prophetæ, sed alium, per quem Lucas Heli patrẽ Ioseph, reduxit in Dauid, fratẽ fuisse Salomonis: per quem Matthæus Iacob patrẽ Ioseph reduxit in Dauid. Ratione verò secũdi ad occultum aliquam originem, vel ipsius Melchi, vel alicuius mulieris, ex qua carnaliter genita est beata Virgo, recurrit, vt beata Virgo inueniatur carnaliter genita ex aliquo descẽdente ex Iechonia: vt sic & Damascenus & Ambrosius faluetur.

¶Ad secundum dicendum, quòd huic obiectioni Greg. Nazan. respondet dicens, quòd hoc nutu superno contigit, vt regium genus sacerdotali stirpi iungeretur, vt Christus, qui Rex est & Sacerdos, ab vtrisque nasceretur secundum carnem. Vnde & Aaron qui fuit primus sacerdos secundum legem, duxit ex tribu Iuda cõiugem Elisabet filiam Aminadab. Sic ergo potuit fieri, vt pater Elisabet aliquam vxorem habuerit de stirpe Dauid: ratione cuius beata virgo Maria, quæ fuit de stirpe Dauid, esset Elisabet cognata. Vel potius è conuerso, quòd pater beatæ Mariæ de stirpe Dauid existens, vxorem habuerit de stirpe Aaron. Vel sicut Aug. dicit 26. cõtra Faustum, Si Ioachim pater Mariæ de stirpe Aaron fuit (vt Faustus hæreticus per quosdam scripturas apocryphas asserebat) credendum est quòd mater Ioachim fuerit de stirpe Dauid vel etiam vxor eius: ita vt per aliquem modum Mariam de tribu fuisse de stirpe Dauid.

¶Ad tertium dicendum, quòd per illam autoritatem prophetiam (ficut Amb. dicit super Lucam) non negatur ex semine Iechoniæ posteros nascituros, & ideo de semine eius Christus est. Et quòd regnauit Christus, non contra prophetiam est: non enim seculari honore regnauit. Ipse enim dixit, Regnum meum non est de hoc mundo.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm conuenienter genealogia Christi ab Euangelistis texatur.

Matth.1. Luc.3.1. & 4.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd genealogia Christi inconuenienter ab Euangelistis texatur: Dicitur enim Isa.53. de Christo, Generationem eius quis enarrabit? Ergo non fuit generatio Christi enarranda.

¶Præterea, Impossibile est vnum hominem duos patres habere. Sed Matth. dicit, quòd Iacob genuit Ioseph virum Mariæ. Luc. autem dicit Ioseph. fuisse filium Heli. ergo contraria sibi inuicem scribunt.

¶Præterea, Videntur in quibusdam à se inuicem diuersificari. Matthæus enim in principio libri incipiens ab Abraam, descendendo vsque ad Ioseph, quadraginta duas generationes enumerat. Lucas autem potest Baptismum Christi, generationem Christi ponit, incipiens à Christo, & perducens generationum numerum vsque ad Deum, ponens generationes septuaginta septem vtroque extremo computato. Videtur igitur quòd inconuenienter generationem Christi describant.

¶Præterea, Quarti Reg.8. legitur quòd Ioram genuit Ochoziam: * cui successit Ioas filius eius: huic autẽ successit filius eius Amasias, postea regnauit filius eius Azarias, qui appellatur Ozias, cui successit Ioathan filius eius. Matthæus autem dicit, quòd Ioram genuit Oziam. ergo videtur incõuenienter generationem Christi describere, tres Reges in medio prætermittens.

¶Præterea, Omnes qui in Christi generatione describuntur, patres habuerunt & matres, & plurimi etiam ex eis fratres habuerunt: Mat. autem in generatione Christi tres tantum enumerat matres, scilicet Thamar, Ruth, & vxorem Vriæ, fratres autem nominat Iudæ & Iechoniæ, & iterum Phares & Zaram. Quorum nihil posuit Lucas. Ergo videntur Euangelistæ inconuenienter genealogiam Christi descripsisse.

¶SED CONTRA est autoritas Scripturæ.

CONCLVSIO.

¶Conuenienti ordine Christi genealogia ab Euangelistis scripta est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dicitur 2. ad Tim 3. Omnis scriptura sacra est diuinitus inspirata. Quæ autem diuinitus fiunt, ordinatissimè fiunt: secundũ illud Rom.13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Vnde conuenienti ordine genealogia Christi est ab Euangelistis scripta.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Hier. dicit super Mat. Isaias loquitur de generatione diuinitatis Christi: Matth. autem enarrat generationem Christi secundum humanitatem. Non quidem explicãs modum Incarnationis, quia hoc etiam est ineffabile: sed enumerans Patres, ex quibus Christus secundum carnem processit.

¶Ad secundum dicendum, quòd ad hanc obiectionem, quam mouit Iulianus Apostata, diuersimodè ab aliquibus respondetur. Quidam enim (vt Greg. Nazan. dicit) dicunt eosdem esse, quos vterque Euangelista enumerat: sed sub diuersis nominibus, quasi binomios. Sed hoc stare non potest: quia Matthæus ponit vnum filiorum Dauid, scilicet Salomonem, Lucas autem ponit alium, scilicet Nathan: quos secundum historiam libri Regnum constat fratres fuisse. Vnde alij dixerunt, quòd Matthæus veram genealogiam Christi tradidit: Lucas autem putatiuam, vnde incepit, Vt putabatur filius Ioseph. Erant enim aliqui ex Iudæis, qui propter peccata Regum credebant Christum ex Dauid non per Reges, sed per aliam eius stirpem hominum priuatorum, esse nasciturum. Alij verò dixerunt, quòd Matthæus posuit patres carnales, Lucas verò posuit patres spirituales, scilicet iustos viros, qui dicuntur patres propter similitudinem honestatis. In lib. verò de Quæstionibus veteris & noui Testamenti respondetur, quòd non est intelligendum, quòd Ioseph à Luca dicatur esse filius Heli, sed quòd Heli & Ioseph fuerunt *patres Christi diuersimodè à Dauid descendentes. Vnde de Christo dicitur, quòd putabatur filius Ioseph, & quòd ipse etiam Christus fuit Heli: quasi diceret quòd Christus ea ratione qua dicitur filius Ioseph, potest dici filius Heli, & omnium eorum, quia ex stirpe Dauid descenderunt: sicut Apost. dicit Rom.9. Ex quibus, scilicet Iudæis, Christus est secundum carnem.

¶Augustin. verò in lib. de Quæstionibus Euang. triplicitèr soluit dicens, Tres causæ occurrunt: quarum aliquam Euangelista secutus est. Aut enim vnus Euangelista patrem Ioseph, à quo genitus est, nominauit: alter verò vel auum maternum, vel aliquem de cognatis maioribus posuit. Aut vnus erat Ioseph naturalis pater & alter eum adoptauerat. Aut more Iudæorum, cùm sine filiis vnius decessissent, eius vxorem propinquus accipiens, filium quem genuit, propinquo mortuo deputauit. Quod etiam quoddam genus adoptionis legalis est, vt ipse Aug. dicit in 2. de consensu Euang. Et hæc vltima causa est verior, quam & Hieronym. super Matthæum ponit: & Eusebius Cæsariensis in Ecclesiastica historia ab Aphricano Historiographo * traditam asserit. Dicunt enim quòd Matham & Melchi diuersis temporibus de vna eademque vxore * Iesca nomine singulos filios procreauerunt: quia Mathan, qui per Salomonem descendit, vxorem eam primùm ceperat, & relicto filio vno Iacob nomine, defunctus est: post cuius obitum (quoniam lex viduam alij viro non vetat nubere) Melchi qui per Nathan genus ducit, cùm esset ex eadem tribu, sed non ex eodem genere, relictam Mathan accepit vxorem: ex qua etiam ipse suscepit filium nomine Heli. Et sic ex diuerso patrum genere efficiuntur Iacob & Heli

*4. Reg. cap.13. ibi supra cap.14. ib. supra cap.14. ibi supra cap.15.

*Alias iepore.

*Alias traditũ.

*Alias Escha.

uterini

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis tricesimæ primæ Articulum quartum.

*Alibi germinat. Comment.

TItulus clarus.
¶ In corpore vnica conclusio: Conuenientissimū fuit vt de fœmina carnem assumeret filius Dei. Probatur tripliciter. Omnia clara sunt.
¶ In responsione ad tertium vide quòd duplicitèr excluditur immūditia, & ab humanitate prima responsione, & a verbo Dei secunda responsione.

vterini fratres: quorum alter, id est Iacob fratris sui Heli sine liberis defuncti, ex mandato legis accipiens vxorem, genuit Ioseph: natura quidem generis *suum filium, secundum verò legis præceptum Heli efficitur filius. Et ideo Matthæus dicit, Iacob genuit Ioseph: sed Lucas, quia legalem generationem describit, nullum nominat aliquem genuisse.

Et quanus Damas. dicat, quòd beata virgo Maria Ioseph attinebat secundum illam originem, qua pater eius dicitur Heli, quia dicit eam ex Melchi descendisse: tamen credendum est, quòd etiam ex Salomone originem duxerit secūdum aliquem modum per illos Patres, quos enumerat Matthæus, qui carnalem Christi generationem dicitur enarrare, præsertim cùm Ambr. dicat Christum de semine Iechoniæ descendisse.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut dicit August. in lib. de consensu Euang. Matth. regiam in Christo instituerat insinuare personam, Luc. autem sacerdotalem. Vnde in generationibus Matthæi significatur nostrorum susceptio peccatorum à domino Iesu Christo: in quantum scilicet per carnis originem similitudinem carnis peccati assumpsit. In generationibus autem Luc. signatur nostrorum * ablutio peccatorum, quæ est per sacrificium Christi. Et ideo generationes Matthæus descendens enumerat, Lucas autem ascendens. Inde etiam est, quòd Matthæus ab ipso Dauid per Salomonem descendit, in cuius matre ille peccauit: Lucas verò ad ipsum Dauid per Nathan ascendit, per cuius nominis Propheram Deus peccatum illius expiauit. Et inde est etiam, quòd quia Matthæus ad mortalitatem nostram Christum descendentem voluit signare, ipsas generationes ab Abraam vsque ad Ioseph, & vsque ad ipsius Christi natiuitatem descendendo commemorauit: ab initio Euangelij sui. Lucas autem non ab initio sed à Baptismo, Christi generationem narrat, nec descendendo, sed ascendendo tanquam sacerdotem in expiandis peccatis magis assignans. vbi testimonium Ioannes perhibuit dicens, Ecce qui tollit peccatum mundi. Ascendendo autem transit ab Abraam, & peruenit ad Deum: cui mundati & expiati reconciliamur. Meritò etiam adoptionis originem ipse * suscepit: quia per adoptionem efficimur filij Dei: per carnalem verò generationem filius Dei filius hominis factus est. Saris autem demonstrauit non se ideo dixisse Ioseph filiū Heli, quòd de illo sit genitus: sed quòd ab illo fuerit adoptatus, cùm & ipsum Adam filium Dei dixerit, cùm sit factus à Deo. Numerus etiam quadragenarius ad tempus præsentis vitæ pertinet, propter quatuor partes mundi: in quo mortalem vitam ducimus sub Christo regnante. Quadraginta autem quater habent decem, & ipsa decem ab vno vsque ad quatuor progrediente numero consummantur. Posset etiam denarius ad decalogum referri, & quaternarius ad præsentem vitam, vel etiam ad quatuor Euangelia, secundum quòd Christus regnat in nobis. Et ideo Mat. regiam personam Christi commendans, quadraginta personas posuit, excepto ipso.

*Alias abolitio.

*Alias scripsit.

Sed hoc intelligendum est, si sit idem Iechonias, qui ponitur in fine secundi quaterdenarij & in principio tertij, vt Augusti. vult. Quod dicit factum esse ad significandum, quòd in Iechonia facta est quædam deflexio ad extraneas gentes, quando in Babyloniam transmigratum est: quod præfigurabat Christum à circumcisione ad præputium migraturum. Hieron. autem dicit duos fuisse, Ioachin, id est Iechoniam, patrem scilicet & filium, quorum vterque in generatione Christi assumitur, vt constet distinctio generationum, quas Euangelista per tres quaterdenarios distinguit, quòd ascēdit ad quadraginras duas personas. Qui etiam numerus sanctæ conuenit Ecclesiæ. Hic enim numerus consurgit ex senario, qui signat laborem præsentis vitæ: & septenario, qui significat quietem vitæ futuræ. Sexies enim septem sunt quadraginta duo. Ipse etiam quaterdenarius: quia ex denario & quaternario constituitur per aggregationem, ad eandem significationem pertinere potest, quæ attributa est quadragenario, qui consurgit ex eisdem numeris secundum multiplicationem.

Numerus autem quo Lucas vtitur in generationibus Christi, significat vniuersitatem peccatorum. Denarius enim tanquam iustitiæ numerus in decem præceptis legis ostenditur. Peccatum autem est legis transgressio. Danarij verò numeri transgressio est vndenarius. Septenarius autem significat vniuersitatem: quia vniuersum tempus septenario dierum numero voluitur: septies autem vndecim sunt septuaginta septē, & ita per hoc significatur vniuersitas peccatorum, quæ per Christum tolluutur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut Hier. super Mat. dicit, quia Ioram rex generi se miscuerat impiissimæ Iezabelis: idcirco vsque ad tertiam generationē, eius memoria tollitur, ne in sanctæ natiuitatis ordine poneretur. Et ita vt Chrys. dicit, quanta benedictio facta est super Ieu, qui vindictam fecerat super domū Achab & Iezabel, tanta est maledictio super domum Ioram, propter similiam iniqui Achab & Iezabel, vt vsque ad quartam generationem præcidantur filij eius de numero Regum: sicut scriptum est Exod. 20. Reddam peccatum parentum in filios vsq; ad tertiam & quartam generationem.

¶ Est etiam attendendum, quòd & alij Reges fuerunt peccatores, qui in generalogia Christi ponuntur: sed non fuit eorum cōtinua impietas. Nam vt dicitur in lib. Quæstionum veteris & noui Testamenti, Salomon merito patris sui dimissus in regno est, Roboam merito Asa filij sui. horum autē trium cōtinuauit impietas.

¶ Ad quintum dicendum, quòd sicut dicit Hier. super Matth. In genealogia Saluatoris nulla sanctarum mulierum assumitur, sed eas quas Scriptura reprehendit: vt qui propter peccatores venerat, de peccatoribus nascens, omnia peccata deleret. Vnde ponitur Thamar, quæ reprehenditur de socerino concubitu: & Raab, quæ fuit meretrix: & Ruth, quæ fuit alienigena: & Barsabee vxor Uriæ, quæ fuit adultera. Quæ tamen proprio nomine non ponitur, sed ex nomine viri designatur: tum propter peccatum ipsius, quæ fuit adulterij & homicidij conscia: tum etiam vt nominato viro, peccatum Dauid ad memoriam reuocetur. Et quia Lucas Christum designare intendit vt peccatorum expiatorem, talium mulierum mentionem non facit. Fratres autem Iudæ cōmemorat, vt ostendat eos ad Dei populum pertinere: cùm tamen Ismael frater Isaac, & Esau frater Iacob à populo Dei fuerint separati, propter quod in generatione Christi non commemorantur, & etiam vt superbiā de nobilitate excludat. Multi enim fratrum Iudæ ex ancillis nati fuerunt: sed omnes simul erant Patriarchæ & tribuum principes. Phares autem & Zaram simul nominantur (vt Ambros. dicit super Lucam) quia per eos gemina descriptibitur vita populorum. vna secundum legem, quæ significatur per Zaram: altera secundum fidem, quæ significatur per Phares. Fratres autem Iechoniæ ponit: quia omnes regnauerāt diuersis temporibus, quod in aliis Regibus non acciderat, vel quia eorum similis fuit & iniquitas & miseria.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm decuerit Christum nasci de fœmina.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd materia corporis Christi non debuerit esse assumpta de fœmina. Sexus enim masculinus est nobilior quàm sexus fœmineus. Sed maximè decuit vt Christus assumeret id quod est perfectum in humana natura. Ergo videtur quòd non debuerit de fœmina carnem assumere, sed magis de viro: sicut & Eua de costa viri formata est.

¶ Præterea, Quicunque ex fœmina concipitur, vtero fœminæ includitur. Sed Deo qui cœlum & terram implet (vt dicitur Hieremiæ 23.) non competit quòd paruo fœminæ vtero includatur. Ergo videtur quòd non debuerit concipi de fœmina.

¶ Præterea, Illi qui concipiuntur ex fœmina, quandam immunditiam patiuntur. Vnde dicitur Iob 25. Nunquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? Sed in Christo nulla immunditia esse debuit: ipse enim est Dei sapientia: de qua dicitur Sapien. 7. Nihil inquinatum in illam incurrit. Ergo non videtur quòd debuerit carnem assumere de fœmina.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Galat. 4. Misit Deus filium suum factum ex muliere.

CONCLVSIO.

¶ Quanquam filius Dei humanam potuisset sumere carnem ex quacunque voluisset materia, decuit tamen vt de fœmina susciperet.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd licet filius Dei carnem humanam assumere potuerit de quacunque materia voluisset: conuenientissimum tamen fuit vt de fœmina carnem acciperet. Primò quidem, quia per hoc tota humana natura nobilitata est. Vnde August. dicit lib. 83. Quæstionum, Hominis liberatio

¶ Super Quæstionis tricesimæ primæ Articulum quintum.

Annot.

TItuli duo ponit, ly ex sanguine & ly purissimo. Et sanguis quidem ponitur ad differentiam carnis, ossis, nervi, & huiusmodi partium: puritas autem apponitur ad excludendam admixtionē seminum, quæ videtur in aliorum hominum formatione cōcurrere.

Glossa.

¶ In corpore articuli vnica est conclusio: Corpus Christi fuit conceptum ex purissimo sanguine beatæ Virginis ad ampliorē digestionem perducto per virtutem eius generatiuā. Probatur: Generatio Christi habuit naturalem modū generationis quo ad hoc quod ex fœmina est, & supernaturalem quo ad hoc quòd est ex Virgine: ergo habet materiam ex matre similē aliis, principium verò actiuum diuersum: ergo habet pro materia sanguinem matris non quemcunque, sed perductum naturali matris virtute ad hoc quòd materia sit apta ad conceptui. Antecedens patet ex auctoritate Ambr. in præcedēti articulo. Prima cō sequentia probatur: quia ad naturalem modū generationis spectat conformitas materiæ, sicut conformitas matris: quia naturaliter mater mate riam ministrat, ad supernaturalem verò modum spectat differentia principij actiui: quia fœmina ex viro concipiens nō est virgo: principium autem actiuum naturaliter ad virū spectat. Secundo verò consequentia probatur auctoritate Philosophi, communē materiam mulierum ponentis sanguinem talem.

Annot.

¶ Hoc in loco aduerte nouum errorem dicebat nostris exortū, dicentem Christū concepcum ex sanguine beatæ Virginis purissimo non quocunque, sed in corde existēte: ita quòd ex telibus guttis sanguinis circa cor beatæ Virginis cōceptus est Christus. Et pugnat aut hic error & dictis hic & Ambrosij supradictis auctoritati (secundum consistentiā naturę in vtero fœmineo fuit) & sacræ scripturæ ex voce Angeli dicentis, Ecce concipies in vtero, non in corde, Et de propriè de vtero loquatur, ex beatæ Virginis verbis habetur: quæ optimè intellecti verba Angelis & respōdēs dixit, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? si in corde cōceptura erat, molē assecuta fuisset causa quæstionis, Quoniam virum non cognosco: cōceptio enim in corde non fit ex semine viri beratio in vtroque sexu debuit apparere. Ergo, quia virum oportebat suscipere, qui sexus honorabilior est, conueniens erat vt fœminei sexus liberatio hinc appareret, quòd ille vir de fœmina natus est. Secundò, quia per hoc veritas incarnationis astruitur. Vnde Amb. dicit in lib. de incar. Multa in Christo secundum naturam inuenies, & vltra naturam, secūdum conditioné etenim naturæ in vtero fœminei, scilicet corporis fuit, sed supra condirionem virgo concepit, virgo generauit: vt crederes, quia Deus erat qui innouabat naturam, & homo erat, qui secundum naturam nasceabatur ex homine, Et Augu. dicit in Epistola ad Volusia. Si omnipotens Deus hominem vbicunque forma tum, non ex materno vtero crearet, sed repentinū inferret aspectibus, nonne opinionem confirmaret erroris, nec hominem verum susceptisse, vllo modo crederetur, & dum omnia mirabiliter facit, auferret quod misericorditer fecit? Nunc verò ita inter Deum & hominem mediator apparuit vt in vnitate personæ copulans vtranq; naturam, & solita sublimaret insolitis, & insolita solitis temperaret. Tertiò, quia per hunc modum completur omnis diuersitas generationis humanæ. Nam primus homo productus est ex limo terræ sine viro & fœmina: Eua verò producta est ex viro sine fœmina: alij verò homines nascuntur ex viro & fœmina. Vnde hoc quartum quasi Christo proprium relinquebatur, vt produceretur ex fœmina sine viro.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ quia sexus masculinus est nobilior quàm fœmineus, ideo humanam naturam in masculino sexu assumpsit: ne tamen sexus fœmineus contemneretur, congruum fuit vt carnem assumeret de fœmina. Vnde Aug. dicit in lib. de Agone Christiano: Nolite vosipsos contemnere viri, filius Dei virum suscepit: nolite vosipsas contemnere fœminæ, filius Dei natus ex fœmina est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Aug. dicit. 23. lib. contra Faustum (qui hac obiectione vtebatur) Non planè, inquit, catholica fides, quæ Christum Dei filium, natum secundum carnem credit ex virginem, vllo modo eundem Dei filium sicut in vtero mulieris includit, quasi extrà non sit, quasi cæli & terræ administrationem deseruerit, quasi à Patre recesserit: sed vos Manichæi corde illo, quo nihil potestis nisi corporalia phantasmata cogitare, ista omnino non capitis. Vt enim dicit in Epistola ad Volusia. Hominum iste sensus est nihil nisi corpora valentium cogitare: quorum nullum potest esse vbiq; totum: quoniam per innumerabiles partes aliud alibi habeat necesse est. Longè alia est animæ natura quàm corporis: quantò magis Dei, qui creator est animæ & corporis, & nouit vbique totus esse & nullo contineri loco: nouit venire, non recedendo vbi erat: nouit abire, non deserendo quò venerat?

¶ Ad tertium dicendum, quòd in conceptione viri ex fœmina non est aliquid immundum, inquantum est opus Dei: vnde dicitur Act. 10. Quod Deus creauit, tu ne commune dixeris, id est immundum. Est ibi tamen aliqua immunditia ex peccato proueniens prout cum libidine quis concipitur ex commixtione maris & fœminæ, quod tamen in Christo non fuit, vt suprà ostensum est.

¶ Si tamen aliqua esset ibi immunditia, ex ea non inquinaretur Dei verbum quod nullo modo est immutabile vel alterabile. Vnde Augustinus dicit in lib. contra quinque hæret. Dicit Deus creator hominis, Quid est quod te permouet in mea natiuitate? non sunt libidinis conceptus cupiditate: ego matrem de qua nascerer feci. Si solis radius cloacarum sordes siccare nouit, eis inquinatus non nouit: quantò magis splendor lucis æternæ, quocunq; radiauerit mundare potest, & ipse pollui non potest?

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm corpus Christi de purissimis sanguinibus Virginis formatum fuerit.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd caro Christi non fuerit concepta ex purissimis sanguinibus Virginis. Dicitur enim in collecta, quòd Deus verbum suum de Virgine carnem sumere voluit. Sed caro differt à sanguine Virginis. Ergo corpus Christi non est sumptum de sanguine Virginis.

¶ Præterea, Sicut mulier formata est miraculosè de viro, sic corpus Christi miraculosè formatum est de Virgine. Sed mulier non dicitur esse formata de sanguine viri, sed magis de carne & ossibus eius, secundum illud quòd dicitur Gen. 2. Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea. Ergo videtur quòd nec etiam corpus Christi formari debuerit de sanguine Virginis, sed de carnibus & ossibus eius.

¶ Præterea, Corpus Christi fuit eiusdem speciei cum corporibus aliorum hominum: sed corpora aliorum hominum non formantur ex purissimo sanguine, sed ex semine & sanguine menstruo. Ergo videtur quòd nec etiā corpus Christi fuerit conceptum ex purissimis sanguinibus Virginis.

¶ SED CONTRA est quod Damas. dicit. in 3. libr. quòd filius Dei construxit sibiipsi ex castissimis & purissimis sanguinibus Virginis carnem animatam anima rationali.

CONCLVSIO.

¶ Conceptum fuit Christi corpus ex purissimis & castissimis virginis sanguinibus ad ampliorem digestionem per virtutem generatiuam beatæ virginis reductis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est, in conceptione Christi fuit secundum conditionem naturæ, quòd est natus ex fœmina, sed supra conditionem naturæ, quòd est natus ex Virgine. Habet autem hoc naturalis conditio, quòd in generatione animalis fœmina materiam ministret, ex parte autem maris sit principium actiuum in generatione, sicut probat Philosophus in lib. de Generatione animalium. Fœmina autem quæ ex mare concipit, non est virgo. & ideo ad supernaturalem modum generationis Christi pertinet, quòd actiuum principium in generatione illa fuerit virtus supernaturalis diuina. Sed ad naturalem modum generationis eius pertinet, quòd eius materia, de qua corpus eius conceptum est, sit conformis materiæ quam aliæ fœminæ subministrant ad concede modo ergo concipiēdi in vtero illo quæsiuit, in quo ex semine concipi consueuit. Amplius, beata Virgo in Euangelio dicitur prægnans, & quòd peperit filium, & quòd est mater: quæ omnia falsa essent. Nam habens infantem in corde, non est prægnans, sicut nec si haberet infantem in stomacho, aut in ventriculo cerebri: prægnās enim sola illa dicitur, quæ in loco naturali infantem conceptum habet. Similiter nec mater aut pater dici potest, sicut nec Adam fuit pater aut mater Eue, licet ex eius parte vna fuerit formata Eua. tollit ergo veritatem maternitatis beatæ Virginis respectu Christi error iste, Vnde & statim damnatus fuit Romæ me præsente.

3. dist. 3. q. 2. art. 1. q. 3. Annot.

¶ In responsione ad tertium aduerte diligenter vim argumenti: vt ex notitia nodi intelligas solutionē. Obiicit duo tertium argumentum, scilicet semen & menstruum esse ex quibus aliorum hominum corpora formantur, (anquàm ex materia: constat enim vtrunque opponi puro sanguini: ac propterea Christi corpus ex eisdem formatum, si eiusdem est speciei nobiscum. Respondet Autor figillatim ad singula. Et de semine quidem mulieris quatuor dicit: primum, quòd non est aptum generationi: secundum quòd est in genere seminis imperfectū quid. tertium, quòd non est materia necessaria ad conceptum. quartum, quòd cum quadam cōcupiscentia resoluitur. Et infert Autor tertium ex primo & secundo confirmans illud autoritate Arist. In specialī autē dicit corpus Christi nō fuisse ex tali materia, tum propter tertium dictum, tum propter quartum: & confirmat illud autoritate Damas. Habes hinc Autorem firmare sententiam dicentiū id, quod semen mulieris vocatur, esse verè in seminis genere, licet vt imperfectum quid. Ineptum autem esse ad generationem intellige, vt semē quod in genere causæ efficientis locari nosti, in 7. Met. & propterea non infert Autor totalem exclusionem illius à conceptu, sed necessarium concursum tantummodo excludit.

¶ De hac materia multa scripsimus in præcedēti libro: & ideo nunc pertransseo, præmonendo nouitios, ne sic sectentur dictam sententiam à Damasce. sumptam, quasi articulum fidei, aut tanquam oppositum erroneum putent. Tenētes enim materiam humani fœtus

Universidad de Deusto
Biblioteca

proximam esse mulieris semen: absque fidei iniuria dicerent, quòd sicut ad virginitatem matris Christi spectat sanguis eius ad locũ naturalem generationis alterius fuerit absq; concupiscentia: ita ad eiusdem Virginalis cõceptus miraculum spectat quòd absque libidine fuerit actus reflexum semen habitum fuerit. Et propterea instruxit Angelus Virginem de modo conceptus, non dixit tãtùm, Spiritus sanctus superueniet in te, sed addidit, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ab actu proculdubio concupiscentiæ: umbra enim opus non est nisi propter actum, qui esset non protegente umbra.

¶Nec obstat integritati virginitati mentis & corporis, talis concursus seminis: cum ad cõceptum quoniam naturalis & voluntaria retolario feminis virginitatem tollit mulieris non autem miraculosa supra naturæ cursum: & non voluntaria in se ipsa, sed tantùm in sua causa. Vt verba hearæ Virginis ad Angelum monstrant: Ecce ancilla Domini (vbi non dam se Domino subiiciendo obtulit) fiat mihi secundum verbum tuum vbi consensum non ad seminis dumised ad Spiritus sancti superuentum & obumbrationé, illisque Dei cõceptum virgineum præbuinhęc enim Angelus annuntiabat. Constat namque cõsensum illum ad eon firmandam virginitatem tam mirabilem pertinere. de qua solicita fuerat interrogando. Quomodo fieri istud quoniam virum non cognosco? securã fiquidem reddidit per subiecti tum Angeli: respon sionem de virginitate non solum seruanda, sed mirabili conceptu & diuina prole magnificandã, nullum mentalì virginitati detrimentum insulit, dicendo, Fiat mihi secundũ verbum tuum, etiam si somnium suum miraculosè ad conceptũ hunc concutiarum mouisset.

¶ *Super Quæstionis tricesimæprimæ Articulum sextum.*

Anast. TItulus occasionem habet ex errore putantium corpus Christi formatum ex certa determinata portione transfusa successiuè de persona in personam ab Adam vsque ad beatam Virginem: fuit hoc sic opinatum esse commune omnibus hominibus, siue Christo proprium.

Comen. ¶ In corpore articuli vna est conclusio: Corpus Christi non fuit in

proximam esse mulieris semen: absque fidei iniuria dicerent, quòd sicut ad virginitatem matris Christi spectat sanguis eius ad locũ naturalem generationis alterius fuerit absq; concupiscentia: ita ad eiusdem Virginalis cõceptus miraculum spectat quòd absque libidine fuerit actus reflexum semen habitum fuerit. Et propterea instruxit Angelus Virginem de modo conceptus, non dixit tãtùm, Spiritus sanctus superueniet in te, sed addidit, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ab actu proculdubio concupiscentiæ: umbra enim opus non est nisi propter actum, qui esset non protegente umbra.

¶Nec obstat integritati virginitati mentis & corporis, talis concursus seminis: cum ad cõceptum naturalis & voluntaria retolario feminis virginitatem tollit mulieris non autem miraculosa supra naturæ cursum: & non voluntaria in se ipsa, sed tantùm in sua causa. Vt verba hearæ Virginis ad Angelum monstrant: Ecce ancilla Domini (vbi non dam se Domino subiiciendo obtulit) fiat mihi secundum verbum tuum vbi consensum non ad seminis dumised ad Spiritus sancti superuentum & obumbrationé, illisque Dei cõceptum virgineum præbuinhęc enim Angelus annuntiabat. Constat namque cõsensum illum ad eon firmandam virginitatem tam mirabilem pertinere. de qua solicita fuerat interrogando. Quomodo fieri istud quoniam virum non cognosco? securã fiquidem reddidit per subiecti tum Angeli: respon sionem de virginitate non solum seruanda, sed mirabili conceptu & diuina prole magnificandã, nullum mentalì virginitati detrimentum insulit, dicendo, Fiat mihi secundũ verbum tuum, etiam si somnium suum miraculosè ad conceptũ hunc concutiarum mouisset.

¶ *Super Quæstionis tricesimæprimæ Articulum sextum.*

Anast. TItulus occasionem habet ex errore putantium corpus Christi formatum ex certa determinata portione transfusa successiuè de persona in personam ab Adam vsque ad beatam Virginem: fuit hoc sic opinatum esse commune omnibus hominibus, siue Christo proprium.

Comen. ¶ In corpore articuli vna est conclusio: Corpus Christi non fuit in

ptionem prolis. Hæc autem materia secundum Philosophum in lib. de generatione animalium, est sanguis mulieris non quicunque, sed perductus ad quandam ampliorem digestionem per virtutem genératiuam matris, vt sic materia apta ad conceptum, & ideo ex tali materia fuit corpus Christi conceptum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cùm beata virgo fuerit eiusdem naturæ cum aliis fœminis, consequens est quòd habuerit carnem & ossa eiusdem naturæ. Carnes autem & ossa in aliis fœminis sunt actuales corporis partes, ex quibus constituitur integritas corporis, & ideo subtrahi non possunt sine corruptione corporis vel diminutione. Christus autem, qui venerat corrupta reparare, nullam corruptionem aut diminutionem integritati matris eius inferre debuit, vt suprà dictum est. Et ideo non debuit corpus Christi formari de carne vel ossibus Virginis, sed de sanguine, qui nondum est actu pars, sed est potentia totum, vt dicitur in lib. de Generatione animalium. Et ideo dicitur carnem de Virgine sumpsisse: non quòd materia corporis eius fuerit actu caro, sed sanguis, qui est potentia caro.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut in prima parte dictum est, Adam, quia institutus erat, vt principium quoddam humanæ naturæ, habebat in suo corpore aliquid carnis & ossis, quod non pertinebat ad integritatem personalem ipsius, sed solùm inquantum erat naturæ humanę principium: & de tali formata est mulier absque viri detrimento. Sed nihil tale fuit in corpore Virginis: ex quo corpus Christi posset formari sine corruptione materni corporis.

¶Ad tertium dicendum, quòd semen fœminæ non est generationi aptũ, sed est quoddam imperfectum in genere seminis, quod non potuit perduci ad perfectum seminis complementum, propter imperfectionem virtutis fœminæ. Et ideo tale semen non est materia, quæ de necessitate requiratur ad conceptum: sicut Philosophus dicit in lib. de Generatione animalium. Et ideo in conceptione corporis Christi non fuit: præsertim quia licet sit imperfectum in genere seminis tamen, cum quadam concupiscentia resolui tur, sicut & semen maris. In illo autem conceptu virginali, cõcupiscentia locum habere non potuit. & ideo Damasce. dicit quòd corpus Christi non seminaliter conceptum est. Sanguis autem menstruus, quem fœminæ per singulos menses emittunt, impuritatem quandam naturalem habet corruptionis: sicut & cæteræ superfluitates, quibus natura non indiget, sed eas expellit. Ex tali autem menstruo corruptionem habente, quod natura repudiat, non formatur conceptus: sed hoc est purgamentum quoddam illius puri sanguinis, qui digestione quadam est præparatus ad conceptum: quasi purior & perfectior alio sanguine. Habet tamen impuritatẽ libidinis in conceptione aliorum hominum: inquantum ex ipsi commixtione maris & fœminæ, talis sanguis ad locum generationi cõgruum attrahitur. Sed hoc in conceptione Christi non fuit: quia operatione Spiritus sancti talis sanguis in vtero Virginis adunatus est & formatus in prole. Et ideo dicitur corpus Christi ex castissimis & purissimis sanguinibus Virginis formatum.

ARTICVLVS VI.

¶Vtrùm corpus Christi in antiquis Patribus fuerit secundum aliquid signatum.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd corpus Christi fuerit secundum aliquid signatum in Adam & in aliis Patribus. Dicit enim Augustinus super Gene. ad literam quòd caro Christi fuit in Adam & Abraam secundum corpulentam substantiam. Sed substantia corpulenta est quiddam signatum. Ergo caro Christi fuit in Adam & Abraam & aliis Patribus secundum aliquid signatum.

¶Præterea, Rom. 1. dicitur quòd Christus factus est ex semine Dauid secundum carnem. Sed semen Dauid fuit aliquid signatum in ipso. Ergo Christus fuit in Dauid secundum aliquid signatum, & eadem ratione in aliis Patribus.

¶Præterea Christus ad humanum genus affinitatem habet, inquantum ex humano genere carnem assumpsit. Sed si caro illa non fuit secundum aliquid signatum in Adam, nullam videtur habere affinitatem ad humanum genus, quod ex Adã deriuatur: sed magis ad alias res, vnde materia carnis eius assumpta est. Videtur ergo quòd caro Christi fuerit in Adam & in aliis Patribus secundũ aliquid signatum.

¶SED CONTRA est quod Augustinus dicit 10. super Gen. ad literam: Quocunque modo Christus fuit in Adam & Abraam & aliis Patribus, alii homines etiam ibi fuerunt, sed non cognoscuntur. Alij autem homines non fuerunt in Adam & Abraam, secundum aliquam materiam signatam, sed solùm secũdum originem, vt in Prima parte habitum est. ergo neque Christus fuit in Adam & Abraam secundum aliquid signatum, & eadem ratione nec in aliis Patribus.

CONCLVSIO.

¶ Cùm Christi corpus originis relationem ad Adam & cæteros Patres non habuerit, nisi medio matris suæ corpore, nõ fuit in illis secundum aliquid signatum & determinatum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est, materia corporis Christi non fuit caro & os beatæ Virginis, nec aliquid, quod fuerit actu pars corporis: sed tantùm sanguis, qui est potentia caro. Quicquid autem fuit in beata Virgine à parentibus acceptum, fuit actu pars corporis beatæ Virginis. Vnde illud quod fuit in beata Virgine à parentibus acceptum, non fuit materia corporis Christi. Et ideo dicendum est quòd corpus Christi non fuit in Adam & aliis Patribus secundum aliquid signatum, ita scilicet quòd aliqua pars corporis Adæ vel alicuius alterius posset designari determinatè, vt diceretur quòd ex hac materia determinatè formabitur corpus Christi: sed fuit ibi secundum originem, sicut & caro aliorum hominum. Corpus enim Christi habet relationem ad Adam & alios Patres mediante corpore matris eius. Vnde nullo alio modo fuit in Patribus corpus Christi quàm corpus matris eius, quòd non fuit in Patribus secundum materiam signatam, sicut nec corpora aliorum hominum: vt in prima parte dictum est.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cùm dicitur Christus fuisse in Adam secundum corpulentam substantiam non est intelligendum hoc modo, quòd corpus Christi in Adam fuerit quædam corpulenta substantia: sed quia corpulenta substantia corporis Christi, id est, materia, quam sumpsit ex Virgine, fuit in Adam, sicut in principio actiuo, non autem sicut in materiali principio: quia scilicet per virtutem generatiuam Adæ & aliorum ab Adam descendentium vsque ad beatam Virginem, factum est vt illa materia præpararetur ad conceptum corporis Christi. Non autem fuit materia illa formata in corpus Christi, per virtutem seminis ab Adam deriuatam. Et ideo Christus dicitur fuisse in Adam originaliter, secundum corpulentam substantiam: non autem secundum seminalem rationem.

¶Ad secundum dicendum, quòd quamuis corpus Christi non fuerit

Adam & aliis Patribus secũdum aliquid signatum. Probatur: Quicquid fuit in beata Virgine a parentibus acceptum, fuit actu pars beatæ Virginis. ergo illud quod non fuit materia corporis Christi: ergo corpus Christi non fuit in Adam & aliis secundũ aliquid signatum. Antecedens pro constanti relinquitur: cuius ratio est in aliis hominibus. Prima enim & præcipua pars geniti est id quod à parentibus habetur, secũdum omnem. Prima cõsequentia probatur: quia materia corporis Christi non fuit caro aut os aut quæcunque pars actu beatæ Virginis, sed sanguis, vt patet in præcedenti articulo. Secunda vero cõsequentia probatur: quia corpus Christi habet originis relationem ad Adam & alios Patres nisi mediante corpore matris sue.

¶ *Super Quæstionis tricesimæprimæ Articulum septimum.*

Anast. TItulus, vt sonat, propter quod dicitur concipere carnem Christi in Patribus non subiectam fuisse peccato, sed immunẽ fuisse à culpa.

Comen. ¶In corpore tria: primò duo supponuntur: secundò duo excluduntur: et tertio respondetur quæsito. Quo ad primum supponitur primò, quòd est sermo cõparatiuus Christi ad Patres, supponitur secundò, quod diuersaest conditio Christi & Patrum quoad peccatum, quia illi subiecti peccato. Christus immunis à peccato. Quo ad secundum primus error esset conditionem Patrum attribuere Christo: secundus esset conditionem Christi attribuere patribus seu alicui parti eiusdem eorum. Et quia primus opinantes non habet, secundus vero habet, contra secundum dupliciter arguitur: primò, quia caro Christi non fuit in Patribus secũdum aliquid signatum, secũdò, quia non pars, sed tota caro Patrum ex concupiscentia concipitur. Quo ad tertium conclusio respondeo est: Tota caro Patrũ fuit peccato obnoxia, sic quòd nihil fuit in eis liberũ, vnde caro Christi formaretur. Inferitur hæc cõclusio ex antedictis.

¶ Vbi aduerte, Autorẽ non intulisse, Christi carnẽ in Patribus peccato obnoxiam, sed nihil carnis in Patribus exemptum fuisse à culpa. Dixerit autem propterea, ne quasi fateretur, Christũ subiacuisse peccato: & cum hoc satisfaceret rationi difficultatisque ex hoc erat in Patribus aliquid exẽptũ à peccato patalium ex quo caro Christi in Patrib⁹ immunis à peccato dicebatur.

¶ Potest nihilominus verè dici, q̃ caro Christi in Patribus, vt in Patribus erat, fuit subiecta peccato: & cũ hoc etiã verè dici, q̃ caro Christi in Patrib⁹ vt ad Christũ deducenda, nõ erat peccato obnoxia: quia nõdum ad Christum per spiritum sanctum & nõ ex vitili semine deducenda erat. Simpliciter autẽ affirmatiua est vera, scilicet, caro Christi in Patrib⁹ fuit obnoxia peccato: quoniam non de carne Christi in se, sed in Patrib⁹ cuiuslibet peccatum: & inde filio Dei maiores debemus gratias, quòd ex massa peccatrice carnem suã deduci voluit.

¶ *Super Quæstionis tricesimæprimæ Articulum octauum.*

Anast. TItulus ex verbis Apostoli ad Hebr. & Augustini

fuerit in Adam & in aliis Patribus, secũdum seminalem rationem: corpus tamen beatæ Virginis, quod ex semine maris est conceptũ, fuit in Adam & in aliis Patribus secundum rationem seminalem. Et ideo mediante beatã Virgine, Christus secundum carnem dicitur esse ex semine Dauid per modum originis.

¶Ad tertium dicendum, quòd Christus habet affinitatem ad humanum genus secundum similitudinem speciei. Similitudo autem speciei attenditur, non secundum materiam remotam: sed secundum materiam proximam, & secũdum principium actiuum, quod generat sibi simile in specie. Sic igitur affinitas Christi ad humanum genus sufficiẽter conseruatur: per hoc quòd corpus Christi formatum est ex sanguinibus Virginis, deriuatis secundum originem ab Adam, & aliis Patribus. Nec refert ad hanc affinitatem vndecunque materia illorum sanguinum sumpta fuerit: sicut nec hoc refert in generatione aliorum hominum, sicut in Prima parte dictum est.

ARTICVLVS VII.

¶Vtrùm caro Christi in Patribus fuerit peccato obnoxia.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd caro Christi in antiquis Patribus peccato infecta non fuerit. Dicitur enim Sapien. 7. quòd in diuinam sapientiam nihil inquinatum incurrit. Christus autem est Dei sapientia, vt dicitur 1. ad Cor. primo. Ergo caro eius nunquam peccato inquinata fuit.

¶Præterea, Damasc. dicit in tertio lib. quòd Christus primitias nostræ naturæ assumpsit. Sed in primo statu caro humana nõ erat peccato infecta. Ergo caro Christi non fuit infecta, nec in Adam nec in aliis Patribus.

¶Præterea, Aug. dicit. 10. super Gene. ad literam, quòd natura humana semper habuit cũ vulnere vulneris medicinam. Sed id quod est infectum, non potest esse vulneris medicina, sed magis ipsum indiget medicina. Ergo semper in natura humana fuit aliquid non infectum, ex quo postmodum est corpus Christi formatum.

¶SED CONTRA est, quòd corpus Christi non refertur ad Adam & ad alios Patres, nisi mediante corpore beatæ Virginis de qua carnem assumpsit. Sed corpus beatæ Virginis totum fuit in originali peccato conceptum, vt suprà dictum est: & ita etiam secundum quod fuit in Patribus, fuit peccato obnoxium. Ergo caro Christi, secundũ quod fuit in Patribus, fuit peccato obnoxia.

CONCLVSIO.

¶ Tametsi tota caro Patrũ peccato obnoxia fuit, Christi tamen caro, vt ad Christum spiritu sancti opere est, non virili semine deducenda, immunis à peccato extitit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd cùm dicimus Christum secundũ carnem eius fuisse in Adam & in aliis Patribus, comparamus ipsum vel carnem eius ad Adam & ad alios Patres. Manifestum autem est quòd alia fuit conditio Patrum, & alia Christi: nam Patres fuerunt subiecti peccato, Christus autem fuit omnino a peccato immunis. Dupliciter ergo in hac comparatione errare contingit. Vno modo vt attribuamus Christo vel

carni eius conditionem, quæ fuit in Patribus, puta si dicamus, quòd Christus in Adam peccauit: quia in eo aliquo modo fuit, quod est falsum: quia non eo modo in eo fuit, vt ad Christum peccatum Adæ peruenire: quia non deriuatur ab eo secundum concupiscentiæ legem, siue secundum rationem seminalem, vt suprà dictum est. Alio modo contingit errare, si attribuamus ei, quod actu fuit in Patribus, conditionem Christi vel carnis eius, vt scilicet, quia caro Christi, secundum quod in Christo fuit, non fuit peccato obnoxia: ita etiam in Adam & in aliis Patribus fuerit aliqua pars corporis eius, quæ non fuit peccato obnoxia, ex qua postmodum corpus Christi formaretur: sicut quidã posuerunt. Quod quidam esse non potest. Primò, quia caro Christi non fuit secundum aliquid signatum in Adam & in aliis Patribus, quod posset distingui à reliqua eius carne, sicut purum ab impuro: sicut iam suprà dictum est. Secundò, quia cùm caro humana peccato inficiatur ex hoc, quòd est per concupiscentiam cõcepta: sicut tota caro alicuius hominis per concupiscentiam concipitur ita tota peccato inquinatur. Et ideo dicendum est, quòd tota caro antiquorum Patrum fuit peccato obnoxia, nec fuit in eis aliquid à peccato immune, de quo postmodum corpus Christi formaretur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus non assumpsit carnem humani generis subiectam peccato, sed ab omni infectione peccati mundatam. Et ideo in Dei sapientiam nihil inquinatum incurrit.

¶Ad secundum dicendum, quòd Christus dicitur primitias nostræ naturæ assumpsisse quantum ad similitudinem conditionis: quia scilicet assumpsit carnem peccato non infectam, sicut fuerat caro hominis ante peccatum. Non autem hoc intelligitur secundum continuationem puritatis: ita scilicet quòd illa caro puri hominis conseruaretur à peccato immunis, vsque ad formationem corporis Christi.

¶Ad tertium dicendum, quòd in humana natura ante Christum erat vulnus, id est, infectio originalis peccati in actu: medicina autem vulneris non erat ibi actu, sed solùm secundum virtutem originis: prout ab illis Patribus propaganda erat caro Christi.

ARTICVLVS VIII.

¶Vtrùm Christus in lumbis Abræ fuerit decimatus.

3. dist. 3. q. 4. ar. 3. qua. 2. Et q. 4. dist. 1. qua. 2. art. 2. q. 3. ad 2. Et dist. 2. q. 1. art. 2. ad 4.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd Christus fuerit in lumbis Abræ decimatus. Dicit enim Apostolus ad Heb. 7. quòd Leui prone pos Abræ decimatus fuit in Abraam, quia eo decimas dante Melchisedec, adhuc Leui erat in lumbis eius. Sed similiter Christus erat in lumbis Abræ quando decimas dedit. Ergo ipse etiam Christus fuit decimatus in Abraam.

¶Præterea, Christus est ex semine Abræ secũdum carnem, quam de matre accepit. Sed mater eius fuit decimata in Abraam. Ergo pari ratione Christus.

¶Præterea, Illud in Abraam decimabatur, quod curatione indigebat, vt Aug. dicit 10. super Gen. ad literam. Curatione autem indiget omnis caro peccato obnoxia. Cùm igitur caro Christi fuerit peccato obnoxia (sicut dictum est) videtur quòd caro Christi in Abraam fuerit decimata.

¶Præterea, Hoc non videtur aliquo modo derogare dignitati Christi: nihil enim prohibet patre alicuius Pontificis decimas dante alicui sacerdoti, filium eius Pontificem maiorem esse simplici sacerdoti, licet ergo dicatur Christus decimatus Abraam decimas dante Melchisedec, non tamen propter hoc excluditur, quin Christus sit maior quam Melchisedec.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit 10. super Gen. ad literã, quòd Christus ibi, scilicet in Abraam, decimatus nõ est: cuius caro inde non feruoré vulneris, sed materiã medicaminis traxit.

CONCLVSIO.

¶ Cùm caro Christi nullo modo fuerit peccato obnoxia, non fuit etiam decimata in lumbis Abræ.

¶RESPONDEO dicendum, quòd secundum intẽtionem Apostoli oportet dicere q̃ Christus in lumbis Abræ non fuerit decimatus. Probat enim Apostolus, maius esse sacerdotium, quod est secundum ordinem Melchisedec, sacerdotio Leuitico, per hoc quod Abraam decimas dedit Melchisedec, adhuc Leui existente in lumbis eius, ad quem pertinet legale sacerdotium. Si autem Christus etiam in Abraam decimatus esset, eius sacerdotium non esset secundum ordinem Melchisedec, sed minus sacerdotio Melchisedec. Et ideo dicendũ est, quòd Christus non est decimatus in lumbis Abræ, sicut Leui. Quia enim ille qui decimas dat, nouem sibi

Universidad de Deusto
Biblioteca

occasionē habet. Et significat esse decimatū, soluisse decimas per ministerium Abrae.

Coment. ¶In corpore est vna cōclusio: Christus nō fuit in lumbis Abrae decimans. Probatur dupliciter: primò auctoritate Apostoli: secundò ratione. Et ex auctoritate qui dem Apostoli arguitur ducendo ad impossibile sic: Si Christus fuisset decimatus in lumbis Abrae, eius sacerdotiū non esset secundum ordinem Melchisedec, sed minus ipso, sicut Leui. Probatur sequela, quia per hoc q̄ Leui existēs in lūbis Abrae, Abraam dedit decimas Melchisedec, Probatur ab Apostolo sacerdotium Leui esse minus sacerdotio Melchisedec. Ex ratione autem mystica probatur: Dās decimas protestatur, se imperfectū, & perfectionē alij tribuere: ergo Abraam dando decimas, protestatus est se & suos contracturos originale peccatū, curatione indigere à Christo: ergo oēs qui fuerunt in lumbis Abrae, non solùm secundū corpulentiā substantiam, sed etiā secundum rationem seminalem, fuerunt decimati: ergo Christus non fuit decimatus. Antecedens probatur, quia dans decimas, nouem sibi retinet, & decimam perfectiōis signū alij tribuit. Probatur signum perfectionis, q̄a decimus est quodammodo terminꝰ numerorum: nā numerando, vsque ad decem procedimus: & inde replicamus vnum supra decem, vndecim, &c. prosequēdo: Prima consequētia probatur quo ad primam partē: quia Imperfectio humani generis est propter peccatum in lignis curationē & solus Christus curator est peccati: iuxta illud, Ecce qui tollit peccatum mundi: & ipsum prāfigurabat Melchisedec: vt patet ex Apostolo. Et hāc quo ad secundā partem. Secunda verò cōsequentia probatur: quia per rationē seminalē originale peccatum cōtrahitur. Tertia autem consequentia probatur, quia solus Christus non fuit secundum rationem seminalem in Patribus.

¶ *super Quæstionis tricesimæ secundæ Articulum primum.*

Annot. Titulus clarus est, licet nomen occasionem ex Symbolo: Qui conceptus est de Spiritu sancto.

Coment. ¶In corpore vnica conclusio: Conceptio corporis Christi, licēt tota sit Trinitatis: attribuitur tamen Spiritui sancto. Probatur secūda pars, de qua est quæstio, triplici ratione: & ratiōes in litera clarè patent.

Annot. ¶ Duo tamen pro noui

retinet, & decimam alij tribuit, quod est pfectionis signū (in quantum est quodammodo terminus omnium numerorū, qui procedūt vsq; ad decē) inde est, quòd ille, qui decimas dat, protestatur, se imperfectū, & perfectionē alij tribuere. Imperfectio autem humani generis est propter peccatum, quod indiget perfectione eius, qui à peccato curat. Curare autem à peccato, est solius Christi: ipse enim est agnus, qui tollit peccatū mundi, vt dicitur Ioan. 1. Figurā autem eius gerebat Melchisedec, vt Apostolus probat Hebr. 7. Per hoc ergo, quòd Abraam Melchisedec decimas dedit, præfigurauit se velut in peccato concepturn: & omnes qui ab eo descensuri erāt, ea ratione, vt peccatum originale contraherent, indigere curatione, quæ est per Christum. Isaac autē & Iacob & Leui & omnes alij sic fuerunt in Abraam, vt ex eo deriuarentur, nō solùm secundum corpulentam substantiam, sed etiam secūdum rationem seminalem, per quam originale peccatū contrahitur. Et ideo omnes in Abraam sunt decimati, id est, præfigurati indigere curatione, quæ est p Christū. Solus autē Christus sic fuit in Abraam, vt ab eo deriuaretur non secundum rationē seminalem, sed secundum corpulentam substantiā. Et ideo non fuit in Abraam sicut curatione indigēs, sed magis sicut vulneris medicina, & ideo non fuit in lūbis Abraæ decimatus. Et per hoc patet responsio ad primum.

¶AD SECVNDVM dicendū, quòd quia beata Virgo fuit in originali concepta, fuit in Abraam sicut curatione indigens: & ideo fuit ibi decimata, velut inde descendens secundum seminalem rationem. De corpore autem Christi non est sic, vt dictum est.

¶Ad tertium dicendū, quòd caro Christi dicitur fuisse in antiquis Patribus peccato obnoxia, secundum qualitatem, quam habuit in suis parentibus, qui fuerunt decimatinō autem secundū qualitatē, quam habet, prout est actu in Christo, qui non est decimatus.

¶Ad quartū dicendū, quòd sacerdotium Leuiticum secundum carnis originē deriuabatur: vnde non minus fuit in Abraam, quàm in Leui. Vnde per hoc quod Abraam decimas dedit Melchisedec tanquam maiori, ostenditur sacerdotium Melchisedec, in quantum gerit figuram Christi, esse maius sacerdotio Leuitico. Sacerdotium autē Christi nō sequitur carnis originem, sed gratiam spiritualem. Et ideo potest esse quod pater det decimas alicui sacerdoti tanquā minor maiori: & tamen filius eius si fit pontifex, est maior illo sacerdote non propter carnis originē, sed propter gratiam spiritualem, quam habet à Christo.

QVAESTIO TRICESIMA SECUNDA, *de conceptione Christi, quo ad actiuum principium, in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de principio actiuo in conceptione Christi

¶Et circa hoc quærūtur quatuor.

¶ Primò, vtrùm Spiritus sanctus fuerit principium actiuum conceptionis Christi.

¶ Secundò, vtrùm possit dici quòd Christus sit conceptus de Spiritu sancto.

¶Tertiò, vtrùm possit dici, quòd Spiritus sanctus sit pater Christi secundum carnem.

¶ Quartò, vtrùm beata Virgo aliquid actiuè

egerit in conceptione Christi.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm Spiritus sanctus fuerit principium alicuius conceptionis Christi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd efficere cōceptionem Christi, non debet attribui Spiritui sancto. Quia vt Augustꝰ dicit in primo de Tri. Indiuisa sunt opera Trinitatis sicut & indiuisa est Trinitatis essentia. Sed efficere conceptionem Christi, est quoddā opus diuinū. Ergo videtur quod non magis sit attribuendū Spiritui sancto quàm Patri vel Filio.

¶Præterea, Apostolus dicit Gal. 4. Cùm venit plenitudo tēporis, misit Deus filium suum factum ex muliere. Quod exponens Aug. in 4. de Tri. dicit: Eo vtique missum, quo factum ex muliere. Sed missio Filij attribuitur præcipuè Patri, vt in Prima parte habitum est. Ergo & conceptio secundum quam factus est ex muliere, debet præcipuè Patri attribui.

¶Præterea, Prouer. 9. dicitur: Sapientia ædificauit sibi domum. Est autem sapientia Dei ipse Christus: secūdum illud 1. ad Cor. 1. Christum Dei virtutem & Dei sapientiā. Domus autem huius sapientiæ est corpus Christi, quod etiam dicitur templum eius, secundū illud Ioan. 2. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Ergo videtur quod efficere conceptionem corporis Christi, debet præcipuè attribui Filio, non ergo Spiritui sancto.

¶SED CONTRA est quod dicitur Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te, &c.

CONCLVSIO.

¶ Christi corpus quanquam à tota fuerit Trinitate, rationabiliter tamen attribuitur Spiritui sancto.

¶RESPONDEO dicendum, quòd cōceptionem corporis Christi tota Trinitas est operata: attribuitur tamen hoc Spiritui sancto triplici ratione. Primò quidem: quia hoc congruit causæ incarnationis, quæ considerata ex parte Dei. Spiritus enim sanctus est amor Patris & Filij, vt in Prima parte habitum est. Hoc autem ex maximo Dei amore prouenit, vt filius Dei carnem sibi assumeret in vtero virginali. Vnde dicitur Ioan. 3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Secundò: quia hoc congruit causæ incarnationis ex parte naturæ assumptæ. Per hoc enim datur intelligi, quòd humana natura assumpta est à filio Dei in vnitatem personæ, non ex aliquibus meritis, sed ex sola gratia: quæ Spiritui sancto attribuitur, secundum illud 1. ad Corinth. 12. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus. Vnde Aug. dicit in Enchi. Iste modus quo est natus Christus de Spiritu sancto, insinuat nobis gratiam Dei, qua homo nullis præcedentibus meritis, in ipso primo exordio naturæ suæ quo esse cœpit, verbo Dei copularetur in tantam personæ vnitatem, vt idem ipse esset filius Dei. Tertiò: quia hoc congruit termino Incarnationis. Ad hoc enim terminata est Incarnatio, vt homo ille qui concipiebatur, esset sanctus & filius Dei. Vtrumque autem horum attribuitur Spiritui sancto. Nam per ipsum efficiuntur homines filij Dei: secundum illud Galat. 4. Quoniam estis filij Dei, misit Deus Spiritum filij sui in corda vestra, clamantem Abba, pater. Ipse est etiam Spiritus sanctificationis: vt dicitur Rom. 1. Sicut ergo alij per Spiritum sanctum sanctificantur spiritualiter, vt sint filij Dei adoptiui: ita Christus per Spiritum sanctum est in sanctitate conceptus, vt esset filius Dei naturalis. Vnde Rom. 1. secundum vnam gloss. quod præmittitur, scilicet, Qui prædestinatus est filius Dei in virtute, manifestatur per id quod immediatè sequitur, Secundum Spiritum sanctificationis, id est, per hoc quòd est conceptus de Spiritu sancto. & Angelus annuntians ex hoc quod præmiserat, Spiritus sanctus superueniet

¶ *Super Quæstionis tricesimæ secundæ Articulum secundum.*

Annot. Titulus circa proprietatem loquutionis versatur: & propterea an dicit deberi, quæritur, & conclusio hæc in illa præpositione De.

Coment. ¶ In corpore articuli vna est conclusio: Conuenienter dicere possumus Christū cōceptum esse de Spiritu sancto. Probatur & declaratur. Probatio est: In Spiritu sancto duplex est habitudo ad Christū conceptū, scilicet consubstantialitatis & causalitatis efficiātiæ: ergo cōuenienter potest dici conceptus de Spiritu sancto. Antecedens probatur ex quòd nec à Patre nec à Spiritu sancto est assumptum: & propterea incarnatum esse non appropriatur, sed proprium est Filio. ratio autem ex dictis patet.

¶ *Num Spiritus sanctus Filius Dei officiat.* *Quæst.*

¶ Secundò dubium occurrit in 1. ratione circa probationē ex Apostolo ad Gal. 4. non enim infert intentum, sicut licet quòd Spiritus sanctus efficiat filios Dei: sed quòd faciat eos clamare Abba, Pater.

¶ Ad hoc dicitur, quòd licet in naturalibus filis hominum aliud sit principium naturæ, & aliud principium operationis: in filio tamen adoptiuo per liberum arbitrium, quo ferimur in Deum, id est principium filiationis, & operationis propriæ filiorum: quia adiuuatum Dei dispositionem spectat, vt rationales creaturæ per rationis vsum ad se trahat. Et propter ea ex eo, quòd Spiritus sanctus efficit propriam operationem filiorū Dei, quæ est, clamare Abba, pater: optimè infertur posteriori tamen, quòd ipse est effector filiorū Dei, quos cùm efficit, facit clamantes ad Deū, Pater, pater.

¶ *Super Quæstionis tricesimæ secundæ Articulum tertium.*

Clmcat. Titulus clarus.

¶ In corpore articuli tria fiunt. primò præmittitur ratio paternitatis & filiationis tā perfectæ quàm imperfectæ secundum quid. Attenditur secundò communis regula de prædicatione vnius respectiui eiusdem perfectæ & imperfectæ. Tertiò ex his respōdetur quæstio. ¶Quo ad primum duo de his dicuntur. Primò quòd gentes quid attendātur: secundò distinguuntur in perfectæ vel imperfectæ rationis membra. Paternitas igitur & filiatio in animalium generatione secundum finem, id est proprie dicuntur. Omnes particulæ in litera sigillatim & clarè declarant. Distinguuntur autē paternitas & filiatio secundum perfectā vel imperfectā rationem, iuxta directæ rationis similitudinem: nam animal ex animali non excelleret viuente, quam animal procedēs ex perfecte accipit similitudinem producentis, perfectè ibi est pater & filius, si imperfecta est similitudo, imperfecta quoq; est patris filiique ratio. Declaratur itaque exēplis Patris secundū creationem & secundū adoptionem gratiæ.

¶ Quo ad secundum, regula est: De aliquo dicitur secundum perfectā rationem, non dicitur de eodem secūdum imperfectam rationē. Declaratur exēplo de homine. secundum rationē veri & secundū rationē picti hominis respectu hominis. & patet litera.

nisi aliquo modo cōmixtis. Sed corpus Christi formatum est de virgine Maria. Si ergo Christus dicatur cōceptus de Spiritu sancto, videtur quòd facta sit commixtio quædam Spiritus sancti & materiæ, quam Virgo ministrauit: quod patet esse falsum. Non ergo Christꝰ debet dici cōceptus de Spiritu sancto.

¶SED CONTRA est quod dicitur Matthæ. primo, Antequam conuenirent, inuēta est in vtero habens de Spiritu sancto.

CONCLVSIO.

¶ Filius Dei conuenienter de Spiritu sancto conceptus in Scripturis dicitur, quia eius opere corpus formatum est, & ei æqualis in substantia conceptus est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd conceptio non attribuitur soli corpori Christi, sed etiam ipsi Christo ratione ipsius corporis. In Spiritu autem sancto duplex habitudo consideratur respectu Christi. Nam ad ipsum filium Dei, qui dicitur esse conceptus, habet habitudinem consubstantialitatis: ad corpus autem eius habet habitudinem causæ efficientis. Hæc autem præpositio De, vtrang; habitudinem designat, sicut cùm dicimus hominem aliquem esse de suo patre. Et ideo conuenienter dicere possumus Christū esse conceptum de Spiritu sancto, hoc modo, quòd efficientia Spiritus sancti referatur ad corpus assumptum: consubstantialitas verò ad personam assumentem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd corpus Christi, quia non est consubstantiale Spiritui sancto, non propriè potest dici de Spiritu sancto conceptū, sed magis ex Spiritu sancto. Sicut Amb. dicit in libr. de Spiritu sancto, quod ex aliquo est, aut ex substantia, aut ex potestate eius est. Ex substantia, sicut filius, qui à patre est: ex potestate, sicut ex Deo omnia: quomodo & in vtero habuit Maria ex Spiritu sancto.

¶Ad secundum dicendum, quòd super hoc videtur esse quædam diuersitas Hieron. ad quosdam alios doctores, qui asserunt Spiritum sanctum in conceptione Christi fuisse pro semine. Dicit enim Chrysostom. super Matth. Vnigenito Dei in Virginem ingressuro præcessit Spiritus sanctus, vt præcedente Spiritu sancto in sanctificationem, nascatur, scilicet Christus secundum corpus, diuinitate ingrediente pro semine. Et Damas. dicit in 3. lib. Obumbrauit super ipsam Dei sapientia & virtus, velut diuinum semen.

¶Sed hoc de facili soluitur: quia secundum quòd in semine intelligitur virtus actiua, sic Chryso. & Damasc. comparant semini Spiritum sanctum: vel etiam Filium qui est virtus Altissimi. Secundum autē quòd in semine intelligitur substantia corporalis, quæ in conceptione transmutat, negat Hiero. Spiritū sanctū fuisse pro semine.

¶Ad tertiū dicendum, quòd sicut Aug. dicit in Enchi. non eodem modo dicitur Christus conceptus aut natus de Spiritu sancto & de Maria virgine, sed de Maria virgine materialiter, de Spiritu sancto verò effectiuè. Et ideo non habuit hic locum commixtio.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm Spiritus sanctus dici debeat pater Christi secundum carnem.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Spiritus sanctus debeat dici pater Christi secundum humanitatē. Quia secundū Philosophū in lib. de Generatione animaliū, pater dat principiū actiuū in generatione, mater verò ministrat materiam. Sed beata Virgo dicitur mater Christi propter materiā quam in conceptione eius ministrauit. Ergo videtur quòd etiam Spiritus sanctus possit dici pater eius, propter hoc, quòd fuit principium actiuum in conceptione ipsius.

¶Præterea, Sicut mentes aliorum sanctorum formantur per Spiritum sanctum, ita etiam corpus Christi est per Spiritum sanctum, formatum. Sed alij Sancti propter prædictam formationem dicuntur filij totius Trinitatis, & per consequens Spiritus sancti. Videtur ergo quòd Christus debeat dici filius Spiritus sancti, inquantum corpus eius est Spiritu sancto formatum.

¶Præterea, Deus dicitur pater noster secundū hoc, q̄ nos fecit se-

Annot. ¶ Vbi aduerte, quòd regula intelligitur de prædicatione simpliciter & absolutè, hoc est sine additione aliqua. Et in promptu eius ratio est: quia nomē quodcunq; simpliciter enunciatum de aliquo perfecta ratione illud habente, nō significatur diminute illi conuenire: ac per hoc non secundum imperfectam, sed secundum perfectam rationem.

¶ Et scito quòd super ista regula fundatur intellectus sacræ Scripturæ, quum de Iesu Christo loquens affirmat ipsum esse Dei filium: ex hoc enim quòd esse filium Dei, Christo conuenit secundum perfectam filiationis Dei rationem (quia est naturalis filius Dei) consequens est, vt nunquam Christus intelligendus sit filius adoptiuus (sicut cæteri sancti) cùm dicitur filius Dei.

Annot.

Coment.

¶ Quo ad tertium, conclusio est, Christus nullo modo debet dici filius Spiritus sancti, aut totius Trinitatis. Probatur: Christus est filius Dei secundum perfectā rationem filiationis: ergo neque ratione creationis neque iustificationis, sed solius æternæ generationis debet dici filius Dei: ergo nec Spiritus sancti, nec Trinitatis debet dici filius. Antecedens patet. Prima consequentia probatur ex regula præsupposita. Secunda verò probatur: quia secundum quemlibet generationem filius Patris est filius.

3. dist. 4. q. 1. art. 2. q. 1. & q. 2. ad 1. 4. & in expo. lit. ad 2. Et 4. cōtra cap. 47. Et opus. 3. c. 220.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis tricesimæ secundæ Articulum quartum.

Annot. Titulus clarus, notando quòd non est quæstio, an actiuè egerit, sed an actiuè egerit in ipso actu conceptionis corporis Christi: de actione enim circa illum actum est quæstio.

Comen. ¶ In corpore articuli quatuor fuit: primò reterrat opinio quædam habens duas partes: secundò improbatur prima pars illius tertiò secunda: quartò respondetur quæstio.

¶ Quo ad primum opinio dicit beatam virginē operatam in conceptione Christi actiuè dupliciter: scilicet naturali & supernaturali virtute. Et primæ partis ratio est cōmunis de inchoatione formarū in materia p aliquod cooperatiuum principium in materia: in hoc enim ponitur differentia inter transmutationē naturalem & artificialem: quia naturalis habet tale principium in materia. & ideo naturalis artificialis verò habet solam materiā purè passiuam.

¶ Quo ad secundum triplicīter arguit contra hoc Autor. Primò interimendo fundamentum, quia ad muationem naturalem sufficit principium materiale esse passiuum ex autoritate Aristo. Secundo: quia impossibile est q materia agat ad sui formationem, quia nō est actu. agere enim est actu non potētię, semp enim æstimabitur species mouere, vt dicitur 3. Phys. Tertiò, q impossibile est aliquid nō diuisum in duas partes (vt animata) mouere seipsum: ex 8. Phys.

Annot. ¶ Adverte hīc, q oporteret digredi ad quæstiones multas, si examinādæ essent hæ rationes. Nam & de inchoatione formarum & de motu grauiū & leuium, & de maxima atq; vetustissima ambiguitate, an aliquid seipsum mouere possit, tractare oporteret & nō Theologiam, sed philosophiā puram tradere opere lōgo: propterea extra libri hunc tractāda hæc relinqui.

Comment. ¶ Quo ad tertium ponitur primò ratio secundæ partis. Et assumit ratio hæc duo. Alterum naturale: scilicet quòd mater concurrit ad generationem per proprium semen, actiuè concurrens ad generationem. Alterum supernaturale, scilicet quòd beata Virgini data est miraculosè virtus illa actiua, quam aliæ matres habent per semen, vt scilicet sine semine posset quod per semen potuisset. Et huius miraculi ratio est integritas virginitatis: cui repugnat seminis resolutio. Deinde ponitur improbatio istius opinionis quo ad radicem eius, & ipsam bipartitam. Et est ratio ista: Distinctio sexus est à natura propter diuersam operationem ad generationem opportunam. ergo est penes diuersitatem agentis & patientis: ergo tota virtus actiua est ex parte maris, passio verò ex parte fœminæ. Antecedens probatur ex secundo Cæl. sic: Sexus est propter operationem opportunam ad generationē. ergo diuersitas sexus est propter diuersam operationē opportunam ad generationem. Consequentia hæc est per se nota, & assumptum est ex primo Cæl. Vnumquodque est propter suam operationem. Consequentia principalis probatur in litera: quia distinctio operationis in generatione est secundum agens & patiens. Deinde ad huius rationis conclusionem firmandam affertur signum in litera ex plantis: quia ideo in illis non est distinctio sexus: quia actiua & passiua virtus sunt mixtæ, hoc enim signum est quòd distinctio sexus est penes actiuum & passiuum: hæc quo ad radicem positionis.

¶ Contra ipsam verò positionem procedit litera subsumendo, Beata Virgo non

accepit à Spiritu sancto, vt esset pater Christi, sed mater. ergo non accepit potentiam actiuam in conceptione. Demum duæ viæ secundum hanc opinionem excluduntur, altera dicentiū, q virtute illa supernaturali beata Virgo vti est agendo conceptionem Christi: & sic fuisset pater Christi. Altera dicentium, quòd vir tute illa beata Virgo nō est via: & sic frustra collata ei fuisset virtus actiua illa.

¶ *Num tota ratio actiui principij in generatione ex parte materiæ attendatur, passiue verò ex parte fœminæ.*

¶ Circa processum illi duo occurrunt dubia. Primum est circa cōsequentiam principalem allatę rationis, nō enim apparet illius efficacia: quoniam fundatur super illa vniuersali, Omnis diuersitas operationum ad generationem, quæ est secundum diuersitatem actiui & passiui: quæ non videtur vera, nec in litera habetur. Et quidē quòd oporteat illam vniuersaliter veram ad præbandam dictam consequentiam, patet clarissimè: quia nisi sit vniuersaliter vera, facilè negabitur consequentia, concedendo omnia assumpta: scilicet & q distinctio sexuum est ad distinctio operationis ali propter diuersam operationem: & quòd distinctio operationis ali qua est penes actiuum & passiuum. Tunc enim patet debilitas consequentiæ: quia ex hoc quòd aliqua distinctio operis ad generationem est penes actiuum & passiuum, non sequitur determinatè, ergo distinctio sexus est penes actiuum & passiuum. Sed si omnis distinctio operationis ad generationem est penes actiuum & passiuum, objicimē sequetur, ergo, distinctio sexuum est penes actiuum & passiuum, quia ipsa est manifesta ad diuersa opera ad generationem requisita.

¶ Secūdum dubium est circa secundam consequentiam, scilicet, ergo tota vis actiua se tenet ex parte patris. Nā plus infertur, quàm sequatur. licet enim sequatur, ergo vis actiua se tenet ex parte patris: non tamen sequitur, ergo tota se tenet ex illa parte. Et cōfirmatur ita secundum multos concedētes matē & fœminā distingui penes actiuū & passiuū: pater ergo cōcurrit aliqualiter per filiū, pro quāto pars filiū minis paterni materialiter concurrit ad generationē. Igitur ecōtra aliquid ex parte matris

nō incōuenit cōcurrere actiuē, quāuis principaliē cōcurrat passiuē, & sic fallitur est, tota vim actiuā ex parte matris, & totam passiuā ex parte fœminæ se tenere.

¶ Antequam ad hæc dicatur dubia, est terminandus progressus articuli, vt motis aliis propinquis dubiis possit simul responderi.

¶ Quo ad quartū respondetur quæsito duabus conclusionibus. Prima est, Beata virgo in ipsa conceptione Christi nihil actiuè operata est: sed solam materiam ministrauit. Secunda conclusio est: Ante cōceptionem operata est aliquid actiuè, præparando materiam, vt esset apta concipi, & prima cōclusio non aliter in litera probatur, quàm ex supradictis illam inferendo: si enim tota vis actiua generationis est ex parte matris. restat vt fœmina passiuè solùm concurrat. Secunda aurē cōclusio tanquā manifesta relinquitur, quasi cōsequēter se habēs.

¶ Aduerte hīc, q aliud est loqui de ipso actu conceptionis, & aliud de mensura ipsius actus. In litera nō dicitur, q beata Virgo nihil actiuè operata est in mensura actus cōceptionis: sed dicitur quòd nihil actiuè operata est in ipso actu conceptionis. Nā beata Virgo in illo instanti cōceptionis materiā ministrauit: ac per hoc actiuè operata est: quia materiā ministrare, agere proculdubio est. Ita quòd in certo tēpore præcedente instans cōceptionis, beata Virgo actiuè præparauit materiam, vt in secunda conclusione dicitur) & in instanti terminante tempus illud, quod fuit instans cōceptionis, præparatā materiam ministrauit (vt in prima conclusione dicitur) quasi ad terminū iux actionis perueniens. Ad ipsum autem conceptionis actū non concurrit actiuè, sed passiuè, tuscipiendo in materia ministrata actionem agentis Spiritus sancti loco seminis.

¶ Num Mater actiuè concurrat in generatione

Resolu. ¶ Occurrit circa cōclusionem dubium ex Scoto, 3. sent. dist. 4. q. 1. dicente cōtra doctrinā præsentis articuli arguēte. primò de matribus in cōmuni. Tum primò: quia formæ eiusdē speciei cōsequuntur potentiæ naturales eiusdē speciei: mas & fœmina sunt eiusdē speciei. ergo. Meta. ergo si formam maris sequitur potētia vegetatiua actiua, similiter & formam fœminæ. Et confirmatur: quia aliter vegetatiua maris & fœminæ differrēt. sicut actiua & passiua: & ita esset potētiæ omnino alterius rationis. Tū secundò, quia mater naturaliter plus diligit filiam quàm pater: vt patet. 8. Ethic. ergo filius est operi matris. Et probatur cōsequētia: quia patet diligit filiū vt opus suum. Tum tertiò: quia filius assimilatur magis quandoq; matri, quàm patri: ergo in matre est virtus actiua. Probatur sequela: quia agēs est assimilare sibi effectum: ita q effectus nulli assimilatur, nisi propter ali quam actionem eius. Tum quartò: quia mater est tanquā vas, in quo sicut in loco conueniente generatur proles, & de aliquo eius vt materia: non videtur plus dare matri quā pater in generatione minerę, si de aliquo eius generatur minera. & sic ta lis terra esset mater minerę: imò homo esset mater vermis in eo geniti loco conuenienti ex aliquo hominis. Et si dicatur quòd vermis nō est eiusdem speciei, obliciturq; quòd afina est mater mulæ: & tamen nō est eiusdem speciei.

Libr. 3. q. 1.

¶ Secundò principaliter obiicitur de hac matre in speciali per illud Damasceni, cap. 48. virtutem tribuens susceptiuam simul autem & generatiuam, si enim ipsa esset tantum principium passiuum, non videretur quare copulauit virtutem susceptiuæ virtutem generatiuam.

¶ Ad euidentiam motarum quæstionum, sciendum est quòd veritas quæstionis huius circa & multarum aliarum in medio consistit. Et ideo extrema sectari exercuerunt: & quia medium extremorum naturas, sapit, veritatis aliquid attigerunt. Formidinatum enim potentiæ ad partem vegetatiuam spectantes actiuæ peccabilio sunt: sed tes facta ab actiua potentia fœminæ materiale est nō actiuum generationis principium. Ita q mas & fœmina conueniunt in hoc, quòd virisque potentiæ sunt actiuæ: sed differunt in re facta per illas potentias: nam factum à mare, semen est actiuum generationis principium: factū verò à fœmina, quicquid sit illud mēstruum aut semē, materiale est generationis principiū. Hæc est Peripateticorum, quos Autor sequitur sententia. consonat q primæ Philosophiæ: quoniā sic inter matrem & fœminam vnitas specifica saluatur & in tot mis & in potentiis: & differentia ponitur ex parte corporis seu materiæ, dum penes res factas non penes potentias animæ, diuersitas formalis actiui & passiui collocatur: res enim facta ex parte corporis se tenet. Consonat quoque specificæ diuersitati maris & fœminæ in genere sexus: differentia siquidem maris & fœminæ formalis est in genere sexus, materialis autem in genere animalis: vnde ista specifica differentia ex parte materiæ consequens animalis genus rationabiliter infert in ipsis propriis effectibus maris & fœminæ diuersam rationum conditiones. Attestatur demum huic positioni ipsa exterior dispositio membrorū et suis propriis operationibus apparentibus manifestè: membra siquidē masculino sexui propria ad agendū apta conspicimus, membra verò fœmineo sexui propria ad recipiendum facta videmus, & fœminas recipere semen à maribus efficientibus illud constat. Recipere aūr adeo ineluditur in eo quod est pati, vt etiā in subst antiis immaterialibus, in quibus non manifestè apparet potētia passiua, dicamus eas tamūm pati quantum recipiunt. Quo fit, vt alienus à Philosophiæ viis sit, qui negat fœminas pati in cōceptione, experientia testante eas recipere semen virile.

¶ His præhabitis, ad primū dubiū cōtra processum litęræ dicitur, quòd fermo litęræ est de prima distinctione per se operationis ad generationem: ita quòd intentio litęræ est, q prima per se diuersitas operationū ad generandū est secundum rationem actiui & passiui. Et hęc propositio nō regat probationem: qa ad sensum est per se nota: quia cōstat quòd est secundum rationem immissionis & receptionis. Et sup hac propositione oritur sequela: quia mas & fœmina per se diuersificantur penes diuersa per se primò ad generādū: quoniā opera ad hoc à natura distinctio sexuum ordinat. vt patet.

¶ Ad secūdum verò dubium cōtra eiusdē processus alterum cōsequētiam respondetur, quòd secunda consequentia, scilicet, ergo tota vis actiua ex parte matris se tenet, rationabiliter est: qa ex eo quòd è regione diuersificatur per se primò opera generationis penes actiuum & passiuum, consentaneū est, vt tota latitudo actiui in generatione se teneat ex parte primi actiui. Quòd autem opiniones diuersæ sint de semine matris, non obstat, quin rationabilis sit positio cōtraria per pateticorum principis, quā sequitur Autor. Nō est alienum à doctrina sana tradere, q rationi consonat, licet demonstratio mathematica non habeatur, licet aliis opposita sentiant. Et de ētis siquidem quilibet pcipere potest, q ex apparentibus membris & operationibus cōstanti bus arguēdo ad ea quæ sensui nō subiacent, cōsentaneū rationi est, vt prima distinguendi inter matrem & fœminam ratio sit penes agere & pati, proculdubio generationē: propter quam per se primò est sexus, & eius diuersitas.

¶ Ad obiecta Scoti cōtra doctrinam articuli huius de matribus in communi respondetur: & ad primum dicitur, quod mirum est de isto homine assumente articulum Autoris in litera secundum, & videnter responsionē, & tamen arguente, quasi Autor nō responderit. Dicimus ergo, vt iam dictum est, quòd nec fœmina, ultimum potentiam vegetatiuā in muliere esse passiuam: actiua enim est sed materiæ, in quam semen viri agit, sicut etiam in vno & eodem homine digestiua virtus est actiua materiæ, in quam nutritiua agit, conuertendo in substantiam alitī. Nec accipias propriè, sed exempli gratia dictum in litera in responsione ad secundum, quòd potentiæ generatiuæ in mari & fœmina sint sicut ars superior & inferior. sunt enim nō diuersæ, sed eiusdem rationis in se: quamuis si ad res effectas ab eis referatur, diuersarum rationum inueniantur secundum diuersam rationem actiui & passiui agendi & patiendi: vt dictum est. Dic ergo, quòd potētia generatiua fœminæ est actiua non generationis, sed materiæ proximæ & propriæ ipsius generationis & geniti.

¶ Ad secundum dicitur, quòd mater diligit filium suum vt proprium opus effectiuè, secundum propriam materiam seu proprium corpus ipsius filij: est enim ipsa effectiua causa materiæ proximæ, vt dictum est.

¶ Ex hoc patet responsio ad tertium, concedendo quòd quia mater est causa effectiua materiæ proximæ filij ideo filius assimilatur matri. Sed falluntur argentes à negata efficientia respectu actus conceptionis seu generationis in vtero, ad inferendum negari omnem efficientiam respectu filij.

QVAESTIO TRICESIMA Tertia De Modo & Ordine conceptionis Christi in quatuor articulos diuersa.

DEINDE considerandum est de modo & ordine conceptionis Christi.

¶ Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm corpus Christi in primo instanti conceptionis fuerit formatum.

¶ Secundò, vtrùm in primo instāti conceptionis fuerit animatum.

¶ Tertiò, vtrùm in primo instanti conceptionis fuerit à Verbo assumptum.

¶ Quartò, vtrùm conceptio illa fuerit naturalis vel miraculosa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Ad quartũ dicitur, q̃ nos nõ dicimus matrẽ esse vt vas seu locũ, &c. ambæ enim opiniones sunt extremæ, & q̃ mater concurrat actiuè ad generationẽ, & q̃ mater sit purè recipiẽs, & nullũ principiũ filij. Media liquidẽ est veritas: & contra tales sententias, matrẽ esse principium actiuũ materiæ filij, & passiuũ generationis eiusdem.

¶Ad obiecta ex Damasceni autoritate respõdet in litera ad primũ, quòd ideo generatiuam adiunxit Damascenus susceptiuæ, q̃a diuersas cõditiones indicãt. susceptiua quidem potentia ad filium Dei refertur, generatiua autẽ ad virginitatem matris: virgo enim manẽs virgo non potest generare: q̃ tñ generatio tunc tantũ naturaliter fieri potest à fœmina, quãdiu nec q̃ fœcunda, quam concipere põt: concipere autẽ passiuè non potest sine virili semine: quod si sit, iam non virgo conciperet. Quia ergo beatæ Virgini tribuitur est, vt manens virgo posset concipere: ideo ad hoc describendũ Damas. addidit generatiuã. potentia enim passiuæ generatiuæ, procul dubio potentia generatiua est, multùm distãt à ratione potentiæ susceptiuæ verbi Dei, vt patet.

¶ Super Quæstionis tricesimatertiæ Articulum primum.

Annot. Titulus de mẽsura formationis, qua corpus figuratũ in membrorũ interiorũ & exteriorũ forma est, quæritur, an scilicet mensura durationis ipsius formationis fuerit instans cõceptionalis: an fuerit tẽpus cõsequens conceptionem.

Cõment. ¶In corpore articuli primò distinctio trimembris: secundò singula tractãtur membra: & sic respondetur quæsito.

Distinctio est: Tria in conceptione cõsiderantur, &c. quæ clarè patent in litera.

Annot. ¶Tractando autẽ tertiũ mẽbrũ, scilicet de augmento, aduerte q̃ cùm dicit augmentũ nõ esse fiue motu localis, intelligẽdo de motu localis, formaliter vel virtualiter, hoc est vel quia motui augmentationis iungitur verè localis motus corporis quanti ad maiorem locũ: vel ipse motus augmenti affectens intrinsecè quantitatem maiorem, est collatiuus per vim sequelæ maioris loci: ac si motus ibi interueniret localis. vtro autẽ modo sit, ratio literæ currit: q̃a vtroque modo tẽpore mensuratur acquisitio maioris loci. Non est autẽ locus iste consonus discutiendæ huic quæstioni.

¶Tractando secundũ mẽbrũ, in quo tituli quæ-

¶ Vtrùm corpus Christi fuerit formatum in primo instanti conceptionis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd corpus Christi non fuerit formatum in primo instanti suæ conceptionis. Dicitur enim Ioan. 1. Quadraginta & sex annis ædificatum est templum hoc. Quod exponens Augustinus in 4. de Tri. dicit, Hic numerus perfectioni Dominici corporis apertè congruit. Et in lib. 83. Quæstionum dicit, Non absurdè 46. annis dicitur fabricatum esse templum, quod corpus eius figurabat, vt quot anni fuerunt in fabricatione templi, tot dies fuerint in corporis Dominici perfectione. Non ergo in primo instanti corpus Christi fuit perfectè formatum.

¶Præterea, Ad formationem corporis Christi requirebatur motus localis quo purissimi sanguines de corpore Virginis ad locum generationi congruum peruenirent. Nullum autem corpus potest moueri localiter in instanti: eo quòd tempus motus diuiditur secũdum diuisionem mobilis: vt probatur in 6. Phy. Ergo corpus Christi non fuit in instanti formatum.

¶Præterea, Corpus Christi formatum est ex purissimis sanguinibus Virginis, vt suprà habitum est. Non autem potuit esse materia illa in eodem instanti sanguis & caro: quia sic materia simul fuisset sub duabus formis. Ergo aliud fuit instans, in quo vltimò fuit sanguis, & aliud in quo primò fuit caro formata. Sed inter quælibet duo instantia est tempus medium. ergo corpus Christi non fuit in instãti formatum, sed per aliquod tempus.

¶Præterea, Sicut potentia augmentatiua requirit determinatum tempus in suo actu, ita etiam & virtus generatiua: vtraque enim est potentia naturalis, ad vegetatiuam animam pertinens. Sed corpus Christi fuit determinato tempore augmẽtatum. sicut & aliorum hominũ corpora: dicitur enim Lucæ 2. quòd proficiebat sapientia & ætate. ergo videtur quòd pari ratione formatio corporis eius, quæ pertinet ad vim generatiuam, non fuerit in instanti, sed dererminato tempore, quo aliorum hominum corpora formantur.

¶SED CONTRA est quod Gregorius dicit 18. Moralium, Angelo nuntiante, & Spiritu sancto adueniente, mox Verbum in vtero, mox intra vterum Verbum caro.

CONCLVSIO.

¶ Cùm spiritus sancti opere conceptum fuerit filij Dei corpus, quod assumpsit, decuit vt in instanti eodem conceptum formaretur, & à filio Dei assumeretur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in conceptione corporis Christi tria est considerare. Primò quidem motum localem sanguinis ad locum generationis: secundò formationem corporis ex tali materia. tertiò autem augmentum, quo perducitur ad quantitatem perfectam. In quorum medio ratio conceptionis consistit, nam primum est conceptioni præambulum, tertium autem conceptionem consequitur. Primum autem non potuit esse in instanti: quia hoc est contra ipsam rationem motus localis corporis cuiuscunque, cuius partes successiuè subintrant locum. Similiter & tertium oportet esse successiuum: tum quia augmentum non est sine motu locali, tum etiam quia procedit ex virtute animæ iam in corpore formato operantis, quæ non operatur nisi in tempore. Sed ipsa formatio corporis, in qua principaliter ratio conceptionis consistit, fuit in instanti, duplici ratione. Primò quidem propter virtutem agentis infinitam, scilicet Spiritus sancti, per quem corpus Christi est formatum, vt suprà dictum est. Tantò enim aliquod agens citius potest materiam disponere, quantò maioris virtutis est. Vnde agens infinitæ virtutis potest in instanti materiam disponere ad debitam formam. Secundò ex parte personæ Filij, cuius corpus formabatur: non enim erat congruum vt corpus humanum assumeret nisi formatum. Si autem ante formationem perfectam aliquod tempus conceptionis præcessisset, non posset tota conceptio attribui filio Dei, quæ non attribuitur ei nisi ratione assumptionis. Et ideo in primo instanti quo materia adunata peruenit ad locum generationis, fuit perfectè formatum corpus Christi & assumptum. Et per hoc dicitur ipse filius Dei conceptus: quod aliter dici non posset.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum Augusti. vtrobique non refertur ad solam formationem corporis Christi, sed ad formationem simul cum determinato augmento vsque ad tempus partus. Vnde secundum rationem illius numeri dicit perfici tempus nouem mensium, quo Christus fuit in vtero Virginis.

¶Ad secundum dicendum, quòd motus ille localis non comprehenditur infra ipsam conceptionem, sed est conceptioni præambulus.

¶Ad tertium dicendum, quòd non est assignare vltimum instans, in quo materia illa fuit sanguis, sed est assignare vltimum tempus, quod continuatur nullo interueniente medio ad primum instans, in quo fuit caro Christi formata. Et hoc instans fuit terminus temporis motus localis materiæ ad locum generationis.

¶Ad quartum dicendum quòd augmentum fit per potentiam augmẽtatiuam ipsius quod augetur. Sed formatio corporis fit per potentiam generatiuam, non eius qui generatur, sed ipsius generantis ex semine, in quo operatur vis formatiua ab anima Patris deriuata. Corpus autem Christi non fuit forma tum ex semine viri (sicut suprà dictum est) sed ex operatione Spiritus sancti, & ideo talis debuit esse formatio, vt Spiritum sanctum deceret. Sed augmentum corporis Christi fuit factum secundum potentiam augmentatiuam animæ Christi, quæ cùm sit specie conformis animæ nostræ, eodem modo debuit corpus illud augmentari, sicut & alia hominum corpora augmentantur, vt ex hoc ostenderetur veritas humanæ naturæ.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm corpus Christi fuerit animatum in primo instanti suæ conceptionis.

AD SECVNDVM sic procedicetur. Videtur quòd corpus Christi non fuerit animatum in primo instanti suæ conceptionis. Dicit

Annot. ¶In corpore vna est cõclusio: Corpus Christi in primo conceptionis instanti fuit animatum anima rationali. Probatur: Filius Dei conceptus est ex Spiritu sancto: ergo dum conciperetur, assumpsit corpus: ergo animatum anima intellectiua. Antecedẽs est in Symbolo. Prima consequẽtia probatur: quia aliter nõ attribuit posset filio Dei conceptum esse: secunda vera, quia assumpsit corpus mediante anima, & animam mediante spiritu, id est intellectu: vt patet ex superioribus.

¶ Super Quæstionis tricesimatertiæ Articulum tertium.

Annot. Titulus prima facie superfluit: quia iam in præcedenti articulo assumptũ & probatum est, quòd dũ conciperetur corpus Christi, assumptum est. Verumtamen si cõsideretur fuerit & proprias habet difficultates propositio ista, quæ manifestata est ad sundandum quæstiũcu, non superfluit, sed perfectioni doctrinæ attribuitur, quòd specialiter mota fit quæstio de articulo isto.

Cõment. ¶In corpore articuli vnica est cõclusio: Caro Christi est simul concepta & assumpta à Verbo. Probatur dupliciter: primò ex proprietate loquendi suprà definita, secundò deducendo ad inconueniẽs. Probatio prima est: quia illa est propria, Deus factus est homo, non autem ista, Homo factus est Deus. Hæc enim loquendi proprietas significat id quod est hominis non præexistẽtis: ac per hoc cum non prius fuisse quàm assumpsam esse. Ratio autem ad inconueniẽs est: si caro Christi fuisset prius concepta quàm assumpta, haberet aliquando propriam hypostasim præter Verbi hypostasim: & sic aut vnio Incarnationis non fuisset secundum vnam hypostasim: aut deitas fuisset composita ex tribus hypostasibus in assumptione. Hoc secundum est inconueniens. primum autem est contra mysterium Incarnationis: ergo cõtra fidem est dicere, carnem Christi prius conceptam, quàm assumptam.

Annot. ¶Aduerte hic, quòd quia fides nullum inducit inconueniens assertendum, ideo seclusis inconuenientibus responsionibus (quæ sem per pro eis solutis habendæ sunt) Autor concludit positionem hanc esse contra fidem: vnde ex qua sequitur aliquid contra fidem: ex tali, ex qua sequitur enim non esse enim Leo Papa in Epistola ad Iulianum: Non alterius naturæ erat caro Christi quàm nostræ, nec alio illi quàm cæteris hominibus anima est inspirata principio. Sed alius hominibus non infunditur anima in primo instanti suæ conceptionis, ergo nec corpori Christi anima debuit infundi in primo instanti suæ conceptionis.

¶Præterea, Anima sicut quælibet forma naturalis requirit determinatam quantitatem in sua materia. Sed in primo instanti conceptionis corpus Christi non habuit tantam quantitatem, quantam habent corpora aliorum hominum, quando animantur: alioquin si continuè fuisset postmodum augmentatum, vel citius fuisset natum: vel in sua natiuitate fuisset maioris quantitatis, quàm alij infantes. Quorum primum est contra Aug. 4. de Tri. vbi probat eum spatio nouem mensium in vtero Virginis fuisse. secundum autem est contra Leonem Papam, qui in sermone Epiphaniæ dicit quòd Magi inuenerunt puerum Iesum in nullo ab humanæ infantiæ generalitate discretum. Non ergo corpus Christi fuit animatum in primo instanti suæ conceptionis.

¶Præterea, Vbicunque est prius & posterius, oportet esse plura instantia. Sed secundum Philosophum in lib. de Generatione animalium, in generatione hominis requiritur prius & posterius: prius enim est viuum, & postea animal, & postea homo. Ergo non potuit animatio Christi perfici in primo instanti suæ conceptionis.

¶SED CONTRA est, quòd Damas. dicit in 3. lib. Simul caro, simul Dei verbi caro, simul caro animata anima rationali & intellectuali.

CONCLVSIO.

¶ Cùm filius Dei conceptus fuerit ex Spiritu sancto, ita quòd corpus mediante anima assumpsit, corpus eius in instanti suæ conceptionis animatum fuit anima rationali.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ad hoc quòd conceptio ipsi filio Dei attribuatur (vt in Symbolo confitemur, dicentes, Qui conceptus est de Spiritu sancto) necesse est dicere, quòd ipsum corpus Christi, dum conciperetur, esset à verbo Dei assumptum. Ostensum est autem suprà quòd verbum Dei assumpsit corpus mediante anima, & animam mediante spiritu, id est intellectu. Vnde oportuit quòd in primo instanti conceptionis corpus Christi esset animatum anima rationali.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd principium inspirationis animæ, potest considerari dupliciter. Vno modo secundum dispositionem corporis: & sic non ab alio principio inspirata est anima corpori Christi, & corporibus aliorum hominum, sicut enim statim formato corpore alterius hominis, infunditur anima: ita fuit in Christo. Alio modo potest considerari dictum principium solùm secundum tempus: & sic quia prius tempore formatum fuit perfectè corpus Christi, prius tempore fuit etiam animatum.

¶Ad secundum dicendum, quòd anima requirit debitam quantitatem in materia, cui infunditur, sed ista quantitas quandam latitudinem habet: quia & in maiori & in minori quantitate saluatur. Quantitas autem corporis, quam habet cum primo, sibi infunditur anima, proportionatur quantitati perfectæ, ad quam per augmentum peruenit: ita scilicet quòd maiorum hominum maiorem quantitatem corpora habent in prima animatione. Christus autem in perfecta ætate habuit decentem & mediocrem quantitatem, cui proportionabatur quantitas quã corpus eius habuit in tempore, quo aliorũ hominum corpora animantur: minorem tamen habuit in principio suæ conceptionis. Sed tamen illa parua quantitas non erat tam parua, vt in ea non posset ratio animati corporis conseruari, cùm in tali quantitate quorundam paruorum hominum corpora animentur.

¶Ad tertium dicendum, quòd in generatione aliorum hominum locum habet quod dicit Philosophus, propter hoc quòd successiuè corpus formatur & disponitur ad animam. Vnde primò, tanquam imperfectè dispositum, recipit animam imperfectam: & postmodum quando perfectè est dispositum, recipit animã perfectam. Sed corpus Christi propter infinitatem virtutis agentis fuit perfectè dispositum in instanti, vnde statim in primo instanti recepit formam perfectam, id est animam rationalem.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm corpus Christi in primo instanti suæ conceptionis fuerit à Verbo assumptum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd caro Christi prius fuerit concepta, & postmodum assumpta. Quod enim non est, non potest assumi. Sed caro Christi per conceptionem esse incepit. ergo videtur quòd fuerit assumpta à verbo Dei, postquam fuit concepta.

¶Præterea, Caro Christi fuit assumpta à verbo Dei mediante anima rationali. Sed in termino conceptionis accepit animam rationalem. ergo in termino conceptionis fuit assumpta: sed in termino conceptionis dicitur iam concepta: ergo prius fuit concepta & postmodum assumpta.

¶Præterea, In omni generato prius tempore est id quod est imperfectum, eo quod est perfectum: vt patet per Philosophum in 9. Metaphy. Sed corpus Christi est quiddam generatum. Ergo ad vltimam perfectionem, quæ consistit in vnione ad verbum Dei, non statim in primo instanti conceptionis peruenit, sed primò fuit caro concepta, & postmodum assumpta.

¶SED CONTRA est quod Augustinus dicit in lib. de fide ad Petrum: Firmissimè tene & nullatenus dubites, carnem Christi non fuisse conceptam in vtero Virginis, priusquam susciperetur à Verbo.

CONCLVSIO.

¶ Non prius caro Christi in vtero concepta fuit, quàm à verbo Dei assumpta.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) propriè dicimus Deum factum esse hominem, non autem propriè dicimus, quòd homo factus sit Deus: quia scilicet Deus assumpsit sibi id quod est hominis: non autem præxtitit id quod est hominis, quasi per se subsistens antequam susciperetur à Verbo. Si autem caro Christi fuisset concepta, antequam susciperetur à Verbo, habuisset aliquando aliquam hypostasim, præter hypostasim verbi Dei, quod est contra rationem Incarnationis: secundum quam ponimus verbum Dei esse vnitum humanæ naturæ, & omnibus partibus eius in vnitate hypostasis. Nec fuit conueniens quòd hypostasim præexistentem humanæ naturæ vel alicuius partis eius, verbum Dei sua assumptione destrueret. Et ideo contra fidem est dicere, quòd caro Christi prius fuerit concepta & postmodum assumpta à verbo Dei.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd si caro Christi non fuisset in instanti formata, seu concepta, sed per temporis successionem, oporteret alterum duorum sequi, vel quòd assumptum nondum esset caro, vel quòd prius esset conceptio carnis, quàm eius assumptio. Sed quia ponimus, conceptionem in instanti esse perfectam, consequens est quòd in illa carne simul fuit concipi & conceptum esse. Et sicut Augustinus dicit in lib. de fide ad Petrum, dicimus ipsum Dei verbum suæ carnis acceptione conceptum, ipsámque carnem Verbi incarnatione conceptam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis tricesimatertiæ Articulum quartum.

Annot. TItulus quærit, an simpliciter & absolutè cōceptio Christi fuerit naturalis vel miraculosa. Cōstat enim q; in conceptione aliquid fuerit naturale, & aliquid miraculosum: quæritur, an fuerit simpliciter & absolutè miraculosa.

Annot. ¶In corpore vna est cōclusio habens duas partes. Conceptio est simpliciter miraculosa, secundum aliquid naturalis. Declaratur & probatur. Declaratio est ex autoritate Ambrosij, quæ exponitur: quia ex parte materiæ ministra tæ à matre est naturalitas: ex parte virtutis actiuæ est supernaturalitas. Probatio est, Vnumquodque magis iudicatur secundum formam & agens, quàm materiam & patiens: ergo conceptio Christi est simpliciter miraculosa & secundum quid naturalis.

3. dist. 3. q. 2. artic. 2. Et 4. cōtra c. 45 Et quol. 6. q. 10. Et opus. 3. c. 225. vsque 223. Et Isa. 7. l. 2. col. 2. princ. Annot.

¶ Aduerte hîc, q; quia vt in secundo traditur phy. forma ex parte agentis sequitur. Ideo Autor formam agenti cōiunxit in probatione licet in declaratione solue actiuę virtutis meminerit. Rursus aduertē quòd Autor ad rem spectans, non curauit discutere tertium membrum: licet quòd illa conceptio nec naturalis nec miraculosa simpliciter est, sed secundum aliquid miraculosa & secundum aliquid naturalis. Ratio enim allata in litera non solùm concludit quòd magis est miraculosa, quàm naturalis: sed sufficiens est ad concludendum, quòd est simpliciter miraculosa: quoniam iudicio simpliciter & absolutè habendum de re, secundum formale sumitur: vt in litera fit. Et ideo ad rem, hoc est ad vim medij spectando, Autor intulit quòd simpliciter est miraculosa, licet secundum verba assumpserit concludendum q; est magis miraculosa, quàm naturalis, dum assumpsit, Vnumquodque magis iudicatur secundum formam, &c. vnde patet efficacia processus litera.

¶ Super Quæstionis tricesimæquarte Articulum primum.

Titulus clarus est, intellectus vt in mat.

Coment. ¶In corpore vnica est conclusio: Christus fuit sanctificatus in primo suæ conceptionis instanti. Probatur: Abundantia gratiæ sanctificantis animam Christi deriuatur ex ipsa Verbi vnione: ergo in primo instanti cōceptionis Christus habuit plenitudinē gratiæ sanctificantis animæ & corporis eius. Antecedens probatur Ioan. Vidimus gloriam eius quasi Vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis. Ostensum est autem suprà, quòd in primo instanti suæ conceptionis corpus Christi animatum fuit, & à verbo Dei assumptum. vnde consequens est quòd in primo instanti cōceptionis Christus habuerit plenitudinem gratiæ sanctificantis animam & corpus eius.

Consequentia probatur ex suprà dictis, quòd corpus Christi animatum & assumptum in primo suæ conceptionis instanti fuit.

¶ Aduerte hîc & in responsione ad primum, vt ipsum originis ordinē sic intueatis, vt perspiciat esse non solùm originis, sed causalitatis ordinem inter gratiam vnionis & gratiæ habitualem in Christo: hæc enim Autor hîc docet ex doctrina Euangelica, Vidimus eum plenum gratia quasi vnigenitum à Patre. Nota autem hoc, quia priora ordine generationis tūm, sunt imperfectiora, vtpote ordinata ad posteriora vt ad finem: vt artificialiū ordo in executione testatur. Sed priora ordine generationis & causalitatis simul, nō imperfectiora, sed perfectiora sunt & fines posteriorum vt patet de substantia & accidente propter homo enim prius generatur, quàm sui accidens proprium, quod ipsum cōsummatius, perfectius tamen ens homo est, q; non solùm origine, sed causalitate præcedit sua accidēs: est enim illius causa effectiua & finalis. Et simile accidit in mysterio Christi: prius enim ex equutionis ordine est gratia vnionis & posterius comitatur gratia habitualis sanctificans animam Christi: sed nō propterea est imperfectior, vt scotus in 3. sent. dist. 7. q. 1. dubio 2. secundo somniauit vel finxit, ponens, prius ordine intentionis esse summam gratiam scilicet gloriæ, & properea vnionē intentā propter dictam rationem defectuosam, scilicet prius in exequutione est posterius in intentione. Debebat apponere ipse tandem & dicere, prius secundum exequutionis tandem, est posterius oratione, ne interioris calliopiæ propositio non esset vniuersaliter vera, & nunc subsumendo, sed vnio personalis est prior ordine exequutionis tandem, aduertisset minorem hanc esse falsam, & depositisset illam inopinabilem phantasiam cōfutatā ab Euangelio, & ab vniuersis pene magistris circa excellentiam mysterij vnionis personalis. Et si quidē nō solū prior exequutione, sed causalitate omni possibilitate est enim finis & effectus reliquorū dotorū in Christo. Et ideo ex ipsa vnione concludimus & gratā & gloriam summam adeo, vt Ioan. Euangelista describens plenitudinem gloriæ in Christo, nesciens quomodo melius describeret, ve ad radicem altissimam se conferret, quum dixisset, Vidimus gloriam eius, subdidit, Gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum, &c. Nō solùm vniuersa humana natura, sed dæmones & Angeli stupent de mysterio Vnionis personalis. Et ad ipsam omnia à principio mundi ordinata conspicimus, eamquam maximum omnium sanctibilium, sicut & verè est eorum maximum: non potest siquidem maius fieri, quàm quòd homo sit verè personaliter Deus. Et iste homo non erubuit dicere eā esse postea tiorē ordine intentionis.

Vide q. 4. art. 2. ad 3.

Quæstio. *¶ Super Quæstionis tricesimæquartæ Articulum secundum.*

Titulus clarus.

¶In corpore vnica est conclusio: Christus in primo instanti suæ conceptionis habuit vsum liberi arbitrij. Probatur, Humanæ naturæ assumptæ cōuenit spiritualis perfectio à principio: ergo Christus in primo suæ conceptionis instanti habuit illam operationem, quæ potest in instanti haberi: ergo habuit tunc vsum liberi arbitrij. Antecedens habetur ex suprà dictis, q; Christus nō profecit in spirituali perfectione. Consequentia prima probatur: quia perfectio vltima nō in potentia, vel habitu, sed operatione consistit, in cuius signum secundò de Anima, operatio actus secundus dicitur. Consequentia secunda probatur: quia operatio intellectus & voluntatis, perfectior, vt scotus in 3. sent. dist. 7. q. 1. dubio secundo somniauit vel finxit, ponens, prius ordine intentionis esse summam gratiam scilicet gloriæ, & properea vnionē intentā propter dictam rationem defectuosam, scilicet prius in exequutione est posterius in intentione. Debebat apponere ipse tandem & dicere, prius secundum exequutionis tandem, est posterius oratione, ne interioris calliopiæ propositio non esset vniuersaliter vera, & nunc subsumendo, sed vnio personalis est prior ordine exequutionis tandem, aduertisset minorem hanc esse falsam, & depositisset illam inopinabilem phantasiam cōfutatā ab Euangelio, & ab vniuersis pene magistris circa excellentiam mysterij vnionis personalis. Et si quidē nō solū prior exequutione, sed causalitate omni possibilitate est enim finis & effectus reliquorū dotorū in Christo. Et ideo ex ipsa vnione concludimus & gratā & gloriam summam adeo, vt Ioan. Euangelista describens plenitudinem gloriæ in Christo, nesciens quomodo melius describeret, ve ad radicem altissimam se conferret, quum dixisset, Vidimus gloriam eius, subdidit, Gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum, &c. Nō solùm vniuersa humana natura, sed dæmones & Angeli stupent de mysterio Vnionis personalis. Et ad ipsam omnia à principio mundi ordinata conspicimus, eamquam maximum omnium sanctibilium, sicut & verè est eorum maximum: non potest siquidem maius fieri, quàm quòd homo sit verè personaliter Deus. Et iste homo non erubuit dicere eā esse postea tiorē ordine intentionis.

Coment.

¶ Super Quæstionis tricesimæquartæ Articulum secundum.

Titulus clarus.

¶In corpore vnica est conclusio: Christus in primo instanti suæ conceptionis habuit vsum liberi arbitrij. Probatur, Humanæ naturæ assumptæ cōuenit spiritualis perfectio à principio: ergo Christus in primo suæ conceptionis instanti habuit illam operationem, quæ potest in instanti haberi: ergo habuit tunc vsum liberi arbitrij. Antecedens habetur ex suprà dictis, q; Christus nō profecit in spirituali perfectione. Consequentia prima probatur: quia perfectio vltima nō in potentia, vel habitu, sed operatione consistit, in cuius signum secundò de Anima, operatio actus secundus dicitur. Consequentia secunda probatur: quia operatio intellectus & voluntatis, perfectior, vt scotus in 3. sent. dist. 7. q. 1. dubio secundo somniauit vel finxit, ponens, prius ordine intentionis esse summam gratiam scilicet gloriæ, & properea vnionē intentā propter dictam rationem defectuosam, scilicet prius in exequutione est posterius in intentione. Debebat apponere ipse tandem & dicere, prius secundum exequutionis tandem, est posterius oratione, ne interioris calliopiæ propositio non esset vniuersaliter vera, & nunc subsumendo, sed vnio personalis est prior ordine exequutionis tandem, aduertisset minorem hanc esse falsam, & depositisset illam inopinabilem phantasiam cōfutatā ab Euangelio, & ab vniuersis pene magistris circa excellentiam mysterij vnionis personalis. Et si quidē nō solū prior exequutione, sed causalitate omni possibilitate est enim finis & effectus reliquorū dotorū in Christo. Et ideo ex ipsa vnione concludimus & gratā & gloriam summam adeo, vt Ioan. Euangelista describens plenitudinem gloriæ in Christo, nesciens quomodo melius describeret, ve ad radicem altissimam se conferret, quum dixisset, Vidimus gloriam eius, subdidit, Gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum, &c. Nō solùm vniuersa humana natura, sed dæmones & Angeli stupent de mysterio Vnionis personalis. Et ad ipsam omnia à principio mundi ordinata conspicimus, eamquam maximum omnium sanctibilium, sicut & verè est eorum maximum: non potest siquidem maius fieri, quàm quòd homo sit verè personaliter Deus. Et iste homo non erubuit dicere eā esse postea tiorē ordine intentionis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ille ordo quem ponit ibi Apostolus, pertinet ad eos, qui per profectum ad spiritualem statum perueniunt. In mysterio autem Incarnationis magis consideratur defensus diuinæ plenitudinis in naturam humanam, quàm profectus humanæ naturæ, quasi præexistentis in Deum: & ideo in homine Christo à principio fuit perfecta spiritualitas.

¶Ad secundum dicendum, quòd sanctificari, est aliquid fieri sanctum. Fit autem aliquid non solùm ex contrario, sed etiā ex negatiuè vel priuatiuè opposito, sicut album fit ex nigro, & etiam ex non albo. nos autem ex peccatoribus sancti efficimur, & ita sanctificatio nostra est ex peccato. Sed Christus quidem secundum hominem factus est sanctus, quia hanc gratiæ sanctitatem non semper habuit: non tamen factus est sanctus ex peccatore: quia peccatum nunquam habuit, sed factus est sanctus ex non sancto secundū hominē, non quidem priuatiuè, vt scilicet aliquando fuerit homo & non fuerit sanctus: sed negatiuè, quia scilicet quando non fuit homo, nō habuit sanctitatem humanam, & ideo simul factus fuit homo & sanctus homo. Propter quod Angelus dicit Luc. 1. Quod nascetur ex te sanctum. Quod exponens Gregor. 18. Moral. dicit: Ad distinctionem nostræ sanctitatis Iesus sanctus nascitur asseritur, nos quippe si sancti efficimur, non tamen nascimur: quia ipsa naturæ corruptibilis conditione constringimur: ille autem solus veraciter sanctus nactus est, qui ex coniunctione carnalis copulæ conceptus non est.

¶Ad tertium dicendum, quòd aliter operatur Pater creationem rerum per Filium, aliter tota Trinitas sanctificationem hominum per hominem Christum. Nam verbum Dei est eiusdem virtutis & operationis cum Deo Patre: vnde Pater non operatur per Filium sicut per instrumentum, quod mouet: motum. Humanitas autem Christi est sicut instrumentum diuinitatis: vt suprà dictum est: & ideo humanitas Christi est sanctificans & sanctificata.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm Christus in primo instanti suæ conceptionis habuerit vsum liberi arbitrij.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur, quòd Christus secundum hominem non habuerit vsum liberi arbitrij in primo instanti suæ creationis. Prius est enim esse rei, quàm agere vel operari. Vsus autem liberi arbitrij est quædam operatio. Cùm ergo anima Christi esse inceperit in primo instanti conceptionis (vt ex prædictis patet) videtur esse impossibile quòd in primo instanti conceptionis habuerit vsum liberi arbitrij.

¶Præterea, Vsus liberi arbitrij est electio. Electio autem præsupponit deliberationem consilij: dicit enim Philosophus in 10. Ethic. quòd electio est appetitus præconsiliati. ergo videtur impossibile, quòd in primo instanti suæ conceptionis Christus habuerit vsum liberi arbitrij.

¶Præterea, Liberum arbitrium est facultas voluntatis & rationis (vt in Prima parte habitum est) & ita vsus liberi arbitrij est actus voluntatis & rationis siue intellectus. Sed actus intellectus præsupponit actū sensus, qui esse non potest sine conuenientia organorum, quæ non videtur fuisse in primo instanti cōceptionis Christi. Ergo videtur quòd Christus non potuerit habere vsum liberi arbitrij in primo instanti suæ conceptionis.

¶SED CONTRA est quod August. dicit in lib. de Trin. Mox vt Verbum venit in vterum, seruata veritate propriæ naturæ factum est caro & perfectus homo. Sed perfectus homo habet vsum liberi arbitrij: ergo Christus habuit in primo instanti suæ conceptionis vsum liberi arbitrij.

CONCLVSIO.

¶ Cùm Christus in primo instanti suæ conceptionis fuerit secundum animam perfectus, in eodem quoque instanti habuit vsum liberi arbitrij.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictū est) humanæ naturæ, quā Christus assumpsit, conuenit spiritualis perfectio, in qua non profecit, sed eam statim à principio habuit. Perfectio autē vltima non consistit in potētia vel in habitu, sed in operatione. Vnde in 2. de Anima dicitur, q; operatio est actus secundus. Et ideo dicendū est, quòd Christus in primo instanti suæ conceptionis habuit illam operationē animæ, quæ potest in instanti haberi. Talis autem est operatio voluntatis & intellectus, in qua consistit vsus liberi arbitrij. Subitò enim & in instanti perficitur operatio intellectus & voluntatis, multò magis quàm visio corporalis, eo quòd intelligere, velle & sentire, non est motus qui sit actus imperfecti (quod huc cessiuè perficitur) sed est actus iam perfecti: vt dicitur in 3. de Anima. Et ideo dicendum est quòd Christus in primo instanti suæ conceptionis habuit vsum liberi arbitrij.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd esse est prius natura quàm agere: non tamen est prius tempore, sed simul cùm agens habet esse perfectum, incipit agere, nisi fit aliquid impediens, sicut ignis simul dum generatur, incipit calefacere & illuminare. Sed calefactio non terminatur in instanti, sed per temporis successionem: illuminatio autē perficitur in instanti. Et talis operatio est vsus liberi arbitrij, vt dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd simul cùm terminatur consilium vel deliberatio, potest esse electio. Illi autem qui deliberatione consilij indigent, in ipsa terminatione consilij primò habent certitudinem de eligendis. & ideo * statim eligunt. Ex quo patet quòd deliberatio consilij non præexigitur ad electionem, nisi propter inquisitionem incerti. Christus autem in primo instanti suæ conceptionis, sicut habuit plenitudinem gratiæ sanctificantis, ita habuit plenitudinem veritatis cognitæ: secundum illud, Plenum gratiæ & veritatis. Vnde quasi habens omnium certitudinem, potuit statim in instanti eligere.

¶Ad tertium dicendum, quòd intellectus Christi secundum scientiam infusam poterat intelligere, etiam non conuertendo se ad phantasmata: vt suprà habitum est. vnde poterat in eo esse operatio voluntatis & intellectus absque operatione sensus. Sed tamen potuit in eo esse etiam operatio sensus in primo instanti suæ conceptionis, maximè quantum ad sensum tactus, quo sensu proles concepta sentit in matre, etiam antequam animam rationalem obtineat, vt dicitur in libro de Generatione animalium. Vnde cùm Christus in primo instanti quòd fit inconueniens, est extra propositū: qa de perfectione actus secundi quæritur & tractatur: vt patet. Et sic antecedēs ruit, ac per hoc totus processus litera.

¶Ad hoc dicitur, quòd aliud est acquirere simpliciter actū secundū: & aliud est trāsire de vno actu secundo in alium: quia in acquisitione simpliciter actus secundi, quando scilicet anima ex nō operante fit operans, consistit profectus ipsius animæ: proficit enim acquirendo suam perfectionē & finē, propter quē est, vnūquodq; enim est propter suam operationē, vt dicitur 2. Cæl. In trancudo verò de vno actu secundo in alium, non consistit profectus ipsius animæ: vt patet ex eo quòd quandoque ad imperfectiorem actum secundum contingit ex perfectiori transire: vbi nō proficere, sed deficere potius inuenitur. Et propterea licet nullum inconueniens sit ponere in Christi anima nouos multos actus secundos per successiuum temporis inconueniens tamen esset ponere animam ipsius totaliter carere quandoque actu secundo: quia fuisset simpliciter imperfecta, tunc & vere proficeret, non secundum hanc vel illam perfectionem, sed simpliciter: quod excellentiæ animæ assumptæ non consonat. Et quia processus litera fundatur non super hac vel illa perfectione actus secundi, sed super perfectionē spiritualem simpliciter, & super processu secundū spiritualem perfectionem simpliciter: ideo verum assumit, & efficaciter concludit. Oportet enim ponere animam Christi à principio ita perfectam simpliciter, vt non proficeret simpliciter, ad hoc autē manifestè constat sequi & quod à principio fuit in actus secundi perfectione, & quòd oppositum, scilicet quod fuerit in principio tota liter alia, secūdo actu: repugnat perfectioni simpliciter ipsius animæ à principio. Et propterea optime illatum est, quòd habuit in primo instanti illas operationes, quas potuit in illo instanti habere, secundo, intelligere &c. naturæ & decentiæ ordine. Quod dico ne contumdaris secutando, quæ est maior ratio de ista quàm de illa operatione, quòd habita fuerit in illo primo instanti: absq; dubio enim constat, primum operum nostrorū, quo reliquit vtimur, consistere in libero arbitrio: & ideo optimè concludimus in litera non solùm de possibili, sed de facto in anima Christi tunc.

* Alias non statim.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis tricesimæquartæ Articulum tertium.*

Annot. TItulus clarus est de meritis propriè dictis intellectus.

Comment. 3. dist. 13. q. 1. art. 2. q. 2. Et dist. 14. art. 3. q. 6. et dist. 18. art. 3 & 5. Et Veri q. 29. art. 8. Et opus. 3. c. 223. & 228.

¶In corpore vrg. est conclusio: Christus in primo suæ cõceptionis instanti meruit. Probatur. Christus in primo suæ conceptionis instanti per gratiam sanctificatus fuit sanctificatione perfectissimaergo secũdum proprium motum liberi arbitrij, in Deum fuit sanctificatus: ergo in primo instanti suæ conceptionis meruit. Antecedẽs probatur: qa sanctificatus est, vt esset aliorũ sanctificator. Cõsequentia vero prima probatur, distinguendo duplex sanctificationis modum, & cõparando eos. Distinctio est: Sanctificatio duplex, vel p proprium sanctificati actum, vel nõ per eo ꝓprij, sed Ecclesiæ fidẽ. Comparatio est: Prima est perfectiorum quia actus est perfectior habitu, tum quia per se est perfectius eo quod est per aliud. Secunda autẽ cõsequentia probatur: qa motus liberi arbitrij in Deũ est meritorius.

Annot. ¶Aduerte & diligenter hic tu, qui sacramenta Ecclesiæ sepius frequẽtas, qꝺ sanctificatio adultorũ est per proprium actum liberi arbitrij tẽdentis in Deũ: & similiter augmentũ sanctificationis est per augmẽtũ actus liberi arbitrij tendẽtis in Deum, hinc enim fit, vt cum frequẽtatione sacrorũ mysteriorum non crescat fan ctificatio hominis: quia scilicet homo per proprũ liberi arbitrij actũ non concurrit eo augmẽto, quod sanctificatio, quæ fieri deberet, exigeret. Vnde hi, vt fu scipientes sacramẽta in ipso susceptionis actu maximè debeant actus liter in Deum actu dilectionis consurgere.

Annot. ¶In responsione ad primũ aduerte, qꝺ de actu liberi arbitrij propriè loquitur Autor, vt patet tum ex eo qꝺ sermo eius est formalit, & liberum arbitrium sæpe nominat: tum ex eo qꝺ in præcedenti ar. in responsione ad secũdum expressè ad actum electionis deiecdit. Et hæc ideo dixerim, vt pericula, tam in Angelis, quã in Christi anima, primum actum meritorium vere fuisse actum liberũ: quanuis non indifferentẽ ad bonum & malũ, sed ex natura seu naturæ ordine (vt in littera dicitur) determinatum ad bonum. Nam nõ solùm voluntas, sed liberum arbitriũ (vt in littera dicitur) per se & naturaliter se habet ad bonum, ad malum autem per aliud, hoc est per bonum, à quo defi.

ti suæ conceptionis habuerit animam rationalem, formato iam & organizato corpore eius, multò magis in eodem instanti poterat habere operationem sensus tactus.

ARTICVLVS III.

¶Vtrum Christus in primo instanti suæ conceptionis meruerit potuerit.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christus in primo instanti suæ conceptionis mereri non potuerit. Sicut enim se habet liberum arbitrium ad merendum, ita ad demerendum. Sed diabolus in primo instanti suæ creationis non potuit peccare: vt in prima parte habitum est. Ergo neque anima Christi in primo instanti suæ creationis (quod fuit primum instans conceptionis Christi) potuit mereri.

¶Præterea, Illud quod homo habet in primo instanti suæ conceptionis, videtur ei esse naturale: quia hoc est ad quod terminatur sua generatio naturalis. Sed naturalibus non meremur, vt patet ex his quæ dicta sunt in Secunda parte. Ergo videtur quòd vsus liberi arbitrij, quem Christus habuit secundum hominem in primo instanti suæ conceprionis, non fuerit meritorius.

¶Præterea, Id quod semel aliquis meruit, iam fecit quodammodo suum: & ita non videtur quòd iterum possit illud mereri, quia nullus meretur quod suum est. Si ergo Christus in primo instanti suæ conceptionis meruit, sequitur quòd postea nihil meruerit, quod patet esse falsum. Non ergo Christus in primo instanti suæ conceptionis meruit.

¶SED CONTRA est quod Augustꝰ. dicit super Exod. Non habuit omnino Christus iuxta animæ meritum, quo potuisset proficere. Potuisset autem proficere in merito, si in primo instanti suæ conceptionis non meruisset: ergo in primo instanti suæ conceptionis meruit Christus.

CONCLVSIO.

¶Cùm Christus in primo instanti suæ conceptionis fuerit sanctificatus, vt alterũ sanctificator esset, eodem quoque instanti tum meruisse dicendum est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut supra dictum est) Christus in primo instanti suæ conceptionis sanctificatus fuit per gratiam. Est autem duplex sanctificatio: vna quidem adultorum, qui secundum propriũ actum sanctificantur. Alia autem puerorum, qui non sanctificantur secundum proprium actum fidei, sed secundum fidem parentum vel Ecclesiæ. Prima autem sanctificatio est perfectior, quàm secunda: sicut actus est perfectior, quam habitus: & quod est per se, eo quod est per aliud. Cùm ego sanctificatio Christi fuerit perfectissima (quia sic sanctificatus est vt esset aliorum sanctificator) consequens est quòd ipse secundum proprium motum liberi arbitrij in Deum, fuerit sanctificatus, qui quidem motus liberi arbitrij est meritorius. Vnde cõsequens est quòd in primo instanti suæ conceptionis, Christus meruerit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd liberum arbitrium non eodem modo se habet ad bonum & ad malum. Nam ad bonum se habet per se & naturaliter, ad malum autem se habet per modũ defectus & præter naturam. Sicut autem Philosophus dicit in secundo de Cælo, Posterius est quod est præter naturam, eo, quod est secundum naturam: quia id quod est præter naturam, est quædam excisio ab eo quod est secundũ naturam. Et ideo liberum arbitrium creaturæ in primo instanti creationis potest moueri ad bonum merendo, non autem ad malum peccando, si tamen natura sit integra.

¶Ad secundum dicendum, quòd illud, quod homo habet in principio suæ creationis secundum communem naturæ cursum, est homini naturale: nihil tamen prohibet quin aliqua creatura in principio suæ creationis, aliquod beneficium gratiæ à Deo consequatur. Et hoc modo anima Christi in principio suæ creationis consecuta est gratiam, qua posset mereri. & ea ratione gratia illa, secundum quandam similitudinem dicitur fuisse illi homini naturalis: vt patet per Augustꝰ. in Enchir.

¶Ad tertium dicendum, quòd nihil prohibet idem esse alicuius ex diuersis causis. Et secundum hoc Christus gloriam immortalitatis, quam meruit in primo instanti suæ conceptionis, potuit etiam posterioribus actibus & passionibus mereri, non quidem vt esset sibi magis debita, sed vt sibi ex pluribus causis deberetur.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrum Christus fuerit perfectus comprehensor in primo instanti suæ conceptionis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non fuerit perfectus comprehensor in primo instanti suæ conceptionis. Meritum enim præcedit præmium, sicut & culpa pœnam. Sed Christus in primo instanti suæ conceptionis meruit: sicut dictum est. Cùm ergo status comprehensoris sit principale præmium, videtur quòd Christus in primo instanti suæ conceptionis non fuerit comprehensor.

¶Præterea, Dominus dicit Luc. vlti. Hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Sed gloria pertinet ad statum comprehensoris. Ergo Christus non fuit in statu comprehensoris in primo instanti suæ conceptionis, quando adhuc nullam sustinuerat passionem.

¶Præterea, Illud quod non conuenit nec homini nec Angelo, videtur esse propriũ Deo, & ita non conuenit Christo secũdum quòd homo. Sed semper esse beatum, non conuenit nec homini nec Angelo: si enim fuissent conditi beati, postmodum non peccassent. Ergo Christus secundum qꝺ homo, non fuit beatus in primo instanti suæ conceptionis.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur in Psal. Beatus, quem elegisti & assumpsisti, quod secundum glos. refertur ad humanam naturam Christi, quæ assumpta est à verbo Dei in vnitatem personæ. Sed in primo instanti conceptionis fuit assumpta humana natura à verbo Dei in vnitatem personæ. Ergo in primo instanti suæ conceptionis Christus, secũdum quòd homo, fuit beatus, quod est esse comprehensorem.

CONCLVSIO.

¶Christus in primo instanti suæ conceptionis fuit actu comprehensor, Deum per essentiam cæteris clarius videndo.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut ex dictis patet) non fuit conueniens, vt Christus in sua conceptione acciperet gratiam habitualem tantùm absque actu ciendo, malum incurrit, & præter naturam: maiũ enim est excisio ab eo, quod est secundũ naturã, alio quin mali rationem non haberet.

¶ *Super Quæstionis tricesimæquartæ Articulum quartum.*

TItulus clarus est.

Comment. ¶In corpore v. Christus in primo instanti suę conceptionis fuit actu comprehensor, videndo Deum per essentiam clarius cæteris creaturis. Probatur & primò, quòd habuerit gratiam maiorem omnibus cõprehensoribus: secundò, quòd actu viderit plus cæteris. Primũ probatur: Christus accepit tunc gratiã non ad mensuram ergo accepit gratiam, & quantũ habens cõprehensores, & maiorem omnibus. Antecedens ex Euangelio. Consequentia probatur: quia gratia viatoris minoris habet mensuratum respectũ gratiæ comprehensoris. Probatur quarta deficit ab illa, ex hoc enim sequitur, quòd habeat gratiam quantam comprehensores, & tot gradus sequitur: quod maior est omnibus: quia aliter fuisset mensurata ad aliam maiorem vel æqualem. Secunda vero pars probatur: quia gratia non fuit sine actu. probatur quia inconueniens esset (sicut dictum est, in Christo ponẽte gratiam habitualem sine actu.

¶Aduerte hic, quòd ex hoc loco apparet, quid videatur sensisse Autor de illa quæstione in præcedente libro tacta, an gratia viatoris sit mensurata secundũ suã quantitatẽ, an solùm ratione modi: quia scilicet comprehensor videt & viator non. Ergo circa hoc quidem hoc in loco est. ex hoc qꝺ viatoris gratia deficit à gratia comprehensoris, sequitur qꝺ minorem habet mensurã. Et ne dubites, quòd de quantitate loquatur, subditur tanta & quanta. Et vt accipias hoc de ipsa essentia gratiæ, & nõ de modo actus, subdit, & quia gratia illa non fuit sine actu: vbi monstrat se de ipsa essentia habitualis gratiæ loquutum, ex hoc ipso quòd postea ad illius actum descendit. Et si sic est, cõsequens est, vt minimus comprehensor habuerit actualiter maiorem gratiã, quàm Ioan. Bap. & sanctus Petrus, & quicunq; alius viator. Et quomodo hæc fuerunt vera. Et propterea gratia hic est fecundũ essentiã & non secundũ modum. Et hæc fortè est sententia quod quantò maior est hic gratia, tanto in patria erit maior gloria proportionaliter. Nunquam tamen gratia est in via (quãdo est gratia cõsummata, quæ est gloria) sicut nec semen est, quanta est arbor sua, quãtuncunq; minima, seu animal suum quantuncunque paruum.

¶ *Super Quæstionis tricesimæquintæ Articulum primum.*

Annot. PRo hac quæstione in tit. primi art. notãdi sunt termini omnes. & primũ, quòd natiuitas sit

1 dig. 3 vel 2. formaliter, vt continet natiuitatem in vtero & natiuitatem ex vtero, ita quòd non transeat in subim de natiuitate ex vtero, sed etiam de natiuitate in vtero: vt testantur quique primi artículi huius quæstionis. Est autem differentia inter conceptionem & natiuitatẽ: quia conceptio attenditur penes captionem rei ad concipientem: ex hoc enim dicitur mulier cõcipere, quòd simul à patre capit quod generandum est. Natiuitas autem attenditur penes egressum à patre. ex hoc enim res nasci dicitur, quòd ad naturã pergit, est enim via in naturam. Vnde natiuitas tunc perfectè consummata est, quãdo ex vtero proles exit: quia tunc primò adipiscitur propriam naturam, vt res omnino separata à matre. Quandiu enim est in vtero proles, est aliquid matris: & propterea tunc simpliciter & absolutè dicimus qꝺ homo natus est.

¶Tractauit ergo Autor priora de Christi conceptione, & tũc de natiuitate: qa prius consideranda fuit ratio cõceptionis, & postea natiuitatis in vno & eodẽ esse, quo conceptus & natus est in vtero. Tũ quia natiuitas simpliciter & absolutè nũcupatur quæ scilicet est ex vtero (vnde tractatus ille denominatur) posterior est omnino conceptione: & sic fuit vt in principio tractatus de natiuitate inchoaretur ratione naturitatis etiã in vtero.

¶Notandũ est deinde, quòd cõparatio distinctionem cõparatorum exigit: & propterea natura & persona inter quas fit hic cõparatio ordine ad natiuitatem, sumuntur in hoc articulo vt abinuicem distinguuntur: hoc est natura secundum rationẽ naturæ, vt scilicet actũ naturæ seu formæ exercet, qui exprimitur per ly vt quo, & similiter persona secundum rationem hypostasis: vt scilicet actum personæ exerceat: qui significatur per ly vt quod. Distinguitur liquidem natura & persona vt quo & quod: est enim natura qua hypostasis est id quod est.

¶Notandum demum est, quòd in hoc primo artĩ. non est quæstio de personalitate, & natura Christi: sed in communi de natura & persona, vt tangit ipse sequẽti liquidem art. an Christo conueniat temporalis natiuitas, quæ requirit & ideo ad vanum laborauit distinctionem inter naturam & personam (quasi percipere potes, dum ex distinctione secundum modum significandi inter naturam & personam, diff. reuiam inter naturam & personam aperuit.

¶In corpore artĩ. ponitur primò vna distinctio bimembris: deinde respõdetur quæstio duabus conclusionibus singulis iuxta singula distinctionis membra. Distinctio est: Natiuitas potest alicui dupliciter attribui, vel sicut subiecto, vel sicut termino. Prima conclusio est. Natiuitas attribuitur non naturæ, sed ꝓsonæ vt subiecto nascenti. Secunda: Natiuitas naturæ, attribuitur vt termino.

¶Aduertendũ est hoc in loco cautissimè, qꝺ distinctio ista nõ est intelligẽda vt sonat. nam dupliciter potest intelligi, vel de subiecto inhæsionis: vt scilicet illi dicatur attribui natiuitas vt subiecto in quo subiectiuè est natiuitas, sicut motus vel mutatio est in subiecto, cui inhæret seu inest motus seu mutatio: quemadmodum si manus calefiat, calefactio est subiectiuè in manu. & si ex aqua fit aër, generatio aëris est subiectiuè in materia prima, quæ transmutatur in aërem. Et sic non sumitur in proposito: eò quia natiuitas hac in littera dicitur esse in persona, vt in subiecto cõstat autem personã nõ esse subiectum inhæsionis respectu naturalis, quia natiuitas est subiectiuè in materia prima quam sit species generationis substãtialis: & quia natiuitas quandiu durat, nõ est adhuc persona, quæ nascitur, & quãm primùm persona est, natiuitas desinit. Tum quia in litera infinuatur exclusio illi, sensum, dum concluditur quòd natiuitas tanquã subiecto nascenti propriè attribuitur persono: non enim frustrà additus ly nascẽti, sed vt monstraret qꝺ nõ loquitur de subiecto inhæsionis. Vel potest intelligi de subiecto denominationis: vt scilicet illi attribuatur natiuitas vt subiecto, quod denominatur propriè à natiuitate nascẽs & natum. Et sic sumitur in proposito. Tũ quia medius terminus probans & declarans cõclusionem primam, est, quòd id quod nascitur, est vt subiectum: & similiter cõclusio, vt dictum est, dicit vt subiecto nascẽti. Tum quia sic omnia quæ in littera dicuntur, absq; scrupulo vera inueniuntur & consona. Tũ quia Autor tam in distinctione, quàm in probatione, quàm etiã in cõclusione, nũquam loquitur de subiecto & termino natiuitatis: sed loquitur de sicut subiecto & de sicut termino natiuitatis, vt patet in littera: præponendo siquidem semper ly sicut, aut ly tanquam, manifestauit quòd non de subiecto aut termino propriè loquebatur, sed de his quæ se habẽt vt subiectum & vt terminus. Et hic est proculdubio verus & formalis sensus istius litteræ: persona siquidem est subiectum propriũ denominationis respectu natiuitatis. nam propriè loquendo, sortes est qui nascitur, & postea natus est.

¶ Cõclusio ergo prima quo ad vtranq; suã partem sic probatur. Quod nascitur est tanquam subiecti natiuitatis: ergo quod est, ergo subsistens, ergo persona & non natura. Antecedens pro euidenti relinquitur, & verè euidẽs est cognitis terminis. Prima consequentia probatur: quia quod nascitur, nascitur ad hoc qꝺ sit. Quod probatur, quia nasci est quoddam generari: quod generatur autem, generatur ad hoc qꝺ sit. Secunda vera consequentia probatur: quia esse est proprie subsistentis. Quod probatur: quia forma nõ subsistens nõ dicitur esse vt quæ est, sed vt qua aliquid est. Tertia autẽ consequẽtia probatur, quia persona significatur per modũ subsistentis: natura autẽ per modũ formæ. Perspice in hac deductione quæ diximus, quòd de subiecto denominationis intendit: quia ex modis significandi probat conclusionem. Modus enim significandi variat non solùm proprietatem, sed veritatem enuntiationis: dictum est enim in 1. lib. propter eum istã esse falsam, Deitas significat deitatem: & istam veram, Deus generat Deum. Et cõsimiliter nõ dicitur, quòd natura nõ nascitur, nec est nata: sed persona est quæ nascitur, & est

Annot

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum attribuenda sit Christo aliqua natiuitas temporalis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christo non sit attribuenda aliqua natiuitas temporalis. Nasci enim est velut quidam motus rei non extantis, antequam nascatur, id agés beneficio natiuitatis, vt sit. Sed Christus ab æterno fuit: ergo non potuit temporaliter nasci.

¶ Præterea, illud quod est in se perfectum, natiuitate non indiget. Sed persona filij Dei ab æterno fuit perfecta. Non ergo indiget temporali natiuitate. Et ita videtur quòd nó sit temporaliter natus.

¶ Præterea, Natiuitas propriè personæ conuenit. Sed in Christo est vna tàtùm persona. ergo in Christo est tantùm vna natiuitas.

¶ Præterea, Quod duabus natiuitatibus nascitur, bis nascitur. Sed hæc videtur esse falsa, Christus est bis natus, quia natiuitas eius, qua de Patre est natus, interruptionem non pætitur, cùm sit æterna: quod tamen requiritur ad hoc aduerbium bis. ille enim dicitur bis currere, qui cum interruptione currit. Ergo videtur quòd in Christo non sit ponenda duplex natiuitas.

¶ SED CONTRA est quod Damas. dicit in 3. lib. Confitemur duas Christi natiuitates: vnam, quæ est ex Patre æternam, & vnam, quæ est in vltimis temporibus propter nos.

CONCLVSIO.

¶ Cùm duæ fuerint in Christo naturæ, necesse est duas illi attribuere natiuitates, vnam æternam, qua æternaliter à Patre processit, aliam temporalem, qua temporaliter à matre natus est.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut dictum est) natura comparatur ad natiuitatem, sicut terminus ad motum vel mutationem. Motus autem diuersificatur secundum diuersitatem terminorum: vt patet per Philosophum in 5. Physi. In Christo autem sunt duæ naturæ, diuina scilicet & humana: quarum vnam accepit ab æterno à Patre, alteram accepit temporaliter à matre. Et ideo necesse est attribuere Christo duas natiuitates: vnam, qua æternaliter natus est à Patre: aliam, qua temporaliter natus est à matre.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hæc fuit obiectio cuiusdam Feliciani hæretici: quam Aug. in lib. contra Felicianum sic soluit, Fingamus, inquit, sicut plerique volunt, esse in mundo animam generalem, quæ sic ineffabili motu semina cuncta viuificet, vt non sit concreta cum genitis, sed vitam præstet ipsa gignendis. Nempe cùm hæc in vterum, passibilem materiam ad vsus suos formatura peruenerit, vnam facit secum esse personam eius rei, quam non eandem constat habere substantiam: & fit operante anima, & patiente materia, ex duabus substantiis vnus homo. Sicque animam nasci fatemur ex vtero, non quia antequam nesceretur, quantum ad se attinet, ipsa penitus non fuisset. Sic ergo, imò sublimius natus est de matre filius Dei secundum hominem, eo pacto quo cum corpore nasci docetur & animus: non quia vtriusque sit vna substantia: sed quia ex vtraque fit vna persona. Non tamen ab initio carnis incepisse dicimus Dei filium, ne temporalem credat aliquis deitatem, non ab æterno filij Dei nouimus carnem, ne non veritatem humani corporis, sed quandam eum suscepisse putemus imaginem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hæc fuit ratio Nestorij, quam soluit Cyrillus in quadam Epistola dicens, Non dicimus, quòd filius Dei indiguerit necessariò propter se secunda natiuitate post eam, quæ ex Patre est. est enim fatuum & indoctum, existétem ante omnia sæcula, & cõsempiternum Patri indigere dicere initio, vt sit secundo. Quoniam autem propter nos & propter nostram salutem vnens sibi secundum subsistentiã, quod est humanum, processit ex muliere, ob hoc dicitur nasci carnaliter.

¶ Ad tertium dicendum, quòd natiuitas est personæ vt subiecti, naturæ autem vt termini. Possibile est autẽ vni subiecto plures trãsmutationes in esse, quas tamen necesse est secũdum terminos variari. Quod tamen non dicimus, quasi æterna natiuitas sit transmutatio aut motus, sed quia significatur per modum mutationis, aut motus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Christus potest dici bis natus secundum duas natiuitates. Sicut enim dicitur bis currere, qui currit duobus temporibus, ita potest dici bis nasci, qui semel nascitur æternitate, & semel in tempore: quia æternitas & tempus multò magis differunt quàm duo tempora, cùm tamen vtrunque designet mensuram durationis.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm secundum temporalem Christi natiuitatem, beata Virgo possit dici mater eius.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd secundum temporalem natiuitatẽ Christi beata Virgo non possit dici mater eius. Vt enim supra dictum est, beata virgo Maria nihil actiuè in generatione Christi operata est, sed sola materiam ministrauit. Sed hoc non videtur sufficere ad rationẽ matris: alioquin lignũ diceretur esse mater lecti aut scamni. Ergo videtur quòd beata Virgo non possit dici mater Christi.

¶ Præterea, Christus ex beata Virgine miraculosè natus est. Sed miraculosa generatio non sufficit ad rationem maternitatis vel filiationis: non enim dicimus Euam fuisse filiã Adæ. Ergo videtur quòd nec Christus debeat dici filius beatæ Virginis.

¶ Præterea, Ad matrem pertinere videtur decisio seminis. Sed sicut Damasc. dicit in 3. lib. corpus Christi non seminaliter, sed conditiuè à Spiritu sancto formatum est. ergo videtur quòd beata Virgo non debeat dici mater Christi.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Matthæi primo, Christi generatio sic erat: Cùm esset desponsata mater Iesu Maria, Ioseph, &c.

CONCLVSIO.

¶ Cùm Christi corpus de Virgine matre sumptũ ex purissimis eius sanguinibus formatum fuerit, verè beata Virgo mater illius dicitur.

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd beata Virgo est vera & naturalis mater Christi. Sicut enim suprà dictum est, corpus Christi non est de cælo allatum, sicut Valentinus

quòd semẽ mulieris fit excrescentia vteri: vt Aristoteles putauit: sed per cõcursum ad generationem, non necessario tamen. Et propterea apud Autorem ex hoc ipso, quòd semẽ mulieris ordinatũ est ad generationem, licet non necessariò, habetur ratio peccati molliciei in muliere voluntarię seminante sola: abuitur enim semine ad generationem ordinato.

¶ Super Quæstionis trigesimæquintæ Articulum quartum.

Titulus clarus vt sonat.

¶ In corpore duæ sunt conclusiones. Prima est: Beata virgo vere dicitur mater Dei. Secunda est: Hæreticũ est negare beatam Virginẽ esse matrem Dei. Prima conclusio probatur. Omne nomen significãs in concreto aliquã naturam, potest supponere pro qualibet hypostasi illius naturæ: ergo beata Virgo est vera Dei, & humanæ naturæ: ergo persona illi supposita vel nomine Dei, vel humanis potest attribui quicquid ratione illius vel humanæ naturæ conuenit. ergo vere potest dici Deum concepisse & matũ de Virgine: ergo beata Virgo vere potest dici mater Dei. Antecedens patet per primã cõclusionem probatur: quia vsque Incarnationis sacta est in hypostasi. Secunda ex hoc probatur: quia conceptio & nascitur iam dicta ex dictis patet, hypostasim Verbi à principio conceptionis vniam naturæ humanæ. Quarta probatur: quia ex hoc aliquis mater, quia eius aliquis mater, quia concepit & genuit. ¶ Secunda cõclusio probatur: Solũ duobus modis hæreticis posset negari, beatam Virginem esse matrem Dei: ergo hæreticum est, &c. Antecedẽs probatur & quo ad primum modos & quo ad secundum. quia alter horũ modorum quidem tollit alterum: quia si ponitur hoc esse primo modo, quo dicitur, quòd prius cõceptus, quàm fuerit filius Dei, alter verò est, quo ille homo ponitur non esse filius Dei personaliter. Quo ad hæresim verò quia primum fuit Photini, secundi Nestorij. Omnia clara sunt.

¶ Super Quæstionis trigesimæquintæ Articulum quintum.

Titulus de filiationibus realibus, hoc est, an ambæ sint reales relationes, vel neutra.

¶ In corpore quatuor sunt, primò ponuntur duæ dicta quæstiõ opinio-

hæreticus posuit: sed de Virgine matre sumptum, & ex purissimis sanguinibus eius formatum. Et hoc solum requiritur ad rationẽ matris: vt ex suprà dictis patet. Vnde beata Virgo verè est mater Christi.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) paternitas siue maternitas & filiatio, non cõpetunt in quacunque generatione, sed in sola generatione viuentium. Et ideo si aliqua inanimata ex aliqua materia fiant: non propter hoc consequitur in eis relatio maternitatis & filiationis: sed solùm in generatione viuentium, quæ propriè natiuitas dicitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Damasc. dicit in 3. lib. natiuitas temporalis, qua Christus est natus propter nostram salutem, est quodammodo secundum nos: quoniam natus est homo ex muliere: & tempore conceptionis debito. Super nos autem, quoniam non ex semine, sed ex Spiritu sancto & sancta Virgine, supra legem conceptionis. Sic igitur ex parte matris natiuitas illa fuit naturalis, sed ex parte operationis Spiritus sancti fuit miraculosa. vnde beata Virgo est vera & naturalis mater Christi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) resolutio seminis fœminæ, non pertinet ad necessitatem conceptus. & ideo resolutio seminis non ex necessitate requiritur ad matrem.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm beata Virgo debeat dici mater Dei.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd beata Virgo non debeat dici mater Dei. Non enim dicendum est circa diuina mysteria, nisi quod ex sacra Scriptura habetur. Sed nunquam in sacra Scriptura legitur, quòd sit mater aut genitrix Dei, sed quòd sit mater Christi vel mater pueri: vt patet Matth. 1. Ergo non est dicendum quod beata Virgo sit mater Dei.

¶ Præterea, Christus dicitur Deus secundum diuinam naturam. Sed diuina natura non accepit initium essendi ex Virgine. ergo beata Virgo non est dicenda mater Dei.

¶ Præterea, Hoc nomen Deus, communiter prædicatur de Patre & Filio & Spiritu sancto. Si ergo beata Virgo est mater Dei, videtur sequi quòd beata Virgo sit mater Patris & Filij & Spiritus sancti, quod est inconueniens. Non ergo beata Virgo debet dici mater Dei.

¶ SED CONTRA est quod in capitulis Cyrilli approbatis in Ephesina synodo, legitur: Si quis non confitetur Deum esse secũdum veritatem Emanuel, & propter hoc Dei genitricem sanctam Virginem (genuit enim carnaliter carnem factam ex Deo Verbum) anathema sit.

CONCLVSIO.

¶ Beata Virgo verè fuit mater Dei, & contrarium asserere, hæreticum est.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) omne nomen significans in concreto naturam aliquam, potest supponere pro qualibet hypostasi illius naturæ. Cùm autem vnio Incarnationis sit facta in hypostasi (sicut suprà dictum est) manifestum est quòd hoc nomen Deus, potest supponere pro hypostasi habente humanam naturam & diuinam. Et ideo quicquid conuenit diuinæ naturæ vel humanæ, potest attribui illi personæ: siue secundum quòd pro ea supponit nomen significans diuinam naturam, siue secundum quòd pro ea supponit nomen significans humanam naturam. Concipi autem & nasci, personæ attribuitur & hypostasi, secundum naturam illam, in qua concipitur & nascitur. Cùm igitur in ipso principio conceptionis fuerit humana natura assumpta à diuina persona (sicut prædictum est) consequens est quòd verè possit dici Deum esse conceptum & natum de Virgine, ex hoc autem dicitur aliqua mulier alicuius mater, quòd eum concepit & genuit: vnde consequens est quòd beata Virgo verè dicatur mater Dei. solùm enim sic negare posset, beatam Virginem esse matrem Dei, si vel humanitas prius fuisset subiecta conceptioni & natiuitati, quàm homo ille fuisset filius Dei (sicut Photinus posuit) vel humanitas non fuisset assumpta in vnitatem personæ vel hypostasis verbi Dei, sicut posuit Nestorius. Vtrunq; autem horũ est erroneum, vnde hæreticum est negare beatam Virginem esse matrem Dei.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd hæc fuit obiectio Nestorij. Quæ quidem soluitur ex hoc, quòd licet non inueniatur expressè in Scriptura dictũ, quòd beata Virgo sit mater Dei: inuenitur tamen expressè in Scriptura quòd Iesus Christus est verus Deus, vt patet 1. Ioan. vlt. & 9. beata Virgo est mater Iesu Christi, vt pat Matth. 1. vnde sequitur ex necessitate ex verbis Scripturæ, quòd sit mater Dei. Dicitur etiam Roma. 9. quòd ex Iudæis est secundum carnem Christus, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Non autem est ex Iudæis nisi mediante beata Virgine. Vnde ille, qui est super omnia Deus benedictus in secula, est verè natus ex beata Virgine, sicut ex sua matre.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa est obiectio Nestorij, sed Cyrillus in quadam epistola contra. Nestoriũ, eam soluit, sic dicens, Sicut hominis anima cum proprio corpore nascitur, & tanquam vnum reputatur, & si voluerit quispiam dicere, quòd est genitrix carnis, non tamen & animæ genitrix, nimis superfluè loquitur. Tale aliquid gestum percipimus in generatione Christi: natum est enim ex Dei Patris substantia, Dei verbum: quia verò carnem assumpsit, necessarium est confiteri, quia natum est secundum carnem ex muliere. Dicẽdum est ergo quòd beata Virgo dicitur mater Dei, non quia sit mater diuinitatis, sed quia personæ habentis diuinitatem & humanitatem est mater secundum humanitatem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hoc nomen Deus, quanuis sit commune tribus personis: tamen supponit quandoq; pro sola persona Patris, quandoque pro sola persona Filij, vel Spiritus sancti: vt suprà habitum est. Et ita cùm dicitur, beata Virgo est mater Dei, hoc nomen Deus supponit pro sola persona Filij incarnata.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm in Christo sint duæ filiationes.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo sint duæ filiationes. Natiuitas enim est causa filiationis. Sed in Christo sunt duæ natiuitates. ergo etiam in Christo sunt duæ filiationes.

nionẽs. secundò tractatur in communi, penes quã attẽditur vnitas, vel pluralitas relatiõis realis, tertiò applicatur ad Christi filiationẽ, quæ tò respõdetur quæsito.

¶ Quo ad primum, prima opinio ponit duas reales in Christo filiationes, propter plures natiuitates, quæ sunt causæ: secunda ponit vnam tantùm propter vnitatem personæ, quæ est subiectum.

¶ Quo ad secundum aduertendũ est, quòd tria concurrunt ad realem relationem, scilicet causam quæcunque, sed ea quæ fundat relationẽ (vt. albedo respectu similitudinis, & quælibet respectu qualitatis, & generatio actiua respectu passiuitatis, & similia) subiectũ, in quo scilicet est subiectiue ipsa relatio, vt paternitas in persona Patris, & sic de aliis. Et terminus ad quem vt ad correlatiuũ relatio est, vt filiatio est ad quem, dicitur paternitas, & sic de aliis. Et quia hæc inueniuntur concurrere ad esse relationis, & vnitas aut pluralitas ad esse ispectam, ideo Autor in communi tractare volens hic de vnitate vel pluralitate relationis realis attendit. Probat autem hoc, ex eo q. sunt plura finalem terminum: multiplicantur realis relatio, secueretur q. Sortes esset filius duabus filiationibus realibus specie differẽtibus, quia est filius patris & matris, quæ est inconueniens: quia vna natiuitate est vtriusque filius. Et hinc secundo infert penes vnã tantùm causã attẽdi vnitatem specificam relationis, & manifestat hoc primò in filiatione, penes natiuitatem, secundò in magistro penes vnam doctrinam, & in domino penes vnũ dominium. Et inde tertiò prosequitur pluralitatẽ specificam attendi penes specificam pluralitatem causarũ quod manifestat in magisterio Grammaticæ & Logicæ & sic de aliis. Et denum vnitatem numeralem relationis non penes causam, sed subiectum ponit: & manifestat in patre respectu multorum filiorum, in quo nec plures specie paternitates, quia generationes sunt eiusdem speciei, nec plures numero, quia forma eius. dem rationis non potest multiplicari in eodem subiecto.

¶ Ad tertium duo de filiatione

3. dist. 14 q. 1. artic. 2. ad 4. Et 3. dist. 4. q. 1. Et de vnio. artic. 2. ad 16.

Auuot.

Comment.

1. dist. 4. q. 2. artic. 2. Et 3. dist. 4. q. 1. artic. 1. Et opus. 3. c. 219.

Universidad de Deusto
Biblioteca

liatione Christi deducit. primum ex parte causæ, scilicet quod quia duæ sunt Christi natiuitates, & sunt diuersarum rationum: consequens est quòd duæ sunt in Christo filiationes. Secundum ex parte subiecti: quòd quia vna tantum est persona, & subiectum filiationis nō est natura nec pars naturæ, sed personæ: consequens est quòd in Christo non sit filiatio temporalis, nisi cuius capax est persona diuina: & sic filiatio temporalis in Christo non est relatio realis, sed rationis tantùm.

¶Ad quatrum respondetur primò quæstio, distinguendo & concordando opiniones amborum: quia aut sermo est de filiationibus secundum perfectas rationes filiationis: & sic affirmandæ sunt duæ in Christo filiationes iuxta duas natiuitates, aut secundum filiationis subiectum: & sic in Christo nō est nisi filiatio æterna: quia solùm est suppositum æternū. Secundo excluditur obiectionem, quomodo scilicet Christus dicitur filius matris: & dicit quod dicitur relatione filiationis cointelligēta maternitati. Tertio excludit aliam obiectionē, quomodo Christus dicitur realiter filius matris: & dicit quod dicitur realiter filius ex reali maternitate ad ipsum.

¶ Num relationes pluralitentur secundum terminos.

Quæstio. ¶Occurrunt hoc in loco quinque ex Scoto in 8. dist. 1. Sent. dubitādæ: arguit enim cōtra quinque hic dicta. primū est circa illud, quòd relationes non pluralitentur secundum terminos. secundū est circa illud, impossibile est in eodem subiecto esse duas formas eiusdem rationis. tertium est circa illud, Pater vnica paternitate refertur ad plures filios. quartum est circa rationē literæ. pro principali cōclusione. quintū est circa ipsam principalem cōclusionem.

¶Contra primum ergo dictum, scilicet relationem non pluralitari secundum terminos, arguit Scotus: Si ad duos terminos esset eadem relatio, tunc eadem relatio, simul esset & non esset.

¶ Num pater vnica paternitate referatur ad plures filios.

Quæstio. ¶Contra tertium dictū, quod est propinquum huic primo (scilicet q. pater vnica paternitate refertur ad plures filios) arguit Scotus primò. Pater hac paternitate primò respicit hunc filiū hac filiatione: ergo hæc paternitas non est ad plures filios. Antecedēs probatur: quia sicut paternitas fundatur super genuisse: ita hæc paternitas super hoc genuisse.

¶Secundò, correlatiua sunt simul natura: ita q. vno destructo, destruitur & reliquum. ergo destructa hac filiatione in hoc filio, destruitur quoq; hæc paternitas in hoc patre. ergo paternitas remanens ad alium filium, est alia paternitas, nisi aut idem simul esset corruptū, & remaneret, quod est impossibile: aut noua paternitas tunc aduenisset sine noua generatione: quod est etiam impossibile.

¶Tertiò: quia quādo aliquid est aliquo vltimatè tale, non potest illud manere in ipso, nisi ipsum habens illud sit ipso taliter sicut non potest albedo manere in superficie, nisi ipsa superficies sit alba. Sed relatio est qua habent illam, est vltimatè ad aliud: igitur no potest manere eadem in eo, nisi illud in quo manet, sit illa ad idem aliud. igitur non manet eadem paternitas destructo illo termino, ad quem habens paternitatem dicitur pater paternitate illa.

¶Quartò, Pater aliquo modo aliter respicit hunc filium, & illum, si alia relatione, habetur propositum: si non alia relatione, sed allo respectu eiusdem relationis, iterum habetur propositum.

¶Contra secundum dictum: quia illi respectus erunt eiusdem rationis propter fundamenta eiusdem rationis. Et propterea respectus isti aut sunt aliud à relationes: & hoc est superfluum multiplicare tot entia, aut sunt idem relationi: & tunc sequitur, quòd est idem dicere, respectum pluralitari, & relationem pluralitari: ergo habetur propositum.

¶Quinto, multiplicato priori, multiplicatur posterius: sed fundamentum est prius relatione: puta generatio paternitate: ergo multiplicata generatione actiua, multiplicatur paternitas.

¶ Num duæ formæ eiusdem speciei possint esse in eodem subiecto.

¶Contra secundum dictum, scilicet formas eiusdem speciei nō posse simul esse in eodem subiecto, arguit Scotus primò: In omni ordine essentiali cum vnitate prioris essentialiter potest stare pluralitas posterioris naturaliter: nō per se, nec aliquarū inhærētis prioris: ideo subiectum est prius essentialiter illa dispositione, quæ ponitur sibi inhærens nec per se eliminaret nec adnullaret: ergo. Maior probatur per simile in causa & in effectu: quia nec subiectum est causa inclinata dispositionis.

¶Secundò: quia plures species phātasticæ eiusdem speciei sunt simul in eodem organo phātasiæ secundū eandem partem organi: ergo. Antecedens probatur. Et quidem quòd plures simul sint, patet: et ea, quia aliter deleta vna specie, non posset quis imaginari, nisi de nouo acquireret. Quòd verò habeatur ex obiectis: quia obiecta sunt eiusdē speciei. Quòd autē sint in eadē parte organi, probatur: quia organū non potest in tot partes minima diuidi quot sunt species imaginabiles, quæ simul sunt in organo phantasiæ.

¶Contra quartum: si illi essent, rationem illam. Scilicet filiatio est ita suppositum vt subiectū, quòd nō sunt æ, ergo in Christo non est filiatio temporalis realis: arguit Scotus primò: Si filiatio est tantum persona, ita q. non potest nisi plurificata persona pluralificari, aut hoc conuenit filiationi. vnde relatio, aut vnde relatio originis, non primum pluralificat vt paternitas secundum quia non magis repugnat vni personæ pluralitas talis relationis, quàm pluralitas originationis fundātæ in relationē: sed Christus habuit duas originationes: ergo.

¶Secundò: quia pater æternus habet duas reales relationes originis, scilicet ad Filium & Spiritum sanctum super vno fundamento, scilicet essentia. ergo à fortiori Filius super duo fundamenta, scilicet duas naturas & natiuitates, habebit duas filiationes reales.

¶Tertiò: Christus habet duas operationes, ergo duas filiationes. Probatur consequentia: quia relatio originis non magis quàm operatio respicit suppositum: quia suppositi est operari, primo Meta.

¶Quartò: Christus si genuisset plures filios, habuisset duas paternitates ad illos: ergo nunc habet duas filiationes propter duas natiuitates. Quintò: si filiatio tantummodo diceretur de Christo secundum rationem personalitatis æternæ, sequeretur quòd hæc esset falsa, Christus, inquātum homo, est filius. Probatur sequela: quia quod præcisè Christo cōuenit secundum rationem personalitatis æternæ non dicitur de eo, inquātum homo: propterea enim ista est falsa, Christus, inquantum homo, est persona.

¶ Num relatio filiationis temporalis sit realis.

¶Contra quintū scilicet filiatio temporalis Christi nō est relatio realis: arguit Scotus probādo vltimam particulam, de qua sola est quæstio, scilicet quòd sit realis. Primò, illa relatio est realis, quæ consequitur extremā ex natura extremorum sine actu intellectus: sed posita matre generāte & supposito habēte naturā per generationē ex natura extremorū sine actu intellectus, sequitur hic filiatio, sicut ibi maternitas, ergo. Quòd si quis fingat intellectū operari ad causandum relationem, hoc improbatur, quia si Maria genuisset putū hominē, fuisset ille vere filius relatione reali: ergo cum Christus nō minus acceperit naturā à matre quām purus homo accepisset, quæ realis erit in eo relatio, sicut in puro homine fuisset.

¶Ad hæc dubia mota, secundū ordinem dictorum in litera respōdendum est, nō eodē ordine, sed prout doctrinæ ordo exigit, vt prius scilicet cōmuniora, quàm minus communia tradātur: vt ex notis generib⁹ ad species cognoscendas transeatur. Et propterea ad dubiū primū cōcedimus quod inter illa communissimū est, vtpote in communi dispūtās de formis vniꝰ speciei in eodem subiecto, dicendū est primò, prænotādo quòd ratio quare formas vniꝰ speciei multiplicari in eodem dicimus impossibile, est illa radicabilis propositio Peripatetica: Omnis distinctio aut est secūdum formam, aut secundum quantitatem: De qua propositione quum de principio individuationis tractabitur, diffusè dictū est. hinc enim oritur quòd implicat dicere, formas vnius speciei duas: & apponere in eodem subiecto, quia si in eodem subiecto sunt, ergo non distinguuntur secundum quantitatem: ac per hoc quum non distinguantur, etiam formaliter non sunt duæ.

¶Ad primam ergo obiectionem respondēdo dicitur, quòd Maior est vniuersaliter falsa & distinguenda propterea ad claritatem solutionis, potest liquidē intelligi de vnitate formali vel de vnitate numerali. si de vnitate formali, transeat quātumcunq; impertinēs: si de v nitate numerali, falsa est vniuersaliter. Ratio est, quia in aliis à qualitate vnitas numeralis posterioris inhærētis depēdet per se ab vnitate numerali prioris: hoc est subiecti, ita q. licet albedo per accidēs se habeat ad hoc quantū: hæc tamē albedo, inquantū hæc per se dependet ab hoc quāto: ita q. si hæc albedo, vt hæc diffiniretur, in diffinitione eius poneretur hoc quantū, quē est subiectū: vnde cū vnitate numerali subiecti prioris nō stat pluralitas numeralis accidētis posterioris: quod secundū suam speciem nō per se inhæret: quod secūdum vnitatem numeralem vēdicat sibi per se & adæquatè hoc subiectū. per quod patet, quia hoc subiectū ponēretur in diffinitione accidentis, inquātum hoc, se quidē: quia hoc subiectū ponēretur in diffinitione accidentis, inquātum hoc, adequate autē, quia vnitas numeralis huius accidētis subiecti, soli huic subiecto cōuenit: nec extra illud inueniri aut intelligi potest. Vnde probatio à simili nulla est: quoniā vnitas numeralis effecti nō dependet ab vnitate numerali causæ, vt illi⁹ diffinitiua: sicut vnitas numeralis accidētis diffinibēda est per hoc subiectū.

¶Ad secundā obiectionē de speciebus in phātasia, respōdetur tripliciter, primò, q. non probatur ab arguēte esse tot eiusdē speciei species simul in vna phātasia. quòd nō possint esse in diuersis organi partibus: præsertim quū huiusmodi intellectionalia entia videātur quasi in puncto saluari: vt apparet vidētibus per minimum foramen, tot & multa sunt similia in phantasia non per propriās species, sed per species aliquorum totorum, quorum illa occurrerunt vt partes.

¶Secundò dicitur negādo, in eadem phātasia inueniri plures species eiusdē rationis: & ad probationē, obiecta sunt eiusdē rationis: ergo species eorū dicitur, quòd obiecta sumūtur dupliciter: scilicet, in esse naturæ: & sic duo alba sunt eiusdem rationis, vel in esse fenibilis: & sic duo alba sunt diuersārū rationū. Quod sic manifestatur ab ipsis repræsentātibus: nam sicut in esse naturæ illa tantùm dicūtur vnius speciei: quorū quicquid habet essentialiter vnū, habet essentialiter aliud: ita in repræsentādo illa tantùm dicūtur vnius speciei, quorū quicquid repræsentat vnum totū illud, idē repræsentat reliquū. Sicut si vnum albū videatur à duobus vel pluribus, omnes illæ species sunt vnius speciei: nō enim differūt in repræsentādo, quia idem repræsentant, sed solo numero differūt: quia hæc in isto, & illa in illo est. Sed duorū alborū species nō sunt vnius speciei: quia species vnius, nō repræsentat aliud, vt patet. Vnde cùm in vna phātasia negemus plures species eiusdem obiecti, cōsequenter negamus plures species eiusdē rationis: quoniam, vt dictum est, species diuersorum individuorum sunt diuersarum specierum: quia ipsa individua diuersa, sunt diuersarum rationum in esse sensato.

¶Tertiò dicitur, quòd sicut lumē generatū in eodē diaphano à secūda cādela nō est aliud numero à lumine genito à primā: sed coincidit in idē depēdēs à duob⁹, vt partialib⁹ agētibus, ita quū in phātasiæ organū secūdū eandē partē occurrit obiectū eiusdē rationis, nō fit alia species: sed præexistēs fit dependēs à duobus partialib⁹ cōcurrente anima speciē illā ad nouū obiectū: ita quòd præcedēs species perficitur & firmitate & extēsione. Hæc respōsio sustinēda est ab illis, qui diuersorū individuorū nō admittēte diuersārū rationū esse species: & in eadē parte organi recipi. Ego magis trahor in secundā responsionē. Quæ potest cōfirmari: quia alia & maiori ratiōe differūt species imaginatæ Sortis & Platonis, quàm differāt duæ species imaginatæ Sortis. Sed duę species Sortis differūt ratiōe differētię numeralis: ergo species Sortis & Platonis differūt differētia maiori, q. cōstat esse specifica.

¶Ad primum dubium dicitur, quòd ex hoc quòd relatio vna est ad plures terminos inadæquatè: non sequitur eam simul esse & non esse, quanuis sequeretur si esset ad plures adæquatos terminos, quod non est intelligibile: sunt enim duo inadæquati termini quasi partiales termini. Et propterea vno sublato, potest remanere eadem relatio ad alium, quasi partialem terminum.

¶Ad secundum dubium de vnica paternitate ad plures filios respondendo dicitur, quòd maior seu antecedens illud, Pater hac paternitate primò respicit hunc filium hac filiatione, distinguendum est. Nam si ly primò, sumitur pro adæquatè, negatur: si verò sumitur primò, pro principaliter, conceditur: sed tunc negatur sequela. Nec antecedens in primo sensu probatur ex allata probatione: quoniam nihil aliud probatur, nisi q. hæc paternitas habet pro, pria causa, hoc genuisse: sed ex hoc negatur, ergo adæquatè respicit hoc filiū.

¶Vbi pro claritate doctrinæ scito, q. hæc paternitas, si secundū propriās causas iudicaretur, esset proculdubio ad solum hunc filium: sed si secundum metitas subiecti iudicaretur, oporteret quòd sit ad hūc & alium filium: propter hoc scilicet quòd secunda paternitas cedit in identitatē primæ rationis subiecti: quia nō habet vnde differat solo numero ab illa. Sicutiu mē genitū à secūda candela in eodē diaphano, per se primo est ab hoc agente: vt patet 12. Met. sed propter subiecti idētitatem coincidit in idē numero lumē prius genitum à prima candela illi illuminante. Et quia huiusmodi coincidentiæ sunt per accidens, hoc est per aliud, hoc est per subiectum: ideo nōex rationibus formārū aut causārū arguendū est, sed ad identitatē specifādum est subiecti.

¶Ad tertium dicitur, quòd maior est vera per se, potest tamen esse falsa per accidens: vt dictum est. Licet enim Sortes sit pater hac paternitate ad hunc filium, & non possit per se remanere hæc paternitas sine hoc filio: potest tamen per accidens remanere absq. hoc, quòd dicatur ad hunc filium. Et ratio est reddita ex parte subiecti, & ex parte termininquia est inadæquatus.

¶Ad quartū dicitur, quòd pater eadē relatione & eodē respectu reali respicit vtrunq. filiū. Et quū apud Autorē inuenitur quòd respectus sunt diuersi, non intelligitur de diuersitate reali, sed ratiōis: quia vnica illa realis relatio duorū respectuū rationē induit, dum cointelligitur respicere diuersos terminos. Ita quòd in re nō est diuersitas respectuū, sed respectorū: quib⁹ illa vna relatio quasi duplex cointelligitur. Et sic ruit tota fabrica argumēti q. de respectib⁹ realib⁹ loquitur.

¶Ad quintū negatur assumptū vniuersaliter, vt assumitur: & specialiter etiā de fundamentalis causæ successiue multitudine numerali in eodē subiecto permanente. Possunt enim successiue generationes actiue multiplicari. & tamē permanentia consequentia oportet in identitatē cedere, propter identitatem subiecti non compatientis permanentium numeralem distinctionem in se vno.

¶Ad quartū dubium de proprio filiationis subiecto dicitur, quòd filiatio nec ex eo quòd relatio nec ex eo quòd relatio originis, habet quòd nō plurificetur nisi plurificata persona, sed hoc habet ex eo quòd sola persona capax est filiationis, sicut & paternitatis: nulla enim natura, nulla pars naturę aut personæ capax est paternitatis aut filiationis, vt patet ex eo quòd nihil horum potest dici pater vel filius. Vnde patet quòd non est ad propositum pluralitas relationum originis in Patre æterno: nec pluralitas generationū, quoniam generatio est subiectiuè in parte naturæ, hoc est materia. Filiatio autē immediatè est in persona: alioquin illud membrū posset dici filius, sicut superficies dicitur alba: quia mediat inter subiectū & albedinē, & sic de aliis. Et per hoc patet respōsio ad secundū: quoniā ex parte fundamētali, sed subiecti quoniā q. ista filiatio tēporalis nō est realis.

¶Ad tertiū negatur sequela. ad probationē dicitur, quod aliter operatio & alter filiatio est suppositi: nam filiatio est suppositiue subiecti immediatio: operatio autem est suppositi mediante natura & potentia & subiecto, vt patet.

¶Ad quartū dicitur, q. si Christꝰ genuisset, nulla paternitatē realē ex suo genuisse acquisiuisset: quia paternitas est subiectiuè immediatè in psona, nō min⁹ q. filiatio

¶Ad quintū dicitur, q. antecedēs potest habere duos sensus, prout ly secundū ratione personalitatis æternæ, dupliciter tenetur potest. Primò reduplicatiuè: & tūc conceditur totum, vtpote impertinens: quia antecedens non est nostrum: & est falsum, quia Christo conuenit esse filium hominis, non secundum rationem personalitatis æternæ: hoc est non ex hoc quòd est persona æterna. Secundò potest teneri specificatiuè: & sic antecedens quidem est nostrum & verum: sed consequentia nihil valet, quia procedit secūdum primum sensum. Constat enim quòd omnia personalia siue humana, siue diuina conueniunt Christo secundum rationem personalitatis æternæ, si ly secundum tenetur specificariuè: Christus enim secundum suam personam est hic homo & Filius hominis: vt patet.

¶Ad quintum dubiū de realitate filiationis tēporalis in Christo, dicitur negādo maiorē: quoniā oportet addere quòd suppositū sit capax nouæ filiationis realis:

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter excellentiam filiationis de persona Christi puenit, quòd nō cōsurgat in eo filiatio realis nouæ? Nec oportet fingere intellectū cooperantē filiationē realē, sed ad filiationē rationis nō sufficit: sed necessariō cōcurrit cointellecta filiatio ad maternitatē. Et quòd dicitur, Si Maria genuisset purū hominē, &c. ergo, negatur sequela: quia in puro homine fuisset ꝑsona capax filiationis realis nouæ in Christo aūt licet æquè acceperit naturam matris, nō tamē est æquè subiectum filiationis: quia nō est in Christo simpliciter capax filiationis realis nouæ, ob defectū subiecti propter excellentiam suppositi, vt enim in littera dicitur, omnia requisita ad filiationē realem inueniuntur in Christo nato, excepto subiecto, quòd quia persona est, & illa est Deus, ideo subiectum realis filiationis nouæ esse nō potest. Cum quibus tamē tene, quòd Christus refertur ad matrē reali relatiōe causari ad causam, & similia ad similia: & sic de aliis relationibus realibus, quæ nō immediatè sunt in supposito subiectiue.

¶ In responsione ad vltimum nota duo primò, quòd de vnitate specifica, & non de vnitate numerali est sermo in littera dicente. In omnibus trahentibus nauem est vna relatio, nam specificæ diuersitati paternitatis & maternitatis, quæ sunt diuersa ratione principia contra ponitur vnitas eadē ratione principiantium tractū nauis. Et veritas est, q̄ multi trahētes nauem, multis actionibus vnū passiuè nauis tractum inferunt quilibet enim sua ꝓpria actione cōcurrit. Et ꝓpterea multis relationibus solo modo differentibus referūtur ad nauem, quæ trahitur quilibet enim sua ꝓpria relatione cōsequēte ad ꝓpriā actionē refertur, quāuis nauis, qua no numero motu trahitur, vna relatio ne numero ad omnes trahētes referatur. Nota secūdò, quòd filiatio singulorū hominū dicitur vna secundū rem, & duplex secundū rationem, secundū duos respectus intellectus, in hoc sensu, quòd sicut albedo vna secundū rem est multiplex secūdū rationē, puta vt visibilis, vt terminativa alterationis, vt extremitas ꝓspicui, &c. ita filiatio Sōcratis est vna res respectu filiationis & multiplex secūdū multas rationes respectiuas, ita q̄ intellectus nō facit in illa filiatione respectū ad patrē aut ad matrē, sed facit distinctionē rationis inter illo vno respectu secūdū rem dum cointelligit illō vt respondet patri, & iterū vt respondet matri.

¶ Super Quæstionis tricesimæquintæ Articulum sextum.

Comment. TItul⁹ clarus est.

¶ In corpore duo sunt cōclusiones, prima est, Christ⁹ est natus sine dolore matris, probatur, Christ⁹ est egressus ex clauso vtero matris, ergo nulla apertionis meatuum violentia ibi fuit ergo in illo partu nullus fuit dolor. Prima consequentia patet, secunda verò probatur: quia dolor pariens causatur ex apertione meatuū, per quos proles egreditur. Et cōfirmatur conclusio: q̄a ibi nulla fuit corruptio. Secūda cōclusio est: In illo partu fuit maxima iucunditas. Probatur dupliciter. primò ratione: quia homo Deus natus est in mundo. secundò autoritate Isa. 35. Omnis clara sūt.

¶ In responsione ad secundum nota quòd ad literā ideo in diuersorio nasci elegit Christ⁹, vt sacramentū virginei partus occultum abscōderet matris cōsanguineārum: nota manerent. Si enim in ciuitate pepe riſſet, oportuisset obstetricem vocare & consanguineas: & sic nutrix ginitas matris fuisset manifestata, aut reprehēsa mater fuisset, quòd nō vocasset, imò sorores eius obstetricē etiā ad inuitā matrē conuocassent. Nec obstat, quòd in Bethleē natus dicitur: quoniā Bethleē appellatione venisse etiā suburbanæ domus. In cuius signum Herodes audito quòd ī Bethleē nasceretur, iussit occidi in Bethleem & in omnib⁹ finibus eius infantes, intelligēs per hoc natum infra fines Bethleē. Suauiter ergo omnia diuina disposuit sapiētia dū nasci in diuersorio elegit: vbi nullius cura vel incuria censorē haberet: vbi & à Magis adorādus erat absque arbitris ciuibus, scilicet admiratibus cōū ingressum, absque indice in domum Ioseph, ꝓpter quod diuersorium hoc nō intra ciuitatē, sed extra videtur fuisse, vt ipsum diuersorij nomen sonat: nam si intra⁹ fuisset, potuissent Herodi testificari multi, quo Magi in Bethleē ingressi essent, &c. sed vbi per viā in diuersorio domo celebrata est adoratio, latuit ipsā adoratio.

¶ In respōsione ad tertium, nota q̄ ipse Christus Romæ caput Ecclesiæ fuę statuit, nō solùm ratione cōmuni, quia sacra Apostolorū sunt sacra Christi (iuxta illud, Sine me nihil potestis facere) sed quia volenti Petro ex Roma recedere, sicut olim ex Antiochia recesserat, ipse Christus obuiauit iubēs vt reuertatur, & Romæ sedes Apostolica stabiliatur, dum dixit, Vento Romam iterum crucifigi. Ipse enim Petrus alibi sedē elegisset, non Romæ, sed in loco illo vbi postremò sedisset, caput Ecclesiæ fuisset. Et sicut nec non Antiochena sed Romana ecclesia caput est, quia ꝓmanus pontifex successor est Petri: similiter in illo casu, nō Romanus, sed illius alterius loci pōtifex successor fuisset Petri, ac Christi vicarius. Ipse ergo Christus ꝓcipiēdo regressum & rursum Romę statuit caput Ecclesiæ, quocirca non potest humana autoritate mutari & fieri, vt alius quàm succes-

Aunot. *Aunot. Romanus pontifex est caput Ecclesiæ, & christi vicarius.*

Comment. TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Christus in Bethleem natus voluit. Probatur, ratiocinando primò ad literam, secundò mystice.

¶ Aduerte hic, quòd Augustinus reddit rationem ex parte loci voluit, quare Christus voluerit nasci ibi: quæ ratio est etiā ratio quare prophetari se cerit se ibi nasciturū, & propterea non asserturi in littera ratio ex parte prophetiæ implendæ.

Aunot.

tium autem Christi & eius regnum, præcipuè cōsummatum est in eius passione: & ideo conuenienter Bethleem elegit natiuitati, Hierusalem verò passioni. Similiter etiam per hoc hominum gloriam confutauit, qui gloriantur de hoc, quòd ex ciuitatibus nobilibus originem ducunt, in quibus etiam præcipuè volunt honorari. Christus autem econuerso, in ciuitate ignobili nasci voluit, & in ciuitate nobili pati opprobriū.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Christus florere voluit secundum virtuosam conuersationem, non secundum carnis originem. Et ideo in ciuitate Nazareth educari voluit & nutriri, in Bethleem autem voluit quasi peregrè nasci. Quia, vt Gregor. dicit, per humanitatem, quam assumpserat, quasi in alieno nascebatur: non secundum potestatem, sed secundum naturam. Et etiam (vt Beda dicit) in diuersorio loco egebat, vt nobis multas mansiones in domo Patris sui præpararet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut dicitur in quodam sermone Ephesini concilij, Si maximam Romam eligisset ciuitatem, potentiam ciuium, mutationem orbis terrarum putarent, si filius fuisset Imperatoris, potestati vtiliratem ascriberent. Sed vt diuinitas cognosceretur orbem transformasse terrarum, pauperculam elegit matrem, & pauperiorem patriam. Elegit autem Deus infirma mundi, vt confundat fortia, sicut dicitur primæ ad Corinth. 1. Et ideo vt suam potestatem magis ostenderet in ipsa Roma, quæ caput mundi erat, etiam caput Ecclesiæ suæ statuit, in signum perfectæ victoriæ. Vt exinde fides deriuaretur ad vniuersum mundum: secundum illud Isa. 26. Ciuitatem sublimem humiliabit: & conculcabit eam pes pauperis, scilicet Christi, gressus egenorum, id est, Apostolorum Petri & Pauli.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrùm Christus fuerit tempore congruo natus.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non fuerit congruo tempore natus. Ad hoc enim Christus venerat, vt suos in libertatem reuocaret. Natus est autem tempore seruitutis, quo scilicet totus orbis præcepto Augusti describitur, quasi tributarius factus: vt habetur Luc. 2. Ergo videtur quòd non congruo tempore Christus fuerit natus.

¶ Præterea, Promissiones de Christo nascituro Gentibus non fuerant factæ: secundum illud Roman. 9. Quorum sunt promissa. Sed Christus natus est tempore, quo Rex alienigena dominabatur: sicut patet Matth. 2. Cùm natus esset Iesus in diebus Herodis regis. Ergo videtur quòd non fuerit congruo tempore natus.

¶ Præterea, Tempus præsentiæ Christi in mundo diei comparatur, propter id, quòd ipse est lux mundi: vnde ipse dicit Ioan. 9. Me oportet operari opera eius, qui misit me donec dies est. Sed in æstate sunt dies longiores, quàm in hyeme, ergo cùm natus fuerit in profundo hyemis XVIII. Calendas Ianuarij, videtur quòd non fuerit conuenienti tempore natus.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Galat. 4. Cùm venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege.

CONCLVSIO.

¶ Cùm Christus secundum diuinæ sapientiæ dispositionem natus fuerit, conuenientissimo etiam tempore natus dicitur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd hæc est differentia inter Christum & alios homines, quòd alij homines nascuntur subiecti necessitati temporis. Christus autem tanquam dominus & conditor omnium tēporum elegit sibi tempus, in quo nasceretur, ficut & matrem & locum. Et quia quę à Deo sunt, ordinata sunt, & conuenienter dispōsita: consequens est quòd conuenientissimo tempore Christus nasceretur.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd Christus venerat nos in statum libertatis reducere de statu seruitutis. Et ideo sicut mortalitatem nostram suscepit, vt nos ad vitam reduceret, ita (vt Beda dicit) eo tempore dignatus est incarnari, quo mox natus, * censu Cæsaris ascriberetur, atque ob nostri liberationem ipse seruitio subderetur.

Tempore etiam illo quo totus orbis sub vno principe viuebat, maxima pax fuit in mūdo, & ideo decebat vt illo tempore Christus nasceretur, qui est pax nostra faciens vtraq; vnum: vt dicitur Ephes. 2. Vnde Hieron. dicit super Isa. Veteres si reuoluamus historias, in ueniemus vsque ad vigesimum octauum annum Cæsaris Augusti, in toto orbe terrarum fuisse discordiam: orto autem Domino, omnia bella cessauerunt, secundum illud Isa. 2. Non leuabit gens contra gentem gladium. Congruebat etiam vt in illo tempore quo vnus princeps dominabatur in mundo, Christus nasceretur qui venerat congregare suos in vnum, vt esset vnum ouile & vnus pastor, vt dicitur Ioan. 10.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ideo Christus, Regis alienigenæ tempore nasci voluit, vt impleretur propheria Iacob dicentis Genes. penult. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est. Quia vt Chrysost. dicit super Matth. quandiu Iudaica gens sub Iudaicis regibus, quanuis peccatoribus, tenebatur, Prophetæ mittebantur ad remedium eius. Nunc autem quando lex Dei, sub potestate Regis iniqui tenebatur, nascitur Christus: quia magna desperabilis infirmitas, medicū artificiosiorem quærebat.

¶ Ad tertium dicēdum, quod sicut dicitur in lib. de q. veter. & noui Testam. tunc Christus nasci voluit, quando lux diei crementum incipit accipere: vt ostēderetur quòd ipse venerat vt homines crescerent in lucem diuinam, secundum illud Luc. primo, Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent. Similiter etiam asperitatem hyemis elegit ad natiuitatem: vt ex tunc carnis afflictionem pateretur pro nobis.

QVAESTIO TRICESIMASEXTA, DE *manifestatione Christi nati, in octo articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de manifestatione Christi nati.

¶ Et circa hoc quærūntur octo.

¶ Primò, vtrùm natiuitas Christi debuerit esse omnibus manifesta.

¶ Secundò, vtrùm debuerit aliquibus manifestari.

¶ Tertiò, quibus manifestari debuerit.

¶ Quartò, vtrùm debuerit ipse se manifestare, vel potius manifestari per alios.

¶ Quintò, per quæ alia manifestari debuerit.

¶ Sextò, de ordine manifestationum.

¶ Septimò, de stella per quam manifestata fuit eius natiuitas.

¶ Octauò, de veneratione Magorum, qui per stellam, Christi natiuitatem cognouerunt.

** Alias census.*

Comment. ¶ In corpore vnica est conclusio. Christus conueniētissimo tempore est natus, probatur: Christus tanquam dominus & conditor omniū temporū, elegit sibi tempus, quo nasceretur, ergo conuenientissimo tēpore natus est. Antecedēs manifestatur dupliciter: primò ex differentia inter Christum & alios homines. Secundò ex simili: quia elegit sibi & locū & matrem. Cōsequētia probatur: quia quæ à Deo sunt, ordinata sūt, & conuenienter dispōsita. Vbi nota, quòd plus infertur quàm probatur, propter materiā & eius claritatem; probatur enim, quòd cōuenienti tempore: infertur autē, quòd cōuenientissimo tempore: quia si omnia à Deo sunt, cōuenienter dispōsita, ex quæ sunt circa ꝓpriam ipsius Dei personam, oportet conuenientissimè esse dispōsita. Et hoc clarumerat: quia de ipso Christo est sermo in conclusione.

¶ Super Quæstionis tricesimæquintæ Articulum septimum.

Comment. TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Christus in Bethleem natus voluit. Probatur, ratiocinando primò ad literam, secundò mystice.

¶ Aduerte hic, quòd Augustinus reddit rationem ex parte loci voluit, quare Christus voluerit nasci ibi: quæ ratio est etiā ratio quare prophetari se cerit se ibi nasciturū, & propterea non asserturi in littera ratio ex parte prophetiæ implendæ.

Aunot.

Aunot.

Aunot. Romanus pontifex est caput Ecclesiæ, & christi vicarius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis tricesimæsexta Articulum primum.

Comment. Titulus clarus.

¶In corpore vnica conclusio: Natiuitas Christi non debuit esse cõmuniter omnibus manifesta. Probatur tripliciter: primò ex mysterio passionis implẽdo, secundò ex fidei merito: tertiò ex humanitatis assumptæ testificanda veritate.

¶ Num si Christi natiuitas omnibus manifestaretur, tolleretur fides meritum.

Quæstio. Lustr. (1) 39. art. 1.3.

¶Clarum, quod omnia, nisi quòd secũda ratio. nõ caret scrupulositate. Nam est sermo de Christi natiuitatis manifestatione per visionẽ, aut per attestationem. Si enim est sermo de manifestatione per visionẽ, tolleretur, quia dubio meritũ fidei: quia tolleretur ipsa fides respectu visi: nemo enim credit quod videt. Sed huic sensui obstat, quia manifestatio negata omnibus est facta quibusdã puta Pastoribꝰ & Magis: quibus non per visionẽ, sed per attestationẽ Angelorum & stellæ manifestata est Christi natiuitas. Si verò est sermo de manifestatione per attestationẽ, nõ sequitur quòd tollatur meritum fidei: & fatò in litera diceretur, si manifestis indiciis, christo nascẽte, eius natiuitas omnibꝰ appareret, iã tolleretur ratio fidei. Vnde & magis manifestis indiciis natiuitas Christi apparuit: & tñ nõ est rõ fidei ablata respectu natiuitatis Christi.

¶ Ad hoc dicitur, quòd sermo literæ est de manifestatione tali, qualis facta est Pastoribꝰ, Magis, Simeoni & Annę. Et Pastoribus quidẽ & Magis, nullã constat manifestationẽ factam nisi attestationẽ: Angeli enim testificati sunt ad Pastores, & stella ad Magos. Simeoni autem & Annę qualis fuerit revelatio facta, an scilicet testificatiua tantùm, an illuminatiua ad videndũ licet in Euãgelio nõ scribatur: ex ipso tamẽ insinuari videtur, quòd testificatiua tãtùm fuerit. Quoniã vltra ꝓmissionem Christi dominã inspiratio describitur impulsiua ad videndum corporalibꝰ oculis Christũ: sicut dicitur quòd Simeõ in Spiritu venit in templũ, & minus de Anna dicitur: vt patet ex textu Euãgelij. Et ꝓpterea in cõclusione istiꝰ articuli sermo est de manifestatione ꝓ attestationẽ talẽ, qualis facta creditur Pastoribus, Magis, Simeoni & Annę in tẽ. istq. Autor, quòd nõ debuit Christi natiuitas manifestari sic omnibꝰ. Et secũda ratio nõ tendit ad hoc q̃ talis manifestatio abstulisset fidẽ sed ad hoc, quòd talis manifestatio minuisset meritũ fidei: sic enim in litera dicitur, q̃ a hoc diminuisset meritũ fidei. ꝓbatur autẽ in litera, quòd talis manifestatio facies eũdẽtiã tollit totaliter fidẽ. Tanquã si dixisset, signũ q̃, talis manifestatio minueret fidẽ, est q̃ si manifestatio exciuisset vsq; ad euidentiã, tolleret totaliter fidẽ. hoc enim ostẽdit manifestationẽ talẽ esse propinquã manifestationi euidẽtię, ac per hoc diminuẽtẽ meritũ fidei: vt pote propinquã tollenti totaliter fidẽ: propinquũ enim calido est tepidũ. Vnde in illa cõditione, si manifestis indiciis Christo nascẽte, eius natiuitas omnibus appareret, iã tolleretur ratio fidei, loquitur de indiciis ita manifestis, vt natiuitatẽ Christi redderẽt apparentẽ, hoc est euidentiẽ: sic enim fides est argumentũ non apparentiũ, hoc est nõ cuidentiũ. Duplicia liquidẽ possunt esse indicantia rẽ, quædã redolentia rem illã credibilem. Et inter hæc est magna latitudo: & in hoc genere sunt omnia testimonia siue Angelorũ, siue miraculorũ, siue hominũ, necnon ipsius Dei, si vltra attestationem non proceditur: & sic fuit manifestata Christi natiuitas suprà dicta. Quædam verò sunt indicantia rẽ sic, quòd reddant illam euidentẽ: vt in demõstratiuis, effectus ꝑ discursum demõstrationis indicat causam, reddit enim illã euidentem: vt in dãnis humanæ infirmitatis, vel humanæ infirmum tollit fidẽ respectu illi⁹. Primæ autẽ iudicia quæ sunt manifesta, vt ꝑ miracula & Angelos, &c. licet non tollãt, minuũt tamẽ meritũ fidei propter propinquitatẽ ad apparentiã. Quod exemplificatur potes percipere ꝑ Dominus Thomæ dixit, tã quam arguẽs ipsum de talibus indiciis quæ fuerãt: Quia vidisti, scilicet indicia manifestata in me, credidisti me Deũ, &c. & cõmendando ab opposito Angelorũ fidẽ subdidit: Beati qui non viderũt & crediderunt. nunquã enim Dominus ex oppositio cõmendasset credẽtes qui non viderũt, nisi ipsum videre minueret meritũ credẽdi. Erit insteriorgo Magi & Pastores minus meruerũt credẽdo, respõdetur ꝙ quantũ est ex parte manifestationis, minus meruerũt credẽdo: hoc est minoré occasionẽ mẽrẽdi in credẽdo habuerunt. Sed cũ hoc stat, ꝙ magis meruerũt credendo ex parte ipsorũ credentiũ. Et hoc prępõderat: quia meritũ ex parte mercẽtis maximè pẽsatur. Cum hoc quoq; stat, q̃ licet etiãnihil mererẽtur credẽdo natiuitatẽ Christi, puta quia dividisset: attamẽ multò plus meruissent amãdo, quàm alij credendo & amando, propter maiorẽ delectationem ex visu, quàm ex fide productam.

¶ Super Quæstionis tricesimæsexta Articulum secundum.

Titulus clarꝰ est. *Comment.*

¶In corpore vna conclusio: Natiuitas Christi non debuit esse cõmuniter omnibus manifesta. Primò quidẽ: quia per hoc impedita fuisset humana redẽptio, quæ per crucem eius peracta est. Quia, vt dicitur primæ ad Corinth. 2. Si cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.

Secundò, quia hoc diminuisset meritũ fidei, per quam venerat homines iustificare: secundum illud Rom. 3. Iustitia Dei, per fidem Iesu Christi. ⁹i enim manifestis indiciis Christo nascente eius natiuitas omnibus ꝑ pareret, iam tolleretur ratio fidei: quæ est argumentum non apparentium, vt dicitur Hebr. 11. Tertiò, quia per hoc veniffet in dubiũ veritas humanitatis ipsius: vnde Augustꝰ dicit in Epistola ad Volusianum, Si nullas ex paruulo in iuuentutem mutaret ætates, nullos cibos, nullos caperet somnos, nónne opinionem confirmaret erroris, nec hominem verum nullo modo suscepisse crederetur? & dum omnia mirabiliter facit, auferret quod misericorditer fecit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd autoritas illa intelligitur de aduentu Christi ad iudicium: secundum quòd glossa ibidem exponit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd de gratia Dei saluatoris erudiendi erant omnes homines ad salutem, non in principio natiuitatis eius: sed postea tempore procedente, postquam operatus est salutem in medio terræ. Vnde post passionem & resurrectionem suã dicit discipulis suis, Matth. vlt. Euntes docete omnes Gentes.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ad iudicium requiritur quòd autoritas iudicis cognoscatur: & propter hoc oportet, quòd aduentus Christi ad iudicium sit manifestus. Sed primus aduentus fuit ad omnium salutem, quę est per fidem, quæ quidem est de non apparentibus: & ideo primus Christi aduentus debuit esse occultus.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm natiuitas Christi debuerit aliquibus manifestari.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quòd natiuitas Christi nulli debuerit manifestari. Quia vt dictum est, hoc erat congruum humanæ saluti, vt primus Christi aduentus esset occultus. Sed Christus venerat, vt omnes saluaret, secundum illud primæ ad Tim. 4. Qui est saluator omnium, maximè fidelium. Ergo natiuitas Christi nulli debuit manifestari.

¶Præterea, Ante natiuitatem Christi, manifestata erat beatę Virgini & Ioseph futura Christi natiuitas. Non ergo erat necessarium Christo nato, eandem aliis manifestari.

¶Præterea, Nullus sapiens manifestat id ex quo turbatio nascitur, & detrimentum aliorũ. Sed manifestata Christi natiuitate, subsecuta est turbatio, dicitur enim Matth. 2. quòd audiens Herodes Christi natiuitatem, turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Cessit etiam hoc in detrimentum aliorũ: quia ex hac occasione, Herodes occidit pueros in Bethleem, & in omnibus finibus eius, à bimatu, & infra. Ergo videtur quòd non fuerit conueniens Christi natiuitatẽ aliquibus manifestari.

¶SED CONTRA est, quòd Christi natiuitas nulli fuisset proficua, si omnibus esset occulta. Sed oportebat Christi natiuitatem esse proficuam: alioquin frustra natus fuisset. ergo videtur quòd aliquibus manifestari debuerit Christi natiuitas.

CONCLVSIO.

¶ Sicut non decuit Christum resurgentem manifestum fieri omnibus, sed tantùm testibus præordinatis à Deo, ita non debuit eius natiuitas omnibus, sed quibusdam manifestari, ex quibus alijs manifestaretur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut Apostolus dicit Roma. 13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Pertinet autem ad diuinæ sapientiæ ordinem, vt Dei dona & secreta sapientiæ eius, non æqualiter ad omnes, sed immediatè ad quosdam perueniant, & per eos ad alios deriuentur. Vnde & quantum ad resurrectionis mysterium, dicitur Act. 10. quòd Deus dedit Christum resurgẽtem manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo. Vnde & hoc etiam debuit circa ipsius natiuitatem

obseruari, vt non omnibus Christus manifestaretur, sed quibusdam, per quos posset ad alios deuenire.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd sicut fuisset in præiudicium salutis humanæ, si omnibus hominibus Dei natiuitas innotuisset, ita etiam erit si nulli nota fuisset. Vtroq; enim modo tollitur fides: tam scilicet per hoc quòd aliquid est totaliter manifestum, quàm etiam per hoc, quòd à nullo cognoscitur, à quo possit testimonium audiri. Fides enim est ex auditu, vt dicitur Rom. 10.

¶Ad secundum dicendum, quòd Maria & Ioseph instruendi erant de Christi natiuitate antequam nascꝛetur: quia ad eos pertinebat reuerentiam exhibere proli conceptæ in vtero, & etiam obsequi nascituræ. Eorum autem testimonium propter hoc quod erat domesticum, fuisset habitum suspectum circa magnificentiam Christi, & ideo oportuit vt aliis manifestaretur extraneis, quorum testimonium suspectum esse non posset.

¶Ad tertium dicendum, quòd ipsa turbatio subsecuta ex natiuitate Christi manifestata, congruebat Christi natiuitati. primò quidem, quia per hoc manifestatur cælestis Christi dignitas. Vnde Gregor. dicit in Homil. Cæli Rege nato, Rex terræ turbatus est: quia nimirum terrena altitudo confunditur, cùm cælsitudo cælestis aperitur. Secundò, quia per hoc figurabatur iudiciaria Christi potestas. Vnde Augustꝰ dicit in quodam sermone Epiphaniæ, Quid erit tribunal iudicantis, quando superbos Reges cuna terrebat infantis? Tertiò, quia per hoc figurabatur deiectio regni diaboli: quia vt Leo Papa dicit in sermone Epiphaniæ: Non tantùm Herodes in semetipso turbabatur, quantùm diabolus in Herode: Herodes enim terrenum hominem æstimabat, sed diabolus Deum, & vterque regni sui successorem timebat, diabolus cælestẽ, sed Herodes terrenum. Superfluè tamen: quia Christus non venerat regnum in terra habere. Vnde Leo Papa dicit Herodi loquens, Non capit Christum regia tua: nec mundi dominus, potestatis tuæ sceptri est contentus angustiis.

Quòd autem Iudæi turbabantur, qui tamen magis gaudere debuerant, aut hoc est, quia, vt Chrysostom. dicit, de aduentu iusti non poterant gaudere iniqui, aut volentes fauere Herodi quem timebant: populus enim plus iustò fauet eis, quos crudeles sustinet. Quod autem pueri ab Herode sunt interfecti, non cessit in eorum detrimẽtum, sed in eorum profectum. Dicit enim Augustinus in sermone quodam de Epiphania: Absit, vt ad liberandos homines Christus veniens, de illorum præmio, qui pro eo interficiuntur, nihil egerit, qui pendẽs in ligno, pro eis a quibus interficiebatur, orauit.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm sint conuenienter electi illi, quibus est Christi natiuitas manifestata.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd non sint conuenienter electi illi, quibus est Christi natiuitas manifestata. Dominus enim Matth. 10. mandauit discipulis, In viam Gentium ne abieritis, vt scilicet prius manifestaretur Iudæis quam Gentibus. Ergo videtur quòd multò minus à principio fuerit reuelanda Christi natiuitas Gentilibus, qui ab Oriente venerunt: vt habetur Matthæi 2.

¶Præterea, Manifestatio diuinæ veritatis præcipuè debet fieri ad Dei amicos: secundum illud Iob 36. Annuntiat de ea amico suo. Sed Magi videntur esse Dei inimici: dicitur enim Leuit. 19. Nõ declinetis ad Magos, nec ab Ariolis aliquid scisciteremini. Non ergo debuit Christi natiuitas Magis manifestari.

¶Præterea, Christus venerat totum mundum à potestate diaboli liberare: vnde dicitur Malach. 1. Ab Ortu solis vsque ad Occasum, magnum est nomen meum in Gentibus. Non ergo solùm in Oriente positis debuit manifestari, sed etiam vbique terrarum.

¶Præterea, Omnia sacramenta veteris legis erant Christi figura. Sed sacramenta veteris legis dispensabantur per ministerium sacerdotium legalium. Ergo videtur quòd magis debuerit Christi natiuitas manifestari sacerdotibus in templo, quàm pastoribus in agro.

¶Præterea, Christus ex Virgine matre natus est, & ætate paruulus erat. Conuenientius igitur videtur fuisse, quòd Christus manifestaretur iuuenibus & virginibus, quàm senibus & coniugatis, vel viduis: sicut Simeoni & Annæ.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ioã. 17. Ego scio quos elegerim. Quæ autem fiunt secundũ Dei sapientiam, conuenienter fiunt. Ergo conuenienter sunt electi illi, quibus est manifestata Christi natiuitas.

CONCLVSIO.

¶ Cùm salus per Christum futura ad hominum omnium diuersitatẽ pertineret, congruit omnibus hominum conditionibus eius natiuitatem manifestari, scilicet, Magis, Simeoni, & Annæ, ac Pastoribus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd salus, quæ erat futura per Christum, ad omnem diuersitatem hominum pertinebat, quia sicut dicitur Coloss. 3. In Christo Iesu non est masculus & fœmina, Gentilis & Iudæus, seruus & liber, & sic de aliis huiusmodi. Et vt hoc in ipsa Christi natiuitate præfiguraretur, vt omnibus conditionibus hominum est manifestatus, quia vt Augustinus dicit in sermone de Epiphania: Pastores fuerunt Israelitæ, Magi Gentiles, illi propè, isti longè: vtrique tamen ad angularem lapidem concurrerunt. Fuit etiam inter eos alia diuersitas: nam Magi fuerunt sapientes & potentes: Pastores autem simplices & viles. Manifestatus erat est iustis, Simeoni & Annæ, & peccatoribus, scilicet Magis. Manifestatus est etiam & viris* & mulieribus: vt per hoc ostenderetur, nullam conditionem hominum excludi à Christi salute.

*Aliàs & mulieri, scilicet

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ista manifestatio natiuitatis Christi fuit quædam prælibatio plenæ manifestationis quæ erat futura. Et sicut in secunda manifestatione primò annuntiata est gratia Christi per Christum & eius Apostolos Iudæis, & postea Gentilibus: ita ad Christum primò peruenerunt Pastores, qui erant primitiæ Iudæorum, tanquam propè existentes: & postea venerunt Magi à remotis, qui fuerunt primitiæ Gentium: vt Augustꝰ dicit.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut Augustꝰ dicit in sermo. de Epipha. Sicut præualet imperitia in rusticitate Pastorum, ita præualet impietas in sacrilegijs Magorum: vtrosque tamen sibi lapis ille angularis attribuit, quippe qui venit stulta eligere, vt confunderet sapientes: & non vocare iustos, sed peccatores: vt nullus magnus superbiret, nullus infirmus desperaret. Quidam tamen dicunt, quòd isti Magi non fuerunt malefici, sed sapientes Astrologi: qui apud Persas vel Chaldæos Magi vocantur.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Chrysostꝰ dicit, Ab Oriente venerunt Magi, quia vnde dies nascitur, inde initium fidei processit: quia fides lumen est animarum. Vel quia omnes qui ad Christum veniunt, ab ipso & per ipsum veniunt, de quo dicitur Zachar. 6. Ecce vir, Oriens nomen eius. Dicuntur autem ab Oriente, ad literam, venisse: vel quia de vltimis Orientis partibus venerunt, secundum quosdam, vel quia de aliquibus vicinis partibus Iudææ venerunt, quæ tamen sunt regionis Iudæorum ad Orientem. Credibile tamen est, etiam in aliis partibus mundi aliqua indicia natiuitatis Christi apparuisse, sicut Romæ fluxit oleum, & in Hispania apparuerunt tres soles, paulatim in vnum cocuntes.

¶Ad quartum dicendum, quòd sicut Chrysostꝰ. dicit, Angelus manifestans Christi natiuitatem, non iuit Hierosolymam, non requisiuit Scribas & Pharisæos: erant enim corrupti & præiudicia cruciabantur. Sed pastores erant synceri antiquam conuersationem Patriarcharum & Moysi colentes. Per hos etiam pastores

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis trecesimæsextæ Articulum sextum.

Comment. Titulus clarus.

¶In corpore vnica cōclusio: Christus nō per seipsum, sed per alias creaturas sua natiuitatem manifestare debuit. Probatur: Natiuitas Christi ordinata est ad humanam salutem per fidem: ergo oportebat ita manifestari, vt fides deitatis fidei humanitatis non præiudicaret: ergo non per seipsum, sed per alias creaturas debuit manifestari. Prima consequētia probatur: quia fides salutaris est circa vtranque, scilicet deitatem & humanitatem Christi. Secūda probatur: quia fides humanitatis fit, dum Christus in seipso humanitatem infirmam, sicut alij, exhibuit: fides verò deitatis, dum per creaturas, Angelos scilicet & stellam Pastoribus, Magis, Simeoni, Annæque virtutes deitatis manifestatur.

Annot. ¶In responsione ad tertiū, colligo vtra Chrysostomi autoritatem, quòd ad literam miraculum vini fuit initium signorum Christi simpliciter, & non limitatè in illo loco. Et hoc optima ratione litera probat ex verbis Ioan. Baptistæ: miraculum quippe vini factum est post baptismum Christi per annum, secundum ecclesiæ traditionem, tria mysteria vno die diuersis annis cōgisse attestantem, scilicet Magorum adorationē, baptismum Christi, & conuersionem aquæ in vinum.

¶ Super Quæstionis tricesimæsextæ Articulum quintum.

Annot. Titulus minus explicat breuitatis causā, quæritur. Non, vt patet in distinctione articulorum in principio huius quæstionis facta in litera, quintus articulus inquirit per quæ alia debuerit manifestari: vbi patet nō solùm de Angelis (vt hic explicatur) sed vniuersaliter de omnibus creaturis, per quas debuerit manifestari Christi natiuitas inquiri. Idem quoque euidenter apparet in processu articuli: vbi non solùm quare per Angelos pastoribus, sed diffuse quoque quare per stellā Magis, & per inspirationem interiorem Simeoni & Annæ manifestata est Christi natiuitas, ratio redditur.

cōment. ¶In corpore articuli vna est conclusio: respōsua quæstioni: Christi natiuitas cōuenienter manifestata est per Angelos, stellam & inspirationem, pastoribus iudæis, Magis, & iustis Simeoni & Annæ. Probatur primò. Manifestatio per signa debet fieri per familiaria illis quibus manifestatio fit: ergo conuenienter &c. Antecedens probatur ex simili de manifestatione syllogistica. Consequentia autem probatur: quia iustis, scilicet perfectis, familiare est per inspirationem, aliis corporalibus deditis per visibilia, & rursus inter istas alios Iudæis per Angelorū visionem, Gentilibus per astrorum signa iustis. Confirmatur secundò quoad hoc, quòd omnia signa fuerint cælestia, ex hoc quòd cælestem natiuitatem enarrabant, & firmatur tertiò quoad differentiam inter Angelos & stellā respectu pastorū & Magorum: & hoc triplici ratione, vt patet in litera. Confirmatur quartò quo ad stellā, ex spirituali genere Abrahæ, sicut stellarum numerus.

significabantur doctores Ecclesiæ, quibus Christi mysteria reuelantur, quæ latebant Iudæos.

¶Ad quintum dicendum, quòd sicut Ambrosius dicit, generatio domini non solùm à iuuenibus, sed etiam à senioribus & iustis accipere debuit testimonium, quorum etiam testimonio propter iustitiam magis credebatur.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm christus per seipsum natiuitatē suam manifestare debuerit.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Christus per seipsum natiuitatem suam manifestare debuerit. Causa enim quæ est per se, semper est potior ea quæ est per aliud: vt dicitur in octauo Physicorum. Sed Christus suam natiuitatem manifestauit per alios, puta pastoribus per Angelos, & Magis per stellam. Ergo multò magis per seipsum debuit suam natiuitatem manifestare.

¶Præterea, Ecclesiastici 20. dicitur, Sapientia abscondita & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisque? Sed Christus à principio suæ conceptionis plenè habuit sapientiæ & gratiæ thesaurum. Nisi ergo hanc plenitudinem manifestasset per opera & verba, fuisset frustra ei data sapientia & gratia: quod est inconueniens: quia Deus & natura nihil frustra facit: vt dicitur in primo de Cælo.

¶Præterea, In lib. de Infantia Saluatoris legitur, quòd Christus in sua pueritia multa miracula fecit. Et ita videtur quòd suam natiuitatem per seipsum manifestauerit.

¶SED CONTRA est quod Leo Papa dicit, quòd Magi inuenerunt puerum Iesum nulla ab humanæ infantiæ generalitate discretum. Sed alij infantes non seipsos manifestant. Ergo neque decuit, quòd Christus per seipsum suam natiuitatem manifestaret.

CONCLVSIO.

¶ Decuit Christum non per seipsum sed per alios creaturas natiuitatem suam manifestare, ne fides propagandæ derogaretur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd natiuitas Christi ad humanam salutem ordinabatur, quæ quidem est per fidem. Fides autem salutaris diuinitatem & humanitatem Christi confitetur. Oportebat igitur ita manifestari natiuitatem Christi, vt demonstratio diuinitatis eius, fidei humanitatis ipsius non præiudicaret. Hoc autem factum est, dum Christus in seipso natiuitatem simi lem infirmitati humanæ exhibuit, & tamen per Dei creaturas diuinitatis virtutem in se monstrauit. Et ideo Christus nō per seipsum suam natiuitatem manifestauit, sed per quasdam alias creaturas.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in via generationis & motus oportet per imperfecta ad perfectum peruenire. Et ideo Christus prius manifestatus est per alias creaturas: & postea manifestauit se per seipsum manifestatione perfecta.

¶Ad secundum dicendum, quòd licet sapientia abscondita sit inutilis: non tamen ad sapientem pertinet, vt quolibet tempore manifestet seipsum, sed tempore congruo. Dicitur enim Ecclesiasti. 20. Est tacens non habens sensum loquelæ, & est tacens sciens tempus apti temporis. Sic ergo sapientia Christo data non fuit inutilis, quia seipsum tempore congruo manifestauit & hoc ipsum, quòd tempore congruo abscondebatur, est sapientiæ iudicium.

¶Ad tertium dicendum, quòd liber ille de infancia Saluatoris est apocryphus. Et Chrysostom. dicit super Ioan. quòd Christus non fecit miracula antequam aquam conuertit in vinum, secundum illud quod dicitur Ioan. 2. Hoc fecit initium signorum Iesus. Si enim secundum primam ætatem miracula fecisset, non indiguissent Israelitæ alio manifestante eum: cùm tamen Ioannes Baptista dicat Ioan. primo, Vt manifestetur in Israël, propterea veni in aqua baptizans. Decenter autem non incepit facere signa in prima ætate: existimassent enim phantasma esse Incarnationem, & ante opportunum tempus cruci eum tradidissent liuore liquefacti.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm natiuitas Christi debuerit per Angelos & stellam manifestari.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd non debuerit manifestari per Angelos Christi natiuitas. Angeli enim sunt spirituales substantiæ secundum illud Psal. Qui facit Angelos suos spiritus. Sed Christi natiuitas erat secundum carnem, nó autem secundum spiritualem eius substantiam. Ergo non debuit per Angelos manifestari.

¶Præterea, Maior est affinitas iustorum ad Angelos quàm ad quoscunque alios, secundum illud Psal. Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Sed iustis, scilicet Simeoni & Annæ, non est manifestata Christi natiuitas per Angelos. Ergo nec pastoribus per Angelos manifestari debuit.

¶Præterea, Videtur quòd nec magis debuerit manifestari per stellam. Hoc enim videtur esse erroris occasio, quantum ad illos, qui æstimant sydera natiuitatibus hominum dominari. Sed occasiones peccandi sunt hominibus auferendæ. Non ergo fuit conueniens, quòd per stellam Christi natiuitas manifestaretur.

¶Præterea, Signum oportet esse certum ad hoc, quòd per ipsum aliquid manifestaretur. Sed stella non videtur esse signum certum natiuitatis Christi. Ergo inconuenienter fuit Christi natiuitas per stellam manifestata.

¶SED CONTRA est quod dicitur Deuter. 32. Dei perfecta sunt opera. Sed talis manifestatio fuit opus diuinum. ergo per conuenientia signa fuit effecta.

CONCLVSIO.

¶ Cùm diuino quodam opere manifestata fuerit christi natiuitas, congruè per Angelos Pastoribus, per stellam Magis manifestari debuit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut manifestatio syllogistica fit per ea quæ sunt magis nota ei, cui est aliquid manifestandum: ita manifestatio quæ fit per signa, debet fieri per ea quæ sunt familiaria illis, quibus manifestatur. Manifestum est autem, quòd viris iustis est familiare & consuetum interiori Spiritus sancti instinctu edoceri, absque signorum sensibilium demonstratione, scilicet per Spiritum prophetiæ. Alij verò corporalibus rebus dediti, per sensibilia ad intelligibilia adducuntur. Iudæi autem consueti erant diuina responsa per Angelos accipere, per quos etiam legem acceperant: secundum illud Actuum 7. Accepistis legem in dispositione Angelorum. Gentiles verò & maximè Astrologi consueti sunt stellarum cursus inspicere. Et ideo iustis, scilicet Simeoni & Annæ, manifestata est Christi natiuitas per interiorem instinctum Spiritus sancti: secundum illud Luc. 2. Responsum accepit à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum domini. Pastoribus autem & Magis tanquam rebus corporalibus deditis manifestata est Christi natiuitas per visibiles apparitiones. Et quia natiuitas non erat purè terrena, sed quodammodo cælestis, ideo per signa cælestia

¶ Super Quæstionis trecesimæsextæ Articulum sextum.

Comment. Titulus de ordine temporis quæritur, quo prius patuerit Magis, Ieiunde Magis, de natum Simeoni & Annæ manifestata est Christi natiuitas.

¶In corpore Autor duo facit: primò ordinē manifestationum ex Euangelij autoritate aperit, scilicet quòd ipso die natalis pastoribus, decimatertia die Magis, quadragesima Simeoni & Annæ. Secundò rationē reddit optimam ex significatis. Omnia clara sunt in litera.

Comment. ¶In responsione ad tertium, de tēpore occisionis Innocentū non multum constat. Ex Euangelio siquidem habetur quòd non statim occisi sunt: nam post adoratione Magorū in domo diuersoria iuxta Bethleem (in qua natus est Christus) oblatus est Domino in templo, & postea portatus à parentibus in Nazareth, vbi Angelus dixit ad Ioseph, Fuge in Aegyptum: iturum est enim vt Herodes quærat puerum ad perdendū eum. Hoc enim oportet fuisse, postquam ex Ierusalem venerunt parentes eius in Nazareth, vt Lucas narrat: si enim antè fuissent, non venisset in Ierusalem, nec inde in Nazareth. Vnde certum relinquitur, quòd nō statim Herodes fecerit in pueros, sed incertū est quātotempore post fruierit in eos. Satis rationabile est illud impedimētum ex Romano itinere: quia pro historia habetur quòd Romā fuerit à filiis accusatus.

cælestia vtriusque Christi natiuitas reuelatur. Vt enim Aug. dicit in sermo. de Epipha. Cælos Angeli habitant, & sydera ornant, vtriusque ergo cæli enarrant gloriam Dei. Rationabiliter autem pastoribus tanquam Iudæis, apud quos frequenter factæ sunt apparitiones Angelorum, reuelata est natiuitas Christi per Angelos. Magis autem assuetis in consideratione cælestium corporum, manifestata est per signum stellæ: quia (vt Chrys. dicit, per consueta eos Dominus vocare voluit, eis condescendens. Est autem alia ratio: quia vt Greg. dicit, Iudæis tanquam ratione vtentibus rationale animal, id est Angelus prædicare debuit. Gentiles verò, quia vti ratione nesciebant ad cognoscendum Dominum, non per vocem, sed per signa perducuntur. Et sicut Dominum iam loquentem annuntiauerunt Gentilibus prædicatores loquentes, ita eum nondum loquentem elementa muta prædicauerunt. Est etiā & alia ratio: quia vt August. dicit in sermo. Epipha. Abrahæ innumerabi is fuerat promissa successio non carnis semine, sed fidei fœcunditate generanda. Et ideo stellarum multitudini est comparata, vt cælestis progenies speraretur. Et ideo Gentiles in sydera designati, ortu noui sideris excitantur, vt perueniant ad Christum, per quem efficiuntur semen Abrahæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd illud manifestatione indiget, quod de se est occultum: non autem illud quod de se est manifestum. Caro autem eius, qui nascebatur, erat manifesta, sed diuinitas erat occulta. Et ideo conuenienter manifestata est illa natiuitas per Angelos, qui sunt Dei ministri. Vnde & cum claritate Angelus apparuit, vt ostenderetur quòd ille qui nascebatur, erat splendor paternæ gloriæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd iusti non indigebant visibili apparitione Angelorum: sed eis sufficiebat interior instinctus Spiritus sancti propter eorum perfectionem.

¶Ad tertium dicendum, quòd stella natiuitatem Christi manifestans, omnem occasionem erroris subtraxit. Vt enim August. dicit contra Faustum, nulli astrologi ita constituerunt nascentium hominum facta sub stellis, vt aliquam stellarum homine aliquo nato circuitus sui ordinem reliquisse, & ad eum, qui natus est perexisse assererent: sicut accidit circa stellam, quæ demonstrauit natiuitatem Christi. Et ideo per hoc non confirmatur error eorū, qui sortem nascentium hominum astrorum ordini colligari arbitrantur, non autem credunt astrorum ordinem ad hominis natiuitatem posse mutari. Similiter etiam, vt Chrysost. dicit, Non est hoc astronomiæ opus, à stellis scire eos qui nascuntur: sed ab horā natiuitatis futura prædicere. Magi autem tempus natiuitatis nō cognouerunt: vt hinc sumentes initium, à stellarum motu futura cognoscerent, sed potius econuerso.

¶Ad quartum dicendum, quòd sicut Chrysost. refert, in quibusdam scripturis apocryphis legitur, quòd quædam gens in extremo Orientis iuxta Oceanum, scripturam quandam habebat ex nomine Seth de hac stella, & muneribus huiusmodi offerendis, quæ gens diligenter obseruabat huius stellæ exortum, positis exploratoribus duodecim, qui certis temporibus deuote ascendebant in montem, in quo postmodum eam viderunt, habentem in se quasi paruuli formam, & super se similitudinem crucis. Vel dicendum, quòd sicut dicitur in lib. de Quæstionibus veter. & noui Testamen. Magi illi traditionem Balaam sequebantur, qui dixit, Orietur stella ex Iacob. Vnde videntes stellam extra ordinem mundi, hanc esse intellexerunt, quam Balaam futuram indicem Regis Iudæorum prophetauerat. Vel dicendum, sicut Augusti. dicit in sermo. de Epiphania, quòd ab Angelis aliqua admonitione reuelationis audierunt Magi, quòd stella Christum natum significaret: & probabile videtur quòd à bonis, quando

in Christo adorando salus eorum iam quærebatur. Vel sicut Leo Papa dicit in sermone de Epiphania, præter illam speciem, quæ corporeum incitauit obtutum, fulgentior veritatis radius eorum corda perdocuit, quod ad illuminationem fidei pertinebat.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm natiuitas Christi ordine conuenienti fuerit manifestata.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienti ordine Christi natiuitas fuerit manifestata. Illis enim debuit primò manifestari Christi natiuitas, qui Christo propinquiores fuerunt, & qui magis Christum desiderabant: secundum illud Sapien. 6. Præoccupat eos, qui se concupiscunt, vt se priorem illis ostendat. Sed iusti propinquissimi erant Christo per fidem, & maximè eius aduentum desiderabant: vnde dicitur Luc. 2. de Simeone, quòd erat homo iustus & timoratus, expectans redemptionem Israel. Ergo prius debuit manifestari Christi natiuitas Simeoni, quàm pastoribus, vel Magis.

¶Præterea, Secundum August. Magi fuerunt primitiæ Gentium Christo crediturarum. Sed primò plenitudo Gentium intrat ad fidem, & postmodum omnis Israël saluus fiet: vt dicitur Romanor. 11. Ergo primò debuit manifestari Christi natiuitas Magis, quàm pastoribus.

¶Præterea, Matt. 2. dicitur, quòd Herodes occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem & in omnibus finibus eius, à bimatu & infrà, secundum tempus quod exquisierat à Magis. Et sic videtur quòd per duos annos post Christi natiuitatem Magi ad Christum peruenerint. Inconuenienter igitur post tantum tempus fuit Gentilibus Christi natiuitas manifestata.

¶SED CONTRA est quod dicitur Dan. 2. Ipse mutat tempora & ætates. Et ita tempus manifestationis natiuitatis Christi videtur congruo ordine esse dispositum.

CONCLVSIO.

¶ Conuenientissimo fuit manifestata ordine Saluatoris nostri natiuitas, vt ipso die natiuitatis Pastoribus, tertiadecima verò die Magis, quadragesima verò Simeoni & Annæ manifestaretur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Christi natiuitas primò quidem manifestata est pastoribus ipso die natiuitatis Christi. vt enim dicitur Luc. 2. Erant in regione eadem vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem suum: & vt discesserunt ab eis Angeli in cælum, loquebantur adinuicem, transeamus vsq; Bethleem, & venerunt festinantes. Secundò autem Magi peruenerunt ad Christum decimatertia die natiuitatis eius: quo die festum Epiphaniæ celebratur. Si enim reuoluto anno, vel etiam duobus annis venissent, non inuenissent eum in Bethleem: cùm scriptum sit Luc. 2. quòd postquam perfecerunt omnia secundum legem Domini (offerentes scilicet puerum Iesum in templum) reuersi sunt in Galilæam in ciuitatem suam Nazareth. Tertiò manifestata est iustis in templo quadragesimo die à natiuitate Christi: vt habetur Luc. 2. Et huius ordinis ratio est: quia per pastores significantur Apostoli & alij credentes ex Iudæis, quibus primò manifestata est fides Christi: inter quos non fuerunt multi potentes, nec multi nobiles: vt dicitur 1. ad Corint. 1. Secundò autem fides Christi peruenit ad plenitudinem Gentium, quæ est præfigurata per Magos. Tertiò autem peruenit ad plenitudinem Iudæorum, quæ est præfigurata per iustos: vnde & in templo Iudæorum est eis Christus manifestatus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Apost. dicit Roma. 9. Israël sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit: sed Gentiles qui non quærebant iustitiam, Iudæos communiter in iustitia fidei præuenerunt. Et in huius figuram Simeon, qui expectabat consolationem Israel, vltimò Christum natum cognouit, & præcesserunt eum Magi & pastores, qui Christi natiuitatem non ita solicitè expectabant.

¶Ad secundum dicendum, quòd licet plenitudo Gentium prius intrauerit ad fidem, quàm plenitudo Iudæorum: tamen primitiæ Iudæorum præuenerunt in fide primitias Gentium, & ideo pastoribus primò manifestata est Christi natiuitas, quàm Magis.

¶Ad tertium dicendum, quòd de apparitione stellæ, quæ apparuit Magis, est duplex opinio. Chrys. enim super Matt. & August. in sermo. Epipha. dicunt quòd stella Magis apparuit per bien-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis tricesimæsexta Articulum septimum.

Cõment. IN corpore duo fuit, primo ex Chrysost. respondetur quęsito vna conclusione: Stella non fuit ex cælestibus. Et asseruntur quinque rationes ex eodem. Secundò tractatur q d fuit illa stella: primò iecundum Chrysost. sub cuius opinione asserítur duo 2 quòd dicendi deinde secundò propriã opinionem autoritate Leonis firmatam. Omnia patent in litera.

Annot. ¶ In responsione ad tertium, perspice Autorẽ communẽ verbum de significatione cometarum admittendo respõdere: non quòd propter ea sic ipsum sentisse putandũ sit: sed esto quòd sic respondisse intelligẽdum est. Cometes enim non magis regis, quàm pauperis rustici mortẽ significat: sed quia mortes principum portãtur, pauperum autem ratio nõ habetur, ideo vulgatum est, quòd significat mortem principũ, si magno credimus Alberto.

¶ Super Quæstionis tricesimæsexta Articulum octauum.

Annot. TItulus de conuenientia seu ratio nabilitate actus quærit.

Cõment. ¶ In corpore vnica conclusio: Credendum est Magos à Spiritu Sancto inspiratos sapiẽter Christũ adorasse. Probatur: Magi sunt primitię Gentium in Christũ credentium: ergo credendum est, &c. Antecedens manifestatur: quia in ipsis sicut in quodam præsagio fides deuotió q. Gentium à remotis ad Christum venientium monstrabatur. Consequẽtia probatur: quia sicut fides deuotió q. Gentium est absq; errore per inspiratiõẽ Spiritus sancti, &c.

nium ante Christi natiuitatem: & tunc præmeditantes & se ad iter præparantes, à remotissimis partibus Orientis peruenerunt ad Christum tertiadecima die à sua natiuitate. Vnde & Herodes statim post recessum Magorum, videns se ab eis illusum, mandauit occidi pueros à bimatu & infra, dubitans ne tunc Christus natus esset quando stella apparuit, secundum quòd à Magis audierat.

Alij verò dicunt stellam apparuisse primò, cùm Christus natus est: & statim Magi visa stella iter arripientes, longissimum iter in tredecim diebus peregerunt, partim quidem adiuti diuina virtute, partim autem dromedariorum velocitate. Et hoc dico si venerunt ex extremis partibus Orientis. Quidam tamen dicunt eos venisse de regione propinqua, vnde fuerat Balaam, cuius doctrinæ sectatores fuerunt. Dicuntur autem ab Oriente venisse: quia terra illa est ad Orientalem partem terræ Iudæorum. Et secundum hoc Herodes non statim recedentibus Magis, sed post biennium pueros interfecit. Vel quia dicitur interim accusatus Romam iuisse: vel aliquorum periculorum terroribus agitatus, à cura interficiendi puerum interim destitisse. Vel quia potuit credere Magos fallacis stellæ visione deceptos, postquam non inuenerunt quem natum putauerunt, erubuisse ad se redire: vt Augustꝰ dicit in lib. de Cõsensu Euangelistarum. Ideo autem non solùm bimos pueros interfecit, sed etiam infrà: quia (vt Aug. dicit in quodam sermone Innocẽtum) timebat ne puer, cui sydera famulantur, speciem suam paulò supra ætatem vel infra transformaret.

ARTICVLVS I.

Vtrùm stella quæ Magis apparuit, fuerit vna de cælestibus stellis.

AD SEPTIMVM sic procedit. Videtur quòd stella quæ Magis apparuit fuerit vna de cælestibus stellis. Dicit enim Augustꝰ in quodam sermone Epiphaniæ, Dum pendet ad vbera, & vilium patitur Deus inuolumenta pannorum, repente nouum de cælo sydus effulsit. Fuit igitur stella cælestis, quę Magis apparuit.

¶ Præterea, Augustꝰ dicit in sermone quodam Epiphaniæ: Pastoribus Angeli, Magis stella Christum demonstrat, vtrisque loquitur lingua cæ'orum: quia lingua cessauit Prophetarum. Sed Angeli pastoribus apparentes, fuerunt verè de cælestibus Angelis. Ergo & stella Magis apparens, fuit verè de cælestibus stellis.

¶ Præterea, Stellæ quæ non sunt in cælo, sed in aëre, dicuntur stellæ comatæ, quæ non apparent in natiuitatibus Regum, sed magis sunt indicia mortis eorum. Sed illa stella designabat Regis natiuitatem: vnde Magi dicunt Matth. 2. Vbi est qui natus est Rex Iudæorum? vidimus enim stellam eius in Oriente. Ergo videtur quòd fuerit de cælestibus stellis.

¶ SED CONTRA est quod Augustꝰ dicit in lib. contra Faustum, Non ex illis erat stellis, quæ ab initio creaturæ itinerum suorum ordinem sub creatoris lege custodiunt, sed nouo virginis partu nouum sydus apparuit.

CONCLVSIO.

¶ Consonum valde rationi esse videtur, vt stella, quæ Magos ad Christum patum perduxit, non fuerit vna cælestium stellarum, sed ad hoc à Deo de nouo creata.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut Chrysost. dicit super Matth. quòd illa stella, quæ Magis apparuit, non fuerit vna cælestium stellarum, multipliciter manifestum est. Primò quidem, quia nulla alia stellarum hac via incedit. hæc enim stella ferebatur à Septentrione in Meridiem: ita enim Iudæa iacet ad Persidem, vnde Magi venerunt. Secundo apparet hoc ex tempore: non enim solùm apparebat in nocte, sed etiam in media die, quod non est virtutis stellæ, sed nec etiam lunæ. Tertiò, quia quandoque apparebat, & quandoque occultabatur. Cùm enim intrauerunt Hierosolymam, occultauit seipsam: deinde vbi Herodem reliquerunt, seipsam monstrauit. Quartò, quia non habebat continuum motum, sed cùm oportebat ire Magos, ibat, cùm oportebat stare, stabat, sicut & de columna nubis erat in deserto. Quintò, quia non sursum manens, partum Virginis demonstrabat, sed deorsum descendens, hoc faciebat. Dicitur enim Matt. 2. quòd stella, quam viderunt Magi in Oriente, antecedebat eos, vsque dum veniens staret supra vbi erat puer. Ex quo paret quòd verbum Magorum dicentium, Vidimus stellam eius in Oriente, non est sic intelligendum, quasi ipsis in Oriente positis stella apparuerit existens in terra Iuda, sed quia viderunt eam in Oriente existentem, & præcessit eos vsque in Iudæam, quanuis hoc à quibusdam sub dubio relinquatur. Non autem potuisset distinctè domum demonstrare, nisi esset terræ vicina. Et sicut ipse dicit, hoc non videtur proprium stellæ, sed virtutis rationalis cuiusdam. Vnde videtur hæc stella virtutis inuisibilis fuisse in talem apparentiam transformata. Vnde quidam dicunt, quòd sicut Spiritus Sanctus descendit super baptizatum Dominum in specie columbæ: ita apparuit Magis in specie stellæ. Alij verò dicunt, quòd Angelus qui apparuit pastoribus in humana specie, apparuit magis in specie stellæ.

Probabilius tamen videtur, quòd fuerit stella de nouo creata, non in cælo, sed in aëre vicino terræ, quæ secundum diuinam voluntatem mouebatur. Vnde Leo Papa dicit in sermone Epiphaniæ: Tribus Magis in regione Orientis, stella nouæ claritatis apparuit: quæ illustrior cæteris pulchriórque sýderibus, in se intuentium oculos animósque conuerteret, vt confestim aduertereretur, non esse otiosum quod tam insolitum videbatur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cælum in sacra Scriptura quandoque dicitur aër: secundum illud, Volucres cæli, & pisces maris.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ipsi Angeli cælestes ex suo officio habent, vt ad nos descendant in ministerium missi. sed stellæ cælestes suum situm non mutant. Vnde non est similis ratio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut stella illa non est sequuta modum stellarum cælestium, ita nec etiam stellarum cometarum: quæ nec de die apparent, nec cursum ordinatum mutant. Et tamen non omninò aberat significatio cometarum, quia cæleste regnum Christi comminuit, & consumit vniuersa regna terræ, & ipsum stabit in æternum: vt dicitur Dan. 2.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrùm Magi conuenienter ad Christum adorandum venerint.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd Magi non conuenienter ad Christum venerandum venerint. Vnicuique enim Regi reuerentia debetur à suis subiectis: Magi autem non erant de regno Iudæorum. Ergo cùm ex visione stellæ cognouerunt natum esse Regem Iudæorum, videtur quòd inconuenienter venerint ad eum adorandum.

¶ Præterea, Stultum est viuente Rege aliquo, extraneum Regem annuntiare. Sed in regno Iudææ regnabat Herodes. Ergo stultè fecerunt Magi, alterius Regis natiuitatem annuntiantes.

¶ Præterea, Certius est cæleste indicium, quàm indicium humanum. Sed Magi ducatu cælestis indicij ab Oriente venerant in Iudæam. Stultè ergo egerunt, præter ducatum stellæ, humanum indicium requirendo, dicentes, Vbi est qui natus est Rex Iudæorum?

¶ Præterea, Munerum oblatio & adorationis reuerentia, non debetur nisi Regibus iam regnantibus. Sed Magi non inuenerunt Christum regia dignitate fulgentem. Ergo inconuenienter ei munera & reuerentiam regiam exhibuerunt.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Isa. 60. Ambulabunt Gentes in lumine tuo, & Reges in splendore ortus tui. Sed qui diuino lumine ducuntur, non errant. Ergo Magi absque errore Christo reuerentiam exhibuerunt.

¶ Super Quæstionis tricesimæseptimæ Articulum primum.

Cõment. TItulus clarus est. ¶ In corpore vnica conclusio: Christus debuit circumcidi. Probatur septem rationibus: quæ clarè patent in litera.

¶ Num quis circumcidi debeat ad Christi imitationem.

Quæstio. Cõment. ¶ In responsione ad secundum (vbi de imitatione Christi, quo ad circumcisionem corpoream agitur) dubium occurrit de circumcisione Christianorum Iudeorum, dicentiũ se circuncidi vt conformentur Christo, an sit licita. Videtur enim quòd nõ.

Primo ex autoritate Apostoli. Si circuncidimini, Christus nihil vobis proderit, ad Gal. 5. & ex autoritate Ecclesiæ, quæ in concilio Florẽt. sub Eugenio IIII. determinauit circuncisionem & alia legalia, post publicationem Euangelij esse nõ solum mortua, sed mortifera.

Secundò: quia circuncisio facta ad imitationem Christi, non effugit quin fiat etiam ad imitationem Abrahæ & Iudæorum quoniam quicquid fit ad imitationem imitantis terthum, fit ad imitationẽ illius tertij. ergo p hoc circuncisio facta ad imitationem Christi est circuncisio legalis. Et confirmatur: quia fieri ad imitationem alicuius mediatè vel immediatè non variat naturam actus: sed circuncisio facta ad similitudinem Christi immediatè, fit mediatè ad similitudinem legalis circũcisionis: quia Christus legem circuncisionem suscepit: ergo circuncisio ad similitudinem Christi facta est legalis.

Tertiò: quia secundũ Apostolum ab omni specie mali abstinendum est: inficiari autẽ non potest, quin circuncisio ista habeat speciẽ mali. nam cõstat quòd habet speciẽ Iudaismi: igitur illicita est. In oppositum autẽ est: quia damnare totam illam patriam Christianam, & morem antiquũ tot Ecclesiarum, præsumptuosum videtur.

¶ Ad euidentiam huius quæstionis sciendũ est, quòd non verritur in dubium, an circuncisio legalis sit alicubi licita. Determinata siquidem est in dicto cõcilio hæc quæstio: & diffinitum est circuncisionem legalem, siue in ea ponatur spes, siue non, esse illicitam. Sed quia ista circuncisio negatur, quòd sit legalis (dicitur enim quòd non fit ad observandam legem Mosi vel præceptum datum Abrahæ de circũcisione) propterea in dubium

CONCLVSIO.

¶ Credendum est. Magos à Spiritu sancto inspiratos, sapienter ad adorandum Christum natum venisse.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est, Magi sunt primitiæ Gentium in Christum credentiũ: in quibus apparuit sicut in quodam præsagio fides, deuotio Gentium venientium à remotis ad Christum. Et ideo sicut deuotio & fides Gentium est absque errore per inspirationem Spiritus sancti, ita etiam credendum est, Magos à Spiritu sancto inspiratos, sapienter Christo reuerentiam exhibuisse.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Augustꝰ dicit in sermone Epiphaniæ, cùm multi Reges Indæorũ nati fuissent atq; defuncti, nullum eorum Magi adorandum quæsierunt. Non itaq; Regi Iudæorum, quales illic esse solebant, hunc tam magnum honorem longinqui alienigenæ, & ab eodem regno prorsus extranei, à se deberi arbitrabantur: sed totalem natum esse didicerũt, in quo adorando, se salutem, quæ secundum Deũ est, consecuturos minimè dubitauerũt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd per illam annuntiationem Magorum præsignabatur constantia Gentium, Christum vsq; ad mortem confitentium. Vnde Chrysost. dicit super Matth. quòd dum considerabant Regem futurum, non timebant Regem præsentem: adhuc non viderant Christum, & iam parati erant pro eo mori.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Augustꝰ dicit in sermo. Ephiphaniæ: Stella quæ magos perduxit ad locum, vbi erat cum matre Virgine Deus infans, poterat eos ad ipsam perducere ciuitatem Bethleem, in qua natus est Christus: sed tamẽ subtraxit se, donec de ciuitate, in qua Christus nasceretur, etiam Iudæi testimonium perhiberent: vt sic geminato testimonio confirmati (sicut Leo Papa dicit) attentiori fide experirent, quẽ & stellæ claritas & prophetiæ manifestabat autoritas. Et ita ipsi annuntiant Iudæis Christi natiuitatem & interrogant locum, credunt & quærunt, tanquam significantes eos qui ambulant per fidem, & desiderant speciem: vt Augustꝰ dicit in sermo. Epiphaniæ. Iudæi autem indicantes eis locum natiuitatis Christi, similes facti sunt fabris arcę Noë, qui aliis vbi euaderent præstiterunt, & ipsi diluuio perierunt. Audierunt & abierunt inquisitores, dixerunt & remanserunt doctores similes lapidibus milliariis, qui viam ostendunt, nec ambulant. Diuino etiam nutu factum est, vt aspectu stellæ subtracto, Magi humano sensu in Hierusalem irent, quærentes in ciuitate regia Regem natum, vt in Hierusalem primò Christi natiuitas publicè annuntiaretur (secundum illud Isa. 2. De Sion exibit lex, & verbum domini de Hierusalem) & vt etiam studio Magorum de longè venientium, damnaretur Iudæorum pigritia propè existentium.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Chrysost. dicit super Matt. Si Magi terrenum regem quærentes venissent, fuissent confusi: quia tanti itineris laborem sine causa suscepissent, vnde nec adorassent, nec munera obtulissent. Nunc autem quia cælestem regem quærebant, etsi nihil regalis excellentiæ in eo viderent: tamen solius stellæ testimonio contenti eum adorauerunt: vident enim hominẽm & agnoscunt Deum. Et offerunt munera dignitati Christi congruentia: aurum quidem, quasi Regi magno: thus quod in Dei sacrificio ponitur, immolatur vt Deo: myrrha, qua mortuorum corpora condũntur, præbetur tanquam pro salute omnium morituro. In quo etiam vt Gregor. dicit, instruimur, vt nato Regi aurum (per quod significatur sapientia) offeramus, in conspectu eius, sapientiæ lumine splendentes. Thus autem, per quod exprimitur orationis deuotio, offerimus Deo, si per orationum studia Deo redolere valeamus. Myrrham autem, quæ significat mortificationem carnis, offerimus, si carnis vitia per abstinentiam mortificemus.

QVAESTIO TRICESIMASEPTIMA *De legalibus circa puerum Iesum seruatis, in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de circumcisione Christi. Et quia circumcisio est quæ iam professio legis obseruandæ (secundum illud Gal. 5. Testificor homini circumcidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciẽdæ) simul cum hoc quærendum est de aliis legalibus circa puerum Iesum obseruatis.

¶ Vnde quæruntur quatuor.

¶ Primò, de eius circumcisione.

¶ Secundò, de nominis impositione.

¶ Tertiò, de eius oblatione.

¶ Quartò, de matris purgatione.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum Christus debuerit circumcidi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non debuerit circumcidi. Veniente enim veritate, cessat figura. Sed circumcisio fuit Abrahæ præcepta, in signum fœderis quod erat de semine nasciturꝰ: vt patet Genes. 17. Hoc autem fœdus fuit in Christi natiuitate completum. Ergo circumcisio statim cessare debuit.

¶ Præterea, Omnis Christi actio, nostra est instructio. vnde dicitur Ioan. 13. Exemplũ dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis. Sed nos non debemus circumcidi: secundum illud Gal. 5. Si circuncidimini, Christus vobis nihil proderit. Ergo videtur quòd nec Christus debuerit circumcidi.

¶ Præterea, Circumcisio est ordinata in remedium originalis peccati. Sed Christus non cõtraxit originale peccatũ: vt ex suprà dictis patet. Ergo Christus non debuit circuncidi.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Luc. 2. Consummati sunt dies octo vt circumcideretur puer.

CONCLVSIO.

¶ Debuit Christus circuncidi, ad comprobandam carnis suæ veritatem, & ad exemplum omnium qui legibus parere recusant, ad nostram liberationem, quam ipse fuerat paraturus, significandam.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd pluribus de causis Christus debuit circuncidi. Primo quidem, vt ostendat veritatem carnis humanæ, contra Manichæum, qui dixit eum habuisse corpus phantasticum: & contra Apollinarium, qui dixit Christum de cælo

vertitur, an sit licita vel illicita. Via autem resolutionis incedendo est: circuncisio facta præcisè ad conformandum hominem Christo, duo in se continet, ipsam corporalem circuncisionẽ voluntariam, & conformitatem ad Christum circuncisum. Ex primò autem constat actum non esse de genere malorum: quoniam actus malus ex suo genere, nõ potest rectè fieri ex adiuncto bono finis: quia non sunt facienda mala vt veniant bona: circuncidere autem licitè potest se homo obstanti tempore. non igitur est ex suo genere mala corporalis circuncisio voluntaria. Ex secundo autẽ, inquantum continet conformitatẽ ad Christum, constat quòd malus non redditur. Conformitas siquidem ad Christum de genere bonorum est secũdum se: bonum autem adiunctum non malo actui, non habet vnde reddat actum illum malum: sed potius habet vnde bonificet actum illum. Inquantum verò continet in circuncisum (nõ enim additur cõformitas ad Christum absolutè, sed ad Christum circuncisum) potest reddere actum malum: nam Christus vt circuncisus, significat & circuncisionem corporalem & legalem: quoniam circuncisio eius fuit & corporalis & legalis: imò ideo ad literam corporaliter circuncidi voluit, vt legalem circuncisionem susciperet. Et propterea si conformitas ad Christum circuncisum, intelligatur ad circuncisum materialiter & formaliter, actus circuncisionis redditur malus pro tempore Euangelij publicati: quia talis circuncisio nihil aliud est quàm circuncisio legalis: est enim imitatio eius, vt patet, & rationes secundo & tertio loco arguendo probant. Si verò cõformitas referatur ad Christum circuncisum corporaliter tantùm ratione similitudinis in patiendo (quia scilicet vult sequi Christum in dolore circuncisionis) non malus, sed laudabilis redderetur actus circuncisionis. Ratione verò similitudinis in hoc quod est esse circuncisum corporaliter quia Christus fuit corporaliter circuncisus (quum in corporalibus secundum se non fit vitius nec vitiũ) nec vnde malus, nec vnde bonus redditur actus circuncisionis propter huiusmodi corporalem similitudinem factæ videlicet, nisi quòd pro tanto malus esset, pro quanto vanus esset: careret enim necessitate & pia vtilitate, si solùm pro corpore fieret. Et si

Tuscà q. 40. art. 4. cor. Et 4. di. 1. q. 2. artic. 2. q. 3. Et opus. 60. ca. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Etsi pro nuadare Veneratione Christi, hoc fieret in actu: sit religio sui, in superstitiosum, considerandum est. Et quidem quòd sit superstitiosus testatur, quia corporalem, extemoniam inanem contra communem Ecclesiæ morem, habentem mali speciem exercet. Sed quòd cæremonia hæc licet sit corporea, non sit vana aut inutilis, inde apparet quòd nō nulla veneratio est vacare assimilationi ad principem. In honoré siquidem principum vocamus filios nostros, ipsorum principū nominibus: vt Iulios à Iulio, & Leones à Leone. Nec superstitiosè similis honor in Sanctos transferuntsed ad venerationem Sanctorum spectare credimus, & filios nostros Sanctorū nominibus appellemus. Et propterea licit assimilari velle Sanctis in nominibus, extra religionem unu est, sed ad venerationem quandā spectat: ita honorem hunc exhibere Christo, vt etiam corporaliter assimiletur sibi circuncisō homo, non superstitionis vanitas, sed veneratio quædam est, ab hominibus humano more exhibita, & licet * Aliàs Augu. sic non secundum communem Ecclesiæ morem: est tamen secundū illarum Ecclesiarū, quæ sunt Indiæ sub rege David (qui vulgariter dicitur Prete Ioannis) anti quum vetussimum; morem qui & usquam ab vniuersali aut Romana Ecclesia damnatus apparet, & propterea licet alibi circūcisio ista esset superstitiosa: non tamen vbi est cōsuetra. De mali autem specie, quam præ se ferre circuncisionem hoc tempore negari etsi non potest: dicitur tamē quòd ab omni specie mali ea uendum est quando & vbi speciē mali habet. Verum vbi & quando absq; aliquis cessat habere mali speciem, potest exercere licitè: nam comedere immolata idolis, speciem mali habet, & secundum Apostoli doctrinā 1. ad Corin. 8 & 10. quandoque est licitum & quandoq; illicitum: nam præsentibus infirmis est illicitū: quando autē & vbi scādalum infirmorum nō timetur, licitum est. Et secundum hoc circuncisio huiusmodi, quia in Ecclesiis illis non est in scandalum infirmorum neq; mali occasio, cessat habere ibi mali speciem. Et si obiciatur, quòd licet tollatur per hoc ratio scandali apud illos: non tamen tollitur per hoc ratio scandali apud innumeras Christi Ecclesias, quæ de Indorum circūcisione scandalizantur (vtpote Iudaismi speciē corpus arguisse. Secundò, vt approbaret circuncisionem, quam olim Deus instituerat.

Tertiò, vt comprobaret se esse de genere Abrahæ, qui circuncisionis mandatum acceperat in signum fidei, quam de ipso habuerat. Quartò, vt Iudæis excusationem tolleret, ne eum reciperent si esset incircuncisus.

Quintò, vt obediendi virtutem nobis suo commendaret exemplo. Vnde & octaua die circuncisus est, sicut in lege erat præceptum.

Sextò, vt quia in similitudinem carnis peccati aduenerat, remedium quo caro peccati consueuerat mundari, non respueret. Septimò, vt legis onus in se sustinens, alios à legis onere liberaret, secundum illud Gal. 4. Misit Deus Filium suum factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd circuncisio per remotionem carnalis pellicułæ in membro generationis facta, significabat spoliationem vetustæ generationis, à qua quidem vetustate liberamur per passionem Christi. Et ideo veritas huius figuræ non fuit plenè impleta in Christi natiuitate, sed in eius passione, antequam circuncisio suam virtutem & statum habebat. Et ideo decuit Christum ante suam passionem tanquam filium Abrahæ circuncidi.

¶Ad secundum dicendum, quòd Christus circuncisionem suscepit eo tēpore quo erat sub præcepto. Et ideo sua actio in hoc est no bis imitanda, vt obseruemus ea, quæ sunt nostro tempore in præcepto: quia vnicuique negotio est tempus, & opportunitas: vt dicitur Eccle. 8. Et præterea, vt Orig. * dicit, sicut mortui fumus cum illo moriente, & consurreximus Christo resurgenti: ita circuncisi fumus spirituali circuncisione per Christum, & ideo carnali circuncisione nō indigemus. Et hoc est quod Apostolus dicit Coloss. 2. In quo, scilicet Christo, circuncisi estis circuncisione non manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in circuncisione domini nostri Iesu Christi.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Christus propria voluntate mortem nostrā suscepit, quæ est effectus peccati (nullum in se habēs peccatum) vt nos à morte liberaret, & spiritualiter nos faceret mori peccato, ita etiam & circuncisionem, quæ est remedium originalis peccati, suscepit absque hoc quòd haberet originale peccatum: vt nos à legis iugo liberaret, & vt in nobis spiritualem circuncisionem efficeret: vt scilicet suscipiendo figuram, impleret veritatem.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm conuenienter fuerit Christo nomen impositum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter fuerit Christo nomen impositum. Veritas enim Euangelica debet prænuntiationi propheticæ respondere. Sed prophetæ aliud nomen de Christo prænuntiauerunt: dicitur enim Isa. 7. Ecce, virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Et 8. Voca nomen eius, accelera, spolia detrahe, festina prædari. Et 9. Vocabitur nomen eius Admirabilis, Consiliarius, Deus fortis, Pater futuri seculi, Princeps pacis. & Zacha. 6. dicitur, Ecce, vir, Oriens nomen eius. Ergo inconuenienter vocatum est nomen eius Iesus,

¶Præterea, Isa. 62. dicitur, Vocabitur tibi nomen nouum, quod os domini nominauit. Sed hoc nomen Iesus non est nouum, sed pluribus fuit in veteri Testamento impositum: vt patet etiam ex ipsa genealogia Christi Luc. 3. ergo videtur quòd inconuenienter vocatum est nomen eius Iesus.

¶Præterea, Hoc nomen Iesus salutem significat: vt patet per id quod dicitur Matt. 1. Pariet filium, & vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Sed salus per Christum non est facta solùm in circuncisione, sed etiam in præputio: vt patet per Aposto. Rom. 4. Inconuenienter ergo hoc nomen fuit Christo impositum in sua circuncisione.

¶SED CONTRA est autoritas Scripturæ in qua dicitur Luc. 2. quòd postquam consummati sunt dies octo, vt circuncideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus.

CONCLVSIO.

¶Cùm christo hoc diuinæ gratiæ munus collatum fuerit, vt omnium saluator esset, conuenienter ei nomen Iesus ab Angelo impositum fuit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd nomina debēt proprietatibus rerum respondere. Et hoc patet in nominibus generum & specierum: quia, vt dicitur 4. Meta. ratio, quam significat nomen, est diffinitio, quæ designat propriam rei naturam. Nomina autem singularium hominum semper imponuntur ab aliqua proprietate eius, cui nomen imponitur. Vel a tempore, sicut imponuntur nomina aliquorum sanctorum his, qui in eorum festis nascuntur. Vel cognatione: sicut cùm filio imponitur nomen patris. Vel alicuius de cognatione eius: sicut propinqui Ioannis Baptistæ volebant eum vocare nomine patris sui Zachariam, non autem Ioannem: quia nullus erat in cognatione eius, qui vocaretur hoc nomine, vt dicitur Luc. 1. Vel etiam ab euentu: sicut Ioseph vocauit primogenitum suum Manasses, dicens, Obliuisci fecit me Deus omnium laborum meorum. Gene. 41. Vel etiam ex aliqua qualitate eius, cui nomen imponitur: sicut Gene. 25. dicitur quòd quia qui primus egressus est de vtero matris, ruffus erat, & totus in morem pellis hispidus, vocatum est nomen eius Esau, quod interpretatur rubeus. Nomina autem quæ imponuntur aliquibus diuinitus, semper significant aliquod gratuitum donum eis diuinitus datum: sicut Gene. 17. dictum est Abrahæ, Appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constituite. Et Matth. 16. dictum est Petro, Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Quia igitur Christo hoc munus grātiæ collatum erat, vt per ipsum omnes saluarentur: ideo conuenienter vocatum est nomen eius Iesus, id est Saluator, Angelo hoc nomen prænuntiante, non solùm matri, sed etiam Ioseph, qui erat futurus eius nutritius.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in omnibus illis nominibus quodammodo significatur hoc nomen Iesus, quod est significatiuum saluris. Nam in hoc quòd dicitur, Emanuel, quod interpretatur, nobiscum Deus, designatur causa salutis, quæ est vnio diuinæ & humanæ naturæ in persona Filij Dei, per quam factum est vt Deus esset nobiscum, quasi particeps nostræ naturæ. Per hoc autem quod dicitur, Voca nomen eius, accelera, spolia detrahe, &c. designatur à quo non saluauit, quia à diabolo, cuius spolia abstulit, secundum illud Coloss. 2. Expolians principatus, & potestates, traduxit confidenter. In hoc autem quod dicitur, Vocabitur nomen eius Admirabilis, &c. designatur via & terminus nostræ salutis, inquantum scilicet admirabili diuinitatis consilio & virtute, ad hæreditatem

habente, nō hic vel ibi, sed simpliciter & absolutè post perfectā Euangelij publicationē consulendum credo per Romanā ecclesiam esse: vt vel non toleraretur circuncisio tali ratione consueta: vel si tolerāda iudicaretur, vt fecūdum se licita tolleretur, ratione scandali apud Ecclesias alias. Et per hæc patet soluto omnium obiectorum. Hæc sunt quæ de hac quæstione noua mihi occurrunt: in qua libentius audirem Apostolicæ sedis sententiam, quàm propriam proferrem opinionem.

¶Super Quæstionis tricesimæseptimæ Articulum secundum.

Comment. TItulus clarus est.

¶In corpore vnde ex conclusio respōsiua quæsito. Christus conuenienter in templo oblatus est, cū oblatione. Probatur: Christus voluit sub lege fieri, & ex muliere natus primogenitus est ergo conuenienter, &c. antecedens quo ad primam partem declaratur ex fine: quia vt eos qui sub lege erant redimeret, & iustificationem spiritualem in mēbris suis impleret. Quo ad secundam est per se euidens. Consequentia probatur: quia in lege erant circa primogenitum duo præcepta: alterum inquantum genitum, & alterum inquantum primogenitum, & vtrunque in Christo seruatum est. Litera est clara.

¶Num sacrificium offerretur in lege pro peccato prolis.

Quæstio. ¶Sed circa rationem in litera redditam de sacrificio præcepto Leuitic. 12. quia scilicet pro peccato prolis offerebatur, dubium occurrit. Tum quia peccatum originale prolis iam expiatum erat octauo die per circuncisionem. Tum quia in textu illo expresè dicitur, Et orabit pro ea, scilicet matre, sacerdos, & mundabitur: & non dicitur, Orabit pro filio: malè ergo in litera dicitur quòd offeretur pro peccato prolis.

Opus. Origenis. 8. ¶Ad huius euidentiam considerandū est, quòd litera illius textus, vt glosa ex Augusti. dicit, dupliciter legi potest. Primò, vt ly pro filio vel filia, referatur ad oblationem. Et hunc sensum sequutus est Autor, sequens Augustin. probantem hunc sensum, ex verbis scilicet, Lucę, dicentis: Cùm inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundū consuetudinem legis pro eo. Ex hoc enim quòd dixit: pro eo, & non pro matre, ostendit quòd illud quod tunc faciebant, pro puero faciebant: constat autem quòd tunc offerebant, vt prædixerat Euangelista: ergo. Alio modo ly pro filio aut filia, refertur ad purgationis tēminationem: & secundum hunc sensum ab aliis exponitur, & remanet indecisum, quo fiat oblatio, an pro filio an pro matre: quæ ibi mundari dicitur. Et quia litera illa vtriusq; expositionis est capax (quia potest cū vtraq; oratione, tam scilicet antecedente determino purgationis, quàm

¶Super Quæstionis tricesimæseptimæ Articulum tertium.

Comment. TItulus clarus est.

¶In corpore vnde ex conclusio respōsiua quæsito. Christus conuenienter in templo oblatus est, cū oblatione. Probatur: Christus voluit sub lege fieri, & ex muliere natus primogenitus est ergo conuenienter, &c. antecedens quo ad primam partem declaratur ex fine: quia vt eos qui sub lege erant redimeret, & iustificationem spiritualem in mēbris suis impleret. Quo ad secundam est per se euidens. Consequentia probatur: quia in lege erant circa primogenitum duo præcepta: alterum inquantum genitum, & alterum inquantum primogenitum, & vtrunque in Christo seruatum est. Litera est clara.

¶Num sacrificium offerretur in lege pro peccato prolis.

Quæstio. ¶Sed circa rationem in litera redditam de sacrificio præcepto Leuitic. 12. quia scilicet pro peccato prolis offerebatur, dubium occurrit. Tum quia peccatum originale prolis iam expiatum erat octauo die per circuncisionem. Tum quia in textu illo expresè dicitur, Et orabit pro ea, scilicet matre, sacerdos, & mundabitur: & non dicitur, Orabit pro filio: malè ergo in litera dicitur quòd offeretur pro peccato prolis.

Opus. Origenis. 8. ¶Ad huius euidentiam considerandū est, quòd litera illius textus, vt glosa ex Augusti. dicit, dupliciter legi potest. Primò, vt ly pro filio vel filia, referatur ad oblationem. Et hunc sensum sequutus est Autor, sequens Augustin. probantem hunc sensum, ex verbis scilicet, Lucę, dicentis: Cùm inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundū consuetudinem legis pro eo. Ex hoc enim quòd dixit: pro eo, & non pro matre, ostendit quòd illud quod tunc faciebant, pro puero faciebant: constat autem quòd tunc offerebant, vt prædixerat Euangelista: ergo. Alio modo ly pro filio aut filia, refertur ad purgationis tēminationem: & secundum hunc sensum ab aliis exponitur, & remanet indecisum, quo fiat oblatio, an pro filio an pro matre: quæ ibi mundari dicitur. Et quia litera illa vtriusq; expositionis est capax (quia potest cū vtraq; oratione, tam scilicet antecedente determino purgationis, quàm

dicatem futuri seculi perducimur, in quo erit pax perfecta filiorum Dei, sub ipso principe Deo. Quod verò dicitur, Ecce, vir, Oriens nomen eius, ad idem refertur ad quod primum, scilicet ad Incarnationis mysterium, secundum quod exortum est in tenebris lumen rectis corde.

¶Ad secundum dicendum, quòd his qui fuerunt ante Christum, potuit conuenire hoc nomen Iesus secundum aliquam aliam rationem, puta quia aliquam particularem & temporalem salutem attulerunt. Sed secundum rationem spiritualis & vniuersalis salutis hoc nomen proprium est Christo: & secundum hoc dicitur esse nomen nouum.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Gen. 17. legitur, simul Abraham suscepit nominis impositionem à Deo, & circuncisionis mandatum. Et ideo apud Iudæos consuetum erat vt ipso die circuncisionis nomina pueris imponerentur: quasi ante circuncisionem perfectum esse non habuerint. Sicut etiam nunc pueris in Baptismo nomina imponuntur. Vnde super illud Prouerb. 4. Ego filius fui patris mei, tenellus & vnigenitus coram matre mea, dicit glos. Quare Salomon se vnigenitum coram matre nominat, quem fratrem vterinum præcessisse Scriptura testatur, nisi quia ille mox natus, sine nomine quasi nunquam esset, de vita decessit? Et ideo Christus simul cùm fuit circuncisus, nominis impositionem accepit.

ARTICVLVS III.

Vtrùm Christus conuenienter fuerit in templo oblatus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter fuerit Christus in templo oblatus. Dicitur enim Exodi 13. Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vulua in filiis Israel. Sed Christus exiuit de clauso Virginis vtero: & ita matris vuluam non aperuit. Ergo Christus ex hac lege non debuit in templo offerri.

¶Præterea, Illud quod est semper presens alicui, non potest ei præsentari. Sed Christi humanitas semper fuit Deo maximè præsens, vtpote ei coniuncta in vnitate personæ. Ergo non oportuit, quòd coram domino sisteretur.

¶Præterea, Christus est hostia principalis, ad quam omnes hostiæ veteris legis referūtur sicut figura ad veritatem. Sed hostiæ non debet esse alia hostia. Ergo non fuit conueniēs, vt pro Christo alia hostia offerretur.

¶Præterea, Inter legales hostias præcipua fuit agnus, qui erat iuge sacrificium: vt habetur Numeri 28. vnde etiam Christus dicitur agnus, Ioan. 1. Ecce agnus Dei. Magis ergo fuit conueniens quòd pro Christo offerretur agnus, quàm par turturum, vel duo pulli columbarum.

¶SED IN CONTRARIVM est autoritas Scripturæ, quæ hoc factum esse testatur. Luc. 2.

CONCLVSIO.

¶Cùm Christus voluerit sub lege fieri, & ex matre fuerit primogenitus natus, congruum fuit, vt in templum præsentaretur cum oblationibus in Lege præceptis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est, Christus voluit sub lege fieri vt eos qui sub lege erant, redimeret: & vt iustificatio legis in suis membris spiritualiter impleretur. De prole autē nata duplex præceptum in lege traditur. Vnum quidem generale quo ad omnes: vt scilicet compleris diebus purificationis matris offerretur sacrificium pro filio, siue pro filia: vt habetur Leuit. 12. Et hoc quidem sacrificium erat & ad expiationem peccati, in quo proles erat concepta & nata, & ad consecrationem quandam ipsius: quia tunc primò præsentabatur in templo, & ideo aliquid offerebatur in holocaustum, & aliquid pro peccato. Aliud autem præceptum erat speciale in lege de primogenitis tam in hominibus, quā in iumentis. Sibi enim dominus deputauerat omne primogenitum filiorum Israel: pro eo quod ad liberationem populi Israel percusserat primogenita Aegypti, ab homine vsque ad pecus, primogenitus filiorum Israel reseruatis. Et hoc mandatum ponitur Exod. 13. in quo etiam præfigurabatur Christus, qui est primogenitus in multis fratribus, vt dicitur Roman. 8. Quia igitur Christus ex matre natus, erat quasi primogenitus, & voluit fieri sub lege, hæc duo Euangelista Lucas circa eum fuisse obseruata ostendit. primò quidem id quod pertinet ad primogenitos, cùm dicit, Tulerunt illum in Hierusalem, vt sisterent eum domino: sicut scriptum est in lege domini: Quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum domino vocabitur. secundò, illud quod pertinet communiter ad omnes, cùm dicit, Vt darent hostiam, secundum quòd dictum erat in lege domini, par turturum aut duos pullos columbarum.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd sicut Gregor. Nicenus dicit, illud legis præceptum in solo incarnato Deo singulariter & ab aliis differenter impleri videtur. Ipse namque solus ineffabiliter conceptus ac incomprehensibiliter editus, virginalem vterum aperuit, non antea connubio reseratum, seruans post partum inuiolabiliter signaculum castitatis. Vnde quòd dicit, adaperiens vuluam, designat, quòd nihil antea inde intrauerat vel exiuerat. Et per hoc etiam specialiter dicitur masculinus, quia nihil de fœmineitate culpæ portauit. Singulariter etiam sanctus, quia terrenæ contagia corruptelæ, immaculati partus nouitate non sensit.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut filius Dei non propter seipsum factus est homo & circuncisus in carne, sed vt nos per gratiam faceret deos, & vt spiritualiter circuncidamur: sic propter nos sistitur domino, vt discamus Deo præsentare nosmetipsos. Et hoc post circuncisionem eius factum est, vt ostēdat neminem nisi circūcisum vitiis, dignum esse diuinis conspectibus.

¶Ad tertium dicendum, quòd propter hoc ipsum voluit hostias legales pro se offerri, qui erat vera hostia, vt figura veritati coniungeretur, & per veritatem figura approbaretur: contra illos, qui Deum legis negant à Christo fuisse in Euangelio prædicatum. Nō enim putandum est (vt Origen. dicit) quòd filium suum bonus Deus sub lege inimici fecerit, quam ipse non dederat.

¶Ad quartum dicendum, quòd Leuit. 12. præcipitur, vt qui possent, agnum pro filio aut filia, simul & turturem siue columbam offerrent: qui verò non sufficerent ad offerendum agnum, duos turtures, vel duos columbas

subsequente de oblatione, construi ly pro filio vel filia positum in medio vtriusq; orationis) ideo ambiguus restat sensus, quantum est ex litera illa. Libera videtur cuique sua opinio, quòd vel pro peccato prolis vel matris offerebatur. Et quidem quòd pro peccato oblatio fieret, textus clarè dicit. Et ideo dicere, quòd pro sola irregularitate corporea hoc fieret, alienum à litera est dicente animal vnū pro peccato & aliud pro holocausto offerri. Dicere autē quòd pro peccato matris quod non pariendo, sed concubendo cōmisit (quia communiter aliquod veniale peccatū in actu illo intercuenit) omnino irrationabile non est, ex litera tamen non habetur: quæ oratione quidem pro matre fieri mandat, oblationē autem non dicit fieri pro matre. Habēt̄ contra se hæc opinio verbum inductum ex Euangelista quod potest glossari, quòd intelligitur ratione præsentationis primogeniti, & oblationis pro holocausto: Cùm inducerent eum vt faceret pro eo hæc secundum consuetudinem legis: vt sic oblatio pro peccato remaneat dubia pro quo fiat.

¶Et licet hæc glosa nō appareat conuincibilis de falsitate: si tamen ea rum regulas sequēdo, in vtrorem declinare debemus partem, dicēdum est, quòd pro filio seu filia oblatio fiebat & in holocaustum & pro peccato. Tum quia Euangelistæ autoritas indistincte tradit, quòd pro puero hæc faciebant. Tum quia Augustini facit hæc Euangelistę verba, vt dicat cōuinci ex his verbis oblationem fieri pro filio seu filia. Tum quia hoc etiam sentit glo. ordinaria ibidem, vltra illam ex Augusti. allatā: & diui Tho. accedit nō posthabēda autoritas, pro matris autem peccato oblationem fieri nulla tradit Scripturæ autoritas, dicente expresse textu mūdationem matris esse corpoream: dum dicit, Et rogabit pro ea sacerdos: & sic mūdabitur à profluuio sanguinis sui, & nō dixit, à peccato: pro quo tamen offerri mandatur.

¶Ad obiectionem autem, quòd originale peccatum iam expiatum erat per circuncisionem, dicitur, quòd quia peccatum originale plura in se continet, scilicet maculā cū reatu æternæ pœnę damni, & somitem, non inconuenit pro peccato originali remisso quo ad maculam cum reatu æternæ pœnę damni, offerri vt expiet-

tur

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur aliqualiter quo ad fomitem: vt scilicet proles minus prona sit ad malum. Et tanto magis hoc erat tunc necessarium, quanto per circuncisionem minor gratia conferebatur, quàm tunc per baptismum: vt sic adiunctum hoc sacrificium circuncisioni accederetur ad gratiam baptismalem, vel propius ad illam, non ex opere aliquo sacramentali, sed ex deuotione & fide oblati sacrificij, parte misericordiarum largiente.

¶ Super Quæstionis tricesimæseptimæ Articulum quartum.

Cõment. TItulus clarus est. ¶ In corpore vna cõclusio. Mater Christi conuenienter purganda accessit. Probatur: Sicut gratia à Christo in matrem, ita & humilitas ergo sicut Christus sub lege, ita & mater. Antecedens probatur: quia humilibus datur gratia. Consequentia est euidens: quia ad humilitatem matris spectare constat purgationem matris.

Opus. 60 cap. 3. co. 1.

¶ Super Quæstionis tricesimæoctauæ Articulum primum.

Cõment. TItulus clarus est. ¶ In corpore vna conclusio: Conueniens fuit Ioannẽ baptizare. Probatur quadruplicíter. Litera ordinata est & clara.

barum pullos offerrent. Dominus ergo qui cùm dies esset, propter nos egenus factus est, vt illius inopia diuites essemus: vt dicitur 2. ad Corint. 8. pro se pauperum hostiam voluit offerri: sicut & in ipsa natiuitate pannis inuoluitur, & reclinatur in præsepio. Nihilominus tamen huiusmodi aues figuræ congruunt, turtur enim quia est auis locuax, prædicationem, & confessionem fidei significat: quia verò est animal castum, significat castitatem: quia verò est animal solitarium, significat contemplationem. Columba verò est animal mansuetum & simplex, mansuetudinem & simplicitatem significans. Est etiam animal gregale: vnde significat vitam actiuam. Et ideo huiusmodi hostia figurabat perfectionem Christi & membrorum eius. Vtrunque etiam animal propter consuetudinem gemendi, præsentes Sanctorum luctus designat: sed turtur, quæ est solitaria, significat secretas orationum lachrymas. Columba verò, quæ est gregalis, significat publicas orationes Ecclesiæ. Vtrunque verò animal duplicatum offertur, vt sanctitas sit non solùm in anima, sed etiam in corpore.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm mater Dei conuenienter ad templum purganda accesserit.

AD QVARTVM sic procedirur. Videtur quòd inconuenienter mater Dei purganda ad templum accesserit. Purgatio enim non videtur esse nisi ab immunditia. Sed in beata Virgine nulla fuit immunditia, vt ex suprà dictis patet. Ergo non debuit vt purganda ad templum accedere.

¶ Præterea, Leuitic. 12. dicitur: Mulier quæ suscepto semine peperit masculum, immunda erit septem diebus: & ideo præcipitur quòd non ingrediatur Sanctuarium, donec impleantur dies purgationis eius. Sed beata Virgo peperit masculum sine virili semine. Non ergo debuit ad templum venire purganda.

¶ Præterea, Purgatio ab immunditia non fit nisi per gratiam. Sed sacramenta veteris legis gratiam non conferebant, sed ipsa potius secum gratiæ actorem habebat. Non ergo conueniens fuit, vt ad templum purganda veniret.

¶ SED CONTRA est autoritas Scripturæ, qua dicitur Luc. 2. quòd impleti sunt dies purgationis Mariæ, secundum legem Moysi.

CONCLVSIO.

¶ Quanquam beata Virgo peccatu non fuerit obnoxia, decuit tamen ex humilitatis suæ gratia, vt in templo vti purganda præsentaretur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut plenitudo gratiæ à Christo deriuatur in matrem, ita decuit vt mater humilitati filij conformaretur: humilibus enim Deus dat gratiam, vt dicitur Iacobi 4. Et ideo sicut Christus licet non esset legi obnoxius, voluit tamen circuncisionem & alia legis onera subire, ad demonstrandum humilitatis & obedientiæ exemplum, & vt approbaret legem, & vt calumniæ occasionem Iudæis tolleret: propter eandem rationem voluit & matrem suam implere legis obseruantias, quibus tamen non erat obnoxia.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet beata Virgo nullam haberet immunditiam, voluit tamen purgationis obseruantiam implere: non propter indigentiam, sed propter legis præceptum. Et ideo signanter Euangelista dicit, quòd completi sunt dies purgationis eius secundum legem: ipsa enim secundum se purgatione non indigebat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd signanter Moyses videtur fuisse locutus ad excipiendam ab immunditia matrem Dei, quæ non peperit suscepto semine. Et ideo patet quòd non obligabatur ad implctionem illius præcepti, sed voluntariæ purgationis ob-

seruantiam adimpleuit, vt dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd legalia sacramenta non purgabant ab immunditia culpæ, quæ fit per gratiam, sed hanc purgationem præfigurabant. Purgabant autem purgatione quadam carnali ab immundicia irregularitatis cuiusdam: sicut in Secunda parte dictum est. Neutram tamen immunditiam beata Virgo contraxerat: & ideo non indigebat purgari.

QVAESTIO TRICESIMAOCTAVA
de Baptismo Ioannis, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de Baptismo, quo Christus baptizatus est. Et quia Christus baptizatus est baptismo Ioannis, primò considerandum est de baptismo Ioannis in communi. Secundò, de baptizatione Christi.

¶ Circa primum quæruntur sex.

¶ Primò, vtrùm conueniens fuerit quòd Ioannes baptizaret.

¶ Secundò, vtrùm ille baptismus fuerit à Deo.

¶ Tertiò, vtrùm contulerit gratiam.

¶ Quartò, vtrùm alij præter Christum illo baptismo debuerint baptizari.

¶ Quintò, vtrùm baptismus ille cessare debuerit Christo baptizato.

¶ Sextò, vtrùm baptizati baptismo Ioan. essent postea baptizandi baptismo Christi.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm fuerit conueniens Ioannem baptizare. 4. dist. 2. q. 2. art. 1. q. 3.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens Ioannem baptizare. Omnis enim ritus sacramentalis ad aliquam pertinet legem. Sed Ioannes non introduxit nouam legem. Ergo inconueniens fuit quòd nouum ritum baptizandi introduceret.

¶ Præterea, Ioannes fuit missus à Deo in testimonium tanquam propheta: secundum illud Luc. 1. Tu puer propheta Altissimi vocaberis. Sed prophetæ qui fuerunt ante Christum, non introduxerunt nouum ritum, sed ad obseruantiam legalium rituum inducebant, vt patet Malach. vlti. Mementote legis Moysi serui mei. ergo nec Ioannes nouum ritum baptizandi introducere debuit.

¶ Præterea, Vbi est alicuius rei superfluitas, non est ad illud aliquid addendum. Sed Iudæi excedebant in superfluitate baptismatum. dicitur enim Matt. 7. quòd Pharisæi & omnes Iudæi nisi crebrò lauent manus, non manducant, & à foro nisi baptizentur nõ comedunt. & alia multa sunt quæ tradita sunt illis seruare, baptismata calicum & vrceorum & æramentorum & lectorum. Ergo inconueniens fuit, quòd Ioannes baptizaret.

¶ SED CONTRA est autoritas Scripturæ, Matt. 3. vbi præmissa sanctitate Ioannis, subditur, Quòd exibant ad eum multi, & baptizabantur in Iordane.

CONCLVSIO.

¶ Conueniens fuit, vt Ioannes baptizaret, vt Christus baptizaretur, & manifestaretur. & vt homines ad Christi baptismum assuefacti, facilius ad pœnitentiæ, & baptismi sacramenta idones redderentur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd conueniens fuit Ioannem baptizare propter quatuor. Primò quidem, quia oportebat Christum à Ioanne baptizari, vt baptismum consecraret, vt Augustꝰ dicit super Ioannem. Secundò, vt Christus manifestaretur. Vnde ipse Ioannes Baptista dicit Ioannis primo, vt manifesterur, scilicet Christus in Israël, propterea veni ego in aqua baptizans, concurrentibus enim turbis ad baptismum annũciabat Christum: quod quidem facilius sic factum est, quàm si per singulos discurrisset, vt Chrys. dicit super Ioan. Tertiò, vt sic baptismo assuefaceret homines ad baptismum Christi. Vnde Greg. dicit in quadam Homil. quòd ideo Ioannes baptizauit, vt præcursionis suæ ordinem seruans, qui nascituram dominum nascendo præuenerat, baptizando quoque baptizaturum præueniret. Quartò, vt ad pœnitentiam homines inducens, hominꝰ præpararet ad dignè suscipiendum baptismum Christi. Vnde ibidem Beda dicit quòd quantum catechuminis nondum baptizatis prodest doctrina fidei, tantum profuit baptisma Ioannis

¶ super Quæstionis tricesimæoctauæ Articulum secundum.

Auct. Cõment. TItulus quæstionẽ à Domino Pharisæis propositã mouet.

¶ In corpore vnica est distinctio bimẽbris cũ cõclusione bimembri. Distinctio est: Baptismus Ioãnis vel quo ad eius rem, vel quo ad eius effectũ. Cõclusio est: Baptismus Ioãnis quo ad rẽm erat à Deo: quo ad proprium effectum fuit ab homine. Probatur quo ad primã partẽ: quia ex institutu Spiritus sancti baptizabat: dicente ipso Ioan. primo, Qui me misit baptizare in aqua. Quo ad secundam partẽ: quia nihil efficiebat quod homo efficere nõ posset, hoc est quia nõ conferebat aliquod spirituale.

¶ super Quæstionis tricesimæoctauæ Articulum tertium.

Cõment. TItulus clarus est. ¶ In corpore vni ca conclusio trimẽbris: Baptismus Ioãnis non cõferebat gratiã, sed præparabat ad eã tripliciter. Probatur cõclusio, primò quo ad primas partes simul: Tota doctrina & operatio Ioãnis, eras præparatoria ad Christũ, per quẽ conferẽda erat gratia. ergo baptismus Ioãnis non conferebat gratiã, sed præparabat ad illã. Antecedens quo ad primam eius partem ex dicit patet, quo ad secundam verò Ioan. primo, Gratia per Iesum Christũ facta est. Cõsequentia verò probatur, quia ministri ac inferioris artificis, nõ est inducere formã principalis artificis, sed præparare ad illam. Deinde conclusio declaratur quo ad vltimam partẽ tripliciter: scilicet per doctrinã ad fidem, per baptizationẽ ad ritum baptismi, per pœnitentiã ad gratiam effectus Baptismi.

Aquin. ¶ In rẽspõsione ad primũ, differẽtia inter expositionem primam ex Beda & tertiã ex Hieronymo est: quia in prima ad duo baptismata referũtur illa duo verba Baptizare & Prædicare. primũ ad baptismũ Ioannis secũdum ad baptismum Christi. In tertia verò ad idẽ Baptisma, scilicet Ioannis referũtur ambo: & verificantur quòd dispositiuè in remissionẽ peccatorũ baptizabat, & prædicabat ad perfectionem gratiæ per Christũ. Et si quæratur vtrũ in quo ergo differt tertia à secunda expositione, respondetur quòd tertia ordinat Ioannis ad Christũ secundũ se, & ideo illud ipsũ dicit quod Christus per se dicturus erat, Ioãnes incœpturus erat facere dicitur. Secunda autẽ ordinem Ioannis ante baptisma Christi. Quia sicut ille prædicabat pœnitentiam, & baptismum Christi prænuntiabat, & in cognitionem veritatis quæ mundo apparuit attrahebat: sic ministri Ecclesiæ primò eruditur, post redarguuntur, demum in baptismo Christi remissionem peccatorum promittunt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd baptismus Ioannis non erat per se sacramentum: sed quasi quoddam sacramentale disponens ad baptismum Christi. Et ideo aliqualiter pertinebat ad legem Christi, non autem ad legem Moysi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Ioannes non solùm fuit propheta, sed plusquam propheta, vt dicitur Matth. 11. fuit enim terminus legis & initium Euangelij. Et ideo magis pertinebat ad eum, verbo & opere inducere homines ad legem Christi, quàm ad obseruantiam verteris legis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd baptismata illa Pharisæorum erant inania, vtpote ad solam munditiam carnis ordinata. Sed baptismus Ioannis ordinabatur ad munditiam spiritualem: inducebat enim homines ad pœnitentiam: vt dictum est.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm baptismus Ioannis fuerit à Deo.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd baptismus Ioannis non fuerit à Deo. Nihil enim sacramẽtale quod est à Deo, denominatur ab homine puro, sicut baptismus nouæ legis non dicitur Petri vel Pauli, sed Christi. Sed ille baptismus denominatur à Ioanne: secundum illud Matth. 21. Baptismus Ioannis vnde erat, è cælo an ex hominibus? Ergo baptismus Ioannis non fuit à Deo.

¶ Præterea, Omnis doctrina de nouo à Deo procedens, aliquibus signis confirmatur. vnde & Dominus Exod. 4. dedit Moysi potestatem signa faciendi. Et Hebr. 2. dicitur, Cùm fides nostra principium accepisset enarrari à Deo, per eos qui audierunt, in nos confirmata est, contestante Deo signis & prodigiis. Sed de Ioanne Baptista dicitur Ioan. 10. Ioannes signum fecit nullum. Ergo videtur quòd baptismus quo baptizauit, non esset à Deo.

¶ Præterea, Sacramenta quæ sunt diuinitus instituta, aliquibus sacræ Scripturæ præceptis continentur. Sed baptismus Ioannis non præcipitur aliquo præcepto sacræ Scripturæ. Ergo videtur quòd non fuerit à Deo.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Ioan. primo, Qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris Spiritum, &c.

CONCLVSIO.

¶ Baptismus Ioannis quo ad ritum fuit à Deo, nõ autem quo ad effectum, cum nihil efficere quod humanas excederet vires.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in baptismo Ioannis duo possunt considerari, scilicet ipse ritus baptizandi, & effectus baptismi. Ritus quidem baptizandi non fuit ex hominibus, sed à Deo: qui familiari Spiritus sancti reuelatione Ioannem ad baptizandum misit. Effectus autem illius baptismi fuit ab homine: quia nihil in illo baptismo efficiebatur quod homo facere non posset. Vnde non fuit à solo Deo, nisi inquantum Deus in homine operatur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per baptismum nouæ legis homines interius per Spiritum sanctum baptizantur: quod facit solus Deus. Per baptismum autem Ioannis, solùm corpus mundabatur aqua. Vnde dicitur Matthæi 3. Ego baptizo vos in aqua, ille vos baptizabit in Spiritu sancto. Et ideo baptismus Ioannis denominatur ab ipso: quia scilicet nihil in eo agebatur quod ipse non ageret. Baptismus autem nouæ legis non denominatur à ministro, qui principalem baptismi effectum non agit, scilicet interiorem emundationem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd tota doctrina & operatio Ioannis ordinabatur ad Christum, qui multitudine signorum, & suam & Ioannis doctrinam confirmauit. Si autem Ioannes signa feciffet, homines ex æquo Ioanni & Christo attendissent. Et ideo vt homines principaliter Christo intenderent, non est datum Ioanni, vt faceret signum: Iudæis tamen quærentibus quare baptizaret, confirmauit suum officium autoritate Scripturæ, dicens, Ego vox clamantis in deserto, &c. vt dicitur Ioan. 2. Ipsa etiam austeritas vitæ eius officium commendabat: quia vt Chrys. dicit supra Matth. mirabile erat, in humano corpore tantam patientiam videre.

¶ Ad tertium dicendum, quòd baptismus Ioannis non fuit ordinatus à Deo, nisi vt modico tempore duraret, propter causas prædictas. Et ideo non fuit commendatus aliquo præcepto communiter edito in sacra Scriptura, sed familiari quadam reuelatione Spiritus sancti, vt dictum est.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm in baptismo Ioannis, gratia daretur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd in baptismo Ioannis gratia darerur. Dicitur enim Marc. primo, Fuit Ioannes in deserto baptizans, & prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Sed pœnitentia & remissio peccatorum est per gratiam. Ergo baptismus Ioannis gratiam conferebat. 4. dist. 2. q. 2. art. 1. q. 3. cor.

¶ Præterea, Baptizandi à Ioanne confitebantur peccata sua, vt habetur Matth. 3. & Marc. primo. Sed confessio peccatorum ordinatur ad peccatorum remissionem, quæ fit per gratiam. Ergo in baptismo Ioannis, gratia conferebatur.

¶ Præterea, Baptismus Ioannis propinquior erat baptismo Christi, quàm circuncisio. Sed per circuncisionem remittebatur peccatum originale: quia, vt Beda dicit, idem salutiferæ curationis auxilium circuncisio in lege contra originales peccati vulnus agebat, quod nunc baptismus agere reuelatæ gratiæ tempore consueuit. Ergo multò magis baptismus Ioannis remissionem peccatorum operabatur, quod sine graria fieri non potest.

¶ SED CONTRA est quod Matth. 3. dicitur, Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam. Quod exponens Gregor. in quadam Homil. dicit, Ioannes non in Spiritu, sed in aqua baptizat: quia peccata soluere non valebat. Sed gratia est a Spiritu sancto, & per eam peccata tolluntur. Ergo baptismus Ioãnis gratiam non conferebat.

CONCLVSIO.

¶ Baptismus Ioannis gratiam non conferebat, sed ad illa disponebat, per doctrinam ad fidem & baptismum, & pœnitentiam inducentem, & disponentem.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est, tota doctrina & operatio Ioannis præparatoria erat ad Christum: sicut ministri & inferioris artificis est præparare materiam ad formam, quam inducit principalis artifex. Gratia autem conferenda erat hominibus per Christum: secundum illud Ioan. primo, Gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Et ideo baptismus Ioannis gratiam non conferebat, sed solum ad gratiam præparabat tripliciter. Vno quidem modo per doctrinã Ioannis inducentem homines ad fidem Christi. Alio modo efficiendo homines ad ritum baptismi Christi. Tertio modo per pœnitentiam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis tricesimæoctauæ Articulum quartum.

Coment. Titulus clarus est.
¶ Incorpore vna cõclusio: Baptismo Ioannis alij debuerũt baptizari. Probatur duplicit. litera clara est.

¶ Super Quæstionis tricesimæoctauæ Articulum quintum.

Coment. Titulus clarus est.
¶ In corpore vna cõclusio: Baptismus Ioannis non debuit cessare Christo baptizato. Probatur quadrupliciter.

Coment. ¶ In prima ratione ex Chrys. aduerte nouitie, quòd si Christo baptizato Ioannes cessasset, putari potuisset, quòd tantæ Christi excellentiæ in baptismo monstratæ inuidisset Ioanni: & cessando à baptismo vel dedignaretur subministrare Christo amplius per baptismũ præparando ad ipsum, vel ipsa cessatio vindicaret suam minoritatem apparentem ex tanta manifestata Christi excellẽtia in baptismo. Vterq. siquidem motus, inuidiæ scilicet & itæ poterat cõsurgere, & ad cessationem inducere. Reliqua sunt clara.

pœnitentiam, præparando homines ad suscipiendum effectum baptismi Christi.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in illis verbis (vt Beda dicit) potest intelligi duplex baptismus. Vnus quidem, quem Ioannes baptizando conferebat, qui dicitur baptismus pœnitentiæ: quia scilicet ille baptismus erat quoddam inductiuum ad pœnitentiam: & quasi quædam protestatio, qua profitebantur homines se pœnitentiam acturos. Alius autem est baptismus Christi, per quem peccata remittuntur: quẽ Ioannes dare non poterat: sed solùm prædicabat, dicens, Ille vos baptizabit in Spiritu sancto. Vel potest dici, quòd prædicabat baptismum pœnitentiæ, id est inducentem ad pœnitentiam: quæ quidem pœnitentia ducit homines in remissionem peccatorum. Vel potest dici, quòd per baptismum Christi (vt Hierony. dicit) gratia datur, qua peccata gratis dimittuntur: quod autem consummatur per sponsum, initiatur per paranymphum, scilicet per Ioannem. Vnde dicitur, quòd baptizabat & prædicabat baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum: non quia hoc ipse perficeret, sed quia præparando ad hoc homines disponebat.

¶Ad secundum dicendum, quòd illa confessio peccatorum non fiebat ad remissionem peccatorum statim per baptismum Ioannis exhibendam: sed consequendam per pœnitentiam consequentem, & per baptismum Christi, ad quem pœnitentia illa præparabat.

¶Ad tertium dicendum, quòd circuncisio instituta erat ad remedium originalis peccati. Sed baptismus Ioannis ad hoc non erat institutus; sed solùm erat præparatorius ad baptismum Christi: vt dictum est. Sacramenta autem ex vi institutionis, suum habent effectum.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm alij præter Christum, baptismo Ioannis baptizari debuerint.

4. dist. 2. qõ. 2. articu. 3. q. 2.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd baptismo Ioannis solus Christus debuerit baptizari. Quia sicut dictum est, ad hoc Ioannes baptizauit, vt Christus baptizaretur: sicut Augustinus dicit super Ioãnem. Sed quod est proprium Christo, non debet aliis conuenire. Ergo nulli alij debuerunt illo baptismo baptizari.

¶Præterea, Quicunque baptizatur, aut accipit aliquid à baptismo, aut baptismo aliquid confert. Sed à baptismo Ioannis nullus aliquid accipere poterat (quia in eo gratia non conferebatur, vt dictum est) nec aliquis baptismo aliquid conferre poterat, nisi Christus, qui tactu mundissimæ suæ carnis aquas sanctificauit. Ergo videtur quòd solus Christus baptismo Ioannis debuerit baptizari.

¶Præterea, Si alij illo baptismo baptizabantur, hoc non erat nisi vt præpararentur ad baptismum Christi: & sic conueniens videbatur, quòd sicut baptismus Christi omnibus confertur, & magnis & paruis, & Gentilibus & Iudæis, ita etiam & baptismus Ioannis conferretur. Sed non legitur quòd ab eo pueri baptizarentur, nec etiam Gentiles: dicitur enim Mar.1. quòd egrediebantur ad illum Israelitæ vniuersi, & baptizabantur ab illo. Ergo videtur quòd solus Christus à Ioanne debuerit baptizari.

¶SED CONTRA est quod dicitur Luc.3. Factum est, cùm baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato & orante, aperti sunt cæli.

CONCLVSIO.

¶ Non modò Christum, sed alios oportuit baptismo Ioannis baptizari.

¶RESPONDEO dicendum, quòd duplici de causa oportuit alios à Christo baptizari baptismo Ioannis. Primò quidem (vt Augustinus dicit super Ioann.) quia si solus Christus baptismo Ioannis baptizatus esset, non defuissent qui dicerent baptismum Ioannis, quo Christus est baptizatus, digniorem esse baptismo Christi, quo alij baptizantur. Secundò, quia oportebat per baptismum Ioannis alios ad baptismum Christi præparari: sicut dictum est.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non propter hoc solum fuit Ioannis baptismus institutus, vt Christus baptizaretur, sed etiam proprer alias causas, vt dictum est. Et tamen si ad hoc solùm esset institutus, vt Christus eo baptizaretur: oportebat prædictum inconueniens vitari, aliis hoc baptismo baptizatis.

¶Ad secundum dicendum, quòd alij qui ad baptismum Ioannis accedebant, non poterant quidem baptismo aliquid conferre, nec tamen à baptismo gratiam accipiebant, sed solùm pœnitentiæ signum.

¶Ad tertium dicendum, quòd quia ille baptismus erat pœnitentiæ, quæ pueris non conuenit, ideo baptismo illo pueri non baptizabantur. Conferre autem Gentibus viam salutis, soli Christo reseruabatur: qui est expectatio Gentium, vt dicitur Genes. penul. Sed & ipse Christus Apostolis inhibuit Gentibus Euangelium prædicare, ante passionem & resurrectionem. vnde multò minus conueniebat per Ioannem Gentiles ad baptismum admitti.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm baptismus Ioannis debuerit cessare Christo baptizato.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd baptismus Ioannis cessare debuerit postquam Christus fuit baptizatus. Dicitur enim Ioan.1. Vt manifestetur in Israel, propterea veni in aqua baptizans. Sed Christo baptizato sufficienter fuit manifestatus: tum per testimonium Ioannis, tum per descensum columbæ, tum etiam testimonio paternæ vocis. Ergo videtur quòd non debuerit postea baptismus Ioannis durare.

¶Præterea, Augustinus dicit super Ioan. Baptizatus est Christus, & cessauit Ioannis baptismus. Ergo videtur quòd Ioannes post Christum baptizatum, non debuerit baptizare.

¶Præterea, Baptismus Ioannis erat præparatorius ad baptismum Christi. Sed baptismus Christi incepit statim Christo baptizato: quia tactu suæ mundissimæ carnis vim regenerationem contulit aquis, vt Beda dicit. Ergo videtur quòd baptismus Ioannis cessauerit Christo baptizato.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ioann.3. quòd venit Iesus in Iudæam terram, & baptizabat, erat autem & Ioannes baptizans. Sed Christus non baptizauit nisi postquam fuit baptizatus. Ergo videtur quòd postquam Christus fuit baptizatus, adhuc Ioannes baptizabat.

CONCLVSIO.

¶ Non desiit Christo baptizato, cessare Ioannis baptismum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd baptismus Ioannis cessare non debuit Christo baptizato. Primò quidem: quia (vt Chrysost. dicit) si cessasset Ioannes baptizare Christo baptizato, existimaretur quòd zelo vel ira hoc faceret. Secundò: quia si cessasset à baptizando, Christo baptizante, discipulos suos in maiorem zelum immisisset. Tertiò: quia persistens in baptizando, suos auditores mittebat ad Christum.

Quartò, quia (vt Beda dicit) adhuc permanebat vmbra veteris legis: nec debuit præcursor cessare, donec veritas manifestaretur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd nondum Christus erat plenè manifestatus eo baptizato: & ideo adhuc necessarium erat, quòd Ioannes baptizaret.

¶Ad secundum dicendum, quòd baptizato Christo cessauit baptismus Ioannis: non tamen statim, sed eo incarcerato. Vnde Chrysost. dicit super Ioannem, Aestimo propter hoc permissam esse mortem Ioannis, & eo sublato de medio, Christum maximè prædicare cœpisse, vt omnis multitudinis affectio ad Christum transiret, & non vltrà his, quæ de vtroque erant, sententijs scinderetur.

¶Ad tertium dicendum, quòd baptismus Ioannis præparatorius erat, non solùm ad hoc quòd Christus baptizaretur, sed etiam ad hoc quòd alij ad Christi baptismum accederent. Quod nõdum fuit impletum Christo baptizato.

¶Vtrùm

¶ Super Quæstionis tricesimæoctauæ Articulum sextum.

Coment. Titulus clarus.
¶ Incorpore duo fiũt. Primò recitatur opinio Magistri sen. secundò respõdetur quæsito. Opinio Magistri distinguit duplicẽ dispositionem baptizatorũ à Ioãne (vt patet in litera) & quosdam baptizandos baptismo Christi. & quosdã non dicit.
¶ Quo ad secundum Autor simpliciter dicit q. omnes baptizati à Ioanne baptizãdi erant baptismo Christi: & propterea pro vna parte cõsentit Magistro, pro alia cõtradicit, & adhuc vniuersalẽ duplicitẽr. Primò ex parte effectus in separabilis per fidẽ, spẽ & charitatẽ, scilicet character, qui per Christi baptismũ imprimitur. Secundò ex parte essentialis paretis ipsius baptismi, deficientis scilicet Spiritus. Omnia patent in litera.

Anno. ¶ In respõsione ad secundum & tertiũ, aduerte quòd de baptismo Christi materiali passiuè accepto à Ioãne & Apostolis, nõ habetur clarè in scriptura pars affirmatiua. Sed rationabile est, q. baptizati à Christo fuerint, vt Ioãnes impleret debitũ suũ, Ego à te debeo baptizari: & Apostoli baptizãtes Christi baptismo, primò fuerint baptizati: vt Au. arguit, & bene. Nec aliquid apparet obstare, nisi forte verbũ Christi Act. primo, Ioannes baptizauit aqua, vos autẽ baptizabimini Spiritu sancto. Sed reuera hoc nõ obstat, quia per hoc nõ excluditur, eos baptizatos esse baptismo Christi, scilicet de Ioãnis baptismo tantùm mẽtio fiat. Vel quia in prõptu ratio est, quare Ioãnis baptismi fuerit, quia scilicet domini Spiritus sancti nõ diffinguitur contra baptismũ Christi, qui fit in aqua & Spiritu, Ioan. 3. sed cõtra baptismũ Ioannis, qui fiebat solùm in aqua. Quia ipso Ioãne teste discriminatẽ baptismi fuit cõtra baptismũ in Spiritu sancto, Matth. 3.

Anno. ¶ In respõdione ad quintum, dubium occurrit: quia aliud est loqui de gratia futura, & aliud de Christo vẽturo: potuit enim ea gratia præsens esse ex fide Christi vẽturi: vt patet in sanctis illis, qui præcesserũt Christi aduentũ: litera autẽ pro eodem habet Christum vẽturum & gratiã futuram: incõpacta ergo videtur.
¶ Ad hoc dicitur, q. litera est intelligẽda ioxta subiectã materiã, de qua est sermo, scilicet de sacramẽtis. Ex illa si quidẽ differẽtia ab Augustino, posita inter sacramenta nouæ & veteris legis, quòd nostra præsentis, vetera futuræ gratiæ sunt signa: manifestè sequitur q. nostra præsentis Christi, per quem gratia facta est, Ioan. primo, illa vẽturi Christi signa erant. Et propterea Ioannis baptisma sapiebat in hoc sacramẽta veteris legis, quod in nomine vẽturi Christi dabatur. vnde & Paulus iussit in nomine domini nostri Iesu Christi simpliciter & absolutè, & non venturi illos baptizari, qui Ioannis baptismum susceperãt, Actuum 19.

¶RESPONDEO dicendum, quòd secundum opi. Magistri in 2. distin. 4. senten. illi, qui baptizati sunt à Ioanne, nescientes Spiritum sanctum esse, ac spem ponentes in illius baptismo, postea baptizati sunt baptismo Christi. Illi verò qui spem non posuerunt in baptismo Ioannis, & Patrem & Filium & Spiritum sanctum credebant, non fuerunt postea baptizati, sed impositione manuum ab Apostolis super eos facta, Spiritum sanctum receperunt. Et hoc quidem verum est, quantum ad primam partem, quod multis autoritatibus confirmatur.

Sed quantum ad secundam pertè est penitus irrationabile quod dicitur. Primò quidem: quia baptismus Ioannis, neque gratiam conferebat, neque characterem imprimebat, sed erat solùm in aqua, vt ipsemet dicit Matth. 3. Vnde baptizatis fides vel spes, quam habebant in Christum, non poterat hunc defectum supplere.

Secundò: quia quando in sacramento omittitur quod est de necessitate sacramenti, non solùm oportet suppleri quod fuerat omissum, sed oportet totaliter innouari. Est autem de necessitate baptismi Christi, quòd fiat non solùm in aqua, sed etiam in Spiritu sancto: secundum illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Vnde illis qui tantùm in aqua baptizati erant baptismo Ioannis, non solùm erat supplendum quod deerat (vt scilicet daretur eis Spiritus sanctus per impositionem manuum) sed erant iteratò totaliter baptizandi in aqua & Spiritu.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Augustinus dicit super Ioan. ideo post Ioannem baptizatum est: quia non dabat baptismum Christi, sed suum: quod autem dabatur à Petro, & si quod datum est à Iuda, Christi erat. Et ideo si quos baptizauit Iudas, non sunt iterum baptizandi. baptisma enim tale est, qualis est ille, in cuius potestate datur, non qualis ille, cuius ministerio datur. Et inde est etiam quòd baptizati à Philippo diacono, qui baptismum Christi dabat, non sunt iterum baptizati: sed acceperunt manus impositionem per Apostolos sicut baptizati per sacerdotes, confirmantur per Episcopos.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut Augustinus dicit ad Seleucianum, Intelligimus discipulos Christi fuisse baptizatos, siue baptismo Ioannis, (sicut nonnulli arbitrantur) siue, quod magis credibile est, baptismo Christi, neque enim ministerio baptizandi defuit, vt haberet baptizatos seruos, per quos cæteros baptizaret, qui non defuit humilitatis ministerio, quando eis pedes lauit.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Chrys. dicit super Matth. per hoc quod Christus Ioanni dicenti, Ego à te debeo baptizari, respondit, Sine modo: ostenditur quòd postea Christus baptizaret Ioannem. Et hoc dicit in quibusdam libris apocryphis manifestè scriptum esse. Certum tamen est, vt Hieronymus dicit super Matthæ. quòd sicut Christus fuit baptizatus in aqua à Ioanne, ita Ioannes à Christo erat in Spiritu baptizandus.

¶Ad quartum dicendum, quòd non est tota causa quare illi fuerunt baptizati post baptismum Ioann. quia Spiritum sanctum non cognouerant, sed quia non erant baptismo Christi baptizati.

¶Ad quintum dicendum, quòd sicut dicit Augustinus contra Faustum, Sacramenta nostra sunt signa præsentis gratiæ: sacramenta verò veteris legis fuerunt signa gratiæ futuræ. Vnde ex hoc ipso quòd Ioannes baptizauit in nomine venturi, datur intelligi quòd non dabat baptismum Christi, qui est sacramentum nouæ legis.

QVAESTIO TRICESIMANONA
de Baptizatione Christi in octo articulos diuisa.

DEINDE considerãdum est de baptizatione Christi.
¶Et circa hoc quæruntur octo.
¶Primò, vtrùm Christus debuerit baptizari.
¶ Secundò, vtrùm debuerit baptizari baptismo Ioannis.

¶Tertiò

¶ Omnes baptizatos baptismo Ioannis Christi rursus baptismo rebaptizari oportuit, quo solo & character, & salutis gratia conferretur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis tricesimænonæ Articulum primum.*

Coment. Titulus clarus est. ¶In corpore vnica cōclusio: Conueniens fuit Christum baptizari. Probatur tripliciter. Omnia sunt clara.

¶ *Super Quæstionis tricesimænonæ Articulum secundum.*

Coment. 4. dist. 2. q. 2. art. 3. qua. 1. Et qū. 3. art. 2. q. 1. cor. Et Mat. 3. col. 12. Opu. 60. cap. 9. Titulus clarus est. ¶In corpore duo sunt. Primò declaratur quod supponitur, Christum baptizasse baptismo Ioānis ex auctoritate Aug. Secundò probatur tripliciter cōclusio, scilicet cōueniēs fuit Christum baptizari baptismo Ioannis. ¶Et in tertia ratiōe aduertē quòd ratio tendit ad hoc quòd ideò baptismū Ioānis non sanctum accepit vt sanctificaret baptismū nō Ioannis sed nouæ legis, instituendo, sanctificatione aquarū per carnis suæ lauacrum baptismū in sanctitatē animarū: ex tunc enim institutus est baptismus nouæ legis.

¶ *Super Quæstionis tricesimænonæ Articulum tertium.*

Titulus de rēpore Christi ætatis: sci licet anni trigesimi quærit.

Coment. ¶In corpore vna conclusio: Christus conuenienter anno trigesimo fuit baptizatus. Probatur tripliciter. Omnia clara sunt.

¶Tertiò de tempore baptismi.
¶Quartò de loco.
¶Quintò, de hoc quòd ei sunt cœli aperti.
¶Sextò, de Spiritu sancto apparente in specie columbæ.
¶Septimò, vtrùm illa columba fuerit verum animal.
¶Octauò, de voce paterni testimonij.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm fuerit conueniens Christum baptizari.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd non fuerit conueniens Christum baptizari. Baptizari enim est ablui. Sed Christo nō conuenit ablui: in quo nulla fuit impuritas. Ergo videtur quòd Christum non decuerit baptizari.

¶Præterea, Christus circuncisionem suscepit, vt impleret legem. Sed baptismus non pertinebat ad legem. Ergo non debebat baptizari.

¶Præterea, Primū mouens in quolibet genere, est immobile secundū illum motum: sicut cælum quod est primum alterans, non est alterabile. Sed Christus est primum baptizans secundum illud Ioan. 1. Super quem videris Spiritum descendentem & manentem, hic est qui baptizat. Ergo ipsum non decuit baptizari.

¶SED CONTRA est quod dicitur Matth. 3. quòd venit Iesus à Galilæa in Iordanem ad Ioannem, vt baptizaretur ab eo.

CONCLVSIO.

¶ Quanquàm Christus non indiguerit baptizari, voluit tamen baptizari, vt aquas sanctificaret, nostráque sordes ablueret, & quod à nobis faciendum erat, exponeret.

¶RESPONDEO dicendum, quòd conueniens fuit Christum baptizari. Primò quidem: quia vt Ambr. dicit super Luc. Baptizatus est Dominus, non mundari volens, sed mundare aquas, vt ablutæ per carnem Christi, qui peccatū non cognouit, baptismatis vim haberent: & vt sanctificatas aquas relinqueret postmodū baptizandis, sicut Chrys. dicit super Matth. Secundò, quia sicut Chrys. dicit super Matth. quanuis ipse non esset peccator, tamen naturā susceperat peccatricem, & similitudinē carnis peccati: propterea etsi pro se baptismate non indigebat, tamen in aliis carnalis natura opus habebat. Et sicut Grego. Nazan. dicit, Baptizatus est Christus, vt totum vereranum Adam immergat aquæ.

Tertiò baptizari voluit, sicut August. dicit in sermone de Epiphania: quia voluit facere quod faciendum omnibus imperauit. Et hoc est quod ipse dicit, Sic decet nos implere omnē iustitiam. Vt enim Ambro. dixit super Luc. Hæc est iustitia, vt quod alterum facere velis, prior ipse incipias, & tuo alios horteris exemplo.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus non fuit baptizatus vt ablueretur, sed ablueret, sicut dictum est.

¶Ad secundum dicendū, quòd Christus non solùm debebat implere ea quæ erant veteris legis, sed etiā inchoare ea quæ sunt nouę legis. Et ideo non solùm voluit circuncidi, sed etiā baptizari.

¶Ad tertium dicendum, quòd Christus est primū baptizans spiritualiter: & sic non est baptizatus, sed solùm in aqua.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm Christus baptismo Ioannis debuerit baptizari.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non debuerit baptizari baptismo Ioannis. Baptismus enim Ioannis fuit baptismus pœnitentiæ. Sed pœnitentia Christo non conuenit: quia nullū habuit peccatum. Ergo videtur quòd non debuerit baptizari baptismo Ioannis.

¶Præterea, Baptismus Ioannis, sicut dicit Chryso. medium fuit inter baptismū Iudæorum & Christi bāptismū. Sed medium sapit naturā extremorum. Cùm ergo Christus non fuerit baptizatus baptismate legali, nec etiā baptismate suo, videtur quòd pari ratione baptismate Ioannis baptizari non debuerit.

¶Præterea, Omne quo in rebus humanis est optimum, debet attribui Christo. Sed baptismus Ioannis non tenet supremum locum inter baptismata. Ergo non conuenit Christum baptizari baptismo Ioannis.

¶SED CONTRA est quod dicitur Matth. 3. quòd venit in Iordanem, vt baptizaretur à Ioanne.

CONCLVSIO.

¶ Congruum fuit Christum baptizari baptismo Ioannis, vt Ioannis baptismum comprobaret.

¶RESPONDEO dicendum quòd sicut dicit August. super Ioan. baptizatus Dominus baptizabat, non eo baptismate, quo baptizatus est. Vnde cùm ipse baptizaret baptismo proprio, consequens est quòd non fuerit baptizatus suo baptismate, sed baptismate Ioannis. Et hoc fuit conueniens, primò quidē propter conditionē baptismi Ioannis, qui non baptizauit in Spiritu sed solùm in aqua, Christus autē spirituali baptismate non indigebat. qui à principio suæ conceptionis gratia Spiritus sancti repletus fuit, vt patet ex dictis, & hæc est ratio Chrys. Secundò vt Beda dicit, baptizatus ex baptismo Ioannis, vt baptismo suo baptismum Ioannis comprobaret. Tertiò, sicut Grego. Nazan. dicit, Accedit Christus ad baptismum Ioannis, sanctificaturus baptismum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut suprà dictū est, Christus baptizari voluit, vt nos suo exemplo induceret ad baptismū. Et ideo ad hoc, quòd esset efficacior eius inductio, voluit baptizari baptismo, quo manifestè non indigebat, vt homines ad baptismum accederent, quo indigebant. Vnde Ambr. dicit super Luc. Nemo refugiat lauacrum gratiæ, quando Christus lauacrum pœnitentiæ non refugit.

¶Ad secundum dicendum, quòd baptismus Iudæorum in lege præceptus, erat solùm figuralis: baptismus autē Ioannis aliqualiter erat realis, inquantum inducebat homines ad abstinendum à peccatis: baptismus autem Christi habet efficaciam mundandi à peccato, & gratiam conferendi. Christus autem neque indigebat percipere remissionem peccatorū, quæ in eo non erant: neque recipere gratiā, qua plenus erat: similiter etiam cùm ipse sit veritas, non comperebat ei id quod in sola figura gerebatur. Et ideo magis congruū fuit quòd baptizaretur baptismo medio, quàm aliquo extremorum.

¶Ad tertium dicendum, quòd baptismus est quoddam spirituale remedium. Quantò autem aliquid est magis perfectum, tantò minori remedio indiget. Vnde ex hoc ipso quòd Christus est maximè perfectus, conueniens fuit quòd non baptizaretur perfectissimo baptismo: sicut ille qui est sanus, non indiget efficaci medicina.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm Christus conuenienti tempore fuerit baptizatus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd non conuenienti tempore Christus fuerit baptizatus. Ad hoc enim Christus baptizatus est, vt suo exemplo alios ad baptismum prouocaret. Sed fideles Christi laudabiliter baptizantur, nō solùm ante trigesimū annum, sed in infantili ætate. Ergo videtur quod Christus non debuerit baptizari in ætate trigintā annorum.

¶Præterea, Christus non legitur docuisse vel miracula fecisse ante baptismum. Sed vtilius fuisset mundo, si priori tempore docuisset, incipiens à vicesimo anno, vel etiam prius. Ergo videtur quòd Christus, qui pro vtilitate hominū venerat, ante trigesimū annum debuerit baptizari.

¶Præterea, Iudicium sapientiæ diuinitus infusæ, maximè debuit manifestari in Christo. Est autē manifestatū in Daniele tempore suæ pueritiæ: secundum illud Daniel. 13. Suscitauit Dominus spiritum pueri iunioris, cui nomen Daniel. ergo multo magis Christus in sua pueritia debuit baptizari, & docere.

¶Præterea, Baptismus Ioannis ordinatur ad baptismum Christi, sicut ad finem. Sed finis est prior in intentione, & posterior in executione. ergo vel Christus debuit primus à Ioanne baptizari, vel vltimus.

¶SED

¶ *Super Quæstionis tricesimænonæ Articulum quartum.*

Coment. Titulus clarus est. ¶In corpore vna conclusio: Conueniens fuit vt Christus in Iordane baptizaretur, quia per hoc significatur ingressus per baptismum in regnū Dei. Declaratúrque hoc duplici figura: scilicet reditu filiorū Israël in terram promissionis & Heliæ in cælum. Et scito, quòd ratio ista mystica est: nec aliā potest reddi magis literalis, nisi quia Deus elegit magis Iordanē, quā alias aquas.

¶ *Super Quæstionis tricesimænonæ Articulum quintum.*

Coment. Titulus clarus est Euangelij historis ortus.

Anno. ¶In corpore respondetur quæsito vnica conclusione: Christo baptizato & orante, conuenienter aperti sunt cœli. Et duo fuit quia declaratur conueniētia effectu ly baptizato: secundò respectu ly & orante. Quo ad primum proponitur est: Christus baptizatus est, vt nostrū baptisma consecraret: ergo in illius baptismo illa nostra debuerūt, quæ ad nostri efficaciā baptismi spectant: ergo virtus cælestis, fides cælestium introitusq; cæli nobis aperti debuerūt per eclos apertos. Prima cō sequentia est clara. Secunda declaratur ex tribus, scilicet causa, & fide, & effectu, inuentis in efficacia baptismi.

Quo ad secundum declaratur: quia oratio vel ad exemplum vel ad causam apertionis cæli nobis refertur: & vtrūq; conuenienti.

¶In responsione ad secundum, vide duo declarari. Primum, quòd cœli aperti dicuntur in quo seipsis, sed secundum visionem Christi, secundum est, qualis fuerit ista visio, corporalis, imaginaria vel intellectualis. Et licet quilibet possibilis dica tur: tamē intellectualis videtur, vtpote excellentior.

¶SED CONTRA est quod dicitur Luc. 3. Factum est cum baptizaretur omnis populus, & Iesu baptizato, & orante: & infra, Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorū triginta.

CONCLVSIO.

¶ Congruit vt Christus trigesimo ætatis suæ anno baptizaretur, vt idoneus docere & prædicare existimaretur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Christus conuenienter fuit in trigesimo anno baptizatus. Primò quidem, quia Christus baptizabatur quasi ex tunc incipiens docere & prædicare. Ad quod requiritur perfecta ætas: qualis est triginta annorum. Vnde legitur Gen. 41. quòd triginta annorum erat Ioseph, quando accepit reginam Aegypti. Similiter etiam 2. Reg. 5. legitur de Dauid, quòd triginta annorum erat cùm regnare cœpisset. Ezechiel etiam in trigesimo anno cœpit prophetizare, vt habetur Ezech. 1. Secundò, quia sicut Chrys. dicit super Matth. futurum erat vt post baptismum Christi, lex cessare inciperet. Et ideo hac ætate Christus ad baptismum venit, qui potest omnia peccata sus cipere, vt lege seruata, nullus dicat, quòd ideo eam soluit, quia implere non potuit. Tertiò, quia per hoc quòd Christus in ætate perfecta baptizatur, datur intelligi quod baptismus parit viros perfectos: secundum illud Ephes. 4. Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Vnde & ipsa proprietas numeri ad hoc pertinere videtur, consurgit enim trigenarius numerus ex ductu ternarij in denarium. Per ternarium autem intelligitur fides Trinitatis, per denarium autem impletio mandatorum legis, & in his duobus perfectio vitæ Christianæ consistit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Greg. Nazanzenus dicit, Christus non est baptizatus quasi indigeret purgatione, nec quòd aliquod illi immineret periculum differendo baptismū, sed cuius alij non in paruum redundat periculum, si exeat ex hac vita, non indutus veste incorruptionis, scilicet gratia. Et licet bonum sit * baptismi, mundiriam custodire, potius tamen est (vt ipse dicit) interdū paulisper maculari, quàm gratia omnino carere.

¶Ad secundum dicendum, quòd vtilitas, quę à Christo prouenit hominibus, præcipuè est per fidem & humilitatem, ad quorum vtrumque valet, quòd Christus in pueritia, vel adolescentia non cœpit docere, sed in perfecta ætate. Ad fidem quidem: quia per hoc apparet in eo vera natura humanitatis, quòd per temporum incremēta corporaliter profecit, & ne huiusmodi profectus putaretur esse phantasticus, noluit sapientiam suam vel virturem manifestare ante perfectam corporis ætatem. Ad humilitatem verò, ne ante perfectam ætatem aliquis præsumptuosè prælationis gradum, & docendi officium assumat.

¶Ad tertium dicēdum, quod Christus proponebatur hominibus in exemplum omnium. Et ideo oportuit in eo ostendi id quod competit omnibus secundum legē cōmunem: vt scilicet in ætate perfecta doceret. Sed sicut Greg. Nazan. dicit, non est lex communis quod raro contingit, sicut nec vna hirundo ver facit. Aliquibus enim ex quadam speciali dispensatione, secundum diuinæ sapientiæ * ordinem concessum est præter legem communem, vt ante perfectam ætatem, officium vel præsidendi, vel docendi haberent: sicut Solomon, Dan. & Hieremias.

¶Ad quartum dicendum, quòd Christus nec primus nec vltimus debuit à Ioanne baptizari: quia vt Chrysost. dicit super Matth. Christus ad hoc baptizabatur, vt confirmaret prædicationem & baptismum Ioannis: & vt testimonium acciperet à Ioanne. Non autem creditum fuisset testimonio Ioannis, nisi postquam fuerunt multi baptizati ab ipso. Et ideo non debuit primus à Ioanne baptizari. Similiter etiam nec vltimus: quia (sicut ipse ibidem subdit) sicut lux Solis non expectat occasum Luciferi, sed eo procedente egreditur, & suo lumine obscurat illius candorem: sic & Christus non expectauit, vt cursum suum Ioannes impleret, sed adhuc eo docente & baptizante, apparuit.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm Christus debuerit in Iordane baptizari.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non debuerit baptizari in Iordane. Veritas enim debet respondere figuræ. Sed figura baptismi præcessit in transitu maris Rubri: vbi Aegyptij sunt submersi, sicut peccata delentur in baptismo. Ergo videtur quòd Christus magis debuerit baptizari in mari, quàm in flumine Iordanis. *Matth. 3. col. 4. fin.*

¶Præterea, Iordanis interpretatur descensus. Sed per baptismum aliquis ascendit magis, quàm descendat: vnde etiam Matth. 3. dicitur quòd baptizatus Iesus confestim ascendit de aqua. Ergo videtur inconueniens fuisse, quòd Christus in Iordane baptizaretur.

¶Præterea, Transeuntibus filiis Israël, aquæ Iordanis conuersæ sunt retrorsum, vt legitur Iosuæ 4. & sicut etiam in Psalm. dicitur. Sed illi qui baptizantur, non retrorsum, sed in antea progrediuntur. Non ergo fuit conueniens quòd Christus in Iordane baptizaretur.

¶SED CONTRA est quod dicitur Marci 1. quòd baptizatus est Iesus à Ioanne in Iordane.

CONCLVSIO.

¶ Conueniens fuit, Christum baptizari in Iordanis fluuio, quo in regnum Dei designaretur ingressus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd fluuius Iordanis fuit, per quem filij Israël in terram promissionis intrauerunt. Hoc autem habet baptismus Christi speciale præ omnibus baptismatibus, quòd introducit in regnum Dei: quod per terram promissionis significatur. Vnde dicitur Ioannis 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Ad quod etiam pertinet quòd Helias diuisit aquas Iordanis, quando erat in curru igneo rapiendus in cælum, vt dicitur 4. Reg. 2. quia scilicet transeuntibus per aquam baptismi, per ignem Spiritus sancti patet aditus in cælum. Et ideo conueniens fuit, vt Christus in Iordane baptizaretur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd transitus maris Rubri præfigurauit baptismum, quantum ad hoc quòd baptismus delet peccata. Sed transitus Iordanis quantum ad hoc, quòd aperit ianuam regni cælestis, qui est principalior effectus baptismi, & per solum Christum impletus. Et ideo conuenientius fuit, quòd Christus in Iordane, quàm in mari baptizaretur.

¶Ad secundum dicendum, quòd in baptismo est ascēsus per profectum gratiæ, qui requirit descensum humilitatis: secundum illud Iaco. 4. Humilibus autem dat gratiam. Et ad talem descensum referendum est nomen Iordanis.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut August. dicit in ser. de Epiph. Sicut antea aquæ Iordanis retrorsum conuersæ fuerant, ita modo Christo baptizato retrorsum peccata conuersa sunt. Vel etiam per hoc significatur, quòd cōtra descensum aquarum, benedictionum fluuius sursum ferebatur.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm Christo baptizato, cœli debuerint aperiri.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd Christo baptizato non debuerint cœli aperiri. Illi enim aperiendi sunt cœli, qui indiget intrare in cælum, quasi extra cælum existens. Sed Christus semper erat in cælo: secundū illud Ioan. 3. Filius hominis, qui est in cælo. Ergo videtur quòd non debuerint ei cœli aperiri. *Infrà q. 49. artic. 5. 3. dist. 18. ar. 6. q. 3. 2. & dist. 22.*

¶Præterea, Apertio cælorum aut intelligitur spiritualiter, aut corporaliter. Sed non potest intelligi corporaliter: quia corpora cælestia sunt impassibilia, & infrangibilia: secundum illud Iob 37. Tu forsitan cum eo fabricatus es cælos, qui solidissimi *4. artic. 1. Et opus. 60. ca. 9.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis trigesimænonæ Articulum sextum.

TItulus clarus ex Euāgelio etiam patet.

cōment. ¶ In corpore vna cōclusio fit. Conuenientia fuit vt super baptizatum Christum Spiritus sanctus descenderet. Probatur: quod in Christi baptismo factum est, pertinet ad mysterium nostri baptismi: ergo, Antecedēs est Christi. Consequentia probatur: quia oēs baptizati non ficti, accipiunt Spiritum sanctum, Matth. 3.

Annot. ¶ Aduerte hic, q̄ minus rectè dicit determinatur, q̄ fuerit quæsitum. nā quæsitum est de defectu Spiritus sancti in specie columbæ, & respondetur de defectu Spiritus sancti solùm, nihil dicendo de specie columbæ. Et hoc ideo, quia reseruauit hoc secundum respōsioni ad argumenta.

simi, quasi ære fusi fuerunt. Similiter etiam nec potest intelligi spiritualiter: quia ante oculos filij Dei cæli antea clausi non fuerant. Ergo videtur inconuenienter dici, quòd baptizato Christo, aperti fuerint ei cæli.

¶ Præterea, Fidelibus cælum apertum est per Christi passionem, secundum illud Hebræorum 10. Habemus fiduciam in introitu Sanctorum in sanguine Christi. Vnde etiam nec Christi baptismo baptizati, si qui ante eius passionem decesserint, cælos intrare potuerunt. Ergo magis debuerunt aperiri cæli Christo patiente, quam eo baptizato.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Lucæ 3. Iesu baptizato & orante, apertum est cælum.

CONCLVSIO.

¶ Christo baptizato & orante, conuenienter aperti sunt cæli.

¶ RESPONDEO dicendū, quòd sicut dictū est, Christ⁹ baptizari voluit, vt suo baptismo cōsecraret baptismū, quo nos baptizaremur. Et ideo in baptismo Christi ea demōstrari debuerunt, quæ pertinēt ad efficaciā nostri baptismi. Circa quā tria sunt cōsideranda. Primò quidem principalis virtus, ex qua baptismus habet efficaciam. Quæ quidem est virtus cælestis. Et ideo baptizato Christo, apertum est cælum, vt ostenderetur quòd de cætero cælestis virtus baptismum sanctificaret.

Secundò operatur ad efficaciā baptismi fides Ecclesiæ, & eius qui baptizatur, vnde & baptizati fidem profitentur, & baptismus fidei dicitur sacramentum. Per fidem autem inspicimus cælestia, quæ sensum & rationem humanam excedunt. Et ad hoc significandum Christo baptizato aperti sunt cæli.

** Alias Spiritus Iuter.*

Tertiò, quia per baptismum Christi * specialiter aperitur nobis introitus regni cælestis: qui primo homini præclusus fuerat per peccatum. Vnde baptizato Christo, aperti sunt cælivt ostenderetur quòd baptizatis pateat via in cælum. Post baptismum autem necessaria est homini iugis oratio, ad hoc quòd cælum introeat. Licet enim per baptismum remittantur peccata, remanet tamen fomes peccati, nos impugnans interius, & mundus, & dæmones, qui impugnant exterius. Et ideo signanter dicitur Luc. 3. quòd Iesu baptizato & orante, apertum est cælum: quia scilicet fidelibus necessaria est oratio post baptismum. Vel vt detur intelligi, quòd hoc ipsum quòd per baptismum cælum aperitur credentibus, est ex virtute orationis Christi. Vnde signanter Matth. 3. dicitur, quòd apertum est ei cælum, id est omnibus propter eum: sicut si Imperator alicui pro alio petenti dicat, Ecce, hoc beneficium non illi do, sed tibi, id est propter te illi: vt Chrysost. dicit super Matth.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Chrysostom. dicit super Matth. sicut Christus secundum dispensationem humanam baptizatus est, quamuis ipse propter se baptismo non indigeret: sic etiam secundum humanam dispensationem aperti sunt ei cæli, secundum autem naturam diuinam semper erat in cælis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Hiero. dicit super Matth. cæli aperti sunt Christo baptizato, non referatione elementorum, sed spiritualibus oculis: sicut & Ezechiel in principio voluminis sui cælos apertos esse commemorat. Et hoc probat Chrysost. super Matth. dicens, Quod si ipsa * creatura, scilicet cælorum, rupta fuisset, non dixisset, aperti sunt ei: quia quod corporaliter aperitur, omnibus est apertum. Vnde etiam Marci primo ex præsẽte dicitur, quòd Iesus statim ascendens de aqua, vidit apertos cælos: quasi ipsa apertio cælorum ad visionem Christi referatur. Quod quidem aliqui referunt ad visionem corporalem, dicentes, quòd circa Christum baptizatum tantus splendor fulsit in baptismo, vt viderentur cæli aperti. Potest etiam referri ad imaginariā visionem: per quem modum Ezechiel vidit cælos apertos. Formabatur enim ex virtute diuina & voluntate rationis, talis visio in imaginatione Christi: ad designandum, quòd per baptismum, cæli a tergo hominibus aperitur. Potest etiam & ad visionem intellectualem referri, prout scilicet Christus vidit iam baptismo sanctificato, apertum esse cælum hominibus: quod tamen etiam

** Alias catarvhacta.*

antè viderat fiendum.

¶ Ad tertium dicendum, quod per passionem Christi aperitur cælū omnibus, sicut per eaūdem cōmunē apertionis cælorū. Oportet tamen hanc causam comunem apertionis cælorum, singulis applicari ad hoc quòd cælum introeāt. Quod quidē fit per baptismum: secundum illud Rom. 6. Quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et ideo potiùs fit mentio de apertione cælorum in baptismo, quàm in passione Christi.

Vel sicut Chrys. dicit super Matth. baptizato Christo, cæli tum sunt aperti: postquam verò tyrannum vicit per crucem, qui non erant necessariæ portæ cælo, nunquam claudendo: non dicit Angeli, Aperite portas, iam enim erant apertæ, sed, Tollite portas. Per quod dat intelligere Chry. quod obstacula, quibus prius obstentibus animæ defunctorum introire non poterant cælos, sunt totaliter per passionem Christi ablata: sed in baptismo Christi sunt aperta, quasi manifestata iam via, per quam homines erant in cælum intraturi.

ARTICVLVS VI.

¶ Virum conuenienter Spiritus sanctus super Christum baptizatum descendat in specie columbæ.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter Spiritus sanctus super Christum baptizatum descendisse in specie columbæ. Spiritus enim sanctus habitat in homine per gratiam. Sed in homine Christo fuit plenitudo gratiæ a principio suæ conceptionis, quo fuit vnigenitus a patre: vt ex supradictis patet. Non ergo debuit Spiritus sanctus ad eum mitti in baptismo.

¶ Præterea, Christus dicitur in mundum descendisse per mysterium Incarnationis, quia exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens. Sed Spiritus sanctus non est incarnatus. Ergo inconuenienter dicitur, quòd Spiritus sanctus descenderit super eum.

¶ Præterea, In baptismo Christi ostendi debuit, sicut in quodam exemplari id quod fit in nostro baptismo. Sed in nostro baptismo non fit aliqua missio visibilis Spiritus sancti. Ergo nec in baptismo Christi debuit fieri visibilis missio Spiritus Sancti.

¶ Præterea, Spiritus sanctus a Christo in omnes alios derivatur, secundum illud Ioan. primo, De plenitudine eius nos omnes accepimus. Sed super Apostolos Spiritus sanctus descendit, non in specie columbæ, sed in specie ignis. Ergo nec super Christum debuisset descendere in specie columbæ, sed in specie ignis.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Luc. 3. Descendit Spiritus sanctus corporali specie, sicut columba in ipsum.

CONCLVSIO.

¶ Cùm omnes baptismo Christi baptizati, sint per ipsum Spiritum sanctū gratiam recepturi, nisi ficti accedant, conueniens fuit vt super illum baptizatum Spiritus sanctus in columbæ specie appareret.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd hoc quod circa Christum factum est in eius baptismo (sicut Chryso. dicit super Matthæ.) pertinet ad mysterium omnium, qui postmodum fuerant baptizandi. Omnes autem qui baptismo Christi baptizantur, Spiritum sanctum recipiunt, nisi ficti accedant, secundum illud Matth. 3. Ipse vos baptizabit Spiritu sancto. Et ideo conueniēs fuit, vt super Christum baptizatum Spiritus sanctus descenderet.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Augustinus dicit 15. de Trinit. absurdissimum est dicere, quod Christus cùm iam triginta esset annorum, acceperit Spiritum sanctum, sed venit ad baptismum, sicut sine peccato, ita non sine Spiritu sancto. Si enim de Ioanne scriptum est, quòd Spiritu sancto replebitur ab vtero matris suæ, quid de homine Christo dicendum est, cuius carnis ipsa conceptio non carnalis, sed spiritualis fuit? Tunc ergo id est in baptismo, corpus suum, id est Ecclesiam, præfigurare dignatus est, in qua baptizati præcipuè accipiunt Spiritum sanctum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Augustinus dicit in 2. de Trinit. Spiritus sanctus descendisse dicitur super Christum corporali specie, sicut columba: non quia ipsa substantia Spiritus sancti videretur, quæ est inuisibilis, neque ita quòd illa visibilis creatura in vnitatem personæ diuinæ assumeretur: neque enim dicitur, quòd Spiritus sanctus sit columba, sicut dicitur quòd filius Dei est homo ratione vnionis. Neque etiam hoc modo Spiritus sanctus visus est in specie columbæ, sicut Ioannes vidit agnum occisum in Apocalypsi: vt habetur Apocalyp. 5. Illa enim visio facta fuit in Spiritu per spirituales imagines corporum: de illa verò columba nullus vnquam dubitauit, quin

¶ Super Quæstionis trigesimænonæ Articulum septimum.

cōment. TItulus clarus est.

¶ In corpore vna conclusio. Colūba illa fuit verum animal. Probatur. Sicut veritas verum hominem, ita Spiritus veritatis veram columbam, ita quæ apparet, &c. & confirmatur hoc autoritate Augustini.

¶ Aduerte hic, quòd tātum trahit Autor ratiocinationem ad Augustinum, vt absq; trepidatione aliqua affirmauerit, colūbam illam verum fuisse animal, propter Augustini autoritatē potius, quàm illius rationem: qua Autor videtur contra sitam in primo sent. dist. 16. ar. 3. ad tertium opinionem, qua tenuit, columbam illam non fuisse verum animal. Et certè ratio ad hoc nō cogit, quoniam in nullo Spiritui veritatis præiudicii fit, si per speciem columbæ & nō ipsam columbam apparuerit sicut in Apostolis apparuit non in vero igne, sed similitudine ignis. & sicut ibi dicitur, Tanquam ignis, ita hîc dicitur, sicut colūba. Nec est simile de mysterio Incarnationis, quia de eo scriptū est, Verbū caro factum est. & ideo oportet veram esse carnem: hîc autem dicitur, sicut columba, Et quondam omnes Euangelistæ conueniunt in similitudine columbæ, & nullus dicit colūbam (Matthæus siquidem & Lucas dicūt, sicut columba: Marcus dicit, tanquam colūbam. Ioannes dicit, quasi columbā) ideo rationabiliter ingeniolo meo videtur ad literam sequi verum omnium Euangelistarum, quàm dicere quòd fuerit verum animal: cum etiā Scripturæ adsit autoritas de Spiritu sancto in igne misso, quòd non verus ignis, sed tanquā ignis fuerit: sicut non fuerit vera lingua, sed similitudines linguarū. Quo circa fiunt absque fallacia Spiritū sanctum in igneis linguis apparuisse non veris, sed specie tenus (& de hoc nulla dubitatio) ita & specie columbæ, & non columba ipsa apparuit: eiusdē enim vocabulis Scriptura vtitur vtrobiq.

oculis visa sit. Nec etiam hoc modo in specie columbæ Spiritus sanctus apparuit, sicut dicitur primæ ad Corinth. 10. Petra autem erat Christus. Illa enim petra iam erat in creatura, & per actionis modum nuncupata est nomine Christi, quem significabat: illa autem columba ad hoc tantùm significādum repente extitit, & postea cessauit, sicut flamma, quæ in rubo apparuit Moysi.

Dicitur ergo Spiritus sanctus descendisse super Christum, non ratione vnionis ad columbam: sed vel ratione ipsius columbæ significantis Spiritum sanctum, quæ descendendo super Christum venit. Vel etiam ratione spiritualis gratiæ, quæ à Deo per modum cuiusdam descensus in creaturam derivatur: secundum illud Iaco. primo, Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est descendens à Patre luminum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Chryso. dicit super Matth. in principiis spiritualium rerum semper sensibiles apparent visiones, propter eos qui nullam intelligentiā incorporalis naturæ suscipere volunt: vt si postea non fiant, ex his quæ semel facta sunt, recipiant fidem. Et ideo circa Christum baptizatum corporali specie Spiritus sanctus visibiliter descendit, vt super omnes baptizandos, inuisibiliter postea credatur descendere.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Spiritus sanctus in specie colūbæ apparuit super Christum baptizatum propter tria. Primò quidem propter dispositionem quæ requiritur in baptizato, vt scilicet non fictus accedat: quia sicut dicitur Sap. primo, Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. Columba autem est animal simplex, astutia & dolo carens: vnde dicitur Matth. 10. Estote simplices sicut columbæ. Secundò ad designandum septem dona Spiritus sancti, quæ columba suis proprietatibus significat. Columba enim secus fluenta habitat, vt inde viso accipitre, mergat se, & euadat: quod pertinet ad donum sapientiæ, per quam sancti secus Scripturæ diuinæ fluenta residentes, vt incursum diaboli euadant. Item columba meliora grana eligit: quod pertinet ad donum scientiæ, qua Sancti sententias sanas, quibus pascantur, eligunt. Item columba alienos pullos nutrit, quod pertinet ad donum consilij, quo sancti homines, quæ fuerunt pulli, id est, imitatores diaboli, doctrina nutriunt & exemplo. Item columba non lacerat rostro: quod pertinet ad donum intellectus, quo sancti bonas scientias lacerando non peruertunt, hæreticorum more. Item columba felle caret: quod pertinet ad donum pietatis, per quam sancti ira irrationabili carent. Item columba in cauernis petræ nidificat: quod pertinet ad donum fortitudinis, qua Sancti in plagis mortis, Christi, qui est petra firma, nidum ponunt, id est, suum refugium & spem. Item columba gemitum pro cantu habet: quod pertinet ad donum timoris, quo sancti delectantur in gemitu pro peccatis. Tertiò apparuit Spiritus sanctus in specie columbæ propter effectum proprium baptismi, qui est remissio peccatorum & reconciliatio ad Deum, columba enim est animal mansuetum. Et ideo sicut Chrysost. dicit super Matth. in diluuio apparuit hoc animal, ramum ferens oliuæ, & cōmunem orbis terrarum tranquillitatem annuntians, & nunc etiam columba apparet in baptismo, liberationem nobis demonstrans. Quarrò apparuit Spiritus sanctus in specie columbæ super Dominum baptizatum, ad designandum communem effectū baptismi, qui est constructio ecclesiasticæ vnitatis. vnde dicitur Ephes. 5. quòd Christus tradidit semetipsum, vt exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam nō habētem maculā, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, lauans eā lauacro aquæ in verbo vitæ. Et ideo cōuenienter Spiritus sanctus in baptismo demōstratus est in specie columbæ, quæ est animal amicabile & gregale: vnde & Cant. 5. dicitur de Ecclesia, Vna est columba mea. Super Apostolos autem in specie ignis Spiritus sanctus descendit propter duo. Primò quidem ad ostendendum feruorem, quo corda eorum erant commouenda, ad hoc quòd Christum vbique inter pressuras prædicarent: & ideo etiam in igneis linguis apparuit. Vnde Augustin. dicit super Ioan. Duobus modis ostendit visibiliter Dominus Spiritum sanctum, per columbam super Dominum baptizatum, & per ignem super discipulos congregatos: ibi simplicitas, hic feruor ostenditur. Ergo ne Spiritu sanctificati dolum habeant, in columba demonstratus est: & ne simplicitas frigida remaneat, in igne demonstratus est. Nec te moueat, quia linguæ diuisæ sunt, vnitatem in columba cognosce.

Secundò: quia sicut Chrys. dicit, cùm oportebat delictis ignoscere (quod fit in baptismo) manuetudo necessaria erat, quæ demonstratur in columba: sed vbi adepti sumus gratiam, restat iudicij tempus, quod significatur per ignem.

ARTICVLVS VII.

¶ Virum illa columba, in qua apparuit Spiritus sanctus, fuerit verum animal.

Tert. s. l. 20. col. 2. Et opus. 60. ca. 9.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd illa columba, in qua Spiritus sanctus apparuit, non fuerit verum animal. Illud enim videtur specie tenus apparere, quod secundum similitudinem apparet. Sed Luc. 2. dicitur quòd descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum. Non ergo fuit vera columba, sed quædam similitudo columbæ.

¶ Præterea, Sicut natura nihil facit frustra: ita nec Deus, vt dicitur in primo de Cælo. Sed cùm columba illa non aduenerit nisi vt aliquid significaret, atque præteriret (vt August. dicit in 2. de Trinit.) frustra fuisset vera columba: quia hoc ipsum fieri poterat per columbæ similitudinem. Non ergo illa columba fuit verum animal.

¶ Præterea, Proprietates cuiuslibet rei ducunt in cognitionem naturæ illius rei. Si ergo fuisset illa columba verum animal, proprietates columbæ significassent naturam veri animalis, non autem effectus Spiritus sancti. Non ergo videtur quòd illa columba fuerit verum animal.

¶ SED CONTRA est quod Augustinus dicit in lib. de agone Christiano, Neque hoc ita dicimus, vt dominum Iesum Christum dicamus solùm verum corpus habuisse, Spiritum autē sanctum fallaciter apparuisse oculis hominum, sed ambo illa corpora vera esse credimus.

CONCLVSIO.

¶ Sicut veritas verum hominem, ita columba illa, quæ apparuit in christi baptismo, accepit verum animal.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut supra dictum est) nō decebat vt filius Dei, qui est veritas Patris, aliqua fictione vteretur: & ideo non phantasticum, sed verum corpus accepit. Et quia Spiritus sanctus dicitur Spiritus veritatis, vt pater Ioan. 16. ideo etiam ipse veram columbam formauit, in qua adpareret: licet non assumeret ipsam in vnitatem personæ. Vnde post prædicta verba Augustin. subdit, Sicut non oportebat vt homines falleret filius Dei, sic etiam non oportebat vt falleret Spiritus sanctus: sed omnipotenti Deo, qui vniuersam creaturam ex nihilo fabricauit, non erat difficile, verum corpus columbæ sine aliorum columborum ministerio figurare, sicut non fuit ei difficile verum corpus in vtero Mariæ sine virili semine fabricare, cùm creatura corporea & in visceribus fœminæ ad formandum hominem, & in ipso mundo ad formandum columbam, imperio Domini voluntatique seruiret.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Spiritus sanctus dicitur descendisse in specie vel similitudine columbæ: non ad excludendam veritatem columbæ, sed ad ostendendum quòd ipse non apparuit in sua specie suę substantię.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non fuit superfluum formare veram columbā, vt in ea Spiritus sanctus appareret: quia per ipsam veritatem columbę significatur veritas Spiritus sancti, & effectuum eius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis trecesimænonæ Articulum octauum.*

Coment. Titulus clarus ex Euangelio.

¶ In corpore vna conclusio: Conuenientissuit, verùm illo baptismo Pater declararetur in voce, probatur: In baptismo Christi demonstrari debuit quod in nostro baptismo perficitur: ergo in baptismo Christi, mysterium Trinitatis demonstrari debuit: ergo conueniens fuit, vt Pater declararetur invoce. Antecedens probatur: quia baptismus Christi fuit exemplar nostri. Prima consequētia probatur: quia nostet baptismus conferatur in inuocatione & virtute Trinitatis, Matth. vlti. Secunda verò consequentia probatur: quia persona filij baptizatur, Spiritus sanctus in columba, restabat ergo persona Patris manifestāda. & apponitur hic authoritas Hieronym.

Inſrà q. 41. art. 4. & q. 66. ar. 6. cor. Et opuſ. 60 64 9.

¶ *Tractatus quartus huius voluminis.*

Annot. Hic incipit quarta pars huius libri: in qua agitur de progressu Domini nostri Iesu Christi in hoc mundo, vsque ad quæstionem quadragesimam quintam quiētā inclusiue.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæ Articulum primum.*

Coment. Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Christus cōuenienter vitam socialē assumpsit, Probatur: Christus debuit talem vitam viuendi modum assumere, qui conueniret fini Incarnationis: sed finis Incarnationis exigit vitam socialē. ergo. Minor declaratur: quia triplex est finis Incarnationis. primò, testimonij veritatis. Secundò, saluare peccatores. Tertiò, adducere homines ad Deum. Omnia clarasunt. Literā.

¶ Aduerte hic, quòd cōuersatio Christi post Ioannis baptismā tractatur ab Autore: conuersatio autem Christi ante illud tempus tacetur. Et quoniam à multis quæritur q. fecerit illa ætate Christus, respondendum est quòd exercere autem fabrilē in ciuitate Nazareth. Nam non solùm ex Euangelio, Matth. 13. habetur, quòd fuit filius fabri: sed ex Euangelio, Mar. 6. habetur quod ipse Christus fuit faber. Et nisi exercuisset ipsam artē in Nazareth, non admirati ibi fuissent de doctrina eius. Nā si alibi Christus habitasset, aut in Nazareth vacasset literis, non fuissent admirati cōpatriotæ, vnde huic sapientiæ tam notoria erat Christi cōuersatio in Nazareth

¶ Ad tertium dicendum, quòd proprietates columbæ eodē modo ducunt ad significandū naturam columbæ, & ad significandos effectus Spiritus sancti. Per hoc enim quòd columba habet tales proprietates, * contingit quod columba significat Spiritum sanctum.

* *Alias ostendi-tur*

ARTICVLVS VIII.

¶ *Vtrùm conuenienter Christo baptizato fuerit vox Patris audita, filium protestantis.*

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter Christo baptizato fuerit vox Patris audita, Filium protestantis. Filius enim & Spiritus sanctus secūdum hoc quòd sensibiliter apparuerunt, dicuntur visibiliter esse missi. Sed patri non conuenit mitti, vt patet per Aug. in secundo de Trinit. Ergo etiam nec apparere.

¶ Præterea, Vox est significatiua verbi in corde concepti. Sed Pater non est verbum. ergo inconuenienter manifestatur in voce.

¶ Præterea. Homo Christus non incepit esse filius Dei in baptismo, sicut quidam hæretici putauerunt, sed à principio suæ conceptionis fuit filius Dei. Magis ergo in natiuitate debuit vox Patris protestari Christi diuinitatē, quàm in eius baptismo.

¶ SED CONTRA est quod Matth. 3. dicitur, Ecce vox de cælis dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

CONCLVSIO.

¶ *Conueniens fuit, vt Christo baptizato, Patris vox audiretur filium protestantis.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) in baptismo Christi, qui fuit exemplar nostri baptismi, demonstrari debuit quod in nostro baptismo perficitur. Baptismus autem quo baptizantur fideles, consecratur in inuocatione & virtute Trinitatis, secundum illud Matth. vltimo: Euntes docete omnes Gentes baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Et ideo in baptismo Christi (vt Hieron. dicit) mysterium Trinitatis demonstratur: Dominus enim in natura humana baptizatur, Spiritus sanctus descendit in habitu columbæ, Patris vox testimonium Filio perhibentis auditur. Et ideo conueniens fuit, vt in illo baptismo Pater declararetur in voce.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd missio visibilis addit aliquid super apparitionem, scilicet autoritatem mittentis. Et ideo Filius & Spiritus sanctus, qui sunt ab alio, dicuntur mitti visibiliter, & non solum apparere: Pater autem, qui non est ab alio, apparere quidem potest, visibiliter autem mitti non potest.

¶ Ad secundum dicendum, quod Pater nō demonstratur in voce nisi sicut actor vocis, vel loquens per vocem. Et quia proprium est Patri, producere verbum, quod est dicere vel loqui: ideo conuenientissimè Pater per vocem manifestatus est, quæ significat verbum. Vnde & ipsa vox à Patre emissa, filiationē Verbi protestatur. Et sicut species columbæ, in qua demonstratus est Spiritus sanctus, non est ipsa natura Spiritus sancti, nec species hominis, in qua demonstratus est ipse Filius, est ipsa natura filij Dei: ita etiam ipsa vox non pertinet ad naturam verbi vel Patris loquentis. Vnde Ioannis 5. Dominus dicit: Neque vocem eius, id est patris vnquam audistis, neque speciem eius vidistis. Per quod

(sicut Chrys. dicit super Ioan.) paulatim eos in philosophicum dogma inducens, ostendit, quoniam neq; vox circa Deum est, neq; species, sed superior est & figuris & loquelis tacitis. Et sicut columbam, & etiam humanā naturam à Christo assumptam tota Trinitas operata est, ita etiam & formationem vocis. Sed tamen in voce declaratur solus Pater, vt loquens, sicut naturam humanam solus Filius assumpsit, & sic in columba solus Spiritus sanctus demonstratus est, vt patet per Aug. in lib. de Fide ad Petrum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd diuinitas Christi nō debuit omnibus in eius natiuitate manifestari: sed magis occultari in defectibus infantilis ætatis. Sed quando iam peruenit ad perfectam ætatem, in qua oportebat eum docere, & miracula facere, & homines ad se cōuertere, tunc testimonio Patris erat eius diuinitas manifestanda: vt eius doctrina credibilior fieret: vnde & ipse dicit Ioan. 5. Qui misit me Pater, ipse testimonium perhibet de me. Et hoc præcipuè in baptismo, per quem homines renascuntur in filios Dei adoptinos. Filij autem Dei adoptiui instituuntur ad similitudinem filij naturalis: secundum illud Rom. 8. Quos præscīuit, hos & prædestinauit conformes fieri imaginis Filij sui. Vnde Hilarius dicit super Matth. quòd super Iesum baptizarum descendit Spiritus sanctus, & vox Patris audita est, dicentis, Hic est filius meus dilectus: vt ex his, quæ consummabantur in Christo, cognosceremus post aquæ lauacrū, & de cælestibus portis sanctum in nos Spiritum inuolare, & paternæ vocis adoptione, Dei filios fieri.

QVAESTIO QVADRAGESIMA

De modo conuersationis Christi, in quatuor articulos diuisa.

CONSEQVENTER post ea quæ pertinēt ad ingressum Christi in mundum, vel ad eius principium, considerandum restat de his quæ pertinent ad progressum ipsius.

¶ Et primò considerandum est de modo conuersationis ipsius: secundò, de tentatione eius: tertiò, de doctrina: quartò, de miraculis.

¶ Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm Christus debuerit solitariam vitam ducere, an inter homines conuersari.

¶ Secundò, vtrùm debuerit austeram vitam ducere in cibo & potu & vestitu, an aliis communem.

¶ Tertiò, vtrùm debuerit abiectè viuere in hoc mundo, an in diuitiis & honore.

¶ Quartò, vtrùm debuerit secundum legem viuere.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrùm conueniens fuerit, christum inter homines conuersari.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod Christus non debuerit inter homines conuersari, sed solitariam vitam agere. Oportebat enim quòd Christus sua conuersatione non solùm se hominem ostenderet esse, sed etiam Deum. Sed Deum non conuenit cum hominibus conuersari: dicitur enim Dan. 2. Exceptis diis, quorum non est cum hominibus conuersatio. Et Philosophus dicit in primo Politicæ, quòd ille qui solitarius viuit, aut est bestia, si scilicet propter stultiam hoc faciat: aut est Deus, si hoc faciat propter contemplandam veritatem. Ergo videtur quòd non fuerit conueniens Christum inter homines conuersari.

¶ Præterea, Christus dum in carne mortali vixit, debuit perfectissimam vitam ducere. Perfectissima autem vita est contemplatiua, vt in Secunda parte habitum est. Ad vitam autem contemplatiuam maximè competit solitudo: secundum illud Oseæ 2. Ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. ergo vide

go videtur, quòd Christus debuerit solitariā vitam ducere.

¶ Præterea, Conuersatio Christi debuit esse vniformis: quia semper in eo debuit apparere id quod optimum est. Sed quandoq; Christus solitaria loca quærebat, turbas declinans. Vnde Remigius dicit super Matthæ. Tria refugia legitur Dominus habuisse, nauim, montem, & desertum: ad quorum alterum quoriescunque à turbis comprimebatur, conscendebat. Ergo & semper debuit solitariam vitam agere.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Baruch 3. Post hæc in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.

CONCLVSIO.

¶ *Cùm Christus in hunc mundum venerit manifestare veritatem, & vt peccatores saluos faceret, & per ipsum haberemus accessum ad Deum, decuit vt socialem vitam in mundo duceret, & solitariam non nisi ad tempus.*

Annot.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd conuersatio Christi talis debuit esse vt conueniret fini Incarnationis, secundum quam venit in mundum. Venit autem in mundum, primò quidem ad manifestandum veritatem: sicut ipse dicit Ioan. 18. In hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati. Et ideo non debebat se occultare, vitam solitariam agens: sed in publicum procedere, publicè prædicando. Vnde Luc. 4. dixit illis, qui volebant eum detinere. Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei, quia ideo missus sum. Secundò venit ad hoc, vt homines à peccato liberaret: secundum illud primæ ad Timoth. 1. Christus Iesus venit in hunc mundum, peccatores saluos facere. Et ideo vt Chryso. dicit in eodem loco manendo posset Christus ad se omnes attrahere, vt eius prædicationem audirent: non tamen hoc fecit, præbens nobis exemplum, vt perambulemus & requiramus pereuntem: sicut pastor ouem perditam, & medicus accedit ad infirmum.

¶ Tertiò venit, vt per ipsum habeamus accessum ad Deum: vt dicitur Rom. 5. & ideo familiariter cum hominibus conuersando, conueniens fuit, vt hominibus fiduciam daret ad se accedendi. Vnde dicitur Matth. 9. Factum est discumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores discumbebant cum Iesu & discipulis eius. Quod exponens Hiero. dicit, viderant publicani, à peccatis ad meliora conuersum, locum inuenisse pœnitentiæ: & ob id etiam ipsi non desperant salutem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus per humanitatem suam, voluit manifestare diuinitatem. Et ideo conuersando cum hominibus (quod est proprium hominis) manifestauit omnibus suam diuinitatem, prædicando, & miracula faciendo, & innocenter & iustè inter homines conuersando.

¶ Ad secundum dicendum, quòd (sicut in secunda parte dictum est) vita contemplatiua simpliciter est melior quàm actiua, quæ occupatur circa corporales actus. Sed vita actiua secundum quam aliquis prædicando, & docendo, contemplata aliis tradit, est perfectior quàm vita, quæ solùm contemplatur: quia talis vita præsupponit abundantiam contemplationis. Et ideo Christus talem vitam elegit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd actio Christi fuit nostra instructio. Et ideo vt daret exemplum prædicatoribus, quòd non semper se darent in publicum, ideo quandoque Dominus se à turbis retraxit. Quod quidem legitur feciſſe propter tria. Quandoque quidem propter corporalem quietem. Vnde Marci 6. dicitur, quòd Dominus dixit discipulis, Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum: erant enim qui veniebant & redibant multi, & nec spatium manducandi habebant. Quandoque verò causa orationis. Vnde dicitur Luc. 6. Factum est in illis diebus, exiit in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. Vbi ait Ambrosi. quòd ad præcepta virtutis suo nos informat exemplo. Quandoque verò, vt doceret fauorem humanum vitare, vnde super illud Matth. 5. Videns Iesus turbas, ascendit in montem. dicit Chrysost. Per hoc quòd non in ciuitate & foro, sed in monte & solitudine sedit & eruditi nos, nihil ad ostentationem facere, & à tumultibus abscedere, & maximè, cùm de necessariis disputare oporteat.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrùm Christus austeram vitam in hoc mundo ducere debuerit.*

Inſrà q. 41. art. 3. ad 1.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christus debuerit austeram vitam ducere in hoc mundo. Christus enim multò magis prædicauit perfectionem vitæ quam Ioannes. Sed Ioannes austeram vitam duxit, vt suo exemplo homines ad perfectionem vitæ prouocaret: dicitur enim Matthæ. 3. quòd ipse Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos, esca autem eius erat locustæ & mel syluestre. Quod exponens Chrys. dicit, Erat mirabile in humano corpore, tantam patientiam videre: quod & Iudæos magis attrahebat. Ergo videtur quòd multò magis Christum decuerit austeritas vitæ.

¶ Præterea, Abstinentia, ad continentiam ordinatur: dicitur enim Oseæ 4. Comedent, & non saturabuntur: fornicari sunt, & non cessauerunt. Sed Christus continentiam in se seruauit, & aliis seruandam proposuit, cùm dixit Matth. 19. Sunt eunuchi qui se castrauerunt propter regnum cælorum: qui potest capere capiat. Ergo videtur quòd Christus in se & in suis discipulis austeritatem vitæ seruare debuerit.

¶ Præterea, Ridiculum videtur, vt aliquis districtiorem vitam incipiat, & ab ea in laxiorem reuertatur: potest enim dici contra eum quod habetur Luc. 14. Hic homo cœpit ædificare, & non potuit consummare. Christus autem districtissimam vitam incepit post baptismum, manens in deserto, & ieiunans quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Ergo videtur non fuisse congruum, quòd post tantam vitæ districtionem ad communem vitam rediret.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Matthæ. 11. Venit Filius hominis manducans & bibens.

CONCLVSIO.

¶ *Decuit Christum, vt non solitariam & austeram nisi ad tempus, sed communem cum aliis vitam duceret, & cum illis conuersaretur.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut dictum est) congruum erat Incarnationis fini, vt Christus non ageret solitariam vitam, sed cum hominibus conuersaretur. Qui autem cum aliquibus conuersatur, conuenientissimum est, vt se eis in conuersatione conformet, secundum illud Apostoli primæ ad Corinth. 9. Omnibus omnia factus sum. Et ideo conueniētissimum fuit, vt Christus in cibo & potu communiter se sicut alij haberet. Vnde Augustin. dicit contra Faustum, quòd Ioannes dictus est non manducans neq; bibens, quia illo victu quo Iudæi vtebantur, non vtebatur. Hoc ergo nisi Dominus vteretur, non in eius comparatione, manducans bibénsque diceretur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Dominum in sua conuersatione exemplum perfectionis dedit omnibus, quæ per se pertinent ad salutem. Ipsa autem abstinentia cibi & potus, non per se pertinet ad salutem: secundum illud Rom. 14. Non est regnum Dei esca & potus. Et Augu. dicit in lib. de Quæstionibus Euang. exponens illud Matth. 11. Iustificata est sapientia à filiis suis: quia scilicet sancti Apostoli intellexerunt regnum Dei non esse in esca & potu, sed in æquanimitate tolerandi: quos nec copia subleuat, nec deprimit egestas. Et in tertio doctrina Christiana dicit, quòd in omnibus talibus non vsus rerum, sed libido vtentis in culpa est. Vtraque autem vita est licita & laudabilis: vt scilicet aliquis à consortio hominum segregatus abstinentiam seruet, & vt in societate aliorum positus, communi vita vtatur. Et ideo Dominus voluit vtriusque vitæ exemplum dare hominibus. Ioannes autem (sicut Chrysosto. dicit super Matth.) nihil plus ostendit præter vitam & iustitiam: Christus autem & à miraculis testimonium habebat: dimittens ergo Ioannem ieiunio fulgere, ipse contraria incessit via, ad mensam intrans Publicanorum, & manducans & bibens.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut alij homines per abstinentiam consequuntur virtutem continendi, ita etiam Christus in se & in suis discipulis per virtutem suæ diuinitatis car-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis quadragesimæ Articulum tertium.

Coment. Titulus clarus.
¶ In corpore vna conclusio. Docuit Christum in hoc mundo pauperem vitam ducere. Probatur quatuor rationibus, quæ clarè patent in litera.

Annot. ¶ Circa quarum primã & tertiam notate Domini prædicatores, & quòd oportet prædicatores à cutis temporalium rerum absolutos esse, & nec apparere quæri causa prædicent. Et hoc quidem contra multos militat, qui stipendio prædicant: qui locum prædicandi, non vbi maior animarũ fructus, sed vbi maius stipendium præbetur, aut maior eleemosyna speratur pro se vel cõuentu sio, eligunt. Primum autem quarum nocent, experientia testatur: pauperum enim prædicatio deseritur à religiosis habentibus possessiones, quæ iam ab Episcopis, Abbatibus, aliisque diuitibus clericis ac religiosis deserta videtur. Secundum autem Iesu Christi ac Ecclesiæ præcipuum officiũ, ad mercedem atque quæstum abducit.

¶ In responsione ad primum, vbi habes differẽtiam inter voluntariam & necessariam paupertatẽ, quo ad occasionẽ peccandi, aduerte quòd non vocatur paupertas voluntaria, quæ solo voto firmata est, sed quæ habet perseuerantiam voluntariam: parum enim prodest voluisse paupertatem & ægrè ferre illam: reincidit enim paupertas ista in necessariam paupertatem, & transit de voluntaria in inuitam. Nec sufficit voluntas perseuerãs ad paupertatem: ita tamen vt non desint opportunæ commoditates: est enim voluntas hæc ad paupertatis nomen & nõ ad paupertatis rem. Velle siquidem paupertatem & nihil sibi deesse, quod non sit velle paupertatem, ex eo patet, quòd Salomon tria proponit, diuitias, paupertatem, & victui necessaria, & inter duo extrema medium petit: quod appetit secundum rem ille qui nihil vult sibi deesse sub paupertatis nomine. Oportet enim pauperem voluntarie velle & nomen & rem paupertatis pro loco & tempore, vt velit etiam cum careat opportunis, libenter penuriam pati: sic enim nullius erit peccati occasio paupertas. Et quoniam hoc paucorum videtur esse: inde tanta videtur orta aut nutrita religiosorum imperfectio.

4. cõtra c. 55. ad decimũ secundũ. Et opus. 17. c. 15. Et opus. 20 lib. 3. cap. 15.

nem comprimebat. Vnde sicut Matthæ. 9. dicitur, Pharisæi & discipuli Ioannis ieiunabant, non autem discipuli Christi. Quod exponens Beda dicit, quòd Ioannes vinum & siceram non bibit: quia illi abstinentia meritum auget, cui potentia nulla inerat naturæ. Dominus autem, cui naturaliter suppetebat delicta donare, cur eos declinaret, quos abstinentibus poterat reddere puriores.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Chrys. dicit super Matthæ. Vt discas quam magnũ bonum est ieiunium, & quale scutum est aduersus diabolum, & quoniam post baptismum non lasciuiæ, sed ieiunio intendere oportet: & ipse ieiunauit, non eo indigens, sed nos instruens. Non autem vltra processit ieiunando, quàm Moyses & Helias, ne incredibilis videretur carnis assumptio. Secundum mysterium autem, vt Grego. dicit, quadragenarius numerus exemplo Christi in ieiunio custoditur: quia virtus decalogi per libros quatuor sancti Euangelij impletur: denarius enim quaterductus, in quadragenarium surgit. Vel quia in hoc mortali corpore ex quatuor elementis subsistimus: per cuius voluntatem, præceptis dominicis contrahimus quæ per decalogum sunt accepta. Vel secundum Augustinum in lib. 83. Quæstionum, omnis sapientiæ disciplina est Creatorem creaturámque cognoscere. Creator est Trinitas, Pater & Filius & Spiritus Sanctus. Creatura verò partim est inuisibilis, sicut anima, cui ternarius numerus attribuitur: diligere enim Deum tripliciter iubemur, ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente. Partim visibilis, sicut corpus: cui quaternarius debetur, propter calidum, humidum, frigidum, & siccum. Denarius ergo numerus, qui totam insinuat disciplinam, quater ductus, id est numero qui corpori tribuitur, multiplicatus, quadragenarium conficit numerum. & ideo tempus quo ingemiscimus & dolemus, quadragenario numero celebratur. Nec tamen incongruum fuit, vt Christus post ieiunium & desertum, ad communem vitam rediret: hoc enim conuenit vitæ secundum quam aliquis contemplata aliis tradit, quam Christus dicitur assumpsisse, vt primò contemplationi vacet, & postea ad publicum actionis descendat, alij conuiuendo. Vnde & Beda dicit super Marc. Ieiunauit Christus, ne præceptum declinaret: manducauit cum peccatoribus, vt gratiam cernens, agnoscerẽ potestatem.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm Christus in hoc mundo debuerit pauperem vitam ducere.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christus in hoc mundo non debuerit pauperem vitam ducere. Christus enim debuit eligibilissimam vitam assumere. Sed eligibilissima vita est quæ est mediocris inter diuitias & paupertatem: dicitur enim Prouerbio. 30. Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantùm victui meo necessaria. Ergo Christus non debuit pauperem vitam ducere, sed moderatam.

¶ Præterea, Exteriores diuitiæ ad vsum corporis ordinantur, quantum ad victum & vestitum. Sed Christus in victu & vestitu communem vitam duxit, secundum modum aliorum, quibus conuiuebat. Ergo videtur quòd in diuitiis & paupertate communem modum seruare debuerit, & non vti maxima paupertate.

¶ Præterea, Christus maximè homines inuitauit ad exemplum humilitatis: secundum illud Matthæ. 11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Sed humilitas maximè commendatur in diuitibus vnde dicitur primæ ad Timothe. vltim. Diuitibus huius seculi præcipe, non altum sapere. Ergo videtur quòd Christus non debuerit ducere pauperem vitam.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Matthæ. 8. Filius hominis non habet vbi caput reclinet, quasi dicat, secundum Hieronym. Cur me propter diuitias & seculi lucra cupis sequi, cùm tantæ sim paupertatis vt nec hospitiolum quidem habeam, & tecto vtar non meo? Et super illud Matthæ. 17. Vt non scandalizemus eos, vade ad mare, dicit Hieronym. Hoc simpliciter intellectum ædificat auditorem, dum audit tantæ Dominum fuisse paupertatis, vt vnde tributa pro se & Apostolo rederet non haberet.

CONCLVSIO.

¶ Docuit Christum, qui omnibus salutem prædicaturus aduenerat, pauperem ducere vitam.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd Christum decuit in hoc mundo pauperem vitam ducere. Primò quidem: quia hoc erat congruum prædicationis officio, propter quod venisse dicit Marc. 1. Eamus in proximos vicos, & ciuitates, vt & ibi prædicem: ad hoc enim veni. Oportet autem prædicatores verbi Dei, vt omnino vacent prædicationi, omnino à secularium rerum curâ esse absolutos: quod facere non possunt qui diuitias possident. Vnde & ipse Dominus Apostolos ad prædicandum mittens, dicit eis Matthæ. 10. Nolite possidere aurum neque argentum. Et ipsi Apostoli dicunt, Act. 6. Non est æquum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Secundò, quia sicut mortem corporalem assumpsit, vt nobis vitam largiretur spiritualem: ita corporalem paupertatem sustinuit, vt nobis diuitias spirituales largiretur: secundum illud secundæ ad Corinth. 8. Scitis gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, vt illius inopia diuites essetis.

Tertiò, ne si diuitias haberet, cupiditati eius prædicatio ascriberetur. Vnde Hieronym. dicit super Matthæ. Quòd si discipuli eius diuitias habuissent, viderentur non causa salutis hominum, sed causa lucri prædicasse. & eadem ratio est de Christo. Quartò, vt tantò maior virtus diuinitatis eius ostenderetur, quantò per paupertatem videbatur abiectior. Vnde dicitur in quodam sermone Ephesini concilij: Omnia paupera & vilia elegit, omnia mediocria & plurimis obscura, vt diuinitas cognosceretur orbem trasformasse terrarum, propterea pauperculam elegit matrem, pauperiorem patriam, egens sit pecuniis: & hoc tibi exponat præsepe.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd superabundantia diuitiarum & mendicitas, vitanda videntur ab his qui volunt viuere secundum virtutem, inquantum sunt occasiones peccandi. Abundantia nanque diuitiarum est superbiendi occasio: mendicitas autem est occasio furandi & mentiendi, aut etiam periurandi. Quia verò Christus peccati capax non erat, propter hanc causam, ex qua Salomon hoc vitabat, Christo vitanda non erant. Neque tamen quælibet mendicitas est furandi & periurandi occasio, vt ibidem Salomon subdere videtur, sed sola illa quæ est contraria voluntati, ad quam vitandam homo furatur & periurat. Sed paupertas voluntaria hoc periculum non habet: & talem paupertatem Christus elegit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd communi vita vti, quantum ad victum & vestitum, potest aliquis non solum diuitias possidendo: sed etiam à mulieribus, & diuitibus necessaria accipiendo. Quod etiam circa Christum factum est: dicitur enim Lucæ 8. quòd mulieres quædam sequebantur Christum, quæ ministrabant ei de facultatibus suis. Vt enim Hierony. dicit contra Vigilantium, consuetudinis Iudaicæ fuit, nec ducebatur in culpam more gentis antiquo, vt mulieres de substantia sua victum atque vestitum præceptoribus suis ministrarent. Sed quia hoc scandalum facere poterat in nationibus, Paulus se abiecisse commemorat. Sic ergo communis victus poterat esse sine solicitudine impediente prædicationis officium: non autem diuitiarum possessio.

¶ Super Quæstionis quadragesimæ Articulum quartum.

Coment. Titulus clarus.
¶ In corpore vnica cõclusio: Christus in omnibus secundum legis præcepta cõuersatus est. Hæc autem conclusio primò probatur quo ad factum: deinde quo ad conuenientiam. Quòd enim Christus in omnibus secundum legem de facto cõuersatus fuerit, probatur ex illo facto, in quo tanquam in principio comprehenduntur reliqua legalia, scilicet ex circumcisione, vt patet ex autoritate Apostoli. Conueniebat autem quare Christus seruare voluit, ostendit ex quatuor clatis in litera.

Supra q. 37. ar. 2. ad primum. 1. d. 3. dist. 4. ar. 2. q. 2. ad 1. 3. q. 6. ad tertium. 2. 2. q. 88. ar. 4. ad 3. Et opus. 16. c. 13.

¶ Super Quæstionis quadragesimæ primæ Articulum primum.

Comment. Titulus clarus.
¶ In corpore vna cõclusio: Christus venerari voluit. Probatur quadrupliciter. Vbi in prima ratione conspicere libet, quòd virtuosa contra nostras tentationes tentatio Christi fuit: ita quòd nõ solùm exemplo (quod ad tertiam spectat rationem) sed efficacia auxilium nobis contra tentationes conferendo profuit: sicut mortuus nos contra mortem munivit. Modus autem quo hoc conferrur auxilium, quum de efficacia mortis eius inferius tractabitur, patebit: pro nunc sufficiat, quòd saltem meritorie, tentatus Dominus opem contulit nobis.

Augu.

¶ In tertia autem ratione percipe, quòd modus vincendi tentationes est recursus ad diuinas scripturas, & eadem ratione ad Sancto rum exempla: hoc enim Dominus in sua pugna ac victoria docuit, dum sic pugnauit & vicit.

Augu.

¶ In responsione ad primum citra notandam dæmonum de Christo, dato sine videnda. Primum, quid dæmones senserunt de Christo: quod inferius tractabitur in quæst. de miraculis Christi. Secundum est, quorsum ab Autore hic affertur notitia habita à dæmone de Christo, cuius Lucas meminit cap. 4. quum manifestè patet Euangelistam loqui post vsa miracula, hic autem est termo ante miracula: nam post regressum à deserto, cœpit Christus prædicare & miracula facere.

¶ Ad hoc dicitur, quòd conatus fuit Autor ex tentationis actu de incertitudine notitiæ de Christo apud dæmones tem diuitiarum possessio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in eo qui ex necessitate pauper est, humilitas nõ multùm commendatur: sed in eo, qui voluntariè paupertas est (sicut fuit Christus,) ipsa paupertas est maximè humanitatis indicium.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm Christus in hac vita secundum legem conuersatus fuerit.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non fuerit conuersatus secundum legem. Lex enim præcipiebat vt nihil operis in sabbato fieret: sicut Deus die septimo requieuit ab omni opere quod patrarat. Sed ipse in sabbato curauit hominem, & ei mandauit vt tolleret lectum suum. ergo videtur quòd non fuerit secundum legem conuersatus.

¶ Præterea, Eadem Christus fecit & docuit, secundum illud Act. primo, Cœpit Iesus facere & docere. Sed ipse Matthæ. 15. docuit, quòd omne quod intrat in os, non coinquinat hominem, quod est contra præceptum legis, quæ per esum & contactum quorundam animalium dicebat hominem immundum fieri: vt patet Leuit. 11. Ergo videtur quòd ipse non fuerit secundum legem conuersatus.

¶ Præterea, Idem iudicium videtur esse facientis & consentientis: secundũ illud Rom. 1. Non solùm illi qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus. Sed Christus consentit discipulis suis soluentibus legem, in hoc quòd sabbato spicas vellebant, excusando eos vt habetur Matthæ. 12. Ergo videtur quòd Christus non conuersatus fuerit secundum legem.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Matthæ. 5. Nolite putare quoniam veni soluere legem, aut prophetas. Quod exponẽs Chryso. dicit, Legem impleuit, primò quidem, nihil transgrediendo legalium. secundò iustificando per fidem, quod lex per literam facere non valebat.

CONCLVSIO.

Christus secundum legis præcepta in hoc mundo conuersatus est.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd Christus in omnibus secundum legis præcepta conuersatus est. In cuius signum etiam voluit circuncidi: circuncisio enim est quædam protestatio legis implendæ: secundum illud Gala. 5. Testificor omni homini circuncidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ. Voluit autem Christus secundum legem conuersari, primò quidem, vt legem veterem approbaret. Secundò, vt eam obseruando, in seipso consummaret & terminaret: ostendens quòd ad ipsum erat ordinata. Tertiò vt Iudæis occasionem calumniandi subtraheret. Quartò, vt homines à seruitute legis liberaret: secundum illud Gala. 4. Misit Deus Filium suum factum sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Dominus super hoc se excusat à transgressione legis tripliciter. Vno quidem modo, quia per præceptum de sanctificatione sabbati non interdicitur opus diuinum, sed opus humanum: quanuis enim Deus die septimo cessauerit à nouis creaturis condendis, semper tamen operatur in rerum conseruatione & gubernatione. Quòd autem Christus miracula faciebat, erat operis diuini. Vnde ipse dicit Ioannis quinto, Pater meus vsque modò operatur, & ego operor. Secundò, excusat se per hoc, quòd illo præcepto non prohibentur opera quæ sunt de necessitate salutis etiam corporalis. Vnde ipse dicit Luc. 13. Vnusquisque vestrum sabbato non soluit bouem suum aut asinum à præsepio, & ducit adequare. Et infrà 14. Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non continuò extrahet illum die sabbati? Manifestum est autem, quòd opera miraculorum, quæ Christus faciebat, ad salutem corporis & animæ pertinebant. Tertiò, quia illo præcepto non prohibentur opera, quæ pertinent ad Dei cultum. Vnde dicitur Matthæi duodecimo, An non legistis in lege, quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, & sine crimine sunt? Et Ioannes septimo dicitur, quòd circuncisionem accipit homo in sabbato. Quòd autem Christus paralytico mandauit vt lectum suum sabbato portaret, ad cultum Dei pertinebat, id est ad laudem virtutis diuinæ. Et sic patet quòd sabbatum non soluebat: quanuis hoc ei Iudæi falsò obiicerent, dicentes Ioannis 9. Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Christus voluit ostendere per illa verba, quòd homo non redditur immundus secundum animam ex vsu ciborum quorumcunque secundum suam naturam, sed solùm secundum quandam significationem. Quòd autem in lege quidam cibi dicuntur immundi, hoc est per quandam significationem. Vnde Augustinus dicit contra Faustum: Si de porco & agno requiratur, vtrum natura mundus est, dicimus quòd omnis creatura Dei bona est: quadam verò significatione agnus mundus, porcus immundus est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd etiam discipuli, qui esurientes, spicas sabbato vellebant, à transgressione legis excusantur propter necessitatem famis. Sicut & Dauid non fuit transgressor legis, quando propter famis necessitatem comedit panes, quos ei edere non licebat.

QVAESTIO QVADRAGESIMA-prima De tentatione Christi in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de tentatione Christi.
¶ Et circa hoc quærũntur quatuor.
¶ Primò, vtrùm fuerit conueniens Christum tentari.
¶ Secundo, de loco tentationis.
¶ Tertiò, de tempore.
¶ Quartò, de modo & ordine tentationis.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm conueniens fuerit Christum tentari.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christo tentari non conueniebat. Tentare enim est experimentum sumere, quod quidem non fit nisi de re ignota. Sed virtus Christi erat nota etiam dæmonibus: dicitur enim Lucæ 4. quòd non sinebat dæmones loqui, quia sciebant eum esse Christum. Ergo videtur quòd non decuerit Christum tentari.

opus. 60. c. 11. principio.

¶ Præterea, Christus ad hoc venerat, vt opera diaboli dissolueret: secundum illud Ioannis 3. In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Sed non est eiusdem dissoluere opera alicuius, & ea pati. Et ita videtur inconueniens fuisse, quòd Christus pateretur se tentari à diabolo.

¶ Præterea, Triplex est tentatio, scilicet à carne, à mundo, & à diabolo. Sed Christus non fuit tentatus nec à carne, nec à mundo. Ergo nec etiam debuit tentari à diabolo.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Matthæ. 4. Ductus est Iesus à Spiritu in desertum, vt tentaretur à diabolo.

CONCLVSIO.

¶ Christus vt nobis contra tentationes exemplum, & auxilium præstaret, & qualiter eas superare valeremus instrueret, tentari voluit.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd Christus tentari voluit

Universidad de Deusto
Biblioteca

loqui. Inferuit autē ver bum Lucæ Euangelistæ de scientia dæmonum in principio prædicationis Christi: quāuis liceat Lucas dicat illa verba inter narrandum de miraculis Christi: non tamen dicit quòd tunc primò didicerunt dæmones illum esse Christum. Et propter ea illud Lucæ verbum, quia sciebant illum esse Christum, ad præteritum tempus inculpabiliter & rationabiliter ab Autore relatum videtur. Videtur siquidem dæmones, & quæ ab Angelis in die natiuitatis Christi dicta sunt & quæ à pastoribus gesta, & quæ à Magis duce stella, & quę à Simeone & Anna dicta sunt: & postea Christi verba ad matrem in templo, de Patre suo, & dicta à Ioanne Baptista de Christo. Ex quibus facile erat cognoscere illum esse Christum absque vlterioribus miraculis: collatione præsertim facta eum prophetiis. Vnde visa ram longa inedia, & quòd esurit, tentauit nosse, si filius Dei esset.

Quæstio. ¶ *Num tentari ab intrinseco peccatū sit.*

¶In responsione ad tertium, dubium occurrit, an verum sit omnem tentationem ab intrinseco, esse peccatum, videtur quòd non: quia naturalibus non meremur nec demeremur concupiscentia autem carnis & illius delectatio naturalis est, nullū ergo peccatum est concupiscentia aut delectatio carnis.

¶Et confirmatur: quia certum est in Christo fuisse carnalem delectationem secundum gustum vel tactum, quum comedebat aut bibebat aliquid delectabile: puta bonum panem, bonum vinum, &c. non ergo omnis delectatio sensibilis est peccatum.

¶Ad hoc dicitur, quòd nullus mentis compos dicit quòd omnis delectatio secundum carnē, seu sensum sit peccatū: oporteret enim naturam ipsam esse malam, si delectatio naturalis esset mala. Vnde in statu innocentiæ fuissent delectationes naturales absque peccato vllo: & in Christo non est dubium quòd quum fatigatus ex itinere sedebat super puteum, quies illa erat delectabilis: sed so corpori: & similiter panis suo sano palato erat suauis, & oculis lux solis amabilis, & sic de aliis. Sed aliud est loqui de concupiscentia & delectatione naturali, & aliud est loqui de concupiscentia & delectatione aduersus spiritū: naturalia siquidem vt sic, non ex orbitant à regula ratione, ac per hoc voluit. Primò quidem, vt nobis contrà tentationes auxilium ferret. Vnde Grego. dicit in homil. Non erat indignum Redemptori nostro, quòd tentari voluit, qui venerat occidi: vt sic tentationes nostras suis tentationibus vinceret, sicut mortem nostram sua morte superauit.

¶Secundò, propter nostram cautelam, vt nullus quantuncunque sanctus se æstimet securum & immunem à tentatione. Vnde & post baptismum tentari voluit: quia, sicut Hilarius dicit super Matthæ. in sanctificatis maximè diaboli tentamenta crassantur: quia victoria magis est ei exoptata de sanctis. Vnde & Eccles. 2. dicitur, Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & prepara animam tuam ad tentationem.

¶Tertiò, propter exemplum, vt scilicet nos instrueret qualiter diaboli tentationes vincamus. Vnde August. dicit in quarto de Trinita. quòd Christus diabolo se tentandum præbuit: vt ad superandas tentationes eius mediator esset, non solùm per adiutorium, verùm etiam per exemplum.

¶Quartò, vt nobis fiduciam de sua misericordia largiretur. Vnde dicitur Heb. 4. Non habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Aug. dicit in 9. de ciui. Dei. Christus tantùm innotuit dæmonibus, quantum voluit: non per id quòd est vita æterna, sed per quædam temporalia suæ virtutis effecta: ex quibus quandam coniecturam habebant Christum esse filium Dei. Sed quia rursus in eo quædam signa humanæ infirmitatis videbat, non pro certo cognoscebat eum esse filium Dei: & ideo eum tentare voluit. Et hoc signatur Matthæ. 4. vbi dicitur, quòd postquàm esuriit, accessit Tentator ad eum: quia, vt Hilarius dicit, tantare Christum diabolus non fuisset ausus, nisi in eo per esuriei infirmitatem, quæ sunt hominis, recognosceret. Et hoc etiam patet ex ipso modo tentandi, cùm dixit, Si filius Dei es. Quod exponens Greg. dicit, Quid sibi vult talis sermonis exordius, nisi quia cognouerat Dei filiū esse venturum, sed venisse per infirmitatem corporis non putabat?

¶Ad secundum dicendum, quòd Christus venerat dissoluere opera diaboli, non potestatiuè agendo, sed magis ab eo & eius membris patiendo, vt sic diabolum vinceret iustitia, non potestate, sicut August. dicit 13. de Trini. quòd diabolus non potentia Dei, sed iustitia superandus fuit. Et ideo circa tentationem Christi considerandum est, quid propria voluntate fecit, & quid à Diabolo passus fuit. Quòd enim Tentatori se offerret, fuit propriæ voluntatis. Vnde dicitur Matthæ. 4. Ductus est Iesus in desertum à Spiritu, vt tentaretur à diabolo. Quod Gregor. intelligendum dicit de Spiritu Sancto: vt scilicet illuc eum, Spiritus suus duceret, vbi eum ad tentandum spiritus malignus inueniret. Sed à diabolo passus est, vt assumeretur, vel supra pinnaculum templi, vel etiam in montem excelsum valde. Nec est mirum (vt Gregor. dicit) si se ab illo permisit in montem duci, qui se permisit à membris ipsius crucifigi. Intelligitur autem à diabolo assumptus non quasi ex necessitate: sed quia (vt Origen. dicit super Luc.) sequebatur eum ad tentationem, quasi athleta sponte procedens.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Apostolus dicit, Christus in omnibus tentari voluit absque peccato. Tentatio autem quæ est ab hoste, potest esse sine peccato: quia fit per solam exteriorem suggestionem. Tentatio autem quæ est à carne, non potest esse sine peccato: quia huiusmodi tentatio fit per delectationem & concupiscentiam. Et sicut August. dicit, nonnullum peccatum est quando caro concupiscit aduersus spiritum. Et ideo Christus tentari voluit ab hoste, sed non à carne.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm Christus in deserto tentari debuerit.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non debuerit tentari in deserto. Christus enim tentari voluit propter exemplum nostrum: vt dictum est. Sed exemplum debet manifestè proponi illis, qui sunt per exemplum informandi. Non ergo debuit in deserto tentari.

¶Præterea, Chryso. dicit super Matth. quòd tunc maximè instat diabolus ad tentandum, cùm viderit solitarios: vnde & in principio mulierem tentauit, sine viro eam inueniens. Et sic videtur per hoc, quòd in desertum iuit, vt tentaretur, quòd tentationi se exposuit. Cùm ergo eius tentatio sit nostrum exemplum, videtur quòd etiam alij debeant se ingerere ad tentationes suscipiendas: quod tamen videtur esse periculosum, cùm magis tentationum occasiones vitare debeamus.

¶Præterea, Matthæ. 4. ponitur secunda Christi tentatio, qua diabolus Christum assumpsit in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi. Quod quidem non erat in deserto. Non ergo tentatus est solùm in deserto.

¶SED CONTRA est quod dicitur Marc. 1. quòd erat Iesus in deserto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tentabatur à Satana.

CONCLVSIO.

¶ Christum decuit in deserto tentari, vt hominem de deserto, hoc est de mundo liberaret.

¶RESPONDEO dicendum quòd (sicut dictum est) Christus propria voluntate se diabolo exhibuit ad tentandum, sicut etiam propria voluntate membris eius se exhibuit ad occidendum, alioquin diabolus venire ad eum non auderet. Diabolus autem magis attentat aliquem, cùm est solitarius: quia, vt dicitur Ecclesiast. 4. si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistunt ei. Et inde est quòd Christus in desertum exiuit, quasi ad campum certaminis, vt ibi à diabolo tentaretur. Vnde Ambro. dicit super Lucam, quòd Christus agebatur in desertum consilio, vt diabolum prouocaret: nam nisi ille certasset, scilicet diabolus, non iste vicisset, id est Christus. Addit autem & alias rationes, dicens hoc Christum fecisse mysterio, vt Adam de exilio liberaret, qui scilicet de paradiso in desertum eiectus est: & exemplo, vt ostenderet nobis diabolum ad meliora tendentibus inuidere.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod Christus proponitur omnibus in exemplum per fidem: secundum illud Hebræ. 12. Aspicientes in Autorem fidei & consummatorem Iesum. Fides autem (vt dicitur Rom. 10.) est ex auditu: non autem ex visu. Quinimo Ioan. 20. dicitur, Beati qui non viderunt & crediderunt. Et ideo ad hoc quòd tentatio Christi esset nobis in exemplum, non oportuit quòd ab hominibus videretur, sed sufficiens fuit quòd hominibus narraretur.

¶Ad secundum dicendum, quòd duplex est tentationis occasio. Vna quidem ex parte hominis, puta cùm aliquis se peccato propinquum facit, occasiones peccandi non euitans. Et talis occasio tentationis est vitanda, sicut dictum est Lot. Gene. 19. Ne non tendant aduersus spiritum: sed à ratione necesse est declinare eas, quæ contrariæ spiritui sunt. Quę circa concedēdum est, quòd nullum peccatū est cūm caro concupiscit aduersus spiritum, ratione cōcupiscentiæ seu delectationis aliquid præter rationem habentis, & non ratione naturalis appetitus aut delectationis. Tentatio autem ab intrinseco, quia aduersus spiritum est, non importat naturales motus absolutè, sed præter rationem.

¶ Super Quæstionis quadragesimæ primæ Articulum secundum.

Citatur. TItulus clarus. ¶In corpore vnica cōclusio: Conuenienter post ieiunium Christus tentari voluit. Probatur tripliciter. Omnia clara sunt.

Citatur. ¶In responsione ad secundum noli despicere expositionem Bedæ de tentationibus aliis ante illas res nominatas: quoniam potuit sæpe diabolus varias corporeas similitudines formare ad tentandum Christū, sicut legimus, quòd ad tentandum Antonium tot formauit.

¶In responsione ad tertium, habes duas responsiones. Alteram ex Ambro. quòd diabolus recessit vsque ad tempus passionis per sua membra aperte pugnaturus. Alteram, quòd per sua membra pugnando, redditi etiam tentans de tristitia & odio proximorum: excitatio quip pe tot aduersantium & quærentium eius mortem, tentatio erat Christi ad odio habendum illos, & contristandum de illis prosequentibus.

¶ Super Quæstionis quadragesimæ primæ Articulum quartum.

Aust. TItulus de modo & ordine. Ordo ad ipsas tentationes inest se respicit, quæ prima, quæ secunda, quæ tertia. Modus & ordo simul, ad singulas respiciunt tentationes, quo ad modum proponendi, ordinémque aleducendi ad inuitam.

Citatur. ¶In corpore fiunt quatuor. Primò, in communi modus ac ordo tentationis ab hoste ponitur: & modus est per viam suggestionis eorum, ad quæ homo est effectus: ordo est, vt à seioribus incipiat spiritualiter tentare, & inde ad grauiora, inde ad grauissima. Probatur 3. auctoritate Greg. Secundo declarantur hæc seruata in tentatione primi hominis. Tertiò applicantur hæc ad tentationem Christi: & redditur inde ratio quare in primis dicit, Si filius Dei es, & in tertia non. Quartò modus resistendi ponitur & laudatur, & ex honore humani generis, & ex hostis mala pœna.

¶Circa hæc Christi tentationes aduertendum est, quòd tentationes erant & incitationes ad peccatum, vt in litera exponitur: & explorationes de statu Christi, vt verba tentationis monstrant, Si filius Dei es. ita quòd in ordine ad filium Dei sunt explorationes, in ordine ad puram hominem Ne steteris in omni regione circa Sodomam. Alia verò tentationis occasio est ex parte diaboli, qui semper inuidet ad meliora tendentibus: vt Ambros. dicit. Et talis tentationis occasio non est vitanda. Vnde dicit Chrysostomus super Matth. quòd non solùm Christus ductus est in desertum à Spiritu, sed omnes filij Dei habentes Spiritum sanctum. Non enim sunt contenti sedere otiosi, sed Spiritus sanctus vrget eos aliquod magnum apprehendere opus. Quod est esse in deserto, quantum ad diabolum: quia non est ibi iniustitia, in qua diabolus delectatur. Omne etiam bonum opus est desertum quantum ad carnem & mundum: quia non est secundum voluntatem carnis & mundi. Talem autem occasionem tentationis dare diabolo, non est periculosum: quia magis est auxilium Spiritus sancti, qui est perfecti operis actor, quàm impugnatio diaboli inuidentis.

¶Ad tertium dicendum, quòd quidam dicunt omnes tentationes factas fuisse in deserto. Quorum quidam dicunt, quòd Christus ductus est in sanctam ciuitatem, non realiter, sed secundum imaginariam visionem. Quidam autem dicunt, quòd etiam ipsa ciuitas sancta, id est Hierusalem, desertum dicitur: quia erat derelicta à Deo. Sed hoc non est necessarium: quia Marcus dicit quòd in deserto tentabatur à diabolo: non autem dicit quòd solùm in deserto.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm Christi tentatio debuerit esse post ieiunium.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christi tentatio non debuerit esse post ieiunium. Dictum est enim suprà, q Christum non decebat conuersationis austeritas. Sed maximè austeritatis fuisse videtur, quòd quadraginta diebus & quadraginta noctibus nihil comederit: quia scilicet in illis diebus nullum omnino cibum sumpsit: vt Gregor. dicit. Ergo non videtur quòd debuerit huiusmodi ieiunium tentationi præmittere.

¶Præterea, Mar. primo dicitur, quòd erat in deserto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & tentabatur à Satana. Sed quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunauit. ergo videtur quòd non post ieiunium, sed simul dum ieiunaret, sit tentatus à diabolo.

¶Præterea, Christus non legitur nisi semel ieiunasse. Sed non solùm semel fuit tentatus à diabolo. dicitur enim Lucæ quarto, quòd consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo vsque ad tempus. Sicut ergo secundæ tentationi non præmisit ieiunium, ita nec primæ præmittere debuit.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Matthæi quarto, Cùm ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit, & tunc accessit ad eum Tentator.

CONCLVSIO.

¶ Conuenienter Christus post ieiunium tentari voluit ad exemplum & constructionem nostram, quatenus humiles esse discamus vbi in nobis aliquid boni esse conspicimus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd conuenienter Christus post ieiunium tentari voluit. Primò quidem propter exemplum: quia cùm omnibus (sicut dictum est) immineat se contra tentationes tueri, per hoc quòd ipse ante tentationem futuram ieiunauit, docuit quòd per ieiunium nos oportet contra tentationes armari. vnde inter arma iustitiæ Apostolus ieiunia connumerat, secundæ ad Corinthios sexto. Secundò, vt ostenderet, quòd etiam ieiunantes diabolus aggreditur ad tentandum, sicut alios, qui bonis operibus vacant: & ideo sicut post baptismum, ita post ieiunium Christus tentatur. Vnde Chrysostomus dicit super Matthæum, Vt discas quum magnum bonum est ieiunium, & qualiter scutum est aduersus diabolum, & quoniam post baptismum non lasciuiæ, sed ieiunio intendere oportet: ideo Christus ieiunauit non ieiunio indigens, sed nos instruens. Tertiò, quia post ieiunium secuta est esuries, quæ dedit diabolo audaciam eum aggrediendi: sicut dictum est. Cùm autem esuriit Dominus (vt Hilarius dicit super Matthæ.) non fuit ex surreptione inediæ, sed naturæ suæ hominem dereliquit: non enim erat à Deo diabolus, sed à carne vincendus. Vnde etiam vt Chrysost. dicit, non vltrà processit in ieiunando quàm Moyses & Helias, ne incredibilis videretur carnis assumptio.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christum non decuit conuersatio austerioris vitæ, vt se communem exhiberet illis quibus prædicauit. Nullus autem debet assumere prædicationis officium, nisi prius fuerit purgatus & in virtute perfectus, sicut & de Christo dicitur Actuum primo, quòd cœpit Iesus facere & docere. Et ideo Christus statim post baptismum austeritatem vitæ assumpsit, vt doceret post carnem edomitam, oportere alios ad prædicationis officium transire: secundum illud Apostoli, Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cùm aliis prædicauero, ipse reprobus efficiar.

¶Ad secundum dicendum, quòd verbum illud Marci, potest sic intelligi, quòd erat in deserto quadraginta diebus & quadraginta noctibus, quibus scilicet ieiunauit. Quod autem dicitur, Et tentabatur à Satana, intelligendum non est in illis quadraginta diebus & quadraginta noctibus, quibus ieiunauit, sed post illos: eo quòd Matth. dicit, Quòd cùm ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit: ex quo sumpsit Tentator occasionem accedendi ad ipsum. Vnde & quod subditur, Et Angeli ministrabant ei, consecutiuè intelligendum esse ostenditur ex hoc quod Matthæ. quarto dicitur, Tunc reliquit eum diabolus, scilicet post tentationem, & ecce angeli accesserunt & ministrabant ei. Quod verò interponit Mar. Erat que cum bestiis, inducitur, secundum Chrysostom. ad ostendendum quale erat desertum, quia scilicet erat inuium hominibus, & bestiis plenum. Tamen secundum expositionem Bedæ Dominus tentabatur quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Sed hoc intelligendum est non de illis tentationibus visibilibus, quas narrant Matthæ. & Lucas, quæ manifestè factæ sunt post ieiunium: sed de quibusdam aliis impugnationibus, quas forte illo ieiunij tempore Christus est à diabolo passus.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Ambrosius dicit super Lucam, recessit diabolus à Christo vsque ad tempus, quia postea non tentaturus, sed aperte pugnaturus aduenit: tempore scilicet passionis. Et tamen per illam impugnationem videbatur Christum tentare de tristitia & odio proximorum: sicut in deserto de delectatione gulæ & contemptu Dei per idololatriam.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm fuerit conueniens ordo & modus tentationis Christi.

Opusc. 60. c. 12. circa medium.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens tentationis modus & ordo. Tentatio enim diaboli ad peccandum inducit. Sed si Christus subuenisset corporali fami, conuertendo lapides in panem, non peccasset: sicut non peccauit, cùm panes multiplicauit (quod non fuit minus miraculum) vt turbæ esurienti subueniret. Ergo videtur quòd nulla fuerit illa tentatio.

¶Præterea, Nullus persuasor conuenienter suadet contrarium eius, quod intendit. Sed statuens Christum supra pinnaculum templi, intendebat, eum de superbia seu vana gloria tentare. Ergo inconuenienter persuadet ei vt se mittat deorsum: quod est contrarium superbiæ vel vanæ gloriæ, quæ semper quærit ascendere.

¶Præterea, Vna tentatio conueniens est, vt sit de vno peccato. Sed in tentatione, quæ fuit in monte, duo peccata persuasit, scilicet cupiditatem & idololatriam. Non ergo conueniens videtur fuisse

Universidad de Deusto
Biblioteca

inductiones sunt ad peccarum. Vtro que autem modo sunt tentationes vel detrahis cognoscendæ vel peccato pollue di. Vnde glos. Matth. 4. dicit, Sic tentat, vt explo ret quod vereturisic explorat, vt tentando decipiat. Etsurus suadet esurienti pane de lapidibus facto revelare, vt ex mutatione cognoscat virtutem: & si purus homo esset, panis oblectamento illuderet esurienti patienti. ¶Et quia vt sunt suggestiones ad peccandum, in litera tractantur, expedit de eis loqui vt sunt explorationes deitatis. Memorans siquidem diabolus Trinitatis sibi exterioriùs Angelis revelatæ per fidem ante casum & inde credens Patrem & Filium & Spiritum sanctum vnum esse Deum (sicut etiam Christiani damnari non recedunt) quum audisset à Gabriele archangelo, Filius Altissimi vocabitur: & in baptismo Christi, hic est filius meus dilectus: videns in Christum post trinium esu vitæ, quod de deitate audierat, ex superbia ei in dubium venit, vt glos. ibidem dicit, & etiam quia filius Dei non solum consubstantialiter, sed alio modo dici potuisset. Explorarurus autem deitatem Christi, ab actu deitatis proprio, scilicet, Dixit & facta sunt, inchoauit, Die vt lapides isti panes fiant. Ita quod non solùm ex substantia facti, scilicet lapidis in panem matatione, sed ex modo faciẽdi proprio soli Deo, deitatem exploraret: nec ex opere hoc modo tantùm, sed ex ipso apposito in testificationem, quòd filius Dei esset. Cogitabat enim quòd si pro testimonio quòd esset filius Dei, diceret Christus vt lapis fieret panis, aut fieret panis, aut non. Et si quidem fieret, iam explorata esset Christi deitas apud dæmonem: qui perficiebat suo intellectu an lapis fuisset conuersus in panem vere, an apparenter, ex solo imperio, an applicando actiua passiuis (vt magi coram Pharaone serpentem fecerunt) quum Deus non possit esse testis mendacij. Si autem non fieret, induxisset Christum ad peccatum, quo attentasset facere miraculum sine necessitate, & non potuisset.

¶Et quoniam defuit est eius exploratio & detecta suggestio inopinata via, per autoritatem Scripturæ: ideo secundo tentat, explorando similiter & suggerendo, si filius Dei es, mitte te deorsum, apposita autoritate Scripturæ, ex quo videbat quòd Christus Scripturæ autoritate verba. Similiter cogitans si id efficeret illaſus ad maiora & quia dæmon sciebat in prima tentatione separatus à Christo, non videbat ad alias processisse ex ratione assignata.

¶Ad hoc dicitur, quòd ratio illius ordinis ad tentandum spiritualer viros, non est solùm præsupposito casu in prima tentatione, sed simpliciter & absolutè: nam si casus intervenit, clarè patet ratio processus ad grauiora. Si verò casus non interuenit, nihilominus eadem ratione progredi debet tentatio: quia multi sunt qui in his, quæ minoris sunt culpæ ex suo genere (vt peccata carnis) exhibent se constantes, qui tamen in peccatis spiritualibus vt vana gloria, debiles inueniuntur. Et cursum qui gloriam non affectant, ad oblatum regnum mouentur, iurata illud tuli Cæsaris, Si iusiurandum violandum est, regnandi gratia violandum est. Non dissonat ergo reddita ratio ordinis tentationum, ab ipsa Christi victoria.

Num Christus peccasset conuertendo in panes lapides, vt comederet.

Quæstio. ¶In responsione ad primum dubium occurritur, quoniam non rectè videtur opinari, quòd si Christus miraculum fecisset, conuertendo lapidem in panem, à seipso. quòd dendum à seipso. quòd peccasset. Nam seipsum de seipso se consulit, & sic explorationem omnem delusit, & constantiam, inquantum homo, seruauit ex proposito totius mundi regno, non declarando ad quod suggestio illa vt incitatiua ad malum tendebat: scilicet quòd diabolus ad occultiorem explorandi modum se transtulit, proponendo apertissima mala sub specie regni. Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Hæc enim, quotum ex parte explorationis se tenent, non ea ratione proposuit, vt si filius Dei esset hoc faceret, scitebat enim valde contrariari filio Dei hanc adorationem. Sed ea ratione proposuit, vt si filius Dei esset, non ferret tam nephandam propositionem: sed respondereret auctoritatiue: Ego debeo à te adorari, & tu præmissis suggerere, ficadeò adoraueris me: & vel sic exploratam ex eius ore haberet suam deitatem. Et propterea in tertia tentatione non proposuit, si filius Dei es, sed in mente tenuit, quòd si filius Dei es, autoritatiue repellendo proposita manifestabis te filium Dei. Sed Dominus increpationem eius, non ut tens, ad Scripturam de Deo adorando, racens & sic explorationem omnem delusit, & constantiam, inquantum homo, seruauit ex proposito totius mundi regno, non declarando ad quod suggestio illa vt incitatiua ad malum tendebat: scilicet quòd diabolus ad occultiorem explorandi modum se transtulit, proponendo apertissima mala sub specie regni. Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Hæc enim, quotum ex parte explorationis se tenent, non ea ratione proposuit, vt si filius Dei esset hoc faceret, scitebat enim valde contrariari filio Dei hanc adorationem. Sed ea ratione proposuit, vt si filius Dei esset, non ferret tam nephandam propositionem: sed respondereret auctoritatiue: Ego debeo à te adorari, & tu præmissis suggerere, ficadeò adoraueris me: & vel sic exploratam ex eius ore haberet suam deitatem. Et propterea in tertia tentatione non proposuit, si filius Dei es, sed in mente tenuit, quòd si filius Dei es, autoritatiue repellendo proposita manifestabis te filium Dei. Sed Dominus increpationem eius, non ut

tentationis modus.

¶Præterea, Tentationes ad peccata ordinantur. Sed septem sunt vitia capitalia: vt in Secunda parte habitum est. Non autem tentauit nisi de tribus, scilicet gula, vana gloria & cupiditate. non ergo videtur sufficiens tentatio.

¶Præterea, Post victoriam omnium vitiorum, remanet homini tentatio superbiæ vel vanæ gloriæ: quia superbia etiam bonis operibus insidiatur, vt pereant: sicut dicit Aug. Inconuenienter ergo Matth. vltimam ponit tentationem cupiditatis in monte, mediam autem inanis gloriæ in templo: præsertim cùm Luc. ordinet econuerso.

¶Præterea, Hieronym. dicit super Matthæum, Quòd propositum Christi fuit diabolum humilitate vincere, non potestate. Ergo non imperiosè & obiurgando, eum repellere debuit, dicens, Vade retro Satana.

¶Præterea, Narratio Euangelij videtur falsum continere. Non enim videtur possibile, quòd Christus supra pinnaculum templi staret, quin ab aliis videretur: neque aliquis mons tam altus inuenitur, vt inde totus mundus inspici possit, vt sic ex eo potuerint Christo omnia regna mundi ostendi. Inconuenienter ergo videtur descripta Christi tentatio.

¶SED CONTRA est Scripturæ sacræ autoritas.

CONCLVSIO.

¶Conuenienti ordine ab Euangelistis descripta est Domini trina in deserto tentatio.

¶RESPONDEO dicendum, quòd tentatio, quæ est ab hoste, fit per modum suggestionis: vt Gregor. dicit. Non autem eodem modo potest aliquid omnibus suggeri, sed vnicuique suggeritur aliquid ex his, circa quæ est affectus. Et ideo diabolus hominem spiritualem non statim tentat de gravibus peccatis: sed paulatim à leuioribus incipit, vt postmodum ad grauiora perducat. Vnde Gregor. 31. moral. exponens illud Iob. 39. Procul odoratur bellum, exhortationem ducum & vlulatum exercitus, dicit: Bene duces exhortari dicti sunt exercitus vlulare: quia prima vitia, deceptæ menti quasi sub quadam ratione se ingerunt: sed innumerâ quæ sequuntur, dum hanc ad omnem infamiam pertrahunt, quasi bestiali clamore confundunt. Et hoc idem diabolus obseruauit in tentatione primi hominis. nam primò solicitauit mentem primi hominis de ligni vetiti esu, dicens Genes. 3. Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno paradisi? secundò, de inani gloria, cùm dixit, Aperientur oculi vestri. tertiò perduxit tentationem ad extremam superbiam, cùm dixit, Eritis sicut dij, scientes bonum & malum. Et hunc etiam tentandi ordinem seruauit in Christo. Nam primò tentauit ipsum de eo quod appetunt quantuncunque spirituales viri, scilicet de sustentatione corporalis naturæ per cibum: secundò processit ad id, quo spirituales viri quandoque deficiunt: vt scilicet aliqua ad oblentationem operentur, quod pertinet ad inanem gloriam. tertiò perduxit tentationem ad id quod iam non est spiritualium virorum, sed carnalium, scilicet vt diuitias & gloriam mundi concupiscant vsque ad contemptum Dei. Et ideo in primis duabus tentationibus dixit, Si filius Dei es, non autem in tertia, quæ non potest conuenire spiritualibus viris (qui sunt per adoptionem filij Dei) sicut duæ primæ. His autem tentationibus Christus resistit testimoniis legis, non potestate virtutis: vt hoc ipso & plus homine honoraret, & aduersarium plus puniret: cùm hostis generis humani non quasi à Deo, sed quasi ab homine vinceretur: sicut dicit Leo Papa.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vti necessariis ad sustentationem, non est peccatum gulæ: sed quod ex desiderio huius sustentationis homo aliquid inordinatum faciat, ad vitium gulæ pertinere potest. Est autem inordinatum, quòd aliquis, vbi potest recursus haberi ad humana subsidia, pro solo corpore sustentando, miraculose sibi cibum quærere velit. Vnde & Dominus filiis Israël miraculosè manna præbuit in deserto, vbi aliunde cibus haberi non poterat, & similiter Christus in deserto turbas pauit miraculosè, vbi aliter cibi haberi non poterant. Sed Christus ad subueniendum fami, poterat aliter sibi prouidere quàm miracula faciendo: sicut & Ioannes Baptista fecit (vt legitur Matthæi tertio) vel etiam ad loca proxima properando. Et ideo reputabat diabolus quòd Christus peccaret, si ad subueniendum fami miracula facere attentaret si esset purus homo.

¶Ad secundum dicendum, quòd per humiliationem exteriorem, frequenter quærit aliquis gloriam, qua exaltetur circa spiritualia bona. Vnde Augustinus dicit in lib. de sermone Domini in monte: Animaduertendum est, non in solo rerum corporearum nitore atque pompa, sed etiam in ipsis sordibus luctuosis esse posse iactantiam. Et ad hoc significandum diabolus Christo suasit, vt ad quærendum gloriam spiritualem, corporaliter mitteret se deorsum.

¶Ad tertium dicendum, quòd diuitias & honores mundi appetere peccatum est, quando huiusmodi inordinatè appetuntur. Hoc autem præcipuè manifestatur ex hoc, quòd pro huiusmodi adipiscendis homo aliquid inhonestum facit. Et ideo non fuit contentus diabolus persuadere cupiditatem diuitiarum & honorum: sed induxit ad hoc quòd propter huiusmodi adipiscenda Christus eum adoraret, quod est maximum scelus, & contra Deum. Nec solùm dixit, Si adoraueris me, sed addidit, Si cadens: quia vt dicit Ambros. habet ambitio domesticum periculum: vt enim dominetur aliis, prius seruit, & curuatur obsequio, vt honore dominetur: & dum vult esse sublimior, fit remissior. Et similiter etiam in præcedentibus tentationibus, ex appetitu vnius peccati in aliud peccatum inducere est conatus, sicut ex desiderio cibi, conatus est inducere in vanitatem, sine causa miracula faciendi: & ex cupiditate gloriæ, conatus est ducere ad tentandum Deum, per præcipitium.

¶Ad quartum dicendum, quòd (sicut dicit Ambros. super Luc.) non dixisset Scriptura quòd consummata omni tentatione, diabolus recessit ab illo, nisi in tribus præmissis esset omnium materia delictorum: quia cause tentationum, causæ sunt cupiditatum, scilicet carnis oblectatio, spes gloriæ, & auiditas potentiæ.

¶Ad quintum dicendum quòd sicut Augu-

stin. dicit in lib. de consensu Euangel. incertum est quid prius factum sit, vtrùm regna terræ prius demonstrata sint ei, & postea in pinnaculum templi locatus sit, an hoc prius, & illud postea. nihil tamen ad rem, dum omnia facta esse manifestum sit. Videntur autem Euangelistæ diuersum ordinem tenuisse: quia quandoque ex inani gloria venitur ad cupiditatem, quandoque econuerso.

¶Ad sextum dicendum, quòd Christus cùm passus fuisset tentationis iniuriam, dicente sibi diabolo, Si filius Dei es, mitte te deorsum, non est turbatus, nec diabolum increpauit. Quando verò diabolus, Dei sibi vsurpauit honorem, dicens, Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me, exasperatus est, & repulit eum dicens, Vade Satana. Vt nos illius discamus exemplo nostras quidem iniurias magnanimiter sustinere, Dei autem iniurias nec vsq; ad auditum sufferre.

¶Ad septimum dicendum, quòd sicut Chrysost. dicit, diabolus sic Christum assumebat in pinnaculum templi, vt ab omnibus videretur, ipse autem nesciente diabolo sic agebat, vt à nemine videretur. Quod autem dicit & ostendit ei omnia regna mundi & gloriam eorum, non est intelligendum, quòd videret ipsa regna, vel ciuitates eorum, vel populos, vel aurum vel argentum. Sed partes terræ, in quibus vnumquodque regnum vel ciuitas posita est, diabolus Christo digito demonstrabat: & vniuscuiusque regni honores & statum verbis exponebat. Vel secundum Origenem, ostendit ei quomodo ipse per diuersa vitia regnabat in mundo.

QVAESTIO QVADRAGESIMA SECVNDA. De doctrina Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de doctrina Christi.

¶Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primò, vtrùm Christus debuerit prædicare solùm Iudæis, an etiam Gentilibus.

¶Secundò, vtrùm in sua prædicatione debuerit turbationem Iudæorum vitare.

¶Tertiò, vtrùm debuerit prædicare publicè, vel occultè.

¶Quartò, vtrùm debuerit docere solùm verbo, vel etiam scripto.

¶De tempore autem, quo docere incepit, suprà dictum est, cùm de baptismo eius ageretur.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm conueniens fuerit Christum Iudæis & non Gentibus prædicare.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non solùm Iudæis, sed etiam Gentilibus debuerit prædicare. Dicitur enim Isa. 49. Parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Israël, & fæces Iacob conuertendas, dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Sed lumẽ & salutem Christus præbuit per suam doctrinam: ergo videtur parum fuisse si solùm Iudæis & non Gentilibus prædicauit.

¶Præterea, Sicut dicitur Matth. 7. Erat docens eos sicut potestatem habens. Sed maior potestas doctrinæ ostenditur in instructione illorum, qui penitus nihil audierunt, quales erant Gentiles. vnde Apostolus dicit Roman. 15. Sic prædicauit Euangelium, non vbi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentum ædificarem. Ergo multò magis Christus prædicare debuit Gentibus, quam Iudæis.

¶Præterea, Vtilior est institutio multorum, quam vnius. Sed Christus aliquos Gentilium instruxit: sicut mulierem Samaritanam, Ioan. 4. & Chananæam, Matth. 15. Ergo videtur quòd multò fortius Christus debuerit multitudini Gentium prædicare.

¶SED CONTRA est, quòd Dominus dicit Matth. 15. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. Sed Roman. 10. dicitur, Quomodo prædicabunt nisi mittantur? ergo Christus non debuit prædicare nisi Iudæis.

CONCLVSIO.

¶Conueniens fuit vt Christus tam per se, quàm per Apostolos suos, salutem in principio Iudæis solis prædicaret, vt in ipso adimpletas fuisse ostenderet patrum promissiones.

¶RESPONDEO dicendum, quòd conueniens fuit prædicationem Christi tam per ipsum quam per Apostolos à principio solis Iudæis exhiberi. Primò quidem, vt ostenderet per suum aduentum impleri promissiones antiquitus factas Iudæis, non autem Gentilibus. Vnde Apostolus dicit Roman. 15. Dico Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis (id est Apostolum & prædicatorem Iudæorum) propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones Patrum. Secundò, vt eius aduentus ostenderetur esse à Deo. Quæ enim à Deo sunt, ordinata sunt: vt dicitur Roman. 13. Hoc autem debitus ordo exigebat, vt Iudæis, qui Deo erant propinquiores per fidem & cultum vnius Dei, prius doctrina Christi proponeretur, & per eos transmitteretur ad Gentes. Sicut etiam in cælesti hierarchia, per superiores Angelos ad inferiores, diuinæ illuminationes deueniunt. Vnde super illud Matth. 15. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel, dicit Hieron. Non hoc dicit, quin & ad Gentes missus sit: sed quòd primum ad Israel missus est. Vnde & Isa. vlt. dicitur: Mittam ex eis, qui saluati fuerint (scilicet ex Iudæis) ad Gentes, & annuntiabunt gloriam meam Gentibus. Tertiò, vt Iudæis auferret calumniandi materiam. vnde super illud Matth. 10. In viam Gentium ne abieritis, dicit Hieronym. Oportebat primùm aduentum Christi nuntiari Iudæis, ne iustam haberent excusationem, dicentes, ideo se Dominum reiecisse, quia ad Gentes & Samaritanos, Apostolos miserit. Quartò, quia Christus per crucis victoriam, meruit potestatem & dominium super Gentes. Vnde dicitur Apoc. 2. Qui vicerit dabo illi potestatem super Gentes, sicut & ego accepi à Patre meo. & Phil. 2. dicitur, quòd quia factus est obediens vsque ad mortem crucis, Deus exaltauit illum, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, & omnis lingua ei confiteatur. Et ideo ante passionem suam noluit Gentibus prædicari suam doctrinam: sed post passionem dixit discipulis, Matth. vlt. Euntes docete omnes Gentes. Propter quod, vt legitur Ioã. 12. cùm imminente passione quidam Gentiles vellent Iesum videre,

cibum habere.

¶In responsione ad quintum miror, cur Augustinus dixerit incertum esse ordinem istarum tentationum: quum Lucas licet tertiam apud Matthæum, secundò recitet, & secundam vltimò referat, non dicit tamen quæ illarũ prior fuerit: & propterea ex Luca nullus istarum tentationum ordo rem poris habetur. Matthæus autem expressè earum ordinem secundum tempus explicat, vbi dicit, Iterum assumpsit eum diabolus in montẽ excelsum. Qui enim semel dixisset, Tunc, scilicet consummata prima tentatione, assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & postea subdidit, iterum assumpsit in montem: aperiè mon strauit per ly iterum, quòd secundò assumpsit in montem: aperiè mon strauit per ly iterum, quòd secundò assumpsit in montem, qui primò assumperat in sanctam ciuitatem. Ac per hoc patet, quòd ordo rei gestæ fuit quòd primò tentatus fuit in deserto: ad quod non est assumptus à diabolo, sed ductus est à Spiritu sancto, vt tentaretur à diabolo. secundò tentatus supra templum, quò assumptus est à diabolo. Et tertiò in monte excelso, quò iterum assumptus est à diabolo: nam si hæc in monte præcessisset illam supra templum, non diuisset Matthæus, Iterum assumpsit eum diabolus in montem.

¶Cùm autem audit assumptum Dominum à diabolo, non intelligas portarum super dorsum aut collum diaboli, sed ductum à diabolo. Sic enim etiam Christus assumpsit Petrum & Iacobum & Ioannem in montẽ: & transfiguratus est ante eos, vt dicitur Matt. 17.

Annot.

¶Super Quæstionis quadragesimæ secundæ Articulum primum.

Titulus clarus.

¶In corpore vnius cõclusio: Conueniens fuit Christum per se & Apostolos in principio, hoc est ipso mortaliter viuente, solis Iudæis prædicare. Probatur quadruplicitèr. Omnia clara sunt.

Comẽt.

¶In responsione ad secundum, extende illa quatuor, penes quæ potestas Christi in docendo attenditur, scilicet secundum miracula, secundum efficaciam in persuadendo, secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum autoritatem in modo loquendi, secundum rectitudinem vitæ: & adde quintum, secundum excellentiam doctrinæ, & sextum, secundum irreprehensibilitatem moralis vitæ quam docuit & excellentia doctrinæ eius, & manifestando Trinitatis imperium (Pater manifestauit nomé tuum hominibus) & in aperiendo cælestia de felicitate cælesti, de resurrectione, &c. patet. Moralis autem vita Matth. 5. de actibus excellentissimis virtutum (qui beatitudines vocantur) & de desiderabilibus ab homine in oratione dominica & de modo viuendi, talis tantáq habetur, & deinde per parabolas aliósque Euangelistas, &c. vt experientia teste videamus Christianam vitam plenam omnis boni meriti, inimicam omni vitio, nec in aliqua culpabilem, in nullo superstitiosam, in nullo phantasticam, si secundum Christi doctrinā instituta fuerit.

¶ *super Quæstionis quadragesimæ secundæ Articulū secundum.*

Annot. TItulus motus est propter publicas reprehensiones exhibitas à Christo Scribis & Pharisæis, eō rum scandalo: vt patet in Euangelio.

Comēt. ¶In corpore vnica est conclusio: Dominus nō obstante Iudæorum offensione publicè docebat & vitia eorum redarguebat. Probatur dupliciter. Primò ratione: Quando aliqui sua peruersitate multitudinis salutem impediunt, non est à prædicatore vel doctore eorum timenda offensio, vt multitudini saluti prouideatur sed Scribæ, Pharisæi & principes Iudæorum, sua malitia plurimum impediebant populi salutem: ergo. Maior probatur: quia salus multitudinis præponenda est paci quorumcunq; singularium hominum. Minor probatur, tum quia contra doctrinam Christi per quam solam salus esse poterat, tum quia prauis moribus, populi vitam corrumpebant. Secundò probatur autoritate ipsius Christi. Matth. 15. Sinite illos, &c.

Annot. ¶Aduerte diligentissimè & cautissimè quòd tota ratio publicæ reprehensionis malorum assignatur salus multitudinis: & propterea vbi maiores essent pessimi, & ex eorum reprehensione publica non separatur populi salus, locum non habet imitatio Christi, vana enim esset huiusmodi publica correctio.

¶ Et hoc bene aduertant prædicatores, an-

dere, respondit, Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solùm manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Et, sicut Augusti. dicit ibidem, se dicebat granum mortificandum in infidelitate Iudæorum, & multiplicandum in fide populorum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus fuit in lumen & salutem Gentium per discipulos suos, quos ad prædicandum Gentibus misit.

¶Ad secundum dicendum, quòd non est minoris potestatis, sed maioris facere aliquid per alios, quàm per seipsum. Et ideo in hoc maximè potestas diuina in Christo monstrata est, quòd discipulis suis tantam virtutem contulit in docendo, vt Gentes, quæ nihil de Christo audierant, conuerterent ad ipsum. Potestas autem Christi in docendo attenditur & quantum ad miracula, per quæ doctrinam suam confirmabat, & quantum ad efficaciam persuadendi, & quantum ad autoritatem loquentis: quia loquebatur quasi dominium habens super legem, cùm diceret, Ego autem dico vobis: & etiam quantum ad virtutem rectitudinis quam in sua conuersatione monstrabat, sine peccato viuendo.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Christus non debuit à principio indifferenter Gentilibus suam doctrinam communicare, vt Iudæis tanquam primogenito populo deditus obseruaretur: ita etiam non debuit Gentiles omnino repellere, ne spes salutis eis præluderetur. Et propter hoc aliqui Gentilium particulariter sunt admissi, propter excellentiam fidei & deuotionis eorum.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm Christus debuerit Iudæis sine eorum offensione prædicare.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christus debuerit Iudæis sine eorum offensione prædicare. Quia, vt Augustin. dicit in lib. de Agone Christiano, in homine Iesu Christo se nobis ad exemplum vitæ præbuit filius Dei. Sed nos debemus vitare offensionem non solùm fidelium, sed etiam infidelium: secundum illud primæ ad Corinth. 10. Sine offensione estote Iudæis & Gentibus & ecclesiæ Dei. Ergo videtur quòd etiam Christus in sua doctrina offensionem Iudæorum vitare debuerit.

¶Præterea, Nullus sapiens debet facere vnde effectum sui operis impediat. Sed per hoc quòd sua doctrina Christus Iudæos turbauit, impediebatur effectus eius doctrinæ. dicitur enim Lucæ. 11. quòd cùm Dominus Pharisæos & Scribas reprehenderet, cœperunt grauiter insistere, & os eius opprimere de multis, insidiantes ei, & quærentes aliquid capere ex ore eius, vt accusarent eum. Non ergo videtur conueniens fuisse, quòd eos in sua doctrina offenderet.

¶Præterea, Apostolus dicit primæ ad Timoth. 5. Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem. Sed sacerdotes & principes Iudæorum erant illius populi seniores. Ergo videtur quòd non fuerint duris increpationibus arguendi.

¶SED CONTRA est, quòd Isa. 8. fuerat prophetizatum, quòd Christus esset in lapidem offensionis & petram scandali duabus domibus Israël.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm Christus omnia publicè docere debuerit.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non omnia publicè docere debuerit. Legitur enim multa seorsum discipulis dixisse: sicut pater in sermone Cœnæ. vnde & Matth. 10. dixit, Quod in aure audistis in cubilibus, prædicabitur in tectis. Non ergo omnia publicè docuit.

¶Præterea, Profunda sapientiæ non sunt nisi perfectis exponenda: secundum illud 1. ad Corinth. 2. Sapientiam loquimur inter perfectos. Sed doctrina Christi continebat profundissimam sapientiam. Non ergo erat imperfectæ multitudini communicanda.

¶Præterea, Idem est, veritatem aliquam occultare silentio, & obscuritate verborum. Sed Christus veritatem, quam prædicabat, occultabat turbis obscuritate verborū: quia

¶ Cùm Scribæ & Pharisæi, Iudæorúmque principes communi omnium aduersarentur saluti, debuit Dominus non obstante eorum offensione, publicè veritatem docere, & durè eorum redarguere errores.

¶RESPONDEO dicendum, quòd salus multitudinis est præferenda paci quorumcunque singularium hominum. Et ideo quando aliqui sua peruersitate multitudinis salutem impediunt, non est timenda eorum offensio à prædicatore vel doctore, ad hoc quòd multitudinis saluti prouideat. Scribæ autem & Pharisæi & principes Iudæorum, sua malitia plurimùm impediebant populi salutem: tum quia repugnabant Christi doctrinæ, per quam solam poterat esse salus: tum etiam quia prauis suis moribus vitam populi corrumpebant. Et ideo Dominus non obstante offensione eorum, publicè veritatem docebat, quam illi odiebant, & eorum vitia arguebat. Et ideo dicitur Matth. 15. quòd discipulis Domino dicentibus, Scis quia Iudæi audito hoc verbo, scandalizati sunt? respondit, Sinite illos, cæci sunt, ducésque cæcorum: cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadunt.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo sic debet esse sine offensione omnibus, vt nulli det suo facto vel dicto minus recto occasionem ruinæ. Sed cùm de veritate scandalum oritur, magis est sustinendum scandalum, quàm veritas relinquatur: vt Grego. dicit.

¶Ad secundum dicendum, quòd per hoc quòd Christus publicè Scribas & Pharisæos arguebat, non impediuit, sed magis promouit effectum suæ doctrinæ, quia cùm eorum vitia populo innotescebant, minus auertebatur à Christo propter verba Scribarum & Pharisæorum, qui semper doctrinæ Christi obsistebant.

¶Ad tertium dicendum, quòd illud verbum Apostoli est intelligendum de illis senioribus, qui non solùm ætate vel autoritate, sed etiam honestate sunt senes, secundum illud Numeri 11. Congrega mihi septuaginta viros de senioribus Israël, quos tu nosti, quòd senes populi sint. Si autem autoritatem senectutis in instrumentum malitiæ vertant, publicè peccando, sunt manifestè & acriter arguendi: sicut & Daniel dixit Dan. 13. Inueterate dierum malorum, &c.

primū subdistinguitur, cōtingunt quatuor mēbra, ac per hoc quatuor conclusiones singulæ iuxta singula membra. Distinctio est: Doctrina potest esse in occulto tripliciter, vel quo ad intentionem & hoc dupliciter, aut ratione inuidiæ, aut ratione immūditiæ) vel quo ad discipulos, vel quo ad modum. Prima conclusio est: Doctrina Christi nō fuit occulta secundum intentionē ratione inuidiæ. Secunda, Non fuit occulta ratione immūditiæ. Tertia, Non fuit occulta quo ad paucitatem discipulorū. Quarta, fuit occulta quo ad modū in quibusdā respectu quorundā, scilicet plebis immediatè: quia mediantibus Apostolis reuelāda. Omnia clara sunt in litera.

Annot. ¶ Et aduertē, quòd ad literam Christus palam docuit & Inocculto nihil: vt ipse testatus est) tam quia quicquid docuit, voluit palàm fieri: tum quia nihil à lienum ab his quæ publicè docuit, ad partem tradidit. Et sic omnia ad literam consonā inueniuntur, scilicet sermo Cœnæ, & domi pluries, & in monte transfigurationis: &, Quod in aure audistis, & Nicodemo, & Samaritanæ, & huiusmodi. sic enim secundum communem hominum intellectum: vetificantur verba Domini ad pontificem interrogantem, de doctrina eius, & sic cognita doctrina eius publicè tradita, nihil restabat examinandum: quia nihil illorum à publicè tradita doctrina docuit.

¶ *super Quæstionis quadragesimæ secundæ Articulumquartum.*

Comment. TItulus clarus.

¶ In corpe duo. Primo respōdetur quæstioni vnica conclusione secundò resecantur quædam ex Augu. Conclusio est: Conueniens fuit Christum doctrinam suam non scripsisse. Probatur tripliciter.

Annot. ¶Vbi aduerte in prima ratione ex dignitate doctoris dignissimum modum docendi concludente duo. Primum est, quòd modus docendi distinguitur in duo, scilicet verbo vel scripto. Et excellentior ponitur modus docēdi scilicet verbo, ratione, quia immediatius perduxit ad finem: cùm enim finis doctoris sit imprimere doctrinam suam in mētibus auditorum, qui solo verbo id facit, excellentiori modo efficit, quàm qui verbo in scripta redacto, idem efficeret. Secundum est, quòd Socratem nihil scripsisse, sub proprio nomine intelligendum est: quoniam tradiur sine parabolis non loquebatur ad eos: vt dicitur Matth. 13. ergo pari ratione poterat occultare silentio.

¶SED CONTRA est, quòd ipse dicit Ioan. 18. In occultò locutus sum nihil.

CONCLVSIO.

¶ Nō fuit Christi doctrina occulta, vel quòd eam communicare noluerit, vel quia mala, sed quæ ad modum, respectu quorundam quos latere illam voluit, plebis videlicet.

¶RESPONDEO dicendum, quòd doctrina alicuius potest esse in occulto tripliciter. Vno modo quantum ad intentionem docentis, qui intendit suā doctrinā non manifestare multis, sed magis occultare. Quod quidé cōtingit dupliciter, quandoque ex inuidia docentis: qui vult per suam scientiam excellere, & ideo scientiam suā nō vult aliis communicare. Quod in Christo locū nō habuit: ex cuius persona dicitur Sapien. 7. Quam sine fictione didici, & sine inuidia cōmunico, & honestatem illius non abscondo. Quandoq; verò hoc cōtingit propter inhonestatem eorū, quæ docentur: sicut Aug. dicit super Ioan. q. quædam sunt mala quæ portare non potest qualiscunq; pudor humanus. vnde de doctrina hæreticorum dicitur Prouerb. 9. Aquæ furtiuæ dulciores sunt. Doctrina autem Christi non est neque de errore, neque de immūditia. & ideo Dominus dicit Mar. 4. Nunquid venit lucerna, id est vera & honesta doctrina, vt sub modio ponatur?

Alio modo aliqua doctrina est in occulto, quia paucis proponitur. & sic Christus etiam nihil docuit in occulto: quia Christus omnem doctrinā suā vel turbæ toti proposuit, vel omnibus suis discipulis in cōmuni. Vnde Augu. dicit super Ioan. Quis in occulto loquitur, qui coram tot hominibus loquitur, præsertim si hoc loquitur paucis, quod per eos velit innotescere multis? Tertiò modo aliqua doctrina est in occulto quantum ad modū docendi. Et sic Christus quædam turbis loquebatur in occulto, parabolis vtens ad annuntianda spiritualia mysteria, ad quæ capienda non erant idonei vel digni. Et tamen melius erat eis, vel sic sub tegumento parabolarum, spiritualium doctrinam audire, quàm omnino ea priuari. Harū tamen parabolarum apertam & nudam veritatem Dominus discipulis exponebat, per quos deueniret ad alios, qui essent idonei: secundum illud 2. ad Timoth. 2. Quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Et hoc signatum est Numeri 4. vbi mandatur quòd filij Aaron inuoluerent vasa Sanctuarij, quæ Leuitæ inuoluta portarent.

¶AD PRIMVM ergo dicendum quòd (sicut Hilarius dicit super Matth. exponens illud verbum inductum) non legimus Dominum solitum fuisse noctibus sermocinari, & doctrinā tradidisse in tenebris: sed hoc dicit, quia omnis sermo eius carnalibus tenebræ sunt, & verbum eius infidelibus nox est. Itaque quod ab eo dictum est inter infideles, cùm libertate fidei & confessionis est loquendum. Vel secundum Hiero. comparatiuè loquitur: quia videlicet erudiebat eos in paruo Iudææ loco respectu totius mundi: in quo erat per Apostolorum prædicationem doctrina Christi publicanda.

¶Ad secundum dicendum, quòd Dominus non omnia profunda suæ sapientiæ sua doctrina manifestauit, non solùm turbis, sed nec etiam discipulis: quibus dixit Ioan. 16. Adhuc multa habeo vobis dicere, quæ non potestis portare modò. Sed tamen quodcunque dignum duxit aliis tradere de sua sapientia, non in occulto, sed palàm proposuit: licet non ab omnibus intelligeretur. Vnde Augusti. dicit super Ioan. Intelligendum est ita dixisse Dominum, Palàm locutus sum mundo, ac si dixisset, Multi me audierunt. & rursus non erat palàm, quia non intelligebant.

¶Ad tertium dicendum, quòd turbis Dominus in parabolis loquebatur (sicut dictū est) quia non erant digni nec idonei nudam veritatem accipere, quam discipulis exponebat. Quòd autem dicitur, quòd sine parabolis non loquebatur eis, secundū Chrysost. intelligendum est quantum ad illum sermonem: quanuis alias sine parabolis multa turbis locutus fuerit. Vel secundum Augusti. in lib. de Quæstionibus Euang. hoc dicitur, non quia nihil propriè locutus est, sed quia nullum ferè sermonem explicauit, vbi non per parabolam aliquid significauerit: quanuis in eo aliqua propriè dixerit.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm Christus debuerit doctrinam suam scripto tradere.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Christus doctrinam suam debuerit scripto tradere. Scriptura enim inuenta est ad hoc, quòd doctrina commenderetur memoriæ in futurum. Sed doctrina Christi duratura erat in æternum: secundum illud Luc. 21. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Ergo videtur quòd Christus debuerit suam doctrinam scripto mandare.

¶Præterea, Lex vetus in figura Christi præcesserat: secundum illud Heb. 10. Vmbram habet lex futurorum bonorum. Sed lex vetus à Deo fuit descripta: secundum illud Exod. 24. Dabo tibi duas tabulas lapideas, & legem ac mandata quæ scripsi. Ergo videtur quòd etiam Christus doctrinam suam scribere debuerit.

¶Præterea, Ad Christum qui venerat illuminare his, qui in tenebris & vmbra mortis sedent (vt dicitur Lucæ primo) pertinebat erroris occasiones excludere, & viam fidei aperire. Sed hoc feciſſet, doctrinam suam scribendo: dicit enim Augusti. in primo de consensu Euangel. quòd solet nonnullos mouere, cur ipse Dominus nihil scripserit, vt aliis de illo scribentibus necesse fit credere. Hoc enim illi, & maximè Pagani quærunt, qui Christum culpare aut blasphemare non audent, eíque tribuunt excellentissimam sapientiam, sed tamen tanquam homini. Discipulos verò eius dicunt magistro suo amplius tribuisse, quàm erat: vt cum filium Dei dicerent, & verbum Dei per quod facta sunt omnia. Et postea subdit, Videntur parati fuisse hoc de illo credere, quod de se ipse scripsisset, non quod alij de illo pro suo arbitrio prædicassent. Ergo videtur quòd Christus ipse doctrinam suam scripto tradere debuerit.

ipsum sub Aesopi nomine, Aesopi fabulas scripsisse: coactus (vt ipse aiebat) ad hoc à suo dæmone. In cuius signum Plato in Phædone Socratem introducit mortuum, non se contínuisse alias Aesopo cōstructo fabulam.

¶ Sed occurrit hic dubium: quia tertia ratio aduertatur primæ: nam tertia fundatur super ordine quo Christi doctrina peruenire debet ad omnes, scilicet mediantibus quibusdam: prima autem fundatur super immediatiōe inter doctorem & discipulum. Hæc enim sibi inuicem aduersari patet: nam si immediatè, ergo nō ordine quodā: & si ordine quodam, ergo non immediatè.

Annot. ¶Ad hoc dicitur, quòd vtraq; ratio vera & efficax est ad diuersos relata. Nam prima ratio respicit doctrinā Christi ex respectu discipulorū, qui ex proprio Christi ore edocti sunt. tertia autem respicit doctrinā Christi respectu vniuersorum, quocunque tempore à Christo discunt. Et respectu illorum immediatio excellentior est (vt prima ratio sonat) respectu autem vniuersorum ordo excellentior est, vt ad alios mediantibus quibusdā pérueniat doctrina: vt tertia assumit ratio. Nulla ergo est cōtrouersia inter rationes sanè intellectas.

Ad Hebr. 8. lect. 2.

¶ In hac conclusione aduerte, quòd non minima est conclusionis ratio, vt Christos etiam in docendi modo monstraret se esse verū Deū. Solius quippe esse Dei comprobatur experientia & autoritate, docere vniuersum orbem ea quæ religionis atque morum totiusque vitæ etiam post corporis mortem futuræ absque Scriptura propria, reuelando ac tradendo quæ ab aliis scribenda sunt. Sic enim videmus Deum & naturalia per lumen naturale nos docere (iuxta illud. Multi dicunt, Quis ostēdit nobis bona? & respondetur, Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, &c. quo lumine sunt illustrati qui bene de natura, de moribus, & huiusmodi scripserunt) & supernaturalia nobis tradere per lumen infusum vt credimus de Prophetis, qui scripserunt. Similiter enim Iesus Christus per scipsum & exterius & interius docuit Apostolos: qui lumine infuso fuit scripturus: aperuit enim illis sensum, vt intelligerent Scripturam: & Spiritus sancti lumine mentes eorum illustrauit: vt dicerent verbo & scripto reliquos. Decuit ergo Christū nihil scribere, vt ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt ex hoc sua doctrina Dei doctrina monstraretur.

¶Est etiam ex eodē deitatis capite alia ratio: vt scilicet comptobaret se Deum ex modo docendi: scribendo in cordibus hominum, & non in tabulis materia libus, iuxta illud Hiere. 30. Ecce, dies veniunt, &c. & scribam in cordibus eorum) & comprobaret doctrinam suam esse doctrinam Spiritus & vitæ: & non literæ & mortis. Reseruauit sibi quippe Dominus Iesus docēdi modum per internū lumen gratiæ tāquam Deo proprium scient, nō debebat Scripturæ doctrinam suam credere, quasi scriptura illa perdita, doctrina sua periisset: quam ipse seruaturus per internū est lumen vsque in æternum.

¶Deinde ex Aug. quorundam Gentilium exēplum opinionem refert de scriptis à Christo, tribus adiunctis opinionibus. Prima est ex contentis in libris: quæ cōtraria sunt Christianæ disciplinæ. Secunda est ex vitiositate ipsis libris: quia non illa quæ Christus fecit facere possūt. Tertia est ex titulo: qa ad Paulum, qui non erat discipulus.

¶ Super Quæstionis quadragesimatertiæ Articulum primum.

Cōment. Titulus clarus.

¶In corpore vna conclusio: Cōuenientissimum fuit Christum miracula facere. Probatur: Miracula fiūt & ad confirmationem doctrinæ supernaturalis & ad testificandum Deum in faciente miracula: sed hæc præcipuè habent locum in Christo: ergo. Et confirmatur autoritate Ioan. 5. & 10. Omnia clara sūt.

¶SED CONTRA est, quòd nulli libri ab eo scripti habentur in canone Scripturæ.

CONCLVSIO.

¶ Conueniens fuit vt alij non ipse suam doctrinam scriberet.

¶RESPONDEO dicendum, conueniens fuisse Christum doctrinam suam non scripsisse. Primò quidem propter dignitatem ipsius. Excellentiori enim doctori excellentior modus doctrinæ debetur. & ideo Christo tanquam excellentissimo doctori hic modus competebat, vt doctrinam suam auditorum cordibus imprimeret. Propter quod dicitur Matth. 7. quòd erat docens eos sicut potestatem habens. Vnde etiam apud Gentiles Pythagoras & Socrates, qui fuerunt excellentissimi doctores, nihil scribere voluerunt. Scriptura enim ordinatur ad impressionem doctrinæ in cordibus auditorū, sicut ad finem. Secundò propter excellentiam doctrinæ Christi, quæ literis comprehendi non potest: secundum illud Ioan. vlti. Sunt & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt libros. Quos sicut Aug. dicit, non spatio locorum credendum est mundū capere non posse: sed capacitate legentium comprehendi non posse. Si autem Christus scripto doctrinam suam mandasset, nihil alrius de eius doctrina homines æstimarent, quàm quod Scriptura contineret. Tertiò, vt ordine quodam ab ipso doctrina ad omnes peruenirēt, dum ipse scilicet discipulos suos immediatè docuit, qui postmodum alios verbo & scripto docuerunt. Si autem ipsemet scripsisset, eius doctrina immediatè ad omnes peruenisset. Vnde & de sapientia Dei dicitur Prouerb. 9. quòd misit ancillas suas vocare ad arcem. Sciendum tamen est (sicut Augustin. dicit in primo de consensu Euange.) aliquos Gentiles existimasse Christum quosdam libros scripsisse, continentes quædam magica, quibus miracula faciebat, quæ disciplina Christiana condemnat. Et illi tamen, qui Christi libros tales se legisse affirmant, nulla talia faciunt, qualia illum libris talibus fecisse mirantur. Diuino enim iudicio sic errant, vt eosdem libros ad Petrum & Paulum dicant tanquam epistolari titulo prænoratos, eo quòd in pluribus locis simul eos cum Christo pictos viderunt. Nec mirum si à pingentibus fingentes decepti sunt: toto enim tempore quo Christus in carne mortali cum suis discipulis vixit, nondum erat Paulus discipulus eius.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd (sicut Augustin. dicit in eodem libro) omnibus discipulis suis tanquam membris sui corporis Christus caput est. Itaque cùm illi scripserunt quæ ille ostendit & dixit, nequaquam dicendum est quòd ipse non scripserit: quandoquidem membra eius id operata sunt, quod dictante capite cognouerunt. Quicquid enim ille de suis factis & dictis nos legere voluit, hoc scribendum illis tanquam suis manibus imperauit.

¶Ad secundum dicendum, quòd quia lex vetus in sensibilibus figuris dabatur, ideo etiam conuenienter sensibilibus signis scripta fuit. Sed doctrina Christi quæ est lex Spiritus vitæ, scribi debuit non atramento, sed Spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus: vt Apost. dicit 2. ad Corinth. 3.

¶Ad tertium dicendum, quòd illi qui Scripturæ Apostolorum de Christo credere noluerunt, nec ipsi Christo scribenti credidissent: de quo opinabantur, quòd magicis artibus fecisset miracula.

QVAESTIO QVADRAGESIMATERtia, De Miraculis à Christo factis in generali, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de miraculis à Christo factis: & primò in generali. secundò, in speciali de singulis miraculorū generibus. tertiò, in particulari de trāsfiguratione ipsius.

¶Circa primum quærūtur quatuor.

¶Primò, verùm Christus debuerit miracula facere.

¶Secundò, vtrùm fecerit ea virtute diuina.

¶Tertiò, in quo tempore inceperit miracula facere.

¶Quartò, vtrùm per miracula fuerit sufficienter ostensa eius diuinitas.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm Christus debuerit facere miracula.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christus miracula facere non debuerit. Factum enim Christi verbo ipsius debuit concordare. Sed ipse dicit Matthæ. 16. Generatio mala & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. Non ergo debuit miracula facere.

¶Præterea, Sicut Christus in secundo aduentu venturus est in virtute magna & maiestate (vt dicitur Matth. 25.) ita in primo aduentu venit in infirmitate: secundum illud Isa. 53. Virum dolorum & scientem infirmitatem. Sed operatio miraculorum magis pertinet ad virtutem quàm ad infirmitatem. Ergo non fuit cōueniens quòd in primo aduentu miracula faceret.

¶Præterea, Christus venit ad hoc vt homines saluaret: secundum illud Hebræ. 12. Aspicientes in autorem fidei & consummatorem Iesum. Sed miracula diminuunt meritum fidei. vnde Dominus Ioan. 4. dicit, Nisi signa & prodigia videritis, nō creditis. Ergo non videtur quòd Christus debuerit miracula facere.

¶SED CONTRA est quod ex persona aduersariorum dicitur Ioan. 11. Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?

CONCLVSIO.

¶ Cùm fuerit hominibus manifestandum Deum fuisse in Christo non per adoptionis, sed vnionis gratiam, & eius doctrinam fuisse à Deo, conueniens fuit vt in terris miracula faceret.

¶RESPONDEO dicendum, quòd diuinitus conceditur homini miracula facere propter duo. Primò quidem & principaliter ad confirmandam veritatem, quam aliquis docet: quia enim ea quæ sunt fidei, humanam rationem excedunt, nec possunt per rationes humanas probari: sed oportet quòd probentur per argumentum diuinæ virtutis, vt dum aliquis facit opera, quæ solus Deus facere potest, credantur ea quæ dicuntur esse à Deo, sicut cùm aliquis defert literas anulo Regis signatas, creditur ex voluntate Regis processisse quod in illis continetur. Secundò, ad ostendendam præsentiam Dei in homine per gratiam Spiritus sancti: vt dum scilicet homo facit opera Dei, credatur Deus habitare in eo per gratiam. Vnde dicitur Gal. 3. Qui tribuit nobis Spiritum sanctum, operatur virtutes in nobis. Vtrunq; autem circa Christum erat hominibus manifestandum, scilicet quòd Deus esset in eo per gratiam, non adoptionis, sed vnionis: & quòd eius supernaturalis doctrina esse à Deo. Et ideo conuenientissimum fuit vt miracula faceret. Vnde ipse dicit Ioannis decimo, Si mihi non vultis credere, operibus credite. Et Ioan. 5. Opera quæ dedit mihi pater vt faciam, ipsa sunt quæ testimonium perhibent de me.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc quod dicit, Signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ, intelligendum est, vt Chrysost. dicit quòd tunc non acceperunt tale signum quale petebant, scilicet de cælo: non quòd nullum signū eis dederit, vel quia signa faciebat, non propter eos, quos sciebat lapideos esse, sed vt alios emendaret. & ideo non eis, sed aliis illa signa dabantur.

¶Ad secundum dicendum, quòd licet Christus venerit in infirmitate carnis, quod manifestatur per passiones: venit tamen in virtute Dei, quod erat manifestandum per miracula.

¶Ad tertium dicendum, quòd miracula intantum diminuūt meritum

¶ Super Quæstionis quadragesimatertiæ Articulum secundum.

Cōment. Titulus clarus.

¶In corpore duo sunt, primò resolūtur quæstio: Christus fecit miracula virtute diuina. Probatur quia vera miracula sola virtute diuina fieri possunt: & confirmatur autoritate Leonis. Secundò respondet ratiōe quæstioni. Quòd de humanitate Christi, nunquid faciebat miracula? & dicit quòd veraq. natura agebat miracula: cōmunione famē alterius. scilicet diuinę. Et declarat modum & quo ad naturas, quia humanitas erat instrumentū diuinitatis: & quo ad actionem: quia humana actio virtutē accepit à natura diuina. Quæ ex superiis explanatis clara sunt.

¶Responsionem quoq. ad tertium, ex Luca 11. ea habes.

¶ Super Quæstionis quadragesimatertiæ Articulum tertium.

Cōment. Titulus clarus, occasionē ex Euāgelij verbis habens.

¶In corpore vna conclusio: Christus incepit miracula facere in nuptiis. Probatur: Miracula Christi sunt vel ad confirmāndam doctrinam eius: vel ad monstrādam eius deitatem faciasse propter vtrumque debuit in ętate perfecta incipere miracula. Ergo. Assumptum ex primo articulo patet. Minor quo ad vtranq; partem probatur clarè & figillatim in litera.

¶Vbi scito, quòd ex huiusmodi ratione licet nō haberetur nisi quòd miracula Christi incepērunt in ętate perfecta, quando incepit docere: hoc est post baptismum Ioānis, iuxta verbum Petri Actu. primo. Incipiēs à baptismo Ioannis. Quia tamen nullam legimus miraculum ante nuptias factum, & Ioannes Baptista toto illo primo anno non fecit eum, & Ioannes Euangelista in anniuersario ille quo nuptias celebrauas credit Ecclesia, dicit, Hoc initium signorū fecit Iesus, &c. satis rationabiliter affirmatur, quòd illud fuit primū miraculum simpliciter, quod Christus fecit.

¶Quod etiam cōfirmatur ex eo quòd Ioannes Euangelista nō est prosequutus secundum & tertium miraculum in Cana Galilææ: quod profequendum erat, si primum non simpliciter, sed in Cana Galilææ scribere se proposuisset, & non potius initium signorum ab omnibus circumstātiis describere se monstrasset.

¶SED CONTRA est quod Dominus dicit Ioan. 14. Pater in me manens, ipse facit opera.

CONCLVSIO.

¶ Christus quæcunque miracula fecit, diuina virtute fecit a fuere cùm vera miracula essent.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut in Prima parte habitum est, vera miracula sola virtute diuina fieri possunt: quia solus Deus potest mutare naturæ ordinem: quod pertinet ad rationem miraculi. Vnde Leo Papa dicit in Epistola ad Flauianum, quòd in Christo sunt duæ naturæ: vna scilicet diuina, quæ fulget miraculis: altera scilicet humana, quæ succumbit iniuriis. Et tamen vna earum agit cum communicatione alterius, inquantum scilicet humana natura est instrumentum diuinæ actionis, & actio humana, virtutem accepit à natura diuina, sicut suprà habitum est.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd hoc quod dicitur, non poterat ibi vllam virtutem facere, non est referendum ad potentiam absolutam: sed ad id quod potest fieri congruenter: non enim conguum erat, vt inter incredulos operaretur miracula. Vnde subditur, Et mirabatur propter incredulitatem eorum: secundum quem modum dicitur Gen. 18. Num celare potero Abraam quæ gesturus sum? & 19. Non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc.

¶Ad secundum dicendum, quòd (sicut Chrysost. dicit super illud Matth. 14. Acceptis quinque panibus & duobus piscibus, aspiciens in cælum, benedixit & fregit) oportebat credi de Christo quoniam à Patre est, & quòd ei æqualis est. Et ideo vt vtrunque ostendat, nunc quidem cum potestate, nunc autem orans miracula fecit: & in minoribus quidem respicit in cælum, puta in multiplicatione panum, in maioribus autem, quæ sunt solius Dei, cum potestate agit: puta quando peccata dimisit, mortuos suscitauit. Quòd autem dicitur 11. quòd in suscitatione Lazari oculos sursum leuauit, nō propter necessitatem suffragii, sed propter exemplum hoc fecit. Vnde dicit, Propter populum qui circumstat dixi, vt credant, quia tu me misisti.

¶Ad tertium dicendum, quòd Christus alio modo expellebat dæmones, quàm virtute dæmonum expellātur. Nam virtute superiorum dæmonum ita dæmones à corporibus hominum expelluntur, quòd tamen remanet dominium eorum quantum ad animam: non enim contra regnum suum diabolus agit. Sed Christus dæmones expellebat non solùm à corpore, sed multò magis ab anima. Et ideo Dominus blasphemiam Pharisæorum dicentium eum in virtute dæmoniorum dæmonia eiicere, reprobauit primò quidem per hoc, quòd Satanas contra seipsum non diuiditur. secundò exemplo aliorum qui dæmonia eiiciebant per Spiritum Dei. tertiò, quia dæmoniū expellere non posset, nisi ipsum vicisset virtute diuina. quartò, quia nulla cōuenientia in operibus nec in effectu erat sibi & Satanæ: cùm Satanas dispergere cuperet quos Christus colligebat.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm Christus fecerit miracula diuina virtute.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non fecerit miracula diuina virtute. Virtus enim diuina est omnipotens. Sed videtur quòd Christus non fuerit omnipotens in miraculis faciendis: dicitur enim Mar. 6. quòd non poterat ibi, scilicet in patria sua virtutem vllam facere. Ergo videtur quòd non fecerit miracula virtute diuina.

¶Præterea, Dei non est orare. Sed Christus aliquando in miraculis faciendis orabat: vt patet in suscitatione Lazari Ioan. 11. & in multiplicatione panum, vt patet Matth. 14. Ergo videtur quòd non fecerit miracula virtute diuina.

¶Præterea, Ea quæ virtute diuina fiunt, non possunt virtute alicuius creaturæ fieri. Sed ea quæ Christus faciebat, poterant fieri in virtute alicuius creaturæ: vnde & Pharisæi dicebant, quòd in Beelzebub principe dæmoniorum eiiciebat dæmonia. Ergo videtur quòd Christus non fecerit miracula virtute diuina.

¶SED CONTRA est quod Dominus dicit Ioan. 14. Pater in me manens, ipse facit opera.

CONCLVSIO.

¶ Christus quæcunque miracula fecit, diuina virtute fecit a fuere cùm vera miracula essent.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut in Prima parte habitum est, vera miracula sola virtute diuina fieri possunt: quia solus Deus potest mutare naturæ ordinem: quod pertinet ad rationem miraculi. Vnde Leo Papa dicit in Epistola ad Flauianum, quòd in Christo sunt duæ naturæ: vna scilicet diuina, quæ fulget miraculis: altera scilicet humana, quæ succumbit iniuriis. Et tamen vna earum agit cum communicatione alterius, inquantum scilicet humana natura est instrumentum diuinæ actionis, & actio humana, virtutem accepit à natura diuina, sicut suprà habitum est.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd hoc quod dicitur, non poterat ibi vllam virtutem facere, non est referendum ad potentiam absolutam: sed ad id quod potest fieri congruenter: non enim conguum erat, vt inter incredulos operaretur miracula. Vnde subditur, Et mirabatur propter incredulitatem eorum: secundum quem modum dicitur Gen. 18. Num celare potero Abraam quæ gesturus sum? & 19. Non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc.

¶Ad secundum dicendum, quòd (sicut Chrysost. dicit super illud Matth. 14. Acceptis quinque panibus & duobus piscibus, aspiciens in cælum, benedixit & fregit) oportebat credi de Christo quoniam à Patre est, & quòd ei æqualis est. Et ideo vt vtrunque ostendat, nunc quidem cum potestate, nunc autem orans miracula fecit: & in minoribus quidem respicit in cælum, puta in multiplicatione panum, in maioribus autem, quæ sunt solius Dei, cum potestate agit: puta quando peccata dimisit, mortuos suscitauit. Quòd autem dicitur 11. quòd in suscitatione Lazari oculos sursum leuauit, nō propter necessitatem suffragii, sed propter exemplum hoc fecit. Vnde dicit, Propter populum qui circumstat dixi, vt credant, quia tu me misisti.

¶Ad tertium dicendum, quòd Christus alio modo expellebat dæmones, quàm virtute dæmonum expellātur. Nam virtute superiorum dæmonum ita dæmones à corporibus hominum expelluntur, quòd tamen remanet dominium eorum quantum ad animam: non enim contra regnum suum diabolus agit. Sed Christus dæmones expellebat non solùm à corpore, sed multò magis ab anima. Et ideo Dominus blasphemiam Pharisæorum dicentium eum in virtute dæmoniorum dæmonia eiicere, reprobauit primò quidem per hoc, quòd Satanas contra seipsum non diuiditur. secundò exemplo aliorum qui dæmonia eiiciebant per Spiritum Dei. tertiò, quia dæmoniū expellere non posset, nisi ipsum vicisset virtute diuina. quartò, quia nulla cōuenientia in operibus nec in effectu erat sibi & Satanæ: cùm Satanas dispergere cuperet quos Christus colligebat.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm Christus inceperit facere miracula in nuptiis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non inceperit miracula facere in nuptiis, mutādo aquam in vinum. Legitur enim in lib. de infantia Saluatoris, quòd Christus in sua pueritia multa miracula fecit. Sed miraculum de cōuersione aquæ in vinum fecit in nuptiis tricesimo vel tricesimoprimo anno suæ ætatis. Ergo videtur quòd non inceperit tunc miracula facere.

¶Præterea, Christus faciebat miracula secundum virtutem diuinam. Sed virtus diuina in eo à principio suæ conceptionis erat: ex tunc enim fuit Deus & homo. Ergo videtur quòd à principio miracula fecerit.

¶Præterea, Christus post baptismum & tentationem cœpit discipulos congregare: vt legitur Matth. 4. & Ioann. 1. Sed discipuli præcipuè congregati sunt ad ipsum propter miracula, sicut dicitur Lucæ 5. quòd Petrum vocauit obstupescentem propter miraculum quod fecerat in captura piscium. Ergo videtur quòd ante miraculum quod fecit in nuptiis, fecerit alia miracula.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ioan. 2. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galilææ.

CONCLVSIO.

¶ Cùm quæ miracula Christus fecit, ad confirmādam eius doctrinam, & diuinitatis testimonium essent facta, non decuit nisi in ætate perfecta post prædicationem suam miracula facere, vt in nuptiis fecit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd miracula facta sunt à Christo propter confirmationem doctrinæ eius, & ad ostendendam virtutem diuinam in ipso. Et ideo quantum ad primum non debuit ante miracula facere, quàm docere inciperet. Non autem debuit incipere docere ante perfectam ætatem, vt suprà habitum est, cùm de baptismo eius ageretur. Quantum autem ad secundum, sic debuit per miracula deitatem ostendere, vt crederetur veritas humanitatis ipsius. Et ideo sicut dicit Chrysosto. super Ioann. decenter non incepit signa facere in prima ætate: existimassent enim phantasma esse Incarnationem, & ante opportunum tempus cruci eum tradidissent.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Chrysosto. dicit super Ioan. ex verbo Ioannis Baptistæ dicentis, Vt manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans, manifestum est quòd illa signa quæ quidam dicunt in pueritia à Christo facta, mendacia & fictiones sunt. Si enim à prima ætate miracula fecisset Christus, nequaquam neq; Ioannes eum ignorasset, neque reliqua multitudo indiguisset magistro ad manifestandum eum.

¶Ad secundum dicendum, quòd Dei virtus operabatur in Christo, secundum quòd erat necessarium ad salutem humanam, propter quam carnem assumpserat. Et ideo sic miracula fecit

¶ Et hoc idem patet, ex eo quod subiungit Euangelista: Et manifestauit gloriam suam. non dicit in Cana Galilææ: sed simpliciter & absolutè, Et manifestauit gloriam suam: procul dubio prius latentem: quia miraculis adhuc non clarueral illius natura diuina, quæ tunc cœpit miraculis coruscare.

4. dist. 44. in expositione lit. Et opus. 11. ar. 1& Et Io. 1. le. 22. co. 1. et c. 2. l. 1. fin. Et c. 15. le. 5 fin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis quadragesimaterti a Articulum quartum.

Comment. TItulus clarus.

¶In corpore vnica conclusio:Miracula quæ Christus fecit,sufficientia erant ad manifestandam deitatem ipsius:secundò tria, substantiam, modum, & doctrinam:probatur sigillatim clarè.

Annot. ¶Vbi aduerte,quòd Autor breuiter pertransijt: sed si fuerint hæc tria bene considerata,maximam continent efficaciam & primum quidē quo ad resurrectionem mortuorum & illuminationem cæcorū, cōstat fublatis fallaciis, à solo Deo fieri posse:secundum autem inexcogitabile est,quòd etiam dæmoni conueniantes tium autem omnimodam conuincit intelligentiā. Ita quòd si hæc tria simul ponātur,impossibile est quin Deū fateamur.Christū quomodo enim vsurpanti sibi diuinum nomen & rē falsō, assuisset Deus in tot operibus deitatis propriis testis mēdacii.

3.dist.15. q.1.ar.1. et di.16. q.1. art. 3.cō. & 1.contra 6.6. Et li.4. 6.55. ad 8. Et quol. 2.art.6. ad 4. Et Ioan. 15.le.5. col.2. ¶Adueṛte ex lib.1.contra Gen.ca.6. quòd aut cōceditur Christum fecisse miracula relata in Euangelio, aut non. Si conceditur, habetur illius deitas: vt patet ex prædictis illis trib⁹ cōiunctis,si non concedatur,tunc habetur etiam illius deitas:ex hoc maximo miraculorū,quòd pauperculus iuuenis, indoctus, ex gente exosa(iudæus scilicet) persequutionem cum tot ludibrijs & mortem turpissimam passus, derelictus,dicēs,se Deum, habitus fatuus à suis,à Iudæis,ab Herode, à Pilato:tamē miraculis promissis mortem & mala omnia,post mortem fuam per pauperes piscatores,indoctos,exosos omnibus,mortī obnoxios, &c.absque miraculis contra totum mundum idola colentem pugnans, superauit. Vacate ergo & videte,quoniam ego sum Deus.

Annot. ¶Vbi aduerte,quòd Autor breuiter pertransijt: sed si fuerint hæc tria bene considerata,maximam continent efficaciam & primum quidē quo ad resurrectionem mortuorum & illuminationem cæcorū, cōstat fublatis fallaciis, à solo Deo fieri posse:secundum autem inexcogitabile est,quòd etiam dæmoni conueniantes

terant fieri nisi virtute diuina. Et propter hoc cæcus illuminatus dicebat Ioan.9. A seculo non est auditum,quia aperuit quis oculos cæci natinisi esset hic à Deo, non poterat facere quicquam.

Secundò propter modum miracula faciendi:quia scilicet quasi ex propria potestate miracula faciebat: non autem orando, sicut alij. Vnde dicitur Luc. 6. quòd virtus de illo exibat, & sanabat omnes.Per quod ostenditur (sicut Cyrillus dicit) quòd non accipiebat alienam virtutem: sed cùm esset naturaliter Deus, propriam virtutem super infirmos ostendebat, & propter hoc innumerabilia miracula faciebat. Vnde super illud Matth. 8. Eiiciebat spiritus verbo, & omnes malè habentes curauit, dicit Chryſ. Intende quantam multitudinem curatam transcurrunt Euangelistæ; non vnumquodque curatum enarrantes, sed vno verbo pelagus ineffabile miraculorum inducentes. Et ex hoc ostendebatur,quòd haberet virtutem cœqualem Deo patri, secundum illud Ioan.5. Quæcunque Pater facit, hæc & Filius similiter facit. Et ibidem, Sicut Pater suscitat mortuos & viuificat, sic & Filius hominis quos vult viuificat. Tertiò ex ipsa

la fecit Virtute diuina, vt fidei de veritate carnis eius, præiudicium non fieret.

¶Ad tertium dicendum, quòd hoc ipsum ad laudem discipulorum pertinet, quòd Christum secuti sunt, cùm nulla eum miracula facere vidissent: sicut Greg. dicit in quadam homil. Et, vt Chryſ. dicit, tunc signa maximè necessarium erat facere,quòdo discipuliam congregati erant & deuoti,& attendentes his quæ fiebant. Vnde subditur. Et crediderunt in eum discipuli eius:non quia tūc primùm crediderunt, sed quia tunc diligentiùs & perfectius crediderunt. Vel discipulos vocat eos, qui futuri erant discipuli:sicut exponit Augustinus in libro de consensu Euangelistarum.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm miracula per Christum facta sufficienter eius diuinitatem ostenderint.

AD QVARTVM sic procedi-tur. Videtur quòd, miracula quæ Christus fecit, non fuerint sufficientia ad ostendendam diuinitatem ipsius. Esse enim Deum & hominem, proprium est Christo. Sed miracula quæ Christus fecit,etiam ab aliis sunt facta. Ergo videtur quòd non fuerit sufficientia ad ostendendam diuinitatem ipsius.

¶Præterea, Virtute diuina nihil est maius. Sed aliqui fecerunt maiora miracula, quam Christus. dicitur enim Ioan.14. Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse facies, & maiora horum faciet. Ergo videtur quòd miracula quæ Christus fecit, non fuerint sufficientia ad ostendendam diuinitatem ipsius.

¶Præterea, Ex particulari non sufficienter ostenditur vniuersale. Sed quodlibet miraculorum Christi fuit quoddam particulare opus. Ergo ex nullo eorum potuit manifestari sufficienter diuinitas Christi, ad quam pertinet vniuersalem virtutem habere de omnibus.

¶SED CONTRA est quod Dominus dicit Ioan.5. Opera quæ dedit mihi Pater vt faciam, ipsa testimonium perhibent de me.

CONCLVSIO.

¶ Miracula,quæ christus fecit,sufficientia diuinitatis eius testimonia erant.

¶RESPONDEO dicendum, quòd miracula quæ Christus fecit,sufficientia erāt ad manifestandam diuinitatem ipsius,secundum tria. Primò quidem, secundum ipsam speciem operum, quæ transcēdebant omnē potestatem creatæ virtutis: & ideo non poterant fieri nisi virtute diuina. Et propter hoc cæcus illuminatus dicebat Ioan.9. A seculo non est auditum,quia aperuit quis oculos cæci natinisi esset hic à Deo, non poterat facere quicquam.

Secundò propter modum miracula faciendi:quia scilicet quasi ex propria potestate miracula faciebat: non autem orando, sicut alij. Vnde dicitur Luc. 6. quòd virtus de illo exibat, & sanabat omnes.Per quod ostenditur (sicut Cyrillus dicit) quòd non accipiebat alienam virtutem: sed cùm esset naturaliter Deus, propriam virtutem super infirmos ostendebat, & propter hoc innumerabilia miracula faciebat. Vnde super illud Matth. 8. Eiiciebat spiritus verbo, & omnes malè habentes curauit, dicit Chryſ. Intende quantam multitudinem curatam transcurrunt Euangelistæ; non vnumquodque curatum enarrantes, sed vno verbo pelagus ineffabile miraculorum inducentes. Et ex hoc ostendebatur,quòd haberet virtutem cœqualem Deo patri, secundum illud Ioan.5. Quæcunque Pater facit, hæc & Filius similiter facit. Et ibidem, Sicut Pater suscitat mortuos & viuificat, sic & Filius hominis quos vult viuificat. Tertiò ex ipsa doctrina,qua se Deum dicebat:quæ nisi vera esset,non confirmaretur miraculis diuina virtute factis.Et ideo dicitur Mar.1. Quænam doctrina hæc noua: quia in potestate spiritibus immundis imperat,& obediunt ei?

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hæc erat obiectio Gentilium. Vnde Augustinus. dicit in Epistola ad Volusianum, Nulla, inquiunt, competentibus signis tantæ maiestatis indicia claruerunt:quia carnalis illa purgatio,qua scilicet dæmones effugabat, debilium cura,reddita vita defunctis, si & alia considerentur, Deo parua sunt. Et ad hoc respondet Augustinus.Fatemur & nos, talia quidem fecisse Prophetas: sed & ipse Moyses & cæteri Prophetæ dominum Iesum prophetizauerunt, & ei gloriam magnam dederunt. Qui propterea talia & ipse facere voluit,ne esset absurdum quod per illos fecerat, si ipse etiam non faceret.Sed tamen & aliquid proprium facere debuit,nasci de virgine,resurgere à mortuis, cælum ascendere: hoc Deo qui parum putat,quid plus expectet ignoro. Non homine assumpto alium mūdum facere debuit,vt eum esse crederemus, per quem factus est mundus. Sed nec maior mundus nec isti æqualis in hoc fieri posset.Si autem minorem faceret infra istum,similiter hoc quoq; parum putaretur. Quæ tamen alij fecerunt, Christus excellentius fecit. Vnde super illud Ioan.15. Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit,&c. dicit Aug. Nulla in operibus Christi videtur esse maiora,quam suscitatio mortuorū:quod scimus etiam antiquos fecisse Prophetas. Fecit tamen aliqua Christus,quæ nemo alius fecit.Sed relpōdetur nobis,& alios fecisse quæ nec ipse nec alius fecit. Sed qui tām multa viria & malas valetudines vexationesque mortalium tanta potestate sanaret, nullus omnino legitur antiquorum. Vt enim taceam quos iubendo,ficut occurrebant,saluos singulos fecit, Marcus dicit,quòd quocunq; loco introibat in vicos,aut in in villas,aut in ciuitates,in plateis ponebant infirmos,& deprecabantur eum vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent, & quotquot tangebant eum, salui fiebant. Hæc nemo alius fecit in eis.Sic enim intelligendū est quod ait, in eis, non inter eos,aut coram eis,sed prorsus in eis, quia sanauit eos. Nec tamen alius quicunq; in eis talia opera fecit, quoniam quidquis alius homo aliquid eorum fecit ipso faciente facit: hoc autem ipse non illis facientibus fecit.

¶Ad secundum dicendum, quòd Augustinus. exponens illud verbum Ioan. inquirit quæ sint ista opera maiora quæ credentes in eum erat facturi: an fortè quòd ægros ipsis transeuntibus etiam eorum vmbra sanabat? maius est enim quòd sanet vmbra quàm fimbria. Veruntamen quando ista Christus dicebat, verborum suorum facta & opera commendabat. Cùm enim dixit,Pater in me manens ipse fecit opera, quæ opera tunc dicebat nisi verba quæ loquebatur? Et eorundem verborum fructus erat fides illorum. Veruntamen euangelizantibus discipulis non tam pauci quam illi erant: sed Gentes etiam crediderunt. Nónne ab ore ipsius dies ille tristis abscessit: & tamen postea quod ab illo auditum non fecit vnus, fecerunt multi, cùm per discipulos loqueretur?Ecce, maiora fecit prædicatus à credentibus, quàm locutus est audientibus. Verum hoc adhuc mouet,quòd hæc maiora per Apostolos fecit:non autem ipsos tantùm significans aiens. Qui credit in me, opera quæ ego facio,& ipse faciet. Audi ergo & intellige, Qui credit in me, opera quæ ego facio,& ipse faciet. Prius ego facio, deinde & ipse faciet: quia facio vt faciat. Quæ opera nisi vt ex impio iustus fiat, quod vtiq; in illo, sed non sine illo Christus operatur. Prorsus maius hoc esse dixerim, quàm creare cælum & terram: cælum enim & terra transeunt; prædestinatorum autem salus & iustificatio permanebit. Sed & in cælis Angeli sunt opera Christi, nunquid etiam his operibus maiora facit qui cooperatur Christo ad suam iustificationem? Iudicet qui potest, vtrùm maius sit iustos creare, quàm impios iustificare. Certè si æqualis est vtrunque potentiæ, hoc maioris est misericordiæ. Sed omnia opera Christi intelligere vbi aut, Maiora horum faciet, nulla nos necessitas cogit:horum enim fortasse dixit quæ illa hora faciebat. Tūc autem verba fidei faciebat: & vtiq; minus est verba iustitiæ prædicare (q⁹ fecit præter nos) q̄ impios iustificare, quod itaq; facit in nobis, vt faciamus & nos.

¶Ad tertium dicendum, quòd quando aliquod particulare opus proprium est alicuius agentis, tunc per illud particulare opus probatur tota virtus agentis, sicut cùm ratiocinari sit proprium hominis,ostenditur aliquis esse homo ex hoc ipso quòd ratiocinatur circa quodcunque particulare propositum. Et similiter cùm propria virtute miracula facere sit solius Dei, sufficienter ostensum est Christum esse Deum,ex quocunq; miraculo quod propria virtute fecit.

QVAESTIO QVADRAGESIMA QVARTA DE SINGVLIS MIRACVLORVM SPECIEBVS, IN QVATVOR ARTICVLOS DIVISA.

DEINDE considerandum est de singulis miraculorum speciebus.

¶Et primò de miraculis quæ fecit circa spirituales substantias.

¶Secundò, de miraculis quæ fecit circa cælestia corpora.

¶Tertiò, de miraculis quæ fecit circa homines.

¶Quartò, de miraculis quæ fecit circa creaturas irrationales.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm miracula facta per Christum circa spirituales substantias fuerint conuenientia.

AD PRIMVM sic procedi-tur. Videtur quòd miracula quæ fecit Christus circa spirituales substantias,non fuerunt conuenientia.Inter spirituales enim substantias sancti Angeli præpollent dæmonibus:quia,vt Augustinus. dicit in 3. de Trinit. spiritus vitæ rationalis desertor atq; peccator, regitur per spiritum vitæ rationalem pium & iustum.Sed Christus non legitur aliqua miracula fecisse circa Angelos bonos.Ergo nec etiam circa dæmones aliqua miracula facere debuit.

¶Præterea,Miracula Christi ordinabantur ad manifestandam diuinitatem ipsius.Sed diuinitas Christi non erat dæmonibus manifestanda; quia per hoc impeditum fuisset mysterium passionis eius,secúdum illud 1. Cor. 2.Si cognouissent,nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Ergo non debuit circa dæmones aliqua miracula facere.

¶Præterea, Miracula Christi ad gloriam Dei ordinabantur, vnde dicitur Matth. quòd videntes turbæ paralyticum sanatum à Christo,timuerunt,& glorificauerunt Deum,qui dedit potestatem talem hominibus. Sed ad dæmones non pertinet glorificare Deum, quia non est speciosa laus in ore peccatoris, vt dicitur Ecclesiast. 15. Vnde & sicut dicitur Marc.1.& Lucæ 4. non finebat dæmonia loqui ea quæ ad gloriam ipsius pertinebant.Ergo videtur non fuisse conueniens quòd circa dæmones aliqua miracula faceret.

¶Præterea, Miracula à Christo facta, ad salutem hominum ordinantur. Sed quædam dæmonia ab hominibus eiecta fuerunt cum hominum detrimento, quandoque quidem corporali, ficut dicitur Marci 9. quòd dæmon ad præceptum Christi exclamans,& multùm discerpens hominem, exiit ab eo, & factus est sicut mortuus: ita vt multi dicerent,quia mortuus est. Quandoq; etiam cum damno rerum: sicut quando dæmones ad eorum preces misit in porcos, quos præcipitauerunt in mare. Vnde ciues illius regionis rogauerunt eum, vt transiret à finibus eorum, vt legitur Matthæ.7. Ergo videtur inconuenienter fecisse huiusmodi miracula.

¶SED CONTRA est, quòd Zacha. 13.hoc prænuntiarum fuerat vbi dicitur, Spiritum immundum auferam de terra.

CONCLVSIO.

¶ Conueniens fuit vt Christus à dæmone omnes obsessos diuinitatis virtute liberaret.

¶RESPONDEO dicendum, quòd miracula quæ Christus fecit,argumenta quædam fuerunt fidei,quam ipse docebat. Futurum autem erat vt per virtutem diuinitatis eius excluderet dæmonum potestatē ab hominibus credituris in eum: secundum illud Ioan. 12. Nunc princeps huius mundi eiicietur foras.Et ideo conueniens fuit quòd inter alia miracula etiam obsessos à dæmonibus liberaret.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homines ficut per Christum erant à potestate dæmonum liberandi, ita per eum erant Angelis consociandi: secundum illud Col. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius, quæ in cælis & quæ in terris sunt. Et ideo circa Angelos alia miracula hominibus demonstrare non conueniebat nisi vt Angeli hominibus apparerent, quod quidem factum est in natiuitate ipsius, & in resurrectione & ascensione eius.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Augustinus. dicit 9. de Ciuit. Dei, Christus tantum innotuit dæmonibus, quantum voluit: tantum autem voluit, quantum oportuit. Sed innotuit eis non sicut Angelis sanctis per id quòd est vita æterna: sed per quædam temporalia suæ virtutis effecta. Et primò quidem videntes Christum esurire post ieiunium, æstimauerunt eum non esse filium Dei. Vnde super illud Lucæ 4. Si filius Dei es, &c. dicit Ambros. Quid sibi vult talis sermonis exordius, nisi quia cognouerat Dei filium esse venturum, sed venisse per infirmitatem corporis non putauit? Sed postmodum visis miraculis, ex quadam suspicatione coniecturauit eum esse filium Dei. Vnde super illud Marci 1. Scio quòd sis sanctus Dei, dicit Chryſost. quòd non certam aut firmā aduentus Dei habebat notitiam, sciebat tamen ipsum esse Christum in lege promissum. Vnde dicitur Luc.4. Quia sciebant ipsum esse Christum. Quòd autem ipsum confitebantur esse filium Dei, magis erat ex quadam suspitione quàm ex certitudine. Vnde Beda dicit super Luc. Et dæmonia filium Dei confitentur. Et sicut postea dicitur, Sciebant eum esse Christum:quia cùm ieiunio fatigatum eum diabolus videret, verum hominem intellexit. Sed quia tentando non præualuit, vtrùm filius Dei esset dubitabat. Nunc autem per signorum potentiam, vel intellexit, vel potius suspicatus est esse filium Dei. Non ideo igitur Iudæis eum crucifigere persuasit, quia Christum Dei filium non esse putauit: sed quia se morte illius non præuidit esse damnandum.De hoc enim mysterio à seculis absconditio, dicit Apostolus quòd nemo principum huius seculi cognouit:si enim cognouissent,nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.

Comment. TItulus clarus est.

In corpore vna conclusio:Conueniens fuit Christum dæmones ab obsessis eiicere.Probatur:Miracula Christi sunt argumentum fidei,ergo cōue nienter sunt argumentum dæmonis expellendi à genere humano,ergo conueniens fuit,&c. Probatur consequentia primaquia futurū erat vt dæmones à credentibus,spiritualiter pellerentur Ioā.12. Secunda consequentia est clara: quia sensibile est argumentum spirituālis.

Annot. ¶Vide hic nouitie,q⁹ Autor figurali ratione contentus, non curauit literalē pro principali ponere,vtpote manifestiorem, vt scilicet potestatem suam supra & contra dæmones monstraret.

¶In responsione ad secundum, tractatur, an Christus fuerit cognitus à dæmonib⁹,& duæ tāguntur quæstiones, an scilicet cognouerint ipsum esse Christum seu Messiā in lege promissum,& an cognouerint ipsum esse verum Deū. Et de prima quæstione tenetur pars affirmatiua auctoritate Lucæ Euāgelistæ dicentis ex propria persona quòd dæmones sciebant ipsum esse Christū. De secunda autem quæstione certum habetur: quia ex persona dæmonum dicitur ibidē,scilicet Lucę 4.Tu es filius Dei: dæmon autem & mendax est, & exploratiue loquutus videtur. Ad hoc sunt autoritates doctorum. Beda autē autoritatē caute legenda est, quia in gl.ord. truncata affertur:integra autē in catena aurea. Ita q⁹ ex Beda vnum tantum affirmatiū habemus, scilicet quòd verbū Apostoli primo ad Corin.2., Si cognouissent, nō retulerunt ad Christum nec Dei filium, sed ad mysterium efficacię passionis & resurrectionis Christi,scilicet quòd eiicien dus ipse diabolus esset, & breuiter quòd Christo danda esset omnis potestas in cælo & in terra. Et reuera textus Apostoli capax est istius sensus,vt patet intuenti contextum.

¶ Num dæmon inciperet potuerit Iudæorū in Christum sæuirent.

Obiectio. ¶Sed occurrit tunc dubium:quo pacto diaboli⁹ aut scient aut multū dubitans Christum essa verum Deum potuit ra bonabiliter incitare Iudæos ad mortem Christi, sciebat enim quòd si esset verus Deus,absq; esset de regno ipsius deiecmonis.

¶Sed si superbia diabolica cōsideretur, consentanea rationi superbiæ erat apparebat,q⁹ etiam si scisset Iesum Christum esse verum Deum, adhuc procurasset ipsi⁹ mortem,vt fecit. Et eo ipso q⁹ scientia illa,quò est

scientia euidentiæ,sed fidei coactæ ex Scripturis & miraculis tūc per hoc vnū sic scitū non generat scientiā alterius,puta effectus,nō enim est in hoc sciendi modo sicut in scientia demonstratiua, in qua ex vna causa cognita deducuntur omnes illius effectus;cognita Deitate restabat incognitum,quid futurā esset.Nec fuberat ratio deducendi pro certo multa excellentia sequēda,qa experientia re stabatur multa valdevilia illi deitati adiungi. si ille homo verē erat Deꝰ.Vnde notinabiliter secundū superbiam suā agēs dæmon, cogitauit pugnare contra ipsum, auferēdo illi vitam, honorē, famā, discipulos, &c.cogitās q⁹ si non est Deꝰ,sed Messias putꝰ homo,iā prostrauit eum,& si est verꝰ Deus nō potū feci, habere hāc victoriā cōtra ipsum Deū,& postea vi debitur quid Deus faciet,autiorē enim partē se putauit eligere, habē do primā victoriā vincere Deū in hoc modo, nesciens quid postea se queretur. Et propterea bene venerabilis Beda dixit,q⁹ si cognouissent latēs mysteriū sequētis fructus, nūquam dūm glorię crucifixissent,nō quin etiā ipsum Deū auderet aggredi(quis scriptū est, superbia cotidię ascenderit,aut edit,scimper) sed qa ꝓprii dānū vitare voluisset, & noluisset Deū habere tantā gloriā,vt vincere ipm diabolum iustitia, vt et set redemptor ac salua tor,vt est. Hęc de Beda.

¶Sed de quæstione ipsa parti affirmatiuæ multū fauet cōtrario ꝓcedētis articuli⁹ q⁹ & multiplicitet &ad hominem nō parua cōsurgit quæstio, quo pacto si miracula Christi simul cū illis doctrina iuncta, iustificātes illius, pbant deitatē,dęmones omnium scrutatores & intelligētia vigentes, in dubio deitatis ipsius perstitebant. Ad hoc dicitur, q⁹ qa miracula etiā doctrinæ Christi iuncta, non erant sufficiētia ad causandam notitiā euidentiæ, sed fidei coactæ vel voluntariæ,deitatis Christi potuit ꝓmanere dubiū apud dæmones, ex hoc q⁹ non penetrabatur habitudo miraculorum ac doctrinę ad gratiam vnionis personalis in Christo.

¶Quod ex aliquo triū prouenire potuit, vel ex opinione pluriū cauta tātū,ex quibus procedere potuerit & miracula &doctrina,tunc non plenè manifestata, quo ad sensum verum, qui post apertus est, ita q⁹ licet ipsa miracula ex se sufficerēt,nō penetrā ti tamen non erant sufficientia. Latębat autem dæmonem huiusmodi habitudo, quia miracula poterāt ex alia gratia, quām vnionis procedere. Et similiter Dei ꝓpietates & nomina,quæ de se Christus dicebat,poterat putari q⁹ ſcdm alią gratią, quām vnionis verificarentur, habitudo enim miraculorum & doctrinæ Christi non erat habitudo euidētiæ, sed fo

Universidad de Deusto
Biblioteca

lius fidei, maiorē secundum naturalem cognitionem de proprietate loci semper suspitioni de opposito ignoto relinquitur. sicut si videmus mortuum resuscitari, scimus ex supernaturali quadā virtute hoc fieri: sed quantum se habeat Deus ad illam virtutem illumque resuscitandi nescimus: & sub dubio hoc relinquētes miramur Vel ex depravato appetitu dæmonū affectione superbiæ & invidiæ quanuis enim tentaret & seruitaretur diabolus ob proprium amorem, an esset Deus: quia tamē quod miseri vellēt, hoc facilē credūt, incredibile reddebatur diabolo, quòd humana natura supra angelicā etiam beatā eleuaretur, ita vt vnus homo esset verē Deus: præsertim quia nulla naturali tā humana quām angelica ratione hoc possibile apparebat, vnde tanquam quoddam inopinabile, à sui adhæsione intellectus hoc auertebat. Vel quia Seraphim habent alas ad volandum, vt dicitur Isa. 6. divina prouidentia velatum sic remansit vnionis mysterium, vt non certiores de eo redderētur dæmones, donec cōsummatum esset mysterium redemptionis humanæ, ne semper impediretur aut differretur. Etsi omnes tres dictæ rationes simul iunctæ fuerint, manifestius apparebit ratio dubitādi in dæmonibus.

¶ Super Quæstionis quadragesimæquartæ Articulū secundum.

Annot. Titulus clarus propter obscuritatem solis tempore passionis.

Coment. ¶In corpore vnica conclusio: Conueniens fuit vt Christus miracula faceret etiā circa corpora cælestia. Probatur: Miracula Christi debebant esse talia, vt sufficienter ostenderent eum esse Deum: & non ita euidenter per miracula circa corpora inferiora sicut circa cælestia hoc monstrantur: ergo conueniens fuit, &c. Secunda pars assumpti manifestatur ex differentia inter causas actiuas in corpora inferiora, & actiuas in cælestia, & auctoritate Dion.

Annot. ¶In responsione ad primū intellige verba Autoris cum grano salis. & sic quòd sicut corpora elementaria habēt plures motus naturales, ita quòd vnus motus est eis naturalis secundum propriam naturā particularem, & alius est eis naturalis, secundū quòd mouentur à superiori, quasi secundum naturā vniuersalem (vt patet de igne qui vltra naturalem motum, quo fertur sursū, mouetur etiā

¶ Ad tertium dicendum, quòd miracula in expulsione dæmonum non fecit Christus propter vtilitatem dæmonum, sed propter vtilitatem hominum, vt ipsi eum glorificarent. Et ideo prohibuit eos loqui ea quæ ad laudem ipsius pertinebant. primò quidem propter exemplum: quia, vt dicit Athanasius, compescebat eius sermonem, quanuis vera fateretur: vt nos etiam assuefaciat ne curemus de talibus, etiam si vera loqui videantur. Nefas est enim vt cùm assit nobis Scriptura diuina, instruamur à diabolo. Est enim hoc periculosum: quia veritati frequenter dæmones immiscent mendacia. Secundò, quia (sicut Chrysost. dicit) non oportebat eos surripere officij Apostolici gloriam. nec decebat Christi mysterium lingua fœtida publicari: quia nō est speciosa laus in ore peccatorum. Tertiò, quia (vt Beda dicit) nolebat ex hoc inuidiam accendere Iudæorum. Vnde etiam ipsi Apostoli iubentur reiicere de ipso, ne diuina maiestate prædicata, passionis dispensatio differatur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Christus specialiter venerat docere & miracula facere propter vtilitatem hominum, principaliter quantum ad animæ salutem. Et ideo permisit dæmones quos eiiciebat, hominibus aliquod nocumētum inferre vel in corpore vel in rebus propter animę humanæ salutem, ad hominum scilicet instructionem. Vnde Chrysost. dicit super Matt. quòd Christus permisit dæmonibus in porcos ire, nō quasi à dæmonibus persuasus: sed primò quidem, vt instruat magnitudinem nocumenti dæmonum, qui hominibus insidiantur. secundò, vt omnes discerent, quoniam nec aduersus porcos auderent aliquid facere, nisi ipse consenserit. tertiò, vt ostenderet quòd grauiora in illos homines operati essent, quām in illos porcos, nisi essent diuina prouidentia adiuti. Et propter eadem etiam causas permisit eū, qui à dæmonibus liberabatur, ad horam grauius affligi, à qua tamen afflictione eum continuò liberauit. per hoc etiam ostenditur (vt Beda dicit) quod sæpe dum conuerti ad Deū post peccata conamur, maioribus nouisque antiqui hostis pulsamur insidiis. Quod facit, vel vt odium virtutis incutiat, vel expulsionis suæ vindicet iniuriam. Factus est etiam homo sanatus velut mortuus (vt Hieronym. dicit) quia sanatis dicitur, Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm conuenienter facta fuerint miracula per christum circa cælestia corpora.

AD SECVNDVM sic procedi-
tur. Videtur quòd inconuenienter fuerintà Christo facta miracula circa cælestia corpora. Vt enim Dionysius dicit 4. cap. de Diui. no. diuinæ prouidentiæ non est naturam corrumpere, sed saluare. Corpora autem cælestia secundum suam naturam sunt incorruptibilia & inalterabilia: vt probatur in primo de cælo. Ergo non fuit conueniens, vt per Christum fieret aliqua immutatio circa ordinem cælestium corporum.

¶ Præterea, Secundum motum cęlestium corporum, temporum cursus designantur, secūdum illud Gen. 1. Fiant luminaria in firmamento cæli, & sint in signa & tēpora & dies & annos. Sic ergo mutato cursu cælestium corporum, mutatur temporum distinctio & ordo. Sed non legitur hoc esse perceptum ab Astrologis, qui contemplantur fidera, & computant menses: vt dicitur Isa. 47. Ergo videtur quòd per Christum non fuerit aliqua mutatio facta circa cursum cælestium corporum.

¶ Præterea, Magis competebat Christo facere miracula viuens & docens, quàm moriens: tum quia, vt dicitur secundæ ad Corinth. vltimo, Crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei, secundum quam miracula faciebat: tum etiam quia eius miracula confirmatiua erant doctrinæ ipsius. Sed in vita sua non legitur, Christum aliquod miraculum circa cælestia corpora fecisse: quinimo Pharisæis petentibus ab eo signum de cælo, eis dare renuit: vt habetur Matth. 12. & 16. Ergo videtur quòd nec in morte circa cælestia corpora aliquod miraculum facere debuerit.

¶SED CONTRA est quod dicitur Lucæ 23. Tenebræ factæ sunt in vniuersa terra vsque ad horam nonam: & obscuratus est sol.

CONCLVSIO.

¶ Decuit christū non modò circa inferiores creaturas, sed & circa cælestia corpora miracula facere, vt magis suam diuinitatem comprobaret.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut supra dictum est) miracula Christi talia esse debebant, vt sufficienter eum esse Deum ostenderent. Hoc autem non ita euidenter ostenditur per transmutationes corporum inferiorum, quæ etiam ab aliis causis moueri possunt, sicut per transmutationem cursus cælestium corporum, quæ à solo Deo sunt immobiliter ordinata. Et hoc est quod Diony. dicit in Epistola ad Polycarpum, Cognoscere oportet non aliter aliquando posse aliquid peruerti cælestis ordinationis & motus, nisi causam haberet ad hoc mouentem, quæ facit omma, & mutat secundum suum sermonem. Et ideo conueniens fuit, vt Christus miracula faceret etiam circa cælestia corpora.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut inferioribus corporibus naturale est moueri à cælestibus corporibus (quæ sunt superiora secundum naturæ ordinem) ita etiam naturale est cuilibet creaturæ, vt transmutetur à Deo secundum eius voluntatem. Vnde August. dicit 22. contra Faustum, & habetur in glo. Rom. 11. super illud, Contra naturam insertus es, &c. Deus creator & conditor omnium naturarum nihil contra naturam facit, quia id est cuique rei natura, quod facit. Et ita non corrumpitur natura cælestium corporum, cùm eorum cursus immutatur à Deo: corrumperetur autem, si ab aliqua alia causa immutaretur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd per miraculum à Christo factum, non est peruersus ordo temporum. Nam secundum quosdam illæ tenebræ vel solis obscuratio, quæ in passione Christi accidit, fuit propter hoc, quòd sol suos radios retraxit, nulla immutatione facta circa motum cælestium corporum, secundum quem tempora mensurantur. Vnde Hiero. dicit super Matth. Videtur luminare maius retraxisse radios suos, ne aut pendentem videret Dominum, aut impij blasphemantes sua luce fruerentur. Talis autem retractio non est sic intelligenda, quasi sol in sua potestate habeat radios emittere vel retrahere (non enim ex electione, sed ex natura radios emittit: vt dicit Dion. 4. cap. de Diui. no. sed sol dicitur retraxisse radios, inquantum diuina virtute factum est, vt solis radij ad terram non peruenirent. Origenes autem dicit hoc accidisse per interpositionem nubium. Vnde super Matth. dicit, Conueniens est intelligere quasdam tenebrosissimas nubes multas & magnas concurrisse super Hierusalem & terram Iudææ: & ideo factæ sunt tenebræ profundæ à sexta hora vsque ad nonam. Arbitror enim sicut cætera signa quæ facta sunt in passione, scilicet quòd velum est scissum, quòd terra tremuit, &c. in Hierusalem tantummodo facta sunt, ita & hoc. Aut si latius voluerit quis extendere ad terram Iudææ, propter hoc quòd dicitur naturaliter motu circulari, sequendo celeste & similiter ferri vitas naturalē motum, quo fertur deorsum, naturaliter mouetur ad adamantem, quasi superiorem sequentem naturam.) Ita corpora cælestia vtra naturalem inclinationem ad suos cursus, naturaliter, hoc est secundum potentiā obedientialem ad vniuersalem fontem totius naturæ, possunt immutari in illud quod Auctor naturæ iacit. Vtrobique enim est portio inferioris particularis naturæ ad superiorē vniuersalem naturā, quamuis diuersimodē: quia ibi cursus ordoque naturæ inditus seruatur hic autem, quia ad naturam naturæ addūtur, noua adiciuntur quæ à Theologo diuersis respectibus & miracula & naturalia appellantur, pro quanto enim actori naturæ obedium, naturalia vocantur: pro quanto supra naturæ cursum potestatémque fiunt, ita miraculorum ordine sunt.

¶ Super Quæstionis quadragesimæquartæ Articulum tertium.

Coment. Titulus clarus est.

¶In corpore vna conclusio: Conueniter Christus circa homines miracula fecit. Probatur: Ea quæ sunt ad finem, debent cōsonare fini: sed aduentus, miracula doctrinaque Christi sunt ad salutem humanam, vt finem, ergo debuerunt esse consonantia. ergo quædam salutifera circa homines conuenerūt miracula ad finem vniuersalis salutis. Minor patet, Ioan. 1. & omnia clara sunt.

Annot. ¶Hic, sicut in mille locis, nota, Autorem ullum sibi arrogare de sanctorum doctrina: sed singula quum potuisset complexit proprio nomine, maluit singulis doctoribus tribuere: vt vtrunque doceret, & miracula Christi & humilitatem.

dicitur. Tenebrę factæ sunt in vniuersa terra. Quod intelligitur de terra Iudææ, sicut in tertio lib. Reg. dixit Abdias ad Eliam. Viuit dominus Deus tuus, quia non est gens aut regnum, vbi non miserit dominus meus quærere te, ostendens quòd eum quæsierat in gētibus quæ sunt circa Iudæam. Sed circa hoc magis credendum est Diony. qui oculata fide inspexit hoc accidisse per interpositionē lunæ inter nos & solē. Dicit enim in Epistola ad Polycarpum, Inopinabiliter soli lunam incidentem videbamus, in Aegypto scilicet existentes: vt ibidem dicitur. Et designat ibi quatuor miracula.

Quorum primum est, quòd naturalis ecclipsis solis, per interpositionem lunæ, nunquā accidit nisi tempore coniunctionis solis & lunæ: tunc autem erat luna in oppositione ad solem, decimaquinta existens: quia erat Pascha Iudæorum. Vnde dicit, Non enim erat coniunctionis tempus. Secundum miraculum est, quòd cum circa horam sextam luna visa fuisset simul cum sole in medio cæli, in vesperis apparuit suo loco, id est in Oriente oppositi soli. Vnde dicit, Rursus ipsam vidimus, scilicet lunam, à nona hora (in qua scilicet recessit a sole cessantibus tenebris) vsque ad vesperam supernaturaliter restitutam ad diametrum solis, id est vt diametraliter esset soli opposita. Et sic patet quòd non est turbatus consuetus temporum cursus: quia diuina virtute factum est, & quòd ad solem supernaturaliter accederet præter tempus debitum, & quòd à sole recederet, in locum proprium restitueretur tempore debito. Tertium miraculum est, quòd naturalis eclipsis semper incipit ab Occidentali parte solis, & peruenit vsque ad Orientalem. Et hoc ideo: quia luna secundum proprium motum, quo mouetur ab Occidente in Orientem, est velocior sole in suo proprio motu. & ideo luna ab Occidente veniens attingit solem, & pertransit ipsum, ad Orientem tendens. Sed tunc luna iam pertransierat solem, & distabat ab eo quasi per medietatem circuli, in oppositione existens. vnde oportuit quòd reuerteretur ad Orientem versus solem, & attingeret ipsum primò ex parte Orientali, procedens versus Occidentem. Et hoc est quod dicit, Eclipsim etiam ipsam ex Oriente vidimus inchoatam, & vsque ad solarem terminum venientem (quia totum solem eclipsauit) postea regredientem. Quartum miraculum fuit, quòd in naturali eclipsi ex eadem parte incipit sol prius reapparere, ex qua parte incipit prius obscurari: quia scilicet luna se soli subiiciens, naturali suo motu solem pertransit versus Orientem: & ita partem Occidentalem solis quam primò occupat, primò etiā dereliquit. Sed tunc luna miraculosè ab Oriente versus Occidentem rediens, non pertransiuit solem, vt esset eo orientalior: sed postquam peruenit ad terminum solis, reuersa est versus Orientem: & ita partem solis, quam vltimò occupauit, primò etiam dereliquit. Et sic ex parte Orientali inchoata fuit eclipsis: sed in parte Occidentali prius incepit claritas appetere. Et hoc est quod dicit, Et rursus vidimus non ex eodem, id est non ex eadem parte solis & defectum & purgationem, sed conuersō secundum diametrum factam. Quintum miraculum addit Chrysosto. super Matth. dicens, quod tribus horis tunc tenebræ permanserunt, cum eclipsis solis in momento pertranseat. non enim habet moram, vt sciunt illi qui considerauerunt. Vnde datur intelligi quòd luna quieuerit sub sole, nisi fortè velimus dicere quòd tempus tenebrarum computatur ab instanti, quo sol incepit obscurari, vsque ad instans in quo totaliter fuit repurgatus. Sed sicut Origenes dicit super Matth. aduersus hoc filij seculi huius dicunt, Quomodo hoc factum? ram mirabile nemo Græcorum aut Barbarorum scripsit? sic dicit, quòd quidam nomine Phlegon in Chronicis suis scripsit hoc in principatu Tiberij Cæsaris factum: sed non signauit quòd fuerit in luna plena. Potuit ergo hoc contingere, quia Astrologi vbique terrarum tunc temporis existentes non solicitabantur de obseruanda eclipsi, quia tempus non erat: sed illam obscuritatem ex aliqua passione aeris accidere putauerunt. Sed in Aegypto, vbi rarò nubes apparent propter aeris serenitatem permotus est Dion. & socij eius, vt prædicta circa illam obscuritatem obseruarent.

¶Ad tertium dicendum, quòd tunc præcipuè oportebat in Christo diuinitatem per miracula ostendere, quando in eo maximè apparebat infirmitas secundum humanam naturam. Et ideo in Christi natiuitate stella noua in cælo apparuit. Vnde Maximus dicit in sermone Natiuitatis, Si præsepe despicis, erige parumper oculos: & nouam in cælo stellam, protestantem mundo natiuitatem Dominicam, conuere. In passione autem adhuc maior infirmitas circa humanitatem Christi apparuit. & ideo oportuit vt maiora miracula ostenderentur circa principalia mundi luminaria. Et sicut Chrysost. dicit super Matth. hoc est signum quod perentibus promittebat dare, dicens, Generatio praua & adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionę prophetæ, crucem significans & resurrectionem. Etenim multò mirabilius est in eo qui crucifixus erat, hoc fieri, quàm ambulante eo super terram.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm conuenienter christus circa homines miracula fecerit.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter Christus circa homines miracula fecerit. In homine enim potior est anima quàm corpus. Sed circa corpora multa miracula Christus fecit, circa animas verò nulla miracula legitur fecisse: nam neque aliquos incredulos ad fidē virtuosè conuertit, sed admonendo & exteriora miracula ostendendo, neque etiam aliquos fatuos sapientes legitur fecisse. Ergo videtur quòd non conuenienter sit circa homines miracula operatus.

¶ Præterea, Sicut suprà dictum est, Christus faciebat miracula virtute diuina, cuius proprium est subitò operari & perfectè absque adminiculo aliquo. Sed Christus non semper subitò homines curauit quantum ad corpus: dicitur enim Marc. 8. quòd apprehensa manu cæci, eduxit eum extra vicum, & expuens in oculos eius, impositis manibus, interrogauit eum siquid videret: & aspiciens ait, Video homines velut arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius, & cœpit videre, & restitutus est ei visus, ita vt clare videret omnia. Et sic patet quòd non subitò eum curauit: sed primò quidem imperfectè & per sputum. Ergo videtur non conuenienter circa homines miracula fecisse.

¶Præterea, Quę se inuicem non consequuntur, non oportet quòd simul tollantur. Sed ægritudo corporalis non semper ex peccato causatur: vt patet per illud quod Dominus dicit Ioan. 9. Neque hic peccauit neque parentes eius, vt cæcus nasceretur. Non ergo oportuit vt hominibus corporum curationem quærentibus peccata dimittere: sicut legitur fecisse circa paralyticum, Matth. 9. præsertim quia sanatio corporalis cùm sit minus, quàm remissio peccatorum, non videtur esse sufficiens argumentum, quòd possit peccata dimittere.

¶Præterea, Miracula Christi facta sunt ad confirmationem doctrinæ ipsius, & testimonium diuinitatis eius: vt suprà dictum est. Sed nullus debet impedire finem operis sui. Ergo videtur inconuenienter Christus quibusdam miraculosè curatis præcepisse, vt nemini dicerent: vt patet Matth. 9. & Marc. 8. præsertim quia quibusdam aliis mandauit, vt miracula circa se facta publicarent: sicut Mar. 5. legitur, quòd dixit ei, quem à dæmonibus liberauerat, Vade in domum tuam ad tuos, & enuntia eis quanta tibi Dominus fecerit.

¶SED CONTRA est quod dicitur Marci 7. Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.

CONCLVSIO.

¶ Vt christus omnium Deum & saluatorem se esse ostenderet, decuit vt circa homines miracula faceret.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ea, quæ sunt ad finem, debent fini esse proportionata. Christus autem ad hoc in mundum venerat, & docebat, vt homines saluos faceret: secundum illud Ioan. 3. Non enim misit Deus filium suum in mundum vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Et ideo conuenienter fuit, vt Christus particulariter homines miraculosè curando, ostenderet se esse vniuersalem & spiritualem hominum saluatorem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ea quæ sunt ad finem, distinguuntur ab ipso fine. Miracula autem à Christo facta ordinabantur sicut ad finem, ad rationalis partis salutem

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis quadragesimæ sextæ Articulum quartum

Tullus clarus est.

¶ In corpore vnica conclusio: Conuenienter Christus fecit miracula I creaturis irrationalibus. Probatur. Miracula Christi fuerūt ad confirmandam illius deitatem pro salute hominum: sed ad deitatis virtutem spectat subiectio omnium: ergo conueniens fuit, vt in omnibus generibus creaturarum Christus miracula faceret: ergo in irrationalibus. Omnia clara sunt.

TVrbulus ex Euangelio clarus est.

¶ In corpore vnica est conclusio: Conueniēs fuit Christū transfigurari. Probat primò, Oportet finem aliqualiter prænosci ad directè procedēdū in via, præsertim difficili, aspera & laboriosa, ad finē iucundum: sed via discipulorum Christi per passionem est: & finis gloriosa est similis gloriæ Christi, ad quam peruenit per passionē Christi: ergo conueniens fuit monstrari gloriam Christi: quod est ipsum transfigurari. Maior declaratur duplicitèr, & exemplo sagittatoris, & verbo Thomæ. Minor autem quo ad Christū Luc. vltim. quo ad discipulos Act. 4. & ad Philip. 3. Et cōfirmatur auctoritate Bedę. Omnia clara sunt.

quæ consistit in sapientiæ illustratione & hominum iustificatione: quorum primum præsupponit secundum: quia, vt dicitur Sapien. primo, in maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Iustificare autem homines, non conueniebat nisi eis volentibus: hoc enim esset & contra rationem iustitiæ, quæ rectitudinem voluntatis importat, & etiam contra rationem humanæ naturæ, quę libero arbitrio ad bonum ducenda est, non autem per coactionem. Christus ergo virtute diuina interius homines iustificauit, non tamen eis inuitis: nec hoc ad miracula pertinet, sed ad miraculorum finem. Et similiter etiam virtute diuina simplicibus discipulis diuinam sapientiam infudit. Vnde dicit eis Luc. 21. Ego dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. Quod quidem quantum ad interiorem illuminationem inter inuisibilia miracula non numeratur: sed solùm quantum ad exteriorem actum, inquantum scilicet videbant homines eos qui fuerant illiterati & simplices, tam sapienter & constanter loqui. Vnde dicitur Act. 4. Videntes Iudæi Petri constantiam & Ioannis, comperto quòd homines essent sine literis, & idiotæ, admirabantur. Et tamen huiusmodi spirituales effectus, etsi a miraculis visibilibus distinguuntur, sunt tamen quædam testimonia doctrinæ & virtutis Christi, secundum illud Heb. 2. Contestante Deo signis & portentis & variis virtutibus & Spiritus sancti distributionibus. Sed tamen circa animas hominum, maximè quantum ad immutandas inferiores vires, Christus aliqua miracula fecit. Vnde Hieronym. super illud Matth. 9. Surgens secutus est eum, dicit, Fulgor ipse & maiestas diuinitatis occultæ, quæ etiam in facie relucebat humana, videntes ad se trahere poterat ex primo aspectu. Et super illud Matth. 21. Eiiciebat omnes vendentes & ementes, &c. dicit idem Hieron. Mihi inter omnia signa quæ fecit Dominus, hoc videtur esse mirabilius, quòd vnus homo & illo tempore contemptibilis, peruerit ad vniuersi flagelli verbera tantam eiicere multitudinem. Igneum enim quiddam atque sydereum radiabat ex oculis eius, & diuinitatis maiestas lucebat in facie eius. Et Origen. dicit super Ioan. Hoc est maius miraculum eo, quo aqua conuersa est in vinum: eo quòd illic inanimata subsistit materia, hic verò tot millium hominum domantur ingenia. Et super illud Ioan. 18. Abierunt retrorsum & ceciderunt in terram, dicit Augustinus. Vna vox turbam odijs ferocem, armisque terribilem sine telo vllo percussit, repulit, strauit: Deus enim latebat in carne. Et ad idem pertinet quod dicitur Luc. 4. quòd Iesus transiens per medium illorum ibat. Vbi dicit Chrys. quòd stare in medio insidiantium & non apprehendi, diuinitatis eminentiam ostendebat. Et quod dicitur Ioan. 8. Iesus abscondit se & exiuit de templo. vbi Augustinus dicit, Non abscondit se in angulo templi quasi timens, vel post murum aut columnam diuertens: sed diuina potestate se inuisibilem insidiantibus constituens, per medium illorum exiuit. Ex quibus omnibus patet quòd Christus quando voluit, virtute diuina animas hominum immutauit: non solùm iustificando, & sapientiam infundendo, quod pertinet ad miraculorum finem: sed etiam exterius alliciendo, vel terrendo, vel stupefaciendo, quod pertinet ad ipsa miracula.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Christus venerat saluare mundum, non solùm virtute diuina, sed per mysterium Incarnationis ipsius. Et ideo frequenter in sanatione infirmorum non sola potestate diuina vtebatur, curando per modum imperij, sed etiam aliquid ad humanitatem ipsius pertinens apponendo. Vnde super illud Luc. 4. Singulis manus imponens, curabat omnes, dicit Cyrillus, Quanuis vt Deus potuisset omnes verbo pellere morbos: tangit tamen omnes, ostendens propriam carnem efficacem ad præstanda remedia. Et super illud Marc. 8. Expuens in oculos eius impositis manibus, &c. dicit Chrys. Sputi quidem & manus imponit cæco, volens ostendere quòd verbum diuinum operationi adiunctum miracula perficit: manus enim operationis est ostentiua, sputum sermonis ex ore prolati. Et super illud Ioan. 9. Fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos cæci, dicit Augustinus. De saliua sua lutum fecit, quia verbum caro factum est. Vel etiam ad significandum, quòd ipse erat qui ex limo terræ hominem formauerat: vt Chrysostom. dicit. Est autem circa miracula Christi, considerandum, quòd communiter perfectissima opera faciebat. Vnde super illud Ioan. 2. Omnis homo primùm bonum vinum ponit, dicit Chrysost. Talia sunt Christi miracula, vt multo his quæ per naturam fiunt, speciosiora & vtiliora fiant. Et similiter in instanti infirmis perfectam sanitatem conferebat. Vnde super illud Matth. 8. Et surrexit, & ministrabat illis, dicit Hieronym. Sanitas quæ conferetur à Domino, tota simul redit. Specialiter autem in illo cæco contrarium fuit propter infidelitatem ipsius: vt Chrysost. dicit. Vel sicut Beda dicit, Quem vno verbo totum simul curare poterat, paulatim curat, vt magnitudinem humanæ cæcitatis ostendat: quæ vix & quasi per gradus ad lucem redeat, & gratiam suam nobis indicet, per quam singula perfectionis incrementa adiuuat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut suprà dictum est, Christus miracula faciebat virtute diuina. Dei autem perfecta sunt opera, vt dicitur Deuteron. 32. Non est autem aliquid perfectum, si finem non consequatur. finis autem exterioris curationis per Christum factæ, est curatio animæ, & ideo non conueniebat Christo, vt alicuius corpus curaret, nisi eius curaret animam. Vnde super illud Ioan. 7. Totum hominem sanum fecit in sabbato, dicit Augustinus. quòd curatus est, vt sanus esset in corpore: & credidit, vt sanus esset in anima. Specialiter autem paralytico dicitur, Dimittuntur tibi peccata: quia vt Hieronym. dicit super Matthæum, datur ex hoc nobis intelligentia propter peccata plerisque euenire corporum debilitates: & ideo forsitan prius dimittuntur peccata, vt causis debilitatis ablatis, sanitas restituatur. Vnde & Ioan. 5. dicitur, Iam noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Vbi dicit Chrysostomus. Discimus quòd ex peccatis nata erat ei ægritudo. Quanuis autem, vt Chrysostomus dicit super Matthæum, quantò anima est potior corpore, tantò peccatum dimittere maius sit, quam corpus sanare: quia tamen illud non est manifestum, facit minus quod est manifestius: vt demonstraret maius, & non manifestum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd super illud Matth. 9. Videte ne quis sciat, dicit Chrysostomus. Non est hoc contrarium quod hic dicitur, ei quod alteri dicit, Vade & annuntia gloriam Dei. Erudit enim nos prohibere eos qui volunt nos propter nos laudare: si autem ad gloriam Dei refertur, non debemus prohibere, sed magis iniungere, vt hoc fiat.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm conuenienter Christus fecerit miracula circa creaturas irrationales.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter fecerit Christus miracula circa creaturas irrationales. Bruta enim animalia sunt nobiliora plantis. Sed Christus fecit aliquod miraculum circa plantas: puta cùm ad verbum eius est siccata ficulnea: vt dicitur Matthæi. 21. Ergo videtur quòd etiam circa animalia bruta miracula facere debuisset.

¶ Præterea, Pœna non iustè infertur nisi pro culpa. Sed non fuit culpa ficulneæ, quòd in ea Christus fructum non inuenit, quando non erat tempus fructuum. Ergo videtur quòd inconuenienter eam siccauerit.

¶ Præterea, Aqua & aër sunt in medio cœli & terræ. Sed Christus aliqua miracula fecit in cælo (sicut supra dictum est) similiter etiam in terra, quando in eius passione terra mota est. Ergo videtur quòd etiam in aëre & aqua aliqua miracula facere debuerit, vt mare diuideretur, sicut fecit Moyses: vel etiam flumen, sicut fecerunt Iosue & Helias, & vt fierent in aëre tonitrua, sicut factum est in monte Sinai, quando lex dabatur: & sicut Helias fecit 3. Reg. 13.

¶ Præterea, Opera miraculosa pertinent ad opus gubernationis mundi per diuinam prouidentiam. Hoc autem opus præsupponit creationem. Inconueniens ergo videtur quòd Christus in suis miraculis vsus est creatione, quādo scilicet multiplicauit panes. Non ergo conuenientia videntur fuisse eius miracula circa irrationales creaturas.

¶ SED CONTRA est, quòd Christus est Dei sapientia, de qua dicitur Sapient. 8. quòd disponit omnia suauiter,

CONCL

CONCLVSIO.

¶ Non modo in hominibus, sed circa irrationales etiam creaturas oportuit Christum miracula facere, vt eius magis ostenderetur diuinitas, cui omnia subiecta sunt.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) miracula Christi ad hoc ordinabantur, quòd virtus diuinitatis cognosceretur in ipso ad hominum salutem. Pertinet autem ad virtutem diuinitatis, vt omnis creatura sit ei subiecta. Et ideo in omnibus creaturarum generibus miracula eum facere oportuit, & non solùm in hominibus, sed etiam in irrationalibus creaturis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd animalia bruta propinquè se habent secundum genus ad hominem. vnde & in eodem die cum homine facta sunt. Et quia circa corpora humana multa miracula fecerat, non oportebat quòd circa corpora brutorū animalium aliqua miracula faceret: præsertim quia quantum ad naturam sensibilem & corporalem, eadem ratio est de hominibus & de aliis animalibus, præcipuè terrestribus. Pisces autem cùm viuant in aqua, magis à natura hominum differūt, vnde & alio die sunt facti. In quibus miraculum Christus fecit in copiosa piscium captura: vt legitur Luc. 5. & Ioan. vltim. & etiam in pisce, quem Petrus cepit: & in eo inuenit staterem. Quòd autem porci in mare præcipitati sunt, non fuit operatio diuini miraculi: sed operatio dæmonum ex permissione diuina.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Chrys. dicit super Matth. cùm in plantis vel brutis aliquid tale Dominus operatur, non quæras qualiter iustè siccata est ficus, si tempus non erat. Hoc enim quærere est vltimæ dementiæ: quia scilicet in talibus non inuenitur culpa & pœna: sed miraculum inspice, & admirare miraculi factorem. Nec facit creator iniuriam possidenti, si creatura sua suo arbitrio vtatur ad aliorum salutem: sed magis (vt Hilarius dicit super Matth.) in hoc bonitatis diuinæ argumentum reperimus. Nam vbi afferre voluit procurare per se salutis exemplum, virtutis suæ potestatem in humanis corporibus exercuit. vbi verò in contumaces formam seueritatis constituebat, futuri speciem damnatio arboris indicauit, & præcipuè (vt Chrysostom. dicit) in ficulnea, quæ est humidissima, vt miraculum maius appareat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus etiam in aqua & in aëre fecit miracula quæ sibi conueniebant: quando scilicet, vt legitur Matth. 8. imperauit ventis & mari, & facta est tranquillitas magna. Non autem conueniebat ei qui omnia in statum pacis & tranquillitatis reuocare venerat, vt vel turbationem aëris vel diuisionem aquarum faceret. Vnde Apostolus dicit Hebræ. 12. Non accessistis ad tractabilem & accessibilem ignem, & turbinem & caliginem & procellam. Circa passionem tamen diuisum est velum, ad ostendendum reserationem mysteriorum legis. Aperta sunt monumenta, ad ostendendum quòd per eius mortem, mortuis vita daretur. Terra mota est & petræ scissæ sunt, ad ostendendum quòd lapidea hominum corda per eius passionem emollirentur, & quòd totus mundus virtute passionis eius erat in melius commutandus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd multiplicatio panum non est facta per modum creationis, sed per additionem extraneæ materiæ in panes conuersæ. Vnde Augustinus super Ioan. dicit, Vnde multiplicat de paucis granis segetes, inde in manibus suis multiplicauit quinq; panes. Manifestatum est autem quòd per conuersionem grana multiplicantur in segetes.

QVAESTIO QVADRAGESIMA SEPTIMA

de Transfiguratione Christi, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de transfiguratione Christi.

¶ Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm conueniens fuerit Christum transfigurari.

¶ Secundò, vtrùm claritas transfigurationis fuerit claritas gloriosa.

¶ Tertiò, de testibus transfigurationis.

¶ Quartò, de testimonio Paternæ vocis.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm fuerit conueniens Christum transfigurari.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens Christum transfigurari. Non enim competit vero Corpori vt in diuersas figuras mutetur, sed corpori phantastico. Corpus autem Christi non fuit phantasticum, sed verum: vt suprà habitum est. Ergo videtur quòd transfigurari non debuerit. *opus. 69 cap. 16.*

¶ Præterea, Figura est in quarta specie qualitatis, claritas autem est in tertia, cùm sit sensibilis qualitas. Assumptio ergo claritatis à Christo transfiguratio dici non debet.

¶ Præterea, Corporis glorioſi sunt quatuor dotes (vt infrà dicetur) scilicet impassibilitas, agilitas, subtilitas & claritas. Non ergo debuit transfigurari magis secundum assumptionem claritatis, quam secundum assumptionem aliarum dotium.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Matthæ. 17. quòd Iesus transfiguratus est ante tres discipulorum suorum.

CONCLVSIO.

¶ Conueniens fuit vt Christus transfiguratione gloriam sua & aliorum resurrectionis ostenderet.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd Dominus discipulos suos prænuntiata sua passione, induxerat eos ad suæ passionis sequelam. Oportet autem ad hoc quòd aliquis directè procedat in via, quòd finem aliqualiter prægnoscat, sicut sagittator non rectè iaciet sagittam, nisi prius signum prospexerit in quod iaciendum est. Vnde & Thomas dixit Ioan. 14. Domine, nescimus quò vadis, & quomodo possumus viam scire? Et hoc præcipuè necessarium est, quando via est difficilis & aspera, & iter laboriosum, finis verò iucundus. Christus autem per suam passionem ad hoc peruenit, vt gloriam obtineret non solùm animæ, quam habuit à principio suæ conceptionis, sed etiam corporis, secundum illud Luc. vlti. Hæc oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Ad quam etiam perducit eos, qui vestigia suæ passionis sequuntur, secundum illud Act. 14. Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum. Et ideo conueniens fuit, vt discipulis suis gloriam suæ claritatis ostenderet, quod est ipsum transfigurari. Cui suos configurabit, secundum illud Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Vnde Beda dicit super Matthæ. Pia prouisione factum est, vt contemplatione semper manentis gaudij ad breue tempus delibata, fortius aduersa tolerarent.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Hieron. dicit super Matthæ. nemo puter Christum per hoc quòd transfiguratus dicitur, pristinam formam & faciem perdidisse, vel amisisse corporis veritatem, & assumpsisse corpus spirituale vel aëreum. Sed quomodo transformatus sit, Euangelista demonstrat dicens, Resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Vbi splendor faciei ostenditur, & candor describitur vestium: non substantia tollitur, sed gloria commutatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd figura circa extremitatem corporis consideratur: est enim figura quæ termino vel terminis comprehenditur. Et ideo omnia illa quæ circa extremitatem corporis considerantur, ad figuram quodammodo pertinere videntur. Sicut autem color, ita & claritas corporis non transparentis, in eius superficie attenditur. Et ideo assumptio claritatis, transfiguratio dicitur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd inter prædictas quatuor dotes sola claritas est qualitas ipsius personæ in seipsa: aliæ verò tres dotes non percipiuntur nisi in aliquo actu, vel motu seu passione. Ostendit igitur Christus in seipso aliqua illarum trium dotium indicia, puta agilitatis, cùm supra vndas maris ambulauit: subtilitatis, quando de clauso vtero Virginis exiuit: impassibilitatis, quando de manibus ludæorum vel præcipitare vel lapidare eum volentium illæsus euasit. Nec tamen propter illa transfiguratus dicitur, sed propter solam claritatem quæ pertinet ad aspectum personæ ipsius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis quadragesimæquarta Articulum secundum.

Annot. TItulus quæritur an illa claritas, quæ apparuit in Christo, fuerit claritas quæ ponitur vna ex quatuor dotibus corporis glorioſi: hoc est enim quærere an fuerit claritas glorioſa. Et quæritur hoc ad differentiam claritatis, quæ aliàs apparere poterit: vt in natiuitate Domini dicitur, quòd claritas Dei circumfulſit illos: & in reſurrectione Domini, Angelus in claritate candida apparuerit. Conſtat enim hiuſmodi claritates nõ eſſe claritates corporum glorioſorum, & propterea hic in quæſtionem vertitur, an illa claritas Domini in transfiguratione fuerit ſicut dictæ claritates, an fuerit claritas corporis glorioſi.

Iuſtin. in q. 41 ad ca. 2.

Cõment. ¶ In corpore duo ſunt. Primò ponitur concluſio, & probatur: ſecundò ex illa excluditur opinio Hugonis de ſancto Victore. Concluſio eſt habens duas partes: Claritas illa fuit claritas gloriæ quantum ad eſſentiam, & non quantum ad modum eſſendi. Probatur primùm: Claritas gloriæ deriuatur ab anima in corpus: claritas Chriſti deriuata eſt à deitate & anima in corpus: ergo. Maior eſt Auguſt. ad Dioſcorum. Minor eſt Damaſc. quo ad deitatem. Quo ad animam verò probatur: quia non eſt adempta Chriſto poteſtas deriuandi gloriam animæ ad corpus ex differentia inter claritatis modos eſſendi diuerſos, ſcilicet vel per modum qualitatis permanentis: vel per modum paſſionis tranſeuntis nam primo modo eſt claritas gloriæ; ſecũdo autem modo eſt claritas quæ ad modum eſſendi non ſecundo. Quod manifeſtatur ex alia differẽtia qua corpora glorioſa ſunt affecta claritate, ita vt naturaliter fulgeant: hoc autem miraculoſè. Et declaratur modus eſſendi, ſicut lumen in aëre. Declarãtur miraculi: ſicut ambulare ſuper aquas, & autoritate Dio. confirmatur.

¶ Deinde excluditur opinio Hugonis de ſancto Victo. qui in hoc ſecũdo differt quo ad vtrũque quia Dotis nomine vſus eſt quę quid ſixum ſonare videtur. Sed fortẽ quo ad rem idem ſentit, ſcilicet quòd aſſumpſit dotẽ ſecundũ eſſentiam, non ſecundũ modum eſſendi, id eſt, non per modum dotis. Omnia clara ſunt in litera.

¶ Num gloria quæ apparuit in corpore Chriſti, deriuata ſit à gloria animæ.

Quæſtio. ¶ Circa rationem literæ dubium occurrit. Tum quia inualida videtur, ex hoc quòd non eſt adempta Chriſto poteſtas deriuandi gloriam animæ ad corpus, interendo, ergo gloria illa deriuata eſt ab anima: à poſſe nanque ad eſſe non valet argumentum. Tum quia ſi gloria illa deriuata eſt ab anima in corpus, ergo non eſt miraculoſa, ſed naturalis: quoniam pro illo tempore redundantia prius prohibita naturalem curſum ſuum fecit. Et ſic totum oppoſitũ videtur, ſcilicet quòd non eſſet clarum Chriſti corpus, erat miraculoſum, quia miraculoſè ſuſpendebatur redundantia animæ ad corpus: fulgere autem erat naturale: quia ſibi derelictum fulgebat.

ARTICVLVS II.

Vtrùm claritas Chriſti in transfiguratione fuerit claritas glorioſa.

AD SECVNDVM ſic procedi tur. Videtur q̃ illa claritas non fuerit claritas glorioſa. Dicit enim quędam glo. Bedæ ſuper illud Matt. 17. Transfiguratus eſt coram eis. In corpore, inquit, mortali, oſtendit non immortalitatem, ſed claritatem ſimilem futurę immortalitati. Sed claritas gloriæ eſt claritas immortalitatis. Non ergo illa claritas, quam Chriſtus diſcipulis oſtendit, fuit claritas gloriæ.

¶Præterea, Super illud Lucæ 9. Non guſtabunt mortem, niſi videant regnum Dei, dicit glo. Bedæ, id eſt glorificationem corporis in imaginaria repræſentatione futuræ beatitudinis. Sed imago alicuius rei non eſt ipſa res. Ergo claritas illa non fuit claritas beatitudinis.

¶ Præterea, Claritas gloriæ non eſt niſi in corpore humano. Sed claritas illa transfigurationis apparuit nõ ſolùm in corpore Chriſti: ſed etiam in veſtimentis eius, & in nube lucida, quæ diſcipulos obumbrauit. Ergo videtur quòd illa claritas non fuerit claritas gloriæ.

¶SED CONTRA eſt quod ſuper illud Matth. 17. Transfiguratus eſt ante eos, dicit Hieronym. Qualis futurus eſt tempore iudicij, talis Apoſtolis apparuit. Et ſuper illud Matth. 16. Donec videant Filium hominis venientem in regno ſuo, dicit Chryſoſt. Volens monſtrare quid eſt illa gloria, in qua poſtea venturus eſt, eis in præſenti vita reuelauit, ſicut poſſibile erat eos diſcere: vt neque in Domini morte iam doleant.

CONCLVSIO.

¶ Claritas quam Chriſtus in ſua transfiguratione oſtendit fuit gloria claritas eſſentialiter, licet non ſecundum modum, cùm erit per modum tranſeuntis qualitatis.

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd claritas illa, quam Chriſtus in transfiguratione aſſumpſit, fuit claritas gloriæ quantum ad eſſentiam, non tamen quantum ad modum eſſendi. Claritas enim corporis glorioſi deriuatur ab animæ claritate: ſicut Auguſtinus dicit in Epiſtola ad Dioſcorum. Et ſimiliter claritas corporis Chriſti in transfiguratione deriuata eſt & à diuinitate ipſius (vt Damaſce. dicit) & à gloria animæ eius. Quòd enim à principio conceptionis Chriſti, gloria animæ non redundaret ad corpus, ex quadam diſpenſatione diuina factum eſt, vt in corpore paſſibili noſtræ redemptionis expleret myſteria: ſicut ſuprà dictum eſt. Non tamen per hoc adempta eſt Chriſto poteſtas deriuandi gloriam animæ ad corpus. Et hoc quidem fecit quantum ad gloriæ claritatem in transfiguratione. Aliter tamen quàm in corpore glorificato: nam ad corpus glorificatum redundat claritas ab anima, ſicut qualitas quædam permanens, corpus afficiens: vnde fulgere corporaliter, non eſt miraculoſum in corpore glorioſo. Sed ad corpus Chriſti in transfiguratione deriuata eſt claritas à diuinitate & anima eius, non per modum qualitatis immanentis & afficientis ipſum corpus, ſed magis per modum paſſionis tranſeuntis: ſicut cãm aër illuminatur à ſole. Vnde ille fulgor tunc in corpore Chriſti apparens, miraculoſus fuit: ſicut & hoc ipſum quòd ambulauit ſuper vndas maris. Vnde Dionyſ. dicit in Epiſtola 4. ad Caium, Super hominem operabatur Chriſtus ea quæ ſunt hominis: & hoc monſtrat Virgo ſupernaturaliter concipiens, & aqua inſtabilis, materialium & terrenorum pedum ſuſtinens grauitatem. Vnde non eſt dicendum (ſicut Hugo de ſanct. Vic. dicit) quòd Chriſtus aſſumpſit quatuor dotes: claritatis in transfiguratione: agilitatis, ambulando ſuper mare: ſubtilitatis, egrediendo de clauſo vtero Virginis: & impaſſibilitatis in cœna, quãdo dedit corpus ſuum ad edendum, ſine hoc quòd diuideretur, quia dos nominat quandam qualitatem immanentem corpori glorioſo. Sed miraculosè habuit ea quæ pertinent ad dotes. Et eſt ſimile quantum ad animam de viſione, quã Paulus vidit Deum in raptu: vt in Secunda parte dictum eſt.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ex illo verbo non oſtenditur quòd claritas Chriſti non fuerit claritas gloriæ, ſed quòd non fuit claritas corporis glorioſi: quia corpus Chriſti nondum erat immortale. Sicut enim diſpenſatiuè factum eſt, vt in Chriſto gloria animæ non redundaret ad corpus, ita fieri potuit diſpenſatiuè, vt redundaret quantum ad dotem claritatis, & non quantum ad dotem impaſſibilitatis.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd illa claritas dicitur imaginaria fuiſſe, non quin eſſet vera claritas gloriæ: ſed quia erat quædam imago repræſentans illam gloriæ perfectionem, ſecundum quam corpus erit glorioſum.

¶Ad tertium dicendum, quòd ſicut claritas quæ erat in corpore Chriſti, repreſentabat futuram claritatem corporis eius, ita claritas veſtimentorum eius deſignat futuram claritatem Sanctorum, quæ ſuperabitur à claritate Chriſti, ſicut candor niuis ſuperatur à ſplendore ſolis. Vnde Gregor. dicit 32. Moralium, quòd veſtimenta Chriſti facta ſunt ſplendentia: quia in ſupernæ claritatis culmine Sancti omnes, ei luce iuſtitiæ fulgentes adhærebunt. veſtium enim nomine iuſtos quos ſibi adiunget ſignificat:

¶Ad hoc dicitur, quòd quia diſpenſatio eſt ſicut exceptio quædam à regula generali (vt patet ſecundum communem ipſum Eccleſiæ) & regulariter anima beata glorificat corpus quod animat, vt Auguſt. dicit, ac per hoc cùm anima Chriſti fuerit beata ab initio ſui, debebat regulariter ipſius corpus glorioſum eſſe ex naturali redundantia animæ beatæ ad corpus, quod viuificat. Sed quia Chriſtus volaile patri, & in ſimilitudine carnis peccati noluit conuerſari, ſuſpenſit actualem redundantiam gloriæ in corpus ab anima ſua. Et hoc eſt diſpenſaſſe in generali regula redundantiæ. Ex qua diſpenſatiua ſuſpenſione actualis redundantiæ, factum eſt, vt corpus temaneret paſſibile, vtpote non docta actualiter adhuc ab animæ gloria: & vt anima nihil minus poteſtatis in ſe haberet, quàm ſi redundando actualiter communicaret corpori ſuo gloriã. Nihil enim ex hac animæ ademptum eſt, niſi actualiter redundantia ad tempus: et quo conſtat non minuit ipſius animæ ſecundum ſe poteſtatem: propterea in libera dicitur, quòd non eſt per diſpenſationem ademptus Chriſto poteſtas deriuandi gloriam animæ ad corpus. Et ga de facto apparuit gloria in corpore Chriſti, monſtrata ad hoc, vt Apoſtoli viderẽt vel mox dicẽdi futurę gloriæ poſt reſurrectionem: conſequens eſt, vt gloria illa non alia fuerit, quàm illa quæ eſt ipſius Chriſti propria, quam conſtat ab animæ deriuatã alioqui non oſtendiſſe illis gloriam ſuam, ſed aliam: quum tamen Ioannes, qui vidit, dicat, Vidimus gloriam eius. Quocirca q̃ poſita poteſtate deriuãdi, dubiũ non eſt quin deriuatio ſequuta fuerit: ideo ſufficit Autori poteſtatem deriuandi declaraſſe, & manifeſto reliquens quòd actualiter detãta eſt.

¶ Et licet claritas illa relata ad animum Chriſti fuerit non miraculoſa, ſed naturalis (vt obiiciendo dicitur q̃ ſua erat anima Chriſti) relata tamen ad corpus Chriſti miraculoſa erat, quia corpus illud erat tũc erat paſſibile: quòd enim corpus paſſibile fulgeat ſicut ſol, miraculoſum eſt. Verũm ſi deriuata totaliter fuiſſet gloria ab anima Chriſti in corpus, non fuiſſet gloria miraculoſa, ſed naturaliter redditus: ſiquidem corpus totaliter glorioſum, ſicut modo eſt poſt reſurrectionem: ſed quoniam non niſi per modum cuiuſdam paſſionis claritas illa à naturali quidem fonte animæ beatæ, ſu corpus deſcendit: ideo corpus non reddidit glorioſum ſimpliciter: & ideo miraculoſum fuit, vt corpus non glorioſum fulgeret. Concede ergo quòd vtrunque miraculoſum fuit, ſcilicet & corpus Chriſti non fulgere: & ſic fulgere in transfiguratione. Sed primum ſpectat ad primum, & quaſi vniuerſale antiquũmo miraculum in incarnatione factum: quo ſuſpenſa eſt redundantia gloriæ ab anima in corpus Chriſti, vt haberet corpus paſſibile, pro noſtra ſalute moriendo, &c. Secundum autem ſpectat ad ſpeciale miraculum, quo nunc actualiter corpori paſſibili, &c. præſtitum eſt, vt fulgeret: & ratione huius in litera dicitur, quòd fuit fulgor Chriſti miraculoſus.

¶ Et per hæc patet ſolutio obiectorum.

Annot. ¶In reſponſione ad tertium, Autor ad myſticam tranſit rationem, relinquens pro manifeſto nihil officere claritati glorioſæ corporis Chriſti, ſi tanta eſt quod etiam ſplendidas veſtes efficiat, & nubes lucidas teddat, per radiorum ſuorum emiſſionem. Hæc enim non ad ipſam ſpectant claritatem, ſed ad ipſius effectus: in hoc enim magnitudo lucis corporis Chriſti oſtenditur, & graduata illius participatio, dũ veſtes propinquiores ſplendẽt nubes autem remotior lucida fit.

¶ Super Quæſtionis quadrageſimæquintæ Articulum tertium.

Cõment. TItulus clarus eſt.

¶In corpore vnica cõcluſio: Cõuenienter inducti ſunt teſtes trãſigurationis. Probatur. Ad gloriam æternam, per Chriſtum adducũtur homines præcedentes ipſum, & ſequentes: ergo conuenienter homines duo ex præcedentibus, & tres ex ſequentibus inducti ſunt tranſfigurationis teſtes. Antecedens licet ſit clarum: manifeſtatur tamen ex myſterio turbarum clamantium, &c. Conſequentia autem quo ad transfigurationem probatur: quia trãſfiguratio nihil aliud fuit, quàm quædam demonſtratio gloriæ inuitatiua ad ipſam. Quo ad numerum teſtium probatur: quia in ore duorum vel trium, &c.

¶ Super Quæſtionis quadrageſimæquintæ Articulum quartum.

Cõment. IN corpore vnica cõcluſio: Conuenienter teſtimonium naturalis Chriſti filiationis paterna voce auditum eſt in transfiguratione, ſicut & in baptiſmo. Probatur: Adoptio filiorum Dei eſt per conformitatem imaginis diuinæ ad naturalem filium, & hoc vel ſecundum gratiam vel gloriam: ergo conueniens fuit teſtimonium naturalis filiationis Chriſti, &c. Antecedens quo ad primam partem relinquitur elatum: & patet ad Rom. 8. Quos prædeſtinauit conformes fieri imaginis Filii ſui. Quo ad ſecundam & tertiam manifeſtatur autoritate Ioannis Euangeliſtæ. Conſequentia probatur: quia in baptiſmo datur gratia, in transfiguratione gloria monſtrata eſt. Et manifeſtatur ſimul conueniẽtia teſtimonij ex perſona Patris, quia ſonuit: Omnia clara ſunt luxta ſubiecta materiam.

ſecundum illud Iſa. 49. His omnibus velut ornamento veſtieris. Nubes autem lucida ſignificat Spiritus ſancti gloriam vel virtutem paternam (vt Orige. dicit) per quam Sancti in futura gloria protegentur. Quanuis etiam conuenienter ſignificare poſſit claritatem mundi innouati, quę erit Sanctorum tabernaculum. Vnde Petro diſponente tabernacula facere, nubes lucida diſcipulos obumbrauit.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm teſtes transfigurationis conuenienter fuerint inducti.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd non conuenienter inducti fuerint teſtes trãſiguratio nis. Vnuſquiſque enim maximè potest perhibere teſtimonium de notis. Sed qualis eſſet futura gloria, tempore transfigurationis Chriſti nulli hominũ per experimentum erat adhuc notũ, ſed ſolis Angelis. Ergo teſtes transfigurationis magis debuerũt eſſe Angeli quàm homines.

¶Præterea, Teſtes veritatis non decet aliqua fictio, ſed veritas. Moyſes autem & Helias non ibi verè affuerunt, ſed imaginariè: dicit enim quædam gloſſ. ſuper illud Luc. nono, Erant autem Moyſes & Helias, &c. Sciendum eſt, inquit, non corpora vel animas Moyſi & Heliæ ibi apparuiſſe, ſed in ſubiecta creatura illa corpora fuiſſe formata. Poteſt etiam credi angelico miniſterio hoc factum eſſe, vt Angeli eorum perſonas aſſumerent. Non ergo videtur quòd fuerint conuenientes teſtes.

¶Præterea, Act. 10. dicitur, quòd Chriſto omnes Prophetæ teſtimonium perhibent. Ergo non ſoli Moyſes & Helias debuerunt adeſſe tanquam teſtes, ſed etiam omnes Prophetæ.

¶Præterea, Gloria Chriſti omnibus Chriſti fidelibus repromittitur: quos per ſuam tranſfigurationem ad illius gloriæ deſiderium accendere voluit. Non ergo ſolos Petrum & Iacobum & Ioannem in teſtimonium ſuæ trãsfigurationis aſſumere debuit, ſed omnes diſcipulos.

¶IN CONTRARIVM eſt Euangelicæ ſcripturæ autoritas.

CONCLVSIO.

¶ Congruum fuit, vt in teſtes transfigurationis ſu ſtarentur, quos euangelica prodit hiſtoria, de præcedentibus ſanctus Moyſes & Helias: de ſequentibus Petrus, Iacobus, ac Ioannes, vt omnes ſe eſſe per gloriã ſuam glorificaturum oſtenderet.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Chriſtus trãſigurari voluit, vt gloriam ſuam hominibus oſtenderet, & ad eam deſiderandam homines prouocaret: ſicut ſuprà dictum eſt. Ad gloriam autem æternæ beatitudinis adducuntur homines per Chriſtum, non ſolùm qui poſt eum fuerunt, ſed etiam qui eum præceſſerunt. Vnde eo ad paſſionem properante, tam turbæ, quæ ſequebantur, quàm quæ præcedebant, ei clamabant Hoſanna: vt dicitur Matth. 21. quaſi ſalutem ab eo petentes. Et ideo conueniens fuit vt de præcedentibus ipſum teſtes adeſſent, ſcilicet Moyſes & Helias, & de ſequentibus ipſum, ſcilicet Petrus & Iacobus & Ioannes, vt in ore duorum * vel trium teſtium ſtaret hoc verbum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Chriſtus per ſuam transfigurationem manifeſtauit diſcipulis corporis gloriam, quæ ad ſolos homines pertinet. Et ideo conuenienter non Angeli, ſed homines ad hoc pro teſtibus inducuntur.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd gloſ. illa dicitur eſſe ſumpta ex libro, qui intitulatur de Mirabilibus ſacræ Scripturæ, qui non eſt liber autenticus, ſed falsò aſcribitur Auguſt. & ideo illi gloſſæ non eſt ſtandum. Dicit enim expreſsè Hieron. ſuper Matth. Conſiderandum eſt, quòd Scribis & Phariſæis de cælo ſigna poſcentibus dare noluit. hic verò vt Apoſtolorum augeat fidem, dat ſignum de cælo: Helia inde deſcendente, quò conſenderat, & Moyſe ab inferis reſurgente. Quod non eſt ſic intelligendum, quaſi anima Moyſi ſuum corpus reſumpſerit: ſedquòd anima eius apparuit per aliquod corpus aſſumptum, ſicut Angeli apparent. Helias autem apparuit in proprio corpore, non quidem de cælo empyreo allato, ſed de aliquo eminenti loco, in quod fuerat in curru igneo raptus.

¶Ad tertium dicendum, quòd (ſicut Chryſoſto. dicit ſuper Matth.) Moyſes & Helias in medium adducuntur propter multas rationes. Prima eſt hæc: quia enim turbæ dicebant eum eſſe Heliam, vel Hieremiam, aut vnum ex Prophetis: capita Prophetarum ſecum ducit, vt ſaltem hinc appareat differentia ſeruorum & Domini. Secunda ratio eſt: quia Moyſes legẽ dedit, Helias pro gloria Domini æmulator fuit. Vnde per hoc quòd ſimul cum Chriſto apparent, excluditur calumnia Iudæorum accuſantium Chriſtum tanquam tranſgreſſorẽ legis, & blaſphemum, Dei ſibi gloriã vſurpantem. Tertia ratio eſt, vt oſtendat ſe habere poteſtatem mortis & vitæ, & eſſe iudicem mortuorum & viuorum: per hoc quòc Moyſem iam mortuum & Heliam adhuc viuentem, ſecum ducit. Quarta ratio eſt: quia ſicut Lucas dicit, Loquebantur cum eo de exceſſu, quem completurus erat in Hieruſalem, id eſt de paſſione & morte ſua. Et ideo vt ſuper hoc diſcipulorum animos confirmaret inducit eos in medium, qui ſe morti expoſuerunt pro Deo. Nam Moyſes cum periculo mortis ſe obtulit Pharaoni: Helias verò Regi Achab. Quinta ratio eſt: quia volebat vt diſcipuli ſui æmularentur Moyſi manſuetudinem, & zelum Heliæ. Sextam rationem addit Hilar. vt oſtenderet, ſcilicet ſe per legem quam dedit Moyſes, & per Prophetas, inter quos fuit Helias præcipuus, eſſe prædicatum.

¶Ad quartum dicendum, quòd alta myſteria non ſunt omnibus exponenda immediatè: ſed per maiores ſuo tempore ad alios debent deuenire. Et ideo, vt Chryſoſtom. dicit, aſſumpſit tres tanquam potiores. Nam Petrus excellens fuit in dilectione, quam habuit ad Chriſtum, & iterum in poteſtate ſibi commiſſa. Ioan. verò in priuilegio amoris, quo à Chriſto diligebatur propter ſuam virginitatem: & iterum propter prærogatiuam euangelicæ doctrinæ. Iacobus autem propter prærogatiuam martyrij. Et tamen hoſ ipſos noluit hoc quod viderant, aliis annuntiare ante Reſurrectionem, ne (vt Hieronymus. dicit) & incredibile eſſet pro rei magnitudine, & poſt tantam gloriam, ſequens crux ſcandalum faceret, vel etiam totaliter impediretur à populo: & vt cùm eſſent Spiritu ſancto repleti, tunc geſtorum ſpiritualium teſtes eſſent.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm conuenienter auditum fuerit teſtimonium paternæ vocis in transfiguratione.

In cat. au. Matthe. 17. lib. 2. & Mar. 9. lib. 1.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd inconuenienter auditum fuerit teſtimonium paternæ vocis dicentis, Hic eſt filius meus dilectus. Quia, vt dicitur Iob. 33. ſemel loquitur Deus, ſecundò idipſum non repetit. Sed in baptiſmo hoc ipſum paterna vox fuerat proteſtata. Non ergo fuit conueniens, quòd hoc iterũ proteſtaretur in transfiguratione.

¶Præterea, In baptiſmo ſimul cum voce paterna affuit Spiritus ſanctus in ſpecie columbæ, quod in transfiguratione factum non fuit. Non ergo conueniens videtur fuiſſe Patris proteſtatio.

¶Præterea, Chriſtus docere incepit poſt baptiſmum, & tamen in baptiſmo vox Patris ad eum audiendum homines non induxerat, ergo nec in transfiguratione inducere debuit.

¶Præterea, Non debent aliquibus dici ea, quæ ferre non poſſunt, ſecundum illud Ioan. 16. Adhuc habeo vobis multa dicere, quæ non poteſtis portare modo. Sed diſcipuli vocem Patris ferre non poterant, dicitur enim Matthæ. 17. quòd audientes diſcipuli ceciderunt in faciem ſuam, & timuerunt valde. ergo non debuit vox paterna ad eos fieri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Quinta pars principalis.

CONSEQVENTER &c. Hic incipit tertia pars principalis, de exitu Christi ex hoc mundo.

¶ *super Quæstionem quadragesimasextam Articulum primum.*

Annot. TItulus vt soluat, sumatur quòd in corpore articuli distinguitur.

Comment ¶ In corpore distinctio vna ponitur cum tribus conclusionibus. Distinctio est de necessario dupliciter, vel simpliciter vel extrinseco, & hoc vel coactionis, vel suppositionis: & hoc vel sine quo non, vel non ita bene. Vbi videt, quod membra principalia distinctionis sunt tria, scilicet necessarij secundum se, vel coactionis, vel suppositionis. Si tamen vltimum membrum subdiuidatur, erunt quatuor, nu merando duos modos necessarij ex suppositione, scilicet vel quia sine ipso nō potest perueniri ad finem, vt nauigatio est necessaria ad perueniendum in insulam, vel sine quo non ita bene: vt equitare est necessarium ad eundum ex Bononia Romam, ad quam minus bene pedes posset quis ire. In litera omnes isti modi tanguntur distinguendo: sed conclusiones, ponendo tria tantùm principalia membra, consideranter: quia, vt patebit, sequentibus articulis reseruatur discussio subdistinctorū modorum, ad præsentem applicata materiam. Pronuntiatur ergo in litera iuxta tria principalia distinctionis membra prædicta, tres conclusiones. Prima est, Christum pati non fuit necessarium absolutè. Probatur quia Deus qui diffinuit Christum pati, non potest cogi & ipse Christus qui passus est, voluntariè passus est: oblatus est enim quia voluit. Tertia concluditur est: Christum pati, fuit necessarium necessitate suppositionis. Probatur & ex parte nostri, vt habeamus vitam æternam, Ioannis 3. & ex parte Christi, vt intraret in gloriam suam: Lucæ vltimo & ex parte Dei, vt impleretur diffinitio eius: Lucæ vigesimosecundo, & vltimo. Omnia sunt clara.

¶IN CONTRARIVM est autoritas Euangelicæ Scripturæ.

CONCLVSIO.

¶ Quanquā alio modo, quam per passionē potuerit Deus humanum genus liberare, suppositā tamen diuinā præscientiā, fuit impossibile alio modo quām per passionē hoc tantū bonū humano generi præstari.

¶RESPONDEO dicendum quòd adoptio filiorum Dei est per quandam conformitatem imaginis ad filium Dei naturalem. Quod quidem sit dupliciter, primò quidem sit per gratiam viæ, quæ est conformitas imperfecta. Secundò, per gloriam, quæ erit conformitas perfecta, secundum illud primæ Ioan. 3. Nunc filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Quia igitur gratiā per baptismum cōsequimur, in transfiguratione autem præmonstrata est claritas futuræ gloriæ, ideo tam in baptismo, quàm in transfiguratione conueniens fuit manifestari naturalem Christi filiationem testimonio Patris, quia solus est perfectè conscius illius perfectæ generationis simul cum Filio & Spiritu Sancto.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd illud verbum referendum est ad æternam Dei locutionem, qua Deus pater verbum vnicū protulit sibi coæternū. Et tamen potest dici, q̄ licet idem corporali voce Deus protulerit: non tamen propter idē, sed ad ostendēdū diuersum modū, quo homines participare possunt similitudinem filiationis æternæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut in baptismo vbi declaratum fuit mysterium primæ regenerationis, ostensa est operatio totius Trinitatis per hoc quòd fuit ibi filius incarnatus, apparuit Spiritus sanctus in specie columbæ, & Pater fuit ibi declaratus invocetus etiam in transfiguratione, quæ est sacramentum secundæ regenerationis, tota Trinitas apparuit, Pater in voce, Filius in homine, Spiritus sanctus in nube clara. Quia sicut in baptismo dat innocentiā, quæ per simplicitatē colūbæ designatur, ita in resurrectione dabit electis suis claritatē gloriæ & refrigerium ab omni malo, quę designantur in nube lucida.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus venerat gratiam actualiter dare: gloriam verò promittere verbo. Et ideo cōuenienter in transfiguratione inducuntur homines, vt ipsum audiant, non autem in baptismo.

¶Ad quartum dicendum, quòd conueniens fuit discipulos voce paterna terreri & prosterni, vt ostenderetur quòd excellentia illius gloriæ, quæ tunc demonstrabatur, excedit omnem sensum & facultatem mortalium, secundum illud Exod. 33. Non videbit me homo, & viuet. Et hoc est quod Hieronym. dicit super Matth. quòd humana fragilitas consecutum maioris gloriæ ferre non sustinet. Ab hac autē fragilitate sanātur homines per Christū, eos in gloriā adducēdo: quod significatur per hoc quod dixit eis, Surgite, nolite timere.

QVAESTIO QVADRAGESIMASEXTA de Passione Christi in duodecim articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de his, quæ pertinent ad exitum Christi de mundo. Et primò de passione eius, secundò de morte, tertiò de sepultura, quartò, de descensu ad inferos.

¶Circa passionem occurrit triplex consideratio, prima de ipsa passione, secunda de efficiente passionis, tertia de fructu passionis.

¶Circa primum quærūntur duodecim.

¶Primò, vtrùm necesse fuerit Christum pati pro liberatione hominum.

¶Secundò, vtrùm fuerit alius mod⁹ possibilis liberationis humanæ.

¶Tertiò, vtrùm ille modus fuerit conuenientior.

¶Quartò, vtrùm fuerit conueniens quòd in cruce pateretur.

¶Quintò de generalitate passionis eius.

¶Sextò, vtrùm dolor, quem in passione sustinuit, fuerit maximus.

¶Septimò, vtrùm tota anima eius pateretur.

¶Octauò, vtrùm passio eius impediuerit gaudium fruitionis.

¶Nonò, de tempore passionis.

¶Decimò, de loco.

¶ Vndecimò, vtrùm conueniens fuerit, ipsum cum latronibus crucifigi.

¶Duodecimò, vtrùm passio ipsius Christi sit diuinitati attribuenda.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm fuerit necessarium Christū pati pro liberatione humani generis. 3.di.19.q.1.a.1.q.a.2.q.a.3.q.a.1.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit necessarium Christum pati pro humani generis liberatione. Humanum enim genus liberari non poterat nisi à Deo: secundum illud Isa. 45. Nunquid non ego Dominus, & non est vltrà Deus absque me? Deus iustus & saluans non est præter me. In Deo autem non cadit aliqua necessitas: quia hoc repugnaret omnipotentiæ ipsius. Ergo non fuit necessarium Christum pati.

¶Præterea, Necessarium voluntario opponitur. Sed Christus propria voluntate est passus: dicitur enim Isa. 53. Oblatus est, quia ipse voluit, non ergo necessarium fuit eum pati.

¶Præterea, Sicut in Psal. dicitur, Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas. Sed non videtur necessarium, quòd pateretur ex parte misericordiæ diuinæ: quæ sicut gratis dona tribuit, ita videtur quòd gratis debita relaxet absque satisfactione, neque etiam ex parte diuinæ iustitiæ, secundum quam homo æternam damnationem meruerat. Ergo videtur non fuisse necessarium quòd Christus pro liberatione hominum pateretur.

¶Præterea, Angelici natura est excellentior, quàm humana, vt patet per Diony. 4. ca. de di. no. sed pro reparatione angelicæ naturę, quæ peccauerat, Christus non est passus. Ergo videtur quòd nec etiam fuerit necessarium eum pati pro salute humani generis.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ioan. 1. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: sic oportet exaltari Filium hominis, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Quod quidem de exaltatione in cruce intelligitur. ergo videtur quòd Christum oportuerit pati.

CONCLVSIO.

¶ Quanquam necessarium non fuerit Christum pati aliqua coactionis necessitate vel ex parte Dei, qui ipsum pati diffinierat, nec ipsius, qui voluntariè passus fuit: necessarium tamen, & expediens fuit, vt sibi, & nobis vitam promereretur æternam, pro nobis Patri satisfaceret, & vt omnem in hoc impleret scripturam.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut Philosophus docet in quinto Meta.) necessarium multipliciter dicitur. Vno quidem modo, quod secundum sui naturam impossibile est aliter se habere, & sic manifestum est, quòd non fuit necessarium Christum pati, neque ex parte Dei, neq; ex parte hominis. Alio modo dicitur aliquid necessarium ex aliquo exteriori. Quod quidem si sit causa efficiens vel mouens, facit necessitatem coactionis: vt puta cùm aliquid nō potest ire propter violentiam detinentis ipsum. Si verò illud exterius, quod necessitatem inducit, sit finis, dicetur aliquis necessarium ex suppositione finis: quando scilicet finis aliquis aut nullo modo potest esse, aut non potest esse conuenienter nisi rali fine præsupposito. Non ergo fuit necessariū Christū pati necessitate coactionis, neq; ex parte Dei, qui Christū diffinitut pati, neq; etiā ex parte ipsius Christi, qui voluntariè passus est. Fuit autem necessarium necessitate finis: qui quidē potest tripliciter intelligi. Primò quidē ex parte nostra, qui per eius passionem liberati sumus: secundū illud Io. 3. Oportet exaltari Filiū hominis, vt omnis qui crēdit in eum, non pereat, sed habeat vitā æternam. Secundò, ex parte ipsius Christi, qui per humilitatē passionis meruit gloriam exaltationis. Et ad hoc pertinet quod dicitur Lucæ vltimo, Hæc oportuit Christum pati, & sic intrare in gloriam suam. Tertiò, ex parte Dei: cuius diffinitionem circa passionem Christi prænuntiatam in Scripturis, & præfiguratam in obseruantia veteris Testamenti, oportebat impleri. Et hoc est quod dicitur Luc. 22. Filius hominis, secundū quòd diffinitum est, vadit. Et Luc. vlt. Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, cùm adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt, in lege Moysi & Prophetis & Psalmis de me. *Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati & resurgere à mortuis.

*Aliàs & quoniā scriptū est, quoniā oportebat, &c.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de necessitate coactionis ex parte Dei.

¶Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de necessitate coactionis ex parte hominis Christi.

¶Ad tertium dicendum, quòd hominem liberari per passionē Christi, conueniens fuit & misericordiæ, & iustitiæ eius iustitiæ quidem: quia per passionem suam Christus satisfecit pro peccato humani generis: & ita homo per iustitiā Christi liberatus est. Misericordiæ verò: quia cùm homo per se satisfacere non posset pro peccato totius humanæ naturæ (vt supra habitum est) Deus ei satisfactorem dedit filium suum, secundum illud Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Et hoc fuit abundantioris misericordiæ, quàm si peccata absque satisfactione dimisisset. Vnde dicitur Ephes. 2. Deus, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, cùm essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo.

¶Ad quartū dicendum, q̄ peccatum Angeli non fuit remediabile sicut peccatum hominis, vt ex supradictis in Prima parte patet.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm fuerit possibilis alius modus liberationis humanæ, quàm per passionem Christi.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit possibilis alius modus liberationis humanæ, quam per passionem Christi. Dicit enim dominus Ioan. 12. Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert, vbi dicit Augustinus, quòd seipsum granum dicebat. Nisi ergo mortem passus esset, aliter fructum nostræ liberationis non fecisset.

¶Præterea, Matth. 26. dominus dicit ad Patrem, Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Loquitur autem ibi de calice passionis. ergo passio Christi præteriri non poterat. Vnde & Hilarius dicit, Ideo calix transire non potest nisi illum bibat: quia reparari nisi ex eius passione non possumus.

¶Præterea, Iustitia Dei exigebat, vt homo à peccato liberaretur, Christo per passionē satisfaciente. Sed Christus suam iustitiā nō potest præterire: dicitur enim 2. ad Timo. 2. Si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. Seipsum autē negaret, si iustitiā suā negaret, cùm ipse sit iustitia. ergo videtur quòd non fuerit possibile alio modo hominē liberari, quàm per passionē Christi.

¶Præterea, Fidei non potest subesse falsum. Sed antiqui Patres crediderunt Christum passurum. ergo videtur quòd non potuerit esse, quin Christus pateretur.

¶SED CONTRA est, quod Aug. dicit 13. de de Tri. Modū quo nos per mediatorē Dei & hominū, hominem Christum Iesum, Deus liberare dignatur, asserimus bonū & diuinæ congruū dignitati: verūm etiā ostendamus, non aliſi modū possibilē Deo defuisse, cuius potestati cūcta æqualiter subiacent.

CONCLVSIO.

¶ Quanquā alio modo, quam per passionē potuerit Deus humanū genus liberare, suppositā tamē diuina præscientia, fuit impossibile alio modo quā per passionē hoc tantum bonū humano generi præstari.

¶RESPONDEO dicendū, q̄ aliquid potest dici possibile vel impossibile dupliciter. Vno modo simpliciter & absolutè, alio modo ex suppositione. Simpliciter igitur & absolutè loquēdo, possibile fuit Deo alio mō do hominē liberare, quā per passionē Christi: quia non est impossibile apud Deū omne verbū, vt dicitur Luc. 1. Sed ex aliqua suppositione facta fuit impossibile: quia enim impossibile est Dei præscientiā falli, & eius voluntatē seu dispositionē cassari, suppositā præscientia & præordinatione Dei de passione Christi, non erat simul possibile Christū nō pati, vel hominē alio modo, quàm per eius passionem liberari. Et est eadem ratio de omnibus his quæ sunt præscita & præordinata a Deo, vt in Prima parte habitum est.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd dominus ibi loquitur suppositā præscientiā & præordinatione Dei, secundū quam erat ordinatum, vt fructus humanæ salutis non sequeretur, nisi Christo patiente. Et similiter intelligendum est quod secundo obiicitur: Si non potest hic calix transire nisi bibam illū, scilicet propter hoc, quòd tu ita dispositisti, vnde subdit, Fiat voluntas tua.

¶Ad tertiū dicendum, q̄ hæc etiā iustitia dependet ex voluntate diuina, ab humano genere satisfactionem exigēte pro peccato: nam si voluisset abiq; omni latisfactione hominē à peccato liberare, contra iustitiā non fecisset. Ille enim iudex nō potest saluā iustitia culpā sine pœna dimittere, qui habet punire culpā in alū cōmissam: puta vel in alium hominem, vel in totam rempublicam, siue in superiorem principē. Sed Deus non habet aliquē superiorē, sed ipse est supremum & cōmune bonum totius vniuersi. Et ideo si dimittat peccatū, quod habet rationē culpæ ex eo q̄ contra ipsum cōmittitur, nulli facit iniuriā: sicut quicūq; homo remittit offensam in se cōmissam abiq; satisfactione, misericorditer & nō iniustè agit. Et ideo David misericordiam petens, dicebat, Tibi soli peccaui: quasi dicat, potes sine iniustitia mihi dimittere.

¶Ad quartum dicendū, quòd fides humana, & etiam Scripturæ diuinæ, quibus fides instruitur, innituntur præscientiæ & præordinationi diuinæ. Et ideo eadem ratio est de necessitate, quæ prouenit ex suppositione eorum, & de necessitate, quæ prouenit ex præscientia & voluntate diuina.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm fuerit aliquis modus cōuenientior ad liberationē humani generis, quā per passionē Christi.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd alius modus conuenientior fuisset liberationis humanę, quàm per passionem Christi. Dicit enim dominus Ioan. 12. Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum affert, vbi dicit Augustinus, quòd seipsum granum dicebat. Nisi ergo mortem passus esset, aliter fructum nostræ liberationis non fecisset.

¶Præterea, Matth. 26. dominus dicit ad Patrem, Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum, fiat voluntas tua. Loquitur autem ibi de calice passionis. ergo passio Christi præteriri non poterat. Vnde & Hilarius dicit, Ideo calix transire non potest nisi illum bibat: quia reparari nisi ex eius passione non possumus.

¶Præterea, Iustitia Dei exigebat, vt homo à peccato liberaretur, Christo per passionē satisfaciente. Sed Christus suam iustitiā nō potest præterire: dicitur enim 2. ad Timo. 2. Si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest. Seipsum autē negaret, si iustitiā suā negaret, cùm ipse sit iustitia. ergo videtur quòd non fuerit possibile alio modo hominē liberari, quàm per passionē Christi.

¶Præterea, Fidei non potest subesse falsum. Sed antiqui Patres crediderunt Christum passurum. ergo videtur quòd non potuerit esse, quin Christus pateretur.

¶SED CONTRA est, quod Aug. dicit 13. de de Tri. Modū quo nos per mediatorē Dei & hominū, hominem Christum Iesum, Deus liberare dignatur, asserimus bonū & diuinæ congruū dignitati: verūm etiā ostendamus, non aliſi modū possibilē Deo defuisse, cuius potestati cūcta æqualiter subiacent.

CONCLVSIO.

¶ Quanquā alio modo, quam per passionē potuerit Deus humanū genus liberare, suppositā tamē diuina præscientia, fuit impossibile alio modo quā per passionē hoc tantum bonū humano generi præstari.

¶RESPONDEO dicendū, q̄ aliquid potest dici possibile vel impossibile dupliciter. Vno modo simpliciter & absolutè, alio modo ex suppositione. Simpliciter igitur & absolutè loquēdo, possibile fuit Deo alio mō do hominē liberare, quā per passionē Christi: quia non est impossibile apud Deū omne verbū, vt dicitur Luc. 1. Sed ex aliqua suppositione facta fuit impossibile: quia enim impossibile est Dei præscientiā falli, & eius voluntatē seu dispositionē cassari, suppositā præscientia & præordinatione Dei de passione Christi, non erat simul possibile Christū nō pati, vel hominē alio modo, quàm per eius passionem liberari. Et est eadem ratio de omnibus his quæ sunt præscita & præordinata a Deo, vt in Prima parte habitum est.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd dominus ibi loquitur suppositā præscientiā & præordinatione Dei, secundū quam erat ordinatum, vt fructus humanæ salutis non sequeretur, nisi Christo patiente. Et similiter intelligendum est quod secundo obiicitur: Si non potest hic calix transire nisi bibam illū, scilicet propter hoc, quòd tu ita dispositisti, vnde subdit, Fiat voluntas tua.

¶Ad tertiū dicendum, q̄ hæc etiā iustitia dependet ex voluntate diuina, ab humano genere satisfactionem exigēte pro peccato: nam si voluisset abiq; omni latisfactione hominē à peccato liberare, contra iustitiā non fecisset. Ille enim iudex nō potest saluā iustitia culpā sine pœna dimittere, qui habet punire culpā in alū cōmissam: puta vel in alium hominem, vel in totam rempublicam, siue in superiorem principē. Sed Deus non habet aliquē superiorē, sed ipse est supremum & cōmune bonum totius vniuersi. Et ideo si dimittat peccatū, quod habet rationē culpæ ex eo q̄ contra ipsum cōmittitur, nulli facit iniuriā: sicut quicūq; homo remittit offensam in se cōmissam abiq; satisfactione, misericorditer & nō iniustè agit. Et ideo David misericordiam petens, dicebat, Tibi soli peccaui: quasi dicat, potes sine iniustitia mihi dimittere.

¶Ad quartum dicendū, quòd fides humana, & etiam Scripturæ diuinæ, quibus fides instruitur, innituntur præscientiæ & præordinationi diuinæ. Et ideo eadem ratio est de necessitate, quæ prouenit ex suppositione eorum, & de necessitate, quæ prouenit ex præscientia & voluntate diuina.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm fuerit aliquis modus cōuenientior ad liberationē humani generis, quā per passionē Christi.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd alius modus conuenientior fuisset liberationis humanę, quàm per passionem Chri-

Annot. Titulus monstrat quacunam iam esse distinctionē factam in primo articulo de necessario. Nam illorum duorū modorum ibi indifferentiorum, scilicet necessarium sine quo nullo modo potest haberi finis, & sine quo non ita conueniēter) primū in secundo articulo discussum est, vt patuit in illo: restat quum aurē in præsenti articulo discutitur. Cōparatur fiquidē in hoc titulo passio Christi ad quodcunque aliud medium possibile pro libertate humana, secundum conuenientiam: an scilicet ipsa passio Christi sit conuenientius medium, quàm alia. Et quo enim concluſum fuit, quòd non est medium necessarium: sine quo nō oportebat discurrere, an sit medium necessarium propter melius: quod nunc fit. Et scito, quòd quemadmodū articulus secundus motus est simpliciter & absolutè de medio alio possibili ad talem finē, & nō præsupposita diffinitione Dei de medio hoc, scilicet passionis Christi & præterea responsum est cū distinctione, ita hīc quoq; inter media ad talem finem possibilia simpliciter & absolutè, quæritur quod eorū sit conuenientius. Et est quasi quærere rationes, quare tale medium, scilicet passionis Christi, sit potius præelectū ad talem finem, scilicet liberationis humanæ, quàm quodcunq; aliud medium Deo possibile. Dici autē, quasi quia hīc non discutitur diuina voluntaria ratio, sed ratio seu proportio & cōuenientia maior media ad finem.

¶In corpore vnica conclusio: Modus liberationis humanę per passionem Christi est conuenientior, quàm per *3.di. 18 solum Dei voluntatem. *art. 6.q. Probatur: Tantò mo- 2.cor. dus aliquis est conue- Et dist. nientior, quantò per 20. arti. ipsum plura concurrūt 4.q.2. expedientia ad finem Et quol. illum, sed per modum 3.art. 2. istū multa concurrunt, quæ non concurrerent, si per

Universidad de Deusto
Biblioteca

si per solam Dei voluntatem liberaremur. ergo. Probatur minor ex quibusdam effectis in litera.

Annot. VBI nota quòd alij modi liberationis humanæ aut essent per creaturā aliquam, aut per solam Dei voluntatem. Et si quidem per aliquam creaturā mediam liberaremur, erat & euidenter constat quòd remotius fuisset medium ab efficacia perficiendi ad finē, quàm passio Christi: quoniam est passio suppositi diuini efficacissimi ad omnia, & quia hoc erat per se euidens, derelictum est ab Autore. Si verò esset per solam Dei voluntatem, expeditius quidem fuisset, vtpote sola voluntate Dei concurrente. sed non suauis tóque boni fuisset modus liberandi hominem: vt patet ex tot bonis in litera positis. Et propterea Autor comparauit modum passionis Christi ad modum ex sola Dei voluntate, tanquā præse ferentem aliquid difficultatis.

Annot. ¶Circa rationes reddit ar in litera maioris conuenientiæ ad liberandum genus humanum per Christi passionem, aduertere, quòd ad duo capita primaria vniuersæ reduci videntur, vel ad suauitatem dispositionis, vel ad humanam dignitatē. Nā duci nos in salutem ex commendata Dei charitatē & exemplo Christi. & merito & pretiositate, & huiusmodi, ad suauem spectat dispositionem nostræ consequendæ salutis, quòd autem homo seipsum saluet, redimat, prosequatur, mereatur, vincat, satisfaciat, triumphet, regnet, iudicet, & huiusmodi, ad nostram spectat dignitatem: vt facile patet discurrendo. ¶In responsione ad secundū circa illud Chrysostomi, Sed & si absq; morte corpus alicubi depositisset, aduertē. q. si, vt sonat, simisit, nō videtur intelligibile: quoniam sine morte corpus non deponitur: nam si occultaretur à sensibus nostris, non propterea esset depositum sed occultatum, & propterea non de morte, vt est separatio animæ à corpore, sed de morte, vt est resolutio corporis terminata ad separationem animæ à corpore, intelligo: quoniā de huiusmodi mortē ptolquitur est, dicens inconueniens fuisse, si ægrotauisset corpus glue, & in consequentiā omniū solueretur, quasi diceret, quòd tam si naturali resolutione obiisset, quàm si miraculosè ex diuina potestate absq; præuia dissolutione, subitò separasset animam à corpore, alicubi deponens

si per solam Dei voluntatem liberaremur. ergo. Probatur minor ex quibusdam effectis in litera.

Annot. VBI nota quòd alij modi liberationis humanæ aut essent per creaturā aliquam, aut per solam Dei voluntatem. Et si quidem per aliquam creaturā mediam liberaremur, erat & euidenter constat quòd remotius fuisset medium ab efficacia perficiendi ad finē, quàm passio Christi: quoniam est passio suppositi diuini efficacissimi ad omnia, & quia hoc erat per se euidens, derelictum est ab Autore. Si verò esset per solam Dei voluntatem, expeditius quidem fuisset, vtpote sola voluntate Dei concurrente. sed non suauis tóque boni fuisset modus liberandi hominem: vt patet ex tot bonis in litera positis. Et propterea Autor comparauit modum passionis Christi ad modum ex sola Dei voluntate, tanquā præse ferentem aliquid difficultatis.

Annot. ¶Circa rationes reddit ar in litera maioris conuenientiæ ad liberandum genus humanum per Christi passionem, aduertere, quòd ad duo capita primaria vniuersæ reduci videntur, vel ad suauitatem dispositionis, vel ad humanam dignitatē. Nā duci nos in salutem ex commendata Dei charitatē & exemplo Christi. & merito & pretiositate, & huiusmodi, ad suauem spectat dispositionem nostræ consequendæ salutis, quòd autem homo seipsum saluet, redimat, prosequatur, mereatur, vincat, satisfaciat, triumphet, regnet, iudicet, & huiusmodi, ad nostram spectat dignitatem: vt facile patet discurrendo. ¶In responsione ad secundū circa illud Chrysostomi, Sed & si absq; morte corpus alicubi depositisset, aduertē. q. si, vt sonat, simisit, nō videtur intelligibile: quoniam sine morte corpus non deponitur: nam si occultaretur à sensibus nostris, non propterea esset depositum sed occultatum, & propterea non de morte, vt est separatio animæ à corpore, sed de morte, vt est resolutio corporis terminata ad separationem animæ à corpore, intelligo: quoniā de huiusmodi morte ptolquitur est, dicens inconueniens fuisse, si ægrotauisset corpus glue, & inconsequentiā omniū solueretur, quasi diceret, quòd tam si naturali resolutione obiisset, quàm si miraculosè ex diuina potestate absq; præuia dissolutione, subitò separasset animam à corpore, alicubi deponens

sti. Natura enim in sua operatione imitatur opus diuinum, vtpote à Deo mota & regulata. Sed natura non facit per duo quod per vnum potest facere. Cùm ergo Deus potuerit hominem liberare solā propria voluntate, non videtur conueniens fuisse, quòd ad liberationem humani generis Christi passio adderetur.

¶Præterea, Ea quæ fiunt per naturam, conuenientius fiunt, quàm ea quæ fiunt per violentiam: quia violentia est quædam excisio seu casus ab eo quod est secundum naturā: vt dicitur in lib. 3. de Cælo. Sed passio Christi mortem violentam induxit. ergo conuenientius fuisset, vt Christus naturali morte moriendo, hominem liberaret, quàm quòd pateretur.

¶Præterea, Conuenientissimum videtur, q̄ ille qui violenter & iniustè detinet, per superioris potentiam spolietur. vnde Isa. 52. dicit, Gratis venundati estis, & sine argento redimemini. Sed diabolus nullum ius in homine habebat: quem per fraudem decepérat, & per quandam violentiam seruituti subiectum detinebat. Ergo videtur conuenientissimum fuisse, quòd Christus diabolum per solam potentiam spoliaret absque sua passione.

¶SED CONTRA est quod Augustinus dicit 13. de Trin. Sanandæ nostræ miseriæ conuenientior modus alius non fuit, quàm per Christi passionem.

CONCLVSIO.

¶Conuenientius fuit hominem liberari per passionem Christi, cùm maiora & patiora bona per eam consecuti fuerimus, quàm per Dei voluntatem.

¶RESPONDEO dicendum, quòd tantò aliquis modus conuenientior est ad assequendum finem, quantò per ipsum plura concurrunt, quæ sunt expedientia fini. Per hoc autem, quòd homo per Christi passionem est liberatus, multa cōcurrerunt ad salutem hominis pertinentia præter liberationem à peccato. Primò enim per hoc homo cognoscit, quantùm Deus hominem diligat, & per hoc prouocatur ad eum diligendum, in quo perfectio humanæ saluatis consistit. Vnde Apost. dicit Rom. 5. Commendat suam charitatem Deus in nobis: quoniā cùm inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Secundò, quia per hoc dedit nobis exemplum obedientiæ, humilitatis, constantiæ, iustitiæ, & cæterarū virtutū in passione Christi ostensarum: quæ sunt necessariæ ad humanam saluté. Vnde dicitur primæ Pet. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius. Tertiò, quia Christus per passionem suam non solùm hominē à peccato liberauit, sed etiam gratiam iustificantem & gloriam beatitudinis ei promeruit, vt infra dicetur. Quartò, quia per hoc est homini inducta maior necessitas, se immunem à peccato conseruandi, qui se sanguine Christi redemptum cognoscit à peccato: secundum illud primæ Cor. 6. Empti enim estis pretio magno: glorificate & portate Deum in corpore vestro. Quintò, quia hoc ad maiorem dignitatem hominis cessit: vt sicut homo victus fuerat & deceptus à diabolo, ita etiam homo esset qui diabolum vinceret: & sicut homo mortem meruit, ita homo moriendo, mortem superaret, vnde dicitur primæ ad Corinth. 5. Deo gratia, qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum. Et ideo conuenientius fuit, quòd per passionem Christi liberaremur, quàm per solam Dei voluntatem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd natura etiam vt aliquid conuenientius faciat, plura ad vnum assumit, sicut duos oculos ad videndum. Et idem patet in aliis.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut Chrysosto. dicit, Christus non sui mortem, quam non habebat, cùm sit vita: sed hominum mortem venerat consumpturus. Vnde non propria morte corpus deposuit, sed ab hominibus illatam sustinuit. Sed etsi ægrotauisset corpus eius, & in conspectu omnium soluetur, inconueniens erat eum, qui sanaret aliorum languores, habere proprium corpus affectum languoribus. Sed & si absque morte corpus alicubi seorsum deposuisset, ac deinde se offerret, non crederetur ei de resurrectione differenti. Quomodo enim pateret Christi in morte victoria, nisi coram omnibus eam patiens, per incurruptionem corporis probasset extinctam?

¶Ad tertium dicendum, quòd licet diabolus iniustè inuaserit hominem: tamen homo propter peccatum, iustè erat sub seruitute diaboli derelictus à Deo. Et ideo conueniens fuit, vt per iustitiam homo à seruitute diaboli liberaretur, Christo satisfaciente pro ipso per suam passionem. Fuit etiam hoc cōueniens ad vincendam superbiam diaboli, qui est desertor iustitiæ, & amator potentiæ, vt Christus diabolum vinceret, & hominem liberaret, non per solam potentiam deitatis, sed etiam per iustitiam & humiliratem passionis, vt Augustinus dicit 13. de Trinitate.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrum Christus pati debuerit in cruce.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non debuerit pati in cruce. Veritas enim deber respondere figuræ. Sed in figura Christi præcesserunt omnia sacrificia veteris Testamenti, in quibus animalia gladio necabantur, & postmodum igni cremabantur. Ergo videtur quòd Christus non debuerit pati in cruce, sed magis gladio vel igne.

¶Præterea, Damascen. dicit quòd Christus non debuerit assumere detrectabiles passiones. Sed mors crucis videtur fuisse maximè detrectabilis & ignominiosa. vnde dicitur Sapient. 2. Morte turpissima condemnemus eum. Ergo videtur quòd Christus non debuerit pati mortem crucis.

¶Præterea, De Christo dicitur, Benedictus qui venit in nomine Domini, vt patet Matthæ. 21. Sed mors crucis erat mors maledictionis, secundum illud Deutero. 21. Maledictus est à Deo, qui pendet in ligno. Ergo videtur quòd non fuerit conueniens Christum crucifigi.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Philip. 2. Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.

CONCLVSIO.

¶Congruum fuit, vt ii, qui pro omnib⁹ salute morituros aduenerit, & pro peccato primi hominis satisfacturus, non aliā, quàm mortem crucis pateretur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd conuenientissimum fuit Christum pati mortem crucis. Primò quidem propter exemplum virtutis. Dicit enim Aug. in lib. 83. quæst. sapientia Dei hominem ad exemplum, quo rectè viueremus, suscepit. Pertinet autem ad vitam rectam, ea, quæ non sunt metuenda, non metuere. Sunt autem homines, qui quamuis mortem ipsam non timeant, genus tamen mortis horrescunt. Vt ergo nullum genus mortis rectè viuenti homini metuendum esset, illius hominis cruce ostendendum fuit: nihil enim erat inter omnia genera mortis, illo genere execrabilius & formidabilius. Secundò, quia hoc genus mortis maximè

¶Super Quæstionis quadragesimæsextæ Articulum quintum.

Annot. TItulus de passionibus corporalibus ab extrinseco illatis intelligitur, vt in corpore art. Autor. explicat. Sūt enim duo genera passionū. Quædam spirituales: vt decipi, priuari virtute, & huiusmodi. Quæ longè fuerunt à Christo: quia derogarent perfectioni animæ ipsius. Quædam corporales: & hæ sunt duplices, quædā ab intrinseco, vt ægritudines corporales. Et de his nō est quæstio: quia nō decuit Christū infirmari: sed fuit ab intrinseco habere passiones naturales absq; ægritudine, vt famem, sitim, lassitudinē quo ad corpus & tristitiā, timorem, & huiusmodi quo ad partem sensitiuā animæ. Quædam verò ab extrinseco, siue sint puræ corporales, vt flagella, confessio, & huiusmodi: siue aliqualiter spirituales, vt infamia, & huiusmodi. Et similiter siue extrinsecè, vt spoliari, & huiusmodi: siue intus, vt tristari ex sensatis, & obiectis. Debita enim quæ ab extrinseco infertri possunt passionibus absq; spirituali damno in anima patientis, quæstio est, vt vnico verbo dicatur.

Cōcord. ¶In corpore est vna distinctio bimembris cum duabus conclusionibus iuxta ipsa membra distinctionis, interiecta explicatione tertiæ. Distinctio est: Passiones humanæ ab extrinseco possunt considerari dupliciter, vel secundū species, vel secundum genus. Prima conclusio: Nō oportuit Christum pati omnem humanā passionem secundum speciē. Probatur: quia multæ earum sunt cōtrariæ: vt pater. Secunda conclusio est: Christus passus est omnem humanā passionē secundū genus. Probatur tripliciter: & ex parte generalitatis conditionum agentiū à quibus, & rerum in quibus, & membrorum secundum quæ passus est.

Annot. ¶Aduerte hic primò, quòd Autor summatim pertransiit generalitatem passionum Christi: nam si adamussim inumerandæ essent omnes conditiones passionum eius & differentiæ earum, humanum ingenium sortè deficeret. Clarè siquidem liquet, quòd passus est ludicialiter & extraiudicialiter: à iudicio ecclesiastico & secularī passus est obiectione superbiæ, blasphemiæ, seductionis, ambitionis, rebellionis Cæsareæ, vsurpationis diuinæ: passus est à reibus falsis, & à propria confessione occasionaliter: passus est

Aliàs q. maximè conueniens erat satisfactioni pro peccato primi parentis: quod fuit ex eo quòd contra mandatum Dei, pomum ligni veriti sumpsit. Et ideo conueniens fuit, quòd Christus ad satisfaciendum pro illo peccato seipsum pateretur ligno affigi, quasi restituens quod Adam sustulerat: secundum illud Psal. Quę non rapui, tunc exoluebam. Vnde Augustin. dicit in quodam sermone de passione, Contempsit Adam præceptum, accipiens ex arbore pomum, sed quicquid Adam perdidit, Christus in cruce inuenit. Tertia ratio est, quia (vt Chrysost. dicit in sermone de passione) in excelso ligno, & non sub tecto passus est, vt etiam ipsius aëris natura mundetur, sed & ipsa terra simile beneficium sentiebat decurrentis de latere sanguinis stillatione mundata. Et super illud Ioan. tertio, Oportet exaltari Filium hominis, dicit, Exaltari audiens suspensionem intelligas in altum, vt sanctificaret aërem, qui sanctificaueratterram ambulando in ea. Quarta ratio est: quia per hoc quod in alto moritur, ascensum nobis parat in cælum, vt Chrysost. dicit. Et inde est, quod ipse dicit Ioan. 12. Ego, si exaltatus fuerò à terra, omnia traham ad meipsum. Quinta ratio est, quia hoc competit vniuersali saluationi totius mundi. Vnde Gregor. Nice. dicit, quòd figura crucis à medio contactu * in quatuor extrema partita, significat virtutem & prouidentiam eius, qui in ea pependit, vbique diffusam. Chrysost. etiam dicit quòd in cruce expansis manibus moritur, vt altera manu veterem populum, altera, eos qui ex Gentibus sunt, trahat. Sexta ratio est: quia per hoc genus mortis diuersæ virtutes designantur, Vnde Augustin. dicit in lib. de gratia vete, & noui Testamenti, Non frustra tale genus mortis elegit, vt latitudinis & altitudinis & longitudinis & profunditatis, de quibus Apostolus loquitur, magister existeret. Nam latitudo est in eo ligno quod transuersum desuper figitur. hoc ad bona opera pertinet: quia ibi extenduntur manus. Longitudo in eo quod ab ipso ligno vsque ad terram conspicuum est: ibi enim quodam modo statur, * id est persistitur & perseueratur, quod longanimitati tribuitur. Altitudo est in ea ligni parte, quæ ab illa quæ transuersum figitur, sursum versus relinquitur, hoc est ad caput crucifixi: quia bene sperantium superna expectatio est. Iam verò illud ex ligno quod fixum occultatur, vnde totum illud exurgit, profunditatem significat gratuitæ gratiæ. Et sicut Augustin. super Ioan. dicit, Lignum, in quo fixa erant membra patientis, etiam cathedra fuit magistri docentis. Septima ratio est: quia hoc genus mortis plurimis figuris respondet. Vt enim Augustin. dicit in sermone de passione, de diluuio aquarum, humanum genus arca lignea liberauit. De Aegypto Dei populo recedente, Moyses mare virga diuisit, & Pharaonem prostrauit, & populum Dei redemit. Idem Moyses lignum in aqua misit, & amaram aquam in dulcedinem commutauit. Ex lignea virga de spirituali petra salutaris vnda profertur. Et vt Amalec vincereturcirca virgam Moyses expansis manibus extenditur. Et lex Dei, arcæ Testamenti creditur lignea. Vt his omnibus ad lignum crucis, quasi per quosdam gradus veniatur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd altare holocaustorum, in quo sacrificia animalium offerebantur, erat factum de lignis, vt habetur Exod. 26. & quantum ad hoc veritas respondet figuræ. Non autem oportet quòd quantum ad omnia: quia iam non esset similitudo, sed veritas, vt Damascē. dicit in 3. lib. Specialiter tamen, vt Chrysost. dicit, non caput ei amputatur, vt Ioanni, neque fractus est, vt Isaias: vt corpus integrum & indiuisibile morti seruet, & non fiat occasio volentibus Ecclesiam diuidere. Loco autem materialis ignis, fuit in holocausto Christi, ignis charitatis.

¶Ad secundum dicendum, quòd Christus detractibiles passiones assumere renuit, quæ pertinebant ad defectum scientiæ vel gratiæ aut etiam virtutis. Non autem illas, quæ pertinent ad iniuriam ab exteriori illatam, quinimò, vt dicitur Hebræ. 12. sustinuit crucem, confusione contempta.

¶Ad tertium dicendum, quòd (sicut Augustinus dicit 14. contra Faustum) peccatum maledictum est, & per consequens mors & mortalitas ex peccato proueniens. Caro autem Christi mortalis fuit, similitudinem habens carnis peccati: & propter hoc Moyses eam nominat maledictum: sicut & Apostolus nominat eam peccatum: dicens secundæ ad Corinth. 5. Eum, qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit, scilicet propter pœnam peccati. Nec ideo maior inuidia est: quia dixit, Maledictus est à Deo, nisi enim Deus peccatum odisset, non ad eam suscipiendam atq; tollendam filium suum mitteret. Confitere ergo maledictum susceptisse pro nobis, quem confiteris mortuum esse pro nobis. Vnde ad Galat. 3. dicitur, Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.

ARTICVLVS V.

¶Vtrum Christus omnes passiones sustinuerit.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd Christus omnes passiones sustinuerit. Dicit enim Hilar. 10. de Trin. Vnigenitus Dei ad peragendum mortis suæ sacramentum, consummasse se omne humanarum genus passionum testatur, cùm inclinato capite emisit spiritum. Videtur ergo quòd omnes passiones humanas sustinuerit. *Infrà q. 48. ar. 1. & 2.*

¶Præterea, Isa. 52. dicitur, Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde, sicut obstupuerunt super eum multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius & forma eius inter filios hominum. Sed Christus est exaltatus secundum hoc quòd habuit omnem gratiam & omnem scientiam, pro quo super eum multi admirantes obstupuerunt. Ergo videtur quòd inglorius fuerit, sustinendo omnem passionem humanam.

¶Præterea, Passio Christi ordinata est ad liberationem hominis à peccato, vt suprà dictum est. Sed Christus venit liberare homines ab omni genere peccatorum. ergo debuit pati omne genus passionum.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Ioan. 19. quòd milites primi quidem fregerunt crura, & alterius, qui crucifixus est cum eo: ad Iesum autem cùm venissent, non fregerunt eius crura. Non ergo passus est omnem humanam passionem.

CONCLVSIO.

¶Passus est Christus omnes passiones humanas, non quidem secundum speciem, sed secundum genus, vt totum humanum etiam ex hoc liberasse genus diceretur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd passiones humanæ possunt considerari dupliciter. Vno modo quantum ad speciem, & sic non oportuit Christum pati omnem passionem, quia multæ passionum species sibiinuicem contrariantur, sicut combustio in igne & submersio in aqua. Loquimur enim nunc de passionibus ab extrinseco illatis: quia passiones ab intrinseco causatas (sicut sunt ægritudines corporales) non decuit eum pati, vt suprà dictum est. Sed secundum genus passus est omnem passionem humanam. Quod quidem potest considerari tripliciter. Vno modo ex parte hominum, à quibus passus est. Passus est enim aliquid & à Gentilibus & à Iudæis & à masculis & à fœminis, vt patet de ancillis accusantibus Petrum. Passus est etiam & à principibus & à ministris eorum & popularibus, secundum illud Psalm. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt Reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Passus est etiam à familiaribus & notis: sicut patet de Iuda eum prodente, & Petro ipsum

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt malus, & vt stultus, passus est à viris timoratis secundum legem Dei (vtpote non intercuntibus in Pretorium, & vacantibus operibus misericordiæ actualiter, & à scelestatis passu est & simpliciter, & comparatiue ad Barabbam. Et breuiter ad pelagas passionum harum contemplatio ingressum dans nouæ semper adiiciet.

Annot. ¶Aduerte secundò, q. ad literam Christus generalitatem passionũ susceptt, vt vniuersum quo ad mala deificaret. Ita q. sicut verbũ diuinum susceptũ de humana natura, assumpsit quodammodo totum vniuersum quo ad bona (pro quanto in homine omnes creaturæ quodãmodo inueniuntur: vt in principio huius libri declarauimus) ita susceptũ de mala hominum in generalitate suarum passionũ, deificauit totũ vniuersum, quo ad mala: in malo enim hominis omnia mala quodãmodo inueniuntur. In cuius signum etiã malo culpæ carnẽ suam in patribus subiacere voluit, vt de massa peccatrice esset. Et sacramenta, malum culpæ etiã quodãmodo deificarent: vt omnino impletum cõspiciamus, quòd sic Deus dilexit mũdũ, & secundũ bona & secundum mala, vt filiũ suum vnigenitũ daret.

Prodest autẽ malorũ huiusmodi tanta dignitas humano generi: val de quoniam malorum incursus post Adæ peccatum inculabilis est, & necessarius in via viris ambulantibus ad cælestem patriam. Naturaliter autẽ axiosa, fragilitia tristitiaq; sunt mala: & properata arcta durãq; dicitur via vitæ. Sed vbi assumpta à verbo Dei in propria persona, mala sunt deificata proculdubio sunt & inde reddita sunt desiderabilia super aurũ & lapidẽ pretiosum, quũ nõ habentur & dulciora super mel & fauum. quum habentur: vt gesta martyrum testatur, dicentia. Hoc est quod semper optaui: has epulas ego semper optaui: videor mihi quòd super roseos flores incedam, &c. Et hinc virtutis via patiendo mala, facta est humano generi amabilis, desiderabilis atque delectabilis secundum seipsam, sed animalis homo non percipit quæ Dei sunt: palato enim non sano pœna est panis, qui tamen est suauis: & oculis ægris odiosa lux, quæ puris est amabilis.

¶ *super Quæstionem quadragesimæsextæ Articulum sextum.*

Cõment. TItulus, vt sonat, intelligẽdus est. ¶ In corpore ipsum negante. Alio modo pãtet idem ex parte eorum in quibus homo potest pati. Passus est enim Christus in suis amicis, cum deserentibus. In fama, per blasphemias contra eum prolatas. In honore & gloria per irrisiones & contumelias ei illatas. In rebus, per hoc quòd etiam vestibus spoliatus est. In anima per tristitiam, tædium & timorem. In corpore per vulnera & flagella. Tertiò potest considerari quantum ad corporis membra. Passus est enim Christus in capite, pungentium spinarum coronam, in manibus & pedibus fixionem clauorum, in facie alapas: & in toto corpore flagella. Fuit etiam passus secundum omnem sensum corporeum. secundum tactum quidem, flagellatus & clauis confixus: secundum gustum, felle & aceto poratus: secundum olfactum, in loco fœtido cadauerum mortuorum (qui dicitur Caluarie) appensus patibulo: secundum auditum, lacessitus vocibus blasphemantium & irridentium: secundum visum, videns matrem & discipulum, quem diligebat, flentes.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd verbum illud Hil. est intelligendum quantum ad omnia genera passionum, non autem quantum ad omnes species.

¶Ad secundum dicendum, quòd similitudo ibi attenditur, non quantum ad numerum passionũ & gratiarum, sed quantum ad magnitudinem vtriusque: quia sicut sublimatus est in donis gratiæ super alios, ita defectus est infra alios per ignominiam passionis.

¶Ad tertium dicendum, quòd secundũ sufficientiam vna minima passio Christi sufficeret ad redimendum genus humanum ab omnibus peccatis: sed secundum conuenientiam, sufficiens fuit quòd pateretur omnia genera passionum, sicut iam dictum est.

ARTICVLVS VI.

¶Vtrũm dolor passionis Christi fuerit maior omnibus doloribus.

3.dist.15. q.2.art. 3.q.3. *Et opus.* 3.c. 238. & 239.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd dolor passionis Christi non fuerit maior omnibus aliis doloribus. Dolor enim patientis augetur secundum grauitatem & diuturnitatem passionis. Sed quidam martyres, grauiores passiones & diuturniores sustinuerunt quàm Christus, sicut patet de Laurentio, qui est assatus in craticula: & de Vincentio, cuius carnes sunt vngulis ferreis laceratæ. ergo videtur quòd dolor Christi patientis non fuerit maximus.

¶Præterea, Virtus mentis est mitigatiua doloris, intantum quòd Stoici posuerunt, tristiam in animum sapientis non cadere, & Arist. posuit quòd virtus moralis medium tenet in passionibus. Sed in Christo fuit perfectissima virtus mentis. ergo videtur quòd in Christo non fuerit maximus dolor.

¶Præterea, Quantò aliquod patiens est magis sensibile, tantò maior sequitur dolor passionis. Sed anima est sensibilior, quam corpus, cùm corpus sentiat ex anima. Adam etiam in statu innocentiæ videtur corpus sensibilius habuisse, quàm Christus, qui assumpsit corpus humanum cum naturalibus defectibus. ergo videtur quòd dolor animæ patientis in purgatorio vel in inferno, vel etiam dolor Adæ, si passus fuisset, maior fuisset quàm dolor passionis Christi.

¶Præterea, Maioris boni amissio causat maiorem dolorem. Sed peccator peccãdo amittit maius bonum, quàm Christus patiendo: quia vita gratiæ est melior quàm vita naturę. Christus etiam qui amisit vitam, post triduũ resurrecturus, minus aliquid amisisse videtur, quàm illi qui amittunt vitam permansuri in morte. Ergo videtur quòd dolor Christi non fuerit maximus dolorum.

¶Præterea, Innocentia patientis diminuit dolorem passionis. Sed Christus innocenter est passus, secundum illud Hiere. 11. Ego autem quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam. ergo videtur quòd dolor passionis Christi non fuerit maximus.

¶Præterea, In his quæ Christi sunt, nihil fuit superfluum. Sed minimus dolor Christi fuisse cisset ad finẽ salutis humanæ: habuisset enim infinitã virtutem ex persona diuina. Ergo superfluũ fuisset assumere maximũ dolorem.

¶SED CONTRA est quod Thren. 1. dicitur ex persona Christi, Attendite, & videte, si est dolor sicut dolor meus.

CONCLVSIO.

¶Dolores, quos Christus passus est, omnes excesserunt dolores, quos homines pati possunt in hac vita.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd sicut supra dictum est, cùm de defectibus assumptis a Christo ageretur, in Christo patiente fuit verus dolor, & sensibilis, qui causatur ex corporali nocium: & dolor interior qui causatur ex apprehensione alicuius nocumenti, qui tristitia dicitur. Vterq; autem dolor in Christo fuit maximus inter dolores præsentis vitæ, quod quidem contigit propter quatuor. Primò quidem, propter causas doloris. nam doloris sensibilis causa fuit lesio corporalis, quæ acerbitatem habuit, tum propter generalitatem passionis, de qua dictum est, tum etiam ex genere passionis: quia mors confixorum in cruce est acerbissima: quia configuntur in locis neruosis & maximè sensibilibus, scilicet in manibus & pedibus, & ipsum pondus corporis pendentis continuè auget dolorem, & cum hoc etiam est doloris diuturnitas: quia non statim moriuntur, sicut hi qui gladio interficiuntur. Doloris autem interioris causa fuit primò quidem omnia peccata humani generis, pro quibus satisfaciebat patiendo, vnde ea quasi sibi ascribit dicens in Psal. Verba delictorum meorum. secundò, specialiter causas Iudæorum & aliorum in eius morte delinquentium, & præcipuè discipulorum, qui scandalum passi sunt in Christi passione. tertiò, etiam amissio vitæ corporalis, quæ naturaliter est horribilis humanæ naturæ. Secundò potest magnitudo doloris eius considerari ex perceptibilitate patientis, & secundum animam & secundum corpus. Nam & secũdum corpus erat optimè cõplexionatus, cùm corpus eius fuerit formatum miraculosè operatione Spiritus sancti, sicut & alia, quæ per miracula facta sunt, fuerunt aliis potiora (vt Chrys. dicit de vino, in quod Christus aquam conuertit in nuptiis) & ideo in eo maximè viguit sensus tactus: ex cuius perceptione sequitur dolor. Anima etiam secundum vires interiores, efficacissimè apprehendit omnes causas tristitiæ. Tertiò magnitudo doloris Christi patientis potest considerari ex doloris & tristitiæ puritate. Nam in aliis patientibus mitigatur tristitia interior, & etiam dolor exterior, ex aliqua consideratione rationis, per quandam deriuationem seu redundantiam à superioribus viribus ad inferiores. Quod in Christo patiente non fuit: quia vnicuiq; virtũ, per mihi agere quod est sibi propriũ, sicut Dam. dicit. Quartò potest considerari magnitudo doloris Christi patientis, ex hoc quòd passio illa & dolor à Christo fuerunt assumpta voluntarie, propter finẽ liberationis hominũ à peccato. Et ideo tantam quãtitatẽ doloris assumpsit, quæ esset proportionata magnitudini fructus, qui inde sequebatur. Ex his igitur omnibus causis simul consideratis, manifestè apparet, q. dolor Christi fuerit maximus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit ex vno tantùm prædictorum, scilicet ex læsione corporali, quæ est causa sensibilis doloris. Sed ex aliis causis multò magis dolor Christi patientis angetur, vt dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd virtus moralis aliter mitigat tristitiam interiorem, & aliter exteriorem dolorem sensibilem. Tristitiam enim interiorem diminuit directè, in ea medium constituendo, sicut in propria materia. Medium autẽ in passionibus virtus moralis constituit (vt in Secunda parte habitũ est) nõ secundũ quantitatem rei, sed secũdum quantitatem proportionis, vt scilicet passio non excedat regulam rationis. Et quia Stoici reputabant, quòd nulla tristitia esset ad aliquid vtilis: ideo credebant quòd totaliter à ratione discordaret, & per cõsequens q. totaliter esset sapienti vitanda. Sed secundũ rei veritatem tristitia aliqua laudabilis est (vt Aug. probat in 14. de Ciui. Dei) quãdo scilicet procedit ex sancto amore, vtputa cùm aliquis tristatur de peccatis propriis vel alienis. Assumitur etiam, vt vtilis ad finem satisfactionis pro peccato: secundum illud Apost. ad Cor. 7. Quæ secundum Deum est tristitia, pœnitentiã in salute stabilem operatur. Et ideo Christus vt satisfaceret pro peccatis omniũ hominũ, assumpsit tristitiã, maximam quidem quãtitate absoluta: nõ tamen excedẽtem regulã rationis.

Doloré autẽ exteriorem sensus, virtus moralis directè nõ minuit: quia talis dolor non obedit rationi, sed sequitur corporis naturã. Diminuit tamen ipsum indirectè, per redundantiam à superioribus viribus inferiores, quod in Christo non fuit, vt dictum est.

¶Ad tertiũ dicendũ, quòd dolor animæ separatæ patientis, pertinet ad statum futuræ dãnationis, quæ excedit omne malũ huius vitæ, sicut Sanctorũ gloria excedit omne bonum præsentis vitæ. Vnde cùm dicimus Christi dolorem esse maximũ, nõ cõparamus ipsum dolori animę separatæ. Corpus autem Adæ pati non poterat nisi peccaret, & sic fieret mortale & passibile, & minus doleret patiens, quàm corpus Christi, propter rationes prædictas. Ex quibus etiã apparet, quòd etiam si per impossibile ponatur, quòd Adam in statu innocẽtiæ passus fuisset, minor fuisset dolor eius quam Christi.

¶Ad quartum dicendũ, quòd Christus non solùm doluit pro amissione vitæ corporalis propriè, sed etiam pro peccatis omniũ aliorum, qui dolor in Christo excessit omnẽ dolorem cuiuscunq; contriti: tum quia ex maiori sapientia & claritate processit, ex quibus dolor contritionis augetur. tũ etiã quia pro omnibus peccatis simul doluit: secundũ illud Isa. 53. Verè dolores nostros ipse tulit. Vita autem corporalis Christi fuit tantæ dignitatis, & præcipuè propter diuinitatem vnitam, quòd de eius amissione etiam ad horam, magis esset dolendum, quàm de amissione vitæ alterius hominis per quãtuncunque tempus. Vnde & Philosophus dicit 3. Ethic. quòd virtuosus plus diligit vitam suam, quantò scit eam esse meliorẽ, & tamen eam exponit propter bonum virtutis. Et similiter Christus vitam suam maximè dilectam, exposuit propter bonum charitatis, secundum illud Hiere. 11. Dedi dilectam animam meam in manibus inimicorum eius.

¶Ad quintum dicendũ, quòd innocentia patientis minuit dolorem passionis quantum ad numerum: quia cùm nocens patitur, dolet non solùm de pœna, sed etiam de culpa: innocens autem solùm de pœna. Qui tamen dolor in eo augetur ex innocentia, inquantum apprehendit nocumentum illatum, vt

¶super Quæstionis quadragesimæsextæ Articulum septimum.

Cõment. TItulus in corpore articuli clatificatur. ¶In corpore duo fiunt. primò distinguitur quot sensibus potest intelligi quæstio ista. secundò respõdetur quæstioni. Distinctio ponitur duplex. prima de ly tota, scilicet vel ratione essentiæ vel potentiarum. Secunda est ratione potentiarũ duplicitervel secundũ actus earum, vel ex parte subiecti. Ex quibus consurgunt tres quæstionis sensus. primus est, an anima secũdum totam essentiam passa fuerit: secundus est, an anima secundum omnium potẽtiarum passiones proprias passa fuerit: tertius, an anima secundum omnes potentias ex parte subiecti passa fuerit.

¶Prima conclusio est: Anima Christi secundũ essentiam passa est. Probatur. Tota essentia animæ cõiungitur corpori: ergo pariter corpore, & dispositio ad separationem ab anima, tota anima patiebatur. Antecedens probatur: quia est tota in toto, & tota in qualibet parte. Nota hic, quòd non dicit Autor quòd anima Christi tota secũdum essentiam doluit, sed dicit q. passa est. dolere enim importat actum animalis appetitus: pati autem commune est. Vnde arguẽta Scoti in tertio Sent. dist. 1. contra opinionẽ dicẽtẽ Christi animam secũdũ essentiã doluisse, nõ sunt cõtra doctrinam hanc, nisi vltimũ, scilicet in separatione animæ à corpore anima fuit facta impassibilis ergo. Ad hoc enim dicitur, quòd allud est loqui de separatione animæ, & aliud de separato esse. nam licet anima in separato esse fuerit impassibilis: quantũ tamẽ in separatione fuit, passibilis erat, & pati ebatur dũ separaretur: quia abiciebatur à naturali suo statu quo perficiebatur corpus. Vnde in litera dicitur, Corpore patiente & disposito ad separationem, tota essentia animæ patiebatur.

¶Secunda cõclusio est: Anima Christi secundũ omnes potentias inferiores patiebatur passionibus proprijs illarũ potẽtiarum. Probatur: quia in singulis viribus inferioribus, quæ circa temporalia versantur, inueniebatur aliquid quod erat causa doloris vt patet ex arti. ¶Tertia conclusio est: Ratio superior non patiebatur in Christo ex parte sui obiecti. Probatur: quia Deus erat causa animæ Christi nõ dolentis, sed delectationis & gaudii.

¶Num ratio superior in Christo passa fuerit per proprium actum.

Obiectio. ¶Circa hanc conclusionem dubium occurrit ex 8co. in 3. sen. distin. 15. probante quod ratio superior in Christo per proprium actum doluit de passione Christi. Tum quia passio erat contra naturalem appetitum ipsius rationis superioris. Tum quia erat contra conditionatum velle eiusdem. Quicquid autem nobis nolentibus vel naturali voluntate commodi, vel conditionato velle accidit, sufficiens causa tristitiæ est: vt pater de miseria quo ad primum, & de proiectione mercis in mare quo ad secundũ. Amplius, Christus tristatus est de peccatis hominum, vt sunt offensæ Dei: sed hoc spectat ad rationem superiorem. quia hæc tristitia est secundum Deum, est secundum rationes æternas consultas, quæ sunt secundum Aug. 12. de Tri. obiectum rationis superioris. ergo.

¶Ad euidentiam huius scito quòd cùm secundum Aug. de Ciuita. Dei. ca. 15. tristitia sit de his quæ nobis nolentibus accidunt, & nostrum nolle quadrupliciter inueniatur, vel per actum elicitum, vt si nolo visitari: vel per naturalem contrarietatem ad voluntatem secundum se, vt nolumus miseriam: vel per naturalem cõtrarietatem ad voluntatem colligatam appetitui sensitiuo, vt nolumus vri: vel per conditionatum actum voluntatis, puta nolle latrem, vt nolemus proiicere merces in mare, quas tamen proiicimus: putauit Scotus in loco dicto quodlibet istorum nolle, sufficiente causare tristitiam in voluntate. si contra huiusmodi nolle eueniat nobis aliquid sic nolitum.

5.dist.15. q.2.art. 2.q.3. et artic. 3. q.2. Et veri. q.26.ar. 3.ad 1. & ar.8. & 3. Et quol. 7.ar.5. Et apud. 3.c.235.

Minus autem verum inuenitur hoc dictum, si perpexerimus quòd Beatis multa possunt fic nolita euenire, qui tamen tristari non possunt. Voluntas enim cuiuscunque patriæ in patria est, quod secundum se nollet filium damnari (vt pater quia ista nolleitas est secundum amorem naturalem ad filium, & quia in damnatis remanet: vt pater de diuite, qui petiit ne fratres damnarentur) & tamen Beatus nõ tristatur, si filius damnatur. Et simile est de iniustis, quæ sunt Sanctis circa eorum corpora: sunt enim contra naturalem voluntatem eorum, & tamen non tristantur. Quocirca distinguẽdũ est de nolle, quid sit naturale, siue cõditionatũ sit dupliciter sumi potest. Vel absoluto, hoc est quãtũ est ex parte voluntatis seu boni voliti aut mali nolici, & taliter nolle non sufficit ad causandam tristitiam: vt ex dictis exemplis patet, & amplius patebit. Alio modo sumitur nolle secundum præsentẽ statũ voleres seu nolentis, hoc est, siue sit naturale, siue conditionatum,

ARTICVLVS VII.

¶Vtrũm Christus passus fuerit secundum totam animam.

AD SEPTIMVM sic procedi-
tur. Videtur quòd Christus non fuerit passus secũdum totam animam. Anima enim patitur patiente corpore per accidens, inquantũ est corporis actus. Sed anima nõ est actus corporis secundum quamliber partem eius: nam intellectus nullius corporis actus est, vt dicitur in 3. de Anima. Ergo videtur quòd Christus non fuerit passus secundum totam animam.

¶Præterea, Quælibet potẽtia animæ patitur à suo obiecto. Sed superioris partis rationis obiectũ sunt rationes æternæ: quibus inspiciendis & consulendis intenditur, vt Augustinus dicit 12. de Trin. Ex rationibus autem æternis nullũ potuit Christus pati nocumentũ, cùm in nullo ei cõtrarientur. Ergo videtur q. non fuerit passus secundum totam animam:

¶Præterea, Quando passio sensibilis vsque ad rationem pertingit, tunc dicitur completa passio, quæ in Christo non fuit, sed solùm propassio, vt Hiero. dicit. Vnde & Diony. dicit in Epist. ad Ioannem Euangelistam quòd passiones sibi illatas patiebatur secundum judicare solùm. Non ergo videtur q. Christus secundum totam animam pateretur.

¶Præterea, Passio dolorẽ causat. Sed in intellectu speculatiuo non est dolor: quia delectationi, quæ est ab eo quod est cõsiderare, nulla tristitia opponitur, vt Philosophus dicit in 1. Topic. Ergo videtur quòd Christus non pateretur secundum totam animam.

¶SED CONTRA est quod in Psal. dicitur ex persona Christi, Repleta est malis anima mea. Glossa, non vitiis, sed doloribus, quibus anima carni cõpatitur, vel malis, scilicet pereũtis populi compariendo. Non autẽ fuisset anima eius his malis repleta, si non secundum totam animã passus esset. Ergo Christus est secundum totam animam passus.

CONCLVSIO.

¶Cùm tota essentia animæ coniungatur corpori, existens tota in toto & tota in qualibet corporis parte, patiente corpore passus fuit Christus secundum totam animam, & secundum omnes eius inferiores potentias, non autem secundum rationem ex parte obiecti, quod fuit illi ratio delectationis & gaudij, passus fuit autem secundum omnes passiones vt radicantur in essentia animæ.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd totũ dicitur respectu partium: partes autem animæ dicuntur potentiæ eius. Sic ergo dicitur anima tota pati, inquantum patitur secundũ suam essentiã, vel inquantũ secundũ omnes suas potẽtias patitur. Sed considerãdum est,

Universidad de Deusto
Biblioteca

natū sufficit ad causandam tristitiam. Quod vt clarius fiat, dicamus exēplariter differēdam inter volūtatē beati patris & nō beati, pater siquidē iustus videbit respectu miseriæ filij præscit, habet velle & naturale & conditionatū: nō solūm ita q̄ voluntati paternæ secundū se absolutē sumptæ cōtrariatur miseria filij, & nollet filij damnationē secluso diuinæ iustitiæ ordine, sed etiam ita q̄ secundū præsentem statum in quo est, ex amore naturali exit in actū nolendi cōditionatum, dicendo, Pater si possibile est, transeat calix iste. Idē autē pater beatus non habet amplius amoré illum paternū, vt cōsonet sibi exire in actum nolleitatis respē eiu miseriæ filij (aliquin non esset beatus: quoniā aliquid vellet quod non haberet) sed in omnibus conforme diuinæ voluntati suum velle. Et hinc fit, vt dānatio filij eueniens, tristitiā ingerat patri viatori, & nō patri beato. Conueniētia siquidem inuēta secūdū voluntatem absolutē, & similiter secundū nolleitatē absolutē in patre viatore & beato, & differētia inuenta secundū voluntatem in tali statu, testatur quodnō sufficit ad tristitiam voluntas naturalis aut conditionata absoluta, sed oportet q̄ sit secūdū præsentem statum: propterea enim tristor, proiiciendo merces, quia secūdū præsentem statū habeo nolleitatem perdēdi illas, & ecōtra propterea beati de nullo tristātur: quia de nullo cōtrario euenturo habēt nolleitatem in illo statu. Et in proposito ideo Christus dominus beatus, secundum portioné superiorem non tristabatur de sua passione: quia secūdum illam nec nolleitatē illius habebat: sed tanquam beatus illam nullo modo refutabat. Vnde patet falsum esse, quòd rationi superiori Christi, vt natura, contrariabatur passio Christi: quoniā pars illa secundū ipā statū non habuit aliquid contrarij. Et similiter falsum est, q̄ habuerit nolleitatem mortis eadē ratione, qa scilicet beata erat. Vnde

3.dist.15. q.2.art. 3.q.1.et veri.q8. 10. arti. 11.ad 3. & q. 26. artic. 9. & 10 Et quol 1.q.1.ar ti.2.cor. Et opuſ. 3.c. 238. & 239.

rūm ne iniuria Scoti hinc fiat, scito q̄ ipse ratione superiore vtitur æquiuoce: pro intellectu scilicet & voluitate respectu quorunque, secūdum ordinē tamen ad æternā & ideo quo ad quæstionē de ratione superiori & inferiori, in æquiuoco cum eo laboratur. Sed quo ad nolitionem causantem tristitiam, nō est æquiuocatio: quoniam siue in superiori, siue in inferiori portione oportet adesse nolitū secundū præ-

quòd aliqua potentia animæ potest pati dupliciter. Vno modo passione propria, quæ quidem est secundum quòd patitur à suo obiecto, sicut si visus patiatur ex superabundanti visibili. Alio modo aliqua potentia patitur passione subiecti, super quod fundatur, sicut visus patitur patiente sensu tactus in oculo, super quem fundatur visus puta cùm oculus pungitur, aut etiam diffēperatur per calorem. Sic igitur dicendum est, quòd si intelligamus totam animam ratione suæ essentiæ, sic manifestum est totam animā Christi passam esse. Nam tota essentia animæ coniungitur corpori, ita quòd tota est in toto, & tota in qualibet parte eius, & ideo corpore patiente, & dispōsito ad separationem ab anima, tota anima patiebatur. Si verò intelligamus totam animam secundum omnes potentias eius sic loquēdo de passionibus propriis potentiarum, patiebatur quidem secundum omnes vires inferiores: quia in singulis viribus inferioribus animæ, quæ circa temporalia operātur, inueniebatur aliquid quod erat causa doloris Christi: sicut ex supradictis patet. Sed secundum hoc superior ratio non patiebatur in Christo ex parte sui obiecti, scilicet Dei: qui non erat animæ Christi causa doloris, sed delectationis & gaudij. Secundum autem illum modum passionis, quo potētia aliqua dicitur pati ex parte sui subiecti, sic omnes potentiæ animæ Christi patiebantur: omnes enim potentiæ animæ radicantur in essentia eius, ad quam peruenit passio, passo corpore, cuius est actus.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd licet intellectus, secundum quòd est potentia quædam, non sit corporis actus: essentia tamen animæ est corporis actus, in qua radicatur potentia intellectiua, vt in Prima parte habitum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd illa ratio procedit de passione quę est ex parte proprij obiecti: secundum quam superior ratio in Christo passa non fuit.

¶Ad tertium dicendum, quòd dolor tunc dicitur esse passio perfecta, per quā anima perturbatur, quando passio sensitiuæ partis pertingit vsq; ad immutandum rationem à rectitudine sui actus, vt scilicet sequatur passionem, & non habeat liberum arbitrium super eam. Sic autem passio sensitiuę partis nō peruenit in Christo vsq; ad rationem, sed ex parte subiecti, sicut dictum est.

¶Ad quartum dicendum, quòd intellectus speculatiuus non potest habere dolorem vel tristitiam ex parte sui obiecti, quòd est verum absolutè consideratum: quod est perfectio eius, Potest tamen ad ipsum pertingere dolor vel causa doloris per modum iam dictum.

ARTICVLVS VIII.

¶Vtrùm tota anima Christi in passione fuerit fruitione beata.

AD OCTAVVM sic procedi-tur. Videtur quòd anima Christi in articulo illius passionis non tota fruerētur fruitione beata. Impossibile est enim simul dolore & gaudere, cùm dolor & gaudium sint contraria. Sed anima Christi tota patiebatur dolorem in tempore passionis: vt suprà habitum est. Non ergo poterat esse vt tota frueretur.

¶Præterea, Philosophus dicit in septimo Ethi co. quòd tristitia si sit vehemens, non solùm impedit delectationem contrariā, sed quancunq;, & econuerso. Dolor autem passionis Christi fuit maximus (vt ostensum est) & similiter delectatio fruitionis est maxima: vt in principio Secundæ partis habitū est. Non ergo potuit esse quòd anima Christi tota simul pateretur & frueretur.

¶Præterea, Fruitio beata est secundum cognitionem & amorem diuinorum, vt patet per Augustinum in primo de doctrina Christiana. Sed non omnes vires animæ attingunt ad cognoscendum & amandum Deum. Non ergo tota anima Christi fruebatur.

¶SED CONTRA est quod Damasc. dicit in 3.lib. quòd diuinitas Christi permisit carni agere & pati quæ propria. Ergo pari ratione cùm proprium esset animę, inquātum erat beata, quòd frueretur, passio eius fruitionem non impediebat.

CONCLVSIO.

¶Quanquam tota anima Christi per essentiam frueretur in passione, non tamen secundum omnes suas potestates, sed solum superior in illo rationis pari proprio actu beatorum fruitione fruebatur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est prius, tota anima potest intelligi & secundum essentiam, & secundum omnes eius potētias. Si autem intelligatur secundum essentiam, sic tota anima fruebatur, inquātum est subiectū superioris partis animæ, cuius est frui diuinitate: vt sicut passio ratione essentiæ attribuitur superiori parti animæ: ita econuerso fruitio ratione superioris patris animæ attribuatur essentiæ. Si verò accipiamus totam animam ratione omniū potētiarū eius, sic nō tota anima fruebatur, nec directè quidem: quia fruitio non potest esse actus cuiuslibet partis animæ, nec per redundantiam gloriæ: quia dùm Christus erat viator, non fiebat redundantia gloriæ à superiori parte in inferiorem nec ab anima in corpus. Sed quia nec econuerso superior pars animę impediebatur circa id quod est sibi proprium, per inferiorem, consequens est quòd superior pars animæ perfectæ fruebatur Christo patiente.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd gaudium fruitionis non contrariatur directè dolori passionis: quia non sunt de eodem. nihil autem prohibet contraria eidem inesse non secundum idem. Et sic gaudium fruitionis potest pertinere ad superiorem partem rationis per proprium actum, dolor autem passionis secundū suum subiectum. Ad essentiam verò animę pertinet dolor passionis ex parte corporis, cuius est forma: gaudium verò fruitionis ex parte potentiæ, cui subiicitur.

¶Ad secundum dicendum, quòd verbum illud Philosophi habet veritatem ratione redundantiæ, quo naturaliter fit ab vna potentia animæ in aliam. Sed hoc in Christo non fuit, vt suprà dictum est.

¶Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit de totalitate animæ quantum ad eius potentias.

ARTICVLVS IX.

¶Vtrùm Christus fuerit cōueniens tempore passus.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non fuerit conuenienti tempore passus.

Passio enim Christi figurabatur per immolationem agni Paschalis, vnde & Apost. dicit primæ ad Corint. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus, Sed agnus Paschalis immolabatur decimaquarta die ad vesperam: vt dicitur Exo. 12. Ergo videtur quòd Christus tunc debuerit pati, quod patet esse falsum. nam tunc Pascha cum suis discipulis celebrauit (secundum illud Mar. 14. primo die azymorum quando Pascha immolabant) sequenti autem die passus fuit.

¶Præterea, Passio Christi dicitur eius exaltatio: secundum illud Ioan. 13. oportet exaltari filium hominis. Ipse autem Christus dicitur sol iustitiæ: vt patet Malach. vlt. Ergo videtur quòd debuerit pati hora sexta, quādo sol est in sua maxima exaltatione, cuius cōtrarium videtur per id quod dicitur Mar. 15. Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum.

¶Præterea, Sicut sol in hora sexta maximè exaltatur quolibet die, ita in solstitio æstiuali maximè exaltatur quolibet anno. Debuit ergo magis pati circa tempus solstitij æstiualis, quam circa tempus æquinoctij vernalis.

¶Præterea. Per præsentiam Christi in mundo, mundus illuminabatur, secundum illud Ioan. 9. Quandiu sum in mundo, lux sum mundi. Conueniens igitur fuisset humanæ saluti, vt diutius in hoc mundo vixisset, ita quòd non pateretur in iuuenili ætate, sed magis in senili.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ioan. 13. Sciens Iesus quia venit hora eius, vt transeat de hoc mundo ad Patrem. Et Ioan. 2. dicit, Nondum venit hora mea. Vbi dicit Aug. Vbi tantum fecit quantum sufficere iudicauit: venit hora eius, non necessitatis sed voluntatis. Conuenienti igitur tempore passus est.

CONCLVSIO.

¶Conuenienti tempore Christus passus fuisse dicitur in sacris spiritum sancti eloquiis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) passio Christi subiecta erat eius voluntati. Voluntas autē eius regebatur diuina sapientia: quæ omnia conuenienter & suauiter disponit, vt dicitur Sapien. 8. Et ideo dicendum est, quòd conuenienti tempore passio Christi celebrata est. Vnde Aug. in lib. Quæstionum vete. & no. Test. dicit, Omnia propriis locis & temporibus gessit Saluator.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd quidam dicunt Christum fuisse passum decimaquarta luna, quando Iudæi Pascha immolabant. Vnde & Ioan. 18. dicitur, quòd Iudæi non introierunt prætorium Pilati ipso die passionis, vt non cōtaminarentur, sed vt māducarent Pascha. Vbi Chryso. dicit, quòd tunc Iudæi faciebant Pascha, ipse verò ante vnam diem tradidit Pascha referuans suam occisionem sextæ feriæ, quando vetus Pascha fiebat. Cui videtur consonare quod dicitur Ioan. 13. quòd ante diem festum Paschæ Christus facta cœna, pedes discipulorum lauit. Sed contra hoc videtur esse quod dicitur Matth. 26. quòd prima die azymorum accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes. Vbi vis paremus tibi comedere Pascha? Ex quo patet, quòd cùm primus dies azymorum dicatur decimus quartus dies mensis primi, quādo agnus immolatur & luna plenissima est (vt Hierony. dicit) constat decimaquarta luna Christum cœnam fecisse, & decimaquinta eum esse passum. Et hoc expressius manifestatur per id quod dicitur Mar. 14.

pore passus. Probatur dupliciter. Primò: Passio Christi subiecta erat eius voluntati, ergo. Probatur cōsequentia, quia voluntas Christi regebatur diuina sapiē tia suauiter omnia disponente. secundò autoritate Aug.

Auguſt. ¶In responsione ad primum non q̄ moderni Latini adhuc nō quiescunt circa quorum Lunæ diem. quando Christus mortuus est. Addūnq. super argumēta Græcorum, sanctitatem diei quintidecimam quintadecima luna illius mēsis erat celebrit, ita quòd nihil operis erat licitum in ea, excepti his quæ ad vescendum sunt, vt patet Exo. 12. cōstat autem in illa feria 6. qua Christ⁹ passus est, licita fuisse operā, quæ in festis fuissent illicita: vt patet tum ex operibus Iudæorū, qui illo die iudiciales actus in Christū exercuerūt: tum ex actibus Ioseph & Nicodemi, qui sepelierunt Christum, quod non fuisse licitum sabbato, patet ex eo, quòd propter parasceuen se linata sepultura est (vt Augu. notauit) & ex eo q̄ mulieres sanctæ sabbato se cōtinuerunt ab officio circa Christum sepultum. Vnde volunt verba Ioan. Euangelistæ, Erat autem parasceue Paschæ, ad literā intelligi quòd erat vigilia Paschæ.

¶Ad euidendam huius cōsiderandū est, quòd nō solùm certa incertis præponēda sunt, sed ex certis ea quæ ambigua videntur, interpretāda sunt, & nō ecōtra. Quo circa certitudo scripta à tribus Euangelistis Matth. Marco, & Luca de primo die azymorum, qui quintadecima luna est (quòd scilicet fuit dies Veneris, in qua Christus passus est ideo bet præponi incertis, hoc est varié exponibi libus verbis Ioānis Euangelistæ: non quo ad veritatē & falsitatē (quia ista sunt vera) sed quo ad securitatē sensus literalis. Verba siquidē illorū nō possunt exponi ad literam, nisi intelligendo die illū Veneris fuisse lunā quintamdecimā: quia expressè dicunt primum diem azymorū inchoatū vesperę præcedēte, vocantes diem Iouis ad vesperā, diem azymorū. Verba autem Ioan. Euangelistæ possunt aliter interpretari, quàm q̄ sabbato fuerit quintadecima luna: vt patet ex exposi tione Doctorum. igitur tenendum est ipsum die Veneris fuisse quintamdecimā lunam. Et cōfirmatur hoc, quia idē Ioan. Euangelista ibidē appellat vnū idémque tempus parasceuen Paschæ & Pascha, dicit enim de illo die Veneris. Erat autē parasceue Paschæ, & de eodē introducit Pilatum dicentem. Est autē vobis cōsuetudo, vt dimittā vobis vnū in Pascha. Si enim rem propriè Ioan. Paschæ nomine vritur, vt isti autumāt, nō debuit idem tempus dici Pascha & parasceue Paschæ: quoniam constat quòd iam strictè loquēdo, aliud est tempus Paschæ & aliud parasceue Paschæ. Vocauit ergo vtroblq. Pascha solennitatē Paschalem, sicut etiam Luc. Actu. 12. expressè totam solennitatem paschalē Pascha vocat, tractans de Petro occidendo. Erant autem dies azymorū, & subdit, volens post Pascha producere eū.

¶Ad obiectionē nouā ex celebritate festiuitatis illius diei, dicitur q̄ quia præcepti de observatiōe illius festi excipiebat spectantia ad præparationē ciborū, quæ tamen erant prohibita in sabbato, colligitur fuisse licita illo die, quæ sabbato nō licuissent: nam lex sub vna exceptione cōprehendit omnia similia. Et propterea ex hoc ipso quòd in die primò Paschæ poterāt parari necessaria ad cibum, consequēs est, quòd etiam licita fuerūt omnia quę occurrēs necessitas naturæ & pietatis exegisset: ac per hoc opus sepulturæ, maximæ pietatis gratia (vt fuit circa Christum) licitum fuit. Actus verò iudiciales quum non sit inter opera seruilia, prohibitos in veteri lege nescio: legimus enim Pectum capiti inter dies azymorum, & propter tempus illud, in quo omnem licebat operari, reseruatus est occisioni post Pascha. Veritamē quicquid sit de hoc, sicut Caiphas prudēs est habitus, cōsuledo quòd expedit vnū hominem moti pro populo, facilè potuit dispensare, quia periculū erat in mora, vt actus iudiciales circa Christum licitè se exercere credetēt in primo die azymorum: præsertim cum actus hi nō ex lege, sed statutis eorum vel consuetudine & reuerentia quadam prohibiti forte fuerint.

Primo die azymorum, quando Pascha immolabant, &c. & Luc. 22. Venit dies azymorum, in quo necesse erat occidi Pascha.

Et ideo quidam dicunt quòd Christus die conuenienti in decimaquarta luna Paschæ cum discipulis suis manducauit, demōstrans quòd vsque ad vltimum diem non erat contrarius legi, vt Chrysost. dicit super Matth. Sed Iudæi occupati circa procurationem mortis Christi contra legem celebrationem Paschæ in crastinum distulerūt. Et propter hoc de his dicitur, quòd in passionis Christi noluerunt intrare Prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha.

Sed nec istud videtur esse consonum verbis Mar. dicentis. Primo die azymorum quādo Pascha immolabant. Simul ergo Christus & Iudæi vetus Pascha celebrauerunt. Et sicut Beda dicit supra Mar. licet Christus, qui est Pascha nostrum, fit crucifixus sequenti die, hoc est decimaquinta luna: attamen nocte qua agnus immolabatur, corporis sanguinisque sui discipulis tradēs mysteria celebranda, & à Iudæis tentus ac ligatus ipsius immolationis, hoc est passionis suæ sacrauit exordium. Cùm aut dicitur Ioan. 13. Ante diem festum Paschæ, intelligitur hoc fuisse decimaquarta luna, quod tunc euenit quinta feria: nam luna existente decimaquinta erat dies solennissimus Paschæ apud Iudæos. Et sic eundem diem quem Ioannes nominat ante diem festum Paschæ, propter distinctionem naturalem dierum, Matth. nominat primam diem azymorum: quia secundum ritum Iudaicæ festiuitatis, solennitas incipiebat à vespera præcedentis diei. Quòd aut dicitur, eos comesturos esse Pascha in decimaquinta luna, intelligendum est quòd ibi Pascha non dicitur agnus Paschalis (qui immolatus fuerat decimaquarta luna) sed dicitur cibus Paschalis, id est azymi panes: quos oportebat comedi à mūdis. Vnde Chrysosto. ibidem aliam expositionem ponit, quòd Pascha potest accipi pro toto festo Iudæorum, quòd septem diebus agebatur.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut Augu. dicit in lib. de cons. Euan. hora erat quasi sexta, cùm traditus est Dominus crucifigendus à Pilato: vt Ioan. dicit. Non enim erat plenè sexta, sed quasi sexta, id est perfecta quinta, & aliquid etiam de sexta esse cœperat, donec completa sexta, Christo pendente in cruce, tenebræ fierent. Intelligitur autē fuisse hora tertia, cùm clamauerunt Iudæi vt Dominus crucifigeretur: & verissimè demonstratur, tunc eos crucifixisse quando clamauerunt. Ergo ne quisquam cogitationem tanti criminis auersus à Iudæis in malites conuerteret, erat, inquit, hora tertia, & crucifixerunt eum, vt illi eum potius crucifixisse inueniātur, qui hora tertia, vt crucifigeretur, clamauerunt. Quanquam non desunt qui per parasceué, quā Ioan. cōmemorat, dicens, Erat parasceue hora quasi sexta, horam diei tertiam velint intelligi. Parasceue quippe interpretatur præparatio. Verū autem Pascha quod in passione Domini celebratur, incepit præparari ab hora noctis nona, quandò scilicet omnes principes Sacerdotū dixerunt, Reus est mortis. Ab illa ergo noctis hora, vsq; ad Christi crucifixionem, occurrit hora parasceues, sexta secūdum Ioan. & hora diei tertia secūdum Mar. Quidā tamen dicūt, quòd hæc diuersitas ex peccato scriptoris apud Græcos contingit: nam figuræ, quibus tria & sex repræsentantur, sātis sunt propinquæ apud eos.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut dicitur in lib de Quæstionibus vet. & no. Testamenti, tūc voluit Dominus passione sua mūdū redimere & reformare, qū cū creauerat, id est in æquinoctio.

Et tunc

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis quadragesimæ sextæ Articulum decimum.

Comment. TItulus clarus.
¶ In corpore vna conclusio: Christus in loco cõuenienti passus est. Probatur, q̃a omnia propriis locis & temporibus gessit: quia omnia loca & tempora in manu ei⁹ sunt: ergo.
¶ In responsione ad secũdũ & tertiũ. aduerte quòd ad literam Christus passus est extra portam in loco damnatorum, vt mors sua turpior redderetur, dum in loco publicæ ignominiæ ac maximè patulo passus est.

¶ Super Quæstionis quadragesimæ sextæ Articulũ vndecimũ.

Comment. TItulus clarus.
¶ In corpore vna distinctio cum duabus cõclusionibus. Distinctio est: Alia ratione secundũ initiationem Iudæorum, & alia secũdum diuinam electionem Christus inter latrones crucifixus est.

Supràq. 35.ar.7. ad 1. & infrà q. 87.ar.3. ad 1. Et opuſ. 60.c.18. col.2.

Prima conclusio: Christus crucifixus est inter latrones secundum intentionem Iudæorũ, vt crederetur esse malus inter malos punit⁹ hoc est conuenienter quidẽ ad malam eorum intentionem, quia medium consonũ fini malo, sed inconuenienter quantum ad euentum: quia oppositum euenit, dum Christi crux adoratur, & ab illorum crucibus sic discernitur, & verè totum oppositum euenit. Putauerunt Iudæi confundere crucẽ Christi cum crucibus impiorum, dũ simul cum impijs crucifixus, sicut alij pertransientes sed euenit vt Christi crux fulxerit, ita quòd etiã altãs memorabiles, quanuis non venerabiles, reddiderit, vt experientia testatur. Secunda cõclusio: Christus secundum Dei ordinationem inter latrones conueniẽter crucifixus est. Probatur quadruplicit er. Omnia clara sunt.

Et tunc dies super nocte increscit: qũia per passionem Saluatoris à tenebris ad lucem perducimur. Et quia perfecta illuminatio erit insecundo aduentu Christi: ideo tempus secundi aduentus æstati comparatur. Matth. 24. vbi dicitur, Cùm ramus eius iam tener fuerit & folia nata, scitis quia propè est æstas: ita & vos cùm videritis hæc omnia, scitote quia propè est & in ianuis. Et tunc etiam erit maxima Christi exaltatio.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Christus in iuuenili ætate pati voluit propter tria. Primò quidem, vt ex hoc magis suam dilectionem commendaret, quòd vitam suam pro nobis dedit, quãdo erat in perfectissimo statu. Secundò, quia non conueniebat vt in eo appareret naturæ diminutio, sicut nec morbus, vt suprà dictum est. Tertiò, vt in iuuenili ætate moriens & resurgens, futuram resurgẽtium qualitatem in seipso Christus præmõstraret. Vnde dicitur Ephe. 4. Donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

ARTICVLVS X.

¶ Vtrùm Christus fuerit conuenienti loco passus.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quòd non conuenièti loco Christus passus fuerit. Christus enim passus est secũdum carnem humanam, quæ quidem concepta fuit ex virgine in Nazareth, & nata in Bethleem. Ergo videtur quòd non in Hierusalem, sed in Nazareth vel in Bethleem pati debuerit.

¶ Præterea, Veritas debet respondere figuræ. Sed passio Christi figurabatur per sacrificia veteris legis. Sed huiusmodi sacrificia offerebantur in templo. Ergo videtur quòd & Christus in templo pati debuerit, & non extra portam ciuitatis.

¶ Præterea, Medicina debet morbo respondere. Sed passio Christi fuit medicina contra peccatum Adæ. Adam autem non fuit sepultus in Hierusalem sed in Hebron, dicitur enim Iosue 14. Nomen Hebron antea vocabatur Cariath-arbe, Adam maximus ibi in terra * Enachim situs est. Ergo videtur Christus in Hebron, & non in Hierusalem, pati debuerit.

** Aliàs inter.*

¶ SED CONTRA est quo dicitur Lucæ. 13. Non capit prophetam perire extra Hierusalem. Sed Christus fuit propheta. Conuenienter ergo passus est in Hierusalem

CONCLVSIO.

¶ Sicut Christus conuenienti tempore, ita & conuenienti loco, extra ciuitatem in Caluariæ monte passus fuisse dicitur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut dicitur in lib. 8. Quæstionum, omnia propriis locis & temporibus gessit Saluator: quia sicut omnia tempora sunt in manu eius, ita etiam omnia loca. Et ideo sicut conuenienti tempore Christus passus est, ita etiam conuenienti loco.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus conuenientissimè in Hierusalem passus est. Primò quidem: quia Hierusalem erat locus à Deo electus, ad sacrificia sibi offerenda. Quæ quidem figuralia sacrificia figurabant Christi passionem, quod est verum sacrificium, secundum illud Ephes. 5. Tradidit semetipsum hostiam & oblationem in odorem suauitatis. Vnde Beda dicit in quadam homilia, quòd appropinquante hora passionis, Dominus appropinquare voluit loco passionis, scilicet in Hierusalem, quò peruenit ante sex dies Paschæ, sicut agnus Paschalis ante sex dies Paschæ, id est decima luna secundum præceptum legis ad locum immolationis ducebatur. Secundò: quia virtus passionis eius ad totum mũdum diffundenda erat, in medio terræ habitabilis pati voluit, id est in Hierusalem. Vnde dicitur in Psalm. Deus autem rex noster, ante secula operatus est salutem in medio terræ, id est in Hierusalem: quæ dicitur esse vmbilicus terræ. Tertiò: quia hoc maximè conueniebat humilitati eius: vt scilicet sicut turpissimũ genus mortis elegit, ita etiam ad eius humilitatem pertinuit, quòd in loco tam celebri confusionem pati non recusauit. Vnde Leo Papa dicit in quodã sermone Epiphaniæ, Qui seruũ susceperat formam, Bethleem præelegit nasci, Hierusalem passioni. Quartò, vt ostenderet a principibus populi Iudæorum exortam esse iniquitatem occidentium ipsum: & ideo in Hierusalem, vbi principes morabantur, voluit pati. Vnde dicitur Actuum quarto, Conuenerunt in ista ciuitate aduersus sanctum puerum tuum Iesum, quem vnxisti, Herodes & Pontius Pilatus cum Gentibus & populis Israel.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Christo non in templo aut in ciuitate, sed extra portam passus est propter tria. Primò quidem, vt veritas responderet figuræ: nam vitulus & hircus, qui solemnissimo sacrificio ad expiationem totius multitudinis offerebantur, extra castra comburebantur: vt præcipitur Leuit. 16. Vnde dicitur Hebræ. 13. Quorum animalium infertur sanguis pro peccato in Sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra castra: propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suũ sanguinem populum, extra portam passus est. Secundò, vt per hoc daret nobis exemplum exeundi à mundana conuersatione. Vnde ibidem subditur, Exeamus igitur ad eum extra castra, improperium eius portantes. Tertiò, vt Chrysosto. in sermo. de passio. dicit, Noluit Dominus pati sub tecto, non in templo Iudaico, ne Iudæi subtraherent sacrificium saluare, ne putares pro illa tantùm plebe oblatum. Et ideo foras ciuitatem, foras muros, vt scias sacrificium esse commune, quod totius terræ est oblatio, quod communis est purificatio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut Hierony. dicit super Matthæum) Quidam exposuit Caluariæ locum, in quo sepultus est Adam, & ideo sic appellatum: quia ibi antiqui hominis fit conditum caput. Fauorabilis interpretatio & mulcens aurem populi, nec tamen vera. Extra vrbem enim & foras portam, loca sunt in quibus truncantur capita damnatorum, & Caluariæ, id est, decollatorum sumpsere nomen.

¶ Præterea autem ibi crucifixus est Iesus, vbi prius erat area damnatorum, vt ibi erigerentur vexilla martyrij. Adam verò sepultum iuxta Hebron & Arbee in Iesu filij Naue volumine legimus. Magis autem Iesus crucifigendus erat in loco communi damnatorum, quam iuxtà sepulchrum Adæ, vt ostenderetur quòd crux Christi non solùm erat in remedium contra peccatum personale ipsius Adæ, sed etiam contra peccatum totius mundi.

ARTICVLVS XI.

V trùm conueniens fuerit Christum cum latronibus crucifigi.

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens Christum cum latronibus crucifigi. dicitur enim 2. ad Corinthi. 6. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? Sed Christus factus est nobis iustitia à Deo, iniquitas autem pertinet ad latrones. Non ergo fuit conueniens, vt Christus simul cum latronibus crucifigeretur.

¶ Præterea, Super illud Matthæ. 26. Si oportuerit me mori tecum, non te negabo, dicit Origenes, Mori cum Iesu pro omnibus moriente, hominum non erat. Et Ambros. dicit super illud Luc. 22. Paratus sum recum & in carcerem & in mortem ire. passio, inquit, Domini æmulos habet, pares non habet. Multò igitur minus conueniens videtur quòd Christus simul cum latronibus pateretur.

¶ Præterea, Matthæ. 27. dicitur, quòd latrones qui crucifixi erant, improperabant ei. Sed Luc. 23. dicitur, quòd vnus eorum, qui crucifixus erat cum Christo, ei dicebat, Memento mei Domine, dum veneris in regnum tuum. Ergo videtur quòd præter latrones blasphemantes fuerit cum eo crucifixus alius non blasphemans. Et sic videtur inconuenienter ab Euangelistis narratum, quòd Christus fuerit cum latronibus crucifixus.

SED CONTRA est quod Isa. 53. fuerat prophetatum: Et cum sceleratis reputatus est.

CON

¶ Super Quæstionis quadragesimæ sextæ Articulum duodecimum.

Assat. TItulus quærit an sit dicendũ, Deus passus est ex eo q̃ Christ⁹ passus est hoc est enim quærere, si passio Christi sit delicati ascribenda.

Comment. ¶ In corpore vna est eõ clusio: passio Christi attribuenda est supposito diuino non ratione diuinæ, sed humanæ naturæ. Probatur: Vtrq; natura vtriusq; facta est in persona saluo vtriusq; naturæ proprietate: ergo &c. Et confirmatur auctoritate Cyrilli, &c.

¶ Super Quæstionis quadragesimæ septimæ Articulum primum.

Assat. TItulus occasionẽ sumpsit ex Euangelio, in quo Christus dicit, Nemo tollit animam meam à me.

Comment. ¶ In corpore articuli vna ponitur distinctio bimembris: iuxta quæ membra respondetur quæstio duabus conclusionibus cum corollario. Distinctio est: Causa alicuius dupliciter: directè agendo, vel indirectè, scilicet non prohibendo, cùm posset.

¶ Prima conclusio: Christus fuit ab aliis non à seipso occisus directè. Probatur: a perse quatores eius intulerunt in tentionem & opere efficaci illi mortem.

¶ Secunda cõclusio est: Christus fuit causa mortis indirectè, scilicet non prohibẽdo, quum posset. Probatur hæc vltima particula (in qua tota difficultas cõsistit) scilicet cum posset. probatur autem duplicit er. Et ex parte occidentis: quia poterat reprimere vel in voluntate vel potestate. Et ex parte animæ suæ: quia spiritus eius habebat potestatem conseruãdi naturã carnalis fit. Probatur: quia erat vnita Verbo, autoritate Aug. Corollarium est: Christus dicitur voluntarie mortuus. Probatur, quia nõ repulit nec impedimentum à corpore animam, sed voluit corpus succumbere.

¶ Num anima Christi habuerit potestatem præseruãdi corpus suũ à morte.

Obiect. ¶ Circa secundam conclusionem dubium occurrit ex Sco. in 3. sent. diſt. 16. quæſt. 2. tenẽre, quòd anima Christi nõ habuit potestatem præseruãdi corpus suum à morte, & propterea nõ est mortuus voluntariè causaliter, sed affectiuè: quia non fuit indirectè causa mortis suæ vt Autor dicit, sed complaciuit sibi ista mors: sicut etiã sancti martyres dicuntur voluntarie mori.

¶ Argoit autem ad hoc duplicit er ex parte qui

CONCLVSIO.

¶ Congruit vt secundum diuinam ordinationem Christus cum duabus crucifigeretur latronibus.

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd Christus inter latrones crucifixus est, alia quidem ratione quãtum ad intentionẽ ludæorũ, alia verò quantum ad Dei ordinationem. Quantum enim ad intentionem ludæorũ, duos latrones vtrinq; crucifixerũt (crucifixerũt scilicet Iudæi, vt dictum est supra) vt corũ suspitionis fieret particeps. Sed non ita euenit: nam de illis nihil dicitur. Huius autẽ vbiq; crux honoratur: Reges diademata deponentes, assumunt crucẽ in purpureis, in diadematibus, in armis, in mensa sacrata vbiq; terrarum crux emicat. Quantum verò ad Dei ordinationem, Christus cum latronibus crucifixus est: quia vt Hiero. dicit supra Matth. Sicut pro nobis maledictum crucis factus est Christus, sic pro omnium salute inter noxios quasi noxius crucifigitur.

Secundò, vt dicit Leo papa in sermone de passione, duo latrones vnus ad dexteram & alius ad finistrã crucifiguntur: vt in ipsa patibuli specie monstraretur illa quæ in iudicio ipsius, omniũ hominũ tacienda est discretio. Et Alcui. dicit super Ioan. Ipsa crux, si attendas, tribunal fuit: in medio enim iudicio constituto, vnus qui credidit, liberatus, alius qui insultauit, damnatus est: iam significabat quod facturus est de viuis & mortuis, alios positurus ad dextrã, alios verò ad finistam.

Tertiò secundũ Hilariũ duo latrones læuæ ac dextræ affiguntur, omnẽ humani generis vniuersitatẽ vocari ad sacramentum passionis Domini ostendẽtes. Sed quia per diuersitatẽ fideliũ ac infideliũ, fit omnium secundũ dextrã finistrámq; diuisio, vnus ex duobus ad dextrã eius situs, fidei iustificatione saluatur. Quartò, quia vt Beda dicit super Mar. latrones, qui cum Domino crucifixi sunt, significant eos, qui sub fide & confessione Christi vel agonẽ martyrij, vel quælibet arctioris disciplinæ institutã subeunt. Sed qui hoc pro æterna gloria gerunt, dextri latronis fide designantur: qui verò humanæ laudis intuitu, finistri latronis mentẽ imitantur & actus.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd sicut Christus debitũ mortis non habuit, sed mortẽ voluntariè subiit, vt sua virtute vinceret mortẽ: ita etiam nõ habuit meritũ, vt cũ latronibus poneretur, sed voluit cum iniquis deputari, vt sua virtute iniquitatem destrueret. Vnde Chrys. dicit super Ioan. q̃ latronem in cruce conuertere, & in paradisum inducere, nõ minus fuit, quàm concutere petras.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non conueniebat, vt cum Christo aliquis alius pateretur ex eadem causa. Vnde Orige. ibidem subdit, Omnes fuerant in peccatis, & omnes opus habebant, vt pro eis alius moreretur, non ipsi pro aliis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Aug. dicit in lib. de consensu Euangelistarũ, possumus intelligere Matth. posuisse pluralem numerum pro singulari: cùm dixit, latrones improperabant ei. Vel potest dici secundũ Hieron. q̃ primùm vterque blasphemauerit, deinde visis signis, vnus eorum crediderit.

ARTICVLVS XII.

¶ Vtrùm passio Christi sit eius diuinitati attribuenda.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur quòd passio Christi sit eius diuinitati attribuenda. Dicitur enim primæ ad Cor. 2. Si cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Sed dominus gloriæ est Christus secundum diuinitatem. ergo passio Christi competit ei secundum diuinitatem.

¶ Præterea, Principium salutis humanæ est ipsa diuinitas secundũ illud Psal. Salus autem iustorum a Domino. Si ergo passio Christi ad eius diuinitatem non pertineret, videtur quòd non posset nobis esse fructifera.

¶ Præterea, Iudæi puniti sunt pro peccato occisionis Christi, tanquam homicidæ ipsius Dei: quod magnitudo pœnæ demonstrat. Hoc autem non esset si passio ad diuinitatem non pertineret. ergo passio Christi ad diuinitatem eius pertinuit.

¶ SED CONTRA est quod Athanasius dicit in Epistola ad Epictetum, Natura Deus manens verbum est impassibile. Sed im passibile non potest pati. Passio ergo Christi non pertinebat ad eius diuinitatem.

CONCLVSIO.

¶ Attinet Christi passio ad diuinæ naturæ suppositum non diuinæ sed humanæ naturæ rationẽ, quæ passibilis fuerat.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) vnio humanæ naturæ & diuinæ facta est in persona & hypostasi & supposito, manente tamen distinctione naturarum: vt scilicet sit eadem persona & hypostasis diuinæ & humanæ naturæ, salua tamen vtriusq; naturæ proprietate. Et ideo (sicut suprà dictum est) supposito diuinæ naturæ attribuenda est passio, non ratione diuinæ naturæ, quæ est impassibilis, sed ratione humanæ naturæ. Vnde in Epistola synodali Cyrillus dicit, Si quis non confitetur Dei verbum passum carne, & crucifixum carne, anathema sit. Pertinet ergo passio Christi ad suppositum diuinæ naturæ ratione naturæ passibilis assumptæ, non autem ratione diuinæ naturæ impassibilis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd Dominus gloriæ dicitur crucifixus, non secundum quòd est dominus gloriæ: sed secundum quòd erat homo passibilis.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd (sicut dicitur in quodam sermone Ephesini concilij) mors Christi tanquam facta mors Dei, scilicet per vnionem in persona, destruxit mortem: quoniam Deus & homo erat qui patiebatur. Non enim natura Dei læsa est, sed humana, neq; mutatione sua succedunt passiones.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd sicut subditur ibidem, non purũ hominem crucifixerunt Iudæi, sed Deo intulerunt præsumptiones. Pone enim principem loqui per verbum, & hoc formari per literas in charta aliqua, & dirigi ciuitatibus, & aliquis inobediens, chartam diffumpat, ad mortis sententiam deducetur: non tanquam chartam diffrumpens, sed tanquam verbum imperiale diffrumpens. Non ergo securus sit Iudæus, tanquam purum hominem crucifigens: quod enim videbat, quasi charta erat: quod autem in ea celabatur, imperiale verbum erat natum ex natura, non prolatum per linguam.

QVAESTIO QVADRAGESIMA septima de causa efficiente Passionis Christi.

DEINDE considerandum est de causa efficiente passionis Christi.

¶ Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primò, vtrùm Christus fuerit ab aliis occisus, vel à seipso.

¶ Secundò, ex quo motiuo seipsum passioni tradiderit.

¶ Tertiò, vtrùm Pater tradiderit eum ad patiendum.

¶ Quarto, vtrùm fuerit conueniens, vt per manus Gentium pateretur, vel potius à Iudæis.

¶ Quintò, vtrùm occisores eius eum cognouerint.

¶ Sextò, de peccato eorum qui Christum occiderunt.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm Christus fuerit ab alio occisus, an à seipso.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non fuerit ab alio occisus, sed à seipso. Dicit enim ipse Ioan. 10. Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam. Ille autem dicitur aliquem occidere, qui animam eius tollit. Non est ergo Christus ab aliis occisus, sed à seipso.

Infrà q. 50. artic. 1. ad 2. & q. 51. ar. 3. cor. Et opuſ. 3. c. 337. & 338.

¶ Præterea, Illi qui ab aliis occidentur, paulatim debilitata

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem corporis: quia corpus Christi erat necessariò passiuum mortis ab illis actiuis, scilicet flagellis, clauis, &c. Ex parte verò animæ: quia si potuisset præseruare corpus ab omni extrinseca violentia, tenebatur se custodire in corpore: ac per hoc non custodiens peccasset. Probatur sequela: quia quilibet homo tenetur se custodire à malis: quia tenetur post Deum & animas diligere proprium corpus ex charitate.

¶ Dubiū secundo occurrit de ratione cōclusionis: quomodò nec vnio animæ Christi ad Verbū, manifestat animā Christi habuisse hāc potestatem. Nec autoritas Augustini hoc tradit, vt nō possit glossari, q̄ intēdit de volūtate secundū affectum, & nō secundum causam. Sicut etiam Autor superi⁹ in quæst. 15. art. 3. ad primū, glossat Damas. Exuriuit, sitiuit, mortu⁹ est Christus, q̄a voluit, glossa, volūtate diuina: quæ tamen Autor hic humanæ Christi voluntati tribuit.

¶ Ad euidentiam horū sciendū est, q̄ de anima Christi dupliciter loqui possumus, scilicet secundum virtutem naturalē vel grauitā in ea manētē, qua scilicet ipsa dicitur potens: & sic anima Christi non poterat præseruare corpus suū à læsionibus, nisi gloriā animæ deriuādo in corpus, & reddendo illud impassibile, quod fuisse contra mysteriū nostræ redemptionis, & cōtra ordinē Incarnatiōis, quoad initio distinitum est vt anima existente gloriosa corpus maneret passibile, suspēsa (vt supra dictū est) redundātia gloriæ in corpus. Discurrēdo quippe per oēs gratias infusas sanctæ in anima Christi, liquidò apparet nullā in ea fuisse potentiā aliā ad præseruandū corpus à læsionibus approximatis. Alio modo loqui possumus de anima Christi vt est instrumentū coniunctū deitatis, & sic, vt supra in quæst. 13. art. 2. & 4. dixit Autor, potestatē habuit faciendi omnia miracula ordinabilia à fine incarnationis: hoc est omnes mutationes creaturarū præter spectantes ad creationē, & huiusmodi. Et sic loquitur hic Autor de anima Christi: ita q̄ intendit quòd anima Christi vt organum Verbi, potestat & voluntatem eorum impedire, sicut poterat alia miracula in cælo & in terra facere, & similiter poterat conseruare carnem suam ne lædetur à flagellis, clauis & quibuscunq; læsiuis, sicut potuit seruare Petrum super aquas ambulantem, &c. Et huius ratio in secundo dubio reddetur.

¶ Ad obiectionem ergo Scoti primam, dicitur quòd peccat secundum nō causam vt causam. Concesso liquidē toto argumento, nihil aliud habetur nisi quòd corpus Christi necessariò passum est ab extrinsecis conferendo actiua ad passiuum (scilicet corpus & animam) secundum se. Cum his enim stat quòd anima illa vt organum Verbi potuisset, si voluisset, impedire passionem.

¶ Ad secundam dicitur, quòd soluit seipsam quia ex quo homo plus animā pro priam quàm proprium corpus tenetur diligere, constat quòd non peccat, sed bene facit, qui quum possit, non custodit proprium corpus à læsionibus propter saluté animarum: Christus autem pastor bonus fuit, ponens animam, hoc est vitam suam pro ouibus suis.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quòd quia à Catholicis acceptatur, quòd anima Christi fuit organum coniunctum verbi Dei, consentaneū rationi est, vt quod est singulariter & ineffabiliter assumptū est organum, ad omnia effectū sit organū, ad quæ potest instrumentaliter concurrere. Nam sicut caput est Christus etiā angelorum, & in scientia & gratia & virtutibus præstatus est omnibus, ita etiā potētia instrumētali super omnia sit, quę possunt diuino organo fieri: omnia enim quæ excellentia sunt & non dedecent Christi animā, sed consonant conditioni eius, credēda sunt inesse illi. Et sic ex vnione animæ Christi ad verbū, manifestatur rationabiliter potestas hæc (scilicet præseruandi proprium corpus à læsuris) in anima Christi, vt organū est Verbi. Et licet glossari forte possit Aug. ad planū

tamen sensum ex cōtextu recurrendū est, & ille tenēdus, quicquid glossetur. Quòd autē Autor diuinæ voluntati ibi tribuerit, quod hic humanæ, nō est mirū: quia ipsemet ibi in art. 1. regulā generalē tradidit inter prætendi dicta de potestate instrumētali animæ Christi: scilicet quòd quia instrumentū non proprie, sed principalis agentis potestate agit, ideo opera animæ Christi purè organicè attribuuntur deitati.

¶ Præterea virtus est vt fuit, scilicet q̄ Christus est suit, qa voluit, voluitate diuina, vt causa principali: & q̄ Christus est suit, sitiuit, mortuus est voluitate humana, vt causa potēte instrumētaliter impedire, & nō impedière. Et primū, vt etiā omnib⁹ affirmatur, scidā sapiētibus intelligitur in Euangelio traditū, quum dicitur, Nemo tollit animā meā à me, sed ego pono eam. Hoc verbū nullus martyrū quantumcunq; voluerius ad mortē, potest vt rē dicere: sed propriam fuit Christo: ergo nō fola voluntas cōplacentiæ, sed causa fuit mortis in Christo fuit.

¶ In rēspōsione ad secundum aduerte quòd duplex est modus dicendi de clamore Christi in cruce. Primus est quòd Christus permittēs cæteros pati ac debilitari vsque ad mortē, secundū violentiā illati suo corporitormēti, specialiter clamādi effectū, sortitus finē ad quem fuit, quòd Christus permisit quidē corpus pati, & nihil retinuerit de passione miraculosè cōseruauit fortitudinē naturę ad clamandum: quòd cōseruatio fuit miraculo sa: qua cōseruatione desinente, statim passio effectui mortis habuit locum. Mās enim expirauit, sed mus modo facilior est, sed multiplicat miracula: quoniā, vt patet Mat. 27. bis Christ⁹ clamauit ac per hoc duobus miraculis opus fuit, secundus autem modus, qui 2. sequitur Autor (litera, cui vnico contentus est) est miraculo, scilicet conseruatione fortitudinis, vt magnitudine ex illa ad quę ad extremū ex illa enim plures clamare potuit. Et alter est, quia vt in litera dicitur, ad hoc Christus cōseruauit fortitudinē, vt magnificaret, quòd nemo tollit animam suam à corpore suo sed ipse ponit eam.

¶ In eadē rēspōsione circa celeritatē mortis Christi, quia voluit, considerandū est quòd celeritas illa fuit & naturalis & voluntaria. Nam ex parte corporis naturale fuit, quòd Christus moreretur, antequā latrones morerentur. Tū quia longè plura passus fuerat: tū quia delicatioris erat cōplexionis: tū quia corp⁹ lesum, vigilijs atq. laboribus debilitatū habebatur: posissimè quia passio eius erat pura, scilicet sine redundātia cōsolationis: latrones enim cōsolabantur, alter ipse, alter saltē sua sorte contentus. Ex parte verò deitatis, & animæ instrumentaliter fuit voluntaria: q̄a quandiu voluit conseruare fortitudinē patientiæ, fortis fuit illatis passionibus directè, à sua verò voluntate indirectè, non prohibendo, quū posset, sequuta est mors, non expectata latronum morte.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæ septimæ Articulum secundum.*

TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Conueniētissimū fuit vt Christus ex obedientia pateretur. Probatur tripliciter. Omnia clara sunt in litera.

¶ Memento colligere ex rēsponsione ad primum & tertium, quòd Christus sua passione adimpleuit legem tocamcharitate quidē & obedientia summa omnia præcepta moralia, sacrificio summo suipsius, omnia cæremonialia satisfactione summa taniæ pœnæ, omnia iudicialia. Et si his iunxeris, q̄ in his tribus claudūtur mandata omnia iuris diuini, iuris naturalis, & iuris positiui secundū genera, videbis quòd Christus in sua passione impleuit omnē iustitiā omnis generis iuris & præcepti.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæ septimæ Articulum tertium.*

Clemat. TItulus clarus.

¶ In corpore vna cōclusio: Deus pater tradidit tripliciter Christū passioni. Probatur: Christ⁹ passus est ex obedientia Patris: ergo. Et declaratur cōclusio quoad ofa membra, scilicet ordinationē, inspirationē, non protectionem. Hęc enim tria inferūtur ex obedientia or dinatēnā obedientia humanoidi infert in præceptore institutionē, in obediēte inspirationē, in exequutore g̃missionē.

¶ In rēsponsione ad primum, nota quòd illa p̄positio, Innocētem hominē passioni & morti tradere inuitum, est impium & crudele, intelligitur absolutè & nō in ordine ad Deum, cuius sunt vita & mortiq; potest absq; impietate & crudelitate innocētem inuitum tradere passioni & morti, sicut potest pro libito talē annihilare. Vtitur autē Autor p̄positione ista, tractādo de Deo, vt ostendat q̄ traditio Christi in mortē ab ipso Deo nō est secundum se absolutè iniusta: quia nō inuitus, sed voluntarius traditus est in mortem, sponte obediens Deo ad hoc. Deus q̄ Deum nō omnipotēria sua vti in traditione huiusmodi, qui differt a vinci diabolum non potentia, sed iustitia, & propterea vsus est suaui dispositione, tradendo Christum voluntariū ad huiusmodi obedientiam.

* Alias non potentia.

tis & præcepti.

fius est ex obedientia.

¶ Præterea, Charitas est excellentior virtus, quàm obedientia. Sed Christus legitur ex charitate passus: secundum illud Ephe. 5. Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. Ergo passio Christi magis debet attribui charitati, quàm obedientiæ.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Philip. 2. Factus est obediens Patri vsque ad mortem.

CONCLVSIO.

¶ Conueniētissimum fuit vt Christus ex obedientia pateretur, vt humanæ reconciliationi perfectum Deo patri exhiberetur sacrificium.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd conuenientissimum fuit, quòd Christus ex obedientia pateretur. Primò quidem, quia hoc conueniebat iustificationi humanæ: vt sicut per vnius hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi, ita per vnius hominis obedientiam, iusti constituantur multi, vt dicitur Rom. 5. Secundò hoc conueniens fuit reconciliationi Dei ad homines. Vnde dicitur Rom. 5. Reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, inquantum scilicet ipsa mors Christi fuit quoddam sacrificium acceptissimum Deo: secundum illud Ephes. 5. Tradidit seipsum pro nobis, oblatio nem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Obedientia verò omnibus sacrificiis antefertur: secundum illud primi Reg. 15. Melior est obedientia quàm victimæ. Et ideo conueniens fuit, vt sacrificium passionis & mortis Christi ex obedientia procederet. Tertiò hoc conueniens fuit eius victoriæ, qua de morte & actore mortis triumphauit. Non enim miles vincere potest, nisi duci obediat, & ita homo Christus victoriam obtinuit * per hoc quòd Deo fuit obediens: secundum illud Prouer. 21. Vir obediens loquitur victorias.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus mandatum accepit à Patre, vt pateretur: dicitur enim Ioan. 10. Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam, & hoc mandatum accepi à Patre meo, scilicet ponendi animam, & sumendi eam. Ex quo (vt Chrysost. dicit) non est intelligendum, quòd prius expectauerit audire, & opus ei fuerit discere: sed voluntarium monstrauit processum, & contrarietatis ad Patrem suspicionem destruxit. Quia tamen in morte Christi lex vetus consummata est (secundum illud quod ipse moriens dixit Ioan. 19. Consummatum est) potest intelligi quòd patiendo, omnia veteris legis præcepta impleuit. Moralia quidem, quæ tamen præceptis charitatis fundantur, impleuit inquantum passus est, & ex dilectione Patris (secundum illud Ioan. 14. Vt cognoscat mundus quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio, surgite eamus hinc, scilicet ad locum passionis) & etiam ex dilectione proximi: secundum illud Galat. 2. Dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Cæremonialia verò præcepta legis quæ ad sacrificia & oblationes præcipuè ordinantur, impleuit Christus sua passione, inquantum omnia antiqua sacrificia, figuræ fuerunt illius veri sacrificij, quod Christus obtulit, moriendo pro nobis. Vnde dicitur Coloss. 2. Nemo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, quæ sunt vmbra futurorum, corpus autem Christi: eo scilicet, quòd Christus comparatur ad illa, sicut corpus ad vmbram. Præcepta verò iudicialia legis quæ præcipuè ordinantur ad satisfaciendum iniuriam passis, impleuit Christus sua passione: quoniam (vt in Psalm. dicitur) quæ non rapuit exoluit, permittens se ligno affigi, pro pomo, quod de ligno homo rapuerat contra Dei mandatum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd obedientia etsi importat necessitatem respectu eius quod præcipitur, tamen importat voluntatem respectu impletionis præcepti, & talis fuit obedientia Christi. Nam ipsa passio & mors secundum se considerata, naturali voluntati repugnabat: volebat tamen Christus Dei voluntatem circa hoc implere: secundum illud Psalm. Vt facerem voluntatem tuam Deus meus volui. Vnde dicebat Matth. 26. Si non potest transire à me calix iste, nisi bibam illum, fiat voluntas tua.

¶ Ad tertium dicendum, quòd eadem ratione Christus passus est ex charitate & obedientia: quia & præcepta charitatis ex obedientia impleuit, & obediens fuit ex dilectione ad patrem præcipientem.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum Deus pater tradiderit Christum passioni.

3. dist. 20. art. 3. q. 1. Et qual. 1. artic. 3. fi. & Matth. 26. ver. 2.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Deus pater non tradiderit Christum passioni. Iniquum enim & crudele videtur esse, quòd innocens passioni & morti tradatur. Sed, sicut dicitur Deut. 32. Deus fidelis & absque vlla iniquitate. Ergo Christum innocentem non tradidit passioni & morti.

¶ Præterea, Non videtur quòd aliquis à seipso & ab alio morti tradatur. Sed Christus tradidit semetipsum pro nobis: secundū quòd dicitur Isa. 53. Tradidit in mortem animam suam. Nō ergo videtur quòd Deus pater eum tradiderit.

¶ Præterea, Iudas vituperatur ex eo quòd tradidit Christū Iudæis: secundum illud Ioan. 6. Vnus ex vobis diabolus est: quod dicebat propter Iudam, qui eum erat traditurus. Similiter etiam vituperantur Iudæi, qui eum tradiderunt Pilato: secundum quòd ipse dicit Ioan. 18. Gens tua & Pontifices tui tradiderunt te mihi. Pilatus etiam tradidit ipsum, vt crucifigeretur, vt habetur Ioan. 19. Non est autem participatio iustitiæ cum iniquitate, vt dicitur 2. ad Corinth. 6. Ergo videtur quòd Deus pater non tradiderit Christum passioni.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Rom. 8. Proprio filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum.

CONCLVSIO.

¶ Tradidit Deus pater christum passioni præordinando ipsum pro humani generis liberatione pati, tantāmque charitatē illi infundendo vt pati vellet, & ipsum à passione non liberando, sed persequentibus exponendo.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut dictum est) Christus passus est voluntariè ex obedientia Patris. Vnde secundum tria, Deus pater tradidit Christum passioni. Vno quidem modo, secundum quòd sua æterna voluntate præordinauit passionem Christi ad humani generis liberationem, secundum illud quod dicitur Isaiæ 53. Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrorum: & iterum, Dominus voluit conterere eum in infirmitate. Secundò, inquantum inspirauit ei voluntatem pariendi pro nobis, infundendo ei charitatem. Vnde ibidem sequitur, Oblatus est, quia voluit. Tertiò, non protegendo eum à passione, sed exponendo persequentibus. Vnde & legitur Matt. 27. quòd pendēs in cruce Christus dicebat, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? quia scilicet potestati persequentium eum expositus, vt Augustinus dicit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd innocentem hominem passioni & morti tradere contra eius voluntatem, est impium & crudele, sic autem Deus pater Christum non tradidit, sed inspirando ei voluntatem patiendi pro nobis. In quo ostenditur & Dei seueritas, qui peccatum sine pœna dimittere noluit (quod signat Apostolus dicens, Proprio filio suo non pepercit) & bonitas eius in eo, quòd cùm homo sufficienter satisfacere non posset per aliquam pœnam quam pateretur, ei satisfactorem dedit. Quod signauit Apostolus dicens, Pro nobis omnibus tradidit illum. & Roma. 3. dicit, Quem, scilicet Christum, proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Christus, secundum quod Deus, tradidit semetipsum in mortem eadem voluntate & actione qua & Pater tradidit eum: sed inquantum homo, tradidit seipsum voluntate à Patre inspirata. Vnde non est contrarietas in hoc, quòd Pater tradidit Christum, & ipse tradidit semetipsum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis quadragesimæ septimæ Articulum quartum.*

Titulus clarus.

Coment. ¶In corpore vna ex cõclusio-Conueniens fuit, vt Christi passio à Iudæis inciperet, & medijs ibus ipsis gentilibus finiretur: Probatur. Conuenienter effectus passionis præfiguratus est in modo ipsius passionis: sed fructus inchoauit in Iudeis, & per ipsos puenit ad Gentiles: ergo cõueniens modus fuit vt Christi passio à Iudeis inciperet, & p ipsos à Gentilibus finiretur.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæ septimæ Articulum quintum.*

Titulus clat⁹ vt sonat, dehominib⁹ tamẽ, quia de demonibus iã dictum est.

Cõment ¶In corpore vna est distinctio bimembris cũ cõclusionibus appositis iuxta mẽbra. Distinctio est, quòd apud Iudæos quidam erant maiores, quidã minores. De maiorib⁹ tres cõclusiones ponuntur. Prima est, q̃ cognouerũt ipsum esse Messiam, secunda, quòd non cognouerũt ipsum esse Deum. tertia, quòd ignorãtia ista nõ excusauit peccatum eorum. Prima cõclusio probatur autoritate, & ratiõe, quia videbãt omnia signa dicta de Messia. secũda, pbatur autoritate eadem, adiuncta verbo Apostoli, Si cognouissent. Et hę conclusiones cũ suis probationibus ab Autore recitatiuè asseruntur: patet ex littera.

Tertia autem cõclusio ipsius Autoris est, & pbatur: quia eorũ ignorãtia erat affectata: quia videbãt testimonia deitatis Christi sufficiẽtia, sed ipsi ex prauo affectu peruertebant illa, & ꝛ. ꝛ. ctrinam abiiciebant. ꝛ.ꝛ.o Iẽtes credere. Probatur Ioan. 11. &c.

Annot. ¶Aduertẽdũ, quòd licet testimonia deitatis Christi essent secundũ se sufficientia ad causandũ fidem voluntariã vel coactã hominibus, qui præsẽtes fuerũt testimoniis illius: scilicet miraculorũ sic factorũ ad cõfirmationẽ doctrinæ, qua dicebat se Deum. Tamen gra vnionis personalis nõ erat vsquequaq; etiam tam hominib⁹ quàm dæmonibus, antequam mysteriũ hoc fuisset a gitum, nam etsi sciebatur, quòd Messias erat Deus & filius Dei: non tñ intelligebat, in quo sensu verificaret quòd esset De⁹ aut Dei filius, an p vnionis personalis gratiam, an per aliquã excellentiã singularissimã. Quæ dubitatio subiiara videtur post Christi passionẽ, quo ad dæmones, & resurrectionem quo ad homines: quãdo aperuit discipulis sensum, vt intelligerẽt scripturas, & ¶Ad tertium dicendum, quòd eadem actio diuersimodè iudicatur in bono vel in malo, secundum quòd ex diuersa radice procedit. Pater enim tradidit Christum, & ipse semetipsum, ex charitate, & ideo laudantur. Iudas autem tradidit ipsum ex cupiditate, Iudæi autem ex inuidia, Pilatus ex timore mundano, quo timuit Cæsarem, & ideo ipsi vituperantur.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm fuerit conueniens, Christum pati à Gentilibus.

AD QVARTVM sic proceditur. Viderur quòd non fuerit conueniens, Christum pati à Gentilibus. Quia enim per mortem Christi homines erant à peccato liberandi, conueniens videbatur, vt paucissimi in morte eius peccarent. Peccauerunt autem in morte eius Iudæi, ex quorum persona dicitur Matth. 21. Hic est hæres, venite occidamus eum. Ergo videtur conueniens fuisse, quòd in peccato occisionis Christi Gentiles non implicarentur.

¶Præterea, Veritas debet respondere figuræ. Sed figuralia sacrificia veteris legis non Gentiles, sed Iudæi offerebant. Ergo neque passio Christi, quæ fuit verum sacrificium, impleri debuit per manus Gentilium.

¶Præterea, sicut dicitur Ioan. 5. Iudæi quærebant Christum interficere, non solùm quia soluebat sabbatum, sed quia patrem suum dicebat Deum, æqualem se Deo faciens. Sed hoc videbatur esse solùm contra legem Iudæorum, vnde & ipsi dicunt Ioan. 19. Secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. videtur ergo conueniens fuisse, quòd Christus non à Gentilibus, sed à Iudæis pateretur, & fi.lsum esse quod dixerunt, Nobis nõ licet interficere quemquam cùm multa peccata secundum legem morte puniantur, vt patet Leui. 20.

¶SED CONTRA est quod ipse Dominus dicit Matthæi 20. Tradent eum Gentibus, ad illudendum, & flagellandum & crucifigendum.

CONCLVSIO.

¶ Conueniens fuit vt Christi passio à Iudæis inciperet, & hiis mediantibus per Gentiles finiretur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in ipso modo passionis Christi præfiguratus est effectus ipsius. Primò enim passio Christi effectum salutis habuit in Iudæis: quorum plurimi in morte Christi baptizati sunt: vt patet Act. 2, & 3.

¶Secundò verò Iudæis prædicantibus, effectus passionis Christi transiuit ad Gentes. Et ideo conueniens fuit vt Christus à Iudæis pati inciperet, & postea Iudæis tradentibus, per manus Gentilium, eius passio finiretur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus ad ostendendam abundantiam charitatis suæ, ex qua patiebatur, in cruce positus veniam persecutoribus postulauit. Et ideo vt huius petitionis fructus ad Iudæos & Gẽtiles peruenire, voluit Christus ab vtrisque pati.

¶Ad secundum dicendum, quod passio Christi fuit sacrificij oblatio, inquantum Christus propria voluntate mortem sustinuit ex charitate. Inquantum autem à persecutoribus est passus, non fuit sacrificium, sed peccatum grauissimum.

¶Ad tertium dicendũ, quòd sicut Augustꝰ dicit, Iudæi dicentes, Nobis non licet interficere quemquam, intellexerũt non sibi licere interficere quenquam, propter festi diei sanctitatem, quam celebrare iam cœperant.

Vel hoc dicebant (vt Chryso. dicit) quia volebant eum occidi, non tanquam transgressorem legis, sed tanquàm publicum hostem, quia Regem se fecerat: de quo non erat eorum iudicare. Vel quia non licebat eis crucifigere (quod cupiebant) sed lapidare: quod in Stephano fecerunt. Vel melius dicendum est, quòd per Romanos, quibus erant subiecti, erat eis potestas occidendi interdicta.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm Christi persecutores eum cognouerint.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd persecutores Christi eum cognouerint. Dicitur enim Matt. 21. quòd agricolæ videntes filium, dixerunt intra se, Hic est hæres, venite occidamus eum. Vbi dicit Hiero. Manifestè Dominus probat ex verbis Iudæorum, principes non per ignorantiam, sed per inuidiam, Dei filium crucifixisse: intellexerunt enim eum esse illum, cui Pater per Prophetam dicit, Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam. Ergo videtur quòd cognouerint eum esse Christum vel filium Dei:

¶Præterea, Ioan. 15. Dominus dicit, Nunc autem & viderunt & oderunt & me & Patrem meum. Quod autem videtur, manifestè cognoscitur. Ergo Iudæi cognoscentes Christum, ex causa odij, ei passionem intulerunt.

¶ Præterea, In quodam sermone Ephesini consilij dicitur, Sicut qui chartam imperialem discerpserit, tanquàm Imperatoris disrumpens verbum, ad mortem addicitur: sic crucifigens Iudæus quem viderat, pœnas dabit, tanquam in ipsum Deum verbum præsumptionis iniiciens. Hoc autem non esset, si eum esse Dei filium, non cognouissent: quia ignorantia eos excusasset. Ergo videtur quòd Iudæi crucifigentes Christum, cognouerint eum esse filium Dei.

¶SED CONTRA est quod dicitur 1. ad Corin. 2. Si cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. & Act. 3. dicit Petrus, Iudæis loquens, Scio quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. & Dominus in cruce pendens dicit, Pater, dimitte illis, nõ enim sciunt quid faciunt.

CONCLVSIO.

¶ Maiores Iudæorum quanquàm nouerint Iesum fuisse messiã in lege promissam, ignorauerũt tamen ipsum fuisse Deum verum, quorum ignorãtia inexcusabilis fuit: minores verò non cognouerunt illum fuisse filium Dei, nec Messiam.

¶RESPONDEO dicendum, quòd apud Iudæos quidam erant maiores, & quidam minores. Maiores quidem, qui eorum principes dicebantur (vt dicitur in lib. Quæstionũ vete. & nou. Test.) sicut & dæmones, cognouerunt eum esse Christum promissum in lege: omnia enim signa videbant in eo, quæ dixerant futura Propheræ. Mysterium autem diuinitatis eius ignorabant, & ideo Apostolus dicit, Quòd si cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Sciendum tamẽ, quòd eorum ignorantia non eos excusabat à crimine: quia erat quodammodo ignorantia affectata. videbant enim euidentia signa diuinitatis ipsius: sed ex odio & inuidia Christi, ea peruertebant, & verbis eius, quibus se Dei filium fatebatur, credere noluerunt. Vnde ipse de eis dicit Ioan. 15. Si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent, nunc autem excusationem nõ habent de peccato suo. Et postea subdit, Si opera nõ fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Et sic ex persona eorum accipi potest quod dicitur Iob 21. Dixerunt Deo, Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus. Minores verò, id est populares, qui mysteria Scripturæ non nouerant, non plenè cognouerunt ipsum esse nec Christum nec filium Dei, licet enim aliqui eorum in eum crediderint, multitudo tamen non credidit. Et si aliquando dubitauerunt, an ipse esset Christus, propter signorum multitudinem & efficaciam doctrinæ (vt habetur Ioan. 7.) tamen postea decepti fuerunt à suis principibus, vt eum non crederent, neque filium Dei neque Christum. Vnde & Petrus eis dixit, Scio quia per ignorantiã fecistis, sicut & principes vestri: quia scilicet per principes seducti erãt.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa verba dicuntur ex persona colonorum vineæ, per quos significantur rectores illius populi: qui eum cognouerunt esse hæredem, inquantum cognouerunt eum esse Christum promissum in lege. Sed contra hanc responsionem esse videtur, quòd illa verba Psalmi, Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, eidem dicuntur, cui dicitur, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Si ergo cognouerunt eum esse illum cui dictum est, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, sequitur quòd cognouerint eum esse filium Dei. Chrysost. etiam ibidem dicit, quòd cognouerũt eum esse filium Dei. Beda etiam dicit super illud Luc. 23. Quia nesciunt quid faciunt. Notandum, inquit, quòd non pro eis orat, qui quem filium Dei intellexerunt, crucifigere, quàm confiteri maluerunt. Sed ad hoc potest responderi, quòd cognouerunt eum esse filium Dei, non per naturam, sed per excellentiam gratiæ singularis. Possumus tamen dicere, quòd etiam verum Dei filium cognouisse dicuntur, quia euidentia signa huius rei habebant: quibus tamen assentire, propter odium & inuidiam noluerunt, vt eum cognoscerent esse filium Dei.

¶Ad secundum dicendum, quòd ante illa verba præmittitur, Si opera non fecissem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, & postea subditur, Nunc autem viderunt & oderunt & me & Patrem meum. Per quod ostenditur, quòd videntes opera Christi mirifica, ex odio processit quòd eum filium Dei non cognouerunt.

¶Ad tertium dicendum, quòd ignorantia affectata non excusat à culpa, sed magis videtur culpam aggrauare: ostendit enim hominem sic vehementer esse affectum ad peccandum quòd vult ignorantiam incurrere, ne peccatum vitet. Et ideo Iudæi peccauerunt, non solùm hominis Christi, sed etiam tanquam Dei crucifixores.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm peccatum Christum crucifigentium fuerit grauissimum.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd peccatum crucifigentium Christum, non fuerit grauissimum. Non enim est grauissimum peccatum, quod excusationem habet. Sed ipse Dominus excusauit peccatum crucifigentium eum, dicens, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Non ergo peccatum eorum fuit grauissimum.

¶Præterea, Dominus dixit Pilato Ioan. 19. Qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Ipse autem Pilatus fecit Christum crucifigi per suos ministros. Ergo videtur fuisse maius peccatum Iudæ proditoris, peccato crucifigentium Christum.

¶Præterea, Secundum Philosophum in 5. Ethic. Nullus patitur iniustum volens, & sicut ipse ibidem dicit, Nullo patiente iniustum, nullus facit iniustum: ergo volenti nullus facit iniustum. Sed Christus voluntariè est passus: vt suprà habitum est. Non ergo iniustum fecerunt crucifixores Christi. & ita eorum peccatum non fuit grauissimum.

¶SED CONTRA est quod super illud Matth. 23. Et vos implete mensuram patrum vestrorum, dicit Chrysost. Quantum ad veritatem excesserunt mensuram patrum suorum: illi enim occiderũt homines, isti Deum crucifixerunt.

CONCLVSIO.

¶ Peccatum principum Iudæorum crucifigentium Christum fuit grauissimum ex suo genere, & voluntatis illorum malitia: aliorum verò Iudæorum minus fuit ex circunstantia ignorantiæ: Gentilium verò magis fuit excusabile ex ignorantia legis & scripturarum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est, principes Iudæorum cognouerunt Christum: & si aliqua ignorantia fuit in eis, fuit ignorantia affectata, quæ eos non poterat excusare. Et ideo peccatum eorum fuit grauissimum: tum ex genere peccati, tum ex malitia voluntatis. Minores autem Iudæi, grauissimè peccauerunt quantum ad genus peccati: in aliquo tamen diminuebatur eorum peccatum, propter eorum ignorantiam. Vnde super illud Luc. 23. ex hoc tandem obtinuerunt sententiam mortis illius. Et licet non cognouerint Iesum esse Christũ, ignorantia affectata illos velantes dicuntur tamẽ cognouisse, quia in promptu erat vnde cognoscerer tam ex debito & ex facultate eorum, quàm ex præsentia cognoscibilis toties obiata simul, cum doctore tam claro.

¶De minoribus verò Iudæorum tria dicuntur. primum est, q̃ non cognouerunt Iesum esse Christũ nec filium Dei. secundum est, quòd multitudo nõ credidit in eum, quãuis alii qui in illũ crediderint, tertiũ est, q̃ multitudo seducta fuit à principibus. Ratio primi ponitur: quia non sciebant mysteria Scripturarum secundũ patet ex Euangelio: tertiũ colligitur ex Euangelio Ioan. 7. & Act. 3. Vbi ly per ignorãtiã, nõ subaudit̃ replicati ad principes: quia ly sicut, non denotat ibi similẽ in causa facti, scilicet ignorantia, sed in facto tantùm: ita q̃ nõ est sensus, Scio q̃ per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri p ignorantiam fecerunt: tunc enim esset assimilatio in facto & causa facti. Sed est sensus, Scio q̃ per ignorantiã imitati estis principum vestrorum factũ: sic enim est similitudo imitatiua facti tantùm.

Cõment. *suprà, ar. 4. ad 2. fi.* *Et opus. 60. cap. 18. fi.*

¶ *Super Quæstionis quadragesimæ septimæ Articulum extum.*

Cõment. Titulus vt sonat.

¶In corpore tres conclusiones, iuxta tria genera hominũ crucifigentiũ Christum, scilicet principes Iudæorum, populũ Iudæorum, & Gentiles. Prima conclusio, peccatum principum fuit grauissimũ ex genere peccati & ex malitia voluntatis. Secũda: Peccatũ aliorum Iudæorum fuit grauissimũ ex genere peccati, minus tamen excircũstãtia ignorantiæ. Tertia est: Peccatũ Gentilium fuit grauissimũ ex genere peccati, multò autẽ magis excusabile ex ignorantia legis & Scripturarũ. Vbi videre potes ideo peccatum crucifixionis Christi esse grauissimum ex suo genere: quia ex suo genere fuit occisio non solùm hominis tam excellentis innocẽtiæ, &c. sed etiã Dei. genus enim peccati ex obiecto seu materia, circa quam est, sumitur: illa autẽ occisio cõstat, quòd secundũ rem ad Verbũ incarnatum terminata est: persona enim illa crucifixa & mortua est. Maior autẽ & minor grauitas huius grauissimi secundum se peccati attenditur ex parte ipsorũ peccãtiũ, ignorãter vel sciẽter, ex maiori vel minori malitia peccantium.

Annot. ¶In responsione ad secundũ, quia indecisum ibi relinquitur, an peccatum Iudę fuerit grauius peccato principũ Iudęo rum, quæritur quod eorum fuerit grauius. Et dicendum est quòd peccatũ Iudæ fuit grauius: quia ipse in maiori erat gradu constitutus, vt pote Apostolus: & non solùm viderat miracula Christi, sed fecerat miracula in nomine Christi, accepta ab ipso potestate, sicut cæteri Apostoli: & confessus est Iesum Christum Matt. 16. approbando responsionem Petri pro omnibus discipulis. Tu es Christus, &c. Et breuiter supra malitiam communem sibi & principibus, habuit excellentem ingratitudinẽ, & supra genus peccati addidit turpitudinem proditionis. Ob quam in Psalmo grauius peccatum monstratur, quum dicitur: Quoniam si inimicus

Universidad de Deusto
Biblioteca

meus maledixisset mihi, fustimuissem vinces & ij is qui oderat me, fu per me magna locutus fuisset, abiectissimè me forsitan ab eo. tu verò homo vnanimis dux meus (quantum ad locutos) & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos.

¶ *Super Quæstionis quadragesimaoctaua Articulum primum.*

Annot. TItulus clarus est recolentibus, in quo cõsistit meriti ratio, scilicet q; vendicet sibi ex debito præmium. Et propterea passionem Christi operati nostram salutē per modum meriti, est operari sic vt secundò iustitiam debeat sibi nostra salus.

Coment. ¶ In corpore art. vnica est cõclusio affirmatiuè respondés quæstioni: Christus per suam passionē non solùm sibi meruit, sed omnibus suis membris salutē, probat. Christo data est gratia non solùm vt singulari personæ, sed etiā vt capiti Ecclesiæ: ergo opera Christi ita se habēt tam ad se, quàm ad sua membra, sicut opera alterius in gratia constituti ad ipsum: ergo Christus per suam passionē non solùm meruit sibi, sed omnibus membris suis salutem. Antecedēs patet ex supradictis. Prima cōsequentia, vt euidēs per se relinquit nota ex terminis. Et verē sic est penetrantibus corpus mysticum Christi esse sicut vnū eundémq; hominē, secunda autē cōsequentia probatur ex eo quòd quilibet cōstitutus i gratia, patiēs propter iustitiā, meretur sibi saluté. Quod probatur Matth. 5. Beati q̄ patiē quutione. ¶ In responsione ad primū vide, q̄ licet facile potuisset dici q̄ non est superfluū pluries mereri idem: quoniam est ex pluribus meritis facere librū in præmiū debitum: & costat quotidie hoc cōtingere, dū quilibet in gratia cōstitutus, quolibet actu meritorio meretur vitam æternā. Vt docetur tamē Autor necessitatem meriti per passionem Christi vltra meritum per alios Christi actus, dixit q̄ passio Christi addit supra priora merita ea q̄ per ipsum meruit Christus tollere impedimenta nostræ salutis: meruit enim tollere & culpā omnē, & pœnam tam naturæ nostræ quàm singulorū membrorum suorum.

Infrà, q. 62. ar. 5. Et 3. dist. 18. ar. 5. & 4. di. 1. qu. 1. artic. 4. quæst. 3. Et veri. q. 26. ar. 6. ad 20. Et Rom. 4. lect. Annot. ¶ In responsione ad vltimum, aduerte q̄ vltra vilitates numeratas in art. 3. quæst. 46. quas intulit passio Christi ex ipso genere operis, est vnus effectus interē explicatus ab Autore, scilicet q̄ quia patiēs subtrahit à se quod sufficit propter æmotem illius, pro quo patitur, per hoc

Nesciunt quid faciunt: dicit Beda, Pro illis rogat qui nescierunt quid facerent: zelum Dei habentes, sed non secundum scientiam. Multò autē magis fuit excusabile peccatum Gentilium, per quorum manus crucifixus est, qui legis scientiam non habebant.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd excusatio illa Domini non refertur ad principes Iudæorum, sed ad minores de populo: sicut dictum est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Iudas tradidit ipsum, non Pilato, sed principibus Sacerdotum, qui tradiderunt eum Pilato: secundū illud Ioan. 18. Gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi. Horum tamen omnium peccatum fuit maius quàm Pilati, qui timore Cæsaris, Christum occidit. Et etiam quàm peccatum militum, qui mandato præsidis, Christum crucifixerunt: non ex cupiditate, sicut Iudas, nec ex inuidia & odio, sicut principes Sacerdotum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus voluit quidem suam passionem, sicut & Deus eam voluit. Iniquam tamen actionem Iudæorum non voluit, & ideo occisores Christi ab iniustitia non excusantur. Et tamen ille qui occidit hominem, iniuriam facit, non solùm homini occiso: sed etiam Deo & reipublicæ. Sicut etiam & ille qui occidit seipsum, vt Philosophus dicit in 5. Ethic. Vnde & Dauid damnauit illum ad mortem, qui non timuerat mittere manum vt occideret Christum Domini, quamuis eo potente: vt legitur 2. Reg. 1.

QVAESTIO QVADRAGESIMAOCTAVA de Modo passionis Christi quantum ad effectum, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerādum est de effectu passionis Christi. Et primò de modo efficiendi: secundò de ipso effectu.

¶ Circa primum quæruntur sex.

¶ Primò, vtrùm passio Christi causauerit nostram salutem per modum meriti.

¶ Secundò, vtrùm per modum satisfactionis.

¶ Tertiò, vtrùm per modum sacrificij.

¶ Quartò, vtrùm per modum redemptionis.

¶ Quintò, vtrùm esse redemptorem, sit proprium Christi.

¶ Sextò, vtrùm causauerit effectum nostræ salutis per modum efficientiæ.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrùm passio Christi causauerit nostram salutem per modum meriti.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd passio Christi non causauerit nostram salutem per modum meriti. Passionum enim principia non sunt in nobis. Nullus autem meretur vel laudatur, nisi per id, cuius principium est in ipso. Ergo passio Christi nihil est operata per modum meriti.

¶ Præterea, Christus ab initio suæ conceptionis meruit & sibi & nobis: vt suprà dictum est. Sed superfluum est aliquem iterum mereri id quod ante meruerat. Ergo Christus per suam passionem non meruit nostram salutem.

¶ Præterea, Radix merendi est charitas. Sed charitas Christi non fuit magis augmentata in passione, quàm ante. Ergo non magis meruit salutem nostram patiendo, quàm antè fecerat.

¶ SED CONTRA est, quòd super illud Philipp. 2. Propter quod & Deus exaltauit illum, &c. dicit Augusti. Humilitas passionis, claritatis est meritum, claritas humilitatis est præmium. Sed ipse clarificatus est, non solùm in seipso, sed etiam in suis fidelibus: vt ipse dicit Ioan. 17. Ergo videtur quòd ipse meruerit salutem suorum fidelium.

CONCLVSIO.

¶ *Christus per suam passionem non modò sibi, sed omnibus membris suis æternam promeruit salutem.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) Christo data est gratia, non solùm sicut singulari personæ, sed inquantum est caput Ecclesiæ: vt scilicet ab ipso redundaret ad membra. Et ideo opera Christi hoc modo se habent tam ad se, quàm ad sua membra, sicut se habent opera alterius hominis in gratia constituti ad ipsum. Manifestum est autem quòd quicunque in gratia constitutus, propter iustitiam patitur, ex hoc ipso meretur sibi salutem, secundum illud Matth. 5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Vnde Christus per suam passionem non solùm sibi, sed etiam omnibus membris suis meruit salutem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd passio, inquantum huiusmodi non est meritoria: quia habet principium ab exteriori. Sed secundum quòd eam aliquis voluntariè sustinet, sic habet principium ab interiori: & hoc modo est meritoria.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Christus à principio suæ conceptionis meruit nobis salutem æternam: sed ex parte nostra erant quædam impedimenta, quibus impediebamur consequi effectum præcedentium meritorum. Vnde ad remouendum illa impedimenta oportuit Christum pati: vt suprà dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd passio Christi habuit aliquem effectum, quem non habuerunt præcedentia merita: non propter maiorem charitatem, sed propter genus operis, quod erat conueniens tali effectui: vt patet ex rationibus suprà inductis de conuenientia passionis Christi.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrùm passio Christi causauerit nostram salutem per modum satisfactionis.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd passio Christi non causauerit nostram salutem per modum satisfactionis. Eiusdem enim videtur esse satisfacere, cuius est peccare: sicut patet in aliis pœnitentiæ partibus: eiusdem enim est conteri & confiteri, cuius est peccare. Sed Christus non peccauit: secundum illud 1. Petr. 2. Qui peccatum non fecit. Ergo ipse non satisfecit propria passione.

¶ Præterea, Nulli satisfit per maiorem offensam. Sed maxima offensa fuit perpetrata in Christi passione: quia grauissimè peccauerunt qui eum occiderunt: vt suprà dictum est. Ergo videtur quòd per passionem

¶ Num vnus pro alio satisfacere valeat, non autem conteri, vel confiteri, quia satisfactio est actus exterior.

Resp. ¶ In responsione ad primum, dubium occurrit circa rationē reddi tam, quare potest vnus pro alio satisfacere & nō cōteri aut cōfiteri. Assignatur liquidē in litera ratio, quia satisfactio est actus exterior. Contra quē in prompta est obiectio, q̄ confessio quoque est actus exterior: & propterea si ratio est valida, infert etiā q̄ vnus potest cōfiteri pro alio: & quia hoc non est verum, sequitur quòd ratio nihil valet.

Annot. Ad dubium hoc dicitur, q̄ æquiuocatio hic accidit de actu exteriori. Nā actus exterior dupliciter dicitur, vel vt distinguitur absolutè contra interiorē, vt videre est actus exterior, imaginari est actꝰ interior. Et secundum hunc sensum procedit obiectio: sic enim confessio est actus exterior. Alio modo sumitur actus exterior secundum medium, & sic distinguitur contra actum secundū medium interius, hoc est rationis tantùm. Vt enim moralibus patuit, dupliciter inuenitur medium in actibꝰ nostris, vel medium rationis tantùm, vel medium rei. Et medium rei exterius dicitur, quia in æqualitate rei ad rē consistit, medium autē rationis interius quodā modo dicitur: quia in proportione intranea ratio ipsa in ordine ad operandum consistit. Quia autē satisfactio in æqualitate rei ad rē consistit, (oportet enim Ipsam adæquare debitū, vt patet ideo dicitur hic quòd consistit in actu exteriori secundū medii, & in hoc differt cōfessio à satisfactione in proposito. Et hinc prouenit vt Autor dicit, q̄ satisfacere potest quis per alium: quoniam ad æquale exteriorum soluendū adhiberi possunt externa instrumenta, inter quæ sunt animalia non minus, quàm pecuniæ. Satisfactio autē externa sonat adæquationem: est enim facere satis, id est sufficienter.

¶ Super Quæstionis quadragesimaoctauæ Articulum tertium.

TItulus clarus.

Coment. ¶ In corpore tertiæ, Primò respondetur quæstio vna conclusione: Passio Christi fuit verum sacrificium. Pro quo sciendum est, q̄ sacrificium, vt habetur 9. de Ciui. Dei, cap. 4. dicitur ab eo quod agitur vt charitate in nobis, vt referamur Deo, relatum ad ipsum Deū, est verū sacrificium. Sed Christus sustinendo voluntarie passionē, fecit opus acceptissimum, & c. ergo Maior probatur & autoritate Aug. & quia id propriè dicitur sacrificiū quod

batur caro humana, quinimo hæc sacrificia nefanda habebantur: secundum illud Psalm. Effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaam. Ergo videtur quòd passio Christi sacrificium dici non possit.

¶ Præterea, Augusti. dicit in 10. de Ciui. Dei, quòd sacrificium visibile, inuisibilis sacrificij sacramentum, id est sacrum signum est. Sed passio Christi non est signum, sed magis signatum per alia signa. Ergo videtur quòd passio Christi non sit sacrificium.

¶ Præterea, Quicunque offert sacrificium, aliquod sacrum facit, vt ipsum nomen Sacrificij demonstrat. Illi autem qui Christum occiderunt, non fecerunt aliquod sacrum, sed magnam malitiam perpetrauerunt. Ergo passio Christi magis fuit maleficium, quàm sacrificium.

¶ SED CONTRA est, quòd Apostolus dicit Ephes. 5. Tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis.

CONCLVSIO.

¶ *Cùm Christus passionem suam sustinendo, opus Deo acceptissimum reddiderit, eius passio verum extitit sacrificium.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sacrificium propriè dicitur aliquid factum in honorem propriè Deo debitum ad eum placandum. Et inde est quod Augusti. dicit in 10. de Ciui. Dei. Verum sacrificium est omne opus quod agitur, vt charitate inhæreamus Deo, relatum scilicet ad illum finem boni, quo veraciter boni esse possumus. Christus autem (vt ibidem subditur) seipsum obtulit in passione pro nobis, & hoc ipsum opus quod voluntariè passionem sustinuit, Deo maximè acceptum fuit, vtpote ex charitate proueniēs. Vnde manifestum est quòd passio Christi fuerit verum sacrificium. Et sicut ipse postea subdit in eodem lib. Huius veri sacrificij, multiplicia variáque signa erant sacrificia prisca Sanctorum: cùm hoc vnum per multa figuraretur, tanquam verbis multis res vna diceretur, vt sine fastidio multum commendaretur. Et cùm quatuor consideretur in omni sacrificio (vt Aug. dicit in 4. de Trini.) scilicet cui offeratur, à quo offeratur, quid offeratur, pro quibus offeratur, idem ipse vnus verúsque mediator per sacrificium pacis reconcilians nos Deo, vnum cum illo maneret, cui offerebat, vnum in se faceret, pro quibus offerebat, vnus ipse esset qui offerebat, & quod offerebat.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet veritas respondeat figuræ, quantum ad aliquid: non tamen quantum ad omnia: quia oportet quòd veritas figuram excedat. Et ideo conuenienter figura huius sacrificij, quo caro Christi offertur pro nobis, fuit caro non hominum, sed aliorum animalium significantium carnem Christi, quæ est perfectissimum sacrificium. Primò quidem, quia ex eo quòd est humanæ naturæ caro, congruè pro hominibus offertur, & ab eis sumitur sub sacramento. Secundò, quia ex eo quòd erat passibilis & mortalis, apta erat immolationi. Tertiò, quia per hoc quòd erat sine peccato, efficax erat ad emundanda peccata. Quartò, quia ex eo quòd erat caro ipsius offerentis, erat Deo acceptata propter charitatem, suam carnem offerentis. Vnde Augusti. dicit in 4. de Trinitat. Quid tam congruenter ab hominibus sumeretur, quod pro eis offerretur, quàm humana caro? & quid tam aptum huic immolationi, quàm caro mortalis? & quid tam mundum pro mundandis vitiis mortalium, quàm sine contagione carnale concupiscentiæ caro, nata in vtero & ex vtero Virginali? & quid tam gratè offeri & suscipi posset, quàm caro sacrificij nostri, corpus effectum sacerdotis nostri?

¶ Ad secundum dicendum, quòd Augu. ibi loquitur de sacrificiis visibilibus figuralibus. Et etiam ipsa passio Christi licet sit aliquid signatum per alia sacrificia figuralia, est tamen signum alicuius rei obseruandæ à nobis: secundum illud primæ Pet. 4. Christo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini: quia qui passus est in carne, desijt à peccatis, vt iam non hominum desideriis, sed voluntate Dei, quod reliquum est in carne viuat temporis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis quadragesimæoctauæ Articulum quartum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore duo sunt. Primò manifestatur status seruilis generis humani quo ad duo, culpam scilicet & pœnam. Secundò respondetur quæstioni vna conclusione, scilicet, passio Christi est nostra redemptio. Primum declaratur quo ad peccatum & diabolum suggestorem autoritatib⁹ quo ad pœnam verò ratione clara in littera. Conclusio probatur: Passio Christi fuit sufficiens & superabundans satisfactio pro peccatis, & pro reatu generis humani: ergo fuit quasi pretiū quo liberati sumus ab vtraq; seruitute: ergo fuit nostra redemptio. Prima consequentia probatur: quia satisfactio habet rationem pretij redimendi. Probatur autoritate Damas. 4. Secunda cōsequentia clara est ex se. Et amplius declaratur quia pretium oblatū à Christo, fuit non pecunia, sed ipsemet patiens.

Infrà. q. 49. artic. 1. Et 2 dist. 19. ar. 2. Et 3 dist. 19. ar. 4 Et Opus. 60. c. 18. col. 6.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæoctauæ Articulum quintum.*

Annot.

Titulus vt sonat. Sumendus est ista quòd Christus sua mitatur, vt distinguitur à Patre & Spiritu sancto, & ab aliis Sanctis. Et est sermo de redemptione vniuersali humani generis: quam dictum est in præcedenti articulo esse effectum passionis Christi.

Comment.

¶ In corpore sunt duæ conclusiones. Prima est: Esse redemptorem immediatè, est proprium Christi, in quantum homo. Secunda est: Redemptio potest attribui toti Trinitati vt primæ causæ. Probantur ambæ simul: Vtrumq; horum, scilicet actus solutionis & pretium solutum, pertinet immediatè ad Christum, inquantum homo & ad totam Trinitatem vt primā causam: ergo. Assumptum pro prima parte probatur: quia pretium nostræ redemptionis est vita corporalis Christi, quam ipse Christus exoluit. Pro secunda verò: quia vita corporalis Christi erat Trinitatis vt primæ causæ: & ipsa Trinitas inspirauit animæ Christi, vt poneret vitā suam pro nobis. Consequētia autem probatur: quia ad hoc quòd aliquis redimat, duo requiruntur, & quòd ipse soluat, & quòd soluat de suo. Et primum quidem patet: quia alio qui non redimeret, secùs autē probatur: quia si de alieno redimeret, magis redimeret Dominus pretij, quàm ille solgens: vt patet in his, qui de elemosyna redimūt captiuos.

¶ Ad tertium dicendum, quòd passio Christi ex parte occidētium ipsum, fuit maleficium: sed ex parte ipsius ex charitate patientis, fuit sacrificium. Vnde hoc sacrificium ipse Christus obtulisse dicitur: non autem illi, qui eum occiderunt.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm passio Christi operata sit nostram salutē per modum redemptionis.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur quòd passio Christi non sit operata nostram salutem per modum redemptionis. Nullus enim emit vel redimit quod suum esse non desiit. Sed homines nunquam desierunt esse Dei: secundum illud Psalm. Dominī est terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. Ergo videtur quòd Christus non redemerit nos sua passione.

¶ Præterea, Sicut Augustinus dicit 13. de Trinita. Diabolus à Christo iustitia superādus fuit. Sed hoc exigit iustitia, vt ille qui inuasit dolosè rem alienam, debeat priuari: quia fraus & dolus nemini debet patrocinari, vt etiam iura humana dicunt. Cùm ergo diabolus creaturam Dei, scilicet hominem, dolosè deceperit, & sibi subiugauerit: videtur quòd nō debuerit homo per modum redemptionis ab eius eripi potestate.

¶ Præterea, Quicunque emit aut redimit aliquid, pretium soluit ei, qui possidebat. Sed Christus non soluit sanguinem suum (qui dicitur esse pretium redemptionis nostræ) diabolo, qui nos captiuos tenebat. Non ergo Christus sua passione nos redemit.

¶ SED CONTRA est quod dicitur 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati & incontaminati Christi. Et Gal. 3. dicitur, Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Dicitur autem pro nobis factus maledictum, inquantum pro nobis passus est in signo, vt suprà dictum est. Ergo per passionem suam nos redemit.

CONCLVSIO.

Cùm Christi passio fuerit superabundans pro peccatis & reatu humani generis satisfactio, fuit nostrā salutem operata per modum redemptionis.

¶ RESPONDEO dicēdum, quòd per peccatum dupliciter homo obligatus erat. Primò quidem seruitute peccati, quia qui facit peccatum, seruus est peccati: vt dicitur Ioan. 8. & 2. Petr. 2. A quo quis superatus est, huius & seruus est. Quia igitur diabolus hominem superauerat, inducendo eum ad peccatum, homo seruituti diaboli addictus erat. Secundò, quantum ad reatum pœnæ, quo homo erat obligatus secundum Dei iustitiam. Et hic etiam est seruitus quædam. ad seruiturem enim pertinet, quòd aliquis patiatur quod non vult: cùm liberi hominis sit vti seipso, vt vult. Quia igitur passio Christi fuit sufficiens & superabundans satisfactio pro peccato & reatu pœnæ generis humani: eius passio fuit quasi quoddam pretium, per quod liberati sumus ab vtraque obligatione. Nam ipsa satisfactio qua quis satisfacit, siue pro se siue pro alio, pretium quoddam dicitur, quo seipsum vel alium redimit a peccato & à pœna: secundum illud Danie. quarto, Peccata tua eleemosynis redime: Christus autem satisfecit non quidem pecuniam dando, aut aliquid huiusmodi: sed dando id quod fuit maximum, seipsum scilicet, pro nobis. Et ideo passio Christi dicitur esse nostra redemptio.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo dicitur esse Dei dupliciter. Vno modo inquantum subiicitur potestati eius. Et hoc modo nunquam homo desiit Dei esse: secundum illud Danie. 4. Dominatur Excelsus in regno hominum, & cuicunque voluerit, dabit illud. Alio modo per vnionem charitatis ad eum: secundum quod dicitur Rom. 8. Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Primo ergo modo nunquàm homo desiit esse Dei. secundo verò modo desiit esse Dei per peccatum. Et ideo inquantum fuit à peccato liberatus Christo passo satis faciente, dicitur per passionem Christi esse redemptus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd homo peccando obligatus erat & Deo & diabolo: quantum enim ad culpam Deum offenderat, & diabolo se subdiderat, ei consentiens. Vnde ratione culpæ non erat factus seruus Dei: sed potius à Dei seruitute receedens, diaboli seruiturem incurrerat, Deo iustè hoc permittente, propter offensam in se commissam. Sed quantum ad pœnam, principaliter homo erat Deo obligatus sicut summo iudici: diabolo autem tanquam tortori: secundum illud Matth. 5. Ne forte tradat te aduersarius tuus iudici, & iudex tradat te ministro, id est Angelo pœnarum crudeli: vt Chryso. dicit. Quamuis igitur diabolus iniustè, quantum in ipso erat, hominem sua fraude deceptum sub seruitute teneret, & quantum ad culpam, & quantum ad pœnam: iustum tamen erat hoc hominem pati, Deo permittente quantum ad culpam, & ordinante quantum ad pœnam. Et ideo per respectum ad Deum, iustitia exigebat, quòd homo redimeretur, non autem per respectū ad diabolum.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd quia redemptio requirebatur ad hominis liberationem, per respectum ad Deum, non autem per respectum ad diabolum, non erat pretium soluendum diabolo, sed Deo. & ideo Christus sanguinem suum (qui est pretium nostræ redemptionis) non dicitur obtuliſſe diabolo, sed Deo.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm esse redemptorem, sit proprium Christi.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd esse redemptorem, non sit proprium Christi. Dicitur enim in Psalm. Redemisti me domine Deus veritatis. Sed esse dominū Deum veritatis, conuenit toti Trinitati. Non ergo est proprium Christo.

¶ Præterea, Ille dicitur redimere, qui dat pretium redemptionis. Sed Deus pater dedit filium suum redemptionem pro peccatis nostris, secundum illud Psalm. Redemptionem misit Dominus populo suo. Gloss. id est Christum, qui dat redemptionem captiuis. Ergo non solùm Christus, sed etiam Deus pater nos redemit.

¶ Aduertendum hic, quòd cōuenienter humanæ naturæ, duplex est differentia. Quædam enim sunt dispositiones essentiæ aut patiendi, vt esse calidum manuetū, flagellatum, crucifixū, tristē, & huiusmodi, & hæc omnia sunt propria Christo, vt distinguitur à Patre & Spiritu sancto. Quædā verò sunt actiones, vt docere, iunare, redimere, saluare, &c. & de his alia ter est dicendū secundū nominū appellationē. Nam secundū rem, dicendum est q̄ actio dicitur simpliciter sumitur: scilicet causaliter vel personaliter. Et hoc est dictū, actionem Christi simpliciter sumptā vel secundū q̄ est actio à suis efficientibus existens limites causalitati. stans do, non magis Verbum quàm Pater & Spiritus sanctus saluauit, iunauit docuit, &c. q̄ indistincta sunt opera Trinitatis ad extrà. Alio autē modo, scilicet personaliter, sumptę huiusmodi actiones (hoc est vt terminantur ad hypostasim cuius sūt hypostasis seu persona) sic sunt propriè filio, ita q̄ nec Patri nec Spiritui sancto conueniunt. Ita filius Dei docebat, saluabat, redimebat, saluabat per assumptam humanā naturam, quod nec Pater nec Spiritus sanctus personaliter hoc operabatur: nam ille homo docens, iunans, redimens, &c. erat filius Dei: & non Pater nec Spiritus sanctus, nec Trinitas. Secundū verò nominū denominationem cōsiderandū est, an nomē, de quo quæritur importet principaliter actionē vt exercitā à causa, an actionē vt exercitā hypostasim cuius est. Illa enim, quæ principaliter ex parte causam, inter cōmunia toti Trinitati cōmunicata videtur: vt mortuos suscitare, miracula facere, & reliquas actiones quas Christus licet mediante humana natura exercuit: principaliter tamen ratione deitatis. Illa verò quæ determinata hypostasim principaliter, inter propria cōputata sunt: vt fabricare, nutrire, admirari, videre & huiusmodi. Quæ autē medio modo, & ad causam, & personā referri indifferenter aut quasi differenter se permittūt, di ſtinctione digna sunt & in horum numero fo cause videtur Auctor re demptionem motus, vt puto autoritate glossæ quæ in litera sup illud

Redemptio

Redemisti me domine Deus veritatis. Posset tamē dici, q. redemptio, de qua est sermo, gratia materiæ determinat sibi personā Christi: quoniā materia eius est sanguis seu vita corporea Christi, nō qualitercunq;, sed passioni mortiꝑ exposita. Constat siquidē hæc omnia propria esse Christo: ac per hoc dicendū est absolutē, quòd esse redēptorē humani generis, est propriū Christo: quoniā ipse per-

¶ Præterea, Non solùm passio Christi, sed etiam aliorum Sanctorum proficua fuit ad nostram salutem: secundum illud Coloss. 1. Gaudeo in passionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est Ecclesia. Ergo non solùm Christus debet dici redemptor, sed etiam alii Sancti.

¶ SED CONTRA est, quòd dicitur Galat. 3. Christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum. Sed solus Christus factus est pro nobis maledictum. Solus Christus debet dici noster redemptor.

CONCLVSIO.

¶ Quanquam toti Trinitati ascribi possit redemptionis opus vt primæ causæ: esse tamen redemptorem proprium fuit Christo secundum humanam naturam, qui proprium sanguinem & vitam propriā pro omnium redemptione exposuit.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ad hoc quòd aliquis redimat, duo requiruntur, scilicet actus solutionis, & pretium solutū. Si enim aliquis soluat pro redemptione alicuius rei, pretium quod non est suum, sed alterius, ipse non dicitur redimere principaliter: sed magis ille, cuius est pretiū. Pretiū autem redēptionis nostræ est sanguis Christi, vel vita eius corporalis, quæ est in sanguine, quam ipse Christus exoluit. Vnde vtrunque istorum ad Christū pertinet immediatè, inquantū est homo, sed ad totam Trinitatē, sicut ad causam primā & remotam: cuius erat & ipsa vita Christi, sicut primi actoris, & à qua inspiratum fuit ipsi homini Christo, vt pateretur pro nobis. Et ideo esse immediatè redemptorem, proprium est Christi, inquantum est homo: quanuis ipsa redemptio possit attribui toti Trinitati, sicut primæ causæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Gloss. hoc sic exponit, Tu domine Deus veritatis, redemisti me in Christo, clamantem, In manus tuas Domine commendo spiritum meum. Et sic redemptio immediatè pertinet ad hominem Christum: principaliter autem ad Deum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pretium redemptionis nostræ homo Christus soluit immediatè: sed de mandato Patris, sicut primordialis actoris.

¶ Ad tertium dicendū, q̄ passiones Sanctorū proficiunt Ecclesiæ, non quidē per modū redemptionis, sed per modū exempli & exhortationis, secundū illud 1. ad Corint. 1. Siue tribulamur pro vestra exhortatione & salute.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm passio christi operata sit nostram salutem per modum efficientiæ.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd passio Christi non sit operata nostram salutem per modum efficientiæ. Causa enim efficiens nostræ saluatis, est magnitudo diuinæ virtutis: secundum illud Isa. 59. Ecce non est abbreuiata manus eius, vt saluare nō possit. Christus autē crucifixus est ex infirmitate: vt dicitur 2. ad Cor. 13. Nō ergo passio Christi efficienter operata est nostram salutem.

¶ Præterea, Nullum agens corporale efficienter agit nisi per contactum, vnde etiam & Christus tangendo, mundauit leprosum, vt ostenderet carnem suam salutiferam virtutem habere: sicut Chry. dicit. Sed passio Christi non potuit contingere omnes homines. Ergo non potuit efficienter operari salutem omnium hominum.

¶ Præterea, Non videtur eiusdem esse operari per modum meriti, & per modum efficientiæ: quia ille qui meretur, expectat effectum ab alio. Sed passio Christi operata est nostram salutem per modum meriti. Non ergo per modum efficientiæ.

¶ SED CONTRA est, quòd dicitur 1. ad Cor. 1. quòd verbum crucis, his qui salui fiunt est virtus Dei. Sed virtus Dei efficienter operatur nostrā saluté. Ergo passio Christi in cruce efficienter operata est nostrā salutem.

CONCLVSIO.

¶ Quanuis nostræ salutis efficiens principale Deus sit, passio Christi tamen efficiens instrumentale fuit salutis nostræ.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd duplex est efficiens, principale, & instrumentale. Efficiens quidem principale humanæ salutis est Deus. Quia verò humanitas Christi est diuinitatis instrumentum (vt suprà dictum est) ex consequenti omnes actiones & passiones Christi, instrumentaliter operantur in virtute diuinitatis ad salutem humanam. Et secundum hoc passio Christi efficienter causat salutem humanam.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd passio Christi relata ad Christi carnem, congruit infirmitati assumptæ. Relata verò ad diuinitatem, consequitur ex ea infinitam virtutem, secundum illud 1. ad Cor. 1. Quod infirmū est Dei, fortius est hominibus: quia scilicet ipsa infirmitas Christi, inquantum est Dei, habet virtutem excedentem omnem virtutem humanam.

¶ Ad secundum dicendū, quòd passio Christi, licet sit corporalis, habet tamen spiritualem virtutem ex diuinitate vnita. Et ideo per spiritualem contactum efficacium fortitur, scilicet per fidem & fidei sacramenta: secundum illud Apostoli, Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius.

¶ Ad tertium dicendum, quòd passio Christi, secundum quòd comparatur ad diuinitatem eius, agit per modum efficientiæ: inquantum verò comparatur ad voluntatem animæ Christi, agit per modum meriti: secundum verò quod consideratur in ipsa carne Christi, agit per modum satisfactionis, inquantum per

preter omnes tam viuos, quàm defunctos, qui veraciter omnes indulgentias huiusmodi consequuti fuerint, à tanta temporali pœna secundum diuinam iustitiam pro peccatis suis actualibus debita liberari, quanta concessæ & acquisitæ indulgentiæ æquiualent. Et ita ab omnibus teneri & prædicari debere sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, à qua illam incurrentes ab alio, quàm à Romano pontifice, nisi in mortis articulo, nequeant absolutionis beneficium obtinere auctoritate Apostolica eatenus dem tenore præsentibus decernimus. Hæc ibi. Sed intendit Autor de passionibus Sanctorum absolutè: ita quòd inter passiones Christi & Sanctorum multiplex in proposito traditur hic differentia. Prima est in verbo, passiones: nam passiones Christi absoluitè redimunt Ecclesiā: passiones autem Sanctorum non absoluitè (vt hic dicitur) sed superfluè tantum satisfaciūt pro nobis, vt in 4. sent. & in dicta extrauagan te continetur. Secunda est in verbo redemptionis: quoniā passio Christi redimit simpliciter: quia à seruitute culpæ & pœnæ: passiones verò Sanctorum non nisi secundum quid redimūt: scilicet à pœna quadā, scilicet temporali pro actuali peccato debita. Tertia est in verbo, pro ficiunt: quia passio Christi prodest Ecclesiæ per modum redemptionis, etiam si nulla esset Ecclesiæ intercedat: sed passiones Sanctorū nō pro me satisfaciūt, nisi eisdem autoritate mihi applicentur. Tot ergo limitationibus opus cùm sit ad veracitatem quod aliquæ passiones Sanctorum prosint Ecclesiæ per modū redemptionis: ac per hoc affirmatiua non nisi secundum quid sit vera: potuit absq; vllo veritatis præiudicio negatiua simpliciter & absolutè asseri, dicendo q̄ passiones Sanctorū nō prosunt Ecclesiæ per modū redemptionis. Et cum veritate istius negatiuæ stare id patet doctrinam de efficacia indulgentiarum ex meritis Sanctorum.

Comment.

Annot.

¶ *Super Quæstionis quadragesimæoctauæ Articulum sextum.*

Titulus clarus, vt sonat.

¶ In corpore est vna distinctio bimembris cum duabus conclusionibus iuxta ipsa membra. Distinctio est: Causa efficiens duplex: principalis vel instrumentalis. Prima conclusio est: Causa efficiens principalis nostræ salutis est Deus. Secūda est: Passio Christi est causa efficiēs instrumētaliter vnita sibi ad istius salutis. Probat̄ hęc: Humanitas Christi est deitatis instrumētum efficiens instrumentaliter virtute deitatis ad saluté humanā: ergo passio Christi efficienter causat nostram salutem.

Comment.

¶ Aduerte hic & pro responsione ad secundū, quòd passio Christi, vt Autor dicit, tenet locū medicinæ. Et quemadmodū medicina corporaliter adhibita instrumentaliter sanat nos passio Christi spirituali contactu fidei seu fidei sacramentis adhibita nobis, sanat nos etiam instrumentaliter. Differentia autem est inquā medicina corporea adhibita, fit instrumentum naturæ ipsius infimi: medicina autem passionis venit instrumentum deitatis, & sola adhibitione per fidem seu sacramenta eget ad hoc, vt nos sanet.

Annot.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis quadragesimanonæ Articulum primum.*

Annot. TItulus intelligitur de liberatione per passionẽ Christi vt causam, non qualencunque, sed proprianvt patet ex vltimo argumento.

Coment. Christi corpus vnica cõ Christo Passio Christi est propria causa remissionis peccatorum tribus modis. Probatur sigillatim quo ad singulos modos. Litera est satis clara.

Annot. ¶Aduerte, quòd quum passio Christi dicitur causa propria remissionis peccatorum, intelligitur ita propria quòd sola ipsa est, per quam veniam cõsequimur peccatorũ omnes præteriti, præsentes & futuri. sine fide enim passionis Christi explicitè vel implicitè impossibile est secundum potentiã ordinatam, hominem remissionem peccatorum consequi.

¶ *Super Quæstionis quadragesimanonæ Articulum secũdum.*

3.dis. 19. artic. 1. Coment. TItulus clarus.

¶In corpore primò distinguitur triplex causa diabolicæ potestatis in actu super homines ante Christi passionẽ, scilicet peccatum hominis, offensa Dei, iniquitas diaboli. Secundò sigillatim secundũ singulas causas mõstratur liberatio per passionẽ Christi sub diuersis rationibus, scilicet inquantum remissa peccati, quo ad primũ: inquantũ reconciliatiua Dei, quo ad secũdum: inquantum præsumptuose illata à diabolo, quo ad tertium.

¶ *Num diabolus machinando mortẽ Christi excesserit potestatẽ sibi à Deo traditam.*

Quæstio. ¶Sed occurrit hic nouitiorum dubiũ, quomodo diabolus machinando in mortem Christi excesserit modũ potestatis sibi traditæ à Deo, quum diabolus non potuisset inferre Christo per ministerium Iudæorum, Pilati & suorũ passionẽ aut mortem, nisi Deo potestatẽ dante, vt patet de tẽtatione Iob: multò minus enim potuit in Christum quàm in Iob. Et confirmatur. quia quum semper diabolus iniquè vtatur potestate sibi data, aut semper ex parte sua excedit modum potestatis, aut nunquam: quia nũquam facit plus quàm sibi permittatur facere.

¶Ad hoc dicitur, quòd non est hic termo de potestate diaboli absolutè, de qua procedunt obiectiones ingerentes dubium: sed de potestate illa, quam diuina Iustitia ob peccata humana, diabolo super homi-

eam liberamur à reatu pœnæ: per modum verò redemptionis, inquantum per eam liberamur à seruitute culpæ: per modum autem sacrificij, inquantum per eam reconciliamur Deo, vt infra dicetur.

QVAESTIO QVADRAGESIMANONA. De Effectibus passionis Christi, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de ipsis effectibus passionis Christi.

¶Et circa hoc quæruntur sex.

¶Primò, vtrùm per passionẽ Christi simus liberati à peccato.

¶Secundò, vtrùm per eam simus liberati à potestate diaboli.

¶Tertiò, vtrùm per eam simus liberati à reatu pœnæ.

¶Quartò, verùm per eam simus Deo reconciliati.

¶Quintò, vtrùm per eam sit nobis aperta ianua cæli.

¶Sextò, vtrùm per eam Christus adeptus sit exaltationem.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm per passionem Christi simus liberati à peccato.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd per passionem Christi non simus liberati à peccato. Liberare enim à peccato, est proprium Dei: secundum illud Isa. 43. Ego sum qui deleo iniquitates tuas. Christus autem non est passus secundum quòd Deus, sed secundum quòd homo. Ergo per passionem Christi non sumus liberati à peccato.

¶Præterea, Corporale non agit in spirituale. Sed passio Christi est corporalis, peccatum autem non est nisi in anima, quę est spiritualis creatura. Ergo passio Christi non potuit nos emundare à peccato.

¶Præterea, Nullus potest liberari à peccato quod nondum cõmisit, sed quod in posterũ est commissurus. Cùm igitur multa peccata post Christi passionem sint commissa, & tota die committantur, videtur quòd per passionem Christi non simus liberati à peccato.

¶Præterea, Posita causa sufficienti, nihil aliud requiritur ad effectum inducendum. Requiruntur autem adhuc alia ad remissionem peccatorum, scilicet baptismus & pœnitentia. Ergo videtur quòd passio Christi non sit sufficiens causa remissionis peccatorum.

¶Præterea, Proueb. 10. dicitur, Vniuersa delicta operit charitas. & 15. dicitur, Per misericordiam & fidem purgantur peccata. Sed multa sunt alia de quibus habemus fidem, & quæ sunt prouocatiua charitatis. ergo passio Christi non est propria causa remissionis peccatorum.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.

CONCLVSIO.

¶ Passio Christi causa fuit remissionis peccatorũ inquantum per eam prouocamur ad charitatem, & per eam redempti sumus, & vt ea fuit diuinitatis instrumentum, quo peccata omnium expulsa sunt.

¶RESPONDEO dicendum, quòd passio Christi est propria causa remissionis peccatorum tripliciter. Primò quidem, per modum prouocantis ad charitatem: quia vt Apost. dicit Rom. 5. Commendat Deus suam charitatem in nobis, quoniam cùm adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Per charitatem autem consequimur veniam peccatorum, secundum illud Luc. 7. Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Secundò passio Christi causat remissionem peccatorum per modum redemptionis: quia enim ipse est caput nostrum per passionem suam, quam ex charitate & obedientia sustinuit, liberauit nos tanquam membra sua à peccatis: quasi per pretium suæ passionis. Sicut si homo per aliquod opus meritorium, quod manu exerceret, redimeret se à peccato quod pedibus commisisset. Sicut enim naturale corpus est vnum, ex membrorum diuersitate consistẽs, ita tota ticclesia, quæ est mysticum corpus Christi, computatur quasi vna persona cum suo capite quod est Christus. Tertiò, per modum efficientiæ, inquantum caro, secundum quam Christus passionem sustinuit, est instrumentum diuinitatis, ex quo eius passiones & actiones operantur in virtute diuina ad expellendum peccatum.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd licet Christus non sit passus secundum quòd Deus, tamen caro eius est diuinitatis instrumentum. Et ex hoc passio eius habet quandam diuinam virtutem dimittendi peccata: vt dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd passio Christi licet sit corporalis: sortitur tamen quandam spiritualem virtutem ex diuinitate, cuius caro ei vnita est instrumentum. Secundum quam quidem virtutem, passio Christi est causa remissionis peccatorum.

¶Ad tertium dicendum, quòd Christus sua passione nos à peccato liberauit causaliter, id est, instituens causam nostræ liberationis, ex qua possent quæcunque peccata quandocunque remitti, vel præterita, vel præsentia, vel futura. Sicut si medicus faciat medicinam, ex qua possint quicunque morbi sanari, etiam in futurum.

¶Ad quartum dicendum, quòd quia passio Christi præcessit, vt causa quædam vniuersalis remissionis peccatorum (sicut dictũ est) necesse est quòd singulis adhibeatur ad deletionẽ propriorũ peccatorũ. Hoc autẽ fit per baptismum & pœnitentiam & alia sacramenta, quæ habent virtutem ex passione Christi, vt infrà patebit.

¶Ad quintum dicendum, quòd etiam per fidem applicatur nobis passio Christi ad percipiendum fructum ipsius: secundum illud Rom. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine eius. Fides autem per quam à peccato mundamur, non est fides informis: quæ potest esse etiam cum peccato, sed est fides formata per charitatem, vt sic passio Christi nobis applicetur, non solùm quantum ad intellectum, sed etiam quantum ad affectum. Et per hunc etiam modum peccata dimittuntur ex virtute passionis Christi.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm per passionem Christi simus liberati à potestate diaboli.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non per passionem Christi non simus liberati à potestate diaboli. Ille enim non habet potestatem super aliquos, in quibus nihil sine permissione alterius facere potest. Sed diabolus nunquam potuit aliquid in nocumentum hominum facere, nisi ex permissione diuina: sicut patet Iob 1. & 2. quòd potestate diuinitus accepta, eum primò in rebus, & postea in corpore læsit. Et similiter Matth. 8. dicitur, quòd dæmones nisi Christo concedente, non potuerunt in porcos intrare. Ergo diabolus nunquam habuit in hominibus potestatem. Et ita per passionem Christi non sumus liberati à potestate diaboli.

¶Præterea, Diabolus potestatẽ suã in homines exercet tentãdo, & corporaliter vexando. Sed hæc adhuc in hominibus operatur post Christi

Christi passionem. Ergo non sumus per passionem Christi ab eius potestate liberati.

¶Præterea, Virtus passionis Christi in perpetuum durat (secundũ illud Heb. 10. Vna oblatione consummauit sanctificatos' in sempiternum) similiter etiã vbiq; extenditur. Sed liberatio à potestate diaboli, nec est vbique (quia in multis partibus mundi adhuc sunt idololatræ) nec etiam erit semper: quia tempore Antichristi maximè suã potestatem exercebit diabolus in hominũ nocumentum: de quo dicitur 2. ad Thess. 2. quòd eius aduẽtus erit secundum operationem Satanæ in omni virtute, & signis & prodigiis mendacibus, & in omni seductione iniquitatis. Ergo videtur quòd passio Christi non sit causa liberationis humani generis à potestate diaboli.

¶SED CONTRA est, quòd Dominus dicit Ioan. 12. imminente passione, Nunc princeps huius mundi eiicietur foras: & ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Est autem exaltatus à terra per crucis passionem. Ergo per eam diabolus est à potestate hominum eiectus.

CONCLVSIO.

¶ Cùm per Christi passionem remissa fuerint nobis peccata, & Deo patri fuerimus reconciliati, & temerarie fuerit in mortem Christi diabolus machinatus, necessario sumus ab illius potestate per illam liberati.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa potestatẽ, quam diabolus in homines exercebat ante Christi passionem, tria sunt consideranda. Primum quidem ex parte hominis, qui suo peccato meruit, vt in potestatem traderetur diaboli, per cuius tentationẽ fuerat superatus. Aliud autẽ est ex parte Dei, quem homo peccando offenderat, qui per suam iustitiam hominem reliquerat potestati diaboli. Tertium est ex parte ipsius diaboli, qui sua nequissima voluntate hominem à cõsecutione salutis impediebat. Quantũ ergo ad primum, homo est à potestate diaboli liberatus per passionem Christi, inquantum passio Christi est causa remissionis peccatorum. Quantum autem ad secundum dicendum, quòd passio Christi nos a potestate diaboli liberauit, inquantũ nos Deo reconciliauit, vt infra dicetur. Quantũ verò ad tertium, passio Christi nos à diabolo liberauit, inquãtum in passione Christi excessit modum potestatis sibi traditæ à Deo, machinando in mortem Christi, qui non habebat meritum mortis, cùm esset absque peccato. Vnde August. dicit in 13. de Tri. Iustitia Christi victus est diabolus, quia cùm in eo nihil morte dignum inueniret, occidit eum: tamen & vtique iustum est, vt debitores, quos tenebat, liberi dimittantur, in eum credentes, quem sine vllo debito occidit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non dicitur sic diabolus in homines potestatem habuisse, quasi posset eis nocere, Deo non permittente. Sed quia iustè permittebatur nocere hominibus, quos tentando, ad suum consensum perduxerat.

¶Ad secundum dicendum, quòd diabolus etiam nunc potest quidem Deo permittente homines tentare, quantũ ad animam, & vexare quantum ad corpus. Sed tamen præparatum est homini remedium ex passione Christi: quo se potest tueri contra hostis impugnationes, ne deducatur in interitũ mortis æternæ. Et quicunq; ante passionem Christi diabolo resistebant, per fidem passionis Christi hoc facere poterant, licet passione Christi nondum peracta. Quantum autem ad aliquid nullus poterat diaboli manus euadere: vt scilicet non descenderet in infernum: a quo post passionem Christi, se possunt homines eius virtute tueri.

¶Ad tertium dicendum, quòd Deus permittit diabolo posse decipere homines in certis personis, temporibus & locis, secũdum occultam rationem iudiciorũ suorum. Semper tamen per passionem Christi, est paratum hominibus remedium se tuendi contra nequitias dæmonum, etiam tempore Antichristi. Sed si aliqui hoc remedio vti negligant, nil deperit efficaciæ passionis Christi.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm per passionem Christi homines sint liberati à pœna peccati.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd per passionem Christi non sint homines liberati à pœna peccati. Præcipua enim pœna peccati est æterna damnatio. Sed illi qui damnati erant in inferno pro suis peccatis, non sunt per Christi passionem liberati: quia in inferno nulla est redemptio. Ergo videtur quòd passio Christi non liberauit homines à pœna peccati.

¶Præterea, Illis qui sunt liberati à reatu pœnæ, non est aliqua pœna iniungenda. Sed pœnitentibus iniungitur pœna satisfactoria. Non ergo per passionem Christi sunt homines liberati à reatu pœnæ.

¶Præterea, Mors est pœna peccati: secundum illud Rom. 6. Stipendia peccati mors. Sed adhuc post passionem Christi homines moriuntur. ergo per passionem Christi non sunt homines liberati à reatu pœnæ.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Isa. 53. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.

CONCLVSIO.

¶ Passio Christi cùm fuerit sufficiens pro peccatis satisfactio, & quæ fuerint nobis remissa peccata, per eam sumus à reatu pœnæ liberati.

¶RESPONDEO dicendum, quòd per passionem Christi liberati sumus à reatu pœnæ dupliciter. Vno modo directè, inquantum scilicet passio Christi fuit sufficiens & superabundans satisfactio pro peccatis totius humani generis. Exhibita autem satisfactione sufficienti, tollitur reatus pœnæ. Alio modo indirectè, inquantum scilicet passio Christi est causa remissionis peccati, in quo fundatur reatus pœnæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd passio Christi fortitur effectum suum in illis, quibus applicatur per fidem & charitatem, & per fidei sacramenta. Et ideo damnati in inferno, qui prædicto modo passioni Christi non coniunguntur, effectum eius percipere non possunt.

¶Ad secundum dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) ad hoc quòd consequamur effectum passionis Christi, oportet nos ei configurari. Configuramur autem ei in baptismo sacramentaliter: secundum illud Roman. 6. Consepulti sumus ei per baptismum in mortem. Vnde baptizatis nulla pœna satisfactoria imponitur: quia sunt totaliter liberati per satisfactionem Christi. Quia verò Christus semel tantùm pro peccatis nostris mortuus est (vt dicitur 1. Pet. 3.) ideo non potest homo secundariò configurari morti Christi per sacramentum baptismi. Vnde oportet, quòd illi qui post baptismum peccant, configurentur Christo patienti per aliquid pœnalitatis vel passionis, quam in seipsis sustineant: quæ tamen multò minor sufficit quam esset condigna peccato cooperante satisfactione Christi.

¶Ad tertium dicendum, quòd satisfactio Christi habet effectum in nobis, inquantum incorporamur ei vt membra suo capiti: sicut suprà dictum est. Membra autẽ oportet capiti conformari. Et ideo sicut Christus primò quidem habuit gratiam in anima cum passibilitate corporis, & per passionem ad gloriã immortalitatis peruenit, ita & nos qui sumus membra eius, per passionem ipsius liberamur quidem a reatu cuiuslibet pœnę: ita tamen quòd primò recipimus in anima spiritum adoptionis filiorũ, quo ascribimur ad hæreditatem gloriæ immortalis, adhuc corpus passibile & mortale habentes. Post modum verò configurati passionibus & morti Christi, in gloriam immortalem perducimur: secundum illud Apostoli Rom. 8. Si filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, si tamen compatimur, vt & conglorificemur.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm per passionem Christi simus Deo reconciliati.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd per passionem Christi non simus Deo reconciliati. Reconciliatio enim non habet locum inter amicos. Sed Deus semper dilexit nos: secundum illud Sap. 11. Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti. Ergo passio Christi non reconciliauit nos Deo.

¶Præterea, Non potest idem esse principium & effectus: vnde gratia, quæ est principium merendi, non cadit sub merito. Sed dilectio

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ super Quæstionis quadragesimænonæ Articulum quintum.

Anot. TItulus clarus ex cõsuetudine Ecclesiæ vtitis ista parabolica loquutione. Vocat enim cæli ianuam per similitudinẽ ad ianuæ fructum (qui est impedire vel expedire tam reddere penetrationem interiorũ) fruitionis diuinæ consequutionem. ita quòd aperire cæli ianuam est expeditam facere consequutionem æternæ beatitudinis, quæ nulli ante Christi passionem concessa est.

Cõment. ¶In corpore artic. vna est cõclusio: Per passionem Christi aperta est ianua regni cælestis: Probatur dupliciter. Primò tollere peccata humana, quo ad culpã & pœnam omnẽ, est aperire ianuam regni cælorum: sed Christus per suam passionem abstulit omne peccatum quo ad omnia: ergo. Maior probatur ab opposito: quia clausio regni cælorum nihil aliud est, quam obstaculum peccati, quo impedimur à cælo. Probatur autoritate Isaiæ. Minor probatur autoritate Apostoli. Secundò manifestatur conclusio ex figura effectus mortis summi sacerdotis legalis. ¶Aduerte hic tria. Primò, quòd clausio regni cælorũ est priuatio diuinę fruitionis post hãc vitam non qualiscũq; sed ex tali orta & fulta causa, scilicet ex peccato. Et propterea aperire cælum, nihil aliud est quàm tollere peccatũ, tam quo ad culpam, quàm quo ad pœnam: sublato siquidẽ sic peccato, manifestum est q; tollitur fruitionis diuinæ priuatio, vt pœna peccati, ac per hoc simpliciter tollitur, quia non nisi vt pœnam tenebat priuationem illam diuina benignitas. ¶Secundò, quòd Christus sua passione liberauit mẽbra sua ab omni & culpa & pœna: quoniã, vt Apostolus dicit, abundantius est Christi donum, quàm fuerit Adæ damnum: sed vt experientia testatur, & ex calce præcedentis art. habes, liberatio ista ordine quodam in exequutionem mandatur, configurando nos ipsi Christo. Quo fit vt Christus liberauerit nos ab omni pœna peccati, tã originalis quàm actualis: tisted nos ordine quodam & media configuratione ad Christũ, cõsequimur immunitatẽ à culpa & pœna toraliter. ¶Pro quo & responsione ad primum nota tertiò, quòd quia primus homo peccauit non solùm vt singularis persona, sed etiam vt principium humanæ naturæ: ideo peccatũ originale

** Aliàs ad reconciliandũ Deo totum humanum genus. 3.dist.18. art.6.q.2. & 3. Et dist. 19.ar.3. Et 4.di. 4.qũ.2 artic.2. q.6. Et veri. q.29.ar. 7.ad 9.*

ctio Dei est principium passionis Christi: secundum illud Ioan.3. Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret. Non ergo videtur quòd per passionem Christi simus reconciliati Deo, ita quòd de nouo nos amare inciperet.

¶Præterea, Passio Christi impleta est per homines Christum occidentes, qui ex hoc grauiter Deum offenderunt. Ergo passio Christi est magis causa indignationis, quàm reconciliationis Dei.

¶SED CONTRA est, quòd Apostolus dicit Roman.6. Reconciliati sumus Deo per mortem filij eius.

CONCLVSIO.

¶ Passio Christi fuit pro nobis Deo patri reconciliatio, inquantum per eam redempti fumus à peccato, & ei fuit acceptiſſimum ſacrificium.

¶RESPONDEO dicendum, quòd passio Christi est causa reconciliationis nostræ ad Deum dupliciter. Vno modo, inquãtum remouit peccatum per quod homines constituuntur inimici Dei: secundum illud Sap.14. Similiter odio sunt Deo impius & impietas eius. & in Psal. Odisti omnes qui operantur iniquitatem. Alio modo inquantum est sacrificium Deo acceptissimum: est enim hoc propriè sacrificij effectus, vt per ipsum placetur Deus. Sicut cùm homo offensam in se commissam remittit propter aliquod obsequium acceptum, quod ei exhibetur. Vnde dicitur 1. Reg. 26. Si Dominus incitat te aduersum me, odoretur sacrificium. Et similiter tantum bonum fuit, quòd Christus voluntariè passus est, quòd propter hoc bonum in natura humana inuentum Deus placatus est super omni offensa generis humani quantum ad eos, qui Christo passio coniunguntur secundum modum præmissum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Deus diligit omnes homines, quantum ad naturam, quàm ipse fecit: sed odit omnes quantum ad culpam, quam contraxerunt homines committunt: secundum illud Eccle.12. Altissimus odio habet peccatores.

¶Ad secundum dicendum, quòd passio Christi non dicitur quantum ad hoc Deo nos reconciliasse, quòd de nouo nos amare inciperet: cùm scriptum sit Hier. 31. In charitate perpetua dilexi te. Sed quia per passionem Christi, sublata est odij causa, tum per ablutionem peccati, tum per recompensationem acceptabilioris bonĩ.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut occisores Christi homines fuerunt, ita & Christus occisus. Maior autem fuit charitas Christi patientis quàm iniquitas occisorum. Et ideo passio Christi magis valuit * ad reconciliandum Deum toti humano generi, quàm ad prouocandum ad iram.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm Christus ſua paſſione aperuerit nobis ianuam cæli.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd Christus sua passione non aperuit nobis ianuã cæli. Dicitur enim Prouerb.11. Seminanti iustitiam, merces fidelis. Sed merces iustitiæ est introitus regni cælestis. Ergo videtur quòd sancti Patres qui operati sunt opera iustitiæ, fideliter consecuti essent introitum regni cælestis etiam absque Christi passione. Non ergo passio Christi est causa apertionis ianuæ regni cælestis.

¶Præterea, Ante passionem Christi Helias raptus est in cælum: vt dicitur 4. Reg.2. Sed effectus non præcedit causam. Ergo videtur quòd apertio ianuæ cælestis non sit effectus passionis Christi.

¶Præterea, Sicut legitur Mat.3. Christo baptizato aperti sunt ei cæli. Sed baptismus præcessit passionem. Ergo apertio cæli non est effectus passionis Christi.

¶Præterea, Mich.2. dicitur, Ascendit pandens iter ante eos. Sed nihil aliud videtur esse pandere iter cæli, quàm eius ianuã aperire. Ergo videtur quòd ianua cæli sit nobis aperta, non per passionẽ Christi, sed per passionem eius.

¶SED CONTRA est, quòd Apostolus dicit Hebr. 10. Habemus fiduciam in introitum Sanctorum, scilicet cælestium, in sanguine Christi.

CONCLVSIO.

¶ cùm per Christi paſſionem liberati fuerimus non modò à peccato originali communi humanæ naturæ quo ad culpam & pœnam, ſed à peccatis ſingulorum hominum, per eam nobis aperta eſt ianua regni cælorum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd clausio ianuæ est obstaculum quoddam prohibens homines ab ingressu. Prohibebantur autem homines ab ingressu regni cælestis propter peccatũ: quia sicut dicitur Isa.35. via illa sancta vocabitur, & non transibit per eam pollutus. Est autem duplex peccatum impediens ab ingressu regni cælestis. Vnum quidem commune totius humanæ naturæ, quod est peccatum primi parentis, & per hoc peccatum præcludebatur homini aditus regni cælestis. Vnde legitur Gen.3. quòd post peccatum primi parentis, collocauit Deus cherubim, & flammeum gladium atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ. Aliud autem est peccatum speciale vnius cuiusque personæ, quod per proprium actum committitur vnius cuiusque hominis. Per passionem autem Christi liberati sumus, non solùm à peccato communi totius humanæ naturæ, & quantum ad culpam, & quantum ad reatum pœnæ, ipso soluente pretium pro nobis, sed etiam à peccatis propriis singulorum, qui communicant eius passioni per fidem & charitatem & fidei sacramenta. Et ideo per passionem Christi aperta est nobis ianua regni cælestis. Et hoc est quod Apost. dicit Hebr.9. quòd Christus assistens pontifex futurorum bonorum, per proprium sanguinem introuit semel in Sancta, æterna redemptione inuenta. Et hoc figuratur Numeri 35. vbi dicitur, quòd homicida manebit ibi, scilicet in ciuitate refugij, donec Sacerdos magnus, qui oleo sancto vnctus est, moriatur, quo mortuo poterit in domum suam redire.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sancti Patres operando opera iustitiæ, meruerunt introitum regni cælestis per fidem passionis Christi (secundum illud Hebr.11. Sancti per fidem vicerunt regna, operati sunt iustitiam) per quam etiam vnusquisque à peccato purgabatur, quantum pertinet ad emundationem propriæ personæ. Non tamen alicuius fides vel iustitia sufficiebat ad remouendum impedimentum, quod erat per reatum totius humanæ creaturæ: quod quidem remotum est pretio sanguinis Christi. Et ideo ante passionem Christi nullus intrare poterat regnum cæleste, adipiscendo scilicet beatitudinem æternam, quæ consistit in plena Dei fruitione.

¶Ad secundum dicendum, q̃ Helias subleuatus est in cælum aereum: non autẽ in cælum empyreum, qui est locus Sanctorum. Et

¶ super Quæſtionis quadrageſimæ nonæ Articulum ſextum.

Cõment. TItulus clarus vt ſonat.

¶In corpore dicto Primò declarat in cõmuni qd importet meritum, & quomodo intelligatur tam in malo, quàm in bono. Secũdo descendit ad propositum in speciali de Christo.

¶Quo ad primũ, dicit, in communi meritum importare quandam iustitiæ, non gratiæ æqualitatem. Et hoc probat

Anot. auctoritate Apostoli.

¶Vbi non miseris nouitie, si à metito trãsitur ad mercedem quia mercet metitò respõdet, vt præmium debitum.

3.dist 18. art. 4. q.1.

¶Explis deinde declarat, qualiter meriti æqualitas secũdũ iustitiam exeratur tam in malis quàm in bonis, & in malis quidẽ rationi adiungit exemplum de iustitia qualitate circa de meritum furti, cũ autoritate sacræ Scripturæ, & inde infertur simile, proportionaliter fieri

Anot. iustam æqualitatem circa meritum boni.

¶Vbi aduerte qũd in istis iustitiis intercurrente duo, scilicet res exterior & voluntas interior: verbi gratia, ouis furti ablata, & voluntas ducens ad furtũ. Si cõsideretur res exterior (puta ouis dũtaxat) sufficit ad æqualitatem iustitiæ vt restituatur ipsa ouis: sic enim inæqualitas rei facta per furtum, reducitur ad primitivam æqualitatem, vt patet. Sed si ſit per hoc cõsideretur inqua voluntas furis (qua voluit contempta iustitia publica & proximi plus habere, quàm sibi debetur, & propterea ablatam sibi ouem alienam) sic ad hoc vt hæc iniquitas voluntatis iuncta operi reducatur ad æqualitatem iustitiæ, iustum est vt minus habeat de suo qui plus quàm debebatur sibi, surripuit de alieno: & propterea pro vna ablata oue reddere tenetur quatuor, vnam pro æqualitate rei extẽ, & tres pro æqualitate iniqui actus. Et quia tam demeriti quàm meritum principaliter consistit in voluntate: ideo Auctor in litera tractans de merito Christi, ad æqualitatem, quæ principaliter respicit actiões & passiones, quatenus sunt voluntarie, se contentit: & tam in malis, quàm in bonis iustitiæ æqualitatem considera vt, prout iusta vel iniusta voluntas minus vel plus de sibi debitis voluit effectu, vt patet per litera, & inde ad Christi meritum descendit.

¶Quo ad secundũ, præsupposita maiore ex declarata ratione meriti, minorem scilicet subsumendo manifestat per suã passionem meruisse quatuor.

similiter etiam Enoch raptus est ad paradisum terrestrẽ: vbi cum Helia simul creditur viuere vsque ad aduentum Antichristi.

¶Ad tertium dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) Christo baptizato aperti sunt cæli, non propter ipsum Christum, cui semper cælum patuit: sed ad significandũ quòd cælum aperitur baptizatis baptismo Christi, qui habet efficaciam ex passione ipsius.

¶Ad quartum dicendum, quòd Christus sua passione meruit nobis introitum regni cælestis, & impedimentum remouit. Sed per suam ascensionem nos quasi in possessionem regni cælestis introduxit. Et ideo dicitur q̃ ascendit pandens iter ante eos.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm Christus per ſuam paſſionem meruerit exaltari.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd Christus per suam passionem nonmeruerit exaltari. Sicut enim cognitio veritatis est proprium Deo, ita & sublimitas: secundum illud Psal. Excelsus super omnes gentes Dominus, & super cælos gloria eius. Sed Christus, secundum quod homo, habuit cognitionem omnis veritatis, non ex aliquo merito præcedente, sed ex ipsa vnione Dei & hominis: secundum illud Ioan. primo, Vidimus gloriam eius gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis. Ergo neque exaltationem habuit ex merito passionis, sed ex sola vnione.

¶Præterea, Christus meruit sibi à primo instanti suæ conceptionis, vt suprà habitum est, non autem maior charitas fuit in eo tempore passionis quàm ante. Cùm ergo charitas sit merendi principium, videtur quòd non magis meruerit per passionem, suam exaltationem quàm antè.

¶Præterea, Gloria corporis resultat ex gloria animæ. vt Aug. dicit in Epistola ad Dioscorum. Sed Christus per passionem suam non meruit exaltationem quantum ad gloriam animæ: quia anima eius fuit beata à primo instanti suę conceptionis. Ergo neque etiam per passionem meruit exaltationem, quantum ad gloriam corporis.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Philip. 2. Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus exaltauit illum.

CONCLVSIO.

¶ Sicut Chriſtus per ſuam paſſionem humiliauit ſeipſum, ita per eam exaltatus eſt, vt ſurrexerit gloriosus & in cælum aſcenderit, vbi ad dexteram Dei patris ſedens, inde venturus eſt in paterna maieſtate iudicare omnes.

¶RESPONDEO dicendum, quòd meritum importat quandam æqualitatem iustitiæ: vnde & Apostolus dicit Rom. 4. quòd ei, qui operatur, merces imputatur secundum debitum. Cùm autem aliquis ex sua iniusta voluntate sibi attribuit plus quàm sibi debeatur, iustum est vt diminuatur etiam quantum ad id quod sibi debebatur: sicut cùm furatur quis vnam ouem, reddet quatuor, vt dicitur Exod. 22. Et hoc dicitur mereri, inquantum per hoc punitur eius iniqua voluntas. Ita etiam cùm aliquis sibi ex iusta voluntate subtrahit quod debebat habere, meretur vt sibi amplius superaddatur, quasi merces iustæ voluntatis. Et inde

est, quòd sicut dicitur Luc. 24. Qui se humiliat, exaltabitur. Christus autem in sua passione seipsum humiliauit infra suam dignitatem, quantum ad quatuor. Primò quidem, quantum ad passionem & mortem, cuius debitor non erat. Secundò, quantum ad locum: quia corpus eius positum est in sepulchro, & anima in inferno. Tertiò, quantum ad confusionem & opprobria, quæ sustinuit. Quartò, quantum ad hoc, quòd est traditus humanæ potestati, secundum quòd ipse dicit Pilato Ioan. 19. Non haberes in me potestatem, nisi datum tibi esset de super. Et ideo per suam passionem meruit exaltationem quantum ad quatuor. Primò quidem quantum ad resurrectionem gloriosam: vnde dicitur in Psal. Tu cognouisti sessionem meam, id est humilitatem meæ passionis, & resurrectionem meam. Secundò, quantum ad ascensionem in cælum: vnde dicitur Ephes. 4. Descendit primùm in inferiores partes terræ: qui autem descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cælos. Tertiò, quantum ad confessum paternæ dexteræ, & manifestationem diuinitatis ipsius: secundum illud Isa. 52. Exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde: sicut obstupuerunt super eum multi, sic inglorius erit inter viros aspectus eius. Et Philip. 2. dicitur, Factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen: vt scilicet ab omnibus nominetur Deus, & omnes ei reuerentiam exhibeant sicut Deo. Et hoc est quod subditur, Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum. Quartò, quantum ad iudiciariam potestatem: dicitur enim Iob. 36. Causa tua quasi impeij iudicata est, causam iudiciumque recipies.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd principium merendi est ex parte animæ, corpus autem est instrumentum meritorij actus. Et ideo perfectio animæ Christi, quæ fuit merendi principium, non debuit in eo acquiri per meritum, sicut perfectio corporis, quod fuit passionis subiectum, & per hoc fuit ipsius meriti instrumentum.

¶Ad secundum dicendum, quòd per priora merita Christus meruit exaltationem ex parte ipsius animæ, cuius voluntas charitate & aliis virtutibus informabatur. Sed in passione meruit suam exaltationem per modum cuiusdam recompensationis, etiam ex parte corporis: iustum est enim, vt corpus quod fuerat ex charitate passionis subiectum, acciperet recompensationem in gloria.

¶Ad tertium dicendum, quòd dispensatione quadam factum est in Christo, vt gloria animæ ante passionem non redundaret ad corpus, ad hoc quòd gloriam corporis honorabilius obtineret, quando eam per passionem meruisset. Gloriam autem animæ differri non conueniebat, quia anima immediatè vniebatur Verbo. vnde decens erat vt gloria repleretur ab ipso Verbo. sed corpus vniebatur Verbo mediante anima.

Omnia clara sunt in litera.

¶ super Quæſtionis quinquageſimæ Articulum primum.

Cõment. TItulus clarus est. ¶In corpore vna conclusio: Conueniens fuit Christum mori. Probatur quinque rationibus. Omnia clara sunt.

QVAESTIO QVINQVAGESIMA.

De Morte Christi, in ſex articulos diuiſa.

DEINDE considerandum est de morte Christi.

¶Et circa hoc quæruntur sex.

¶Primò vtrùm conueniens fuerit Christum mori. *Infrà q. 52. art. 1.cor.*

¶Secundò, vtrùm per mortem fuerit separata diuinitas à carne. *Et 4.cõ. ca.55. ad 1.*

¶Tertiò, vtrùm fuerit separata diuinitas ab anima. *Et quol. 2.art. 3.cor.*

¶Quartò, vtrùm Christus in triduo mortis fuerit homo. *Et opuſ. 2.ca.7.*

¶Quintò, vtrùm corpus eius fuerit idẽ numero viuũ & mortuũ, *Et opuſ. 3.c.23.4. & 238.*

¶Sexto, vtrùm mors eius sit aliquid operata ad nostram salutem. *Et opuſ. 60.c.190*

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm conueniens fuerit Chriſtum mori.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens Christum mori. Illud enim quod est primum principium in aliquo genere, non disponitur per illud quod est contrarium illi generi: sicut ignis, qui est principium caloris, nunquam potest esse frigidus

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis quinquagesimæ Articulum secundum.

Titulus clarus.

Comment.

¶In corporea vna conclusio: Claro Christi remansit vnita verbo Dei post mortẽ. Probatur ratione & autoritate. Ratio est Doni quod per gratiam Dei conceditur, nunquã reuocatur sine culpa: sed gratia vnionis est maius donum & permanẽtius ex sua ratione quàm gratia adoptionis, quæ nũquam perditur sine culpa: ergo. Maior probatur autoritate Apostoli. Minor quo ad primã partem cõparationis: quia maius est, esse Deũ personaliter quàm esse sanctum. Quo ad secundã verò: quia vnio est persona lis est permanẽtior, quã vnio affectualis. Autoritas est Damasceni.

¶Aduerte hic, quòd ea illa maior, Nullũ donũ diuinæ gratiæ perditur sine culpa, locum habet in donis permanẽtibus: non autem in his donis quę solùm consistunt in quodam fieri, vt donũ prophetiæ vel assistẽtiæ, vt gratia miraculorum: quæ altero duorum modorum conceditur. Hęc enim, quia non sunt bona permanentia, perdũtur, hoc est, non semper habentur absque culpa (vt patet) & absque Dei potentia. Et propterea Autor vtẽs illa maiore ex autoritate Apostoli, subsumpsit nũ posituã (vt subsumendum expectabatur) sed comparatiuã respectu doni gratiæ adoptionis quã cõstat non cessare sine culpa, & comparauit illam & quo ad maioritatem simpliciter, & quo ad maioritatem, secũdum illud quòd reqritur ad propositum: hoc est secundum permanentiã. Vt hinc scires, quòd maior habet locum in hac materia: quia gratia vnionis est de genere donorum permanentium, & quòd multò magis habet locum in propositũ quia est excellentius donum, quàm gratia adoptionis: tum quia est permanentius. Et de prima quidem excellẽtia, licet à quibusdam dubitetur: si quis tamen librauerit rationem allatam (scilicet gratia vnionis cõstituit vnitum esse personaliter Deũ: gratia autẽ adoptionis constituit esse sanctum: sed lõgè maius est esse Deũ personaliter quàm esse sanctum) manifestè videre poterit, sententiam hanc esse veram. In cuius signum quum cõmunicasset se Deus secundum naturalem similitudinem beneficio creationis: & postea secundum supernaturalem similitudinem beneficio adoptionis (& hæc duo fuerunt: communia angelo & homini) ad vltimũ reseruauit tãquam summum, cõmunicare se psonaliter, & hoc soli homini. Et ex hoc homo cõstitutus est supra angelos, vt Apostolus ad Heb. probat.

¶ De altera autẽ excellentia, scilicet quòd ad permanentiam, manifestum clarè est cõsiderationibus, quòd esse personale est esse subsistẽs. Nam quum dicitur, Iesus est Dei filius, enuntiatur subsistantia secundum esse subsistẽtiale de dicimur nos Dei filii, enuntiatur accidens de subsistãtia mediante eiũ accidente, scilicet adoptiua parte, in qua consummatur gratia adoptionis: quoniã nõ nisi diuina fruitiõe, ad quã ordinata est, cõsummatur. Quantò ergo ex priori ratione permanentius est, esse quam operari: & esse subsistentiale quàm accidentale, & ei se subsistẽtiale diuinum hypostaticè quàm esse accidentale diuinũ adpũctanctò permanentius diuinæ gratiæ dono, nũ est vnio personalis carnis ad verbum Dei, quàm gratia adoptionis filiorum Dei.

¶ In responsione ad tertium, percipe quòd Aut probator respondet & ad cõparatiuam inter Deũ & animam in vniũcido, per hoc quòd secundũ diuersa causarum genera vtraque conuenit vnificare: ac per hoc cõparatio inefficax est, & sophisticè in ter, & reddet tacitè quæstioni, sequendo modum vnificandi effectiuè conuenientem Deo, per hoc quòd Deus non necessitate naturæ, sed voluntate vnificat. Et intelligit per hoc quòd licet detarg sonaliter fuerit pro sens carni Christi post mortem, & habeat ma ximam virtutẽ vnificandi affectiuè, nõ propterea sequitur quòd et fectiuè tunc vnificaret carnẽ Christi quia non vnificat naturali necessitate, sed vòluntate: anima autem præsẽs carni, & vnificat formaliter et & ex necessitate naturæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd Christus non sustinuit mortem ex morbo prouenientem, ne videretur ex necessitate mori propter infirmitatem naturæ. Sed sustinuit mortem ab exteriori illatam: cui se spontaneum obtulit, vt mors eius voluntaria ostẽderetur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vnum oppositum, per se non ducit ad aliud, sed quandoque per accidens: sicut frigidum, quandoque per accidens calefacit. Et hoc modo Christus per suam mortem nos perduxit ad vitam, dum sua morte mortem nostram destruxit. sicut ille qui pœnam pro alio sustinet, remouet pœnam eius.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm in morte christi fuerit separata diuinitas à carne.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd in morte Christi fuerit separata diuinitas à carne. Vt enim dicitur Matth. 27. Dominus in cruce pendens clamabat, Deus meus Deus meus, vt quid dereliquisti me? Quod exponens Ambr. dicit, Clamabat homo, separatione diuinitatis moriturus: nam cùm diuinitas à morte libera sit, vtique mors ibi esse non poterat, nisi vita discederet: quia vita diuinitas est. Et sic videtur quòd in morte Christi sit diuinitas separata à carne.

¶Præterea, Remoto medio, separantur extrema. Sed diuinitas vnita est carni mediante anima: vt suprà habitũ est. Ergo videtur quòd cum in morte Christi anima sit separata à carne, quòd per consequens diuinitas sit à carne separata.

¶ Præterea, Maior est virtus viuificatiua Dei quàm animæ. Sed corpus mori non poterat, nisi anima separata. ergo multò minus mori poterat, nisi separata diuinitate.

¶SED CONTRA est, quòd ea quæ sunt humanæ naturæ, non dicuntur de filio Dei, nisi ratione vnionis, vt suprà habitum est. Sed de filio Dei dicitur id quod conuenit corpori Christi post mortem, scilicet esse sepultum: vt patet in Symbolo fidei, vbi dicitur quòd filius Dei conceptus est, & natus ex Virgine, passus, mortuus & sepultus. Ergo corpus Christi non fuit in morte à diuinitate separatum.

CONCLVSIO.

¶ Cùm nulla in christo fuerit culpa, impossibile fuit in illius morte aliquomodo diuinitatem à corpore separari.

¶RESPONDEO dicendum, quòd illud, quod per gratiam Dei conceditur, nunquam absque culpa reuocatur. vnde dicitur Rom. 11. quòd sine pœnitentia sunt dona Dei & vocatio. Multò autem maior est gratia vnionis, per quam diuinitas vnita est carni Christi in persona, quàm gratia adoptionis, per quam alij sanctificantur, & etiam magis permanens ex sui ratione: quia hæc gratia ordinatur ad vnionem personalẽ, gratia autem adoptionis ad quandã vnionem effectualem, & tamẽ videmus quòd gratia adoptionis nunquam perditur sine culpa. Cùm igitur in Christo nullum fuerit peccatum, impossibile fuit quòd solueretur vnio diuinitatis à carne ipsius. Et ideo sicut ante mortem caro Christi vnita fuit secundum personam & hypostasim verbo Dei, ita & remansit vnita post mortem, vt scilicet nõ esset alia hypostasis verbi Dei & carnis Christi post mortem, vt Damas. dicit in 3. lib.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd derelictio illa non est referenda ad solutionem vnionis personalis, sed ad hoc quòd Deus pater eum exposuit passioni. Vnde derelinquere ibi non est aliud, quàm non protegere à persequentibus. Vel dicit se derelictum quantũ ad illam orationem, qua dixerat, Pater si fieri potest, transeat à me calix iste: vt Augustinus exponit in lib. de Gratia noui Testam.

¶ Super Quæstionis quinquagesimæ Articulum tertium.

Comment. Titulus clarus.

¶In corpore vna cõclusio: In morte Christi non fuit separata deitas ab anima. Probatur dupliciter. Primò ratione: Verbũ Dei non est separatum in morte à corpore: ergo multò minus ab anima. Probatur sequela: quia anima vnita est Verbo immediatius & corpus. Deinde autoritate Symboli: Quia descendit ad inferos. Omnia clara sunt ex supradictis.

Aunet. ¶In responsione ad primũ, aduerte quòd responsio secũdum expositionẽ Aug. intelligit nomine Animæ, ipsam animã substantiam secundũ se ipsam & ideo verãtur inter augustinos discipulos. Planè autẽ sensus Eulgelici textus est, intelligere Animæ nomine ipsam quidem animam, non vt in se quædam subsistãtia est, sed vt subsistãtialiter animat, sic enim animam sortitur, & absque omni quæstione licuit, quòd ipse Dei filius, qui loquitur dicẽs, Ego pono animã meã, posuit animam suam, tollẽdo animationem illam: tollitur siquidẽ animare per hoc ipsum, quod anima separatur à corpore, & iterũ sumpsit eam, dum iterum animat animam corporis: ponere enim animã formaliter (hoc est vt anima) nihil aliud est quàm mori. Et in hoc sensu plusies inuenitur nominata anima: vt est illud Pastor bonus animam suã ponit pro ouibus suis. & illud, Qui odit animã suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

¶Tu autem qui sermonis formalis non es capax, aut ad plebẽ loquẽris, poteris eãdem sententiam seruãdo, glossare animã, hoc est vitã corporalẽ: sic enim filius Dei posuit animã suã, hoc est vitam suam, & iterum sumpsit eam: & similiter, Pastor bonus ponit vitam suam pro, &c. & sic de aliis. Hoc in idem redit quia ipsa animatione, qua anima animat corpus, cõstituit vita corporea cuiusque hominis.

¶ Super Quæstionis quinquagesimæ Articulum quartum.

Aunet. IN titulo Christus significat personam diuini Verbi secũdum dispositionẽ, quã de facto habebat in triduo illo, scilicet quòd erat vnita animæ & corpori Christi separatis abinuicem.

Comment. ¶In corpore tria fiunt. Primò resp̃ondetur quæstioni: vna cõclusione: Dicitur Christus in triduo mortis hominẽ fuisse, simpliciter & absolutè loquẽdo, erroneum est. Probatur: Ad veritatem mortis hominis vel animalis pertinet quòd desinat esse homo vel animal: ergo dicere Christum in triduo mortis hominem, &c. Antecedẽs probatur: quia mors consistit in separatione animæ quæ complet rationem hominis & animalis. Cõsequẽtia probatur: quia afferere omne illud, p quod tollitur veritas mortis Christi, est error contra fidem. Quod probatur: quia articulus fidei est de morte Christi, & autoritate Cyrilli. Secundò dicitur, quòd potest dici Christũ in triduo fuisse hominem mortuum. Et in promptu ratio est, quia mortuus est cõditio diminuens, sicut ly pictus aut lapideus. Tertiò excusantur Hugo & Magister sententiarum. Omnia clara sunt ex anteditis.

CONCLVSIO.

¶ Cùm non fuerit in morte Christi diuinitas à corpore separata, multo minus fuit ab anima separata.

¶RESPONDEO dicendum, quòd anima vnita est verbo Dei immediatius & perfectius quàm corpus, cùm corpus vnitum sit verbo Dei mediante anima, vt suprà dictum est. Cùm ergo verbum Dei nõ sit separatum in morte à corpore, multò minus separatum est ab anima. Vnde sicut de filio Dei prædicatur id quod conuenit corpori ab anima separato, scilicet esse sepultum, ita de eo in Symbolo dicitur, quòd descendit ad inferos, quia anima eius à corpore separata, descendit ad inferos.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Augustinus exponens illud verbum Ioan. inquirit, cùm Christus sit verbum, anima & caro, vtrùm ex eo quòd est verbum, ponat animam, an ex eo quòd est anima, an iterum ex eo quòd est caro. Et dicit quòd si dixerimus, quòd verbum Dei animam posuit, sequitur quòd aliquando anima illa separata est à verbo, quod est falsum: mors enim corpus ab anima separauit, à verbo autem animam separaram nõ dico. Si verò dixerimus, quòd ipsa se anima ponat, sequitur quòd anima ipsa à se separata sit: quod est absurdum. Relinquitur ergo, quòd ipsa caro animam suam ponit, & iterum eam sumit, non potestate sua, sed potestate Verbi inhabitantis carnem: quia sicut suprà dictum est, per mortem non est separata diuinitas Verbi à carne.

¶Ad secundum dicendum, quòd in verbis illis Athanasius non intellexit quòd totus homo denuò sit assumptus, id est omnes partes eius, quasi verbum Dei partes humanæ naturæ deposuerit per mortem: sed quòd iteratò toralitas naturæ assumptæ sit in resurrectione redintegrata per iteratam vnionẽ animæ & corporis.

¶Ad tertium dicendũ, quòd verbum Dei propter vnionem humanæ naturæ, nõ dicitur humana natura: sed dicitur homo, quod est habens humanam naturam. Anima autem & corpus sunt partes essentiales humanæ naturæ. Vnde propter vnionem Verbi ad vtrunque eorum, non sequitur quòd verbum Dei sit anima vel corpus, sed quòd sit habens animam vel corpus.

¶Ad quartum dicendum, quòd sicut Damas. dicit in 3. lib. quòd in morte Christi est separata anima à carne, non est vna hypostasis in duas hypostases diuisa. nam & corpus & anima Christi secundum idem ex principio in verbi hypostasi habuerunt existentiam, & in morte inuicem diuisa, singulum eorum mansit, vnam hypostasim verbi habens. Quare vna Verbi hypostasis, Verbi & animæ & corporis exitit hypostasis: nunquam enim neque anima neq; corpus propriam habuerunt hypostasim, præter Verbi hypostasim. Vna enim semper Verbi hypostasis & nunquam duæ.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm christus in triduo mortis fuerit homo. *3. di. 22. q. 1. ar. 1 Et quol. 2. art. 1. Et quol. 3. art. 4. cor fi. Et quol. 4. ar. 1. Et opuſ. 3. c. 236. Et opuſ. 60. cap. 20. fi.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Christus in triduo mortis fuerit homo. Dicit enim Aug. in primo de Trin. Talis erat illa susceptio, quæ Deum hominem faceret, & hominem Deum. Sed illud susceptio non cessauit per mortem. Ergo videtur quòd per mortem non desierit esse homo.

¶Præterea, Phil. dicit in 9. Eth. quòd vnusquisq; homo est suus intellectus. vnde & post mortẽ, animam Petri alloquentes dicimus, Sancte Petre ora pro nobis. Sed post mortem filius Dei non fuit separatus ab anima intellectuali. Ergo in illo triduo filius Dei fuit homo.

¶Præterea, Omnis sacerdos est homo. Sed in illo triduo mortis. Christus fuit sacerdos: aliter eũ nõ verũ esset qd dicitur in Ps. Tu es sacerdos in æternum. Ergo Christus in illo triduo fuit homo.

¶SED CONTRA, Remoto superiori, remouetur inferius Sed viuum siue animatũ est superius ad animal & ad hominẽ: nã animal est substantia animata sensibilis. Sed in illo triduo mortis corpus Christi non fuit viuũ neq; animatum. Ergo non fuit homo.

CONCLVSIO.

¶ Christum in triduo mortis fuisse hominem asserere, hæreticum est, cùm eius mortem credere sit articulus fidei.

RES

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis quinquagesimæ Articulum quintum

Comment.

TItulus vt sonat.

¶In corpore ponitur vna distinctio bimembris, cū conclusionibus duabus iuxta numerum membrorum. Distinctio est: Simpliciter, simpliciter duab' signi ficationibus, vel vt signi ficat nullo addito, vel vt significat totaliter. Prima cōclusio est, sumēdo Simpliciter, primo modo: Corpus Christi viuū & mortuū fuit idē numero simpliciter. Probatur, quia fuit idē suppositaliter, & sic loquitur Arist. Secunda cōclusio est sumēdo simpliciter, secundo modo: Corpus Christi viuū & mortuū nō fuit idē numero simpliciter. Probatur primò, qa vita est de essentia corporis viuentis: quia est prædicatū essentiale, & non accidentale. Probatur secundo ex oppositō: quia si dicere tur remansisse totaliter idem, sequeretur quòd non esset corrupti corruptione mortis, quod est hæreticū Gaianitarū. Et ad hoc afferuntur au toritates.

Annot. ¶Aduerte hic, qꝫ Autoris doctrina procedit ex supposita vnitate formæ substantialis in homine, tenētes enim plu res formas in homine (puta formam corporeitatis aut mixti: cui superadditur anima) negarent consequentiā in litera factam, dicēdo quòd in morte Christi facta est separatio animæ à corpore: & sic fuit ibi corruptio mortis, sed corpus remāsit cum illamet corporeitatis forma quam prius habebant: & propterea corpus Christi, inquantum corpus remansit totaliter idē numero, & dicere hoc, nulla est hæresis.

Et ad philosophiam declinandū esset, si hoc esset difficultandū. Hanc siquidem viā tenet Scotus, qui addit aliud manifestè aliena à philosophia, scilicet quòd fuit corruptio tunc sine generatione, corruptus quippe fuit homo ex separatione animæ à corpore, & nihil genitum est. Cōtra hos nō loquitur litera, quę de vnitate naturali corporis Christi viui & mortui tractat, & veritatem per se notam tradit. Nam si corpus Christi remansisset omnino idē quod pri⁹, oporteret quòd remansisset viuum eadē vita, alio quin aut vita nihil aliud fuisset nisi accidēs, aut nō totaliter remānsisset idem, defectūe aliqua eius substātia, scilicet vita. Quocirca Scotus corpus Christi tenet omnino idē, quatenus est corpus, & nō quatenus erat viuum. Autor autem aliam formā genitam in Christi corpore tenet, scilicet formā

Quol. 2. artic. 1. Et quol. 3. artic. 4. ad 1. Et quol. 4. q. 5.

QVAEST. L.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Christum verè fuisse mortuum, est articulus fidei. Vnde asserere, omne illud, per quod tollitur veritas mortis Christi, est error contra fidem. Propter quod in epistola synodali Cyrilli dicitur, Si quis non confitetur Dei verbum passum carne, & crucifixum carne, & quòd mortem gustauit carne, anathema sit. Pertinet autē ad veritatem mortis hominis vel animalis, quòd per mortem desinat esse homo vel animal, mors enim hominis vel animalis prouenit ex separatione animæ, quæ complet rationem animalis, vel hominis. Et ideo dicere Christum in triduo mortis hominem fuisse, simpliciter & absolutè loquendo, erroneum est. Potest tamen dici quòd Christus in triduo fuit homo mortuus. Quidam tamen confessi sunt Christum in triduo hominem fuisse: dicentes quidem verba erronea, sed sensum erroris non habentes in fide. Sicut Hugo de sancto Vict. qui ea ratione dixit Christum in triduo mortis fuisse hominem, quia dicebat animam esse hominem, quod tamen est falsum: vt in prima Parte ostensum est. Magister etiam sententiarum in 23. dist. tertij lib. posuit, quòd Christus in triduo mortis fuit homo alia ratione: quia credidit quòd vnio animæ & carnis non esset de ratione hominis, sed sufficit ad hoc, quòd aliquid sit homo, quòd habeat animam humanam & corpus, siue coniuncta siue non coniuncta. Quod etiam patet esse falsum ex his quæ dicta sunt in Prima parte: & ex his quæ supra dicta sunt circa modum vnionis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum Dei suscepit animam & carnem vnitam: & ideo illa susceptio fecit Deum hominem & hominem Deum. Non autem cessauit illa susceptio per separationem Verbi ab anima vel è carne, cessauit tamen vnio carnis & animæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd homo dicitur esse suus intellectus, non quia intellectus sit totus homo, sed quia intellectus est principalior pars hominis, in quo virtualiter consistit tota dispositio hominis. Sicut si rector ciuitatis dicatur tota ciuitas, quia in eo consistit tota dispositio ciuitatis.

¶Ad tertium dicendum, quòd esse sacerdotem, conuenit homini ratione animæ: in qua est ordinis character. Vnde per mortē homo nō perdit ordinē sacerdotalem, & multo minus Christus, qui est totius sacerdotij origo.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm fuerit idem numero corpus Christi viuentis & mortui.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit idem numero corpus Christi viuentis & mortui. Christus enim verè mortuus fuit, sicut & alij homines moriuntur. Sed corpus cuiuscunque alterius hominis, non est simpliciter idem numero mortuum & viuum: quia differunt essentiali differentia. Ergo neque corpus Christi, est simpliciter idem numero mortuum & viuum.

¶Præterea, Secundū Philos. in 5. Metap. Quæcunque sunt diuersa specie, sunt etiam diuersa numero. Sed corpus Christi viuum & mortuum fuit diuersum specie, quia non dicitur oculus aut caro mortui, nisi æquiuocè: vt patet per Philosophum in 2. de Anima. & 7. Metaph. Ergo corpus Christi non fuit simpliciter idem numero viuum & mortuum.

ARTIC. V. ET VI.

¶Præterea, Mors est corruptio quædam. Sed illud quòd corrumpitur corruptione substantiali, postquam corruptum est, iam non est: quia corruptio est mutatio de esse in non esse. Corpus ergo Christi postquam mortuū fuit, non remansit idem numero, cùm mors sit substantialis corruptio.

¶SED CONTRA est quod Athanas. dicit in Epistola ad Epitectum: Circumciso corpore, & porato, & manducante, & laborante, & in ligno affixo, erat impassibile & incorporeum Dei verbum, hoc erat in sepulchro positum. Sed corpus Christi viuum fuit circumcisum & in ligno affixum. Corpus autem Christi mortuum fuit positum in sepulchro. Ergo hoc idem corpus, quòd fuit viuū, fuit etiam mortuum.

CONCLVSIO.

¶ Corpus Christi mortuum fuit idem numero simpliciter viuum & mortuum, cùm idem suppositum fuerit viui & mortui, diuinum scilicet, non autem fuit idem numero totaliter.

¶RESPONDEO dicendum, quòd hoc quod dico simpliciter, potest accipi dupliciter. Vno modo secundum quòd simpliciter idem est quod absolutè: sicut simpliciter dicitur quod nullo addito dicitur, vt Philosophus dicit. Et hoc modo corpus Christi mortuum & viuum, simpliciter fuit idem numero: dicitur enim aliquid esse idem numero simpliciter, quia est suppositō idem. Corpus autē Christi viuum & mortuum, fuit suppositō idem: quia non habuit aliam hypostasim viuum & mortuum, præter hypostasim verbi Dei, vt suprà dictum est. Et hoc modo loquitur Athanasius in autoritate inducta. Alio modo simpliciter idem est quod omnino vel totaliter: & sic corpus Christi mortuum & viuum non fuit simpliciter idem numero: quia non fuit totaliter idem, cùm vita sit aliquid de essentia corporis viuentis: est enim prædicatum essentiale, non accidentale. Vnde consequens est, quòd corpus, quod definit esse viuum, non totaliter idem remaneat. Si autem diceretur quòd corpus Christi mortuum totaliter idem remaneret, sequeretur quòd non esset corruptum, corruptione dico mortis: quod est hæresis * Gaianitarum, vt Isidor. dicit & habetur in Decretis 24. q. 3. Et Damas. dicit in 3. lib. quòd Corruptionis nomen duo significat: vno modo separationē animæ à corpore, & alia huiusmodi: alio modo perfectam dissolutionem in elemēta. Ergo incorruptibile dicere corpus Domini secundum Iulianum & Gaianum secundū primum corruptionis modum ante resurrectionem, est impium, quia corpus Christi non esset consubstantiale nobis, nec in veritate mortuum esset, nec secundum veritatem saluari essemus. Secundo autem modo corpus Christi fuit incorruptum.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd corpus mortuum cuiuscunq; alterius hominis, nō remanet vnitum alicui hypostasi permanenti, sicut corpus Christi mortuum. Et ideo corpus mortuum cuiuscunq; alterius hominis, non est idem simpliciter, sed secundum quid: quia est idem secundum materiam, non autem idem secundum formam. Corpus autem Christi remanet idem simpliciter propter identitatem suppositi: vt dictum est.

¶Ad secundum dicendū, quòd quia idem numero dicitur aliquid secundum suppositum, idem autem specie est idem secundū formam, vbicunq; suppositū subsistit in vna sola natura, oportet quòd sublata vnitate speciei, auferatur vnitas numeralis. Sed hypostasis verbi Dei subsistit in duabus naturis, & ideo quamuis in Christo non remaneat corpus idem secundum speciem humanæ naturæ, remanet tamen idem numero secundum suppositum verbi Dei.

¶Ad tertium dicēdū, quòd corruptio & mors non competit Christo ratione suppositi, secundum quòd attenditur vnitas, sed ratione naturæ, secūdum quā inuenitur differentia mortis & vitæ.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm mors Christi aliquid operata sit ad nostram salutem?

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd mors Christi nihil operata sit ad nostram salutem. Mors enim est quædam priuatio: est enim priuatio vitæ. Sed priuatio, cùm non sit res aliqua, non habet aliquam virtutem agendi. Ergo non potuit aliquid operari ad nostram

Annot. facto esse. Prima cōclusio est: De morte Christi in fieri, idemest iudicium quod de passione Christi. Declaratur, qa mors in fieri, fuit ipsa passio Christi. Secunda cōclusio est: Mors Christi in facto esse non potuit operari ad nostram per modum meriti, sed efficientiæ. Prima pars in litera non probatur: secundā probatur: Per mortem deitas non est separata à carne: ergo quicquid circa carnem Christi ab anima separatam contigit, fuit nobis saluti ferum virtute Deitatis vnitæ. Tertia conclusio est: Mors Christi operata est destructionē vtriusque nostræ mortis, scilicet animę & corporis. Probatur: Mors Christi fuit principio propriæ vitæ: ergo effectus eius propriè est remotio nostrorum impedimentorum æternę vitæ: ergo est remotio vtriusque mortis nostræ. Prima consequentia probatur, quia considerarunt propriè alicuius causæ effectus secundum similem causam: secunda verò, qa vitaque mors contrariantur æternæ nostrę salutī consummatę. Et cō firmatur conclusio autoritatibus.

Annot. ¶Aduerte hic, qꝫ mors in facto esse, se tenet ex parte corporis: non enim dicitur anima mortua, sed corpus dicitur, & est mortuū. Et quia corpus Christi mortuū erat inanimatū, & meritum præcipialiter cōsistit in ordine animę: ideo Augu. in litera pro cōfirmā. propter ie noto, reliquit primā partem secundæ conclusionis, scilicet quòd mors Christi in facto esse nō pro fuit meritoria: erat enim in corpore mortuo, in quo nullam erat principiam merendi. Et quia erat in illo corpore mortuo principium efficiendi, scilicet deitas: hinc infertur quòd efficere potuit ex eo nanq; quòd deitas corpore Christi instrumento vtebatur, conuenientum est vt corpore illo affecto priuatione vitæ vsa est, vt organo ad causandā in nobis destructionē vtriusque mortis, iuxta illud: Qui mortem nostram moriendo destruxit.

¶ Num mors Christi in facto esse fuerit meritoria salutis nostræ ex parte animæ.

Quæstio. ¶ Sed occurrit hīc duo dubia. Primum est, an mors Christi in facto esse, fuerit meritoria ex parte animæ. Secūdum est, quomodo saluatur similitudo inter effectū & causam in tertia conclusione, quum ponitur videatur oppositum.

¶ Ad primum dicitur, quòd mors in facto esse, nostram salutem.

¶Præterea, Passio Christi operata est ad nostram salutem per modum meriti. Sic autem non potuit operari mors Christi: nam in morte separatur anima à corpore, quæ est merendi principium. Ergo mors Christi non est operata aliquid ad nostram salutem.

¶Præterea, Corporale non est causa spiritualis: Sed mors Christi fuit corporalis, non ergo potuit esse causa spiritualis nostræ salutis.

¶SED CONTRA est quod Augustinus dicit in 4. de Trinita. Vna mors nostri Saluatoris, scilicet corporalis, duabus mortibus nostris, id est animæ & corporis, saluti fuit.

CONCLVSIO.

¶ Mors Christi in facto esse non nisi per modum efficientiæ, virtute scilicet diuinitatis, operata fuit nostram salutem, eripiendo nos à morte animæ & corporis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd de morte Christi dupliciter loqui possumus. Vno modo, secundum quòd est in fieri: alio modo, secundum quòd est in facto esse. Dicitur autem mors esse in fieri, quando aliquis per aliquam passionem vel naturalem vel violentam tendit in mortem. Et hoc modo idem est loqui de morte Christi & de passione ipsius. Et ita secundum hunc modum mors Christi causa est salutis nostræ secundum id quod de passione suprà dictum est. Sed in facto esse mors Christi consideratur, secundum quòd iam facta est separatio corporis & animæ, & sic nunc loquimur de morte Christi. Hoc autem modo mors Christi non potest esse causa salutis nostræ per modum meriti: sed solùm per modum efficientiæ: in quantum scilicet nec per mortem diuinitas separata fuit à Christi carne. & ideo quicquid contigit circa carnem Christi, etiam anima separata, fuit nobis salutiferum virtute diuinitatis vnitæ. Consideratur autem propriè alicuius causæ effectus secundum similitudinem causæ. vnde quia mors est quædam priuatio vitæ propriæ, effectus mortis Christi attenditur circa remotionem eorum quæ contrariantur nostræ saluti, quæ quidem sunt mors animæ & mors corporis. & ideo per mortem Christi dicitur esse destructa in nobis & mors animæ, quæ est per peccatum nostrum (secundum illud Roma. 4. Traditus est, scilicet in mortem, propter delicta nostra) & mors corporis, quæ consistit in separatione animæ: secundum illud primæ ad Corinth. 15. Absorpta est mors in victoria.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd mors Christi est operata salutem nostram ex virtute diuinitatis vnitæ, & non ex sola ratione mortis.

¶Ad secundum dicendum, quòd mors Christi secundum quòd consideratur in facto esse, etsi non est ad nostram salutem operata per modum meriti: est tamē operata per modum efficientiæ: vt dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd mors Christi fuit quidem corporalis: sed corpus illud fuit instrumentum diuinitatis sibi vnitæ, operatum in virtute eius etiam mortuum.

ARTIC. I.

QVAESTIO QVINQVAGESIMAPRIMA, *de sepultura Christi in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de sepultura Christi.

¶Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primò, vtrùm conueniens fuerit Christum sepeliri.

¶Secundò, de modo sepulturæ eius.

¶Tertiò, vtrùm corpus eius fuerit in sepulchro resolutum.

¶Quartò, de tempore quo iacuit in sepulchro.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm fuerit conueniens Christum sepeliri.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens Christum sepeliri. De Christo enim dicitur in Psal. Factus est sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. Sed in sepulchro includuntur corpora mortuorum, quod videtur esse contrarium libertati. Ergo non videtur fuisse conueniēs, quòd corpus Christi sepeliretur.

¶Præterea, Nihil circa Christum fieri debuit, quod non esset salutiferum nobis. Sed in nullo videtur ad salutem hominum pertinere, quòd Christus fuit sepultus. Ergo non fuit conueniens Christum sepeliri.

¶Præterea, Inconueniens esse videtur quòd Deus qui est super cælos excelsus, in terra se peliretur. Sed illud quod conuenit corpori Christi mortuo, attribuitur Deo ratiōe vnionis. Ergo inconueniens videtur, Christum fuisse sepultum.

¶SED CONTRA est quod Dominus dicit Matth. 26. de muliere quæ eum inunxerat, Opus bonum operata est in me. & postea subdit: Mittens enim hoc vnguentū in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.

CONCLVSIO.

¶ Conueniens fuit ad comprobandam Christi veram mortem, & vt spes resurgendi mortuis daretur, & spiritualis mortis & sepulturæ peccatorum fieret hominibus exemplum, vt Christus nō modo moreretur, sed vt sepeliretur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd conueniens fuit Christum sepeliri. Primò quidem ad comprobandum veritatem mortis: non enim in sepulchro aliquis ponitur, nisi quando iam de veritate mortis constat. Vnde & Marc. 15. legitur, quòd Pilatus antequam concederet Christum sepeliri, diligenti inquisitione cognouit eum mortuum esse. Secundò, quia per hoc quòd Christus de sepulchro resurrexit, datur spes resurgendi per ipsum, his qui sunt in sepulchro: secundum illud Ioan. 5. Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent. Tertiò, ad exemplum eorum qui per mortem Christi, spiritualiter moriuntur peccatis: qui scilicet absconduntur à conturbatione hominū. Vnde dicitur Colos. 2. Mortui estis, & vita vestra abscondita est cū Christo in Deo. Vnde & baptizati, qui per mortem Christi moriūtur peccatis, quasi consepeliuntur Christo per immersionem, secundum illud Rom. 6. Consepulti sumus cum Christo, per baptismum in mortem.

Infrà q. 52. arti. 4. cor. Et opus. 3. c. 241 & 242. Et opus. 60. c. 29. princi. pio. Et 1. Co. 15. l. 1. c. 3.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus sepultus, se inter mortuos liberum fuisse fatetur, in hoc quòd per inclusionē sepulchri, nō potuit impediri, quin ab eo resurgendo exiuerit.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut mors Christi efficienter operata est nostram salutem, ita etiam & eius sepultura. Vnde Hieronymus dicit super Mar. Sepultura Christi resurgimus. Et Isa. 53. super illud, Dabit impios pro sepultura, dicit glo. id est, Gentes, quæ sine pietate erant, Deo patriq; dabit: quia mortuus & sepultus eos acquisiuit.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut dicitur in quodam sermone

¶ Super Quæstionis quinquagesimæprimæ Articulum primum.

TItulus clarus est.

¶In corpore vna conclusio. Cōueniens fuit Christum sepeliri. Probatur tripliciter. Omnia sunt clara.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis quinquagesimæprimæ Articulum secúdum.

Annot. TItulus Modi nomine vtitur pro editionibus ob seruatis in sepeliendo corpus Christi.

Coment. ¶ In corpore vna conclusio: Modus sepulturæ Christi fuit conueniens, quantum ad tria. Omnia sunt clara.

Annot. ¶ In responsione ad vltimum, adde quòd excisio sepulchri in petra, immobile sepulchrum reddens, ad perpetuitatē testimonij de morte Christi apud peregrinas spectat. Nec solùm testari illud videmus mortem Christi, sed virtutem: qua ipsum sepulchrū inter hostes fidei gloriosum seruatur fuit enim & est tot seculis in manibus infidelium.

¶ Super Quæstionis quinquagesimæprimæ Articulum tertium.

Coment. TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Non fuit conueniens, corpus Christi putrefieri aut incinerari. Probatur duplicíter. Primò: Putrefactio prouenit ex infirmitate naturæ illius corporis non potentis corpus amplius in vnum continere: ergo Christus, ne mors eius infirmitati naturæ ascriberetur, noluit corpus suum resolui. Antecedens patet. Consequētia probatur: quia mors Christi non debuit esse ex infirmitate naturæ sed voluntaria. In cuius signum nō morbo, sed passione voluntariè susceptā mortuus est. Secundò probatur: quia ad ostēsionem diuinę virtutis voluit corpus suum incorruptum permanere. Et ad hoc affertur autoritas Chrysostomi.

¶ Circa primam rationem dubium occurrit: quia impertinens videtur. Nam siue in corpore Christi fuerit aliqua putrefactio, siue non, constabat quòd ex violenta passione non ex naturæ infirmitate mortuus erat: quia passus est in cruce iuuenis.

Annot. ¶ Ad hoc dicitur, quòd putrefactio cadaueris attestatur infirmitati naturæ præsentis & præteritæ. Nam corpora ita compacta, vt naturalis complexio vigorosa sit & viua & mortua, putrefactiuis resistunt magis aliis. & propterea si putrefactio cadaueris accidisset in Christi corpore, testimonium infirmitatis naturæ in Christo monstraretur, tāquam impotentis prius ampliùs tenere corpus viuum, & postea incorruptum & consequenter quòd mors Christi accidisset, etiamsi non fuisset. Etsi impu trefactio corporis mortui non est impertinēs sed idoneum testimonium voluntariæ mortis: & putrefactio fuisset testis mortis nō voluntariæ, sed necessariæ ex debilitate naturæ. Ex supra dictis nanq; patet, quòd Christus licet crucifixus, mortuus tamen est, qa voluit in cuius signum clamans expirauit.

concilij Ephesini (nihil horum qui saluant homines, iniuriam Deo facit, qui ostendunt eum non passibilem, sed clementem. Et in alio sermone eiusdem concilij legitur: Nihil putat iniuriam Deus, quod est occasio salutis hominibus tu quidem non ita vilem Dei naturam arbitraberis, tanquam quæ aliquando subiecta possit esse iniuriis.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm conueniēter modo Christus fuerit sepultus.

AD SECVNDVM sic procedi-tur. Videtur non conuenienti modo Christum fuisse sepultum. Sepultura enim eius respondet morti ipsius. Sed Christus fuit passus mortem abiectissimam: secundum illud Sap. 2. Morte turpissima condemnemus eum. Ergo inconueniens videtur fuisse, quòd Christo exhibita fuit honorabilis sepultura: inquantum à magnatibus fuit tumulatus, scilicet à Ioseph ab Arimathia, qui erat nobilis Decurio (vt habetur Matth. 27.) & à Nicodemo, qui erat princeps Iudæorum: vt habetur Ioan. 3.

¶ Præterea, Circa Christum non debuit aliquid fieri, quod esset superfluitatis exemplum. Videtur autem superfluitatis fuisse, quòd ad sepeliendum Christum Nicodemus venit ferens mixturam myrrhæ & aloës quasi libras centum (vt dicitur Ioan. 19.) præsertim cùm mulier præuenerit corpus eius vngere in sepulturam, vt dicitur Marc. 14. Non ergo fuit hoc conuenienter circa Christum factum.

¶ Præterea, Non est conueniens vt aliquod factum sibiipsi sit dissonum. Sed sepultura Christi fuit simplex ex vna parte: quia scilicet Ioseph inuoluit corpus eius in sindone munda (vt dicitur Matth. 27.) non autem auro aut gemmis, aut serico, vt Hieronym. ibidem dicit: ex alia verò parte videtur fuisse ambitiosa, inquantum eum cum aromatibus sepelierunt. Ergo videtur non fuisse conueniēs modus sepulturæ Christi.

¶ Præterea, Quæcunque scripta sunt, præcipuè de Christo, ad nostram doctrinam scripta sunt, vt dicitur Rom. 15. Sed quædam scribuntur in Euangeliis circa sepulchrum Christi, quæ in nullo videntur ad nostram doctrinam pertinere: sicut quòd fuit sepultus in horto, quòd in monumento alieno, & nouo, & excisio in petra. Inconueniens ergo fuit modus sepulturæ Christi.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Isa. 11. Et erit sepulchrum eius gloriosum.

CONCLVSIO.

¶ Conueniēti ordine & modo Christum fuisse sepultum Scriptura exponit euangelica.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd modus sepulturæ Christi ostenditur esse conueniens quantum ad tria. Primò quidē quantum ad confirmandam fidem mortis & resurrectionis ipsius. Secundò ad commendandam pietatem eorum, qui eum sepelierunt. Vnde Augustinus dicit in primo de Ciuitat. Dei Laudabiliter commemorantur in Euangelio, qui corpus eius de cruce acceptum, diligenter atque honorificè tegendum sepeliendumq; curauerunt. Tertiò, quantum ad mysterium, per quod informantur illi qui Christo consepeliuntur in mortem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd circa mortem Christi commendantur patientia & constantia ipsius, qui mortem est passus: & tantò magis quantò mors fuit abiectior. Sed in sepultura honorifica considerarur virtus morientis, qui contra intentionem occidentium etiam mortuus honorificè sepelitur, & præfiguratur deuotio fidelium qui erant Christo mortuo seruituri.

¶ Ad secundum dicēdum, quòd in hoc, quòd Euangelista dicit, Quòd sepelierunt eum, sicut mos est Iudæis sepelire (sicut Augustinus dicit super Ioan.) admonuit in huiusmodi officiis, quæ mortuis exhibentur, morem cuiuslibet gentis esse seruandum. Erat autem istius gentis consuetudo, vt mortuorum corpora variis aromatibus condirentur, vt diutius seruarentur illæsa. Vnde & in tertio de doctrina Christiana dicitur, quòd in omnibus talibus, non vsus rerum, sed libido vtentis in culpa est. Et postea subdit, quòd in aliis personis plerunque flagitium est in diuina vel prophetica persona, maximè cuiusdam rei signum est. Myrrha enim & aloës propter sui amaritudinem significant pœnitentiam: per quam aliquis in seipso Christum conseruat absque corruptione peccati. odor autem aromatum significat bonam famam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd myrrha & aloës adhibebantur corpori Christi, vt immune à corruptione seruaretur, quod videbatur ad quādam necessitatem pertinere. Vnde datur nobis exemplum quòd licitè possumus aliquibus pretiosis vti medicinaliter propter necessitate nostri corporis conseruandi. Sed inuolutio corporis pertinebat ad solam quandam decentiam honestaris: & in talibus simplicibus debemus esse contenti. Per hoc tamen significabatur (vt Hier. dicit) quòd ille in sindone munda inuoluit Iesum, qui mente pura eum susceperit. Et hinc, vt Beda dicit super Mar. Ecclesiæ mos obtinuit, vt sacrificium altaris non in serico neq; in panno tincto, sed in lino terreno celebretur: sicut corpus Domini est in sindone munda sepultum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Christus sepelitur in horto, ad significandum quòd per mortem & sepulturam ipsius, liberamur à morte, quam incurrimus per peccatum Adæ in horto paradisi cōmissum. Ideo autem Saluator in aliena ponitur sepultura (vt Augustinus dicit in quodam sermone) quia pro aliorum moriebatur salute: sepulchrum autem mortis est habitaculum. Per hoc etiam conderari potest pauperatis abundātia pro nobis susceptæ: nam qui domum in vita non habuit, post mortem quoque in alieno sepulchro reconditur, & nudus existens, à Ioseph cooperitur. In nouo autem ponitur monumento (vt Hieronym. dicit) ne post resurrectionem, cæteris corporibus remanentibus, surrexisse alius fingeretur. Potest autem & nouum sepulchrum, Mariæ virginalem vterum demonstrare. Per hoc etiam datur intelligi, quòd per Christi sepulturam omnes innouamur, morte & coaruptione destructa.

In monumento autem excisio in petra conditus est (vt Hieronym. dicit) ne si ex multis lapidibus ædificatum fuisset, tumuli fundamentis suffossis, ablatus furto diceretur. Vnde & saxum magnum quod appositum fuit, ostendit quòd non absque auxilio plurimorum sepultura potuisset reserari. Si etiam sepultus fuisset in terra, dicere poterant, Suffoderunt terram, & furati sunt eum: sicut Augustinus dicit. Significatur autem mysticè per hoc (vt Hilarius dicit) quòd per Apostolorum doctrinam in pectus duritiæ Gentilis quodam doctrinæ opere excisum, Christus infertur, rude scilicet ac nouum, & nullo antea ingressu timori Dei peruium. Et quia nihil præter eum oportet in pectora nostra penetrare, lapis ostio aduoluitur. Et sicut Origen. dicit, non fortuitu scriptum est quod Ioseph inuoluit corpus Christi sindone munda, & posuit in monumento nouo, & quod aduoluit lapidem magnum: quia omnia quæ sunt circa corpus Iesu, munda sunt, & noua, & valde magna.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm corpus Christi in sepulchro fuerit incineratum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod corpus Christi in sepulchro fuerit incineratum. Sicut enim mors est pœna peccati primi parentis, ita etiam & incineratio: dictum est enim primo homini post peccatum, Puluis es, & in puluerem reuerteris: vt dicitur Genes.

¶ Super Quæstionis quinquagesimæprimæ Articulum quartum.

Coment. IN corpore vna conclusio: Conueniens fuit quòd Christus duabus noctibus & vna die esset in sepulchro, Probatur. Tempus, quo Christus fuit in sepulchro, effectum mortis eius repræsentauisse ef fectū est duplex, nostra mors tenebrosa destruēs, & ipsa mortis eius lux est causa: ergo conueniētet vna die & duabus noctibus mansit in sepulchro. Omnia clara sunt.

Annot. ¶ In responsione ad primum, aduerte quòd autoritas Ecclesiæ indubitāter credentis Christum surrexisse prima sabbati in mane vel circa, & inde diem resurrectionis illem Dominicum nominauit, elidit omnes nouitates præsumentiū hoc in dubium reuocare, & exponere Euangelistas suo sensu. Et propterea tales non audiēdi, sed vitandi sunt à pijs Ecclesiæ auribus.

¶ In eadem responsione aduerte nouitie, quòd quilibet trium naturalium dierū mortis Christi, numeratur, accipiendo noctem pro prima parte eius. sexta feria enim incipit à nocte terminante diem Iouis: & similiter sabbatum incipit à nocte terminante feriam sextam: & similiter Dominica incipit à nocte in qua Christus surrexit. Dies verò creationis mundi numerantur, incipiendo à die, vt à prima parte ita quòd mane incipit dies, & durat vsque ad aliud mane exclusiuè. Si quidē para eius est nox. Et hoc notatur quum dicitur, factum est vespere & mane dies vnus, à termino enim lucis diurnæ dixit. Et factum est vespere & à termino noctur narum tenebrarū subsequēs, & manēta quod ipse ordo numerandi manifestat lucem prio rem tenebris computatam. Ratio autem horum contrariorum ordinis in litera hac redditur satis clara.

¶ In responsione ad vltimum percipe nouitie, quòd sicut dicimus, media vita in morte sumus, & non propter eu limitatē nos, quasi diuidamus vitam in duas partes æquales: & similiter gesta inclusa die dicimus facta merita die, & submersos in mari dicimus in medio mari submersos, non diuidendo mare in duas partes æquales: ita resurrectio in quacunq. parte noctis factam, dicimus media nocte factam absque diuisione noctis in duas partes æquales.

¶ Præterea, Corpus Christi fuit eiusdem naturæ cum corporibus nostris. Sed corpora nostra statim post mortem resolui incipiunt, & ad putredinem disponuntur: quia exhalante calido naturali, superuenit calor extraneus, qui putrefactioné causat. Ergo videtur quod similiter in corpore Christi accideret.

¶ Præterea, Sicut dictum est, Christus sepeliri voluit, vt daret hominibus spem resurgendi etiam de sepulchris. Ergo etiam incinerationem pati debuit, vt spem resurgendi incineratis post incinerationem, daret.

¶ SED CONTRA est quod in Psal. dicitur, Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. Quod Damasc. exponit in 3. lib. de corruptione quæ est per resolutionem in elementa.

CONCLVSIO.

¶ Mors Christi, ne infirmitati naturæ eius ascriberetur, necessarium fuit vt in sepulchro corpus integrū & incorruptum seruaretur virtute diuinitatis, quæ illud nunquam deseruit.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd non fuit conueniens corpus Christi putrefieri, vel quocunque modo incinerari: quia putrefactio cuiuscunque corporis prouenit ex infirmitate naturæ illius corporis, quæ nō potest amplius corpus continere in vnum. Mors autem Christi (sicut suprà dictum est) non debuit esse ex naturæ infirmitate, ne crederetur non esse voluntaria, & ideo non ex morbo, sed ex passione illata voluit mori, cui se obtulit sponte. Et ideo Christus, ne mors eius naturæ infirmitati ascriberetur, noluit corpus suum qualitercunque putrefieri, aut qualitercunque resolui: sed ad ostensionem virtutis diuinæ voluit corpus illud incorruptum permanere. Vnde Chrysostom. dicit, quòd viuentibus aliis hominibus, his scilicet qui egerunt strenuè, arridenti propria gesta: his autem pereuntibus, pereunt. Sed in Christo est totum contrarium: nam ante crucem omnia sunt mœsta & infirma: vt autem crucifixus est, omnia clariora sunt facta, vt noscat non purum hominem crucifixum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus cùm non esset subiectus peccato, neque morti erat obnoxius, neque incinerationi: voluntariè tamen mortem sustinuit propter nostram salutem, secundum rationes supradictas. Si autem corpus eius fuisset putrefactum vel resolutum, magis hoc fuisset in detrimentum salutis humanæ: dum non crederetur in eo esse virtus diuina. Vnde ex persona eius in Psalm. dicitur, Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? quasi dicat, Si corpus meum putrescat, perditur effusi sanguinis vtilitas.

¶ Ad secundum dicendum, quòd corpus Christi quantum ad conditionem naturæ passibilis putrefactibile fuit: licet non quantum ad meritū putrefactionis, quod est peccatum. Sed virtus diuina corpus Christi à putrefactione præseruauit, sicut & resuscitauit à morte.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus de sepulchro resurrexit virtute diuina, quæ nullis terminis coarctatur. Et ideo hoc quòd à sepulchro surrexit, sufficiens argumentum fuit, quòd homines erant resuscitandi virtute diuina non solùm de sepulchris, sed etiā de quibuscunque cineribus.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm Christus fuerit in sepulchro solùm vna die & duabus noctibus.

Infrà q. 52. artic. 4. cor. & q. 53. art. 2. co. Et opus. 3. c. 2. 43. Et opus. 60. c. 20. co. 2. fin. Et 1. co. 55. l. 2. co.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non fuerit in sepulchro solùm vna die & duabus noctibus. Dicit enim ipse Mat. 12. sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus ita Filius hominis erit in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Sed in corde terræ fuit in sepulchro existens. Non igitur fuit in sepulchro solùm vna die & duabus noctibus.

¶ Præterea, Gregor. dicit in Homil. Paschali, quòd sicut Samson abstulit media nocte portas Gazæ, ita Christus media nocte auferens portas inferni, resurrexit. Sed post quam resurrexit, non fuit in sepulchro. Ergo non fuit in sepulchro duabus noctibus integris.

¶ Præterea, Per mortem Christi lux præualuit tenebris. Sed nox ad tenebras pertinet, dies autem ad lucem. Ergo conuenientius fuit, quòd corpus Christi fuerit in sepulchro duobus diebus & vna nocte, quàm econuerso.

¶ SED CONTRA est, quòd sicut Augustin. dicit in 4. de Trinit. à vespere sepulturæ vsque ad diluculum resurrectionis triginta sex horæ sunt, id est nox tota cum die tota & nocte tota.

CONCLVSIO.

¶ Decuit vt qui non pro peccato, sed ex charitate mori voluit, vt à peccatorum & corporis morte liberaret omnes, vna die tantum, & duabus noctibus esset in sepulchro.

¶ RESPONDEO dicendū, quòd ipsum tempus, quo Christus in sepulchro mansit, effectum mortis eius repræsentat. Dictū est autem suprà, quòd per mortem Christi liberati sumus à duplici morte, scilicet à morte animæ & à morte corporis. & hoc significatur per duas noctes, quibus Christus in sepulchro permansit: Mors autem eius, quia non fuit ex peccato proueniens, sed ex charitate susceptā, non habuit rationem noctis, sed diei: & ideo significatur per diem integrum, quo Christus fuit in sepulchro. Et sic conueniens fuit, quòd Christus vna die & duabus noctibus esset in sepulchro.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Augustinus dicit in lib. de Consensu Euangelistarum: Quidam modum loquutionis Scripturæ nescientes, noctem voluerunt annumerare tres illas horas à sexta vsq; ad nonam, quibus sol obscuratus est, & diem tres horas alias quibus iterum terris est redditus, id est à nona vsq; ad Occasum: sequitur enim nox futuri sabbati, qua cum suo die computata erunt iam duæ noctes & duo dies. Post sabbatum autem sequitur nox primi sabbati, id est illucescentis diei Dominici, in qua tunc Dominus resurrexit. & ita adhuc non constabit ratio trium dierum, & trium noctium. Restat ergo, vt hoc inueniatur, illo Scripturarum vsitato loquendi modo, quo à parte totum intelligitur, ita scilicet quòd vnam noctem, & vnam diem accipiamus pro vno die naturali. Et sic primus dies computatur ab extrema parte sui, qua Christus in sexta feria est mortuus & sepultus: secundus autem dies est integer cum 24. horis nocturnis & diurnis: nox autem sequens pertinet ad tertium diem. Sicut enim primi dies propter futurum hominis lapsum, à luce in noctem, ita isti propter hominis reparationem, à tenebris computantur in lucem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Augustinus dicit in 4. de Trinita. Christus in diluculo resurrexit, in quo aliquid lucis apparet, & adhuc tamen aliquid remanet tenebrarum noctis. Vnde de mulieribus dicitur, Ioan. 20. quòd cùm adhuc essent tenebræ, venerunt ad monumentum. Ratione ergo harum tenebrarum Gregor. dicit Christum media nocte surrexisse: non quidem diuisa nocte in duas partes æquales, sed infra ipsam noctem. Illud enim diluculum, & pars noctis & pars diei dici potest propter conuenientiam, quam cum vtroque habet.

¶ Ad tertium dicendum, quòd intantum lux in morte Christi præualuit (quæ significatur per vnam diem) quòd tenebras duarum noctium, id est duplicis mortis nostræ, remouit, vt dictum est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæ secundæ Articulum primum.*

Comment. TItulus clarus.

¶ In corporea conclusio: Conueniens fuit Christum ad inferos descendere. Probaturtripliciter. Prima ratio completur ex responsione ad primum. Secunda ratio completur ex responsione ad secundum. Responsio ad tertium de motu Angelorum satis in Cõmentariis Primæ partis tractata est.

¶ *super Quæstionis quinquagesimæ secundæ Articulum secundum.*

Annot. TItulus plus quærit quam experimar. quæritenim in quem inferni locum Christus descendit, vt patet in diuisione articulorum. explicat autẽ specialiter de inferno damnatorum, tãquam de magis difficili.

Cõment. 3. di. 22. q. 2. art. 3. q 1. Et opus. 3. c. 243 Et opus. 60. c. 21. princip.

¶ In corpore dictionẽ bibembrẽ facit de esse alicubi duplicitẽr: vel secundum effectum, vel secundum substantiam. & iuxta singula membra singulis conclusionibus respondet quæstio. Prima cõclusio: Christus secundum effectum descendit in quemlibet infernorum locum: & declaratur in tribus.

¶ Occurrit autem statim hic dubiũ: quia non est sufficienter probata cõclusio ex tribus locis inferni. Nã datur quartus locus, scilicet limbꝰ puerorum, qui sine aliquo fidei signo decesserũt, si ergo Christus descẽdit secundũ effectũ in quẽlibet, oportet & q. in limbum puerorum aliquem effectum habuerit, & quòd Autor defecerit, relinquendo hunc quartum locum.

¶ *Num Christus quipiam egerit in infernũ & limbum puerorum.*

Quæstio. ¶ Ad hoc dicitur, quòd quia sub ordine damnatorum cõprehenditur tota pars sinistra Christi iudicis: ideo etiam Autor sub inferno damnatorum comprehendit etiã infernum puerorum: vnusq; effectus fuit cõmunis omnibus, quibuscunq; modo. Cõstat enim fuisse de malitia & incredulitate: sed infantes de sola malitia originali peccati, & incredulitate, qua nec propria nec parentũ fide incredulitatẽ euaserũt. Secunda cõclusio est: Anima Christi descẽdit secundũ substãtiã ad solũ infernũ Patrũ. Manifestatur dupliciter. Primò, ex cõuenientia effectus ibi, scilicet visitare et loco secũdũ animã, quos visitabat interius satiando deitate. Secundò ex similitudine ad passionẽ, vt sicut in vna parte terræ, &c.

¶ Occurrit hic vnũ dubiũ: quia effectus Christi

QVAESTIO QVINQVAGESIMASECUNDA, de descensu Christi ad inferos, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de descensu Christi ad inferos.

¶ Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primò, vtrũm fuerit conueniens Christum ad inferos descendere.

¶ Secundò, in quem infernum descenderit.

¶ Tertio, vtrũm totus fuerit in inferno.

¶ Quartò, vtrũm aliquam moram ibi traxerit.

¶ Quintò, vtrũm sanctos Patres ab inferno liberauerit.

¶ Sexto, vtrũm damnatos ab inferno liberauerit.

¶ Septimò, vtrũm liberauerit pueros in peccato originali defunctos.

¶ Octauo, vtrũm liberauerit homines de purgatorio.

ARTICVLVS I.

¶ Virũm fuerit conueniens, Christum ad infernum descendere.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens Christum ad infernum descendere. Dicit enim Augustin. in Epistola ad Enodium. Nec ipsos quidem inferos vspiam Scripturarum, in bono appellatos potui reperire. Sed anima Christi non descendit ad aliquod malum: quia nec animę iustorum ad aliquod malum descendunt. Ergo videtur quòd non fuerit conueniens, Christum ad inferos descendere.

¶ Præterea, Descendere ad inferos, non potest Christo conuenire secundum diuinam naturam (quæ est omnino immobilis) sed solùm conuenire potest ei secundum naturam assumptam. Ea verò quæ Christus fecit vel passus est in natura assumpta, ordinantur ad humanam salutem, ad quam non videtur necessarium fuisse, quòd Christus descenderit ad inferos: quia per passionem suam, quã in hoc mundo sustinuit, nos liberauit à culpa & pœna, vt supra dictum est. Non igitur fuit conueniens, quòd Christus ad infernum descenderet.

¶ Præterea, Per mortem Christi separata est anima à corpore eius, quod quidem in sepulchro positum fuit: vt suprà habitum est. Non autem videtur, quòd secundum animam solam ad infernum descenderit: quia anima, cùm sit incorporea, non videtur quòd localiter possit moueri: hoc enim est corporum, vt probatur in sexto. Phy. descensus autem motum corporalem importat. Non ergo fuit cõueniens, quòd Christus ad infernum descenderet.

¶ SED CONTRA est quod dicitur in Symbolo, Descendit ad inferos. Et Apostolus dicit Ephe. 4. Quòd autem ascendit, quid est nisi quia & descendit primùm ad inferiores partes terræ: gl. id est ad inferos.

CONCLVSIO.

¶ Conueniens fuit Christum ad infernum descendere, vt nos ex illo liberaret, sicut oportuit illum mortem pati, vt à morte nos eriperet.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd cõueniens fuit, Christum ad infernum descendere. Primò, quidem: quia ipse venerat pœnã nostram portare, vt nos à pœna eriperet secũdum illud Isa. 53. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Ex peccato autem homo incurrerat non solùm mortem corporis, sed etiam descensum ad inferos. Et ideo sicut fuit conueniens, eum mori, vt nos liberaret à morte, ita conueniens fuit eum descendere ad inferos, vt nos à descensu ad inferos liberaret. Vnde dicitur Osee 13. Ero mors tua ô mors, ero morsus tuus inferne. Secundò: quia conueniens erat, vt victo diabolo per passionem, vinctos eius eriperet, quia detinebantur in inferno, secundum illud Zach. 9. Tu quoq; in sanguine Testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu. Et Col. 2. dicitur, Expoliãs principatus & potestates, traduxit confidenter. Tertiò, vt sicut potestatem suam ostendit, in terrã viuendo & moriendo, ita etiã potestatẽ suam ostenderet in inferno, ipsum visitando & illuminando. Vnde dicitur in Psalm. Attollite portas principes vestras, gl. id est principes inferni auferte potestatem vestram, qua vsque nunc homines in inferno detinebatis: & sic in nomine Iesu omne genu flectatur, non solum cælestium, sed etiam infernorum, vt dicitur Phil. 2.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd nomen Inferorum sonat in malum pœnæ, non autem in malum culpæ. Vnde decuit Christum in infernum descendere, non tanquam ipse esset debitor pœnæ, sed vt eos qui erant pœnæ obnoxii, liberaret.

¶ Ad secundum, dicendum, quòd passio Christi fuit quasi quædam causa vniuersalis humanæ salutis, tam viuorũ, quàm mortuorum. Causa autem vniuersalis applicatur ad singulares effectus per aliquid speciale. Vnde sicut virtus passionis Christi applicatur viuentibus per sacramenta configurantia nos passioni Christi, ita etiam applicata est mortuis per descensum Christi ad inferos. Propter quod signanter dicitur Zach. 9. quòd eduxit vinctos de lacu in sanguine Testamenti sui, id est per virtutem passionis suæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd anima Christi non descendit ad inferos eo genere motus, quo corpora mouẽtur, sed eo genere motus, quo Angeli mouentur, sicut in prima parte habitum est.

ARTICVLVS II.

¶ Virũm Christus descenderit ad infernum damnatorum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christus descenderit etiam ad infernum damnatorum. Dicitur enim ex ore diuinæ Sapientiæ Eccl. 24. Penetrabo omnes inferiores partes terræ. Sed inter partes inferiores terrę computatur etiam infernus damnatorum: secundum illud Psal. Introibunt in inferiora terræ. Ergo Christus, qui est Dei sapientia, etiam vsq; ad infernum damnatorum descendit.

¶ Præterea, Act. 2. dicit Petrus, quòd Deus Christum suscitauit soluris doloribus inferni: iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Sed dolores non sunt in inferno Patrum, neque etiam in inferno puerorum: qui non puniuntur pœna sensus propter peccatum actuale, sed solùm pœna damni propter peccatum originale. Ergo Christus descendit in infernum damnatorum: vel etiam in purgatorium, vbi homines puniuntur pœna sensus pro peccatis actualibus.

¶ Præterea, primæ Pet. 3. dicitur quòd Christus his qui in carcere conclusi erant, Spiritu veniens prædicauit, qui increduli fuerant aliquando. Quod, sicut Athanasius dicit in Epistola ad Epictetum, intelligitur de descensu Christi ad inferos: dicit enim quòd corpus Christi fuit in sepulchro positum, quando ipse perrexit prædicare his, qui in custodia erant, spiritibus, sicut dixit Petrus. Constat autem quòd increduli erant in inferno damnatorum. Ergo Christus ad infernum damnatorum descendit.

¶ Præterea, Augustin. dicit in Epistola ad Enodium. Si in illum Abrahæ sinum, Christum mortuum veniſſe sacra Scriptura dixisset, non nominato inferno eiusq; doloribus, miror, si quisquam ad inferos eum descendisse asserere auderet, sed quia euidentia testimonia & infernum commemorant & dolores, nulla causa occurrit cur illò credatur veniſſe Saluator, nisi vt ab eisdem doloribus salnos faceret. Sed locus dolorum est infernus damnatorum. Ergo Christus in infernum damnatorum descendit.

¶ Præterea, Sicut Augustin. dicit in quodam sermone de passione, Christus ad infernum descendens, omnes Sanctos, qui originali peccato astricti tenebantur, absoluit. Sed inter illos erat etiam Iob, qui de seipso dicit, Iob 16. In profundissimum infernum descendent omnia mea. Ergo Christus etiam vsq; ad profundissimum infernum descendit.

¶ SED CONTRA est quod de inferno damnatorum dicitur, Iob 10. Antequam vadam, & non reuertar ad terram tenebrosam

¶ Si patientis omnes sunt effectus non solius deitatis, sed humanitatis Christi: & si multiplex effectus Christi descendentis ad inferos, debent esse non solius deitatis. In litera autẽ ponitur effectus vnus infusio luminis æternæ gloriæ: cõstat enim Deum immediatè infundere lumen gloriæ animalibus: ergo.

¶ Ad hoc dicitur, quòd etiam ipsum lumen gloriæ consequimur ex virtute passionis Christi: quæ ex hoc ipso & nobis & illis aperuit cælum, quod vtrisq; impedimenta illius luminis abstulit. Et quia, vt in præcedentis ar. responsione ad secundum dicitur, virtus passionis Christi applicata est ad Sanctos, mediante descensu Christi ad inferos, sicut ad nos mediantibus sacramentis: ideo ad infusionem luminis gloriæ in sanctis Patribus operatus est descensus animę Christi, applicando ad eos virtutem suæ mortis, hoc est exequendo substãtialiter præsentia ablationem pœnæ, quæ priuabantur lumine gloriæ, & sic deitas immediatè eos beatificabat quibus tamẽ anima Christi instrumẽtaliter ipsum gloriæ lumen cõtulisse, non est impossibile. Ad beatitudinem enim sufficit, q. Deitas immediatè beet obiecti ut nũ. cũ hoc stat quòd effectiuè mediatè beat & causando mediante Christi anima instrumẽtaliter lumen gloriæ & mediante ipso lumine ac anima beati, actum beatitudinis.

¶ Num Christus secundum essentiam animæ descenderit ad infernum, an secundum aliquem effectum.

Quæstio. ¶ In eodem 2. art. dubiũ occurrit propter Durã. in 1. sent. dist. 15. q. 2. ar. 1. an descensus Christi ad inferos, fuerit secundũ substantiam animæ vel solùmodo secũdum effectum. Durã. dicit enim, eius fundamentum fuit consideratio diuo Thomę, cùm cogeretur concedere Christi ad inferos descensum secundum animam, & nollet communi concordare doctrinæ, tradenti ipsam Christi animam fuisse præsentem in inferno: fingit modum quẽdam, quo sola voce affirmaret Christi animam descendisse ad infernum, scilicet non per substantiæ animæ præsentiam substantialem, sed solummodo per effectũ. Probatur primò parte negatiua sic. Anima Christi non descendit ad inferos eo motus genere, quo Angelus mouetur de loco ad locum: ergo, &c. Assumptum probatur: quia Angelum moueri de loco ad locum, est successiuè operari in diuersis locis: hoc autẽ non potest conuenire animæ separatæ: quia anima separata in nullo corpore seu loco potest operari: quia determinata est ex natura animæ ad non operandum in loco, nisi mediante proprio corpore, quo caret cùm separata est. Deinde probat partem assumptam tripliciter. Primò: quia motus animæ separatæ est non per motũ subiectiuè in ipsa anima, sed per effectum. Quod probatur: quia hoc modo moueretur Angelus. Secundò: qua in instanti mortis Christi, Patres in limbo fuerunt beati: descensus autem animæ Christi nõ fuisset in instanti mortis cõsummatus, si secundum locum fuisset. Tertiò: quia sic Christus fuit in inferno cum Patribus, sicut etiã fuit eodem die in paradiso cum Latrone. sed esse in paradiso cum Latrone, non significat locũ aliquem acquisitũ animę Christi: ergo nec esse in inferno significat locũ animæ Christi. Et sũ dicatur distinguendo de paradiso spirituali vel corporali, ita quoq; distinguẽdo de inferno: & dicam Christum descendisse ad infernum spiritualem, cùm beatificauit Patres ratione termini à quo, scilicet carentiæ diuinæ, & fuisse cum eisdem in paradiso spirituali ratione termini ad quem, scilicet fruitionis beatæ. Et subdit Durã. quòd licet hoc sit probabiliter dictum, & satis videatur saluare articulũ fidei & dictum Scripturæ: non tamen est pertinaciter asserendũ: nec eos arguemus aliam modum esse forsitan uiriorem, fatemur tamen nos ignorare illum. Quæ videtur apposite, timent erroneam esse positionem dictam. Ad huius euidentiam tria agẽda sunt: primò narrabitur veritas: secundò, vnde scitur: tertiò respondebitur obiectis.

¶ Quo ad primum: quia anima separata habet modum essendi simillem Angelis, pro quanto est per se subsistens sine corpore, & habet esse in loco non circũscriptiuè, sed diffinitiuè sicut Angel⁹: ideo sicut in communi loquendo Angelum dicimur esse in loco, pro quanto non solum effectus eius, sed substantia eius est in loco: hoc est ita ibi, quòd non alibi: ita animam separatam in loco aliquo esse dicimus non ratione solius effectus, sed qa ipsa eius substantia est ita ibi, & non alibi. Vnde ad propositũ deueniendo, anima Christi in triduo mortis fuit in inferno non ratione solius effectus, sed ratione distinctiuę præsentiæ substantiæ suæ ad locum inferni, erat nonnulla pœnalitas, quam anima Christi pro nostra salute suscipiebat: quam pœnalitatem humanæ naturæ propter originale peccatum Petrus Apostolus Act. 2. dolores inferni appellauit: dum dicit de Christo, quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni. Hæc de primo.

¶ Quo ad secundum, ex Symbolo Apostolorum clarè habetur, q. Christus descendit ad inferos: & ex cõtextu ipsius Symboli clarè patet, q. de reali præsentia ipsius Christi & non effectus eius intelligitur: quoniam per modum historiæ interponitur antecedentibus & consequentibus, & nõ aliter intelligitur, quàm de simili reali præsentia: vt pater cùm præponitur, Crucifixus mortuꝰ & sepultus: & cõ subiungit, Surrexit à mortuis, ascendit in cælos: cùm ens de reliquis nulla sit quæstio: non de hoc intermedio debet esse quæstio, quin de reali præsentia substantiæ Christi intelligatur.

¶ Accedit ad hæc, sacri expositio cõcilij generalis sub Innocẽ. 11. extrà de sum. Trini. & fi. c. firmiter credimus, vbi dicitur de Christo, Descendit ad inferos, resurrexit à mortuis: & ascendit in cælũ: sed descẽdit in anima, & resurrexit in carne: asserẽdũq; pariter in vtroq. Vbi clarè ponitur descensus in anima: & non dixit, in effectu animæ. Et rursus sicut verè caro, quæ ceciderat à vita, resurrexit in seipsa, & nõ in effectu: ita verè in anima, & non in effectu. Et iterum, sicut quum dicitur, quòd ascendit pariter in vtroq. scilicet anima & carne, de ipsis & non de eorum effectibus intelligitur: ita quum dicitur, descendit, in anima & de ipsa anima & non de eius effectu intelligendũ est. Et si per hæc verba non significatur descensus Christi in animam secundũ ipsam substantiam animæ, dicant quæso isti opinantes, quibus verbis vti debuerunt Patres in concilio, ad significandum ipsius animæ in seipsa descensum ad inferos? Ideo enim appositum est articulũ fidei exponendũ quòd descendit in anima: ne licetet putari, q. descendit Christus non personaliter in naturæ humanæ anima, quam habebat, sed solùm secundum effectum.

¶ Vrget quoq; illud Psal. 15. iuxta expositionem Petri Apostoli Act. 2. vbi Christus dicit, Non derelinques animã meam in inferno, nec dabis sanctum tuũ videre corruptionem. Ad literam enim nomen Loci seu pœnæ oportet esse insimul cum quoniam expressè dicitur, quòd in eo non est derelicta anima Christi sicut nec caro corrupta est in sepulchro: tum quoniã ibidem huic eidẽ inferno attribuit Petrus Apostolus nõ solùm dolores, sed q. non poterat violentare Christũ, cùm dicit, Quẽ Deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impos-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sibile erat tenere illum ab eo, scilicet inferno. Hæc enim duo, scilicet quòd Christus non poterat detineri ab inferno: & quòd Christus secundum animã non est derelictus in inferno, manifestè connectunt animã Christi & nõ solùm eius effectum fuisse in inferno. Et ipsa cõmemoratio non derelictionis in inferno inter diuina beneficia Christo cõiuncta, dum dicitur, Nõ relinques animã meã in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionẽ, manifestè monstrat pœnalitatem aliquam in Christi anima ex hoc quòd erat in inferno, à qua liberandam Prophèta prædixerat. Et si hæc omnia ad solum effectum in inferno producti ab anima Christi applicẽtur, videbis quantum ab errauerit positio Durandi.

¶Taceo quòd fatemur Christum triduo in inferno fuisse, & iuxta Ecclesiæ vocem in benedictione cerei, ab inferis ascẽdisse, & solam illam noctẽ quiuisse tempus & horas, in qua Christus ab inferis resurrexit, hæc enim non possunt de spirituali inferno intelligi, quoniam spiritualis infernus abiectus est in principio efficẽ, quem anima Christi, licèt in animabus Patrum maximam statim absectã esset carentia diuinæ visionis. Ac per hoc dato quòd posset colorari descẽsus ad infernum per effectum quia in principio attigit infernũ spirituale in patribus, qui est carentia diuinæ visionis vt terminũ à quo non potest tamẽ colorari quòd triduo fuerit in inferno spirituali, nec q̃ cùm resurrexit, ascenderit ab inferis.

Præterea, quòd spectando ad effectum mortis Christi mediate animã, non posset solùm dici quòd Christus descendit in inferos, sed etiam quòd ascẽdit in cælum, & quòd ad multa alia loca iuerit, in quibus triduo illo meritũ animæ Christi effectum habuit nã ad cælum spirituale fuit, beatificando Latronem & alios: ad Hierusalem fuit, contritionem & spem discipulis dando: & sic de aliis quæ possent fingi. Ex quibus & communi Ecclesiæ ac doctorum sensu dicta positio nõ pro opinione, sed p̃ errore habenda est. Hæc de secundo.

¶Quo ad tertium respondetur obiectis dicitur ad primum, quòd licet in cõmuni loquendo de animabus separatis, nõ possit separata anima operari operatione, quæ est vere motus in corpore seu loco aliquo ad specialem tamẽ ordinem diuinæ prædestinationis & prouidentiæ pertinentis ad id genus descendendo, possunt animæ separatæ agere & pati in corporibus & locis secundum idem genus motus quo moueri dicuntur Angeli. Et ad specialissima descendendi cum anima Christi fuerit à principio suæ creationis super omnes Angelos, & potestatio omnes mutationes tam naturales quàm miraculosas (vt superius patuit) vnãe obiicitur in potentia animarum separatarum respectu alicuius corporis, cùm de anima Christi est sermo.

¶Ad primum autẽ secundo loco adductũ, dicitur q̃ motum Angeli esse per effectum, & non per motum in ipso existentem: potest duplicitèr intelligi. Primò, quòd solus effectus migret, aut quasi migret de loco ad locum, & iuxta hunc sensum procedit ratio tertia. Secundò, quòd ipse Angelus migret de loco ad locum. Alio modo intelligitur, quòd in Angelo non sit subiectiuè motus localis, de quo in 8. Physicorũ tractatur, sed ratione effectus, id est, virtualis contactus mouetur, & certum dicitur, sed non inficit, ergo per solum effectum est in loco, nisi tanquam ratione essendi in loco. Ita q̃ sicut totus ratione quantitatis est in loco circunscriptiuè & tamen ipsum

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm Christus fuerit totus in inferno.

AD TERTIVM sic procedit. Videtur quòd Christus non fuerit totus in inferno. Corpus enim Christi est pars eius. Sed corpus Christi non fuit in inferno: ergo totus Christus non fuit in inferno.

¶Præterea, Nihil, cuius partes abinuicem separatæ sunt, potest dici totum. Sed corpus & anima quæ sunt partes humanæ naturæ, fuerunt abinuicem separata post mortem: vt suprà dictum est. Descendit autem ad infernum mortuus existens. Non ergo potuit esse totus in inferno.

¶Præterea, Illud totum dicitur esse in aliquo loco, cuius nihil est extra locum illum. Sed aliquid Christi erat extra infernum: quia & corpus erat in sepulchro, & diuinitas vbique. Ergo Christus non fuit totus in inferno.

¶SED CONTRA est quod Augu. dicit in lib. de Symbolo: Totus Filius apud Patrem, totus in cælo, totus in terra: totus in vtero Virginis, totus in cruce, totus in inferno, totus in paradiso, quò Latronem introduxit.

CONCLVSIO.

¶Cùm nunquam fuerit corpus & anima Christi a persona filij Dei separata, fuit totus Christus in sepulchro, in inferno, & vbique.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut patet ex his, quæ in Prima parte dicta sunt masculinum genus refertur ad hypostasim vel personam, neutrum autẽ genus pertinet ad naturam. In morte autem Christi, licet anima fuerit separata à corpore, neutrum tamen fuit separatum à persona filij Dei, vt suprà dictum est. Et ideo in illo triduo mortis Christi dicendum est, quòd totus Christus fuit in sepulchro: quia tota persona fuit ibi per corpus sibi vnitum: & similiter totus fuit in inferno: quia tota persona Christi fuit ibi ratione animæ sibi vnitæ. totus etiam Christus tunc erat vbique ratione diuinæ naturæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd corpus quod tunc erat in sepulchro, non est pars personæ increatæ, sed naturæ assumptæ. Et ideo per hoc quòd corpus Christi non fuit in inferno, non excludit, quin totus Christus fuerit: sed ostenditur, quòd non fuit ibi totum, quod pertinet ad humanam naturam.

¶Ad secundum dicendum, quòd ex anima & corpore vnitis, constituitur totalitas humanæ naturæ, non autẽ totalitas diuinæ personæ. Et ideo soluta vnione animæ & corporis per mortem, remansit totus Christus, sed non remãsit humana natura in sua totalitate.

¶Ad tertium dicendum, quòd persona Christi est tota in quolibet loco, sed non totaliter: quia nullo loco circunscribitur. Sed nec omnia loca simul accepta, eius immensitatem comprehendere possunt, quinimo ipse sua immensitate omnia comprehendit. Hoc autem locũ habet in his, quæ corporaliter & circunscriptiuè sunt in loco: quòd si totum sit alicubi, nihil eius sit extrà. sed hoc in Deo locum non habet. Vnde Aug. dicit in sermone de Symbolo, Non per diuersa tẽpora vel locà dicimus vbique Christum esse totum, vt modò ibi totus sit, & alio tempore alibi totus, sed vt semper vbiq; sit totus.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm Christus aliquam moram traxerit in inferno.

AD QVARTVM sic procedit. Videtur quòd Christus nullam morã traxerit in inferno. Christus enim ad hoc in infernũ descendit, vt ex eo homines liberaret. Sed hoc statim ab eo factum est in ipso suo descensu: facile enim est in conspectu Dei, subitò honestare pauperem: vt dicitur Eccles. 11. Ergo videtur quòd nullam morã in inferno traxerit.

¶Præterea, Aug. dicit in sermone de passione, quòd sine aliqua mora, ad imperium Domini ac Saluatoris, omnes ferrei confracti sunt vectes: vnde ex persona Angelorum cum comitantium Christũ dicitur, Tollite portas principes vestras. Ad hoc autem Christus illuc descendit, vt vectes inferni confringeret. ergo Christus in inferno nullã moram traxit.

¶Præterea, Luc. 23. dicitur, quòd Dominus in cruce pendens dixit Latroni, Hodie mecum eris in paradiso. Ex quo patet quòd eodem die Christus fuit in paradiso. Non autem secundum corpus, quod positum fuit in sepulchro. ergo secundum animam, quæ ad infernum descenderat. Et ita videtur quòd non traxerit moram in inferno.

¶SED CONTRA est quod Petrus dicit Act. 2. Quem Deus suscitauit, solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo. Ergo videtur quòd vsque ad horam resurrectionis manserit in inferno.

CONCLVSIO.

¶Animam Christi tandiu fuisse in inferno credendum est, quandiu corpus eius fuit in sepulchro.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut Christus vt nostras pœnas in se susciperet, voluit corpus suum in sepulchro positum remanere, ita etiam voluit animam suam ad infernũ descendere. Corpus autem eius mansit in sepulchro per diem integrum & duas noctes ad comprobandum veritatem mortis suæ. Vnde etiam tãtundẽ credendũ est, animam eius fuisse in inferno: vt simul anima eius educeretur de inferno, & corpus de sepulchro.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus statim ad infernum descendens, sanctos ibi existentes liberauit, non quidem educẽdo eos de loco inferni, sed in ipso inferno eos luce gloriæ illustrando. Et tamen conueniens fuit vt tandiu anima eius remaneret in inferno, quandiu corpus manebat in sepulchro.

¶Ad secundum dicendum, quòd vectes inferni dicuntur impedimenta, quibus sancti Patres de inferno exire prohibebantur, reatu culpæ primi parentis: quos Christus, statim descendens ad inferos, virtute suæ passionis & mortis confregit. Et tamen voluit in inferno aliquandiu remanere propter rationem prædictam.

¶Ad tertium dicendum, quòd illud verbum Domini, est intelligendum non de paradiso terrestri corporeo, sed de paradiso spirituali: in quo esse dicuntur quicunque diuina gloria perfruuntur. Vnde Latro, loco quidem cum Christo ad infernum descendit, vt cum Christo esset: quia dictũ est ei, Mecum eris in paradiso. Sed præmio in paradiso fuit: quia ibi diuinitate Christi fruebatur, sicut & alij Sancti.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm Christus descendens ad inferos, sanctos Patres inde liberauerit.

AD QVINTVM sic procedit. Videtur quòd Christus descendens ad inferos, sanctos Patres inde non liberauerit. Dicit enim Aug. in epistola ad Enodium, Illis iustis qui in sinu erant Abrahæ, cùm Christus in inferna descenderet, nondum quid contulisset inueni: à quibus eum secundum* beatificam præsentiam suæ diuinitatis, nunquam video recessisse. Multum autem eis contulisset, si eos ab inferis liberasset. Non ergo videtur quòd Christus sanctos Patres ab inferis liberauerit.

¶Præterea, Nullus in inferno detinetur, nisi propter peccatum. Sed sancti Patres dum adhuc viuerent, per fidem Christi iustificati fuerãt à peccato. Ergo non indigebãt liberari ab inferno, Christo ad inferos descendente.

¶Præterea, Remota causa, remouetur effectus. Sed causa descendẽdi ad inferos est peccatum, quod fuit remotum per passionem Christi, vt suprà dictum est. Non ergo per descensum Christi ad inferos, sancti Patres sunt de inferno educti.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit in sermone de passione, quòd Christus quando ad inferos descendit, portã inferni & vectes confregit, & omnes iustos, qui originali peccato astricti tenebantur, absoluit.

CONCLVSIO.

¶Cùm per Christi passionem fuerint homines ẽt liberati ab omni reatu pœnæ tam originalis, quàm actualis peccati debitæ, credendũ est Christũ ad inferos descendentem Patres omnes ex inferno liberasse.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) Christus descendens ad inferos, operatus est in virtute suæ passionis. Per passionem autem Christi liberatum est genus humanum, non solùm à peccato, sed etiam à reatu pœnæ, vt supra dictum est. Dupliciter autem homines reatu pœnæ erant astricti. Vno modo pro peccato actuali, quod quilibet in sua persona commiserat. Alio modo pro peccato totius humanæ naturæ, quod à primo parente in omnes originaliter deuenit: vt dicitur Rom. 5. Cuius quidem peccati pœna, est mors corporalis, & exclusio à vita gloriæ (vt patet ex his quæ dicuntur Gen. 2. & 3.) nam Deus hominem de paradiso post peccatũ eiecit, cui ante peccatum mortem fuerat comminatus, si peccaret. Et ideo Christus descendens ad inferos, virtute suæ passionis ab hoc reatu Sanctos absoluit, quo erant à vita gloriæ exclusi, vt possent Deum per essentiã videre, in quo consistit perfecta hominis beatitudo, vt in Secunda parte dictum est. Per hoc autem sancti Patres detinebantur in inferno, quòd eis ad vitam gloriæ, propter peccatum primi parentis, aditus non patebat. Et sic Christus descendens ad inferos, sanctos Patres ab inferis liberauit. Et hoc est quod dicitur Zacha. 9. Tu verò in sanguine Testamenti tui, eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua. Et Col. 2. dicitur, quòd expolians principatus & potestates, scilicet infernales, auferendo Isaac & Iacob & cæteros iustos, traduxit eos, id est longè ab hoc regno tenebrarum, ad cælum duxit, vt glo. ibidem dicit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Aug. ibi loquitur contra quosdam qui æstimabant antiquos iustos ante aduentum Christi, in inferno do oribus pœnarum fuisse subiectos. Vnde parum ante verba inducta præmittit dicens, Addunt quidam hoc beneficium antiquis etiam Sanctis fuisse cõcessum, vt Dominus cùm in infernum veniisset, à doloribus soluerentur. Sed quonam modo intelligatur Abraham, in cuius sinum etiam pauper ille susceptus est, in illis fuisse doloribus: ego quidẽ non video. Et ideo cùm postea subdit, se nondum inuenisse quid descensus Christi ad inferos, antiquis iustis cõtulerit, intelligendũ est quantum ad absolutionem à doloribus pœnarum: contulit tamen eis quantum ad adeptionem gloriæ: & per consequens soluit eorum dolorem, quem patiebantur ex dilatione gloriæ. Ex cuius tamen spe magnum gaudium habebant: secundum illud Ioan. 8. Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum. Et ideo subdit, A quibus eum secundum* beatificam præsentiam suæ diuinitatis, nunquam video recessisse: in quantum, scilicet ante aduentum Christi erant beati in spe, licet nondum essent perfectè beati in re.

¶Ad secundum dicendum, quòd sancti Patres dum adhuc viuerẽt, liberati fuerunt per fidem Christi ab omni peccato tam originali quàm actuali, & à reatu pœnæ actualium peccatorum: non tamen à reatu pœnæ originalis peccati, per quem excludebantur à gloria, nondum soluto pretio redemptionis humanæ. Sicut etiam nũc fideles Christi liberantur per baptismũ à reatu actualium peccatorum, & à reatu originalis quantum ad exclusionem à gloria: remanent tamen adhuc obligati reatu originalis peccati, quantum ad necessitatem corporaliter moriendi: quia renouantur secundũ spiritum, sed nondum secundum carnem: secundum illud Rom. 8. Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus verò vivit propter iustificationem.

¶Ad tertium dicendum, quòd statim Christo mortem patiente, anima eius ad infernum descendit, & suæ passionis fructum exhibuit Sanctis in inferno detẽtis, quatenus ex loco illo non exierint, Christo apud inferos commorante: quia ipsa Christi præsentia pertinebat ad cumulum gloriæ.

ARTICVLVS VI.

¶Vtrùm Christus aliquos damnatos ab inferno liberauerit.

AD SEXTVM sic procedit. Videtur quòd Christus aliquos damnatos ab inferno liberauerit. Dicitur enim Iia. 24. Congregabuntur congregatione vnius fasciis in lacum, & claudentur ibi in carcere, & post multa

3.dis. 22. q. 2. art. 2. q. 2 Et opusc. 3. c. 242.

eius homo: quum tamen sibi debeatur, vt in eius nomine omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum. Et sicut cæteras pœnas suscepit sponte propter nostram salutem, ita & hãc mira dispensatione sustinet, non solùm vt suauiter disponatur regimen ac salus hominũ sed vt suauissimo exemplo abstrahamur à tam communi appetitu futuræ nostræ memoriæ, seu immortalitatis famæ. Nam ex eo quòd Christus iugem vsque ad consummationem seculi vult sustinere infamiam, & haberi seductor, &c. exemplum debet nobis desiderandi huiusmodi immortalitatem famæ, & debemus caput nostrum in hoc sicut & in cæteris, lætari, si membra esse illius cupimus.

¶Super Quæstionis quinquagesimæ secundæ Articulũ quintũ.

Titulus, vt sonat.

¶In corpore vna est conclusio: Christus descendens ad inferos, sanctos Patres inde liberauit. Probatur: Christi liberatorum est genus humanum non solùm à peccato, sed ab omni reatu virtusque pœnæ, scilicet pro peccato actuali & pro peccato originali. ergo Christus descendens ad inferos, abiolvit Sanctos à reatu quo erant à vita gloriæ exclusi: ergo descendẽs ad inferos, sanctos Patres inde liberauit. Prima consequentia probatur ex parte ipsius descensus: quia Christus descendens ad inferos operatus est in virtute suæ passionis, ex parte verò pœnæ, quia pœna originalis peccati erat mors corporalis & exclusio à vita gloriæ: vt patet, ex his quæ habentur Gen. 2. & 3. Consequentia autem secunda probatur: quia per hoc sancti Patres retinebantur in inferno, quòd eis aditus ad vitam gloriæ aditus nõ parebat propter peccatum primi parẽtis. Et confirmatur conclusio authoritatibus Zacha. & Apostoli.

¶Aduerte hic quòd Author mystica vitut expositione circa exclusionem hominis à paradiso dum ejectionem à terrestri paradiso significare intelligit exclusionem hominis à spirituali paradiso cælitis patriæ.

¶In responsione ad primũ aduerte, quòd cùm hoc q̃ sancti Patres in limbo immunes essent à pœna sensus, stat dolor seu afflictio ex spe dilata: quia huiusmodi dolor spectat ad pœnã dãni, contra quam diuinum ius negatur abeis per quem intelligitur pœna sensus distinguitur.

Titulus clarus.

¶In corpore vna conclusio: Credendum est, animam Christi fuisse in inferno quandiu corpus eius fuit in sepulchro. Probatur ex proportionali similitudine: quia virtutis efficit, scilicet descensum ad inferos & positionem corporis in sepulchro, vt nostras in se pœnas susciperet: ex hoc enim consequentissimè sequitur, vt ambæ simul terminentur pœnæ.

¶Aduerte hic, quòd pœnalitates Christi vsque ad resurrectionem eius duraverunt, vt manifestè patet de pœna separationis animæ à corpore: hanc enim constat sustinuisse Christum vsque ad resurrectionem suam. Vnde consentientissimè Author ex durationæ pœnalitatis, quam in corpore suscepit sepulcro, æqualem durationem pœnalitatis suscepit in anima ex virtutate loci inferni.

¶Quum autem audiũ pœnalitates Christi in resurrectione sua terminatas intelligo de pœnis inritentis, hoc est ipsum Christum afficientibus, & non pœnis ad consummationem seculi, infamiæ pœnam in meritibus hominum non paucorum dignatur sufferre, dum à magna orbis terrarum parte habetur pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæsecundæ Articulū septimū.*

Titulus clarus.

¶ In corpore vna est conclusio, dupliciter probata. Conclusio est: Christus descendens ad inferos, nō liberauit pueros qui cū peccato originali decesserant. Prima probatio est. Descensus Christi ad inferos, in solis illis effectum liberationis habuit, qui per fidem & charitatem coniuncti erant passioni Christi sed pueri habentes peccatum originale, non erant sic coniuncti Christo: quia nec per propriam fidem & charitatem, nec in fide parentum, aut per aliquod fidei sacramentum purgati erant: ergo. Secunda probatio est: Liberatio ab inferno, est admissio ad gloriam: sed pueri cum originali nō potuerunt admitti ad gloriā: ergo. Maior manifestatur in liberatione sanctorum Patrum. Minor probatur quia nullus admittit ad gloriam, nisi præhabuerit gratiam, ad Rom. 6. sed pueri tales non habebant gratiam, ergo.

Annot. ¶ In responsione ad rectum perspice quod Autor semper firmat doctrinam tirā super statui dispositione, qua Christus æterna sapiētia disponēs omnia suauiter mutabilibus de malo in bonum hominibus in hac vita, baptismum omnium liberatoriū instituit: immutabilibus autem hominibus in alia vita descensum suū ad inferos nō omnium liberatoriū sed eorum tantūm qui prius hoc meruerant, applicauit.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæsecundæ Articulū octauum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore duę sunt cōclusiones. Prima est: animę in purgatorio tunc tales quales sunt illæ quæ nunc ibi detinentur, nō fuerunt per Christi descensum liberatæ. Secunda est: Animæ in purgatorio tales tunc quales sunt quæ nunc liberantur, fuerunt per Christi descensum liberatæ. Probatur vtraq; simul. Passio Christi non habet transitoriam, sed sempiternam virtutem: ergo non habuit tunc maiorem efficaciā, quàm nunc, ergo, &c. Antecedens probatur ad Hebr. 10. Secunda verò consequētia probat: qa descēsus Christi ad inferos fuit in virtute passionis suæ liberatorius. Aduerte hīc, quòd Autor certa ſ ctatus, quid efficaciæ Christi descensus ad inferos in purgatorio, tradit, addens in responsione ad primum, alterum genus

Annot.

tos dies visitabuntur. Loquitur autem ibi de damnatis, qui militiam cæli adorauerāt. Ergo videtur quòd etiam damnati, Christo descendente ad inferos, sint visitati: quod ad eorum liberationem videtur pertinere.

¶ Præterea, Super illud Zacha. 9. Tu autem in sanguine Testamenti tui, eduxisti vinctos de lacu, in quo nō erat aqua, dicit glo. Tu eos liberasti, qui tenebantur vincti carceribus, vbi nulla misericordia eos refrigerabat, quam diues ille perebat. Sed soli damnati includuntur carceribus absq; misericordia: ergo Christus liberauit aliquos de inferno dānatorum.

¶ Præterea, Potentia Christi non fuit minor in inferno, quam in hoc mundo: vtrobique enim operatus est per potentiam suæ diuinitatis. Sed in hoc mundo, de quolibet statu ali quos liberauit ergo etiam in inferno liberauit aliquos etiam de statu damnatorum.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Oseæ 13. Ero mors tua ò mors, morsus tuus ero inferne. gl. Electos educendo, reprobos ibidem relinquēdo. Sed soli reprobi sunt in inferno damnati. Ergo per descensum Christi ad inferos, non sunt aliqui de inferno damnatorum liberati.

CONCLVSIO.

¶ Cum damnatis nullam in Christum fidem charitate formatā habuerint, nullo modo illos fuisse liberatos ab inferno per illius descensum credendum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) Christus descendens ad inferos, operatus est in virtute suæ passionis. Et ideo eius descensus ad inferos, illis solis liberationis contulit fructum, qui fuerunt passioni Christi coniuncti per fidem charitate formatam, per quam peccata tolluntur. Illi autem qui erant in inferno damnatorū, aut penitus fidem passionis Christi non habuerant, sicut infideles: aut si fidem habuerant, nullam conformitatem habebāt ad charitatem Christi patientis. Vnde nec à peccatis suis erant mundati. Et propter hoc descensus Christi ad inferos non contulit eis liberationem à reatu pœnæ infernalis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christo descendente ad inferos, omnes qui erant in quacunque parte inferni, sunt aliqualiter visitati: sed quidam ad suam consolationem, & liberationem, quidam autem ad suam cōfutationem & confusionem, sicut damnati. Vnde ibidem subditur, Et erubescet luna, & confundetur sol, &c.

¶ Potest etiam hoc referri ad visitationem, qua visitabuntur in die iudicij: non vt liberen tur, sed vt amplius condemnētur: secundum illud Sophoniæ primo, Visitabo super viros defixos in fæcibus suis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd cùm dicitur in glo. Vbi nulla misericordia eos refrigerabat, intelligendum est quantum ad refrigerium perfectæ liberationis: quia sancti Patres ab illis inferni carceribus ante Christi aduentum non poterant liberari.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non fuit propter Christi impotentiam, quòd non sunt aliqui liberati de quolibet statu infernalium, sicut de quolibet statu mundanorum: sed propter diuersam vtrorumque conditionem. Nam homines quandiu viuunt possunt ad fidem &, charitatem conuerti: quia in hac vita non sunt homines confirmati in bono vel malo, sicut post exitum ab hac vita.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrùm qui cum originali decesserant, fuerint à Christo liberati. 3. dist. 22. q. 2. ar. 2. q. 1. Et 3. q. 52. ar. 5. ad 2.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd pueri qui cum originali decesserant, fuerint per descensum Christi, liberati ab inferno. Non enim tenebantur in inferno, nisi pro peccato originali, sicut & sancti Patres. sed sancti Patres sunt ab inferno liberati per Christum, vt suprà dictum est. Ergo & pueri similiter per Christum sunt ab inferno liberati.

¶ Præterea, Apostolus dicit Rom. 5. Si vnius delicto multi mortui sunt, multò magis gratia Dei & donum, in gratia vnius hominis Iesu Christi, in plures abundauit. Sed propter peccatum primi parentis, pueri cum originali peccato decedentes, in inferno detinentur. Ergo multò magis per gratiam Christi sunt ab inferno liberati.

¶ Præterea, Sicut baptismus operatur in virtute passionis Christi, ita & descensus eius ad inferos, vt ex dictis patet. Sed pueri per baptismum liberantur à peccato originali & ab inferno. Ergo similiter liberati sunt per descensum Christi ad inferos.

¶ SED CONTRA est quod Apostolus dicit Rom. 3. quòd Deus proposuit Christum propitiatorem per fidem in sanguine eius. Sed pueri, qui cum solo peccato originali decesserant, nullo modo fuerant participes fidei Christi. Ergo non perceperunt fructum propitiationis Christi, vt per ipsum ab inferno liberarentur.

CONCLVSIO.

¶ Christus ad inferos descendens non liberauit pueros qui cum originali peccato decesserant cum nullam habuerint cum dilectione in Christum fidem.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) descensus Christi ad inferos, in illis solis effectum liberationis habuit, qui per fidem & charitatem passioni Christi conuniebantur: in cuius virtute descensus Christi ad inferos liberatorius erat. Pueri autem, qui cum originali decesserant, nullo modo fuerant coniuncti passioni Christi per fidem & dilectionem. Neque enim fidem propriam habere potuerant: quia non habuerant vsum liberi arbitrij: neque per fidem parentum, aut per aliquod fidei sacramentum fuerant à peccato originali mundati. Et ideo descensus Christi ad inferos, huiusmodi pueros non liberauit ab inferno. Et præterea sancti Patres ab inferno sunt liberati, per hoc quod sunt ad gloriam diuinæ visionis admissi, ad quam nullus potest peruenire nisi per gratiam, secundum illud Rom. 6. Gratia Dei vita æterna. Cùm igitur pueri cum originali decedentes, gratiam non habuerint, non fuerunt ab inferno liberati.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sancti Patres, etsi adhuc tenerentur astricti reatu originalis peccati, inquantum respicit humanam naturam, tamen liberati erant per fidem Christi ab omni macula peccati: & ideo capaces erant illius liberationis, quam Christus attulit descendens ad inferos. Sed hoc de pueris dici non potest, vt ex suprà dictis patet.

¶ Ad secundum dicendum, quòd cùm Apostolus dicit, quòd gratia Dei in plures abundauit, ly plures, non est accipiendum comparatiuè: quasi plures numero sint saluati per gratiam Christi, quam damnati per peccatum Adæ, sed absolutè: acsi diceret, quòd gratia vnius Christi abundauit in multos, sicut & peccatum vnius Adæ peruenit ad multos. Sed sicut peccatum Adæ ad eos tantum peruenit, qui per seminalem rationem carnaliter ab eo descenderunt, ita gratia Christi ad illos tantum peruenit, qui spirituali regeneratione, eius membra sunt facti, quod non competit pueris decedentibus cum originali peccato.

¶ Ad tertium dicendum, quòd baptismus adhibetur hominibus in hac vita, in qua homo potest transmutari de culpa in gratiam, sed descensus Christi ad inferos, exhibitus fuit animalibus post hanc vitam, vbi non sunt capaces transmutationis prædictæ. Et ideo per baptismum pueri liberantur à peccato originali & ab inferno: non autem per descensum Christi ad inferos.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrùm Christus suo descensu liberauerit animas à purgatorio. 3. dist. 22. q. 2. ar. 2. q. 1. Et opus. 60. c. 22. principio.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd Christus suo descensu ad inferos, liberauerit animas à purgatorio. Dicit enim Augustinus in Epistola ad Enodium, Quia euidentia testimonia & in

tinens. Et ideo non oportet quòd per descensum Christi ad inferos, omnes fuerint à purgatorio liberati.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illi defectus, à quibus Christus in hoc mundo simul homines liberabat, erant personales, propriè ad vnumquemque pertinentes, sed exclusio à gloria Dei, erat quidem defectus generalis, pertinens ad totam humanam naturam. Et ideo nihil prohibet eos, qui erant in purgatorio, per Christum esse liberatos ab exclusione à gloria: non autem à reatu pœnæ purgatorij, qui pertinet ad proprium defectum. Sicut econtrario sancti Patres ante Christi aduentum liberati sunt à propriis defectibus: non autem à defectu communi, sicut suprà dictum est.

QVAESTIO QVINQVAGESIMATERTIA. De Resurrectione Christi, in quatuor articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de his quæ pertinent ad exaltationem Christi. Et primò de eius resurrectione. secundò, de eius ascensione. tertiò, de eius sessione ad dexteram Patris. quartò, de iudiciaria potestate ipsius.

¶ Circa primum occurrit quadruplex consideratio. Quarum prima est de ipsa Christi resurrectione. Secunda de qualitate resurgentis. Tertia de manifestatione resurrectionis. Quarta de eius causalitate.

¶ Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, de necessitate resurrectionis eius.

¶ Secundò, de tempore.

¶ Tertiò, de ordine.

¶ Quartò, de causa.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm fuerit necessarium Christum resurgere. 2. dist. 21. q. 2. ar. 1.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit necessarium Christum resurgere. Dicit enim Damasc. in quarto lib. Resurrectio est secunda eius quod dissolutum est, & cecidit, animalis resurrectio. Sed Christus non cecidit per peccatum, nec corpus eius est dissolutum, vt ex suprà dictis patet. Non ergo propriè conuenit sibi resurgere.

¶ Præterea, Quicunque resurgit, ad aliquid altius promouetur: quia surgere est sursum moueri. Sed corpus Christi remansit post mortem diuinitati vnitum, & ita non potuit in aliquid altius promoueri. Ergo non competebat sibi resurgere.

¶ Præterea, Ea quæ circa humanitatem Christi sunt acta, ad nostram salutem ordinantur. Sed sufficiebat ad salutem nostram passio Christi: per quam sumus liberati à pœna & culpa, vt ex suprà dictis patet. Non ergo fuit necessarium quòd Christus à mortuis resurgeret.

¶ SED CONTRA est, quòd dicitur Luc. vlti. Oportebat Christum pati & resurgere à mortuis.

CONCLVSIO.

¶ Necessarium fuit Christum à mortuis resurgere, vt nostra resurrectionis causa esset, & nostri plenam per eam iustificationem operaretur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd necessarium fuit Christum resurgere propter quinque. Primò quidem, ad commendationem diuinæ iustitiæ, ad quam pertinet exaltare illos qui se propter Deum humiliant: secundum illud Luc. 1. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Quia igitur Christus propter charitatem & obedientiam Dei, se humiliauit vsque ad mortem crucis, oportebat quòd exaltaretur à Deo vsque ad gloriosam resurrectionem. Vnde ex eius persona dicitur in Psalmo, Tu cognouisti, id est, approbasti, sessionem meam, id est humilitatem & passionem, & resurrectionem meam, id est glorificationem in resurrectione: sicut glos. exponit. Secundò, ad fidei nostræ institutionem: quia per eius resurrectionem confirmata est fides nostra circa diuinitatem Christi, quia vt dicitur 2. ad Corinth. vltimo. Et si crucifixus est ex infirmitate, sed viuit ex virtute Dei. Et ideo primæ ad Corinth. 15. dicitur, Si Christus nō resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides nostra. Et in Psalm. dicitur, Quæ vtilitas in sanguine meo, id est in effusione sanguinis mei, dum descendo, quasi per quosdam gradus malorum, in corruptionem? quasi dicat, nulla. Si enim sta-

Annot. ¶ Consequenter &c. Hic incipit vltimus tractatus de Christo: de pertinentibus scilicet ad eius exaltationem.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimætertiæ Articulum primum.*

Titulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Necessarium fuit Christū resurgere. Probatur quinq; rationibus. Omnia clara sunt in litera,

Annot.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis quinquagesimæterciæ Articulum secundum.

Comment. TItulus clarus.

¶ In corpore vnica cõclusio, Conueniens fuit Christum resurgere tertio die. Probatur vna ratione literali & quatuor mystica. Et omnia clara patent in litera.

¶ Super Quæstionis quinquagesimætertiæ Articulum tertium.

Annot. IN titulo ly primò, significat ordinem temporis: ita quòd sensus est, Vtrùm Christus ante omnes alios resurrexerit: ita quòd nullus ante eum resurrexerit.

tum nostræ salutis: quia sicut per hoc quòd mala sustinuit, humiliatus est moriendo, vt nos liberaret à malis: ita glorificatus est resurgendo, vt nos promoueret ad bona: secundum illud Rom. 4. Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet Christus non ceciderit per peccatum, cecidit tamen per mortem: quia sicut peccatum est casus à iustitia, ita mors est casus à vita. Vnde ex persona Christi potest intelligi quod dicitur Mich. 7. Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi, consurgam. Similiter etiam licet corpus Christi non fuerit dissolutum per incinerationem, ipsa tamen separatio animæ à corpore, dissolutio quædam fuit.

¶Ad secundum dicendum, quòd diuinitas erat carni Christi post mortẽ vnita vnione personali: non autẽ vnione naturæ, sicut anima vnitur corpori vt forma ad constituendam humanã naturam. Et ideo per hoc quòd corpus eius vnitum est animæ, promotũ est in altioré statum naturæ, non autem in altiorem statum personæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd passio Christi operata est nostram salutem, propriè loquendo, quantũ ad remotionem malorũ: resurrectio autem, quantum ad inchoationem & exemplar bonorum.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm fuerit conueniens Christum tertia die resurgere.

sup. qũ. 51. ar. 4. Et 3. dis. 21. q. 2. ar. 1. Et dist. 22. q. 2. art 2. q. 2. ad 1. Et opus. 3 c. 243. Et opus. 60. c. 29. cieca fin. Et Psal. 15. col. 6. Et Io. 2. lec. 3. col. 2. fin.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens, Christum tertia die resurgere. Membra enim debent capiti conformari. Sed nos qui sumus membra Christi, non resurgimus à morte tertia die, sed nostra resurrectio differtur vsque ad finem mundi. Ergo videtur quòd Christus, qui est caput nostrum, non debuerit tertia die resurgere: sed debuerit eius resurrectio differri vsque ad finem mundi.

¶Præterea, Act. 2. dicit Petrus, quòd impossibile erat Christum detineri ab inferno & morte. Sed quandiu aliquis est mortuus, detinetur à morte. Ergo videtur quòd Christi resurrectio non debuerit differri vsque ad tertiam diem, sed statim eadem die resurgere, præcipuè cùm glos. suprà inducta, dicat, nullam esse vtilitatem in effusione sanguinis Christi, si non statim resurgeret.

¶Præterea, Dies incipere videtur ab ortu solis, qui sua præsentia diem causat. Sed ante ortũ solis Christus resurrexit: dicitur enim Ioan. 20. Quòd vna sabbati Maria Magdalene venit mane, cùm adhuc tenebræ essent, ad monumentum, & tamen Christus iam resurrexerat: quia sequitur, Et vidit lapidem sublatum à monumento. Non ergo resurrexerit Christus tertia die.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Matth. 20. Tradent eum Gentibus ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget.

CONCLVSIO.

¶ Conueniens fuit vt Christus tertia die à mortuis resurgeret.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut dictum est) resurrectio Christi necessaria fuit ad institutionem fidei nostræ. Est autem fides nostra & de diuinitate & humanitate Christi: non enim sufficit alterum sine altero credere, vt ex prædictis patet. Et ideo ad hoc, quòd confirmaretur fides de veritate diuinitatis ipsius, oportuit quòd citò resurgeret: & eius resurrectio non differretur vsq; ad finem mundi. Ad hoc autem quòd confirmaretur fides de veritate humanitatis & mortis eius, oportuit morã esse inter mortem & resurrectionem, si enim statim post mortem resurrexisset, videri posset quòd eius mors vera non fuerit, & per consequens nec resurrectio vera. Ad veritatem autem mortis Christi manifestandam, fuit necesse quòd vsq; ad tertiam diem eius resurrectio differretur: quia non contingit, quin infra hoc tẽpus, in homine qui mortuus videtur cùm viuat, appareant aliqua indicia vitæ. Per hoc etiam quòd tertia die resurrexit, commendatur perfectio ternarij: qui est numerus omnis rei, vtpote habens principium, medium & finem: vt dicitur in primo de Cælo. Ostenditur etiam secundum mysterium, quòd Christus vna morte sua, quæ fuit lux propter iustitiam, scilicet corporali, duas nostras mortes destruxit, scilicet corporis & animæ: quæ sunt tenebrosæ propter peccatum. Et ideo vna die integra & duabus noctibus permansit in morte, vt August. dicit in quarto de Trin. Per hoc etiam significatur, quòd per resurrectionem Christi, tertium tempus incipiebat: nam primum fuit ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia. Incepit etiam in Christi resurrectione tertius status Sanctorum: nam primus fuit sub figuris legis: secundus sub veritate fidei: tertius erit in æternitate gloriæ, quam Christus inchoauit resurgendo.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd caput & membra conformantur in natura, sed non in virtute: excellentior est enim virtus capitis, quàm membrorum. Et ideo ad demonstrandam excellentiam virturis Christi, conueniens fuit, ipsum tertia die resurgere, aliorum resurrectione dilata vsq; ad finem mundi.

¶Ad secundum dicendum, quòd detentio coactionem quandam importat: Christus autem nulla necessitate mortis tenebatur astrictus, sed erat inter mortuos liber. Et ideo aliquandiu in morte mansit: non quasi detentus, sed propria voluntate, quandiu iudicauit hoc esse necessarium ad institutionem fidei nostræ. Dicitur autem statim fieri quod fit breui interposito tempore.

¶Ad tertium dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) Christus resurrexit circa diluculum illucescente iam die, ad significandum quòd per suam resurrectionem nos ad lucem gloriæ inducebat: sicut mortuus est aduesperascente iam die, & recedente in tenebras, ad ostendendum quòd per suam mortem destruret tenebras culpæ & pœnæ. Et tamen dicitur tertia die resurrexisse, accipiendo diem pro die naturali, qui continet spatium 24. horarum. Et sicut dicit August. in 4. de Trin. nox vsque ad diluculum quo Domini resurrectio declarata est, ad tertium pertinet diem: quia Deus, qui dixit, de tenebris lucem clarescere, vt per gratiam noui Testamenti, & participationem resurrectionis Christi, audirem, Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, insinuat nobis quodammodo, quòd à nocte dies sumat initium. Sicut enim primi dies propter futurum hominis lapsum à luce noctem: ita isti propter hominis reparationem a tenebris ad lucem computantur. Et ita patet quòd etiam si media nocte surrexisset, posset dici eum die tertia surrexisse, intelligendo de die naturali. Nunc autem cùm diluculo surrexerit, potest dici quòd tertia die surrexit, etiam accipiendo diem artificialem, quæ causatur ex præsentia solis: quia iam sol incipiebat aerem illustrare. Vnde & Mar. vlt. dicitur, quòd mulieres venerunt ad monumentum orto iam sole. Quod non est contrarium ei quod Ioan. dicit, Cùm adhuc tenebræ essent vt August. dicit in lib. de consensu Euangelistarum: quia die surgente, reliquiæ tenebrarum tantò magis extenuantur, quantò magis oritur lux. Quod autem dicit Marcus, Orto iam sole, non sic accipiendum est, tanquam iam sol ipse videretur super terram, sed tanquam de proximo adueniente in has partes.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm Christus primò resurrexerit.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non primò resurrexerit. Nam in veteri Testamento per Heliam & Helisæum aliqui resuscitati leguntur: secundum illud Hebræ. 11. Acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. Similiter & Christus ante passionem suam tres mortuos suscitauit. non ergo Christus fuit primus resurgentium.

¶Præterea, Matth. 27. inter alia miracula quæ in passione Christi acci-

Comment. ¶ In corpore ponitur vna distinctio bimembris de resurrectione perfecta, vel imperfecta: & ligata singula membra singulæ conclusioni. Altera est: Multi ante Christum surrexerunt resurrectione imperfecta, vt puer de Lazaro & alii resuscitati ante ipsum. Altera est: Christus primò resurrexit resurrectione perfecta: quia primò venit ad vitam penitus immortalem. Omnia clara sunt in litera.

Annot. ¶ In responsione ad secundum circa diuersam opinionem de resurrectione illorũ, qui cum Christo surrexerunt, rationabile videtur quòd surrexerint perfectè ad vitam, scilicet penitus immortalem, vt beatitudo corporis in Christo haberet socios. Minus enim corporalis felicitas aliquid haberet videtur, si desit corporalis societas: est enim homo secundum vitam corpoream animal sociale. non solũ propter indigentiã necessariorum ad vitã (vt in hoc mundo contingit) sed etiã propter naturalem delectationem in ipsa corporali conuersatione consistẽtem. Rationes autem in litera ex beato August. disputato ad oppositum facilè solutionem recipiũt. nam verbum Petri Apostoli & Hieron. contrà ferunt quòd scilicet Petrus dixit, Cuius sepulchrũ apud nos est, quasi non apud nos fuerit dicere, Cuius corpus apud nos est. & efficax inuenitur testimonium Petri: quia ex hoc quòd sepulchrũ Dauid tanto tempore apud nos perseuerauit, vt continens ipsum significat eius corpus ita nõ esse. Vel dicitur, quòd nulla fuit vnquã sepulchrum eius: ita quòd nulla fuit vnquã in tanto tempore ambiguitate, quia Dauid perseuerauit in suo sepulchro. consequens est quòd de ipso Dauid dubium fuerit, Non debuit nõ videre corruptionem. Conflit. ergo testimonium Petri in hoc, quòd sepulchrũ Dauid inquantum sepulchrum Dauid, tanto tempore apud nos perseuerauit nõ fuit forte tunc Christo resurgente, corpus eius amplius ibi non esset. Verbum autem Apostoli Pauli. Vt non sine nobis consummarentur, &c. potest referri ad consummationem beatitudinis substantialis, in qua modo consummati sunt omnes Sancti in patria. Hoc litera vltra videtur sufficienter quia loquitur de Cælesti patria, vt distinguitur cõtra vitæ peregrinationem. & potest nihilominus dici, quod verbum Apostoli est generale ad patres veteris Testamenti, veritati autem regulæ generali acciderunt, narratur quòd monumenta aperta sunt: & multa corpora Sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Non ergo Christus fuit primus resurgentium.

¶Præterea, Sicut Christus per suam resurrectionem est causa nostræ resurrectionis: ita per suam gratiam est causa nostræ gratiæ: secundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Sed alij prius tempore gratiam habuerunt quàm Christus: sicut omnes Patres veteris Testamẽti. Ergo etiam aliqui prius ad resurrectionem corporalem peruenerunt, quàm Christus.

¶SED CONTRA est quod dicitur primæ ad Corinth. 15. Christus resurrexit à mortuis, primitiæ dormientium. glos. Quia prius tempore & dignitate surrexit.

CONCLVSIO.

¶ Christus perfecta resurrectione primus fuit, qui resurrexit à mortuis cùm non amplius, vt cæteri, morituros resurrexerit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd resurrectio est reparatio à morte in vitam. Dupliciter autem aliquis eripitur à morte. Vno modo solùm à morte in actu, vt scilicet aliquis viuere incipiat qualitercunque postquam mortuus fuerat. Alio modo, vt aliquis liberetur non solùm à morte, sed etiam à necessitate: & quod plus est, à possibilitate moriendi. Et hæc est vera & perfecta resurrectio: quia quandiu aliquis viuit subiectus necessitati moriendi, quodammodo mors ei dominatur: secundum illud Rom. 8. Corpus quidem mortuum est propter peccatum. Illud etiam quod possibile est esse, secundum quid dicitur esse, id est potentialiter. Et sic patet quòd illa resurrectio, qua quis eripitur solùm ab actuali morte, est resurrectio imperfecta. Loquendo igitur de resurrectione perfecta, Christus est primus resurgentium: quia ipse resurgendo, primò peruenit ad vitam penitus immortalem secundum illud Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur. Sed resurrectione imperfecta, quidam alij surrexerunt ante Christum, ad præmonstrandum quasi in quodam signo resurrectionem ipsius. Et sic patet responsio ad primum: quia & illi qui suscitati in veteri Testamento sunt, & illi qui suscitati sunt à Christo, sic redierunt ad vitam, vt iterum morerentur.

¶AD SECVNDVM dicendum, quòd de illis qui resurrexerunt cum Christo, duplex est opinio. quidam enim asserunt, quòd redierunt ad vitam tanquam non iterum morituri: quoniam magis illis esset tormentum si iterum morerentur, quàm si non resurgerent. Et secundum hoc intelligendum erit, sicut Hier. dicit super Matth. quòd non ante surrexerunt, quàm resurgeret Dominus. vnde & Euangelista dicit, quòd exeuntes de monumentis, post resurrectionem eius venerunt in sanctam Ciuitatem, & apparuerunt multis. Sed August. in Epistola ad Enodium hanc opinionem commemorans dicit, Scio quibusdam videri morte Domini Christi iam talem resurrectionem præstitam iustis, qualis nobis in fine promittitur. Qui si non iterũ repositis corporibus dormierunt, videndum est, quomodo intelligatur Christus primogenitus à mortuis si eum in illam resurrectionem tot præcesserunt. Quòd si respondetur, hoc esse dictum per anticipationem, vt monumenta illo terræmotu aperta intelligantur, cùm Christus in cruce penderet, resurrexisse autem iustorũ corpora non tunc, sed cùm ille prior resurrexisset: adhuc restat quod moueat, quomodo Petrus non de Dauid, sed de Christo asseruit fuisse prædictum, carnem eius non vidisse corruptionẽ, per hoc quòd apud eos erat monumentum Dauid. & sic illos non conuincebat, si corpus Dauid ibi iam non erat: quia etsi antè in recenti sua morte resurrexisset, nec caro eius vidisset corruptionẽ, posset illud monumentum manere. Durum autem videtur, vt Dauid non fuerit in illa resurrectione iustorũ, si eis iam æterna donata est, cuius Christus ex semine commendatur. Periclitabitur etiam illud quod ad Heb. de iustis antiquis dicitur, Ne sine nobis perficerentur, si iam in illa resurrectionis incorruptione constituti sunt, quo nobis perficiendis in fine promittitur. Sic ergo August. sentire videtur, quòd resurrexerint iterum morituri. Ad quod etiam videtur pertinere quod Hieron. dicit super Matth. Quòd sicut Lazarus resurrexit, sic & multa corpora Sanctorum resurrexerunt, vt Dominum ostenderent resurgentẽ. quantus hoc in sermone de Assumptione sub dubio relinquar. Rationes tamen Aug. multò efficaciores videntur.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut ea quæ præcesserunt Christi aduentũ, fuerunt præparatoria ad Christum, ita gratia est dispositio ad gloriam. Et ideo ea quæ sunt gloriæ siue quantum ad animam (sicut perfecta Dei fruitio) siue quantum ad corpus (sicut resurrectio gloriosa) prius tempore debuerunt esse in Christo sicut in autore gloriæ. gratiam verò conueniebat prius esse in his quæ ordinabantur ad Christum.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm Christus fuerit causa suæ resurrectionis.

Psalmo 40. co. 2 Et Io. 2. & 3. co 2. & ad Ro. 4 fi.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non fuerit causa suæ resurrectionis. Quicunq; enim suscitatur ab alio, non est suæ resurrectionis causa. Sed Christus suscitatus est ab alio, secundum illud Actu. 2. Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni. & Roman. 8. Qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora nostra, &c. Ergo Christus non est causa suæ resurrectionis.

¶ Præterea, Nullus dicitur mereri, vel ab alio petit aliquid, cuius ipse est causa. Sed Christus sua passione meruit resurrectionem (sicut August. dicit super Ioan. quòd humiliatus passionis meritum est gloriæ resurrectionis (ipse etiam petit à Patre se resuscitari: secundum illud Psal. Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me. Ergo non fuit causa suæ resurrectionis.

¶Præterea, Sicut Damasce. probat in quarto lib. resurrectio non est animæ, sed corporis, quod per mortem cadit. Corpus autem non potest sibi animam vnire, quæ est eo nobilior. ergo id quod resurrexit in Christo, non potuit esse causa suæ resurrectionis.

¶SED CONTRA est quod Dominus dicit Ioan. 10. Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam, & iterum sumo eam. Sed nihil est aliud resurgere, quàm iteratò animam sumere. Ergo videtur quòd Christus propria virtute surrexerit.

CONCLVSIO.

¶ Christus secundum virtutem suæ diuinitatis causa fuit suæ resurrectionis, secundum humanitatem verò fuit à Deo & non propria virtute resuscitatus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) per mortem non fuit separata diuinitas, nec ab anima Christi, nec ab eius carne. Potest igitur tam anima Christi mortui, quàm eius caro considerari dupliciter. Vno modo ratione diuinitatis. Alio modo ratione ipsius naturæ creatæ. Secundum igitur vnitæ

Comment. TItulus de causa effectiua quærit.

¶ In corpore ponitur vna distinctio bimembris cum duabus conclusionibus secundum membra. Distinctio est: Tam anima quàm caro Christi mortui potest considerari dupliciter: vel ratione suæ naturæ, vel ratione deitatis coniunctæ. Prima conclusio est: Tam anima quàm caro Christi ratione deitatis causauit ipsam resurrectionem: & probatur ex autoritate Apostoli. Secunda conclusio est: Nec anima nec caro Christi virtute suæ naturæ causauit resurrectionem, sed sic oportuit Christum resuscitari à Deo. Et ideo virtus inuenitur in sacra Scriptura, scilicet & quòd Christus resurrexit ex virtute, & quòd Christus suscitatus est à Deo, & petiit & meruit resurrectionem, &c. Omnia clara sunt in litera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis quinquagesimæquartæ Articulū primum.

Anton. IN titulo verum sumitur, vt distinguitur contra apparens, ita quòd apparentis excluditur non solùm à corpore: sed à natura tali, scilicet humana. Idemq; est quærere, an habuerit verum corpus & an habuerit in veritate corpus humanū.

Comment. ¶ In corpore est vna conclusio: Corpus Christi post resurrectionem fuit verum corpus eiusdem naturæ, cuius fuerat prius. Probatur dupliciter. primò: Illud resurgere dicitur quod cecidit: ergo oportuit vt idem corpus Christi eidem animæ vniretur in resurrectione: ergo corpus Christi post resurrectionem fuit verū eiusdē naturæ corpus. Antecedens ex Damasc. autoritate. Prima consequentia probatur ex ratione resurrectionis: secunda autem ex hoc q; veritas naturæ corporis est ex forma. Secundò probatur conclusio ex oppositio. Si corpus Christi fuisset phantasticum, nō fuisset vera, sed apparens illud resurrectio. Reliqua in responsionibus argumentorum tacta inferius in propriis locis tractanda sunt.

¶ Super Quæstionis quinquagesimæquartæ Articulū secundum.

Comment. IN corpore vna conclusio: Corpus Christi resurrexit integrum, scilicet cum carnibus & ossibus, &c. Probatur dupliciter. Primò ostenditur: Corpus Christi in resurrectione fuit eiusdem naturæ & alterius gloriæ: ergo totum habuit quicquid pertinet ad naturam corporis humani: ergo omnia ista fuerunt in corpore Christi. Secunda consequētia probatur: quia hæc omnia pertinent ad naturā humanī corporis. Deinde probatur, quòd hæc omnia integraliter fuerunt in Christo: quia aliter nō fuisset resurrectio perfecta, si non fuisset integratum quicquid per mortem ecciderat. Et confirmatur autoritate Domini: Capillus de capite vestro non peribit, &c. Secundò probatur conclusio ab oppositō: quia dicere corpus Christi caruisse pareib' naturalibus humano corpori: pertinet ad errorem Eutychij, duo dicētis. Primū est, Corpus nostrū in resurrectione erit impalpabile, ventis aēréque subtilius. Alterum est, Christus post confirmatam cordā discipulorum palpātium omne quod erat in eo palpabile, in subtilitatem aliquam redegit. Contra quod ſ̄m dictum rationē Gregorij Autor affert primò: & ipsius Eutychicij reuocationem deinde, & demum arguit ex errore Valentini. Clara sunt in litera omnia intelligentibus quòd omnis mutatio ſpecies quædam mortis est.

Quæstio. *¶ Num totus sanguis Christi in passione effusus resurrexerit cum eo.*

¶ In responsionibus argumentorum & in corpore duæ magnæ quæstiones restant. Prima est (quæ indecisa videtur propter varias opiniones) an totus sanguis Christi in passione effusus resurrexerit cū eo. Secunda est nouæ, an Christo resurgente oporuerit sanguiné secum reassumere.

Quæstio. *¶ Num Christum resurgentem oportuerit sanguinē reassumere.*

¶ Primæ quæstionis Autor tenet partem affirmatiuā in litera in responsione ad tertium, quo ad sanguinem in passione effusum, ea ratione quia erat de veritate humanę naturæ & in corpore articuli adiungitur, quòd si non fuisset integratum quicquid per mortem ecciderat, non fuisset resurrectio perfecta.

¶ Secundæ autem quæstionis non solus Autor, sed communis & Theologorum & Eccle sæ sententia partem tenet affirmatiuam. Sed vt ab hac oediar, occurrit mihi magnū de ea dubium & argumentū discens ad partem negatiuā. Ad cuius Intellectum, recolere oportet ex doctrina Pauli Apostoli, primæ ad Corinth. xv. quòd corpus nostrum hic est animale, resurget autē spirituale, & secundum Augustinū corpus est animale, quandiu indiget alimento: & per oppositum tunc est spirituale, cùm nō indiget alimento. Ex qua doctrina habetur, quòd corpus Christi surrexit nō animale, sed spirituale, hoc est non indigens alimento. Sub hac autem theologica traditione subsumimus ex Philosophia, quòd sanguis in corpore humano nihil aliud est, quàm alimentum humani corporis: vt expressè Aristot. in 2. de Partibus animal. cap. 1. dicit, posuit sanguinem esse vltimum alimentum in corpore animalium, & alimenti gratia datum animalibus à natura: ergo corpus Christi resurgens nō indiguit sanguine: alimento enim rationis est indigere alimēto interiori vel exteriori. Vnde idem est dicere corpus Christi post resurrectionē indigere sanguine, & indigere alimēto: quod est esse animale & nō spirituale. Et cùm alimentū quantūcunque vltimum nō sit actu pars animalis, sed potentia totum, sequitur q; sanguis non sit pars animalis, & cōsequēter nec hominis, & q; sanguis nō est de integritate humanæ naturæ: quoniam integrū est, cui nulla partiū deest. Et quia verū nō addit rem aliquā supra ens (eandē enim rem significat aurū, quam significat aurū verum: & sic de aliis) ideo sequitur quòd nullus sanguis est de veritate humanæ naturæ quia nō est de integritate eius. Nec obstat q; exāgues effecti, mortuique mortui fumus: attestatur enim hoc ad dictā Philosophiā, q; sanguis est de necessitate requisitus ad vitā animalū habētium sanguinem, quoniam vt in 2. de Anima dicitur, tādiu viuit, quādiu alitur. Iungēdo ergo Philosophiā Theologiæ dicēdū videtur, q; sanguis pertinet ad necessitatē humani corporis secundum vitā animalē, qua est vltimū elementū: & nō pertinet ad necessitatē humani corporis spiritualis: quale fuit corpus Christi in resurrectione. Et secūdum hoc quidam dicitur, Totū quod per mortē ecciderat resurrexit, si perfecta est resurrectio, ita fatendū est de toto necessario ad corpus humanum in statu seu vita animali. In oppositum autē est cōmunis Ecclesiæ sensus, & in sacramēto altaris vinum conuersum in Christi sanguinem, quem fatemur in Christi corpore esse.

¶ Ad hanc quæstionem dicitur, quòd sanguis licet sit pars in potētia respectu carnis & membrorum: est tamen cum hoc etiam pars in actu respectu totius animalis. Ita quòd est & materia transiens partium posteriorum, & materia permanens respectu totius: sicut elementa in mundo sunt partes in potentia & materia transiens respectu mistorum, & sunt partes in actu & materia permanēs respectu vniuersi, probatūrque hoc ex eo quòd triplex compositio in animali inuenitur: vt habetur in 2. de Partibus animalium. Prima est compositio ex elementis seu eorum virtutibus. Secunda est ex partibus similaribus: puta carne, osse, neruo. tertia est ex partibus heterogeneis: vt manu, capite, &c. Ad primam autem compositionem spectat compositio animalis ex humoribus, quorum vnus est sanguis: & propterea quemadmodum componentia tam in secunda quàm in tertia compositione sunt partes in actu animalis: ita componētia in prima compositione, affirmanda sunt quòd sunt partes in actu animali. Et ideo licet in resurrectione nō sit opus sanguine, vt est pars in potētia: est tamen opus illo, vt est pars in actualitate: quia nō resurgeret homo integer, deficeret enim sibi aliqua partiū eius in actu.

¶ Hæc responsio est apud me ambigua: quia non video necessitatem ponendi sanguinem & alios humores esse partes in actu animalis: cōpositio siquidē animalis ex humoribus, sufficienter saluari videtur, si sit compositio ex humoribus vt materia trāseunte. Substantialis siquidem animalis integritas, si tomento non egeret, ex solis partibus, aliis scilicet membris & carnibus, ossibus, &c. constare videtur: humores autem ministrari videntur à natura, vt partes solidæ conseruentur, & non vt ipsi secundum se integrent animal. Cuius oppositum inuenitur in elementis, quæ secundum se ex prima intentione naturæ sunt de integritate vniuersi (vt patet in primo Cæl.) & quasi per accidens sunt materia mistorū.

Et ideo nisi allata in oppositum obstarēt, rationabilius fortè diceretur, in resurrectione non resumi humores: quia tamen non oportet sapere nisi ad sobrietatem, indubie credendum est (sanctæ matris Ecclesiæ doctrinam sequēdo) sanguinem verè esse in Christi corpore post resurrectionem, quāuis ratio naturalis de hoc non appareat certa.

¶ De prima autem quæstione, nec cōclusionis nec mediorum video certitudinem: nam ratio Theologica ducit ad partem affirmatiuam, vt in litera habet, & in quolib. quinto, quæst. 1. artic. 1. Ratio autem naturalis ad partem potius ducere videtur negatiuam: quoniam nihil prohibet, in Christo fuisse passionis tempore sanguinem nutrimētalem, qui nō est in resurrectione assumptus: quoniam nō est maior ratio quare tūc nō fuerit in Christo sanguis nutrimētalis, & aliàs fuerit, & rursus, quare in ipso tunc non, & in aliis hominibus eiusdem ætatis sic, & rursus, quare tunc patiendo non: & si nō fuisset tunc passus, faceremur in eo sanguinem nutrimētalem. Si autem in Christo tunc fuit nutrimentalis sanguis, constat quòd tunc effusus fuit, quem natura meliorem quantum potuerit, in finem reseruauerit. Non togere autem argumenta hæc, sanguineus sudor Christi in cruciatu propassionis effusus, quum ante passionem post cœnam oraret, signi ficatiuam sudor ille sanguineus, quum non ex ægritudinali dispositione processerit (vt Aristot. in tertio de Historiis animalium prouenito ponit ex mala dispositione sanguinis, & in tertio de Partibus animal. contigisse

Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt. Christus autem resurrexit in gloria regni Dei. Viderur ergo quòd non habuerit carnem & sanguinem.

¶ Præterea, Sanguis est vnus de quatuor humoribus. Si ergo Christus habuit sanguinē, pari ratione habuit alios humores, ex quibus causatur corruptio in corporibus animalium. Sic ergo sequeretur quòd corpus Christi fuerit corruptibile, quod est inconueniens. Non igitur Christus habuit carnem & sanguinem.

¶ Præterea, Corpus Christi quòd resurrexit, in cælum ascendit. Sed aliquid de sanguine eius in quibusdam Ecclesiis reseruatur pro reliquiis. Non ergo resurrexit corpus Christi cum integritate omnium suarum partium.

¶ SED CONTRA est quod Dominus dicit Luc. vlt. post resurrectionem discipulis loquens, Spiritus carnem & ossa non habent, sicut me videtis habere.

CONCLVSIO.

¶ Corpus Christi in resurrectione omnia ex parte gloriosum fuit, & integrum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) corpus Christi in resurrectione fuit einsdem naturæ, sed alterius gloriæ. Vnde quicquid ad naturam corporis humani pertinet, totum fuit in corpore Christi resurgentis. Manifestū est autem, q; ad naturā corporis humani pertinēt carnes, & ossa & sanguis, & alia huiusmodi. Et ideo omnia ista in corpore Christi resurgētis fuerunt, & etiam integraliter absq; omni diminutione, alioquin non fuisset perfecta resurrectio, si non fuisset redintegratum quicquid per mortem ecciderat. Vnde & Dominus fidelibus suis promittit dicens Matth. 10. Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt. & Luc. 21. dicitur, Capillus de capite vestro non peribit. Dicere autem q; corpus Christi carnem & ossa non habuerit, & alias huiusmodi partes humano corpori naturales, pertinet ad errorem Euthicij, Constantinopolitanæ vrbis Episcopi: qui dicebat q; corpus nostrum in illa resurrectionis gloria erit impalpabile ventis aëréque subtilius: & quòd Dominus post confirmata corda discipulorum palpantiū, omne illud quod in eo palpari potuit, in subtilitatem aliquam redegit. Quod ibidem improbat Greg. quia corpus Christi post resurrectionem, immutatum non fuit, secūdum illud Rom. 6. Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur. Vnde & ille quæ dixerat, in morte retractauit. Si enim inconueniens est, vt Christus alterius naturæ corpus in sua conceptione acciperet, puta cæleste, sicut Valentinus asseruit, multò magis inconueniens est, quòd in resurrectione alterius naturæ corpus resumpserit, quia corpus in resurrectione, resumpsit ad vitam immortalem, quod in conceptione assumpserat ad vitam mortalem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd caro & sanguis ibi non accipitur pro natura carnis & sanguinis, sed vel pro culpa carnis & sanguinis: sicut Grego. dicit in 14. Moral. Vel pro corruptione carnis & sanguinis: quia (vt Aug. dicit ad Consentium, de resurrectione carnis) non ibi erit corruptio & mortalitas carnis & sanguinis. Caro igitur secundum substantiam possidet regnū Dei: secundum quòd dictum est, Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Caro autem cum secundū corruptionem intelligitur, non possidebit, vnde continuò additum est in verbis Apostoli, Neq; corruptio incorruptelam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Aug. dicit in eodem libro, fortassis accepta occasione sanguinis, vrgebit nos molestior perscrutator, & dicet, Si sanguis in corpore Christi resurgentis fuit, cur non & pituita, id est, phlegma, cur non & fel flauum, id est cholera, & sel nigrum, id est melancholia, quibus quatuor humoribus naturam carnis temperari, etiam medicinæ disciplina testatur? Sed quodlibet quisquis addat, corruptionem addere caueat, ne suæ fidei sanitatem castitarémque corrumpat. Valet enim diuina potentia de ista visibili atque tractabili natura corporum, quibuslibet manentibus auferre, quas voluerit qualitates, vt absit labes, scilicet corruptionis, absit effigies, absit motio, absit fatigatio, absit vescendi potestas, absit esuriendi necessitas.

¶ Ad tertium dicendū, quòd totus sanguis, qui de corpore Christi fluxit, cùm ad veritatem humanæ naturæ pertineat, in corpore Christi resurrexit: & eadē ratio est de omnibus particulis ad veritatem & integritatem humanæ naturæ pertinentibus. Sanguis autem ille, qui in quibusdam Ecclesiis pro reliquiis conseruatur, non fluxit de latere Christi, sed miraculosè dicitur effluxisse de quadam imagine Christi percussa.

parente, conturbati & conterriti existimabant se spiritum videre, ac si non haberet verum corpus, sed phantasticum. Ad quod remouendum ipse postea subdit, Palpate & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Non ergo habuit corpus phantasticum, sed verum.

CONCLVSIO.

¶ Corpus Christi post resurrectionem fuit verum corpus, eiusdem naturæ, cuius fuerat prius.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut Damasc. dicit in 4. lib. illud resurgere dicitur, quod cecidit. Corpus autem Christi per mortem cecidit, inquantum scilicet fuit ab eo anima separata, quæ erat eius formalis perfectio. Vnde oportuit ad hoc, quòd esset vera Christi resurrectio, vt idem corpus Christi iterato eidem animæ vniretur. Et quia veritas naturæ corporis est ex forma, consequens est quòd corpus Christi post resurrectionem & verum corpus fuerit, & eiusdem naturæ, cuius fuerat prius. Si autem eius corpus fuisset phantasticum, non fuisset vera resurrectio, sed apparens.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd corpus Christi post resurrectionem, non ex miraculo, sed ex conditione gloriæ (sicut quidam dicunt) clausis ianuis ad discipulos introiuit: simul cum alio corpore in eodem loco existens. Sed vtrùm hoc habere possit corpus gloriosum ex aliqua proprietate sibi indita, vt simul cum alio corpore in eodem loco existat, inferius discutietur. vbi agetur de resurrectione communi. Nunc autem quantum ad propositum, sufficit dicere, quòd non ex natura corporis, sed potius ex virtute diuinitatis vnitæ, illud corpus ad discipulos (licet verum esset) ianuis clausis introiuit. Vnde Augustinus dicit in quodam sermone Paschali, quòd quidam sic disputant, Si corpus erat, si hoc surrexit de sepulchro quod pependit in ligno, quomodo per ostia clausa intrare potuit? Et respondet, Si comprehendis modum, non est miraculum: vbi deficit ratio, ibi est fidei ædificatio. Et super Ioan. dicit, Moli corporis, vbi diuinitas erat, ostia clausa non obstiterunt. ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo nascente virginitas matris inuiolata permansit. Et idem dicit Greg. in quadam Homil. de octaua Paschæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut dictum est, Christus resurrexit ad immortalem gloriæ vitam. Hæc est autem dispositio corporis glorioſi, vt sit spirituale, id est subiectum spiritui, vt Apostolus dicit 1. ad Cor. 15. Ad hoc autem quòd sit omnino corpus subiectum spiritui, requiritur quòd omnis actio corporis, subdatur spiritus voluntati. Quòd autem aliquid videatur, fit per actionem visibilis in visum, vt patet, per Philosophum in 2. de Anima. Et ideo quicunq; habet corpus glorificatum, in potestate sua habet, videri quando vult: & quando non vult, non videri. Hoc tamen habuit Christus non solùm ex conditione corporis glorioſi: sed etiam ex virtute diuinitatis, per quam fieri potest, vt etiam corpora non gloriosa miraculosè non videantur: sicut præstitum fuit beato Bartholomæo miraculosè, vt si vellet videretur: non autem videretur si non vellet. Dicitur ergo quòd Christus ab oculis discipulorum euanuit, non quia corrumperetur aut resolueretur in aliqua inuisibilia: sed quia sua voluntate desiit ab eis videri, vel eo præsente, vel etiam eo abscedente velociter per dotem agilitatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Seuerianus dicit in sermone Paschali, Nemo putet Christum sua resurrectione sui vultus effigiem commutasse. Quod est intelligendum quantum ad lineamenta membrorum: quia nihil inordinatum & deforme fuerat in corpore Christi per Spiritum sanctum concepto, quod in resurrectione corrigendum esset. accepit tamen in resurrectione gloriam claritatis. Vnde idem ibidem subdit, Sed mutatur effigies, dum efficitur ex mortali immortalis: vt hoc sit acquisisse vultus gloriam, non vultus substantiam perdidisse. Nec tamen illis discipulis in specie glorioſa apparuit: sed sicut in potestate eius erat, vt corpus suum videretur vel non videretur, ita in potestate eius erat vt ex eius aspectu formaretur in oculis intuentium, vel forma glorioſa vel non glorioſa, aut etiam commixta, vel qualitercunque se habens. Modica tamen differentia, sufficit ad hoc quòd aliquis videatur in aliena effigie apparere.

¶ Ad secundum quæritur quatuor. ¶ Primò, vtrùm post resurrectionem Christus habuerit verum corpus. ¶ Secundò, vtrùm resurrexerit cum corporis integritate. ¶ Tertiò, vtrùm corpus eius fuerit glorioſum. ¶ Quartò, de cicatricibus in corpore eius apparentibus.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm Christus post resurrectionem habuerit verum corpus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christus post resurrectionem non habuerit verum corpus. Verum enim corpus non potest simul esse cum alio corpore in eodem loco. Sed corpus Christi post resurrectionem fuit simul cum alio corpore in eodem loco: intrauit enim ad discipulos suos ianuis clausis, vt dicitur Ioan. 20. Ergo videtur quòd Christus post resurrectionem non habuerit verum corpus.

¶ Præterea, Verum corpus non euanescit ab aspectu intuentium, nisi fortè corrumpatur. Sed corpus Christi euanuit ab oculis discipulorum cum intuentium, vt dicitur Lucæ vltimo. Ergo videtur quòd Christus post resurrectionem non habuerit verum corpus.

¶ Præterea, Cuiuslibet veri corporis est determinata figura. Sed corpus Christi apparuit discipulis in alia effigie, vt patet Mar. vlti. Ergo videtur quòd Christus post resurrectionem non habuerit verum corpus humanum.

¶ SED CONTRA est, quòd dicitur Luc. vlti. quòd Christo discipulis apparenti, conturbati & conterriti existimabant se spiritum videre, ac si non haberet verum corpus, sed phantasticum. Ad quod remouendum ipse postea subdit, Palpate & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Non ergo habuit corpus phantasticum, sed verum.

CONCLVSIO.

¶ Corpus Christi post resurrectionem fuit verum corpus, eiusdem naturæ, cuius fuerat prius.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut Damasc. dicit in 4. lib. illud resurgere dicitur, quod cecidit. Corpus autem Christi per mortem cecidit, inquantum scilicet fuit ab eo anima separata, quæ erat eius formalis perfectio. Vnde oportuit ad hoc, quòd esset vera Christi resurrectio, vt idem corpus Christi iterato eidem animæ vniretur. Et quia veritas naturæ corporis est ex forma, consequens est quòd corpus Christi post resurrectionem & verum corpus fuerit, & eiusdem naturæ, cuius fuerat prius. Si autem eius corpus fuisset phantasticum, non fuisset vera resurrectio, sed apparens.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd corpus Christi post resurrectionem, non ex miraculo, sed ex conditione gloriæ (sicut quidam dicunt) clausis ianuis ad discipulos introiuit: simul cum alio corpore in eodem loco existens. Sed vtrùm hoc habere possit corpus gloriosum ex aliqua proprietate sibi indita, vt simul cum alio corpore in eodem loco existat, inferius discutietur. vbi agetur de resurrectione communi. Nunc autem quantum ad propositum, sufficit dicere, quòd non ex natura corporis, sed potius ex virtute diuinitatis vnitæ, illud corpus ad discipulos (licet verum esset) ianuis clausis introiuit. Vnde Augustinus dicit in quodam sermone Paschali, quòd quidam sic disputant, Si corpus erat, si hoc surrexit de sepulchro quod pependit in ligno, quomodo per ostia clausa intrare potuit? Et respondet, Si comprehendis modum, non est miraculum: vbi deficit ratio, ibi est fidei ædificatio. Et super Ioan. dicit, Moli corporis, vbi diuinitas erat, ostia clausa non obstiterunt. ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo nascente virginitas matris inuiolata permansit. Et idem dicit Greg. in quadam Homil. de octaua Paschæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut dictum est, Christus resurrexit ad immortalem gloriæ vitam. Hæc est autem dispositio corporis glorioſi, vt sit spirituale, id est subiectum spiritui, vt Apostolus dicit 1. ad Cor. 15. Ad hoc autem quòd sit omnino corpus subiectum spiritui, requiritur quòd omnis actio corporis, subdatur spiritus voluntati. Quòd autem aliquid videatur, fit per actionem visibilis in visum, vt patet, per Philosophum in 2. de Anima. Et ideo quicunq; habet corpus glorificatum, in potestate sua habet, videri quando vult: & quando non vult, non videri. Hoc tamen habuit Christus non solùm ex conditione corporis glorioſi: sed etiam ex virtute diuinitatis, per quam fieri potest, vt etiam corpora non gloriosa miraculosè non videantur: sicut præstitum fuit beato Bartholomæo miraculosè, vt si vellet videretur: non autem videretur si non vellet. Dicitur ergo quòd Christus ab oculis discipulorum euanuit, non quia corrumperetur aut resolueretur in aliqua inuisibilia: sed quia sua voluntate desiit ab eis videri, vel eo præsente, vel etiam eo abscedente velociter per dotem agilitatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Seuerianus dicit in sermone Paschali, Nemo putet Christum sua resurrectione sui vultus effigiem commutasse. Quod est intelligendum quantum ad lineamenta membrorum: quia nihil inordinatum & deforme fuerat in corpore Christi per Spiritum sanctum concepto, quod in resurrectione corrigendum esset. accepit tamen in resurrectione gloriam claritatis. Vnde idem ibidem subdit, Sed mutatur effigies, dum efficitur ex mortali immortalis: vt hoc sit acquisisse vultus gloriam, non vultus substantiam perdidisse. Nec tamen illis discipulis in specie glorioſa apparuit: sed sicut in potestate eius erat, vt corpus suum videretur vel non videretur, ita in potestate eius erat vt ex eius aspectu formaretur in oculis intuentium, vel forma glorioſa vel non glorioſa, aut etiam commixta, vel qualitercunque se habens. Modica tamen differentia, sufficit ad hoc quòd aliquis videatur in aliena effigie apparere.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm Christi corpus resurrexerit integrum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd corpus Christi non resurrexerit integrum. Sunt enim de integritate humani corporis caro & sanguis, quæ Christus non videtur habuisse: dicitur enim 1. ad Corinth. 15. Caro

Universidad de Deusto
Biblioteca

gisse narrat, quibusdam propter laxū fluxumq; corpus) tum quia Christum non decuit ægritudo aliqua: tum quia operationes ipsius Christi statim sublequutę attestātur sanitati, & non ægritudini: natū statim surgens ab oratione: vt Lucæ 22. habetur. Et quod dicit Lucas ipsum venit ad discipulos vt prius: & allocutus eos de vigilia, &c. monstrauit se non mutatum à tāto decursu fudoris sanguinei, vt immutari debuisset, si ægritudinalis fudor fuisset. Ille, inquam, fudor sanguineus fuit humor sanguineus adhuc crudus, hoc est nō redactus adhuc perfectè in sanguinem, qui pars est hominis, & huiusmodi crudus humor vocatur sanguis nutrimentalis. Et quoniam, vt Euangelista testatur, tāta fuit eius quantitas, vt decurreret in terram, videtur quòd totus sanguis nutrimētalis qui inueniēdus fuisset in Christo tempore passionis, præeffusus fuerit in propasionis fudore. Dico autem, qui inueniendus fuisset tempore passionis, & non qui inuētus est tunc, scilicet tempore orationis: quoniam non oportet fateri totum nutrimētalem sanguinem per fudorem emissum: quoniam aliquid illius remanēs potuit, nocte & mane decoqui perfectè: ita vt nihil nutrimētalis sanguinis inueniretur in Christo tempore passionis, quum ebullus sanguis est. Sed quia hæc magis diuinare quàm affirmare possum, ideo nullius pertinax in propria opinione inueniatur, nullius dubia pro certis affirmet: sed piè dubitādo, deuotionem suam prosequatur. Certum tamen & absque hæsitatione qualibet constat Christi sanguinem nutrimētalem, qui dicitur in terra inueniri, etam si in passione effusus sit, non esse vnitum verbo Dei personaliter: quoniam nunquam fuit actu pars sanguinis, qui est de veritate humanæ naturæ.

Infr. q. 50. ar. 6. ad 4.

Et quod. 5. q. 50. ar. 6.

Et opus. 3. c. 245

¶ Super Quæstionis quinquagesimæquartæ Articulum tertiū.

Titulus clarus.

cōmen.

¶In corpore vni ca cōclusio: Corpus Christi in resurrectione fuit gloriosum. Probatur tripliciter, & rationes clarè patēt in litera.

¶ In respōsione ad secundum, aduerte quòd Autor loquitur de raro & denso valuocatione seruata. Quod dico propterea quia densitas punitur etiam in corporibus cælestibus: non eiusdem tamen rationis cum densitate inferiorum: est enim stella densior, pars sui

QVAEST. LIIII.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm Christi corpus resurrexerit gloriosum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd corpus Christi non resurrexerit gloriosum. Corpora enim gloriosa sunt fulgentia: secundum illud Matthæi. 13. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum, sed corpora fulgentia videntur secundum rationem lucis, non autem secundum rationem coloris. Cùm ergo corpus Christi visum fuerit sub coloris specie, sicut & prius videbatur, videtur quòd non fuerit gloriosum.

¶ Præterea, Corpus gloriosum est incorruptibile. Sed corpus Christi non videtur fuisse corruptibile: fuit enim palpabile, sicut & ipse dicit Lucæ vlti. Palpate, & videte. Dicit autem Gregorius in quadam Homilia, quòd corrumpi necesse est quod palpatur, & palpari non potest quod non corrumpitur. Non ergo corpus Christi fuit gloriosum.

¶ Præterea, Corpus gloriosum non est animale, sed spirituale: vt patet primæ ad Corinthios 15. Sed corpus Christi videtur fuisse animale post resurrectionem: quia cum discipulis manducauit & bibit: vt legitur Lucæ vltimo, & Ioannis vltimo. Ergo videtur quòd corpus Christi non fuerit gloriosum.

¶SED CONTRA est quod Apostolus dicit ad Philipp. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ.

CONCLVSIO.

¶ Corpus Christi debuit gloriosum resurgere, cùm resurrectio nostra futura sit causa gloriosæ resurrectionis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd corpus Christi in resurrectione fuit gloriosum, & hoc apparet triplici ratione. Primò quidem quia resurrectione Christi fuit exemplar & causa nostræ resurrectionis, vt habetur primæ ad Corinthios 15. Sancti autem in resurrectione habebunt corpora gloriosa, sicut ibidem dicitur, Seminatur in ignobilitate, surget in gloria. Vnde cùm causa sit potior causato, & exemplar exemplato, multò magis corpus Christi resurgentis fuit gloriosum. Secundò, quia per humilitatem passionis meruit gloriam resurrectionis. Vnde & ipse dicebat, Nunc anima mea turbata est: quod pertinet ad passionem. & postea subdit, Pater clarifica nomen tuum: in quo petit gloriam resurrectionis. Tertiò, quia sicut suprà habitum est, anima Christi à principio suæ conceptionis fuit gloriosa per fruitionem diuinitatis perfectam. Est autem dispensatiuè factum (sicut suprà dictum est) vt ab anima gloria non redūdaret in corpus, ad hoc quòd mysterium nostræ redemptionis sua passione impleret. Et ideo peracto hoc mysterio passionis & mortis, Christi statim anima in corpus in resurrectione resumptum, suam gloriā deriuauit: & ita factū est corpus illud gloriosum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omne quod recipitur in aliquo, recipitur in eo secundum modum recipientis. Quia igitur gloria corporis deriuatur ab anima (vt Augustin. dicit in Epistola ad Dioscorum) fulgor seu claritas corporis glorioſi est secūdum colorem humano corpori naturalem: sicut vitrum diuersimodè coloratum recipit splendorem ex illustratione solis secundum modum sui coloris. Sicut autem in potestate hominis glorificati est, vt corpus eius videatur, vel non videatur (sicut dictum est) ita in potestate eius est, quòd claritas eius videatur vel non videatur, vnde potest in suo colore sine aliqua claritate videri: & hoc modo Christus suis discipulis post resurrectionem suam apparuit.

¶Ad secundum dicendum, quòd corpus aliquod dicitur esse palpabile, non solùm ratione resistentiæ, sed ratione suæ spissitudinis. Ad rarum autem & spissum sequuntur graue & leue, calidum & frigidum, & alia huiusmodi contraria, & quæ sunt principia corruptionis corporum elementarium. Vnde corpus quod est palpabile humano tactu, est naturaliter corruptibile. Si autem sit aliquod corpus resistens tactui, quod non sit dispositum secundum prædictas qualitates, quæ sunt propria obiecta tactus humani (sicut est corpus cæleste) tale corpus non potest dici palpabile. Corpus autem Christi post resurrectionem verè fuit ex elementis compositum, habens in se tangibiles qualitates, secundum quòd requirit natura corporis humani, & ideo naturaliter erat palpabile. Et si nihil aliud habuisset supra corporis humani naturam, fuisset etiam corruptibile. Habuit autem aliquid aliud quod ipsum incorruptibile redidit: non quidem naturam cælestis corporis, vt quidam dicunt (de quo infrà magis inquiretur) sed gloriam redundantem ab anima beata, quia vt Augusti. dicit in Epistola ad Dioscorum, Tam potenti natura Deus fecit animam, vt ex eius plenissima beatitudine, redundet in corpus plenitudo sanitatis, id est incorruptionis vigor. Et ideo sicut Grego. dicit ibidem, Ostenditur corpus Christi post resurrectionem fuisse eiusdem naturæ, sed alterius gloriæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Aug. dicit 13. de Ciui. Dei, Saluator noster post resurrectionem, iam quidem in spirituali carne, sed tamen vera, cibum & potum cum discipulis sumpsit non alimentorum indigentia, sed ea qua hoc poterat potestate. Vt enim Beda dicit super Lucam, aliter absorbet aquam terra sitiens, aliter solis radius calens: illa indigentia, iste potentia. Manducauit ergo post resurrectionem, non quasi cibo indigens, sed vt eo modo naturam corporis resurgentis astrueret. Et propter hoc non sequitur quòd fuerit eius corpus animale, quod est indigens cibo.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm corpus Christi debuerit cum cicatricibus resurgere.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd corpus Christi non debuerit cum cicatricibus resurgere. Dicitur enim primæ ad Corinth. 15. quòd mortui resurgent incorrupti. Sed & cicatrices & vulnera ad quandam corruptionem pertinent & defectum. Non ergo fuit conueniens, vt Christus, qui est resurrectionis autor, cum cicatricibus resurgeret.

¶Præterea, Corpus Christi integrum resurrexit: sicut dictum est. Sed aperturæ vulnerum contrariantur integritati corporis: quia per eas discontinuatur corpus. Non ergo videtur fuisse conueniens, quòd in corpore Christi aperturæ vulnerum remanerent: etsi remanerent ibi quædam vulnerum insignia, quæ sufficiebant ad aspectum ad quem Thomas credidit: cui dictum est, Quia vidisti me Thoma, credidisti.

¶Præterea, Damasce. dicit in quarto lib. quòd post resurrectionem de Christo dicuntur quædam verè, quæ non habuit secundum orbis. nihil tamen est commune valuocum corruptibili & incorruptibili corpori. Vnde cælum resisteret tactui, si quis ad orbem lunæ penetrāre vellet ibi existens: non tamen sentiretur tactu dēsitas eius, sed tantùm tactui resisteret pars densa quantum pars minus densa. Et propterea in litera dicitur, quòd corpus rationæ suæ spissitudinis palpabile, est naturaliter corruptibile.

¶ Super Quæstionem quinquagesimamquartam. Articulum quartum.

Titulus prout cōmunitet in Ecclesia cicatrices Christi intelliguntur, sed licet vt cum foraminibus sumuntur.

¶ In corpore vnica est conclusio: Conuenit animam Christi reassumere corpus cum cicatricibus. Probatur quinque rationibus: quæ patent in litera.

¶Vbi aduerte, quòd Autor Aug. sequens, rationem cicatricum Christi non ex parte corporis, sed animæ reddit quoniam non ad pulchritudinem corporis, sed animæ spectāt. Vt enim in responsione ad secundum dicitur, apertura illa vulnerū recompensatur per maiorem decorem in quo monstratur, quòd ex parte corporis recompēsatione eger. Reliqua clara sunt in litera.

Aug.

Cōmen.

Ibid.

Ibid.

Ibid.

Ibid.

¶ Super Quæstionis quinquagesimæquintæ Articulū primum.

Autor. Titulus de manifestatione facta Christi discipulis quæritur, an talis manifestatio deberit fieri omnibus publicè, sicut publicè manifestata est passio.

Cōment. ¶In corpore primo ponitur vna distinctio bimembris: scilicet eorum quæ cognoscuntur, quædam communi lege quædam solo gratiæ munere sunt cognoscibilia. Deinde ponitur conclusio responsiua: Christi resurrectio non debuit omni populo manifestari, sed quibusdam, per quos ab aliis crederetur. Probatur quia Christus resurrexit ad vitam gloriosam ergo, &c. Consequentia probatur ex differentia inter dicta duo genera cognoscibilium consistente in hoc, quòd primum genus exponitur cognoscendum omnibus: secundum autem legem diuinam gradatim per quosdam ad alios deriuatur, constat autem vitam gloriosam sub secundo genere continendo, & clarè patet omnis in litera.

dum naturam, sed secundum dispensationem, ad certificandum quòd ipsum quod passum est corpus, resurrexit, vt cicatrices. Cessante autem causa, cessat effectus. Ergo videtur quòd certificatis discipulis de sua resurrectione, cicatrices vlterius non habuerit. Sed non conueniebat immurabilitati gloriæ quòd aliquid assumeret quod perpetuò in eo non remaneret. Ergo videtur quòd non debuerit corpus cum cicatricibus in resurrectione resumere.

¶SED CONTRA est quod Dominus dicit Thomæ Ioan. 20. Infer digitū tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis.

CONCLVSIO.

¶ Decuit animam Christi in resurrectione corpus cum cicatricibus resumere, & vt victoria sua triumphum circumferret, & dubios in fide firmaret.

¶RESPONDEO dicendum, quòd conueniens fuit animam Christi in resurrectione corpus cum cicatricibus resumere. Primò quidem propter gloriam ipsius Christi: dicit enim Beda super Lucam, quòd non ex impotentia curandi, cicatrices seruauit, sed vt in perpetuum victoriæ suæ circumferat triumphum. Vnde & Augustinus dicit in 22. de Ciuitate Dei, Quòd fortassis in illo regno in corporibus martyrum videbimus vulnerum cicatrices, quæ pro Christi nomine pertulerunt. Non enim deformitas in eis, sed dignitas erit, & quædam, quanuis in corpore, non corporis, sed virtutis pulchritudo fulgebit. Secundò ad confirmandum corda discipulorum circa fidem suæ resurrectionis. Tertiò, vt Patri pro nobis supplicans, quale genus mortis pro homine pertulerit, semper ostendat. Quartò, vt sua morte redēptis, quàm misericorditer sint adiuti, propositis eiusdem mortis indiciis, insinuet. Postremò, vt in iudicio quàm iustè damnentur, ibidem denuntiet. Vnde sicut Augustin. dicit in lib. de Symbolo, Sciebat Christus quare cicatrices in suo corpore seruaret: sicut enim demonstrauit Thomæ non credenti nisi tangeret & videret, ita etiam inimicis vulnera demonstraturus est sua, vt conuincens eos veritas dicat: Ecce hominem quem crucifixistis, videtis vulnera quæ infixistis, agnoscitis latus quod pupugistis: quoniam per vos & propter vos apertum est, nec tamen intrare voluistis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cicatrices illæ quæ in corpore Christi permanserunt, non pertinent ad corruptionem vel defectum: sed ad maiorem cumulum gloriæ inquantum sunt quædam virtutis insignia, & in illis locis vulnerum quidam specialis decor apparebit.

Ad secundum dicendum, quòd illa apertura vulnerum, quantuis sit cum quadam solutione continuitatis, totum tamen hoc recompensatur per maiorem decorem gloriæ, vt corpus non sit minus integrum, sed magis perfectum. Thomas autem non solùm vidit, sed etiam vulnera tetigit: quia (vt dicit Leo Papa) sufficit sibi ad fidem propriam, vidisse quod viderat, sed nobis opera tus est, vt tangeret quem videbat.

¶Ad tertium dicendum, quòd Christus in suo corpore voluit cicatrices vulnerum remanere, non solùm ad certificandum discipulorum fidem, sed etiam propter alias rationes. Ex quibus apparet, quòd semper in eius corpore cicatrices illæ remanebunt: quia (vt Augustinus dicit ad Consentium, de resurrectione carnis) Domini corpus in cælo esse credo, vt erat quando ascendit in cælum. Et Grego. 24. Morali. dicit, Quòd si quid in corpore Christi post resurrectionem potuit immutari, contra veridicam Pauli sententiam, post resurrectionem Domnus rediit in mortem: quod quis dicere vel stultus præsumat, nisi qui veram carnis resurrectionem denegat? Vnde patet quòd cicatrices, quas Christus post resurrectionem in suo corpore ostendit, nunquam postmodum ab illo corpore sunt remotæ.

ARTIC. I.

QVAESTIO QVINQVAGESIMA SEXTA, De manifestatione resurrectionis, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de manifestatione resurrectionis Christi.

¶Et circa hoc quæruntur sex.

¶Primò, vtrùm Christi resurrectio omnibus manifestari debuerit, an solùm quibusdam specialiter personis.

¶Secundò, vtrùm fuisset conueniens, quòd eis videntibus resurgeret.

¶Tertiò, vtrùm post resurrectionem debuerit cum suis discipulis conuersari.

¶Quartò, vtrùm fuerit conueniens, quòd suis discipulis in aliena effigie appareret.

¶Quintò, vtrùm resurrectionem suam argumentis manifestare debuerit.

¶Sextò, de sufficientia illorum argumentorum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm resurrectio Christi debuerit omnibus manifestari.

Super. q. 36. ar. 2. cor.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd resurrectio Christi debuerit omnibus manifestari. Sicut enim publico peccato debetur pœna publica (secundum illud primæ ad Timoth. 5. Peccantes coram omni bus argue) ita merito publico debetur præmium publicum. Sed claritas resurrectionis est præmiū humilitatis passionis: vt Aug. dicit super Ioan. Cùm ergo passio Christi fuerit omnibus manifestata, eo publicè patiente, videtur quòd gloria resurrectionis ipsius omnibus manifestari debuerit.

Et opus. 3. c. 245.

Et 1. Corin. 15. col. 3.

¶Præterea, Sicut passio Christi ordinatur ad nostram salutem, ita & eius resurrectio: secundum illud Rom. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram. Sed illud quod ad communem vtilitatem pertinet, omnibus debet manifestari. Ergo resurrectio Christi omnibus debuit manifestari, & non specialiter quibusdam.

¶Præterea, Illi quibus manifestata est resurrectio Christi, fuerunt resurrectionis testes: vnde dicitur Act. 4. Quem Deus suscitauit à mortuis cuius nos testes sumus. Hoc autem testimonium ferebant publicè prædicando. Quod quidem non contingit mulieribus: secundum illud primæ ad Corinth. 14. Mulieres in Ecclesiis taceant: & primæ ad Timoth. 2. Docere mulieri non permitto. Ergo videtur quòd inconuenienter resurrectio Christi manifestata fuerit primò mulieribus, quàm omnibus communiter.

¶SED CONTRA est quod dicitur Act. 10. Quem Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo.

CONCLVSIO.

¶ Christi gloriosa resurrectio non omni populo manifestari debuit, sed quibusdam à Deo præordinatis, per quos manifestata ab aliis crederetur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd eorum, quæ cognoscuntur, quædam cognoscuntur communi lege naturæ, quædam autem cognoscuntur ex speciali munere gratiæ: sicut ea quæ diuinitus reuelantur. Quorū quidem, vt Diony. dicit in lib. Cæle. Hierar. hæc est lex diuinitus instituta, vt à Deo immediatè superioribus reuelentur, quibus mediantibus deferantur ad inferioribus reuelentur, quibus mediantibus deferantur ad inferiores, sicut patet in ordinatione cælestium spirituum. Ea verò, quæ pertinent ad futuram gloriam, communem hominum cognitionem excedunt: secundum illud Isa. 64. Oculus non vidit Deus absq; te, quæ præparasti * expectantibus te. Et ideo huiusmodi ab homine non cognoscuntur nisi diuinitus reuelata, sicut Apostolus dicit primæ ad Corinthios 2. Nobis reuelauit Deus per Spiritum suum. Quia igitur Christus resurrexit gloriosa resurrectione, ideo eius resurrectio non omni populo manifestata est, sed quibusdam quorum testimonio deferretur in aliorum notitiam.

** Aliàs diligentibus.*

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd passio Christi peracta est in corpore adhuc habente naturam passibilem, quæ communi lege nota est omnibus. & ideo passio Christi omni populo immediatè manifestari potuit. Resurrectio autem Christi facta est per gloriam Patris: vt Apost. dicit Rom. 6.

& ideo

¶ Super Quæstionis quinquagesimæquinte Articulum secundum.

Coment. TItulus claruseſt.

¶In corpore vnica eſt concluſio: Reſurrectio Chriſti nõ debuit ab hominibus immediatè videri, ſed eis ab angelis nũtiari. Probatur: Ordo diuinitùs inſtitutus exigit, vt ea quæ ſunt ſupra homines cognoſcibilia, hominib⁹ per angelos reuelẽtur: vt patet ex Dio. ſed reſurrectio Chriſti eſt huiuſmodi: ergo. Et cõfirmatur autoritate Hilarij.

¶In reſponſione ad ſecundum adde quòd aſcenſio Chriſti quantũ ad terminum ad quem excedentem cognitionem humanã, manifeſtata eſt diſcipulis ab angelis, dicẽtibus, Hic Chriſtus qui aſſumptus eſt à vobis in cælum.

¶ Super Quæſtionis quinquageſimæquinte Articulũ tertium.

Coment. TItulus clarus.

¶In corpore vna concluſio: Chriſtus poſt reſurrectionẽ non debuit cõtinuè eũ diſcipulis conuerſari. Probatur: Duo erant diſcipulis declaranda, ſcilicet veritas reſurrectionis & gloria reſurgentis: ſed prima non exigebat continuam conuerſationẽ, ſecũdò autem nocere poterat cõtinua cõuerſatio: ergo. Minor declaratur in litera quo ad ſingulas partes. Et confirmatur autoritate verborum Chriſti in Euangelio, & expoſitionis Bedæ: quæ ad hoc tendunt, vt non ſtrent q̃ continuæ conuerſatio eſt diſcipulis, erat de pertinẽtibus ad vitam mortalem: hoc enim ſignificat Chriſtus dicens, Cũm adhuc eſſem vobiſcum.

& ideo immediatè manifeſtata eſt, nõ omnibus, ſed quibuſdam. Quòd autem plublicè peccantibus pœna publica imponitur, intelligendum eſt de pœna præſentis vitæ: & ſimiliter publica merita publicè præmiari oportet, vt alij prouocẽtur. Sed pœnæ & præmia futuræ vitæ non publicè omnibus manifeſtantur, ſed ſpecialiter illis, quĩ ad hoc prædoritati ſunt à Deo.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd reſurrectio Chriſti ſicut eſt ad communem omnium ſalutem, ita in notitiam omnium peruenit. Nõ quidem ſic, quòd immediatè omnibus manifeſtaretur, ſed quibuſdam, per quorum teſtimonium deferretur ad omnes.

¶Ad tertium dicendũ, q̃ mulieri nõ permittitur publicè docere in Eccleſia: permittitur autem ei priuatim aliquos domeſtica admonitione inſtruere. Et ideo ſicut Ambro. dicit ſuper Luc. Ad eos fœmina mittitur, qui domeſtici ſunt, non autẽ mittitur ad hoc quòd reſurrectionis teſtimoniũ ferat ad populum.

Ideo autem primò mulieribus apparuit, vt mulier, quæ primò nuntium mortis ad hominem detulit, primò etiam vitam reſurgentis Chriſti in gloria nuntiaret. Vnde Cyrillus dicit, Fœmina quæ quondam mortis fuit miniſtra, venerandum reſurrectionis myſterium prima percepit, & nuntiat: ademptum eſt igitur fœmineum genus, & ignominiæ abſolutionem, & maledictionis repudium.

Similiter etiam per hoc oſtenditur, quòd quantum ad ſtatum gloriæ pertinet, nullum detrimentum patietur fœmineus ſexus: ſed ſi maiori charitate ſeruebunt, maiori etiam gloria ex viſione diuina potientur, eo quòd mulieres quæ Dominum arctius amauerunt, intantum, vt ab eius ſepulchro diſcipulis etiam recedentibus non recederent, primò viderunt Dominum in gloria reſurgentem.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm fuiſſet conueniens, quòd diſcipuli viderent Chriſtum reſurgere.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur conueniens fuiſſe, quòd diſcipuli viderent Chriſtum reſurgere. Ad diſcipulos enim pertinebat reſurrectionem Chriſti teſtificari: ſecundum illud Actu. 4. Virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis Ieſu Chriſti domini noſtri. Sed certiſſimum eſt teſtimonium de viſu. Ergo conueniens fuiſſet, vt ipſam reſurrectionem Chriſti viderent.

¶Præterea, Ad certitudinem fidei habendam, diſcipuli aſcenſionem Chriſti viderunt ſecundum illud Actu. 1. Videntibus illis, eleuatus eſt. Sed ſimiliter oportet de reſurrectione Chriſti certã fidem habere. Ergo videtur quòd diſcipulis videntibus, debuerit Chriſtus reſurgere.

¶Præterea, Reſurrectio Lazari quoddam indicium fuit futuræ reſurrectionis Chriſti. Sed diſcipulis videntibus, Dominus Lazarum ſuſcitauit: ergo videtur quòd etiam Chriſtus reſurgere debuerit, diſcipulis videntibus.

¶SED CONTRA eſt quod dicitur Mar. vlti. Reſurgens Dominus mane prima ſabbati, apparuit primò Mariæ Magdalenæ. Sed Maria Magdalena non vidit eum reſurgere: ſed cùm eum quæreret in ſepulchro, audiuit ab angelo, Surrexit non eſt hic. Ergo nullus vidit eum reſurgere.

CONCLVSIO.

¶ Cùm Chriſtus reſurgens ad vitam communiter omnibus notam minimè redierit, non debuit eius reſurrectio immediatè ab hominibus videri, ſed eis ab Angelis nuntiari.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ſicut dicit Apoſtol. Rom. 13. quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt. Eſt autem hic ordo diuinitus inſtitutus, vt ea quæ ſupra homines ſunt, hominibus per angelos reuelentur, vt patet per Dion. 4. c. Cæ. hier. Chriſtus autem reſurgens non rediit ad vitam communiter hominibus notam, ſed ad vitam quandam immortalem & Deo conformem: ſecundum illud Rom. 6. Quòd enim viuit, viuit Deo. Et ideo ipſa Chriſti reſurrectio non debuit immediatè ab hominibus videri, ſed eis ab angelis nũtiari. Vnde Hilarius dicit ſuper Matth. quòd ideo angelus prior reſurrectionis eſt index, vt quodam famulatu paternæ voluntatis reſurrectio nuntiaretur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Apoſtoli potuerunt teſtificari Chriſti reſurrectionem etiam de viſu: quia Chriſtum poſt reſurrectionem viuentem, oculata fide viderunt, quem mortuum ſciuerant. Sed ſicut ad viſionem beatam peruenitur per auditum fidei: ita ad viſionem Chriſti reſurgentis, peruenerunt homines per ea, quæ prius ab angelis audierunt.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd aſcenſio Chriſti quantum ad terminum à quo, non tranſcendebat hominum communem notitiam: ſed ſolùm quantum ad terminum ad quem. Et ideo diſcipuli potuerunt videre aſcenſionem Chriſti quantum ad terminum à quo, id eſt, ſecundum quòd eleuabatur à terra: non autem viderunt ipſam, quantum ad terminum ad quem, quia non viderunt quomodo reciperetur in cælo. Sed reſurrectio Chriſti tranſcendebat communem notitiam, & quãtum ad terminum à quo (ſecundum quòd anima rediit ab inferis, & corpus de ſepulchro clauſo exiuit) & quantum ad terminum ad quem: ſecundum q̃ eſt adeptus vitam glorioſam. Et ideo non debuerit reſurrectio fieri ſic quòd ab homine videretur.

¶Ad tertium dicendum, quòd Lazarus reſuſcitatus eſt, vt rediret ad vitam, quam prius habuerat: quæ ad communem notitiam hominum non tranſcendit. Et ideo non eſt ſimilis ratio.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm Chriſtus poſt reſurrectionem debuerit continuè cum diſcipulis conuerſari.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus poſt reſurrectionem debuerit cõtinuè cum diſcipulis conuerſari. Ad hoc enim diſcipulis poſt reſurrectionem apparuit, vt eos de fide reſurrectionis certificaret, & conſolationem perturbatis afferret: ſecundum illud Ioan. 20. Gauiſi ſunt diſcipuli viſo Domino. Sed magis fuiſſent certificati & conſolati, ſi eis continuè ſuam præſentiam exhibuiſſet. ergo videtur quòd continuè cum eis debuerit conuerſari.

¶Præterea, Chriſtus reſurgens à mortuis non ſtatim aſcendit in cælum, ſed poſt dies quadraginta, vt habetur Actu. primo. Illo autem tempore intermedio, in nullo alio loco potuit conuenientius eſſe, quàm vbi diſcipuli eius erant pariter cõgregati. ergo videtur quòd communiter cum eis conuerſari debuerit.

¶Præterea, Ipſo die reſurrectionis Dominicæ, quinquies Chriſtus apparuiſſe legitur: vt Auguſtin. dicit in lib. de Conſenſu Euangeliſtarum. Primò quidem mulieribus ad monumentum: ſecundò, eiſdem regredientibus à monumento in itinere: tertiò Petro: quartò, duobus diſcipulis euntibus in caſtellum: quintò pluribus in Hieruſalem, vbi non erat Thomas. Ergo etiam videtur quòd & aliis diebus ante ſuam aſcẽſionem, ad minus pluries debuerit apparere.

¶Præterea, Dominus ante paſſionem eis dixerat Matth. 26. Poſtquam reſurrexero, præcedam vos in Galilæam: quod etiam angelus & ipſemet Dominus poſt reſurrectionem mulieribus dixit. Et tamen antea in Hieruſalem ab eis viſus eſt, & ipſo die reſurrectionis (vt dictum eſt) & etiam die octauo, vt legitur Ioan. 20. Non ergo videtur quòd conuenienti modo poſt reſurrectionem cum diſcipulis fuerit conuerſatus.

¶SED CONTRA eſt quod Ioan. 20. dicitur, quòd poſt dies octo, Chriſtus diſcipulis apparuit. Non ergo continuè conuerſabatur cum eis.

CONCLVSIO.

¶ Non debuit Chriſtus poſtquã ſurrexit à mortuis, diu cum diſcipulis ſuis conuerſari, ne ad vitam rediſſe mortalem putaretur: ſed aliquanto tempore, vt ſe verè reſurrexiſſe oſtenderet.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa reſurrectionem Chriſti duo erant diſcipulis declaranda, ſcilicet ipſa veritas reſurrectionis,

¶ Super Quæſtionis quinquageſimæquinte Articulum quartum.

Annot. TItulus clarus ex Euãgelio: in quo narratur Chriſtus viſus modò vi hortulani, modòvt peregrin⁹.

Coment. ¶In corpore vnica concluſio: Chriſtus quibuſdam ad credendum diſpoſitis, cõueniebat apparuit in ſua effigie, quibuſdam autem minus diſpoſitis, conueniẽter apparuit in alia effigie. Probatur: Reſurrectio Chriſti reuelanda erat hominib⁹ ſecundũ modum quo eis diuina reuelantur, ſed diuina diuerſimodè affectis, diuerſimodè reuelantur, quia bene diſpoſiti percipiũt ſecũdum veritatẽ, & nõ bene diſpoſiti per ſuam ſecundũ quandam cõfuſionem dubietatis ſeu erroris: ergo. Minor probatur: quia animalis homo nõ percipit ea quæ Dei ſunt. Indiſpoſitio quorundã diſcipulorũ probatur ex Euangelio, Nos autẽ ſperabamus, &c. Et cõfirmatur ratio autoritate Gregorij.

Annot. ¶ In reſponſione ad ſecundum, aduerte quòd duæ rationes hactenus allatæ ſunt in litera circa erroneam viſionem, qua Chriſtus corporali viſu nõ cognoſcebatur in propria, quam retinebat, effigie. Altera aſſertur hîc ex parte videntis, quæ tãgitur ab Euangeliſta, Oculi autem eorum tenebantur ne eũ agnoſcerẽt: & hæc attribuitur opinioni diaboli ab Aug. Altera eſt poſita in quæſtione præcedẽte art. 2. ad 1. & tenet ſe ex parte actionis obiecti, quia ſcilicet corp⁹ glorioſum eo quòd ſpirituale eſt, in poteſtate ſua habet agere in viſũ ſecundum aliquid ſui, & ſecundum aliquid nõ: puta immutare viſum ſecundũ quædã lineamenta ſua & ſecundum quædam non, & ſimiliter ſecundum quædam colorẽ & ſecundũ quendã non: & ſic facilè apparet viſui alia effigies corporis, in ſe tãmmutati. Et hanc cauſam rationabile eſt fuiſſe in errore Magdalenæ exiſtimãtis Hortulanũ, de qua non eſt ſcripta cauſa ex parte oculorũ.

resurrectionis, & gloria reſurgentis. Ad veritatem autem reſurrectionis manifeſtandã, ſufficit quòd pluries eis apparuit, & cum eis familiariter eſt locutus & comedit & bibit, & ſe eis palpandum præbuit. Ad gloriam autem reſurgentis manifeſtandam, noluit continuè conuerſari cum eis, ſicut prius fecerat, ne videretur ad talem vitam reſurrexiſſe, qualem prius habuerat. Vnde Luc. vlti. dicit eis, Hæc ſunt verba, quæ locutus ſum ad vos, cùm adhuc eſſem vobiſcum. Tunc quidem erat cum eis præſentia corporali, ſed ante cum eis fuerat non ſolùm corporali præſentia, ſed etiam ſimilitudinem mortalitatis. Vnde Beda prædicta verba exponens dicit, Cùm adhuc eſſem vobiſcum, id eſt, cùm adhuc eſſem in carne mortali, in qua eſtis & vos: tunc quidem in eadem carne reſuſcitatus erat, ſed cum illis in eadem mortalitate non erat.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd frequens Chriſti apparitio ſufficiebat ad certificandum diſcipulos de veritẽte reſurrectionis. Conuerſatio autem continua eos potuiſſet ducere in errorem, vt ad ſimilem viram eum reſurrexiſſe crederent, quam prius habuerat. Conſolationem autem de continua ſui præſentia eis in alia vita repromiſit: ſecundum illud Ioan. 16. Iterum videbo vos, & gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd Chriſtus non ideo non continuè conuerſabatur cum diſcipulis, quia reputaret ſe alibi conuenientius eſſe: ſed quia hoc diſcipulis inſtruendis conuenientius iudicabat, ſi non continuè cõuerſaretur cũ eis ratione prædicta. Incognitum autem eſt quibus in locis intermedio tempore corporaliter eſſet: cùm hoc Scriptura non tradat, & in omni loco ſit dominatio eius.

¶Ad tertium dicendum, quòd ideo prima die frequentius apparuit: quia per plura indicia erant admonendi, vt à principio fidem reſurrectionis reciperent. Poſtquam autem iam eam receperant, non oportebat eos iam certificatos, tam frequentibus apparitionibus inſtrui. Vnde in Euangelio non legitur, quòd poſt primum diem eis apparuerit niſi quinquies: vt enim Auguſt. dicit in lib. de conſenſu Euangeliſtarum, poſt primas quinque apparitiones. Sextò eis apparuit, vbi vidit eum Thomas. Septimò ad mare Tyberiadis in captione piſcium. Octauò, in monte Galilææ, ſecundum Matt. Nonò, quòd dicit Mar. Nouiſſimè recumbentibus: quia iam non erant in terra cum illo conuiuaturi. Decimò in ipſo die Aſcenſionis, non iam in terra: ſed eleuatus in nube, cùm in cælum aſcenderet. Sed non omnia ſcripta ſunt: ſicut Ioan. fatetur. Crebra enim erat eius cum eis conuerſatio, priuſquam aſcendiſſet in cælũ: & ad hoc conſolationem ipſorum. Vnde & 1. ad Corin. 15. dicitur, quòd viſus eſt pluſquam quingentis fratribus ſimul, deinde viſus eſt Iacobo, de quibus apparitionibus in Euangelio non habetur mentio.

¶Ad quartum dicendum, quòd ſicut Chryſoſt. dicit, exponens illud quod dicitur Matth. 16. Poſtquam reſurrexero, præcedam vos in Galilæam. Non, inquit, in longinquam quandam regionem, vt eis appareat, vadit: ſed in ipſa gente & in ipſis ferè regionibus, in quibus cum eo plurimùm fuerant conuerſati: vt & hinc crederẽt, quoniam qui crucifixus eſt, ipſe eſt & qui reſurrexit.

Propter hoc etiam in Galilæam ſe ire dicit, vt à timore Iudæorum liberarentur. Sic ergo, vt Ambr. dicit ſuper Luc. Dominus mãdauerat diſcipulis, vt in Galilæa eum viderent: ſed illis ob metum intra conclaue reſidentibus, ipſe primum ſe obtulit (nec hoc eſt promiſſi trãſgreſſio, ſed potius feſtinata ex benignitate impletio) poſtea verò confirmatis animis, illi Galilæam petierunt. Vel nihil obſtat, ſi dicamus pauciores intra conclaue, & quamplures in mõte fuiſſe. Vt enim Euſebius dicit, duo Euangeliſtæ, ſcilicet Lucas & Ioannes ſolis vndecim hunc ſe ribunt apparuiſſe in Hieruſalem: cæteri verò duo in Galilæam properare, non ſolis vndecim, ſed vniuerſis diſcipulis & fratribus dixerunt angelum & Saluatorem iuſſiſſe. De quibus & Paulus meminit dicens, Deinde apparuit pluſquam quingentis fratribus ſimul. Eſt autem verior ſolutio, quòd prius in Hieruſalem 11 tantibus ſemel aut bis viſus eſt, ad eorum conſolarionum: in Galilæa verò non clàm aut ſemel aut bis, ſed cum multa poteſtate oſtenſionem ſui fecit, præbens ſe eis viuentem, poſt paſſionem inſignis multis: vt Lucas teſtatur in Actibus.

Vel, ſicut dicit Auguſt. in lib. de Conſenſu Euãgeliſtarum, quòd ab angelo & Domino dictum eſt, quòd præcederet eos in Galilæam, prophetice accipiendum eſt: in Galilea enim ſecundũ tranſmigrationis ſignificationem intelligendum occurrit, quod Chriſti gratia de populo Iſrael tranſmigratura erat ad Gentes, quibus Apoſtoli prædicantes non crederentur, niſi eis ipſe Dominus viam in cordibus hominum præpararet, & hoc intelligitur, Præcedet vos in Galilæam. Secundum illud autem, quod Galilæa interpretatur reuelatio, non iam in forma ſerui intelligendus eſt, ſed in illa, in qua æqualis eſt Patri, quam promiſit dilectoribus ſuis, quos nos præcedens non deſeruit.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm Chriſtus debuerit diſcipulis in alia effigie apparere.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus non debuerit diſcipulis in alia effigie apparere. Non enim poteſt apparere ſecundum veritatem niſi quod eſt. Sed in Chriſto non fuit niſi vna effigies. Si ergo Chriſtus in alia effigie apparuit, non fuit apparitio vera, ſed ficta: quod eſt inconueniens, quia vt Auguſt. dicit in lib. 83. q. Si fallit Chriſtus, veritas non eſt, eſt autem veritas Chriſtus. Ergo videtur quòd Chriſtus non debuerit diſcipulis in alia effigie apparere. *3. di. 21. q. 2. art. 4. q. 1. ad 3. Et opuſ. 60. cap. 22. co. 5. ſi.*

¶ Præterea, Nihil poteſt in alia effigie apparere, quàm habeat, niſi oculi intuentium aliquibus præſtigiis detineantur. Huiuſmodi autem præſtigia cùm fiant magicis artibus, non conueniunt Chriſto ſecundum illud 2. ad Cor. 6. Quæ conuentio Chriſti ad Belial? Ergo videtur quòd non debuerit in alia effigie apparere.

¶ Præterea, Sicut per ſacram ſcripturam noſtra fides certificatur, ita diſcipuli certificati ſunt de fide reſurrectionis, per Chriſti apparitiones. Sed ſicut Auguſt. dicit in Epiſtola ad Hieronym. ſi vel vnum mendacium in ſacra Scriptura recipiatur, infirmabitur tota ſacræ Scripturæ autoritas. Ergo ſi vel in vna apparitione Chriſtus diſcipulis apparuit aliter quàm eſſet, infirmabitur quicquic diſcipuli poſt reſurrectionem viderunt in Chriſto: quod eſt inconueniens. Non ergo debuit in alia effigie apparere.

¶SED CONTRA eſt quod dicitur Mar. vltim. Poſt hæc duobus ex eis ambulantibus, oſtenſus eſt in alia effigie, euntibus in villam.

CONCLVSIO.

¶ Debuit Chriſtus ad credendum diſpoſitis in propria poſt reſurrectionem apparere effigie, cæterum autem minus diſpoſitis effigiem mutare pro varia illorum diſpoſitione.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (ſicut dictum eſt) reſurrectio Chriſti manifeſtanda fuit hominibus per modum, quo eis diuina reuelantur. Innoteſcunt autem diuina hominibus diuerſimodè, ſecundum quòd diuerſimodè ſunt affecti. Nam illi, qui habent mentem bene diſpoſitam, ſecundum veritatem diuina percipiunt. Illi autem, qui non habent mentem bene diſpoſitam, diuina percipiunt cum quadam confuſione dubietatis, vel erroris. Animalis enim homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei, vt dicitur 1. ad Cor. 2. Et ideo Chriſtus quibuſdam ad credendum diſpoſitis, poſt reſurrectionem apparuit in ſua effigie. Illis autem in alia effigie apparuit, qui iam videbantur circa fidem repeſcere. Vnde dicebant, Nos autem ſperabamus, quia ipſe eſſet redempturus Iſrael. Vnde Greg. dicit in Homil. quòd talem ſe exhibuit eis in corpore, qualis apud illos erat in mente: quia enim adhuc in eorum cordibus peregrinus erat à fi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis quinquagesimequinte Articulum quintum.*

Comment. TItulus in principio corporis ab ipso Autore declaratur.

¶ In corpore primo declaratur duplex accepti argumenti, scilicet quid est ratio rei dubiæ faciès fidē: vel quid est sensibile signū ad manifestandam veritatem.

¶ Secundò respondetur quæsito, sumēdo argumentū primo modo. duplici cōclusione. Prima est: Christus non probauit resurrectionē suā per argumenta. Secūda est: Christus probauit eā resurrectionem suam per argumentum tale (hoc est secundum quid) scilicet per sacram Scripturam. Prima cōclusio probatur, quia deerant principia argumēti nota discipulis. Secūda probatur ex Euangelio Luc. vlt.

Annot. ¶ Vbi scito, quòd pluries post resurrectionē visus est dominus hoc argumento, scilicet cū discipulis euntibus in Emaus & cum Apostolis aperiendo illis sensum, vt intelligerēt Scripturas, & in verbis allatis in litera.

Comment. ¶ Tertiò respōdetur quæsito, accipiēdo argumētum secūdo modo, vna cōclusione: Christi suā resurrectionē multis argumētis cōueniēter declarauit. Probaturdupliciter quare hoc fecerit, & ex pia certi, & ex parte officij prædicandi.

¶ *Super Quæstionis quinquagesimequintæ Articulum sextum.*

Comment. TItulus clarus.

¶ In corpore est vna cōclusio respōsiua quæsito. Virtute manifestatio resurrectionis, scilicet per testimonia, & per argumentum, id est signum sensibile, fuit sufficiēs suo genere: hoc est alia in genere testimonij, altera in genere signi sensibilis.

Et opus. ¶ Et intellige sufficientia ad causandam certitudinem fidei, nō certitudinem scientiæ. Manifestatur cōclusio quo ad primam partem, primò de testimonio angelorum secundò de testimonio Scripturarum.

Annot. Vbi quo ad testimonium angelorum, potest addere, quòd in die Ascēsionis angeli testimonium perhibuerunt resurrectioni Christi, annuntiando illius locum & secundum aduētum ita quòd testimonium angelorū habemus non solùm per mulieres, sed ad ipsos discipulos immediatè. Secūda autem pars cōclusionis declarat quo ad duo ostēsa: primò quo ad verā resurrectionē, secundò quo ad gloriā illius. Satis ordinatè in litera, in qua clarā sunt omnia.

de, ire se longius finxit, scilicet ac si esset peregrinus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Augustinus dicit in lib. de Quæstionibus Euangelij: Non omne quod fingimus, mendacium est: sed quando illud fingimus, quod nihil significat, tunc est mendacium. cùm autem fictio nostra refertur in aliquam significationem, non est mendacium, sed aliqua figura veritatis. Alioquin omnia quæ à sapientibus & sanctis viris, vel etiam ab ipso Domino figuratè dicta sunt, mendacia deputabuntur: quia secundum vsitatum intellectū non consistit veritas in talibus dictis. Sicut autem dicta, ita etiam finguntur facta sine mendacio ad aliquam rem significandam, & ita factum est hic vt dictum est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Augustinus dicit in lib. de Consensu Euang. Dominus poterat transformare carnem suam, vt alia reuera esset effigies ab illa, quam solebant intueri: quandoquidem & ante passionem suam transformatus est in monte, vt facies eius clarescereret sicut sol: sed non ita nūc factum est. Non autem incongruenter accipimus hoc impedimentum in oculis eorum à Satana factum fuisse, ne agnoscerentur Iesus. Vnde Luc. vlti. dicitur, quòd oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa sequeretur, si ab alienæ effigiei aspectu non fuissent reducti ad verè videndum Christi effigiem. Sicut enim Aug. dicit ibid. * Tamen à Christo facta est permissio, vt scilicet prædicto modo oculi eorum tenerentur vsq; ad sacramentum panis, vt vnitate corporis eius participata, remoueri intelligatur impedimentum inimici, vt Christus possit agnosci. Vnde ibidem subditur, quòd aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum: non quòd antè clausis oculis ambularent: sed inerat aliquid quo non sinerentur agnoscere quod videbant, quod scilicet caligo & aliquis humor efficere solet.

** Alibi Tatum.*

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm Christus veritatem resurrectionis debuit argumentis declarare.

3. dist. 21. q. 2. art. 3. & 4. Et opus. 35. 245 Et opus. 60. c. 22. 69. 4.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod Christus veritatem resurrectionis non debuerit argumentis declarare. Dicit enim Ambros. Tolle argumenta vbi fides quæritur, sed circa resurrectionem Christi quæritur fides. Non ergo habent ibi locū argumenta.

¶ Præterea, Gregor. dicit, Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. Sed ad Christum non pertinebat meritum fidei euocare. Ergo ad eum non pertinebat resurrectionem per argumenta confirmare.

¶ Præterea, Christus in mundum venit, vt per eum homines beatitudinem adipiscantur: secundum illud Ioan. 10. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Sed per huiusmodi ostensiones argumentorum videtur humanæ beatitudini impedimentum præstari: dicitur enim Ioan. 20. Beati qui non viderunt, & crediderunt. Ergo videtur quòd Christus non debuerit per aliqua argumenta resurrectionem suam manifestare.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Act. 1. quòd apparuerit discipulis Christus per dies quadraginta in multis argumentis, loquens de regno Dei.

CONCLVSIO.

¶ Christus non probauit resurrectionem suam per euidentia discipulis argumenta, sed sacræ scripturæ testimonio contentus est: probauit autem secundum quædam euidentia signa se verè à mortuis resurrexisse.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd argumnetum dicitur dupliciter. Quandoque dicitur argumentum quæcunq; ratio, rei dubiæ faciens fidem. Quandoq; autem dicitur argumentum aliquod sensibile signum, quod inducitur ad alicuius veritatis manifestationem: sicut etiam Aristot. in libris suis aliquando vtitur nomine Argumenti. Primo igitur modo accipiendo argumentum, Christus non probauit discipulis suam resurrectionem per argumenta, quia talis probatio argumentatiua processisset ex aliquibus principiis, quæ si non essent nota discipulis, nihil per ea eis manifestaretur: quia ex ignotis non potest aliquid fieri notum. Si autem essent eis nota, non transcenderent rationē humanam, & ita non essent efficacia ad fidem resurrectionis astruendā, quæ rationem humanam excedit. Oportet enim principia ex eodem genere assumi, vt dicitur in primo Posteriorum. Probauit autem eis resurrectionem suam per autoritatem sacræ Scripturæ (quæ est fidei fundamentum) cùm dixit, Oportet impleri omnia quæ scripta sunt in lege & Psalmis & Prophetis de me, vt habetur Luc. vlt. Si autem accipiatur secundo modo argumentum, sic dicitur Christus suam resurrectionem argumentis declarasse, in quantum per quædam euidentia signa, se verè resurrexisse ostendit. Vnde in Græco, vbi nos habemus, In multis argumentis, loco argumenti, ponitur tecmerion, quod est signum euidens ad probandum. Quæ quidem signa resurrectionis Christus ostendit discipulis propter duo. primò quidem, quia non erant corda eorum disposita, ad hoc quòd de facili fidem resurrectionis acciperent, vnde ipse dicit eis Luc. vltim. O stulti & tardi corde ad credendum. & Mar. vltim. exprobauit illis incredulitatem eorum & duritiam cordis.

Secundò, vt per huiusmodi signa eis ostensa, efficacius eorum testimonium redderetur: secundum illud 1. Ioan. 1. Quod vidimus, & audiuimus, & manus nostræ contrectauerunt, hoc testamur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Ambros. ibi loquitur de argumentis secundum rationem humanam procedentibus, quæ inualida sunt ad ea quæ sunt fidei ostendenda: sicut ostensum est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd meritum fidei est ex hoc, quòd homo ex mandato Dei credit quod non videt. Vnde illa sola ratio meritum excludit, quæ facit videri per scientiam id quod credendo proponitur, & talis est ratio demonstratiua. Huiusmodi autem rationes Christus non induxit ad resurrectionem suam declarandam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut dictum est) meritum beatitudinis, quod causat fides, non totaliter excluditur, nisi homo nollet credere, nisi ea quæ videt, sed quòd aliquis ea quæ non videt, credat per aliqua signa visa, non totaliter fidem euacuat nec meritum eius. Sicut & Thomas, cui dictum est, Quia vidisti me, credidisti, aliud vidit & aliud credidit: vidit vulnera, & credidit Deum. Est autem perfectioris fidei qui non requirit huiusmodi auxilia ad credendum. Vnde ad arguendum defectum fidei in quibusdam Dominus dicit Ioan. 4. Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Et secundum hoc potest intelligi, quòd illi qui sunt tam prompti animi, vt credant Deo etiam signis non visis, sint beati per comparationem ad illos, qui non credunt nisi talia videant.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm argumenta, quæ Christus induxit sufficienter manifestauerint resurrectionem eius.

Sacri scripturæ testimonio contentus est.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd argumenta quæ Christus induxit, non sufficienter manifestauerint veritatem resurrectionis eius. Nihil enim ostēdit Christus discipulis post resurrectionem, quod etiam angeli hominibus apparentes, vel non ostenderint vel ostendere non potuerint: nam angeli frequenter in humana effigie se hominibus ostenderunt: & cùm eis loquebantur, & conuersabantur, & comedebant, ac si essent homines veri: sicut patet Genes. 18. de angelis, quos Abraham suscepit hospitio, & in libro

libro Tobiæ, de angelo qui eum duxit & reduxit. Et tamen angeli non habent vera corpora naturaliter sibi vnita, quod requiritur ad resurrectionem. Non ergo signa quæ Christus discipulis exhibuit, fuerunt sufficientia ad resurrectionem eius manifestandam.

¶ Præterea, Christus resurrexit resurrectione gloriosa, id est habēs simul humanam naturam cum gloria. Sed quædam Christus ostēdit discipulis quæ videntur esse contraria naturæ humanæ (sicut quòd ab oculis eorum euanuit, & quòd ad eos ianuis clausis intrauit) quædam autem videntur esse contraria gloriæ: puta quòd manducauit & bibit, & quòd habuit vulnerum cicatrices. Ergo videtur quòd illa argumenta non fuerint sufficientia neq; conuenientia ad fidem resurrectionis ostendendam.

¶ Præterea, Corpus Christi non erat tale post resurrectionem, vt tangi deberet ab homine mortali, vnde & ipse dixit Magdalenæ Ioan. 20. Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum. Non ergo fuit conueniens, quòd ad manifestandam veritatem resurrectionis suæ, seipsum discipulis palpandum exhiberet.

¶ Præterea, Inter dotes glorificati corporis, præcipua videtur esse claritas, quam tamen in resurrectione nullo argumento ostendit. Ergo videtur quòd insufficientia fuerint illa argumenta ad manifestandam qualitatem resurrectionis Christi.

** Argumentum Sophistæ*

¶ Præterea, * Angeli in testes resurrectionis inducti, ex ista dissonantia Euangelistarum, insufficientes videntur. Nam apud Matth. Angelus super lapidem reuolutum, apud Marcum verò, intus angelus describitur visus à mulieribus ingressis monumentum. Et rursus ab istis vnus, à Ioanne duo sedentes, à Luca verò duo stantes describuntur. Inconuenientia ergo videntur testimonia resurrectionis.

¶ SED CONTRA est, quòd Christus, qui est Dei sapientia, suauiter & conuenienter disponit omnia: vt dicitur Sap. 8.

CONCLVSIO.

¶ Sufficientibus argumentis, seu in suo genere signis, ostendit Christus verè se resurrexisse à mortuis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd Christus resurrectionem suam dupliciter manifestauit, scilicet testimonio & argumēto, siue signo. Et vtraq; manifestatio in suo genere fuit sufficiens. Est enim visus duplici testimonio ad manifestandam suam resurrectionem discipulis: quorum neutrum potest refelli. Quorum primum est testimonium angelorum, qui mulieribus resurrectionē annuntiauerunt: vt patet per omnes Euangelistas. Aliud autem est testimonium Scripturarum, quas ipse proposuit ad ostensionem suæ resurrectionis: vt dicitur Luc. vlti.

Argumenta etiam fuerunt sufficientia ad ostendendam veram resurrectionem, & gloriosam. Quòd autem fuerit vera resurrectio, ostendit vno modo ex parte corporis. Circa quod tria ostendit. primò quidem quòd esset corpus verum & solidum, non corpus phantasticum vel rarum, sicut est aër. Et hoc ostendit per hoc quòd corpus suum palpabile præbuit. Vnde ipse dicit Luc. vltim. Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Secundò ostendit quòd esset corpus humanum, ostendendo eis veram effigiem, quam oculis intuerentur. Tertiò ostendit eis quòd esset idem numero corpus, quod prius habuerat, ostendendo eis vulnerum cicatrices. Vnde vt legitur Luc. vlt. dixit eis, Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Alio modo ostendit eis veritatem suæ resurrectionis ex parte animæ, iterato corpori vnitæ. Et hoc ostendit per opera triplicis vitæ. Primò quidem per opus vitæ nutritiuæ, in hoc quòd cum discipulis manducauit & bibit: vt legitur Luc. vltim. Secundò per opera vitæ sensitiuæ, in hoc quòd discipulis ad interrogata respondebat, & præsentes salutabat, in quo ostendebat se & videre & audire. Tertiò per opera vitæ intellectiuæ, in hoc quòd eis loquebatur, & de Scripturis differebat. Et ne quid deesset ad perfectionem manifestationis, ostendit etiam se habere diuinam naturam, per miraculum quod fecit in piscibus capiendis, & vlterius per hoc quòd eis videntibus ascendit in cælum: quia, vt dicitur Ioan. 3. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, Filius hominis, qui est in cælo. Gloriam etiam suæ resurrectionis ostendit discipulis, per hoc quòd ad eos ianuis clausis intrauit: secundum enim quod Gregor. dicit in Homil. palpandam carnem Dominus præbuit, quam ianuis clausis introduxit: vt esse post resurrectionem ostenderet corpus suum, & eiusdem naturæ & alterius gloriæ. Similiter etiam ad proprietatem gloriæ pertinebat, quòd subito ab oculis eorum euanuit, vt dicitur Lucæ vltim. quia per hoc ostendebatur quòd in potestate eius erat videri & non videri: quod pertinet ad conditionem corporis glorioſi, vt supra dictum est.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet singula argumentorum non sufficerent ad manifestandam perfectè Christi resurrectionem, tamen omnia simul accepta, perfectè Christi resurrectionem manifestant: maximè propter Scripturæ testimonium & angelorum dicta, & etiam ipsius Christi assertionem miraculis confirmatam. Angeli autem apparentes non asserebant se homines esse: sicut asseruit Christus verè se hominem esse. Et tamen aliter Christus manducauit, & aliter angeli. Nam quia corpora ab angelis assumpta, non erant corpora viua vel animata, non erat vera comestio, licet esset vera cibi contritio, & traiectio in interiorem partem corporis assumpti. Vnde & angelus dixit Tobiæ 10. Cùm essem vobiscum, videbar quidem vobiscum manducare & bibere: sed ego cibo inuisibili vtor. Sed quia corpus Christi verè fuit animatum, vera fuit eius comestio. Vt enim Augustinus dicit 13. de Ciuit. Dei, non potestas, sed egestas edendi, corporibus resurgentium aufertur. Vnde sicut Beda dicit, Christus manducauit potestate, non egestate.

¶ Ad secundum dicendum, quòd (sicut dictum est) argumenta quædam inducebantur à Christo ad probandam veritatem humanæ naturæ, quædam verò ad probandam gloriam resurgētis. Conditio autem naturæ humanæ secundum quòd in se consideratur (quantum scilicet ad statum præsentem) contrariatur conditioni gloriæ: secundum illud 1. ad Corinth. 15. Seminatur in infirmitate, surget in virtute. Et ideo ea quę inducuntur ad ostendendam conditionem gloriæ, videntur habere cōtrarietatem ad naturam, non simpliciter, sed secundum statum præsentem: & econuerso. Vnde Gregor. dicit in Homil. quòd duo mira & iuxta humanam rationem sibi valde contraria, Dominus ostendit, dum post resurrectionem corpus suum, & incorruptibile & tamen palpabile demonstrauit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut Augustinus dicit super Ioan.) hoc quod Dominus dixit, Noli me tangere: nondum enim ascendi ad Patrem meum: sic dictum est, vt in illa fœmina figuraretur Ecclesia de Gentibus, quæ in Christum non credidit, nisi cùm ascendisset ad Patrem: aut sic in se credi voluit Iesus, hoc est sic se spiritualiter tangi, quòd ipse & Pater vnum sunt. Eius quippe intimis sensibus quodam modo ascendit ad Patrem, qui sic in eo processerit, vt Patri agnoscat æqualem. hæc autem carnaliter adhuc in eum credebat, quem sicut hominem fiebat. Quòd autem Maria alibi legitur Christum tetigisse, quando simul cum aliis mulieribus accessit, & tenuit pedes eius, quæstionem non facit, vt Seuerianus dicit. Siquidem illud de figura est, hoc de sexu: illud de diuina gratia, hoc de humana natura. Vel sicut Chrysost. dicit, volebat hæc mulier adhuc cum Christo conuersari, sicut & ante passionem, & præ gaudio nihil magnum cogitabat: quanuis caro Christi multò melior facta fuerit resurgendo. Et ideo dixit, Nondum ascendi ad Patrem meum: quasi dicat, Non æstimes me iam terrenam vitam agere: quòd enim in terris me vides, hoc est quia nondum ascendi ad Patrem meum, sed in promptu est quòd ascendam. vnde subditur, Ascendo ad Patrē meum, & Patrem vestrum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut Aug. dicit in Dial. ad Orosium, Clarificat in carne Dominus resurrexit: sed noluit in ea clarificatione discipulis suis apparere, quia non possent oculis suis talem claritatem prospicere. Si enim antequam moreretur pro nobis, & resurgeret, quando transfiguratus est in monte discipuli sui eum videre non potuerunt, quantò magis glorificata carne Domini, eum videre non potuerunt? Est etiam considerandum, quòd post resurrectionem Dominus hoc præcipuè volebat ostendere, quòd idem ipse esset, qui mortuus fuerat. quod multum poterat impedire, si ei sui corporis claritatem ostenderet. Nam immutatio quæ fit secundum aspectum, maximè ostendit diuersitatem eius quod videtur: quia sensibilia communia (inter quæ est vnum & multa, vel idem & diuersum) maximè diiudicat visus. Sed ante passionem, ne infirmitatem passionis eius discipuli despicerent, intendebat Christus eis gloriam ma-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis quinquagesimæsextæ Articulum primum.*

Comment. TItulus clarus.

¶ In corpore vna est conclusio, Resurrectio Christi est causa resurrectionis. Probatur tripliciter. Primo ratione principij in quolibet genere, &c. secundò autoritate Apostoli, tertiò ex consona Verbi incarnati. Omnia clara & distincta sunt in litera.

¶ In responsione ad tertium, aduerte quòd humanitas Christi qua est organum coniunctum personaliter verbo Dei, est velut vniuersale instrumentum Dei ad miracula facienda: vt ex superi' dictis habetur. Determinatur autē ad esse instrumentum ad hoc vel illud op' miraculosum, per aliquam ipsius conditionem: vt a quòd ex hoc quòd passa est, intelligimus cōmunicatam sibi per quandam appropriationem virtutem remissiua peccatorum: & ex hoc quòd resurrexit, cōmunicata similiter est sibi virtus resuscitatiua mortuorū, & sic de aliis similibus instrumentalibus actionibus, quæ humanitati Christi tribuuntur instrumentaliter, Deo autem principaliter. Sic enim resurrectio Christi dicitur causa nostræ resurrectionis quoniam per ipsam, vt dictum est, Christus homo instrumentū efficax cōstitutus est ad resuscitandos homines in vitam æternam.

** Supra lapidem reuoluti à monumēto. sicut dicit Matt. vt hoc sit sedentem.*

4. dist. 43. art. 2. q. 1. Et 4. cō. ca. 78. Et veri. q. 27. ar. 3. ad 7. Et opus. 3. c. 246 Et opus 60. c. 22. co. 7. Et 1. Co. 15. lec. 1. co. 2.

ieſtatis ſuę oſtendere: quam maxime demōſtrat claritas corporis. Et ideo ante paſſionem, gloriam ſuam demonſtrauit diſcipulis per claritatem: poſt reſurrectionem autem per alia indicia.

¶Ad quintum dicendum, quòd ſicut Auguſt. dicit in libro de Conſenſu Euang. poſſumus intelligere vnum angelum viſum à mulieribus, ſecundum Matth. & Mar. vt eas ingreſſas in monumentum accipiamus: in aliquod ſcilicet ſpatium, quod erat aliqua maceria communitū, atque ibi vidiſſe angelum * ſedentem à dextris: quod dicit Marcus. Deinde dum introſpicerent locum in quo iacuerat corpus Domini, viſos ab eis alios duos angelos, primò quidem ſedentes (vt dicit Ioan.) & poſtea eos ſurrexiſſe, vt ſtantes videntur: vt dicit Lucas.

QVAESTIO QVINQVAGESIMASEXTA, *De Reſurrectionis Chriſti cauſalitate, in duos articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de cauſalitate reſurrectionis Chriſti.

¶Et circa hoc quæruntur duo.

¶Primò, vtrùm reſurrectio Chriſti ſit cauſa noſtræ reſurrectionis.

¶Secundò, vtrùm reſurrectio Chriſti ſit cauſa noſtræ iuſtificationis.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrùm reſurrectio Chriſti ſit cauſa reſurrectionis corporum.*

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quod reſurrectio Chriſti non ſit cauſa reſurrectionis corporum. Poſita enim cauſa ſufficienti, neceſſe eſt effectum poni. Si ergo reſurrectio Chriſti eſt cauſa ſufficiens reſurrectionis corporum, ſtatim eo reſurgente omnes mortui reſurgere debuerunt.

¶Præterea, Cauſa reſurrectionis mortuorum eſt diuina iuſtitia, vt ſcilicet corpora ſimul præmiantur vel puniantur cum animabus, ſicut communicauerunt merito vel peccato: vt dicit Dionyſ. vlt. c. Cæleſt. hierarch. & etiam Damaſc. in 3. lib. Sed iuſtitiam Dei neceſſe eſſet impleri, etiam ſi Chriſtus non reſurrexiſſet. Ergo etiā Chriſto non reſurgente, mortui reſurgerēt. Non ergo reſurrectio Chriſti eſt cauſa reſurrectionis corporum.

¶Præterea, Si reſurrectio Chriſti ſit cauſa reſurrectionis corporum, aut eſſet cauſa exemplaris, aut cauſa effectiua, aut meritoria. Sed non eſt cauſa exemplaris: quia reſurrectionem corporum Deus operabitur: ſecundum illud Ioan. 5. Sicut pater ſuſcitat mortuos, Deus autem non indiget, inſpicere ad aliquod exemplar extra ſe. Similiter etiam non eſt cauſa effectiua: quia cauſa efficiens non agit niſi per contactum vel ſpiritualem vel corporalem, manifeſtum eſt autem quòd reſurrectio Chriſti non habet contactum corporalem ad mortuos, qui reſurgent, propter diſtantiam temporis & loci, ſimiliter etiam nec contactum ſpirituālem, qui eſt per fidem & charitatem: quia etiam infideles & peccatores reſurgent. Neque etiam eſt cauſa meritoria: quia Chriſtus reſurgens iam non erat viator, & ita non erat in ſtatu merendi. Et ita nullo modo reſurrectio Chriſti videtur eſſe cauſa noſtræ reſurrectionis.

¶Præterea, Cùm mors ſit priuatio vitæ, nihil videtur eſſe aliud deſtruere mortem, quàm reducere vitam: quod pertinet ad reſurrectionē. Sed Chriſtus moriendo, mortē noſtrā deſtruxit. Ergo mors Chriſti eſt cauſa noſtræ reſurrectionis, non ergo eius reſurrectio.

¶SED CONTRA eſt quod ſuper illud 1. ad Corint. 15. Si Chriſtus prædicatur, quòd reſurrexit à mortuis, &c. dicit gloſſ. Qui eſt cauſa ſufficiens reſurrectionis noſtræ.

CONCLVSIO.

¶ *cùm Chriſtus reſurrexerit primitiæ omnium dormientium, ipſa eius reſurrectio cauſa eſt noſtræ reſurrectionis.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd illud, quod eſt primū in quolibet genere, eſt cauſa omnium, quæ ſunt poſt, vt dicitur in 2. Meta. Primum autem in genere noſtræ reſurrectionis fuit reſurrectio Chriſti, ſicut ex ſupradictis patet. Vnde oportet quòd reſurrectio Chriſti ſit cauſa noſtræ reſurrectionis. Et hoc eſt quod Apoſt. dicit 1. ad Corinth. 15. Chriſtus reſurrexit à mortuis primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. Et hoc rationabiliter, nam principium humanæ viuificationis eſt verbum Dei, de quo dicitur in Pſalm. Apud te eſt fons vitæ. Vnde & ipſe dicit Ioan. 5. Sicut pater ſuſcitat mortuos & viuificat, ſic & Filius quos vult viuificat. Habet autem hoc naturalis ordo rerum diuinitus inſtitutus, vt quælibet cauſa primò operetur in id quod eſt ſibi propinquius, & per illud operetur in alia magis remota: ſicut ignis primò calefacit aerem ſibi propinquum, per quem calefacit corpora diſtantia. & ipſa. & ipſe Deus primò illuminat ſubſtantias ſibi propinquas, per quas illuminat magis remotas, vt Diony. dicit 13. c. Cæleſt. hierarc. Et ideo verbum Dei primò tribuit vitam immortalem corpori ſibi naturaliter vnito, & per ipſum operatur reſurrectionem in omnibus aliis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd (ſicut dictum eſt) reſurrectio Chriſti eſt cauſa noſtræ reſurrectionis per virtutem Verbi vniti, quod quidem operatur ſecundū voluntatem. Et ideo non oportet quòd ſtatim ſequatur effectus: ſed ſecundum diſpoſitionem verbi Deitur ſcilicet primò conformemur Chriſto patienti & morienti in hac vita paſſibili & mortali, deinde perueniamus * ad percipiendum ſimilitudinem reſurrectionis ipſius.

** Aliàs per paſſionē.*

¶Ad ſecundum dicendum, quòd iuſtitia Dei eſt cauſa prima reſurrectionis noſtræ: reſurrectio autem Chriſti eſt cauſa ſecundaria & quaſi inſtrumentalis. Licet autem virtus principalis agentis non determinetur ad hoc inſtrumentum determinatē: tamen ex quo per hoc inſtrumentum operatur, inſtrumentū illud eſt cauſa efficiens. Sic ergo diuina iuſtitia, quantum eſt de ſe, non eſt obligata ad reſurrectionem noſtram cauſandam per reſurrectionem Chriſti: poterat enim alio modo nos Deus liberare, quàm per Chriſti paſſionem & reſurrectionem, vt ſuprà dictum eſt. Ex quo tamen decreuit hoc modo nos liberare, mani feſtū eſt, quòd reſurrectio Chriſti eſt cauſa noſtræ reſurrectionis.

¶Ad tertium dicendum, quòd reſurrectio Chriſti non eſt propriè loquendo, cauſa meritoria noſtræ reſurrectionis: ſed eſt cauſa efficiens & exemplaris. Efficiens quidem, inquantum humanitas, ſecundum quam reſurrexit, eſt quodammodo inſtrumentum diuinitatis ipſius, & operatur in virtute eius: vt ſuprà dictū eſt. Et ideo ſicut alia quæ Chriſtus in ſua humanitate fecit, vel paſſus eſt, ex virtute diuinitatis eius ſunt nobis ſalutaria (vt ſupra dictum eſt) ita & reſurrectio Chriſti eſt cauſa efficiens noſtræ reſurrectionis virtute diuina: cuius proprium eſt mortuos viuificare. Quæ quidem virtus præſentialiter attingit omnia loca & tempora, & talis contactus * virtualis ſufficit ad rationem huius efficientiæ. Et quia (vt dictum eſt) primordialis cauſa reſurrectionis humanæ eſt diuina iuſtitia: ex qua Chriſtus habet poteſtatē iudicium facere, inquantum filius hominis eſt, virtus effectiua reſurrectionis eius ſe extendit, non ſolùm ad bonos, ſed etiam ad malos, qui ſunt eius iudicio ſubiecti. Sicut autem reſurrectio corporis Chriſti, ex eo quòd corpus illud eſt perſonaliter Verbo vnitum, eſt prima tempore, ita etiam eſt prima dignitate & perfectione: vt dicit gloſſ. 1. ad Cor. 15. Semper autem id quod eſt perfectiſſimū, eſt exemplar eius quod eſt minus perfectum, ſecundum ſuum modū: & ideo reſurrectio Chriſti eſt cauſa exemplaris noſtræ reſurrectionis. Quod quidem neceſſarium eſt, non ex parte reſuſcitantis, qui non indiget exemplari, ſed ex parte reſuſcitatorum, quos oportet illi reſurrectioni conformari: ſecundū illud Phil. 3. Reformabit corpus humilitatis noſtræ, cōfiguratū corpori claritatis ſuæ. Licet autē efficientia reſurrectionis Chriſti ſe extēdat ad reſurrectionē tā bonorū, quàm malorum: exemplaritas tamen eius ſe extendit propriè ſolùm ad bonos, qui ſunt facti cōformes filiationis ipſius: vt dicitur Rom. 8.

** Aliàs ſimilitudinem.*

¶Ad quartum dicendum, quòd ſecundum rationem efficientiæ, quæ dependet ex virtute diuina, communiter tam mors Chriſti, quàm etiā reſurrectio, eſt cauſa tam deſtructionis mortis, quàm reparationis vitæ. Sed ſecundum rationem exemplaritatis, mors Chriſti, per quam receſſit à vita mortali, eſt cauſa deſtructionis mortis noſtræ: reſurrectio verò eius, per quam inchoauit vitam immortalem, eſt cauſa reparationis vitæ noſtræ. Paſſio tamen Chriſti eſt inſuper cauſa meritoria: vt ſuprà dictum eſt.

ART

¶ *Super Quæſtionis quinquageſimæſextæ Articulum ſecundū.*

Anast. Lorin. ſup. ar. 1. qui. TItulus clarus eſt, intelligēdi reſurrectionis animæ eſſe à morte peccati: mors enim animæ peccatum eſt, & vita eius eſt gratia Dei.

Clement. ¶In corpore ſunt duæ concluſiones. Prima eſt: Reſurrectio Chriſti habet virtutem inſtrumentaliter effectiuam reſpectu reſurrectionis animarum, & non ſolùm corporum. Probatur: Reſurrectio Chriſti agit in virtute deitatis, extendēdis ſe non ſolùm ad vitam corporum, ſed animarum ergo.

Annot. ¶Aduerte hīc, quòd cōſequentia ſeu ratio iſta preſupponit ſupradicta de poteſtia ſeu omnipoteſtia humanitatis Chriſti, quòd ſcilicet extendat ſe poteſtas eius inſtrumentalis ad quæcunq; mirabilia opera, excedentia hic quæſpectant ad primam rerum creationem, &c. vt ibi latius patuit. Suppoſita enim adequatione organi, gratia materiæ ſubiectæ ut per argumentum, Virtus deitatis principaliter extendit ſe ad vitam corporū & animarū: ergo virtus inſtrumentalis humanitatis extendit ſe ad eadem.

Clement. ¶Secunda concluſio eſt: Reſurrectio Chriſti eſt cauſa exemplaris reſurrectionis animarū. Probatur ipſa Chriſto reſurgenti debemus etiam ſecundum animam cōformari. Et hoc declaratur autoritate apoſtoli quo ad duo ſcilicet nouitatem vitæ & quo ad vitationem vlteriorīs mortis.

¶ *Super Quæſtionis quinquageſimæſeptimæ Articulū primū.*

TItulus clarus.

¶In corpore vna concluſio: Conuenientiam fuit Chriſtū non remanere in terris, ſed aſcendere in cælum. Probatur: Locus debet eſſe proportionatus locato, &c. vt clarè patet in littera.

meritum, quod eſt effectus iuſtificatoris: * ſed reſurrectio corporum ordinatur ad pœnam vel præmium, quæ ſunt effectus iudicantis. Ad Chriſtum autem non pertinet iuſtificare omnes, ſed iudicare: & ideo omnes reſuſcitat ſecundum corpus, ſed nō omnes ſecundum animam.

** Aliàs iuſtificationis.*

¶Ad quartum dicendum, quòd in iuſtificatione animarum duo concurrunt, ſcilicet remiſſio culpæ, & nouitas vitæ per gratiam. Quantum ergo ad efficientiam, quæ eſt per virtutem diuinam, tam paſſio Chriſti quam reſurrectio eſt cauſa iuſtificationis quo ad vtrunque. Sed quantum ad exemplaritatem propriè paſſio & mors Chriſti, eſt cauſa remiſſionis culpæ, per quam morimur peccato: reſurrectio autem Chriſti, eſt cauſa nouitatis vitæ, quę eſt per gratiam ſiue iuſtitiam. Et ideo Apoſt. dicit Rom. 4. quòd traditus eſt, ſcilicet in mortem, propter delicta noſtra, ſcilicet tollenda, & reſurrexit propter ſanctificationem noſtram, ſed paſſio Chriſti eſt etiam cauſa meritoria: vt dictum eſt.

QVAESTIO QVINQVAGESIMASEPTIMA, *De aſcenſione Chriſti, in ſex articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de aſcenſione Chriſti.

¶Et circa hoc quæruntur ſex.

¶Primò, vtrùm fuerit conueniens Chriſtum aſcendere.

¶Secundò, ſecundum quam naturam conueniat ſibi aſcenſio.

¶Tertiò, vtrùm propria virtute aſcenderit.

¶Quartò, vtrùm aſcenderit ſuper omnes cælos corporeos.

¶Quinto, vtrùm aſcenderit ſuper omnes ſpirituales creaturas.

¶Sextò, de effectu aſcenſionis.

ARCICVLVS I.

¶ *Vtrùm fuerit conueniens Chriſtum aſcendere.*

3. di. 22. 93. ar. 1. Et opuſ. 3. c. 247 Et opuſ. 60. c. 23. princ.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens Chriſtum aſcendere. Dicit enim Philoſophus in 2. de Cæl. quòd illa quæ optimo modo ſe habent, poſſident ſuum modum ſine motu. Sed Chriſtus optimè ſe habuit: quia & ſecundum diuinam naturam eſt ſummum bonum, & ſecundum humanam naturam, eſt ſummè glorificatus: ergo ſuum bonum habet ſine motu. Sed aſcenſio eſt quidā motus. ergo nō fuit conueniens, quòd Chriſtus aſcenderet.

¶Præterea, Omne quod mouetur, mouetur propter aliquid melius. Sed Chriſto non fuit melius eſſe in cælo, quàm in terra: nihil enim accreuit ſibi per hoc quod fuit in cælo: neque quantum ad animam neque quantum ad corpus. Ergo videtur quod Chriſtus non debuerit in cælum aſcendere.

¶Præterea, Filius Dei humanam naturam aſſumpſit ad noſtram ſalutem. Sed magis fuiſſet ſalutare hominibus, quòd ſemper conuerſaretur nobiſcum in terris: vnde ipſe dixit diſcipulis ſuis Luc. 17. Venient dies, quando deſideretis videre vnum diem Filij hominis: & non videbitis. Videtur ergo quòd non fuerit conueniens Chriſtum aſcendere in cælum.

¶Præterea, Sicut Greg. dicit 14. Moral. corpus Chriſti in nullo mutatum fuit poſt reſurrectionem. Sed non immediatè poſt reſurrectionem aſcendit in cælum: quia ipſe dicit poſt reſurrectionem Ioan. 20. Nondum aſcendi ad Patrem meum. Ergo videtur quòd nec poſt quadraginta dies aſcendere debuerit.

¶SED CONTRA eſt quod Dominus dicit Ioan. 20. Aſcendo ad Patrem meum, & Patrem veſtrum.

CONCLVSIO.

¶ *Non decuit Chriſtum poſt reſurrectionem ſuam in terris remanere, ſed ſuper omnes cælos aſcendere.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd locus debet eſſe proportionatus locato. Chriſtus autem * poſt reſurrectionem, vitam immortalem & incorruptibilem inchoauit. Locus autem, in quo nos habitamus, eſt locus generationis & corruptionis, ſed locus cæleſtis eſt locus incorruptionis. Et ideo non fuit conueniens, quòd Chriſtus poſt reſurrectionem remaneret in terris, ſed conueniens fuit quòd aſcenderet in cælum.

** Aliàs per.*

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illud optimè ſe habens quod ſine motu poſſidet ſuum bonum, eſt ipſe Deus: quia eſt omnino immutabilis, ſecundum illud Malach. 3. Ego Deus, & non mutor. Quæliber autem creatura eſt mutabilis aliquo modo: vt patet per Aug. 8. ſuper Geneſ. ad literam. Et quia natura aſſum

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstione quinquagesimaseptima Articulum secundum.

Titulus, vt sonat, sumendus est.

Comment. ¶In corpore ponitur vna distinctio, bi membris cum suis conclusionibus. Distinctio est ista. Iy secundū q; & conclusiones sunt ciæ. Vbi nota in hac materia, quod sicut supposuim diuinum passum est secundum naturam humanam, vt Iy secundum, dicit conditionem patientis ita persona filii Dei est ille, qui ascendit in cælū secundū naturam humanam vt naturam ascendentē & secundū naturā diuinam, vt causam ascensionis.

¶ Super Quæstione quinquagesimaseptima Articulū tertiū

Titulus clarus.

Comment. ¶In corpore arti. cōclusio est. Christus ascendit in cælum propria virtute, primò quidem diuina: secundo autem animæ glorificatæ, mouētis corpus, prout vult. Declaratē conclusio, distinguēdo in Christo naturā, diuinā scilicet & humanam, & subdistinguēdo virtutē humanam in virtutē naturæ, & virtutem gloriæ, & excluſa virtute naturali affirmando duas opiniones de radice virtutis gloriæ, scilicet vel ex parte lucis cælestis, vel ex parte beatitudinis animæ. Et prætermissa prima opinione, qa beatitudo animę in Dei participatione consistit, inferitur conclusio quo ad omnes sui partes clarissima, ita quòd expositio ne non eget.

Annot. ¶Aduerte hic q; cùm dicitur, Christum propria virtute glorificatæ animæ ascendisse in cælū, non intelligitur nisi de ipso locali motu ascensionis, veruntamen virtute glorificatæ animæ potuerit motu illo penetrare cælos, alia quæstio est inferius tractanda.

assumpta à filio Dei, remansit creata (vt patet ex his quæ suprà dicta sunt) non est inconueniens, si aliquis motus attribuatur.

¶Ad secundum dicendum, quòd per hoc, quòd Christus ascendit in cælum, nil ei accreuit, quantum ad ea quæ sunt de essentia gloriæ, siue secundum corpus, siue secundum animam, tamen accreuit ei aliquid quantum ad loci decentiam: quod est ad bene esse gloriæ: non quòd corpus eius aliquid aut perfectionis aut conseruationis acquireret ex corpore cælesti, sed solummodo propter quandā decentiam, hoc aliquo modo pertinebat ad eius gloriam. Et de hac decentia gaudium quoddam habuit, non quidem quòd tunc de nouo de hoc gaudere inciperet, quando in cælum ascendit: sed quia nouo modo de hoc gauisus est, sicut de re impleta. Vnde super illud Psal. Delectationes in dextera tua vsque in finem, dicit gloss. Delectatio & lætitia erit mihi in confessu tuo, humanis obtutibus subtracto.

¶Ad tertium dicendum, quòd licet præsentia corporalis Christi fuerit subtracta fidelibus per ascensionem, præsentia tamen diuinitatis ipsius semper adest fidelibus: secundum quòd ipse dicit Mar. vlti. Ecce, ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Qui enim ascendit in cælos, non deserit adoptatos: vt Leo papa dicit. Sed ipsa assensio Christi in cælum, qua corporalem suam præsentiam nobis subtraxit, magis fuit vtilis nobis, quàm præsentia corporalis fuisset. Primò quidem propter fidei augmentum quæ est de non visis. Vnde ipse Dominus dicit discipulis suis Ioan. 16. quòd Spiritus sanctus adueniens arguet mundum de iustitia, scilicet eorum qui credunt: vt Augu. dicit super Ioann. Ipsa quippe fidelium comparatio, infidelium est viruperatio. Vnde sub dit, Quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me: beati enim qui non vident & credunt. Erit igitur vestra iustitia de qua mundus arguetur: quoniam in me quem non videbitis credetis. Secundò ad spei subleuationem. Vnde ipse dicit Ioann. 14. Si abiero, & præparauero vobis locum, iterum veniam & accipiam vos ad meipsum, vt ibi ego sum, & vos sitis. Per hoc enim, quòd Christus humanam naturam assumptam, in cælo collocauit, dedit nobis spem illuc perueniendi: quia vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilę: vt dicitur Matt. 24. Vnde & Mich. 2. dicitur, Ascendit pandens iter ante eos. Tertiò ad erigendum charitatis affectum in cælestia. Vnde dicit Apost. Col. 3. Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quę super terram: vt enim dicitur Matth. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Et quia Spiritus sanctus est amor, nos in cælestia rapiens, ideo Dominus dicit discipulis Ioan. 16. Expedit vobis vt ego vadam: si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Quod exponens Aug. super Ioan. dicit, Non potestis capere Spiritum, quandiu secundum carnem nosse perstitistis Christū. Christo autem discedente corporaliter, non solùm Spiritus Sanctus, sed & Pater & Filius illis affuit spiritualiter.

¶Ad quartum dicendum, quòd licet Christo resurgenti in vitam immortalem congrueret locus cælestis: tamen ascensionem distulit, vt veritas resurrectionis comprobaretur. Vnde dicitur Act. 1. quòd post passionem suam præbuit seipsum viuum discipulis, in multis argumentis per dies quadraginta. Vbi dicit quædam gloss. quòd quia per quadraginta horas mortuus fuerat, quadraginta diebus se viuere confirmat. Vel per quadraginta dies * tempus præsentis seculi, quo Christus in Ecclesia conuersatur, potest intelligi: quia homo constat ex quatuor elementis, & eruditur contra transgressionem decalogi.

** Alias vpus.*

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm conueniat Christo ascendere in cælum secundum diuinā naturā. 3. dist. 22. q. 3. art. 1. ad 2. Et opus. 32. cap. 1

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd ascendere in cælum, conueniat Christo secundum diuinam naturam. Dicitur enim in Psal. Ascendit Deus in iubilatione. & Deut. 33. Ascensor cæli, auxiliator tuus. Sed ista dicuntur de Deo etiam ante Christi incarnationem. Ergo Christo conuenit ascendere in cælum, secundum quòd Deus.

¶Præterea, huiusdem est ascendere in cælum, cuius est descendere de cælo: secundum illud Ioan. 3. Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit. & Eph. 4. Qui descendit, ipse est & qui ascendit. Sed Christus descendit de cælo, non secundum quòd homo, sed secundum quòd Deus: nō enim humana eius natura antè in cælo fuerat, sed diuina. ergo videtur quòd Christus ascenderit in cælum, secundum quòd Deus.

¶SED CONTRA est quod Eph. 4. super illud, Quod autem ascendit, quid est nisi quia & descendit? dicit gl. Constat quòd secundum humanitatem Christus descendit & ascendit.

CONCLVSIO.

¶ Ascendit christus in cælum una secundum diuinam naturam, quæ nunquam cælum deseruit, sed secundum quòd homo virtute diuinitatis penetrauit cælos.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ly secundum quòd duo potest notare, scilicet conditionē ascendentis, & causam ascensionis. Et siquidem designet conditionē ascendentis, tūc ascēdere non potest conuenire Christo secundum conditionē diuinæ naturæ, tum quia nihil est diuinitate altius, quo possit ascendere: tum etiam quia ascensio est motus localis, qui diuinæ naturæ non competit, quæ est immobilis & inlocalis. Sed per hunc modum ascensio competit Christo secundum humanam naturam, quę continetur loco, & motui subiici potest. Vnde sub hoc sensu poterimus dicere, quòd Christus ascendit in cælum secundum quòd homo, non secundum quòd Deus. Si verò ly secundum quòd, designet causam ascensionis, cùm Christus ex virtute diuinitatis in cælum ascenderit, non autem ex virtute humanæ naturæ, dicendum est quod Christus ascendit in cælum, non secundū q; homo, sed secundum q; Deus. Vnde Aug. dicit in sermo. de Ascensione, De nostro fuit, quòd filius Dei pependit in cruce, sed de suo, quòd ascendit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd auctoritates illæ propheticè dicuntur de Deo, secundum quòd erat incarnandus. Potest tamen dici, q; ascendere, etsi non propriè conuenit diuinæ naturæ, potest tamen ei metaphoricè conuenire, prout scilicet dicitur in cor hominis ascēdere, quādo cor hominis se subiicit, & humiliat Deo. Et eodē modo metaphoricè dicitur ascendere, respectu cuiuslibet creaturæ, ex eo quòd eam subiicit sibi.

¶Ad secundum dicendum, quòd ipse idem est qui ascendit & qui descendit (dicit enim Augustinus in lib. de Symbolo, Quis est qui descendit? Deus homo. quis est qui ascendit? idē ipse Deus homo.) Descensus tamen duplex attribuitur Christo: vnus quidē, quo dicitur descendisse de cælo, qui quidē attribuitur Deo homini, secundum quòd Deus. Non enim est iste descensus intelligendus secundum motum localem, sed secundum exinanitionem, qua cùm in forma Dei esset, serui formam susceperit. Sicut enim dicitur exinanitus nō ex eo quòd suam plenitudinem amiserit, sed ex eo quòd nostram paruitatem susceperit: ita dicitur descendisse de cælo, non quòd cælum deseruerit, sed quia naturam terrenam assumpsit in vnitatem personæ. Alius autem est descensus quo descendit in inferiores partes terræ: vt dicitur Ephes. 4. Qui quidem est descensus localis, vnde competit Christo secundum conditionem humanæ naturæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd Christus dicitur ad Patrem ascendere, inquantum ascendit ad confessum paternæ dexteræ. Quod quidem conuenit Christo aliqualiter secundum diuinam naturam aliqualiter autem secundum humanam, secundnm quòd infra dicetur.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm Christus ascenderit propria virtute. 3. dist. 22. q. 3. art. 1. q. 1. & 4. contra ca. 87. Et opus. 6. ca. 9.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non ascenderit propria virtute. Dicitur enim Mar. vlti. quòd dominus Iesus postquam locutus est discipulis, assumptus est in cælum. Et Actor. 1. dicitur, Videntibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Sed illud quod assumitur & eleuatur, ab alio videtur moueri. Ergo Christus non propria virtute, sed aliena ferebatur in cælum.

¶Præterea, Corpus Christi fuit terrenum sicut & corpora nostra. Corpori autem terreno, contra naturam est ferri sursum. Nullus autē motus est ex propria virtute eius, quod contra naturam mouetur. Ergo Christus non ascendit propria virtute in cælum.

¶Præterea, Propria virtus Christi est virtus diuina. Sed motus ille non videtur fuisse ex virtute diuina: quia cùm virtus diuina sit infinita, motus ille fuisset in instanti, & sic non potuissent videntibus discipulis eleuari in cælum: vt dicitur Act. 1. Ergo videtur quòd Christus non ascenderit propria virtute.

¶SED CONTRA est quod dicitur Isa. 63. Iste formosus in stola sua gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Et Grego. dicit in Homil. Ascensionis, Notandum est, quòd Helias in curru legitur ascendisse: vt videlicet apertè demonstraretur, quia homo purus adiutorio indigebat alieno. Redemptor autem noster non curru, non angelis subleuatus legitur: quia qui fecerat omnia, super omnia sua virtute ferebatur.

CONCLVSIO.

¶ Christus ascendit in cælum propria virtute, scilicet diuina secundo virtute animæ glorificatæ mouentis corpus, prout volebat.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in Christo est duplex natura, diuina scilicet & humana, vnde secundum vtranque naturam potest accipi propria virtus eius. Sed secundum humanam naturam potest accipi duplex virtus Christi. Vna quidem naturalis, quæ procedit ex principiis naturæ, & tali virtute manifestum est quòd Christus in cælum non ascendit. Alia autem virtus in humana natura Christi, est virtus gloriæ, secundum quam Christus in cælum ascēdit. Cuius quidem virtutis rationem quidam accipiunt ex natura quintæ essentiæ, quę est lux, vt dicunt, quam ponunt esse de compositione humani corporis, & per eam elementa contraria conciliari in vnum. Ita quòd in statu huius mortalitatis natura elementaris in corporibus humanis dominatur: & ideo secundum naturam elementi prædominantis, corpus humanum naturali virtute deorsum fertur. In statu autem gloriæ prædominabitur natura cælestis: per cuius inclinationem & virtutem corpus Christi & alia Sanctorum corpora feruntur in cælum. Sed de hac opinione & in Prima parte habitum est, & infrà magis agetur in tractatu de Resurrectione communi.

Hac autem opinione prætermissa, alij assignant rationem prædictæ virtutis ex parte animæ glorificatæ, ex cuius redundantia glorificabitur corpus, vt Augustinus dicit ad Dioscorum. Erit enim tanta obedientia corporis glorioſi ad animam beatam (vt sicut Aug. dicit 13. de Ciuit. Dei) V bivolet spiritus, ibi protinus erit corpus, nec volet aliquid spiritus, quod nec spiritum possit decere, nec corpus. Decet autem corpus glorioſum & immortale esse in loco cælesti, sicut dictum est. Et ideo ex virtute animæ volentis, corpus Christi ascendit in cælum. Sicut autem corpus efficitur glorioſum participatione animæ, ita vt Augustinus dicit super Ioan. participatione Dei fit anima beata. Vnde prima origo ascensionis in cælum est virtus diuina. Sic igitur Christus ascendit in cælum propria virtute, primò quidem virtute diuina, secundò virtute animæ glorificatæ, mouentis corpus, prout vult.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Christus dicitur propria virtute surrexisse, & tamen est suscitatus à patre, eo quòd eadem est virtus Patris & Filij: ita etiam Christus ex propria virtute ascendit in cælum, & tamen à Patre est eleuatus & assumptus.

¶Ad secundum dicendum, quòd ratio illa probat quòd Christus non ascendit in cælum propria virtute, quæ est naturæ humanæ naturalis: ascendit tamen in cælum propria virtute, quæ est virtus diuina, & propria virtute, quæ est animæ beatæ. Et licet ascendere sursum, sit contra naturam humani corporis secundum statum præsentem, in quo corpus non est omnino subiectum spiritui: tamen non erit contra naturam neque violentum corpori glorioſo, cuius tota natura est omnino subiecta spiritui.

¶Ad tertium dicendum, quòd etsi virtus diuina sit infinita, & infinitè operetur quantum est ex parte operantis: tamen effectus virtutis eius recipitur in rebus secundum earum capacitatem, & secundum Dei dispositionem. Corpus autem non est capax, vt in instanti localiter moueatur: quia oportet quòd commetiatur sē spatio, secundum cuius diuisionem diuiditur tempus: vt dicitur 6. Phys. Et ideo non oportet quòd corpus motum à Deo, moueatur in instanti: sed mouetur ea velocitate, qua Deus disponit.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm Christus ascenderit super omnes cælos. 3. dist. 22. q. 3. ar. 3. q. 1. & 4. contra ca. 87. Et opus. 6. ca. 9.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Christus non ascenderit super omnes cælos. Dicitur enim in Psal. Dominus in templo sancto suo, Dominus in cælo sedes eius. Quod autē est in cælo, non est supra cælum. ergo Christus non ascendit super cælos.

¶Præterea, Super omnes cælos non est aliquis locus, vt probatur in primo de Cælo. Sed omne corpus oportet esse in loco. Ergo corpus Christi non ascendit super omnes cælos.

¶Præterea, Duo corpora non possunt esse in eodem loco. Cùm igitur non sit transitus de extremo in extremum nisi per medium, videtur quòd Christus non potuisset ascendere super omnes cælos, nisi cælum diuideretur, quod est impossibile.

¶Præterea, Act. 1. dicitur, quòd nubes suscepit eum ab oculis eorum. Sed nubes non possunt eleuari supra cælum. ergo Christus non ascendit super omnes cælos.

¶Præterea, Ibi credimus Christum in perpetuum permansurum, quò ascendit. Sed quod contra naturam est, non potest esse sempiternum: quia id quod est secundum naturam, est vt in pluribus, & vt frequentius. Cùm ergo contra naturam sit corpori terreno, esse supra cælum, videtur quòd corpus Christi supra cælum non ascenderit.

¶SED CONTRA est quod dicitur Eph. 3. Ascendit super omnes cælos, vt adimpleret omnia.

CONCLVSIO.

¶ Cùm corpus Christi glorioſum perfectissimo modo diuinam participauerit bonitatem, decuit vt super omnes cælos eleuaretur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quanto aliqua corpora perfectius participant bonitatem diuinam, tantò sunt superiora corporali ordine, qui est ordo localis. Vnde videmus quòd corpora quæ sunt magis formalia, sunt naturaliter superiora (vt patet per Philosophum in quarto Phys. & in secundo de Cælo) per formam enim vnumquodque corpus participat diuinum esse, vt patet in 1. Physic. Plus autem participat de diuina bonitate corpus per gloriam, quàm quodcunque corpus naturale per formam suæ naturæ. Et inter cætera corpora glorioſa, manifestum est, quòd corpus Christi maiori refulget gloria. vnde conuenientissimum est sibi, quòd sit supra omnia corpora constitutum in alto. Et ideo super illud Eph. 4. Ascendens in altum, dicit gloss. Loco & dignitate.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sedes Dei dicitur esse in cælo, non sicut in continente, sed magis sicut in contento. Vnde non oportet aliquam partem cæli eo superiorem esse: sed ipsum esse super omnes cælos. sicut & in Psal. dicitur, Eleuata est magnificentia tua, super cælos, Deus.

¶Ad secundum dicendum, quòd locus habet rationem continentis. vnde primum continens habet rationem primi locantis, quod est primum cælum. Intantum igitur corpora indigent esse in

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionem quinquagesimæ septimæ, Articulo quinto.

Caiet.

TItulus intelligendus est cum grano salis prout ex sponsione apparet: hoc est, quòd ponitur iste locatus pro loco, ita quòd per ly omnem creaturā intelligimus locum omnis creaturæ spiritualis. Sequitur est enim Autor virtutū modum loquendi, quo consueuimus dicere aliquē episcopum vel principē ascendisse super tales & tales, qui ascendit ad locum superiorē locis talium & talis. Vnde sensus tituli est, an locus quo ascendit Christus, sit superior locis, in quibus sunt quæcunq; spirituales creaturæ.

Cāmen. ¶In corpore vna cōclusio: Corpori Christi debetur locus altior vltra omnem creaturam etiā spiritualem. Probatur: Tanto altior locus reī debetur, quanto est nobilior: sed corpus Christi secundum dignitatē personalem excellit oēs substantias spirituales: ergo, &c.

¶ Num Christus sit super angelos elevatus an in eodem loco sup-
remæ sphæræ sit, in
qua sunt angeli.

Quæstio. ¶Circa hanc comparationem illubi occurrit quoniam vana videtur: Nam supra conuexum seu in superficie conuexa cæli empyrei non datur locus altior aut minus altus, cùm sit perfectæ sphæricum: constat autem illic esse angelos beatos, & corpus Christi illic esse, conclusum est ex articulo præcedenti.

Infrà q. 58. artic. 3. cor. Et Psal. 8 fin. Et Eph. 1. lec. 7. fin & c. 4. lec. 3. fi.

¶Ad hoc dicitur, quòd licet secundum longitudiné diametri à centro ad circunferentiam nulla pars conuexæ superficiei corporis perfectè sphærici sit altior aliarū: patet ex eoquòd omnes lineæ ductæ à centro ad circunferentiam sunt æquales: & secundū hūc sensum procedit dubiū. Si tamen eadem lupersticie conuexa considerentur vt ordinata ad aliquid vnum in ex agendō (verbi gratia ad exercendum actum iudicij) sic vna locus seu vna pars eius inuenitur altior altera, iuxta approximationem ad totum principia: sumitur enim pars illa totius vt altior, & reliquæ vt inferiores sunt, & sic diuina Sapientia superficiē exēli empyrei quamuis secundū se fecerit æqualem: secundum tamen quòd venit in vsum habitationis creaturarum beatarum, disposuit vnā partem quasi solium, & reliquas in ordine ad illam superiores vel inferiores. Et sic Christus secundū corpus in parte illa totius stans, in suprema parte supremo quæ loco per se, in quantum indigent continere à corpore cælesti. Corpora autem gloriosa, & maximè corpus Christi, non indigent tali continentia: quia nihil recipit à corporibus cælestibus, sed à Deo mediante anima. Vnde nihil prohibet, corpus Christi esse extra totam continentiam cælestium corporum, & non esse in loco continente. Nec tamen oportet, quòd extra cælum sit vacuum: quia non est ibi locus. Nec est ibi aliqua potentia susceptiua alicuius corporis: sed potentia illuc perueniendi, est in Christo. Quod autem Aristoteles probat 2. de Cælo. quòd extra cælum non est corpus, intelligendum est de corporibus in solis naturalibus constitutis: vt per probationem apparet.

¶Ad tertium dicendum, quòd quamuis de natura corporis non sit quòd possit esse in eodem loco cum alio corpore: tamē potest hoc Deus facere per miraculum, quòd in eodem loco possit esse cum alio corpore: sicut & fecit vt corpus Christi de clauso vtero beatæ Virginis exiret, & quòd intrauit ianuis clausis ad discipulos: sicut dicit beatus Grego. Corpus ergo Christi simul potest esse cum alio corpore in eodem loco, non ex proprietate corporis: sed per virtutem diuinam assistentem, & hoc operantem.

¶Ad quartum dicendum, quòd nubes illa nō præbuit adminiculum Christo ascendēti per modum vehiculi: sed apparuit in signum diuinitatis, secundum quòd gloria Dei Israël apparebat super tabernaculum in nube.

¶Ad quintum dicendum, quòd corpus gloriosum non habet ex principiis suæ naturæ, quòd possit in cælo aut supra cælum esse: sed habet hoc ex anima beata, ex qua recipit gloriam. Et sicut motus glorioſi corporis sursum non est violentus, ita nec quies violenta: vnde nihil prohibet eam esse sempiternam.

ARTICVLVS V.

¶Vtrum corpus Christi ascenderit super omnem creaturam spiritualem.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd corpus Christi non ascenderit super omnem creaturam spiritualem. Eorum enim quæ non dicuntur secundum vnam rationē, non potest conuenienter fieri cōparatio. Sed locus non eadem ratione attribuitur corporibus & spiritualibus creaturis, vt patet ex his quæ dicta sunt in Prima parte. Ergo videtur quòd non possit dici corpus Christi ascendisse super omnem creaturam spiritualem.

¶Præterea, Augustī. dicit in lib. de Vera relig. quòd omni corpori spiritus præfertur. Sed nobiliori rei sublimior debetur locus. Ergo videtur, quòd Christus non ascenderit super omnem spiritualem creaturam.

¶Præterea, In omni loco est aliquod corpus, cùm nihil sit vacuum in natura. Si ergo nullum corpus obtinet altiorem locum, quam spiritus in ordine naturalium corporum, nullus locus erit super omnem spiritualem creaturam. Non ergo corpus Christi potuit ascendere super omnem spiritualem creaturam.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ephes. 1. Constituit illum supra omnem principatum & potestatem, & supra omne nomen quod nominatur siue in hoc seculo, siue in futuro.

CONCLVSIO.

¶Quamquam Christi corpus secundum suam naturæ conditionem sit infra substantias spirituales, vt cōiunctum autem Deo in persona, cùm sit omnibus spiritualibus substantiis excellentius, decuit vt super omnem creaturam spiritualem assumptum exaltaretur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd tantò alicui rei debetur altior locus, quantò est nobilior, siue debeatur ei locus per modū contactus corporalis, sicut corporibus: siue per modum contactus spiritualis, sicut spiritualibus substantiis. Exinde enim spiritualibus substantiis debetur secundum quādam congruentiā locus cælestis, qui est supremus locorum, quia illæ substantiæ sunt supremæ in ordine substantiarum. Corpus autem Christi, licet considerando conditiones naturæ corporeæ, sit infra spirituales substantias, considerando tamen dignitatem vnionis, qua est personaliter Deo coniunctum, excellit dignitatem omnium spiritualium substantiarum. Et ideo secundum prædictæ congruentiæ rationem debetur sibi locus altior vltra omnem creaturam etiam spiritualem. Vnde & Grego. dicit in homil. Ascensionis, quòd qui fecerat omnia, super omnia sua virtute ferebatur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet alia ratione attribuatur locus corporali & spirituali substantiæ: tamen hoc est in vtraque ratione commune, quòd digniori rei attribuitur superior locus.

¶Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit de corpore Christi secundum conditionem naturæ corporeæ, non autē secundum rationem vnionis.

¶Ad tertium dicendum, quòd cōparatio ista potest attendi vel secundum rationem locorum: & sic nullus locus est tam altus, qui excedat dignitatem spiritualis substantiæ secūdum quòd procedit obiectio. Vel secundum dignitatem eorum quibus attribuitur locus: & sic corpori Christi debetur, vt sit supra spirituales creaturas.

ARTICVLVS VI.

¶Verùm ascensio Christi sit causa nostræ salutis.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd ascensio Christi non sit causa nostræ salutis: Christus enim fuit causa nostræ salutis, inquantum salutem nostram meruit. Sed per ascensionem nihil nobis meruit: quia ascensio pertinet ad præmium exaltationis eius. Non est autem idem meritū & præmiū, sicut nec via & terminus. ergo videtur quòd ascensio Christi non sit causa nostræ salutis.

¶Præterea, Si ascensio Christi est causa nostræ salutis, maximè hoc videtur quantum ad hoc, quòd ascensio eius sit causa nostræ ascensionis. sed hoc collatum est nobis per eius passionem: quia, vt dicitur Hebr. 10. habemus fiduciam in introitu Sanctorum per sanguinem ipsius. Ergo videtur quòd ascensio Christi non fuerit causa nostræ salutis.

¶Præterea, Salus nobis per Christum collata, est sempiterna: secundum illud Isa. 51. Salus autem mea in sempiternum erit. Sed Christus non ascendit in cælum, vt ibi in sempiternū esset: dicitur enim Act. 1. Quemādmodum vidistis eum ascendentē in cælum, ita veniet. Legitur etiam, multis Sanctis se demonstrasse in terris post suam ascensionem: sicut de Paulo legitur Act. 9. Ergo videtur quòd eius ascensio non sit causa nostræ salutis.

¶SED CONTRA est quod ipse dicit Ioan. 16. Expedit vobis, vt ego vadam, id est, vt recedam à vobis per ascensionem.

CONCLVSIO.

¶Ascensio Christi super cōs celos sua & nostra ex parte salutis causa fuit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ascensio Christi est causa nostræ salutis dupliciter. Vno modo ex parte nostra: alio modo ex parte ipsius. Ex parte quidem nostra, inquantum per Christi ascensionem mens nostra mouetur in ipsum: quia per eius ascensionem (sicut supra dictum est) primò quidem datur locus fidei, secundò spei, tertiò charitati. Quartò etiam per loco residere dicitur & reliquā creaturæ bestæ hinc & inde inferiores partes tenent.

¶ Super Quæstionem quinquagesimam octauam. Artic. primum.

Caiet.

TItulus vt sonat. ¶In corpore autē, distinguit Autor duos sensus quæsiti, & respōdet vnica conclusione, scilicet, Vtroq; modo Christo cōuenit sedere ad dexterā Patris. Distinctio est explicite de ly sedere, quod significat vel quietem, vel regiā seu iudiciariā dignitatē. Immiscetur quoq; distinctio de ly dexterā, quod significat vel beatitudinē Patris, vel iudiciariā seu regiam potestatē. Declaratūrque conclusio, & firmatur autoritatibus Augustini.

Autor. ¶Aduertit pro tota hac materia duo. Primum est, quòd tā Sedere quā Dextera sumitur non propriè, sed metaphoricè: vt clare patet in litera. Si tamen de positione Christi inquantū homo quæratur an sit vel sedeat in cælo, dicendū est & fiat. Et ratio est, quoniā positioner corporis dupliciter assumi possunt, vel in ordine ad officia humana, vel in ordine ad naturā. Et licet secundū officia diuersi conueniant homini situs: quoniam pugnantis est stare, iudicātis sedere, &c. secūdū tamen naturā vnus est naturalis situs, scilicet stare: sedere enim, cubare & huiusmodi, infirmitatis seu imbecillitatis naturæ sunt. Vnde quum Christus ad vitam impassibilē resurrexit, naturali situ proprię naturæ in sua fortitudine, quæ est stare, vtitur.

Ephe. 4. lec. 3.

Aduer.

¶Secundum est, quòd sedere metaphoricè supposito in proposito importat vel quietē vel ea seu habitare, vel regiam, seu iudiciariam non potestatem, sed dignitatem. Et in hoc differt à tertia significatione dexteræ metaphoricè sumptæ: dextera est Patris sumitur tertio modo p regia seu iudiciaria potestate: sedere autē, pro dignitate, vt patet in sequēti articulo. Nec obstat Ps. in hoc articulo dicitur, q; ista secūda significatione significat regiā vel iudiciariā potestatem: procedens enim Autor naturali doctrinæ ordine de cōsuetis ad distincta, visus est hīc potestatis nomine, prout confundit in se dignitatem, explicaturus in sequenti articulo distinctē dignitatem seorsum à potestate, & illam sessioni, hanc dexteræ attributurus.

¶ Super Quæstionis quinquagesimæ octauæ. Articulum 3.

Clemens.

TItulus clarus. ¶In corpore vna cōclusio: Christus secundum quòd Deus sedet ad dexterā Patris: per hoc reuerētia nostra augetur ad ipsum, dum iam non existimamus eum sicut hominem terrenum, sed sicut Deum cælestem, sicut & Apostolus dicit 2. ad Corint. 5. Et si cognouimus secundum carnem Christum, (id est mortalem, per quod putauimus eum tantum hominem: vt glos. exponit) sed nūc iam non nouimus. Ex parte autem sua quantum ad ea quæ ipse fecit, ascendens propter nostram salutem: primò quidem viam nobis præparauit ascendendi in cælum, secundum quòd ipse dicit Ioan. 14. Vado parare vobis locum, & Mich. 2. Ascendit, pandens iter ante eos. Quia enim ipse est caput nostrum, oportet illuc sequi membra, quò caput præcessit. vnde dicitur Ioan. 14. Vt vbi ego ium, & vos sitis. Et in huius signum, animas Sanctorum quas de inferno eduxerat, in cælum traduxit: secundum illud Psalm. Ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem: quia scilicet, eos qui fuerant à diabolo captiuati, secum duxit in cælum, quasi in locum peregrinum humanæ naturæ, bona captione captiuos, vtpote per victoriam acquisitos. Secundò, quia sicut Pontifex in veteri Testamēto, intrabat Sanctuarium, vt assisteret Deo pro populo: ita & Christus intrauit cælum ad interpellandum pro nobis, vt dicitur Hebr. 7. Ipsa enim repræsentatio sui ex natura humana, quam in cælum intulit, est quædam interpellatio pro nobis: vt ex quo Deus humanam naturam sic exaltauit in Christo, etiam eorum misereatur, pro quibus filius Dei humanam naturam assumpsit. Tertiò, vt in cælorum sede quasi Deus & dominus constituatus, exinde diuina dona hominibus mitteret: secundum illud Ephe. 4. Ascendit super omnes cælos, vt adimpleret omnia, scilicet donis suis, secundum glossam.

Ephe. 4. lec. 3.

Clemens.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ascensio Christi est causa nostræ salutis, non per modum meriti, sed per modū efficientiæ: sicut supra de Resurrectione dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd passio Christi est causa nostræ ascensionis in cælum, propriè loquēdo, per remotionem peccati prohibentis, & per modum meriti. ascensio autem Christi est directè causa ascensionis nostræ, quasi inchoando ipsam in capite nostro, cui oportet membris coniungi.

¶Ad tertium dicendum, quòd Christus semel ascendens in cælum, adeptus est sibi & nobis in perpetuum, ius & dignitatem mansionis cælestis. Cui tamen dignitati non derogat, si ex aliqua dispensatione Christus quandoque corporaliter ad terram descendat vel vt ostendat se omnibus, sicut in iudicio: vel vt ostendat se alicui specialiter, sicut Paulo, vt habetur Act. 9. Et ne quis credat hoc factum fuisse, non Christo ibi corporaliter præsente, sed aliqualiter apparente, contrarium apparet per hoc quod ipse Apostolus dicit primæ ad Corint. 15. ad confirmandam resurrectionis fidem, Nouissimè omnium tanquam abortiuo visus est & mihi. Quæ quidem visio veritatem resurrectionis non probaret, nisi verum Christi corpus visum fuisset ab eo.

QVAESTIO QVINQVAgesimaoctaua De sessione Christi ad Dexteram Patris, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de sessione Christi ad dexteram Patris.

¶Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primò, vtrùm Christus sedeat ad dexterā Dei Patris.

¶Secundò, vtrùm hoc conueniat sibi secundum diuinā naturam.

¶Tertiò, vtrùm conueniat sibi secundum humanam naturam.

¶Quartò, vtrùm hoc sit proprium Christi.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm Christo conueniat sedere ad dexteram Dei patris.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christo non conueniat sedere ad dexteram Dei patris. Dextera enim & sinistra sunt differentiæ positionum corporalium. Sed nihil corporale conuenit Deo: quia Deus spiritus est: vt habetur Ioan. 4. Ergo videtur quòd Christus non sedeat ad dexteram Patris.

3. distin. 32 qō. 3. artic. 3. q. 2. Et opus. 1. c. 247 Et opus. 6. cap. 9. Et ad Hebr. 8. lec. 1. co. 1.

¶Præterea, Si aliquis sedet ad dexteram alicuius, ille sedet ad sinistram eius. Si ergo Christus sedet ad dexteram Patris, sequitur quòd Pater sedeat ad sinistram Filij: quod est inconueniens.

¶Præterea, Sedere & stare videntur oppositionem habere. Sed Stephanus dicit Act. 7. Ecce video cælos apertos, & Filium hominis stantem à dextris virtutis Dei. Ergo videtur quòd Christus non sedeat ad dexteram Patris.

¶SED CONTRA est quod dicitur Mar. vlt. Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, ascendit in cælum, & sedet à dextris Dei.

CONCLVSIO.

¶Conuenit Christo ad dexteram Dei patris sedere, inquantum æternaliter incorruptibilis manet in gloria Patris, & illi corregnans ab eo suscipit omnium iudiciariam potestatem.

¶RESPONDEO dicendum, quòd nomine Sessionis possumus duo intelligere, videlicet quietem, secundum illud Luc. vlti. Sedete hic in ciuitate: & etiam regiam vel iudiciariam potestatem, secundum illud Prouerb. 20. Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Vtroque ergo modo Christo conuenit sedere ad dexteram Patris. Vno quidem modo inquantum æternaliter manet incorruptibilis in beatitudine Patris, quæ eius dextera dicitur: secundum illud Psal. Delectationes in dextera tua vsque in finem. Vnde August. dicit in lib. de Symbolo, Sedet ad dexteram Patris: Sedere habitare intelligite quomodo dicimus de quocunque homine, in illa patria sedit per tres annos. Sic ergo credite Christum habitare in dextera Dei patris: beatus enim est, & ipsius beatitudinis nomen est dextera Patris. Alio modo dicitur Christus sedere in dextera Dei patris, inquantum Patri conregnat, & ab eo habet iudiciariam potestatem: sicut ille qui considet Regi ad dexteram, assidet ei in regnando, & iudicando. Vnde August. dicit in alio sermone de Symbolo, Ipsam dexteram, intelligite potestatem quam accepit ille homo susceptus a Deo, vt veniat iudicaturus, qui prius venerat iudicandus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd (sicut Damasc. dicit in tertio lib.) non localem dexterā Patris dicimus: qualiter enim qui incircunscriptibilis est, localem adipiscetur dexteram? Dextera enim & sinistra eorum quæ circunscribūtur sunt. Dexteram autem Patris dicimus gloriam & honorem diuinitatis.

¶Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit, secundum quòd sedere ad dexteram, intelligitur corporaliter. Vnde August. dicit in quodam sermone de Symbolo, Si carnaliter acceperimus quòd Christus sedet ad dexteram Patris, ille erit ad sinistram. Ibi autem, scilicet in æterna beatitudine, omnis dextera est: quia nulla est ibi miseria.

¶Ad tertium dicendū, quòd (sicut Greg. dicit in Homil. ascensionis) sedere iudicantis est: stare verò pugnantis, vel adiuuantis. Stephanus ergo in labore certaminis positus, stantem vidit, quem adiurorem habuit. Sed hunc post ascensionem Marc. sedere describit: quia post ascensionis suæ gloriam, iudex in fine videbitur.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm sedere ad dexteram Patris, conueniat Christo secundum quòd Deus.

Hebr. 1. lec. 3. co. 1. & le. 6. princ. & ca. 8. le. 1. co. 1. & 2. col. 4.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd sedere ad dexterā Patris, non conueniat Christo, secundum quòd Deus. Christus enim, secundum quòd est Deus, est dextera Patris. Sed non videtur idem esse dextera alicuius, & ille qui sedet ad dexteram eius. Ergo Christus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Probat Sedere ad dexteram Patris, nihil aliud est quàm simul cum Patre gloriâ deitatis & beatitudinem & iudiciariâ potestatem immutabiliter & regaliter habere: ergo. Antecedês declaratur, ponêdo tres significationes dexteræ, & duas sessionis. Cõsequentia probatur, quia totum istud convenit Christo, secundũ quòd Deus. Et quia ponitur in conclusione, illa ꝓpositio Ad, dicendo, ad dexteram: ideo Autor subiunxit, quòd in hac conclusione ly Ad, duo denotat, distinctionẽ personalẽ solam, & solũ ordinem originis. Ex eo enim q; ly ad, præpositio transitiua est: ac per hoc accessum quendam vnius ad alterũ in hac materia designat, & huiusmodi accessus secundũ rẽ fiat distinctione & ordine nequit intelligi, & cũ inter personas diuinas nulla sit distinctio nisi personalis, & nullus sit ordo nisi originis, cõsequẽs necessariò fuit, vt ly ad, solam personalem distinctionem solúmq; originis ordinem importaret.

¶ Super Quæstionis quinquagesimæoctauæ Articulum 3.

Comment. TItulus clarus est. ¶In corpore tria fiunt. Primò resumitur quid importet, sedere ad dexteram Patris, ponderando maximè id quod insinuat ly ad. Secundò fit vna distinctio trimẽbris, iuxta triplicẽ modum conueniendi, & distinctionis. Tertiò distinctionẽ bimembrẽ, scilicet naturæ vel suppositi determinabilis per ly secundum quòd, ponens tres conclusiones, declarat. ¶Circa primũ aduerte, quòd Autor non resumit omnia, sed faciẽtia ad suum propositũ: prætermittit enim ordinẽ, quem in respõsione ad tertium præcedentis articuli tanti fecit, vt propterea negandum omnino dixerit, Patrẽ sedere ad dexteram Filij.

Annot. ¶Circa secundũ aduerte quòd in secundo mẽbro Autor vtitur illa propositione: quę tamẽ magis est neganda, quã affirmãda, iuxta doctrinam superius habitam. vtitur enim propositione illa, Christus, secundum q; homo, est filius Dei: quam tamen valluit antè & pòst, ita vt nulli etrãdi occasio præbereẽt vt patet in litera.

Annot. ¶Circa tertium aduerte, quòd prima conclusio, Christus secundum quòd Deus, sedet ad dexteram Patris, respõdet primò dictis in secunda parte huius corporis. Secunda autem cõclusio, Christus secũdum quòd homo, sedet ad dexteram Patris, prout ly homo stat pro natura, respõdet tertio

stus, secundum quòd est Deus, non sedet ad dexteram Patris.

¶Præterea, Mar. vlt. dicitur, quòd dominus Iesus assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei. Christus autem non est assumptus in cælum, secundũ quòd Deus. ergo etiã neq;, secundum quòd Deus, sedet à dextris Dei.

¶Præterea, Christus, secundum quòd Deus, est æqualis Patris & Spiritui sancto. Ergo si Christus, secundum quòd Deus, sedet ad dexteram Patris, pari ratione & Spiritus sanctus sedebit ad dexteram Patris & Filij, & ipse Pater ad dexteram Filij & Spiritus sancti. quod nusquam inuenitur.

¶SED CONTRA est quod Damasc. dicit, quòd dexteram Patris dicimus gloriam & honorem diuinitatis, in qua filius Dei extitit ante secula, vt Deus & patri consubstantialis.

CONCLVSIO.

¶ Christus secundum quòd Deus, conuenienter dicitur ad dexteram Dei patris sedere, inquantũ habet vnam cum Patre deitatis gloriam, & beatitudinem & iudiciariam potestatem.

¶RESPONDEO dicendum, quòd vt ex prædictis patet, nomine dexteræ tria intelligi possunt. Vno modo, secundum Damasc. gloria diuinitatis: alio modo, secundũ Aug. beatitudo Patris: tertio modo, secundum eundem, iudiciaria potestas. Sessio autem, vt dictum est, vel habitationem, vel regiam seu iudiciariam dignitatem designat. Vnde sedere ad dexteram Patris nihil aliud est, quàm simul cum Patre habere gloriam diuinitatis, & beatitudinem, & iudiciariam potestatem: & hoc immutabiliter & regaliter. Hoc autem conuenit filio Dei, secundum quòd Deus. Vnde manifestũ est, quòd Christus, secundum quòd Deus, sedet ad dexteram Patris. Ita tamen quòd hæc præpositio ad, quæ transitiua est, solam distinctionem personalem importat, & originis ordinem, non autem gradum naturæ, vel dignitatis, qui nullus est in diuinis personis: vt in prima parte habitum est.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd filius Dei dicitur dextera Patris appropriatè, per modum, quo etiam dicitur virtus Patris. Sed dextera Patris secundum tres significationes prædictas, est aliquid commune tribus personis.

¶Ad secundum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, est assumptus ad diuinum honorem, qui in prædicta sessione designatur. Sed tamen ille honor diuinus conuenit Christo, inquantum est Deus, non per aliquam assumptionem, sed per æternam originem.

¶Ad tertium dicendum, quòd nullo modo potest dici, quòd Pater sedeat ad dexteram Filij vel Spiritus sancti: quia Filius & Spiritus sanctus trahunt originem à Patre, & non econuerso. Sed Spiritus sanctus propriè potest dici sedere ad dexteram Patris vel Filij, secundum sensum prædictum: licet secundum quandam appropriationem attribuatur Filio, cui appropriatur æqualitas: sicut dicit Augustinus. quòd in Patre est vnitas, in Filio æqualitas, in Spiritu sancto, vnitatis æqualitasque connexio.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum sedere ad dexteram Patris, conueniat Christo, secundum quòd homo.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd sedere ad dexteram Patris, non conueniat Christo secũdũ quòd homo. Vt enim Damasc. dicit, dexteram Patris dicimus gloriã & honorem diuinitatis. Sed honor & gloria diuinitatis non conuenit Christo, secundum q; homo. Ergo videtur q; Christus, secundum quòd homo, non sedeat ad dexteram Patris.

¶Præterea, Sedere ad dexteram regnantis, subiectionem excludere videtur: quia qui sedet ad dexteram regnantis, quodammodo illi conregnat. Christus autem, secundum quòd homo, est subiectus Patri: vt dicitur primæ ad Corint. 15. Ergo videtur quòd Christus, secundum quòd homo, non sit ad dexteram Patris.

¶Præterea, Rom. 8. super illud, Qui est ad dexteram Dei, exponit gloss. id est æqualis Patri in honore, quo Deus pater est, vel ad dexteram Patris, id est in potioribus bonis Dei. Et super illud Hebr. 1. Sedet ad dexteram Dei in excelsis. glos. id est ad æqualitatem Patris, super omnia, & loco, & dignitate. Sed esse æqualem Deo, non conuenit Christo, secundum quòd homo: nam secundũ hoc ipse dicit Ioan. 14. Pater maior me est. Ergo videtur quòd sedere ad dexteram Patris, non conueniat Christo, secundum quòd homo.

¶SED CONTRA est, quod August. dicit in sermone de Symbolo, Ipsam dexteram, intelligite potestatem, quam accepit ille homo susceptus à Deo, vt veniat iudicaturus, qui prius venerat iudicandus.

CONCLVSIO.

¶ Christus secundum quòd Deus sedere dicitur ad dexteram Patris, prout vnam cum illo naturam habet: secundum quòd homo autem sedet ad illius dexteram, vt homo diuinum deuotat suppositum, eadem dignum honore in natura assumpta, & in potioribus bonis Patris constitutum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut dictum est) nomine dexteræ Patris, intelligitur vel ipsa gloria deitatis ipsius, vel beatitudo æterna eius, vel potestas iudiciaria & regalis. Hæc autem præpositio Ad, quendam accessum ad dexteram designat, in quo designatur conuenientia cum quadam distinctione, vt supra dictum est.

¶Quod quidem potest esse tripliciter. Vno modo vt sit conuenientia in natura, & distinctio in persona: & sic Christus, secundum quòd filius Dei, sedet ad dexteram Patris: quia habet eandẽ naturam cum Patre. Vnde prædicta conueniunt essentialiter Filio, sicut & Patri, & hoc est esse in æqualitate Patris. Alio modo secundum gratiam vnionis, quæ importat econuerso distinctionem naturæ & vnitatem personæ. Et secundum hoc Christus, secundum quòd homo, est filius Dei, & per consequens sedens ad dexteram Patris: ita tamen quòd ly secundum quòd, non designet conditionem naturæ, sed vnitatem suppositi: vt suprà expositum est. Tertio modo potest prædictus accessus intelligi secundum gratiam habitualem, quæ abundantior est in Christo præ omnibus aliis creaturis, intantum quòd ipsa natura humana in Christo, est beatior cæteris creaturis, & super omnes alias creaturas habens regiam & iudiciariam potestatem. Sic igitur si ly secundum quòd, designet conditionem naturæ, Christus, secundum quòd Deus, sedet ad dexteram Patris, id est in æqualitate Patris: secundum autem quòd homo, sedet ad dexteram Patris, id est in bonis paternis potioribus, præ cæteris creaturis, id est in maiori beatitudine, & habens iudiciariam potestatem. Si verò ly secundum quòd, designet vnitatem suppositi, sic etiam secundum quòd homo, sedet ad dexteram Patris secundum æqualitatem honoris: inquantum scilicet, eodem honore veneramur ipsum filium Dei cum natura assumpta, vt suprà dictum est.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd humanitas Christi secundum conditiones suæ naturæ non habet gloriam vel honorem deitatis: quam tamen habet ratione personæ, cui vnitur. Vnde ibidem Damasc. subdit, In qua, scilicet gloria deitatis, Dei filius existens ante secula, vt Deus & Patri consubstantialis, sedet conglorificata carne eius: * adoratur enim vna hypostasis vna adoratione cum carne eius, ab omni creatura.

¶Ad secundum dicendum, quòd Christus, secundum quòd homo, subiectus est Patri, prout ly secundum q;, designat conditionem naturæ, & secundũ hoc non competit ei sedere ad dexteram Patris.

¶ Super Quæstionis quinquagesimæoctauæ Articulum 4.

Comment. TItulus clarus est. ¶In corpore vna cõclusio: Sedere ad dexteram Patris, est proprium Christi, Probatur: Sedere ad dexterã Patris, secundum diuinam quidem naturam, est esse in æqualitate Patris: secũdum autem humanam, est esse in excellentissima possessione paternæ hæreditatis: sed vtrunque soli Christo conuenit: ergo. Reliqua clara sunt in litera.

¶ Super Quæstionis quinquagesimanonæ Articulum primum.

3. distin. 22. qũ. 3. ar. 1. q. 3. Comment. TItulus clarus. ¶In corpore vna cõclusio: Iudiciaria potestas propriè attribuitur Christo. Probatur: Trium requisitorum ad iudicium, scilicet potestatis, rectitudinis zeli, & sapientiæ, tertium est secundũ quod accipitur forma iudicij: sed Filius est sapientia genita & veritas à Patre procedens: ergo iudiciaria potestas ꝓpriè attribuit filio Dei. Maior declaratur discurrẽdo per illa tria. Et probatur: quia ipsa ratio iudicij est lex sapientiæ & veritatis. Et cõfirmatur autoritate Augustini.

¶Præterea, Matth. 20. Dominus dicit, Sedere ad dexteram meam vel sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est à Patre meo. Hoc autem frustra diceretur, nisi esset aliquibus paratum. Non ergo sedere ad dexteram, conuenit soli Christo.

¶SED CONTRA est, quod dicitur ad Hebr. 1. Ad quem angelorum dixit aliquando, Sede à dextris meis? id est in meis bonis potioribus, vel mihi secundum diuinitatem æqualis: quasi dicat, ad nullum. Sed angeli sunt superiores aliis creaturis. ergo multò magis nulli alij conuenit sedere ad dexteram Patris, quàm Christo.

CONCLVSIO.

¶ Soli Christo, non angelo, vel homini conuenit ad dexteram Dei patris sedere, cùm solus sit in natura patri æqualis secundum diuinitatem, & in excellentissima bonorum patris possessione super omnes creaturas constitutus, inquantum homo.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut dictum est) Christus dicitur sedere ad dexteram Patris inquantum secũdum diuinam naturam est in æqualitate Patris, secundum autem humanam naturam in excellenti possessione diuinorum bonorum præ cæteris aliis creaturis. Vtrunque autem soli Christo conuenit. Vnde nulli alij, nec angelo nec homini conuenit sedere ad dexteram Patris, nisi soli Christo.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia Christus est caput nostrum, illud quod collatum est Christo, est etiam nobis in ipso collatum. Et propter hoc quia ipse iam resuscitatus est, dicit Apostolus, quòd Deus nos quodammodo ei conresuscitauit, qui tamen in nobipsis nondum sumus resuscitati, sed resuscitandi: secundum illud Rom. 8. Qui suscitauit Iesum à mortuis, vificabit & mortalia corpora nostra. Et secundum eundem modum loquendi subdit Apostolus, quòd consedere nos fecit in cælestibus, scilicet in hoc ipso, quòd caput nostrum, quod est Christus, ibi sedet.

¶Ad secundum dicendum, quòd quia dextera est diuina beatitudo, sedere in dextera, non significat simpliciter esse in beatitudine, sed habere beatitudinem cum quadam dominatiua potestate, & quasi propriam & naturalem, quod soli Christo conuenit, nulli autem alij creaturæ. Potest tamen dici, quòd omnis sanctus, qui est in beatitudine, est ad dexteram Dei constitutus. vnde & dicitur Matth. 25. Quòd statuet oues à dextris.

¶Ad tertium dicendum, quòd per thronum significatur iudiciaria potestas, quam Christus habet à Patre: & secundum hoc dicitur sedere in throno Patris. Alij autem Sancti habent eam à Christo: & secundum hoc dicuntur in throno Christi sedere: secundum illud Matth. 19. Sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël.

¶Ad quartum dicendum, quòd (sicut Chrys. dicit super Matth.) locus ille, id est confessus dexteræ, inuius est omnibus, non solùm hominibus, sed etiam angelis. sicut enim præcipuum vnigeniti, ponit Paulus dicens, Ad quem autem angelorum dixit vnquam, sede à dextris meis? Dominus ergo non quasi existentibus quibuslam, qui sessuri sint, sed condescendens interrogantium * supplicationi respondit: hoc enim vnum solum quærebant præ aliis, stare apud ipsum. Potest tamen dici quòd petebant filij Zebedæi, excellentiam habere præ aliis in participando iudiciariam potestatem eius. Vnde non petebant quòd sederent ad dexteram vel sinistram Patris, sed ad dexteram vel sinistram Christi.

** Aliàs suspicationi.*

QVAESTIO QVINQVAGESIMA nona De *iudiciaria potestate Christi, in sex articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de iudiciaria potestate Christi.

¶Et circa hoc quæruntur sex.

¶Primò, vtrùm iudiciaria potestas sit attribuenda Christo.

¶Secundò, vtrùm conueniat sibi, secundum quòd est homo.

¶Tertiò, vtrùm eam fuerit ex meritis adeptus.

¶Quartò, vtrùm eius potestas iudiciaria, sit vniuersalis respectu omnium hominum.

¶Quintò, vtrùm præter iudicium, quod agit in hoc tempore, sit expectandum aliud vniuersale iudicium futurum per ipsum.

¶Sextò, vtrùm eius iudiciaria potestas etiam ad Angelos se extendat.

¶De executione autem finalis iudicij conuenientius agetur, cùm considerabimus de his quæ pertinent ad finem mundi: nunc autem sufficit ea sola tangere, quæ pertinent ad Christi dignitatem.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm iudiciaria potestas sit specialiter christo attribuenda.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd iudiciaria potestas non sit specialiter attribuenda Christo. Iudicium enim aliquorum videtur pertinere ad Dominum. vnde dicitur Rom. 14. Tu qui es qui iudicas alienum seruum? Sed esse dominum creaturarum, est commune toti Trinitati. Non ergo specialiter debet attribui Christo iudiciaria potestas.

¶Præterea, Daniel. 7. dicitur, Antiquus dierum sedit. & postea subditur, Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Sed Antiquus dierum intelligitur Pater: quia, vt Hilarius dicit, in Patre est æternitas. Ergo iudiciaria potestas magis est attribuenda Patri quàm Christo.

¶Præterea, Eiusdem videtur esse iudicare, cuius est arguere. Sed arguere, pertinet ad Spiritum sanctum, dicit enim Dominus Ioan. 16. Cùm autem venerit ille (scilicet Spiritus sanctus) arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. Ergo iudiciaria potestas magis debet attribui Spiritui sancto, quàm Christo.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Actuum 10. de Christo, Hic est, qui constitutus est à Deo, iudex viuorum & mortuorum.

CONCLVSIO.

¶ Cùm Christus sit sapientia genita & veritas à Patre procedens, ipsum perfectè repræsentant, illi soli conuenit iudiciaria potestas.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ad iudicium faciendum tria requiruntur. Primò quidem potestas subditos coercendi. vnde dicitur Eccles. 7. Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. Secundò requiritur rectitudinis zelus: vt scilicet aliquis non ex odio vel liuore, sed ex amore iustitiæ iudicium proferat. secundum illud Prouer. 1. Quem enim diligit Dominus, corripit, & quasi pater in filio complacet sibi.

Tertiò

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis quinquagesimæ nonæ Articulum secundum.

Titulus clarus est.

¶ In corpore tria sunt. Primo recitatur opinio Chrysostomi, qui aliter punctat textum Euangelij, quam nos, ipse enim ille verba, Quia Filius hominis est, &c. construit cum præcedentibus, scilicet, potestatem dedit ei iudicium facere: sed coniungit ea cum sequentibus, scilicet nolite mirari hoc. Ita quòd apud Chrys. concluditur prima sententia ibi, Potestatē dedit ei iudicij facere: & inchoat secūdā sententia ibi, Quia Filius hominis est. & concluditur ibi, Nolite mirari hoc. Et est sensus, q̄ propterea quia Filius hominis est, non accipiāt admirationē de antedicta sententia, potestatē dedit ei iudicij facere, vt clare patet in hac litera. Secundo respondet quæstio vna conclusione: Ad Christū, etiā secundā humanā naturā pertinet habere iudiciariā potestatē. Probatur: Iudiciaria potestas cōmittitur à Deo hominibus respectu eorū, q̄ illorū iurisdictioni subduntur remanēte apud Deū primeua potestate iudicandi: sed Christus, vt homo, est caput Ecclesiæ, & oīa habet subiecta sub pedibus suis: ergo. Maior patet autoritate Deute. & minor habetur ex supradictis. Tertio respondetur ad Chrysost. ex autoritate Aug. soluitq; obiectionē eius. Et solutio consistit in hoc q̄ cū dicitur, q̄a Filius hominis est, nō significatur sola natura Filij hominis sed etiā gra, quæ plan⁹ erat Filij hominis: & sic ly q̄a Filius hominis est, concludit præcedentem sententiam. Et verè sic clarior apparet litera Euāgelij. Quārò reddit triplicē rationē quare conueniēter Christo secundū humanā naturā cōperit iudiciaria potestas. Et clarè patēt in litera.

Tertiò requiritur sapientia, secundum quam formatur iudicium. vnde dicitur Eccle. 10. Iudex sapiens iudicabit populum suum.

Prima autem duo præexiguntur ad iudicium. sed propriè tertium est, secundum quod accipitur forma iudicij: quia ipsa ratio iudicij, est lex sapientiæ vel veritatis, secundum quam iudicatur. Et quia Filius est sapientia genita, & veritas à Patre procedens, & ipsum perfectè repræsentans, ideo propriè dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est.

CONCLVSIO.

¶ Cùm Christus secundum quod homo caput fuerit totius Ecclesiæ, ei secundum quod homo conuenit habere iudiciariam potestatem.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Chryso. super Ioan. sentire videtur, quòd iudiciaria potestas non conueniat Christo, secundum quòd est homo, sed solùm secundum quòd est Deus. Vnde autoritatem Ioan. inductam, sic exponit, Potestatem dedit ei iudicium facere, & postea subditur: quia Filius hominis est, nolite mirari hoc, non enim propterea suscepit iudicium, quoniam homo est: sed quia ineffabilis Dei filius est, propterea iudex est: quia verò ea quæ dicebantur, erant maiora, quàm secundum hominem: ideo hanc opinionem soluens dixit, Ne miremini quia Filius hominis est. Verenim ipse est etiam filius Dei. Quod quidem probat per resurrectionis effectum. Vnde subdit, Quia venit hora, in qua omnes qui in monumētis sunt, audient vocem filij Dei. Sciendum tamen, quòd quamvis apud Deum remaneat primæua autoritas iudicandi: hominibus tamen committitur à Deo, iudiciaria potestas respectu eorum, qui eorum iurisdictioni subiciuntur. Vnde dicitur Deut. 1. Quod iustum est iudicate. & postea subditur, Quia Dei est iudicium, cuius scilicet autoritate vos iudicatis. dictum est autem supra quòd Christus etiam in natura humana est caput totius Ecclesiæ, & quòd sub pedibus eius Deus omnia subiecit. Vnde ad eum pertinet, etiam secundum naturam humanam, habere iudiciariam potestatem. Propter quod Augustinus autoritatem prædictam Euangelij sic dicit esse intelligendam. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est, non quidem propter conditionem naturæ: quia omnes homines huiusmodi potestatem haberent (vt Chrysost. obiicit) sed hoc pertinet ad gratiam capitis, quam Christus in humana natura accepit. Competit autem Christo hoc modo secundum humanam naturam iudiciaria potestas, propter tria. Primò quidem propter conuenientiam & affinitatem ipsius ad homines: sicut enim Deus per causas medias, tanquam propinquiores effectibus operatur, ita iudicat per hominem Christum homines, vt sit suauius iudicium hominibus. Vnde Apostolus dicit Hebr. 4. Non habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum per omnia * per similitudinem absque peccato, adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius. Secundò, quia in finali iudicio (vt Augustinus dicit super Ioan.) erit resurrectio corporum mortuorum, quæ suscitat Deus per Filium hominis, sicut per eundem Christum suscitat animas, inquantum est filius Dei. Tertiò, quia, vt Augustinus dicit in lib. de verbis domini, rectum erat vt iudicandi viderent iudicem, iudicandi autem erant boni & mali: restabat vt in iudicio, forma serui & bonis & malis ostenderetur, forma Dei solis bonis seruaretur.

* Filius pro suis fidelibus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd iudicium pertinet ad veritatem, sicut ad regulam iudicij: sed ad hominem, qui est veritate imbutus, pertinet secundum quòd est vnum quodammodo cum ipsa veritate, quasi quædam lex & quædam iustitia animata. Vnde & ibidem Aug. introducit quod dicitur 1. Corint. 2. Spiritualis iudicat omnia. Anima autem Christi præ cæteris creaturis magis fuit vnita veritati, & magis ea repleta: secundum illud Ioan. 1. Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis. Et secundum hoc ad animam Christi, maximè pertinet omnia iudicare.

¶Ad secundum dicendum, quòd solius Dei est, sui participatione animas beatas facere. Sed adducere homines ad beatitudinē, conuenit Christo, inquantum est caput & autor salutis eorum, secundum illud Hebr. 2. Qui multos filios in gloriam adduxerat, autorem salutis eorum per passionem consummari.

¶Ad tertium dicendū, quòd cognoscere occulta cordium & diiudicare, per se quidem pertinet ad solum Deum. Sed ex refluentia diuinitatis ad animam Christi, conuenit etiam ei cognoscere & iudicare occulta cordium: vt supra dictum est, cùm de scientia Christi ageretur. Et ideo dicitur Rom. 2. In die cùm iudicabit Deus occulta hominum per Iesum Christum.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm Christus ex meritis adeptus fuerit iudiciariam potestatem.

¶ Super Quæstionis quinquagesimæ nonæ Articulum tertium.

Titulus clarus est.

¶ In corpore vna cōclusio. Iudiciaria potestas homini Christo cōpetit & propter diuinā personam, & propter capitis dignitatem, & propter gratiæ habitualis plenitudinē, & cū his ex merito eā obtinuit. Probatur, & primo quo ad simultatem tot modorū: quia vnū potest deberi alicui ex causis diuersis, quod declaratur exēplo gloriæ corporis Christi. Deinde quo ad vltimā partē: quia qui pro Dei iustitia iudicat* pugnauit & vicit, debet esse iudex, &c. Et cōfirmatur autoritate Scripturæ.

¶ Super Quæstionis quinquagesimæ nonæ Articulum quartum.

Titulus clarus.

¶ In corpore duę sunt conclusiones. Prima est, Christo secundum diuinam naturam conuenit omnīū iudicij. Probatur: quia sicut Pater omnia facit per Verbum, ita omnia iudicat per illud. Secunda conclusio est: Omnes res humanæ subduntur iudicio Christi secundum humanam naturam. Probatur triplicitèr, & omnia clara sunt in litera.

¶ Super Quæstionis quinquagesimæ nonæ Articulum quintum.

Titulus clarus.

¶ In corpore vna est conclusio: Vltra iudicij quod in cuiuslibet hominis morte fit, oportet esse finale iudicium in nouissimo die. Probatur sic. Iudicium de aliqua re mutabili, dato perfecte nō potest ante eius cōsummationē: sed vita hominis, licet sit per mortē terminata secundum se, remanet tamen secundum quid mutabilitati subiecta vsque ad finem mūdi, dependens ex futuris: ergo non potest vita hominis secundum id quod quomodolibet ad vnū quemq; pertinet, perfectè iudicari ante finem mūdi: ergo oportet esse finale iudicium in nouissimo die vltra particulare, q̄ fit in cuiusq; morte. Maior propositio manifestatur dupliciter: primò in actionibus, secundò in hominibus, & ad hoc affertur autoritas Apostoli. Minor autem propositio manifestatur in quinq; generibus relīquiarū vitæ humanæ, scilicet in memoriis, in filiis, in effectibus, in corporibus, & in amatis. Et quoniā diceret fortassē aliquis, quòd reliquiæ istæ sunt impertinentes ad Christi iudicium: ideo ad hoc excludēdum Autor ap-

¶ Quòd Christus ex meritis adeptus fuerit iudiciariam potestatem.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christus nō ex meritis fuerit adeptus iudiciariā potestatem. Iudiciaria enim potestas assequitur regiam dignitatem, secundum illud Prouerb. 20. Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Sed regiam dignitatem Christus obtinuit absq; meritis: competit enim ei ex hoc ipso quòd est vnigenitus Dei. dicitur enim Luc. 1. Dabit ei dominus Deus sedem Danid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. Ergo Christus iudiciariam potestatem non obtinuit ex meritis.

¶Præterea, Sicut dictū est, iudiciaria potestas competit Christo, inquantum est caput nostrū. Sed gratia capitis nō competit Christo ex meritis, sed cōsequitur personalē vnionem diuinæ & humanæ naturæ: secūdum illud, Vidimus gloriam eius quasi Vnigeniti à Patre, plenū gratiæ & veritatis, & de plenitudine eius nos omnes accepimus, quod pertinet ad rationem capitis. Ergo videtur quòd Christus nō habuerit ex meritis iudiciariam potestatem.

¶Præterea, Apostolus dicit primæ ad Corin. 2. Spiritualis iudicat omnia. Sed homo efficitur spiritualis per gratiam, quæ nō est ex meritis: alioquin iam non esset gratia, vt dicitur Rom. 11. Ergo videtur quòd iudiciaria potestas non conueniat nec Christo nec aliis ex meritis, sed ex sola gratia.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Iob 36. Causa tua quasi impij iudicata est, iudicium causamque recipiens. & Augustinus dicit in lib. de verbis Domini, Sedebit iudex, qui stetit sub iudice: damnabit verò reos, qui falsò factus est reus.

CONCLVSIO.

¶ Quanquam iudiciaria potestas debeatur Christo propter diuinam personam, & capitis dignitatem, & gratiæ plenitudinem, eam tamen promeruit, vt secundum Dei iustitiam iudex esset qui pro iustitia pugnauit, & vicit.

¶RESPONDEO dicendū, quòd nihil prohibet vnū & idem deberi alicui ex causis diuersis, sicut gloria corporis resurgentis, debita fuit Christo non solùm propter cōgruentiam diuinitatis & propter gloriā animæ, sed etiam ex merito humilitatis passionis. Et similiter dicendū est, q̄ iudiciaria potestas homini Christo competit & propter diuinam personam, & propter capitis dignitatem, & propter plenitudinem gratiæ habitualis: & tamen etiā ex merito eam obtinuit, vt scilicet secundū Dei iustitia iudex esset, qui pro Dei iustitia pugnauit & vicit, & iniustè iudicatus est. Vnde ipse dicit Apoc. 3. Ego vici, & sedi in throno Patris mei. In throno autem intelligitur iudiciaria potestas, secundū illud Psal. Sedes super thronum, qui iudicas iustitiam.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū, q̄ ratio illa procedit de iudiciaria potestate, secundū q̄ debetur Christo ex ipsa vnione ad verbū Dei.

¶Ad secundum dicendū, quòd ratio illa procedit ex parte gratiæ capitis.

¶Ad tertium dicendum, q̄ ratio illa procedit ex parte gratiæ habitualis, quæ est perfectiua animæ Christi. Per hoc tamen quòd his modis debetur Christo iudiciaria potestas, non excluditur quin debeatur ei ex merito.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm Christo conueniat iudiciaria potestas quantum ad omnes res humanas.

Quolibet 10. arti. 2. cor.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd ad Christum non pertineat iudiciaria potestas quantum ad omnes res humanas. Vt enim legitur Luc. 12. Cùm quidam de turba Christo diceret, Dic fratri meo, vt diuidat mecum hæreditatem: ille respondit, Homo quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos? Non ergo habet iudicium super omnes res humanas.

¶Præterea, Nullus habet iudiciū, nisi super ea quæ sunt sibi subiecta. Sed Christo nondum videmus omnia esse subiecta: vt dicitur Hebr. 2. Ergo videtur quòd Christus non habeat super omnes res humanas iudicium.

¶Præterea, Augustinus dicit 20. de Ciui. Dei, quòd ad iudicium diuinū pertinet hoc, q̄ interdum boni affliguntur in hoc mundo, & interdum prosperantur, & similiter mali. Sed hoc fuit etiam ante Christi incarnationem. Ergo non omnia iudicia Dei circa res humanas pertinent ad iudiciariam potestatem Christi.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ioan. 5. Pater omne iudicium dedit Filio.

CONCLVSIO.

¶ Ad iudiciariam Christi potestatem omnes res humanæ, & alia quæcunque attinent, tam secundum humanam, quàm diuinam naturam.

¶RESPONDEO dicendū, quòd si de Christo loquamur secundū diuinam naturam, manifestū est, q̄ omne iudicium Patris pertinet ad Filium: sicut enim Pater facit omnia verbo suo, ita & omnia iudicat verbo suo. Si verò loquamur de Christo secūdum naturam humanam, sic etiam manifestum est, q̄ omnes res humanæ subdūtur eius iudicio. Et hoc manifestū est, primò quidem si consideremus habitudinem animæ Christi ad verbum Dei. Si enim spiritualis iudicat omnia (vt dicitur primæ ad Corin. 2.) inquantū mens eius verbo Dei inhæret, multò magis anima Christi, quæ est plena veritate Verbi Dei, super omnia iudicium habet.

Secundò apparet idem ex merito mortis eius: quia, vt dicitur Rom. 14. in hoc Christus mortuus est & resurrexit, vt viuorum & mortuorū dominetur. Et ideo super omnes habet iudicium, propter quod & Apostolus ibi subdit, q̄ omnes stabimus ante tribunal Christi. Et Daniel 7. dicitur, q̄ dedit ei potestatem & honorem & regnum, & omnes populi, tribus & linguæ seruient ei.

Tertiò apparet idem ex comparatione rerum humanarū ad finem humanæ salutis. Cuicunq; enim committitur principale, committitur & accessorum. Omnes autem res humanæ, ordinantur in finem beatitudinis, quæ est salus æterna, ad quam homines admittuntur, vel etiam repelluntur iudicio Christi: vt patet Matt. 25. Et ideo manifestum est quòd ad iudiciariam potestatem Christi pertinent omnes res humanæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut dictum est, iudiciaria potestas consequitur regiam dignitatem. Christus autem quanuis esset rex cōstitutus à Deo: non tamē in terris viuens, terrenum regnum temporaliter administrare voluit, vnde ipse dicit Ioan. 18. Regnum meum non est de hoc mūdo. Similiter etiam iudiciariam potestatem exercere noluit super res temporales, qui venerat homines ad diuina transferre. vnde Ambr. ibidem dicit, Bene terrena declinat qui propter diuina descenderat: nec iudex dignatur esse litium, & arbiter facultatum, viuorum habens mortuorúmq; iudicium, arbitriúmque meritorum.

¶ Ad secundū dicendū, quòd Christo sunt omnia subiecta quantum ad potestatem, quam à Patre super omnia accepit: secūdum illud Mat. vlti. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Nondū tamen sunt omnia ei subiecta quantū ad executionē suæ potestatis, quod quidē erit in futuro: quādo de omnibus volūtatē suam adimplebit, quoslā quidē saluādo, quoslā autem puniēdo.

4. dist. 47. q. 1. ar 1. q. 1. Et 4. cō. ira c. 95 princip. Et opus. 3. c. 249. Et opus. 30 artic. 27. Et Isa. 30 lec. 3. princip.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ante Incarnationem huiusmodi iudicia exercebantur per Christum, inquantum Dei verbum est, cuius potestatis facta est particeps per Incarnationem anima ei personaliter vnita.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm post iudicium quod agitur in præsenti tempore, restet aliud iudicium generale.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd post iudicium, quod in præsenti tempore agitur, non restet aliud iudicium generale. Post vltimam enim retributionem præmiorum & pœnarum, frustra adhibetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

ponit rationē, quā perficit in respōsōne ad primum. Est autē ratio integra, q̄ hæc omnia ita claudantur sub genere præmij vel pœnæ, ideo caddit sub æstimatione diuini iudicij, quod ad ola humana præmia, omnēsq; humanas pœnas se extēdit. Patet autem discurrēdo per singula enumerata, quòd nūlla pœna, & nōnullum præmiū est hominis in supradictis reliquit præsuppositā immortalitate animæ & corporis post resurrectiōnem: vt hic suppōnimus.

Annot. ¶Aduerte hic, quòd maior propositio est per se nota, loquēdo de iudicio aliculus rei ex propriis ipsius: vt patet. Et hoc dico ne fallaris à captiosis, obliciēribus de æterno Dei iudicio quo singula perfectissimē iudicat antequam fiāt. Christus etiā secundum quòd homo ab instāti conceptionis suæ perfectissimæ cognouit omnes has reliquias antequā fiāt. Sed hæc sunt ex parte cognoscentis: præsens autē ratio ex rei cognitæ se tenet: & per se notā propositionem assumit, quòd rei mutabilis perfectū iudiciū dari nō potest ante illius consummationē. Et si ipsi iungas q; diuina sapiētia disponit omnia suauiter: ac p hoc quia suauis dispositio iudicij rei mutabilis, exigit vt discutiatur secūdum modū naturę suæ, videbis quòd sapientissimē procedit Autor ad cōcludendū finale iudicium, ex eo quòd perfectum iudicij rei mutabilis non potest suauiter dari ante illius consummationem.

¶Et hęc dicta sint de iudicio, quaten⁹ infra cognitiōis seu speculationis limites consistit: vt autem extēsione fit practicū ad punitēdum vel præmiandum, absq; distinctione aliqua patet propositionem maiorē esse vniuersaliter veriſſimam: quoniā reddere præmiū vel pœnā perfectē, præsupponit consummationē operis puniendi vel præmiādi. Et iuxta hūc sēnsum clarē patet processus literæ absq; obiectiōe aliqua: quia nec Deus prius punit, quàm fiat quod puniendum est, &c.

Annot. ¶Circa reliquias specūlatiuas ad pœnam vel præmiū secundum Autoris sentētiā, aduerte quòd licet apud nostra iudicia hoc videatur per accidens, & cōsequēter alienā ab examinatione iudicij: apud tamē diuinū iudiciū omnia æstimāda esse ex sacris potest colligi literis. Legimus enim Naburhodonosor præmiatū à Deo ob seruitiū sibi exhibitum satis per accidēs in oppugnatione Tyri, vt patet Ezech. 28. Dauid eo quòd multipliciter potuit mutari de bono in malum, aut econuerso, vel de bono in melius, aut de malo in peius. Vnde Apostolus dicit Hebr. 9. quòd hominibus statutum est semel mori, post hoc autem, iudicium.

Sciendum tamen, quòd licet per mortem vitas homnis temporalis terminetur secundum se, remanet tamen ex futuris secundum quid dependens. Vno quidem modo, secundum quòd adhuc viuit in memoriis hominum, in quibus quandoq; contra veritatem remanet bonæ famæ vel malæ. Alio modo in filiis, qui sunt quasi aliquid patris (secundum illud Eccle. 30. Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus: similem enim reliquit sibi post se) & tamen multorum bonorum sunt mali filij, & econtrario.

Tertio modo quātum ad effectū suorum operum, sicut ex deceptione Arrij & aliorū seductorum, pullulat infidelitas vsque ad finem mundi: & vsque tunc proficit fides ex prædicatione Apostolorum. Quarto modo quantum ad corpus, quòd quandoq; honorificè traditur sepulturæ, quandoque verò reliquitur insepultum, & tandem incineratum omnino resoluitur. Quinto modo quantum ad ea, in quibus homo suum affectum defixit: puta in quibuscunq; temporalibus rebus, quorum quædam citius finiuntur, quædam diutius durant. Omnia autem hæc subduntur existimationi iudicij diuini. Et ideo de his omnibus perfectum & manifestum iudicium haberi non potest, quādiu huius temporis cursus durat. Et propter hoc oportet esset finale iudicium in nouissimo die: in quo perfectè id quòd ad vnūquenq; hominem pertinet, quocunque modo, perfectè & manifestè iudicetur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd opinio quorūdam fuit, quòd animæ Sanctorum non præmiantur in cælo, nec animæ damnatorum puniuntur in inferno vsque ad diem iudicij. Quod quidem apparet falsum ex hoc, quod Apostolus secundæ ad Corin. 5. dicit, Audemus, & bonam voluntatem habemus peregrinari à corpore, & præsentes esse ad Dominum: quod est iam non ambulare per fidem, sed per speciem, vt patet ex his quæ subsequuntur. Hoc autem est videre Deum per essentiam, in quo consistit vita æterna: vt patet Ioan. 17. Vnde manifestum est animas à corporibus separatas esse in vita æterna. Et ideo dicendum est, quòd post mortem quantum ad ea quæ sunt animæ, homo sortitur quendam immutabilem statum. Et ideo quantum ad præmium animæ, non oportet vlterius differri iudicium. Sed quia quædam alia sunt ad hominem pertinentia, quæ toto tempore cursū aguntur, quæ non sunt aliena à diuino iudicio, oportet iterum in fine temporis, omnia hæc in iudicium adduci. Licet enim homo secūdum hæc non mereatur neq; demereatur: tamē pertinent ad aliquod eius præmium vel pœnam. Vnde oportet hæc omnia æstimari in finali iudicio.

¶Ad secundum dicendum, quòd Deus non iudicabit bis in idipsum, id est secundum idem: sed secūdum diuersa, non est incouueniens Deum bis iudicare.

¶Ad tertium dicendum, quòd licet præmiū vel pœna corporis dependeat ex præmio vel pœna animæ: tamen quia anima non est mutabilis nisi per accidens propter corpus statim separata à corpore, habet statum immutabilem, & accipit suū iudicium. Sed corpus remanet mutabilitati subiectum vsq; ad finem tēporis. & ideo oportet q; tunc recipiat suū præmiū vel pœnam in finali iudicio.

ARTICVLVS VI.

¶Vtrùm iudiciaria potestas Christi se extendat ad angelos.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd potestas Christi iudiciaria non se extendat ad angelos. Angeli enim tā boni quàm mali iudicati sunt à principio mundi quando quibusdam cadentibus per peccatum, alij sunt in beatitudine confirmati. Sed illi qui iudicati sunt, non indigent iterum iudicari. Ergo potestas iudiciaria Christi non se extendit ad angelos.

¶Præterea, Non est eiusdem iudicare & iudicari. Sed angeli venient cum Christo iudicaturi: secundum illud Matt. 25. Cùm venerit Filius hominis in maiestate sua, & omnes Angeli cum eo. Ergo videtur quòd angeli nō sint iudicandi à Christo.

¶Præterea, Angeli sunt superiores aliis creaturis. Si ergo Christus est iudex non solùm hominum, sed etiam angelorum, pari ratione erit iudex omnium creaturarum. Quod videtur esse falsum, cùm hoc sit proprium prouidentiæ Dei, vnde dicitur Iob. 34. Quem constituit aliū super terram, aut quem posuit super orbem, quem fabricatus est? non ergo Christus est iudex angelorum.

Quoque punitum legimus ob seruitū satis per accidens, quia inquisiuit Nathan prophera, Insuper & micos secisti blasphemare nomen Domini, filius qui natus est tibi, morietur, 2. Reg. 12. Vnde quens autem hoc credi posset falsum, quoniā sancti homines, quandoque beatores sint angelis, non tamē præsunt regimini vniuersi spiritualis aut corporalis creaturæ: sed hoc officiū reseruatum est angelis, quibus cōgruit ex natura. Vnde intelligendū est inferiora regi per superiora nō secundū quid, sed simpliciter & absolutè, & propterea quia Christus homo est simpliciter & absolutè superior angelis, quia est caput totius Ecclesiæ triūphātis animæ autē beatorum hominū supra multos angelos, sunt angelis superiores solùm secūdum quid, scilicet secūdum beatitudinē: ideo ex dictā auctoritate Aug. & Dionysij nō concluditur, q; Christus est super administratione totius creaturæ: & cum hoc animę beatorū hominum non præsunt vniuersali regimini creaturarum.

¶In hac sufficiant de principali parte huius quæ de mysterio incarnationis Verbi tractauit.

¶Super Quæstionis sexagesimæ Articulum primum.

Post considerationē, &c. Hic incipit secūda pars principalis huius libri, distincta in partes octo. primā de sacramētis in cōmuni, & reliqua septē secūdum singula septē sacramēta. Primā igitur hęc pars durās vsq; ad quæstionē sexagesimāsextam, inchoat à sacramenti genere in primo articulo huius quæstionis. 60. vt clarē ritulus mōstratus quòd in tribulo huius articuli, Sacramēti nomē sumitur secundū eam significationem qua prædicatur de septem Ecclesiæ sacramētis. Et est interīto inquirēdū, an secūdum illam significationē sit in genere signi: quousque addit one aliqua quæstio proponatur & probetur argumenta absolutè de sacramēto arguantur.

¶In corpore articuli vna est conclusio: Sacramentū de quo est sermo, est in genere signi. Probatur dupliciter. Primò quia sacramēta, secūdum q; importāt habitudinem signi ergo. Antecedens manifestatur ex hoc, q; sacramenti nomen est multiplex: & dicitur tā habēs quàm causa, quā signum, & testimoniū sanctitatis occultæ. Et virtus hoc manifestatur ex dominii regula quia omnia subdita ordinē ad vnū, possunt diuersimodo ab illo nominari: vt patet in sanitate &

nira. inferiora quodam ordine reguntur à Deo per superiora, oportet dicere quòd omnia regantur per animam Christi, quæ est supra omnem creaturam. Vnde & Apostolus dicit Hebr. 2. Non enim angelis subiecit Deus orbem terræ, futurum (scilicet subiectum.) ei, de quo loquimur, id est Christo. Nec tamen propter hoc aliū constituit Deus super terram: quia vnus & idem est & Deus & homo, dominus Iesus Christus. De cuius Incarnationis mysterio ad præsens dicta sufficiant.

QVAESTIO SEXAGESIMA

de Sacramentis, in octo articulos diuisa.

POST considerationem eorum quæ pertinent ad mysteria Verbi incarnati, considerandum est de Ecclesiæ sacramentis, quæ ab ipso Verbo incarnato efficaciam habent. Et prima considerātio erit de sacramentis in communi. secunda de vnoquoque sacramentorum in speciali.

¶Circa primum quinque consideranda sunt.

¶Primò quid sit sacramentum.

¶Secundò, de necessitate sacramentorum.

¶Tertiò, de effectibus sacramentorum.

¶Quartò, de causa eorum.

¶Quintò, de numero.

¶Circa primum quæruntur octo.

¶Primò, vtrùm sacramentum sit in genere signi.

¶Secundò, vtrùm omne signum rei sacræ sit sacramentum.

¶Tertiò, vtrùm sacramentum sit signum vnius rei tantum, vel plurium.

¶Quartò, vtrùm sacramentum sit signum quod est res sensibilis.

¶Quintò, vtrùm ad sacramentum requiratur determinata res sensibilis.

¶Sextò, vtrùm ad sacramentum requiratur significatio, quæ est per verba.

¶Septimò, vtrùm requirantur determinata verba.

¶Octauò, vtrùm illis verbis possit aliquid addi vel subtrahi.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm Sacramentum sit in genere signi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd sacramentum non sit in genere signi. Videtur enim sacramentum dici à sacrando, sicut medicamentum à medicando. Sed hoc magis videtur pertinere ad rationem causæ, quàm ad rationem signi. Ergo sacramentum magis est in genere causæ, quàm in genere signi. *4. dist. 1. q. 1. arti. 1 q. 1. & 2. 3. Ad 1. & ar. 4. q. 2. ad 1.*

¶Præterea, Sacramentum videtur aliquid occultum significare: secundum illud Tobiæ 12. Sacramentum Regis abscondere bonum est, & Ephe. 3. Quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo. Sed illud quod est absconditum, videtur esse contra rationem signi. nam signum est quod* præter speciem, quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud in cognitionem venire: vt patet per Augustin. in 2. de Doctrina Christiana. Ergo videtur quòd sacramentum non sit in genere signi. ** Aliàs per.*

¶Præterea, Iuramentum quandoque sacramentum nominatur: dicitur enim in Decr. 22. q. 5. Paruuli qui fine ætate rationabili sunt non cogātur iurare: & qui semel periuratus fuerit, nec testis sit potest hoc, nec ad sacramentum, id est iuramentum accedat. Sed iuramentum non pertinet ad rationem signi, ergo videtur quòd sacramentum non sit in genere signi.

¶SED CONTRA, est quod Augustin. dicit in 10. de Ciuit. Dei, Sacrificium visibile, inuisibilis sacrificij sacramentum, id est sacrum signum est.

CONCLVSIO.

¶Sacramentum est sacrum signum sacrificij inuisibilis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd omnia quæ habent ordinem ad vnum aliquid, licet diuersimodè ab illo denominari possunt,

¶SED CONTRA est quod Apostolus dicit 1. Corin. 6. An nescitis quoniam angelos iudicabimus? Sed Sancti non iudicabunt nisi autoritate Christi, ergo multò magis Christus habet iudiciariam potestatem super angelos:

CONCLVSIO.

¶Non modò iudiciaria Christi potestati angeli subduntur secundum diuinam naturam, sed secundum humanam.

¶RESPONDEO dicendum, quòd angeli subsunt iudiciariæ potestati Christi, non solùm quantum ad diuinam naturam, prout est verbum Dei, sed etiam ratione humanæ naturæ. Quòd patet ex tribus. Primò quidem, ex propinquitate naturæ assumptæ ad Deum: quia, vt dicitur Hebr. 2. nusquam angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. Et ideo anima Christi magis est repleta virtute verbi Dei, quàm aliquis angelorum, vnde & angelos illuminat: sicut Diony. dicit 7. cap. Cæle. hierar. Vnde de eis habet iudicare. Secundò, quia per humiliratem passionis, humana natura in Christo, meruit exaltari super angelos: ita sicut dicitur Philip. 2. Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestriū & infernorum. Et ideo Christus habet iudiciariā potestatem etiam super omnes angelos & bonos & malos. In cuius signum dicitur Apoc. 7. q; omnes angeli stabant in circuitu throni. Tertiò, ratione eorū quæ circa homines operantur: quorum Christus speciali quodam modo est caput. Vnde dicitur Herb. 1. Omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi, propter eos, qui hæreditatem capiūt salutis.

¶Subsunt autem iudicio Christi, vno quidem modo quantum ad dispensationem eorum, quæ per ipsos aguntur, quæ quidem dispensatio fit etiam per hominem Christum: cui angeli ministrabant, vt dicitur Matt. 4. & à quo dæmones perebant, vt in porcos mitterentur, vt dicitur Matth. 8.

Secundò, quantum ad alia accidentalia præmia bonorum angelorum, quæ sunt gaudia, quæ habent de salute hominum: secundum illud Luc. 15. Gaudium erit angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente: & etiam quantum ad pœnas accidentales dæmonum: quibus torquentur vel hic, vel reclūduntur in inferno. Et hoc etiam pertinet ad hominem Christū. vnde Marc. 1. dicitur, quòd dæmon, clamauit, Quid nobis & tibi Iesus Nazarene? venisti ante tempus perdere nos.

Tertiò quantum ad præmium essentiale bonorum angelorum, quòd est beatitudo æterna: & quātum ad pœnam essentialem angelorum malorum, quæ est damnatio æterna. Sed hoc factum est per Christum inquantum est verbum Dei, à principio mundi.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de iudicio quantū ad præmium essentiale, & pœnam principalem.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut dicit Augustin. in lib. de Vera religione, licet spiritualis iudicet omnia: tamen iudicatur ab ipsa veritate. Et ideo licet angeli, ex eo quòd sunt spirituales, iudicent: iudicātur tamen à Christo, inquantum est veritas.

¶Ad tertium dicendum, quòd Christus habet iudicium non solùm super angelos, sed etiam super administrationem totius creaturæ. Si enim vt Augustin. dicit in 3. de Trinitate, In corpore duo sunt. Primò respondetur quæstio, vna conclusione. Angeli subsunt iudiciariæ potestati Christi etiam inquantum est homo. Et probatur tripliciter, secūdò declaratur quo ad quid angeli subsunt sic Christo. Et fit distinctio trimembris, scilicet de ministerio, vel præmio aut pœna accidentali, vel præmio, aut pœna essentiali. Et omnia clara sunt in litera.

¶In respōsione ad tertium, aduerte q; quum dicitur inferiora regi per superiora, non intelligitur de inferioribus superiori quoad⁹, modo nec de inferiori & superiori quo ad beatitudinē: alioquin sequerentur quòd multi angeli regerētur per multos sanctos homines, quos eleuatos credimus supra multos angelos, & consequenter multi Sancti homines concurrerēt ad administrationē modi huius inferioris: quoniā administratio hæc minimis videtur creditta angelis. Consequens autem hoc credi nō esse falsum, quoniā sancti homines, quandoque beatores sint angelis, non tamē præsunt regimini vniuersi spiritualis aut corporalis creaturæ: sed hoc officiū reseruatum est angelis, quibus cōgruit ex natura. Vnde intelligendū est inferiora regi per superiora nō secundū quid, sed simpliciter & absolutè, & propterea quia Christus homo est simpliciter & absolutè superior angelis, quia est caput totius Ecclesiæ triūphātis animæ autē beatorum hominū supra multos angelos, sunt angelis superiores solùm secūdum quid, scilicet secūdum beatitudinē: ideo ex dictā auctoritate Aug. & Dionysij nō concluditur, q; Christus est super administratione totius creaturæ: & cum hoc animę beatorū hominum non præsunt vniuersali regimini creaturarum.

¶In hac sufficiant de principali parte huius quæ de mysterio incarnationis Verbi tractauit.

¶Super Quæstionis sexagesimæ Articulum primum.

Post considerationē, &c. Hic incipit secūda pars principalis huius libri, distincta in partes octo. primā de sacramētis in cōmuni, & reliqua septē secūdum singula septē sacramēta. Primā igitur hęc pars durās vsq; ad quæstionē sexagesimāsextam, inchoat à sacramenti genere in primo articulo huius quæstionis. 60. vt clarē ritulus mōstratus quòd in tribulo huius articuli, Sacramēti nomē sumitur secundū eam significationem qua prædicatur de septem Ecclesiæ sacramētis. Et est interīto inquirēdū, an secūdum illam significationē sit in genere signi: quousque addit one aliqua quæstio proponatur & probetur argumenta absolutè de sacramēto arguantur.

¶In corpore articuli vna est conclusio: Sacramentū de quo est sermo, est in genere signi. Probatur dupliciter. Primò quia sacramēta, secūdum q; importāt habitudinem signi ergo. Antecedens manifestatur ex hoc, q; sacramenti nomen est multiplex: & dicitur tā habēs quàm causa, quā signum, & testimoniū sanctitatis occultæ. Et virtus hoc manifestatur ex dominii regula quia omnia subdita ordinē ad vnū, possunt diuersimodo ab illo nominari: vt patet in sanitate &

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis sexagesimæ Articulum secundum.

Titulus clarus.

Comment. ¶ In corpore. Autor accómodat diffinitionem hãc, scilicet signum rei sacræ, ad hoc vt sit conuertibilis cũ sacramẽto, vt quod ex proprietate significationis nõ habet, ex accõmodatione intelligatur habere. Hinc enim duas subintelligi vult eõdiones rei sacræ, scilicet sanctificãtis hominẽ: quòd nõ aliũde deducitur, quàm ex hoc q̃ signũ proprie datur homini cuius est per notũ ad ignotũ discurrere.

Annot. ¶ Et scito duo: primũ q̃ Autor nõ solùm pro re uetẽtia sic diffinit ẽtum sacramẽtum, sed etiam pro firmãdo vsu Ecclesiæ, quo sacramẽtum dicimus, non cuiusq; rei sacræ signum, sed hominẽs sanctificãtis, deseruiẽtem hanc indiffinitionem erexit. Secũdũ est, quòd ly sanctificantis, intelligitur in actu exercito: hoc est, q̃ est signũ rei sacre, vt actualiter exercet sanctificationẽ hominis: quia ad hoc adhibetur vt signũ, vt sanctificetur homo per illius significatum.

¶ Super Quæstionis sexagesimæ Articulum tertium.

Titulus clarus.

Comment. ¶ In corpore vna cõclusio cum vno corollario. Conclusio: Sacramẽtum est signum trium rerũ. Declaratur: Sacramentum est signum nostræ sanctificationis, in qua cõsiderantur tria, & hæc per sacramẽta significãtur: ergo Corollariũ est: Sacramẽtum est signũ rememoratiuum, demonstratiuum, & prognosticum, Declaratus ex tribus præmissis.

Annot. ¶ Aduerte hic, quòd Autor gratia meterię ab iq; probatiõe procedit, declarãdo quæ ab iq; conuenit sũ accipiũtur de sacramẽtis in cõmuni.

Infrà, q. 64. art. 2. Et 1. 2. qũ 101. artic. 4 cor & q. 102. ar. 5. co Et 4. di. 1. q. 1. ar 1. 2. q. 1.

POSSVNT sicut à sanitate, quæ est in animali, denominatur sanũ, non solùm animal, quod est sanitatis subiectum, sed dicitur, medicina sana, inquantum est sanitatis effectiua, dicta verò, inquãtum est conseruatiua ipsius. Sic igitur sacramentum potest aliquid dici, vel quia in se habet aliquam sanctitatem occultam (& secundum hoc sacramentũ idem est quod sacrum secretum) vel quia habet aliquem ordinem ad hanc sanctitatem, vel causæ, vel signi, vel secundum quancunque aliam habitudinem. Specialiter autẽ nunc loquimur de sacramentis, secũdum quòd important habitudinem signi, & secũdum hoc sacramentum ponitur in genere signi.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd quia medicina se habet vt causa effectiua sanitatis, inde est quòd omnia denominata à medicina dicuntur per ordinem ad vnũ primum agens, & propter hoc medicamentum importat causalitatem quandam. Sed sanctitas, à qua denominatur sacramentum, non significatur per modum causæ efficientis, sed magis per modum causæ formalis vel finalis: & ideo non oportet quòd sacramentum sẽm per importet causalitatem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit, secũdum q̃ sacramentum idem est quod sacrum secretum. Dicitur autem non solùm Dei secretum, sed etiam Regis, esse sacrum & sacramentũ: quia secũdum antiquos sancta vel sacrosancta dicebãtur, quæcunq; violari non licebat: sicut etiam muri ciuitatis, & personæ in dignitatibus cõstitutæ. Et ideo illa sacreta siue diuina, siue humana, quæ nõ licet violari, quibuslibet publicando, dicuntur sacra vel sacramenta.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd etiam iuramentum habet quãdam habitudinem ad res sacras: inquãtum scilicet est quædam cõtestatio sacta per aliquod sacrum. Et secundum hoc dicitur iuramentum esse sacramentum, non eadem ratione, qua nunc loquimur de sacramentis, non tamen æquiuocè sumpto nomine Sacramenti, sed analogicè, scilicet secundum diuersam habitudinem ad aliquid vnum, quod est res sacra.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm omne signum rei sacræ sit sacramẽtum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Viderur quòd non omne signum rei sacræ sit sacramentum. Omnes enim creaturæ sensibiles sunt signa rerum sacrarum, secundum illud Rom. primo, Inuisibilia Dei, per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur. Nec tamen omnes res sensibiles possunt dici sacramenta. Non ergo omnes signum rei sacræ est sacramentum.

¶ Præterea, Omnia quæ in veteri lege fiebant, Christum figurabant: qui est Sanctus sanctorum: secundum illud primæ ad Corin. 10. Omnia in figura contingebant illis. & Colos. 2. Quæ sunt vmbra futororum, corpus autem Christi. Nec tamen omnia gesta Patrum veteris Testamenti, vel etiam omnes cæremoniæ legis sunt sacramenta, sed quædam specialiter: sicut in Secunda parte habitum est. Ergo videtur quòd non omne signum rei sacræ sit sacramentum.

¶ Præterea, Ittiam in nouo Testamento multa geruntur in signum alicuius rei sacræ, quæ tamen non dicuntur sacramẽta: sicut asperso aquæ benedictæ, cõsecratio altaris, & similia. Non ergo omne signum rei sacræ, est sacramentum.

¶ SED CONTRA est, quòd diffinitio conuertitur cum diffinito. Sed quidam diffiniunt sacramentum, per hoc quòd est sacræ rei signum, & hoc etiam videtur ex auctoritate Augusti. suprà inducta. Ergo videtur quòd omne signum rei sacræ, sit sacramentum.

CONCLVSIO.

¶ Non omnis sacræ rei signum sacramentum est, sed rei sacræ sanctificantis homines.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd signa propriè dantur hominibus, quorũ est, per nota ad ignota peruenire. Et ideo propriè dicitur sacramentum, quod est signum alicuius rei sacræ ad homines pertinẽtis: vt scilicet propriè dicatur sacramentũ, secundum quòd nunc de sacramentis loquimur, quòd est signum rei sacræ inquantum est sanctificans homines.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd creaturæ sensibiles significant aliquid sacrum, scilicet sapientiam & bonitatem diuinam, inquantum sunt in seipsis sacra: non autem inquãtum nos per ea sanctificemur. Et ideo non possunt dici sacramenta, secundum quòd nunc loquimur de sacramentis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quædã ad verus Testamentum pertinentia, significabant sanctitatem Christi, secundum quòd ipse sanctus est. Quædam verò significabant sanctitatem eius, inquãtum per ea nos sanctificamur: sicut immolatio agni Paschalis significabat immolationem Christi, qua sanctificati sumus. Et talia dicuntur propriè veteris Legis sacramenta.

¶ Ad tertium dicendum, quòd res denominatur à fine & complemento: dispositio autem non est finis, sed perfectio. Et ideo quæ significant dispositionem ad sanctitatem, non dicuntur sacramẽta de quibus procedit obiectio, sed solùm ea quæ significat perfectionem sanctitatis humanæ.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm sacramentum sit signum vnius rei tantùm.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd sacramentum non sit signum nisi vnius rei. Id enim quo multa significãtur, est signum ambiguum, & per consequẽs fallẽdi occasio: sicut patet de nominibus æquiuocis. Sed omnis fallacia debet remoueri à Christiana religione: secundum illud Colos. 2. Videte, ne quis vos seducat per philosophiam, & inanem fallaciam. Ergo videtur quòd sacramentum nõ sit signum plurium rerum.

¶ Præterea, Sicut dictum est, sacramentum significat rem sacram, inquãtum est humanæ sanctificationis causa. Sed vna sola est causa humanæ sanctificationis, scilicet sanguis Christi, secũdum illud Hebr. vlti. Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Ergo videtur quòd sacramentum non significet plura.

¶ Præterea, Dictum est, quòd sacramentum propriè significat ipsum finem sanctificationis. Sed finis sanctificationis est vita æterna: secundum illud Romano. 6. Habetis fructum vestrum in sanctificatione, finem verò vitam æternam. Ergo videtur quòd sacramentum non significet nisi vnam rem, scilicet vitam æternam.

¶ SED CONTRA est quòd in Sacramento altaris est duplex res significata, scilicet corpus Christi verum, & mysticum, vt Aug. dicit in lib. sententiarum Prosperi.

CONCLVSIO.

¶ Sacramentum est signum rememoratiuum passionis Christi, & diuinæ gratiæ demonstratiuum, ac futuræ gloriæ prognosticum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut dictum est) sacramentum propriè dicitur quod ordinatur ad significandam nostram sanctificationem. In qua tria possunt considerari, videlicet ipsa causa sanctificationis nostræ, quæ est passio Christi & forma nostræ sanctificationis, quæ consistit in gratia & virtutibus, & vltimus finis sanctificationis nostræ, qui est vita æterna. Et hæc omnia per sacramenta significantur. Vnde sacramentum est & signum rememoratiuum eius quòd præcessit, scilicet passionis Christi, & demonstratiuum eius quod in nobis efficitur per Christi passionem, scilicet gratiæ, & prognosticum, id est prænuntiatiuum futuræ gloriæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd tunc est signum ambiguum, præbens occasionem fallendi quando significat multa, quorum vnum non ordinatur ad aliud. Sed quando significat multa, secũdum quòd ex eis quodam ordine efficitur vnum, tunc non est signum ambiguum, sed certum: sicut hoc nomen homo significat animam & corpus, prout ex eis constituitur humana natura.

¶ Super Quæstionis sexagesimæ Articulum quartum.

Annot. *Titulus clarus.* Res sensibiles, puta aqua, oleũ, vinum, panis.

Comment. ¶ In corpore vna conclusio: Ad sacramenta requiritur res sensibiles. Probatur dupliciter. Primò ratione: Res sacræ quæ per sacramẽta significãtur, sunt quædam bona intelligibilia, quibus homo sanctificatur: ergo per aliquas res sensibiles signi ficatio sacramenti impleãda est: ergo ad sacramenta requiruntur res sensibiles. Prima cõsequentia probatur ratione ex parte quidem nostri, quia modus naturalis cognitionis humanæ est, vt per sensibilia ad intelligibilia deueniat: signum autem est per quod in alteriũ cognitionẽ deuenimꝰ. Ex parte verò Dei quia secundum modum nostrũ Deus prouidet nobis: quod in litera tripliciter manifestatur. Cõsequens est igitur quòd significatio talis signi à Deo homini dati, scilicet sacramenti, per sensibilia impleatur. Et similitudines: quia spiritualia in sacra Scriptura per sensibiles similitudines innotescũt. Secundo probatur ex cõclusione auctoritate Dionysij.

¶ Super Quæstionis sexagesimæ Articulum quintum.

Titulus clarus.

Comment. ¶ In corpore vna est conclusio responsiua quæsito: In sacramẽtis nouæ Legis oportet vti rebus ex diuina institutione determinatis. Probatur: Non pertinet ad aliquem determinare quod in alterius, sed quod est in sua potestate, sed sancti ficatio est in potestate Dei, non hominis: ergo non pertinet ad hominem instituere sanctificationis hominis: sed sacramenta sunt sanctificatiua hominis: ergo. Vltimò subsumpta proposito & probatur auctoritate Apostoli, & declaratur distinguendo duo, quæ in sacramentorum vsu inueniuntur: scilicet cultus diuinus & sanctificatio hominis: & declarando horũ differentiam, quia primum est hominis ad Deum, secundũ est cõtra Dei ad hominem.

Annot. ¶ Vbi videre potes, quòd autor duo hæc considerauit in sacramentis: vt quia ex primo poterat ratio determinãdi res, ad hominem spectare cuius est colere Deum, hoc vel illo modo) ex secũdo necessitatẽ mõstraret diuinæ institutionis, cuius est sanctificare hominẽ per hæc vel illa signa, & sine his & illis, vt placet. Et quia nullum sacramentum significat tria prædicta, secundum quòd quodam ordine sunt vnum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sacramentum in hoc quòd significat rem sanctificantem, oportet quòd significet effectum, qui intelligitur in ipsa causa sanctificante, prout est sanctificans.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sufficit ad rationem sacramenti, quòd significet perfectionem quæ est forma: nec oportet quòd solùm significet perfectionem, quæ est finis.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm sacramentũ sit semper aliqua res sensibilis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd sacramentum non semper sit aliqua res sensibilis. Quia secundum Philosophum in lib. Priorum, omnis effectus, suæ causæ signum est. Sed sicut sunt quidam effectus sensibiles, ita etiam sunt quidam effectus intelligibiles, sicut scientia est effectus demonstrationis. ergo non omne signum est sensibile. Sufficit autem ad rationem sacramenti, quòd sit signum alicuius rei sacræ, inquantũ per eam homo sanctificatur: vt dictum est. Non ergo requiritur ad sacramentum, quòd sit aliqua res sensibilis.

¶ Præterea, Sacramenta pertinent ad cultum vel regnum Dei. Sed res sensibiles non videntur pertinere ad cultum Dei. dicitur enim Ioan. 4. Spirirus est Deus, & eos qui adorant eum, in Spiritu & veritate oportet adorare. & Rom. 14. Non est regnum Dei, esca & potus. Ergo res sensibiles non requiruntur ad sacramentum.

¶ Præterea, Augusti. dicit in libro de Libero arbitrio, quòd res sensibiles sunt minima bona, sine quibꝰ homo rectè viuere potest. Sed sacramenta sunt de necessitate salutis humanæ (vt infrà patebit) & ita sine eis homo rectè viuere non potest. Non ergo res sensibiles requiruntur ad sacramenta.

¶ SED CONTRA est quod Augusti. dicit super Ioan. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Et loquitur ibi de elemento sensibili, quod est aqua. Ergo res sensibiles requiruntur ad sacramenta.

CONCLVSIO.

¶ Cùm per sacramenta significentur homini spiritualia & intelligibilia, oportet per sensibilia, sacramenta ipsa hominibus proponi.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sapiẽtia diuina vnicuique rei prouidet secundum suum modum: & propter hoc dicitur Sapien. 8. quòd suauiter disponit omnia. vnde & Matth. 25. dicitur quòd dedit vnicuiq; secundum propriam virtutem. Est autem homini connaturale, vt per sensibilia perueniat in cognitionem intelligibilium. Signum autẽ est, per quod aliquis deuenit in cognitionem alterius. Vnde, cùm res sacræ, quæ per sacramenta significãtur, sint quædam spiritualia & intelligibilia bona, quibus homo sanctificatur, consequens est vt per aliquas res sensibiles significatio sacramẽti impleatur: sicut etiam per similitudinem sensibilium rerum in diuina Scriptura res spirituales nobis describuntur. Et inde est quòd ad sacramenta requiruntur res sensibiles: vt etiam Dionys. probat in primo cap. Cæle. hierar.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vnumquodque præcipuè denominatur & diffinitur secundum id quod conuenit ei primò & per se, non autem secundum id quod conuenit ei per aliud. Effectus autem sensibilis, per se habet quòd ducat in cognitionem alterius, quasi primò & per se homini innotescens: quia omnis nostra cognitio à sensu oritur: effectus autem intelligibiles, non habent quòd possint ducere in cognitionem alterius, nisi inquantum sunt per aliud manifestati, id est per aliqua sensibilia. Et inde est quòd primò & principaliter dicuntur signa, quæ sensibus offeruntur: sicut Augusti. dicit in 2. de doctrina Christiana: vbi dicit quòd signũ est, quòd præter speciem quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud in cognitionem venire. Effectus autem intelligibiles non habent rationem signi, nisi secundum que sunt manifestati per aliqua signa. Et per hunc etiam modum, quædam quæ non sunt sensibilia dicuntur quodammodo sacramenta, inquantum sunt significata per aliqua sensibilia, de quibus infrà agetur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd res sensibiles, vt in sua natura cõsiderantur, non pertinent ad cultum vel ad regnum Dei: sed solùm secundum quòd signa spiritualium rerum, in quibus regnum Dei consistit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Augusti. ibi loquitur de rebus sensibilibus, secundum quòd sunt in sua natura: non autem secundũ quæ assumuntur ad significandum spiritualia, quæ sunt maxima bona.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm requirantur determinatæ res ad sacramenta.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd non requirantur determinatæ res ad sacramenta. Res enim sensibiles assumuntur in sacramentis ad significandum vt dictum est. Sed nihil prohibet diuersis rebus sensibilibus idem significari: sicut in sacra Scriptura Deus aliquando metaphoricè significatur per lapidem, quandoque per leonem, quandoque per solem, aut aliquid aliud huiusmodi. Ergo videtur quòd diuersæ res possint congruere eidem sacramento. Non ergo determinatæ res in sacramentis requiruntur.

¶ Præterea, Magis est necessaria salus animæ quàm salus corporis. Sed in medicinis corporalibus, quæ ad salutem corporis ordinantur, potest vna res pro alia poni in eius defectu. Ergo multò magis in sacramentis, quæ sunt medicinæ spirituales ad salutem animæ ordinatæ, poterit vna res assumi pro alia quando illa defuerit.

¶ Præterea, Non est conueniens, vt hominis salus arretur per legẽ diuinam, & præcipuè per legem Christi, qui venit omnes saluare. Sed in statu legis naturæ non requirebantur in sacramentis aliquæ res determinatæ, sed ex voto assumebantur, vt patet Gen. 28. Vbi Iacob vouit se Deo decimas hostias pacificas oblaturum. Ergo videtur quòd non debuerit artari homo, & præcipuè in noua lege, ad alicuius rei determinatæ vsum in sacramentis.

¶ SED CONTRA est quod Dominus dicit Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

CONCLVSIO.

¶ In sacramentis nouæ legis, rebus vti oportet, lege, seu institutione diuina determinatis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in vsu sacramentorum duo possunt considerari, scilicet cultus diuinus, & sanctificatio hominis. Quorum primum pertinet ad hominem per comparationem ad Deum, secundum autem econuerso pertinet ad Deum per comparationem ad hominem. Non pertinet autem ad aliquẽ determinare quod in potestate alterius, sed solùm id quod est in sua potestate. Quia ergo sanctificatio hominis est in potestate Dei sanctificantis, non pertinet ad hominem suo iudicio assumere res, quibus sanctificetur, sed hoc debet esse ex diuina institutione determinatum. Et ideo in sacramentis nouæ Legis, quibus homines sanctificantur (secundum illud primæ ad Corinth. 6. Abluti estis, sanctificati estis) oportet vti rebus ex diuina institutione determinatis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd etsi idem potest per diuersa signa significari: determinare tamen quo signo sit vtendum * ad significandum pertinet, ad significantem. Deus autem est qui nobis significat spiritualia per res sensibiles in sacramentis, & per verba similitudinaria in Scripturis. Et ideo sicut iudicio Spiritus sancti determinatum est, quibus similitudinibus in certis Scripturæ locis res spirituales significentur, ita

* *Aliàs forsitan sic eãdem.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

mentum est, quod non sanctificet hominem: ideo ostendit oportet à Deo determinata esse quo ad sibi substantiale.

Annot. ¶ In responsione ad primũ, aduerte quàm præsumptuosa, inuentiosa ac sacrilega sit eorum solertia: qui proprias aut Pontificũ similitudines tanquam spirituallium significatiua interpretãtur, scribunt aut prædicant: usurpant enim officium Spiritus sancti, cuius iudicio res aliquæ institutæ sunt in figuram aliorum, dicente Apostolo, Omnia in figuram contingebãt illis. Vilificãtq; sacram Scripturam, dum ex talibus fictione occasionem dant credendi, quòd similiter humano Spiritu sint in figurã ea quę sunt in Sacris literis: quemadmodũ hęc quæ audiunt humani dexterrimæ ingenij cõmenta. Et sic multum autoritatis detrahitur sacrę Scripturæ figuris.

¶ super Quæstionis sexagesimæ Articulum sextum.

Cõment. TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Sacramenta tripliciter considerantur, & quolibet modo congruunt eis verba. Probatur quo ad primam partẽ, quia sacramenta adhibentur vt signa quædam ad hominũ sanctificationem. Quo ad secundam, signũ latim declarãdo singula membra cum suis rationibus: vt clarè & ordinatè patet in litera.

4.di. 1. q.1.ar.3. & di.13. q.1. art. 2. q. 6. ad secũdum. ¶ Aduerte, quòd prima pars conclusionis ex assumpto facilè deducitur nam quia sacramẽta ad sanctificationem adhibentur oportet primam eorum considerationem secundum sanctificationis causam fieri. Et quia ad sanctificandos homines sunt sensibilia ex parte hominis est. Et quia vt signa adhibentur, consequens est vt tertia eorum consideratio secundum significationem fiat.

Et veri. q.27.ar. 4.ad de cimum. Annot. ¶ In responsione ad secundum, perspice, quòd in sacramentis res & verba coeunt in vnum signum: quia constituũt vnum sacramentum, quod non nisi signum vnum est. Vnde, proprie loquendo, ablutio in aqua in baptismo nõ est vnum signum, & verba sunt aliud signum: vt tanquã ex duobus partialibus signis fiat vnũ totale signum: sed ipsa applicatio aquæ, quæ indeterminata est ad significandã spiritualem ablutionem, vel spirituales claritatem, aut simplicitatem, aut aliquid huiusmodi, ex cõiunctione ad verba abluentis, determinatur ad significandum spiritualem ablutionem, ita quòd non sunt duę relationes signi in aqua & verbis: sed vna tantũmodo relatio signi est in hoc compositũ ex rebus & verbis, vt sunt determinabile & determinatio in ratione significandi vnum spirituale effectum. Sunt enim hæc res in litera subtiliter tractata, & declaratur in rebus ea ratione in corpore articuli velut materia & forma in genere signi, non quòd relatio talis signi sit composita ex materia & forma: sed quia relatio talis signi non adest nisi composito ex talibus determinabili & determinante: quæ sunt velut materia & forma.

¶ Super Quæstionis sexagesimæ Articulũ septimum.

Cõment. TItulus vt patet.

¶ In corpore vna conclusio. In sacramẽtis requiritur determinata forma verborũ. Probatur in tribus mẽbris inquirendo determinatæ res sensibiles quæ se habẽt, vt materia: ergo multò magis requiritur determinata verborũ, quæ se habent vt forma. Autecedens patet ex articulo cuius ad secundum &c. & hic reperitur. Consequẽtia probatur: quia principalius requiritur ad esse rei determinata forma, quã determinata materia. Probatur: quia ex omnibus cõpositis ex materia & forma, principũ determinationis est ex parte formæ: quia est finis & terminus materiæ: & materia determinata cognoscitur, vt sit proportionata determinatæ formę.

bus vtimur in sacramentis, applicari verba, tãquam formæ sacramentorum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sacramenta (sicut dictum est) adhibentur ad hominum sanctificationem sicut quædam signa. Tripliciter ergo considerari possunt: & quolibet modo congruit eis quòd verba rebus sensibilibus adiungantur. Primò enim possunt considerari ex parte causæ sanctificantis, quæ est verbum incarnatum, cui sacramentum quodammodo cõformatur, in hoc quòd rei sensibili verbum adhiberur, sicut in mysterio Incarnationis carni sensibili est verbum Dei vnitum. Secundò possunt considerari sacramenta ex parte hominis qui sanctificatur, qui componitur ex anima & corpore, cui proportionatur sacraméталis medicina: quæ per rem visibilem corpus tangit, & per verbum ab anima creditur. Vnde Augu. dicit super illud Ioan. 15. Iam vos mundi estis propter sermonẽ, &c. vnde est ista tanta virtus aquæ vt corpus tangat, & cor abluat nisi faciente verbo, non quia dicitur, sed quia creditur? Tertiò possunt considerari ex parte ipsius significationis sacramentalis. Dicit autẽ Aug. in 2. de Doctrina Christiana, quòd verba inter homines obtinuerunt principatum significandi: quia verba diuersimodè for mari possunt ad significandos diuersos conceptus mentis: & propter hoc per verba, magis distinctè possumus exprimere quod mẽte concipimus. Et ideo ad perfectionem significationis sacramentalis, necesse fuit vt significatio rerum sensibilium, per aliqua verba determinaretur. Aqua enim significare potest & ablutionem propter suam humiditatem, & refrigerium propter suam frigiditatem. Sed cùm dicitur, Ego te baptizo, manifestatur quòd aqua vtimur in baptismo ad significandam emundationem spiritualem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd res visibiles sacramentorum dicuntur verba per quandam similitudinem, inquantum scilicet participant quandam vim significandi, quæ principaliter est in ipsis verbis, vt dictũ est. Et ideo non est superflua ingeminatio verborum, cùm in sacramentis, rebus visibilibus verba adduntur: quia vnum eorum determinatur per aliud, vt dictum est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quanuis verba & aliæ res sensibiles sint in diuerso genere, quantum pertinet ad naturam rei conueniunt tamen in ratione significandi, quæ perfectius est in verbis, quàm in aliis rebus. Et ideo ex verbis & rebus fit quodam modo vnum in sacramentis, sicut ex forma & materia: in quantum scilicet per verba perficitur significatio rerum: vt dictum est. Sub rebus autem comprehenduntur etiam ipsi actus sensibiles: puta ablutio, inunctio, & alia huiusmodi: quia in his est eadem ratio significandi & in rebus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut Augustinus dicit contra Faustũ) alia debent esse sacramenta rei præsentis, & alia rei futuræ. Sacramenta autẽ veteris legis prænũtia erant Christi venturi: & ideo nõ ita expresse significabãt Christũ, sicut sacramẽta nouæ Legis: quæ ab ipso Christo effluunt. & quandã similitudinem ipsius in se habent: vt dictum est. Vtebãtur tamen in veteri Lege aliquibus verbis, in his quæ ad cultum Dei pertinent, tã sacerdotes, qui erãt sacramentorum illorum ministri (secundum illud Numeri 6. Sic benedicetis filiis Israël, & dicetis eis, Benedicat tibi Dominus, &c.) quàm etiam illi qui illis sacramentis vtebantur: secundum illud Deut. 26. Profiteor coram domino Deo tuo, &c.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrùm requiratur determinata verba in sacramentis.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd non requirantur determinata verba in sacramentis. Vt enim Philosophus dicit, voces non sunt eædem apud omnes. Sed ea quæ per sacramenta quæruntur, est eadem

Annot. ¶ In responsione ad secundum, aduerte quòd doctrina præsentis literæ (scilicet quòd in qualibet lingua, vox illa qua principalius & communius homines illius linguæ vtuntur ad illum actum significandum, assumi debet in sacramẽtis, vera est, quantum est ex parte debiti vsus verborum: quoniam ad tantum mysterium non nisi principalia communiora q; assumenda sunt verba. Cum hac tamẽ doctrina stat, quòd oppositum fiat, vel ex accommodatione vsus, vel quia sacramẽti formis non vtiges ad hoc. Quidam autem valeat contra communitatem & propteriteratum linguę accommodatio vsus tatur forma baptismi apud Latinos, dum dicitur, Ego te baptizo, &c. baptizate enim Latina lingua neque prius ei paliter, neque cõmuniter significat abluere vt pare, intãtum quòd si quis diceret alteri, Ita pore hoc Sadaristolum, aut non, aut vix intelligeretur. Ita procol dubio dicere deberemus, Ego te obluo in nomine Patris, &c. quia tamen accommodauit Ecclesia Latinæ vsus vocabuli hoc ad significandum actum abluendi, qui in sacramento fit illo vtendum est. Vnde etiam mulieres in vulgari baptizmes, dicunt, *Io te baptizo*. Et audeo dicere minutis curæ fuisse interpretes hæc verba ad Latinos: quoniam hinc fit, vt non percipiat populus, sed nec sacerdos aut Leuita, quid importet baptizare: quod optimè intelligerent omnes si dicerentur, Ego te abluo aut lauo. Et simile accidit in sacramento Confirmationis in verbo Christmatis. Prouidentia tamen diuina hinc Ecclesia factum docta esse voluit, quòd quocunque verbo, accõmodato ab vsu ad significandum illud, vtantur (etiam si aliquando sit idiomatis) sacramentum perficitur. Nec mirum idiomatum in code numero sit forma sacramenti, tollit perfectionem sacramenti. Habes quoque hinc, quòd quia vsus accõmodatione per sonat dignas alloquitur in numero plurali dicendo vni, Vos, &c. ita quòd si diceretur illi, Tu, videtur inferri fi iniuria video si quis forma sacraméti pœnitentiæ, absoluendo Ppi eorum vel principem honoris cõsueti gratia dicat, Absoluo vos à peccatis vestris, &c. per quæ fit sacramentum non minus quàm si in vulgari dixisset, *Io vi absolua dalli vostri peccati*, quia perfecta est significatio orationis ad illam personam solam, ex accõmodatione vsus non minus quàm perfectæ sint omnes similes orationes: puta, do vobis hoc munus, venite vos ad prandium mecum, & similia. Et eadem ratione perfecta essent sacramẽta, si persona recipiens sacramentum ex primeretur in nomine honorabili abstractio: puta si quis diceret, Ego absoluo dominationem vestram a peccatis suis. Pro regula enim generali habendum est, quòd quando oratio habet perfectam significationem ex accommodatione vsus in cæteris loquutionibus, sufficit ad sacramenti perfectionem similis oratio applicata ad materiam sacramenti. Et ratio est quia differentia spiritualis in sacramentis sequitur significationem perfectam orationis sacramentalis: ac per hoc vbi oratio habet suam significationem perfectam, sacramentum perficitur. Constat autem, quòd oratio quæ in qualibet materia communiter habet suam significationem perfectam, non perdit perfectionem suæ significationis ex hoc quòd applicatur ad materiam sacramentalem. igitur sicut sufficit oratio illa perfecta in aliis, ita & in sacramentis.

Quia autem sacramenti forma non vtget ad principaliter & communiter consueta verba, si quis ex huiusmodi libertate vteretur aliis verbis (puta dicendo, Ego te abico in nomine Patris, &c. Aut in sacramẽto Eucharistię, Istud est, &c.) perfecta essent sacramenta: non enim de necessitate sacramenti sunt illæ voces, quibus communiter Ecclesia vtitur, sed illæ vel aliæ loco illarum, idem significantes quod illæ. Sic enim intelligendum est determinatam exigi formã verborum ad sacramẽta. Sed sunt voces illæ quibus Ecclesia vtitur, de necessitate præcepti Ecclesiæ: ideo peccarent quicunque aduertẽtes vterentur aliis vocibus ab illis, quibus Ecclesia sua consuetudine vti in sacramentis. Vnde hæc non diximus, vt liceat cuique mutare voces in sacramentis: sed vt si accideret, nouerint non esse iteranda sacramenta propter huiusmodi mutationes. Et confirmatur quod dicim⁹, ex forma consecrationis sanguinis Christi, qua vtitur Ecclesia Latina, dicit enim, Hic est calix sanguis, Vbi aut metaphoricè sumitur calix, aut ponitur continens pro contento: ac per hoc ex vi verborũ secundo propriam significationem, non significatur conuersio vini in sanguinem, sed in calicem: quod est ridiculum. Attestatur enim per hoc Spiritus sancti⁹, quòd sufficiunt ad sacramẽtorum perfectionem verba, vel ex proprietate vel accommodatione vsus significantia veritatem sacramẽti, quæcunque sint illæ nec esse de necessitate sacramenti communiora in aliqua lingua verba.

¶ In responsione ad tertium aduerte quòd (vt patet de conse. dist. 4. c. reuelerũ) Zacharias Papa determinauit fuisse baptizatũ illum, qui ab ignorantiam baptizantis baptizatus est in nomine Patria & Filia & Spiritus sancta. Vbi vides, quòd corruptio fuit tanta, quòd varia ta est sanctificatio nominum: nam patria nõ Patrem, sed locum nati ultatis significat. Sed licet Patria absolutè aliud significet quàm Pater: vt tamen est pars corruptę prolata huius orationis, Ego te baptizo in nomine Patria, & Filia, &c. significasse Patrem, iudicatũ est. & sic oratio tota non mutauit significationem. Et hoc valde notandum est pro casibus occurrentibus incorruptę prolatis verbis, circa alia sacramenta, vel ex festinatione vel ex balbutiente lingua, vel aliquo alio accidente.

illa assumitur ad significationem sacramenti, cuius vsus est communior ad actum, per quẽ sacramenti effectus significatur: sicut aqua cõmunius vtuntur homines ad ablutionem corporalem, per quam spiritualis ablutio significatur: & ideo aqua assumitur vt materia in baptismo.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ille, qui corruptè profert verba sacramentalia, si hoc ex industria facit, non videtur intendere facere q̃ facit Ecclesia: & ita non videtur perfici sacramentum. Si autem hoc faciat ex errore vel lapsu linguæ, si sit tanta corruptio, quę omnino auferat sensum locutionis, non videtur perfici sacramentum. Et hoc præcipuè contingit, quãdo fit corruptio ex parte principij dictionis: puta si loco eius quod est, in nomine Patris, dicat, in nomine matris. Si verò non totaliter auferatur sensus locutionis per huiusmodi corruptelam, nihilominus perficitur sacramentum. Et hoc præcipuè contingit quãdo fit corruptio ex parte finis: puta si aliquis dicat, in nomine patrias & filias. Quanuis enim huiusmodi verba corruptè prolata, nihil significent ex virtute impositionis: accipiuntur tamen vt significantia ex accommodatione vsus. Et ideo licet mutetur sonus sensibilis, remanet tamen idem sensus. Quod autem dictum est de differentia corruptionis circa principium vel finem dictionis, rationem habet: quia apud nos variatio dictionis ex parte principij, mutat significationem: variatio autem ex parte finis dictionis, vt plurimum mutat configificationem: quæ tamẽ apud Græcos variatur etiam secundum principium dictionis in declinationibus verborum. Magis tamen videtur attendenda quantitas corruptionis: quia ex vtraque parte potest esse tam parua, quòd non auferat sensum verborum: & tam magna, quòd auferat. sed vnum horum facilius accidit ex parte principij, & aliud ex parte finis.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrùm liceat aliquid addere verbis, in quibus consistit forma sacramentorum.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur q̃ nihil liceat addere verbis, in quibus cõsistit forma sacramẽtorũ. Nõ enim minoris sunt necessitatis huiusmodi verba sacramentalia, quàm verba sacræ Scripturę. Sed verbis sacrę Scripturæ nihil licet addere vel minuere: dicitur enim Deut. 4. Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ab eo. Et Apocal. vltim. Contestor omni audienti verba prophetiæ libri huius: si quis apposuerit ad hæc, apponet super eum Deus plagas scriptas in lib. isto: & si quis diminuerit, auferet Deus partem eius de libro vitæ. Ergo videtur quòd neque in formis

4.di. 3. art. 2.q. 3. & 4.

Cõment. ¶ In corpore tria sunt, primò ponuntur duæ communissimæ regulæ circa huiusmodi varietates, secundò descenditur specialiter ad diminutionem & additionem, tertiò mouetur quædam difficultas circa additionem, & soluitur. Prima regula se tenet ex parte intentionis ministrantis sacramentum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fecunda vero se tenet ex parte significati ipsius verborum, quod intelligo non secundum se, sed in ordine ad totam orationem: oportet enim mutari sensum ipsius orationis, qui est forma sacramenti, ad hoc vt sacramentum sit nullum: vt prædictum est. De diminutione autem aut additione in speciali in singulis sacramentis, termino erit in promptis locis, hic in communi est sermo.

Annot. ¶ Vbi nota pro solutione difficultatis motæ, q̃ additio ad formam vltra duos modos, qui in litera ponitur (scilicet vel rãquam aliquid intrinsecum ad formam, vel tanquam extrinsecum) tertius inuenitur omnino per accidens: quando scilicet interponitur aliquod verbum, non vt sit aliquid intrinsecum vel adiacens formæ, sed impertinens omnino interpositio ad aliud propositũ dicitur verbum: vt si in ter baptizandum postquam dixit, ego te baptizo. dicat aliqui, Recede hinc, seu aliquid eiusmodi & prosequatur, In nomine Patris & Filij, &c. Hoc enim non est propriè addere ad verba formæ: sed interponere verba interpendendo formã. potest siquidem interruptio de qua in responsione ad tertiũ est sermo, dupliciter fieri, vel sine interpositione verborum, vel cum interpositione verborum. Vtraque autem interruptio non debet esse tanta, quòd iuxta cõmunem morem hominum continuitas soluatur orationis. si enim postquam minister dixit, Ego te baptizo, leret prãsim & postea subderet, In nomine Patris & Filij, &c. siue interim tacuisset, siue non: soluta esset oratio nis vnitas.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæprimæ Articulum primum.*

Cõment. TItulus clarus est.

¶ In corpore vna conclusio: Sacramenta sunt necessaria ad humanam salutem. Et probatur tripliciter

Annot. ¶ Vbi nota duo. Primum, quòd non est hic sermo de necessario ad humanã salutẽ: sine quo nõ potuisset homo saluari sed de necessario, sine quo nõ conuenienter humana salus fuisset. In cuius signũ Autor tam in prima quàm secunda ratione conuenientium infert sacramentorum.

¶ Secundò nota differẽtiã inter Autorẽ & Magistrum sent. in prima distinc. 4. circa has tres rationes, exeruditione, humiliatione, & exercitatione. Nam altius tractantur ab Autore, vt patet conferendo

sacramentorum liceat aliquid addere vel minuere.

¶ Præterea, Verba se habent in sacramentis per modum formæ, vt dictum est. Sed informis quælibet additio vel subtractio variat speciem, sicut & in numeris, vt dicitur 8. Met. Ergo videtur quòd si aliquid addatur vel subtrahatur à forma sacramenti, non erit idem sacramentum.

¶ Præterea, Sicut ad formam sacramenti requiritur determinatus numerus dictionum, ita etiam requiritur determinatus ordo verborum, & etiam orationis continuitas. Si ergo additio vel subtractio non aufert sacramẽti veritatem, videtur quòd pari ratione nec transpositio verborum, aut etiam interpellatio pronuntiationis.

¶ SED CONTRA est, quòd in formis sacramentorum quædam apponuntur à quibusdam, quæ ab aliis non apponuntur, sicut Latini baptizant sub hac forma, Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Græci autem sub ista, baptizetur seruus Christi N. in nomine Patris &c. Et tamẽ vtrique verum conferunt sacramentum. Ergo in formis sacramentorum licet aliquid addere vel minuere.

CONCLVSIO.

¶ Tollere, vel diminuere de his quæ pertinent ad formæ sacramentoram, minimè licet.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd circa omnes istas mutationes quæ possunt in formis sacramentorum contingere, duo videntur esse consideranda. Vnum quidem ex parte eius qui profert verba, cuius intentio requiritur ad sacramentum, vt infrà dicetur. Et ideo si intendat per huiusmodi additionem vel diminutionem alium ritum inducere, qui nõ sit ab Ecclesia receptus, non videtur perfici sacramentum: quia non videtur quòd intendat facere id quod facit Ecclesia. Aliud autem est considerandum ex parte significationis verborum. Cùm enim verba operentur in sacramentis quantum ad sensum, quem faciunt (vt suprà dictũ est) oportet considerare vtrùm per talem mutationẽ tollatur debitus sensus verborum: quia sic manifestum est quòd tollitur veritas sacramẽti. Manifestum est autem, quòd si diminuatur aliquid eorum quæ sunt de substantia formæ sacramentalis, tollitur debitus sensus verborum: & ideo non perficitur sacramentum. Vnde Didymus dicit in lib. de Spiritu sancto Si quis ita baptizare conetur, vt vnum de prædictis nominibus prætermittat (scilicet Patris & Filij & Spiritus sancti) sine perfectione baptizabit. Si autem subtrahatur aliquid quod non sit de substantia formæ, talis diminutio non tollit debitum sensum verborum, & per consequens nec sacramenti perfectionem. Sicut in forma Eucharistiæ, quæ est, hoc est enim corpus meum, ly enim, subtratum, nõ tollit debitum sensum verborum: & ideo non impedit perfectionem sacramenti: quãuis possit contingere, quòd ille qui prætermittit, peccet ex negligentia vel contemptu. Circa additionem etiam contingit aliquid apponi quod est corruptiuum debiti sensus: puta si aliquis dicat, Ego te baptizo in nomine Patris maioris & Filij minoris: sicut Ariani baptizabant: & ideo talis additio tollit veritatem sacramenti. Si verò sit talis additio, quæ non auferat debitum sensum, nõ tollit sacramenti veritas. Nec refert vtrùm talis additio fiat in principio, medio, vel in fine: vt si aliquis dicat, Ego te baptizo in nomine Dei Patris omnipotentis, & Filij eius vnigeniti, & Spiritus sancti paracleti, erit verum baptisma. Et similiter si quis dicat Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, & beata Virgo te adiuuet, erit verum baptisma. Fortè autem si diceret, Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti & beatæ virginis Mariæ, non esset baptismus: quia dicitur 1. ad Corint. 1. Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? Sed hoc verum est, si sic intelligatur in nomine beatæ Virg. baptizari, sicut in nomine Trinitatis, quo baptismus consecratur: talis enim sensus esset contrarius veræ fidei, & per consequens tolleret veritatem sacramenti. Si verò sic intelligatur quod additur, & in nomine beatæ Virginis, non quasi nomen beatæ Virginis aliquid operetur in baptismo, sed vt eius intercessio prosit baptizato ad conseruandam gratiam baptismalem, non tollitur perfectio sacramenti.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ad verba sacræ Scripturæ non licet aliquid apponere: quantum ad sensum, sed quantum ad expositionem sacræ Scripturæ, multa eis verba à doctoribus apponuntur. Non tamen licet etiam verba sacræ Scripturæ apponere, ita quòd dicantur esse de integritate sacræ Scripturæ, quia hoc esset vitium falsitatis. Et similiter siquis diceret aliquid esse de necessitate formæ, quod non est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd verba pertinent ad formam sacramenti ratione sensus significati. Et ideo quæcunq; fiat additio vel subtractio verborum, quæ non addat aliquid aut subtrahat debito sensui, non tollitur species sacramenti.

¶ Ad tertium dicendum, quòd si sit tanta interruptio verborum, quòd intercipiatur intentio pronuntiantis, tollitur sensus sacramenti, & per consequens veritas eius: non autem tollitur quando est parua interruptio, quæ intẽtionem proferentis & intellectum verbum non auferr. Et idem est etiam dicendum de trãspositione verborum: quia si tollit sensum locutionis, non perficitur sacramẽtum, sicut patet de negatione præposita vel postposita signo. Si autem sit talis transpositio, quæ sensum locutionis non variet, non tollitur veritas sacramenti: quia, secundum quod Philosophus dicit, nomina & verba transposita idem significant.

QVAESTIO SEXAGESIMAPRIma de necessitate sacramentorum, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de necessitate sacramentorum.

¶ Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm sacramenta sint necessaria ad salutem humanam.

¶ Secundò, vtrùm fuerint necessaria in statu ante peccatum.

¶ Tertiò, vtrùm fuerint necessaria in statu post peccatum ante Christum.

¶ Quartò, vtrùm fuerint necessaria post Christi aduentum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm sacramenta sint necessaria ad humanam salutem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd sacramenta non sint necessaria ad humanam salutem. Dicit enim Apostolus 1. ad Tim. 4. Corporalis exercitatio ad modicum vtilis est. Sed vsus sacramentorum pertinet ad corporalem exercitationem: eo quòd sacramenta perficiuntur in significatione sensibilium rerum & verborum, vt dictum est. Ergo sacramenta non sunt necessaria ad humanam salutem.

¶ Præterea, Secundæ ad Corin. 12. Apostolo dicitur, Sufficit tibi gratia mea. Non autem sufficeret, si sacramenta essent necessaria ad salutem. Non sunt ergo sacramenta saluti humanæ necessaria.

¶ Præterea, Posita causa sufficienti, nihil aliud videtur esse necessarium ad effectum. Sed passio Christi sufficiens causa nostræ salutis. dicit enim Apoc. ad Rom. 5. Si cùm inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem Filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Non ergo requiruntur sacramenta ad salutem humanam.

¶ SED CONTRA est quod Aug. dicit 19. contra Faustum. In nullum nomen religionis seu verum seu falsum, coadunari homines possunt, nisi aliquo signaculorum seu sacramentorum vinculo consortio colligẽtur. Sed necessarium est ad humanã salutẽ homines adunari in vnum verè religionis nomen. Ergo sacramenta sunt necessaria ad humanam salutem.

CONCLVSIO.

¶ Sacramenta sunt ad hum nã salutẽ necessaria.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sacramenta sunt necessaria ad humanam salutem triplici ratione. Quarum prima sumenda est ex conditione humanæ naturæ: cuius proprium est, vt per corporalia & sensibilia, in spiritualia & intelligibilia deducatur. Pertinet autem ad diuinam prouidentiam, vt vni cuiq; rei prouideat secundum modũ suæ cõditionis. Et ideo conuenienter diuina sapientia homini auxilia salutis confert sub quibusdam corporalibus & sensibilibus signis, quæ sacramenta dicuntur. Secunda ratio sumenda est ex statu hominis, qui peccando se subdidit per affectum corporalibus rebus. Ibi autem debet medicinale remedium homini adhiberi, vbi paritur morbum. Et ideo conueniens fuit, vt Deus per quædam corporalia signa, homini spiritualem medicinam adhiberet: nam si spiritualia nuda ei proponerentur, eius animus applicari non posset, corporalibus deditus. Tertia autem ratio sumenda est ex studio actionis humanæ, quæ præcipuè circa corporalia versatur. Ne ergo esset homini durum, si totaliter à corporalibus actibus abstraheretur, proposita sunt ei corporalia exercitia in sacramentis, quibus salubriter exerceatur ad euitanda superstitiosa exercitia, quæ consistunt in cultu dæmonum, vel qualitercunque noxia, quæ consistunt in actibus peccatorum. Sic igitur per sacramentorum institutionem, homo conuenienter suæ naturæ eruditur per sensibilia: humiliatur, se corporalibus subiectum cognoscens, dum sibi per corporalia subeuenitur: præseruatur etiam à noxiis * actionibus per salubria exercitia sacramentorum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd corporalis exercitatio, inquantum est corporalis, non multum vtilis est. Sed exercitatio per vsum sacramentorum, non est purè corporalis, sed quodammodo est spiritualis, scilicet per significationem & causalitatem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd gratia Dei est sufficiens causa humanæ saluris: sed Deus dat hominibus gratiã secundum modum eis conuenientem: & ideo necessaria sunt hominibus sacramenta ad gratiam consequẽdam,

¶ Ad tertium dicendum, quòd passio Christi est sufficiens causa humanæ salutis. Nec propter hoc sequitur quòd sacramenta non sint necessaria ad humanam salutem: quia operãtur in virtute passionis Christi, & passio Christi quodammodo applicatur hominibus per sacramenta, secundum illud Roma. 6. Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm etiam ante peccatum fuerint homini necessaria sacramenta.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd etiam ante peccatum fuerint homini necessaria sacramẽta. Quia sicut dictũ est, sacramẽta sunt necessaria homini ad gratiam consequendam. Sed etiam in statu innocentiæ homo indigebat gratia: sicut in Prima parte habitum est. Ergo etiam in statu illo erant necessaria sacramenta.

¶ Præterea, Sacramenta sunt necessaria homini secundum conditionem humanæ naturæ: sicut dictum est. Sed eadem est natura hominis ante peccatum & post peccatum. Ergo videtur quòd etiam ante peccatum homo indiguerit sacramentis.

¶ Præterea, Matrimonium est quoddam sacramentum: secundum illud Ephes. 5. Sacramentum hoc magnum est: ego autem in Christo & Ecclesia. Sed matrimonium fuit institutum ante peccatum, vt dicitur Gen. 2. Ergo sacramenta erant necessaria homini ante peccatum.

¶ SED CONTRA est, quòd medicina non est necessaria nisi ægroto, secundũ illud Matth. 9. Non est opus sanis medicus. Sed sacramenta sunt quædam spirituales medicinæ, quæ adhibentur contra vulnera peccati. Ergo nõ fuerunt necessaria ante peccatũ.

CONCLVSIO.

¶ In statu innocẽtiæ homo nõ indigebat sacramentis, nec pro remedio peccati, nec pro perfectione animæ.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in statu innocentiæ ante peccatum sacramenta necessaria non fuerunt. Cuius ratio accipi potest ex rectitudine status illius, in quo superiora inferioribus dominabantur, & nullo modo dependebant ab eis. Sicut enim mens suberat Deo, ita menti suberant inferiores animæ vires, & ipsi animæ corpus. Contrà hũc autem ordinem esset, si anima perficeretur vel quantum ad scientiam, vel quantum ad gratiam, per aliquid corporale, quod fit in sacramentis. Et ideo in statu innocentiæ homo sacramentis non indigebat, non solùm inquantum sacramenta ordinantur ad remedium peccati, sed etiam inquantum ipsa ordinantur ad animæ perfectionem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo in statu innocentiæ gratia indigebat: non tamen vt eam consequeretur per aliqua sensibilia signa, sed spiritualiter & inuisibiliter.

¶ Ad secundum dicendum, quòd eadem est natura hominis ante peccatum & post peccatum, non tamen est idem naturæ status. Nã post peccatum, anima etiam, quantum ad superiorem partem, indiget accipere aliquid à corporalibus rebus ad sui perfectionẽ, quod in illo statu homini necesse non erat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd matrimonium fuit institutum in statu innocentiæ, nõ secundum quòd est sacramentum, sed secundum quòd est in officium naturæ. ex consequenti tamen aliquid significabat futurum circa Christum & Ecclesiam: sicut & omnia alia in figura Christi præcesserunt.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm post peccatum ante Christum, sacramenta debuerint esse.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd post peccatum ante Christum sacramenta non debuerint esse. Dictũ est enim quòd per sacramenta passio Christi hominibus applicatur: & sic passio Christi comparatur ad sacramenta, sicut causa ad effectum. Sed effectus nõ præcedit causam. Ergo sacramenta non debuerunt esse ante Christi aduentum.

¶ Præterea, Sacramenta debent esse conuenientia statui humani generis: vt patet per Augu. 19. contra Faustum. Sed status humani generis non fuit mutatus post peccatum, vsque ad reparationem factam per Christum. Ergo neq; sacramẽta debuerunt immutari, vt præter sacramenta legis naturæ, alia statuerentur in lege Moysi.

¶ Præterea, Quantò aliquid est magis propinquum perfecto, tãtò peccaret quæritur & non simpliciter de homine, si perseuerasset cum potestate in innocentia.

¶ Ad obiectionem autẽ in oppositum dicitur q̃ intellectio Adæ quia ex speciebus non acquisitis ex sensibus, sed infusis à Deo, procedat, non dependebat à phantasmatibus: sed vtebatur phantasmatibus vt inferioribus: sicut anima vtebatur corpore subdito.

¶ Et si quæratur quid ei respondẽdum secundum Autoris doctrinam sit quæreari, an filij innocentes indiguissent sacramentis, dicitur quòd non fuissent eis necessaria sacramenta: quia principalis perfectio hominis per sacramenta, est per gratiam: homines autem fuissent geniti cũ gratia (vt in Prima parte, q. 100. artic. 1. Autor dixit) non indiguissent igitur ex conditione sui status sacramentis perficientibus hominis quantum ad gratiam. Et quia gratiam comitantur dona intellectus perficientia: consequens est, vt nec quo ad perfectionem scientiæ de supernaturalibus indiguisset sacramentis: eodem enim modo diuina sapientia prouidet de principali & accessorio, vt pater ex opposito nostro statu, in quo perfectionem scientiæ supernaturalis ex sacramentis accipimus: quia per illa tãtùm gratiam à Deo habemus.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæprimæ Articulum tertium.*

Cõment. TItulus clarus.

¶ In corpore vna conclusio: Ante Christi aduentum post peccatum necesse fuit quædam sacramẽta instituri. Probatur: Sacramenta sunt necessaria ad humanam salutẽ, vt signa sensibilia inuisibilium rerum: quibus homo post peccatum tanquam ad Christi aduentum post peccatũ oportuit esse quædã sensibilia signa, quibus fidem suam de Christo futuro homo profiteretur, ergo oportuit tunc esse sacramenta quædam. Prima consequentia probatur: quia nullus post peccatum sanctificatur nisi per Christum, &c. Secunda consequentia probatur: quia huiusmodi signa dicuntur esse sacramenta.

4. dist. 1. q. 1. art. 2 q 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionu sexagesimæprimæ Articulum quartum.

Comment.

TItulus clarus. ¶In corpore vna conclusio: Oportet in noua lege esse quædam alia sacramenta. Probatur: Sacramenta sunt signa protestantia fidem, qua homo iustificatur: ergo oportet esse alia sacramenta, quibus præterita credita fi gnificétur. Consequentia quo ad id quod supponit, scilicet diuersitatem significabilium, probatur quia antiqui saluabãtur per fidem Christi nascituri: nos per fidem Christi nati. Et quo ad ipsa signa probatur quia aliis signis oportet significari præterita & futura. Probatur hoc autoritate Augustini, & ex ipsis verbis præterni & futuri temporis

magis debet ei assimilari. Sed perfectio salutis humanæ per Christum facta est, cui propinquiora fuerunt sacramenta veteris Legis quam ea quæ fuerunt ante legem. Ergo debuerunt esse similiora sacramentis Christi. Cuius tamen cõtrarium apparet, ex eo quòd sacerdotium Christi prædicetur esse futurum secundum ordinem Melchisedec 5 & non secundum ordinem Aaron: vt habetur Hebr. 7. Non ergo conuenienter fuerunt disposita ante Christum sacramenta.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit 19. contra Faustum, q9 prima sacramenta quæ celebrabantur & obseruabãtur ex lege, prænuntia erant Christi venturi. Sed necessarium erat ad humanam salutem vt adueetus Christi prænuntiaretur. Ergo necessariũ erat ante Christum sacramenta quædam disponi.

CONCLVSIO.

¶ Necessariò præcesserunt Christi aduentum post peccatum aliqua sacramenta, quibus fidem suam in Christum homo protestaretur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sacramenta necessaria sunt ad humanam salutem, in quantum sunt quædam sensibilia signa inuisibilium rerũ, quibus homo sanctificatur. Nullus autem sanctificari potest post peccatum, nisi per Christum, quem proposuit Deus propitiatorẽ per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ suæ, vt sit ipse iustus & iustificans eum, qui ex fide est Iesu Christi. Et ideo oportebat ante Christi aduentum esse quædam signa visibilia, quibus homo fidem suam protestaretur de futuro Saluatoris aduentu. Et huiusmodi signa dicuntur sacramenta. Et sic patet quòd ante Christi aduentum, necesse fuit quædam sacramenta institui.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd passio Christi est causa finalis veterum sacramentorum: quæ scilicet ad ipsam significandam sunt institura. Causa autem finalis non præcedit tempore, sed solùm in intentione agentis. Et ideo non est inconueniens aliqua sacramenta ante Christi passionem fuisse.

¶Ad secundum dicendum, quòd status humani generis post peccatum & ante Christum, dupliciter potest considerari. Vno modo secundum fidei rationem: & sic semper vnus & idem permansit: quia scilicet iustificabantur homines per fidem futuri Christi aduentus. Alio modo potest considerari secundum intentionem & remissionem peccati, & expressæ cognitionis de Christo. Nam per incrementa temporum & peccatum cœpit in homine magis dominari: intantum quòd ratione hominis per peccatum obtenebrata, non sufficerent homini ad rectè viuendum præcepta legis naturæ, sed necesse fuit determinari præcepta in lege scripta, & cum his quædam fidei sacramenta. Oportebat etiam quòd per incrementa temporum magis explicaretur cognitio fidei: quia, vt Grego. dicit, per incrementa temporum creuit diuinæ cognitionis augmentum. Et ideo etiam necesse fuit, quòd in veteri Lege quædam sacramenta fidei, quam habebant de Christo venturo, determinarentur. Quæ quidem comparantur ad sacramenta, quæ fuerunt ante legem sicut determinatum ad indeterminatum: quia scilicet ante legem nõ fuit determinatè præfixum homini, quibus sacramentis veteretur, sicut fuit per legem, quod erat necessarium, & propter obtenebrationem legis naturalis, & vt effet determinatior fidei significatio.

¶Ad tertium dicendum, quòd sacramentum Melchisedec, quod fuit ante legem, magis assimilatur sacramento nouæ Legis in materia, in quantum scilicet obtulit panem & vinum (vt habetur Genes. 14.) sicut etiam sacrificium nouæ Legis oblatione panis & vini perficitur. Sacramenta tamen legis Molaycæ magis assimilantur rei significatæ per sacramentum, scilicet passioni Christi, vt patet de agno Paschali, & aliis huiusmodi. Et hoc ideo, ne propter continuitatem temporis, si permaneret eadem sacramentorũ species, videretur sacramenti eiusdem esse continuatio.

4. di. 1. q. 1. arti. 2. q. 5. ad 1. di. 2. ar. 4. q. 1. Et 4. cõ tra. 57.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm post christum debuerint esse aliqua sacramenta.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd post Christum non debuerint esse aliqua sacramenta. Veniente enim veritate, debet cessare figura. Sed gratia & veritas per Iesum Christum facta est, vt dicitur loan. 1. Cùm igitur sacramenta sint veritatis signa siue figuræ, videtur quòd post Christi passionem, sacramenta esse non debuerint.

¶Præterea, Sacramenta in quibusdam elementis consistunt, vt ex supra dictis patet. Sed Apostolus dicit Gal. 4. Cùm essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruientes, nunc autem tempo ris plenitudine veniente, iam non sumus paruuli. Ergo videtur quòd non debeamus Deo seruire sub elementis huius mundi, coporalibus sacramentis vtendo.

¶Præterea, Apud Deum non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio, vt dicitur Iacob. 1. Sed hoc videtur ad quandam mutationem diuinæ voluntatis pertinere, quòd alia sacramenta nunc hominibus exhibeat ad sanctificationem tempore gratiæ, & alia ante Christum. Ergo videtur quòd post Christum non debuerint alia sacramenta institui.

¶SED CONTRA est quod Augusti. dicit contra Faustum 19. quòd sacramenta vetc. legis sunt ablata, quia impleta: & alia sunt instituta, virtute maiora, vtilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora.

CONCLVSIO.

¶ Præter veteris Legis sacramẽta, quibus Christi mysterium futura prænuntiabantur, oportuit, alia quædam esse in noua Lege sacramenta, quibus signa ficarentur ea, quæ præcesserunt in Christo.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut antiqui Patres saluati sunt per fidem Christi venturi, ita & nos saluamur per fidem Christi iam nati & passi. Sunt autem sacramenta, quædam signa protestantia fidem, qua homo iustificatur. Oportet autem aliis signis significari futura, præterita, seu præsentia. Vt enim Aug. dicit 19. contra Faustum, eadem res aliter annuntiatur faciendo, aliter facta: sicut ipsa verba, passurus & passus, non similiter sonãt. Et ideo oportet quædam alia sacramenta esse in noua lege, quibus significentur ea quæ præcesserunt in Christo, præter sacramenta veteris legis, quibus prænuntiabantur futura.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Dionys. dicit in 5. cap. Cæle. hierar. status nouæ legis, medius est inter statũ veteris legis, cuius figuræ implentur in noua Lege, & inter statum gloriæ, in qua omnis nudè & perfectè manifestabitur veritas. Et ideo tunc nulla erunt sacramenta. Nunc autem quandiu per speculum & in ænigmate cognoscimus (vt dicitur 1. ad Corinth. 13.) oportet nos per aliqua sensibilia signa in spiritualia deuenire. Quod pertinet ad rationem sacramentorum.

¶Ad secundum dicendum, quòd sacramenta veteris legis Apostolus vocat egena & infirma elementa: quia gratiam nec continebant, nec causabant. Et ideo vtentes illis sacramentis, dicit Apostolus sub elementis mundi Deo seruisse: quia scilicet nihil aliud erant quam elementa huius mundi. Nostra autem sacramenta gratiam continent & causant: & ideo non est de eis similis ratio.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut paterfamiliãs non ex hoc habere monstratur mutabilem voluntatem, quòd diuersa præcepta familiæ suæ proponit pro temporum varietate, non eadem præcipiens hyeme & æstate: ita non ostenditur aliqua mutatio esse circa Deum ex hoc quòd alia sacramenta instituit post Christi aduentum, & alia tempore legis; quia illa fuerunt congrua gratiæ præfigurandæ: hæc autem sunt congrua gratiæ præsentialiter demonstrandæ.

QVAESTIO SEXAGESIMASECUNDA

cunda de principali effectu sacramentorum qui est gratia, in sex articulos diuisa.

DEINDE cõsiderandum est de effectu sacramentorum. Et primò de effectu eorum principali, qui est gratia. secundò de effectu secundario, qui est Character.

¶Circa primum quæruntur sex.

¶Primò, vtrùm sacramenta nouæ legis sint causa gratiæ.

¶Secundò, vtrùm gratia sacramẽtalis aliquid addat super gratiam virtutum & donorum.

¶Tertiò, vtrùm sacramenta contineant gratiam.

¶Quartò, vtrùm sit in eis aliqua virtus ad causandum gratiam.

¶Quintò, vtrùm talis virtus in sacramentis deriuetur à passione Christi.

¶Sextò, vtrùm sacramenta veteris legis, gratiam causarent.

ART.

¶ Super Quæstionis sexagesimæsecundæ Articulum primum.

Auct.

TItulo nota terminos. Non enim quæritur, an sacramenta dicantur causa, sed an sint causa. Et hoc ideo, quia non satisfit quæstioni vocando causam id quod vera non est causa. De gratia autem in præsenti titulo sermo est, in cuius notitiã reseruatur ei nem sequenti articulo, quæ sit illa gratia, quæ per sacramenta conferatur. Vnde non spectat ad præsentem quæstionem discutere in specia li de gratia, quæ causatur. Rursus si principium non articuli huius, sed introductæ quæstionis huius perspexeris (vbi hæc quæstio sit, à quæstione sexagesima tertia distinguitur, dicendo: & primò de effectu eius principali, qui est gratia: secundò, de effectu secundario, qui est character) videbis quòd sub gratia nomine hoc in loco non solùm comprehenditur charactere, quam distinguitur cõtra characterem. sed communiter sumitur; prout à sanctis dicitur, quòd sacramenta conferunt gratiam. Et hoc mandat memoriæ: & reminiscere, quum postea dicetur, sacramenta causare instrumentaliter gratiam: vt non recurras ad characterem, volens fugere quòd baptismus nõ causet gratiam gratum faciẽtem, quia creator & creatura non potest etiam instrumentaliter creare. Hic enim de effectu principali sacramentorum, qui est gratia distincta contra characterem, tractãdo quæritur an sacramentum sit causa gratiæ, & in sequenti articulo quid ad dat hæc gratia supra gratiam gratum faciẽtem discutitur.

Comment.

¶In corpore articuli tria fiunt. Primò ponitur id in quo oportet omnes conuenire. Secundò recitatur quorundam opinio. Tertiò respondetur quæsito secundũ propriã opinionẽ. ¶Quo ad primum conclusio est: Necesse est dicere sacramenta nouæ legis aliquomodo causare gratiam. Probatur: Per sacramenta homo Christo incorporatur: ergo acquirit gratiam. Antecedens est Apostoli. Consequentia patet: quia non fit homo membrum Christi nisi per gratiam.

¶Quo ad secundum, primò ponitur opinio, quòd sacramenta causant non operando ad gratiam, sed quia Deus assistit, cum exemplis & autoritate Bernardi. Secundò exponitur quid importet hæc opinio: scilicet quòd non ponit sacramenta supra genera signorum, & declaratur exemplis. Tertiò improbatur hæc opinio autoritate Sanctorum, addenium signo causam.

¶Quo ad tertium ponitur primò distinctio bimembris de causa agente: scilicet principali & instrumentali. Secundò ponitur causæ principalis conditio: quasi distinguitur ab instrumentali, scilicet principalis causa est, quæ agit virtute suæ formæ, cui assimilatur effectus. Et iuxta hoc membrum ponitur vna conclusio scilicet Deus est causa principalis gratiæ. Probatur: Solus Deus est, cuius est participata similitudo, gratia: ergo solus Deus est gratiæ causa principalis. Antecedens est Petri Apostoli. Consequentia patet ex conditione causæ principalis. Tertiò ponitur conditio causæ instrumentalis. Et iuxta hoc membrum ponitur alia conclusio, scilicet. Sacramenta sunt causæ agentes instrumentaliter ad gratiam. Probatur: causa instrumentalis est, quæ non agit virtute suæ formæ, sed per solum motum quo ab agente principali mouetur: sed sacramenta adhibent, vt per ea cauiet gratiam: ergo sunt causæ instrumentales. Maior patet ex signo: quia effectus non assimilatur instrumento, & ex exemplo de lecto respectu serræ & artis. Minor probatur autoritate Augustini, & Apostoli. modi loquendi: quia hoc vocatur instrumentum: per quod principale agens operari dicitur.

¶Hoc in loco aduertendum est, q9 Scotus in 4. sen distic. 1. quæstio. 4. & 5. etsi videatur tertiã ponere opinionẽ: secundum tamen rem positio sua incidit in opinionem præcitatam ac improbatam in litera: solis enim verbis ab illa differt.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm sacramenta sint causa gratiæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd sacramenta non sint causa gratiæ. Non enim idem videtur esse signum & causa: eo quòd ratio signi videtur magis effectui competere. Sed sacramentum est signum gratiæ. Non igitur est causa eius.

¶Præterea, Nullum corporale agere potest in rem spiritualem: eo quòd agens honorabilius est patiente, vt Augustinus dicit 12. super Genes. ad literam. Sed subiectum gratiæ est mens hominis, quæ est res spiritualis. Non ergo sacramenta possunt gratiam causare.

¶Præterea, Illud quod est proprium Dei, non debet alicui creaturæ attribui. Sed causare gratiam, est proprium Dei, secundum illud Psalm. Gratiam & gloriam dabit Dominus. Cùm ergo sacramenta consistant in quibusdam verbis & rebus creatis, nõ videtur quòd possint gratiam causare.

¶SED CONTRA est quod Augusti. dicit super Ioan. quòd aqua baptismalis corpus tangit, & cor abluit. Sed cor non abluitur nisi per gratiam. Ergo causat gratiam, & pari ratione alia Ecclesiæ sacramenta.

CONCLVSIO.

¶ Tametsi solus Deus effectiua & principalis causa gratiæ sit, sacramenta tamen nouæ legis causant ipsam per modum instrumenti.

¶RESPONDEO dicendum, quòd necesse est dicere sacramenta nouæ legis per aliquem modum gratiam causare. Manifestum est enim quòd per sacramenta nouæ legis, homo Christo incorporatur: sicut de baptismo dicit Apo. ad Gal. 3. Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non autem efficitur homo membrum Christi nisi per gratiam. Quidam tamen dicunt, quòd non sunt causa gratiæ aliquid operando, sed quia Deus sacramentis adhibitis, in anima gratiam operatur. Et ponunt exemplum de illo, qui afferens denarium plumbeum, accipit centum libras ex Regis ordinatione, non quòd denarius ille aliquid operetur ad habendum prædictæ pecuniæ quantitatem, sed hoc operatur sola voluntas Regis. Vnde & Ber. dicit in quodam sermone de cœna Domini, Sicut inuestitur Canonicus per librum, Abbas per baculum, Episcopus per anulum, sic diuisiones gratiarum diuersæ sunt traditæ sacramentis.

Sed si quis rectè consideret, iste modus non transcendit rationem signi. Nam denarius plumbeus, non est nisi quoddam signum regiæ ordinationis de hoc quòd pecunia recipiatur ab isto. similiter liber est quoddam signum, quo designatur traditio canonicatus. Secundum hoc igitur, sacramenta nouæ legis nihil plus essent quàm signa gratiæ: cùm tamen ex multis sanctorum autoritatibus habeatur, quòd sacramenta nouæ legis non solùm significant, sed causant gratiam.

Et ideo aliter dicendum, quòd duplex est causa agens, principalis & instrumentalis. Principalis quidem operatur per virtutem suæ formæ, cui assimilatur effectus: sicut ignis suo calore calefacit. Et hoc modo non potest causare gratiam, nisi Deus: quia gratia nihil est aliud, quàm quædam participata similitudo diuinæ naturæ, secundum illud 2. Petr. 1. Magna nobis & pretiosa promissa donauit, vt diuinæ simus consortes naturæ. Causa verò instrumentalis non agit per virtutem suæ formæ, sed solùm per motum, quo mouetur à principali agente. vnde effectus non assimilatur instrumento, sed principali agenti: sicut lectus non assimilatur securi, sed arti, quæ est in mente artificis. Et hoc modo sacramenta nouæ legis gratiam causabant. adhibentur enim ex diuina ordinatione hominibus, ad gratiam in eis causandam. Vnde Augusti. dicit 19. contra Faustum, Hæc omnia, scilicet sacramentalia, sunt & transeunt: virtus tamen, scilicet Dei, quæ per ista operatur, iugiter manet. Hoc autem propriè dicitur instrumentum, per quod aliquis operatur. Vnde & Tit. 3. dicitur, Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd causa principalis non propriè potest dici signum effectus, licet occulti, etiam si ipsa sit sensibilis & manifesta. Sed causa instrumentalis si sit manifesta, potest dici signum effectus, licet occulti, etiam si ipsa sit sensibilis & manifesta. Sed causa instrumentalis si sit manifesta, potest dici signum effectus occulti. Ponit enim tria in sacramento. Primò effectum quem sensibile signum habet à Deo, puta quòd adhibetur ex institutione diuina, tale vt à nobis suscipiatur vt sacramentum. Secundum, quod est necessitas necessitate infallibilitatis respectu effectus significati per sacramentum. Tertium, quod habet ratione dispositionis, pro quanto suscipiens sacramentũ, ex ipsa suscepione disponitur ad suscipiẽdũ effectum significatũ per sacramentũ, à Deo immediatè causante illd.

Quæstio.

¶Ex quorum triũ cõcursu, infert quòd sacramentum licet non sit secundum rem causa gratiæ: potest tamen appellari causa instrumentalis gratiæ: vt sic saluentur autoritates sanctorum.

¶Declarat autem hoc, scilicet quòd sine vera causalitate possit dici causa instrumentalis. tum quia meritum dicitur causa præmij: & tamen non efficit illud. tum quia motus dicitur causa termini: & tamen nõ efficit illd. tum quia verè dicimur, quòd per motum acquiritur terminus, & per meritum acquiritur præmium: & tamen neutrum est causa verè instrumentalis. & hoc directè militat cõtra rationem litera sum præmi ex modo loquendi cum illa præpositione Per.

¶ Num & quomodo sacramenta nouæ legis ad gratiam agant.

¶Arguit præterea cõtra conclusionem principalem huius literæ, scilicet, Sacramẽtum est verè causa instrumentaliter agens ad gratiã. Et argumentum sumit ex parte effectus: Aut sacramẽtum attingit instrumentaliter agendo, ipsam gratiam gratum facientem, aut aliquam dispositionem præuiã: non potest dici primũ quia gratia creatur, & nulla creatura potest etiam instrumentaliter creare. Nec potest dici secũdũ. tum quia dispositio illa quum sit forma supernaturalis, est æquè creabilis sicut gratia. tum quia subiectum est æquè in potentia obedientiali ad illam dispositionem. tum quia dispositio illa producitur in instanti: sacramenta autem non possunt agere in instanti. Et si ponatur produci in tempore, Deum agere in tempore inconuenit.

¶Arguit præterea contra idem, de secundo modo specialiter ad sacramentum Eucharistiæ. Quia transubstantiatio fit sola infusa virtute non minus quàm creatio: nec potest fingi in pane dispositio necessitans ad transubstantiationem, quoniã dispositio necessitans est in eodem instanti cum termino.

¶Præterea, In aliis sacramentis oporteret assignare quæ sit ista dispositio quæ instrumentaliter causatur à sacramentis.

¶Demum arguit, quòd superfluè ponitur ista causalitas in sacramentis: quia sine ipsa ex assistentia diuina Ecclesiæ reuelata, in operationibus sacramentalibus omnia saluantur ad sacramenta & eorum effectus requisita.

¶Ad primò obiecta Scoti, breuiter respondendo, dicitur quòd quum ipse non saluet sacramentum causam esse, sed causam dici, & in veritate non nisi signum infallibile præceptum suscipi ponatur ad effectum sacramenti, non satisfit autoritatibus Sanctorum, dicentibus sacramentum esse signum, & causam efficientem signatum: vt patet in 4. sent.

¶Quum ergo obiicitur primò, quòd sacramentum habet rationem dispositionis, respondetur quòd non esset dispositio nisi ratione obedientiæ qua præceptũ suscipitur signum: & propterea falsum est, quòd ipsum sacramentum seu illius susceptio secundũ se esset dispositio in esse tali, nisi ponatur realiter causa.

¶Ad secundum verò de merito dicitur quòd licet meritum sit causa vt ratio, qua operanti est debitum præmium, & propterea dicitur causa præmij: constat tamen meritũ non efficere præmium, quoniã aliunde est meteri, & aliunde præmiare. Et propterea non obstat hoc propositio, vbi de causa efficiente secundum rem est quæstio.

¶Ad tertiũ de motu, dicitur q9 quia motus potest sumi actiuè, vel passiuè, vel absolutè & per motionẽ actiuam procul dubio effectiuè sit terminus, per motum

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem simpliciter vel passiuè, non effectiuè, sed tanquam per viam acquiritur terminus. Ideo argumẽtũ nõ obstat propositioni, qua vtitur Autor in hoc proposito: licet illud proprie dicitur instrumentũ, per quod agẽs effectiuè operatur.

¶Et per hoc patet responsio ad vltimum contra rationem de modo loquendi, quoniam non sumit argumentum Autor, ex ly per absolutè, sed applicato ad id, per quod efficiens operatur.

¶Ad argumenta secundo loco inducta contra conclusionem principalem dicitur quòd sacramentum instrumentalis non datur gratiam sacramentalem, & non oportet recurrere ad dispositionem præuiam ad gratiam. Quicquid enim secundum aliorũ opinionem vt probabiliorem dixerit Autor in 4. sentent. hoc in loco secundum propriã sententiã longè aliter sentit, expresse ponens gratiam gratum facientem (quã scilicet homo fit membrũ Christi, & qua sumus diuinæ naturæ consortes) à Deo principaliter, & à sacramento instrumẽtaliter effici.

¶Et confirmatur clarè hanc esse suam intentionem ex titulo quæstionis. Vbi distinguit hanc quæstionem à sequẽti, per hoc quòd nũc quæritur de sacramenti effectu principali, qui est gratia. Tunc autem quæritur de effectu secundario, qui est character. de quo & ornatu simile dicitur esse iudicium in 4. sententia. quo ad præsentem quæstionẽ. Et confirmatur hoc idem ex sequenti articulo huius quæstionis. Vbi gratia sacramentalis non ponitur dispositio: sed vt patebit, nullum habituale donum addit supra gratiã gratum facientem.

¶Ad obiectionem autem, quòd nulla creatura potest etiam instrumẽtaliter creare, respõdetur hoc concedendo: sed negando quòd gratia proprie creetur. Quod patet ex eo, quòd quam desinit esse, non annihilatur: nam si creatur (quia creatio est ex nihilo) quum desineret conseruari, oporteret ipsius desitio esse annihilatio. Deum autem credimus nunquam aliquid annihilare.

¶Et licet hoc sufficiat argumento: pro reuerentia tamen communis dicti, sanè intelligendi, de creatione gratia, distinguere potest, quòd causa gratiæ dupliciter sumi potest. Vel quatenus est mutatio animæ de non grata in gratam Deo. & sic attingitur instrumentaliter à sacramento. Vel quatenus creatio ibi aliquo modo immittetur: & sic fit gratia immediatè à Deo. Probatur autem conueniens sic dicit: quia Christus caput Ecclesiæ vt homo (alioqui non esset eiusdem naturæ cum membris) influit vitam proculdubio gratiæ gratum facientis membris suis: constat autem humanitatem Christi infra latitudinem contineri creaturarum: non inconueniet ergo Deum per humanitatem Christi, vt instrumentum coniunctum, & per sacramentum vt instrumentum separatum, gratiam gratum facientem in homine causare: vt clarè habes hîc in responsione ad tertium hanc perfectè, ac collata eũ argumento & corpore articuli, ad quod se remittit.

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta reliqua cõtra dispositiones præuias causabiles per sacramenta in speciali. De singulorum enim proprijs effectibus, in tractatu singulorum patere poterit: nunc enim sat est propositio de effectu, qui est gratia sacramentalis, tractare: quam diximus & manifestabimus non oportere esse dispositionem aliquam præuiam ad gratiam. Quare falsum est sacramentum non posse causare in instanti: quoniam in termino temporis prolationis verborum, sacramentum causate effectum suum potest. Nec etiam inconuenit Deum voluntariè vtendo motu creaturæ, agere in tempore: quum nullus adeò desipiat, qui neget Deũ posse localiter mouere: quod est agere in tempore.

¶Ad demum obiecta, quòd superflue ponitur ista causalitas in sacramentis, respondetur quòd non superflue, sed necessariò ponitur. tum necessitate reuerentiæ ad auctoritates Sanctorum: quas ipsemet Scotus volens saluare glossat, causat id, est signum infallibile: vbi patet manifestus error in glossando. Tum necessitate dignitatis sacramentorum nouæ legis: longè enim digniora sunt si locantur in genere causæ, quàm si infra latitudinem signorum concludantur, vt sacramenta veteris legis. Patet enim oportet sacramenta nouæ legis digniora esse sacramentis veteris legis: & excedere vetera, in hoc quòd noua efficiunt quod figurant, vetera autem non: vt patet in 4. sentent. dist. 1.

¶A glossante autem Scoto aut quocunque altero in extraneum sensum, quærendũ est quibus verbis, aut quibus articulis, aut quo sermone Sancti aut quicunque alij, debuissent aut potuissent explicare hoc, scilicet quòd sacramenta sint causa effectiua gratiæ, si non explicatur per ista, efficiunt quod figurant: & rursus per ista, ita vt imaginem gerat, & causa existat. Quæ omnia explicant in 4. sentẽ. Docebant nos quæso quibus vocabulis explicandum fuerat, & sic cognoscant se vel non sequi doctrinam Sanctorum in hac parte, collectam à Magistro sententiarũ.

Et scito quòd hodie minus libera apparet opinio hæc quoniam in concilio Florentino sub Eugenio 1111. legimus differẽtiam inter sacramenta veteris & nouæ legis in hoc, quòd illa non causabãt gratiam: ista verò continent gratiam & conferunt eam. Hæc ibi.

¶In responsione ad secundum aduerte, Scotũ vbi suprà, nec exemplo peruertit. Vnde contra exemplum de efficientia instrumentorum artificis, colligitur, prohibito serram nõ esse effectiuam causam instrumentalẽ. Tum quia nec figura, nec quantitas, nec motus locus est forma artis. Tum quia licet abeundo expellit ab eodẽ niuem omnis calor, & omnis pœna. Constat enim hoc effectũ quendam esse necessariũ in vita Christiana vltra bonam dispositionem actuum potentiarum animæ. Et quòd dicitur de baptismo, idem intelligi vult Autor de effectibus aliorũ sacramẽtorum. Quod si præueniendo intelligere cuperis, vide inferius articulum primum quæstionis sexagesimæ quintæ. Ibi enim inuenies proprium cuiusque sacramenti effectũ, tam quo ad bonum datũ, quàm quo ad defectum expulsum. Consequentia autem vt consona rationi relinquitur: quoniam vtraque, scilicet perfectiones potentiarum & gratiæ sacramentalis, de genere spiritualium sunt: & dependentiã à gratia, & necessariorũ inuita Christiana, &c.

¶Circa hanc doctrinã aduerte, tripliciter posse intelligi gratiam sacramentalem addere super gratiã donorum & virtutum. Primò, vt addat donum aliquod habituale. Et hic sensus licèt forte multis placeat, & ab Autore sumpsisse creditur, quia posuit differentiam specificam inter gratias sacramentales, & gratiam donorum & virtutũ, tam hîc in responsione ad vltimũ, quàm in quæstionibus de veri. quæst. xxy. art. 1. ad 11. Mihi tamen etiam si alibi (hoc est in libris Sententiarum aut quæstionibus disputatis) Autor expressisset oppositum, aliter sentiendum videtur ex hoc loco. Et est secundus sensus, vt gratia sacramentalis addat supra gratiam donorum & virtutum, non habituale aliquod donum, sed actuale diuinum auxilium extensiuum gratiæ virtutum & donorum ad effectum proprium sacramenti. Mouetur autem ad hoc: quoniam in Prima secundæ Autor diuidendo gratiam, distinxit contra habituale donum gratiæ, gratuitum diuinum auxilium: ac per hoc sub genere gratiæ communi. Et dixit, locauit duo genera seu species gratiarum, scilicet gratiam habitualis doni, & gratiam diuini auxilii. Et propterea quum hoc in loco expresse dicat gratiam sacramentalem addere diuinum auxilium, non est ad aliud genus gratiæ è regione positum, scilicet donum habituale diuertendum: sed planum literæ sensum sectando, sentiendum est quòd gratia sacramentalis distinguitur specie à gratia virtutum & donorum, non sicut habitus ab habitu, sed sicut

ad essentiam animæ, & quantum ad potentias eius, vt patet ex his quæ in Secunda parte dicta sunt. Sed gratia ordinatur ad animæ perfectionem. Ergo gratia sacramentalis non potest aliquid addere super gratiam virtutum & donorum.

¶Præterea, Defectus animæ ex peccatis causantur. Sed omnia peccata sufficienter excluduntur per gratiam virtutum & donorum: quia nullum est peccatum, quod non contrarietur alicui virtuti. Gratia ergo sacramentalis, cùm ordinetur ad defectus animæ tollendos, non potest aliquid addere super gratiam virtutum & donorum.

¶Præterea, Omnis additio vel subtractio in formis, variat speciem: vt dicitur 8. Meta. Si ergo gratia sacramentalis addat aliquid super gratiã virtutum & donorum, sequitur quòd æquiuocè dicatur gratia. Et sic nihil certum nobis ostenditur, ex hoc quòd sacramenta dicuntur gratiam causare.

¶SED CONTRA est, quòd si gratia sacramentalis non addit aliquid super gratiam donorum & virtutum, frustra sacramenta habentibus & dona & virtutes conferrentur. In operibus autem Dei nihil est frustra. Ergo videtur quòd gratia sacramentalis aliquid addat super gratiam virtutum & donorum.

CONCLVSIO.

¶Gratia sacramentalis super gratiam virtutum & donorum addit quoddam diuinum auxilium ad finem sacramenti consequendum, sicut dona & virtutes super gratiam addere videntur quandam perfectionem determinatam ad propriũ potentiarum actum perficiendos.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut in Secunda parte dictum est) gratia secundum se considerata, perficit essentiam animæ, inquantum participat quandam similitudinem diuini esse. Et sicut ab essentia animæ fluunt eius potentiæ, ita à gratia, fluunt quædam perfectiones ad potentias animæ, quæ dicuntur virtutes & dona: quibus potentiæ perficiuntur in ordine ad suos actus.

nauem & manu & temone, alterus, vt instrumento coniuncto, alterò vt instrumento separato. Constat autem effectiuè esse huiusmodi mouere. Ad primum ergo obiectionem dicitur quòd licet motus localis absolutè non sit forma actiua aut actiomouere tamen localiter est agere, vt patet. Et sic sicut artifex mouendo serram, agitatis ferra mouendo partes ligni, agit.

¶Ad secundum dicitur, quòd aliud est loqui de modo quo corpus expellit corpus ab eodem loco, & aliud est loqui de modo quo corpus mouens motum, expellit aliud corpus à suo loco. sicut aliud est loqui quomodo calor expellit frigus, & aliud quomodo corpus calefaciens calefactum expellit frigus. Ad propositum siquidem quæstionis huius non spectat primum, sed secundum: quoniam instrumentum artificis est mouens motum. Ex quo patet, quòd exemplum Autoris deseruit proposito, dum sacramentum ponitur instrumentum diuinæ misericordiæ, motum à Deo ad mouendam animam in sanctitatem sui.

¶Super Quæstionis sexagesimæ secundæ Articulum secundum.

IN titulo per gratiam virtutum & donorum intellige habitus gratiæ gratum facientis, & virtutum tam theologalium quàm moralium & donorum Spiritus sancti.

¶In corpore vnica est conclusio: Gratia sacramentalis addit super gratiam virtutum & donorũ. Et probatur conclusio hæc ex diuersitate effectuũ: quia scilicet alius est effectus gratiæ sacramentalis, & alius est effectus gratiæ virtutum & donorũ. Et quia in cõclusione & titulo, nõ de sola distinctione, sed de distinctione & modũ addentis sic mẽtio habito probatio vtrunq; includit: scilicet distinctionẽ & additionẽ. Assumẽs non solùm effectus gratiæ virtutũ & donorũ ex vna parte, & effectus gratiæ sacramẽtalis ex altera parte: sed etiã proportionem virtutũ & donorũ ad gratiã, ac per hoc implicitè proportionẽ gratiæ sacramẽtalis seu ipsius effectus ad gratiã. Est ergo probatio ista, Gratia absolutè perficit essentiã animæ, & sicut ab essentia fluũt potẽtiæ, ita à gratia fluũt perfectiones potẽtiarũ, dona scilicet & virtutes: sacramẽta autẽ ordinãtur ad quosdã speciales effectus necessarios in vita Christiana præter actus potentiarum animæ, ergo sicut virtutes & dona addunt

addunt super gratiam communiter dictam perfectionem ordinatam ad actus potentiarum: ita gratia sacramentalis addit super gratiam communiter dictam & virtutes & dona, quoddam diuinum auxilium ad consequendũ finem. Ergo gratia sacramenta lis addit super gratiam donorũ & virtutem. Antecedẽs quo ad primam partem declaratur, gratia est similitudo diuini esse: seu quia anima inquantum participat quandã similitudinem diuini esse, perficitur à gratia. Quantum verò ad secundam partem declaratur quo ad hoc, quòd potentiæ perficiũtur per dona & virtutes in ordine ad actus ipsarum potentiarum. Quo ad tertiam verò partem declaratur, ex effectu baptismali, qui est spiritualis regeneratio non qualitercunq;, sed ita vt homo mortua vitijs, membrũmq; Christi fiat.

¶Vbi scito, quòd effectus baptismi proprius non est gratia gratum faciens absolutè sed secundum gratiã secundum gratiam in membrũ Christi, ac ipse passus fuisset patiẽte Christo: & hoc importat remissionem omnis culpæ, & omnis pœnæ. Constat enim hoc effectũ quendam esse necessariũ in vita Christiana vltra bonam dispositionem actuum potentiarum animæ. Et quòd dicitur de baptismo, idem intelligi vult Autor de effectibus aliorũ sacramen torum. Quod si præueniendo intelligere cuperis, vide inferius articulum primum quæstionis sexagesimæ quintæ. Ibi enim inuenies proprium cuiusque sacramenti effectũ, tam quo ad bonum datũ, quàm quo ad defectum expulsum. Consequentia autem vt consona rationi relinquitur: quoniam vtraque, scilicet perfectiones potentiarum & gratiæ sacramentalis, de genere spiritualium sunt: & dependentiã à gratia, & necessariorũ inuita Christiana, &c.

¶Circa hanc doctrinã aduerte, tripliciter posse intelligi gratiam sacramentalem addere super gratiã donorum & virtutum. Primò, vt addat donum aliquod habituale. Et hic sensus licèt forte multis placeat, & ab Autore sumpsisse creditur, quia posuit differentiam specificam inter gratias sacramentales, & gratiam donorum & virtutũ, tam hîc in responsione ad vltimũ, quàm in quæstionibus de veri. quæst. xxy. art. 1. ad 11. Mihi tamen etiam si alibi (hoc est in libris Sententiarum aut quæstionibus disputatis) Autor expressisset oppositum, aliter sentiendum videtur ex hoc loco. Et est secundus sensus, vt gratia sacramentalis addat supra gratiam donorum & virtutum, non habituale aliquod donum, sed actuale diuinum auxilium extensiuum gratiæ virtutum & donorum ad effectum proprium sacramenti. Mouetur autem ad hoc: quoniam in Prima secundæ Autor diuidendo gratiam, distinxit contra habituale donum gratiæ, gratuitum diuinum auxilium: ac per hoc sub genere gratiæ communi. Et dixit, locauit duo genera seu species gratiarum, scilicet gratiam habitualis doni, & gratiam diuini auxilii. Et propterea quum hoc in loco expresse dicat gratiam sacramentalem addere diuinum auxilium, non est ad aliud genus gratiæ è regione positum, scilicet donum habituale diuertendum: sed planum literæ sensum sectando, sentiendum est quòd gratia sacramentalis distinguitur specie à gratia virtutum & donorum, non sicut habitus ab habitu, sed sicut

Ordinantur autem sacramenta ad quosdam speciales effectus necessarios in vita Christiana: sicut baptismus ordinatur ad quandam spiritualem regenerationẽ, qua homo moritur vitijs, & fit membrum Christi, qui quidem effectus est aliquid speciale præter actus potentiarum animæ. Et eadem ratio est in aliis sacramentis. Sicut igitur virtutes & dona addunt super gratiam communiter dictam, quandam perfectionem determinatè ordinatam ad proprios actus potentiarum: ita gratia sacramentalis addit super gratiam communiter dictam & super virtutes & dona, quoddam diuinum auxilium ad consequendum sacramenti finem. Et per hunc modum gratia sacramentalis addit super gratiam virtutum & donorum.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd in gratia virtutum & donorum sufficienter perficit essentiam & potentias animæ quantum ad generalem ordinationem actuum animæ. Sed quantum ad quosdam effectus speciales, qui requiruntur in vita Christiana, requiritur sacramentalis gratia.

¶Ad secundum dicendum, quòd per virtutes & dona excluduntur sufficienter vitia & peccata quantum ad præsens & futurum: inquantum scilicet impeditur homo per virtutes & dona à peccando. Sed quantum ad præterita peccata, quæ transeunt actu, & permanent reatu, adhibetur homini remedium specialiter per sacramenta.

¶Ad tertium dicendum, quòd ratio sacramentalis gratiæ se habet ad gratiam communiter dictam, sicut ratio speciei ad genus. Vnde sicut non æquiuocè dicitur animal communiter dictum, & pro homine sumptum: ita non æquiuocè dicitur gratia communiter sumpta, & gratia sacramentalis.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm sacramenta nouæ legis contineant gratiam.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd sacramenta nouæ legis non contineant gratiam, contentum enim videtur esse in continente. Sed gratia non est in sacramento, neque sicut in subiecto (quia subiectum gratiæ non est corpus, sed spiritus) neque sicut in vase: quia vas est locus mobilis, vt dicitur in 4. Physicor. Esse autem in loco, non conuenit accidenti. Ergo videtur quòd sacramenta nouæ legis non contineant gratiam.

¶Præterea, Sacramenta ordinantur ad hoc, quòd homines per ea gratiam consequantur. Sed gratia cùm sit accidens, non potest transire de subiecto in subiectum. Ergo pro nihilo esset gratia in sacramentis.

¶Præterea, Spirituale non continetur à corporali, etiam si in eo sit: non enim anima continetur à corpore, sed potius continet corpus. Ergo videtur, quòd gratia, cùm sit quiddam spirituale, non contineatur in sacramento corporali.

¶SED CONTRA est, quòd Hugo. de sancto Victore dicit, quòd sacramentum ex sanctificatione inuisibilem gratiam continet.

CONCLVSIO.

¶Sacramenta nouæ legis continent gratiam, sicut causa instrumentalis effectum continere dicitur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd multipliciter aliquid dicitur esse in alio: inter quos duplici modo gratia est in sacramentis. Vno modo sicut in signo: nam sacramentum est signum gratiæ. Alio modo sicut in causa: nam sicut dictum est, sacramentum nouæ legis est instrumentalis, gratiæ causa. Vnde gratia est in sacramento nouæ legis, non quidem secundum similitudinem speciei, sicut effectus est in causa vniuoca: neq; etiam secundum aliquam formam propriam & permanentem proportionatam ad talem effectum, sicut sunt effectus in causis non vniuocis, puta res generatæ in sole. Sed secundum quandam instrumentalem virtutem, quæ est fluens & incompleta in esse naturæ, vt infrà dicetur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd gratia non dicitur esse in sacramento sicut in subiecto: neque sicut in vase, prout vas est locus quidam: sed prout vas dicitur instrumentum alicuius operis faciendi, secundum quòd dicitur Ezech. 9. Vnusquisque vas interfectionis habet in manu sua.

¶Ad secundum dicendum, quòd quamuis accidens non transeat à subiecto in subiectum: transit tamen à causa per instrumentum aliqualiter in subiectum, non vt eodem modo sit in eis, sed in vnoquoque secundum propriam rationem.

¶Ad tertium dicendum, quòd spirituale existens perfectè in aliquo, continet ipsum, & non continetur ab eo. Sed gratia est in sacramento secundum esse fluens & incompletum. Et ideo non inconuenienter sacramentum dicitur continere gratiam.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm in sacramentis sit aliqua virtus gratia causatiua.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd in sacramentis non sit aliqua virtus, gratiæ causatiua. Virtus enim, gratiæ causatiua, est virtus spiritualis. Sed in corpore non est virtus spiritualis, neque ita quòd sit propria

& per hoc esse speciem gratiæ communiter dictæ (vt in responsione ad tertium dicitur) & diuidi in plures species iuxta specificam pluralitatem effectuum: de inferius quæst. 72. artic. 5. ad tertium dicitur. Et confirmatur hoc ex nunc allegato loco vbi Autor gratiam in sacramento confirmationis collatam, ad hîc dicta se referens, non dicit diuersam esse gratiam gratum facientem & sacramentalem baptismi & confirmationis: sed dicit gratiã vtrobiq; collatam, habere aliquid commune & aliquid proprium. Et quo ad cõmune (quod est gratia gratum faciẽs) esse vnius speciei. Si verò consideretur quo ad propria superaddita, sic diuersorum sunt rationũ collata in baptismo & confirmatione. Ex hoc enim & ad diuersum modum considerandi gratiam se resoluit: infinuat non esse ibi diuersos habitus: sed (vt diximus) esse vnum habitum relatè seu extensiuum ex nouo diuino auxilio per sacramentum exhibito, ad diuersos secundum speciem effectus. Et confirmatur hic sensus: quia hoc sufficit ad salutandum, & dignitatem sacramentorum in caute tando, & gratias sacramentales & effectus earum. nec multiplicatur tot habitus in anima.

¶In responsionibus ad primum & secundum, si vis in speciali videre differentiam vtriusque effectus (scilicet perfectionis, ad quam ordinatur sacramentum: & de qua tractatur in responsione ad primum, & similiter defectus, cõtra quem ordinatur sacramentum: de quo in responsione ad secundum tractatus) lege dictum articulum primum q. 65. infectius.

¶Super Quæstionis sexagesimæ secundæ Articulum tertium.

TItulus accipiendus est vt sonat.

¶In corpore sũt duæ conclusiones. Altera est: Gratia est in sacramentis sicut in signis. Et probatur: quia sacramentũ est signum gratiæ. Altera est: Gratia est in sacramentis sicut in causa non vniuoca nec æquiuoca, sed instrumentali. Et probatur quo ad secundam partem: quia non est secundum similitudinem speciei, sicut homo genitus erat in homine generante. Quo ad tertiam verò: quia non est secundum aliquam formam propriam & permanentem proportionatam ad talem effectum: sicut res generatæ est secundum quandam virtutem fluentem, & incompletam in ipsa natura.

¶Super Quæstionis sexagesimæ secundæ Articulum quartum.

TItulus vt sonat, sumendus est de virtute causatiua effectiuè.

¶In corpore ostenduntur duæ vtr. Altera ponentium sacramenta non causare gratiam nisi concomitanter. Et secundum hanc respondetur quæstioni negatiuè: quia sola virtus diuina assistens est quæ causat gratiam.

¶Altera (quam sequitur Autor) ponentium, quòd sacramentum est instrumentalis causa gratiæ. Et secundum hanc respondetur quæsito, dicendo duo. Primò: Necesse est simul ponere, quòd in sacramento sit quædam virtus instrumentalis ad inducendũ sacramentalẽ effectũ. Secundò, qualis est ista virtus. & dicitur hæc

Cõment.
Infrà q. 78. artic. 4. Et 4. dist. 1. q. 1. art 4. q. 2. Et dist. 8. qõ. 2. artic. 3. Et quol. 12. arti. 15. Cõment.

Universidad de Deusto
Biblioteca

hæc virtus proportionatur instrumento. Et probatur: Virtus hæc se habet ad alicuius rei perfectionem & virtutem absolutè, sicut instrumentū se habet ad agēs principale: sed instrumentum non operatur, nisi inquantum est motū à principali agente: principale autem agens operatur per se & propriā virtus principalis habet completum & permanens esse in natura: virtus autem instrumētalis incompletū & transiēs: ergo virtus hæc proportionatur instrumento. Et probatur hoc vltimum: quia motus est actus imperfectus ab agente in patiens.

Augustin. ¶Aduerte hic, maximā hoc in loco difficultatem inueniri: eo quòd vno sensu intellecta cōmuniter videntur tam à sequacibus, quām ab aduersariis verba Autoris: quum tamen dupliciter possint intelligi. Primò, vt sit sensus, quòd in sacramētis nouæ legis est aliqua virtus superaddita, non solùm proprie operationi sensibilis elementi, sed etiam superaddita motui, quo mouetur à principali agēte. & hæc virtus est quædam qualitas habens esse fluens per modum motus, & est spiritualis, imò est ipsa gratia secundum esse fluens & incompletum, vt in calce præcedentis articuli, hoc vltimum Autor expressit. Et hic est sensus communis, contra quem Scotus vbi suprà & Durandus & Aureolus arguunt.

¶Sed quoniam hic sensus non est mentis ab Autore, nec verus (vt nunc nō: conabor ostēdere) ideo argumentationibus istorum omissis ad secundum venio sensum: vt scilicet virtus ista nihil aliud sit quām motus quo instrumentum à principali agente mouetur ad proprium principalis agentis effectum inducendum. Moueor autem ad hoc ex communibus & ex propriis: Apertissimè enim Autor in hac litera ex cōmunibus omni instrumentali causæ procedit, dicens. Sed ponendo quòd sacramentum est instrumentalis causa gratiæ, necesse est simul ponere, quòd in sacramento sit quædam virtus, &c. Vbi patet quòd secundum eum similē est iudicium de sacramento & de aliis causis instrumēcalibus, quantum ad virtutem instrumentalē, per modum transeuntis, &c. Sed de causa instrumentali expressit Autor in primo huius quæstionis articulo hæc verba: causa verò instrumentalis non agit per virtutē suæ formæ: sed solùm per motum quo mouetur à principali agente. Vbi dicto exclusiuo manifestatur, quòd ab instrumento excluditur Autor omnem agendi rationem superadditam motui quo mouetur à principali agente. Et hoc ipsum in speciali de sacramentis loquendo in calce responsionis ad primum huius articuli replicat, dicens, Et hoc modo vis spiritualis est in sacramentis, inquantum ordinantur à Deo ad effectum spiritualem. Vbi videt vim spiritualē constituere in hoc quòd sacramenta ordinantur à Deo ad effectum spiritualem. Et confirmatur hic sensus ex eo, quòd secundum Autorem sacramentum baptismi virtutem hanc inchoatiue accepit in sui institutione (scilicet quando Christus est baptizatus) tunc enim aqua sanctificata est, accipiendo inchoatiue vim regenerandi: sed constat, nihil tunc aquam accepisse, nisi habilitatem, vt sit materia baptismi: factum est enim tunc, vt non oleum, non vinum, &c. sed aqua idonea esset ad regenerandum. Et si his adiungas, quòd vis quælibet eiusdē rationis est in sui inchoatione & perfectione, opinaberis quòd vis regenerativa, quæ in aqua inchoatiue ponitur, tamen ea est sola idoneitate in ablutione sacramentali, consummate ponitur ea tenus est solo vsu, quo Deus actualiter ablutione illa vtitur ad regenerandum. Vsus siquidem seu motus vtle quo Deus mouet illam, seu vtitur actione nostra sensibili, sacramentum constituit in esse effectiuo gratiæ sacramentalis: quia est quo est mouens motū à principali agente: & est vis spiritualis, quia est quo respectu effectus spiritualis: & est ipsa gratia secundū esse incompletum & transiens, quia est mediatio & motus quædam ad gratiam. Et multa alia possent hic dici, nisi diffusè de hac virtute instrumentali scripsissem superius in articulo secundo quæstionis tertiædecimæ. Et confirmantur hæc omnia: quia sic absque multiplicatione entium saluantur causalitates effectuum instrumentorum, & illæ autoris. Aut enim in responsione ad primum, quòd in ipsa voce sensibili est vis quædam spiritualis ad excitandum intellectum hominis, inquantum procedit à conceptione mentis. Nihil est enim in voce sensibili inquantum procedit à mente, præter significationem, nisi vsus quo mens illa vtitur significatiua voce ad excitandam mentē auditoris. Et propterea non mouetur Græcus à Latino: quia significatiua vox, qua loquente vtitur, non pertenet ad intellectum Græci. Et hoc subdit modis Autor, Vis spiritualis est in sacramentis. Nec remouetur, quòd Autor dixit motui instrumenti virtutem seu vim, ex ipsa actiuitione instrumēti: quæ differt ratione inter instrumēti motum & virtutem, de qua est quæstio: quoniam secundum Autoris est formalitā de virtute quām de motu. Quod vt melius intelligas, distinguo motum, quo potest instrumentum moueri, in motum simplicem & motum virtuosum. Est quidem instrumenti siquidem instrumenti simplex motus ille, ad quem ex parte mouentis sufficit potentia motiua: ex parte verò retenti, naturalis effectus instrumenti. Motus autem virtuosus est ille qui ex parte mouentis virtæ potentiam motiuam exigit artem seu aliquid proportionale arti: ex parte verò remoti ducit ad effectum principalis agentis, puta artis, seu alicuius proportionaliter se habentis. sicut ars se habet ad instrumentis suis. Exēplō virtuosi motus perspice in citharæ, cuius fides si mouentur à nō musico, sonabunt tantūmodo verò mouebitur à musico, efficient non solùm sonum, sed sonum musicum, qui est effectus proprius artis musicæ. Vbi patet quòd simplex motus fidium citharæ, non dicit nisi ad naturalem effectum percussionis illarum: motus verò qui ab arte procedit, ad effectum artis ducit, vtpote vim artis in se habens, & propterea motus virtuosus appellatur. Tria ergo quum hic considerentur (scilicet motus & vis seu virtus, & motus virtuosus) ratione diuersitatis quæ est inter motum & vim seu virtutem, dispares valde conditiones assignantur vtriusque: puta quòd vis seu virtus est de genere qualitatis, reductiue tamen, quòd habet esse intentionale, quòd est spiritualis, &c. quæ non cōueniunt motui. Ratione verò coincidentiæ seu identitatis motus, & virtutis in tertio (hoc est in motu virtuoso instrumenti) dictum est, quòd instrumentum agit per solum motum quo mouetur à principali agente. Ratione autem solius formalis distinctionis inuentæ inter motum & virtutem in motu virtuoso instrumenti, apponitur motui instrumenti vis seu virtus. Et non ad denotandum quòd sint duæ res: sed quòd hæc duo cōcurrunta in instrumento, inueniuntur constituentia illius motum virtuosum. Et hic est, quem sacramentalia signa à Deo sortiuntur, quum sacramenta conferuntur. Nam si quis aliquem abluere aqua, &c. non animo faciendi quod facit Ecclesia, tunc sacramentalia signa, & verba mouerentur simplici motu tantum (vtpote à solo homine) & nihil aliud efficerent, nisi corporalem ablutionem. Quum verò quis hominem abluit seruatis seruandis, iuxta institutionem Christi, mouentur tunc sacramentalia signa motu virtuoso: & vtpote à Iesu Christo: ipse est enim qui baptizat) & corpus tangendo, abluunt eos, vt Augustin. dicit.

¶Ex quibus omnibus habere potes diligens lector, vnde & quomodo vana seu diffusa (vt apparet) dicta de instrumentorum motu & virtute, sānè intelligere potes.

Infra q. 64. artic. 2. ad 4. & 3. q. 13. artic. 1. q. 1. & dist. 5. q. 1. art. 2. q. 1. Augu.

¶In responsione ad vltimum, perspice quām bene diuinita sit vis sacramentalis, & vniuersaliter instrumentalis. Nam sicut diuersa instrumenta nihil aliud habent ab arte vna, nisi suos motus virtuosos ad effectum artis, & omnes illi motus, quia sunt motus partiales, sunt vnus motus totalis, ac per hoc vna vis principalis agentis, inquanta instrumentaliter in diuersis instrumentis in ministro, verbis & elemēto sunt passiui motus virtuosi partiales multimam & ministri operatione (puta ablutione) ex verbis & aqua vtitur Christus mouendo singula, vt agens principale. Et sicut ex omnibus nō consurgit nisi vnum numero in sacramentum: ita ex omnibus partialibus motibus virtuosis (hoc est passiuè & actiuè sumptis) non constat nisi vna numero vis sacramentalis: quemadmodum omnes motus singulorum trahentium nauem, non sunt nisi vnus, numero tractus, vna numero totalis actio, vnā inferēs passionem, vnūmq; effectum. Nec oportet laborare ad imaginandū, quomodo ex diuersis formis intentionalibus fit vna forma simplex aut cōposita, vel per aggregationem: vt cōtra tenentes huiusmodi virtutes intentionales, arguitur.

Vincent.

¶*Super Quæstionis septuagesimæsecūdæ Articulum quintum.*

Titulus vt sonat.

¶In corpore vna conclusio: Sacramenta Ecclesiæ specialiter habent virtutē ex passione Christi. Probatur tripliciter. Primò ex communibus: quia humanitas Christi est instrumentū coniunctum deitati: sacramentum autem instrumentū separatum. Et formatur ratio: Agens principale per coniunctum instrumentum mouet separatum sed Deus est agens principale gratiæ, & humanitas Christi instrumentum coniunctum, & sacramentum instrumentum separatum: ergo. Et quia hæc ratio non concludit de passione Christi, sed de humanitate Christi: sic qua Christus mysteria multa cōsummauit, puta natiuitatem, prædicationem, passionem, resurrectionem, ascensionem, &c.) Ideo secunda subiungitur ratio, per quam probatur specialiter quòd à passione Christi virtus sit sacramentorum. Et procedit ratio ex effectu ꝓprio gratiæ sacramentalis: quia scilicet vterq; talis proprius effectus appropriatur passioni Christi. Et formatur ratio: Tam liberatio à peccatis nostris, quām initium ritus Christianæ religionis est præcipuè à passione Christi: sed vtrūq; fit præcipuè per gratiā sacramentalem: ergo gratia sacramentalis: seu (quod in idem redit) ergo virtus sacramentalis gratiæ est à passione Christi. Maior declaratur ex dictis. Quo ad primam partē quidem, quia Christus liberauit nos per passionem à peccatis, non solū efficienter & meritoriè (quod conuenit aliis eius mysteriis) sed etiā satisfactoriè: quod appropriatur passioni. Quo ad secūdam verò quia per passionem offerēdo seipsum, initiauit ritum Christianæ religionis. Minor autē clara ex hoc tractatu. Tertiò probatur conclusio ex signo fluxus sanguinis & aquæ de latere Christi: per quod præcipua sacramenta monstrantur, quòd copulantia sunt nobis virtutem passionis Christi.

Comment.

¶In corpore sūt duę cōclusiones negatiuæ. Prima est: Sacramenta veteris legis non conferebant gratiam virtute propria. Probatur autoritate Apostoli. Altera est: Sacramenta veteris legis, nō conferebant gratiā virtute in eis habita à passione Christi. Probatur ex communi differentia cōiunctionis alicuius causæ ad causandum: vel per vsum exteriorē tertiū, vel per actū animæ: quia prima est causæ effectiuæ, ac per hoc prioris secundum esse: secunda autem est causæ finalis, ac per hoc posterioris secundum esse. Sub hac enim differentia cōmuni subsumitur in speciali differentia inter passionem Christi coniungi per sacramenta vel per fidem: ita quòd per sacramenta coniunctio conficitur, sub coniunctione per vsum exteriorem tertiū rerum, & coniunctio per fidem conficitur sub coniunctione per actū animæ. Et sub hoc procedendo, defenditur, & quòd passio Christi est prior secundum esse sacramētis nostris, & posterior sacramētis veteris legis. Ac p hoc nostris quidē sacramētis passio Christi cōiungi potest, vt causa actiua operans per illa: priscis autē nō potest coniungi vt causa actiua operans per illa, quod est intentum cōclusionis.

1. 2. 98. 103. art. 2. & 3. 107. art. 1. ad 3. Et 4. di. 1. q. 1. ar 1. q. 1.

Et quòd

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm sacramenta nouæ legis habeant virtutem ex passione Christi.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd sacramenta nouæ legis non habeant virtutem ex passione Christi. Virtus enim sacramentorum est ad gratiam causandam in anima, per quam spiritualiter viuit. Sed sicut Augustin. dicit super Ioan. verbum prout erat in principio apud Deum, viuificat animas: secundum autem quòd est caro factum, viuificat corpora. Cùm igitur passio Christi pertineat ad verbum, secundum quòd est caro factum, videtur quòd non possit causare virtutem sacramentorum.

¶Præterea, Virtus sacramentorum videtur ex fide dependere: quia sicut dicit Augustin. super Ioan. verbum Dei perficit sacramentum, non quia dicitur, sed quia creditur. Sed fides nostra non solùm respicit passionem Christi, sed etiā alia mysteria humanitatis ipsius, & principalius etiam diuinitatem eius. Ergo videtur quòd sacramenta non habeant specialiter virtutem à passione Christi.

¶Præterea, Sacramenta ordinantur ad hominum iustificationem: secundum illud 1. ad Corinth. 6. Abluti estis, & iustificati estis. Sed iustificatio attribuitur resurrectioni: secundum illud Rom. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram. Ergo videtur quòd sacramenta magis habeant virtutem à resurrectione Christi, quàm ab eius passione.

¶SED CONTRA est, quòd super illud Rom. 5. In similitudinē prævaricationis Adæ, &c. dicit glo. Ex latere Christi dormientis in cruce fluxerunt sacramenta, per quæ saluata est Ecclesia. Sic ergo sacramenta videntur habere virtutē ex passione Christi.

CONCLVSIO.

¶Cùm per Christi humanitatem & passionem nō modò meritoriè sed satisfactoriè operatus fuerit Deus nostram à peccatis liberationem & sanctificationem, omnem suam efficaciam habere oportet nouæ legis sacramenta a passione Christi.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut dictum est) sacramentum operatur ad gratiam causandam per modū instrumenti. Est autē duplex instrumentū, vnum quidem separatum, vt baculus: aliud autem coniunctum, vt manus. Per instrumentum autem coniunctum mouetur instrumentum separatum, sicut baculus per manum. Principalis autem causa efficiens gratiæ, est ipse Deus, ad quem comparatur humanitas Christi sicut instrumentum coniunctū: sacramentum autem sicut instrumentū separatum. & ideo oportet quòd virtus salutifera, à diuinitate Christi, per eius humanitatem, in ipsa sacramenta deriuetur. Gratia autem sacramentalis ad duo præcipuè ordinari videtur, videlicet ad tollendos defectus præteritorum peccatorum, inquantum transeunt actu, & remanent reatu: & iterum ad perficiendā animam in his quæ pertinent ad cultum Dei, secundum religionem vitæ Christianæ. Manifestum est autem ex his quæ suprà dicta sunt, ꝙ Christus liberauit nos à peccatis nostris, præcipuè per suam passionem: non solùm efficienter & meritoriè, sed etiam satisfactoriè. Similiter eriam per suam passionem initiauit ritum Christianæ religionis, offerens seipsum oblationē & hostiā Deo, vt dicitur Ephes. 5. Vnde manifestum est, quòd sacramenta Ecclesiæ, specialiter habent virtutem ex passione Christi, cuius virtus quodammodo nobis copulatur per susceptionem sacramentorum. In cuius signum de latere Christi pendentis in cruce, fluxerunt aqua & sanguis, quorum vnum pertinet ad baptismum, aliud ad Eucharistiam, quæ sunt potissima sacramenta.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum prout erat in principio apud Deum, viuificat animas, sicut agens principale: caro tamen eius, & mysteria in ea perpetrata, operantur instrumentaliter ad animæ vitam. Ad vitam autem corporis non solùm instrumentaliter: sed etiam per quandam exemplaritatem, vt suprà dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd per fidem Christus habitat in nobis (vt dicitur Ephes. 3.) & ideo virtus Christi copulatur nobis per fidem. Virtus autem remissiua peccatorum, speciali quodammodo pertinet ad passionem ipsius Christi: & ideo per fidem passionis eius, specialiter homines liberantur à peccatis: secundum illud Rom. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Et ideo virtus sacramentorum, quæ ordinatur ad tollenda peccata, præcipuè est ex fide passionis Christi.

¶Ad tertium dicendum, quòd iustificatio attribuitur resurrectioni ratione termini ad quem, qui est nouitas vitæ per gratiam. Attribuitur tamen passioni ratione termini à quo, scilicet quantum ad dimissionē culpæ.

ARTICVLVS VI.

¶Vtrùm sacramenta veteris legis gratiam causarent.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd etiam sacramenta veteris legis, gratiam causarent. Quia (sicut dictum est) sacramenta nouæ legis habent efficaciam ex fide passionis Christi. Sed fides passionis Christi fuit in vetere lege, sicut & in noua: habemus enim eundem Spiritum fidei: vt habetur 2. ad Cor. 4. Sicut ergo sacramenta nouæ legis conferunt gratiam, ita etiam sacramenta veteris legis gratiam conferebant.

¶Præterea, Sanctificatio non fit nisi per gratiam. Sed per sacramenta veteris legis, homines sanctificabantur: dicitur enim Leuitici 8. Cùmq; sanctificasset Moyses Aaron & filios eius in vestitu suo, &c. Ergo videtur quòd sacramenta veteris legis gratiam conferebant.

¶Præterea, Sicut Beda dicit in homilia Circuncisionis, Idem salutiferæ curationis auxilium, circuncisio in lege contra originalis peccati vulnus agebat, quod baptismus agere reuelatæ tempore gratiæ consueuit. Sed baptismus nunc confert gratiam. Ergo circuncisio gratiam conferebat. Et pari ratione alia sacramenta legalia: quia sicut baptismus est ianua sacramentorum nouæ legis, ita & circuncisio erat ianua sacramentorum veteris legis. Propter quod & Apostolus dicit Galat. 5. Testificor omni homini circuncidenti se: quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ.

¶SED CONTRA est, quòd Galat. 4. dicitur, Conuertimini iterum ad infirma & egena elementa. Glossa, id est ad legem, quæ dicitur infirma, quia perfectè non iustificat. Sed gratia perfectè iustificat. Ergo sacramenta veteris legis gratiam non conferebant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et quòd passio Christi vt finalis causa coniungitur per fidē, tam nobis quàm antiquis: & propterea vtriq; saluamur per fidē passionis Christi: licèt non vtrique per sacramenta virtuosa ex passione Christi. Non aut̄ superfluit fuit erat vtilis illorum sacramentorū: quia adhibebatur etsi non vt virtuosa: tamen vt signa fidei virtuosæ.

¶Sic igitur lector in formali differētia inter coniunctionem per fidem seu actū animæ vt sic, & per sacramēta seu vsum exteriorum rerū vt sic: & videbis differētiam in litera subtiliter positam inferre sacramenta nostra esse virtuosa, & antiqua nō. Et memento nouitie, q̄ de coniunctione causali (seu causæ vt sic) est sermo, vt non fallaris ab importunitate digredientium ad ea, quæ sunt per accidens.

¶ Super Quæstionis sexagesimatertiæ Articulum primum.

Annot. Titulus vt sonat de sacramēto in definitē, nō vniuersaliter aut particulariter explicitē. Quæritur enim explicitè de particulari in art. 6.

Alias colequitur.

¶In corpore vna conclusio. Fideles per sacramenta aliquo spirituali charactere insigniūtur. Probatur: Quicunq; ad aliquod certū deputatur, consueuit cōsignaríssed homines per sacramenta deputātur ad spirituale aliquod spectans ad Dei cultū: ergo fideles per sacramēta aliquo spirituali charactere insigniuntur. Probatur maior exemplo militum. Minor verò: quia sacramenta ad duo ordinātur, hoc est ad remedium contra peccatū, & ad perficiendum hominem in his quæ ad cultum diuinū sunt. Et cōfirmatur tota ratio cum conclusione auctoritate Augustini, vnde Auctor sumpsit.

Annot. ¶ [redacted]. Secūdum est, q. Autor persuasibile in hanc veritatem ecclesiasticam reddere studuit, ex ratione proportionalis similitudinis inter homines deputatos ab homine ad militiam corporalem, & deputatos a Deo ad cultum Christianæ religionis (quæ vtiq; militia est illius, qui est dominus fortis & potens: dominus potens in prælio ad debellandas aereas potestates, vincendūm; mundū, sectatus Augustini vestigia. Rationabile siquidem est, vt hominū qui à principibus militiæ huius consueuerunt ad corporalia corporali nota insigniri, quid à Deo ad perennem spiritualem cultum feruendum animam deputantur, spirituali signo insigniatur in anima. Sic enim diuinam prouidentiam disponere homines sumpsit inuentitur: vt scilicet proportionaliter insigniantur secundum animam à Deo: sicut secundum corpus consueuerunt à principe humano.

¶In responsione ad secundum. vide notabile, quòd nota primum ibi dem responsionē, character non secundum se, sed secundum suam causā: hoc est non sibi litariè sumptus; sed vt sua causa sensibili, quæ est sacramentum, habet rationem signi. Et quia hæc responsio multis non facit satis, apposita est ab Autore altera responsio de ipso charactere in seipsissima quòd prima de charactere causaliter, secunda de eodem formaliter est.

Annot. ¶ Circa deductionē cōclusionis huius dubium occurrit: nam inualida apparet consequentia. Character sacramentalis est deputatiuus hominis ad cultum consistentem in recipiendo & tradēdo: ergo est potentia: nam quia similis consequentia nihil valet. Character militaris est deputatiuus hominis ad militiam, consistentem in percutiēdo, & ad percutiendum requiritur potentia: ergo character militaris est potētia ad percutiēdum. Et si inferatur, non est similis: quia potentia percussiua præsupponitur, vt potentia naturalis, potētia autem ad cultum non est naturalis: sed superaddit actū: & inquam instans ista nihil obstat argumēto: quia ad militarem percussionē vltra naturalem virtutem potentiā requiritur potentia militaris: sicut ad sanandū requiritur in medico potētia medicatiua: stat ergo obiectio.

¶Et eleuatur instantia ad vniuersalē rationē: vnde scilicet licet à cōmunissimis inferre determinatē speciale, hoc est à deputatiōe ad cultū Christianæ religionis, ad potentiam respectu eiusdem cultus descendere. Deputatio siquidem ad cultum multipliciter fieri potest: scilicet signo, professione, officio, scientia, voluntate, potētia: vt pater inductiuè in militia, & aliis cultibus & artibus. Vnde inferre characterem esse potentiam, quia est deputatiuus hominis ad cultum Christianæ religionis, fallacia consequentis videtur.

¶Ad hoc dicitur, quòd Autor procedit ex determinatis in præcedenti articulo. Et propterea non procedit ex hoc solo quòd character est deputatiuus ad cultum, &c. sed ex hoc, quòd character sacramētalis est spiritualis perfectio animę ad cultum diuinum secundum ritum Christianum: ita quòd non ex quacunque deputatione, sed ex tali deputatiuo, scilicet vt perfectiuo animæ ad talē cultum impressio à Deo, procedit literæ vt ipsamet litera de se ipsa testimonium perhibet, auctoritatem afferens Dionysij hoc testantē. Ex huiusmodi autem assumpto cōcludit licuit intentū, si perspicaciter inuiti fuerimus cultum Christianę religionis formaliter, vt Autor contemplatus est. Ex hoc enim quòd character est perfectiuus animæ ad cultū Christianæ religionis, & cultus Christianæ religionis formaliter cōstat in recipere vel dare formaliter: sequitur, ergo character perfectiuus animæ ad recipiendum vel dandum. Sed cōstat liquidò, quòd proprium & per se primò perfectiuum ad recipere seu dare, est posse recipere aut dare: ergo character est spiritualis potentia, qua homo secundum animā potest recipere vel tradere ea quæ sunt Christianæ religioni propria. Et cōfirmatur hæc ratio: quia potentia sola est: qua subtracta actus nullus redditur apud Deum: & similiter qua posita, actus efficax est, quātuncunq; ab homine prohibitus. Nam subtracta charitate, aut scientia, aut fide, si potentia remanet, actus non est nullus, sed contra sola potentia deficiente, alia non sunt efficacia. Sic autem constat esse in proposito, quòd subtracto charactere, vanè omnia recipiuntur. Et similiter subtracto charactere ordinis vanè omnia traduntur quæ propria ordinis sunt: est ergo character in genere potentiæ.

¶Ad instātiam autem de militari charactere, patet responsio: quia non spectat ad animam.

¶Ad obiectionem autem vniuersalem patet etiam responsio, quòd falsum assumi, scilicet literam ex sola deputatione procedere, quum procedat ex tali deputatione, scilicet vt perfectiuo hominis spiritualiter secundum animā ad cultum spiritualem consistentem in recipere & tradere: manifestatum quippe est, quòd forma liter procedendo, optimè absque sophistratis aliqua specie illatio tenet.

¶Secunda cōclusio est: Hæc spiritualis potentia est instrumentalis. Declaratur à simili, sicut virtus quę est in sacra mentis. Et probatur ex subiecto: quia est potentia ministri ergo instrumenti. Antecedens probatur: quia character cōuenit ministris Christi vt sic. Consequēs probatur: quia minister vt sic, habet rationem instrumenti.

¶Tertia conclusio est: Character non est per se in genere: sed reducitur in secunda specie qualitatis. Prima pars probatur à simili: sicut ex virtute in sacramentis, adiuncta ratione communi, quia est quiddam fluens & incompletum. Secūda verò pars relinquitur vt cuidens.

¶ Num character sit ingenere, & in qua genere, & sub qua specie.

¶Occurrunt autem hic multa dubia. Primum est de genere generalissimo, sub quo ponitur character: quod circa tertiam conclusionem versatur. Secundum, de specie: & spectat ad eandem cōclusionem. Tertium est circa responsionem ad tertiū, quantum valeat ratio literę. Si relatio characteris fundaretur immediatè super essentia animæ, conueniret naturaliter omni animæ. Quartum est, quantum valeat ratio literæ, probās quòd character non est habitus: quia omnis habitus est bonus vel malus, vt habes in litera argumento ad oppositum. Propter connexionem tamen materiæ tractabitur tertium dubium simul cum primo, & secundum simul cum quarto.

¶Circa primum dubium in quo genere sit character sacramētalis, scito primò, quòd Durandus in 4. sent. distin. 4. q. 1. putauit characterem esse relationem rationis: per quam aliquis ex institutione diuino deputatur ad sacrat operationis: sicut numus sortitur rationem pretij. Et eius ratio est, quia ea quæ sunt finis dei clarificanda sunt, & non ob obscuriora reddenda: per characterem autem si ponitur relatio rationis, omnia clara sunt. Si verò ponitur res realis, obscuriora introducuntur.

¶Sed positio hæc seipsam leuem monstrat, dum ex communibus tantùm & extraneis procedit. Etsi: talibus pater ex auctoritate Ecclesiæ, extra de baptismo & eius effectu, in cap. maiores. in fine. Vbi dicitur quòd sacramentalis operatio imprimit characterem, certum est enim, quòd relatio rationis non imprimitur. Et confirmatur ex concilio Florentino sub Eugenio quarto. Vbi dicitur, Tria sacramenta characterem, id est spirituale quoddam signum à cæteris distinctium, imprimunt in anima indelebile: vnde in eadem personam non reiterantur. Hæc ibi.

¶Scito secundò, q. Scotus in 4. dist. 6. q. 10. ad vtrāque partem dispurat, concludens vtrumq; posse probabiliter sustineri: & quòd character sacramentalis sit res absoluta in genere qualitatis: & q. sit relatio extrinsecus aduenies. Et hanc vltimam opinionem ipse tenet. Minus tamen probabilis mōstratur ista via, discutiendo tertium dubium. Vbi scito cōsequentiam factam in litera de stroi ex Scotica opinione, distinguente de relatione, vel intrinsecè aduenīente vel intrinsecè. Et vocat relationem intrinsecus aduenientem, illam quæ consequitur fundamentum

CONCLVSIO.

¶ Veteris legis sacramenta nullam in se virtutem habebant, qua operarentur ad gratiam inducendā, sed solam fidem illos iustificantem ostendebant.

¶RESPONDEO dicendum, quòd non potest dici, quòd sacramenta veteris legis conferrent gratiam iustificantem per seipsa, id est, propria virtute: quia sic non fuisset necessaria passio Christi, secundum illud Gal. 2. Si ex lege est iustitia, Christus gratis mortuus est. Sed nec potest dici, quòd ex passione Christi virtutem haberet conferendi gratiam iustificandi. Sicut enim ex prædictis patet, virtus passionis Christi copulatur nobis per fidem & sacramenta, differenter tamen. Nam continuatio quæ est per fidem, fit per actum animæ: continuatio autem quę est per sacramenta, fit per vsum exteriorum rerum. Nihil autem prohibet id quod est posterius tempore antequam sit, mouere secundum quod præcedit in actu animæ: sicut finis qui est posterior tempore, mouet agentem, secundum quòd est apprehensus & desideratus ab ipso. Sed illud quod nondum est in rerum natura, non mouet secundum vsum exteriorum rerum. Vnde causa efficiens non potest esse posterior in esse, ordine durationis, sicut causa finalis. Sic ergo manifestum est, quòd passione Christi, quæ est causa humanæ iustificationis * conuenienter deriuatur virtus iustificatiua ad sacramenta nouæ legis, non autem ad sacramenta veteris legis, & tamen per fidem passionis Christi iustificabantur antiqui patres, sicut & nos. Sacramenta autem veteris legis, erant quædam illius fidei protestationes, inquantum significabant passionem Christi & effectus eius. Sic ergo patet, quòd sacramenta veteris legis, non habebant in se aliquam virtutem, quæ operarentur ad conferendam gratiam iustificantem, sed solùm significabant fidem, per quam iustificabantur.

Alias diuina beatitudo sortiti actū in sua participationem recipit, & de proprio lumine sicut quo dam signo ipsi tradit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd antiqui Patres habebant fidem de passione Christi futura, quæ secundum quòd erat in apprehensione animæ, poterat iustificare. Sed nos habemus fidem de passione Christi præcedenti, quæ potest iustificare etiam secundum realem vsum sacramentalium rerum, vt dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd illa sanctificatio erat figuralis: per hoc enim sanctificari dicebantur, quòd applicabantur cultui diuino secundum ritum veteris legis, qui totus ordinabatur ad figurandum passionem Christi.

¶Ad tertium dicendum, quòd de circumcisione multiplex fuit opinio, quidam enim dixerunt quòd per circumcisionem non conferebatur gratia, sed solùm auferebatur peccatum. Sed hoc nō potest esse: quia homo non iustificatur à peccato nisi per gratiam: secundum illud Rom. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Et ideo alij dixerunt, quòd per circumcisionem conferebatur gratia quantū ad effectus remotiuos culpæ, sed non quantum ad effectus positiuos gratiæ. Sed hoc etiam videtur esse falsum: quia per circumcisionem dabatur pueris facultas perueniendi ad gloriam, quæ est vltimus effectus positiuus gratiæ. Et præterea secundum ordinem causæ formalis, priores sunt naturaliter effectus positiui quam priuatiui, licet secundum ordinem causæ materialis fit econuerso: forma enim non exeludit priuationem, nisi informando subiectum. Et ideo alij dicunt, quòd circumcisio conferebat gratiam etiam quantum ad aliquem effectum positiuum, qui est facere dignum vita æterna: non tamen quantum ad hoc quod est reprimere concupiscentiam impellentem ad peccandum. Quod & aliquando mihi visum est: sed diligentius consideranti apparet hoc etiam non esse verum: quia minima gratia potest resistere cuilibet concupiscentiæ, & mereri vitam æternam. Et ideo melius dicendum videtur, quòd circumcisio sicut & alia sacramenta veteris legis, erat solùm signum fidei iustificantis. vnde Apost. dicit Rom. 4. quòd Abraham accepit signum circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei. Et ideo in circumcisione conferebatur gratia, inquantum erat signum passionis Christi futuræ: vt infrà patebit.

QVAESTIO SEXAGESIMAtertia, *De effectu sacramentorum, qui est character, in sex articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de alio effectu sacramentorum, qui est character.

¶Et circa hoc quæruntur sex.

¶Primò, vtrùm ex sacramentis causetur character aliquis in anima.

¶Secundò, quid sit ille character.

¶Tertiò, cuius sit character.

¶Quartò, in quo sit sicut in subiecto.

¶Quintò, vtrùm insit indelebiliter.

¶Sextò, vtrùm omnia sacramenta imprimāt aliquem characterem.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm sacramentum imprimat aliquem characterem in anima.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd sacramentum nō imprimat aliquem characterem in anima. Character enim significare videtur quoddam signum distinctiuum. Sed distinctio membrorum Christi ab aliis, fit per æternam prædestinationem, quæ non ponit aliquid in prædestinato, sed solùm in Deo prædestinante: vt in Prima parte habitum est. dicitur enim 2. Timoth. 2. Firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc: nouit Dominus, qui sunt eius. Ergo sacramenta non imprimunt characterem in anima.

¶Præterea, Character signum est distinctiuum. Signum autem (vt Augustinus dicit in 2. de Doct. Christia.) est quod præter speciem quam ingerit sensibus, facit aliquid aliud in cognitionem venire. Nihil autem est in anima, quod aliquam speciem sensibus ingerat. Ergo videtur quòd in anima non imprimatur aliquis character per sacramenta.

¶Præterea, Sicut per sacramenta nouæ legis distinguitur fidelis ab infidelitate etiam per sacramenta veteris legis. Sed sacramenta veteris legis, non imprimebant aliquem characterem in animas. vnde & dicuntur iustitiæ carnis, secundum Apost. ad Hebr. 9. Ergo videtur quòd neque sacramenta nouæ legis.

¶SED CONTRA est, quòd Apost. dicit 2. ad Corinth. 1. Qui vnxit nos, Deus est: & qui signauit nos, & dedit pignus, Spiritus in cordibus nostris. Sed nihil aliud importat character quàm quandam signationem. Ergo videtur quòd Deus per sacramenta nobis suum characterem imprimat.

CONCLVSIO.

¶ Cùm Christi fideles per sacramenta ad aliquid diuinum ad Dei cultum spectans deputantur, oportet illos per sacramenta aliquo spirituali charactere insigniri.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut ex prædictis patet, sacramenta nouæ legis, ad duo ordinantur, videlicet ad remedium contra peccata, & ad perficiendum animā in his quæ pertinent ad cultum Dei, secundum ritum Christianæ vitæ. Quicunq; autem ad aliquid certū deputatur, consueuit ad illud consignatiui sicut

¶ Super Quæstionis sexagesimatertiæ Articulum secundum.

Annot. Titulus de quid dicatur character manifestè quæritur in quo scilicet genere sit ant potestatis, an relationis, &c.

Comm. ¶In corpore sunt tres cōclusiones. Prima est. Character sacramētalis est spiritualis potestas ad ea quæ sunt diuini cultus. Probatur: Character imprimitur à sacramētis, Inquātū per illa homo deputatur ad ea quæ sunt Christiani cultus, consistentis in recipiendo aliqua, vel tradendo aliis: ergo character sacramentalis est quædam spiritualis potestas ad ea quæ sunt diuini cultus. Antecedēs quo ad primam partem probatur auctoritate Dionysij, in illis verbis, perfectus cum diuinum, & cōmunicatorem diuinorum. Consequētia vero probatur: quia ad vtrumq; horum requiritur potentia aliqua, ad recipiēdum quidē passiua ad tradendum verò activa.

Annot. ¶Circa deductionē cōclusionis huius dubium occurrit: nam inualida apparet consequentia. Character sacramentalis est deputatiuus hominis ad cultum consistentem in recipiendo & tradēdo: ergo est potentia: nam quia similis consequentia nihil valet. Character militaris est deputatiuus hominis ad militiam, consistentem in percutiēdo, & ad percutiendum requiritur potentia: ergo character militaris est potētia ad percutiēdum. Et si inferatur, non est similis: quia potentia percussiua præsupponitur, vt potentia naturalis, potētia autem ad cultum non est naturalis: sed superaddit actū: & inquam instans ista nihil obstat argumēto: quia ad militarem percussionē vltra naturalem virtutem potentiā requiritur potentia militaris: sicut ad sanandū requiritur in medico potētia medicatiua: stat ergo obiectio.

¶Et eleuatur instantia ad vniuersalē rationē: vnde scilicet licet à cōmunissimis inferre determinatē speciale, hoc est à deputatiōe ad cultū Christianæ religionis, ad potentiam respectu eiusdem cultus descendere. Deputatio siquidem ad cultum multipliciter fieri potest: scilicet signo, professione, officio, scientia, voluntate, potētia: vt pater inductiuè in militia, & aliis cultibus & artibus. Vnde inferre characterem esse potentiam, quia est deputatiuus hominis ad cultum Christianæ religionis, fallacia consequentis videtur.

¶Ad hoc dicitur, quòd Autor procedit ex determinatis in præcedenti articulo. Et propterea non procedit ex hoc solo quòd character est deputatiuus ad cultum, &c. sed ex hoc, quòd character sacramētalis est spiritualis perfectio animę ad cultum diuinum secundum ritum Christianum: ita quòd non ex quacunque deputatione, sed ex tali deputatiuo, scilicet vt perfectiuo animæ ad talē cultum impressio à Deo, procedit literæ vt ipsamet litera de se ipsa testimonium perhibet, auctoritatem afferens Dionysij hoc testantē. Ex huiusmodi autem assumpto cōcludit licuit intentū, si perspicaciter inuiti fuerimus cultum Christianę religionis formaliter, vt Autor contemplatus est. Ex hoc enim quòd character est perfectiuus animæ ad cultū Christianæ religionis, & cultus Christianæ religionis formaliter cōstat in recipere vel dare formaliter: sequitur, ergo character perfectiuus animæ ad recipiendum vel dandum. Sed cōstat liquidò, quòd proprium & per se primò perfectiuum ad recipere seu dare, est posse recipere aut dare: ergo character est spiritualis potentia, qua homo secundum animā potest recipere vel tradere ea quæ sunt Christianæ religioni propria. Et cōfirmatur hæc ratio: quia potentia sola est: qua subtracta actus nullus redditur apud Deum: & similiter qua posita, actus efficax est, quātuncunq; ab homine prohibitus. Nam subtracta charitate, aut scientia, aut fide, si potentia remanet, actus non est nullus, sed contra sola potentia deficiente, alia non sunt efficacia. Sic autem constat esse in proposito, quòd subtracto charactere, vanè omnia recipiuntur. Et similiter subtracto charactere ordinis vanè omnia traduntur quæ propria ordinis sunt: est ergo character in genere potentiæ.

¶Ad instātiam autem de militari charactere, patet responsio: quia non spectat ad animam.

¶Ad obiectionem autem vniuersalem patet etiam responsio, quòd falsum assumi, scilicet literam ex sola deputatione procedere, quum procedat ex tali deputatione, scilicet vt perfectiuo hominis spiritualiter secundum animā ad cultum spiritualem consistentem in recipere & tradere: manifestatum quippe est, quòd forma liter procedendo, optimè absque sophistratis aliqua specie illatio tenet.

¶Secunda cōclusio est: Hæc spiritualis potentia est instrumentalis. Declaratur à simili, sicut virtus quę est in sacra mentis. Et probatur ex subiecto: quia est potentia ministri ergo instrumenti. Antecedens probatur: quia character cōuenit ministris Christi vt sic. Consequēs probatur: quia minister vt sic, habet rationem instrumenti.

¶Tertia conclusio est: Character non est per se in genere: sed reducitur in secunda specie qualitatis. Prima pars probatur à simili: sicut ex virtute in sacramentis, adiuncta ratione communi, quia est quiddam fluens & incompletum. Secūda verò pars relinquitur vt cuidens.

¶ Num character sit ingenere, & in qua genere, & sub qua specie.

¶Occurrunt autem hic multa dubia. Primum est de genere generalissimo, sub quo ponitur character: quod circa tertiam conclusionem versatur. Secundum, de specie: & spectat ad eandem cōclusionem. Tertium est circa responsionem ad tertiū, quantum valeat ratio literę. Si relatio characteris fundaretur immediatè super essentia animæ, conueniret naturaliter omni animæ. Quartum est, quantum valeat ratio literæ, probās quòd character non est habitus: quia omnis habitus est bonus vel malus, vt habes in litera argumento ad oppositum. Propter connexionem tamen materiæ tractabitur tertium dubium simul cum primo, & secundum simul cum quarto.

¶Circa primum dubium in quo genere sit character sacramētalis, scito primò, quòd Durandus in 4. sent. distin. 4. q. 1. putauit characterem esse relationem rationis: per quam aliquis ex institutione diuino deputatur ad sacrat operationis: sicut numus sortitur rationem pretij. Et eius ratio est, quia ea quæ sunt finis dei clarificanda sunt, & non ob obscuriora reddenda: per characterem autem si ponitur relatio rationis, omnia clara sunt. Si verò ponitur res realis, obscuriora introducuntur.

¶Sed positio hæc seipsam leuem monstrat, dum ex communibus tantùm & extraneis procedit. Etsi: talibus pater ex auctoritate Ecclesiæ, extra de baptismo & eius effectu, in cap. maiores. in fine. Vbi dicitur quòd sacramentalis operatio imprimit characterem, certum est enim, quòd relatio rationis non imprimitur. Et confirmatur ex concilio Florentino sub Eugenio quarto. Vbi dicitur, Tria sacramenta characterem, id est spirituale quoddam signum à cæteris distinctium, imprimunt in anima indelebile: vnde in eadem personam non reiterantur. Hæc ibi.

¶Scito secundò, q. Scotus in 4. dist. 6. q. 10. ad vtrāque partem dispurat, concludens vtrumq; posse probabiliter sustineri: & quòd character sacramentalis sit res absoluta in genere qualitatis: & q. sit relatio extrinsecus aduenies. Et hanc vltimam opinionem ipse tenet. Minus tamen probabilis mōstratur ista via, discutiendo tertium dubium. Vbi scito cōsequentiam factam in litera destroi ex Scotica opinione, distinguente de relatione, vel intrinsecè aduenīente vel intrinsecè. Et vocat relationem intrinsecus aduenientem, illam quæ consequitur fundamentum

Quæstio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fundamentum posito termino. illam autem quæ positis fundamẽto & termino non necessariò ponitur, vocat relationem extrinsecus aduenientem. Exemplum primu, vt duplum, simile, æquale. Exemplum secundi, vt relatio agentis ad patiens, relatio locati ad locum, & huiusmodi. Ad primum genus dicit nõ esse motum, sed ad secundum: ac per hoc posse à Deo de nouo imprimi in animã relationẽ characteris absq; aliquo absoluto nouo fundante illam. Et propterea non sequitur, si relatio characteris poneretur immediate in anima, conueniret naturaliter omni animæ.

¶ Tu autem patiẽter sustineto parti à seuntem me de respectibus his in cõmuniquia theologica practica tracto, non metaphysicã. Nec videtur digrediendum hoc in loco, quicquid sit de respectibus istis extrinsecis: qui forte nõ sunt intelligibiles: quoniam omnis respectus formaliter sũptus, hoc ipsum quod est, est ad aliud se habere: & si est ad aliud se habere, est in genere ad aliquid: quod est quartum prædicamentum. Et rursus, si est ad aliud se habere, necesse est vt consequatur fundamentum ex sola noua positione alterius: alioquin non esset ad aliud. & propterea si est ad aliud se habere, ad illud nõ est motus: vtex hac ratione probatur 5. Phys. ab Arist. Et super hoc, scilicet super ipsa relatione formaliter, inquantum relatio est, fundauit Autor hic rationem suam: relatio enim formaliter sumpta, quia hoc ipsum quod est, est ad aliud: tralis est, nascitur cum fundamẽto nõ simpliciter in actu, sed sic quòd ex sola appositione termini fit actu. ¶ Ad secundum dicendũ, quòd in tertia specie qualitatis non sunt nisi sensibiles passiones, vel sensibiles qualitates. Character autem non est lumen sensibile: & ideo nõ est in tertia specie qualitatis, vt quidam dixerunt.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd relatio quæ importatur in nomine Signi, oportet quòd super aliquid fundetur. Relatio autem huius signi quod est character, non potest fundari immediatè super essentiam animæ: quia sic conueniret omni animæ naturaliter. Et ideo oportet aliquid poni in anima, supẽr quod fundetur talis relatio: & hoc est essentia characteris. Vnde non oportebit quòd sit in genere relationis: sicut quidam posuerunt.

¶ Ad quartum dicendum, quòd character habet rationem signi per cõparationem ad sacramentum sensibile, à quo imprimitur: sed secundum se consideratus, habet rationem principij, per modum iam dictum.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum character sacramentalis sit character Christi.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd character sacramentalis non sit character Christi. Dicitur enim Ephes. 4. Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis. Sed configuratio importatur in ratione characteris. Ergo character sacramentalis, magis debet attribui Spiritui sancto quàm Christo.

¶ Præterea, Character habet rationem signi. Est autem signum gratiæ, quæ per sacramentum confertur: gratia autem infunditur animæ à tota Trinitate. Vnde dicitur in Psalmo, Gratiam & gloriam dabit Dominus. Ergo videtur quòd character sacramentalis non debeat specialiter attribui Christo.

¶ Præterea, Ad hoc aliquis characterem accipit, vt eo à cæteris distinguatur. Sed distinctio sanctorum ab aliis, fit per charitatem: quæ sola distinguitur inter filios regni & filios perditionis: vt August. dicit 15. de Trin. vnde & ipsi perditionis filij characterem bestiæ habere dicuntur: vt patet Apocal. 13. Charitas autem non attribuitur Christo, sed magis Spiritui sancto: secundum illud Roma. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Vel etiam Patri, secundum illud 2. ad Corinth. vlti. Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei. Ergo videtur quòd character sacramentalis, non sit attribuendus Christo.

¶ SED CONTRA est, quòd quidam sic diffiniunt characterem. Character est distinctio à charactere æterno impressa animæ rationali, secundum imaginem consignans trinitatem creatam Trinitati creanti & recreanti, & distinguens à non configuratis secundum statum fidei. Sed character æternus est ipse Christus: secundum illud Hebr. primo, Qui cùm sit splendor gloriæ & figura vel character substantiæ eius. Ergo videtur quòd character sit propriè attribuendus Christo.

CONCLVSIO.

¶ Character, qui per sacramenta imprimitur ad ea peragenda, quæ diuini sunt cultus, character Christi est, quo Christi fideles ei configurantur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut ex supradictis patet) character propriè est signaculum quoddam, quo aliquid insignitur, vt ordinatũ in aliquem finem: sicut charactere insignitur denarius ad vsum commutationum, & milites charactere insigniuntur, quasi ad militiam deputati. Homo autem fidelis ad duo deputatur. Primò quidem & principaliter ad fruitionem gloriæ. Et ad hoc insignitur signaculo gratiæ: secundũ illud Ezech. 9. Signa Thau super frõtes virorũ gementium & dolẽtium. & Apoc. 7. Nolite nocere terræ & mari, neq; arboribus, quoadusq; signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Secũdò autẽ deputatur quisq; fidelis ad recipiendum vel tradẽdum aliis ea quæ pertinent ad cultum Dei: & ad hoc propriè deputatur character sacramentalis. Totus autẽ ritus Christianæ religionis deriuatur à sacerdotio Christi. Et ideo manifestum est, quòd character sacramentalis specialiter est character Christi cuius sacerdotio configuranttur fideles secundum sacramentales characteres. Qui nihil aliud sunt, quàm quædam participationes sacerdotij Christi, ab ipso Christo deriuatæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Apostolus ibi loquitur de consignatione, secundum quam aliquis deputatur ad futuram gloriam, quæ fit per gratiam. Quæ Spiritui sancto attribuitur, inquantum ex amore procedit, quòd Deus nobis aliquid gratis largitur: quod ad rationem gratiæ pertinet. Spiritus autem sanctus amor est: vnde & 1. ad Cor. 12. dicitur, Diuisiones gratiarũ sunt, idem autem Spiritus.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd character sacramentalis est res respectu sacramenti exterioris, & est sacramentum respectu vltimi effectus. Et ideo dupliciter potest aliquid characteri attribui. Vno modo secundum rationem sacramenti: & hoc modo est signum inuisibilis gratiæ, quæ in sacramento confertur. Alio modo secundum propriam rationem characteris: & hoc modo est signũ configurationis alicui principali, apud quem resídet autoritas eius: ad quod aliquis deputatur: sicut milites qui deputantur ad pugnam, insigniuntur signo ducis: quo quodammodo ei configurantur. Et hoc modo illi qui deputantur ad cultum Christianum, cuius autor est Christus, characterem accipiũt, quo Christo configurãtur. Vnde propriè est character Christi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd charactere distinguitur aliquis ab alio, per comparationem ad aliquem finem, in quem ordinatur qui characterem accipit: sicut dictum est de charactere militari, quo in ordine ad pugnam distinguitur miles Regis à milite hostis. Et similiter character fidelium, est quo distinguũtur fideles Christi à seruis diaboli, vel in ordine ad vitã æternam, vel in ordine ad cultũ præsentis Ecclesiæ. Quorũ primum fit per charitatẽ & gratiã vt obiectio procedit, secundum autem fit per characterem sacramentalem. Vnde & character bestiæ intelligi potest per oppositũ, vel obstinata malitia, qua aliqui deputantur ad pœnam æternam, vel professio illiciti cultus.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum character sit in potentia animæ sicut in subiecto.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd character non sit in potentiis animæ sicut in subiecto. Character enim dicitur esse dispositio ad gratiam. Sed gratia est in essentia animæ, sicut in subiecto, vt in Secunda parte dictum est. Ergo videtur quòd character sit in essentia animæ, non autem in potentiis.

putantur homines ad cultum Dei, secũdum ritum Christianæ religionis. Vnde Diony. in 2. cap. Cæle. hier. cùm dixisset, quòd Deus in quodam signo tradit sui participationem accedenti ad baptismum, subiungit, Perficiens eum diuinum, & cõmunicatorem diuinorum. Diuinus autem cultus consistit vel in recipiendo aliqua diuina, vel in tradendo aliis. Ad vtrunque autem horum requiritur quædam potentia. nam ad tradendum aliquid aliis, requiritur potentia actiua: ad recipiendum autem requiritur potentia passiua. Et ideo character importat quandam potentiã spiritualem, ordinatam ad ea quæ sunt diuini cultus. Sciendum tamen, quòd hæc spiritualis potentia est instrumentalis: sicut etiam supra dictum est de virtute, quæ est in sacramentis. Habere enim sacramenti characterem competit ministris Dei. minister autem habet se per modum instrumenti: vt Philosophus dicit in 1. Politic. Et ideo sicut virtus, quæ est in sacramentis, non est in genere per se, sed per reductionem, eo quòd est quiddam fluens & incompletum: ita etiam character non propriè est in genere vel specie, sed reducitur ad secundam speciem qualitatis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd figura est quædam terminatio quantitatis. vnde propriè loquendo, non est nisi in rebus corporeis: in spiritualibus autẽ dicitur metaphoricè. Non autem ponitur aliquid in genere vel specie, nisi per id quod de eo propriè prædicatur. Et ideo character non potest esse in quarta specie qualitatis, licet hoc quidã posuerint.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd in tertia specie qualitatis non sunt nisi sensibiles passiones, vel sensibiles qualitates. Character autem non est lumen sensibile: & ideo nõ est in tertia specie qualitatis, vt quidam dixerunt.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd relatio quæ importatur in nomine Signi, oportet quòd super aliquid fundetur. Relatio autem huius signi quod est character, non potest fundari immediatè super essentiam animæ: quia sic conueniret omni animæ naturaliter. Et ideo oportet aliquid poni in anima, supẽr quod fundetur talis relatio: & hoc est essentia characteris. Vnde non oportebit quòd sit in genere relationis: sicut quidam posuerunt.

¶ Ad quartum dicendum, quòd character habet rationem signi per cõparationem ad sacramentum sensibile, à quo imprimitur: sed secundum se consideratus, habet rationem principij, per modum iam dictum.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum character sacramentalis sit character Christi.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd character sacramentalis non sit character Christi. Dicitur enim Ephes. 4. Nolite contristare Spiritum sanctum Dei, in quo signati estis. Sed configuratio importatur in ratione characteris. Ergo character sacramentalis, magis debet attribui Spiritui sancto quàm Christo.

¶ Præterea, Character habet rationem signi. Est autem signum gratiæ, quæ per sacramentum confertur: gratia autem infunditur animæ à tota Trinitate. Vnde dicitur in Psalmo, Gratiam & gloriam dabit Dominus. Ergo videtur quòd character sacramentalis non debeat specialiter attribui Christo.

¶ Præterea, Ad hoc aliquis characterem accipit, vt eo à cæteris distinguatur. Sed distinctio sanctorum ab aliis, fit per charitatem: quæ sola distinguitur inter filios regni & filios perditionis: vt August. dicit 15. de Trin. vnde & ipsi perditionis filij characterem bestiæ habere dicuntur: vt patet Apocal. 13. Charitas autem non attribuitur Christo, sed magis Spiritui sancto: secundum illud Roma. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Vel etiam Patri, secundum illud 2. ad Corinth. vlti. Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei. Ergo videtur quòd character sacramentalis, non sit attribuendus Christo.

¶ SED CONTRA est, quòd quidam sic diffiniunt characterem. Character est distinctio à charactere æterno impressa animæ rationali, secundum imaginem consignans trinitatem creatam Trinitati creanti & recreanti, & distinguens à non configuratis secundum statum fidei. Sed character æternus est ipse Christus: secundum illud Hebr. primo, Qui cùm sit splendor gloriæ & figura vel character substantiæ eius. Ergo videtur quòd character sit propriè attribuendus Christo.

CONCLVSIO.

¶ Character, qui per sacramenta imprimitur ad ea peragenda, quæ diuini sunt cultus, character Christi est, quo Christi fideles ei configurantur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut ex supradictis patet) character propriè est signaculum quoddam, quo aliquid insignitur, vt ordinatũ in aliquem finem: sicut charactere insignitur denarius ad vsum commutationum, & milites charactere insigniuntur, quasi ad militiam deputati. Homo autem fidelis ad duo deputatur. Primò quidem & principaliter ad fruitionem gloriæ. Et ad hoc insignitur signaculo gratiæ: secundũ illud Ezech. 9. Signa Thau super frõtes virorũ gementium & dolẽtium. & Apoc. 7. Nolite nocere terræ & mari, neq; arboribus, quoadusq; signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Secũdò autẽ deputatur quisq; fidelis ad recipiendum vel tradẽdum aliis ea quæ pertinent ad cultum Dei: & ad hoc propriè deputatur character sacramentalis. Totus autẽ ritus Christianæ religionis deriuatur à sacerdotio Christi. Et ideo manifestum est, quòd character sacramentalis specialiter est character Christi cuius sacerdotio configuranttur fideles secundum sacramentales characteres. Qui nihil aliud sunt, quàm quædam participationes sacerdotij Christi, ab ipso Christo deriuatæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Apostolus ibi loquitur de consignatione, secundum quam aliquis deputatur ad futuram gloriam, quæ fit per gratiam. Quæ Spiritui sancto attribuitur, inquantum ex amore procedit, quòd Deus nobis aliquid gratis largitur: quod ad rationem gratiæ pertinet. Spiritus autem sanctus amor est: vnde & 1. ad Cor. 12. dicitur, Diuisiones gratiarũ sunt, idem autem Spiritus.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd character sacramentalis est res respectu sacramenti exterioris, & est sacramentum respectu vltimi effectus. Et ideo dupliciter potest aliquid characteri attribui. Vno modo secundum rationem sacramenti: & hoc modo est signum inuisibilis gratiæ, quæ in sacramento confertur. Alio modo secundum propriam rationem characteris: & hoc modo est signũ configurationis alicui principali, apud quem resídet autoritas eius: ad quod aliquis deputatur: sicut milites qui deputantur ad pugnam, insigniuntur signo ducis: quo quodammodo ei configurantur. Et hoc modo illi qui deputantur ad cultum Christianum, cuius autor est Christus, characterem accipiũt, quo Christo configurãtur. Vnde propriè est character Christi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd charactere distinguitur aliquis ab alio, per comparationem ad aliquem finem, in quem ordinatur qui characterem accipit: sicut dictum est de charactere militari, quo in ordine ad pugnam distinguitur miles Regis à milite hostis. Et similiter character fidelium, est quo distinguũtur fideles Christi à seruis diaboli, vel in ordine ad vitã æternam, vel in ordine ad cultũ præsentis Ecclesiæ. Quorũ primum fit per charitatẽ & gratiã vt obiectio procedit, secundum autem fit per characterem sacramentalem. Vnde & character bestiæ intelligi potest per oppositũ, vel obstinata malitia, qua aliqui deputantur ad pœnam æternam, vel professio illiciti cultus.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum character sit in potentia animæ sicut in subiecto.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd character non sit in potentiis animæ sicut in subiecto. Character enim dicitur esse dispositio ad gratiam. Sed gratia est in essentia animæ, sicut in subiecto, vt in Secunda parte dictum est. Ergo videtur quòd character sit in essentia animæ, non autem in potentiis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non est necessaria, quia cum veritate antecedētis stat q̄ character sit in illa potentia cuius iste primò actus operationes, ad quas character obligat, & nō in potentia, quæ est primo obligatiua. Dicitur secundo, antecedēs potest dupliciter intelligi, q̄ character sit obligatiuus vel proximè, vel ex cōsequēti. Et quod character per se & proximè, nō est quid obligatiuū, sed professiuū Christiani cultus & fidei, & propter huiusmodi professionē obligat, quod est ex cōsequenti obligare: character enim in anima, mōstrat animam Christiane religionis: ac per hoc obligat eam Christo, & nō econtra: sicut character militaris monstrat militē Romanū, & ideo obligauit Cæsari. Argumentū autē vitur antecedente in primo sensu, in quo etiam, vt prima testatur responsio, falsum cōstituit consequentiam.

¶ Circa eandē respōsionem dubiū aliud occurrit, de ratione assignata in litera, scilicet quia diuinus cultus est quædā fidei protestatio per exteriora signa: ideo character est in intellectu, in quo est fides. Si enim character assignandum est subiectum ex cultu diuino, ad quem proximè disponit cōsequens est vt subiectum eius sit illuimet quod est subiectum proprii & proximi principij ipsius cultus, magis quàm illud quod est subiectū principij cōmunis & remoti eiusdem cultus. Sed propriū proximūmque cultus Dei principium est religiōis virtus, quæ est in voluntate: ergo character, qui potentia est ad recipiendum vel tradēdum ea quæ sunt cultus, est in voluntate, & non in intellectu, in quo est fides, quę remotum est principium cultus quia mediante religione, & cōmune, quia fides operatur mediatè ea quæ sunt multarum virtutum puta spei, charitatis, religionis, &c.

¶ Ad hoc dicitur, quòd characterem cōuenire in subiecto cū fide magis quàm cum religione, ex duobus sumi potest. Primò ex eo, quòd tam fides quàm character inter principia religionis cōparatur: vniuersa nāque religio filia est fidei, & quædam fidei protestatio: ex religione nanque profitetur quilibet fidē suam. Character quoq; quum potentia sit actiua vel passiua actuum religionis, principij rationem habet. Secundò ex eo, quòd tam fides quàm character respicit diuinum cultum, secūdum id quod est: religio autem respicit diuinum cultum secundum rationem boni: est enim religio virtus moralis, cuius est reddere hominem bonū, & eius opus bonū efficere: fide enim & charactere homo potest in actus religionis, religione autem homo bene se habet ad illos. Et hinc fit, vt character respiciat Christianum cultum, vt professio quædam fidei est: & non vt bene vel malè sit: & propterea ad fidei subiectum accidit, & non spectat ad subiectum religionis.

¶ Ad obiectionem autem in oppositū, dicitur quod propositio illa, Si characteri debetur subiectum ratione cultus, debet potius poni in subiecto principij proximi ipsius cultus, quàm principij remoti eiusdem, vera fortè est cæteris paribus. Sed hic nō sunt cætera paria: quia cultus respicitur à principio proximo, prout bene vel malè fit: à qua ratione longè est character: à principio verò remoto respicitur secundum id quod est, in qua ratione cōuenit character cum fide: quæ est principium remotum & commune. Et propterea nō sequitur, character esse in voluntate, in qua est religio: sed concluditur oppositum, scilicet esse in intellectu, in quo est fides.

¶ Circa eandem responsionem dubium ex Durando in 4. sent. dist. 4. q. 1. occurrit, de subiecto characteris, quòd sit potentia exequitiua: quia virtus perficiens nō ad cognoscendum nec ad appetendū, sed ad exequendum, debet poni nō in intellectu, nec in voluntate, sed in potentia exequitiua: character autem est huiusmodi, vt patet: ergo.

¶ Ad hoc dicitur, quòd characterē esse in alia potentia quàm intellectus vel voluntatis, est impossibile: quia quælibet alia potentia est in cōposito: character autem est in anima intellectiua. Quod ex eo patet, quòd est perpetuus, remanens in anima separata. In cuius signū si baptizatus aut ordinatus resurgeret, non rebaptizaretur aut reordinaretur.

¶ Ad obiectionē autem dicitur, quòd licet maior sit vera de virtute q. d. seu habitu, non tamen est vera de potentia: character autē non est virtus, sed potentia. Inest enim habitus aut habitualis, sed potentia. Inest enim habitus in parte intellectiua ad cognoscendū vel appetendum: potentia tamen apposita ad actū esse potest, imò debet: quoniam intellectus ipse sufficit quo potentia ad intelligendū, & voluntas pro potentia ad appetendū. Quo circa quum character sit potentia in parte superiori animæ ad recipiendum vel tradendum cultum protestatem rationabiliter ponitur in subiecto fidei, vt in litera dicitur.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ tertiæ Articulum quintum.*

IN titulo aduertē, q̄ indelebiliter est dupliciter accipi, vel per negationem omnis potentiæ animæ logicæ, ad deletionem. Et sic esset falsus, an character insit indelebiliter, ita q̄ implicet contradictionē ipsum deleri. Et sic sensus proximè est ab intento: oportet enim à Deo deleri, deinde cōseruare ipsum. Vel per negationē proximè naturalis potentiæ ad deletionem. & hic sensus est intentus: nō enim quærimus q̄d possit Deus facere, sed q̄d fiat per naturā cōueniat characteri.

¶ In corpore est vna conclusio: Character indelebiliter manet in anima.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ tertiæ Articulum sextum.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore vna cōclusio: Character ineffaciabiliter manet in anima. Et quoniam character est quædam participatio sacerdotij Christi, æterni, in eius fidelibus secundum animæ partem incorruptibilem: ergo character indelebiliter manet in anima. Maior & probatur & declaratur. Probatur quidem: quia sacerdotium Christi est æternum: vt patet auctoritate Scripturæ. Declaratur verò ex eo quòd res inanimatæ cōsecratæ à ministris sacerdotij Christi, retinent consecrationem, quādiu sunt, vt patet in Ecclesiis, calicibus, &c. Minor verò quo ad primam partem declaratur ex duobus. Primò ex proportionalitate Christi ad sacerdotij potestatem, & fidelium eius secundum aliquam potestatem respectu sacramētorum, & cultus, &c. Secundò ex hoc quod Christo non cōuenit habere characterē. Quoad secūdam autem partē, scilicet æterni, nō oportet aliter probari. Quo ad tertiā vero probatur ex eo quòd anima est subiectum characteris secundum intellectum.

Annot. ¶ Aduertē hīc, q̄ in minori propositione apponitur, ly æterni, propterea quia character habet rationem vis instrumēti. Cōstat enim quod nisi principale agēs sit æternū, impossibile est posse instrumentalē eius virtutem perpetuā.

Annot. ¶ Aduertē secūdò ly re cōsecrata manēte: quoniā inde apparet respōsio ad Scotum, in quar to sent. dist. 6. q. 9. obiicientē ex indelebilitate characteris negationē virtutis supernaturalis in sacramētis: quia virtus illa nunquā posset corrupti eodem modo, quo characterē indelebilē Thomas ponit. Respōdetur liquidē, quòd virtus in sacramētis existēs, manet quādiu sacramentū manet, sicut & character durat, quā diu anima durat, durāte liquidē sacramento durat & virtus illa. Et si cessaret esse animam, desineret & ea characteritas cessante sacramēto, cessat virtus in illo. Et quoniam cōstat, sacramenta omnia pauca habuisse verba pro forma: ideo mirū non est si spirituales virtutes eorum cerebrò esse desinunt.

Annot. ¶ In responsione ad primum, aduertē rationē Autoris, ex philosophia ad solum principia, sed testimonia ad sensum habere. Videmus enim motum cælestem durationem ex parte motus primi, tanquā principij, sic huiusmodi res (quarū esse cōsistit in fieri) durationē ex parte agētis, vt negā tes cōseruari permanentes res manu creatoris, excedāt huiusmodi res imperfectas posse perpetuari ab agēte perpetuo vt Auersanis in 12. Met. 7. text. 18. tribuitur. Exhabes in hac littera aliā rationem radicalē huius differētiæ, esse formam habētem esse completum & formā quæ est vis influxiua, scilicet quia scilicet illa quasi fixa subiicitur, seruatur cōditionē subiectū verò quasi deficiēs, vel fixa agētis influxum sequitur cōditionē.

Annot. ¶ In titulo aduertē, q̄ indelebiliter est dupliciter accipi, vel per negationem omnis potentiæ animæ logicæ, ad deletionem. Et sic esset falsus, an character insit indelebiliter, ita q̄ implicet contradictionē ipsum deleri. Et sic sensus proximè est ab intento: oportet enim à Deo deleri, deinde nēdo cōseruare ipsum. Vel per negationē proximè naturalis potentiæ ad deletionem. & hic sensus est intentus: nō enim quærimus q̄d possit Deus facere, sed q̄d fiat per naturā cōueniat characteri.

¶ In corpore est vna conclusio: Character indelebiliter manet in anima. Et quoniam cōstat, sacramenta omnia pauca habuisse verba pro forma: ideo mirū non est si spirituales virtutes eorum cerebrò esse desinunt.

¶ In responsione ad primum, aduertē rationē Autoris, ex philosophia ad solum principia, sed testimonia ad sensum habere. Videmus enim motum cælestem durationem ex parte motus primi, tanquā principij, sic huiusmodi res (quarū esse cōsistit in fieri) durationē ex parte agētis, vt negātes cōseruari permanentes res manu creatoris, excedāt huiusmodi res imperfectas posse perpetuari ab agēte perpetuo vt Auersanis in 12. Met. 7. text. 18. tribuitur. Exhabes in hac littera aliā rationem radicalē huius differētiæ, esse formam habētem esse completum & formā quæ est vis influxiua, scilicet quia scilicet illa quasi fixa subiicitur, seruatur cōditionē subiectū verò quasi deficiēs, vel fixa agētis influxum sequitur cōditionē.

Probatur: Omnis sanctificatio, quæ fit per sacerdotium Christi, est perpetua consecrata manente: sed character sacramentalis est quædam participatio sacerdotij Christi, æterni, in eius fidelibus secundum animæ partem incorruptibilem: ergo character indelebiliter manet in anima. Maior & probatur & declaratur. Probatur quidem: quia sacerdotium Christi est æternum: vt patet auctoritate Scripturæ. Declaratur verò ex eo quòd res inanimatæ cōsecratæ à ministris sacerdotij Christi, retinent consecrationem, quādiu sunt, vt patet in Ecclesiis, calicibus, &c. Minor verò quo ad primam partem declaratur ex duobus. Primò

est quædam participatio sacerdotij Christi in fidelibus eius: vt scilicet sicut Christus habet plenam spiritualis sacerdotij potestatem, & fidelium eius secundum aliquam potestatem respectu sacramētorum, & cultus, &c. Secundò ex hoc quod Christo non cōuenit habere characterē. Quoad secūdam autem partē, scilicet æterni, nō oportet aliter probari. Quo ad tertiā vero probatur ex eo quòd anima est subiectum characteris secundum intellectum.

Annot. ¶ Aduertē hīc, q̄ in minori propositione apponitur, ly æterni, propterea quia character habet rationem vis instrumēti. Cōstat enim quod nisi principale agēs sit æternū, impossibile est posse instrumentalē eius virtutem perpetuā.

Annot. ¶ Aduertē secūdò ly re cōsecrata manēte: quoniā inde apparet respōsio ad Scotum, in quar to sent. dist. 6. q. 9. obiicientē ex indelebilitate characteris negationē virtutis supernaturalis in sacramētis: quia virtus illa nunquā posset corrupti eodem modo, quo characterē indelebilē Thomas ponit. Respōdetur liquidē, quòd virtus in sacramētis existēs, manet quādiu sacramentū manet, sicut & character durat, quā diu anima durat, durāte liquidē sacramento durat & virtus illa. Et si cessaret esse animam, desineret & ea characteritas cessante sacramēto, cessat virtus in illo. Et quoniam cōstat, sacramenta omnia pauca habuisse verba pro forma: ideo mirū non est si spirituales virtutes eorum cerebrò esse desinunt.

¶ In responsione ad primum, aduertē rationē Autoris, ex philosophia ad solum principia, sed testimonia ad sensum habere. Videmus enim motum cælestem durationem ex parte motus primi, tanquā principij, sic huiusmodi res (quarū esse cōsistit in fieri) durationē ex parte agētis, vt negātes cōseruari permanentes res manu creatoris, excedāt huiusmodi res imperfectas posse perpetuari ab agēte perpetuo vt Auersanis in 12. Met. 7. text. 18. tribuitur. Exhabes in hac littera aliā rationem radicalē huius differētiæ, esse formam habētem esse completum & formā quæ est vis influxiua, scilicet quia scilicet illa quasi fixa subiicitur, seruatur cōditionē subiectū verò quasi deficiēs, vel fixa agētis influxum sequitur cōditionē.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæ tertiæ Articulum sextum.*

TItulus clarus est.

¶ In corpore vna cōclusio: Character ineffaciabiliter manet in anima. Et quoniam character est quædam participatio sacerdotij Christi, æterni, in eius fidelibus secundum animæ partem incorruptibilem: ergo character indelebiliter manet in anima. Maior & probatur & declaratur. Probatur quidem: quia sacerdotium Christi est æternum: vt patet auctoritate Scripturæ. Declaratur verò ex eo quòd res inanimatæ cōsecratæ à ministris sacerdotij Christi, retinent consecrationem, quādiu sunt, vt patet in Ecclesiis, calicibus, &c. Minor verò quo ad primam partem declaratur ex duobus. Primò ex proportionalitate Christi ad sacerdotij potestatem, & fidelium eius secundum aliquam potestatem respectu sacramētorum, & cultus, &c. Secundò ex hoc quod Christo non cōuenit habere characterē. Quoad secūdam autem partē, scilicet æterni, nō oportet aliter probari. Quo ad tertiā vero probatur ex eo quòd anima est subiectum characteris secundum intellectum.

Annot. ¶ Aduertē hīc, q̄ in minori propositione apponitur, ly æterni, propterea quia character habet rationem vis instrumēti. Cōstat enim quod nisi principale agēs sit æternū, impossibile est posse instrumentalē eius virtutem perpetuā.

Annot. ¶ Aduertē secūdò ly re cōsecrata manēte: quoniā inde apparet respōsio ad Scotum, in quar to sent. dist. 6. q. 9. obiicientē ex indelebilitate characteris negationē virtutis supernaturalis in sacramētis: quia virtus illa nunquā posset corrupti eodem modo, quo characterē indelebilē Thomas ponit. Respōdetur liquidē, quòd virtus in sacramētis existēs, manet quādiu sacramentū manet, sicut & character durat, quā diu anima durat, durāte liquidē sacramento durat & virtus illa. Et si cessaret esse animam, desineret & ea characteritas cessante sacramēto, cessat virtus in illo. Et quoniam cōstat, sacramenta omnia pauca habuisse verba pro forma: ideo mirū non est si spirituales virtutes eorum cerebrò esse desinunt.

¶ In responsione ad primum, aduertē rationē Autoris, ex philosophia ad solum principia, sed testimonia ad sensum habere. Videmus enim motum cælestem durationem ex parte motus primi, tanquā principij, sic huiusmodi res (quarū esse cōsistit in fieri) durationē ex parte agētis, vt negātes cōseruari permanentes res manu creatoris, excedāt huiusmodi res imperfectas posse perpetuari ab agēte perpetuo vt Auersanis in 12. Met. 7. text. 18. tribuitur. Exhabes in hac littera aliā rationem radicalē huius differētiæ, esse formam habētem esse completum & formā quæ est vis influxiua, scilicet quia scilicet illa quasi fixa subiicitur, seruatur cōditionē subiectū verò quasi deficiēs, vel fixa agētis influxum sequitur cōditionē.

dictum est. Ergo videtur quod per omnia sacramenta nouæ legis imprimatur character.

¶ Præterea Character se habet ad animam in qua est, sicut consecratio ad res consecratas. Sed per quodlibet sacramentum nouæ legis homo recipit gratiam sanctificantem: vt suprà dictum est. Ergo videtur quòd per quodlibet sacramentum nouæ legis imprimatur character.

¶ Præterea, Character est res & sacramētum, In quolibet autem sacramento nouę legis est aliquid quod est res tantum, & aliquid quod est sacramentum tantum, & aliquid quod est res & sacramentum. Ergo per quod libet sacramentum nouæ legis imprimitur character.

¶ SED CONTRA est, quòd sacramenta in quibus imprimitur character, non reiterantur, eo quòd character est indelebilis, vt dictum est. Quædam autem sacramenta iterantur, sicut patet de pœnitentia & matrimonio. Ergo non omnia sacramenta imprimunt characterem.

CONCLVSIO.

¶ Per tria tantum nouæ legis sacramenta character imprimitur, per Baptismum videlicet, Confirmationem, & Ordinem, non autem per Eucharistiæ sacramentum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) sacramenta nouæ legis ad duo ordinantur, scilicet in remedium peccati, & ad cultum diuinum. Est autem omnibus sacramentis commune: quòd per ea exhibetur aliquod remedium contra peccatum, per hoc quòd gratiam conferunt. Non autem omnia sacramenta ordinantur directè ad diuinum cultum: sicut patet de pœnitentia, per quam homo liberatur à peccato: non autem per hoc sacramentum exhibetur homini aliquid de nouo, pertinens ad diuinum cultum, sed restituitur in statum pristinum. Pertinet autem aliquod sacramentum ad diuinum cultum tripliciter: vno modo per modum ipsius actionis: alio modo per modum agentis: tertio modo per modum recipientis. Per modum quidem ipsius actionis pertinet ad diuinum cultum Eucharistia: in qua principaliter diuinus cultus consistit, inquantū est Ecclesiæ sacrificiū. Et per hoc idē sacramentū non imprimitur homini character: quia per hoc sacramentum nō ordinatur homo ad aliquid aliud vlterius agendum, vel recipiendum in sacramentis: cùm potius sit finis & consummatio omnium sacramentorū, vt Diony. dicit. 3. c. Cæle. hier. Continet tamen in seipsum Christum, in quo non est character: sed tota sacerdotij plenitudo.

Sed ad agentes in sacramentis, pertinet sacramentum ordinis: quia per hoc sacramentum deputantur homines ad sacramenta aliis tradenda. Sed ad recipientes pertinet sacramentum baptismi: quia per ipsum homo accipit potestatem recipiendi alia Ecclesiæ sacramenta, vnde baptismus dicitur esse ianua omnium sacramentorum. Ad idem etiam ordinatur quodammodo confirmatio: vt infrà suo loco dicetur. Et ideo per hæc tria sacramenta character imprimitur, scilicet per baptismum, confirmationem & ordinem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd per omnia sacramenta fit homo particeps sacerdotij Christi, vtpote percipiens aliquem effectum eius. Non tamen per omnia sacramenta aliquis deputatur ad agendum aliquid vel recipiendum, quod pertineat ad cultum sacerdotij Christi. Quod quidem exigitur ad hoc quòd sacramentum characterem imprimat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd per omnia sacramenta sanctificatur homo: secundum quòd sanctitas importat munditiam à peccato, quæ fit per gratiam. Sed specialiter per quædam sacramenta, quæ characterem imprimunt, homo sanctificatur

Annot. nēdum negatiuā implicitè ponitur in litera. Et secundò se totam in litera, præsupponēdo suprādicta de characterē, scilicet q̄ est potētia ad recipiendum vel tradendū ea, quæ sunt diuini cultꝰ. Ex hoc enim supposito principio, procedit Autor, qua si subsumendo, quædā sacramenta non spectare directè ad nouum cultum diuinum, aut non ordinare ad recipiendū vel tradendū ac per hoc in his non imprimi characterem. Vnde distinguit in primis Autor duos sacramentorū fines, scilicet remediū peccati, & diuinū cultum. Et in primo omnia dicit conuenire: in secundo autem non, quod probat de sacramēto pœnitentiæ. Sub distinguit deinde in tria membra sacramēta ordinata ad secundum finem, & excluso vno eorū, scilicet Eucharistiæ, concludit, reliqua duo genera imprimere characterem. Et clarè patet processus in litera.

Annot. ¶ Aduertē hīc quòd circa Eucharistię sacramētū possunt duo cōsiderari, scilicet ipsum sacramētū (quod nihil aliud est quàm actio sacramētalis consistens in cōsecratione materiæ) & potest cōsiderari vsus sacramēti, quo Eucharistia percipitur à nobis. Et de primo quidē, an imprimat characterē, sub quæstione cadere nōpotest: quia actio illa nihil ponit in animabus nostris, sed ad materiā exteriorē terminatur. De secundo autē Autor locutur, reddēs rationē, quare nō imprimit nobis characterem: & cum hoc magnificās ipsum quod continet Christū, in quo est fons omnis characterum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis sexagesimæquartæ Articulum primum.*

Comment. TItulus clarè est.
¶ In corpore vna ponitur distinctio bimembris cum duabus cõclusionibus singulis, iuxta singula membra Distinctionis est: Operari effectũ cõtingit vel per modũ principalis agentis vel per modũ instrumenti. Prima cõclusio est: Solus Deus primo modo operatur effectũ interiorẽ sacramenti. Et probatur dupliciter, vt patet clarè in litera. Secũda verò cõclusio est: Homo potest operari ad interiorem effectũ sacramenti secũdo modo. Et probatur: quia minister habet rationẽ instrumenti, &c.

Annot. ¶ Aduerte hic, quod cũ in litera dicitur, Solus Deꝰ est causa gratiæ, intelligas de causa primi principali: quoniã de illa est sermo in prima conclusione, pro qua hoc dicitur. & supertius determinatũ est sacramẽta causare instrumẽtaliter gratiam. Et hic in secunda conclusione dicitur, hominem ministerialiter causare interiorẽ effectũ sacramenti eadẽ ratione, qua sacramentũ est causa gratiæ: quoniã ministro vtitur Deus, sicut & sacramẽtali locutione vt instrumẽto ad causandũ interiorẽ effectũ sacramenti. Imò vna eadẽmq; vis instrumentalis perfecta est in sacramẽto & ministro: sicut in verbis & rebus, ea ratione: quia minister nõ nisi vt necessariò requisitus ad perfectionẽ sacramẽti cõgruit. Omnibus autẽ requisitis ad perfectionẽ sacramẽti, vtitur principale agẽs (quod est Deꝰ) vt partialibus cõcurrentibus ad perficiendũ ipsum sacramẽtum vnum: quod est vtl eis, vt partialib⁹ concurrẽtibus ad perfectionẽ instrumẽti vnius. In vno verò instrumento, quotcunq; requirat partialis, vna eadẽmq; perfecta virtus instrumentalis ponenda est.

Annot. ¶ In resp̃sione ad secundum, dubium occurrit, an gratiæ intensior gradus cõprehendatur sub annexis, quæ per deuotionẽ ministri impetrati possunt recipienti sacramentum. Et est ratio dubij: quia si cõprehẽditur sub annexis, sequitur præcedentia verba literæ (scilicet, eff. 4ª sacramẽti nõ datur melior per meliorẽ ministrum esse falsa: quoniã si ex deuotiõe ministri, intẽsior gratia daretur baptizato, vel absoluto, cõstat quòd melior effectus daretur per meliorem ministrum, quam gratia ipsa sit effectꝰ sacramenti. In oppositũ autẽ est, quòd nulla ratio apparet, quare alia bona Dei possunt habere rationem annexi, in quadam consecratione, vtpote deputatus ad diuinum cultum. Sicut etiam res inanimatæ sanctificari dicuntur, inquantum diuino cultui deputantur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd licet character sit res & sacramentum: non tamen oportet omne id quod est res & sacramentum, esse characterẽ. Quid autem sit res & sacramẽtum, in aliis sacramentis infrà dicetur.

QVAESTIO SEXAGESIMAQUARTA De *causa Sacramentorum, in decem articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de causa sacramentorum siue per autoritatem, siue per ministerium.
¶ Et circa hoc quæruntur decem.
¶ Primò, vtrùm solus Deus, interius operetur in sacramentis.
¶ Secundò, vtrùm institutio sacramentorum sit solùm à Deo.
¶ Tertiò, de potestate, quam Christus habuit in sacramentis.
¶ Quartò, vtrùm illam potestatem potuerit aliis communicare.
¶ Quintò, vtrùm potestas ministerij in sacramentis, conueniat malis.
¶ Sextò, vtrùm mali peccent dispensando sacramenta.
¶ Septimò, vtrùm angeli possint esse ministri sacramentorum.
¶ Octauò, vtrùm intentio ministri requiratur in sacramentis.
¶ Nonò, vtrùm requiratur ibi recta fides: ita scilicet, quòd infidelis non possit tradere sacramenta.
¶ Decimò, vtrùm requiratur ibi recta intentio.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm solus Deus operetur interius ad effectum sacramenti.

Infrà artic. 5. Et 4. dist. 5. q. 2. art. 2. q. 2.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non solus Deus: sed etiam minister interius operetur ad effectum sacramenti. Interior enim sacramenti effectus, est vt homo purgetur à peccatis, & illuminetur per gratiam. Sed ad ministros Ecclesiæ pertinet purgare, illuminare & perficere: vt patet per Diony. in 5. c. Cæle. hiera. Ergo videtur quòd non solus Deus: sed etiam ministri Ecclesiæ interius operentur ad sacramenti effectum.
¶ Præterea, In collatione sacramentorum quædam orationum suffragia proponuntur. Sed orationes iustorum sunt magis apud Deum exaudibiles, quàm quorumcunque: secundum illud Ioan. 9. Si quis Dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc Deus exaudit. Ergo videtur quòd maiorem effectum sacramenti consequatur ille, qui recipit ipsum à bono ministro. Sic ergo & minister aliquid operatur ad interiorem effectum, & non solus Deus.
¶ Præterea, Dignior est homo quàm res inanimata. Sed res inanimata aliquid operatur ad interiorem effectum: nam aqua corpus tangit, & cor abluit: vt Aug. dicit super Ioan. Ergo homo aliquid operatur ad interiorem effectum sacramenti, & non solus Deus.
¶ SED CONTRA est, quòd dicitur Rom. 8. Deus est qui iustificat. Cùm ergo interior effectus omnium sacramentorum sit iustificatio, videtur quòd solus Deus operetur interiorem effectum sacramenti.

CONCLVSIO.

¶ Quanquàm Deus solus ad interiorem effectum sacramenti operetur, ministerialiter tamen homo ad idem operari potest.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd operari aliquem effectum, contingit dupliciter. Vno modo per modum principalis agentis: alio modo per modum instrumenti. Primo igitur modo solꝰ Deus operatur interiorem effectum sacramenti: tum quia solus Deus illabitur animæ, in qua sacramenti esse ctus existit, non autem potest aliquid immediatè operari, vbi non est. Tum quia gratia quæ est interior sacramenti effectus, est à solo Deo: vt in Secunda parte dictum est. Character etiam, qui est interior quorundam sacramentorum effectus, est virtus instrumentalis, quæ manat à principali agente, quod est Deus. Secundo autem modo homo potest operari ad interiorem effectum sacramenti, inquantum operatur per modum ministri. nam eadem ratio est ministri & instrumenti: vtriusq; enim actio exterius adhibetur. Sed fortitur effectum interiorem ex virtute principalis agentis, quod est Deus.
¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd purgatio, secundum quòd attribuitur ministris Ecclesiæ, non est à peccato. Sed dicuntur diaconi purgare, inquantum vel immundos eiiciunt à cœtu fidelium: vel eos sacris admonitionibus disponunt ad sacramentorum receptionem. Similiter etiam sacerdotes illuminare dicuntur sacrum populum: non quidem gratiam infundendo, sed sacramenta gratiæ tradendo, vt patet per Dionys. ibidem.
¶ Ad secundum dicendum, quòd orationes quæ dicuntur in sacramentorum collatione, proponuntur Deo, non ex parte singularis personæ, sed ex parte totius Ecclesiæ, cuius preces sunt apud Deum exaudibiles: secundum illud Matth. 18. Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quancunque petierint, fiet illis à patre meo. Nihil tamen prohibet, quin deuotio viri iusti, ad hoc aliquid operetur. Illud tamen quod est sacramẽti effectus, non impetratur oratione Ecclesiæ vel ministri, sed ex merito passionis Christi, cuius virtus operatur in sacramentis: vt dictum est. Vnde effectus sacramenti non datur melior per meliorem ministrum. Aliquid tamen annexum impetrari potest recipienti sacramentum, per deuotionem ministri. Nec tamen minister illud operatur, sed impetrat operandum à Deo.
¶ Ad tertium dicendum, quòd res inanimatæ non operantur aliquid ad interiorem effectum, nisi instrumentaliter, vt dictum est. Et similiter homines non operantur ad sacramentorum effectum, nisi per modum ministerij: vt dictum est.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm sacramenta sint solùm ex institutione diuina.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd sacramenta non sint solùm ex institutione diuina. Ea enim quæ sunt diuinitus instituta, traduntur nobis in sacra Scriptura. Sed quædam aguntur in sacramentis, de quibus nulla fit mentio in sacra Scriptura, puta de chrismate, quo homines confirmantur: & de oleo, quo sacerdotes inunguntur, & de multis aliis tam verbis quàm factis, quibus vtimur in sacramentis. Non ergo sacramenta sunt solùm ex institutione diuina.
¶ Præterea, Sacramenta sunt quædam signa. Rex autem sensibiles naturaliter quædam significant, nec potest dici quòd Deus quibusdam significationibus delectetur, & non aliis: quia ipse omnia quæ fecit approbat. Hoc autem proprium videtur esse dæmonum, vt quibusdam signis ad aliquid alliciantur: dicit enim August. 21. de ciuit. Dei. Illiciuntur dæmones per creaturas, quas non ipsi, sed Deus condidit, delectabilibus pro sua diuersitate diuersis, non vt animalia cibis, sed vt spiritus signis. Non ergo videtur quòd sacramenta indigeant esse ex institutione diuina.
¶ Præterea, Apostoli vicem Dei gesserunt in terris: vnde Apostolus dicit secundæ ad Cor. 2. Nam & ego quod donaui, siquid donaui propter vos in persona Christi, id est ac si ipse Christus donasset. Sic ergo videtur quòd Apostoli & eorum successores possint noua sacramenta instituere.
¶ SED CONTRA est, quòd ille instituit aliquid, qui dat ei robur & virtutem: sicut patet de institutoribus legum. Sed virtus sacramenti est à solo Deo, vt patet ex prædictis. Ergo solus Deus potest instituere sacramentum.

CONCLVSIO.

¶ Cùm virtus sacramenti sit à solo Deo, solus ille sacramentorum institutor est.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut ex supradictis patet) sacramenta instrumentaliter operantur ad spirituales effectus. Instrumentum autem habet virtutem à principali agente. Agens autem respectu sacramenti est duplex, scilicet instituens sacramentum, & vtens sacramento instituto, applicando scilicet ipsum ad inducendum effectum. Virtus autem sacramenti non potest esse ab eo, qui vtitur sacramento: quia non operatur nisi per modum ministerij. Vnde relinquitur quòd virtus sacramenti sit ab eo, qui instituit sacramentum. Cùm igitur virtus sacramenti sit à solo Deo, consequens est quòd solus Deus sit sacramentorum institutor.
¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa quæ aguntur in sacramentis per homines instituta, non sunt de necessitate sacramenti: sed ad quandam solennitatem, quæ adhibetur sacramentis, ad excitandam deuotionem & reuerentiam in his qui sacramenta suscipiunt. Ea verò quæ sunt de necessitate sacramenti ab ipso Christo instituta sunt, qui est Deus & homo. Et licet non sint omnia tradita in Scripturis, habet tamen ea Ecclesia ex familiari Apostolorum traditione: sicut Apostolus dicit primæ ad Cor. 11. Cætera cùm venero, disponam.
¶ Ad secundum dicendum, quòd res sensibiles aptitudinem quandam habent ad significandum spirituales effectus ex sui natura: sed ista aptitudo determinatur ad specialem significationem ex institutione diuina. Et hoc est quod Hug. de sancto Vic. dicit, quòd sacramentum ex institutione significat. Prælegit tamen Deus quasdam res aliis ad significationes sacramentales, non quia ad eas contrahatur eius affectus, sed vt sit conuenientior significatio.
¶ Ad tertium dicendum, quòd Apostoli & eorum successores, sunt vicarij Dei, quantum ad regimen Ecclesiæ, constitutæ per

fidem & fidei sacramenta. Vnde sicut non licet eis constituere aliam Ecclesiam, ita non licet eis tradere aliam fidem, neq; instituere alia sacramenta: sed per sacramenta, quæ de latere Christi pendentis in cruce fluxerunt, dicitur esse fabricata Ecclesia Christi.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm Christus, secundum quòd homo, habuerit potestatem operandi interiorem effectum sacramentorum.

Infrà, art. 11. q. 4. co. Et 4. dist. 5. q. 1. ar. 1. & quæst. 2. art. 2. q. 2.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christus, secundum quòd homo, habuerit potestatem operandi interiorem effectum sacramentorum. Dicit enim Ioan. Baptista, vt habetur Ioan. 1. Qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris Spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizauit in Spiritu sancto. Sed baptizare in Spiritu sancto est interius gratiam Spiritus sancti conferre. Spiritus sanctus autem descendit super Christum, inquantum homo, non inquantum Deus: quia sic ipse dat Spiritum sanctum. Ergo videtur quòd Christus, secundum quòd homo, habuerit potestatem, interiorem effectum sacramentorum causandi.
¶ Præterea, Matt. 9. Dominus dicit, Sciatis quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata. Sed remissio peccatorum est interior effectus sacramenti. Ergo videtur quòd Christus, secundum quòd homo, interiorem effectum sacramentorum operetur.
¶ Præterea, Institutio sacramentorum pertinet ad eum, qui tanquàm principale agens operatur ad interiorem sacramenti effectum. Manifestum est autem quòd Christus sacramenta instituit. Ergo ipse est qui interius operatur sacramentorum effectum.
¶ Præterea, Nullus potest fine sacramento effectum sacramenti conferre, nisi propria virtute sacramenti effectum operetur. Sed Christus sine sacramento contulit sacramenti effectum: vt patet in Magdalena, cui dixit, Dimittuntur tibi peccata. Ergo videtur quòd Christus, secundum quòd homo, operetur interiorem sacramenti effectum.
¶ Præterea, Illud, in cuius virtute sacramentum operatur, est principale agens ad interiorem effectum. Sed sacramenta habent virtutem ex passione Christi & inuocatione nominis eius: secundũ illud primæ ad Corin. 1. Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Ergo Christus inquantum homo, operatur interiorem effectum sacramenti.
¶ SED CONTRA est quod Augustinus dicit, quòd in sacramentis diuina virtus secretius operatur salutem. Diuina autem virtus est Christi, secundum quòd est Deus, non autem secundũ quòd est homo. Ergo Christus non operatur interiorem sacramenti effectum, secundum quòd est homo, sed secundum quòd est Deus.

CONCLVSIO.

¶ Christus inquantum Deus, potestatem autoritatis in sacramentis habuit: inquantum verò homo, habuit ministerij principalis potestatem, seu excellentiæ, pro quanto ipse est qui per passionem suam meritoriè & effectiuè operatus fuit omnium salutem, & meruit, vt in illius nomine sanctificarentur, & instituerentur sacramenta, qui absq; sacramẽtis potuit solus homines iustificare.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd interiorem sacramentorum effectũ operatur Christus, & secundum quod est Deus, & secundum quòd est homo: aliter tamen & aliter. Nam secundum quòd est Deus, operatur in sacramentis per autoritatem: secundũ quod est Deus, operatur ad interiores effectus sacramentorum: autem quòd est homo, operatur ad interiores effectus sacramentorum meritoriè & efficienter, sed instrumentaliter. Dictum est enim quod passio Christi, quæ competit ei secundum humanã naturã, causa est nostræ iustificationis, & meritoriè & effectiuè, non quidem per modum principalis agentis, siue per autoritatem: sed per modum instrumenti, inquãtum humanitas est instrumentum diuinitatis eius: vt supra dictum est. Sed tamen quia est instrumentum coniunctum diuinitati in persona, habet quãdam principalitatem & causalitatem respectu instrumentorum extrinsecorum, qui sunt ministri Ecclesiæ, vt ex supra dictis patet. Et ideo sicut Christus inquãtum Deus, habet potestatem autoritatis in sacramentis: ita inquãtum homo, habet potestatem ministerij principalis, siue potestatem excellentiæ. Quæ quidem consistit in quatuor. Primò quidem in hoc, quòd meritũ & virtus passionis eius operatur in sacramentis, vt supra dictum est. Et quia virtus passionis copulatur nobis per fidem (secundum illud Rom. 3. Quem proposuit Deus propitiatorẽ per fidem in sanguine ipsius) quam fidem per inuocationem nominis Christi protestamur. ideo se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis sexagesimæquartæ Articulum quartum.

Titul⁹ ex dictis in præcedentibus articulis clarus est.

Comment. ¶In corpore vna distinctio habetur de duplici potestate, autoritatis scilicet, & excellentiæ, est cõ duabus cõclusionibus. Quarũ prima est negatiua, scilicet, Christus potestatẽ autoritatis nulli potuit cõmunicare. Probatur: quia est incõmunicabilis, vt diuina essentia. Secũda est Christus potestatem excellẽtiæ potuit cõmunicare. Declaratur & probatur. Declaratur qui dẽ numerando singula, in quibus cõsistit potestas excellentiæ. Probatur autem quia instrumentum coniunctum, quãto virtuosius est, tãto plus potest imprimere in instrumentũ separatũ. Quod manifestatur in manu & baculo.

4. dist. 5. q. 1. ar. 2 & ar. 3. quæst. 1. & 2.

Annot. ¶Aduertẽ hîc primo, q⁹ Autor hoc loco soluit quæstionẽ moram Magistro sent. 4. dist. quarti, & ab eodẽ minus solutã meliorisq; iudicio reformatam.

Annot ¶Aduerte secũdò, Autorem formaliter de Christo habẽte potestatẽ excellentiæ loqui: & propterea non ex potestate diuina, sed ex potestate instrumenti coniuncti potentiam communicandi probauit.

*Alias ministris

Annot. ¶Aduerte tertiò, autorẽ expressè hîc dicere, q⁹ Christus potuit cõmuni care homini puro, vt sacramentorũ effectũ cõferret solo imperio. Habes enim hîc, q⁹ potestas conferendi gratiã communicabilis est hominũ. Principalis enim & cõmunis sacramẽtorũ effectus est gratia: vt superius patet. Quẽ admodũ apparet hîc in respõsione ad tertiũ, si recte cõferatur cum argumento.

¶ Super Quæstionis sexagesimæquartæ Articulum quintum.

Titul⁹ clarus est.

Comment. ¶In corpore vna est cõclusio: Ministri Ecclesiæ possunt sacramẽta cõferre, etiã si sint mali. Probatur: Ministri Ecclesiæ instrumẽtaliter operantur in sacramẽtis: ergo possũt sacramẽta conferre, etiam si sint mali. Antecedẽs probatur, ex eo q⁹ eadẽ est ratio ministri & instrumenti. Consequentia verò probatur, ex eo quòd instrumẽtũ nõ propria virtute, sed virtute principalis agẽtis operatur. Quod probatur ab effectu: quia hinc est, quòd instrumẽto accidentalis forma præter id quod exigitur ad instrumenti rationẽ, quod duplicẽ exemplo in litera manifestatur.

Annot. ¶Circa hanc consequẽtiã seu rationẽ dubium occurrit, quoniã implicitè petit principiũ. Oportet enim ad integrã dilectionẽ, quã Christus habet in sacramentis, pertinere q⁹ in eius nomine sacramenta sanctificantur. Et quia ex eius institutione sacramenta virtutem obtinent, inde est q⁹ tertiò ad excellentiam potestatis Christi pertinet, q⁹ ipse qui dedit virtutem sacramentis, potuit instituere sacramenta. Et quia causa non dependet ab effectu, sed potius econuerso, quartò ad excellentiam potestatis Christi pertinet, quòd ipse potuit effectum sacramentorum sine exteriori sacramento conferre.

¶Et per hoc patet respõsio ad obiecta, vtraque enim pars obiectionum, secundum aliquid vera est: vt dictum est.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm Christus potestatem suam, quam habuit in sacramentis, potuerit ministris communicare.

AD QVARTVM sic procedi-tur. Videtur quod Christus potestatem suam quam habuit in sacramentis, non potuerit ministris cõmunicare. Vt enim argumentatur August. cõtra Max. Si potuit & non voluit, inuidus fuit. Sed inuidia longè fuit à Christo, in quo fuit summa plenitudo charitatis. Ergo cùm Christus non communicauerit suam potestatem ministris, videtur quod non potuerit communicare.

¶ Præterea, Super illud Ioan. 14. Maiora horum faciet, dicit August. Prorsus maius hoc esse dixerim, scilicet vt ex impio iustus fiat, quàm creare cælum & terram. Sed Christus non potuit communicare * discipulis, quòd crearent cælum & terram. Ergo neque quòd iustificarent impium. Cùm igitur iustificatio impij fiat per potestatem Christi, quam habet in sacramentis, videtur quod potestatem suam, quam in sacramentis habuit, non potuerit ministris communicare.

¶ Præterea, Christo, inquantum est caput Ecclesiæ, competit vt ab ipso gratia deriuetur ad alios: secundum illud Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Sed hoc nõ fuit aliis communicabile: quia sic Ecclesia esset monstruosa, multa capita habens. Ergo videtur quòd Christus potestatem suam non potuerit ministris communicare.

¶SED CONTRA est quod supèr illud Ioan. 1. Ego nesciebam eum, dicit August. quòd non nouerat potestatem baptismi, ipsum Dominum habiturum, & sibi reteturum. Hoc autem non ignorasset Ioannes si talis potestas communicabilis non esset. Potuit ergo suam potestatem Christus ministris communicare.

CONCLVSIO.

¶ Non potuit Christus autoritatis potestatem cui quam cõferre, sicut nec diuinam essentiam: sed excellẽtiæ potestatem poterat puro homini communicare, vt merito suo ex gratia plenitudine operarentur effectum sacramentorũ, & vt in illorum nomine sanctificarentur at q⁹ instituerentur, & solo imperio absq; sacramentorum ritu, effectum sacramenti conferrẽt.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est, Christus in sacramentis habuit duplicem potestatem. Vnam autoritatis, quæ competit ei secundum quòd Deus, & talis potestas nulli creaturæ potuit communicari, sicut nec diuina essentia. Aliam potestatem habuit excellentiæ: quæ competit ei secundum quòd homo. Et talem potestatem potuit ministris communicare, dando scilicet eis tantam gratiæ plenitudinem, vt eorum meritum operaretur ad sacramentorum effectus, vt ad inuocationem nominum ipsorum, sanctificarentur sacramenta, & vt ipsi possent sacramenta instituere, & sine ritu sacramentorum effectum sacramẽtorum conferre solo imperio. Potest enim instrumentum coniunctum quantò fuerit fortius, tantò magis virtutem suam instrumento separato tribuere, sicut manus baculo.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus non ex inuidia prætermisit, potestatem excellentiæ, Ecclesiæ ministris communicare: sed propter fidelium vtilitatem, ne in homine spem ponerẽt, & ne essent diuersa sacramenta. Ex quibus diuisio in Ecclesia oriretur: sicut apud illos, qui dicebant, Ego sum Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ: vt dicitur primæ ad Cor. 1.

¶Ad secundum dicendum, quòd obiectio illa procedit de potestate autoritatis, quæ conuenit Christo, quòd est Deus: licet & potestas excellentiæ possit autoritas nominari per comparationem ad alios ministros. Vn de super illud primæ ad Corint. 1. Diuisus est Christus, dicit glos. quòd potuit eis dare autoritatem baptismi, quibus contulit ministerium.

¶Ad tertium dicendum, quòd ad hoc inconueniens euitandum, ne scilicet multa capita in Ecclesia essent, Christus noluit potestatem suæ excellentiæ ministris communicare Si tamen cõmunicasset, ipse esset caput principaliter, alij verò secundariò.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm per malos ministros sacramenta conferri possint.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quodper malos ministros sacramenta conferri non possint. Sacramenta enim nouæ legis, ordinantur ad emundationem culpæ & collationem gratiæ. Sed mali, cùm sint immundi, non possunt alios à peccato mundare (secundum illud Eccle. 34. Ab immundo quis mundabitur?) & etiam cùm gratiam non habeant, non videtur quòd gratiam conferre possint: quia nullus dat quod non habet. Nõ ergo videtur quòd per malos sacramenta cõferri possint,

¶ Præterea, Tota virtus sacramentorum deriuatur à Christo: vt dictum est. Sed mali sunt præcisi à Christo: quia non habent charitatem, per quam membra capiti vniuntur: secundum illud primæ Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo maner, & Deus in eo. Ergo videtur quòd per malos sacramenta conferri non possint.

¶ Præterea, Si desit aliquid horum, quæ debitum est esse in sacramentis, non perficitur sacramentum: sicut si desit debita forma, vel debita materia. Sed debitus minister sacramenti est ille, qui caret macula peccati: secundum illud Leui. 21. Homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo, nec accedet ante ministerium eius. Ergo videtur quòd si minister sit malus, nihil efficiatur in sacramento.

¶SED CONTRA est, quòd Aug. dicit super illud Ioan. 1. Super quem videris Spiritum, &c. Quid non nouerat Ioan. potestatem baptismi, ipsum Dominum habiturum & sibi retenturum, sed ministerium planè transiturum in bonos & malos: quid tibi facit malus minister, vbi bonus est dominus?

CONCLVSIO.

¶ Ministri Ecclesiæ, cùm instrumentaliter operentur in sacramentis, sacramenta conferre possunt, siue boni, vel mali sint.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est, ministri Ecclesiæ instrumentaliter operantur in sacramentis, eo quòd quodammodo eadem ratio est ministri & instrumenti. Sicut autem suprà dictum est, instrumentum non agit secundum propriam formam aut virtutem, sed secundum virtutem eius, à quo mouetur. Et ideo accidit instrumento inquantum est instrumentum, qualencunque formam, vel virtutem habeat, præter id quod exigitur ad rationẽ instrumenti, sicut quòd corpus medici (quod est instrumentum animę habentis artem) sit sanum vel infirmum: & sicut quòd fistula per quam transit aqua, sit argentea vel plumbea. Vnde ministri Ecclesiæ possunt sacramenta conferre, etiam si sint mali.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ministri Ecclesiæ neq; à peccatis mundant homines ad sacramenta accedentes, neque gratiam conferunt suâ virtute: sed hoc facit Christus sua potestate per eos, sicut per quædam instrumenta. Et ideo effectus consequitur in suscipientibus sacramenta, non secundum similitudinem ministrorum, sed secundum configurationem ad Christum.

¶Ad secundum dicendum, quòd per charitatem membra Christi vniuntur suo capiti, vt ab eo vitam recipiant: quia, vt dicitur primæ Ioan. 3. Qui non diligit, manet in morte. Potest autem aliquis operari per instrumentum carens vita, & à se separatum, quantum ad corporis vnionem, dummodo sit coniunctum per quandã motionem: aliter enim operatur artifex per manum, & aliter per securim. Sic igitur Christus operatur in sacramentis & per bonos, tanquàm per membra viuentia, & per malos, tanquàm per instrumenta carentia.

¶Ad tertium dicendum, quòd aliquid est debitum esse in sacramento dupliciter. Vno modo sicut existens de necessitate sacramenti, quod quidem si desit, non perficitur sacramentum: sicut si desit debita forma vel debita materia, Alio modo est aliquid debitum esse in sacramento secundum quandam decentiam, & hoc modo debitum est, vt ministri sacramentorum sint boni.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm mali ministrantes sacramenta, peccent.

AD SEXTVM sic procedi-tur. Videtur quòd mali ministrantes sacramenta, non peccent. Sicut enim ministratur Deo in sacramentis, ita per opera charitatis, vnde dicitur Heb. vlti. beneficẽtiæ & cõmunionis nolite obliuisci, talibus enim hostiis prometeretur Deus. Sed mali non peccant si ministrent Deo in operibus charitatis, quinimo hoc est eis consulendum: secundum illud Daniel. 4. Consilium meum tibi placeat, peccata tua eleemosynis redde. Ergo videtur quòd mali non peccent in sacramentis ministrando.

¶ Præterea, Quicunque communicat alicui in peccato, etiam ipse est reus peccati, secundum illud Rom. 1. Digni sunt morte, non solùm qui peccata faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Sed si mali ministri peccent, sacramenta ministrando, illi qui ab eis sacramenta recipiunt, eis in peccato communicant. Ergo etiam ipsi peccarent, quod videtur inconueniens.

¶ Præterea, Nullus videt esse perplexus: quia sic homo cogeretur desperare, quasi non potens peccatum euadere. Sed si mali peccarẽt, sacramenta tradendo, essent perplexi: quia etiam quandoque peccarent, si sacramenta non traderẽt: puta cùm eis ex officio incumbit necessitas (dicitur enim primæ Corinth. 9. Væ mihi si non euangelizauero, necessitas enim mihi incumbit) quandoque etiam propter periculum: sicut si puer in periculo mortis existens, offeratur alicui peccatori baptizandus. Ergo videtur quòd mali non peccẽt, sacramenta ministrando.

eius absentia peccatum mortale constituat.

¶Et quum adhuc obiicitur ex eo quòd non quælibet irreuerentia sacramentorum est mortalis, respondetur hoc verum esse propter imperfectionem aliquorum actuum irreuerentialium. In quolibet nanq; genere mortalis peccati, imperfectio actus excusat à mortali: ministrare autẽ sacramenta indignè, non est actus imperfectus in genere facrilegii. Nec, vt vltima infertur obiectio, reductiuè tantùm ad sacrilegium spectant sed directè ad contaminationẽ sacramentorum pertinent. possunt enim sacramenta secundum se incontaminabilia, dupliciter contaminari: scilicet vel vt egrediuntur à ministro, vel vt applicãtur ad aliquid. Et hoc secundo modo sacrilegiũ est vti sacramẽto ad alium finem, vt sortilegi faciunt. Primo autẽ modo sacrilegus est malus minister, à quo exit sacramentalis actio indigne, quamuam enim ex parte ipsius ministri mali, maculatur actio illa: quoniam tractatur vt prophana, seu non sancta. hæc enim est ratio in hac litera assignata. Quam si vis plenius intelligere, perspice vigorem eius ex autoritate Apostoli dicentis de Eucharistia. Qui mãducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non diiudicans corpus Domini. Vbi rationem peccati mortalis assignauit, ex hoc q⁹ manducans, non diiudicat corpus Domini: hoc est nõ discernit corpus Domini ab aliis cibis, sed sumit ipsum vt cibũ prophanum: quoniam sumit ipsum indispositus ad illum, vtpote indigne. Idem enim accidit in malo ministro. nã ministrans indignè sacramentum, non diiudicat sacramentum, dum non discernit illud vt à se egreditur à prophanis, sed se habet ad tractamẽtalem actionem, vt prophanam, dum indignè illam exercet. hoc enim est contaminare sacramenta ex parte ipsius ministrantis, seu recipientis, & præsumptio ministri mali non est qualiscunq;, sed sacrilega præsumptio, sicut & præsumptio audentis indignè recipere sacramenta, sacrilega est.

4. dist. 5. q. 2. art. 2 qõ. 4. cor. & dist. 19. q. 2. ar. 2. Et dist. 24. q. 1. ar. 2. qõ. 1. & ar. 3. qõ. 1. & 3.

¶Circa vtrumq; conclusionẽ, aduerte diligenter & cautè conditiones in eis appositas in litera. Quarum prima est, quòd ministrans exhibeat se ministrum Dei & Ecclesiæ. secunda est, quòd ministret sacramentum. tertia est, quòd tale peccatũ est mortale, non quomodolibet, sed ex suo genere. Docet enim per hæc Autor requiri ad hoc quòd huiusmodi peccatũ sit mortale, duo. primò, quòd exhibeat se ministrum: secundò, quòd tale ministerium sit actio sacramentalis. Ita quòd si alterum horum defuerit, non habes hinc mortale peccatum in ministeriis sacris. Docet rursus, q⁹ si aliqua administratio sacramenti à malo ministro exercitatà imperfectionem actus compatiatur, non erit peccatum mortale: licet mali ministri administratio sacramentalis habeat ex suo genere peccatum mortale.

¶Aduerte secundò, quòd duabus existentibus rationibus peccati in huiusmodi ministerio (scilicet ex parte difformitatis ministri ad Deum, cuius est minister, & ex parte contaminationis sacramentorum, quæ administratur) Autor in hoc corpore articuli ex prima ratione probauit ministerii mali ministri esse peccatum: ex secunda autem ratione probauit illud esse peccatum mortale. Tantam autem differentiã inter has rationes insinuauit, quòd secunda vsus est in responsione ad primum, vt causa propria: primam autem rationem non tanti fecit. De vtra q⁹ autem diffusior erit sermo, & ambarum efficacitas magis patebunt.

Annot.

¶In responsione ad primum, aduerte & percipe Autorem vti regula illa posterioristica, si affirmatio est causa affirmationis, negatio est causa negationis, dum ex hoc quòd sacramenta sunt opera consecrationis sanctificata, infert in ministro præexigi sanctitatem iustitiæ, & ex hoc quòd opera charitatis non sunt aliqua consecratione tanctificata, infert in Dei ministro respectu eorum non exigi sanctitatem iustitiæ: manifestè enim ex hoc significat, hanc esse propriam causam moralis peccati, vel non mortalis peccati in administrationibus sacris, quoniam regula illa in solis propriis causis tenet. Ita quòd quum quæstio aliqua de peccato mortali in operationibus sacris contingit ex parte malitiæ ministri, intuendum est an illa operatio, ad quam quis malus exhibet se ministrũ, sit aliqua consecratione sanctificata (quales sunt omnes actus sacrorum ordinum) an non sit consecrata. Et si est de numero consecratarum, concluditur hinc mortale peccatum in malo ministro: & si non est de numero consecratarum, excusatur hinc minister malus à mortali peccato. Et est semper sermo de ministro malo militia peccati mortalis in se existentis.

¶ Super Quæstionis sexagesimæquartæ Articulum sextum.

Titulus, vt sonat sumendus est.

Comment. ¶In corpore duæ conclusiones sunt. Prima est: Mali exhibentes se ministros Dei & Ecclesiæ in dispensatione sacramentorum, peccant. Secunda est, quòd hoc peccatum est ex suo genere mortale. Prima probat. Quicunque operatur nõ secundum quòd oportet, peccat in operando: sed minister malus sacramenti operatur non secundum quòd oportet. Probatur: quia ministri sacramentorum debent esse sufficientes: quia ministri debent coniormari domino, vt testantur autoritates Scripturæ. Secundã verò conclusio probatur: quia hoc peccant pertinent ad irreuerentiam Dei, & contaminationem sacramentorũ. Quæ particula declaratur: quòd intelligitur nõ ex parte ipsorum sacramentorum (quoniã ipsa sunt incontaminabilia) sed ex parte ipsius peccatoris, sacrilegium cõmittentis.

¶ Num peccatũ ministrorum sit peccatum mortale.

Cyrillus ¶ Circa fundamentum huius processus, dubiũ occurrit, ex eo quòd bonitas requiritur ad ministrum sacramentorũ, secundum quãdam decentiam & conueniẽtiam, vt in præcedenti articulo ad tertium, & hîc dicitur. Non est autem rationabile, quòd negatio conditionis requisitæ secundum decẽtiam, constituat peccatum mortale, cùm videamus conditiones requisitas ad bene esse actuum moralium, nec etiam veniale constituere peccatum. Et hoc etiam testatur Maxima et mortali philosophia adducta in litera de circumstantiis actionum humanarum. Mõ enim dicit peccatum esse, siquis operatur non secundum quòd melius, aut quando melius, aut sicut melius, &c. sed non secundum quòd oportet, aut quando oportet, aut sicut oportet, &c. Ideo videtur, quòd necessitatẽ denotativè per hoc intelligamus, peccatum tunc intervenire, quando necessitatẽ conditiones omittuntur, & non si conditiones ad bene esse omittantur, autearum contrariæ immisceantur. Et si dicatur, quòd bonitas non est conditio ad bene esse ministri sacramenti, sed est conditio debita ex præcedenti articulo litera explicauit: debitum autem extra necessaria non facit, quòd non sit peccatum mortale: quoniam debitum actui humano non facit ratio, quòd non sit peccatum mortale: quoniam debitum actui humano non necessitatem, sed secundum quandam decentiam, etsi possit sua absentia constituere peccatum: non tamen tantæ vis est, vt possit constituere peccatum mortale ea ratione, quia sola indecentia non habet rationem peccati immortalis. Nec obstat, quòd indecentia huiusmodi ad irreuerentiam Dei & contaminationem sacramentorum spectat, tum quia non quodlibet spectans ad hæc est peccatum mortale: vt patet de multis irreuerentiis erga Deum & sacramenta, quas negamus esse peccata mortalia: vt patet de comedentibus in Eccle. 60 sia, aut loco ositis aliquid dicentibus audiendo Missam, & huiusmodi. tum quia huiusmodi indecentia non nisi reductiuè ad irreuerentiã Dei, & contaminationem sacramentorum spectat: directè enim ipsius hominis mali dispositionem ponere videtur. Est enim dispositio quædã ipsius operantis magis, quàm operationis videtur q; magis peccatum constituere præsumptionis, quàm sacrilegij.

¶Ad hoc dicitur, quòd actio sacramentalis potest sumi dupliciter. Vel secundùm rationem operis operati, & sic non exigit bonitatem vel malitiam ministri, nisi secundum quãdam decentiam: & propterea siue bonus, siue malus sit minister, sacramentum verum & efficax est. Vel secundum rationem operis operantis. Et sic exigit necessariò bonitatem in ministro ad hoc, vt rectè fit, & ratio assignata est in litera, & magis assignabitur cogens ratio in litera in responsione ad primum. Oportet enim actionem sacramentalem si nõ solùm in se rectè esse debet, sed etiã secundùm quòd exit à ministro, vt sit consona secundum rectam rationẽ, & Deo, cuius est minister, & sacramenti quæ ministrat. Et ex parte quidem conformitatis ad Deum, posita est ratio in hoc corpore articuli. Ex parte verò conformitatis ad sacramenta, ponitur ratio in responsione ad primum: & hinc patet quare primam obiectionem.

¶Ad ea verò quæ obiiciuntur directè contra rationem peccati mortalis in hoc actu, dicitur q⁹ debitum secundum decentiam ad opus operatum, est debitum secundum necessitatẽ ad opus operantis ministri: & propterea non est mirum si

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Hanc doctrinam, quis diffusè tractaui in quolibetis, ne eadē repetantur, modò pertranseo: vnum tantum adiiciens, quòd videtur mihi modò actum prædicandi esse de numero actuum consecratorum: quis est actus, ad quem minister consecratur: nam eius minister ex officio est Episcopus primò, & secundario sacerdos. Nec obstat, actum istum ex institutione Ecclesiæ appropriatum esse sacro ordini: quoniam institutio Ecclesiæ vel diuina ad differentiam originis spectat, & non ad differentiam formalem. Extrahere siquidem homines ab Ecclesia, sacrilegiū formaliter est: licet ex institutione Ecclesiæ actus iste subtractus sit sacrilegio. Et similiter comedere semel in die (vt fit in Quadragesima) abstinentia formaliter est: quamuis ex Ecclesiæ statuto sub abstinentiæ specie positū. Et similiter in proposito licet prædicatio ex autoritate Ecclesiæ facta sit, actus ordinis, sub specie tamen actuū ordinis formaliter cōprehenditur: ac per hoc inter opera consecrata cōputanda est, ex ratione, quia ad ipsam sicut & ad alios actus ordinis consecrari oportet ministrum. Et propterea secundum doctrinā hinc habitā minister malus prædicans, mortaliter peccat, sicut qui indignè administrat alios actus sacrorum ordinum.

Annot. ¶In responsione ad secundum, aduerte quòd non loquitur litera de inducēte indignum ministrum ad sacramenti exhibitionē: sed de accipiente sacramentum ab indigno ministro. Quod ideo dixerim, quia alia quæstio est, an liceat accipere sacramentum ab indigno ministro: & alia quæstio est, an liceat inducere ad administrationē sacramenti ministrū indignū. Prima quæstio hic soluitur, de secunda nihil dicitur. Sed facilè solui potest secunda, dicendo quòd licet nunquām liceat inducere hominem ad peccandum, vel tamen licet iniquitate alterius. Et propterea in duobus casibus licet inducere indignum ministrum ad exhibitionem sacramenti. Primus est, si minister tenetur ad huiusmodi exhibitionem: quia nemo peccat petendo actum sibi debitum à suo debitore. Et hac ratione excusantur, qui à suo curato tenente concubinam, sacramenta petunt. Secundus est articulus necessitatis ex parte petentis cum dispositione præparationis ex parte ministri: hoc est quòd minister sit paratus ministrare sacramentum, & homo egeat illo. Eadem siquidem ratione, qua licitum est indigenti petere mutuum ab vsurario, licitum quoq; est indigenti petere sacramentum ab indigno parato ad ministrandum.

Annot. ¶In eadem responsione circa acceptionem sacramenti à ministro excommunicato, &c. nota primò quòd hæc doctrina intelligitur cessante extrema necessitate baptismi. Excipit enim ipse Autor in 4. sentent. distinct. 4. casum necessitatis, quo scilicet posset quis à Iudæo vel Pagano baptismum recipere. Secundò quòd hodie ex indulto concilij Constantiensis sub Martino quinto, licitum est ab excommunicatis ministris recipere sacramenta nisi in duobus casibus, hoc est si nominatim denuntiatus fuerit excommunicatus aut suspensus, &c. Vel si propter iniectionem manus violentæ in clericum notoriè constiterit in excommunicationem incidisse: vt refert dominus Antoninus Archiepiscopus Florent. in suæ Summæ parte tertia. titu. 16. cap. 3.

¶ *Num minister malus ministrans ex officio, seu in casu necessitatis peccet.*

Quæstio. ¶In responsione ad tertium, circa illud, In articulo tamen necessitatis non peccaret baptizando, &c. dubium primò occurrit, propter relatas à Durando rationes ad oppositum in 4. sentent. distinctio. 5. articu. 2. Et prima est contra excusationem ex articulo necessitatis: quia casus cuitabilis solo voluntatis propriæ arbitrio non constituit articulum necessitatis. Sed sic est in proposito: quia indignus minister potest statim conferri, si vult, & transire de malo in bonum: ac per hoc non est casus necessitans ministrum cum indignitate ad baptizandum. Secunda verò ratio contra excusationem ex personis non ministri tendit: quia quicunque baptizat siue yerula, siue Paganus, baptizat vt minister principalis agentis, qui est Christus: est enim minister de necessitate sacramenti baptismi, sicut & forma & materia. Falsum est ergo, quòd baptizans in necessitate non exhibeat se ministrum Ecclesiæ: ac per hoc non inde excusatur si indignus baptizat.

¶Dubium secundò est, an Autor in litera intendat excusare sacerdotem indignum in articulo necessitatis baptizantem, tam si baptizet cum solennitate quàm si sine solennitate: vel intendat solùm excusare baptizantem sine solennitate, Et est ratio dubij: quia in litera hac nulla fit mentio de solennitate & consequenter videtur excusari vtroque modo baptizans, dummodo baptizet vt subueniat necessitatem patienti in casu in quo laicus posset: sic enim in litera dicitur. In oppositum autem est quod ab Autore dicitur in 4. sententia de baptizante cum solennitate.

¶SED CONTRA est quod Diony. dicit 1. c. Cæl. Hierarch. quòd malis non est fas nec tangere symbola, id est sacramentalia signa. Et in epistola ad Demophilum dicit, Talis, scilicet peccator, audax videtur, sacerdo talibus manum apponens: & non timet neq; verecūdatur, diuina præter diuinitatem exequens, & Deum putans ignorare quæ ipse in semetipso cognouit, & decipere æstimat falso nomine Patrem ab ipso appellatum, & audet immundas infamias (non dicam orationes) super diuina signa Christi formiter enunciare.

CONCLVSIO.

¶ *Mali ministrai se exhibentes Dei & ecclesiæ in sacramentorum dispensatione, peccant, quorum peccatum ex suo genere mortale est.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd aliquis in agendo, peccat ex hoc quòd operatur non secundum quòd oportet, vt patet per Philosophum in lib. Ethic. Dictum est autem conueniens esse, vt sacramentorum ministri sint iusti, quia ministri debent Domino conformari, secundum illud Leuitic. 19. Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum, & Ecclesiastici 10. Secundum iudicem populi, sic & ministri eius. Et ideo non est dubium, quin mali exhibentes se ministros Dei & Ecclesiæ in dispensatione sacramentorum, peccent. Et quia hoc peccatum pertinet ad irreuerentiam Dei, & contaminationem sacramentorum, quantum est ex parte ipsius peccatoris (licet sacramenta secundum seipsa incontaminabilia sint) consequēs est quòd tale peccatum ex genere suo sit mortale.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd opera charitatis non sunt aliqua consecratione sanctificata, nisi sicut quædam iustitiæ partes. * & ideo homo qui se exhibet Deo ministrum in operibus charitatis, si sit iustus, amplius sanctificatur: si verò sit peccator, per hoc ad sanctitatem disponitur. Sed sacramenta in seipsis sanctificationem quandam habent per mysticam consecrationem. & ideo præexigitur in ministro sanctitas iustitiæ, vt congruat suo ministerio. Et ideo incongruè agit & peccat, si in peccato existens ad tale ministerium accedat.

¶Ad secundum dicendum, quòd ille qui ad sacramentum accedit, suscipit sacramenta à ministro Ecclesiæ non inquantū est talis persona, sed inquantum est minister Ecclesiæ. Et ideo quandiu ab Ecclesia toleratur in ministerio, ille qui ab eo suscipit sacramentum, non communicat peccato eius: sed communicat Ecclesiæ, quæ eum tanquam ministrum exhibet. Si verò ab Ecclesia non toleretur (puta cùm degradatur, vel excommunicatur vel suspēditur) peccat qui ab eo accipit sacramentum: quia communicat peccato ipsius.

¶Ad tertium dicendum, quòd ille qui est in peccato mortali, non est perplexus simpliciter, si ex officio ei incumbat sacramēta dispensare: quia potest pœnitere de peccato, & licitè ministrare. Non est autem inconueniens, quòd sit perplexus supposito quodam, scilicet quòd velit remanere in peccato. In articulo tamen necessitatis non peccaret baptizando in casu in quo etiam posset laicus baptizare: sic enim patet quòd non exhiberet se ministrum Ecclesiæ, sed subueniret necessitatem patienti. Sequis est autem in aliis sacramentis, quæ non sunt tantæ necessitatis, sicut baptismus: vt infrà patebit.

¶Dubium tertiò occurrit, quo pacto potest fieri doctrina hæc ei seruanda, quæ * *Alex.* dicitur: scilicet ministrauit sacramēti ex parte ministri tale, si minister sit indigne? Nā si sic est, sine mi- *Ant.* nistrant illud ministret ex officio, sine ex casu ex necessitate, sine quauis alia ratione, semper secundum quòd actum exercet. Quia ex suo genere est peccatum mortale: puta conficiendo sacramenta, quantum ex ipso est. Constat enim quòd in entibus ex duobus, quorum vnum de genere suo est peccatum mortale, puta fornicatio, quod de suo genere est peccatum mortale, variata conditione agentis non excusat à mortali: vt patet de adulterio, furto, & aliis. Aut igitur hoc non est mortale ex genere: aut quilibet indigne ministrans, peccat mortaliter.

¶Ad euidentiam huius scien dum est quòd propter sentis doctrinæ sanctæ est, in articulo necessitatis, quo laico licet baptizare, si facere hoc baptizet (procul dubio si ne solennitate) non peccat: quamuis in peccato mortali sit. Et ratio assignatur: quia tunc hoc agit ut persona ministri gerit personam ministri ex officio, quem probatum est oportere esse iustum: sed peccat personam ministri aliter existens: sicut patet de subueniente necessitatem patienti. Vnde ad rationem primam in primo dubio allatam, dicitur quòd necessitas excusans ma-

lum ministrum, non est necessitas impossibilis contritionis: vt argumentum intelligit: quoniam in instanti potest quis contritionem habere de infinitis peccatis: sed est necessitas cogens hominem baptizatum ad exhibendum se non vt ministrum ex officio. Ex hoc namque quòd minister ibi concurrit non vt minister ex officio necessitate hoc exigente, à peccato excusatur. Et per hoc patet solutio secundæ rationis. Dictum siquidem est de ministro vel ex officio, vel ex articulo necessitatis. Et licet quicunque baptizet, sit minister Christi & Ecclesiæ altero modo: non tamen semper est minister ex officio, de quo solo probatum est quòd oporteat esse iustum.

¶Et per hoc patet solutio secundi dubij: nam si articulus necessitatis excusat ministrum cum solennitate baptizare, non essemus in casu, in quo talis posset baptizare. Et rursus si cum solennitate baptizaret, manifestū constat quòd exhiberet se vt ministrum ex officio. Ex vtroque ergo capite, hoc est ex casu, in quo laicus posset baptizare, & ex hoc quod dicitur, quòd non exhiberet se vt ministrum ex officio: manifestè patet quòd Autor non intendit excusare huiusmodi sacerdotem, nisi in casu, in quo cogitur sine solennitate baptizare.

¶Ad tertium dubium dicitur, quòd quia baptizans in articulo necessitatis deficit à perfecta ratione ministerij (quoniam non ministrat ex officio) ideo operatio sua imperfectum quid est in genere administrationis sacramentorum non ex parte obiecti (hoc est sacramenti) sed ex parte agentis, hoc est ministri: non enim exit operatio tunc à ministro ex officio, sed à nudum ministerium præbente. Ex huiusmodi autem imperfectione actus excusatur à mortali: quoniam administratio exiens ab indigno, habet rationem mortalis, pro quanto exit ab agente, & non aliter: vt in litera patet. Ex hoc enim fit, vt quia administratio huiusmodi non exit ab agente proprio (hoc est ministro ex officio) non exeat etiam cum culpa mortali. Et propterea dicendum est, quòd administratio sacramenti ab indigno ministro ex officio est mortale ex suo genere, si ex claritate verborum excludendæ sunt obiectiones. Si tamen absolutè dicatur quòd indigni administratio est peccatum mortale ex suo genere: verum dicitur, quoniam sufficienter ligitur à proprio ministro.

¶Nec obstat obiectio de adulterio & huiusmodi: quoniam conditio agentis in hoc sacrilegio concurrit, vt pars integratiua rationis formalis peccati mortalis, ex suo genere. Ita quòd sicut ad rationem furti non sufficit quòd sit accepto rei alienæ, sed oportet quòd sit inuito domino: ita ad tale sacrilegium non sufficit quòd sit administratio ab homine malo, sed exigitur quòd sit etiam à ministro ex officio vt sic. Et ratio est assignata in litera: quia sanctis ministeriis non nisi sanctus conuenit minister, qui, per se loquendo, non est nisi minister ex officio.

¶*super Quæstionis sexagesimæquarta Articulum septimum.*

Aquet *Cōment.* IN titulo est sermo de angelis quo ad naturam siue boni, siue mali sint. Et eorum est sermo de potestate ordinaria: hoc est an secundum communē cursum ordinis instituti à Deo, angeli possint ministrare sacramēta.

¶In corpore articuli quatuor fiunt. Et primò respondetur quæsito. Deinde ad bonitatem doctrinæ, tractatur de potestate delegabili ipsis angelis, vbi tria dicuntur patebit.

¶Quo ad primum, conclusio est: Angeli nō possunt ministrare sacramenta. Probatur: Tota virtus sacramentorū derivatur à Christo patiēte: ergo ad homines & nō ad angelos pertinet ministrare sacramenta. Consequentia probatur ex duobus. Primò, ex dissimilitudine naturæ, quia scilicet Christo homines non angeli assimilantur in natura. Secūdo, quia Christus passiō loquantum patiens, fuit minor angelis: minister autem non debet esse malor principali agente: vt cō tingeret in proposito, si sancti angeli essent ordinariè ministri Christi patientis. Secūda cōclusio est, q̄ potest cōferri angelis q̄ administrent sacramēta. Probat, quia Deus nō alligauit virtutem suā ministris Ecclesiæ, sicut nec sacramētis. Tertia cōclusio est de exercitio administrationis sacramentorū à bonis angelis: Si administrarēt sancti angeli sacramentū aliquod, deberet haberi pro verosacramento. Probatur: quia sancti angeli sunt nuntij veritatis. Quarta est: si dæmones aliquid huiusmodi facerēt, habendū esset pro falso: quia sunt spiritus mendacij.

Annot. ¶Aduertē hoc in loco q̄ circa primam cōclasionem, cotus in 4. sentē. dist. 6. quæst. 1. opinatur oppositū, tenēs q̄ omne oppositū intellectualis naturæ potest sacramētum aliquod cōferre ad tem baptismū. Et ratio sua est q̄ potest abluere aquā hominē proferendo verba debita, & habere intentionē faciē di quod facit Ecclesia: hæc enim tria requirun tur ad sufficiunt ad mūdum. & hæc omnia potest angelus assumpto corpore exercere.

¶Rationibilior autē aut oris positio, ex allatis in litera inuenit. funda tur enim est sup autorita te Apostoli ad Hebræos vbi pontificem omnē hominē declarat. Vnde magnum argumentum assumitur ad propositū, quòd si maximū ministerium Ecclesiæ soli hominibus conuenit: ita quòd angelis denegat (quale est pontificatus) multò magis minima ministeria Ecclesiæ, angelis denegātur. Fundatur & super ratione, qua ministri dicūtur assimilari principali agenti. Ratio autē Scoti deficit in hoc manifestè quòd æquiuocè vtitur locutione. Loquutio est

ARTICVLVS VII.

¶ *Virum angeli possint sacramenta ministrare.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd angeli possint sacramenta ministrare. Quicquid enim potest minister inferior, potest & superior: sicut quicquid potest diaconus, potest sacerdos, sed non conuertitur. Sed angeli sunt superiores ministri in ordine hierarchico, quàm etiam quicunque homines: vt patet per Dionys. in libr. Cæle. hierarch. Ergo cùm homines possint ministrare in sacramentis, videtur quòd multò magis angeli.

¶Præterea, Homines sancti assimilantur angelis in cælo: vt dicitur Matth. 22. Sed aliqui sancti in cælo existentes, possent ministrare in sacramētis: quia character sacramentalis est indelebilis, vt dictum est. Ergo videtur, quòd etiam angeli possint in sacramentis ministrare.

¶Præterea, Sicut suprà dictum est, diabolus est caput malorum, & mali sunt membra eius. Sed per malos possunt ministrari sacramēta. Ergo videtur quòd etiam per dæmones.

¶SED CONTRA est quod dicitur Hebr. 5. Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deum. Sed angeli boni vel mali, non sunt ex hominibus. Ergo ipsi nō constituūtur ministri in his quæ sunt ad Deū, id est in sacramentis.

CONCLVSIO.

¶ *Cùm soli homines Christo conformentur, ipsi & non angeli ministrare sacramenta possunt, quamquam angelis conferri possit potestas ministrandi sacramenta.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) tota virtus sacramentorum à passione Christi derivatur, quæ est Christi, secundum quòd est homo: cui in natura conformantur homines, non autem angeli, sed potius secundum passionem dicitur modico ab angelis minoratus: vt patet Hebr. 2. Et ideo ad homines pertinet dispensare sacramenta, & in eis ministrare: non autem ad angelos. Sciendum tamen, quòd sicut Deus virtutem suam non alligauit sacramentis, quin possit sine sacramentis effectum sacramentorum conferre: ita etiam virtutem suam non alligauit Ecclesiæ ministris, quin etiam angelis possit virtutem tribuere ministrandi in sacramentis. Et quia boni angeli sunt nuntij veritatis, si aliquod sacramentale ministerium à bonis angelis perficeretur, esset ratum habendum: quia deberet constare hoc fieri voluntate diuina sicut quædam templa dicuntur angelico ministerio consecrata. Si verò dæmones, qui sunt spiritus mendacij, aliquod sacramentale ministerium exhiberent, non esset ratum habendum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illud quod faciunt homines inferiori modo, scilicet per sensibilia sacramenta, quæ sunt proportionata naturæ ipsorum, faciunt angeli tanquam superiores ministri superiori modo, scilicet inuisibiliter purgando, illuminando, & perficiendo.

¶Ad secundum dicendum, quòd sancti, qui sunt in cælo, sunt similes angelis quantum ad participationem gloriæ: non autem quantum ad conditionem naturæ, & per consequens neq; quantum ad sacramenta.

¶Ad tertium dicendum, quòd mali homines non habent quòd possint ministrare in sacramentis, ex hoc, quòd per malitiam sunt membra diaboli. Et ideo non sequitur quòd diabolus, qui est eorum caput, magis hoc possit.

ARTICVLVS VIII.

¶ *Virum intentio ministri requiratur ad perfectionem sacramenti.*

Cōment. Titulus clarus est. *Suprà, q. 60. ar. 8. cor. Et 4. di. 6. qō. 1. ar. 2. q. 1. & di. 7. qō. 1. ad 3. et di 8 q. 2. arti. 4. qō. 3. ad 1. & 1. arti. 3. ad 3.*

¶In corpore vnica conclusio: Intentio ministri exigitur ad perfectionem sacramenti. Probatur: Quòdcunque aliquid se habet ad multa, oportet q̄ determinetur ad vnū, vt illud fiat: sed ea quæ agūtur in sacramentis, se habent ad multa nisi per intentionem ministri determinētur ad vnū: ergo &c. Processus totus clarè patet in litera. Et cōfirmatur quia verba sacramētalia exprimunt ministri intentionem.

¶In responsione ad secūdū nota primò nouitie pro claritate literæ Autoris referendo primam opinionē, narrate ipsū, primò quo ad hoc, quòd requiritur mentalis intentio: sta q̄ si desit, non perficitur sacramentū. Secundò, quo ad hoc, q̄ sic: casu quo huiusmodi imperfectio sacramēti accideret sine aduersitate pueri esset, qui sacramentū sic defectuosum susciperet (si supplementū aliunde sortiret, & puer quidem à Christo adultus autē ex propria fide & deuotione, postea reprehendit Autor hanc opinionē: quia non potest saluare supplementum characteris.

¶Aduerte secūdò, quòd altera opinio ibidē subiuncta & approbata, nō est intelligēda, vt verba sonant: puta quòd non requiritur in ministro intentio propria mētalis sed sufficit intētio Ecclesiæ per verba expressa, quicquid intendat ipse minister interius. Hic enim sensus cōtradicit expressè doctrinæ Autoris in vltimo huius quæstionis articulo dicētis, Quòd si minister nō intendat sacramentū cōferre, talis peruersitas tollit veritatē sacramenti, & infertur in quæst. 68. art. 7. ad secundū dicētis, Si in adulto deesset intentio suscipiendi sacramentū, esset rebaptizandus. Sed sensus huius literæ ex proposito, ad quod loquit Autor, sumēdus est. Aduertendū est enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

est enim ꝙ hæc omnia dicuntur hic pro solutione difficultatis motæ in arg. scilicet si mētalis intentio ministri exigeretur nullus esset certus se esse vere baptizatum ad hæc enim certitudinem nostram de susceptis sacramentis intelligendū est sufficere intentionē Ecclesiæ per verba ministri expressam. nisi per ministrū aut susceptū fiat contrarium exprimatur. Ita quòd non intendit Autor, quòd hæc sufficiant ad perfectionem sacramenti simpliciter, sed ad perfectionē eius, secundum humanā certitudinē: per hoc enim auferatur inconueniens, quòd quilibet incertus posset dici de susceptis sacramentis.

Annot. ¶In responsione ad tertium, aduerte quòd Autor communicās (vt putajus vocabulis cōmuni illiustrēporis vsui)que intentionem quidē, sed nō actualem habitualē vocabat: dixit hīc intentionē habitualem, & statim subiūxit sensum intentum: puta, quum sacerdos accedit, &c.

¶Et hæc propterea diximus: vt scias non latuisse Autorem differētiā inter habere aliquid in actu, vel *h* habitu, vel in virtute, & quòd intentio requisita ad sacramenta, non sufficit ꝙsit secundū habitū, sed oportet ꝙ sit secundū virtutem. Quod vt melius intelligas, accipe exemplum, habens habitum iustitiæ, rūc actualiter intendit iustum, quādo actualiter attendit ad iustum reddendum: tunc verò habitualiter intendit iustum, quum retinet habitū iustitiæ, etiā si dormiat: tunc autem virtualiter intendit iustum, dū vacat quidem reddēdo iuri, (puta quia sedet ad tribunal, vt faciat sicut cōuenit, seu iudicis officiū) & nihil de iure cogitat, sed mēs eius exagitatur ad impertinēcia. Ita q; etiam si non haberet habitū iustitiæ, ex solo hoc quod accedit ad iudicis officium faciendū in omnibus quæ exerceret iudicis, quantumcunq; exagitetur, semper intendit iustū virtualiter, ea ratione, quia semp perseuerat vis primæ intentionis, qua primò propositum fuit facere iudicis officium. Et huiusmodi intentio non irrationabiliter vocatur habitualis: quia per modū habitus perseuerat, nam & dormiente, & distracto homine perseuerat.

¶Et hæc est, quæ sufficere dicitur ad sacramēta. & verē sic est: sufficit enim ad cōfectionem Eucharistiæ, quòd sacerdos vadat ad altare, vt dicat Missam, etiā si per totā Missam exagetur meus eius.

¶Aduerte secūdò documētum Autoris, scilicet quòd studiosè debet minister operam dare vt sacramenta cū actuali intentione ministrentur. Et per hoc patet solutio ad primum.

4. dist. 6. q. 1. art. 3. q. 2.

sed loco intentionis est motus, quo mouetur à principali agente. Sed instrumentum animatum (sicut est minister) non solùm mouetur: sed etiam quodammodo mouet seipsum, inquantum sua voluntate mouet membra ad operandum. Et ideo requiritur eius intentio, qua se subiiciat principali agenti: vt scilicet intendat facere quod facit Christus & Ecclesia.

¶Ad secundum dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicūt quòd requiritur mentalis intentio in ministro: quæ si desit, non perficitur sacramentum. sed hunc defectum in pueris (qui non habent intentionem accedendi ad sacramentum) supplet Christus, qui interius baptizat: in adultis autem, qui intendunt sacramentum suscipere, supplet illum defectum fides & deuotio. Sed hoc satis posset dici quantum ad vltimum effectum, qui est iustificatio à peccatis: sed quātum ad effectum, qui est res & sacramentum, scilicet quantum ad characterem, non videtur quòd per deuotionem accedentis possit suppleri: quia character nunquàm imprimitur nisi per sacramentum. Et ideo alij melius dicunt, quòd minister sacramenti agit in persona totius Ecclesiæ, cuius est minister. In verbis autem quæ profert, exprimitur intētio Ecclesiæ quæ sufficit ad perfectionem sacramenti, nisi contrarium exterius exprimatur ex parte ministri vel recipientis sacramentum.

¶Ad tertium dicendum, quòd licet ille qui aliud cogitat, non habeat actualem intentionem, habet tamen intentionem* habitualem, quæ sufficit ad perfectionem sacramenti: puta cùm sacerdos accedens ad baptizandum, intendit facere circa baptizādum quod facit Ecclesia. Vnde si postea in ipso exercitio actus, cogitatio eius ad alia rapiatur, ex virtute primæ intentionis, perficitur sacramētum. Quamuis studiosè curare debeat sacramenti minister, vt etiam actualem intentionem adhibeat. Sed hoc non est totaliter positum in hominis potestate: quia præter intentionem, cùm homo vult multum intendere, incipit alia cogitare, secundum illud Psalm. Cor meum dereliquit me.

** Aliàs actualē.*

ARTICVLVS IX.

¶ Vtrùm fides ministri sit de necessitate sacramenti.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd fides ministri sit de necessitate sacramenti. Sicut enim dictum est, intentio ministri est necessaria ad sacramenti perfectionem. Sed fides intentionem dirigit: vt Augustin. dicit contra Iulianum. Ergo si desit vera fides in ministro, non perficitur sacramentum.

¶Præterea, Si minister Ecclesiæ veram fidem non habeat, videtur esse hæreticus. Sed hæretici, vt videtur, non possunt sacramenta conferre: dicit enim Cyprianus in Epistola contra hæreticos, Omnia quæcunque faciunt hæretici, carnalia sunt, & inania, & falsa: ita vt nihil eorum quæ illi gesserint, à nobis probari debeat. & Leo papa dicit in Epistola ad Leonem Augustum, Manifestum est per crudelissimam & insanissimam vesaniam, in Alexandrina sede omnium cælestiū sacrementorum lumē exinctum, intercepta est sacrificij oblatio, defecit chrismatis sanctificatio, & parricidialibus manibus impio-

rum, omnia sese subtraxere mysteria. Ergo vera fides ministri est de necessitate sacramenti.

¶Præterea, Illi qui non habent veram fidem, videntur esse per excommunicationem ab Ecclesia separati: dicitur enim in secunda Canonica Ioann. Siquis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum, nec Aue dixeritis ei: & ad Titum 3. Hæreticum hominem post primam & secundam correctionem deuita. Sed excommunicatus non videtur posse conferre Ecclesiæ sacramentum, cùm ab Ecclesia separatus, ad cuius ministerium pertinet sacramentorum dispensatio. Ergo videtur quòd vera fides ministri, sit de necessitate sacramenti.

¶SED CONTRA est quod Augustinus dicit contra Petilianum Donatistam. Memento, sacramentis Dei nihil obesse mores malorum hominum, quòd illa vel non sint, vel minus sancta sint.

CONCLVSIO.

¶Quamadmodum mali ministri extra charitatem existentes, ministrare sacramenta possunt: ita & infideles, dummodo ea non omittantur quæ de necessitate sunt sacramenti.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est, quia minister in sacramentis instrumentaliter operatur, non agit in virtute propria, sed in virtute Christi. Sicut autem pertinet ad propriam virtutem hominis charitas, ita & fides. Vnde sicut non requiritur ad perfectionem sacramenti quòd minister sit in charitate, sed possunt etiam peccatores sacramenta conferre, vt suprà dictum est: ita non requiritur ad perfectionem sacramenti fides eius: sed infidelis potest verum sacramentum præbere, dummodo cætera assint, quæ sunt de necessitate sacramenti.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd potest contingere quòd aliquis patiatur defectum fidei circa aliquid, & non circa veritatem sacramenti, quod exhibet: puta si aliquis credat iuramentum esse in omni casu illicitum: & tamen credat baptismum efficaciam habere ad salutem: & sic talis infidelitas non impedit intentionem conferendi sacramentum. Si verò patiatur fidei defectum circa ipsum sacramentum quod exhibet, licet credat per id quod agitur exterius, nullum sequi interiorem effectum, non tamen ignorat quòd Ecclesia catholica intendit per huiusmodi quæ exterius aguntur, præbere sacramentum. Vnde non obstante infidelitate, potest intendere facere id quod facit Ecclesia, licet æstimet id nihil esse. Et talis intentio sufficit ad sacramentum: quia sicut suprà dictum est, minister sacramenti agit in persona totius Ecclesiæ: ex cuius fide suppletur id quod deest fidei ministri.

¶Ad secundum dicendum, quòd hæreticorum quidam in collatione sacramentorum, formam Ecclesiæ non seruant: & tales neque sacramentum conferunt, neque rem sacramenti. Quidam verò seruant Ecclesiæ formam, & tales conferunt quidem sacramentum, sed non conferunt rem sacramenti. Et hoc dico, si sunt manifestè ab Ecclesia præcisi: quia ex hoc ipso quòd aliquis accipit sacramenta ab eis, peccat: & per hoc impeditur ne effectum sacramēti consequatur. Vnde Aug. dicit in lib. de fide ad Petrum. Firmissimè tene & nullatenus dubires, extra Ecclesiā baptizatis, si ad Ecclesiam nō redierint, baptismo cumulari perniciē. Et per

¶ super Quæstionis sexagesimæquartæ Articulum decimum.

Cimat. Titulus clarus.

¶In corpore articuli est distinctio bimembris in singulis conclusionibus. Distinctio est: Intentio ministri potest peruerti dupliciter vel respectu sacramenti, vel respectu alicuius alterius. Prima conclusio iuxta primum membrum est: Peruersa intentio respectu sacramenti, tollit veritatem sacramenti. Hanc conclusionē Autor non probat in littera: sed vt manifestum relinquit ex præmissis, scilicet quòd intentio ministri requiritur ad sacramenti huius modi enim peruersitas tollit intentionem ministri. secunda cōclusio iuxta secundum membrū est: Peruersa intentio ministri circa consequentia, non tollit veritatem sacramēti. Probatur quia prius non dependet à posteriori.

Annot. ¶In responsione ad secundum, aduerte quòd intentio ludicra seu iocosa in collatione sacramenti, potest inueniri dupliciter, vel relata ad ipsum sacramentū, vel relata ad finem, sicut modum quod administret sacramentum. Exēplum primi, si quis non intendēdo facere quod facit Ecclesia, sed faciendo actum exteriorem similem actui, quem facit Ecclesia: vel derisionis, vel delectationis scilicet gratia. Exemplū secundi: si quis ludendo aliquē baptizaret. Ergo multò magis peruersa intentio aufert sacramentum: puta si aliquis aliquem baptizaret, vt postmodum eum occideret.

¶Præterea, Peruersa intentio facit totum opus vitiosum: secundum illud Luc. 11. Si oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Sed sacramenta Christi nō possunt inquinari per malos homines: sicut Augustin. dicit contra Petilianum. Ergo videtur quòd si sit peruersa intentio ministri, non sit ibi verum sacramentum.

¶SED CONTRA est, quòd peruersa intentio pertinet ad malitiam ministri. Sed malitia ministri non tollit sacramentum. Ergo nec peruersa intentio.

CONCLVSIO.

¶Intentio ministri peruersa & mala respectu sacramenti, tollit veritatem sacramenti, non autem si sit mala intentio respectu illorum, quæ sequuntur sacramentum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd intentio ministri potest peruerti dupliciter. Vno modo respectu ipsius sacramenti: puta cùm aliquis non intendit sacramentum conferre, sed derisorie aliquid agere. Et talis peruersitas tollit veritatem sacramenti, præcipuè quando suam intentionem exterius manifestat. Alio modo potest peruerti intentio ministri quantum ad id quod sequitur sacramentum: puta si sacerdos intendat aliquam fœminam baptizare, vt aburatur eam: vel si intendat conficere corpus Christi, vt eo ad venefi-

cia vtatur. Et quia prius non dependet à posteriori, inde est quòd talis intentionis peruersitas veritatem Sacramenti non tollit, sed ipse minister ex tali intentione grauiter peccat.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Ecclesiæ intentio, recta est & quantum ad sacramenti perfectionem, & quantum ad sacramenti vsum: sed prima rectitudo perficit sacramentum, secunda operatur ad meritum. Et ideo minister qui conformat intentionem suam Ecclesiæ quantum ad primam rectitudinem, non autem quantum ad secundam, perficit quidem sacramentum, sed non est sibi ad meritum.

¶Ad secundum dicendum, quòd intentio ludicra vel iocosa excludit primam rectitudinem intentionis, per quam perficitur sacramentum: & ideo non est similis ratio.

¶Ad tertium dicendum, quòd peruersa intentio peruertit opus intendentis, non autem opus alterius. Et ideo ex peruersa intentione ministri, peruertitur id quod agit in sacramentis, inquantum est opus eius, non inquantum est opus Christi, cuius est minister. Et est simile, si minister alicuius hominis, praua intentione deferret pauperibus eleemosynam, quam Dominus recta intentione mandaret.

QVAESTIO SEXAGESIMAQVINTA,
De *numero Sacramentorum, in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de numero sacramentorum.

¶Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primò, vtrùm sint septem sacramenta.

¶Secundò, de ordine eorum ad inuicem.

¶Tertiò, de comparatione eorum.

¶Quartò, vtrùm omnia sint de necessitate salutis.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm deberant esse septem sacramenta Ecclesiæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non debeant esse septem sacramenta. Sacramenta enim efficaciam habent ex virtute diuina & ex virtute passionis Christi. Sed vna est virtus diuina, & vna Christi passio: vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos: vt dicitur Hebr. 10. Ergo non debuit esse nisi vnum sacramentum.

¶Præterea, Sacramentum ordinatur contra defectum peccati. Hic autem est duplex, scilicet pœna & culpa. ergo sufficeret esse duo sacramenta.

¶Præterea, Sacramenta pertinent ad actiones ecclesiasticæ hierarchiæ: vt per Dion. patet. Sed, sicut ipse dicit, tres sunt actiones hierarchicæ, scilicet purgatio, illuminatio, & perfectio. Ergo non debent esse nisi tria sacramenta.

¶Præterea, Augustin. dicit 19. contra Faustum, Sacramenta nouæ legis sunt numero pauciora, quàm sacramenta veteris legis. Sed in vetere lege non erat aliquod sacramentum, quod responderet Confirmationi & extremæ vnctioni. Ergo neque hæc debent numerari inter sacramenta nouæ legis.

¶Præterea, Luxuria non est grauius inter cætera peccata: vt patet ex his quæ in Secunda parte dicta sunt. Sed contra alia peccata non instituitur aliquod sacramentum. Ergo neque contra luxuriam debuit institui sacramentum matrimonij.

¶SED CONTRA, econuerso videtur, quòd sint plura sacramenta. Sacramenta enim dicuntur quasi quædam sacra signa. Sed multæ aliæ sanctificationes fiunt in Ecclesia secundum sensibilia signa, sicut aqua benedicta, consecratio altaris, & alia huiusmodi. Ergo sunt plura sacramenta quàm septem.

¶Præterea, Hug. de sancto Victore dicit, quòd sacramenta veteris legis fuerunt oblationes, decimæ & sacrificia. Sed sacrificium Ecclesiæ est vnum sacramentum, quod dicitur Eucharistia. Ergo etiam oblationes & decimæ debent dici sacramenta.

¶Præterea, Tria sunt genera peccatorum, originale, mortale, & veniale. Sed contra originale peccatum ordinatur baptismus, contra mortale autem pœnitentia. Ergo deberet esse aliud præter septem, quod ordinetur contra veniale.

4. dist. 1. q. 1. ar. 1. Et 4. cō. cap. 58. Et 1. Co. princ.

CONCLVSIO.

¶Septem sunt conuenienter ecclesiæ sacramenta: Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Ordo, Matrimonium, Extrema vnctio: quibus homo sufficienter perficitur in his, quæ pertinent ad diuinum cultum

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum

Universidad de Deusto
Biblioteca

culus: alter est remedium peccatorum. Et probat sic conclusionem: Sacramenta Ecclesiæ ad virtutem dictum finem conuenienter ponuntur in numero septenario ergo &c. Antecedens manifestatur primò respectu primi finis sufficientis progressu numerando septé perfectiones opportunas cuilibet Christiano: quæ sunt, vita, robur, conservatio, curatio, restitutio, potestas & propagatio, & assignando singulorum rationem: vt in litera clarè patet. Deinde declaratur antecedens respectu secundi finis, assignãdo septem defectus, qui clarè patent in litera.

¶Quo ad secundũ, clarè apparet recitata positio absque alia expositione.

¶Super Quæstionis sexagesimæquintæ Articulum secundum.

Annot. IN titulo intellige per ordinem, secundum modum prædictum, ordinem, quo numerata sunt sacramenta in præcedenti articulo, videlicet baptismus, confirmatio, Eucharistia, pœnitentia, extrema vnctio, ordo, & matrimonium. Quæritur enim an sic conuenienter ordinentur.

Comment. ¶In corpore prima cõclusio est: Inter sacramenta vltimò ponuntur ordo & matrimonium, matrimonium tamen post ordinem. Probatur cõclusio quo ad primam partẽ; quia sicut vnum est prius multitudine: ita sacramenta quæ ordinãtur ad perfectionem vniusper sonæ, sunt naturaliter priora his quæ ordinantur ad perfectionem multitudinis: sed reliqua sacramẽta sunt vnius personæ, hæc autem duo respiciunt multitudinem: ergo. Quo ad secundam autẽ partem probatur: quia matrimoniũ minus participat de spirituali vita quàm ordo.

¶Secunda cõclusio est: Pœnitentia & extrema vnctio posteriora sunt baptismo, confirmatione & Eucharistia, posterior tamen est extrema vnctio pœnitentia. Probatur hæc conclusio quo ad primam partem: quia priora sunt quæ per se ordinantur ad spiritualem perfectionem vnius, quàm illa quæ ordinantur per accidens; sed, &c. Quo ad secundam autem partem: quia prior naturaliter est inchoatio sanationis (quæ fit per pœnitentiam, consummatione illius, quam facit extrema vnctio.

¶Tertia conclusio est: Inter tria prima sacramenta, baptismus primũ, confirmatio secundũ, Eucharistia tertium obtinet locũ. Probatur: quia prius est spirituale generaliter: deinde formale robur, demum consequutio finis.

Quæstio. *¶Num iustus, id est sine mortali peccato existens, teneatur semel in anno confiteri.*

¶In respõsione ad quæstum, dubium occurrit, an iustus (id est sine peccato mortali existens) teneatur semel in anno cõfiteri. Et est ratio dubij: quia hinc apparet quòd non, quũ dicitur quòd talis nõ indigeret pœnitentia ad sacramentum Eucharistiæ. In oppositũ autem est, quia præceptum Ecclesiæ est ad omnes vtriusque sexus in annis discretionis constitutos.

¶Ad hoc est dicẽdum, quòd homo sine peccato mortali existens, nõ tenetur ad confitendũ semel in anno: quia nõ comprehẽditur sub his quod præceptum illud Ecclesiæ astringit: quoniam præceptum Ecclesiæ de cõfessione semel in anno, nõ est nisi determinatio præcepti diuini de confessione, ita quòd Deus præcepit cõfessionem. Ecclesia autẽ determinat præceptum illud ad tale tempus, ad quod tales, &c. puta semel in anno, &c. Sed præceptum diuinum nõ obligat ad cõfessionem hominẽ sine mortali peccato: ergo determinatio illius præcepti, per Ecclesiã non obligat talem hominem. Et stat vis rationis in hoc, quòd nullus comprehẽditur sub præcepto Ecclesiæ, qui non comprehendi-tur sub præcepto diuino, quod per se non est nisi de peccato mortali. Quòd autem diuinum præceptum, vt constringit & limitatio quædam. Quòd autem dicitur præceptum de cõfessione, obligat solos homines in peccato mortali, probatur, & ex hoc litera fuit auctoritate sacræ Scripturæ, & ex calce præcedentis articuli, vbi dictũ est, nullum sacramentum dare ordinari contra peccatum venialẽ, & quicquid sit de extrema vnctione, constat hoc verum esse de sacramẽto pœnitentiæ, & ex cõmuni Theologorũ doctrina inter conditiones confessionis ponente, quòd sit integra, quòd non nisi de mortalibus intelligi potest. Et confirmatur: quia canon ipse expressè dicit, quòd licet cõfiteatur peccata sua omnia: quod est impossibile intelligi, nisi de mortalibus, ipse ergo verba canonis restatur, & ad solos existentes in peccato mortali dirigũtur.

torum, quæ scilicet non sunt sufficienter per pœnitentiam sublatæ, aut ex negligentia, aut ex ignorantia: Ordo contra dissolutionem multitudinis: Matrimonium in remedium contra concupiscentiam personalem, & contra defectum multitudinis, qui per mortem accidit. Quidam verò accipiunt numerum sacramentorum per quandam adaptationem ad virtutes, & ad defectus culparum & pœnalitatum, dicentes, quòd fidei respondet Baptismus, & ordinatur contra culpam originalem: spei Extrema vnctio, & ordinatur contra culpam venialem: charitati Eucharistia, & ordinatur contra pœnalitatem malitiæ: prudentiæ Ordo, & ordinatur contra ignorantiam: iustitiæ Pœnitentia, & ordinatur contra peccatum mortale: temperantiæ Matrimonium, & ordinatur contra concupiscentiam: fortitudini Confirmatio, & ordinatur contra infirmitatem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd idẽ agens principale vtitur diuersis instrumentis ad diuersos effectus secundũ congruentiã operũ. Et similiter virtus diuina & passio Christi operantur in nobis per diuersa sacramẽta, quasi per diuersa instrumẽta.

¶Ad secundũ dicendum, q̃ culpa & pœna diuersitatẽ habent & secundum speciem, in quantum sunt diuersæ species culparum & pœnarũ, & secundum diuersos hominũ status & habitudines. Et secundum hoc oportuit multiplicari sacramẽta, vt ex dictis patet.

¶Ad tertium dicendum, quòd in actionibus hierrachicis considerantur & agentes & recipientes & actiones. Agentes autem sunt ministri Ecclesiæ: ad quos pertinet ordinis sacramentũ. Recipientes autem sunt illi qui ad sacramentum accedunt, qui producuntur per matrimonium. Actiones autem sunt purgatio, illuminatio & perfectio. Sed sola purgatio non potest esse sacramentum nouæ legis, quod gratiã confert: sed pertinet ad quædã sacramentalia, quæ sunt catechismus & exorcismus. Purgatio autem & illuminatio simul, secundum Dion. pertinent ad baptismum: & propter recidiuũ, secundariò pertinent ad pœnitentiam & extremam vnctionem. Perfectio autem quantum ad virtutem quidem (quæ est quasi perfectio formalis) pertinet ad confirmationem: quantum autem ad consecutionem finis, pertinet ad Eucharistiam.

¶Ad quartum dicendum, quòd in sacramento confirmationis datur plenitudo Spiritus sancti ad robur: in extrema autem vnctione præparatur homo, vt recipiat immediatè gloriam. Quorum neutrum competit veteri Testamento: & ideo nihil potuit his sacramentis in veteri lege respondere. Nihilominus tamen sacramenta in vetere lege plura fuerunt numero, propter diuersitatem sacrificiorum & cæremoniarum.

¶Ad quintum dicendum, quòd contra concupiscentiam venereorum, oportuit specialiter remedium adhiberi per aliquod sacramentum. Primò quidem, quia per huiusmodi concupiscentiam non solùm vitiatur persona, sed etiam natura. Secundò, propter vehementiam eius, quæ rationem absorbet.

¶Ad sextum dicendum, quòd aqua benedicta & aliæ consecrationes non dicuntur sacramenta: quia non perducunt ad sacramenti effectum, qui est gratiæ consecutio. Sed sunt dispositiones quædam ad sacramenta, vel remouendo prohibens: sicut aqua benedicta ordinatur contra insidias dæmonum, & contra peccata venialia, vel etiam idoneitatem quandam faciendo ad sacramenti perfectionem, & perceptionem, sicut consecrantur altare & vasa, propter reuerentiam Eucharistiæ.

¶Ad septimum dicendum, quòd oblationes & decimæ erant tam in lege naturæ, quàm in lege Moysi ordinatæ non solùm in subsidium ministrorum & pauperum, sed etiam in figuram, & ideo erant sacramenta: nunc autem non remanserunt inquantum sunt figuralia. & ideo non sunt sacramenta.

¶Ad octauum dicendum, quòd ad deletionem venialis peccati non requiritur infusio gratiæ. Vnde cùm in quolibet sacramento nouæ legis gratia infundatur, nullum sacramentum nouæ legis instituitur directè contra veniale, quod tollitur per quædam sacramentalia: puta per aquam benedictam, & alia huiusmodi. Quidam tamen dicunt extremam vnctionem contra veniale peccatum ordinari: sed de hoc suo loco dicetur.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum sacramenta conuenienter ordinentur secundũ modũ prædictum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter sacramenta ordinentur secundum modum prædictum. Vt enim Apostolus dicit primæ Corinth. 15. Prius est quod est animale, deinde quod spirituale. Sed per matrimonium generatur homo prima generatione, quæ est animalis: per baptismum autem regeneratur homo secunda generatione, quę est spiritualis. Ergo matrimonium debet præcedere baptismum.

¶Præterea, Per sacramentum ordinis aliquis accipit potestatem agendi actiones sacramentales. Sed agens est prior sua actione. Ergo ordo debet præcedere & baptismum, & alia sacramenta.

¶Præterea, Eucharistia est spirituale nutrimentum, confirmatio autem comparatur augmento. Nutrimentum autem est causa augmenti, & per consequens prius eo. Ergo Eucharistia est prior confirmatione.

¶Præterea, Pœnitentia præparat hominem ad Eucharistiam. Sed dispositio præcedit perfectionem. Ergo pœnitentia debet præcedere Eucharistiam.

¶Præterea, Quod est propinquius fini vltimo, est posterius. Sed extrema vnctio inter omnia sacramenta propinquior est vltimo fini beatitudinis: ergo debet habere vltimũ locum inter sacramenta.

¶IN CONTRARIVM est, quòd communiter ordinantur ab omnibus sacramenta, sicut prius dictum est.

CONCLVSIO.

¶Inter sacramenta ordo & matrimonium vltimò ponuntur: Pœnitentia verò & extrema vnctio posteriora sunt baptismo, confirmatione, & Eucharistia, posterior tamen est extrema vnctio pœnitentia. Ex tribus autem, baptismus confirmationem, & Eucharistiam præcedit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ratio ordinis sacramentorum apparet ex his quæ suprà dicta sunt. Nam sicut vnum est prius quàm multitudo: ita sacramenta quæ ordinantur ad perfectionem vnius personæ naturaliter, præcedunt ea quæ ordinantur ad perfectionem multitudinis. Et ideo vltimò inter sacramenta ponuntur ordo & matrimonium, quæ ordinantur ad multitudinis perfectionem. Matrimonium tamen post ordinem: eo quòd minus participat de ratione spiritualis vitæ, ad quam ordinantur sacramenta. Inter ea verò, quæ ordinantur ad perfectionem vnius personæ, naturaliter sunt priora illa quæ per se ordinantur ad perfectionem spiritualis vitæ, quàm illa quæ ordinantur per accidens, scilicet ad remouendum accidens nociuum superueniens: cuiusmodi sunt pœnitentia & extrema vnctio. Posterior tamen est naturaliter extrema vnctio, quæ conseruat sanationem: pœnitentia, quæ inchoat. Inter alia verò tria manifestum est, quòd baptismus, qui est spiritualis regeneratio, est prius: & deinde confirmatio: quæ ordinatur ad formalem perfectionem virtutis: & postmodum Eucharistia, quæ ordinatur ad * perfectionem finis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd matrimonium, secundum quòd ordinatur ad animalem vitam, est naturæ officium: sed secundum quòd habet aliquid spiritualitatis, est sacramentum. Et quia minimum habet de spiritualitate, vltimò ponitur inter sacramenta.

¶Ad secundum dicendum, quòd ad hoc quòd aliquid sit agens, præsupponitur quòd sit in se perfectum. Et ideo priora sunt sacramenta, quibus aliquis in seipso perficitur, quàm sacramentum ordinis, quo aliquis cõstituitur perfector aliorum.

¶Ad tertium dicendum, quòd nutrimentum & præcedit augmentum, sicut causa eius, & subsequitur augmentum, sicut conseruans hominem in perfecta quantitate & virtute. Et ideo potest Eucharistia præmitti confirmationi, vt Dionys. facit in lib. Cæles. Hier. & potest postponi, sicut Magister facit in quarto sententiarum.

¶Ad quartum dicendum, quòd ratio illa recte procederet, si pœnitentia ex necessitate requireretur, vt præparatoria ad Eucharistiam. Sed hoc non est verum: nam si aliquis esset sine peccato mortali, non indigeret pœnitentia ad sumptionem Eucharistiæ. Et sic patet, quòd per accidens pœnitentia præparat ad Eucharistiam, scilicet supposito peccato: vnde dicitur 2. Paral. vlt. Tu Domine iusto rum, non posuisti pœnitentiam iustis.

¶Ad quintum dicendum, quòd extrema vnctio propter rationem inductam, est vltimũ inter sacramenta, quæ ordinantur ad perfectionem vniusperſonæ.

ARTICVLVS III.

¶Vtrum sacramentum Eucharistiæ sit potissimum inter sacramenta.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd sacramentũ Eucharistiæ non sit potissimum inter sacramenta. Bonum enim commune potius est quàm bonum vnius, vt dicitur primo Ethic. Sed matrimoniũ ordinatur ad bonum commune speciei humanę per viam generationis. sacramentũ autem Eucharistiæ ordinatur ad bonũ proprium sumentis. Ergo non est potissimum sacramentorum.

¶Præterea, Digniora sacramenta esse videntur, quæ per maiorem ministrum conferuntur. Sed sacramentum confirmationis & sacramentum ordinis non conferuntur nisi per Episcopum, qui est maior minister, quàm simplex sacerdos, per quem conferrur Eucharistiæ sacramentum. Ergo illa sacramenta sunt potiora.

¶Præterea, Sacramenta tantò sunt potiora, quantò maiorem virtutem habent. Sed quædam sacramenta imprimunt characterem (scilicet baptismus, confirmatio & ordo) quod non facit Eucharistia. Ergo illa sacramenta sunt potiora.

¶Præterea, Illud videtur esse potius, ex quo alia dependent: & non econuerso. Sed ex baptismo dependet Eucharistia: non enim potest aliquis Eucharistiam accipere, nisi fuerit baptizatus. Ergo baptismus est potior Eucharistia.

¶SED CONTRA est, quòd Dionys. dicit 3. c. Cæles. Hierarc. quòd non contingit aliquem perfici perfectione hierarchica, nisi per diuinissimam Eucharistiam. Ergo hoc sacramentum est potissimum omnium aliorum.

CONCLVSIO.

¶Inter omnia sacramenta Eucharistiæ sacramentum potissimum est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd simpliciter loquendo, sacramentum Eucharistiæ est potissimum inter alia sacramenta. Quod quidem tripliciter apparet: primò quidem, ex eo quòd continetur in sacramentis: nam in sacramento Eucharistiæ continetur ipse Christus substantialiter, in aliis autem sacramentis continetur quædam virtus instrumentalis participata à Christo, vt ex supra dictis patet. Semper autem quod est per essentiam, potius est eo quòd est per participationem. Secundò, hoc apparet ex ordine sacramentorum ad inuicem: nam omnia alia sacramenta ordinari videntur ad hoc sacramentum sicut ad finem. Manifestum est enim, quòd sacramentum ordinis ordinatur ad Eucharistiæ consecrationem. Sacramentum verò baptismi ordinatur ad Eucharistiæ receptionem. In quo etiam perficitur aliquis per confirmationem, vt non vereatur se subtrahere à tali sacramento. Per pœnitentiam etiam & extremam vnctionem præparatur homo ad dignè sumendum corpus Christi. Matrimonium etiam saltem sua significatione attingit hoc sacramentum, inquantum significat coniunctionem Christi & Ecclesiæ. Cuius vnitas per sacramentum Eucharistiæ figuratur: vnde & Apostolus dicit Ephes. 5. Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia. Tertiò hoc apparet in Christo

¶Super Quæstionis sexagesimæquintæ Articulum tertium.

TItulus clarus.

¶In corpore duo fiunt. primò respondetur quæsito vna conclusione: Sacramentum Eucharistiæ est potissimum inter omnia sacramenta. Probatur tripliciter: vt patet in litera. Secundò comparantur reliqua sacramenta inter se: & multa dicuntur satis clarè. *Comẽt.*

¶Num extrema vnctio præparetur ad eucharistiam.

¶Dubium tamen vnum restat in hac litera, circa id quod dicitur, q̃ extrema vnctio præparat ad Eucharistiã: oppositum enim apparet, ex eo quòd extrema vnctio datur post viaticũ. *Quæstio.*

¶Ad hoc dicitur, quòd Autor loquitur de effectu extremæ vnctionis secundum se, quum sit enim sanatio quædam, secundum se ordinatur ad perfectam cum Christo coniunctionem animæ, quæ per Eucharistiam fit. Vsus autem postponendi extremã vnctionem, aliunde fu

4. dist. 7. q. 1. ar. 1. q. 3. co. Et dist. 8. q. 1. art. 1. q. 1. Et 4. cõ. cap. 7. 4. col. 2. Et veri. q. 27. artic. 4. con. fi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mitur, de quo infrà.

Annot. ¶In responsione ad secundum, dubiũ quoq; occurrit, quomodo fideles per cõfirmationem deputentur ad speciale officium, spectans ad officium principis: quũ dictum sit, confirmationem cõferre robur, quod constat non esse officium spectans ad principem.

¶Ad hoc dicitur quòd quia cõfirmatio datur in robur confitendi fidem Christi crucifixi, qui est Gentibus stultitia, & Judæis scandalũ, confirmatio est velut cõstitutio militis. Nam milites actus pagilũ fidei in robusta confessione cõsistunt. vnde quia officium militare est officium spectans ad principẽ (eius est enim condere milites, atque ipsos ducere) ideo in litera dicitur, quòd confirmatio est in officium spectans ad principem.

¶ Super Quæstionis sexagesimæquinta Articulum quartum.

Cõment. *Aliàs spiritualia.*

TItulus clarus.

¶In corpore ponitur vna distinctio bimembris de necessario ad finẽ cum singulis cõclusionibus. Distinctio est: Necessarij ad finem est, vel simpliciter, vel vt cõmodius. Prima conclusio est primo modo necessitatis. Tria sacramẽta sunt necessaria ad salutẽ, scilicet baptismus absolutè, pœnitẽtia supposito peccato mortali post baptismũ, & ordo respectu Ecclesiæ. Secunda conclusio est, Reliqua sacramenta sunt necessaria secundo modo.

Annot. ¶Aduerte hic, q; quum ordo ponitur necessarius simpliciter ad salutẽ Ecclesiæ, est sermo de Ecclesia simpliciter & absolutè, & nõ de parte aliqua Ecclesiæ, quæ Ecclesiæ nomen & rationem non nisi defectiuè haberet, puta de collegio monialium aut monachorum seu Eremitarum sine clericis: hæc enim sui defectum manifestant eo ipso quod sine sacramentorũ ministro sint.

4. dist. 7. q. 1. art. 1. qõ. 2. & q. 3. *¶ Super Quæstionis sexagesimætertia Articulum primum.*

artic. 2. q. 1. Cõment. TItulus vt sonat sumendus est.

¶In corpore duo sunt, primò distinguuntur tria considerabilia in baptismo, deinde singula sigillatim manifestantur aperiẽdo eorũ quodlibet. Et primum quidẽ clarè patet in litera. De secũdo autem duo vltima (scilicet res & sacramentum, & res tãtùm) in calce corporis articuli patent. Primũ verò, scilicet, sacramentum tantùm habet aliquid manifestũ: scilicet quòd est exterius quoddã sensibile signũ interioris effectus, ritu sacramentorum. Nam ferè omnia sacramenta in Eucharistia consummantur: vt Dionys. dicit 3. Cæl. Hier. sicut patet quòd ordinari communicant, & etiam baptizari, si sint adulti. Aliorum autem sacramentorum comparatio adinuicem, potest esse multiplex. Nam in via necessitatis, baptismus est potissimum sacramentorum. In via autem perfectionis sacramentum ordinis. Medio autem modo se habet sacramentum confirmationis. Sacramentum verò pœnitentiæ & extremæ vnctionis sunt inferioris gradus à prædictis sacramentis: quia sicut dictum est, ordinantur ad vitam Christianam, non per se, sed quasi per accidens, scilicet in remedium superuenientis defectus. Quæ tamen extrema vnctio comparatur ad pœnitentiam, sicut confirmatio ad baptismum: ita scilicet quòd pœnitentia est maioris necessitatis, sed extrema vnctio est maioris perfectionis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd matrimonium ordinatur ad commune bonum corporaliter. Sed bonum commune spirituale totius Ecclesiæ, continetur substantialiter in ipso Eucharistiæ sacramẽto.

¶Ad secundum dicendum, quòd per ordinem & confirmationem deputantur fideles Christi ad aliqua * specialia officia, quæ pertinent ad officium principis. Et ideo tradere huiusmodi sacramenta, pertinet ad solum Episcopum, qui est quasi princeps in Ecclesia. Per sacramentum verò Eucharistiæ non deputatur homo ad aliquod officium, sed magis hoc sacramentum est finis omnium officiorum, vt dictum est.

¶Ad tertium dicendum, quòd character sacramentalis (sicut supradictum est) est quædam participatio sacerdotij Christi. Vnde sacramentum quod ipsum Christum coniungit homini, est dignius sacramento, quod imprimit Christi characterem.

¶Ad quartum dicendum, quòd ratio illa procedit ex parte necessitatis: sic enim baptismus, cùm sit maximè necessitatis, est potissimum sacramentorum. Sicut ordo & confirmatio habent quandam excellentiam ratione ministerij, & matrimonium ratione significationis. Nihil enim prohibet aliquid esse secundum quid dignius, quod tamen non est dignius simpliciter.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm omnia sacramenta sint de necessitate salutis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd omnia sacramenta sint de necessitate salutis. Illud enim quod non est necessarium, videtur esse superfluum. Sed nullum sacramentum est superfluum: quia Deus nihil facit frustra. Ergo omnia sacramenta sunt de necessitate salutis.

¶Præterea, Sicut de baptismo dicitur, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei, ita de Eucharistia dicitur Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Ergo sicut baptismus est sacramentum necessitatis, ita Eucharistia.

¶Præterea, Sine sacramento baptismi potest aliquis saluus fieri, dummodo non contemptus religionis, sed necessitas sacramentum excludat: vt infrà dicetur. Sed in quolibet sacramento contemptus religionis impedit hominis salutem. Ergo pari ratione omnia sacramenta sunt de necessitate salutis.

¶SED CONTRA est, quòd pueri saluantur per solum baptismum, sine aliis sacramentis.

CONCLVSIO.

¶Tria sunt sacramenta ad salutem necessaria: Baptismus absolutè, pœnitentia existenti in mortali, ordo respectu ecclesiæ: cætera verò sacramenta sunt, quibus commode potius effectum salutis consequimur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd necessarium respectu finis (de quo nunc loquimur) dicitur aliquid dupliciter. Vno modo, sine quo non potest haberi finis: sicut cibus est necessarius vitæ humanæ. Et hoc est simpliciter necessarium ad finem.

Alio modo dicitur esse necessarium id, sine quo non habetur finis ita conuenienter: sicut equus necessarius est ad iter. Hoc autem non est simpliciter necessarium ad finem. Primo igitur modo necessitatis sunt tria sacramenta necessaria. duo quidem personæ singulari: baptismus quidem simpliciter & absolutè, pœnitentia autem supposito peccato mortali post baptismum. Sacramentum autem ordinis est necessarium Ecclesiæ: quia vbi non est gubernator, populus corruet: vt dicitur Prouerb. 11. Sed secundo modo sunt necessaria alia sacramenta: nam confirmatio quodammodo perficit baptismum, extrema vnctio pœnitentiam: matrimonium verò, Ecclesiæ multitudini per propagationem conseruat.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ad hoc quòd aliquid non sit superfluum, sufficit quòd sit necessarium primo vel secundo modo. Et sic sunt necessaria omnia sacramenta: sicut dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd illud verbum Domini est intelligendum de spirituali manducatione, & non de sola sacramentali: vt Augustinus exponit super Ioan.

¶Ad tertium dicendum, quòd licet omnium sacramentorum contemptus sit saluti contrarius. Non tamen est contemptus sacramenti, ex hoc quòd aliquis non curat accipere sacramentum, quod non est de necessitate salutis: aliòquin omnes qui non accipiunt ordinem, & qui non contrahunt matrimonium, contemnerent huiusmodi sacramenta.

QVAESTIO SEXAGESIMASEXTA.

De pertinentibus ad Sacramentum Baptismi, in duodecim articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de singulis sacramentis in speciali. Et primò de baptismo. Secundò de confirmatione. Tertiò, de Eucharistia. Quartò, de pœnitentia. Quintò, de extrema vnctione. Sextò, de ordine. Septimò, de matrimonio.

¶Circa primum occurrit duplex consideratio. Prima de ipso baptismo. Secunda de præparatoriis ad baptismum.

¶Circa primum quatuor consideranda occurrunt. Primò, de his quæ pertinet ad sacramentum baptismi. Secundò, de ministro huius sacramenti. Tertiò, de recipientibus hoc sacramentum. Quartò, de effectu huius sacramenti.

¶Circa primum quæruntur duodecim.

¶Primò, quid sit baptismus, vtrùm scilicet sit ablutio.

¶Secundò, de institutione huius sacramenti.

¶Tertiò, vtrùm aqua sit propria materia huius sacramenti.

¶Quartò, vtrùm requiratur aqua simplex.

¶Quintò, vtrùm hæc sit conueniens forma huius sacramenti, Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.

¶Sextò, vtrùm sub hac forma possit aliquis baptizari, Ego te baptizo in nomine Christi.

¶Septimò, vtrùm immersio sit de necessitate baptismi.

¶Octauò, vtrùm requiratur trina immersio.

¶Nonò, vtrùm baptismus possit iterari.

¶Decimò, de ritu baptismi.

¶Vndecimò, de distinctione baptismatum.

¶Duodecimò, de comparatione baptismatum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm baptismus sit ipsa ablutio.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd baptismus nõ sit ipsa ablutio. Ablutio enim corporalis trãsit. Baptismus autem permanet. Ergo baptismus non est ipsa ablutio, sed potius regeneratio & sigillum, & custodia

Quòd etiam probatur, quia hoc est ratio sacramenti, habet autem aliquid ambiguũ, an scilicet hoc exterius sensibile sit ipsa aqua, an ablutio? Et est ratio dubij. Quia ambo hæc sensibilia in unum materialiter concurrere & necessitio exigi ad baptismũ: nam neq; aqua sine ablutione, neq; ablutio sine aqua ad baptismũ sufficeret ex parte materiæ. Et propterea refert Autor primo opinionẽ quæ videtur Hugonis, quòd est aqua, & te præbelit ipsam, tali ratione: vbi perficitur sanctificatio, ibi perficitur sacramẽtum: sed in aqua nõ perficitur sanctificatio ergo in aqua nõ perficitur sacramẽtũ. Malot probatur: quia sacramẽta nouæ legis sanctificationẽ operantur. Deinde approbat opinionẽ Magistri sententiarum: scilicet quòd baptismũ est ablutio. Quã sic probat: In aqua baptismali est quædã sanctificationis virtus instrumentalis, non permanens, sed fluens in homine, qui est veræ sanctificationis subiectum: ergo sacramẽtum perficitur in applicatione aquæ ad hominem, quæ est ablutio.

¶Circa hãc partem dubiũ occurrit de vigore ac veritate huius propositionis seu rationis: quia si maior illa est vera, scilicet, vbi perficitur sacramentum, vbi perficitur sanctificatio, & propter ea infertur, in aqua nõ perficitur sacramẽtum: quia in illa non perficitur sanctificatio (non enim aqua per baptismũ sanctificatur) eadem ratione potest inferri, q; ablutio non est sacramentum, quia in ea non perficitur sanctificatio: ablutio enim non sanctificatur per baptismũ, sed homo qui abluitur.

¶Ad hoc dicitur, quòd maior quidem est vera: sed diuersa ratio subiiciendi, scilicet aquæ & ablutionis, facit, vt rectè inferatur, aquã nõ esse sacramẽtum, & non teneat illatio de ablutione: aquarum enim & ablutionis differunt in hoc, quòd aqua est res permanẽs, ablutio verò est res successiua. Et quia vnumquodque est in aliquo secundum modum recipientis, ideo cõsequuntur differunt in modo sanctificationis. Namsi in aqua ponitur sanctificatio, sequeretur quòd aqua esset sancta: quia est in se quoddam permanẽs, ac per hoc proprie sanctificaretur. Si verò ponitur, quòd in ablutione perficitur sanctificatio, non sequitur quòd ipsa ablutio fiat de huiusmodi sanctificatione sancta: quia ablutio nõ est sui ipsius, sed ablutione est in ipsa, sed in abluto, ac per hoc non ea ratione sanctificationem sortitur, vt fortiùs sit, sed vt abluti fit: hoc est, vt abluto sanctificetur ipsam deferente sanctificationem in ablutum. Et (vt vno verbo dicatur) quia ablutio importat terminũ, qui abluitur, perficitur sanctificatione in ablutione intelligitur secũdũ suũ terminũ, seu in incluso termino. Quoddo aqua nõ potest intelligi: quia significat tem permanẽté, & nõ tem transeuntẽ in aliũ, sicut est ablutio. Vnde & in litera probatur, ablutionem, & nõ aquã esse sacramentũ: quia virtus instrumentalis ibi existẽs est quædã sanctitas fluẽs in homine, qui baptizatur: fluẽs autẽ non est aqua, sed ablutio.

¶ Super Quæstionis sexagesimæsextæ Articulum secundum.

Cõment. TItulus clarus est.

¶In corpore ponitur vna distinctio bimembris: Institutio baptismi potest intelligi quo ad duo, vel quo ad ipsum sacramẽtum, vel quo ad obligationẽ accipiendi ipsum sacramẽtum. Et ponũtur singulæ cõclusiones iuxta singula membra. Prima cõclusio est: Baptismus institutus est quo ad ipsum sacramentũ, quandilo Christus est baptizatus. Probatur: quia nũc habuit vim regenerationis. Secunda cõclusio est: Baptismus institutus fuit quo ad necessitatẽ viendi illo, post Christi passionem & resurrectionem. Probatur: quia Apostolus dicit Roman. 6. Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, &c.

4. dist. 3. art. 1. Et dist. 8. q. 1. art. 3. q. 3. ad 2.

¶Præterea, Sacramenta nouæ legis efficaciam habent ex mandato Christi. Sed Christus mandatum baptizandi dedit discipulis post passionem & resurrectionem suam, dicens, Euntes docete omnes Gentes, baptizantes eos in nomine Patris, &c. vt habetur Matth. vlt. Ergo videtur quòd post passionem Christi, baptismus fuerit institutus.

¶Præterea, Baptismus est sacramentum necessitatis (vt suprà dictum est) & ita videtur, quòd ex quo baptismus institutus fuit, homines obligarentur ad baptismum. Sed ante passionem Christi, homines non obligabantur ad baptismum: quia adhuc circuncisio suam virtutem habebat, in cuius locum successit baptismus. Ergo videtur quòd baptismus non fuerit institutus ante passionem Christi.

¶SED CONTRA est quod Augustinus dicit in quodam sermone de Epiphania, Ex quo Christus in aqua mergitur, ex eo omnium peccata abluit aqua. Sed hoc fuit ante Christi passionem. Ergo videtur quòd baptismus ante Christi passionem fuerit institutus.

CONCLVSIO.

¶ Baptismus, inquantum sacramentum est, fuit institutus in Christi baptismo, fuit tamen quo ad necessitatem vtendi illo institutus post Christi passionem

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut dictum est suprà) sacramenta ex sui institutione habent quòd conferãt gratiam. Vnde tunc videtur aliquod sacramentum institui, quando accipit virtutem producendi suum effectum. Hanc autem virtutem accepit baptismus, quãdo Christus est baptizatus. Vnde tunc verè baptismus institutus fuit quantum ad ipsum sacramentum.

Sed necessitas vtendi hoc sacramento, indicta fuit hominibus post

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis sexagesimæsextæ Articulum tertium.*

Cōment. TItulus clarus est.
¶ In corpore vna conclusio: Aqua est propria materia baptismi. Quæ conclusio absolute probatur ex institutione diuina. Quo ad congruentiam verò probatur in litera quia propriè dicitur, in qua omnia clara sunt.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæsextæ Articulum quartum.*

Annot. IN titulo simplex sumitur, vt dictum, quia non erat admissum compositū, & quomodolibet adiunctum.

Cōment. ¶ In corpore tria fiunt. Primò distinguuntur modi quibus aqua amittere potest simplicitatem. Secundò respondetur quæstio de aqua tranſmutata per artem. Et tertiò reſpōdetur quæſito de aqua tranſmuta ta per naturā. Et clarè patent omnia in litera.

* *Aliàs aggravari.*

Post passionem & resurrectionem: tum quia in passione Christi terminata sunt figuralia sacramenta, quibus succedit baptismus & alia sacramenta nouæ legis: tum etiam quia per baptismum configuratur homo passioni & resurrectioni Christi, inquantum moritur peccato, & incipit nouam iustitiæ vitam. Et ideo oportuit Christum prius pati & resurgere, quàm hominibus indiceretur necessitas se configurandi morti & resurrectioni eius.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd etiam ante passionem Christi baptismus habebat efficaciam à Christi passione, inquantum eam præfigurabat. Aliter tamen quam sacramenta veter. legis: nam illa erant figuræ tantùm: baptismus autē ab ipso Christo virtutem habebat iustificandi, per cuius virtutem ipsa etiam passio salutifera fuit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd homines non debebant multiplicibus figuris * arctari per Christum, qui venerat sua veritate figuras impletas auferre. Et ideo ante passionem suam baptismum institutum non posuit sub præcepto, sed voluit ad eius exercitium homines assuefieri, & præcipuè in populo Iudæorum, apud quem omnia facta figuralia erant: vt Augu. dicit contra Faustum.

Post passionem verò & resurrectionem, non solùm Iudæis, sed etiam Gentilibus sub præcepto necessitatem baptismi imposuit, dicens, Euntes docete omnes Gentes.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sacramenta non sunt obligatoria, nisi quando sub præcepto ponuntur. Quod quidem non fuit ante passionem, vt dictū est. Quod enim Dominus ante passionem Nicodemo dixit Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei, magis videtur ad futurum respicere, quàm ad præsens tempus.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm aqua sit propria materia baptismi.

4. dist. 3. ar. 3. q. 1. Et di. 17 q. 3. art. 4. q. 2. Et 4. cō c. 39. Et quol. 2. art. 10. co. Et Io. 3. co. 4.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd aqua non sit propria materia baptismi. Baptismus enim secundum Dion. & Damasc. habet vim illuminatiuam. Sed illuminatio maximè cōpetit igni. Ergo baptismus magis debet fieri in igne quàm in aqua: præsertim cùm Ioan. Baptista prænuntians Christi baptismum, dicat, Ille vos baptizabit in Spiritu sancto & igni.

¶ Præterea, In baptismo significatur ablutio peccatorum. Sed multa alia sunt ablutiua, quam aqua: sicut vinum, & oleum, & huiusmodi alia. Ergo etiam in his potest fieri baptismus. Non ergo aqua est propria materia baptismi.

¶ Præterea, Sacramenta Ecclesiæ fluxerunt de latere Christi, pendentis in cruce: vt supra dictum est. Sed inde fluxit non solùm aqua, sed etiam sanguis. ergo videtur quòd etiam in sanguine possit fieri baptismus. Qui etiam videtur magis conuenire cum causa & effectu baptismi: quia dicitur Apoc. 1. Lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.

¶ Præterea, Sicut Aug. & Beda dicunt, Christus tactu suæ mūdissimæ carnis vim regeneratiuam & purgatiuā contulit aquis. Sed non omnis aqua continuatur cum aqua Iordanis, quam Christus tetigit sua carne. ergo videtur quòd non in omni aqua possit fieri baptismus. & ita aqua, inquantum huiusmodi, non est propria materia baptismi.

¶ Præterea, Si aqua secundum se esset propria baptismi materia, non oporteret aliquid aliud fieri circa aquam, ad hoc, quòd in ea baptismus fieret. Sed in solenni baptismo aqua, in qua debet celebrari baptismus, exorcizatur & benedicitur. ergo videtur quòd aqua secundum se non sit propria baptismi materia.

¶ SED CONTRA est quod Dominus dicit Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

CONCLVSIO.

¶ Conueniens baptismi materia, aqua potius est quàm ignis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ex institutione diuina, aqua est propria materia baptismi. Et hoc conuenienter. Primò quidem, quàtum ad ipsam rationem baptismi, qui est regeneratio in spiritualem vitā: quòd maximè congruit aquæ. Vnde & semina, ex quibus generātur omnia viuentia, scilicet plantæ & animalia, humida sunt: & ad aquā pertinent. Propter quod quidam Philosophi posuerunt aquam omnium rerum principium.

Secundò quātum ad effectus baptismi, quibus cōpetunt aquæ proprietates, quæ sua humiditate lauāt: ex quo conueniens est ad significādam & causandam ablutionem peccatorum. Sua frigiditate etiā temperat superfluitatem caloris: & ex hoc competit ad mitigandam concupiscentiam somitis. Sua diaphanitate est luminis susceptiua: vnde competit baptismo inquātum est fidei sacramentum. Tertiò, quia conuenit ad repræsentādum mysteria Christi quibus iustificamur. Vt enim dicit Chrysost. super illud Ioan. Nisi quis renatus fuerit, &c. sicut in quodam sepulchro, in aqua submergentibus nobis capita, vetus homo sepelitur, & submersus deorsum occultatur, & deinde nouus rursus ascendit.

Quartò, quia ratione suæ communitatis & abundātiæ est conueniens materia necessitati huius sacramenti. Potest enim vbique de facili haberi.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illuminatio pertinet ad ignem actiuè. Ille autem qui baptizatur, non efficitur illuminās, sed illuminatus per fidē, quæ est ex auditu, vt dicitur Ro. 10. Et ideo magis competit aqua baptismo, quàm igni. Quod autem dicitur, Baptizabit vos in Spiritu sancto & igni, potest per ignem (vt Hier. dicit) intelligi Spiritus sanctus, qui sui super discipulos in igneis linguis apparuit: vt dicitur Act. 2. Vel per ignem potest intelligi tribulatio: vt Chrysost. dicit super Matth. quia tribulatio peccata purgat, & concupiscentiam deminuit. Vel quia, vt Hilar. dicit super Matth. baptizatis in Spiritu sancto, reliquum est consummari igne iudicij.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vinum & oleum non communiter assumuntur ad vsum ablutionis, sicut aqua. Nec etiā ita perfectè abluunt: quia ex eorum ablutione remanet aliqua infectio, quātum ad odorem: quod non contingit de aqua. Illa etiam non ita communiter & abundāter habentur, sicut aqua.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex latere Christi fluxit aqua ad abluendum: sanguis autem ad redimentum. Et ideo sanguis competit sacramento Eucharistiæ: aqua autē sacramento baptismi, qui tamen habet vim ablutiuam ex virtute sanguinis Christi.

¶ Ad quartum dicendum, quòd virtus Christi deriuata est ad omnem aquam, non propter continuitatem loci, sed propter similitudinem speciei. Vnde dicit August. in quodam sermo Epiphaniæ. Quæ de Saluatoris baptismate benedictio fluxit, tanquam fluuius spiritalis, omnium gurgitum tractus, vniuersorum fontium venas impleuit.

¶ Ad quintum dicendum, quòd illa benedictio, quæ adhibetur aquæ, non est de necessitate baptismi. Sed pertinet ad quādā solemnitatem: per quam excitatur deuotio fidelium, & impeditur astutia dæmonis, ne impediat baptismi effectum.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm ad baptismum requiratur aqua simplex.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd ad baptismum non requiratur aqua simplex. Aqua enim, quæ apud nos est, non est aqua pura. quod præcipuè apparet de aqua maris, in qua plurimum admiscetur de terrestri, vt patet per Philosoph. in lib. Meteo. Et tamen in tali aqua potest fieri baptismus. Ergo non requiritur aqua simplex, & pura ad baptismum.

¶ Præterea, In solēni celebratione baptismi, aquæ infunditur chrisma. Sed hoc videtur impedire puritatem & simplicitatem aquæ. Ergo aqua pura & simplex non requiritur ad baptismum.

¶ Præterea, Aqua fluens de latere Christi pendentis in cruce, fuit signum baptismi: vt dictum est. Sed aqua illa non videtur fuisse aqua pura: eo q̄ in corpore mixto (cuiusmodi fuit corpus Christi) non sunt elementa in actu. Ergo videtur quòd non requiratur aqua pura vel simplex ad baptismum.

¶ Præterea, Lixiuium non videtur esse aqua pura: habet enim contrarias proprietates aquæ, scilicet calefaciendi & desiccādi & tamen in lixiuio videtur posse fieri baptismus: sicut & in aquis balneorum, quæ transeunt per venas sulphureas, sicut & lixiuium colatur per cineres. Ergo videtur quòd aqua simplex non requiratur ad baptismum.

Præterea

¶ *Super Quæstionis sexagesimæsextæ Articulum quintum.*

Cōment. TItulus clarus.
¶ In corpore vna cōclusio: Hæc est consequens forma baptismi. Ergo baptizo, &c. Probatur: Baptismus per suam formā conferuntur ergo oportet q̄ in forma baptismi exprimatur illi* causa: ergo oportet q̄ in forma baptismi exprimatur illius causa: ergo oportet in forma baptismi de duplici, scilicet principali & instrumentali, causa fieri mētio: ergo hæc est cōsequens: forma, Ego baptizo, &c. Antecedēs probatur autoritatibus Apostoli & Augusti, in quæ supponendo sunt dicta, scilicet q̄ verba sine formæ sacramēto nil, vt ima consequens non aliter probatur in litera, ex forte ratione, quia cōsecratio per formam, hoc est verbo, manifestè dependet à causa efficaci sanctificante verbo dante verbis. Secūda verò consequentia probatur: q̄ baptismus duplicē habet causam. Et nota, quòd hæc cōsequentia cum sua probatione quo ad causam instrumētalem, nō nisi de congruo tenet: quoniam efficacia verborū ab est à ministro, sed à sanctā Trinitate, quæ est causa principalis, vt de & Christ. in forma baptismi non exprimit causam instrumentalē, hoc est ministrum.
Annot. * In responsione ad quæ tum recitata esset quæstio de pluralitate baptismi, nisi ad sextum articulū, si quæris quæstiōnis referuatur. Vbi ex propositio Autor articulum hunc mouebit, hic enim incidēter tractatur propter illa verba formæ, Ego te, &c.
¶ *Nam tantum in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti, & non genitoris geniti, & ab vtroque procedentis conferri potest baptismus.*
Duplex. In respōsione ac septimum dubiū magnū occurrit circa vltima verba. Nisi in aliis nominibus potest etiam sacramētum, an vera sint, vt iacent. Et est ratio dubitandi, quoniā superius in art. 3. q. 60. affirmatiuus opposito. Et Autorites dixit, quòd licet verba contra ponerentur probata nihil significēt ex virtute impositionis, accipiuntur tamē significatiua ex accommodatione vsus: & ideo non tollitur veritas sacramenti.
¶ Ad hoc dicitur, quòd licet hæc verba Autoris ponerentur non esse vera baptismus, si dicatur, Ego te baptizo in nomine Genitoris & Geniti, & Spiritus sancti, & hoc idē seruiret Scotus & Durandus in tertia distinct. 4. sent. quia tamē hoc ex sacræ Scripturæ autoritate dependet, & durum videtur ideo rationes eorū discutiendæ sunt. Maxima igitur ratio eorum est, quia Christus sic instituit Matth. vlt. Baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti: ex hoc enim iniectur, vt in qualibet lingua nominibus significatiuis Patrem, Filium & Spiritum sanctum. Et notantes dicitur, significatiuis, & non, cōnotantibus, aut implicitè infinuatibus.
Et ratio specialis horum nominum assignatur, quia significat ipsas personas diuinas, alia verò nomina significant proprietates aut actus aliquos earum. Reliqua verò omnia, quia vt probabilia videntur, afferre omittimus, vbi necessaria perscrutamur.
¶ Ad euidentiam difficultatis huius sciēdum est, quòd propositio illa maxima. Mutatio nō minus quo ad significatum tollit veritatem sacramēti, potest, quando ad propositū spectat, intelligi dupliciter, vel quo ad significatum ex vi nominis, vel quo ad significatum ex accommodatione vsus. Et si primo modo fiat mutatio, potest fieri vel quo ad significatum formale, vel quo ad significatum materiale, vel quo ad vtrumq;. Verbi gratia, Pater quam paternitatē significat forma liter, vt docet Aristotel. materialiter verò significat subiectum habens paternitatem, quod idem secundum Aurecen principali et dictiui significati Patris nō mineus cōprehendendo vtrumque, patet ergo significat habentem paternitatem. Vnde si loco Patris ponatur Deus creator, erit mutatio quo ad formale significatū quia genitor significat actum generandi, pater autem relationem, sed non erit mutatio quo ad significatū materiale: quia vnus atq; idem est generās & pater. Si verò loco patris poneretur paternitas, non mutaretur significatum formale, sed abstraheretur à materiali. Si autē loco patris poneretur mater, esset mutatio quo ad vtrumq; significatū. Dicitur itaque secundum dictorū opinionem Doctorum, quòd mutatio nominū quo ad significatum ex vi nominis, siue forma le tātum, siue materiale tantū, siue vtrumq; tollit veritatem baptismi.
Ego autem considerans ptiorum Patrum dicta, ab his dissentio motus ex ratione quòd sicentiras nominū quo ad significatū secundo modo accipienda est in propositiō vt scilicet tūc solum

Infrà q. 8. 4. art. 3. co. Et 4. dist. 3. ar. ti. 2. q. 1. 3. Co. 1 lec. 2. col. 3.

¶ Præterea, Aqua rosacea fit per sublimationem à rosis, sicut etiam aquæ alchimicæ generantur per sublimationem ab aliquibus corporibus. Sed in his aquis, vt videtur, potest fieri baptismus, sicut & in aquis pluuialibus, quæ per sublimationem vaporum generātur. Cùm igitur huiusmodi aquæ non sint puræ & simplices, videtur quòd aqua pura & simplex non requiratur ad baptismum.

¶ SED CONTRA est, quòd propria materia baptismi est aqua, vt dictum est. Sed speciem aquæ non habet nisi aqua simplex. ergo aqua pura & simplex de necessitate requiritur ad baptismum.

CONCLVSIO.

¶ In quacunque aqua quomodocunque transmutata, dummodo non soluatur species aquæ, potest fieri baptismus.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd aqua suam purit tem & simplicitatem potest amittere dupliciter. Vno modo per mixtionem alterius corporis. alio modo per alterationem. Vtrunque autem horum contingit fieri dupliciter, scilicet per artem & per naturam. Ars autem deficit ab operatione naturæ: quia natura dat formam substantialem, quod ars facere non potest. Sed omnes formæ artificiales sunt accidentales, nisi forte apponendo proprium agens ad propriam materiam: sicut ignem cōbustibili, per quem modum à quibusdam quædam animalia per putrefactionem generantur. Quæcunque igitur tranſmutatio circa aquam facta est per artem, siue cōmiscendo, siue alterando, non trāsmutatur species aquæ. Vnde in tali aqua potest fieri baptismus, nisi fortè aqua admisceatur per artem in tam paruā quantitate alicui corpori, quòd compositum magis sit aliud quàm aqua: sicut lutum magis est terra quàm aqua: & vinum lymphatum magis est vinum quàm aqua. Sed tranſmutatio, quæ fit à natura, quandoque quidem speciem aquæ soluit: & hoc fit quando aqua efficitur per naturam de substantia alicuius corporis mixti: sicut aqua conuersa in liquorem vuæ, est vinum, vnde non habet speciem aquæ. Aliquando autem fit per naturā tranſmutatio aquæ sine solutione speciei, & hoc tam per alterationem (sicut patet de aqua calefacta à sole) quàm etiam per mixtionem: sicut patet de aqua fluminis, turbida ex permixtione terrestrium partium. Sic ergo dicendum est, quòd in qualibet aqua qualitercunque tranſmutata, dummodo non soluatur species aquæ, potest fieri baptismus: si verò soluatur species aquæ, non potest fieri baptismus.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd tranſmutatio facta in aqua maris, & etiam in aliis aquis, quæ penes nos sunt, non est tāta, quòd soluat speciem aquæ. Et ideo in huiusmodi aquis potest fieri baptismus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd admixtio chrismatis, nō soluit speciem aquæ: sicut nec etiam aqua decoctionis carnium, aut aliorū huiusmodi. Nisi fortè sit facta tanta resolutio corporum lixatorum in aqua, quòd liquor plus habeat de aliena substantia, quam de aqua, quod ex spissitudine perspici potest. Si tamen ex liquore sic inspissato exprimatur aqua subtilis, potest in ea fieri baptismus: sicut & in aqua, quæ exprimitur ex luto, licet in luto baptismus fieri non possit.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd aqua fluens de latere Christi pendentis in cruce, nō fuit humor phlegmaticus, vt quidam dixerūt. In tali enim humore nō posset fieri baptismus: sicut nec in sanguine animalis, aut in vino, aut quocunq; liquore alicuius plantę. Fuit autē aqua pura, miraculosè egrediens à corpore mortuo, sicut & sanguis, ad comprobādam veritatem Dominici corporis, contra Manichæorum errorem, vt scilicet per aquam (quæ est vnū quātuor elementorū) ostenderetur corpus Christi verè fuisse compositum ex quatuor elemētis: per sanguinē verò ostēderetur esse compositum ex quatuor humoribus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in lixiuio, & in aquis sulphureorum balneorum, potest fieri baptismus: quia tales aquæ non incorporantur per artem vel naturam aliquibus corporibus mixtis, sed solùm alterationem quandam recipiunt, ex hoc quòd transeunt per aliqua corpora.

¶ Ad quintum dicendum, quòd aqua rosacea est liquor rosæ resolutus. Vnde in ea non potest fieri baptismus, & eadem ratione nec in aquis alchimicis, sicut nec in vino. Nec est eadem ratio de aquis pluuialibus: quæ generātur ex maiori parte ex sublimatione vaporū resolutorum ex aquis. Minimum autem est ibi de liquoribus corporū mixtorum: qui tamen per huiusmodi sublimationem virtute naturæ, quæ est fortior arte, resoluuntur in veram aquam: quod ars facere non potest. Vnde aqua pluuialis nullī proprietatem retinet alicuius corporis mixti: quod de aquis rosaceis & aquis alchimicis dici non potest.

ARTICVLVS V

¶ Vtrùm hæc sit conueniens forma baptismi, Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd hæc non sit conueniens forma baptismi, Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Actus enim magis debet attribui principali agenti, quàm ministro. Sed in sacramento minister agit vt instrumentū (vt supra dictum est) principale autem agens in baptismo est Christus: secundū illud Ioan. 1. Super quem videris Spiritum descendentem & manentem, hic est qui baptizat. Inconuenienter ergo minister dicit, Ego te baptizo: præsertim quia in hoc quod dicitur Baptizo, intelligitur ego: & sic videtur superfluè apponi.

¶ Præterea, Non oportet quòd ille qui aliquē actum exercet, de actu exercito faciat mentionem: sicut ille qui docet, nō oportet quòd dicat, Ego vos doceo. Dominus autem simul tradidit præceptum baptizandi & docendi, dicens, Matth. vlt. Euntes docete omnes Gentes, &c. Ergo non oportet quòd in forma baptismi fiat mentio de actu baptismi.

¶ Præterea, Ille qui baptizatur, quandoq; non intelligit verba: puta si sit surdus aut puer. Frustrā autem ad talem sermo dirigitur: secundū illud Eccl. 32. Vbi non est auditus, non effundas sermonem. Ergo inconuenienter dicitur, Ego te baptizo, sermone directo ad eū qui baptizaretur.

¶ Præterea, Contingit simul plures baptizari à pluribus: sicut Apostoli baptizauerunt vna die tria millia, & alia die quinque millia, vt dicitur Act. 2. & 4. Non ergo debet for-

Universidad de Deusto
Biblioteca

solum fit variatio nominũ quo ad significatum quãdo variatur signi ficatũ ad quod ex accõmodatione vsus in forma sacramenti applicatur. Exempli causa, Quum dicitur in forma baptismi, In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, pater ex accõmodatione vsus, applicatur ad significãdum primũ personã Trinitatis, & similiter Filius ad significãdum personam, quæ secunda est in Trinitate, & simile est de nomine Spiritus sancti. Nam ex vi nominũ, nec omnia simul significant illas tres personas diuinas, nec aliquod eorũ significat aliquam personã illarum, quodlibet enim eorũ ex vi nominis cõmune est multis: vt de se patet. Ex hoc itaq; & in hoc pẽdet tota quæstio, penes quid attẽdatur vnitas vel diuersitas significati per nomẽ sacramẽtale. Attẽdentes enim ad communẽ rationem eiusdẽ, vel diuersæ significationis nominũ, oportet cõsequenter dicere diuersum esse significatũ quãdo formale seu principale significatum ex vi nominis est diuersum. Respiciẽtes verò ad speciale vsum nominũ sacramẽtalium, cõsequenter dicimus, nunc solùm variari significatũ, quãdo nõ significatur illud, ad quod ex accõmodatione vsus signi ficandũ applicatum est. Et propterea si loco Patris ponatur Genitor, & loco Filij ponatur Genitus (quia eadem personæ significãtur) non variatur significatio, quãtunq; cunque sub alia & alia ratiõe significẽtur personæ, per hæc & illa nomina. Probatur autem sic debere accipi in proposito idem vel diuersum significard. Primò autoritate sedis apostolicæ de cõsec. dist. 4. ca. à quodã. Vbi Nicolaus Papa reddẽs rationem, quare baptismus præcepit in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, valet in nomine Christi, dicit, quia vnũ & idem est prorsus dubio significatum. Ex quo loco manifestè patet idẽticatem significati per formam baptismi, nõ attendi secundum cõmunem nominũ significationem, sed secundũ id, ad quod significandum accõmodata sunt nomina. Ad hoc enim aspiciẽdo, idẽ significatur per Christũ implicitè, quod per Patrem & Filium & Spiritum sanctũ, explicitè.

Secundo autoritate Ambrosij in primo lib. de Spiritu sancto, ca. 1. Vbi de forma baptismi loquẽs, loco Filij ponit Christũ, loco Patris ponit, à quo vnctus est Christus, & loco Spiritus sancti ponit, quo vnctus est Christus. Ex qua doctrina clarè habet, q̃ sufficit personas diuinas significare secũdum Ambrosiũ ex actione puta vnctione: ergo ma gis sufficiet significare illas ex generatiõe. Tertiò ex autoritate generalis cõsilij Florentini sub Eugenio IIII. Vbi institutionem Domini de forma baptismi, interpretati sunt patres ma baptismi determinari in singulari numero, vt dicatur, Ego te baptizo: sed potest dici nos vos baptizamus.

¶Præterea, Baptismus virtutem habet à passione Christi. Sed per formã baptismus sanctificatur. Ergo videtur quòd in forma baptismi debeat fieri mentio de passione Christi.

¶Præterea, Nomen designat proprietatem rei. Sed tres sunt proprietates personales diuinarum personarum, vt in Prima parte dictum est. Non ergo debet dici, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, sed, in nominibus.

¶Præterea, Persona patris non solùm significatur nomine Patris, sed etiam nomine Innascibilis & Genitoris. Filius autem significatur nomine Verbi & Imaginis & Geniti. Spiritus etiam sanctus potest significari nomine Doni & Amoris procedentis. ergo videtur quòd etiam his nominibus vtendo, perficiatur baptismus.

¶SED CONTRA est quod Dominus dicit Matt. vlt. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.

CONCLVSIO.

¶Hæc est cõueniens baptismi forma, Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.

¶RESPONDEO dicendum, quòd baptismus per suam formam consecratur: secundum illud Ephes. 5. Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. & Aug. dicit in lib. de vnico baptismo, quòd baptismus verbis euangelicis consecratur. Et ideo oportet, q̃ in forma baptismi exprimatur causa baptismi. Est autem eius duplex causa. Vna quidem principalis, à qua virtutem habet: quæ est sancta Trinitas. Alia autem in instrumentalis, scilicet minister, qui tradidit exterius sacramentum. Et ideo oportet, in forma baptismi, de vtroque fieri mentionem. Minister autem tangitur, cùm dicitur, Ego te baptizo. Causa autem principalis, cùm dicitur, In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Vnde hæc est est cõueniens forma baptismi, Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd actio attribuitur instrumento sicut immediatè agenti: attribuitur autem huiusmodi actio principali agenti, sicut in cuius virtute instrumentum agit. Et ideo in forma baptismi conuenienter significatur minister, vt exercens actum baptismi, per hoc quod dicitur, Ego te baptizo: sicut & ipse Dominus baptizandi actum attribuit ministris, dicens, Baptizantes eos, &c. Causa autem principalis significatur, vt in cuius virtute sacramentum agitur, per hoc quod dicitur, In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti: non enim Christus baptizat sine Patre & Spiritu sancto. Græci autem non attribuunt actum baptismi ministris: ad euitandum antiquorum errorem, qui virtutem baptismi baptizantibus attribuebant, dicentes, Ego sum Pauli, & ego Cephæ. Et ideo dicunt, Baptizetur seruus Christi, talis, in nomine Patris, &c. Et quia exprimitur actus exercitus per ministrum cum inuocatione Trinitatis & non limitauerit se ad inuocationẽ Trinitatis per hæc præcise nomina, Pater & Filius & Spiritus sanctus. Legimus enim ibi sic ista forma baptismi, si exprimitur actus, qui per ipsum exercetur ministrũ, cum simile Trinitatis inuocatione perficitur sacramẽtum. Quarto, ex cõmuni Ecclesiæ cõfessione. Fatemur enim omnes sanctã Trinitatem non tione Trinitatis, verum perficitur sacramentum. Quod autem additur Ego in forma nostra, non est de substantia formæ, sed ponitur ad maiorem expressionem intentionis.

¶Ad secundum dicendum, quòd quia ablutio hominis in aqua, propter multa fieri potest, oportet quòd determinetur in verbis formæ ad quid fiat. Quod quidem non fit per hoc quod dicitur, In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti: quia omnia in tali nomine facere debemus: vt habetur Coloss. 3. Et ideo si non exprimatur actus baptismi vel per modum nostrum, vel per modum Græcorum, non perficitur sacramentum, secundum illam Dec. Alex. III. Si quis puerum ter in aqua immerserit in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, amen: & non dixerit, Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti amen, non est puer baptizatus.

¶Ad tertium dicendum, quòd verba quæ proferuntur in formis sacramentorum, non pronuntiantur solùm causa significandi, sed etiam causa efficiendi, inquantum habent efficaciam ab illo verbo, per quod facta sunt omnia. Et ideo conuenienter diriguntur non solùm ad homines non intelligentes, sed etiã ad creaturas insensibiles, vt cùm dicitur, Exorcizo te creatura salis.

¶Ad quartum dicendum, quòd plures simul non possunt vnum baptizare: quia actus multiplicatur secundum multiplicationem agentium, si perfectè ab vnoquoque agatur. Et sic si conuenirent duo, quorum vnus esset mutus, qui non posset proferre verba, & alius carens manibus, qui non posset exercere actum: non possent ambo simul baptizare, vno dicente verba, & alio exercente actum. Possunt autem (si necessitas exigit) plures simul baptizari: quia nullum eorum reciperet nisi vnum baptismum. Sed tunc oportebit dicere, Ego baptizo vos. Nec erit mutatio formæ: quia vos nihil aliud est, quàm te, & te. Quod autem dicitur, nos, non est idem dicere, quod ego & ego, sed ego & tu, & sic iam mutaretur forma. Similiter autem mutaretur si diceretur, ego baptizo me. Et ideo nullus potest baptizare seipsum: propter quod & Christus à Ioanne voluit baptizari: vt dicitur extrà de baptismo & eius effectu c. debitum.

¶Ad quintum dicẽdum, quòd passio Christi, etsi sit principalis causa respectu ministri: est tamen causa instrumentalis respectu sanctæ Trinitatis. Et ideo potius commemoratur Trinitas, quàm passio Christi.

¶Ad sextum dicendum, quòd etsi sint tria nomina personalia trium personarum: est tamẽ nomen vnum essentiale. Virtus autem diuina quæ operatur in baptismo, ad essentiam pertinet: & ideo dicitur, in nomine, & non, in nominibus.

¶Ad septimum dicendum, quòd sicut aqua sumitur ad baptismum: quia eius vsus est cõmunior ad abluendum: ita ad significandum tres personas, in forma baptismi assumitur illa nomina, quibus communius cõsueuerũt nominari personæ in illa lingua. Nec in aliis nominibus perficitur sacramentum.

vsus communior enim & minus communis vsus non variat significationem nominis, vt de se patet. Si quis autem putat intelligenda hæc verba, vt sonant, dicat vt sibi placet.

¶super Quæstionis sexagesimæsextæ Articulum sextum.

Titulus clarus.

¶In corpore vnica est conclusio: Quicquid deest ad inuocationem plenã Trinitatis, tollit integritatem baptismi. Probatur: sacramentum habet efficaciam ab institutione Christi: ergo si prætermittatur aliquid eorum, quæ Christus instituit circa sacramẽtum, tollitur efficacia eius: ergo si prætermittatur plena inuocatio Trinitatis in baptismo, tollitur integritas baptismi. Et probatur hæc vltima consequentia: quia Christus instituit baptismum in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Deinde excludit Autor respõsionem dicẽtem quòd sufficit inuocare Trinitatẽ implicitè, vel quia in inuocatione vnius personæ includitur alia: vel quia recta fide interiori inuocantur omnes personæ, quamuis totaliter non explicentur omnes. Contra hãc responsionẽ arguit Autor: quia sacramentum sicut constat ex materia sensibili, ita debet constare ex forma sensibili: ergo per hoc nec intellectus cognoscens in vna persona aliam, nec fides recta de omni bus personis supplere defectum formæ sensibilis per confirmatur ex baptismo Christi: quoniã ibi tres psonæ in forma sensibili apparuerunt. Adnotate hãc, hæc Autoris verba directè excludere respõsiones sumptas ex tertio capitulo libri primi Ambrosij de spiritu sancto, relata à Magistro sententia. Distinct. 4.

¶Aduerte secundò, tractatis hic duas quæstiones tanquam vnam: altera si quidem quæstio est, an baptismus, in quo omittitur inuocatio alicuius personæ Trinitatis, sit verus. Altera verò quæstio est, an baptismus celebratus in nomine Christi, sit verus. Et Magister quidem sententiarum separatim eas tractat, Autor verò coniunctim vt hic patet. Ille non idem de vtraque quæstione iudicium habet, ille idem sentit de vtraque eadem ratione: pura quia Christus nomen vnius personæ est. Et propterea non directè in litera respondit quæsito, puta baptismus in nomine Christi non potest dari, sed vniuersalem negatiuam pro responsione dedit, scilicet non potest baptismus dari omisso quocunque ad plenam inuocationem Trinitatis requisito.

Circa has quæstiones dubia adhuc sententia pendere videtur, si rationem sequimur. si autem autoritati innitimur, altera pro determinata ab Ecclesia habetur, altera autem tanquam dubia tenetur. Quæstio siquidem ista, an omissio alicuius nominis trium personarum tollat veritatem baptismi, determinata inuenitur à Zacharia Papa, de consecr. distin. 4. cap. in synodo, pro parte affirmatiua, scilicet quòd omissio talis tollit veritatem baptismi. Quanuis fortè glossa posset à defensoribus doctrinæ: quam videtur infinuare Ambrosius proferri, scilicet quòd omissio talis nominis non tollit veritatem baptismi, nisi ratione litera apparet. Quæstio autem quæstio de baptismo in nomine Christi, an valeat, determinata inuenitur à Nicolao Papa, per rationem subiunctam ibidem ab ipso Papa. Altera autem quæstio de baptismo in nomine Christi, an valeat, determinata inuenitur à Nicolao Papa, in cap. à quodam. de consecr. distinct. 4. pro parte affirmatiua, scilicet quòd valet. Videtur autem non inconuenienter fore, si fundamenta partium discutiantur, vt veritas elucescat. Quòd enim baptismus in nomine Christi non valeat: probatur primò ratione in litera posita: scilicet quia forma debet esse sensibilis. Probatur deinde: Prima professio fidei debet esse integra sicut actu interiori, ita actu exteriori. Et hæc ratio sumpta videtur ex Zacharia Papa vbi suprà. Probatur demum autoritatibus: quarum prima est Pelagij Papæ, de consecr. dist. 4. ca. si quis. Secunda. dicentis, vt habes in litera. Altera est eiusdem Pelagij, in eadẽ dist. in cap. Tertia. dicentis, Multi sunt qui in nomine solùmodo Christi se asserunt baptizare: Euangelicũ verò præceptum ipso Deo & Domino saluatore nostro Iesu Christo

¶Num baptismus in nomine Christi valeat.

¶Videtur autem non inconuenienter fore, si fundamenta partium discutiantur, vt veritas elucescat. Quòd enim baptismus in nomine Christi non valeat: probatur primò ratione in litera posita: scilicet quia forma debet esse sensibilis. Probatur deinde: Prima professio fidei debet esse integra sicut actu interiori, ita actu exteriori. Et hæc ratio sumpta videtur ex Zacharia Papa vbi suprà. Probatur demum autoritatibus: quarum prima est Pelagij Papæ, de consecr. dist. 4. ca. si quis. Secunda. dicentis, vt habes in litera. Altera est eiusdem Pelagij, in eadẽ dist. in cap. Tertia. dicentis, Multi sunt qui in nomine solùmodo Christi se asserunt baptizare: Euangelicũ verò præceptum ipso Deo & Domino saluatore nostro Iesu Christo

ARTICVLVS VI.

¶Vtrùm in nomine Christi possit dari baptismus.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd in nomine Christi possit dari baptismus. Sicut enim vna est fides, ita est vnum baptisma vt dicitur Eph. 4. Sed Act. 8. dicitur, quòd in nomine Christi baptizabantur viri & mulieres. Ergo etiam nunc potest dari baptismus in nomine Christi.

¶Præterea, Ambr. dicit, Si Christum dicas, & Patrem, à quo vnctus est, & ipsum, qui vnctus est Filium, & Spiritum sanctum, quo vnctus est, designasti. Sed in nomine Trinitatis potest fieri baptismus. Ergo & in nomine Christi.

¶Præterea, Nicolaus papa ad consulta Bulgarorum respondens, dicit, Qui in nomine sanctæ Trinitatis, vel tantùm in nomine Christi (sicut in Actibus Apostolorum legitur) baptizati sunt (vnum quippe idémque est, vt sanctus ait Ambr.) rebaptizari non debẽt. Rebaptizarentur autem, si in hac forma baptizati, sacramentum baptismi non reciperent. Ergo potest conferri baptismus in nomine Christi, sub hac forma, Ego te baptizo in nomine Christo.

¶SED CONTRA est quod Pelagius papa scribit Gaudentio Episcopo, Si hi qui in locis dilectionis tuæ vicinis commorari dicuntur, se solummodo in nomine Domini baptizatos fuisse confitentur, sine cuiuscunque dubitationis ambiguo, eos ad fidem catholicam venientes, in sanctæ Trinitatis nomine baptizabis. Didymus etiam dicit in libro de Spiritu sancto, Licet quis possit exfistere mentis alienæ, qui ira baptizare conetur, vt vnum de prædictis nominibus (scilicet trium personarum) prætermittat, tamen sine perfectione baptizabit.

CONCLVSIO.

¶ Non potest baptismus rite dari quocunque o-

dicente & tradente nos admoneat, in nomine Trinitatis baptisma vnicuique tribuere. Tertia demum est omnium dictorum, nomen vnius personæ tantum non sufficere ad baptisma. Christus enim Filij tantum personam significat.

¶Apparet autem, nec autoritates, nec rationes has concinere intellectum. Institutio siquidem Christi, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, non intelligitur quo ad has voces: sed quoad significata illarum. Et quum dupliciter possit earum significatum inueniri, scilicet implicitè vel explicitè & Christus neutrum refutauerit modũ sanctæ institutionis eius salutaturi, si omnes personæ diuinæ inuocantur per nomen seu nomina implicitè vel explicitè. Et si respondeatur, quòd Christus determinauit formam baptismi ad vnum modum, scilicet ad explicitè diuinas personas significantis nomina, dicendo, In nomine Patris & Filij & Spiritus sancti (quoniã hæc illas personas explicitè significant) responsio hæc falsum dicit: quoniam manifestè constat, quòd nec Pater significat diuinum Patrem, sed Patrem absolutè: nec Filius significat diuinum Filium, sed Filiũ absolutè. Vnde si ad implicitum significatum recurratur, forma ipsa instituta à Christo, non significat ex vi nominum diuinas personas. Propter quod potest hoc sumi confirmatio propositi, assumendo quòd iuxta Sanctorum institutionẽ forma baptismi significat personas diuinas implicitè, & in confuso, & in potentia: sicut animal significat hominem in confuso, implicitè, & in potentia. ergo non minus saluatur integra baptismi forma, si per vnum quàm per multa nomina significẽtur implicitè diuinæ personæ: peraccidẽs enim est vnitas vel pluralitas voci. Quod ex eo patet, q̃ si vnum nomen significaret explicitè omnes diuinas personas, omnes faterẽtur illud sufficere ad formã baptismi. Ex quo enim Saluator non alligauit formã baptismi ad determinatas voces, sed ad determinata significata per voces, & modum significandi implicitè, sufficere docuit exptimendo nomina, quæ non nisi implicitè diuinas significant personas, satis nobis persuasum esse debet, non exigi ad formam baptismi, quòd diuinæ personæ explicitè significentur. At si quis dixerit, nomina hæc, scilicet Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, ex vi nominum nõ nisi implicitè significare diuinas personas, vt arguendo dictum est ex accommodatione tamen Christiani vsus explicitè & actu significant diuinas personas: aduertat diligenter sic dicens, Christum dominum instituisse baptismi formam iub dictis nominibus ante huiusmodi Christiani vsus accõmodationem: & perspiciat hinc, quòd stando in autoritate formæ institutæ à Christo, prout ab ipso instituta est, personæ diuinæ non significantur per formam baptismi, nisi implicitè, & in potentia, & in confuso, quod num ad diuinas personas, fidei & intentioni Ecclesiæ, quæ in quolibet ministro saluatur, dũ intendit dicere & facere quod credit & facit Ecclesia. Pat autem ratio est de intentione & fide Ecclesiæ, si per æquipollentia nomina, aut per æqui pollens nomen diuinæ personæ implicitè significentur: vt accidit in proposito in hoc nomine, Christus: significat enim implicitè totam Trinitatem, vt Ambro sius declarauit.

¶Ad rationem autem primam sumptam ex litera, dicitur concedendo formam baptismi debere esse sensibilem, nec à sensibilitate formæ declinare baptismum in nomine Christi: nam ly Christus sensibilis vox est. Sed ex sensibilitate formæ, non sequitur, debere esse tot voces distinctas, quot sunt personæ diuinæ, aut tot explicitas significationes. integritas enim sensibilis formę nõ plus exigit, quàm quòd sensibili voce significentur tres personæ diuinæ: vtrum autem implicitè vel explicitè, hoc magis spectare videtur ad intellectũ quàm ad sensum. Quod ex eo patet, quòd distinctio inter diffinitionem & diffinitum ad intellectum spectat: & constat differre ea penes implicitè vel explicitè idem significare. Vnde sicut loco diffinitionis licet ponere diffinitum, & econtra absque mutatione significati sita nominum explicitè significantium diuinas personas, licet ponere nomen implicitè significans easdem.

¶Ad secundam verò rationem sumptam ex Zacharia, dicitur concedendo, congruo quidem esse, vt in prima professione fidei explicitè fiat Trinitatis professio intus & extra: sed nulla apparet ratio cogens ad huiusmodi explicitam

Universidad de Deusto
Biblioteca

plicitam professionem vocalem. Quod ex eo cognosci potest, quòd si in prima professione fidei exigeretur vocalis professio principaliter credentium explicitè, exigeretur quoque vltra professionem Trinitatis professio Incarnationis: quoniam Christianus non est qui mysterium Incarnationis non profitetur: nec hoc est de secundario, sed de principalissimis creditis, quamobrem ex huiusmodi protestationibus seu professionibus non trahitur necessarij argumenti. Et propterea verba Zachariæ Papæ de non confitente integrè Trinitatem, intelligenda sunt absolutè hoc est implicitè vel explicitè: quo ad voces: vt ex eo patet, quòd vacuum à diuina gratia talem dicit.

4. dist. 3. artic. 4. q. 1.

¶ Ad autoritatē autem Pelagij, dicitur quòd non est contra baptismum in nomine Christi, sed contra baptismum in nomine Domini. Aliud enim est baptizare in nomine Christi, & aliud baptizare in nomine Domini. Nam in nomine Christi significantur omnes personæ diuinæ: in nomine autem Domini, nequaquam.

¶ Ad secundam eiusdem autoritatem, dicitur (vt etiam glossa ibidem notat) quòd Pelagius irritauit baptismum in nomine Domini, & non irritauit baptismum in nomine Christi: quamuis baptismum in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, illi prætulerit, euangelica autoritate.

¶ Ad autoritatem demū contra omittentes vnius personæ nomen, respondetur, quòd non est eadem ratio de nomine Christi: quoniam in Christi nomine omnes personæ importantur, nulláque omittitur.

¶ Hæc dixerim pro discussione opinionis dicentis, baptismum in nomine Christi dati verum non esse.

¶ Nunc oppositæ opinionis fundamenta discutiamus. Fūdatur itaque opinio hæc in primis super gestis Apostolorum: quoniam ipsi baptizabant in nomine Iesu Christi: vt patet in Actibus Apostolorum. Deinde super vsu alicuius partis Ecclesiæ: multi enim tempore Pelagij Papæ baptizabant in nomine Christi, vt patet in allegato capitulo, & tamen non fuit Irritatus talis baptismus, sicut Baptismus in nomine Domini.

Annot. ¶ Ira quòd bene hīc est notandum, quòd Pelagius scribens ad Gaudentium Episcopū, meminit duorū baptismatum, scilicet in nomine Domini, & in nomine Christi: & primū Irritum dicit, secūdum non. Nec ex incuria hoc processit, quoniam tam cautus Pontifex fuit circa hoc, vt primum irritauerit, etiam incertus de facto: secundum autem affirmat fieri à multis: & propterea illum irritare magis debuit si verus non fuisset.

¶ Tertiò autoritate Nicolai Papæ, hoc expressè docentis in prius allegato capitulo.

¶ Quartò super autoritate beati Ambrosij in loco allegato.

¶ Nec obstat glossa quæ datur ad Actus Apostolorum, de speciali dispensatione Spiritus sancti: quoniam glossa hæc, nec ex sacra Scriptura, nec ab Apostolica sede autoritatem habet. Imò contra determinationem factam à Nicolao Papa tendit: dum Nicolaus baptizatos tempore suo in nomine Christi vere baptizatos iudicauit, autoritate vsus Apostolorum, & beati Ambrosij. Quum enim Nicolaus primus fuerit plusquam octingentis annis post Christum, dispensatio facta Apostolis iam cessasset, & Pontifex proinde erraret. Intellexit ergo sanctus Pontifex Apostolos non ex dispensatione, sed ex autoritate ordinatiua præfasse in nomine Christi. Vnde & rationem assignat ex idēitate significationis propter pauciratem aquæ: vel propter debilitatem ministri, qui non potest sustentare baptizandum: vel propter debilitatem baptizandi, cui posset imminere periculum mortis ex immersione. Et ideo dicendum est, quòd immersio non est de necessitate baptismi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in immersione expressius repræsentatur figura sepulturæ Christi: & ideo hic modus baptizandi est cōmunior & laudabilior. Sed in aliis modis baptizandi repræsentatur aliquo modo, licet non ita expressè. Nam quocunque modo fiat ablutio, corpus hominis, vel aliqua pars eius, aquę supponitur, sicut corpus Christi sub terra fuit positum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd principalis pars corporis, præcipuè quantum ad exteriora membra, est caput, in quo vigent omnes sensus, & interiores & exteriores. Et ideo si totum corpus aqua non posset perfundi, propter aquæ paucitatem, vel propter aliquam aliam causam, oportet caput perfundere: in quo manifestatur principium animalis vitæ. Et licet per membra, quæ generationi deseruiunt, peccatum originale traducatur, non tamen sunt membra illa potius aspergenda, quàm caput: quia per baptismum non tollitur transmissio originalis in prolem per actum generationis, sed liberatur anima à macula & reatu peccati, quod incurrit. Et ideo debet præcipuè lauari illa pars corporis, in qua manifestantur opera animæ. In veteri autem lege remedium contra originale peccatum, institutum erat in membro generationis: quia adhuc ille, per quem originale erat amouendum, nasciturus erat ex semine Abrahæ. Cuius fidem circumcisio significabat: vt dicitur Rom. 4.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Nicolaus papa dictum suum confirmat ex duobus præmissis. Et ideo eius responsio patet ex primis duabus solutionibus.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrum immersio in aqua, sit de necessitate baptismi.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd immersio in aqua, sit de necessitate baptismi. Vt enim dicitur Ephe. 4. Vna fides, vnum baptisma. Sed apud multos communis modus baptizandi est per immersionem. Ergo videtur quòd non posit esse baptismus sine immersione.

¶ Præterea, Apostolus dicit Rom. 6. Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in mortē ipsius baptizati sumus, consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem. Sed hoc fit per immersionē: dicit enim Chrysostom. super illud Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c. Sicut in quodam sepulchro in aqua submergentibus nobis capita vetus homo sepelitur, & submersus deorsum occultatur, deinde nouus rursus ascendit. Ergo videtur quòd immersio sit de necessitate baptismi.

¶ Præterea, Si sine immersione totius corporis posset fieri b ptismus, sequeretur quòd pari ratio sufficeret, quamlibet partem aqua persundi. Sed hoc videtur inconueniens: quia originale peccatum, contra quod præcipuè datur baptismus, non est in vna tantùm corporis parte. Ergo videtur quòd requiratur immersio ad baptismum, & non sufficiat sola aspersio.

¶ SED CONTRA est quod Heb. 10. dicitur, Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersio corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda.

CONCLVSIO.

¶ cùm in baptismo assumatur aqua ad corporis ablutionem, non modo per immersionem necessarium est fieri baptismum, sed fieri potest etiam vel per aspersionem, vel effusionem secundum varios necessitatis casus.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd aqua assumitur in sacramento baptismi, ad vsum ablutionis corporalis: per quam significatur interior ablutio peccatorum. Ablutio autem fieri potest per aquam, non solùm per modum immersionis, sed etiam per modum aspersionis vel effusionis. Et ideo quamuis tu ius sit baptizare per modum immersionis (quia hoc habet communior vsus) potest tamen fieri baptismus per modum aspersionis, vel etiam per modum effusionis secundum illud Ezech. 36. Effundam super vos aquam mundam: sicut beatus Laurentius legitur baptizasse. Et hoc præcipuè propter necessitatem sacramenti. secundò respondet quæsito, quantum ad necessitatem mandati ecclesiastici.

¶ Quo ad primum vnica conclusio est: Vtrunque licitè fieri potest, scilicet & semel & ter immergere. Probatur tripliciter. Primò ratione: Ad baptismum per se requiritur ablutio, per accidēs autem modus ablutionis: ergo. Secundò autoritate Greg. Tertiò ex significatione, tam vocis quàm trinæ immersionis.

¶ Quo ad secundum, vana ponitur & mutata Ecclesiæ institutio diuersis temporibus diuersis ex causis & tandem sit ex causis & tandem infert grauius peccare, qui nunc non fetuāt trinam immersionem. Vnde dicitur: Ambrosij ac Apostolicæ sedis, cum vsu prædicto mouentis præferendo posteritatibus doctoribus, qui contra torrentem sui temporis non ausi sint sibi opponere, dicimus quòd baptismus in nomine Christi si fiat, verus est baptismus. Sufficitque ad hoc ipsorum deducta ratio de sufficientia implicitæ significationis. Et confirmatur hoc, credo, nouis autoritate sedis Apostolicæ, si casus accideret quoniam præcessorum suorum vestigiis inhærendo, Romanus Pontifex iudicaret de ecclesiasticis sacramentis. Et eo amplius, quòd Nicolaus primus magnæ extitit sanctitatis.

vltimo.

¶ Et quoniam ratio de implicita significatione ad similia ducit, ideo nullam ego video ambiguitatis rationem, si quis aliquem baptizaret in hac forma, videlicet, Ego te baptizo in nomine sanctæ Trinitatis: perfectum enim esse baptisma, non minus quàm in nomine Christi: significāque implicitè omnes illius personas, quarum eadem est numerò voluntas. Et eodem modo explicet: numerus enim ibi est idem quod ter numeratus.

¶ Super Quæstionis sexagesimæ sextæ Articulum septimum.

IN titulo sumitur immersio, vt distinguitur contra aspersionem & effusionem.

¶ In corpore vna conclusio est: Immersio non est de necessitate baptismi. Probatur: Ablutio corporis fieri potest per aquam, non solùm per modum immersionis, sed etiam per modum aspersionis vel effusionis: ergo immersio non est de necessitate baptismi. Probatur 2 consequentia: quia in baptismo assumitur aqua ad abluendum corpus. Quod probaturquia significat sic ablutionem interiorem à peccatis. Procedēsque cum multis autoritatibus & adiunctis ab bonitatem doctrinæ, quia satis patet in litera, pertranseo.

¶ Super Quæstionis sexagesimæsextæ Articulum octauum.

TItulus clarus est.

¶ In corpore articuli duo fiunt. primò respondet quæsito, quantum ad necessitatem sacramenti.

¶ Præterea, Sacramenta ex mandato Christi efficaciam habent. Sed trina immersio est ex mandato Christi. scribit enim Pelagius papa Gaudentio Episcopo, Euangelicum præceptum ipso domino Deo & Saluatore nostro Iesu Christo tradente, nos admonet, in nomine Trinitatis trina immersione sanctum baptismum vnicuique tribuere. Ergo sicut baptizare in nomine Trinitatis, est de necessitate baptismi, ita etiam baptizare trina immersione, videtur esse de necessitate baptismi.

¶ Præterea, Si trina immersio non sit de necessitate baptismi, ergo ad primam immersionem aliquis baptismi consequitur sacramentum. Si ergo addatur secunda vel tertia. videtur quòd secundò vel tertiò baptizetur: quod est inconueniens. Non ergo vna immersio sufficit ad sacramentum baptismi, sed trina immersio videtur esse de necessitate ipsius.

vltimo.

¶ Nam trina immersione intenta, si vna omittatur, sit verus baptismus.

¶ In responsione ad tertium dubium occurrit, an trina immersione intenta à ministro, si aliqua omittatur, sit verus baptismus. Et est ratio dubij: quoniam si trina immersio intendatur, baptismus non perficitur in prima immersione: vt Autor explicat in art. 4. tertiæ distinct. quarti sentent. Huius autem oppositum videtur ex eo, quòd huiusmodi intentio ministri non addit necessitatē nouæ immersionis post primam.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia intentio ministri fundatur super ritu Ecclesiæ, eadem est intentio ministri intendentis exercere trinam immersionem, & Ecclesiæ instituentis illam: constat autem quòd Ecclesia instituit trinam immersionem, non vt substantiale sacramēti, sed vt cæremoniale ciuilitatis quoniam non nisi ad significandum vel Trinitatem personarum, vel triduum sepulturæ, illam instituit. Intentio ergo ministri ad trinam immersionem fertur, non vt ad rem necessariam sacramento, sed vt ad cæremoniam ciuilem. Omissio autē cæremoniæ non tollit veritatem baptismi. Et propterea si ex incuria aut alio ministri intendentis trinam immersionem, perficiat verba formæ secundum aut tertiam immersionem, baptismus perfectus est, & quę nō est facta immer

tiò mersi estis: quia accepistis baptismum in nomine sanctæ Trinitatis. rectè tertiò mersi estis: quia accepistis baptismum in nomine Iesu Christi, qui tertia die resurrexit à mortuis: illa enim tertiò repetita immersio, typum Dominicæ exprimit sepulturæ, per quam Christo consepulti estis in baptismo. Sed vtrunq; videtur ad necessitatem baptismi pertinere, scilicet & quòd significetur in baptismo Trinitas personarum, & quòd fiat configuratio ad sepulturam Christi. Ergo videtur quod trina immersio sit de necessitate baptismi.

¶ Præterea, Sacramenta ex mandato Christi efficaciam habent. Sed trina immersio est ex mandato Christi. scribit enim Pelagius papa Gaudentio Episcopo, Euangelicum præceptum ipso domino Deo & Saluatore nostro Iesu Christo tradente, nos admonet, in nomine Trinitatis trina immersione sanctum baptismum vnicuique tribuere. Ergo sicut baptizare in nomine Trinitatis, est de necessitate baptismi, ita etiam baptizare trina immersione, videtur esse de necessitate baptismi.

¶ Præterea, Si trina immersio non sit de necessitate baptismi, ergo ad primam immersionem aliquis baptismi consequitur sacramentum. Si ergo addatur secunda vel tertia. videtur quòd secundò vel tertiò baptizetur: quod est inconueniens. Non ergo vna immersio sufficit ad sacramentum baptismi, sed trina immersio videtur esse de necessitate ipsius.

¶ SED CONTRA est quod Greg. dicit scribens * Leandro episcopo, Reprehensibile esse nullatenus potest, infantem in baptismate vel tertiò, vel semel immergere quoniam & in tribus immersionibus personarum Trinitas, & vna potest diuinitatis singularitas designari.

CONCLVSIO.

¶ Licitè potest baptismi sacramentum vnica, vel trina perfici immersione, quod tamē temporibus mutatum fuit: nunc tamen non sine peccato ministrare-tur sacramentum baptismi absq; trina immersione.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut prius dictum est) ad baptismum pertinet quantū est de se, vtrunq; licitè fieri potest, scilicet & semel & ter immergere: quia vnica immersione significatur vnitas mortis Christi & vnitas deitatis: per trinam autem immersionem significatur triduum sepulturæ Christi, & etiam Trinitas personarum. Sed diuersis ex causis secundum ordinationem Ecclesiæ, quandoque institutus est vnus modus, quandoque alius. Quia enim à principio nascentis Ecclesiæ, quidam de Trinitate malè sentiebant, Christum purum hominem esse æstimantes, nec dici filium Dei & Deum nisi propter meritum eius, quod præcipuè fuit in morte: ideo non baptizabant in nomine Trinitatis, sed in commemoratione mortis Christi, & vna immersione. Quod reprobatum fuit in primitiua Ecclesia. Vnde in canonibus Apostolorum legitur, Si quis presbyter aut Episcopus non trinam immersionem vnius ministerij, sed semel mergat in baptismate, quod dari à quibusdam dicitur in morte Domini, deponatur. Non enim nobis dixit Dominus, in morte mea baptizate, sed in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Postmodum verò inoleuit quorundam schismaticorum & hæreticorum error homines rebaptizantium: sicut de Donatistis August. narrat super Ioan. Et ideo in detestationem erroris eorum, fuit statutum in concilio Toletano, quòd fieret vna sola immersio. Vbi sic legitur, Propter vitandum schismatis scandalum, vel hæretici dogmatis vsum, simplam teneamus baptismi immersionem. Sed cessante tali causa communiter obseruatur in baptismo trina immersio. Et ideo grauiter peccaret aliter baptizans, quasi ritum Ecclesiæ non obseruans: nihilominus tamen esset baptismus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Trinitas est sicut agens principale in baptismo. Similitudo autem agentis peruenit ad effectum secundum formam, & non secundum materiam. Et ideo significatio Trinitatis fit in baptismo per verba formæ: nec est de necessitate, quòd significetur Trinitas per vsum materiæ: sed hoc fit ad maiorem expressionem. Similiter etiam mors Christi figuratur sufficienter in vnica immersione. Triduum autem sepulturæ non est de necessitate salutis nostræ: quia etiam si vno die fuisset sepultus vel mortuus, sufficisset ad perficiendā nostram redemptionem: sed triduum illud ordinatur ad manifestandam virtutem mortis: vt suprà dictum est. Et ideo patet quòd trina immersio, nec ex parte Trinitatis, nec ex parte passionis Christi, est de necessitate sacramenti.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Pelagius papa intelligit trinam immersionem esse de mandato Christi in suo simili: in hoc scilicet quòd Christus præcepit baptizari in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. non tamen est similis ratio de forma & de vsu materiæ, vt dictum est.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd (sicut suprà dictum est) intētio requiritur ad baptismum: & ideo ex intentione ministri Ecclesiæ, qui intendit vnum baptismum dare trina immersione, efficitur vnum baptisma. Vnde Hierony. dicit super Epistolam ad Philip. Licet ter baptizetur, id est immergatur, propter mysterium Trinitatis: tamen vnum baptisma reputatur. Si verò intenderet, & ad vnamquamque immersionem vnum baptisma dare, ad singulas immersiones repetens verba formæ, peccaret, quantum in se est, plures baptizans.

ARTICVLVS IX.

¶ Vtrum baptismus possit iterari.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd baptismus possit iterari. Baptismus enim videtur institutus ob ablutionem peccatorum. Sed peccata iterantur. Ergo multò magis baptismus debet iterari: quia misericordia Christi transcendit hominis culpam.

4. dist. 6. q. 2. art. 1. q. 1.

Et 4 cō trac. 59. fi. & ca. 70. & 71.

Et To. 3. & similiter in omnibus col. 4. his quæ in illis cōtinen Et Eph. tur, nihil aliud scri- 4. lec. 2. bendum occurrit, nisi col. 1. fi. quòd Scotus. in 4. sent. Annot. dist. 6. duas rationes in litera noui articuli, scilicet secundam & tertiam

¶ Præterea, Ioannes Baptista præcipuè fuit à Christo commendatus, cùm de eo dictum sit Matthæ. 11. Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Sed baptizati à Ioanne, iterum baptizabantur: vt habetur Act. 19. vbi dicitur, quòd Paulus baptizabat eos qui erant baptizati sio durantibus verbis, superfluè post verba ad deterrat: quoniam non esset amplius baptismi pars.

¶ Ad obiectionem autem inductam, dicitur quòd intelliguntur verba Autoris de vnica immersione sub ratione partis. In casu autē nostro, scilicet quo verba præuenirent secundam immersionē, vnica immersio ex ipsa separatione ab aliis immersionibus, haberet rationem totius. Quod vt melius intelligatur, aduerte ablutionē esse quoddam totū successiuum, & integrari ex partibus successiuis & cōtinuis, successiuis quidem omnibus: continuis verò quandoq; omnibus, quandoq; quibusdam. Nam quælibet ablutio per immersionem in tempore fit: & per partes successiuas ac continuas immersiones, & rursus quælibet trium immersionum inter se discretarum, pars est vnius ablutionis, quam baptismum vocamus. Quo fit, vt quia totum successiuum ex qualibet sui parte inferturesse enim dies, quæcunq; hora diei sit: & similiter mouetur aliquis, I quacunq; mot* parte inueniatur) ex quacunq; immersione, imò ex quacunq; immersionis parte sufficientis, ad absolūdum, ablutio inferatur, ac per hoc baptismus. Si in totius rationem transeat, habent enim vnius immersionis partes, & singulæ immersiones partium rationē, dum in suo toto sumūtur, & sola separatio ab aliis partibus, illi vel illis rationē totius largiuntur: vt accidit in diuisione cōtinui permanētis. Ministro ergo intendēte trinam immersionem, quandiu immersiones seu earū partes habent rationem partium baptismi ex parte materiæ, hoc est ablutionis, non perficitur baptismus. Sed si pars aliqua fortiretur rationē totius ex hoc, quòd in ea finiretur prolatio formæ, vndecunq. hoc accidat, ablutio baptismalit perfecta est. Peccat tamē minister, præueniens secundam aut tertiā immersionem prolatione verborum integratam quam omittens aliquā immersionem.

¶ Super Quæstionis sexagesimæ sextæ Articulum nonum.

IN titulo tam huius, quàm trium sequentium articulorum, & similiter in omnibus his quæ in illis cōtinentur, nihil aliud scribendum occurrit, nisi quòd Scotus. in 4. sent. dist. 6. duas rationes in litera noui articuli, scilicet secundam & tertiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tiam, arguit. Secundam quidem, Quia mortem Christi baptizati sumus, dicit non concludere: quia pœnitentia virtutem quoq; habet à passione Christi, & tamen est iterabilis. Tertiam verò, quia imprimit characterem indelebilem, dicit probare per immanifestum: quoniā & ablatio institutionis baptismi manifesti fuit quòd non licuit iterare ipsū, & character erat occultus.

¶Ad primum ergò dicitur, quòd vis rationis consistit in repræsentatione (quia scilicet in baptismo repræsentatur mors Christi) & non in efficacia virtutis à passione Christi, vt arguēs refert. Vnde argumentum nihil obstat: quoniam pœnitentia non assimilat hominē Christo mortuo: sed baptismus confepeliens Christo mortuo hominem, qui baptizatur.

¶Ad secundum dicitur, quòd si Amos reprehendus est, oportet quoque reprehendere synodum Florentinum sub Eugenio IIII. dicētem, Tria sunt, baptismus, confirmatio, & ordo, quæ characterē, id est, spirituale signū, imprimunt in anima indelebile: vnde in eadem persona non reiterātur. Licet ergo ex posterius manifestis ratio nem reddere eorū quæ prius tępore nota fuerint: de multis enim conclusionibus notis apud priscos, posteriores adinuenerunt propter quid.

baptismo Ioannis. ergo multò fortius illi qui sunt baptizati ab hæreticis vel peccatoribus, sunt rebaptizandi.

¶ Præterea, In Niceno concilio statutum est, Si quis confugerit ad Ecclesiam catholicam de Paulianistis & Cataphrygis, rebaptizari eos omnino debere. Videtur autem esse eadem ratio de aliis hæreticis. Ergo baptizati ab hæreticis, debent rebaptizari.

¶ Præterea, Baptismus est necessarius ad salutem. Sed dū quibusdam baptizatis aliquando dubitatur, an sint baptizati. Ergo videtur quòd debeant iteruim baptizari.

¶Præterea, Eucharistia est perfectius sacramentum quàm baptismus: vt suprà dictum est. Sed sacramentum Eucharistiæ iteratur. Ergo videtur quòd multò magis baptismus possit iterari.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ephes. 4. Vna fides, vnum baptisma.

CONCLVSIO.

¶Cùm baptismus sit quædā animæ spiritualis regeneratio, qua configuramur morti Christi, in remedium originalis criminis adhibitus, nullo modo iterari potest.

¶RESPONDEO dicendum, quòd baptismus iterari non potest. primò quidem quia baptismus est quædam spiritualis regeneratio: prout scilicet aliquis moritur veteri vitæ, & incipit nouam vitam agere. Vnde dicitur Ioan. 2. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Vnius autem non est nisi vna regeneratio: & ideo non potest baptismus iterari, sicut nec carnalis generatio. Vnde Augustinus dicit super illud Ioan. 3. Nunquid potest in ventrem matris suæ iterato introire, & renasci? Sic tu, inquit, intellige natiuitatem Spiritus, quomodo intellexit Nicodemus natiuitatem carnis: quomodo enim vterus non potest reperi, sic nec baptismus. Secundò, quia in morte Christi baptizamur, per quam morimur peccato, & resurgimus in nouitatem vitæ: Christus autem semel tantum mortuus est: & ideo baptismus iterari non debet. propter quod Hebr. 6. contra quosdam rebaptizari volentes dicitur, Rursus crucifigentes sibimet ipsis filium Dei. vbi gloss. dicit, Vna Christi mors vnum baptisma consecrauit. Tertiò, quia baptismus imprimit characterem, qui est indelebilis, & cum quadam consecratione datur. vnde sicut aliæ consecrationes non iterantur in Ecclesia, ita nec baptismus. Et hoc est quod Augustinus dicit in 2. contra Epistolam Parmeniani, quòd character militaris non repetitur, & quòd non minus hæret sacramentum Christi, quàm corporalis hæc nota, cùm videamus nec apostatas carere baptismate, quibus vtique per pœnitentiam redeuntibus, non restituitur. Quartò, quia baptismus principaliter datur contra originale peccatum: & ideo sicut originale peccatum non iteratur, ita etiam nec baptismus iteratur: quia, vt dicitur Roman. 5. Sicut per vnius delictum, in omnes homines in condemnationem, sic per vnius iustitiam, in omnes homines in iustificationem vitæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd baptismus operatur in virtute passionis Christi: sicut supra dictum est. Et ideo sicut peccata sequentia virtutem passionis Christi non auferuntur, ita etiam non auferunt baptismum, vt necesse sit ipsum iterari. Sed pœnitentia superueniente, tollitur peccatum, quod impediebat effectum baptismi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Augustinus dicit super illud Ioan. primo, Sed ego nesciebam eum. Ecce post Ioannem baptizatum est, post homicidam non est baptizatum: quia Ioan. dedit baptismum suum, homicida dedit baptismum Christi: quod sacramentum tam sanctum est, vt nec homicida ministrante polluatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Pauliani & Cataphrygæ non baptizabant in nomine Trinitatis. Vnde Gregor. dicit scribens * Quirino Episcopo, Hi hæretici qui in Trinitatis nomine minimè baptizant, sicut sunt Bonosiani & Cataphrygæ (qui scilicet idem sentiebant cum Paulianis: quia & illi Christum Deum non credunt, existimantes, ipsum scilicet esse purum hominem: & isti, scilicet Cataphrygæ, spiritum, scilicet peruerso sensu esse purum hominem montanum, scilicet credunt) tales cùm ad sanctam Ecclesiam veniunt, baptizentur: baptisma non fuit, quod in errore positi, sanctæ Trinitatis nomine minimè perceperunt. Sed (sicut in regulis Ecclesiasticis dicitur) Si qui apud illos hæreticos baptizati sunt, qui in sanctæ Trinitatis confessione baptizabant, & veniunt ad catholicam fidem, recipiantur vt baptizati.

¶Ad quartum dicendum, quòd sicut dicit Decre. Alexandri III. De quibus dubium est an baptizati fuerint, baptizetur his verbis præmissis. Si baptizatus es, ego non te baptizo: sed si nondum baptizatus es, ego te baptizo, &c. Non enim videtur iterari quod nescitur esse factum.

¶Ad quintum dicendum, quòd vtrunque sacramentum, scilicet baptismi & Eucharistiæ est repræsentatiuum Dominicæ mortis & passionis: aliter tamen & aliter. Nam in baptismo commemoratur mors Christi, inquantum homo Christo commoritur, & in nouam vitam regeneratur. Sed in sacramento Eucharistiæ commemoratur mors Christi, inquantum ipse Christus passus exhibetur nobis, quasi paschale conuiuium: secundum illud primæ Corinth. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus: itaque epulemur. Et quia homo semel nascitur, multotiens autem cibatur: semel tantùm datur baptismus, multotiens autem Eucharistia.

ARTICVLVS X.

¶Vtrum ritus, quo Ecclesia in baptizando vtitur, sit conueniens.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quòd non sit conueniens ritus, quo Ecclesia vtitur in baptizando. Vt enim dicit Chrys. nunquam aquæ baptismi purgare peccata credentium possent, nisi tactu Dominici corporis sanctificatæ fuissent. Hoc autem factum fuit in baptismo Christi, qui celebratur in festo Epiphaniæ. Ergo magis deberet celebrari solennis baptismus in festo Epiphaniæ, quam in vigilia Paschæ, & in vigilia Pentecostes.

¶Præterea, Ad idem sacramentum non videtur pertinere diuersarum materiarum vsus. Sed ad baptismum pertinet ablutio aquæ. Inconuenienter igitur ille qui baptizatur, bis inungitur oleo sancto. primùm in pectore, deinde inter scapulas, & tertiò chrismate in vertice.

¶ Præterea, In Christo Iesu non est masculus & fœmina, Barbarus & Scytha, & eadem ratione nec aliquæ aliæ huiusmodi differentiæ. Multò igitur minus diuersitas vestium aliquid operatur in fide Christi. Inconuenienter igitur baptizatis traditur candida vestis.

¶Præterea, Sine huiusmodi obseruantiis potest baptismus celebrari. Hæc igitur quæ dicta sunt, videntur esse superflua, & ita inconuenienter ab Ecclesia instituta esse in ritu baptismi.

¶SED CONTRA est, quòd Ecclesia regitur Spiritu sancto, qui nihil inordinatum operatur.

CONCLVSIO.

¶Quæcunque seruat Ecclesia in baptizando, præter illa quæ necessariò ad sacramentum requiruntur, sunt conuenienter instituta.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in sacramento baptismi aliquid agitur quod est de necessitate sacramenti, & aliquid est quod ad quandam solennitatem sacramenti pertinet. De necessitate quidem sacramenti est forma, quæ designat principalem causam sacramenti: & minister, qui est causa instrumentalis: & vsus materiæ, scilicet ablutio in aqua, quæ designat principalem sacramenti effectum. Cætera verò omnia, quæ in ritu baptizandi obseruat Ecclesia, magis pertinent ad quandam solennitatem sacramenti. Quæ quidem adhibentur sacramento propter tria. primò quidem ad excitandam deuotionem fidelium, & reuerentiam ad sacramentum. Si enim simpliciter fieret ablutio in aqua, absque solennitate, de facili ab aliquibus æstimaretur, quasi quædam communis ablutio. Secundò ad fidelium instructionem. Simplices enim, qui literis non eruditur, & oportet erudire per aliqua sensibilia signa: puta per picturas, & aliqua huiusmodi. Et per hunc modum per ea quæ in sacramentis aguntur, vel instruuntur, vel solicitantur ad quærendum de his quæ per sensibilia signa significantur. Et ideo quia præter principalem sacramenti effectum, oportet quædam alia scire circa baptismum, conueniens fuit, vt etiam quibusdam exterioribus signis representarentur. Tertiò, quia per orationes & benedictiones & alia huiusmodi, cohibetur vis dæmonis ab impedimento sacramentalis effectus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus in Epiphania baptizatus est baptismo Ioannis: vt suprà dictum est. Quo quidem baptismo non baptizantur fideles: sed potius baptismo Christi. Qui quidem habet efficaciam ex passione Christi (secundum illud Roma. 6. Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus) & ex Spiritu sancto: secundum illud Ioannis 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, &c. & ideo solennis baptismus agitur in Ecclesia, & in vigilia Paschæ, quando fit commemoratio Dominicæ sepulturæ & resurrectionis eiusdem (propter quod & Dominus post resurrectionem, præceptum de baptismo discipulis dedit, vt habetur Matthæ. vltimo.) & in vigilia Pentecostes quando incipit celebrari solennitas Spiritus sancti. Vnde & Apostoli leguntur ipso die Pentecostes, quo Spiritum sanctum receperunt, tria millia hominum baptizasse.

¶Ad secundum dicendum, quòd vsus aquæ adhibetur in baptismo quasi pertinens ad substantiam sacramenti: sed vsus olei vel chrismatis adhibetur ad quandam solennitatem. nam primo baptizandus inungitur oleo sancto, & in pectore & in scapulis, quasi athleta Dei: vt Ambros. dicit in lib. de sacramentis: Sicut pugiles inungi consueuerunt. Vnde sicut Innocent. dicit in quadam Decret. de sacra vnctione, Baptizandus in pectore inungitur, vt, per Spiritus sancti donum errorem abiiciat & ignorantiam: & fidem rectam suscipiat, quia iustus ex fide viuit. Inter scapulas autem inungitur, vt per Spiritus sancti gratiam excutiat negligentiam, & torporem, & bonam operationem exerceat, quia fides sine operibus mortua est: vt per fidei sacramentum, sit munditia cogitationum in pectore & fortitudo laborum in scapulis. Post baptismum verò (vt Rabanus dicit) statim signatur in cerebro à presbytero cum sacro chrismate, sequente simul & oratione, vt Christi regni particeps fiat, & à Christo Christianus possit vocari, vel sicut Ambros. dicit, Vnguentum super caput effunditur, quia sapientis sensus in capite ejus: vt scilicet sit paratus omni petenti, de fide reddere rationem.

¶Ad tertium dicendum, quòd vestis illa candida traditur baptizato, non quidem ea ratione quòd non liceat ei aliis vestibus vti: sed in signum * gloriæ resurrectionis, ad quam homines per baptismum regenerantur, & ad significandam puritatem vitæ, quem debent post baptismum obseruare: secundum illud Rom. 6. In nouitate vitæ ambulemus.

¶Ad quartum dicendum, quòd ea pertinent ad solemnitatem sacramenti, etsi non sint de necessitate sacramenti: non tamen sunt superflua, quia sunt ad bene esse sacramenti, vt dictum est.

ARTICVLVS XI.

¶Vtrum conuenienter describantur tria baptismata.

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter describantur tria baptismata, scilicet aquæ, sanguinis, & flaminis, scilicet Spiritus sancti. Quia Apostolus dicit Ephes. 4. Vna fides, vnum baptisma. Sed non est nisi vna fides. Ergo non debent poni tria baptismata.

¶Præterea, Baptismus est quoddam sacramentum, vt ex suprà dictis patet. Sed solus baptismus aquæ, est sacramentum. Ergo non debent poni alia duo baptismata.

¶Præterea, Damascen. in 4. lib. determinat plura alia genera baptismatum. Non ergo debent poni solùm tria baptismata.

¶SED CONTRA est quod super illud Hebr. 6. Baptismatum doctrinæ, dicit gloss. Pluraliter dicit: quia est baptismus aquæ, pœnitentiæ, & sanguinis.

CONCLVSIO.

¶Cùm homo possit non modò per baptismi aquam sanctificari, sed per christi sanguinem, conformando se christo patienti, mala sustinendo, & per virtutem spiritus sancti interius operantem, tria sunt in scripturis baptismata, baptismus aquæ, sanguinis, & flaminis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) baptismus aquæ efficaciam habet à passione Christi (cui aliquis configuratur per baptismum) & vlterius sicut à prima causa à Spiritu sancto. Licet autem effectus dependeat a prima causa, causa tamen superexcedit effectum, nec dependet ab effectu. Et ideo præter baptismum aquæ, potest aliquis consequi sacramenti effectum ex passione Christi, inquantum quis ei conformatur, pro Christo patiendo. Vnde dicitur Apocalypsis 7. Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione: & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Eadem etiam ratione aliquis per virtutem Spiritus sancti consequitur effectum baptismi: non solùm sine baptismo aquæ, sed etiam sine baptismo sanguinis: inquantum scilicet alicuius cor per Spiritum sanctum mouetur ad credendum, & diligendum Deum, & pœnitendum de peccatis. vnde etiam dicitur baptismus pœnitentiæ. Et de hoc dicitur Isa. 4. Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius, in spiritu iudicij, & spiritu ardoris. Sic igitur vtrunque aliorum baptismatum nominatur baptismus, inquantum supplet vicem baptismi aquæ. Vnde dicit Augustinus in 4. libro, de Vnico baptismo paruulorum. Baptismi vicem aliquando implere passionem, de latrone illo, cui non baptizato dictum est, Hodie mecum eris in paradiso, beatus Cyprianus non leue documentum assumit: quod etiam atque etiam considerans, inuenio non tantum passionem pro nomine Christi, id quod baptismo decrat, posse supplere: sed etiam fidem, confessionémque cordis, si forte ad celebrandum mysterium baptismi, in angustiis temporum succurri non potest.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd alia duo baptismata includuntur in baptismo aquæ: qui efficaciam habet & ex passione Christi & ex Spiritu sancto. Et ideo per hoc non tollitur vnitas baptismatis.

¶Ad secundum dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) sacramentum habet rationem signi. Alia verò duo conueniunt cum baptismo aquæ, non quidem quantum ad rationem signi, sed quantum ad effectum baptismatis. & ideo non sunt sacramenta.

¶Ad tertium dicendum, quòd Damascen. ponit quædam baptismata figuralia: sicut diluuium, quod fuit signum nostri baptismi, quantum ad saluationem fidelium in Ecclesia, sicut tunc paucæ animæ saluæ factæ sunt in arca: vt dicitur 1. Pet. 3. Ponit etiam transitum maris Rubri: qui significat nostrum baptisma, quantum ad liberationem à seruitute peccati. Vnde & Apostolus dicit 1. Corinth. 10. quòd omnes baptizati sunt in nube & in mari.

Ponit etiam ablutiones diuersas, quæ fiebant in veteri lege præfigurantes nostrum baptisma, quantum ad purgationem peccatorum. Ponit etiam baptismum Ioannis, qui fuit præparatorius ad nostrum baptisma.

ARTICVLVS XXII.

¶Vtrum baptismus sanguinis sit potissimus inter alia baptismata.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur quòd baptismus sanguinis non sit potissimus inter tria prædicta baptismata. Baptismus enim aquæ imprimit characterem. Quod quidem baptismus sanguinis non facit. Ergo baptismus sanguinis non est potior, quàm baptismus aquæ. 4. dist. 4. q. 3. artic. 3. q. 4. Et Hebr. 6. col. 3. fin.

¶Præterea, Baptismus sanguinis non valet sine baptismo flaminis, qui est per charitatem: dicitur enim 1. ad Corinth. 13. Si tradidero corpus meum ita, vt ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Sed baptismus flaminis valet sine baptismo sanguinis: non enim soli martyres saluantur. Ergo baptismus sanguinis non est potissimus.

¶ Præterea, Sicut baptismus aquæ, habet efficaciam à passione Christi (cui secundum prædicta respondet baptismus sanguinis) ita passio Christi efficaciam habet à Spiritu sancto: secundum illud Hebr. 9. Sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum obtulit semetipsum pro nobis, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, &c. Ergo baptismus flaminis potior est, quàm baptismus sanguinis. Non ergo baptismus sanguinis est potissimus.

¶SED CONTRA est quod Augustinus ad Fortunatum, loquens de comparatione baptismatum, dicit, Baptizatus confitetur fidem suam coram sacerdote, martyr coram persecutore:

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis sexagesimæsepti Articulum primum.*

¶ *Num Diaconi ex officio teneantur prædicandi & baptizandi officium.*

¶ *Videtur quòd non.*

IN corpore omnia clara sunt. Dubium tamen vnum restat, quòd scilicet non conueniat prædicandi & baptizandi officium, quum in diaconorum ordinatione expresse dicatur, Diaconum oportet ministrare ad altare, baptizare & prædicare: ex quo loco habetur argumentum, & contrationem Autoris, & contra conclusionem. Contra rationem quidem quia dum hic exponitur, ministerium diaconi respicere altare, apparet diaconos non alii vt ministros se habere ad altare: sed respectu aliorum actuum puta prædicandi & baptizandi non potest inferri, quod ministeria inter tanium deseruant. Contra conclusionem autem, quia expresse auctoritas habetur sibi & baptizare & prædicare.

¶ Ad hoc dicitur, quòd vtrumque verum est, distinctionem intelligendo. Nam ad diaconos spectat & baptizare & prædicare ex impositione hoc est si ab episcopo, seu presbytero sibi imponatur, vt Pelagius dicit ad consul. distinct. 4. cap. diaconos. Non spectat autem ad diaconos prædicare, aut baptizare ex officio, vt in cap. constat. de conuersis coniugatis. 4. dicitur. Ratio quòq; huius esse videtur ex constitutionibus supra ordinatis diaconi absolute ex quo enim officium est ministrare, in errorem inconuenibiliter, quod hactenus superiorum se immisceat, non nisi ministraliter ad eos se habet; & propterea recte inseritur, non competere sibi ex officio prædicare, aut baptizare. Cum quo tamen (vt dictum est) quòd vtrumq; potest ei competere ex impositione hoc enim officium ministrum ipsum esse officialium eorum, qui ex officio hæc possunt.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæsepti Articulum secundum.*

Quæstio. IN articulis secundo & tertio hoc totum pro nouitate quæritur, quòd quum in calce secundi articuli dicitur, Effectus baptismi per nihil aliud suppleri potest, intelligendum est de integro effectu baptismi, loquendo quidem effectus baptismi eiusdem in se christiani. Et propterea licet gratia cum remissione totius culpæ & pœnæ, possit fine baptismo suppleri (vt patet in Latro-

rone) character tamen suppleri non potest, & hoc loquendo de potentia ordinata sub diuinæ dispositionis prouidentia.

¶ *Super Quæstionis sexagesimæsepti Articulum quartum & quintum.*

¶ *Num extra casum necessitatis baptismum ministrare sit peccatū mortale.*

Casus. IN articulis quarto & quinto dubiū occurrit cōmune multis articulis, An baptizare extra necessitatis casum eo modo quo in necessitatis casu licet, sit peccatum mortale. Verbi gratia, si laicus extra casum necessitatis baptizaret: aut si vnus baptizaret duos simul, dicendo, Ego baptizo vos (quod in casu necessitatis licitum dicitur) & sic de aliis similibus. Ecclesiæ ordinationibus erga baptismum non seruatis. Et ratio dubii quia Autor hoc tradans in calce corporis artic. 5. dicit, quòd grauiter peccaret vterque, scilicet baptizans & baptizatus: & per hoc impediretur baptismi effectus, licet non tolleretur sacramentum. Vbi apparet ipsum sentire, quòd est peccatum mortale: quoniam baptismi effectus non impeditur nisi per peccatum mortale. ¶ Ad huius euidentiam, scitu necessarium in 4. sent. distinct. 5. ionate, quòd baptizans plures simul extra articulum necessitatis dicendo, Ego baptizo vos, peccat mortaliter: quia non seruat formam impositam sibi ab Ecclesia. Sitamen diligenter perspectum fuerit, & distinctum, peccatum mortale dupliciter hîc inueniri posse, aut secūdum se (hoc est ex sua generatione ex Ecclesiæ præceptum) ex circumstantiis, aut cōmissionem huiusmodi non constituant actum sacrilegum secundum se: quod ex eo patet, quòd si actus esset secundum se sacrilegus, in nulla necessitate esset licitus: restat vt aliunde peccatum hoc sit mortale, si mortale est. Ex triplici autem capite hoc dici posset. Vel ex inobedientia: & sic ad hoc quòd esset mortale, exigeretur contemptus. Vel ex præsumptione: pura quia laicus præsumit actum sacerdotis. Vel ex modo institutionis ecclesiasticæ: pura quia ritus sacri necessarius, sicut sacræ verba exiguntur in consecratione Eucharistiæ. Ex quibus apparet, quòd solenniter baptizans tenetur sub peccato mortali seruare

¶ Præterea, Isido. dicit, quòd ad episcopum pertinet basilicarum consecratio, vnctio altaris & confectio chrismatis, ipse ordines ecclesiasticos distribuit, & sacras virgines benedicit. Sed his omnibus maius est sacramentum baptismi. Ergo videtur quòd multò magis ad officium solius episcopi pertineat baptizare.

¶ SED CONTRA est quod Isid. dicit in lib. de officiis: Constat baptisma solis sacerdotibus esse traditum.

CONCLVSIO.

¶ *Propriè ad sacerdotes pertinet baptismi sacramentum ministrare.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sacerdotes ad hoc consecrantur, vt sacramentum corporis Christi conficiant, sicut suprà dictum est. Illud autem est sacramentum ecclesiasticæ vnitatis, secundū illud Apostoli 1. Corinth. 10. Vnus panis & vnū corpus multi sumus omnes qui de vno pane & de vno calice participamus. Per baptismum autem aliquis fit particeps ecclesiasticæ vnitatis, vnde & accipit ius ad mensam Domini accedendi. Et ideo sicut ad sacerdotem pertinet consecrare Eucharistiam (ad quod principaliter sacerdotium ordinatur) ita ad proprium officium sacerdotis pertinet baptizare. Eiusdem enim videtur esse operari totum, & partem in toto disponere.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vtrunque officium, scilicet docendi & baptizandi, Dominus Apostolis iniunxit, quorum vicem gerunt episcopi: aliter tamen & aliter. Nam officium docendi commisit eis Christus, vt ipsi per se illud exercerent, tanquam principalissimum. vnde & ipsi Apostoli dixerunt Act. 6. Non est æquum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Officium autem baptizandi commisit Apostolis, vt per alios exercendum. Vnde & Apostolus dicit 1. Corinth. primo. Non misit me Christus baptizare, sed euangelizare. Et hoc ideo: quia in baptizando nihil operatur meritum & sapientia ministri, sicut in dicendo, vt patet ex suprà dictis. In cuius etiam signum nec ipse Dominus baptizauit, sed discipuli eius: vt dicitur Ioannis 4. Nec tamen per hoc excluditur, quin episcopi possint baptizare: quia quod potest potestas inferior, potest & superior. Vnde & Apostolus ibidem dicit se quosdam baptizasse.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in qualibet republica, ea quæ sunt minora, pertinent ad minora officia, maiora verò maioribus referuantur: secundum illud Exod. 18. Quicquid maius fuerit, referant ad te, & ipsi tantummodo minora iudicent. Et ideo ad minores ciuitatis principes pertinet disponere de infimo populo: ad summos autem principes pertiner disponere ea quæ pertinent ad maiores ciuitatis. Per baptismum autem nō adipiscitur aliquis, nisi infimum gradum in populo Christiano. Et ideo baptizare pertinet ad minores principes Ecclesiæ, id est ad presbyteros, qui tenent locum septuaginta duorum discipulorum Christi: vt dicit glos. Lucæ 10.

¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) sacramentum baptismi est potissimum necessitate: sed quantum ad perfectionem, sunt quædam alia potiora quæ episcopis referantur.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrùm laicus possit baptizare.* 2. 2. q. 100. artic. 2. ad primum. Et 4. distinct. 5. q. 2. arti. 1. q. 1. & 3 & distinct. 5. q. 2. & 3.

¶ AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd laicus baptizare nō possit. Baptizare enim (sicut dictum est) propriè pertinet ad ordinem sacerdotalem. Sed ea quæ sunt ordinis, non possunt committi non habenti ordinem. Ergo videtur quòd laicus qui non habet ordinem, baptizare non possit.

¶ Præterea, Maius est baptizare, quàm alia sacramentalia baptismi perficere: sicut catechizare, & exorcizare, & aquam baptismalem benedicere. Sed hæc non possunt fieri à laicis, sed solùm à sacerdotibus. Ergo videtur, quòd multò minus laici possint baptizare. 3.

¶ Præterea, Sicut baptismus est sacramentum necessitatis, ita & pœnitentia. Sed laicus non potest absoluere in foro pœnitentiali. Ergo neque potest baptizare.

¶ SED CONTRA est quod Gelasius papa & Isidor. dicunt, quòd baptizare necessitate imminente, laicis Christianis plerunque conceditur.

CONCLVSIO.

¶ *Non modo sacerdotes sed & laici, in necessitate constituti possunt sacramentum baptismi ministrare.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ad misericordiam eius qui vult omnes homines saluos fieri, pertinet, vt in his quæ sunt de necessitate salutis, homo de facili remedium inueniat. Inter omnia autem sacramenta maximæ necessitatis est baptismus, qui est regeneratio hominis in vitam spiritualem: quia pueris aliter omnino subueniri non potest: & adulti non possunt aliter quàm per baptismum plenam remissionem consequi, & quantum ad culpam & quantum ad pœnam. Et ideo vt homo circa remedium tam necessarium defectum pati non possit, institutum est, vt & materia baptismi sit * communis, scilicet aqua, quæ à quolibet de facili haberi potest, & minister baptismi etiam sit quicunque non ordinatus, ne propter defectum baptismi, homo salutis suæ dispendium patiatur. * *Aliàs communis.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd baptizare pertinet ad ordinem sacerdotalem, secundum quandam conuenientiam & solennitatem: non autem hoc est de necessitate sacramenti. Vnde etiam si extra necessitatis articulum laicus baptizet, peccat quidem: tamen sacramentum baptismi confert: nec est rebaptizandus ille qui sic est baptizatus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa sacramentalia baptismi pertinent ad solennitatem: non autem ad necessitatem baptismi. Et ideo fieri non debent nec possunt à laico, sed solùm à sacerdote cuius est solenniter baptizare.

¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) pœnitentia non est tantæ necessitatis sicut baptismus. Potest enim per contritionem suppleri defectus sacerdotalis absolutionis, quæ non liberat à tota pœna: nec etiam pueris adhibetur. Et ideo non est simile de baptismo, cuius effectus per nihil aliud suppleri potest.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrùm mulier possit baptizare.* *Suprà, art. 3. & locis ibidem inductis.*

¶ AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd mulier non possit baptizare. Legitur enim in Carthaginensi concilio, quòd mulier, quamuis docta & sancta, viros in conuentu docere vel aliquos baptizare non præsumat. Sed nullo modo licet mulieri docere in conuentu: secundum illud 1. Corinthior. 14. Turpe est mulieri, in ecclesia loqui. ergo videtur quòd nec etiam aliquo modo mulieri liceat baptizare.

¶ Præterea, Baptizare pertinet ad officium prælationis: vnde à sacerdotibus habentibus curam animarum debet accipi baptismus. Sed hoc non potest competere mulieri: secundum illud 1. Timo. 2. Docere mulieri non permitto: nec dominari in virum, sed subditam esse. Ergo mulier baptizare non potest.

¶ Præterea, In spirituali regeneratine videtur aqua habere locum materni vteri (vt Aug. dicit super illud Ioan. 3. Nunquid homo potest in ventrem matris suæ iteratò introire, & renasci?) ille autem qui baptizat, videtur magis habere patris officium. Sed hoc non competit mulieri. Ergo mulier baptizare non potest. *Et de eō dist. 4. cap. mulier.*

¶ SED CONTRA est quod Vrbanus Papa dicit, & habetur in Decretis, 30. q. 3. Super quibus consuluit nos tua di-

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrùm ad officium diaconi pertineat baptizare.*

¶ AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd ad officium diaconi pertineat baptizare. Simul enim iungitur a Domino officium prædicandi Euangelium & baptizandi: secundum illud Matth. vlti. Euntes docete omnes Gentes, baptizantes eos, &c. Sed ad officium diaconi pertinet euangelizare. Ergo videtur quòd etiam ad officium diaconi pertineat baptizare.

¶ Præterea, Secundum Dionys. 5. cap. Eccles. hier. purgare pertinet ad officium diaconi. Sed purgatio à peccatis maximè fit per baptismum: secundum illud Ephes. 5. Mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Ergo videtur quòd baptizare pertineat ad diaconum.

¶ Præterea, De beato Laurentio legitur, quòd cùm ipse esset diaconus, plurimos baptizabat. Ergo videtur quòd ad diaconos pertineat baptizare.

¶ SED CONTRA est quod Gelas. papa dicit, & habetur in Decret. 93. distinct. Diacones propriam constituimus obseruare mensuram. & infra, Absque Episcopo vel presbytero baptizare non audeant, nisi prædictis ordinibus longius constitutis, necessitas extrema compellat.

CONCLVSIO.

¶ *Non pertinet ad diaconem ex proprio officio baptismi sacramentum conferre sed in illius & aliorum collatum assistere, & materiam ministrare.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut cælestium ordinum proprietates & eorum officia ex eorum nominibus accipiuntur (vt Dionys. dicit 7. cap. 5. eccles. hier.) ita etiam ex nominibus ecclesiasticorum ordinum accipi potest quid ad vnumquemque pertineat ordinem. Dicuntur autem diaconi, quasi ministri: quia videlicet ad diaconos non pertinet aliquod sacramentum principaliter, & quasi ex proprio officio præbere: sed adhibere ministerium aliis maioribus, in sacramentorum exhibitione. Et sic ad diaconem non pertinet quasi ex proprio officio tradere sacramentum baptismi: sed in collatione huius sacramenti & aliorum, assistere & ministrare maioribus. Vnde Isidor. dicit, Ad diaconum pertinet assistere & ministrare sacerdotibus, in omnibus quæ aguntur in sacramentis Christi: in baptismo, scilicet in christinare, in patena & calice.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ad diaconum pertinet recitare Euangelium in Ecclesia, & præ licare: ipsum per modum * catechizantis. Vnde & Dionys. dicit, quòd diaconi habent officium super immundos: inter quos ponit catechuminos. Sed docere, id est exponere Euangelium, pertinet proprie ad episcopum, cuius actus est perficere: secundum Dionys. 5. cap. Eccles. hier. Perficere autem idem est quod docere. Vnde non sequitur quòd ad diacones pertineat officium baptizandi. * *Alias catechizare.*

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut Dionys. dicit in 2. c. Eccles. hier. baptismus non solùm habet purgatiuam, sed etiam illuminatiuam virtutem. Et ideo excedit officium diaconi: ad quem pertinet solùm purgare, scilicet vel repellendo immundos, vel disponendo eos ad sacramenti susceptionem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quia baptismus est sacramentum necessitatis, permittitur diaconibus necessitate vrgente in absentia maiorum baptizare: sicut patet ex auctoritate Gelasij suprà inducta. Et hoc modo beatus Laurentius diaconus existens baptizauit.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrùm baptizare pertineat ad officium presbyterorum.*

¶ AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd baptizare non pertineat ad officium presbyterorum. Quia (sicut dictum est) sub eodem præcepto iniungitur Matth. vlti. officium docendi & prædicandi. Sed docere quod est perficere, pertinet ad officium episcopi: vt patet per Dionys. 5. & 6. c. Eccle. hier. Ergo & baptizare pertinet tantum ad officium Episcopi.

¶ Præterea, Per baptismum annumeratur aliquis populo Christiano, quod quidem viderur ad officium solius principis pertinere. Sed principatum in Ecclesia tenent episcopi: qui vt dicitur in Vulg. Luc. 10. tenent locum Apostolorum: de quibus dicitur in Psal. Constitues eos principes super omnem terram. Ergo videtur quòd baptizare pertineat solùm ad officium episcopi.

¶ Præterea

Universidad de Deusto
Biblioteca

rium Eccleſię. Quod ne ita intelligas, vt cuiuſlibet cæremoniæ omiſſio ſit peccatum mortale. Similiter ſi laicus ſolenniter baptizare præſumeret, à mortali non excuſaretur niſi vbi abſque ſolennitate baptizaret, & contemptus atque præſumptio deeſſent, extra neceſſitatis articulum (puta quia crederent ſe bene facere) mortale peccatum non video. Imò Innocentius III. à veniali etiã peccato excuſat eum, qui credens ſe bene facere, baptizauit ſeipſum. Dicit enim (in cadebitum. extra de baptiſmo & eius effectu) de ludæo in mortis articulo baptizante ſeipſum, ſi talis continuò deceſſiſſet, ad patriam protinus euolaſſet.

¶Ex quo loco argumentum ſumitur magnum, quòd ſi error commiſſus circa baptiſmum tã tuũ ac talis, vt tollat baptiſmum (qualis eſt error baptizantis ſeipſum) excuſatur non ſolùm à mortali, ſed etiã à veniali propter conditionem perſonæ: alio quin non eſſet verum, quòd ſtatim ad patriam euolaſſet: multo magis opinio ignorantis ſe bene facere, excuſabit à mortali baptizantẽ ſeruatis ſubſtantialibus, & errantem ſolùm in hoc, quòd neceſſitatis articulo non artatur.

¶ Nec verba Autoris hîc docent oppoſitum: quoniam baptiſmi effectus plenus impeditur ex peccato veniali. Peccans enim venialiter dum baptizatur, nec omnis pœnæ, nec omnis culpæ remiſſionem adipiſcitur: quanuis gratiam conſequatur.

Poſſet quoque dici, quòd Autor de præſumentibus, & nõ de ſimpliciter facientibus intelligitur.

¶ Super Quæſtionis ſexageſimaſept. Articulum ſextum.

Titulus vt ſonat.

¶In cor ore articuli eſt vna diſtinctio de forma, qua plures ſimul baptizantes poſſent vti. Altera eſt: Nos te baptizamus. Altera eſt, vt vterque diceret, Ego te baptizo. Et primò examinatur, & reſponderur quæſito iuxta primam formam: ſecundò iuxta ſecundam.

Cõment.

ſupràar. nc. 3. & locis ibidem notatis.

¶Quo ad primum reciratur opinio vna, dicentium non valere baptiſmum, ſi plures dicant, Nos te baptizamus: quia non ſeruatur forma Eccleſiæ, quæ habet quòd in ſingulari perſona miniſtri experimatur, dicendo, Ego te baptizo.

¶ Deinde contra hanc rationẽ, Autor arguit, mò eam excludit ex multò maiori receſſu

lectio, hoc videtur nobis hac ſentẽtia reſpondendum, vt baptiſmus ſit, ſi inſtante neceſſitate fœmina puerum in nomine ſanctæ Trinitatis baptizauerit.

CONCLVSIO.

¶ Poſſent mulieres in neceſſitatis caſu baptizare ſi viri copia non aſſit: ſicut & laicus vbi non adeſt ſacerdos, qui tamen præſente epiſcopo baptizare poteſt.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Chriſtus eſt qui principaliter baptizat, ſecundum illud Ioan. 1. Super quem videris Spiritum deſcendentem & manentem, hic eſt qui baptizat. Dicitur autem Coloſ. 3. quòd in Chriſto non eſt maſculus & fœmina. Et ideo ſicut maſculus laicus poteſt baptizare quaſi miniſter Chriſti, ita etiam & fœmina. Quia tamen caput mulieris eſt vir, & caput viri eſt Chriſtus (vt dicitur 1. Corinth. 11.) non debet mulier baptizare, ſi aſſit copia viri: ſicut nec laicus præſente clerico, nec clericus præſente ſacerdote, qui tamen poteſt baptizare præſente epiſcopo: eo quòd hoc pertinet ad officium ſacerdotis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut mulieri non permittitur publicè docere, poteſt tamen priuata doctrina vel monitione, aliquem inſtruere: ita non permittitur ei publicè & ſolenniter baptizare, ſed tamen poteſt baptizare in neceſſitatis articulo.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd quando baptiſmus ſolenniter & ordinariè celebratur, debet aliquis ſacramentum baptiſmi ſuſcipere a presbytero curam animarum habente, vel ab aliquo vice eius. Hoc tamen non requiritur in articulo neceſſitatis, in quo poteſt mulier baptizare.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in generatione carnali maſculus & fœmina operantur ſecundum virtutem propriæ naturæ: & ideo fœmina non poteſt eſſe principium generationis actiuum, ſed paſſiuum tantùm. Sed in generatione ſpirituali neuter operatur in virtute propria, ſed inſtrumentaliter tantum per virtutem Chriſti: & ideo eodem modo poteſt vir & mulier in caſu neceſſitatis baptizare. Si tamen mulier etiam extra caſum neceſſitatis baptizaret, non eſſet rebaptizandus: ſicut & de laico dictum eſt. Peccaret tamen ipſa baptizans, & alij qui ad hoc cooperarentur: vel baptiſmum ab ea ſuſcipiendo, vel ei baptizandum aliquem offerendo.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm non baptizatus, poſſit ſacramentum baptiſmi conferre.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd ille qui non eſt baptizatus, non poſſit ſacramentum baptiſmi cõferre. Nullus enim dat quod non habet. ſed non baptizatus non habet ſacramentum baptiſmi. Ergo non poteſt ipſum conferre.

¶Præterea, Sacramentum baptiſmi confert aliquis, inquantum eſt miniſter Eccleſiæ. Sed ille qui non eſt baptizatus, nullomodo pertinet ad Eccleſiam, ſcilicet nec re nec ſacramento. Ergo non poteſt ſacramentum baptiſmi conferre.

¶Præterea, Maius eſt ſacramentum conferre, quàm ſuſcipere. Sed non baptizatus non poteſt alia ſacramenta ſuſcipere. Ergo multò minus poteſt aliquod ſacramentũ cõferre.

¶SED CONTRA quod Iſidor. dicit, Romanus Pontifex non hominem iudicat, qui baptizat, ſed Spiritum Dei ſub miniſtrare gratiam baptiſmi, licet Paganus ſit qui baptizat. Sed ille qui eſt baptizatus, non dicitur Paganus. Ergo etiam non baptizatus poteſt conferre ſacramentum baptiſmi.

CONCLVSIO.

¶ Poteſt non baptizatus baptiſmum in debita Eccleſiæ forma, & in caſu neceſſitatis conferre: aliter tamen faciens grauiter peccaret.

¶RESPONDEO dicendum, quòd hanc quæſtionem Auguſt. indeterminatam reliquit. Dicit enim in 2. contra Epiſtolam Parmeniani: Hæc quidem alia quæſtio eſt, vtrùm & ab his, qui nunquam fuerunt Chriſtiani, poſſit baptiſmus dari: nec aliquid temere inde affirmandum eſt, ſine autoritate tanti * concilij, quantæ rei ſufficit. Poſtmodum verò per Eccleſiam determinatum eſt, quòd non baptizati, ſiue ſint Iudæi, ſiue Pagani, poſſunt ſacramentum baptiſmi conferre: dummodo in forma Eccleſiæ baptizent. Vnde Nicolaus papa reſpondet, de conſe. diſtin. 4. ad conſulta Bulgarorum, c. 3. A quodam, Iudæo neſcitis, vtrùm Chriſtiano an Pagano, multos in patria veſtra aſſeritis baptizatos: & quid inde ſit agendum, conſulitis. Hi profectò ſi in nomine Trinitatis baptizati ſunt, rebaptizati non debent: ſi autem forma Eccleſiæ non fuerit obſeruata, ſacramentum baptiſmi non confertur. Et ſic intelligendum eſt quod Gregorius II. ſcribit Bonifacio epiſcopo, Quos à Paganis baptizatos eſſe aſſeruiſti, ſcilicet Eccleſiæ forma non ſeruata, vt de nouo baptizes in nomine Trinitatis, mandamus. Et huius ratio eſt, quia ſicut ex parte materiæ quantum ad neceſſitatem ſacramenti, ſufficit quæcunque aqua, ita etiam ſufficit ex parte miniſtri quicunque homo. Et ideo etiam non baptizatus, in articulo neceſſitatis baptizare poteſt: vt ſic duo non baptizati ſeinuicem baptizent, dum prius vnus baptizaret alium, & poſtea baptizaretur ab eodem, & conſequeretur vterque non ſolùm ſacramentum, ſed etiam rem ſacramenti. Si verò extra articulum neceſſitatis hoc fieret, vterque grauiter peccaret, ſcilicet baptizans & baptizatus: & per hoc impediretur baptiſmi effectus, licet non tolleretur ipſum ſacramentum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo baptizans adhibet tantum modo miniſterium exterius: ſed Chriſtus eſt qui interius baptizat, qui poteſt vti omnibus hominibus ad quodcunque voluerit. Et ideo non baptizati poſſunt baptizare: quia, vt Nicolaus papa dicit, baptiſmus non eſt illorum, ſcilicet baptizantium, ſed eius, ſcilicet Chriſti.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd ille qui non eſt baptizatus, quanuis non pertineat ad Eccleſiam re vel ſacramento, poteſt tamen ad eam pertinere intentione & ſimilitudine actus: inquantum ſcilicet intendit facere quod facit Eccleſia, & formam Eccleſiæ ſeruat in baptizando. Et ſic operatur vt miniſter Chriſti, qui virtutem ſuam non alligauit baptizatis, ſicut nec etiam ſacramentis.

¶Ad tertium dicendum, quòd alia ſacramenta non ſunt tantæ neceſſitatis, ſicut baptiſmus. Et ideo magis conceditur quòd non baptizatus poſſit baptizare, quàm quòd poſſit alia ſacramenta ſuſcipere.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm plures poſſint ſimul vnum baptizare.

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd plures poſſint ſimul vnum baptizare. In multitudine enim continetur vnum, ſed non conuertitur. Vnde videtur quòd quicquid poteſt facere vnus, poſſint facere multi, & non econuerſo: ſicut multi trahunt nauem quam vnus trahere non poſſet. Sed vnus homo poteſt baptizare. Ergo & plures poſſunt ſimul baptizare.

¶Præterea, Difficilius eſt quòd vnum agens agat in plura, quàm quòd plures agentes agant ſimul in vnum. Sed vnus homo poteſt ſimul plures baptizare. Ergo multò magis plures poſſunt ſimul vnum baptizare.

¶Præterea, Baptiſmus eſt ſacramentum maximæ neceſſitatis. Sed in aliquo caſu videtur eſſe neceſſarium, quòd plures ſimul vnum baptizent: puta ſi aliquis paruulus eſſet in articulo mortis, & adeſſent duo, quorum alter eſſet mutus, & alter manibus & brachijs careret: tunc enim oporteret quod mutilatus verba proferret, & mutus actum baptiſmi exerceret. Ergo videtur quòd plures poſſint ſimul vnum baptizare.

SED

¶ Num plures dicentes, Nos te baptizamus, conferant baptiſmum verum. Quæſtio.

forma Græcorum à forma noſtra. Et ſtat ratio in hoc, quòd ad tollendam vtiq; baptiſmi non ſufficit receſſus ab iſta forma, Ego te baptizo: quia ſi receſſus ſufficeret, apud Græcos non eſſet baptiſmus, quoniam forma eorum, multo magis recedit ab hac noſtra, quàm recedat iſta, Nos te baptizamus: quum hîc non mutetur niſi ſingulare in plurale, ibi verò omnino omittitur perſona miniſtri, & in tertia perſona exprimitur actus, dicendo, Baptizetur, &c.

¶Demum aliam rationem reddit Autor ex parte intentionis expliciæ: ſcilicet quia hæc forma, Nos te baptizamus, explicatur intentio miniſtrorum quo ad hoc quòd plures cõueniunt ad vnum baptiſmum conferendũ. Et quo ſuſtinatur talis ratio: Homo non baptizat niſi vt miniſter Chriſti: ergo oportet miniſtrum eſſe vnum, vt Chriſti vnitatem repræſentet: ſed in dicta forma explicatur contrarium, quia explicatur pluralitas miniſtrorum: ergo dicta forma videtur tollere baptiſmum. Et confirmatur huiuſmodi vnitas auctoritate Apoſtoli Pauli.

¶Quo ad ſecundum, poſſunt duo modi quibus hoc cõtingere poſſet, ſcilicet vel altero præueniente reliquum: & ſic dicitur quòd ſolus proueniens baptizaret. Vel vtroq; ſimul concurrente: & ſic dicitur, quòd Chriſtus per vtrumque vnum baptiſmum conferret.

Auct.

¶Circa ea quæ hîc dicuntur, aduerte primò, duplicitèr contingere duos ſimul baptizare, vel vtroque totum faciente & dicente vel altero dicente, & altero faciente. Autor ſecundum modum reſecuat tractandum hîc in reſponſione ad vltimum. De primo autem modo tantùm loquitur in hoc corpore articuli.

Auct.

¶Aduerte ſecundò rationem literæ ad concludendum irritam eſſe formam illam, Nos te baptizamus, non aſſerti ab Autore aſſeruiẽ, ſed opinatiuè: vt ſua miniſtrant verba etiam replicata, dum dicit, Quod quidem videtur eſſe contra rationem miniſtri: & poſtea ſubdit, Ideo contraria intentio videtur excludere factum.

Auct.

¶Aduerte tertiò autorem ſuperius, quæſtio. 66. artic. 5. ad quartum afferre duas alias rationes ad excludendam eandem formam, ſcilicet, Nos te baptizamus. Prima ratio eſt: quia actus multiplicatur ſecundum multiplicationem agentis, ſi perfectè ab vnoquoque agatur: ſed baptiſmus eſt actus ab vnoquoque baptizante perfectus ergo vnus baptiſmus non eſt à duobus. Secunda ratio eſt: quia mutaretur forma baptiſmi, dicendo, Nos baptizamus: quia dicere, nos, non eſt idem dicere quod, ego & ego, ſed ego & iſte. Quæ ideo repetita hîc ſunt à me quia ſuperiùs ad hunc locum me remiſi.

¶Circa hanc doctrinam, dubium primò occurrit ex Durando in 4. ſent. diſtin. 5. quæſt. 5. art. 2. Primò enim contra omnes dictas rationes Autoris procedit. Et primum quidem rationem, Actus multiplicatur, &c. dicit non concludere in agentibus per voluntatem, & eam militare contra Autorem, ponentem plures ſacerdotes poſſe ſimul conſecrare eandem hoſtiam: par enim eſt vtrobique iudicium, quo ad multiplicationem actus ab agente. Secundam verò rationem de mutatione formæ, dicit non cogere: quia mutatio formæ, quantum ad illud quod non eſt de neceſſitate formæ, non tollit ſacramentum: ſic autem eſt in propoſito. Tum quia expreſſio miniſtri non eſt de neceſſitate formæ baptiſmalis: vt patet de forma Græcorum: ergo multò minus eſt de neceſſitate eius expreſſio miniſtri in ſingulari numero. Tum quia hæc forma, Nos te baptizamus, profata ab vtroque ex parte cuiuſlibet dicentis, reſoluitur in iſtam, Ego baptizo te, ubi nulla apparet mutatio ſecundum ſenſum à forma Romanæ Eccleſiæ. Et Petrus de Palude in 4. ſent. diſtin. 3. q. 1. art. 1. approbans hæc Durandi, adiungit quòd ſicut forma illa vt profertur ab iſto, reſoluitur in hanc, Ego te baptizo: & hæc baptizatiſic econuerſo vt profertur ab altero, reſoluitur in hanc, Ego baptizo & hic baptizat: ac per hoc ſeruatur forma Eccleſiæ Romanæ, quo ad ſenſum quia vterque dicit ſecundum ſenſum, Ego baptizo te, &c.

¶Contra tertiam autem rationem de expreſſione plurium miniſtrorum, arguit Durandus tripliciter. Primò, Vnitas miniſtri vel exigitur ad baptiſmum ſecundum rem, aut ſecundum expreſſionem, pura quòd quilibet miniſter exprimat ſe vt vnum. Non poteſt dici primum: quia tumet dicit, quòd duo ſimul poſſunt baptizare eundem, ſi vterque dicat, Ego te baptizo. Secundum autem non eſt rationabile, tum quia expreſſio miniſtri non eſt de neceſſitate ſacramentorum quia ſi oporteret miniſtrum exprimi ſecundum congruentiam ad principale agens vt ita aſſumit) quum principale agens ſit Trinitas, congruentius exprimi deberet minister in numero pluralitatis quia modus exprimendi ſibi videtur facere ad ſacramentum: ſufficit enim principale agens & actum exprimere.

¶SED CONTRA eſt, quòd vnius agentis eſt vna actio. Si ergo plures vnum baptizarent, videretur ſequi quòd eſſent plures baptiſmi: quod eſt contra id quod dicitur Epheſ. quarto, Vna fides, vnum baptiſma.

CONCLVSIO.

¶ Poſſunt plures dummodo debitam Eccleſiæ formam ſeruent, & vterque dicat ſimul, Ego te baptizo. ſacramentum baptiſmi verum conferre, quamquam grauiter peccantes puniendi ſint.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ſacramentum baptiſmi præcipuè habet virtutem ex forma, quam Apoſtolus nominat verbum vitæ, Epheſ. 5. Et ideo conſiderare oportet, ſi plures ſimul vnum baptizarent, qua forma vterentur. Si enim dicerent, Nos te baptizamus in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, dicunt quidam quòd non conferretur ſacramentum baptiſmi, eo quòd non ſeruaretur forma Eccleſiæ: quæ ſic habet, Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti. Sed hoc excluditur per formam baptizandi, qua vtitur Eccleſia Græcorum: poſſent enim dicere, Baptizetur ſeruus Chriſti N. in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, &c. Sub qua forma Græci baptiſmum ſuſcipiunt: quæ tamen forma multò magis diſſimilis eſt formæ, qua nos vtimur, quàm ſi dicatur, Nos te baptizamus. Sed conſiderandum eſt, quòd ex tali forma, Nos te baptizamus, exprimitur talis intentio quòd plures conueniant ad vnum baptiſmi conferendum. Quod quidem videtur eſſe conſtans tradens.

Aliàs intentio num.

¶Contra concluſionem dictam, ſcilicet ſi baptiſmus à pluribus datur, dicentibus, Nos te baptizamus, non valet baptiſmus, arguit Petrus de Palude ibidem.

¶Tum quia quando plures vxores poterant ſimul nubere vni viro, non refert, bat an quiſlibet diceret Accipio te in virum: an, Nos accipimus te in virum, ſecundum illud Iſaiæ 4. Inuocetur nomen tuũ ſuper nos, &c.

¶Tum quia dicẽdo, Baptizamus te, magis exprimitur vnitas baptiſmi, quàm vtroque dicente vni, Ego te baptizo. Apparet enim ſingulos ſeorſum baptizare: ac per hoc diſtinctos duos baptiſmos conferre: dicendo autem, baptizamus, apparet conuenire in vnum baptiſma. Et cõfirmatur quia ſicut de eſſentia eſt expreſſio actus: ita ſaltem de congruentia eſt expreſſio vnitatis vel pluralitatis actus.

Aliàs intentio num.

¶Tum quia duobus exiſtentibus Officialibus in ſolidum, & ambobus volentibus idem facere ſimul, congruentius eſt, vt dicant, Mandamus aut pronũciamus, quàm vt quilibet per ſe dicat, Mando aut pronuntio.

¶Tum, quia plurale nõ eſt niſi geminatum ſingulare. Idem enim ſenſus eſt dicere, Sortes & Plato currunt: & dicere, Sortes currit & Plato currit. Et pari ratione idem eſt in prima perſona: Et quia verba ſacramentalia efficiunt quod ſignificant: quæ æquipollent in ſignificando, æquipollent etiam in efficiendo. Tenẽtque propterea Durandus & Petrus oppoſitam concluſionem: quanuis timor reuerentialis Petrum cohibeat.

¶Circa Autoris proceſſum, dubium occurrit de ſufficientia. Videtur enim inſufficienter tractare quæſtionem hanc, dum diſcutiendo formas quibus vti poſſent plures ſimul baptizantes, vnum non diſcurrit niſi per formas ſeu formam ſecundum ritum Romanæ Eccleſiæ. Debuiſſet enim diſcutere eandem quæſtionem ſecundum formam, qua vtitur Eccleſia Græca: & determinare, an ſecundum illam formam poſſent multi ſimul baptizare vnum.

¶Circa ſecundum modum conceſſum cõmuniter quo plures poſſunt ſimul baptizare vnum (ſcilicet quolibet baptizante dicente, Ego te baptizo) dubium reſtat, quomodo fieri aut intelligi poteſt, duo agentia totalia, quanuis inſtrumentalia eiuſdẽ rationis, producere efficaciter ſimul vnum effectum non intenſum aut perfectũ magis, quã ſi ab vno eorũ tantùm produceretur: & hoc in ſubiecto capaci perfectioris ſeu intenſioris effectus (quale eſt anima noſtra) & de effectu, ſuſcipiente magis & minus qualis eſt gratia. Videtur enim nõ intelligibile.

¶ Num de neceſſitate ſacramenti vnus tantùm baptiſmi miniſter requiratur.

¶Circa principale quæſitum, dubium adhuc reſtat, an baptiſmus de neceſſitate ſacramenti exigat vnitatem miniſtri. Ex hac enim litera non habetur reſponſio ſimpliciter & abſolutè: ſed tantum habetur, quòd ſecundum vnam formam poſſunt plures conferre vnum baptiſma, & ſecundum aliam formam, non. Scotus autem dicit in 6. diſt. 4. ſent. quòd vnitas miniſtri eſt ab inſtitutione Chriſti: Durandus verò aſſerit oppoſitum. Petrus autem dicit, quòd vnitas miniſtri non eſt de ſubſtantia ſacramenti, vt dicunt communiter omnes. Ex quibus apparere poteſt, quæſtionem hanc remanere dubiam.

Quæſtio.

¶Ad has dubitationes ſic reſpondendum eſt, vt primò dicatur ad vltimam, tanquam eam, ex cuius claritate reliquarum ſolutio facilius percipietur.

¶Ad euidentiam autem quæſtionis vltimæ, dicendum primò eſt, quid eſt hîc manifeſtum, & quid occultum. Duobus igitur modis intelligi poteſt vnitas miniſtri. Vel quòd vnitas miniſtri non poſſit integrari ex pluribus perſonis: ita quòd non poſſit contingere in miniſtro, quòd vnus totalis miniſter conſurgat ex multis partialibus perſonis comminiſtrantibus, puta ſicut perfectus tractor nauis integratur ex multis ſimul trahentibus: vel ſicut perfectus fabricator integratur ex multis partialibus miniſteriis. Et ſic in hoc communiter doctores conueniunt, reſpondendo partem negatiuam, ſcilicet quòd vnitas miniſtri baptiſmi non poteſt conſurgere ex pluribus perſonis partialiter concurrentibus: propterea enim dicũt, quòd ſi vnus abluit, & alter profert verba, baptiſmus nullus eſt: oppoſitũ enim eſſet ſi miniſter baptiſmi ex duabus perſonis partialiter concurrentibus integrari poſſet. Alio autẽ modo vnitas miniſtri poteſt intelligi per excluſionẽ plurium totalium miniſtrorum: puta an baptiſmus, ita exigat vnũ totalem miniſtrum, quòd ſi duo totales miniſtri ſimul concurrant, baptiſmus nullus ſit. Et in hoc quoque ſenſu conueniunt communiter doctores tenentes partem negatiuam, ſcilicet quòd non requirit baptiſmus talem vnitatem miniſtri, propterea enim dicunt, quòd ſi duo ſimul proferant ſinguli verba, & abluãt

Universidad de Deusto
Biblioteca

eundem baptismum vertus est: quix neuter alterius factum irritat. Hæc duo sunt quæ pro manifestis habentur.

¶Latet autem aut, absolutè loquendo, vnitas & pluralitas ministri per accidens se habeant vel per se ad sacramentum baptismi. Durandus enim tenet quod per accidens. Autor autem tenet quòd per se. Et hoc est verum. Quod ex eo euidenter patet, quòd manifestè per accidens etiam extraneum continuè vnum baptismum efficit à duobus ministris simul: la enim ratio id requirit, quamuis permittat.

Ad primum quando baptismus est à pluribus ministris, non est omnino vnus, quoniam sunt tunc duæ formæ mutuo, duæ materiæ & actiones numero: ac per hoc duo baptismi facta materiæ actiuæ, & solus interior baptismus animæ vnus est. Patet aut hoc: quia sacramentum baptismi integratur ex rebus & verbis à ministro &c. sed in casu pro posito sunt duo numero integrata ex rebus & verbis, &c. ergo sunt duo sacramenta actiua, vnum ergo numero baptismi sacramentū vni ministro exigit. Et hoc est quod Autoris prima ratio concludit, quòd scilicet actus multiplicatur à multiplicatione agentium totalium: seu (quod idem est) si pertè ab vnoquoque fiat.

Vnde cohibenda est lingua dicentium accidere sacramento vnitatem vel pluralitatē ministrorum: quoniā pluralitas ministrorū partialium cōmuniter excluditur: pluralitas verò ministrorū totalis, pluralitatem numeralē exterioris sacramenti inferit: & omnino per accidens inuenitur ad vtium numero effectū sacramenti. Mirabile autem est, nō aduertisse ad præsentiam vocem. Nā si subtiliter perspectum fuerit, apparebit, q impossibile est vnum & idem sacramentū baptismi esse à duobus totalibus ministris, quan uis ponatur vnum & eundem effectum esse ab vtrisque. Quanta enim differentia est inter baptismum & eius effectum, tanta differentia est inter affirmationē vnius vel pluriū baptismatum, & vnius vel plurium effectuum baptismi. Et propterea quum baptismi sacramentum non sit nisi exterius integratum ex rebus & verbis (puta ex ablutione in aqua & forma verborū à ministro cum debita intentione) & hic sint omnia exteriora actiuè & passiuè duplicata (sunt enim duo perfecti ministri cum duabus intentionibus baptizandi, sunt duæ formæ, sunt duæ ablutiones actiuæ & duæ passiuæ: vt pater si aspergatur qui baptizatur secundum diuersas sui partes) breuiter nihil deest ad pluralitatem totalem nisi pluralitas baptizati. Cuius vnitas vnitatem efficacie baptismi date potest, pluralitatem autem exterioris sacramenti non tollit. Nos autem dixi pluralitatem totalem: quia qui baptizatur, licet secundum partem abluatur ipsum tamen suppositū est, quòd primò abluitur: baptizatur enim hic homo, & non caput eius. Ac per hoc licet secundū exteriores partes sint duæ ablutiones passiuæ: secundum tamen subiectum quod abluitur, nō est nisi vna ablutio passiua: quia non est nisi vnus abluitur. Et propterea dicitur, quòd non est nisi vnus baptismus passiuè in eo qui baptizatur à duobus modo dicto. Ex quibus omnibus habetur quòd vnitas per se baptismi vnitatem exigit ministri perfecti.

¶Sed qua ratione aut autoritate cogente vnitas ministri excludit pluralitatem partialium comministrantium, videndum restat: Autor si quidem ex duobus ea potius conatur hoc monstrare, scilicet ex parte formæ (vt pater in secunda ratione) & ex parte vnitatis principalis agentis, scilicet Christi, vt pater in tertia ratione. Autoritas verò duplex inducitur: altera ex decretis dist. 23. cap. quorundam. Vbi ordo fuere datus ab episcopo operātis & presbytero legente irritatur.

Altera ex Euangelio, eo quòd Dominus baptizanti commisit inuocationē Trinitatis. In oppositam autem partem affertur ratio, quia omnes sumus vnum corpus in Christo: singuli autē alter alterius membra: ac per hoc multi partialiter concurrentes, concurrunt vt vnū. imò concurrunt vt multa instrumenta vnius, scilicet Christi. Et hoc præcipuè habet locum in propositione: vbi cōstat q. Christus est qui baptizat, & homo nō nisi ministerialiter vt Christi instrumētū cōcurrit.

¶Et confirmatur: quia si Christus vitur totalibus ministris ad vnum baptisma cōtra omnem rationem, multò magis credendum est quòd vtitur pluribus ministris partialibus ad vnum baptismum necessitatit, aut ratione ita exigente.

¶Suffragatur & Euangelij autoritas: quoniam Dominus dixit pluraliter, baptizantes eos, infinuans per pluralem numerum plures posse simul baptizare.

¶Nec deest autoritas Apostolorum quoniam de Petro & Ioanne legitur, quòd imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum, eadem enim ratione, qua plures simul conferebant sacramentū confirmationis, pariter procul dubio concurrentes (quia nihil inordinatum faciebant) potest & nunc à pluribus simul partialiter baptismus dari.

¶Ad secundum dicendum, quòd in casu necessitatis vnus posset simul plures baptizare sub hac forma, Ego vos baptizo, puta si imminueret ruina, aut gladius, aut aliquid huiusmodi, quòd omnino moram non pateretur, vt sigillatim omnes baptizarentur. Nec per hoc diuersificaretur forma Ecclesiæ: quia pluràre non est nisi singulare geminatum, præsertim cùm pluraliter dicatur Matthæi vltimo, Baptizantes eos, &c. Nec est simile de baptizante & baptizato: quia Christus qui principaliter baptizat, est vnus, sed multi per baptismum efficiuntur vnum in Christo.

¶Ad tertium dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) integritas baptismi consistit in forma verborum & in vsu materiæ. Et ideo neque ille qui tantùm verba profert baptizat, neque ille qui immergit. Et ideo si vnus verba proferat, & alius immergat, nulla forma verborum poterit esse conueniens: neq; enim poterit dici, Ego te baptizo (cùm ipse non immergat, & per consequens non baptizet) neque etiam poterit dici, Nos te baptizamus, cùm neuter baptizet. Si enim duo sint, quorum vnus vnam partem libri scribat, & alius aliam, non erit propria locutio, Nos scripsimus librum istum, sed synecdochica, inquantum totum ponitur pro parte.

ARTICVLVS VII.

¶Vtrùm in baptismo requiratur aliquis qui baptizatum leuet de sacro fonte.

Infra artic. 8. ad 1.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd in baptismo non requiratur aliquis, qui baptizatum de sacro fonte leuet. Baptismus enim noster per baptismum Christi consecratur, & ei conformatur. Sed Christus baptizatus non est ab aliquo de fonte susceptus: sed sicut dicitur Matthæ. 3. Baptizatus Iesus confestim ascendit de aqua. Ergo videtur quòd nec in aliorum baptismo requiratur aliquis, qui baptizatum de sacro fonte suscipiat.

¶Præterea, Baptismus est spiritualis regeneratio: vt dictum est. Sed in carnali generatione non requiritur nisi principium actiuum, quod est pater, & principium passiuū, quod est mater. Igitur cùm in baptismo locum patris obtineat ille qui baptizat, locum autem matris, ipsa aqua baptismi (vt Augustī. dicit in quodam sermone Epiphaniæ) videtur quòd non requiratur aliquis alius, qui baptizatum de sacro fonte leuet.

¶Præterea, In sacramentis Ecclesiæ, nihil derisorium fieri debet. Sed hoc derisorium videtur, quòd adulti baptizati, qui seipsos sustentare possunt, & de sacro fonte exire, ab alio suscipiantur. Ergo videtur quòd non requiratur aliquis præcipuè in baptismo adultorum, qui baptizatum de sacro fonte leuet.

¶SED CONTRA est, quod Dionys. dicit 2. c. Cæle. hier. quòd sacerdotes assimentes baptizatum, tradunt eum adductionis susceptori & duci.

CONCLVSIO.

¶Sicut paruuli super carnali generatione nati nutricibus est pædagogis instruendi traduntur, ita in spirituali per baptismum regenerationis aliquis requiritur, qui baptizatum de sacro fonte baptismatis suscipiens ipsum tueatur & instituat in his, quæ ad diuinum pertinent cultum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd spiritualis regeneratio quæ fit per baptismum, assimilatur quodammodo generationi carnali. vnde dicitur primæ Petri secundo, Sicut modò geniti infantes rationabiles & sine dolo, lac concupiscite. In generatione autem carnali paruulus nuper natus, indiget nutrice & pædagogo. Vnde & in spirituali generatione baptismi requiritur aliquis, qui fungatur vice nutricis & pædagogi, informando & instruendo eum, quasi nouitium in fide, de his quæ pertinent ad fidem & vitam Christianam. Ad quod prælati Ecclesiæ vacare non possunt, circa communem curam populi occupati: paruuli enim & nouitij indigent speciali cura præter communem. Et ideo requiritur quòd aliquis suscipiat baptizatum de sacro fonte, quasi in suam instructionem & tutelam. Et hoc est quod Diony. dicit vlti. cap. Cæleſt. hierar. Diuinis nostris ducibus (id est Apostolis) ad mentem venit, & visum est suscipere infantes secundum istum sanctum modum, quòd naturales pueri parentes, traderent puerum cuidam docto in diuinis pædagogo, & reliquum sub ipso puer ageret, sicut sub diuino patre & saluationis sanctæ susceptore.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus non est baptizatus, vt ipse regeneraretur, sed vt alios regeneraret. Et ideo post baptismum non indiguit pædagogo tanquam paruulus.

¶Ad secundum dicendum, quòd in generatione carnali non requiritur ex necessitate nisi pater & mater. Sed ad facilem partum, & educationem pueri conuenientem, requiritur obstetrix & nutrix & pædagogus, quorum vicem implet in baptismo ille qui puerum de sacro fonte leuat. Vnde non est de necessitate sacramenti: sed vnus solus potest in aqua baptizare, necessitate imminente.

¶Ad tertium dicendum, quòd baptizatus non suscipitur à patrino de sacro fonte propter imbecillitatem corporalem: sed propter imbecillitatem spiritualem, vt dictum est.

ARTICVLVS VIII.

¶Vtrùm ille, qui aliquem leuat de sacro fonte, teneatur ad eius instructionem.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd ille qui suscipit aliquem de sacro fonte, non obligetur ad eius instructionem. Quia nullus potest instruere nisi instructus. Sed etiam quidam non instructi, sed simplices admittuntur leuare aliquem de sacro fonte. Ergo ille qui suscipit baptizatum, non obligatur ad eius instructionem.

¶Præterea, Filius magis potest a patre instrui quam ab alio extraneo: nam filius habet à patre esse, nutrimentum & disciplinam: vt Philosophus dicit in 8. Ethic. Si ergo ille qui suscipit baptizatum, teneretur eum instruere, magis esset conueniens quòd pater carnalis filium suum de baptismo susciperet, quam aliquis alius. Quod tamen videtur esse prohibitum: vt habetur in Decreta. 30. q. 1. pertinet. & dictum est.

¶Præterea, Plures magis possunt instruere quam vnus solus. Si ergo ille qui suscipit aliquem de sacro fonte, teneretur eum instruere, magis deberent plures suscipere, quam vnus solus, cuius contrarium habetur ex Decret. Leonis Papæ. Non plures, inquit, ad suscipiendum de baptismo infantem, quàm vnus accedant, siue vir siue mulier.

¶SED CONTRA est, quod Augustī. dicit in quodam sermone Paschali, Vos ante omnia tam viros quā mulieres, qui filios in baptismate suscepistis, moneo, vt vos cognoscatis fidemssores apud Deum extitisse pro illis, quos visi estis de sacro fonte suscipere.

CONCLVSIO.

¶Non nisi in casu necessitatis, qui aliquem de sacro baptismatis fonte leuarit, tenetur eum instituere, quo scilicet animaduerterct illum malis moribus imbui.

¶RESPONDEO dicendum, quòd vnusquisque obligatur ad exequendum officium quod accepit. Dictum est autem, quòd ille qui suscipit aliquem de sacro fonte, assumit sibi officium pædagogi. Et ideo obligatur ad habendam curam de ipso, si necessitas immineret: sicut eo tempore & loco, in quo baptizati inter infideles nutriuntur. Sed vbi nutriuntur inter catholicos Christianos, satis possunt ab hac cura excusari, præsumendo quòd à suis parentibus diligenter instruātur. Si tamen quocunq; modo sentirent contrarium, tenerentur suum modum, saluti spirituālium filiorum curam impendere.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vbi immineret periculum, oporteret esse aliquem doctum in diuinis, sicut Dion. dicit, qui baptizarum de sacro fonte susciperet. Sed vbi hoc periculum non imminet, propter hoc quòd pueri nutriuntur inter catholicos, admittuntur quicunque ad hoc officium: quia ea quæ pertinent ad Christianam vitam & fidem, publicè omnibus nota sunt. Et tamen ille qui non est baptizatus, non potest suscipere baptizatum (vt est declaratum in concilio Moguntino) licet non baptizatus possit baptizare, quia persona baptizantis est de necessitate sacramenti, non autem persona suscipientis: sicut dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut est alia generatio spiritualis à carnali, ita etiam debet esse alia disciplina: secundum illud Hebræ. 12. Patres quidem carnis nostræ habuimus eruditores, & reuerebamur eos, non multò magis obtemperabimus Patri spirituum, & viuemus? Et ideo alius debet esse pater spiritualis à patre carnali, nisi necessitas contrarium exigat.

¶Ad tertium dicendum, quòd confusio esset disciplinæ, nisi esset vnus principalis instructor. Et ideo in baptismo vnus debet esse principalis susceptor. Alij tamen possunt admitti, quasi coadiutores.

potest dupliciter accipi. Primò, vt secunda expositio accidentaliter intendatur: si dicerem, ego te baptizo, & iste currit. Allo modo, vt per se intendatur, tanquam dicerem quòd ambo simul ministramus sacramentum baptismi. Et si in primo casu aliquis inquirens à me quis diceret, ego te baptizo, & omnes astantes ad hoc consentiant, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Et sensus iste licet videatur extraordinarius, possibilem tamen potest accipere, duobus ex consilio volentibus simul vnum baptizare. & vnaquq; alterum volente teneretur, (ex hoc quod vterq; alterius inuenit huiusmodi) enim teneretur tam expressum à viaetur cis, quod deberet vtrūque vt nuncupatum plurali. Sed mira propositum sensum standō exprimitur per has duas exponentes plura bitur contraria vnitati ministri. & propterea ambæ simul destruunt veritatem primæ. igni scant enim, quòd duo simul, & nō quòd vnus baptizandus autem si quid esse vnū sacramēti ministrum, supponitur impossibile, & contrarij veritati ministri.

¶Ad argumenta Durādi contra tertiam rationem (scilicet quia ministri expressius ex pressi) respondendo, dicitur, ad vtranque partem dicendum, quòd vtraque falsa: inelecta est vera. Ad baptismum enim vnum, vnum, & vnum secundum formam, exigitur vnitas ministri secundū tem. Nec oppositum dixit Autor: quoniam duobus simul baptizantibus, vtroq; totum dicente & faciente, non est baptismus vnus secundum formam, sed secundum effectum. Quem etiam non habet: nisi

matrimonio, vt est officium naturæ: & propterea quæcunque sufficiunt ad efficiendum coniugium verum, vt est in officium naturæ, sufficient etiam se habent ad suscipiendam sacramentalitatem coniugij. Et quoniam non refert ad coniugium, vt est naturæ officium, pluraliter vel singulariter dicere, imo siue verbis, siue solis nutibus consensum exprimere ideo sacramentum matrimonij vere suscipieretur, si pluraliter dicerent: Accipimus te in virum nostrum, supposita pluralitate vxorum (sicut etiam vere contrahitur sine verbis. Secus autē esse de baptismo ratio cogit: quia baptismus non potest distingui in officium naturæ & in sacramentum, sed est tantummodo sacramentum. Et hinc est etiam, quòd non potest nomi nario Trinitati suppleri per nutus baptizando. Ex eo enim, quòd putum sacramentum est, oportet seruare ea quæ pro sacramento sunt instituta ab ipso Christo: scilicet aquam, & voces significatiuas Trinitatis.

¶Ad secundam verò obiectionem, concēditur quòd magis explicaretur vnitas baptismi dicendo, Nos te baptizamus, nisi implicaretur pluralitas contraria veritati ministri.

¶Et ad confirmationē, dicitur quòd à duobus dicentibus, Ego te baptizo, exprimitur vnitas actus vniuscuiusq; eorum, ex hoc ipso, q; quilibet diceret singulariter, baptizo: hoc enim vnitatem actus importat.

¶Ad tertium dicetur, quòd duo Officiales infolidum in potestate sua habent quòd possint ad vnum actū concurrere: & ideo possunt dicere, Nos facimus, vno pro vtroque loquente sed ministri sacramentorum non habent hoc in potestate sua, vt possint ad vnum omnino actum baptismi cōcurrere. Quod ex eo cōtingit, quòd nō possunt ad vnam & eandem numero formam concurrere: sed oportet vtrūque suam formam exprimere, siue dicendo, Nos te baptizamus: siue, Ego te baptizo, vt ipsi aduertatij fatentur.

¶Ad quartam demum obiectionem dicitur, quòd ex hoc quòd plurale non est nisi singulare geminatum, non euadit, quin dicēdo, nos, significetur pluralitas personarum: quæ (vt dictum est) contrariatur veritati ministri. Nam dicendo, Nos baptizamus, sensus est, nō quòd bis ego, sed quòd duo ego, hoc est, persona mea, & persona cōlegæ mei: ambo enim demonstramur in prima persona per ly nos. Et vera expositio exercens ly nos, est demonstratio vtriusque in prima persona, puta ego & alter ego, monstrato collega. Vel adamussim dicendo, ego, & collega subiungetur, & ego: hic enim exercetur sua significatum per ly nos. Sicut dicendo in nominativo plurali, vos, non significatur bis tu, sed significatur duo tu: significatur enim demonstratiue duobus, tu & tu. Et hoc est plurale esse singulare geminatum. Ex quibus omnibus apparet manifestè, quòd huiusmodi geminatio singularis in plurali ponit multitudinem personarum, quæ excluditur per vnitatem singularis. Et propterea in hoc solo adiuuat Arguentem sed Autorem dicentem, quòd per hoc variatur forma, & exprimitur pluralitas contraria veritati & vnitati ministri.

¶Cum his omnibus tamen scito, quòd si quis propriè deferens dignitati etiam in sacra

Universidad de Deusto
Biblioteca

in sacramentis, solens numero plurali sũ suósque actus significare, dixerit, Nos te baptizamus in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, perfectum esset sacramentum baptismi, quoniam ex accommodatione vsus personæ excellentes vtimur plurali pro singulari: ac per hoc ex huiusmodi vsus accommodatione huiusmodi nomina & verba in plurali numero significant singulares personas: & singulares actus excellentium personarum: quanuis hoc non significent ex proprijs significationis impositione.

¶Ad dubium de insufficientia processus literæ, respondetur nõ esse Autorem diminutum: sed in suo processu cõprehendisse etiam quid dicendum sit secũdum formam Græcorum. Et hoc in suo simili declarando enim, quòd non mutata forma, plures simul totum dicendo & faciendo possunt vnum baptizare, sufficienter declarauit quòd etiam secundum formã Græcorum hoc fieri potest vtroq; ministro absente & dicente, Baptizetur seruus Christi, &c.

¶Ad penultimã dem quæstionẽ magis Physicam quàm Theologicam, dicitur quòd virtus effectus sequitur vnicatẽ virtutis à qua exsultat. Et propterea distinguẽdum est de causis eiusdem rationis simul cõcurrentibus, aut agunt virtutibus proprijs aut agunt virtute tertij. Et dicendũ, quòd si sunt causæ agentes virtutibus proprijs, im

Infrà q. 70. ar. 2. ad 3. & 4. Et 4. di. 4. q. 3. arti. 3. q. 2. cor. & ad 3. Et di. 6. q. 1. art. 1. qõ. 1. cor. Et 4. cõtra c. 71.

possibile est à duabus eiusdem rationis totalibus causis omnino vnum & eundem per se prouenire effectũ: quoniam effectus ille esset per se ab vtraque & à natura. Si verò agunt virtute tertij, potest vnus & idem omnino effectus ab vtraque prouenire: vel, rectius loquendo, per vtranque à tertio prouenire. Et quia sacramenta non agunt virtutibus propriis, sed virtute Christi, qui per illa operatur: ideo quotcunq; instrumẽtales causæ eiusdem rationis perfectæ seu totales concurrere inueniantur simul in vnum operatum: vnica virtus Christi per illa vnum operatur effectũ: quanuis illæ instrumentales causæ quantum in se est, duos sortiantur effectus. Et propterea diximus & dicimus, quòd Christus ex suæ potestatis excellẽtia potest simul vtl duobus instrumentis totalibus vt vno: & de facto sic vteretur in casu proposito.

Nec obstat huic responsioni doctrina superius habita de virtute existente in sacramentis: oportet enim esse memorem, virtutem illam nihil aliud esse quàm vsum verborum & rerum sacramentalium, ad producendum sacramenti effectum. Vsum autem dico, non cuiuscunque vsentis, sed Christi vt superius declaratum est. Quomodo autem soluenda esset quæstio hæc à ponentibus in sacramento superadditam qualitatis virtutem, ipsi videritis, imò hinc pependant se à veritate procul esse, si non potuerint intellectui satisfacere in hac quæstione absque miraculis.

¶In responsione ad secundum, aduerte quòd si baptizando plures, non intercederet alia mutatio, quàm dicere, Baptizo vos, non videretur magna ad hoc necessitas exigi: quoniam ex solo concursu multorum videmus Romanam Ecclesiam mutare formam de singulari in pluralem: quando ordinantur diaconi plures simul. dicit enim tunc Episcopus, Accipite potestatem, &c. Sed quoniam baptismus simul plurium non fit communiter per immersionem, sed per aspersionem: ideo ad tot mutationes faciendas magna exigitur necessitas.

¶In responsione ad tertium, aduerte tria hic ad sensum literæ. Primum est, quòd baptizare sumitur secundum plures significationes: quandoque enim sumitur secundum propriam significationem: & tunc significat abluere. Quandoq; verò sumitur extensa significatione pro integro sacramento, quasi idem sit baptizare, quod sacramentum conferre. Et iuxta hunc sensum dicitur in hac litera, quòd neuter baptizaret. Secundum est, quòd Autor loquitur hic de baptismi forma apud Latinam Ecclesiam, quum dicit, Nulla forma verborum, &c. Tertium est, quòd loquutio pluralis in prima persona potest dupliciter exponi per duas singulares, vel per modum copulatiuæ vel copulatim. Et quando exponitur per modum copulatiuæ, habet vtranque singularem frontium veram. Verbi gratia, dicendo, nos trahimus nauem, habet ex ore ea ly nos, suam singularem veram: puta ego traho nauem, &, ego traho nauem: & sic de aliis trahentibus, & iuxta hũc sensum procedit litera, dicendo quòd neuter baptizaret: hoc est, neuter posset verè dicere, ego te baptizo: & similiter neuter scribentium partem libri, posset verè dicere, ego scripsi hunc librum. Quando verò copulatim exponitur: nõ exigitur quòd aliquis singularis sit vera: imò stat vtranque singularem esse falsam. Verbi gratia. Si iudices delegati simul, ita quòd ambo simul, & neuter sine altero possit iudicare, proferendo sententiam, verè dicerent, Nos iudicamus. Et verũ esset, quòd ego & alter, ego coniunctim, iudicamus: licet tamen esset vtraque singularis, pura ego, dico, quia in veritate ego iudicandi potestate careo. Et iuxta hunc sensum posset dici, Nos te baptizamus, in casu posito: quia de vtroque simul coniunctim verificaretur quòd conferunt sacramentum baptismi: quanuis neuter conferret illud. Et certũ quantum est ex veritate formæ posset vnus in articulo necessitatis baptizari à duobus: quorum alter esset mutus, & alter esset manuum abluentes, & mutuo proferente verba, ad cuiuslibet ora omnes strepulos, secundum formam Græcorum, & diuersimode proferente seruatur Christi, &c. tunc enim nullum penitus apparet inconueniens ex parte formæ in ministrorum pluralitate. Autor autem, quæritur, plures personas nõ posse integrare ministrum baptismi videtur ideo dicto transeunte fuit contentus. Videtur autem, quòd in tali casu potiùs pro baptismo

Quæritur de infidelitate.

iudicandum esset: quanuis difficile sit, quin mancus posset etiam abluere. Posset enim super caput habere modicum aquæ: quam inclinando caput effunderet super baptizando, & simul proferret verba. Et in hoc posset mutus adiuuare, distinendo vas in capite manci, ne caderet, quum ille inclinaret caput: nõ tamen muti plenæ aqua positæ super caput manci, supplere vicem valuisse tamen quòd motus capitis manci esset effusiuus aquæ.

¶Et hæc sufficiant etiam pro duobus sequentibus articulis.

¶ super Quæstionis sexagesimaoctauæ Articulum primum & secundum.



QVAESTIO SEXAGESIMAoctaua, De *suscipientibus baptismum, in duodecim articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de suscipientibus baptismum.

¶Et circa hoc quæruntur duodecim.

¶Primò, vtrùm omnes teneantur ad suscipiendum baptismum.

¶Secundò, vtrùm aliquis possit saluari sine baptismo.

¶Tertiò, vtrùm baptismus sit differendus.

¶Quartò, vtrùm peccatores sint baptizandi.

¶Quintò, vtrùm peccatoribus baptizatis sint imponenda opera satisfactoria.

¶Sextò, vtrũ requiratur confessio peccatorũ.

¶Septimò, vtrùm requiratur intentio ex parte baptizati.

¶Octauò, vtrùm requiratur fides.

¶Nonò, vtrùm pueri sint baptizandi.

¶Decimò, vtrùm pueri Iudæorum sint baptizandi inuitis parentibus.

¶Vndecimò, vtrùm aliqui sint baptizandi in maternis vteris existentes.

¶Duodecimò, vtrùm furiosi & amentes sint baptizandi.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm omnes teneãtur ad susceptionẽ baptismi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non teneantur omnes ad susceptionem baptismi. Per Christum enim non est hominibus arctata via salutis. Sed ante Christi aduentum poterant homines saluari sine baptismo. Ergo & post Christi aduentum.

¶Præterea, Baptismus maximè videtur esse institutus in remedium peccati originalis. Sed ille qui est baptizatus, cùm non habeat originale peccatum, non videtur quòd possit illud transfundere in prolem. Ergo filij baptizatorum non videntur esse baptizandi.

¶Præterea, Baptismus datur ad hoc, quòd aliquis per gratiam à peccato muderur. Sed hoc consequuntur illi qui sunt sanctificati in vtero, sine baptismo. Ergo non tenentur ad susciendum baptismum.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, nõ potest introire in regnum Dei. Et in lib. de Ecclesiasticis dogmatibus dicitur, Baptizatis tantùm iter salutis esse credimus.

CONCLVSIO.

¶Omnes homines de necessitate salutis tenentur ad baptismum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ad illud homines tenentur, sine quo salutem consequi nõ possunt. Manifestum est autem, quòd nullus potest salutem cõsequi, nisi per Christum. vnde & Apost. dicit Rom. 5. Sicut per vnius delictum in omnes homines in cõdemnationem, sic & per vnius iustitiam, in omnes homines in iustificationem vitæ. Ad hoc autem datur baptismus, vt aliquis per ipsum regeneratus, incorporetur Christo, sanctus membrum ipsius. vnde dicitur Gal. 3. Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Vnde manifestum est, quòd omnes ad baptismum tenentur, & sine eo non potest esse salus hominibus.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd nunquam homines potuerunt saluari etiam ante Christi aduentum, nisi fierent membra Christi: quia, vt dicitur Act. 4. non est aliud nomen datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Sed ante aduentũ Christi, homines Christo incorporabantur per fidem futuri aduentus: cuius fidei signaculum erat circumcisio, vt Apost. dicit Rom. 4. Antè verò quàm circumcisio institueretur, sola fide (vt Greg. dicit) cum sacrificiorum oblatione, quibus suam fidẽ antiqui patres profitebantur, homines Christo incorporabantur. Post aduentum etiam Christi, homines per fidem Christo incorporantur: secundũ illud Ephe. 3. Habitare Christũ per fidem in cordibus vestris. Sed alio signo manifestatur fides rei iam præsentis, quã demonstraretur, quando erat futura: sicut etiam aliis verbis significatur præsens, præteritum, & futurũ. Et ideo licet ipsum sacramẽtũ baptismi, nõ semper fuerit necessariũ ad salutẽ: fides tamẽ cuius baptismus sacramentũ est, semper necessaria fuit.

¶Ad secundum dicendum, q; (sicut in Secũda parte dictum est) illi qui baptizantur, renouantur per baptismum secundum spiritum, corpus tamen remanet subiectum vetustati peccati: secundum illud Rom. 8. Corpus quidem mortuũ est propter peccatum, spiritus verò viuit propter iustificationem. Vnde & Aug. probat in lib. contra Iulianũ, q; non baptizatur in homine, quicquid in eo est. Manifestum est autem, quòd homo non generat generatione carnali secundum spiritum, sed secundum carnem. Et ideo filij baptizatorum, cum peccato originali nascuntur: vnde indigent baptizari.

¶Ad tertium dicendum, quòd illi qui sunt sanctificati in vtero, consequuntur quidem gratiam emundantem à peccato originali: non tamen ex hoc ipso consequuntur characterem, quo Christo cõfigurentur. Et propter hoc si aliqui nunc sanctificarentur in vtero, necesse esset eos baptizari: vt per susceptionem characteris, aliis membris Christi conformarentur.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm sine baptismo aliquis possit saluari.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd sine baptismo nullus possit saluari. Dicit enim Dominus Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Sed illi soli saluãtur, qui regnum Dei intrant. Ergo nullus potest saluari sine baptismo, quo aliquis regeneratur ex aqua & Spiritu sancto.

¶Præterea, In lib. de Ecclesiasticis dogmatibus dicitur, Nullum catechuminũ, quanuis in bonis operibus defunctum, vitam æternam habere credimus, excepto martyrio, vbi totum sacramentum baptismi completur. Sed si aliquis sine baptismo posset saluari, maximè hoc haberet locum in catechuminis bona opera habentibus, qui videntur habere fidem per dilectionem operantem. Videtur ergo quòd sine baptismo nullus possit saluari.

¶Præterea, Sicut suprà dictum est, sacramẽtũ baptismi est de necessitate salutis. Necessariũ autem est, sine quo non potest aliquid esse: vt dicitur 5. Met. Ergo videtur quòd sine baptismo nullus possit consequi salutem.

¶SED CONTRA est quod August. dicit super Leuiticum, inuisibilem sanctificationem quibusdam affuisse & profuisse sine visibilibus sacramentis, visibilem verò sanctificationem (quæ sit sacramento visibili) sine inuisibili posse adesse, sed non posse prodesse. Cùm igitur sacramentum baptismi ad visibilem sanctificationem pertineat, videtur quòd sine sacramento baptismi, aliquid possit salutem consequi per inuisibilem sanctificationem.

CONCLVSIO.

¶Minimè saluari possunt qui re & voto baptismi sacramentum non susceperint: qui verò saltem voto sacramentum baptismi susceperint, etsi non re saluari eos tamen possibile est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sacramentum baptismi dupliciter potest alicui deesse. Vno modo & re & voto, quod contingit illis, qui nec baptizantur, nec baptizari volunt: quod manifestè ad contemptum sacramenti pertinet, quantum ad illos qui habent vsum liberi arbitrij. Et ideo hi quibus hoc modo deest baptismus, salutem consequi non possunt: quia nec sacramẽtaliter nec mentaliter Christo incorporantur, per quem solum est salus. Alio modo potest sacramentum baptismi alicui deesse re, sed non voto: sicut cùm aliquis baptizari desiderat, sed aliquo casu præuenitur morte, antequam baptismum suscipiat. Et talis sine baptismo actuali, salutem consequi potest, propter desiderium baptismi, quod procedit ex fide per dilectionem operantẽ: per quam Deus interius hominem sanctificat, cuius potentia sacramentis visibilibus non alligatur. Vnde Ambr. dicit de Valentiniano, Qui catechuminus mortuus fuit, quem regeneraturus eram, amisi: verumtamen ille gratiam, quam popoſcit, non amisit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut dicitur 1. Reg. 16. Homines vident quæ apparent, Dominus autẽ intuetur cor. Ille autem qui desiderat per baptismum regenerari ex aqua & Spiritu sancto, corde quidem regeneratus est, licet nõ corpore: sicut & Apost. dicit Rom. 2. quòd circumcisio cordis est in Spiritu, non in litera, cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.

¶Ad secundum dicendum, quòd nullus peruenit ad vitam æternam, nisi absolutus ab omni culpa & reatu pœnæ. Quæ quidem vniuersalis absolutio fit in perceptione baptismi & in martyrio: propter quod dicitur quòd in martyrio omnia sacramenta baptismi complentur, scilicet quantum ad plenam liberationem à culpa & pœna. Si quis ergo catechuminus sit habens desiderium baptismi (quia aliter in bonis operibus non moreretur, quæ non possunt esse sine fide per dilectionem operante) talis decedens non statim peruenit ad vitam æternam, sed patietur pœnam pro peccatis præteritis: ipse tamen saluus erit sic quasi per ignem: vt dicitur 1. ad Corin. 3.

¶Ad tertium dicendum, quòd pro tanto dicitur sacramentum baptismi esse de necessitate salutis, quia nõ potest esse hominis salus, nisi saltem in voluntate habeatur, quæ apud Deum reputatur pro facto.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm baptismus sit differendus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd baptismus sit differendus. Dicit enim Leo Papa, Duo tempora, id est, Pascha & Pentecoste ad baptizandum à Romano Pontifice legitimè præfixa sunt: vnde dilectionem vestram monemus, vt nullos alios dies huic obseruationi misceatis. Videtur ergo quòd oporteat non statim aliquem baptizari, sed vsque ad prædicta tempora baptismum differri.

¶Præterea, In concilio Agathensi legitur, Iudæi, quorũ perfidia frequenter ad vomitum redit: si ad leges catholicas venire voluerint, octo menses inter catechuminos Ecclesiæ limen introeant: & si pura fide venire noscantur, tunc demum baptismi gratiam mereantur. Non ergo statim sunt homines baptizandi, sed vsque ad certum tempus est differendum baptisma.

¶Præterea, Sicut dicitur Isa. 27. Iste est omnis fructus vt auferatur peccatum. Sed magis videtur auferri peccatum vel etiam diminui, si baptismus diu differatur. primò quidem, quia peccantes post baptismum, grauius peccant: secundum illud Hebr. 10 Quantò magis putatis dereriora mereri supplicia, qui sanguinẽ testamenti pollutum duxerit in quo sanctificatus est, scilicet per baptismum? Secundò, quia baptismus tollit peccata præterita, non autem futura. vnde quantò magis baptismus differtur, tanto plura peccata tollit. Videtur ergo quòd baptismum debeat differri.

¶SED CONTRA est quod dicitur Eccles. 5. Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. Sed perfecta conuersio ad Deum, est eorum, qui regenerantur in Christo per baptismum. Non ergo debet baptismus differri de die in diem.

CON

cogit adultum ad suscipiendum baptisma: ita hodie, quòd si hic dies prætereat absq; baptismo, peccatum incurratur. Confirmatũrque hoc ex gestis Sanctorũ. Nã Martinus octo annis catechuminus fuit. Ambrosius longo quoque tempore catechuminus annumeratus videtur. Cõstantinus Magnus in vltimo vitæ suæ baptizatus est: vt Ambrosius dicit in oratione de obitu Theodosij.

¶Debet autem determinari tempus dilati baptismi secundo modo, quod dupliciter monstratur. Primò ex natura præcepti affirmatiui, obligantis pro loco & tempore. Præcepta enim affirmatiua, licet quantum est ex parte temporis, non obligẽt, nisi tempus necessitatis articulum adducat (vt Autor in 4. sent. dist. 17. q. 3. ar. 1. 2. a. dixistis par te tamẽ motiui addisse eodum rationem requirentinam si sine rationis arbitrio dilatio voluntaria fit, peccatũ incurritur. Potest ergo tã diu differre quis proprium baptismum, quandiu rationabiliter ad differendum mouetur. Quod diuersis hominibus diuersimodè accidere potest: & propterea diuersa inuenitur diuersorum dilatio.

4. di. 4. q. 3. art. 1. q. 4. cor. Et mal. q. 4. articul. 1.

¶Et quanuis tam incertam temporis mensurã dilatio baptismi habeat: dilatio tamen vsq; ad mortis articulum licita non est vt patet de consecr. dist. 4. c. quando quis: argumentum enim negligentiæ huiusmodi dilatores. Nec Constantinum credimus distulisse ex proposito vsque ad mortem baptismã: sed quò differret illud vsque ad tempus optatum: interim in vltimis constitutus differẽdum non censuit.

4. di. 4. q. 3. art. 1. q. 4. ar. 1. c. 2. et di. 17. q. 3. art. 1. q. 4. cor. Et mal. q. 4. articul. 1.

¶Ex iure autem positiuo scripto, si tempus aliquod præfixum est (quod fateor me non inuenire, & gesta dicto rum Sanctorũ testatur) nõ esset differendus vltra tempus præfixum.

¶ Super Quæstionis sexagesimaoctauæ Articulum tertium.

IN artica. 3. circa dilationem baptismi vsq; ad aliquod certum tempus, aduertendum est, certitudinem temporis posse dupliciter intelligi. Primò determinatè, puta octo menses. Alio modo vagè, puta expedito tali negotio, sufficiendum quantum temporis intercedet.

¶Considerãdum tutsus est, tẽpus baptismi determinati, vel ex diuino iure, vel ab Ecclesia. Quantum igitur ex diuino iure apparet, dilatio baptismi adultorũ non habet tempus determinatũ primo modo. Nulla enim ratio

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis sexagesimaoctaua. Articulum quartum.

Annot. IN quarto artic. hoc solum notandi occurrit, quòd sermo literæ de peccato mortali intelligitur: existentibus enim cum voluntate peccandi venialiter, potest baptismus dari, quamuis ipsos q. nisi voluntate mutent, gratiam quidem filiorum Dei recipient, sed non secundū plenitudinem baptismalē, & sine eos deinde arbitrio relinquere vt ipsi viderint.

¶ Super Quæstionis sexagesimaoctaua. Articulum quintum.

Annot. IN artic. 5. & 6. hoc solum occurrit suggerendum, vt ex denotione sua peccata cōfitentes ante baptismū, non absoluantur: quoniam non sunt capaces sacramenti pœnitentiæ ante baptismū: nec eorum cōfessio talis esset sacramentalis, nisi forte per reductionem.

CONCLVSIO.

¶ Puerorum baptismus differendus nequaquā est, sed statim sunt baptizandi: adulti verò non statim, sed ad certum tempus baptizari debent, nisi fuerint in fide instructi, & in manifesto mortis periculo.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc distinguendum est, vtrùm sint baptizandi pueri vel adulti. Si enim pueri sint baptizandi, non est differendum baptisma. primò quidem, quia non expectatur in eis maior instructio, aut etiam plenior conuersio, secundò, propter periculum mortis: quia nō potest eis alio remedio subueniri, nisi per sacramentum baptismi. Adultis verò subueniri potest per solum baptismi desiderium, vt suprà dictum est. Et ideo adultis non statim, cùm conuertuntur, est sacramentum baptismi conferendū: sed oportet differre vsq; ad aliquod certum tempus. Primò quidem propter cautelam Ecclesiæ, ne decipiatur, sacramentum fictè accedentibus conferens: secundum illud 1. Ioan. 4. Nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint. Quæ quidem probatio fumitur de accedentibus ad baptismum, quando per aliquod spatium, eorum fides & mores examinantur. Secundò hoc est necessarium, ad vtilitatem eorum, qui baptizantur: quia aliquo temporis spatio indigent, ad hoc quòd plenè instruantur de fide, & exercitentur in his, quæ pertinent ad vitam Christianam. Tertiò hoc est necessarium ad quandam reuerentiam sacramenti, dum in Solennitatibus præcipuis, scilicet Paschæ & Pentecostes, homines ad baptismum admittuntur: & ita deuotius sacramentum suscipiunt. Hæc tamen dilatio est prætermittenda duplici ratione. Primò quidem quando illi qui sunt baptizandi, apparent perfectè instructi in fide, & ad baptismum idonei: sicut Philippus statim baptizauit Eunuchum (vt habetur Actu. 8.) & Petrus Cornelium, & eos qui cum eo erant: vt habetur Actu. 10. Secundò propter infirmitatem, aut aliquod periculum mortis. Vnde Leo Papa dicit, Hi qui necessitate mortis, ægritudinis, obsidionis, persecutionis, & naufragij, vrgentur, omni tempore debent baptizari. Si tamen aliquis morte præueniatur, articulo necessitatis sacramentum excludente, dum expectat tempus ab Ecclesia institutum, saluatur, licet per ignem, vt suprà dictum est. Peccat autem si vltra tempus institutum ab Ecclesia, differat accipere baptismum, nisi ex causa necessaria & licentia prælatorum Ecclesiæ. Sed tamen & hoc peccatum cum aliis deleri potest per succedentem contritionem, quæ suplet vicem baptismi, vt suprà dictum est.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illud mandatum Leonis Papæ de obseruandis duobus temporibus in baptismo, intelligendū est de adultis, excepto tamen periculo mortis, quod semper in pueris est timendum: vt dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd illud de Iudæis, est institutum ad Ecclesiæ cautelam: ne simplicium fidem corrumpant, si non fuerint plenè conuersi. Et tamen, vt ibidem subditur, si infra tempus præscriptum, aliquod periculum infirmitatis incurrerit, debent baptizari.

¶Ad tertium dicendum, quòd baptismus per gratiā quam confert, non solùm remouet peccata præterita, sed etiam impedit peccata futura ne fiant. Hoc autem præcipuè desiderandum est, vt homines non peccent. secundariò autem, vt leuius peccent, vel etiā vt eorum peccata mundentur. Secundum illud primo Ioan. 2. Filioli mei, hæc scribo vobis, vt non peccetis: sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christū iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm peccatores sint baptizandi.

Infr. qu. 8. ad 4. AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd peccatores sint baptizandi. Dicitur enim Zacha. 13. In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Quod quidem intelligitur de fonte baptismali. Ergo videtur quòd sacramentum baptismi sit etiam peccatoribus exhibendum.

¶Præterea, Dominus dicit Matth. 9. Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus. Malè autem habentes, sunt peccatores. Cùm igitur spiritualis medici, scilicet Christi, medicina sit baptismus, videtur quòd peccatoribus sit sacramentum baptismi exhibendum.

¶Præterea, Nullum subsidium debet peccatoribus subtrahi. Sed peccatores baptizati, ex ipso charactere baptismali spiritualiter adiuuantur, cùm sit quædam dispositio ad gratiam. Ergo videtur quòd sacramentum baptismi sit peccatoribus exhibendum.

¶SED CONTRA est* quod Augustinus dicit, Qui creauit te sine te, nō iustificabit te sine te. Sed peccator cùm habeat voluntatem non dispositam, non cooperatur Deo. Ergo frustra adhiberetur sibi baptismus ad iustificationem.

CONCLVSIO.

¶ Peccatoribus existentibus in mortali peccato, vel in proposito peccandi non est baptismi sacramentum conferendum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd aliquis potest dici peccator dupliciter. Vno modo propter maculā & reatum præteritum. Et sic peccatoribus est sacramentum baptismi cōferendum: quia est ad hoc specialiter institutum, vt per ipsum peccatorum sordes mundentur: secundum illud Ephes. 5. Mundans eam, scilicet Ecclesiam, lauacro aquæ in verbo vitæ. Alio modo potest dici aliquis peccator ex voluntate peccandi & proposito persistendi in peccato. Et sic peccatoribus non est sacramentum baptismi conferendum: primò quidem, quia per baptismum homines Christo incorporantur: secundum illud Galat. 3. Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Quamdiu autem aliquis habet voluntatem peccandi, non potest esse Christo coniunctus: secundum illud 2. Cor. 6. Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? Vnde & Augustinus dicit in lib. de Pœnitentia, quòd nullus suæ voluntatis arbiter constitutus, potest nouam vitam inchoare, nisi eum veteris vitæ pœniteat. Secundò, quia in operibus Christi & Ecclesiæ nihil debet fieri frustra. Frustra autem est, quod non pertingit ad finem ad quem est ordinatum. Nullus autem habens voluntatem peccandi, simul potest à peccato mundari, ad quod ordinatur baptismus: quia hoc esset pone nere contradictoria esse simul. Tertiò, quia in sacramentalibus signis non debet esse aliqua falsitas. Est autem signum rei sum, cui res significata non respondet. Ex hoc autem, quòd aliquis lauandum se præbet per baptismum, significatur quòd se disponat ad interiorem ablutionem. Quod non contingit de eo qui habet propositum perfistendi in peccato. Vnde manifestum est, quòd talibus sacramentum baptismi non est conferendum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illud verbum est intelligendum de peccatoribus, qui habent voluntatem recedendi à peccato.

¶Ad secundum dicendum, quòd spiritualis medicus, scilicet Christus, operatur dupliciter. Vno modo interius per seipsum: & hic præparat voluntatem hominis, vt bonum velit, & malum odiat. Alio modo operatur per ministros, exterius adhibendo sacramenta: & sic operatur perficiendo exterius id quod est interius inchoatum. Et ideo sacramentum baptismi non est exhibendum, nisi ei, in quo interioris conuersionis aliquod signum appareat: sicut nec medicina corporalis adhibetur infirmo, nisi in eo aliquis motus vitalis naturæ appareat.

¶Ad tertium dicendum, quòd baptismus est fidei sacramentum. Fides autem informis non sufficit ad salutem, nec ipsa est fundamentum: sed sola fides formata, quæ per dilectionem operatur: vt Augustinus dicit in lib. de Fide & operibus. Vnde nec sacramentum baptismi salutem conferre potest cum voluntate peccandi: quæ fidei formam excludit. Non est autem per impressionem characteris baptismalis aliquis disponendus ad gratiam, quandiu in eo apparet voluntas peccandi: quia Deus neminem ad virtutem compellit, sicut Damas. dicit.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm peccatoribus baptizatis sint imponenda opera satisfactoria.

AD QVINTVM sic procedit. Videtur quòd peccatoribus baptizatis sint opera satisfactoria imponenda. Hoc enim ad iustitiam Dei pertinere videtur: vt pro quolibet peccato aliquis puniatur secundum

¶ Super Quæstionis sexagesimaoctaua. Articulum septimum.

¶ Num in baptizato ita requiratur intentio baptizandi, vt si ea desit, nullus sit baptismus.

Quæstio. TITulus vt sonat sumendus est.

¶In corpore istā responsione ad secundum, vbi dicitur si in adulto deesset intentio suscipiendi sacramētū, esset rebaptizandus. dubium occurrit magnū, an ex parte baptizati ita necessaria sit intentio suscipiendi sactamētum baptismi, vt si illa deesset, baptismus nullus sit.

¶Et est ratio dubij varietas opinionum: quidam enim (de quorum numero est Durand. in 4. sent. dist. 4. q. 2. tenēt vniuersaliter, hoc est tā in adultis quàm in paruulis requiri cōsensum ex parte baptizati. Alij verò de quorum numero est Autor in 4. sent. dist. 6. q. 1. arti. 1. q. 3. tenent totaliter oppositū: scilicet q. nec in paruulis, nec in adulto, per se loquendo, exigitur voluntas propria. Dico autem per se loquendo: quia in adultis exigitur voluntas propria per accidens, hoc est vt nemo habens prohibens, puta peccatum vel cōtrariā voluntatem. Quidā autem dicūt quorum numero est Scotus in 4. sent. dist. 4. q. 2. distinguendum putant inter adultum & puerum, tenentes quòd in adulto requiritur voluntas: in paruulo autem, non.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Aug. dicit in lib. de baptismo paruulorum, ad hoc baptismus valet, vt baptizati Christo incorporentur, vt membra eius. Vnde ipsa pœna Christi fuit satisfactoria pro peccatis baptizatorum, sicut & pœna vnius membri potest esse satisfactoria pro peccato alterius membri. Vnde Isa. 53. dicitur, Verè langueres nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.

¶Ad secundum dicendū, quòd nuper baptizati, exercitandi sunt ad iustitiam, non per opera pœnalia, sed per opera facilia: vt quasi quodam lacte facilis exercitij, promoueantur ad perfectiora: vt glos. dicit super illud Psal. Sicut ablactatus super matre sua. Vnde & dominus discipulos suos de nouo conuersos, à ieiunio excusauit: vt patet Matt. 9. Et hoc est quod dicitur primæ Pet. 2. Sicut modò geniti infantes, lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem.

¶Ad tertium dicendum, quòd restituere malè ablata proximis, & satisfacere eis de iniuriis illatis, est cessare à peccando: quia hoc ipsum quod est detinere aliena, & proximum læsum non placare, est peccatum. Et ideo peccatoribus baptizatis iniungendum est, quòd satisfaciant proximis: sicut & quòd desistant à peccato: non est autem eis iniungendum, quòd pro peccatis præteritis aliquam pœnam patiantur.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm peccatores ad baptismū accedentes, teneātur sua peccata cōfiteri.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd peccatores ad baptismum accedentes, teneantur sua peccata confiteri. Dicitur enim Matth. 3. quòd baptizabantur multi à Ioanne in Iordane, confitentes peccata sua. Sed baptismus Christi est perfectior quàm baptismus Ioannis. Ergo videtur quòd multò magis illi qui sunt baptizandi baptismo Christi, debeant sua peccata confiteri.

¶Præterea, Prouerbio. 28. dicitur, Qui abscondit scelera sua, non dirigitur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Ergo baptizandi debent sua peccata confiteri.

¶Præterea, Pœnitentia requiritur ante baptismum, secundum illud Act. 2. Agite pœnitētiam, & baptizetur vnusquisq; vestrum. Sed confessio est pars pœnitentiæ. Ergo videtur quòd confessio peccatorum requiratur ante baptismum.

¶SED CONTRA est, quòd confessio peccatorum debet esse cum fletu: dicit enim Aug. in lib. de pœnitētia, Omnis ista virtus consideranda est & deflenda. Sed sicut Ambr. dicit, gratia Dei in baptismo non requirit gemitum neque planctum. Ergo à baptizandis non est requirenda confessio peccatorum.

CONCLVSIO.

¶ Accendentes ad Baptismum non oportet confiteri peccata sacerdoti, sed soli Deo, interius corde præterita ac malæ vitæ dolendo.

¶RESPONDEO dicendum, quòd duplex est peccatorum confessio. Vna quidem interior, quæ fit Deo. Et talis confessio peccatorum requiritur ante baptismum, vt scilicet homo sua peccata recogitans, de eis doleat. Non enim potest inchoare nouam vitam nisi pœniteat eum veteris vitæ, vt dicit Augustinus in lib. de pœnitentia. Alia verò est confessio peccatorum exterior, quæ fit sacerdoti. Et talis confessio non requiritur ante baptismum. Primò quidem: quia talis confessio cùm respiciat personam ministri, pertinet ad pœnitentiæ sacramentum, quod non requiritur ante baptismum: quia est ianua omnium sacramentorum. Secundò, quia confessio exterior, quæ fit sacerdoti, ordinatur ad hoc quòd sacerdos confitentem absoluit à peccatis, & liget ad opera satisfactoria, quæ baptizatis non sunt imponenda, vt suprà dictum est. Nec etiam baptizati indigent remissione peccatorum per claues Ecclesiæ, quibus omnia remittuntur per baptismum. Tertiò, quia ipsa particularis confessio homini facta, est pœnosa propter verecundiam confitentis: Baptizato autem nulla exterior pœna imponitur. Et ideo à baptizatis non requiritur specialis confessio peccatorum: sed sufficit generalis, quam faciunt, cùm secundum ritum Ecclesiæ abrenuntiant Satanæ & omnibus pompis eius. Et hoc modo dicit quædam glos. Mat. 3. quòd in baptismo Ioannis, exemplum dabatur baptizandis cōfitendi peccata, & promittendi meliora. Si qui tamen baptizandi, ex deuotione sua peccata confiteri vellent, esset eorum confessio audienda, non ad hoc quòd eis satisfactio imponeretur: sed ad hoc quòd contra peccata consueta eis spiritus Iis informatio vitæ traderetur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in baptismo Ioannis non remittebantur peccata: sed erat baptismus pœnitentiæ. Et ideo conuenienter accedentes ad illud baptisma, confitebantur peccata: vt secundum qualitatem peccatorum, eis pœnitentia determinaretur. Sed baptismus Christi est sine exteriori pœnitentia, vt Ambros. dicit. Vnde non est similis ratio.

¶Ad secundum dicendum, quòd baptizatis sufficit confessio interior Deo facta, & etiam exterior generalis, ad hoc quòd dirigantur & misericordiam consequantur. Nec requiritur confessio specialis exterior: sicut dictum est.

¶Ad tertium dicendum, quòd confessio est pars pœnitentiæ sacramentalis, quæ non requiritur ante baptismum, vt dictum est: Sed requiritur interioris pœnitentiæ virtus.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrùm ex parte baptizati requiratur intentio suscipiendi sacramentum baptismi.

Infr. qu. 68. art. 9. Et 4. dist. 6. q. 1. art. 2. qu. 3. & dist. 27. q. 1. art. 3. qu. 4. cor.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd ex parte baptizati non requiratur intentio suscipiendi sacramentum baptismi. Baptizatus enim se habet sicut patiens in sacramento. Intentio autem non requiritur ex parte patientis, sed ex parte agentis. Ergo videtur quòd ex parte baptizati, non requiratur intentio suscipiendi baptismum.

¶Præterea, Si prætermittatur id quod requiritur ad baptismum, homo est denuo baptizandus: sicut cùm prætermittitur inuocatio Trinitatis: vt suprà dictum est. Sed ex hoc non videtur aliquis esse denuo

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Et quoniam quæstio est difficilis, videndum est quid roboris habeãt rationes opinionum: & deinde rationabilior dicendi modus eligendus est.

¶Prima igitur opinio tenens vniuersaliter requiri cõsensum ex pte baptizati, fundatur primò super ritu Ecclesiæ petẽtis à baptizando, vt baptizati: Secundò super hoc, quòd baptizari est passio voluntaria.

¶Tertiò procedit Durandus sic: Quicquid est de necessitate sacramẽti in vno, est de necessitate sacramẽti in omnibus, in similibus quidẽ similiter, & in proportionalibus proportionaliter: sed voluntas recipiendi baptismum est de necessitate sacramẽti in adulto: ergo est etiam de necessitate sacramenti in paruulis. proportionaliter tamẽ, hoc est voluntate interpretatiua quo ad paruulos, sicut propria quo ad adultos. Probatur minor: Adultus simili modo debet se habere ad fidem & ad fidei sacramentum: sed credere non potest nisi volens: ergo nec baptizari non potest nisi volens.

¶Et cõfirmatur ex mãdato Domini, Docete omnes gentes, baptizãtes eos, &c. vbi Hier. dicit, Non potest suscipi sacramentum, nisi anima fidei susceperit veritatem.

¶Afferitur quòd ratio ex litera huius art. scilicet oportet inchoãtem nouam vitã, velle illã: ac per hoc eius principii, quod est baptisma.

¶Oppositæ autem opinionis, scilicet quòd nõ per se requiritur velle ex parte baptizati, fundamentum est, quòd tota efficacia sacramenti baptismi est ex parte ipsius sacramenti: nec requirit ex parte patiẽtis nisi capacitatẽ abs. cõtrarietate. probatúrque hoc ex eo quòd de facto videmus paruuli omnẽ baptizatum non esse rebaptizãdum. Et hinc sumitur ratio: Quicquid nõ est de necessitate sacramenti in vno, nõ est de necessitate sacramenti in reliquis: sed cõsensus nõ est de necessitate sacramenti in paruulis. ergo nec in adultis.

¶Tertiæ autem opinionis ratio est: quia si adultus caret cõsensu, videtur quòd contemnat: oportet enim adultum aliquam habere deuotionem ad sacramentum, aut contemnere ipsum saltem interpretatiuè.

¶Et vt ab hac vltima incipiamus, responsio seu ratio ista fugit quæstionẽ, quasi impossibile sit inueniri adultum neutrũ respectu baptismi, sed oporteret in alteram partem declinare: hoc est, velle, aut nolle baptizari. Quæstio autẽ est de veritate conditionalis, non curãdo de possibilitate antecedentis: vertitur enim in quæstionem, Si adultus neuter secundum voluntatem ab baptismum baptizaretur dormiens, an esset postea baptizandus: hoc est, an susciperet characterẽ vel nonne quæstioni (vt patet) non satisfit per hanc opinionem declinantem ad alterum extremum.

¶Primæ autem opinionis fundamentum primum de ritu Ecclesiæ, non cogit: quoniam eodem Ecclesiæ ritu petitur etiam à baptizando, si credit in Deũ patrem omnipotentem, &c. & tamen cõstat non exigi ad necessitatem sacramẽti fidem siue suam, siue patrini, ex parte baptizati. Secundum quoq; fundamẽtum petit principium. Tertium verò ambiguum assumit, scilicet in adulto requiri per se propriam voluntatem: hoc est enim, de quo est quæstio.

¶Et ad probationem dici facilè potest, similitudinem non tenere, scilicet quòd adultus ita se debeat habere ad sacramentũ fidei, sicut se habet ad credere: quoniam credere cõstitit manifestè in actione voluntaria, sacramentum autem fidei manifestè consistit in pati seu suscipere: & propterea non est simile. Auctoritas autem Hieron. non est ad propositum: quia de fide loquitur, quæstio autem est de velle.

¶Secundæ demum opinionis ratio relici potest eodem modo, scilicet quòd assumit probandum. hoc enim est quod vertitur in dubium, an patiens in baptismo, exigat velle vt necessariam dispositionem ad receptionem sacramẽti. hoc enim est totum in quo consistit quæstio.

¶Quod autem additur, quòd nullus puer baptizatus est rebaptizandus, licet negetur à tenentibus primam opinionem, magnam tamen secundum rationem vim habere videtur.

¶His excussis, secundò mihi videtur cum secũda opinione, quòd per se loquẽdo nõ exigitur intentio seu voluntas ex parte baptizandi de necessitate sacramentiſed sufficit in ipso nõ inueniri obicem voluntatis contrariæ. Probatúrq; hoc dupliciter. Primò autoritate Innocentij iij. extra de baptismo & eius effectu, in cap. maiores causas, ibi enim mota quæstione de suscipientibus characterem, & relata opinione quorundã dicentium characterem imprimi etiã inuitis, refutata deinde hac opinione quo ad totaliter inuitos, concludit hæc verba in

calce. Tunc ergo characterẽ sacramentalis imprimit operatio quasi obicẽ voluntatis contrariæ nõ inuenit obsistẽtem, vbi manifestè patet intenta cõclusio determinata ab Apostolica sede. Secundò probatur vtendo iam dicta ratione. Quod nõ est de necessitate sacramẽti in vno recipiente baptismũ, non est de necessitate sacramẽti, per se loquẽdo, in quocunq; recipiẽte baptismũ: sed in paruulis voluntas etiã interpretatiua nõ exigitur vt propria dispositio ad recipiẽdum baptismum: ergo in nullo baptizando requiritur, per se loquẽdo, consensus ad recipiẽdũ baptisma. Et probatur minor quia voluntas parẽtum non est dispositio aliqua, sed sola appropinquatio patientis ad aferentem sacramentum. Constat enim approximantem passiuũ actiuo nõ esse necessarium ex parte patientis. Tũ quoniam alidde potest supleri, puta ex approximatione agentis ad patiens, vel ex remouẽte obstaculd. Tũ quoniam ex consensu verò volũtatis parentis solùmodo approximare passiuũ actiuo, efficiendo infantem baptizatum. Tertiò: ex eo q. si infans filiũ baptizati faceret filiũ baptizati, nõ vt nutriretur Christianus, sed totaliter nutriendum in fidem, ob solũm; corporis sanitatẽ infantẽ velle baptizari, & hoc ipsum deceret ac cõpelleret ministrũ ad baptizandum vel ipsemet baptizatus in veritate infans esset baptizatus: & tamẽ talis paterna volũtas nec ex charitate, nec ex fide, nec ex Ecclesiæ volũtate ibi cooperatur: quoniã Ecclesia si sciret, resisteret illi oblationi. Nihil ergo facit oblatio pueri, nisi approximat passiuum agenti: iniuriãq; paterną tollit autoritate, quæ illi iretogaretur si infans parte inuito baptizaretur. Sufficit ergo in baptizãdo nõ inueniri obicem voluntatis contrariæ ad hoc vt characterem suscipiat ex baptismo.

¶Sed contra hoc instant dupliciter. primò vtendo argumento allato in dicta decretali: quòd scilicet sequeretur ex hoc, quòd aliquis adultus nunquam consentiens baptismo, pertineret ratione sacramenti ad iurisdictionem ecclesiasticam: ac per hoc ad seruandam regulã Christianæ fidei foret rationabiliter compellendus quod est absurdum.

¶Obiicitur quoque à Durand. probante quòd voluntas adulti baptizandi requiritur per se: nam si velle suscipere baptismum, non sit in adulto dispositio necessaria ad baptismum secundum se, sequitur quòd nolle seu renuere vel negligere suscipere ipsum, non erit impedimentum: quia non impedit nisi velle oppositum.

¶Ad primum horum dicitur, quòd ratio procedit ex extrinsecis accidentibus, quale est iurisdictio ecclesiastica: & propterea parum roboris habet. Verumtamen dupliciter solui potest. Primò, quòd casus iste aut impossibilis aut pauquam rarissimus est, scilicet vt adultus neuter baptizetur. regulæ autem de iurisdictionis actibus (puta de compellendo & similibus) dantur secundum ea quæ communiter eueniunt. Secundò, quòd vno inconuenienti dato, multa inconuenientia sequi possunt: & ideo dato hoc inconuenienti, quòd minister remere baptizaret adultum neutrum, non est mirum sequi aliud inconuenientia scilicet quòd talis esset de iurisdictione Ecclesiæ ratione sacramenti, & non esset compellendus ad Christianitatem seruandam: quia nũquam consentiret dormiens baptizatus est.

¶Ad obiectionem verò Durand. respondetur, quòd sequela nihil valet. Et probatio nullius etiam apparentiæ est: quoniam nolle baptismum, secũdum se adhuc seruatur susceptioni baptismi: & ideo impedit ipsum: & non quia tollit suum contrarium, puta velle baptismum.

Nec putes Autorem hoc in loco alterius fuisse opinionis, vt patet ex eo quòd inferius dicit pueros in fidelium si inuitis parentibus baptizarentur, fore baptizatos. quòd autem hic dixit, intelligendum est secundum id quod semper de facto inuenitur in adultis: scilicet quòd non inuenitur neuter, sed aut habet velle aut nolle respectu baptismi implicitè vel explicitè, &c. Et propterea verificatur quòd si in adulto deesset intentio suscipiendi sacramentum, esset rebaptizandus: defectus enim intentionis contrariam haberet annexam intentionem.

¶ *super Quæstionis sexagesimæoctauæ Articulum octauum.*

IN articulo octauo aduette verba Autoris intelligi de adultis: quoniam de infantibus non est necessariò requiri ad vltimum effectum baptismi sonans. Et hoc dico propter paruulos in quibus nec intentio nec ſdes ex parte baptizati requiritur. ¶Super

¶ *super Quæstionis sexagesimæoctauæ Articulum nonum.*

Auct. IN articulo nono in responsione ad primum & secundum intelligẽ accommodationem esse quandã. In hoc quòd Ecclesia pro paruulis credit, intẽdit, tenuntiat, &c. Ad literã enim, quia similitudo ex ꝓprio deriuatur: quum institutum esset ritus baptismi ꝓ adultis, accommodatus est idẽ ritus ad paruulos, vt quod apte fit ab adultis, secundum quãdam similitudine fieretã par uulo, non ꝓprio sed Ecclesiæ ore. Et quoniã ad solẽnitatẽ baptismi hęc spectãt: ideo sine his baptismus factus valet.

Alias Quirino

Auct. ¶ In responsione ad secundum, non sic intelligas Ecclesiæ fidem pro esse infanti, qui baptizatur, quasi meritum fidei existens in Ecclesia, saluet infantem: quoniã infans non per fidem, sed per fidei sacramentũ regulariter saluatur: sed intellige Ecclesię meritum prodesse infanti, & iuxta articulum cõmunionis Sanctorũ & particulariter tum orando pro infante, tum applicando eundem sacramẽto ex corde puro & charitate plena.

¶ *Ex parte gratiæ, quam quis per baptismum susceptum est, exigitur in suscipiẽte fides, ex parte verò characteris, non necessaria est.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd sic ex dictis pãtet, duo efficiuntur in anima per baptismum, scilicet character & gratia. Dupliciter ergo aliquid ex necessitate requiritur ad baptismum. Vno modo sine quo gratia haberi non potest, quæ est vltimus effectus sacramenti. Et hoc modo recta fides ex necessitate requiritur ad baptismum: quia sicut dicitur Rom. 3. Iustitia Dei est per fidem Iesu Christi. Alio modo requiritur aliquid ex necessitate ad baptismum, sine quo character baptismatis imprimi non potest. Et sic recta fides baptizati non requiritur ex necessitate ad baptismum, sicut nec recta fides baptizantis, dummodo assint cætera quæ sunt de necessitate sacramenti. Non enim sacramentum perficitur per iustitiam hominis dantis vel suscipientis baptismum, sed per virtutem Dei.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Dominus loquitur ibi de baptismo, secundum quòd perducit homines ad salutem per gratiam iustificantem. Quod quidem sine recta fide esse non potest: & ideo signanter dicit, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit.

¶Ad secundum dicendum, quòd Ecclesia intendit homines baptizare, vt emendentur à peccato: secundum illud Isa. 27. Hic est omnis fructus, vt auferatur peccatum. Et ideo quantum est de se, non intendit dare baptismum nisi habentibus rectam fidem, sine qua non est remissio peccatorum. Et propter hoc interrogat accedentes ad baptismum, an credant. Si tamen sine recta fide aliquis baptismum suscipiat extra Ecclesiam, non percipit illud ad suam salutem. Vnde Aug. dicit, Ecclesia paradiso comparata indicat nobis, posse quidem baptismum eius, homines etiam foris accipere, sed salutem beatitudinis extra eam neminem percipere vel tenere.

¶Ad tertium dicendum, quòd etiam non habens rectam fidem circa alios articulos, potest habere rectam fidem circa sacramentum baptismi, & ita non impeditur quin possit habere intentionem suscipiendi sacramentum baptismi. Si tamen etiam circa hoc sacramentum non rectè sentiat, sufficit ad perfectionem sacramenti generalis intentio, qua intendit suscipere baptismum, sicut Christus instituit, & sicut Ecclesia tradit.

¶Ad quartum dicendum, quòd sicut sacramentum baptismi non est conferendum ei qui non vult ab aliis peccatis recedere: ita etiã nec ei, qui non vult infidelitatem deferere. Vterque tamen suscipit sacramentum, si ei conferatur: licet non ad salutem.

ARTICVLVS IX.

¶ *Vtrùm pueri sint baptizandi.*

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd pueri non sint baptizandi. In eo enim qui baptizatur, requiritur intentio suscipiendi sacramentum: vt suprà dictum est. Huiusmodi autem intentionem non possunt pueri habere, cùm non habeant vsum liberi arbitrij. Ergo videtur quòd non possint suscipere sacramentum baptismi.

¶Præterea, Baptismus est fidei sacramentum, vt suprà dictum est. Sed pueri non habent fidem, quæ consistit in credentium voluntate: vt Aug. dicit super Ioan. Nec etiam potest dici quòd saluentur in fide parentum: quia quandoque parentes sunt infideles, & sic magis per eorum infidelitatẽ damnarentur. Ergo videtur quòd pueri non possint baptizari.

¶Præterea, Primæ Per. 3. dicitur, quòd homines saluos facit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum. Sed pueri neque conscientiam habent bonam vel malam (cùm non habeant vsum rationis) neque etiam conuenienter ipsi interrogantur, cùm non intelligant. Non ergo pueri debent baptizari.

¶SED CONTRA est quod Dion. dicit vlt. c. Cæles. Hierar. Diuini nostri duces, scilicet Apostoli, probauerunt infantes recipi ad baptismum.

CONCLVSIO.

¶ *Pueri baptizandi sunt, cùm sint originali peccato obnoxij, & ad bonum faciliores.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut Apostolus dicit Rom. 5. Si vnius delicto, mors regnauit per vnum, scilicet per Adã, multò magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiæ accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum. Pueri autẽ ex peccato Adæ peccatum originale contrahunt. Quod patet ex hoc quòd sunt mortalitati subiecti, quæ per peccatum primi hominis in omnes pertransiit, vt Apostolus ibidem dicit. Vnde multò magis pueri possunt per Christum gratiam accipere, vt regnẽt in vita æterna. Ipse autem Dominus dicit Ioan. 3. Quòd nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Vnde necessarium fuit pueros baptizari, vt sicut per Adam damnationem incurrerunt nascendo, ita per Christum salutem consequantur renascendo.

Fuit etiam conueniens pueros baptizari, vt à pueritia nutriti in his quæ sunt Christianę vitæ, firmius in ea perseuerent, secundum illud Prouer. 22. Adolescens iuxta viam suam, etiam cùm senuerit non recedet ab ea. Et hanc rationem assignat Dion. vlt. c. Cæles. hierarc.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd regeneratio spiritualis, quæ fit per baptismum, est quodammodo similis nativitati carnali, quantum ad hoc, quòd sicut pueri in maternis veteris cõstituti, non per seipsos nutrimentum accipiunt, sed ex nutrimento matris sustentantur: ita etiam pueri nondum habentes vsum rationis, quasi in vtero matris Ecclesiæ constituti, non per seipsos, sed per actum Ecclesiæ salutem suscipiunt. Vnde Aug. dicit in lib. de * peccatis & meritis & remissione. Mater Ecclesia os maternum paruulis præbet, vt sacris mysteriis imbuantur: quia nondũ possunt corde proprio credere ad iustitiam, nec ore proprio confiteri ad salutem. Si autem propterea rectè fideles vocantur, quoniam fidem per verba gestantium quodammodo profitentur, cur etiam non pœnitentes habeantur, cùm per eorundem verba gestantium, diabolo & huic seculo abrenuntiare monstrentur? Et eadem ratione possunt dici intendentes, non per actum propriæ intentionis, cùm ipsi quandoq; contranitantur & plorent: sed per actum eorum quibus offeruntur.

* Alias de meritis & remissione peccatorum.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut Aug. scribens Bonifacio dicit, in Ecclesia Saluatoris paruuli per alios credunt, sicut ex aliis, quæ in baptismo remittuntur, peccata traxerunt. Nec impeditur eorum salus, si parentes sint infideles: quia sicut Aug. dicit, eidem Bonifacio scribens, offeruntur paruuli ad percipiendam spiritualem gratiam, non tam ab eis, quorum gestantur manibus (quamuis & ab ipsis si & ipsi boni fideles sunt) quàm ab vniuersa societate sanctorũ atque fidelium. Ab omnibus nanque offerri rectè intelliguntur, quibus placet quòd offeruntur, & quorum charitate ad communionem sancti Spiritus adiunguntur. Infidelitas autem propriorum parentum, etiam si eos post baptismum dæmoniorũ sacrificiis imbuere conentur, pueris non nocet: quia vt Aug. ibidem dicit, puer semel generatus per aliorum voluntatem, deinceps non potest vinculo alienæ iniquitatis obstringi, vbi nulla sua voluntate consentit, secundum illud Ezech. 18. Sicut anima patris mea est, ita & anima filij: anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Sed ideo ex Adam traxit, quòd sacramenti illius gratia solueretur: quia nondum erat anima separatim viuẽs. Fides autem vnius, imò totius, Ecclesiæ paruulo prodest per operationem Spiritus sancti, qui vnit Ecclesiam, & bona vnius

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis sexagesimaoctaua Articulum decimum.

Annot. IN articulo decimo la corpore articuli aduertie Autoré sentire,imò supponere filios infidelium fore vere baptizatos, si inuitis parentibus baptizarentur. Hoc enim supponit ratio, dicens, esse periculosum auferre filios infidelium baptizatos a facili adinfidelitatē redirēt ppter naturalem affectum ad parentes.

2.2 q.10 art.12. Et quol. 2.art.7. Et quol. 2.art.7. 11.cor. ¶Nec op' esse arbitror, disputare hīc cū Dur. & Petro de Pal.quoniā ex supradictis in art.7. satis apparet irrationabilē esse opinionem, dicentium voluitatem extrinsecā requiri ex parte baptizati infantis de necessitate sacramenti.

Annot. ¶In eodem aduerte Autorem,non facere differētiam quo ad propositum,inter filios Iudæorum vel aliorum infidelium:difficultas tamen specialis de Iudæis ratione seruitutis non est omissa,sed in responsione ad secundum soluta est.

¶Vbi scito ppter molestiam instantiā, & obuientium,quia filij seruorum possunt ab eis auferri,& ablati possūt baptizari,vt testatur Ecclesiæ consuetudo de filiis Æthiopum,qui Christianis vēduntur: ergo sine ablatiōe media possent etiam seruorū infidelium filij inuitis parentibus baptizarentur. Hoc enim supponit ratio,dicens, esse periculosum auferri filios infidelium baptizatos a facili ad infidelitatem redirēt, propter naturalem affectum ad parentes. Et ideo non habet hoc Ecclesiæ consuetudo,quòd filij infidelium inuitis parentibus baptizentur.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum,quòd à morte corporali non est aliquis eripiendus contra ordinem iuris ciuilis : puta si alteri communicat.

¶Ad tertium dicendū, quòd sicut puer cùm baptizatur nō per seipsum,sed per alios creditur:ita non per seipsum, sed per alios interrogatur:& interrogati confitentur fidem Ecclesiæ in persona pueri, qui huic fidei aggregatur per fidei sacramentum. Conscientiam autem bonam consequitur puer etiam in seipso: non quidem actu,sed habitu per gratiam iustificantem,

ARTICVLVS X.

¶Vtrùm pueri Iudæorum vel aliorum infidelium sint inuitis parentibus baptizandi.

AD DECIMVM sic procedi-tur.Videtur quòd pueri Iudæorum vel aliorum infidelium sint baptizandi,etiam inuitis parētibus.Magis enim debet homini subueniri contra periculum mortis æternæ, quam contra periculum mortis temporalis. Sed puero in periculo mortis temporalis existenti est subueniendum,etiam si parentes per malitiam cō traniterentur. Ergo multò magis est subueniendum pueris infidelium filiis, per baptismum contra periculum mortis æternæ, etiā inuitis parentibus.

¶Præterea,Filij seruorum sunt serui, & in potestate dominorum.Sed Iudæi sunt serui, & regum & principum,& quicunque etiam alij infideles. Ergo absque omni iniuria possunt principes filios Iudæorum vel aliorum seruorum infidelium facere baptizari.

¶Præterea, Quiliber homo est magis Dei, à quo habet animam , quàm patris carnalis , à quo habet corpus. Non est ergo iniustum, si pueri infideliū filij parētibus carnalibus auferātur, & Deo per baptismum cōsecrentur.

¶SED CONTRA est quod in Decret.dist. 45. ex concilio Toletano sic dicitur de Iudæis , Præcepit sancta synodus nemini deinceps ad credendum vim inferre:non enim tales inuiti saluandi sunt,sed volentes,vt integra sit forma iustitiæ.

CONCLVSIO.

¶Non sunt infidelium pueri & filij inuitis parentibus baptizandi,nisi habeant rationis,& liberi arbitrij vsum, tunc enim moueri , & ad fidem induci possunt inuitis parentibus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd pueri infidelium filij,aut habent vsum rationis, aut non habent. Si autem habent, iam quantū ad ea,quæ sunt iuris diuini vel naturalis,incipiūt suæ potestatis esse. Et ideo propria voluntare inuitis parentibus possunt baptismum suscipere,sicut & matrimonium contrahere. Et ideo tales licitè moneri possunt & induci ad suscipiendum baptismum. Si verò nondum habent vsum liberi arbitrij, secundum ius naturale sunt sub cura parentum,quādiu ipsi sibi prouidere non possunt. vnde etiam & de pueris antiquorū dicitur, quòd saluabuntur in fide parentum. Et ideo contra iustitiā naturalem esset , si tales pueri inuitis parentibus baptizarentur:sicut etiam si aliquis habens vsum rationis baptizaretur inuitus.Esset etiam periculosum taliter filios infidelium baptizare:quia de facili ad infidelitatem redirēt, propter naturalem effectum ad parentes. Et ideo non habet hoc Ecclesiæ consuetudo, quòd filij infidelium inuitis parentibus baptizentur.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum,quòd à morte corporali non est aliquis eripiendus contra ordinem iuris ciuilis : puta si aliquis à suo iudice condemnetur ad mortem, nullus debet eum violenter à morte eripere. Vnde nec aliquis debet irrumpere ordinem iuris naturæ,quo filius est sub cura patris,vt eum liberet à periculo mortis æternæ.

¶Ad secundum dicendū,quod Iudæi sunt serui principum seruitute ciuili:quæ non excludit ordinem iuris naturalis vel diuini.

¶Ad tertium dicendum, quòd homo ordinatur ad Deum per rationē , per quam Deum cognoscere potest. Vnde puer antequam vsum rationis habeat,naturali ordine ordinatur in Deum per rationem parentum , quorum curæ naturaliter subiacet: & secundum eorum dispositionem sunt circa ipsum diuina agenda.

ARTICVLVS XI.

¶Vtrùm pueri in maternis vteris positi,sint baptizandi.

AD VNDECIMVM sic procedi-tur. Videtus quòd pueri in maternis vteris existentes possint baptizari.Efficacius enim est donum Christi ad salutem , quàm peccatum Adæ ad damnationem,vt Apost.dicit Rom.5. sed pueri in maternis vteris damnantur propter peccatum Adæ. Ergo multo magis saluari possunt per donum Christi:quod quidem fit per baptismum. Ergo pueri in maternis vteris existentes possunt baptizari.

¶Præterea,Puer in vtero matris existens,aliquid matris esse videtur. Sed baptizata matre,baptizatur quicquid est eius intra ipsam existens.Ergo videtur quod baptizata matre, baptizetur puer in vtero eius existens.

¶Præterea,Mors æterna peior est,quàm mors corporalis.Sed de duobus malis minus malum est eligendum.Si ergo puer in vtero matris existens baptizari non potest,melius esset quòd mater aperiretur,&puer vi eductus baptizaretur , quàm quod puer æternaliter damnaretur absque baptismo decedens.

¶Præterea,Contingit quandoq; quòd aliqua pars pueri prius egreditur : sicut legitur Genes.38.quòd pariente Thamar, in ipsa effusione infantium , vnus protulit manum, in qua obstetrix ligauit coccinū dicens, Iste egredietur prior,illo verò manum retrahente, egressus est alter.Quandoq; autem in tali casu imminet periculum mortis.Ergo videtur quòd illa pars debeat baptizari , puero adhuc in materno vtero existente.

¶SED CONTRA est quod Aug.dicit in Epist. ad Dardanum, Nemo renascitur nisi primò nascatur. Sed baptismus est quædam spiritualis regeneratio.Non ergo debet aliquis baptizari priusquā ex vtero nascatur.

CONCLVSIO.

¶Nullo modo possunt pueri in maternis vteris existentes baptizari,sed prius secundum carnem nasci , deinde per baptismi realem ablutionem secundum spiritum renasci & renouari.

¶RESPONDEO dicendum, quòd de necessitate baptismi est , quòd corpus baptizandi aliquo modo aqua abluatur, cùm baptismus sit quædam ablutio:vt suprà dictum est. Corpus autem infantis antequam nascatur ex vtero , non potest aliquo modo ablui aqua, nisi fortè dicatur , quòd ablutio baptismalis, qua corpus matris lauatur,ad filium in ventre existentem perueniat. Sed hoc esse non potest : tum quia anima pueri , ad cuius sanctificationem ordinatur baptismus , distincta est ab anima matris : tum quia corpus puerperij animati , iam est formatum, & per consequens à corpore matris distinctum. Et ideo baptismus quo mater baptizatur , non redundat in prolem, in vtero matris existentem. Vnde Aug.dicit contra Iulianum , Si ad matris corpus id quod in ea concipitur,pertinet,ita vt eius pars imputetur

¶Super Quæstionis sexagesimaoctaua Articulum undecimum.

Annot. IN articulo vndecimo occurrit scribēdū & consequenter dicēdū,sub correctione tamen paruulos in vtero existentes periclitari per posse saluari:sicut ſ. Petr° dixit° de infantibus,qui non possunt baptizari.Posse autem saluari dico per sacramētū baptismi , non in re sed in voto parentū suscepti, cum aliqua benedictione prolis, seu oblatione ipsius ad Deū cum inuocatione Trinitatis.

¶Mouetur autē ad hoc duplici ratiōe. Vna est, Rationabile est.vt diuina misericordia quide rit homini in quocūq; naturali statu dealiquo remedio salutis ita vt nullū relinquerit statum potentē allegare impossibile esse sibi salutis remediū, esset autem sine omni remedio derelictus status moriētis in vtero,nisi parentū fides illis posset subuenire:sa lus enim quæ potest à Deo infanti in vtero cōferri ex speciali priuilegio,nō spectat ad remediū illius status:quoniā infra ordinē diuinorū miraculorum cōcludituſ. Secūdò,ex eo quod status ille est capax baptismi sanguinis: si enim propter Christū infans in vtero occideretur martyr esset nō minus quàm innocētes.Rationabile siquidē videtur, parentum fidem esse operando perducere ad id, ad quod corporalis passio infantem ducit.

¶Quocirca cauē & irreprehensibiliter agere tur,si periclitantibus in vtero pueris ob maternā ægritudinē vel partus difficultatē,beneficio in nomine Trinitatis daretur,& cautē diffusio deinde diuino reservaretur tribunali. Quis scit si diuina misericordia huiusmodi baptismum in voto parentum acceptet, vbi nulla iniuria,sed sola impossibilitas sacramēti executionem excludit

Aliàs ritu.

putetur , non baptizaretur infans , cuius mater baptizata est aliquo mortis vrgente periculo,cùm eum gestaret in vtero. Nunc verò cùm ipse etiam , scilicet infans baptizetur , non vtique ad maternum corpus , cùm esset in vtero , pertinebat. Et ita relinquitur quòd nullo modo infantes in maternis vteris existentes, baptizari possunt.

¶AD PRIMVM ergo dicendum , quòd pueri in maternis vteris existentes, nondum prodierunt in lucem , vt cùm aliis hominibus vitam ducant. Vnde non possunt subiici actioni humanæ , vt per eorum ministerium sacramenta recipiant ad salutem. Possunt tamen subiici operationi Dei,apud quem viuunt,vt quodam priuilegio gratiæ sanctificationem consequantur: sicut patet de sanctificatis in vtero.

¶Ad secundum dicendum, quòd membrum interius matris est aliquid eius per continuationem & vnionem naturalem partus ad totum. Puer autem in vtero matris existens, est aliquid eius per quandam colligationem corporum distinctorum. Vnde non est similis ratio.

¶Ad tertium dicendum,quòd non sunt facienda mala, vt veniant bona:vt dicitur Rom.3. & ideo non debet homo occidere matrē, vt baptizet puerum. Si tamen mater mortua fuerit viuente prole in vtero,debet aperiri,vt puer baptizetur.

¶Ad quartum dicēdum,quòd expectanda est totalis egressio pueri ex vtero ad baptismum,nisi mors immineat.Si tamen primò caput egrediatur , in quo fundantur omnes sensus , debet baptizari periculo imminente:& non est postea rebaptizandus si eum perfectè nasci contigerit. Et videtur idem faciendum quæcunq; alia pars egrediatur,periculo imminente. Quia tamen in nulla exteriorum partium integritas vitæ ita consistit sicut in capite , vt detur quibusdam quòd propter dubium , quacunq; alia parte corporis abluta,puer post perfectam natiuitatem sit baptizandus sub hac forma,Si non es baptizatus,ego te baptizo.

ARTICVLVS XII.

¶Vtrùm furiosi & amentes debeant baptizari.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur quòd furiosi & amentes non debeant baptizari.Ad susceptionem enim baptismi requiritur intentio in eo qui baptizatur:vt suprà dictum est. Sed furiosi & amentes, cùm careant vsu rationis , non possunt habere ordinatam intentionem.ergo non debent baptizari.

¶Præterea , Homo bruta animalia superexcedit in hoc quòd habet rationem. Sed furiosi & amentes non habent vsum rationis: & quandoque etiam in eis non expectatur , sicut expectatur in pueris. Ergo videtur quòd sicut bruta animalia non baptizantur, ita nec tales furiosi & amentes debeant baptizari,

¶Præterea, Magis est ligatus vsus rationis in furiosis vel amentibus , quàm in dormientibus. Sed baptismus non consueuit dari dormientibus.Ergo non debet dari amentibus & furiosis.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit 4.Confes.de amico suo,qui cùm desperaretur,baptizatus est nesciens:& tamen baptismus in eo efficaciam habuit.Ergo carentibus vsu rationis,aliquando baptismus dari debet.

CONCLVSIO.

¶Sunt nonnunquam amentes ad baptismum inducendi, vel si sint à natiuitate tales cum sint sicut pueri, vel si prius fuerunt sapientes , & intentionem suscipiendi baptismum habuerunt, vel si habent aliqua lucida intervalla,baptizandi sunt.si tamen petant.

¶RESPONDEO dicendum , quòd circa amentes & furiosos est distinguendum. Quidam enim sunt à natiuitate tales, nulla habentes lucida intervalla : in quibus etiam nullus vsus rationis apparet.Et de talibus quantùm ad baptismi susceptionem, videtur esse idem iudicium & de pueris , qui baptizantur in fide Ecclesiæ , vt suprà dictum est. Alij vetò sunt amentes, qui ex sana mente quam habuerunt prius,in amentiam inciderunt. Et tales sunt iudicandi secundum voluntatem quam habuerunt , dum sanæ mentis existerent. Et ideo si tunc apparuit in eis voluntas suscipiendi baptismum , debet eis exhiberi in furia & amentia cōstitutis : etiam si tunc actu contradicant : alioquin si nulla voluntas suscipiendi baptismum in eis apparuit , dum sanæ mentis essent, non sunt baptizandi. Quidam verò sunt , qui etsi à natiuitate fuerint furiosi vel amentes, habent tamen aliqua lucida intervalla, in quibus recta ratione vti possunt. Vnde si tunc baptizari voluerint , baptizari possunt etiam in amentia constituti. Et debet eis tunc sacramentum conferri si periculum timeatur: alioquin melius est,vt tempus expectetur in quo sint sanæ mentis,ad hoc quòd deuotius suscipiant sacramentum. Si autem tempore lucidi intervalli non appareat in eis voluntas suscipiendi baptismum , baptizari non debent in amentia constituti. Quidam verò sunt, qui etsi non omnino sanæ mentis existant,intantum tamen ratione vtuntur , quòd possunt de sua salute cogitare, & intelligere sacramenti virtutem. Et de talibus idem est iudicium , sicut de his qui sanæ mentis existunt, qui baptizantur volentes,non autem inuiti.

¶AD PRIMVM ergo dicendum , quòd amentes qui nunquam habuerunt , nec habent vsum rationis , baptizantur ex intentione Ecclesiæ, sicut & ex * actu Ecclesiæ credunt & pœnitent:sicut suprà de pueris dictum est. Illi verò qui aliquo tempore habuerunt vel habent vsum rationis , secundum propriam intentionem baptizantur,quam habent vel habuerunt tempore sanæ mentis.

¶Ad secundum dicendum,quòd furiosi vel amentes carent vsu rationis per accidens,scilicet propter aliquod impedimentum organi corporalis : non autem propter defectum animæ rationalis,sicut bruta animalia.vnde non est de his similis ratio.

¶Ad tertium dicendum , quòd dormientes non sunt baptizandi nisi periculum mortis immineat:in quo casu baptizari debent, si prius in eis voluntas apparuit suscipiendi baptismum , sicut & de amentibus dictum est. Sicut August. narrat in 4. lib. Confessio. de amico suo , qui baptizatus est nesciens , propter periculum mortis.

QVAESTIO SEXAGESIMANONA,

De effectibus Baptismi, in decem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de effectibus baptismi.

¶Et circa hoc quærūntur decem.

¶Primò, vtrùm per baptismum auferantur omnia peccata.

¶Secundò,vtrùm per baptismū liberetur homo ab omni pœna.

¶Tertiò,vtrùm baptismus auferat pœnalitates huius vitæ.

¶Quartò , vtrùm per baptismum conferantur homini gratiæ & virtutes.

¶Quintò,de effectibus virtutū, qui per baptismum conferuntur.

¶Sextò , vtrùm etiam paruuli in baptismo gratias & virtutes accipiant.

¶Septimò,vtrùm per baptismum aperiatur baptizatis ianua regni cælestis.

¶Octauò, vtrùm baptismus æqualem effectum habeat in omnibus baptizatis.

¶Nonò,vtrùm fictio impediat effectum baptismi.

¶Decimò,vtrùm recedente fictione, baptismus obtineat suum effectum.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm per baptismum tollantur omnia peccata.

2.di.32. q.1.ar.2. Et 4.di. 4.q.2. ar.1.q.1 Et dist. 17. q.3. ar.3.q.1 Et 4.co. 6.59. & 72.co.2. Et Heb. 6.co 3.fi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd per baptismum non tollantur omnia peccata.Baptismus enim est quædam spiritualis regeneratio , quæ contraponitur generationi carnali.Sed per generationem carnalem homo contrahit solùm originale peccatum.Ergo per baptismum solum tollitur originale peccatum.

¶Præterea, Pœnitentia est sufficiens causa remissionis actualium peccatorum. Sed ante baptismum in adultis requiritur pœnitentia,secundum illud Act.2.Pœnitentiam agite,& baptizetur vnusquisque vestrum. Ergo baptismus nihil operatur circa remissionē actualium peccatorum.

¶Præterea,Diuersorum morborum diuersæ sunt medicinæ: quia sicut Hiero.dicit, non sanat oculum, quod sanat calcaneum. Sed peccatum originale,quod per baptismum tollitur,est aliud genus peccati à peccato actuali. Ergo non omnia peccata remittuntur per baptismum.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ezec.36.Effundam super vos aquam mundam : & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris.

CONCLVSIO.

¶Per sacramentum baptismi omnia tolluntur peccata.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut Apostolus dicit Rom.6. Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et postea concludit, Ita & vos existimate mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo in Christo Iesu domino nostro. Ex quo patet quòd per baptismum homo moritur vetustati peccati: & incipit viuere nouitate gratiæ. Omne autem peccatum ad pristinam vetustatem pertinet. Vnde consequens est, quòd omne peccatum per baptismum tollatur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Apostolus dicit Rom.5. Peccatum Adæ non tantum potest, quantum potest donum Christi, quod in baptismo percipitur. Nam iudicium ex vno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Vnde & August. dicit in lib. de Baptismo paruulorum, quòd generante carne tantummodo trahitur peccatum originale: regenerante autem Spiritu, non solùm originalium, sed etiam voluntariorum fit remissio peccatorum.

¶Ad secundum dicendum, quòd nullius peccati remissio fieri potest nisi per virtutem passionis Christi: vnde & Apostolus dicit Hebr.9. quòd sine sanguinis effusione non fit remissio. Vnde motus humanæ voluntatis, qui est in pœnitente, non sufficeret ad remissionem culpæ, nisi adesset fides passionis Christi: & propositũ participandi ipsam vel suscipiendo baptismum, vel subiiciendo se clauibus Ecclesiæ. Et ideo quando aliquis adultus pœnitens ad baptismum accedit, consequitur quidem remissionem omnium peccatorum ex proposito baptismi: perfectius autem ex reali susceptione baptismi.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit de particularibus medicinis. Baptismus autẽ operatur in virtute passionis Christi, quæ est vniuersalis medicina omnium peccatorum. Et ideo per baptismum omnia peccata tolluntur.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm per baptismum liberetur homo ab omni reatu peccati.

supràq. 68. ar. 5. & 3. di. 19. art. 3. q. 2. Et 4. di. 4. q. 2. ar. 1. q. 2. & ar. 3. q. 1. & di. 7. q. 1 & di. 7. q. 1. art. 1. q. 1. Et 4. cõ. 58. 59. & 72. co. 2. Et Rom. 11. le. 4. col. 4. & 5. Et Heb. 8. co. 3. fi.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd per baptismum non liberetur homo ab omni reatu peccati. Dicit enim Apostolus Rom.13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Sed culpa nõ ordinatur, nisi per pœnam, vt August. dicit. Ergo per baptismum non tollitur reatus pœnæ præcedentium peccatorum.

¶Præterea, Effectus sacramenti aliquam similitudinem habet cum ipso sacramento: quia sacramenta nouæ legis efficiunt quod figurant: vt suprà dictum est. Sed ablutio baptismalis habet quidem aliquam similitudinem cum ablutione maculæ: nullam autem similitudinem habere videtur cum subtractione reatus pœnę. Non ergo per baptismum tollitur reatus pœnæ.

¶Præterea, Sublato reatu pœnę, aliquis non remanet dignus pœna: & ita iniustum esset eum puniri. Si igitur per baptismum tollitur reatus pœnæ, iniustum esset, post baptismum suspendere latronem, qui antè homicidium commisit: & ita per bapeismum tolleretur rigor humanæ disciplinæ: quod est inconueniens. Non ergo per baptismum tollitur reatus pœnæ.

¶SED CONTRA est quod Ambr. dicit super illud Rom. 11. Sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei. Gratia, inquit, Dei in baptismo gratis omnia condonat.

CONCLVSIO.

¶ Per baptismi sacramentum liberatur homo ab omni reatu pœnæ, cùm per baptismum sibi communicetur meritum passionis Christi.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) per baptismum aliquis incorporatur passioni & morti Christi, secundum illud Rom.6. Si mortui sumus cum Christo, credimus quia simul etiam viuemus cum eo. Ex quo patet quòd omni baptizato communicatur passio Christi ad remedium, acsi ipse passus & mortuus esset. Passio autem Christi (sicut dictum est) est sufficiens satisfactio pro omnibus peccatis omnium hominum. Et ideo ille, qui baptizatur, liberatur à reatu totius pœnæ, sibi debitæ pro peccatis, acsi ipse sufficienter satisfecisset pro omnibus peccatis suis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia pœna passionis Christi communicatur baptizato, inquantum fit membrum Christi, acsi ipse pœnam illam sustinuisset, ideo eius peccata remanent ordinata per pœnam passionis Christi.

¶Ad secundum dicendum, quòd aqua non solùm abluit, sed etiã refrigerat. Et ita suo refrigerio significat subtractionem reatus pœnæ, sicut sua ablutione significat emundationem à culpa.

¶Ad tertium dicendum, quòd in pœnis quæ iudicio humano inferuntur, non solùm attenditur qua pœna sit homo dignus quo ad Deum, sed etiam in quo sit obligatus quo ad homines, qui læsi & scandalizati sunt per peccatum alicuius. Et ideo licet homicida per baptismum liberetur à reatu pœnæ quo ad Deum, remanet tamen obligatus adhuc quo ad homines, quos iustum est ędificari de pœna, sicut sunt scandalizati de culpa. Piè tamen talibus principes possẽt pœnam indulgere.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm per baptismum debeant auferri pœnalitates præsentis vitæ.

*2. dist. 33. q. 1. ar. 1. q. 1. & dist. 34. q. 1. ar. 3. q. 1. & 3. dist. 19. ar. 3. q. 1. & 4. dist. 4. q. 2. ar. 1. q. 3. & 4. dist. 4. q. 2. ar. 1. q. 3. & 4. dist. 6. q. 1. ar. 1. q. 3. & 4. dist. 6. q. 1. ar. 1. q. 3. & 4. dist. 6. q. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionem sexagesimæ nonæ Articulum septimum.

Auuot. 22. qō 4. ar. 1. 4. ad 3. Et 2. di. 4. q. 1. ar. 2. q. 1. Et dist. 17. q. 1. art 3. q. 2. cor. ad 3. Et dist. 18. q. 1. art. 3. q. 1. cor.

IN quæstionis 66. principio septem articulis nihil occurrit scribendi, nisi pro septimo articulo notandum, quòd apertio ianuæ regni cælestis, per se primò est effectus mortis Christi. Attribuitur autē baptismo, eo quòd in sui institutione cæli aperti legitur: & quia sacramentū est inchoās quo ad vim obligatiuam à morte Christi, & quia sufficienter causat apertionē cæli (ut infra articulo patet) sicut virtute baptismi auferuntur à iustis in resurrectione omnes pœnalitates: ita virtute baptismi aperitur ianua cælestis, tempore cōgruo exhibitura ingressum: & propterea baptizati ante mortem Christi, nō nisi post Christi mortem ingressi sunt regnū cælorum. Et hoc vocat Autor habere certam spē de introitu cælestis: & in hoc præmine bat baptizatus circumcisor circumcisio enim nō habebat virtutem tollēdi omnem pœnalitatē, quam habet baptismus. Quanuis etiam dici posset, quòd baptismo ante mortē Christi iuncti imperfectè configurabat morti Christi: vipote cōfigurās Christo mortuo nō in re, sed in fide) ita etiā imperfectè apertiebat cælū: vt libera reipō sionis ad secundū sonat.

¶ Et hæc sint dicta pro dignitate baptismi: quātum enim spectat ad eventum, Christo mortuo paruit ianua cælestis tā baptizato quàm circunciso.

¶ *Virùm pueri in baptismo consequantur gratiam & virtutes.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd pueri in baptismo non consequantur gratiam & virtutes. Gratia enim & virtutes non habentur sine fide & charitate. Sed fides, vt Augustin. dicit, consistit in credentium voluntate, similiter etiam charitas consistit in diligentium voluntate: cuius vsum pueri non habent, & sic non habent fidem & charitatem. Ergo pueri in baptismo non recipiunt gratiam & virtutes.

¶ Præterea, Super illud Ioan. 14. Maiora horum faciet, dicit Aug. quòd ex impio iustus fiat in illo, sed non sine illo Christus operatur. Sed puer cùm non habeat vsum liberi arbitrij, nō cooperatur Christo ad suam iustificationem: imò quandoque pro posse reluctatur. Ergo non iustificatur per gratiam & virtutes.

¶ Præterea, Rom. 4. dicitur, Ei qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides ad eius iustitiam secundum propositum gratiæ Dei. Sed puer non est credens in eum, qui iustificat impiū. Ergo non consequitur gratiam iustificantem neque virtutes.

¶ Præterea, Quod ex carnali intentione agitur, non videtur habere spiritualem effectū. Sed quandoque pueri ad baptismum deferuntur carnali intentione, vt scilicet corporaliter sanentur. Non ergo consequuntur spiritualem effectum gratiæ & virtutum.

¶ SED CONTRA est quod Augustinus dicit in Enchir. Paruuli renascendo, moriuntur illi peccato, quod nascendo contraxerunt. Ac per hoc ad illos etiam pertinet quod dicitur, Consepulti sumus cum illo per baptismum in mortem (subditur autem) vt quomodo Christus surrexit à mortuis, per gloriam Patris: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Sed nouitas vitæ est per gratiam & virtutes. Ergo pueri in baptismo gratiam & virtutes consequuntur.

CONCLVSIO.

¶ Pueri non characterem Christi tantùm cōsequuntur per baptismum, sed gratiam & virtutes.

¶ RESPONDEO dicendum quòd quidam antiqui posuerunt quòd pueris in baptismo non dantur gratia & virtutes, sed imprimitur eis character Christi, cuius virtute, cùm ad perfectam ætatem venerint, consequuntur gratiam & virtutes.

Sed hoc patet esse falsum dupliciter. Primò quidem: quia pueri sicut & adulti, in baptismo efficiuntur membra Christi: vnde necesse est quòd à capite recipiant influxum gratiæ & virtutis. Secundò, quia secundum hoc pueri decedentes post baptismum, non peruenirent ad vitam æternam: quia, vt dicitur Roman. 6. Gratia Dei est vita æterna. Et ita non profuisset eis ad salutem, baptizatos fuisse. Causa autem erroris fuit, quia nesciunt distinguere inter habitum & actum. Et sic videntes pueros inhabiles ad actus virtutum, crediderunt eos post baptismum nullatenus virtutem habere. Sed ista impotentia operandi, non accidit pueris ex defectu habituum, sed ex impedimento corporali: sicut etiam dormientes, quamuis habeant habitus virtutum, impediuntur tamen ab actibus propter somum.

¶ AD PRIMVM Ergo dicendum, quòd fides & charitas consistunt in voluntate hominum, ita tamen quòd habitus harum & aliarum virtutum requirunt potentiam voluntatis, quæ est in pueris: sed actus virtutum requirunt actum voluntatis, qui non est in pueris. Et hoc modo Augusti. dicit libro de Baptismo paruulorum, quòd paruulum, etsi nondum illa fides quæ in credentium voluntate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum (quod scilicet causat habitum fidei) fidelem facit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd (sicut Augusti. dicit in libro de Charitate) nemo ex aqua & Spiritu sancto renascitur nisi volens. Quod non de paruulis, sed de adultis intelligendū est. Et similiter de adultis intelligendum est, quòd homo à Christo sine ipso non iustificatur. Quòd autem paruuli baptizandi, prout viribus possunt, reluctantur, nō eis imputatur: quia inuitum nesciunt quod faciunt, vt nec facere videantur: vt Augusti. dicit in libro de Præsentia Dei ad Dardanum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd (sicut Augusti. dicit) paruulis mater Ecclesia aliorum pedes accommodat, vt veniant: aliorum cor vt credant: aliorum linguam, vt fateantur. Et ita pueri credunt, non per actum proprium, sed per fidem Ecclesiæ, quæ eis communicatur. Et huius fidei virtute conferuntur eis gratia & virtutes.

¶ Ad quartum dicendum, quòd carnalis intentio deferentium pueros ad baptismum, nihil eis nocet, sicut nec culpa vnius nocet alteri, nisi consentiat. Vnde Augusti. dicit in Epistola ad Bonifacium, Non illud te moueat, quòd quidam non ea fide ad baptismum percipiendum paruulos ferunt, vt gratia spirituali ad vitam regenerentur æternam: sed hoc eos putant remedio corporalem retinere vel recipere sanitatem. Non enim propterea illi non regerantur, quia non ab istis hac intentione offeruntur.

ARTICVLVS VII.

¶ Virùm effectus baptismi sit apertio ianuæ regni cælestis.

4. dist. 4. art. 1. q. 2. & 4. ad. 4. q. 1. 3. ad. 2. 4. ad. 3. c. 3. & 7. 10. 3. Et hæc. 3. ad 3.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd effectus baptismi non sit apertio ianuæ regni cælestis. Illud enim quod est apertum, non indiget apertione. Sed ianua regni cælestis est aperta per passionem Christi: vnde Apocalyp. 4. dicitur, Post hæc vidi ostium magnum apertum in cælo. Non est ergo effectus baptismi, apertio ianuæ regni cælestis.

¶ Præterea, Baptismus omni tempore ex quo institutus fuit, habet suum effectum. Sed quidam baptizati sunt baptismo Christi ante eius passionem (vt habetur Ioan. 3.) quibus si tunc de cælo fissent, introitus regni cælestis nondum patebat, in quod nullus pendens iter ante eos. Non est ergo effectus baptismi apertio regni cælestis.

¶ Præterea, Baptizati adhuc sunt obnoxij morti & aliis pœnalitatibus vitæ præsentis: vt suprà dictum est. Sed nulli est apertus aditus regni cælestis, quandiu obnoxius est pœnæ: sicut patet de his qui sunt in purgatorio. Non ergo effectus baptismi est apertio ianuæ regni cælestis.

¶ SED CONTRA est quod super illud Luc. 3. Apertum est cælum, dicit glo. Bedæ, Virtus hic baptismatis ostenditur, de quo quisque cùm egreditur, regni cælestis ei ianua aperitur.

CONCLVSIO.

¶ Cùm per baptismum quæuis culpa & pœnæ omnis reatus tollatur, ipsi quoque ianuam regni cælestis aperiri credendum est.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd aperire ianuam regni cælestis, est amouere impedimentum, quo quis impeditur regnum cæleste introire. Hoc autem impedimentum est culpa & reatus pœnæ. Ostensum est autem suprà, quòd per baptismum omnis culpa & omnis reatus pœnæ tollitur. Vnde consequens est, quòd effectus baptismi sit apertio ianuæ regni cælestis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd baptismus intantum aperit baptizato ianuam regni cælestis, inquantum incorporat eum passioni Christi, virtutem eius homini applicando.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quando passio Christi nondum erat realiter perfecta, sed solùm in fide credentium, baptismus proportionaliter causabat ianuæ apertionem, non quidem in re, sed in spe. Baptizati enim tunc decedentes, ex certa spe introitum regni cælestis expectabant.

¶ Ad tertium dicendum, quòd baptizatus non est obnoxius morti, & pœnalitatibus vitæ præsentis, propter reatum personæ, sed propter statum naturæ. Et ideo propter hoc non impeditur ab introitu regni cælestis, quando anima separatur à corpore per mortem quasi, iam persoluto eo quod naturæ debebatur.

¶ Super Quæstionem sexagesimæ nonæ Articulum octauum.

Auuot. 4. dist. 4. q. 2. ar. 3. q. 1. & 2. Et dist. 18. q. 1. art. 3. q. 1. cor.

IN artic. 8. aduertere. Autorem in arti. 2. recitatiue loqui de lepra Constantini. Dico autē hoc, quia nullius autoris are constat, Constantinū mundatū à lepra in baptismo. Tum quia gesta Syluestri (ex quibus hoc videtur haberi) incertum habent Autorem: vt pater in ca. sancta Romana distin. 11. Tum qa nullus siue Christianus, siue Gentilis historicus inuenitur hoc scripsisse: vt testatur Platina in vita Marci Papæ. Tum præcipuè, quia Ambrosij autoritas obstat, dū in oratione de obitu Theodosij expresè dicit, Constantinū in vltimis constitutū baptizatū fuisse, quod longè distat ab hoc, scilicet quòd in principio suæ cōuersionis fuerit baptizatus. Et propterea narratio de lepra Constantini nō est assertiuè probanda.

¶ Super Quæstionis sexagesimæ nonæ Articulum nonum & decimum.

Auuot.

IN artic. 9. & 10. multa dicenda sunt spiritualiter pro docterina decimi. Et primò de sensu conclusionis, secundò de necessitate, tertiò de modo apud Autorē, quartò de ratione illius modi: & demum comparabitur aliis modis. Sensus in primis cōclusionis est, non de euentu, sed de effectu baptismi recedente fictione. Quod ideo notandum est, quoniā non tractatur hīc an recedente fictione, baptizatus fiat filius regni, consequatur remissionem: nullus enim dubitat de hoc cuē tur, sed tractatur an in tali casu ex vi baptismi cōsequatur baptizatus remissionem, &c. & hic est sensus cōclusionis. Necessitas autē talis assertionis est duplex. Prima est autoritas Augustini in libro de baptismo, relata & à Magistro sent. in 4. distinct. 4. & à Gratiano de confecr. dist. 4. cap. tunc valere, & habetur in hac litera. Tūc valere incipit ad salutē baptismus, &c. Vbi expresè Augusti. dicit baptismum ipsum valere ad salutem, recedēte fictione: licet glo. ibidem contra textum dicat oppositum. Secunda est ratione, quia si peccatū originale nec tempore baptismi, neque postea virtute baptismi remittitur, sequitur quòd nunquam peccatum originale huic homini remissum fuerit. Et probatur sequela: quia non aliud à Christo institutum est remedium ad remissionem peccati originalis, mus peccato. dicit gl. Nō hoc præstatur in baptismo, nisi fortè miraculo ineffabili Creatoris, vt lex peccati, quæ est in membris, prorsus extinguatur. Et tales effectus non æqualiter suscipiuntur ab omnibus baptizatis, etiam si cum æquali deuotione accedant: sed dispensantur huiusmodi effectus secundum ordinem prouidentiæ diuinæ.

ARTICVLVS VIII.

¶ Virùm baptismus habuerit in omnibus æqualē effectum.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd baptismus non habeat in omnibus æqualem effectum. Effectus enim baptismi est remotio culpæ. Sed in quibusdam plura, in quibusdam verò pauciora. Non ergo æqualem effectum habet baptismus in omnibus.

¶ Præterea, Per baptismum conferuntur homini gratia & virtutes. Sed quidam post baptismum videntur habere maiorem gratiam & perfectiorem virtutem, quàm alij baptizati. Non ergo baptismus habet æqualem effectum in omnibus.

¶ Præterea, Natura perficitur per gratiam, sicut materia per formam. Sed forma recipitur in materia secundum eius capacitatem. Cùm ergo in quibusdam baptizatis etiam pueris, sit maior capacitas naturalium quàm in aliis, videtur quòd quidam maiorem gratiam consequantur, quàm alij.

¶ Præterea, Quidam in baptismo consequuntur non solùm spiritualem salutem, sed etiam corporalem: sicut patet de Constantino, qui in baptismo mundatus est à lepra. Non autem omnes infirmi corporalem salutem consequuntur in baptismo. Baptismus ergo non habet æqualem effectum in omnibus.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Ephe. 4. Vna fides, vnum baptisma. Vniformis autem causæ est vniformis effectus. Ergo baptismus habet æqualem effectum in omnibus.

CONCLVSIO.

Quanquam omnes æqualiter per baptismi susceptionem in spiritualem vitam regenerentur, & adulti, qui per propriam fidem baptizantur possint pro illorum deuotione maiorem nouitatis gratiā consequi, non tamen omnes æqualiter suscipiunt effectus baptismi, etsi eadem accedant deuotione, qui diuina prouidentia & voluntate baptizatis dispensantur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd duplex est effectus baptismi, vnus per se, & alius per accidens. Per se quidem effectus baptismi, est id ad quod baptismus est institutus, scilicet ad regenerandum homines in spiritualem vitam. Et hunc effectum æqualiter facit in omnibus, qui æqualiter se habent ad baptismum. Vnde quia omnes pueri æqualiter se habent ad baptismum (quia non in fide propria, sed in fide Ecclesiæ baptizantur) omnes æqualem effectum percipiunt in baptismo. Adulti verò, qui per propriam fidem ad baptismum accedunt, non æqualiter se habent ad baptismum: quidam enim cum maiori, quidam cum minori deuotione ad baptismum accedunt. & ideo quidam plus, quidam minus de gratia nouitatis accipiunt. Sicut etiam ab eodem igne accipit plus caloris qui plus ei appropinquat: licet ignis quantum est de se, æqualiter ad omnes suum calorem effundat. Effectus autem baptismi per accidens est ad quem baptismus non est ordinatus, sed diuina virtus, hoc in baptismo miraculosè operatur. Sicut super illud Rom. 6. Vt vltra non seruiamus peccato. dicit gl. Nō hoc præstatur in baptismo, nisi fortè miraculo ineffabili Creatoris, vt lex peccati, quæ est in membris, prorsus extinguatur. Et tales effectus non æqualiter suscipiuntur ab omnibus baptizatis, etiam si cum æquali deuotione accedant: sed dispensantur huiusmodi effectus secundum ordinem prouidentiæ diuinæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd minima gratia baptismalis sufficiens est ad delendum cuncta peccata. Vnde hoc non est propter maiorem efficaciam baptismi, quòd in quibusdam plura, in quibusdam autem pauciora peccata soluit: sed propter conditionem subiecti, quia in quolibet soluit quotcunque inuenerit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc quòd in baptizatis maior vel minor gratia apparet, potest dupliciter contingere. Vno modo quia vnus in baptismo percipit maiorem gratiam, quàm alius, propter deuotionem maiorem: vt dictum est. Alio modo, quia etiam si æqualem gratiam percipiant, non æqualiter ea vtuntur: sed vnus studiosius in ea proficit, alius per negligentiam gratiæ Dei deest.

¶ Ad tertium dicendum, quòd diuersa capacitas naturalium in hominibus, non est ex diuersitate mentis, quæ per baptismum renouatur, cùm omnes homines eiusdem speciei existentes, in forma conueniant, sed est ex diuersa dispositione corporum. Secus autem est in angelis qui differunt specie. Et ideo Angelis dantur dona gratuita secundum diuersam capacitatem naturalium: non autem hominibus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sanitas corporalis non est per se effectus baptismi: sed est quoddam miraculosum opus prouidentiæ diuinæ.

ARTICVLVS IX.

¶ Virùm fictio impediat effectum baptismi.

4. dist. 4. q. 2. art. 1. q. 1. ad 3. c. 9. 3. art. 2. q. 2. per 10. Et dist. 1. 2. q. 2. art. 1 q. 3. ad 3.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd fictio non impediat effectum baptismi. Dicit enim Apostolus Galat. 3. Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Sed omnes qui baptismum Christi suscipiunt, baptizantur in Christo. Ergo omnes induunt Christum, quod est percipere baptismi effectum. Et ita fictio non impedit baptismi effectum.

¶ Præterea, In baptismo operatur virtus diuina, quæ potest voluntatem hominis mutare in bonum. Sed effectus causæ agentis non potest impediri per id quod ab illa causa potest auferri. Ergo fictio non impedit baptismi effectum.

¶ Præterea, Effectus baptismi est gratia, cui peccatum opponitur. Sed multa sunt alia peccata grauiora quàm fictio, de quibus non dicitur, quòd effectum baptismi impediant. Ergo neque fictio impedit effectum baptismi.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Sapien. 1. Spiritus sanctus, disciplinæ effugiet fictum. Sed effectus baptismi est à Spiritu sancto. Ergo fictio impedit effectum baptismi.

CONCLVSIO.

¶ Fictè accedentes, effectum baptismi minimè assequuntur

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut Damas. dicit) Deus non cogit hominem ad iustitiam. Et ideo ad hoc quòd aliquis iustificetur per baptismum, requiritur quòd voluntas hominis amplectatur baptismum, & baptismi effectum. Dicitur autem aliquis fictus, per quod voluntas eius contradicit vel baptismo, vel eius effectui. Nam secundum Aug. quatuor modis dicitur aliquis fictus. Vno modo ille qui non credit: cùm tamē baptismus sit fidei sacramentum. Alio modo per hoc quòd contemnit ipsum sacramentum. Tertio modo per hoc quòd aliter celebrat sacramentum, non seruās ritum Ecclesiæ. Quarto modo per hoc quòd aliquis indeuotè accedit. Vnde manifestum est, quòd fictio impedit effectum baptismi.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd baptizari in Christo, potest intelligi dupliciter. Vno modo in Christo, id est in Christi conformitate. Et sic quicunque baptizantur in Christo, conformati ei per fidem & charitatem, induunt Christum per gratiam. Alio modo dicuntur aliqui baptizari in Christo, inquantum accipiunt sacramentum Christi. Et sic omnes induunt Christum per configurationem characteris, non autem per conformitatem gratiæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quando Deus voluntatem hominis de malo in bonum mutat, tunc homo nō accedit fictus: sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

nisi baptismus, vt ergo nulli baptizato qui tūc vel postea inter filios adoptionis est baptismalis gratia desit, dicunt Aug. baptismum recedente fictione valere ad salutem. Quam doctrinam doctores posteriores adeò sunt venerati & coluerint, vt non horruerint multas inde consequētes difficultates & inde fateamur baptizatum fictè nō oportere cōtineri recedēte fictione de peccatis cōmissis ante baptismum. Augustinū ergo ita suscepta autoritas necessitat. Modus, quo hoc fieri Autor tenet in hac litera, nō est ille qui sibi attribuitur: quo ipse obiit in 4 Sent. dist. 4. q. 1. art. 2. dicēs, tibi siquis dē opinet esse fieri hoc, q̄a character manebat dispōēs ad gratiā: hic aūt opinatur hoc fieri, q̄a character vt forma subiectantialis manet, & gratia sublato impedimento quasi proprius effectus consequitur: vt patet in litera.

¶Vbi sunt duæ difficultates, vna ad hominē, & altera ad rē. Ad hominē quidē, quia Autor superius tractās de characte re, posuit ipsum esse dispositionem remotā ad gratiā, & nō formā, ex qua fluit gratia, vnde & posuit illū in genere potētiæ. & subiectiue in intellectū ex quo non est nata fluere gratia in essentia animæ. Ad rem verò quoniā character nō se habet ad gratiam vt forma ad consequēs proprijsised potius gratia est forma, ad quam comitatur mediante sacramento character, & eminētioris ordinis cō stat esse gratiā (qua diuinæ sumus naturæ cōsortes) quām character cōis bonis & malis.

¶ Ad euidentiam hord, sciendum est, coactum fuisse Autorem ad hūc modū, vt saluaret Augustini doctrinā cum cōmuni doctrina de causalitate sacramentorū. Nō videtur enim posse intelligi ré aliquā, postquam desiit esse, habere suū effectū, nisi aliqualiter res illa remanēre videm enim in his quę proficiuntur, tandiu durare motum proiectorum, quā diu vis proiicētis aliquo modo manet, siue in aēre, siue in corpore proiecto. nihil enim refert ad propositum, similiter videmus posthumos ideo genitos mortuo patre: quia semē patris remansit in materno vtero. & sic de aliis. Vnde quum baptismus desinat esse peracto sacramento, & tunc propter fictionē in baptizato nō valeat ad salutem, & inde ad duos annos recedēte fictione valeat idē baptismus ad salutē (quod nihil aliud est, quām conferre illā remissionem, quā fictio impediuit rē fieri: hoc enim significat baptismum valere ad salutē) consequēs est, quōd baptismus aliquo modo remaneat, seu aliquid habeat aut relinquat manēs, ratione cuius valoré seu effectū consequatur post biennium. Hæc necessitate satisfaciēdi hominibus more humano, cōpulsus Autor accommodationem

*Aliàs Ecclesiæ conformari.

*Aliàs abolitionem.

4. dist. 4. q. 3. art. 2. q. 3. Et dist. 17. q. 3. art. 4. q. 2.

non semper hoc Deus facit. Nec ad hoc sacramentum ordinatur, vt de ficto fiat aliquis non fictus, sed vt non fictus aliquis accedens iustificetur.

¶Ad tertium dicendum, quòd fictus dicitur aliquis ex eo, q̄ demonstrat se aliquid velle quod nō vult. Quicunque antē accedit ad baptismum, ex hoc ipso ostendit se rectam fidē Christi habere, & sacramentum venerari, & velle se *Christo conformari, & velle à peccato recedere. Vnde cuicunque peccato vult homo inhærere, si ad baptismū accedit, fictus accedit: quod est indeuotè accedere. Sed hoc intelligendum est de peccato mortali, quod gratiæ contrariatur: non autem de peccato veniali. Vnde fictio hic quodammodo includit omne peccatum.

ARTICVLVS X.

¶Vtrùm fictione recedente, baptismus suum effectum consequatur.

AD DECIMVM sic procedi tur. Videtur quòd fictione recedente, baptismus suum effectum non consequatur. Opus enim mortuū, quod est sine charitate, non potest vnquam viuificari. Sed ille qui fictus accedit ad baptismum, recipit sacramentum sine charitate. Ergo nunquam potest viuificari hoc modo vt gratiam conferat.

¶Præterea, Fictio videtur esse fortior quam baptismus, cùm impediat eius effectum. Sed fortius non tollitur à debiliori. Ergo peccatū fictionis non potest tolli per baptismum fictione impeditum. Et sic baptismus non consequetur suum effectū, qui est remissio omnium peccatorum.

¶Præterea, Contingit q̄ aliquis fictè accedat ad baptismum, & post baptismum multa peccata committat. Quæ tamen per baptismum non tolluntur: quia baptismus tollit peccata præterita, non futura. Ergo baptismus talis nunquam cōsequetur suum effectum, qui est remissio omnium peccatorum.

¶SED CONTRA est quod Augustī. dicit in lib. de Baptismo, Tunc valere incipit ad salutem baptismus, cùm illa fictio veraci confessione recesserit, quæ corde in malitia vel sacrilegio perseuerante, peccatorum *ablutionem non finebat fieri.

CONCLVSIO.

¶Recedente fictione statim quis baptismi effectū consequitur.

¶RESPONDEO dicēdum, quòd (sicut suprà dictum est) baptismus est quædam spiritualis regeneratio. Cùm autem aliquid generatur, simul cum forma recipit effectum formæ, nisi sit aliquid impediens, quo remoto forma rei generatæ perficit suū effectum: sicut simul cùm corpus graue generatur, mouetur deorsum, nisi sit aliquid prohibens, quo remoto statim incipit moueri deorsum. Et similiter quando aliquis baptizatur accipit characterem quasi formam, & consequitur proprium effectum, qui est gratia remittens omnia peccata. Impeditur autem quandoque per fictionem: vnde oportet q̄ remota ea per pœnitētiam, baptismus statim consequatur sunm effectum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sacramentum baptismi est opus Dei,

hanc similitudinariam, quam in litera habes, adimenit.

¶Vnde nō oportet laborare ad falsandū hunc processum, vt propriū, seu ex proprijsised intelligendus est. vt accōmodatio quædā similitudinaria ad mandandum intellectū nostrū. vt percipiant quomodo baptismus recedēte fictione incipit valere ad salutē. Sciuit enim Autor, gratiam & non hominis. Et ideo non est mortuum in ficto, qui sine charitate baptizatur.

¶Ad secundum dicendum, q̄ fictio nō remouetur per baptismū, sed per pœnitentiā subsequentē: qua remota, baptismus aufert culpam & reatum omnium peccatorū præcedētium baptismum, & etiam simul existentium cum baptismo. Vnde Aug. dicit in lib. de Baptismo, Soluitur hesternus dies, & quicquid supereſt, soluitur & ipsa hora momentumq; ante baptismū & in baptismo: deinceps autē continuò reus esse incipit. Et sic ad baptismi effectum consequendū concurrit baptismus & pœnitentia, sed baptismus sicut causa per se agens: pœnitentia sicut causa per accidens, id est remouens prohibens.

¶Ad tertium dicendum, quòd effectus baptismi nō est tollere peccata futura, sed præsentia vel præterita. Et ideo recedente fictione, peccata sequētia remittuntur quidem, sed per pœnitentiam, nō per baptismum. Vnde non remittuntur quantum ad totum reatū, sicut peccata præcedentia baptismum.

QVAESTIO SEPTVAGESIMA, *De Circumcisione quæ præcessit baptismum, in quatuor articula diuisa.*

DEINDE considerandum est de præparatoriis ad baptismum. Et primò de præparatorio quod præcessit baptismum, id est, de circumcisione. Secundò, de præparatoriis, quæ concurrunt simul cum baptismo, scilicet de catechismo & exorcismo.

¶Circa primum quæruntur quatuor.

¶Primò, vtrùm circumcisio fuerit præparatoria & figuratiua baptismi.

Secundò, de institutione ipsius.

¶Tertiò, de ritu eius.

¶Quartò, de effectu ipsius.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm circumcisio fuerit præparatoria & figuratiua baptismi.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd circumcisio non fuerit præparatoria & figuratiua baptismi. Omnis enim figura habet aliquam similitudinem cum suo figurato. Sed circumcisio nullam habet similitudinem cum baptismo. Ergo videtur quòd non fuerit præparatoria & figuratiua baptismi.

¶Præterea, Apostolus dicit primæ Cor. 10. de antiquis Patribus loquēs, q̄ omnes in nube & in mari baptizati sunt. Non autē dicit, q̄ in circumcisione baptizati sint. Ergo protectio colūnæ nubis, & transitus maris rubri, magis fuerunt præparatoria ad baptismum & figuratiua ipsius, quam circumcisio.

¶Præterea, Supra dictū est, q̄ baptismus Ioannis fuit præparatorius ad baptismum Christi. Si ergo etiam circumcisio fuit præparatoria & figuratiua baptismi Christi, videtur quòd baptismus Ioannis fuerit superfluus, quod est inconueniens. Non ergo circumcisio fuit præparatoria & figuratiua baptismi.

¶SED CONTRA est quod Apost. dicit Col. 2. Circūcisi estis circūcisione nō manu facta, in expoliatione corporis carnis, sed circumcisione Christi, cōsepulti ei in baptismo.

CONCLVSIO.

¶Circumcisio, quam Sancti patres in fide protestationem susceperunt, præparatoria fuit ad baptismum & præfiguratiua ipsius.

¶RESPONDEO dicendum, quòd baptismus dicitur sacramentū fidei: inquantum scilicet in baptismo fit quædam fidei professio, & per baptismum aggregatur homo congregationi fidelium. Eadem autem est fides nostra & antiquorum Patrum, secundum illud Apostoli 2. Corint. 4. Habentes eundem Spiritum fidei, credimus. Circumcisio autē erat quædam protestatio fidei. vnde dicitur Rom. 4. quòd Abraham accepit circumcisionem tanquam signaculum fidei, quando & per circumcisionem antiqui aggregabantur collegio fidelium. Vnde manifestum est, quòd circumcisio fuit præparatoria ad baptismū, & præfiguratiua ipsius, secundum quòd antiquis Patribus omnia in figuram futuri contingebant (vt dicitur primæ Cor. 10.) sicut & fides eorum erat de futuro.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd circumcisio habebat similitudinem cum baptismo quantū ad spiritualem effectum baptismi. Nam sicut per circumcisionem auferebatur quędā carnalis pellicula, ita per baptismū homo expoliatur à carnali cōuersatione.

¶Ad secundum dicendū, quòd protectio colūnæ nubis, & transitus maris Rubri, fuerunt quædam figuræ nostri baptismi: quo renascimur ex aqua significata per mare Rubrum, & Spiritu sancto significato per colūnam nubis. Non tamen per hæc fiebat aliqua professio fidei, sicut per circumcisionem. Et ideo prædicta duo erant tantū figuræ, & non sacramenta. Circumcisio autem erat etiam sacramentum præparatorium ad baptismum: minus tamen expresè figurans baptismū, quantum ad exteriora, quàm prædicta. Et ideo Apostolus potius fecit mentionem de prædictis quàm de circumcisione.

¶Ad tertiū dicendum, quòd baptismus Ioannis fuit præparatorius ad baptismum Christi, quantum ad exercitium actus. Sed circumcisio quantum ad professionem fidei, quæritur in baptismo, sicut dictum est.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm circumcisio fuerit conuenienter instituta.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd circūcisio fuerit inconuenienter instituta. Sicut enim dictum est, in circumcisione fiebat quædam fidei professio. Sed à peccato primi hominis nullus vnquam saluari potuit nisi per fidem passionis Christi: secundum illud Rom. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Ergo statim post peccatū primi hominis, circumcisio instituī debuit, & non tempore Abrahæ.

¶Præterea, In circumcisione homo profitebatur obseruātiam veteris legis, sicut in baptismo profitetur obseruantiā nouæ legis, vnde Apostolus dicit Gal. 5. Testificor omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ. Sed legalis obseruantia non est tradita tempore Abrahæ, sed magis tempore Moysi. Ergo inconuenienter instituta est circumcisio tempore Abrahæ.

¶Præterea, Circumcisio fuit figuratiua & præparatiua baptismi. Sed baptismo exhibetur omnibus populis; secundum illud Matt. vlti. euntes docete omnes Gētes, baptizātes eos. Ergo circumcisio nō debuit institui, vt obser-

uanda tantum ab vno populo Iudæorū, sed ab omnibus populis.

¶Præterea, Carnalis circumcisio debet respondere spirituali, sicut figura figurato. Sed spiritualis circumcisio quæ fit per Christum, indifferenter conuenit vtrique sexui: quia in Christo Iesu non est masculus & fœmina: vt dicitur Gal. 3. Ergo inconuenienter est circumcisio instituta, quæ competit solis maribus.

¶SED CONTRA est quòd legitur Gen. 17. circumcisio est instituta a Deo, cuius perfecta sunt opera.

CONCLVSIO.

¶Cùm Abraham primus Christi nascituri promissionem susceperit, & primus se ab infidelium societate segregauerit, fuit in ipso conuenienter circumcisio instituta.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut dictum est) circumcisio erat præparatoria ad baptismum, inquantum erat quædam professio fidei Christi, quam etiam nos in baptismo profitemur. Inter antiquos autem Patres primus Abraham promissionem accepit de Christo nascituro, cùm dictum est ei Gen. 22. In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Ipse etiam primus se à societate infidelium segregauit, secundum mandatum Dei dicentis sibi, Egredere de terra tua & de cognatione tua. Et ideo conuenienter circumcisio fuit instituta in Abraham.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd immediate post peccatum primi parentis, propter doctrinam ipsius Adæ (qui plene instructus fuerat de diuinis adhuc fides & ratio naturalis intantum vigebat in homine, quòd non oportebat determinari hominibus aliqua signa fidei & salutis: sed vnusquisque pro suo libito fidem suam *aliquibus signis protestabatur. Sed circa tempus Abrahæ, diminuta erat fides, plurimis ad idololatriam declinantibus: obscurata etiam erat ratio naturalis per augmentum carnalis concupiscentiæ vsq; ad peccatum contra naturam. Et ideo conuenienter tunc & non antè fuit instituta circumcisio ad profitendum fidem, & ad minuendum carnalem concupiscentiam.

*Aliàs profiten tibus.

¶Ad secundum dicendum, quòd legalis obseruantia tradi non debuit nisi populo iam congregato: quia lex ordinatur ad bonū publicum: vt in Secunda parte dictum est. Populus autem fidelium congregandus erat aliquo signo sensibili, quod est necessarium ad hoc quòd homines in quacunq; religione adunentur: sicut Aug. dicit contra Faustum. Et ideo oportuit prius instituī circumcisionem, quām lex daretur. Illi autem Patres, qui fuerunt ante legē, familias suas instruxerunt de diuinis, per modum paterne admonitionis. Vnde & dominus dicit de Abrahā, Scio quòd præceptурus sit filiis suis & domui suæ post se, vt custodiant viam Domini.

¶Ad tertium dicendum, quòd baptismus in se continet perfectionem salutis, ad quam Deus omnes homines vocat, secundum illud 1. Timoth. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri. Et ideo baptismus omnibus populis proponitur. Circumcisio autem non continebat perfectionem salutis, sed figurabat ipsam vt fiendam per Christum, qui erat ex Iudæorum populo nasciturus. Et ideo illi soli populo data est circumcisio.

¶Ad quartum dicendum, quòd circumcisio instituta est, vt signum fidei Abrahæ, qui credidit se patrem futurum Christi sibi repromissi: & ideo conuenienter solis maribus competebat. Peccatum etiam originale, contra quod specialiter circumcisio ordinabatur, à patre trahitur, non à matre: vt in Secunda parte dictum est. Sed baptismus continet virtutem Christi: qui est vniuersalis causa salutis omnium, & remissionis omnium peccatorum.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm ritus circumcisionis fuerit conueniens.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd ritus circumcisionis non fuerit conueniens. Circumcisio enim (sicut dictum est) fidei quædam professio est. Sed fides in vi apprehensiua existit, cuius operationes maximè apparent in capite. Ergo magis debuit signum circumcisionis dari in capite, quam in membro generationis.

¶Præterea, Adversum sacramentorum assumimus ea quorum est communior vsus: sicut aquam ad abluendum, & panem ad reficiendum. Sed ad incidendum communius vtimur cultello silicreo quam lapideo. Ergo circumcisio non debuit fieri cultello lapideo.

¶Præterea, Sicut baptismus instituitur in remedium originalis peccati, ita etiam circumcisio: sicut Beda dicit. Sed baptismus non differtur vsq; ad octauum diem (ne pueris periculum damnationis immineat propter originale peccatum, si nondum baptizati

Universidad de Deusto
Biblioteca

decedant) quandoque etiam traditur baptismus post octauum diem. Ergo circumcisioni nó debuit determinari octauus dies, sed debebat quandoq; præueniri, sicut etiam quandoq; tardabatur.

¶SED CONTRA est, quòd Roma.4. super illud, Et signum accepit circumcisionis, determinatur in glo. prædictus circuncisionis ritus.

CONCLVSIO.

¶Conueniens fuit circumcisionis ritus in lege præceptus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut dictum est) circumcisio quoddam signum fidei est, institutum à Deo, cuius sapientiæ non est numerus. Determinare autem conuenientia signa, est sapientiæ opus. Et ideo concedendum est, quòd ritus circuncisionis fuit conueniens.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd circumcisio conuenienter fiebat in membro generationis. Primò quidem: quia signum erat fidei, qua Abraham credidit Christum ex suo semine nasciturum. Secundò, quia erat in remedium peccati originalis, quod per actum generationis traducitur. Tertiò, quia ordinabatur ad diminutionem carnalis concupiscentiæ: quæ præcipuè in membris illis viget, propter abundantiam delectationis venereorum.

¶Ad secundum dicendum quòd cultellus lapideus non erat de necessitate circumcisionis: vnde non inuenitur tale instrumentum præcepto diuino determinatum. Neque etiam communiter tali instrumento Iudæi vtebantur ad circuncidendum, sicut neque modò vtuntur. Leguntur tamen aliquæ circumcisiones famosæ, cultello lapideo factæ: sicut legitur Exod.4. quòd tulit Sephora acutissimam petram, & circucidit præputium filij sui. & Iosue 5. dicitur. Fac tibi cultellos lapideos, & circuncide secundò filios Israël. Per quod figurabatur circuncisionem spiritualem esse fiendam per Christum: de quo dicitur 1. Corint.10. Petra autem erat Christus.

¶Ad tertium dicendum, quòd octauus dies determinabatur circuncisioni, tum propter mysterium: quia in octaua ætate (quæ erit ætas resurgentium) quasi in octauo die, perficitur per Christum spiritualis circuncisio, quando auferet ab electis non solùm culpam, sed etiam omnem pœnalitatem, tum etiam propter teneritudinem infantis ante octauum diem. Vnde etiam de aliis animalibus Leuit.22. præcipitur, Bos, ouis & capra, cùm genita fuerint, septem diebus erunt sub vbere matris suæ, die autem octauo & deinceps offerri poterunt domino. Erat autem octauus dies de necessitate præcepti: ita scilicet, quòd octauum diem prætermittentes, peccabant, etiam si esset sabbatum: secundum illud Ioan.7. Circuncisionem accipit homo in sabbato, vt non soluatur lex Moysi. Non tamen erat de necessitate sacramenti: quia si aliqui omittebant octauum diem, postea poterant circuncidi. Quidam etiam dicuntur, quòd propter periculum imminentis mortis, poterat octauus dies præueniri. Sed hoc nec ex autoritate Scripturæ, nec ex consuetudine Iudæorum haberi potest. Vnde melius dicendum est, sicut etiam Hug. de san. Vic. dicit, quòd octauus dies nulla necessitate præueniebatur. Vnde super illud Prouerb.4. Vnigenitus eram coram matre mea, dicit glo. quòd alius Bersabee paruulus non computatur: quia ante octauum diem mortuus, nominatus non fuit, & per consequens nec circúcisus.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm circumcisio conferret gratiam iustificantem.

Suprà, q.62.ar.6.ad.3. Et 4.dist.1.q.1.ar.tic.4. Et veri.q.28.ar.2.ad 12. Et eo.4. lec.2.col.3.& ca.9.lec.5. col.1.fin.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd circumcisio non conferret gratiam iustificantem: dicit enim Apostolus Gal.2. Si ex lege est iustitia, Christus gratis mortuus est, id est sine causa. Sed circumcisio erat quædam obligatio legis implendæ: secundum illud Gal.6. Testificor omni homini circuncidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ. Ergo si ex circuncisione est iustitia, Christus gratis, id est sine causa, mortuus est. Sed hoc est inconueniẽs. non ergo ex circuncisione erat gratia iustificans à peccato.

¶Præterea, Ante institutionem circuncisionis sola fides ad iustificationem sufficiebat: dicit enim Grego. in Mora. Quod apud nos valet aqua baptismatis, hoc egit apud veteres pro paruulis sola fides. Sed virtus fidei non est imminuta per mandatum circuncisionis. ergo sola fides paruulos iustificabat, & non circuncisio.

¶Præterea, Iosue 5. legitur, quòd populus qui natus est in deserto per quadraginta annos, incircuncisus fuit. Si ergo per circuncisionem auferebatur peccatum originale, videtur quòd omnes qui in deserto mortui sunt, tam paruuli quàm adulti, fuerint damnati. Et eadem obiectio est de pueris, qui moriebantur ante octauum diem circuncisionis: qui præueniri non debebat, vt dictum est.

¶Præterea, Nihil impedit introitum regni cælestis nisi peccatum. Sed circuncisi ante passionem Christi impediebantur ab introitu regni cælestis. Non ergo per circuncisionem homines iustificabantur à peccato.

¶Præterea, Peccatum originale non dimittitur sine actuali: quia impium est a Deo dimidiam sperare veniam, vt August. dicit. Sed nusquam legitur quòd per circuncisionem remitteretur actuale peccatum. Ergo etiam neque originale per eam dimittebatur.

¶SED CONTRA est quod August. dicit ad Valerium contra Iulianum, Ex quo institutus est circuncisio in populo Dei, *quæ erat signaculum fidei iustitiæ Dei, ad sanctificationem pur gationis valebat paruulis originalis veterisque peccati: sicut & baptismus ex illo cœpit valere tempore ad innouationem hominis, ex quo institutus est.

*Aliàs quæ erat signaculum iustitiæ fidei ad purgationis valebat paruulis originalis veterisque peccati: sicut & baptismus ex illo cœpit valere tempore ad innouationem hominis, ex quo institutus est.

CONCLVSIO.

¶Quanquàm in circuncisione sicut in baptismo conferretur gratia quantum ad omnes gratiæ effectus, aliter tamen quàm in baptismo: nam in circuncisione est gratia ex fide, non ex vi circuncisionis: ex baptismo autem ex vi sacramenti acquiritur gratia.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ab omnibus communiter ponitur, quòd in circuncisione peccatum originale remittebatur. Quidam tamen dixerunt quòd non conferebatur gratia, sed solùm auferebatur peccatũ, quod Magister ponit in prima dist. 4. sent. & Rom. 4. in glos. Sed hoc non potest esse: quia culpa non remittitur nisi per gratiam, secundum illud Rom.3. Iustificati gratis per gratiam, &c. Et ideo alij dixerunt, quòd per circuncisionem conferebatur gratia quantum ad effectus remissionis culpæ, sed non quantum ad effectus positiuos, ne cogerentur dicere, quòd gratia in circuncisione collata sufficiebat ad implendum mandata legis, & ita superfluus fuerit aduentus Christi. Sed hæc etiam positio stare non potest. primò quidem: quia per circuncisionem dabatur pueris facultas suo tempore perueniendi ad gloriam, quæ est vltimus effectus positiuus gratiæ. secundò, quia priores sunt naturaliter secundum ordinem causæ formalis effectus positiui, quam priuatiui, licet secundum ordinem causæ materialis sit econuerso. forma enim non excludit priuationem, nisi informando subiectum. Et ideo alij dixerunt, quòd in circuncisione conferebatur gratia etiam quantum ad aliquem effectum positiuum, qui est facere dignum vitæ æternæ, sed non quantum ad omnes effectus: quia non sufficiebat reprimere concupiscentiam fomitis, nec ad implendum mandata legis. Quod etiam aliquando mihi visum est. Sed diligenter consideranti apparet hoc non esse verum: quia minima gratia potest resistere cuilibet concupiscentiæ, & vitare omne peccatum mortale, quod committitur in transgressione mandatorum legis: minima enim charitas plus diligit Deum, quàm cupiditas millia auri & argenti. Et ideo dicendum est, quòd in circuncisione conferebatur gratia quantum ad omnes gratiæ effectus, aliter tamen quàm in baptismo. Nam in baptismo confertur gratia ex virtute ipsius baptismi, quam habet inquantum est instrumentum passionis Christi iam perfectè. * In circuncisione autem conferebatur gratia, non ex virtute circuncisionis, sed ex virtute fidei passionis Christi, cuius signum erat circuncisio: ita scilicet, quòd homo qui accipiebat circuncisionem, profitebatur se suscipere talem fidem: vel adultus pro se, vel alius pro paruulis. Vnde & Apostolus dicit Roma.4. quòd Abraham accepit signum circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei, quia scilicet iustitia erat ex fide significata, non ex circuncisione significante. Et quia baptismus operatur instrumentaliter in virtute passionis Christi, non autem circuncisio, ideo baptismus imprimit characterem incorporantem hominem Christo, & copiosiorem gratiam confert quàm circuncisio: maior enim est effectus rei iam præsentis, quàm spei.

Aliàs conuenit fuisse conferre hoc gratiam in circuncisione quamuis non fuerit sufficiens.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procederet, si ex circuncisione esset iustitia aliter quàm per fidem passionis Christi.

¶Ad secundum dicendũ, quòd sicut ante institutionem circuncisionis, sola fides Christi futuri iustificabat tam pueros, quam adultos: ita etiam & circuncisione data. Sed antea nõ requirebatur aliquod signum protestatiuũ huius fidei: quia nondum homines fideles, seorsum ab infidelibus cœperant adunari ad cultum vnius Dei. Probabile tamen est, quòd parentes fideles pro paruulis natis, & maximè in periculo existentibus, aliquas preces Deo funderent, vel aliquam benedictionem eis adhiberent (quod erat quoddam signaculum fidei) sicut adulti pro seipsis preces & sacrificia offerebant.

¶super Quæstionem septuagesimã & quæstionem septuagesimã primam.

Anuot. Circa q. 70. & 71. nihil scribendũ videtur nisi in his quæ dicũtur in ar. 1. de causalitate exorcismorũ. Nũ cãrẽ siquidẽ scrupulo duo ibi dicta. primũ est circa apertionẽ aũs fiũi p exorcismos baptismales. Secũdũ est circa vnctionẽ, quæ fit in vertice baptizati p operatur cõseruationẽ gratiæ baptismalis. Primũ enim intelligo nõ sic, q̃ exorcismus minuat anteriorẽ infectionẽ seminis animæ, qa hoc sine gratia non video posse fieri in paruulis, q̃quid sit in adultis: sed intelligo sic q̃ potestas dæmonis ad præcludẽdũ sensus interiores animæ cõcessa dæmoni, ppter interiorẽ infectionẽ animæ per exorcismũ impeditur. Ne scilicet ob infectas interiores animæ partes & iudæ aliæ ad sensibilia spiritualia quæ Christi sunt: ita q̃ potestas dæmonis p exorcismos baptismales impediẽ ne possit extrinsecus obstacula sacramẽto & intrinseca sacramẽti effectui præstare. ¶Secũdũ dictũ, quòd de actiua cõseruatione in intelligi nequeat, de passiua oportet intelligi: sic q̃ vnctio illa operatur quoddã actuale auxiliũ faciẽs ex parte baptizati ad cõseruationẽ gratiæ susceptæ. Cõsistit aũt auxiliũ hoc in actu secundo, qui in adultis tunc excitatur aut adiuuatur, in paruulis autẽ non nisi tẽpore exercitionis gratiæ ad operationẽ locũ habere potest.

¶Ad tertium dicendum, quòd populus in deserto prætermittens mandatum circuncisionis, excusabatur: tum quia nesciebat quando castra mouenda erant: tum quia (vt Damasc. dicit) non necesse erat eos aliquod signum distinctionis habere, cùm seorsum ab aliis populis habitabant. Et tamen, vt Aug. dicit, inobedientiam incurrebant qui ex contemptu prætermittebant. Videtur tamen quòd nulli incircuncisi mortui fuerint in deserto: quia, vt in Psalm. dicitur, non erat in tribubus eorum infirmus: sed illi soli videntur mortui in deserto, qui fuerant in Aegypto circuncisi. Si tamen aliqui incircuncisi mortui sunt, eadem ratio est de his, & de his qui moriebantur ante circuncisionis institutionem. Quod etiam intelligendum est de pueris, qui moriebantur ante octauũ diem tempore legis.

¶Ad quartum dicendum, quòd in circuncisione auferebatur originale peccatum ex parte personæ: remanebat tamen impedimentum intrandi in regnum cælorum ex parte totius naturæ: quod fuit sublatum per passionem Christi. Et ideo etiam baptismus ante passionem Christi non introducebat in regnum. Sed & circuncisio si haberet locum post passionem Christi, introduceret in regnum.

¶Ad quintum dicendum, quòd adulti quando circuncidebantur, consequebantur remissionem, non solùm originalis peccati, sed etiam actualium peccatorum. Non tamen ita quòd liberarentur ab omni reatu pœnæ, sicut fit in baptismo: in quo confertur copiosior gratia.

QVAESTIO SEPTVAGESIMA PRIMA

De præparatoriis, quæ simul concurrunt cum baptismo, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de præparatoriis, quæ simul concurrunt cum baptismo.

¶Et circa hoc quærũtur quatuor.

¶Primò vtrùm catechismus debeat præcedere baptismum.

¶Secundò, vtrùm baptismum debeat præcedere exorcismus.

¶Tertiò, vtrùm ea quæ aguntur in catechismo & exorcismo, aliquid efficiant vel solum significent.

¶Quartò, vtrùm baptizandi debeant catechizari vel exorcizari per sacerdotes.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm catechismus debeat præcedere baptismum.

4.dist.6. q.ar.1.q.1.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd catechismus non debeat præcedere baptismum. Per baptismum enim regenerantur homines in vitam spiritualem. Sed prius homo accepit vitam quam doctrinam. Non ergo prius debet homo catechizari, id est doceri, quam baptizari.

¶Præterea, Baptismus exhibetur non solùm adultis, sed etiam pueris, qui non sunt doctrinæ perceptibiles: eo quòd non habent vsum rationis. Ergo ridiculum est eos catechizare.

¶Præterea, In catechismo confitetur catechizatus suam fidem. Sed pueri non possunt suam fidem confiteri, neque per seipsos, neque etiam aliquis alius pro eis: tum quia nullus potest alium ad aliquid obligare: tum etiam quia non potest aliquis scire, vtrùm pueri cùm ad legitimam ætatem peruenerint, assentiant fidei. Non ergo debet catechismus præcedere baptismum.

¶SED CONTRA est quod Rabanus de institutione clericali dicit, Ante baptismum, catechizandi debet hominem præuenire officium, vt fidei primum catechuminus accipiat rudimentum.

CONCLVSIO.

¶Ante baptismum conuenienter præcedit Catechismus, siue fidei instructio

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) baptismus est fidei sacramentum, cùm sit quædam professio fidei Christianæ. Ad hoc autem quòd aliquis fidem accipiat, requiritur quòd de fide instruatur, secundum illud Rom.10. Quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient sine prædicante? Et ideo ante baptismum conuenienter præcedit catechismus. Vnde & Dominus præceptum baptizandi discipulis tradens, præmittit doctrinam baptismo, dicens, Euntes docete omnes Gentes, baptizantes eos, &c.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vita gratiæ, in qua regeneratur aliquis per baptismum, præsupponit vitam naturæ rationalis: in qua homo potest esse particeps doctrinæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut mater Ecclesia (vt suprà dictum est) accommodat pueris baptizandis aliorum pedes, vt veniant, & aliorum cor, vt credant: ita etiam accommodat eis aliorum aures, vt audiant, & intellectum, vt per alios instruantur. Et ideo eadem ratione sunt catechizandi, qua sunt baptizandi.

¶Ad tertium dicendum, quòd ille qui pro puero baptizato respõdet, Credo, non prædicit puerum crediturum, cùm ad legitimos annos peruenerit: alioquin diceret, Credet. Sed professetur fidem Ecclesiæ in persona pueri, cui communicatur, cuius sacramentum ei attribuitur, & ad quàm obligatur per alium. Non est enim inconueniens, quòd aliquis obligetur per alium in his quæ sunt de necessitate salutis. Similiter etiam patrinus pro puero respondens promittit se operam daturum ad hoc quòd puer credat. Quod tamen non sufficeret in adultis, vbi rationis habentibus.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm exorcismus debeat præcedere baptismum.

Infr.art.3.ad 3. Et 4.di. 6.q.2.ar 1.3.q.1. per tot. & q.2. ad 4.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd exorcismus non debeat præcedere baptismum. Exorcismus enim contra energuminos, id est arreptitios ordinatur. Sed non omnes baptizandi sunt tales. Ergo exorcismus non debet præcedere baptismum.

¶Præterea, Quandiu homo subiacet peccato, diabolus in eum habet potestatem: quia vt dicitur Ioann. 8. qui facit peccatum, seruus est peccati. Sed peccatum tollitur per baptismum. Non ergo ante baptismum sunt homines exorcizandi.

¶Præterea, Ad arcendum dæmonum potestatem introducta est aqua benedicta. Non ergo ad hoc oportebat aliud remedium adhiberi per exorcismos.

¶SED CONTRA est quod Cælestinus papa dicit, Siue paruuli, siue iuuenes ad regenerationis veniant sacramentum, non prius fontem vitæ adeant, quàm exorcismis & exufflationibus clericorum spiritus immundus ab eis abuciatur.

CONCLVSIO.

¶Conueniens est ante baptismi susceptionem Dæmones & malos spiritus per sacros exorcismos expelli.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quicunq; sapiens aliquod opus facere proponit, prius remouet impedimenta sui operis: vnde dicitur Hiero. 4. Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas. Diabolus autem hostis est humanæ salutis, quæ homini per baptismum *exhibetur: & habet potestatem aliquam in hominem, ex hoc ipso quòd subditur originali peccato, vel etiam actuali. Vnde conuenienter ante baptismum expelluntur dæmones per exorcismos, ne salutem hominis impediant: quam quidem expulsionem significat exufflatio. Benedictio autem cum manus impositione, præcludit expulso viam, ne redire possit. Sal autem in os missum, & narium & aurium sputo linitio, significat receptionem doctrinæ fidei quantum ad aures, & approbationem quantum ad nares, & confessionem quantum ad os. Olei verò inunctio significat aptitudinem hominis ad puguandum contra dæmones.

*Aliàs acquiritur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd energumini dicuntur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuntur, quasi interius laborantes ex intrinseca operatione diaboli. Et quamuis non omnes accedentes ad baptismum, corporaliter ab eo vexentur: omnes tamen non baptizati potestati dæmonum subiiciuntur, saltem propter originalis peccati reatum.

* Alias ablatio-nem.

¶Ad secundum dicendum, quòd in baptismo per *ablutionem peccati excluditur potestas dæmonis ab homine, quantum ad hoc quòd impedit eum à perceptione gloriæ. Sed exorcismi excludunt potestatem dæmonis, inquantum impedit hominem à perceptione sacramenti.

¶Ad tertium dicendum, quòd aqua benedicta datur contra impugnationes dæmonum, quæ sunt ab exteriori: sed exorcismus ordinatur contra impugnationes dæmonum, quæ sunt ab interiori. vnde & energumini dicuntur, quasi interius laborantes, illi qui exorcizantur. Vel dicendum, quòd sicut in remedium contra peccatum, secundò datur pœnitentia, quia baptismus non iteratur: ita in remedium contra impugnationes dæmonum, secundò datur aqua benedicta, quia exorcismi baptismales non iterantur.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm ea, quæ aguntur in exorcismo, aliquid efficiant.

4. di. 6. q. 2. art. 3. q. 2.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd ea quæ aguntur in exorcismo, non efficiant aliquid, sed solùm significent. Si enim puer post exorcismos moriatur ante baptismum, salutem non consequitur. Sed ad hoc ordinatur effectus eorum, quæ in sacramentis aguntur, vt homo consequatur salutem. vnde & Marc. vlti. dicitur, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Ergo ea quæ agûtur in exorcismo, nihil efficiunt, sed solùm significant.

¶Præterea, Hoc solùm requiritur ad sacramentum nouæ legis, vt sit signum & causa: vt suprà dictum est. Si ergo ea quæ aguntur in exorcismo, aliquid efficiant, videtur quòd singula sint quædam sacramenta.

¶Præterea, Sicut exorcismus ordinatur ad baptismum, ita etiam si aliquid in exorcismo efficitur, ordinatur ad effectum baptismi. Sed dispositio ex necessitate præcedit formam perfectam: quia forma non recipitur nisi in materia dispositа. Sequeretur ergo, quòd nullus posset consequi effectum baptismi, nisi prius exorcizetur. quod patet esse falsum. Non ergo ea quæ aguntur in exorcismis, aliquem effectum habent.

¶Præterea, Sicut quædam aguntur in exorcismo ante baptismum, ita etiam quædam aguntur post baptismum, sicut quòd sacerdos baptizatum chrismate vngit in vertice. Sed ea quæ post baptismum aguntur, non videntur aliquid efficere: quia secundum hoc effectus baptismi esset imperfectus. Ergo nec ea quæ ante baptismum aguntur in exorcismo.

¶SED CONTRA est quod Augustinus dicit in lib. de Symbolo, Paruuli exufflantur & exorcizantur, vt pellatur ab eis diaboli potestas inimica, quæ decipit hominem. Nihil autem agitur frustra per Ecclesiam. Ergo per huiusmodi exufflationes hoc agitur, vt dæmonum potestas expellatur.

CONCLVSIO.

¶Non modò aliquid significant quæ in exorcismis aguntur, sed efficiunt hoc, quòd à Dæmone liberant, & hominis sensus ad diuina percipienda aperiunt.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidam dixerunt ea, quæ in exorcismo agûtur, nihil efficere, sed solùm significare. Sed hoc patet esse falsum, per hoc quòd Ecclesia in exorcismis, imperatiuis verbis vtitur ad expellendam dæmonis potestatem: puta cùm dicit, Ergo maledicte diabole exi ab eo, &c. Et ideo dicendum est, quòd aliquem effectum habent: differenter tamen ab ipso baptismo. Nam per baptismum datur homini gratia ad plenam remissionem culparum. Per ea verò quæ in exorcismo aguntur, excluditur duplex impedimentum salutaris gratiæ percipiendæ. Quorum vnum est impedimentum extrinsecum, prout dæmones hominis salutem impedire conantur. Et hoc impedimentum excluditur per exufflationes, quibus potestas dæmonis pellitur (vt patet ex inducta autoritate Augustini) quantum scilicet ad hoc quòd non præstet impedimentum sacramento suscipiendo. Manet tamen potestas dæmonis in homine, quantum ad maculam peccati & reatum pœnæ, quousq; peccatum per baptismum tollatur. Et secundum hoc Cyprianus dicit, Scias diaboli nequitiam posse remanere vsque ad aquam salutarem: in baptismo autem omnem nequitiam amittere. Aliud impedimentum est intrinsecum: prout scilicet homo ex infectione originalis peccati habet sensus præclusos ad percipienda salutis mysteria. Vnde Rabanus de institutione clericorum dicit, quòd per salium typi cam & sacerdotis tactum, sapientia & virtus diuina salutem catechumini operatur, vt aperiantur ei nares, ad percipiendum odorem notitiæ Dei: vt aperiantur ei aures, ad audiendum mandata Dei: vt aperiantur illi sensus, in intimo corde, ad respondendum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per ea quæ aguntur in exorcismo, non tollitur culpa, propter quam homo punitur post mortem: sed solùm tolluntur impedimenta recipiendi remissionem culpæ per sacramentum, vnde post mortem exorcismus non valet sine baptismo. Præpositinus tamen dicit, quòd pueri exorcizati, si moriantur ante baptismum, minores tenebras patiuntur. Sed hoc non videtur verum: quia tenebræ illæ sunt carentia diuinæ visionis, quæ non recipit magis & minus.

¶Ad secundum dicendum, quòd de ratione sacramenti est, quòd perficiat principalem effectum, qui est gratia remittens culpam, vel supplens aliquem hominis defectum. Quod quidem non fit per ea quæ aguntur in exorcismo: sed solùm huiusmodi impedimenta tolluntur. Et ideo non sunt sacramenta, sed sacramentalia quædam.

¶Ad tertium dicendum, quòd dispositio sufficiens ad suscipiendam gratiam baptismalem, est fides & intentio, vel propria eius qui baptizatur, si sit adultus: vel ipsius Ecclesiæ, si sit paruulus. Ea verò quæ aguntur in exorcismo, ordinantur ad remouendum impedimenta: & ideo sine eo potest aliquis consequi effectum baptismi. Non tamen sunt huiusmodi prætermittenda, nisi in necessitatis articulo. Et tunc cessante periculo, debent supleri, vt seruetur vniformitas in baptismo. Nec frustra supplentur post baptismum: quia sicut impeditur effectus baptismi, antequam percipiatur, ita potest impediri postquam fuerit perceptus.

¶Ad quartum dicendum, quòd eorum quæ aguntur post baptismum circa baptizatum, aliquid est quod non solum significat, sed efficit: puta inunctio quæ fit in vertice, quæ operatur* conseruationem gratiæ baptismalis. Aliquid autem est quod nihil efficit, sed solùm significat: sicut quòd datur ei vestis candida, ad significandum nouitatem vitæ.

* Alias ad confirmationem.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm sit officium sacerdotis, catechizare & exorcizare baptizandos.

4. di. 6. q. 2. art. 3. q. 3.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd non sit sacerdotis, catechizare & exorcizare baptizandum. Ad officium enim ministrorum pertinet habere operationem super immundos: vt Dionys. dicit 5. cap. Eccle. hie. Sed catechumini qui instruuntur in catechismo, & energumini qui purgantur in exorcismo, computantur inter immundos: vt ibidem Dionys. dicit. Ergo catechizare & exorcizare non pertinet ad officium sacerdotis, sed potius ministrorum.

¶Præterea, Catechumini instruuntur de fide per sacram Scripturam, quæ in Ecclesia per ministros recitatur: sicut enim per lectores in Ecclesia legitur vetus Testamentum, ita etiam per diaconos & subdiacones legitur nouum. Et sic ad ministros pertinet catechizare. Similiter etiam & exorcizare, vt videtur, ad ministros pertinet: dicit enim Isido. in quadam Epistola, Ad exorcistam pertinet exorcismos memoriter retinere, manúsque super energuminos & catechuminos in exorcismo imponere. Non ergo pertinet ad officium sacerdotis, catechizare & exorcizare.

¶Præterea, Catechizare idem est quod docere, & hoc idem est quod perficere. Quod ad officium episcoporum pertinet, vt dicit Dionys. 5. cap. Eccl. hier. Non ergo pertinet ad officium sacerdotis.

¶SED CONTRA est quod Nicol. Papa dicit, Catechismi baptizandorum à sacerdotibus vniuscuiusque Ecclesiæ fieri possunt. Vnde Grego. etiam super Ezech. dicit, Sacerdotes cùm per exorcismi gratiam, manum credentibus imponunt, quid aliud faciunt, nisi quòd dæmonia eiiciunt?

CONCLVSIO.

¶Sacerdotis munus est baptizandos in fide instruere, & per exorcismos illos tuuare.

¶RESPONDEO dicendum, quòd minister comparatur ad sacerdotē, sicut secundarium & instrumentale agens ad principale,

cipale, vt indicat ipsum nomen Ministri. Agens autem secundarium non agit sine principali agente, sed cooperatur principali agenti in operando. Quantò autem potior est operatio, tantò principale agens potioribus indiget instrumentis seu ministris. Potior autem est operatio sacerdotis, inquantum confert ipsum sacramentum, quàm in præparatoriis ad sacramentum. Et ideo supremi ministri, qui dicuntur diaconi, cooperâtur sacerdoti in ipsa collatione sacramentorum. dicit enim Isido. quòd ad diaconem pertinet assistere sacerdotibus, & ministrare in omnibus quæ agûtur in sacramentis Christi, in baptismo, scilicet in chrismate, patena, & calice. Inferiores autem ministri cooperantur sacerdotibus in his quæ sunt præparatoria ad sacramentum: sicut lectores in catechismo, & exorcistæ in exorcismo.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd super immundos ministri habent operationem ministerialem & quasi instrumētalem, sed sacerdos principalem.

¶Ad secundum dicendum, quòd lectores & exorcistæ habent officiū catechizandi & exorcizandi, non quidem principaliter, sed sicut in his sacerdoti ministrantes.

¶Ad tertium dicendū, quòd multiplex est instructio. vna conuersiua ad fidem: quam Diony. tribuit episcopo in 2. Cæl. hierar. & potest comperere cuilibet prædicatori, vel etiam cuilibet fideli. Secunda est instructio, qua quis eruditur de fidei rudimētis, & qualiter se debeat habere in susceptione sacramentorum: & hæc pertinet secundariò quidem ad ministros, principaliter autem ad sacerdotes. Tertia est instructio de conuersatione Christianæ vitæ: & hæc pertinet ad patrinos. Quarta est instructio de profundis mysteriis fidei, & de perfectione Christianæ vitæ: & hæc ex officio pertinet ad episcopos.

QVAESTIO SEPTVAGESIMASECVNDA

De sacramento Confirmationis, in duodecim articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de sacramento confirmationis.

¶Et circa hoc quæruntur duodecim.

¶Primò, vtrùm confirmatio sit sacramentum.

¶Secundò, de materia eius.

¶Tertiò, vtrùm sit de necessitate sacramenti, quòd chrisma fuerit prius per episcopum consecratum.

¶Quartò, de forma ipsius.

¶Quintò, vtrùm imprimat characterem.

¶Sextò, vtrùm character confirmationis præsupponat characterem baptismalem.

¶Septimò, vtrùm conferat gratiam.

¶Octauò, cui competat recipere hoc sacramentum.

¶Nonò, in qua parte.

¶Decimò, vtrùm requiratur aliquis qui teneat confirmandum.

¶Vndecimò, vtrùm hoc sacramentū per solos episcopos detur.

¶Duodecimò, de ritu eius.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm confirmatio sit sacramentum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd confirmatio non sit sacramentum. Sacramenta enim ex diuina institutione efficaciam habent: sicut suprà dictum est. Sed confirmatio non legitur à Christo instituta. Ergo non est sacramentum.

¶Præterea, Sacramenta nouæ legis, in veteri lege præfigurata fuerunt. vnde Apostolus dicit 1. Corin. 10, quòd omnes in Moyse baptizati sunt, in nube & in mari, & omnes eâdem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt. Sed confirmatio non fuit præfigurata in veteri Testamento. Non ergo est sacramentum.

¶Præterea, Sacramenta ordinantur ad hominum salutem. Sed sine confirmatione potest esse salus: nam pueri baptizati, sine confirmatione decedentes, saluantur. Ergo confirmatio non est sacramentum.

¶Præterea, Per omnia sacramenta Ecclesiæ, homo Christo conformatur, qui est sacramentorum autor. Sed per confirmationem non videtur homo Christo conformari: qui non legitur esse confirmatus.

¶SED CONTRA est quod Melchiades papa scribit Hispaniarum episcopis: De his, super quibus rogastis nos, vos informari, verùm maius sit sacramentum, manus impositio episcoporum, an baptismus, scitote vtrunque magnum esse sacramentum.

CONCLVSIO.

¶Præter Baptismum est speciale Confirmationis sacramentum, quo homo quasi quandam spiritualis vitæ ætatem & robur suscipit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sacramenta nouæ legis, ordinātur ad * speciales gratiæ effectus: & ideo vbi occurrit aliquis specialis effectus gratiæ, ibi ordinatur speciale sacramentum. Quia verò sensibilia & corporalia gerunt spiritualium & intelligibilium similitudinem, ex his quæ in vita corporali specialiter aguntur, percipere possumus quid in spirituali vita gratiæ speciale existat. Manifestum autem est, quòd in vita corporali specialis quædam perfectio est, quòd homo ad perfectam ætatem perueniat, & perfectas actiões hominis agere possit. Vnde & Apostolus dicit 1. Corin. 13. Cùm autem factus sum vir, euacuaui quæ erant paruuli. Et inde est etiam, quòd præter motum generationis, quo aliquis accipit vitam corporalem, est motus augmenti, quo aliquis perducitur ad perfectam ætatem. Sic igitur & vitam spiritualem homo accipit per baptismū, qui est spiritualis regeneratio. In confirmatione autem homo accipit, quasi quādam perfectam ætatem spiritualis vitæ. Vnde Melchiades papa dicit, Spiritus sanctus, qui super aquas baptismi salutifero descendit lapsis, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum præstat ad gratiam, in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnā, in baptismo abluimur, post baptismum roboramur. Et ideo manifestum est, quòd confirmatio est speciale sacramentum.

* Alias spiritua-lis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd circa institutionam huius sacramenti est triplex opinio. Quidam enim dixerût, quòd hoc sacramentum non fuit institutum nec à Christo, nec ab Apostolis, sed postea, processu temporis in quodam concilio. Alij verò dixerunt, quòd fuit institutum ab Apostolis. Sed hoc non potest esse, quia instituere nouum sacramentum, pertinet ad potestatem excellentiæ, quæ competit soli Christo.

Et ideo dicendum est quòd Christus instituit hoc sacramentum, non exhibendo, sed promittendo: secundum illud Ioan. 16. Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Et hoc ideo, quia in hoc sacramento datur plenitudo Spiritus sancti, quæ non erat danda ante Christi resurrectionem & ascensionem: secundum illud Ioan. 7. Nondum erat Spiritus datus: quia Iesus nondum erat glorificatus.

¶Ad secundum dicendum, quòd quia confirmatio est sacramentum plenitudinis gratiæ, non potuit habere aliquid respondens in veteri Testamento: quia nihil ad perfectum adduxit lex, vt dicitur Hebræ. 7.

¶Ad tertium dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) omnia sacramenta sunt aliqualiter necessaria ad salutem, sed quædam sine quibus non est salus: quædā verò sicut quæ operantur ad perfectionem salutis. Et hoc modo confirmatio est de necessitate salutis, quanuis sine ea possit esse salus, dum tamen non prætermittatur ex contemptu. sacramenti.

¶Ad quartum dicendū, quòd illi qui confirmationem accipiunt, quæ est sacramentum plenitudinis gratiæ, Christo conformantur, inquantum ipse à primo instanti suæ conceptionis fuit plenus gratiæ & veritatis, vt dicitur Ioan. 1. Quæ quidem plenitudo declarata est in baptismo, quando Spiritus sanctus descendit corporali specie super eum. Vnde & Luc. 4. dicitur, quòd Iesus plenus Spiritu sancto, regressus est à Iordane. Non autem cōueniebat dignitati Christi (qui est sacramentorum autor) vt à sacramento plenitudinem gratiæ acciperet.

ARTI

¶Super Quæstionis septuagesimæ secundæ Articulum primum & secundum.

Sunt. IN articulis primo & 2. quæst. 72. aduertendum, scilicet q̄ chrisma, hoc est cōpositū ex oleo & balsamo, nō ita est materia sacramenti cōfirmatiōis, sicut aqua est materia baptismi: q̄m sine balsamo cōfirmatio tradita valet, sine aqua autē baptismus* nō valet. Et de hoc extat textus clarus de sacramētis nō reiterandis, ca. pastoralis. Vbi quæritur si cōfirmatiōis sacramētū in eo debeat reiterari, qui p̄ errorē fuit nō chrismate, sed oleo delinitus: & respōdetur q̄ nō est aliquid iterādū, sed cauēte supplēdū quod incaute fuerat prætermissum. Ex hoc enim apparet sacramentū confirmatiōis, quo ad substātialia, fuisse cōpletū sine balsamo: fuisset quidē alioquin reiterādū sine balsamo collatū. Vnde intelligimus mixtū ex oleo & balsamo (quod chrisma cōsueuim⁹ vocare) esse regulare materiā cōfirmationis de necessitate præcepti, & nō de necessitate sacramēti. Et videtur hoc ab ecclesia præcedēti tempore institutū: in primitiua quidē Ecclesia nō videbatur multū credibile: q̄ pauper timorosepiscopos habuisse balsamū, quo forte etiā hodie multi carēt. Accedit ad hæc, q̄ Chrismatis nomē, q̄ tecōddi Dion. Apostoli temporibus fuerit huic sacramento, nō significat balsamum, sed vnctionē, cui oleum sufficit.

* extra.

supra, q. 65. ar. 1. 4. di. 3. q. 1. ar. 2. qu. 2. 2. di. 7. q. 1. ar. 2. q. 1. 98.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis septuagesimæ secundæ Articulum tertium.

Annot. Infrà q. 84. art. 1. ad 1. Et 4 di. 7. qũ. 1. art. 2. q. 1. Et 4 cõ. trac. 60.

IN art. 3. aduerte propter casus emergentes quòd licet cõstet ex Ecclesiæ ritu materiam cõfirmationis oportere esse consecratam ab episcopo: non tamen euidenter cõstat an ita necessitas sit ex sacramẽto aut ex præcepto. Et dato quod sit ex necessitate sacramẽti, restat adhuc dubiũ, an sic oporteat q. plenitudo Apostolicæ potestatis non possit dispẽsatiue subrogare simplicẽ sacerdotẽ ad cõsecrationẽ materiæ, sicut potest ipsum subrogare ad collationẽ huius sacramẽti: vt infrà patebit.

Et de primo quidem dubio apparet tenẽdũ, quòd si episcopus cõsit matret eu m chrismate cõsecrato à simplici sacerdote sacramẽtũ nullo essentiæ uerba Autoris hîc sentẽtiis, consecrationẽ huiusmodi pertinere adnecessitatẽ, & nõ ad solennitatem sacramẽti perspicacius tamen cõsiderando oppoliũ, est magis rationi cõsentiane vnquamquidẽ nulla est maior cõsecratio ea, quæ fit in Eucharistia, quam quũ possit simplex sacerdos effectre, omnẽ aliã non sacramẽtalẽ efficere potest: ita quòd facta tenet, quãuis peccet faciẽdo. Nec Autor in litera explicat quòd ab episcopo omnino oporteat fieri, nihil tamen diffinitiuẽ cõcludo. Legimus enim etiã apostolica fede dispensante circa ministri huius sacramẽti incõcusse explicatũ fuit sequòd vrãtur chrisma te cõsecrato per cyrillo pũ. vt patet in concilio Florẽtino sub Eugenio. 1111. De secũda autem quæstione nulla ego video ratione subsistendi, suppolita potestate Papæ de mutatione ministri: qui enim potest maius, potest & mi'nus, autẽ esse cõstat q. presbyter cõferat cõfirmationis sacramẽtũ, quã cõferat materiã sacramenti, quãtò maius est sacramẽtum sua materia. Et propterea si Papa potest facere, quòd simplex sacerdos confirmet, potest etiam efficere, quòd idem consecret materiam.

Annot. ¶ In eodem artic. 5. Durandus occurrit in 4. sẽtẽn. dist. 7. quæ. 2. cõtra literæ rationẽ arguens, volẽs ipsam peccare secundum nõ causam vt causam, quamũ ad sanctificationẽ materiæ ex conatu vel nõ cõtactu Christi. Tũ quia si contactus Christi sanctificauit materiã, puta aquã & panẽ, vel herẽt iniuria sanctificationi pelmẽ ex superaddita sanctificatione ab Ecclesia, si sunt emũdẽ rationis, vel prima esset insufficiens, si secũda est alterius rationis. Tũ quia Christus vsus est visibilibus vnctionibus in via à Magdalena pluries, & in morte à Nicodemo: ac per hoc sanctũ cauit vnctiones, si cõtactus eius sanctificatiuus est. Et sic sanctificata esset etiã materia huius sacramenti, nec egeret cõsecratione: cuius oppositum dicit.

¶ Ad hoc dicitur, rationẽ Autoris in sua probabilitate solidã stare, & quòd prima sanctificatio cõstituit materiã sacramẽti, & propterea alterius est rationis à benedictione eiusdem materiæ, quã Ecclesia adhibet quoniam hæc secunda nõ ordinatur ad cõstituẽdã materiam, sed ad solẽnitatẽ quãdã & deuotionẽ, & fugationẽ dæmonum, & huiusmodi. Vnde nõ arguit secunda insufficientia primæ: nec illi iniuriatur. Nec dicit Autor, quòd cõtactus Christi cõactum sanctificare materiam sacramẽti, sed cõtactu in via sacramenti: quali cõtactu nõ tetigit vnctiones. Nec obstat quòd ex vi sacramenti Christus nihil accepit: ac per hoc per accidẽs vsus cõcurrit, & solus cõtactus per se quoniam ipse cõtactu sanctificauit. Hoc, inquam, non obstat quoniam de vsu cõstituto sacramẽti est ter mo, sta quòd tenitur & cõactus Christi in cõstituẽdo sacramẽtũ est sanctificatiuus materiæ. Et sic fugãtur obiectiones Durandi.

Quòd enim sensibiliter Spiritus sanctus super eos descendit in specie ignis, ad eandem significationem refertur, ad quã refertur oleum, nisi q; ignis habet vim actiuam, oleum autem habet vim passiuã, inquantũ est materia & fomentũ ignis. Et hoc satis cõpetebat: nam per Apostolos gratia Spiritus sancti erat ad alios deriuanda. Super Apostolos etiam Spiritus sanctus descẽdit in figura linguæ, qd ad idem significandũ refertur, quod significat balsamũ: nisi quòd lingua per locutionem est cõmunicatiua ad alterũ, balsamũ verò per odorem: quia scilicet Apostoli replebantur Spiritu sancto, vt fidei doctores aliis autẽ fideles, vt operatores eorũ, quæ pertinent ad ædificationẽ fidelũ. Similiter etiam ad impositionem manus Apostolorũ, & etiam ad eorũ prædicationem, descẽdebat plenitudo Spiritus sancti super fideles sub visibilib⁹ signis, sicut & à principio descenderat super Apostolos: vnde Petrus dicit Act. 11. Cùm cœpissem loqui, cecidit Spiritus sanctus super eos, sicut & in nos in initio. Et ideo nõ erat necessaria sensibilis materia sacramentalis, vbi sensibilia signa miraculosè exhibebãtur diuinitus. Vtebantur tamen Apostoli cõmuniter chrismate in exhibitione sacramenti, quando huiusmodi visibilia signa nõ exhibebãtur. dicit enim Dionys. 4. c. Eccle. hierar. Est quædã perfectiua operatio, quã duces nostri (id est Apostoli) chrismatis hostiam nominant.

¶ Ad secundum dicendum, quòd baptismus datur ad spiritualem vitam simpliciter cõsequendã: & ideo competit illi sacramento materia simplex. Sed hoc sacramentum datur ad plenitudinẽ cõsequẽdã Spiritus sancti cuius est multiformis operatio: secundũ illud Sap. 7. est enim in illa Spiritus sancti virtus multiplex, & 1. ad Corin. 12. dicitur, Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus. Et ideo conuenienter huius sacramenti est materia composita.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd proprietates olei quibus significatur Spiritus sanctus, magis inueniuntur in oleo olivarum, quàm in quocunq; alio oleo. Vnde & ipsa oliua semper frondibus virens, virorem & misericordiam Spiritus sancti significat. Hoc etiam oleum propriè dicitur oleũ & maximè habetur in vsu vbi haberi potest. Quilibet autem alius liquor, ex similitudine huius oleũ nominatur: nec est in vsu communi, in supplementũ apud eos, quibus deest oleum oliuarũ. Et ideo hoc oleum solùm assumitur in vsum huius, & quorundam aliorum sacramentorum.

¶ Ad quartum dicendũ, quòd baptismus est sacramentũ absolutæ necessitatis: & ideo eius materia debet inueniri vbiq;. Sufficit autem quòd materia huius sacramenti quod non est tãtæ necessitatis, possit de facili ad omnia loca terrarum deferri.

CONCLVSIO.

¶ Oleum balsamo permistum conueniens est confirmationis materia.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd chrisma est conueniens materia huius sacramenti. Sicut enim dictũ est, in hoc sacramẽto datur plenitudo Spiritus sancti ad robur spirituale, quod cõpetit perfectæ ætati. Homo autẽ cùm ad perfectam ætatem peruenerit, incipit iam cõmunicare actiones suas ad alios, antea verò quasi singulariter sibiipsis viuit. Gratia verò Spiritus sancti in oleo designatur. vnde Christus dicitur esse vnctus oleo lætitiæ, propter plenitudinẽ Spiritus sancti quam habuit. Et ideo oleũ competit materiæ huius sacramenti. Admiscetur autem balsamũ, propter fragrantiã odoris, quæ redũdat ad alios: vnde Apostolus dicit 2. Cor. 2. Christi bonus odor sumus Deo, &c. Et licet multa alia sint odorifera: tamen præcipuè accipitur balsamũ propter hoc, quòd habet præcipuũ odorem, & quia etiam incorruptionẽ præstat. vnde Eccles. 24. dicitur, Quasi balsamum non mixtum odor meus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ quòd Christus ex potestate excellentiæ, quam habet in sacramẽtis, contulit Apostolis rem huius sacramenti, id est plenitudinem Spiritus sancti sine sacramento: eo quòd ipsi primitias Spiritus sancti acceperũt: sicut dicitur Ro. 8. Nihilominus tamen aliquid conforme materiæ huius sacramenti, exhibitũ fuit Apostolis sensibiliter in collatione Spiritus sancti.

¶ Super Quæstionis septuagesimæ secundæ Articulũ quartum.

Annot. IN arti. 4. aduerte pro hoc & cæteris sacramentis, quòd licet in antiquis iuribus nõ inuentãtur expressæ cõsacramẽtorum formæ posterioribus tamen tẽporibus, scilicet sub Eugenio 1111. in cõci. Florentino, in quo etiã fuit ecclesia Orientalis, explicatæ sunt omnes sacramentorũ formæ cũ relinquis omnibus requisitis ad omnia & singula sacramenta. Vbi & ponitur ista forma sacramẽti confirmationis, nisi quòd hîc dicitur, Cõsigno: & ibi legitur, Signo te signo crucis, & idem est sensus.

¶ Super Quæstionis septuagesimæ secundæ Articulũ quintum.

Cõment. IN articu. quinto dubium occurrit ad hoc minẽ, quoniam Autor superius in quæ. 63. artic. 6. posuit charactẽrem cõfirmationis pertinere ad recipiẽtem ithic autẽ ponit ipsum ex parte potẽtiæ actiuæ: vt patet in litera. Vnde videtur Autoris doctrina sibiipsi dissona.

¶ Ad hoc dicitur, quòd hæc sibiinuicem non aduersantur: quoniam character confirmationis, vt ipsius Sacramenti nomen restatur, est characteris baptismalis confirmatio: per baptismum enim fit Christianus, infirmus tamẽ (quia est sicut modò genitus infans) per confirmationem autem sit matur: ac per hoc ex eadem parte vtriusque se tenet sacramenti character, & per consequẽs character confirmationis est vt perficiẽs characterem baptismalem: qui quum se teneat ex parte recipientis, trahit secum suæ confirmationis characterem. Vnde de con. distin. 5. cap. de his verò. Melchiades Papa inquit, Ita coniunctæ sunt hæc duo sacramenta quòd vnum sine altero ritè perfici non potest: quod id est Christianum facere non potest, scilicet perfectum. Apparet, hoc idem ex actibus vtriusq; characteris. nã baptismi est cõferri fidẽ: confirmationis autẽ liberè seu intrepidè cõfiteri eandem. vbi patet secũdum perficere & firmare primum. Patet enim non sic esse intelligendum characterem esse potentiam passiuam, tanquam si ponerentur purè passiuæ: potest enim aliquem habere eum hoc, quòd constituit sacramentorum receptiuum perfectum seu firmũ: habet receptiuum absolutè. confirmatio autem receptiuum perfectè & liberè constituit.

¶ Præterea, Omnis consecratio, quæ fit in sacramentis, ad consecutionem gratiæ ordinatur. Sed materia sensibilis consecta ex oleo & balsamo, non est capax gratiæ. Ergo non debet ei aliqua consecratio adhiberi.

¶ SED CONTRA est quod Inno. papa dicit, Presbyteri, cùm baptizant, chrismate baptizatos vngere liceat, quod ab episcopo fuerat consecratum: non tamen frontem ex eodem oleo signare, quòd solum debetur episcopis, cùm tradunt Peracletum. Quod quidem fit in hoc sacramento. Ergo ad hoc sacramentum requiritur chrisma per episcopum consecratum.

CONCLVSIO.

¶ Chrisma & sanctum Oleum prius à suis debet benedici & consecrari episcopis, quàm exhiberi ad vsum sacramenti.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd tota sacramentorum sanctificatio à Christo deriuatur, vt suprà dictum est. Est autem considerandum, quòd quibusdã sacramentis habentibus materiam corpoream, Christus est vsus, scilicet baptismo & etiam Eucharistia. Et ideo ex ipso vsu Christi, materiæ horum sacramentorum aptitudinem acceperunt ad perfectionẽ sacramenti. Vnde Chrys. dicit, quòd nũquam aquæ baptismi purgare peccata credentium possent, nisi tactu Dominici corporis sanctificatæ fuissent. Et similiter ipse Dominus accipiens panem, benedixit: similiter autem & calicem, vt habetur Matt. 26. & Luc. 22. Et propter hoc non est de necessitate horum sacramentorum, quòd materia prius benedicatur: quia sufficit benedictio Christi. Si qua verò benedictio adhibeatur, pertinet ad solennitatem sacramenti, non autem ad necessitatem. Vnctionibus autem visibilibus Christus non est vsus, ne fieret iniuria inuisibilivnctioni, qua est vnctus præ consortibus suis. Et ideo tam chrisma quàm oleum sanctum infirmiorum, prius benedicuntur, quàm adhibeantur ad vsum sacramenti.

¶ AD PRIMVM ergo patet responsio ex dictis.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd vtraq; consecratio chrismatis non refertur ad idem. Sicut enim instrumentum virtutem instrumentalem acquirit dupliciter, scilicet quãdo accipit formam instrumenti, & quando mouetur à principali agẽte ad effectum: ita etiam materia sacramẽti duplici sanctificatione indiget: per quarum vnam fit propria materia sacramẽti, per aliam verò applicatur ad effectum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd materia corporalis non est capax generẽ, quasi gratiæ subiectũ, sed solum sicut gratiæ instrumẽtũ, vt suprà dictũ est. Et ad hoc materia sacramenti cõsecratur: vel ab ipso Christo, vel ab episcopo, qui gerit in Ecclesia personam Christi.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm hæc sit conueniens forma huius sacramenti. Consigno te signo crucis, &c.



D QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd hæc non sit conueniens forma huius sacramenti, consigno te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, amen. Vsus enim sacramentorum à Christo & ab Apostolis deriuatur. Sed neque Christus hanc formã instituit, nec Apostoli ea vsi leguntur. Ergo hæc non est conueniens forma huius sacramenti.

¶ Præterea, Sicut sacramentum est idem apud omnes, ita & forma debet esse eadem: quia quælibet res habet vnitatem, sicut & esse à sua forma. Sed hac forma non omnes vtũtur: quidam enim dicunt, confirmo te chrismate sanctificationis. Ergo hæc non est conueniens forma huius sacramenti.

¶ Præterea, Sacramentum hoc debet conformari baptismo, sicut perfectio perfectibili: vt suprà dictum est. Sed in forma baptismi non fit mentio de consignatione characteris, nec etiam de cruce Christi (cùm tamen per baptismũ homo Christo commoriatur, vt Apostolus dicit Rom. 6. nec etiã fit mentio de effectu salutis, cùm tamen baptismus sit de necessitate salutis. In forma etiã baptismi ponitur vnus actus tantùm, & exprimitur persona baptizantis, cùm dicitur, Ego te baptizo. Cuius contrariũ apparet in forma prædicta. Non ergo est cõueniens forma huius sacramẽti.

¶ SED CONTRA est autoritas Ecclesiæ, quæ hac forma communiter vtitur.

CONCLVSIO.

¶ Hæc est conueniens sacramenti confirmationis forma, Consigno te signo crucis, & confirmo te Chrismate salutis in nomine P. & F. & S. S.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd prædicta forma est conueniens huic sacramento. Sicut enim forma rei naturalis dat ei speciem: ita forma sacramenti continere debet quicquid pertinet ad speciem sacramenti. Sicut autem ex suprædictis patet, in hoc sacramẽto darur Spiritus sanctus ad robur spirituale pugnæ.

Et ideo in hoc sacramento tria sunt necessaria, quæ continentur in forma prædicta. Quorũ primum est, causa cõferens plenitudinẽ roboris spiritualis, quæ est sancta Trinitas, quæ exprimitur cùm dicitur. In nomine Patris, &c. Secundum est ipsum robur spirituale, quòd homini confertur per sacramentũ materiæ visibilis, ad salutem. Quod quidem tangitur, cùm dicitur, Confirmo te chrismate salutis. Tertium est signum quod pugnatori datur: sicut & in pugna corporali, milites insigniis ducum insigniuntur. Et quantum ad hoc dicitur, Consigno te signo crucis, in quo scilicet Rex noster triumphauit: vt dicitur Coloss. 3.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd (sicut suprà dictum est) per ministeriũ Apostolorũ quandoq; dabatur effectus huius sacramenti, scilicet plenitudo Spiritus sancti, quibusdam visibilibus signis miraculosè à Deo effectis: qui potest effectũ sacramẽti sine sacramẽto cõferre. Et tũc nõ erat necessaria nec materia nec forma huius sacramẽti. Quãdoq; autẽ tanquã ministri sacramẽtorũ, hoc sacramẽtũ præbebãt, & tunc sicut materia, ita & forma ex mãdato Christi vtebantur. Multa enim seruabãt Apostoli in sacramentorũ collatione, quæ in Scripturis cõmuniter propositis non sunt tradita. Vnde Diony. dicit in fine Cæl. hier Consummari uas inuocationes, id est verba quibus perficiuntur sacramẽta, nõ est iustũ Scripturas interpretantibus neq; mysticum eẽrũ, aut in ipsis operatas ex Deo virtutes, ex occulto ad commune adducere: sed nostra sacra traditio, siue pompa, id est occultè eas edocet. Vnde & Apostolus dicit, loquens de celebratione Eucharistiæ, 1. Corin. 11. Cætera, cùm venero, disponam.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd sanctiras est salutis causa. Et ideo in idẽ redit quod dicitur, chrismate salutis & sanctificationibus.

¶ Ad tertiũ dicendũ, q⁹ baptismus est regeneratio in spiritualẽ vitã, qua homo viuit in seipso: & ideo nõ ponitur in forma baptismi nisi vnus actus ad ipsum hominẽ sanctificãdum pertinẽs. Sed hoc sacramentũ nõ solùm ordinatur ad hoc q⁹ homo sanctificetur in seipso, sed exponitur cuidã pugnæ exteriori. Et ideo nõ solùm fit mentio de interiore sanctificatione cùm dicitur, confirmo te chrismate salutis: sed etiã consignatur homo exterius quasi vexillo crucis ad pugnã spiritualẽ, quod significatur cùm dicitur, Consigno te signo crucis. In ipso autẽ verbo baptizãdi, quod ablutionẽ significat, potest intelligi & materia, quæ est aqua abluens, & effectus saluris, quæ nõ intelliguntur in verbo Confirmãdi, & ideo oportuit hæc ponere. Dictum est suprà, q⁹ hoc quod dicitur, ego, nõ est de necessitate formæ baptismalis: quia intelligitur in verbo primæ personæ: apponitur tamen ad exprimendam intentionem. Quod non est ita necessarium in confirmatione, quæ non exhibetur nisi ab excellenti ministro, vt infrà dicetur.

¶ Vtrum sacramentum confirmationis imprimat characterem.

ARTICVLVS V.



D QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd sacramentum confirmationis non imprimat characterem: Character enim importat quoddam signum distinctiuum. Sed per sacramentum confirmationis non est conueniens forma huius sacramenti.

4 di. 7. q. 1. art. 1. & q. 3. art. 3. q. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis septuagesimæ secundæ Articulum sextum.

Annot. In articu. 6. aduerte, q; character confirmationis ita præsupponit characterem baptismi, vt si cõfirmaretur nõ baptizatus, esset post baptismũ recõfirmandũ, eadẽ ratiõe, qua presbyter non baptizatus, est post baptismum iterum ordinandus: vt patet in c. veniens, & in c. siquis de presbytero nõ baptizato. Magis enim annexum est cõfirmationis sacramẽtum baptismo, quàm sacramentũ ordnit, quũ cõfirmatio firmitas perfectiõque sit baptismi.

¶ Super Quæstionis septuagesimæ secundæ Articulum septimũ.

Annot. In articu. 7. in respõsione ad secundum nota hic dictum in litera pro omnibus sacramentis, quòd accedens ac sacramentum cum peccato, vel quia eius cõscientiam nõ habet, vel quia non perfectè contritus, gratiã ex sacramẽto cõsequitur in remissionẽ peccatorũ. Et intelligo hoc de peccato mortali: quoniã de venialibus nõ oportet habere cõscientiam particularem, hoc est enim quod cõsueuit dici virtute sacramẽti fieri de attrito contritum: hoc est paratum secundum propriã cõscientiã charitate informari. Quod tunc tãtùm fit, quũ ex sacramẽto mouetur mens suscipientis sacramẽtum in actualem operationẽ in Deum seu peccatũ, non enim regulariter infunditur aut augetur gra in adulto nisi concurrẽte actu nouo liberi arbitrij: quãuis sic exigit suauis dispositio diuinę gubernatiõis: vt ex his quę in prima secũdæ deiusticatione impij Autor dicit, habere potes, & inseri* quũ de sacramẽto pœnitentię tractabitur.

Annot. ¶ In eodem art. in respõsione ad tertium, memẽto superius dictorũ de gratia sacramẽtali, & intelligesque hìc dicẽdum. Gratia siquidem gratũ faciens exigẽs ad firmãdum Christianum, vt liberè Christũ crucifixũ confiteatur, secundũ essentiã gratiæ est eiusdẽ speciei cũ gratia collata in baptismo: sed secũdum auxilij firmitatis procedẽtis à gratia (quæ gratia sacramẽtalis vocatur) specie differt à gratia baptismali.

non distinguitur homo ab infidelibus, hoc enim fit per baptismum: neq; etiam ab aliis fidelibus, quia hoc sacramentum ordinatur ad pugnam spiritualem, quæ omnibus fidelibus indicitur. Non ergo in hoc sacramento imprimitur aliquis character.

¶Præterea, Suprà dictum est, quòd character est quædam potentia spiritualis. Potentia autem non est nisi actiua vel passiua. Potentia autem actiua in sacramentis, confertur per sacramentum ordinis: potentia autem passiua siue receptiua per sacramentum baptismi. Ergo per sacramentum confirmationis nullus character imprimitur.

¶Præterea, In circumcisione, quæ est character corporalis, non imprimitur aliquis spiritualis character. Sed in hoc sacramento imprimitur quidam character corporalis: dum scilicet homo chrismate signatur signo crucis in fronte. Non ergo imprimitur in hoc sacramento character spiritualis.

¶SED CONTRA, In omni sacramento quod non iteratur imprimitur character. Sed hoc sacramentũ non iteratur. dicit enim Greg. de homine, qui à Pontifice cõfirmatus fuerit denuo, talis iteratio prohibẽda est. Ergo in confirmatione imprimitur character.

CONCLVSIO.

¶ Cùm per confirmationis sacramentum suscipiant homines protestatem & robur ad pugnã spiritualem contra hostes fidei, necesse est per illius susceptionem imprimi characterem.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) character est quædam spiritualis potestas ad aliquas sacras actiones ordinata. Dictum est autem suprà, quòd sicut baptismus est quædam spiritualis regeneratio in vitam Christianã: ita etiam confirmatio est quoddam spirituale augmentum promouens hominem in spirituale ætatem perfectam. Manifestum est autem ex similitudine corporalis vitæ, quòd alia est actio hominis statim nati: & alia actio, quæ competit ei cùm ad perfectam ætatem peruenerit. Et ideo per sacramentum confirmationis datur homini potestas spiritualis ad quasdam alias actiones sacras, præter illas ad quas datur ei potestas in baptismo. Nam in baptismo accepit homo potestatem ad ea agenda, quæ ad propriam pertinent salutem: prout scilicet secundum seipsum viuit. Sed in confirmatione accipit homo potestatem ad agendum ea quæ pertinent ad pugnam spiritualem contra hostes fidei. Sicut patet ex exemplo Apostolorum: qui antequam plenitudinem Spiritus sancti acciperent, erant in cœnaculo perseuerantes in oratione: postmodum verò egressi, non verebãtur publicè fidem fateri etiam coram inimicis fidei Christianæ. Et ideo manifestum est, quòd in sacramento confirmationis imprimitur character.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd pugna spiritualis contra hostes inuisibiles, omnibus competit. Sed contra hostes, visibiles, id est contra persecutores fidei, pugnare, nomen Christi publicè confitendo, est confirmatorum: qui iam sunt perducti spiritualiter ad virilem ætatem: secundũ quod dicitur primæ Ioan. 2. Scribo vobis iuuenes quoniã fortes estis, & verbum Dei in vobis manet, & vicistis malignum. Et ideo character confirmationis est signum distinctiuum, non infidelium à fidelibus, sed spiritualiter prouectorum ab his quibus dicitur, Sicut modo geniti infantes.

¶Ad secundum dicendum, quòd omnia sacramenta sunt quædam fidei protestationes. Sicut igitur baptizatus accipit potestatem spiritualem ad protestandam fidem per susceptionem aliorum sacramentorum: ita confirmatus accipit potestatem publicè fidem Christi verbis profitendi quasi ex officio.

¶Ad tertium dicendum, quòd sacramenta veteris legis dicuntur iustitiæ carnis (vt patet Hebr. 9.) quia scilicet interius nihil efficiebant. Et ideo in circumcisione imprimebatur character solùm in corpore, non autem in anima. Sed in confirmatione cum charactere corporali imprimitur simul character spiritualis: eo quòd est sacramentum nouæ legis.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm character confirmationis præsupponat characterem baptismi.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd character confirmationis nõ præsupponat ex necessitate characterem baptismalem. Sacramentum enim confirmationis ordinatur ad confitendum publicè fidem Christi. Sed multi etiam ante baptismum sunt fidem Christi publicè cõfessi, sanguinem fundentes pro fide. Ergo character confirmationis non præsupponit characterem baptismalem.

¶Præterea, De Apostolis non legitur quòd fuerint baptizati (præsertim cùm dicatur Ioã. 4. quòd ipse Christus non baptizabat, sed discipuli eius) & tamen postea fuerunt confirmati per aduentum Spiritus sancti. Ergo similiter alij possunt confirmari antequam baptizentur.

¶Præterea, Act. 10. dicitur, quòd adhuc loquente Petro cecidit Spiritus sanctus super eos qui audiebant verbum, & audiebant eos loquentes linguis. Et postea Petrus iussit eos baptizari. Ergo pari ratione possunt alij prius confirmari, quàm baptizentur.

¶SED CONTRA est quod Rabanus dicit in lib. de instit. cleri. Nouissimè à summo Sacerdote, per impositionem manus Paracletus traditur baptizato, vt roboretur per Spiritum sanctum ad prædicandum.

CONCLVSIO.

¶ Confirmationis sacramẽtum supponit baptismalem characterẽ, ita quòd confirmatus non baptizatus iterum post baptismum confirmandus est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd, character confirmationis ex necessitate præsupponit characterem baptismalem: ita scilicet, quòd si aliquis non baptizatus confirmaretur, nihil reciperet, sed oporteret iteratò ipsum confirmari post baptismũ. Cuius ratio est: quia sicut se habet confirmatio ad baptismum, ita augmentum ad generationem: vt ex suprà dictis patet. Manifestum est autem, quòd nullus potest promoueri in ætatem perfectam, nisi primò fuerit natus. Et similiter nisi primò aliquis fuerit baptizatus, non potest sacramentum confirmationis accipere.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd virtus diuina non est alligata sacramentis. Vnde potest conferre homini spirituale robur ad confitendum publicè fidem Christi absque sacramento confirmationis, sicut etiam potest consequi remissionem peccatorum sine baptismo. Sicut tamen nullus consequitur effectũ baptismi sine baptismi voto, ita nullus consequitur effectũ confirmationis sine voto ipsius. Quod potest haberi etiam ante susceptionem baptismi.

¶Ad secundum dicendum quòd sicut Augustinus dicit ex hoc quòd Dominus dicit Ioan. 13. Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, intelligimus, Petrum & alios Christi discipulos fuisse baptizatos siue baptismo Ioannis (sicut nonnulli arbitrantur) siue, quod magis credibile est, baptismo Christi: neque enim remisit ministerium baptizandi, vt habetur, & baptizatos seruos, per quos cæteros baptizaret.

¶Ad tertium dicendum, quòd audientes prædicationem Petri, acceperunt effectum confirmationis miraculosè: nõ tamen confirmationis sacramentum. Dictum est autem, quòd effectus cõfirmationis potest alicui conferri ante baptismum, non autem sacramentum confirmationis. Sicut enim effectus confirmationis, qui est robur spirituale, præsupponit effectum baptismi, qui est iustificatio: ita sacramentum confirmationis præsupponit sacramentum baptismi.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrùm per sacramẽtum confirmationis cõferatur gratia gratũ faciens.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd per hoc sacramentum gratia gratum faciens, non conferatur. Gratia enim gratum faciens, ordinatur contra culpam. Sed hoc sacramentum (sicut dictum est) non exi

¶ Super Quæstionis septuagesimæ secundæ Articulum 8. 9. 10 & 11.

In articul. 8. 9. 10. & 11. tantùm modo occurrit de ministro confirmationis, ob fatum Gregorii notare, quòd episcopus est regulariter proprius minister confirmationis, & hoc omnia ferè iura clamant. Sed vtrum hoc credimus eriam episcopum ita esse proprium ministrum huius sacramenti, quòd si per simplicem sacerdotem detur, irritum est & inane, & hoc tenetur auctoritate Melchiadis Papæ in ea. de his, & Eusebij Papæ in ea. manus. de consec. distin. 5. Et cum hoc credimus, etiam ex Apostolica dispensatione per simplicem sacerdotẽ dari posse hoc sacramentum: & hoc tenemus auctoritate beati Gregor. in ea. pertenuit. 95. distin. Ita quòd hoc est mirabile circa ministrũ huius sacramenti, quòd episcopus est ita minister proprius confirmationis, quòd à non episcopo facta nulla est, & tamen ex dispensatione Apostolica non episcopus potestatem conferre.

¶ Et licet multi multa in hoc scripserint: soli tamen illi verum scripserunt, qui noluerunt plus scire plusquam oportet: istis enim sanctorum auctoritas præponenda est rationi. Vnde etiam legimus in concilio vniuersali Florentino sub Eugenio IIII. vtrunque Armenis authorice expositum, quum de hoc sacramento fuerunt instructi: vt patet in literis Eugenij. Vnde & Autor rationem conatus est reddere ex differentia inter Papam & alios episcopos, quo ad eminentiam potestatis, quia Papa in plenitudine assumptus est potestatis, reliqui autẽ partem solicitudinis. In aliis autem synodo nulla redditur ratio, nisi dispensatio Apostoli videatur ex rationali & vrgente causa. Quod si dixerim, vt ratio ab Autore reddita non possit stare, sed cum veneratione suscipiatur, tamquam amplexa à sancto Cõstantino, attribuente hoc dispẽsationi Apostolicæ: ledis: constat enim dispensare in huiusmodi ad maximam spectare potestatem.

non exhibetur nisi baptizatis, qui sunt à culpa mundati. Ergo per hoc sacramẽtum, gratia gratum faciens non confertur.

¶Præterea, Peccatores maximè indigent gratia gratum faciente, per quam solam iustificari possunt. Si ergo per hoc sacramentũ gratia gratum faciens confertur, videtur quòd deberet dari hominibus in peccato existentibus. Quod tamen non est verum.

¶Præterea, Gratia gratũ faciens, spem non differt, cùm ad vnum effectum ordinetur. Sed duæ formæ eiusdem speciei non possunt esse in eodẽ subiecto. Cùm ergo gratia gratũ faciens conferatur homini per baptismum, videtur quòd per sacramentum confirmationis, quod non exhiberur nisi baptizato, gratia gratum faciens non conferatur.

¶SED CONTRA est quod Melchiades Papa dicit, Spiritus sanctus in fonte baptismi, plenitudinem tribuit ad innocentiã, in confirmatione augmentum præstat ad gratiam.

CONCLVSIO.

¶ Per confirmationis sacramentum gratia gratũ faciens suscipitur sicut per baptismum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in hoc sacramento (sicut dictum est) datur baptizato, Spiritus sanctus ad robur. sicut Apostolis datus est in die Pentecostes, (vt legitur Act. 2.) & sicut dabatur baptizatis per impositionẽ manus Apostolorum: vt dicitur Act. 8. Ostensum est autem in Prima parte, quòd missio seu datio Spiritus sancti non est nisi cum gratia gratum faciente. Vnde manifestum est, quòd gratia gratum faciens confertur in hoc sacramento.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd gratiæ gratum faciẽtis primus effectus est remissio culpæ. Habet tamen & alios effectus: quia sufficit ad hoc quòd promoueat hominem per omnes gradus vsque in vitam æternam, secundum illud Rom. 6. Gratia Dei vita æterna. Vnde & Paulo dictum est 2. Corinth. 12. Sufficit tibi gratia mea. Et ipse dicit 1. Cor. 15. Gratia Dei sum id quod sum. Et ideo gratia gratum faciens, non solùm datur ad remissionem culpæ, sed etiam ad augmentum & firmitatem iustitiæ. Et sic confertur in hoc sacramento.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd sicut ex ipso nomine apparet, hoc sacramentum datur ad confirmandum quod prius inuenerit: & ideo non debet dari his, qui non habent gratiam. Et propter hoc sicut non datur non baptizatis, ita non debet dari adultis peccatoribus, nisi per pœnitentiam reparatis. Vnde dicitur in Aurelianensi concilio, vt iciuni ad confirmationem veniant, vt moneantur consessionem facere prius, vt mundi donum Spiritus sancti valeant accipere. Et tunc per hoc sacramentum perficitur pœnitentiæ effectus, sicut & baptismi: quia per gratiam collatam in hoc sacramento, consequitur pœnitens plenior remissionem peccati. Et si aliquis adultus in peccato existens, cuius conscientiam non habet, vel si etiam non perfectè contritus accedat, dummodo non fictus accedat, per gratiam collatam in hoc sacramento, consequetur remissionem peccatorum.

¶Ad tertium dicendum, quòd (sicut dictum est gratia sacramentalis addit super gratiam gratum facientem communiter sumptã, aliquid effectuum* spiritualis effectus, ad quod ordinatur sacramentum. Si ergo consideretur gratia in hoc sacramentum collata, quantum ad id quod est commune: sic per hoc sacramentum nõ confertur aliqua alia gratia, quàm per baptismum: sed quæ prius inerat, augetur. Si autem consideretur quantum ad illud speciale quod superadditur, sic non est eiusdem speciei cum ipsa.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrùm hoc sacramentum sit omnibus exhibendum.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd hoc sacramentum non sit omnibus exhibendum. Hoc enim sacramentum ad quandam excellentiam datur: vt dictũ est. Sed id quod ad excellentiam pertinet, non cõpetit omnibus. Ergo hoc sacramentum non debet omnibus dari.

¶ Præterea, Per hoc sacramentum augetur aliquis spiritualiter in perfectam ætatem. Sed perfecta ætas repugnat ætati puerili. Ergo ad minus pueris dari non debet.

¶Præterea, Sicut Melchiades papa dicit, post baptismum confirmatur ad pugnam. Sed pugnare non competit mulieribus, propter fragilitatem sexus. Ergo nec mulieribus hoc sacramentum dari debet.

¶Præterea, Melchiades papa dicit, quòd quamuis continuò transituris sufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen confirmationis beneficia necessaria sunt: quia confirmatio armat & instruit ad agones mundi huius & prælia, referuandos. Qui autem post baptismum cum acquisita innocentia immaculatus peruenerit ad mortem, confirmatur morte: quia iam non potest peccare post mortem. Ergo statim morituris non debet hoc sacramentũ conferri: & sic non debet omnibus dari.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Act. 2. quòd Spiritus sanctus adueniens repleuit totam domum (per quam significatur Ecclesia) & postea subditur, quòd repleti sunt omnes Spiritu sancto: Sed ad illam plenitudinem consequendam hoc sacramentum datur. Ergo est omnibus, qui sunt in Ecclesia, exhibendũ.

CONCLVSIO.

¶ Confirmationis sacramentum debet communiter omnibus baptizatis exhiberi, & omni tempore.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut dictum est) per hoc sacramentum promouetur homo spiritualiter in ætatem perfectam. Hoc autem est de intentione naturæ, vt omnis qui corporaliter nascitur, ad perfectam ætatem perueniat: sed hoc quandoq; impeditur propter corruptibilitatem corporis, quod morte præuenitur. Multò autem magis de intentione Dei est omnia ad perfectionem perducere: ex cuius imitatione hoc natura participat. vnde & Deut. 32. dicitur, Dei perfecta sunt opera. Anima autẽ, ad quam pertinet & spiritualis natiuitas, & spiritualis ætatis perfectio, immortalis: & sicut potest tempore senectutis spiritualẽ natiuitatem consequi, ita tempore iuuentutis vel pueritiæ consequi perfectã ætatẽ: quia huiusmodi corporales ætates, animæ nõ præiudicant. Et ideo hoc sacramentum debet omnibus exhiberi.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc sacramentum datur ad quandam excellentiam: non quidem vnius hominis ad alium (sicut sacramentum ordinis) sed hominis ad seipsum: sicut idem perfectus vir existens, habet excellentiam ad se puerum.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd (sicut dictum est) ætas corporalis non præiudicat animæ. Vnde etiam in puerili ætate homo potest consequi perfectionem spiritualis ætatis: de qua dicitur Sap. 4. Senectus venerabilis est non diuturna, neque numero annorum computata. Et inde est, quòd multi in puerili ætate propter robur Spiritus sancti perceptum, vsque ad sanguinem fortiter certauerunt pro Christo.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Chrys. dicit in homilia de Machabæis, In mundanis agonibus, ætatis, ac formæ, generisq; dignitas requiritur: & ideo feruis ac mulieribus, & senibus ac pueris ad eos aditus denegatur. in cælestibus autem, omni personæ & ætati ac sexui, indiscreta facultate stadium patet. Et in homil. de Militia spirituali dicit, Apud Deum fœmineus etiam militat sexus. Multæ nanq; fœminæ animo virili spiritualem militiam gesserũt: quædam enim interioris hominis virtute, viros æquauerunt in agonibus martyrum: quædam etiam fortiores viris exiterunt. Et ideo etiam mulieribus hoc sacramentum conferendum est.

¶Ad quartum dicendum, quòd (sicut dictum est) anima, ad quam pertinet spiritualis ætas, immortalis est. Et ideo etiam morituris hoc sacramentum dandum est, vt in resurrectione perfecti appareant: secundum illud Ephes. 4. Donec occurramus in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Et ideo Hug. de sanct. Vict. dicit, Omnino periculosum esset, si ab hac vita sine confirmatione migrare contingeret. non quia damnaretur, nisi fortè propter contemptum, sed quia detrimentum perfectionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

teretur. Vnde etiam pueri confirmati decedentes, maiorem gloriam consequuntur, sicut & hic maiorem obtinent gratiam. Auctoritas autem illa intelligitur, quantum ad hoc, quòd morituris non est necessarium hoc sacramentum propter periculum pugnę præsentis.

ARTICVLVS IX.

¶ Vtrum hoc sacramentum sit conferendum hominis in fronte.

Infra ar. 3. q. 2. Et 4. dist. 7. q. 3. ar. 3. q. 2. Et 4. contra c. 60. Et quol. 11. ar. 7. cor. Et Rom. 1. lect. 3. fi. & c. 10. le. 2. cor. 2.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd hoc sacramentum non sit conferẽdum homini in fronte. Hoc enim sacramentum est perfectiuum baptismi: vt suprà dictum est. Sed sacramentum baptismi confertur homini in toto corpore. Ergo hoc sacramentum non debet conferri solùm in fronte.

¶Præterea, Hoc sacramentum datur ad robur spirituale: vt suprà dictum est. Sed spirituale robur maximè consistit in corde. Ergo hoc sacramentum magis debet conferri supra cor, quàm in frõte.

¶Præterea, Hoc sacramentum datur homini ad hoc, quòd libere fidem Christi confiteatur. Sed ore fit confessio ad salutem: vt dicitur Rom. 10. Ergo hoc sacramentum magis debet conferri circa os, quàm in fronte.

¶SED CONTRA est quod Rabanus dicit in lib. de Institutione clericorum. Signatur baptizatus chrismate in summitate capitis per sacerdotem: per Pontificem verò in fronte.

CONCLVSIO.

¶ Signantur confirmandi chrismate signo crucis in fronte & vt in manifesto se ostendant Christianos esse, & ne nomen Christi ob timorem, vel erubescentiam prætermittant.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) in hoc sacramento homo accipit Spiritum sanctum ad robur spiritualis pugnæ: vt fortiter etiam inter aduersarios fidei, Christi fidem confiteatur. Vnde conuenienter signatur chrismate signo crucis in fronte propter duo. primò quidem, quia insignitur signo crucis, sicut miles signo ducis. Quod quidem debet esse euidens & manifestum. Inter omnia autem loca corporis humani, maximè frons manifesta est, quæ quasi nunquam obtegitur. Et ideo linitur confirmatus chrismate in fronte, vt in manifesto demonstraret se esse Christianum: sicut & Apostoli post acceptum Spiritum sanctum se manifestauerunt, qui prius in cœnaculo latebant. Secundò, quia aliquis impeditur à libera confessione nominis Christi, propter duo, scilicet propter timorem & propter verecundiam. Vtriusq; autem horum signum, maximè manifestatur in fronte propter duo, scilicet propter propinquitatem imaginationis: & propter hoc quòd spiritus à corde directè ad frontem ascendunt. Vnde verecundati erubescunt, timẽtes autem pallescunt, vt dicitur 4. Ethi. Et ideo in fronte signatur chrismate, vt neque propter timorem, neque propter erubescentiam, nomen Christi confiteri prætermittant.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd per baptismum regeneramur ad vitam spiritualem: quæ ad totum hominem pertinet. Sed in confirmatione roboramur ad pugnam: cuius signum ferendum est in fronte, quasi in euidenti loco.

¶Ad secundum dicendum, quòd principium fortitudinis est in corde: sed signum apparet in fronte. vnde dicitur Ezech. 3. Ecce dedi frontem tuam duriorem frontibus eorum. Et ideo sacramentũ Eucharistiæ, quo homo in ipso confirmatur, pertinet ad cor: secundum illud Psal. Panis cor hominis confirmet. Sed ad sacramentum confirmationis requiritur signum fortitudinis ad alios: & ideo exhibetur in fronte.

¶Ad tertium dicendum, quòd hoc sacramentum datur ad liberè confitendum, non autem ad confitendum simpliciter: quia hoc fit etiam in baptismo. Et ideo non debet dari in ore, sed in fronte, vbi apparent signa passionum, quibus libera confessio impeditur.

ARTICVLVS X.

¶ Vtrum ille qui confirmatur, debeat teneri ab alio.

4. dist. 7. q. 3. art. 3. q. 1.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quòd ille qui confirmatur, non debeat ab alio teneri ad confirmationem. Hoc enim sacramentum non solùm pueris, sed etiam adultis exhibetur. Adulti autem per seipsos stare possunt. Ergo ridiculum est, quòd ab alio teneantur.

¶Præterea, Ille qui iam est de Ecclesia, liberum habet accessum ad Ecclesiæ principem, qui est episcopus. Sed hoc sacramentum (sicut dictum est) non exhibetur nisi baptizato, qui iam est membrũ Ecclesiæ. Videtur ergo quòd non debeat per alium exhiberi episcopo, ad hoc sacramentum recipiendum.

¶Præterea, Hoc sacramentum datur ad robur spirituale: quod magis viget in viris, quàm in mulieribus: secundum illud Prouerb. vlt. Mulierem fortem quis inueniet? Ergo ad minus mulier non debet tenere virum ad confirmationem.

¶SED CONTRA est quod Inno. Papa dicit, & habetur in Decr. 30. q. 4. Si quis ex coniugio filium aut filiam alterius, de sacro fonte susceperit, aut ad chrisma tenuerit, &c. Ergo sicut requiritur quòd aliquis baptizatum de sacro fonte leuet, ita debet aliquis teneri ad sacramentum confirmationis accipiendum.

CONCLVSIO.

¶ Quicunque ad confirmationis sacramentum accedunt, indigent aliquo, qui sustentent, utantur & leuentur, ac tanquam adhuc in spiritualis pugnæ imbecilles, & pueri, ad perfectionem deducantur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut dictũ est) hoc sacramentum exhibetur homini ad robur pugnæ spiritualis. Sicut autem aliquis de nouo natus, indiget instructore in his quæ pertinent ad conseruationem vitæ (secũdum illud Heb. 12. Patres quidem carnis nostræ habuimus eruditores, & reuerebamur eos) ita illi, qui assumũtur ad pugnam, indigent eruditoribus, à quibus instruantur de his quæ pertinent ad modum certaminis. Et ideo in bellis materialibus cõstituuntur duces & Centuriones, per quos alij gubernentur. Et propter hoc etiã ille qui accepit hoc sacramẽtum, ab alio tenetur, quasi per alium in pugna spirituali eruditendus. Similiter etiam, & quia per hoc sacramentum confertur homini perfectio spiritualis ætatis (sicut dictum est) ideo ille, qui ad hoc sacramentum accedit, sustentatur, quasi adhuc spiritualiter imbecillus & puer.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licet ille qui confirmatur, sit adultus corporaliter quantũ ad id quod ad perfectionem pertinet, tamen adhuc est adultus spiritualiter. ¶Ad secundum dicendum, quòd licet baptizatus sit effectus membrum Ecclesiæ: nondum tamen est ascriptus militiæ Christianæ. Et ideo episcopo tanquam duci exercitus, per alium exhibetur in militiæ Christianæ ascriptum. Non enim debet alium ad confirmationem tenere, qui nondum est confirmatus.

¶Ad tertium dicendum, quòd (sicut dicitur Col. 3.) In Christo Iesu non est masculus & fœmina. Et ideo non differt verum masculus vel fœmina teneat aliquem in confirmatione.

ARTICVLVS XI.

¶ Vtrum solus episcopus hoc sacramentum conferre possit.

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur quòd non solùm episcopus hoc sacramentũ conferre possit. Greg. enim scribens Ianuario episcopo dicit, Peruenit ad nos, quosdam scandalizatos fuisse, quòd presbyteri sine chrismate tãgere eos qui baptizati sunt, prohibuimus: & non fuit nobis hoc de re aliqui cõtristantur, vbi episcopi desunt, vt presbyteri eodem secundũ veterem vsum nostræ Ecclesiæ fecimus, sed si omnino etiã infantibus baptizatos chrismate tãgere debeant, cõcedimus. Sed illud quod pertinet ad necessitatem sacramentorũ, non est propter vitandũ scandalum immutandum. Ergo videtur quòd non sit de necessitate huius sacramenti, quòd ab episcopo conferatur.

¶Præterea, Sacramentũ baptismi videtur maioris efficaciæ quam sacramentum confirmationis: quia per baptismum fit plena remissio peccatorum, & quantum ad culpam & quantum ad pœnam, quòd non fit in hoc sacramẽto. Sed simplex sacerdos ex suo officio potest tradere sacramentum baptismi, & in necessitate quilibet etiam non ordinatus potest baptizare. Ergo non est de necessitate huius sacramenti, quòd ab episcopo conferatur.

¶Præterea, Summitas capitis, vbi secundum medicos est locus rationis, scilicet particularis (quæ dicitur virtus cogitatiua) est nobilior fronte, vbi est locus imaginatiuæ virtutis. Sed simplex sacerdos potest baptizatos vngere chrismate in vertice. Ergo multò magis potest eos chrismate signare in fronte, quod pertinet ad hoc sacramentum.

¶SED CONTRA est quod Euseb. papa dicit, Manus impositionis sacramentum magna veneratione tenendum est: quod ab aliis perfici non potest nisi a summis Sacerdotibus, nec tempore Apostolorum ab aliis quam ab ipsis Apostolis legitur aut legitur peractum esse. nec ab aliis, quam qui eorum locum tenent, vnquam perfici potest, aut fieri debet. nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habeatur & vacuum, nec inter ecclesiasticos virtutis reputabitur sacramenta. Est igitur de necessitate huius sacramenti, quod dicitur sacramentum manus impositionis, quòd ab episcopo tradatur.

CONCL.

¶ Super Quæstionis septuagesimæ secundæ Articulum duodecimum.

Aduer.

IN articulo duodecimo, hoc solum videtur dicendum, quòd circa ieiunium iam confirmatoris, quàm confirmandi, secunda videtur conditio cuiusque Ecclesiæ consuetudo: hoc enim est de iure positiuo, & in paucis fortè Ecclesiis seruatur, propter causas in litera allegatas, multitudinem scilicet confirmãdorum, quos simul oportet cõfirmari, & separatim quandoque propter continuum periculum incertæ mortis, adiuncta magna incommoditate habendi episcopum ad vocum.

¶ Super Quæstionis septuagesimæ tertiæ Articulum primum.

Aduer.

IN articulo primo notandum occurrit in responsione ad tertiũ quòd duarum differentiarum, quæ ibi enarrantur inter Eucharistiam, & alia sacramenta habentia materiam sensibilem (quod propter pœnitentiam & matrimonium dicitur) secunda differẽtia sumit principium non solùm secundum se ipsam, sed secundum suum effectum, qui est vnitas corporis Christi mystici. Ita quidem aut corpus Christi mysticum, non diuersis intelligatur quoad hæc omnia nihil aliud sunt quàm gratia Dei in suis fidelibus.

CONCLVSIO.

¶ Solus Episcopus confirmationis sacramentum exhibere potest.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in quolibet opere vltima consummatio supremæ arti aut virtuti reseruatur: sicut præparatio materiæ pertinet ad inferiores artifices, superior autem dat formam, supremus autem est ad quem pertinet vsus, qui est finis artificiatorum, & epistola, quæ à notario scribitur, à domino Papa signatur. Fideles autem Christi sunt quoddam diuinum opus (secundum illud 1. ad Corinth. 3. Dei ædificatio estis) sunt etiam quasi quædam epistola, Spiritu Dei scripta, sicut dicitur 2. Corint. 3. Hoc autem confirmationis sacramentum est quasi vltima consummatio sacramenti baptismi: ita scilicet quòd per baptismum ædificatur homo in domum spiritualem, & conscribitur quasi quædam spirituale epistola: sed per sacramentum confirmationis quasi domus ædificata dedicatur in templum Spiritus sancti: & quasi epistola conscripta signatur signo crucis. Et ideo collatio huius sacramenti episcopis reseruatur, qui obtinent summam potestatem in Ecclesia: sicut & in primitiua Ecclesia, per impositionem manus Apostolorum, quorum vicem gerunt episcopi, plenitudo Spiritus sancti dabatur: vt habetur Act. 8. vnde Vrbanus papa dicit, Omnes fideles, per manus impositionem episcoporum Spiritum sanctum post baptismum accipere debent, vt pleni Christiani inueniantur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Papa in Ecclesia habet plenitudinem potestatis, ex qua potest quædam quæ sunt superiorum ordinum, committere quibusdam inferioribus, sicut quibusdam presbyteris concedit conferre minores ordines: quod pertinet ad potestatem episcopalem. Et ex hac plenitudine potestatis concessit beatus Gregor. papa, quòd simplices sacerdotes hoc sacramentum conferrent, quandiu scandalum tolleretur.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd sacramentũ baptismi est efficacius quam hoc sacramentum quantum ad remotionem mali: eo quòd est spiritualis generatio, quæ est mutatio de non esse in esse. Hoc autem sacramentum est efficacius ad perficiendum in bono: quia est quoddam spirituale augmẽtum de esse imperfecte ad esse perfectum. & ideo hoc sacramẽtum digniori ministro committitur.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Rabanus dicit in lib. de institutione clericorum, signatur baptizatus chrismate in summitate capitis per sacerdotem, per Pontificem verò in fronte: vt in priori vnctione, significetur super ipsum Spiritus sancti descensio ad habitationem Deo consecrandam: in secunda quoq; vt eiusdem Spiritus sancti septiformis gratia, cum omni plenitudine sanctitatis & scientiæ & virtutis, veniat in hominem declaretur. Non ergo propter digniorem partem, sed propter potiorem effectum, hæc vnctio episcopis reseruatur.

ARTICVLVS XII.

¶ Vtrum ritus huius sacramenti sit conueniens.

4. dist. 7. q. 3. art. 3. q. 1. Et 4. dist. 7. q. 3. art. 3. q. 1.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur quòd ritus huius sacramenti non sit conueniens. Sacramentũ enim baptismi est maioris necessitatis quam hoc sacramentum: vt suprà dictum est. Sed baptismo deputantur certa tempora, scilicet Pascha & Pentecoste. Ergo etiam huic sacramento aliquod certum tempus debet præfigi.

¶Præterea, Sicut hoc sacramentum requirit deuotionem & dantis & recipientis, ita etiam & sacramentum baptismi. Sed in sacramento baptismi non requiritur quòd a ieiunijs sumatur vel conferatur. Ergo videtur inconuenienter statutum in concilio Aurelianensi, vt ieiuni ad confirmationem veniant: & in concilio Meldensi, vt episcopi non nisi ieiuni, per impositionem manuum, Spiritum sanctum tradant.

¶Præterea, Chrisma est quoddam signum plenitudinis Spiritus sancti: vt suprà dictum est. Sed plenitudo Spiritus sancti data est fidelibus Christi in die Pentecostes: vt habetur Act. 2. Magis ergo debet Chrisma confici & benedici in festo Pentecostes, quàm in cœna Domini.

¶SED CONTRA est vsus Ecclesiæ: quæ à Spiritu sancto gubernatur.

CONCLVSIO.

¶ Conueniens est ritus confirmationis ecclesiæ autoritate seruatus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Dominus Matthæ. 18. fidelibus suis promisit, dicens, Vbi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Et ideo firmiter tenendum est, quòd ordinationes Ecclesiæ dirigantur secundum spiritum sanctum Christi. Et propter hoc certum esse debet, ritus quos Ecclesia obseruat in hoc, & in aliis sacramentis esse conuenientes.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Melchiades papa dicit, ita coniuncta sunt hæc duo sacramenta (scilicet baptismi & confirmationis) vt ab inuicem nisi morte præueniente nullatenus possint segregari, & vnum sine altero rite perfici non possit. Et ideo eadem tempora sunt præfixa baptismo solenniter celebrando, & huic sacramento. Sed quia hoc sacramentum à solis episcopis datur, qui non sunt semper præsentes vbi presbyteri baptizant, oportuit quantum ad communem vsum sacramentum confirmationis etiam in alia tempora differri.

¶Ad secundum dicendum, quòd ab illa prohibitione excipiuntur infirmi, & morte periclitantes: sicut in statuto Meldensis concilij legitur. Et ideo propter multitudinem fidelium, & propter periculi imminentia, sustinetur vt hoc sacramentum (quod non nisi ab episcopis dari potest) etiam a non ieiunis detur vel accipiatur: quia vnus episcopus præcipuè in magna diœcesi, non sufficeret ad tot homines confirmandos, si eis tempus arctaretur. Vbi tamen congruè obseruari potest, conuenientius est vt à ieiunis detur & accipiatur. *Alias*

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut ex concilio Martini papæ habetur, omni tempore licebat chrisma conficere. Sed quia solennis baptismus, ad quem requiritur vsus chrismatis, in vigilia Paschæ celebratur: congruè ordinatum est, vt per biduum ante ab episcopo chrisma benedicatur, vt possit per diœcesim destinari. Dies etiam ille satis congruit ad materias sacramentorum benedicẽdas, in quo fuit Eucharistiæ sacramentum institutum, ad quod omnia alia sacramenta quodammodo ordinantur: sicut suprà dictum est.

QVAESTIO SEPTVAGESIMA TERTIA

de sacramento Eucharistiæ secundum se, in sex articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de sacramento Eucharistiæ. Et primò de ipso sacramento. secundò de materia. tertiò de forma. quartò de effectibus. quintò de recipientibus hoc sacramentum. sextò de ministro. septimò de ritu.

¶Circa primum quæruntur sex.

¶Primò, vtrùm Eucharistia sit sacramentum.

¶Secundò, vtrùm sit vnum vel plura.

¶Tertiò, vtrùm sit de necessitate salutis.

¶Quartò, de nominibus eius.

¶Quintò, de institutione ipsius.

¶Sextò, de figuris eius.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm Eucharistia sit sacramentum.

Infra ar. tic. 4. et 5. q. 79. ar. 1. Et 4. dist. 8. q. 1. art. 1. q. 1.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Eucharistia non sit sacramentum. Ad idem enim non debẽt ordinari duo sacramenta: quia vnum quodq; sacramentum efficax est ad suum effectum producendum. Cùm ergo ad perfectionem ordinetur & confirmatio & Eucharistia (vt dicit Dion. 4. Cæle. hier.) videtur Eucharistia non esse sacramentũ cùm confirmatio sit sacramentum, vt prius habitum est.

¶Præterea in quolibet sacramento nouæ legis id quod visibiliter subiicitur sensui, efficit inuisibilem effectum sacramẽti: sicut ablutio aquæ, causat & characterem baptismalem, & ablutionem spiritualem: sicut suprà dictũ est. Sed species panis & vini, quæ subiiciunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis septuagesimatertiæ Articulum secundum.

IN secundo articulo quæritur de sacramento Eucharistiæ dici multa materialiter, nō existente ibi multitudine in eo sit pars materialis: quoniam partes eius habent suas proprias formas & suas proprias materias: vt patet de hostia & calice. Sunt enim vel partes heterogeneæ: sed quia huiusmodi multa se habent vt integralia vnū, quod est refectio spiritualis: à cuius formali vnitate vnū sacramētū dicitur Eucharistiæ significans & corpus & sanguinem Christi sub specie cibi & potus. Quocirca nō est hic requirenda res aliqua extrinseca, quæ integretur velut quædam terra res ex corpore & sanguine Christi, sub specie panis & vini, sicut domus integratur ex suis partibus. Sed ad finē respiciendi est, & ex vnitate finis, puta, qui est spiritualis refectio, vnitas sumitur sacramēti: sicut ex vnitate refectionis corporalis sumitur vnitas ciborū aut cēnæ. Nec ista significatio per accidēs habet ad huius sacramēti rationē: nā corpus sub specie cibi, & sanguis sub specie potus, significant pasci & potari: ac per hoc vtrumq; simul, velut perfectū alimētū, signō est totale perfectæ refectionis spiritualis.

¶ Super Quæstionis septuagesimatertiæ Articulum tertium.

Comment. TRIPLEX videtur esse sacramenti Eucharistiæ vsus. ¶ In corpore primō distinctio ponitur bimembris, secundō respōdetur quæstiō iuxta vtrūq; membrū. Distinctio est: Duo sunt in sacramento Eucharistiæ, scilicet sacramētum & res sacramēti. Respōdeō cōsistit in tribus cōclusionibus: quarū duæ primæ ad secundū membrū, tertia autē ad primum spectat distinctionis membrū. Prima cōclusio est: Sacramētū Eucharistiæ quo ad rem sacramēti est de necessitate salutis. Probatur: Res sacramēti est vnitas corporis Christi mystici, sine qua non potest esse salus: ergo. Antecedens prosecuta parte declaratur ex similitudine Ecclesiæ ad arcā Noe. & similitudo probatur auctoritate Petri Apostoli. Secunda conclusio est: Ante perceptionem sacramenti Eucharistiæ, potest haberi res sacramenti Eucharistiæ, ac per hoc salus. Probatur dupliciter: primō ex vniuersali regula: Ex voto sacramenti potest haberi res sacramenti, secundō ex simili accidēte in baptismo. Tertia conclusio est: Sacramētum Eucharistiæ nō hoc modo est de necessitate salutis sicut baptismus. Probatur dupliciter: ex duplici scilicet dissimilitudine Eucharistiæ ad baptismum. Prima consistit in hoc, q; perceptio baptismi est necessaria ad inchoandam vitam spiritualem: perceptio verò Eucharistiæ est necessaria ad consummandam vitam spiritualem: ergo ille est necessarius vt principium, hæc vt finis, scilicet in voto. Secunda consistit in hoc, baptismus non potest haberi in voto per aliud sacramētum, Eucharistia potest haberi in voto per aliud sacramentū: ergo pueri non possunt habere rem sacramenti baptismi sine perceptione sacramēti baptismi: possunt autē habere rē sacramenti Eucharistiæ absq; perceptione sacramenti Eucharistiæ.

Annot. ¶ Aduerte hic primò, q; harum rationū prima cum attenditur penes differētiam inter habere se vt principiū, & habere se vt finis) ad hoc tendit, q; baptismus supponit naturā esse necessariā secundum actualē ipsius exhibitionē: quoniam principiū secundum ordinem generationis debet esse secundū rem ipsum: realiter exteriori. Eucharistia verò suapte natura est necessaria secundum votū: quia finis salutur secundum esse in intentione. Ita quòd quasi dicit, q; baptismus per se salutat secundum eius perceptionē, & per accidens vt in voto: Eucharistia autē nō solùm per se salutat cōsummando salutem secundum ipsius perceptionē, sed etiam per se saluat, vt in voto: quia ille principiū, hæc finis rationē habet.

Annot. ¶ Aduerte secundum, q; secunda ratio penes modum habēdi rem sacramenti attenditur, dum baptismi res dupliciter tantum haberi posse dicitur: scilicet vel percipiendo sacramentum, vel per votum proprium. Res autem Eucharistiæ potest triplicitet haberi: vel percipiendo sacramentum, vel per votum proprium, vel per antecedēs sacramentū. Et hic vltimus modus habēdi vocatur per quādam accommodationē habere rem sacramenti Eucharistiæ per votum Ecclesiæ: sicut fides puerorum vocatur fides Ecclesiæ. Secundo autem proprietatem sermonis, vocatur habere rem Eucharistiæ in tui fimio: quoniam sacramentum baptismi inditum est spiritualiter vi-

Annot. ¶ Aduerte tertiò, quòd in littera non respondetur quæsito simpliciter & absolutè, an sacramentum Eucharistiæ sit necessarium ad salutem: nam licet distinguatur & quo ad rem sacramē

ciuntur sensui in hoc sacramento, non efficiūt neq; ipsum corpus Christi verum, quod est res & sacramentum, neq; corpus mysticum, quod est res tātum in Eucharistia. Ergo videtur quòd Eucharistia non sit sacrāmentum nouæ legis.

¶ Præterea, Sacramenta nouæ legis habentia materiam, in vsu materiæ perficiuntur: sicut baptismus in ablutione, & confirmatio in chrismatis consignatione. Si ergo Eucharistia sit sacramentum, perficeretur in vsu materię, non in consecratione ipsius materiæ. Quod patet esse falsum: quia forma huius sacramenti, sunt verba quæ in consecratione materiæ dicuntur: vt infra patebit. Ergo Eucharistia non est sacramentum.

¶ SED CONTRA est quod in collecta dicitur, Hoc tuum sacramentum non sit nobis reatus ad pœnam.

CONCLVSIO.

¶ Præter baptismū, & confirmationis sacramentum, oportuit in Ecclesia Dei esse Eucharistiæ sacramentū, tanquam animarum spirituale alimentum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sacramenta Ecclesiæ ordinantur ad subueniendum homini in vita spirituali. Vita autem spiritualis, vitę corporali conformatur: eo quòd corporalia, spiritualium similitudinē gerunt. Manifestum est autem, quòd sicut ad vitam corporalē requiritur generatio, per quā homo vitā accipit, & augmentū, quo homo perducitur ad perfectionē vitæ: ita etiam requiritur alimentum, quo homo conseruatur in vita. Et ideo sicut ad vitam spiritualem oportuit esse baptismū, qui est spiritualis generatio, & cōfirmationem, quæ est spiritualæ augmentum: ita oportuit esse sacramentum Eucharistiæ, quod est spirituale alimentum.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd duplex est perfectio. Vna quæ est in ipso homine, ad quam perducitur per augmentum: & talis perfectio competit confirmationi. Alia autem est perfectio, quam homo consequitur ex adiunctione alicuius extrinseci, homini conseruantis: puta ex adiunctione cibi, vel indumenti, vel alicuius huiusmodi. & talis perfectio competit Eucharistiæ, quæ est spiritualis refectio.

¶ Ad secundum dicendum, quòd aqua baptismi non caulat aliquem spiritualem effectum propter ipsam aquam, sed propter virtutem Spiritus sancti in aqua existentem. Vnde Chrysо. dicit super illud Ioan. 5. Angelus Domini secundum tempus, &c. In baptizatis non simpliciter aqua operatur: sed cùm Spiritus sancti susceperit gratiam, tunc omnia soluit peccata. Sicut autem se habet virtus Spiritus sancti ad aquam baptismi: ita se habet corpus Christi verum ad species panis & vini. Vnde species panis & vini non efficiunt aliquid nisi virtute corporis Christi veri.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sacramentum dicitur ex eo quòd continet aliquid sacrum. Potest autem aliquid esse sacrum dupliciter, scilicet absolute, & in ordine ad aliud.

Hæc autem est differentia inter Eucharistiam & alia sacramenta habentia materiam sensibilem, q; Eucharistia continet aliquid sacrum absolute, scilicet ipsum Christum, aqua verò baptismi continet aliquid sacrum in ordine ad aliud, scilicet virtutem ad sanctificandum. & eadem ratio est de chrismate & similibus. Et ideo sacramentum Eucharistiæ perficitur in ipsa consecratione materiæ, alia verò sacramenta perficiuntur in applicatione materiæ ad hominem sanctificandum.

Et ex hoc etiam consequitur alia differentia, nam in sacramento Eucharistiæ id quod est res & sacramentum, est in ipsa materia: id autem quod est res tantùm, est in suscipiente, scilicet gratia quæ cōfertur in baptismo autem vtrunq; est in suscipiente, scilicet & character, qui est res & sacramentū, & gratia remissionis peccatorū, quæ est res tantùm, & eadem ratio est de aliis sacramētis.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm hoc sacramentum sit vnum vel plura.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd hoc sit plura. Eucharistia non sit vnum sacramentum, sed plura. Dicitur enim in collecta, Purificent nos Domine sacramenta, quæ sumpsimus. Quod quidem dicitur propter Eucharistiæ susceptionem. Ergo Eucharistia non est vnum sacramentum, sed plura.

¶ Præterea, Impossibile est multiplicato genere, non multiplicari speciem, sicut quòd vnus homo sit plura animalia. Sed signum est genus sacramenti: vt suprà dictum est. Cùm igitur in Eucharistia sint plura signa, scilicet panis & vinum, videtur consequens esse quòd sint plura sacramenta.

¶ Præterea, Hoc sacramentum conficitur in consecratione materiæ: sicut dictum est. Sed in hoc sacramento est duplex materiæ cōsecratio. ergo est duplex sacramentum.

¶ SED CONTRA est quod Apost. dicit 1. Corint. 10. Vnus panis & vnum corpus multi sumus omnes, qui de vno pane & de vno calice participamus, ex quo patet, quòd Eucharistia est sacramentum Ecclesiasticæ vnitatis. Sed sacramentum similitudinem gerit rei, cuius est sacramentum. Ergo Eucharistia est vnum sacramentum.

CONCLVSIO.

¶ Quanquam multa sint in hoc sacramento à parte materiæ, cibus & potus, seu panis & vinum: vnum tamen sacramentum est ad vnam perfectam animæ refectionem instituta.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut dicitur 1. Metaphys. vnum dicitur non solùm quod est indiuisibile, vel quod est continuum, sed etiam quod est perfectum: sicut dicitur vna domus, & vnus homo. Est autem vnum in perfectione, ad cuius integritatē concurrunt omnia, quæ requiruntur ad finem eiusdem: sicut homo integratur ex omnibus membris necessariis ad operationem animæ, & domus integratur ex omnibus partibus, quæ sunt necessariæ ad inhabitandum: & sic hoc sacramentum dicitur vnum. Ordinatur enim ad spiritualem refectionē, quæ corporali conformatur. Ad corporalem autem refectionem duo requiruntur, scilicet cibus, qui est alimentum siccum: & potus, qui est alimentum humidum. Et ideo etiam ad integritatem huius sacramenti duo concurrunt, scilicet spiritualis cibus & spiritualis potus: sicut Ioan. 6. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Ergo hoc sacramentum multa quidem est materialiter, sed vnum formaliter & perfectiuè.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd in eadem collecta & pluraliter dicitur primò, Purificent nos sacramenta quæ sumpsimus: & postea singulariter subditur, Hoc tuum sacramentum nos sic nobis reatus ad pœnam, ad ostendendum, quòd hoc sacramentum quodammodo est multa: simpliciter autem vnum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd panis & vinum materialiter quidem sunt plura signa: formaliter verò & perfectiuè vnum, inquantum ex eis perficitur vna refectio.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex hoc quod est duplex consecratio materiæ huius sacramenti, non potest plus haberi, nisi quòd hoc sacramentum materialiter est multa, vt dictum est.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm Eucharistia sit de necessitate salutis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd hoc sacramentum sit de necessitate salutis. Dicit enim Dominus Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Sed in hoc sacramento manducatur caro Christi, & bibitur sanguis eius. Ergo sine hoc sacramento non potest homo habere salutem spiritualis vitæ.

¶ Præterea, Hoc sacramentū est quoddam spirituale alimentū. Sed sicut alimentum corporale est de necessitate corporalis salutis. Ergo & etiam hoc sacramentum est de necessitate spiritualis salutis.

¶ Præterea, Sicut baptismus est sacramentum Dominicæ passionis, sine qua non est salus: ita & Eucharistia: dicit enim Apostolus 1. Cor. 11. Quotiescunque manducaueritis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat. Ergo sicut baptismus est de necessitate salutis, ita etiam hoc sacramentum.

¶ SED CONTRA est, quòd Aug. scribit Bonifacio cōtra Pelagianos, Nec illud cogitetis, paruulos vitā habere non posse, qui sunt expertes corporis & sanguinis Christi.

CONCLVSIO.

¶ Quanquam non sicut baptismus Eucharistia sacramentum ad salutem necessarium sit, est tamen ex parte rei necessarium ad salutem.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in hoc sacramento duo est considerare, scilicet ipsum sacramentum & rem sacramenti. dictum est autem, quòd res huius sacramēti est vnitas corporis mystici, sine qua nō potest esse salus: nulli enim patet aditus salutis extra Ecclesiam, sicut nec in diluuio absq; arca Noe, quæ significat Ecclesiam: vt habetur 1. Pet. 3. dictum est autem suprà q. res alicuius sacramenti haberi potest ante perceptionem sacramenti, ex ipso voto sacramenti percipiendi. Vnde ante perceptionem huius sacramenti, potest homo habere salutē ex voto percipiendi hoc sacramentum: sicut & ante baptismum ex voto baptismi, vt suprà dictum est. Est tamen differentia quantum ad duo. Primò quidē, quia baptismus est principium spiritualis vitæ, & ianua sacramentorum: Eucharistia verò est quasi consummatio spiritualis vitæ, & omnium sacramentorum finis (vt suprà dictū est) per sanctificationes enim omnium sacramentorum, fit præparatio ad suscipiendam vel consecrandam Eucharistiam. Et ideo perceptio baptismi est necessaria ad inchoandam spiritualē vitam, perceptio autē Eucharistiæ est necessaria ad consummandam ipsam: non ad hoc quòd simpliciter habeatur, sed sufficit eam habere in voto, sicut & finis habetur in desiderio & intentione. Alia differentia est: quia per baptismum ordinatur homo ad Eucharistiam: & ideo ex hoc ipso quòd pueri baptizantur, ordinantur per Ecclesiam ad Eucharistiam. & sic sicut ex fide Ecclesiæ credunt, sic ex intentione Ecclesiæ desiderant Eucharistiam, & per consequens recipiunt rem ipsius. Sed ad baptismū nō ordinatur per aliud præcedens sacramentum. Et ideo ante susceptionem baptismi, non habent pueri aliquomodo baptismum in voto, sed soli adulti: vnde rem sacramenti non possunt percipere sine perceptione sacramenti. Et ideo hoc sacramentum in hoc modo est de necessitate salutis, sicut baptismus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Aug. dicit, exponens illud verbum Ioā. Hunc cibum & potum, scilicet carnis suæ & sanguinis societatem vult intelligi corporis & membrorum suorum quod est Ecclesia in prædestinatis, & vocatis, & iustificatis, & glorificatis sanctis, & fidelibus eius. Vnde sicut ipse dicit in Epistola ad Bonifacium, Nulli est aliquatenus ambigendū, tunc vnūquēq; fidelium corporis sanguinisq; Domini participē fieri, quādo in baptismate membrū corporis Christi efficitur nec alienari ab illius panis calicisq; consortio, etiam si antequā panē illū comedat & calicē bibat, de hoc seculo in vnitate corporis Christi constitutus abscedat.

¶ Ad secundum dicendū, quòd hæc est differentia inter alimentum corporale & spirituale, quòd alimentum corporale cōuertitur in substantiam eius, qui nutritur, & ideo nō potest homini valere ad vitæ conseruationem alimentū corporale, nisi realiter sumatur. Sed alimentū spirituale cōuertit hominem in seipsum: secundū illud quod Aug. dicit in libr. Confes. quòd quasi audiuit vocē Christi dicētis sibi, Nec tu me mutabis in te, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me. Potest autem aliquis in Christū mutari, & ei incorporari voto mentis, etiam sine huius sacramenti perceptione. Et ideo non est simile.

¶ Ad tertium dicendum, quòd baptismus est sacramētum mortis & passionis Christi prout homo regeneratur in Christo virtute passionis eius: sed Eucharistia est sacramentum passionis Christi, prout homo perficitur in vnione ad Christum passum. Vnde sicut baptismus dicitur sacramentum fidei, quæ est fundamentum spiritualis vitæ, ita Eucharistia dicitur sacramentum charitatis, quæ est vinculum perfectionis, vt dicitur Col. 3.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm conuenienter hoc sacramentum pluribus nominibus nominetur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter hoc sacramentum pluribus nominibus nominetur. Nomina enim debent respondere rebus. Sed hoc sacramentum est vnum: vt dictum est. Ergo non debet pluribus nominibus nominari,

¶ Præterea, Species non notificatur conuenienter per id quod est commune toti generi. Sed Eucharistia est sacramētum nouæ legis. Omnibus autem sacramentum commune est, quòd in eis confertur gratia: quod significat nomen Eucharistię, quod est idem quod bona gratia. omnia etiam sacramenta remedium nobis afferunt in via præsentis vitæ: quod pertinet ad rationem viatici. in omnibus etiam sacramentis sit aliquid sacrum: quod pertinet ad rationem sacrificij. Et per omnia sacramenta sibi inuicem communicant fideles: quod significat hoc nomen synaxis in Græco, vel cōmunio in Latino. Ergo hæc nomina non conuenienter adaptantur huic sacramento.

¶ Præterea, Hostia videtur esse idem quod sacrificium. Sicut ergo non propriè dicitur sacrificium, ita nec propriè dicitur hostia.

¶ SED CONTRA est quod vsus fidelium habet.

CONCLVSIO.

¶ Eucharistiæ sacramentum, vt est Dominicæ passionis commemorativum sacrificium nominatur: vt verò vnum christi corpus mysticum designat, Communio: vt autem beatæ & æternæ fruitionis præfiguratiuum, Eucharisticum dicitur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd hoc sacramentum habet triplicem significationem. Vnam quidem respectu præteriti: inquantum scilicet est commemorativum Dominicæ passionis, quæ fuit verum sacrificium, vt suprà dictum est. Et secundum hoc nominatur sacrificium. Aliam autem significationem habet respectu rei præsentis, scilicet ecclesiasticæ vnitatis, cui homines aggregantur per hoc sacramentum. Et secundum hoc nominatur communio vel synaxis. dicit enim Damascen. 4. libr. quòd dicitur communio, quia communicamus per ipsam Christo, & quia participamus eius carne & deitate, & & quia communicamus & vnimur adinuicem per ipsam. Tertiam significationem habet respectu futuri: inquantum scilicet hoc sacramentum est præfiguratiuum fruitionis Dei, quæ erit in patria. Et secundum hoc dicitur viaticum: quia hic præbet nobis viam illuc perueniendi. Et secundum hoc etiam dicitur Eucharistia, id est bona gratia: quia gratia Dei vita æterna (vt dicitur Rom. 6.) vel quia realiter continet Christum, qui est plenus gratia. Dicitur etiam in Græco meralepsis, id est assumptio: quia vt Damascen. dicit per hoc filij deitatem assumimus.

Annot. In quarto, quinto, & sexto articulis, nihil occurrit scribendum. *Infrà q. 79. arti. 2. ad primum. Et 4. distim. 8. q. 1. arti. 1. quæst. 3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd nihil prohibet idem pluribus nominibus nominari, secundum diuersas proprietates vel effectus.

¶Ad secundum dicendum, quòd id quod est commune omnibus sacramentis, attribuitur antonomasticè ei propter eius excellentiam.

¶Ad tertium dicendum, quòd hoc sacramentum dicitur sacrificium, inquantum repræsentat ipsam passionem Christi. Dicitur autem hostia, inquantum continet ipsum Christum, qui est hostia salutaris: vt dicitur Ephes. 5.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm institutio huius sacramenti fuerit conuenienter.

Infrà q. 74. art. 4. co. & ad 1. & q. 80. ar. 8. ad 1. Et 4. dist. 8. q. 1. arti. 3. Et 1. cor. 11. le. 4. co. 4. Et Ioa. 5. col. 1 fin.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd non fuerit conueniens institutio istius sacramenti. Vt enim Philosophus dicit in 2. de Generatione, Ex eisdem nutrimur, ex quibus sumus. Sed per baptismum, qui est spiritualis regeneratio, accipimus esse spirituale: vt Dionys. dicit 2. cap. Cæle. hierar. Ergo per baptismum etiã nutrimur. Non ergo fuit necessarium instituere hoc sacramentum, quasi spirituale nutrimentum.

¶Præterea, Per hoc sacramentum homines Christo vniuntur, sicut membra capiti. Sed Christus est caput omnium hominum, etiam qui fuerunt ab initio mundi, vt supra dictum est. Ergo non debuit institutio huius sacramenti differri vsque ad cœnam Domini.

¶Præterea, Hoc sacramentum dicitur esse memoriale Dominicæ passionis secundum illud Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationem. Sed memoria est præteritorum. Ergo hoc sacramentum non debuit institui ante Christi passionem.

¶Præterea, Per baptismum aliquis ordinatur ad Eucharistiam, quæ non nisi baptizatis dari debet. Sed baptismus institutus fuit post Christi passionem & resurrectionem: vt patet Mart. vlti. Ergo inconuenienter hoc sacramentum fuit ante passionem Christi institutum.

¶SED CONTRA est, quòd hoc sacramentum est institutum à Christo: de quo dicitur Marc. 7. Bene omnia fecit.

CONCLVSIO.

¶Conuenientissimum fuit Eucharistiæ sacramentum à Christo in vltima cœna institui, quo eius membris firmius fidelium discipulorum cordibus firmaretur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd conuenienter hoc sacramentum institutum fuit in Cœna, in qua scilicet Christus vltimò cum suis discipulis fuit conuersatus. Primò quidem ratione continentiæ huius sacramenti. Continetur enim ipse Christus in Eucharistia sicut in sacramento. Et ideo quando ipse Christus in propria specie à discipulis discessurus erat, in sacramentali specie seipsum eis reliquit: sicut in absentia Imperatoris exhibetur veneranda eius imago. Vnde Eusebius Emissenus dicit, Quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis, & illaturus sideribus, necesse erat vt die Cœnæ sacramentum corporis & sanguinis sui consecraret nobis, vt coleretur iugiter per mysterium, quod semel offerebatur in precium. Secundò, quia sine fide passionis Christi nunquam potuit esse salus: secundum illud Rom. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidẽ in sanguine ipsius. Et ideo oportuit omni tempore apud homines esse aliquid repræsentatiuum Dominicæ passionis, Cuius in veteri quidem Testamento præcipuum sacramentum erat agnus Paschalis, vnde & Apostolus dicit 1. Corinth. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus. Successit autem ei in nouo Testamento Eucharistiæ sacramentum: quod est rememoratiuum præteritæ passionis, sicut & illud fuit præfiguratiuum futuræ. Et ideo conueniens fuit, vt imminente passionis, celebrato priori sacramento, nouum sacramentum institueret. Vnde Leo papa dicit, quòd, vt vmbræ cederent corpori, antiqua obseruantia nouo excluditur sacramento, hostia in hostiam transit, sanguine sanguis aufertur, & legalis festiuitas, dum mutatur, impletur. Tertiò, quia ea quæ vltimò dicuntur, maximè ab amicis recedentibus, magis memoriæ commendantur: præsertim quia tunc magis inflammatur effectus ad amicos, ita verò, ad quæ magis afficimur, profundius animo imprimuntur. Quia igitur (vt beatus Alexand. papa dicit) nihil in sacrificijs maius esse potest quàm corpus & sanguis Christi, nec vlla oblatio hac potior est: ideo vt in maiori veneratione haberetur, Dominus in vltimo discessu suo à discipulis, hoc sacramentum instituit. Et hoc est quod Augustinus dicit in lib. responsionum ad Ianuarium. Saluator, quo vehementius commendaret mysterij huius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus & memoriæ discipulorum, à quibus ad passionem digressurus erat.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ex eisdem nutrimur, ex quibus sumus, non tamen eodem modo nobis aduenientibus. Nam ea, ex quibus sumus, nobis adueniunt per generationem: eadem autem inquantum ex eis nutrimur, nobis adueniunt per manducationem. Vnde & sicut per baptismum regeneramur in Christo, ita per Eucharistiam manducamus Christum.

¶Ad secundum dicendum, quòd Eucharistia est Sacramentum perfectum Dominicæ passionis, tanquam continens ipsum Christum passum. Et ideo non potuit institui ante Incarnationem: sed tunc habebant locum sacramenta, quæ erant tantum præfiguratiua Dominicæ passionis.

¶Ad tertium dicendum, quòd sacramentum istud fuit institutum in cœna, vt in futurum esset memoriale Dominicæ passionis, ex perfecta. Vnde signanter dicit, Hoc quotiescunque feceritis, de futuro loquens.

¶Ad quartum dicendum, quòd institutio respondet ordini intentionis. Sacramentum autem Eucharistiæ, quamuis sit posterius baptismo in perceptione, est tamen prius in intentione. Et ideo debuit prius institui. Vel potest dici quòd baptismus iam erat aliqualiter institutus in ipso Christi baptismo. Vnde & iam aliqui ipso Christi baptismo erant baptizati, vt legitur Ioannis 3.

ARTICVLVS VI.

¶Vtrum agnus Paschalis fuerit præcipua figura huius sacramenti.

*Infrà q. 73. art. 4. co. & ad 1. & q. 74. art. 1. co. & ad 1. & 3. & q. 75. art. 1. co. & ad 3. & 4. dist. 8. q. 1. art. 1. q. 1. co. & ad 1. & 2. & dist. 12. q. 1. art. 1. q. 1. co. & ad 1. & 2. & dist. 13. q. 1. art. 1. q. 1. co. & ad 1. & 2. & dist. 14. q. 1. art. 1. q. 1. co. & ad 1. & 2. & dist.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis septuagesimæquartæ Articulum tertium.

Tenuius vt sonat.

Comment.

¶In hoc articulo magna est quæstio, & satis obscura de materia Eucharistiæ quo ad panē. habet enim multas difficultates, & varias opiniones. Est siquidem difficultas prima (quam tractat Autor in litera) propter diuersitatem fru mento-rum: est & alia difficultas comparādo panem ad pastam. Et Albertus quidem Magnus in 4. sentēt. distinct. 12. tenet panē ex spelta esse materiam Eucharistiæ quē sequitur Petrus de Pal. qui similiter tenet ex amido panem cōfectum posse consecrari. Autor vero tā circa amidum quām circa speltam opinatur contrarium, sed apponit illigitimum panem, quem Albertus negare videtur. De pasta quoq; Scotus tenet partem negatiuam, ponendo tamen pastam esse eiusdem speciei cū pane. Quid autem inter tot varia tenendum sit, ad rationes oportet deducere.

¶ Tria sunt fundamēta, ex quibus procedit. Primum est veritas specifica materiæ. Creditur enim eiusdem speciei debere esse materiam in hoc sacramento, sicut & in cæteris inuenitur: & hinc inferūt q̄ ex solis illis frumentis, quæ sunt eiusdem speciei cum tritico, potest cōfici panis pro hoc sacramento. Et per hanc viam procedisse videntur Autor in litera, Scotus, Durand. & Petrus de Pa. habētque via hæc difficultatē annexā ex illa propositione, Generāt sibi simile secundum speciem: quoniam hac vtitur ad discernendum distincta specie à tritico.

¶Aliud fundamentum est cōtrarium huic, pro quanto ponit sufficere genus proximum ad triticum: ita quòd frumentum quod est genus, sufficit ad conficiendum panem pro sacramēto. Et hac via processit Albertus, ponens tamē solum duas frumenti species, scilicet triticum & speltam. Habētque fundamentum aliquod in Euangelij verbis, quibus Dominus se compat grano frumenti.

4. di. 11. q. 2. arti. 2. q 1. & di. 19. q. 1. arti. 2. q̄. 3. ad primum. Et q. 68. ar. 6. 68. Et 1. Co. 11. lec. 7. in princ.

¶Tertium demum fundamentum, quod magnificavit Petrus de Pal. est autoritas quarundam Ecclesiarum, quæ consecrant panem confectum ex spelta, quod etiam tangit Autor in litera, dum in secundo argumento obiciendo affert, quòd de spelta in quibusdam locis panis conficitur ad vsum huius sacramenti.

¶Ad quæ quidem fundamenta si liberè respexerimus, nullam cogentem inueniuntur habere rationem, nisi vltimum propter autoritatem Spiritus sancti gubernantis Ecclesiam. nam ob similes particulares consuetudines, venerabiliter sustinent Theologi, plures sacerdotes consecrare eandem hostiam: vt infra patebit. Quocirca ex his quæ fiunt colligendo vniuersale, quum experientia probatum appareat, ex tritico, & siligine, & ex spelta panem confici pro sacramento, alia via nō dendum esse reor: scilicet ex parte proximæ materiæ Eucharistiæ. Materia enim proxima, quam ex Euangelio indubitāter habemus, est panis non determinatus ad talem vel talem materiam remotam, qualis est triticum, spelta, far, &c. sed panis absolutè, hoc est sine determinatione aliqua: ita quòd ex quibuscunque tanquam ex materia transeunte panis conficiatur, dummodo sit verè panis absque determinatione aliqua, potest confectari. Dico autem absque determinatione aliqua: quoniam ex vsu verborum hoc discernit videtur. alterius siquidem rationis est panis, qui frequenti vsu sine additione aliqua vocatur panis: & alterius rationis sunt qui appellantur panes cum additione, scilicet panis ordeaceus, panis miliaceus, panis castanaceus, & huiusmodi. isti enim sunt panes cum additione: qui ideocum additione proferuntur, vt intelligantur nō panes sed panes tales, sicut etiam vinum ex pomis granatis eadem ratione nō dicitur vinum, de malogranatis. Isti, inquam, panes talesnō possunt consecrari: quia nō sunt verè panes, sed à similitudine veri panis, panis nomen acceperunt, sed illi qui absolutè sunt panes, quos sine additione aliqua vocamus panes, non habent, vnde eorum aliquis sacramento sit inhabilis. Et si his adiunxeris, quod vna eadem res homogenea potest naturaliter ex diuersarum specierū rebus, vt materia transeunte generari (vt testatur sanguis qui generatur ex nutrimentis non specierum, carne, vino, pane, pisce reliquisque cibis, apparebit, quòd substantia panis conflata ex speciei potest generari ex multis diuersarū specierum granis, cū quum ex materia tenuissimarū grana liquidē sint materia iransiens respectu panis multō magis quā farinæ. Et secundum hoc triticum ponitur propria materia panis, sacramentaliter nō quia solum sit illius materia sed quia est principalis, & apud omnes certa & indubitata materia. Et sic saluantur consuetudines omnium Ecclesiarum.

¶ Nec oportet ingredi difficultates inex plicabiles de similitudine specifica inter generans & genitum: quum quotidie videamus tam exquum quām afinum generare mulum neutri similem in specie, sed in genere. Nec negatur secundum hoc, vnius speciei esse materiam proximā in hoc sacramento: nam panis vnius potest etiam ad frumenti genus recurrere: quoniā & ipse panis in dolio. Sed hoc non videtur esse verum: quia in omnibus habentibus materiā, ratio determinationis materiæ sumitur ex ordine ad finē, sicut materia serræ est ferrum, vt sit apta sectioni. Finis autem huius sacramenti est vsus fidelium. Vnde oportet quòd quantitas materiæ huius sacramenti determinetur per comparationem ad vsum fidelium. Non autem potest esse quòd determinetur ad vsum fidelium, qui nunc occurrunt: alioquin sacerdos paucos parochianos habens, non posset consecrare multas hostias. Vnde reliquitur, quòd materia huius sacramenti determinetur per comparationem ad vsum fidelium absolutè. Numerus autem fidelium est indeterminatus. Vnde non potest dici, quòd quantitas materiæ huius sacramenti sit determinata.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cuiusliber rei naturalis materia accipit determinatam quantitatem secundum comparationem ad formam determinatam. Sed numerus fidelium, ad quorum vsum ordinatur hoc sacramentum, non est determinatus. Vnde non est simile.

¶Ad secundum dicendum, quòd potestas ministrorum Ecclesiæ ad duo ordinatur. Primò quidem ad effectum proprium. Secundo, ad finem effectus. secundū autem nō tollit primum. Vnde si sacerdos intendat consecrare corpus Christi propter aliquem malum finem (puta vt irrideat, vel veneficia faciat) propter intentionem mali finis peccat: nihilominus tamen propter potestatem sibi datam perficit sacramentum.

¶Ad tertium dicendum, quòd baptismi sacramentum perficitur in vsu materiæ: & ideo per formam baptismi non plus de aqua sanctificatur, quām quantum venit in vsum. Sed hoc sacramentum perficitur in consecratione materiæ. Et ideo non est simile.

ARTICVLVS III.

¶ Virum requiratur ad materiam huius sacramenti, quòd sit panis triticeus.

AD TERTIVM sic procedi tur. Videtur quòd non requiratur ad materiā huius sacramenti, quòd sit panis triticeus. Hoc enim sacramentum est rememorativum Dominicæ passionis. Sed magis videtur esse consonum Dominicæ passioni panis ordeaceus, qui est asperior, & de quo etiam Christus pauit turbas in monte (vt dicitur Ioan. 6.) quām panis triticeus. Ergo panis triticeus non est propria materia huius sacramenti.

¶Præterea, Figura est signum speciei in naturalibus rebus. Sed quædam frumenta sunt, quæ habent similē figuram grano tritici, sicut far, & spelta, de qua etiā in quibusdā locis panis conficitur ad vsum huius sacramēti. Ergo panis triticeus, non est propria materia huius sacramenti.

¶Præterea, Permixtio speciem soluit: sed vix inuenitur farina triticea, quæ alterius frumenti permixtionē non habeat, nisi forte de electis granis studiosè fiat. Nō ergo videtur q̄ panis triticeus sit, ppria materia huius sacramēti.

¶Præterea, Illud quod est corruptum, videtur esse alterius speciei. Sed aliqui conficiunt ex pane corrupto, qui iam non videtur esse panis triticeus. Ergo videtur quòd talis panis non sit propria materia huius sacramenti.

¶SED CONTRA est, quòd in hoc sacramento continetur Christus, qui se grano frumenti cōparat Ioan. 12. dicens, Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum maner. Ergo panis frumē ti, siue triticeus, est materia huius sacramenti.

CONCLVSIO.

¶Panis triticeus, siue frumenti conueniens est sacramenti Eucharistiæ materia, cùm eo communiter homines pro alimento vtantur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dictum est, ad vsum sacramentorū assumitur talis materia, quæ cōmunius apud homines in talem vsum venit. Inter alios autem panes communius homines vruntur pane tritico: nam alij panes videntur esse introducti in huius panis defectum. Et ideo Christus creditur in huius panis specie hoc sacramentum instituisse. qui etiam panis magis consortat hominem, & ita conuenientius significat effectum huius sacramenti. Et ideo propria materia huius sacramenti, est panis triticeus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd panis ordeaceus competit ad significādam duritiē vetteris legis, ppter duritiē panis. tum etiā, quia vt Aug. dicit in lib. 83. Quæstionum, ordei medulla, quę tenacissima palea tegitur, vel ipsam legē significat, quæ ita data erat, vt in ea vitale animæ alimentū corporalibus sacramentis obtegeretur, vel ipsum populum nondum expoliatū carnali desiderio, quod tanquam palea cordi eius inhærebat. Hoc autem sacramentū pertinet ad suaue iugum Christi, & ad veritatē iam manifestatā, quibuscunq; vsus conflatū, vnius ponitur speciei. Et hæc sunt dicta cōparando panē ad materiā remotam. Comparando verò ad materiā proximā duæ rationes diuersas inducentes difficultates occurrūt. Prima est de identitate seu diuersitate inter panem & pastam, secunda est ex diuersitate modorū coquendi pastam.

Obscura siquidē videtur differentia inter panē & pastā crudam, reputat enim Scotus probabile esse q̄ nō differāt specie: q̄ à decoctio nō facit nisi exhalationē humoris aquei, & mistio nō est ibi nisi iuxta positio, & ex pane sic pasta, si cruda digitis cōprimatur. Oppositū autē rationabilius videtur: quā decoctio applicabilis actiuis passiuis, speciē panis facit, sicut maturatio de agresta faciendo vuā, facit de agresta vinū. Ars enī in cōfectione panis, nō concurrit nisi applicādo actiuis passiuis: vt potet ex hoc quòd forma panis est forma substantialis. Quod consentiunt apud fideles, ex hoc quòd panis transubstātiatur in corpus Christi, & accidentibus remanētibus nō remanet panis: qui remaneret cū reliquis accidentibus, si accidens significaret. Vnde & fallum est, q̄ dū pasta decoquitur in clibano sola euaporatio humiditatis decoctio enim digerit, & generat panem. Mistione autem aut iuxtā positione nulla opus est nouasse prima mistio farinæ cum aqua (ex quibus cōstita est pasta tanquā ex elementis ac materia transeunte) decoctione digeritur, & ad terminē deducitur, panem scilicet. Nec admitto ex pane fieri pastā sed mica mollē similem pastæ. Acceptabilior autem apparet hæc positio contēplanti diuersitatē specificā inter agrestam, vinum & acetū ex eisdē vsibus ob diuersam caloris causalitatem, agresta enim est succus crudus, vinum verò succus digestus: acetū autem addit excessiuā superclefactionem. Vtitatur experientia, dū vinum expositum calori acescit: & cupientes acetum bonum habere, ad loca calida dolium transferūt. Ex his enim apparet ex sola caloris differentia ex parte actiui, specificum progressum posse fieri ex parte materiæ, licet nō semper fiat: non enim differt spelæ pyrum coctum à pyro crudo. Diuersi verò coquēdi modi, scilicet vel assando vel elixando, speciem variare nō videntur ipsa nis liquidem elixus, vt lagana, aut trixos (quo etiam modo lagana in veteri lege offerebātur) aut assus, vt panis in clibano, & hostia, eiusdē videntur speciei quo ad substantiā, solūm accidentali forma differre videntur. Verūm in proposito modo videtur vtrunq; parui pendendum, ita q̄ nec ex diuersitate specifica, nec ex identitate specifica sufficiens ratio habeatur. Sed credendo quòd nec pasta, nec panis, nisi accessit, est cōstructibilis, rationem aliunde sumentes, dicimus quòd sicut in sacramēto baptismi aqua à Christo est instituta, ita in Eucharistia panis: & quemadmodū in aqua intelligitur nō solum substantia aquę, sed etiam quòd sit sub forma aquæ (& ppter ea aqua sub forma grā. similis aut nihil non est materia baptismi) ita per panē intelligendum est panis & secundum substantiā & secundum formā panis. Et per hoc excluduntur quæcunq; cōfitis ex pasta crudā & similiter quæcunque conflat ex pasta elixa. hæc enim non habere formam panis (dato q̄ panes sint) vsu restatur humanus, quo his non vtimur vt pane, sed potius hęc comedimus cū pane: & ex hoc ipso profectō distinctionē horum à pane. Adhuc autē pane solo vtimur vt pane: & propterea credidērim ipsum solū esse consecrabilem, materia enim hæc panea habet assertionem vnde Autor in litera opinatur quum nātiuē loquitur, quum excludit spelta & amidum. De quo adhuc sub iudice lis est, & mihi videtur dicendum vt supra, scilicet quòd si panis confectus ex eo est absolutè panis, potest confectari. Nec obstat corruptio tritici, dicēdum tritico tritici tunc, sed ablutis autem quòd corruptio nihil officit: quoniam nō est corruptio simpliciter, sed corruptio, quæ est vita ad generationem panis: quā oportere intercurrere, probatur ex eo quòd

& ad populum spiritualem. Vnde non esset materia conueniens huius sacramenti, panis ordeaceus.

¶Ad secundum dicendum, quòd generans generat sibi simile in specie. sit tamen aliqua dissimilitudo generantis ad genitum quantum ad accidentia, vel propter materiam vel propter debilitatem virtutis generatiuæ. Et ideo si qua frumēta sunt, quæ ex semine tritici generari possunt (sicut ex grano tritici seminato in malis terris, nascitur siligo) ex tali frumēto panis cōfectus, potest esse materia huius sacramenti. Quod tamen non videtur habere locum neque in ordeo, neque in spelta, neq; etiam in farre, quod inter omnia est grano tritici similius. Similitudo autem figuræ in talibus, magis videtur significare propinquitatem, quàm identitatem speciei: sicut ex similitudine figuræ manifestatur q̄ canis & lupus sunt propinquæ speciei, non autem eiusdem. Vnde ex talibus frumentis, quæ nullo modo possunt ex semine * tritici generari, non potest confici panis, qui sit debita materia huius sacramenti.

*Aliàs frani.

¶Ad tertium dicendū, quòd modica permixtio non soluit speciē: quia id quod est modicum, quodammodo assumitur à plurimo. Ideo si sit modica admixtio alterius frumenti ad multò maiorem quantitatem tritici, poterit exinde cōfici panis, qui est materia huius sacramenti. Si verò sit magna permixtio (puta ex æquo vel quasi) talis permixtio speciem mutat. vnde panis exinde confectus, non erit debita materia huius sacramenti.

¶Ad quartum dicendum, quòd aliquando est tanta corruptio panis, quòd soluitur species panis: sicut cùm continuitas soluitur, & sapor, & color, & alia accidentia mutantur: vnde ex tali materia non potest confici corpus Christi. Aliquando verò non est tanta corruptio, quæ speciem soluat, sed est aliqua dispositio ad corruptionem: quod declarat aliqualis immutatio saporis. Et ex tali pane potest confici corpus Christi, sed peccat conficiens propter irreuerentiam sacramenti.

Et quia amidum est ex tritico corrupto, non videtur quòd panis ex eo confectus, possit fieri corpus Christi: quamuis quidam contrarium dicant.

ARTICVLVS IIII.

¶ Virum hoc sacramentum debeat confici ex pane azymo.

AD QVARTVM sic procedi tur. Videtur quòd hoc sacramentum non debeat confici ex pane azymo. Debemus enim in hoc sacramento imitari institutionem Christi. Sed Christus videtur hoc sacramentum instituisse in pane fermentato: quia sicut legitur Exod. 12. Iudæi secundum legem incipiebant vti azymis in die Paschæ (quod celebratur decimaquarta luna) Christus autem instituit hoc sacramentum in cœna, quam celebrauit ante diem festum Paschæ: vt habetur Ioan. 13. Ergo & nos debemus hoc sacramentum celebrare in pane fermentato.

¶Præterea, Legalia non sunt obseruanda tempore gratiæ. Sed vti azymis, fuit prædam legalis cæremonia: vt patet Exod. 12. Ergo in hoc sacramento gratiæ non debemus azymis vti.

¶Præterea, Sicut suprà dictum est, Eucharistia est sacramentum charitatis, sicut baptismus fides: vt suprà dictum est. Sed seruor charitatis significatur per fermentum: vt patet in glos. super illud Matt. 13. Simile est regnum cælorum fermento, &c. Ergo hoc sacramentum debet confici de pane fermentato.

¶Præterea, Azymum & fermentatum sunt accidentia panis, non variantia eius speciem. Sed in materia baptismi nulla discretio adhibetur circa differentiam accidentium aquæ, puta si sit salsa vel dulcis, calida vel frigida. Ergo in hoc sacramento aliqua discretio adhiberi non debet, vtrūm panis sit azymus vel fermentatus.

¶SED CONTRA est, quòd extra de celebratione missarum, c. literas. punitur sacerdos qui in pane fermentato & scypho ligneo missarum solennia celebrare præsumpsit.

CONCLVSIO.

¶Quamuis confici possit Eucharistiæ sacramentum ex quocunque fermentato pane, secundum cuiuspue ecclesiæ suæ vsum: conuenientius tamen est, vt ex pane conficiatur azymo.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa materiam huius sacramenti duo possunt considerari, scilicet quid sit necessariū, & quid conueniens. Necessarium quidē est, vt sit panis triticeus (sicut dictum est) sine quo non perficitur sacramentum. Non est autem de necessitate sacramenti, quòd sit azymus vel fermentatus, quia in vnoquoq; confici potest. Conueniens autem est, vt vnusquisque seruet ritum suæ Ecclesiæ in sacramenti celebratione. Super hoc autem sunt diuersæ Ecclesiarum consuetudines. Dicit enim beatus Greg. in registro, Romana ecclesia offert azymos panes, propterea quòd Dominus sine vlla commixtione suscepit carnem: sed cæteræ Ecclesiæ offerunt fermentatum, pro eo quòd verbum Patris inductum est carne, sicut fermentum miscetur farinæ. Vnde sicut peccat presbyter in Ecclesia Latinorū, celebrans de pane fermēto: ita peccaret presbyter Græcus in Ecclesia Græcorum, de pane azymo, quasi peruertens Ecclesiæ suæ ritum. Et tamen consuetudo de pane azymo celebrandi, rationabilior est. Primò quidem, propter institutionem Christi: qui hoc sacramentum instituit prima die azymorum (vt habetur Matth. 26. & Mar. 14. & Luc. 22.) qua die nihil fermentatum in domibus Iudæorum esse debebat: vt habetur Exod. 12. Secundò, quia panis est propriè sacramentum corporis Christi (quod sine corruptione conceptum est) magis quam diuinitatis ipsius: vt infra patebit. Tertiò, quia hoc magis competit synceritati fidelium, quæ requiritur ad vsum huius sacramenti: secundum illud primæ Corinth. 5. Pascha nostrum immolatus est Christus: itaque epulemur in azymis synceritatis & veritatis. Habet tamen hæc consuetudo Græcorum aliquam rationem, & propter significationem quam tangit Greg. in detestationem hæresis Nazaræorum, qui legalia Euangelio miscebant.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut legitur Exod. 12. solennitas Paschalis incipiebat * in vespertis decimęquartæ lunæ: & tunc Christus post immolationem agni Paschalis hoc sacramentum instituit. Vnde hæc dies à Ioan. dicitur præcedere diem Paschæ, & à tribus aliis Euangelistis dicitur prima dies azymorum, quando fermentatum in domibus Iudæorum non inueniebatur: vt dictum est. Et de hoc suprà notatum est plenius in tractatu Dominicæ passionis. *Aliàs 4.

¶Ad secundum dicendum, quòd conficientes ex azymo, non intendunt cæremonias legis seruare, sed conformare se institutioni Christi. Et ideo non iudaizant, alioquin & celebrantes in pane fermentato, iudaizarent: quia Iudæi panes primitiarum, fermentatos offerebant.

Annot. Nart. 4. circa illud, quod de presbytero Græco dicitur, scilicet quòd debet seruare ritum Græcum in Ecclesia Græca, dubium occurrit ex Petro de Pal. in 4 dist. 11. oppositum cōcludente ex hoc quòd Græci sunt schismatici, nullūq; etiam ipsorum debet eis adhærere. ac per hoc potest sicut in nono, sic & in parte ab eis discordare, non ergo peccaret non seruans ritum eorum.

¶Ad hoc dicitur, quòd Autor loquitur de Græcis Ecclesiis & presbyteris absolutè, & non de istidem schismaticis. & propterea optimè dicit quòd peccaret, peruertens Ecclesiæ seruitium. Et hinc sequitur, quòd etiā tempore schismatis peccarent quia schisma non soluit ritus rectos Ecclesiarum, qualis est iste, qui non ex schismate, sed ex ratione ecclesiastica in eis est: vt Greg. in litera allata testatur. Quocirca si presbyter Græcus & in Græco Ecclesia celebrat, peccaret non seruando ritū Græcæ Ecclesiæ, nō à schismaticis præceptum, sed velut ab Ecclesia statuto, quod ibi seruatur. Vnde in cōcil. Florent. sub Eugenio 1111. legimus sic, hic in azymo siue fermentato pane triticeo cor, * Christi ueraciter confici, iacerdotes in altero ipsum Domini corpus confecturi debere, vnusquisque scilicet iuxta suæ Ecclesiæ siue Occidentalis, siue Orientalis consuetudinem.

¶Et quum obiicitur, q̄ nemo debet eis adhærere, verum est quantū ad ea quæ sunt schisma tis & similiter potest discordare ab eis in toto & in parte in his quæ sunt schismatis.

triticum est materia transiens respectu pastæ & panis.

¶ Super Quæstionis septuagesimæquartæ Articulum quartum.

INart. 4. circa illud, quod de presbytero Græco dicitur, scilicet quòd debet seruare ritum Græcum in Ecclesia Græca, dubium occurrit ex Petro de Pal. in 4 dist. 11. oppositum cōcludente ex hoc quòd Græci sunt schismatici, nullūq; etiam ipsorum debet eis adhærere. ac per hoc potest sicut in nono, sic & in parte ab eis discordare, non ergo peccaret non seruans ritum eorum.

¶Ad hoc dicitur, quòd Autor loquitur de Græcis Ecclesiis & presbyteris absolutè, & non de istidem schismaticis. & propterea optimè dicit quòd peccaret, peruertens Ecclesiæ seruitium. Et hinc sequitur, quòd etiā tempore schismatis peccarent quia schisma non soluit ritus rectos Ecclesiarum, qualis est iste, qui non ex schismate, sed ex ratione ecclesiastica in eis est: vt Greg. in litera allata testatur. Quocirca si presbyter Græcus & in Græco Ecclesia celebrat, peccaret non seruando ritū Græcæ Ecclesiæ, nō à schismaticis præceptum, sed velut ab Ecclesia statuto, quod ibi seruatur. Vnde in cōcil. Florent. sub Eugenio 1111. legimus sic, hic in azymo siue fermentato pane triticeo cor, * Christi ueraciter confici, iacerdotes in altero ipsum Domini corpus confecturi debere, vnusquisque scilicet iuxta suæ Ecclesiæ siue Occidentalis, siue Orientalis consuetudinem.

¶Et quum obiicitur, q̄ nemo debet eis adhærere, verum est quantū ad ea quæ sunt schisma tis & similiter potest discordare ab eis in toto & in parte in his quæ sunt schismatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis septuagesimæquartæ Articulum quintum.

IN art.5. memento fu pradictorum & applica ad propositũ, & vide vtrum non sit conseerabilem: quia nõ continet vinum sub forma potabili, sed manducabili.

¶ Super Quæstionis septuagesimæquartæ Articulum sextum.

IN arti.6. aduerte ne credas dicentibus Græcos offerre calicem Domini cum vino tantùm: hoc enim Armeni, non Græci, loim faciebant: vt patet in conci. Floren. sub Eug. iiii. Vbi decretum est, vt etiam ipsi Armeni secũ vniuerso orbe Christiano conforment, omnésq; Latinorũ Græcorúmq; Ecclesias imitando, in calicis oblatione paululum aquæ vino admisceant.

4. dist. 11. q. 2. ar. 3. q. 1. Et 1. Co. 11. lec. 7. princ.

¶ Super Quæstionis septuagesimæquartæ Articulum septimũ.

IN art.7. circa aquã, ex qua fit panis pro sacramento, vide rationem literæ in calce articuli, ad probandum q̃ oportet esse aquã veram & naturalem, & suscipe illam vt rationabilem. An autem sit necessaria, cogitatione opus est. & ratio est ea de cum superius dicta de diuersis speciebus granorum componẽtium panem: quia enim ad sacramentũ sufficit, quòd sit verus panis, si panis verus potest fieri ex aqua artificiali (puta rosacea) consequens est q̃ nõ est de necessitate sacramenti aqua naturalis. An autem panis cõfectus ex farina & aqua rosacea, esset verus panis, experientia comprobandum esset, videlicet, in quo differret ab aliis panibus. nam si solo odore rosarũ differre appareret, crederem ipsum eiusdem esse speciei cũ aliis, quũ aqua non sit pars essentialis panis, sed materia transiens eiusdem. Nõ enim permanet aqua secũdũ seipsam in pane, sed panis est tertia res resultans ex cõmixtione farinæ & aquæ per pastæ decoctionẽ. Non est autem remotũ diuersarũ specierũ res posse esse materiam transeũntem respectu alicuius vnius etiam homogenei: vt patet de his ex quibus generatur sanguis.

¶ Et hæc etiam sufficiãt pro octauo articulo.

¶Ad tertium dicendum, quòd fermentum significat characterem propter aliquem effectum: quia scilicet panem facit sapidiorem & maiorem. Sed corruptionem significat ex ipsa ratione suæ speciei.

¶Ad quartum dicendum, quòd quia fermentum habet aliquid corruptionis, & ex pane corrupto non potest confici hoc sacramentum (vt dictum est) ideo magis attenditur circa panem differentia azymi & fermenti, quàm circa aquam baptismi, differentia calidi & frigidi. Posset enim tanta esse corruptio fermenti, quòd ex eo non posset confici sacramentum.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm vinum vitis sit propria materia huius sacramenti.

AD QVINTVN sic proceditur. Videtur quòd non sit propria materia huius sacramenti vinum vitis. Sicut enim aqua est materia baptismi, ita vinum est materia huius sacramẽti. Sed in qualibet aqua potest fieri baptismus. Ergo in quolibet vino (puta malorum granatorum, vel mororum, aut huiusmodi) potest confici hoc sacramentum, præsertim cùm in quibusdam terris vites non crescant.

¶Præterea, Acetum est quædam species vini, quod de vite sumitur: vt Isido. dicit. Sed de aceto non potest confici hoc sacramentum. Ergo videtur quòd vinum non sit propria materia huius sacramenti.

¶Præterea, Sicut de vite sumitur vinum depuratum, ita etiam agresta & mustum. Sed de his non videtur posse confici hoc sacramentum: secundum illud quod in sexta synodo legitur, Didicimus, quòd in quibusdam Ecclesiis sacerdotes sacrificio oblationis coniungunt vuas: & sic simul vtrunque populo dispensant. præcepimus igitur, vt nullus sacerdos hoc vlterius faciat. Et Iulius Papa reprehendit quosdam, qui expressum vinum in sacramento Dominici calicis offerunt. Ergo videtur quòd vinum vitis non sit propria materia huius sacramenti.

¶SED CONTRA est, quòd sicut Dominus se comparauit grano frumenti, ita etiam se comparauit viti; dicens Ioan. 15. Ego sum vitis vera. Sed solus panis de frumento, est materia huius sacramenti: vt dictum est. Ergo solum vinum de vite, est propria materia huius sacramenti.

CONCLVSIO.

¶ Solùm vinum vitis propria est materia huius sacramenti, quam Christus instituit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd de solo vino vitis potest confici hoc sacramentum. Primò quidem propter institutionem Christi, qui in vino vitis hoc sacramentum instituit: vt patet ex eo quod ipse dicit Matth. 26. circa institutionem huius sacramenti, Non bibam ammodo de hoc genimine vitis. Secundò, quia sicut dictum est, ad materiam sacramentorum assumitur id quod propriè & communiter habet talem speciem. Propriè autem vinum dicitur quod de vite sumitur: alij verò liquores, vinum dicuntur secundum quandam similitudinem ad vinum vitis.

¶Tertiò, quia vinum vitis magis competit ad effectum huius sacramenti, qui est spiritualis lætitia: quia scriptum est, quòd vinum lætificat cor hominis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illi liquores non dicuntur propriè vinum, sed secundum similitudinem. Potest autem verum vinum ad terras illas deferri, in quibus vites non crescunt, quantum sufficit ad hoc sacramentum.

¶Ad secundum dicendum, quòd vinum fit acetum per corruptionem: vnde non fit reditus de aceto in vinum: vt dicitur 8. Meta. Et ideo sicut de pane totaliter corrupto non potest confici hoc sacramentum, ita nec de aceto. Potest tamen confici de vino acescenti, sicut & de pane, qui est in via ad corruptionem: licet peccet conficiens, vt prius dictum est.

¶Ad tertium dicendum, quòd agresta est in via generationis: & ideo nondum habet speciem vini. & propter hoc de ea non potest confici hoc sacramentum. Mustum autem iam habet speciem vini: nam eius dulcedo attestatur digestioni, quæ est completio à naturali calore: vt dicitur in 4. Meteo. & ideo de musto potest confici hoc sacramentum. Non tamen debent vuæ integræ huic sacramento misceri: quia iam esset ibi aliquid præter vinum.

Prohibetur etiam ne mustum statim expressum de vua, in calice offeratur: quia hoc est indecens propter impuritatem musti. Potest tamen in necessitate fieri. dicitur enim ab eodem Iulio Papa, Si necesse fuerit, botrus in calicem prematur.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm aqua sit vino permiscenda

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd aqua non sit vino permiscenda. Sacrificium enim Christi figuratum fuit per oblationem Melchisedec, qui Genes. 14. non legitur obtulisse nisi panem & vinum. Ergo videtur quòd in hoc sacramento non debeat adiungi aqua.

1. dist. 11. q. 2. arti. 2. 1. Co. vers. in hoc.

¶Præterea, Diuersorum sacramentorum diuersæ sunt materiæ. Sed aqua est materia baptismi. Ergo non debet assumi ad materiam huius sacramenti.

Vide in fi. lec. 5.

¶Præterea, Panis & vinum sunt materia huius sacramenti. Sed pani nihil adiungitur. Ergo nec vino debet aliquid adiungi.

¶SED CONTRA est, quòd Alex. Papa scribit. In sacramentorum oblationibus, quæ inter missarum solennia Domino offeruntur, panis tantùm & vinum aqua permixtum, in sacrificium offerantur.

CONCLVSIO.

¶ Congruit vt Eucharistiæ sacramentum conficeretur in vino aqua permisto, secundum quod Christus illud instituisse creditur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd vino, quod offertur in hoc sacramento, debet aqua misceri. Primò quidem propter institutionem: probabiliter enim creditur, quòd Dominus hoc sacramentum instituerit in vino aqua permixto, secundum morem illius terræ. Vnde & Prouerb. 9. dicitur, Bibite vinum quod miscui vobis. Secundò, quia hoc conuenit repræsentationi Dominicæ passionis. Vnde dicit Alex. Papa, Non debet in calice Domini aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed vtrunque permixtum: quia vtrunque ex latere eius in passione sua profluxisse legitur. Tertiò, quia hoc conuenit ad significandum effectum hugius sacramenti, qui est vnio populi Christiani ad Christum: quia vt Iulius Papa dicit, videmus in aqua populum intelligi, in vino verò ostendi sanguinem Christi: ergo cùm in calice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur. Quartò, quia hoc competit ad vltimum effectum huius sacramenti, qui est introitus ad vitam æternam. vnde Ambr. dicit in lib. de sacramentis, redundat aqua in calicem, & salit in vitam æternam.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Ambros. dicit ibidem, sicut sacrificium Christi significatum est per oblationem Melchisedec, ita etiam significatum est per aquam, quæ in eremo fluxit de petra: secundum illud primæ Corinth. 10. Bibebant autem de spirituali consequente eos petra.

¶Ad secundum dicendum, quòd aqua assumitur in baptismo ad vsum ablutionis. In hoc autem sacramento assumitur ad vsum refectionis: secundum illud Psalm. Super aquam refectionis educauit me.

Infi. q. 66. ar. 6. ad 1. Et ar. 11. ad 1. Et 3. dist. 3. q. 1. ar. 3. q. 1. ad 1.

¶Ad tertium dicendum, quòd panis ex aqua & farina conficitur. Et ideo cùm vino aqua miscetur, neutrum sine aqua existit.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrùm permixtio aquæ sit de necessitate huius sacramenti.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd permixtio aquæ sit de necessitate huius sacramenti. Dicit enim Cyprian. ad Cæcilium, Sic calix Domini non est aqua sola & vinum solum, nisi vtrunque misceatur

sceatur, quomodo nec corpus Domini potest esse farina sola, nisi vtrunque, scilicet farina & aqua, fuerit adunatum. Sed admixtio aquæ ad farinam, est de necessitate huius sacramenti. Ergo pari ratione admixtio aquæ ad vinum.

¶Præterea, In passione Domini, cuius hoc sacramentum est memoriale, sicut de latere eius exiuit sanguis, ita & aqua. Sed vinum quod est sacramentum sanguinis, est de necessitate huius sacramenti: ergo pari ratione & aqua.

¶Præterea, Si aqua non esset de necessitate huius sacramenti, non referret quæcunque aqua huic sacramento apponeretur. & posset apponi aqua rosacea, vel quæcunque alia huiusmodi aqua. Quod non habet vsus Ecclesiæ. Aqua ergo est de necessitate huius sacramenti.

¶SED CONTRA est, quòd Cypria. dicit, Si aliquis de antecessoribus nostris, vel ignoranter, vel simpliciter non obseruauit, vt scilicet aquam vino misceret in sacramento, potest simplicitati eius venia concedi. Quod non esset, si aqua esset de necessitate sacramenti, sicut est vinum vel panis. Non ergo aquæ admixtio est de necessitate sacramenti.

CONCLVSIO.

¶ Non est aqua vino permiscenda de necessitate sacramenti.

¶RESPONDEO dicendum, quòd iudicium de signo, sumendum est ex eo, quod significatur. Appositio autem aquæ ad vinum refertur ad significandam participationem huius sacramenti à fidelibus, quantum ad hoc, quòd per aquam mixtam vino, significatur populus adunatus Christo, vt dictum est. Sed & hoc ipsum quòd de latere Christi pendentis in cruce aqua profluxit, ad idem refertur: quia per aquam significatur ablutio peccatorum, quæ fiebat per passionem Christi. Dictum est autem suprà, quòd hoc sacramentum perficitur in consecratione materiæ, vius autem fidelium non est de necessitate sacramenti, sed est aliquid consequens ad sacramentum. Et ideo consequens est, quòd appositio aquæ, non sit de necessitate sacramenti.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum illud Cypriani est intelligendum, secundum quòd dicitur illud esse non posse, quod conuenienter esse non potest. Et sic similitudo illa attenditur quantum ad id quod debet fieri: non autem quantum ad necessitatem: nam aqua est de essentia panis, non autem de essentia vini.

¶Ad secundum dicendum, quòd effusio sanguinis directè pertinebat ad ipsam Christi passionem: est enim naturale corpori humano vulnerato, quòd ex eo profluat sanguis. Sed effusio aquæ non fuit de necessitate passionis: sed ad demonstrandum effectum passionis, qui est ablutio à peccatis, & refrigerium contra ardorem concupiscentiæ. Et ideo aqua non seorsum offertur à vino in sacramento, sicut vinum offertur seorsum à pane. Sed aqua offertur vino permixta: vt ostendatur quòd vinum per se pertinet ad hoc sacramentum, tanquam de eius necessitate existens, aqua autem secundum quòd adiungitur vino.

¶Ad tertium dicendum quòd quia admixtio aquæ ad vinum non est de necessitate sacramenti, non refert quantum ad sacramenti necessitatem, quæcunque aqua misceatur vino, siue naturalis, siue artificialis, vt rosacea. Quanuis quantum ad conuenientiam sacramenti, peccet qui aliam aquam miscet, nisi naturalem & veram: quia de latere Christi pendentis in cruce aqua vera profluxit, non humor phlegmaticus, vt quidam dixerunt, ad ostendendum quòd corpus Christi erat verè compositum ex quatuor elementis, sicut per sanguinem fluentem ostendebatur quòd erat compositum ex quatuor humoribus, vt Innocentius secundus dicit in quadam decretal. Quia verò admixtio aquæ ad farinam, est de necessitate huius sacramenti, vtpote constituens substantiam panis, si farinæ admisceretur aqua rosacea, vel quicunque alius liquor, quàm vera aqua, non posset ex eo confici sacramentum: quia non esset verus panis.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrùm aquæ debeat in magna quantitate apponi.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd oporteat aquam in magna quantitate apponi. Sicut enim sanguis de latere Christi sensibiliter fluxit, ita & aqua. vnde dicitur Ioan. 19. Qui vidit, testimonium perhibuit. Sed aqua non posset sensibiliter esse in hoc sacramento, nisi in magna quantitate poneretur. Ergo videtur quòd aqua debeat apponi in magna quantitate.

¶Præterea, Parua aqua multo vino admixta, corrumpitur. Quod autem corruptum est, iam non est. Ergo idem est apponere parum de aqua in hoc sacramento, & nihil apponere. Sed non licet nihil apponere. Ergo non licet parum apponere.

¶Præterea, Si sufficeret parum apponere, per consequens essent sufficiens, quòd gutta aquæ in totum dolium proiiceretur. Sed hoc videtur ridiculum. Ergo non sufficit, quòd parua quantitas apponatur.

¶SED CONTRA est, quòd extra de celebratione missarum dicitur, Pernicioſus in tuis partibus inoleuit abusus, videlicet quòd in maiori quantitate de aqua in sacrificio ponitur, quam de vino: cùm secundum rationabilem consuetudinem Ecclesiæ generalis, plus in ipso sit de vino quàm de aqua ponendum.

CONCLVSIO.

¶ In tanta quantitate aqua vino permiscenda est in confiendo Eucharistiæ sacramento, vt non soluatur vini species.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa aquam adiunctam vino, sicut Innocentius tertius dicit in quadam Decretali, triplex est opinio. Quidam enim dicunt, quòd aqua adiuncta vino per se manet vino conuerso in sanguinem. Sed hæc opinio stare non potest: quia in sacramento altaris post consecrationem nihil est nisi corpus & sanguis Christi (sicut enim Ambro. dicit in lib. de Officiis, Ante benedictionem illa species nominatur: post benedictionem * corpus significatur) alioquin non totum adoraretur veneratione latriæ. Et ideo alij dixerunt, quòd sicut vinum conuertitur in sanguinem, ita aqua conuertitur in aquam, quæ de latere Christi fluxit. Sed nec hoc rationabiliter dici potest, quia secundum hoc aqua seorsum consecraretur à vino, sicut vinum à pane. Et ideo licut ipse dicit, aliorum opinio probabilior est: qui dicunt aquam conuerti in vinum, & vinum in sanguinem. Hoc autem fieri non posset, nisi adeò modicum apponeretur de aqua, quod conuerteretur in vinum. Et ideo semper tutius est parum de aqua apponere, & præcipuè si vinum sit debile: quia si tanta fieret appositio aquæ, vt solueretur species vini, non posset perfici sacramentum. Vnde Iulus Papa reprehendit quosdam, qui pannum lineum musto intinctum, per totum annum seruant, & in tempore sacrificij, aqua partem eius lauant, & sic offerunt.

Extr. de cele. miſ. cap. cum Martha.

Aliàs corpus Christi.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sufficit ad sacramenti huius significationem, quòd sentiatur aqua, cùm apponitur vino: non autem oportet quòd sit sensibilis post mixtionem.

¶Ad secundum dicendum, quòd si aqua omnino non apponeretur, totaliter excluderetur significatio. Sed cùm aqua in vinum conuertitur, significatur quòd populus Christo incorporatur.

¶Ad tertium dicendum, quòd si aqua apponeretur dolio, non sufficeret ad significationem huius sacramẽti. Sed oportet aquam vino apponi circa ipsam celebrationem sacramenti.

QVAESTIO SEPTVAGESIMAQVINTA,
De conuersione panis & vini in corpus & sanguinem Christi, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de conuersione panis & vini in corpus & sanguinem Christi.

¶Et circa hoc quæruntur octo.

¶Primò, vtrùm in hoc sacramento sit corpus Christi secundum veritatem, an solùm secundum figuram, vel sicut in signo.

¶Secundò, vtrùm in hoc sacramento remaneat substantia panis & vini post consecrationem.

¶Tertiò, vtrùm substantia panis vel vini post consecrationem huius sacramenti annihiletur, aut in pristinam materiam resoluatur.

¶Quartò, vtrùm panis possit conuerti in corpus Christi.

¶Quintò, vtrùm in hoc sacramento remaneant accidentia panis & vini.

¶Sextò, vtrùm facta consecratione, remaneat in hoc sacramento forma substantialis panis.

¶Septimò, vtrùm ista conuersio fiat in instanti.

¶Octauò, vtrùm hæc sit falsa, Ex pane fit corpus Christi.

ARTI

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis septimæ quintæ Articulum primum.*

TItulus vt sonat.

¶ In corpore concluſio clara eſt: & de ipſa tria dicuntur, primò, quòd ſola fide tenetur. ſecundò, quòd eſt conueniens: & aſſertor triplex conueniẽtia. tertiò recitatur error quorundã dicentium oppoſitum, & ex verbis Chriſti, & confeſſione Berengarij de conſecr. diſt. 2. ego Berengarius, confutatur.

¶ Circa præſentis & ſequentium articulorum doctrinã ac materiam aliquã claritate & ampliori intellectu difficultatũ, ſciendum eſt ex autoritate ſacræ Scripturæ de exiſtẽtia corporis Chriſti in ſacramento Euchariſtiæ nihil aliud habere expreſsè niſi verbũ Saluatoris, dicẽtis, Hoc eſt corpus meum: oportet enim verba hæc vera eſſe. Et quoniam verba ſacræ Scripturæ exponũtur dupliciter (vel propriè vel metaphoricè) primus error circa hoc fuit interpretatium hæc Domini verba metaphoricè, quem Magiſter ſen. in diſt. 10. lib. 4. tractat: qui & in hoc articulo reprobatur. Et conſiſtit vis reprobationis in hoc, q verba Domini intellecta ſunt ab Eccleſia pro propriè: & propterea oportet illa verificari propriè. Dico autem, ab Eccleſia: quoniam non apparet ex Euangelio coactim aliquod ad intelligendũ hæc verba propriè. Ex ſubiũctis ſiquidem verbis à Domino, ſcilicet, quod pro vobis tradetur in remiſſionẽ peccatorũ, non poteſt concludi euidẽter: præmiſſa verba eſſe intelligenda propriè: quoniã ly quod, non refert coniunctionem prædicati cum ſubiecto, ſed refert prædicati, ſcilicet, corpus meũ. Cum cuius relationis veritate ſtat, præiacentem eſſe verã ſolùm in ſenſu metaphorico: vt patet in exemplo, Petra autem erat Chriſtus: ſi enim adiunxiſſet Apoſtolus, qui crucifixus eſt, reſurrexit & aſcendit ad cælos, dicẽdo, Petra autem erat Chriſtus, qui crucifixus eſt, & reſurrexit à mortuis, & aſcendit in cælum: nihil ominus præiacens illa propoſitio, Petra autem erat Chriſtus, non propriè, ſed metaphoricè intelligenda eſſet. Et ſimiliter in propoſito, verba Domini, hoc eſt corpus meum quod pro vobis tradetur, ex illa additione, quod pro vobis tradetur, non arctatur prima propoſitio ad ſenſum propriũ, ſed eſſet etiã vera, ſi in ſolo metaphorico ſenſu eſſet prolata. Et propterea dixi ex verbis Domini propriè intellectis ab Eccleſia, excluſi errorem dicentium corpus Chriſti metaphoricè ſeu ſignificatiuè tantùm eſſe in Euchariſtia. Habemus igitur ex veritate verborũ Domini in ſenſu proprio corpus Chriſti veraciter eſſe in Euchariſtia: & hoc eſt primũ quod ex Euangelio habemus circa hoc ſacramentũ. Alterum autẽ, quod Euangelium non explicauit, expreſsè ab Eccleſia accepimus, ſci licet conuerſionẽ panis in corpus Chriſti. Hanc enim nõ ſolùm à prioribus doctoribus Eccleſiæ habuimus, quos habes de cõſec. diſt. 2. copioſè: & à Magiſtro ſent. in tractatu de Euchariſtia diffuſè: tum à concilio Lateranenſi ſub Innoc. III. vt patet extra de ſumma Trin. & fid. cath. fitmiter credimus. vbi vtrunq; ſimul dicit ſub his verbis, Chriſti corpus & ſanguis in ſacramento Altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter continentur. & hoc quo ad primũ. Et ſequitur. Tranſubſtãtiatis pane in corpus & vino in ſanguinẽ poteſtate diuina. & hæc quo ad ſecundũ. Et quoniã variæ fuerunt opiniones, multiformiq; fiunt argumenta circa hæc implicatia mentes etiã eruditorũ, prænotandũ eſt & ante oculos ſemper habendũ, intercuenire hîc non vnã, ſed duas nouitates valde mirabiles. Alterã eſt de eſſe corporis Chriſti ſub hoſtia cõſecrata. de nouo enim corpus Chriſti verũ veraciter ſub illa hoſtia continetur. Altera eſt de conuerſione ſubſtãtiæ panis in ſubſtantiã corporis Chriſti. & hoc etiã de nouo fieri credimus. Et quoniã omnis nouitas mutationẽ nonnulla ſonat exteſo mutationis nomine laxiſſimè: ideo pro maiori claritate laxiſſimæ mutationis vocabulo vtendo, imaginemur ſecundũ has duas nouitates intercuenire duas mutationes, nõ curãdo an vna ſit ratio alterius, aut inferat alterã. Et in illa quidẽ nouitate, qua corpus Chriſti de nouo eſt ſub ſpeciebus panis, oportet intelligere mutationẽ vel ex parte corporis Chriſti, vel ex parte accidẽtiũ panis. Et ſi quidẽ ex corporis Chriſti parte mutationẽ imaginamur, erit mutatio velut ſubiecti corpus Chriſti, terminus à quo nõ contineri ſub his accidẽtibus terminis ad quẽ contineri ſub his accidẽtibus: ſit enim Chriſti corpus ex nõ contento ſub his accidentibus contentum ſub illis. Si verò mutatio hæc imaginanda ponitur ex parte hoſtiæ, tunc mutationis ſubiectum eſt ipſa panis ſpecies: & terminus à quo, non continere terminus autem ad quem, eſt continere Chriſti corpus: ſic enim panis ſpecies remanẽs, ex non continente Chriſti corpus continens Chriſti corpus.

¶ Quia ergo attendẽdo formaliter ad illã nouitatẽ, qua corpus Chriſti cõtinetur veraciter ſub ſpeciebus panis, & corpus Chriſti quod nõ cõtinebatur ſub his ſpeciebus, continetur & ſpecies panis, quæ nõ continebat Chriſti corpus, continet Chriſti corpus: rationabiliter manifeſtatur nouitas iſta formali & perſpicaci intellectu, humano modo ex ratione mutationis: vt ſcilicet, exceſſa liquidẽ Dei habitudine, vt poſſumus, reſonare nõ dedecet, ſecundũ Greg. Quapropter conformiter ad ſacros expoſitores loquendo, vocetur iſta nouitas, nouitas continentis: quoniã verè ſecundũ hanc corpus Chriſti continetur, & hoſtia continet corpus Chriſti: quãuis nõ continentia locali. Altera autẽ nouitas vocabitur nouitas cõtenti: quoniã ſecundũ illam panis verè cõtenti ſunt ordo prioris & poſterioris, ſed ordo cauſalitatis inter quos nouitate manifeſta mutatio interuenit, qua ex pane fit corpus Chriſti: ſed mutatio iſta abſque ſubiecto ſignificat hos duos términos à quo, pané, & ad terminum quẽ, corpus Chriſti. Et ſcito, q̃ tãta eſt vtilitas diſcernẽdi inter has nouitates & inter has mutationes. vt inde pateat & intelligere tã veritas obiectionũ, & ſcire ſolui eas: primò, ex hoc q̃ nulla alia ratione eccleſiaſtici doctores laborauerũt cõcurrit

Universidad de Deusto
Biblioteca

nabiliter hoc dici, et eo quòd huic dicto omnia consonant dicta sanctorũ & sacrorum conciliorum. Et hinc facilè soluuntur obiectiones manifestũ q; fit doctrina communis vt patere potest applicando. Hæc de tertio.

¶ Quo ad quartũ circa aliorũ opiniones duo sunt aduertẽda. Primũ est, q; omnes videtur fugisse veram transubstãtiationẽ panis in corpus Christi: quia nõ videtur intelligibilis absq; aliqua nouitate in substãtia Christi. Secundum est, q; dupliciter excessus apparet in eis. Aliter recurrendo ad possibile secundũ potentiã sacramentorũ eorũmque ordinẽ: & ex hoc excessu orta est illa repulsa opinio Ioan. Parisiensis de assumptione panetatis ad vnitatem hypostasis Christi: quã à pluribus doctoribus recitatã videre potes, si vis. Aliter excessus est, nimis mẽtiendo res fidei secundum lumẽ humani ingenij sibi præstiti: ex hoc enim transubstantiationem euitarũtquidem multa melius ac pertipacius sensissent, si Magistrum sent. sequuti cũ admiratione illã verissimè tenuissent.

¶ Nunc ad præsentẽ articulum redeamus, quo conclusum est, corpus Christi vere & aliter esse in hoc sacramẽto, dicente ipso, Hoc est corpus meũ: & vt iam diximus, in hoc omnes fideles cõueniẽt: sed modus quo est, in disputatione vertitur. Scotus putauit corpus Christi absq; deperditione proprij loci acquirere quãdam præsentiã ad species panis: quæ præsentia est quidam respectus, quasi de genere, vbi. Duran. putauit corpus Christi absque recessu à proprio loco esse præsens accidentibus dictis: sicut Angelus est præsens corpori prius natura, quàm moueat ipsum, dante Deo Christi corpori secundum substantiam immediatam ordinem ad accidentia panis conuerti in ipsum, non minus quàm si absque quantitate pura substantia esset.

¶ Sed neutrum horum opinionũ sufficiens apparet, ad verificandũ id quod communiter fatemur, scilicet sumendo hostiã consecratã, sumere nos verum Christi corpus: sed solum esset verũ, nos sumere accidentia præsentia corpori Christi. Patet enim hæc sequela primò ratione: quia sumens vnum præsens alteri, non oportet sumere alterum. Deinde proptio exemplo secundæ opinionis, quia sumens panem, cui est præsens angelus, nõ propterea sumit angelum. & similiter quo ad primam opinionem: quia sumens panem locatum, etiam si inde nõ moueretur, nõ propterea sumeret locum eius: & tamen inter panem & eius locum est mutua præsentia: Non videtur ergo sufficienter saluari veritas huius ex hoc solum quòd ponitur simplex Christi corporis præsentia ad accidentia panis, quanuis verum sit, corpus Christi esse illis præsens.

¶ Vnde cõuenientius cum Aug. & Greg. tecitatis à Magistro senten. dicimus ex corpore Christi & accidentibus panis cõstare vnũ sacramentũ: nõ præcise, sicut ex signo & signato, sed quodam ineffabili modo: qui à sacro concil. Latera. vocatus est ex continente & cõtento. quo etiam nomine appellauit eum Magister sen. quem modum Autor in hac litera in responsione ad argumenta appellauit spiritualem, & modum proprium huius sacramenti.

¶ Monstratur autẽ huiusmodi cõuenientia ex ipsis Domini verbis: nã & forma sacramẽti, hoc est corpus meũ, id est contentum sub hac specie, est corpus meũ, vt communiter exponitur monstrat corpus Christi contineri sub accidentibus istis: præsertim quòd ly hoc non demõstrat substãtiam simpliciter & absolutè sed vt connotat ipsius cõtinentiam sub istis accidentibus. Quod cõsinctur, ex eo quòd oportet durantibus accidentibus semper verificari contentum sub his accidentibus esse corpus Christi.

¶ Ex aliis autem verbis Domini, Ioan. 6. verba quæ loquutus sum vobis, spiritus & vita sunt, apparet spiritualis coniunctio veræ carnis Christi cum accidentibus panis. Intellexerant fiquidem discipuli Christi carnem carnaliter comedẽdam: ac per hoc morte intercedente: nõ vescimur fiquidẽ carnibus nisi mortuis. Saluator autem noster vtrunq; errorem abstulit, dicendo, q; spiritus & vita sunt vita contra mortem spiritus cõtra carnẽ, id est carnalem modũ, ac si aperte dixisset, dicta mea sic intelligite, q; viua mea caro spiritualiter vobis offeretur in eius bum. Meritò demum modus ille proprius dicitur huic sacramento, non solũm propter differentiam à cæteris sacramentis, sed etiam quia in toto vniuerso nõ apparet vnus aliquis modus huic similis: propter quod cum admiratione & veneratione fateamur defectum cognitionis nostræ circa hoc.

¶ *Super Quæstionis septuagesimæ quintæ Articulum secundum.*

¶ *Num quod de nouo alicubi esse incipit, ibi incipiat esse vel per loci mutationem vel alterius in ipsam mutationem.*

Quæstio

IN corpore recitat opinionẽ affirmatiuã: & reprobat eam quatuor rationibus.

¶ Circa primam rationem multa obiiciuntur contra illam maiorem, Nõ potest aliquid esse, vbi prius non erat, nisi vel per loci mutationem vel per alterius conuersionem in ipsum. Arguitur enim cõtra ipsam tripliciter. primò contra ipsam absolutè: secundò contra ipsam applicatam ad hanc materiam. tertiò contra perfeuerantem illius. Sco. in primũ in 4. sent. dist. 10. q. 1. & 4. & dist. 11. q. 2. multipliciter obiicit. Durand. quoque in 11. dist. 4. obiicit.

¶ Quadrupliciter ergo cõtra maiorem vniuersaliter intellectã arguitur. Primò à Durando: quia Deus posset creare nouũ cælum supra vltimam nũc sphæram: & tunc vltima nunc sphæra inciperet esse vbi prius non erat absque hoc q; moueatur, & absq; hoc q; aliq; d cõuerteretur in ipsam: falsa est ergo maior assumpta.

¶ Secũdò ab vtroq; iquia Deus posset facere corpus suum esse præsens sacramẽto altaris simul cum substãtia panis (quã hoc non implicet cõtradictionem) nec tunc corpus Christi inciperet esse sub sacramẽto absque motu locali, & absque cõuersione alicuius in ipsum. Assumptum probatur à Scoto: quia non est maior repugnantia, corpus Christi esse simul cum substãtia panis, quàm sub quãtitate eius: q; nõ magis repugnat substãtiã substãtiæ quã substãtia quãtitati quo ad talẽ simultatẽ.

¶ Tertiò à Scoto: q; de facto quantitas corporis Christi & anima eius incipiũt esse in hoc sacramento absq; hoc quòd aliquid cõuertatur in ipsas. Et si gloſsetur maior, nec tũc ipsam ad id quod primò incipit esse alicubi, & dicendo q; nõ habet locum in his quę incipiũt esse alicubi cõcomitanter: contrà instat Scotus dupliciter. Primò quia ex hoc habeo, q; nõ est propria mutatio nec propria formalis ratio nec præcisa ad esse alibi rem immotam localiter, conuersio alicuius in ipsam. Secundò quia alia est præsentia animæ hic & alia præsentia corporis: quia aliud & aliud est fundamentum ad præsentiã animæ nõ habetur per conuersionẽ in ipsam nec per motum localẽ: ergo maior est falsa.

¶ Quartò. Deus potest facere in creatura aliquid sine eo quod non est sibi ratio essendi nec aliquo modo de essentia eius: sed nec conuertio nec sacramentũ est formalis ratio corpori Christi essendi hic. nec aliquo modo de essentia eiusdem ergo Deus potest facere corpus Christi esse hic sine vtroq; istorum. Probatur minor: quia cõuersio non est ratio formalis essendi nec vt præsent, quia præsentia non est esse in loco male ergo applicatur illã maiõr de vbi & alicubi, ad esse in sacramẽto. & falsa est minor dicens quòd corpus Christi incipit esse vbi prius non erat, essendo in sacramento.

¶ Secundò à Scoto: Genitum esse in loco corrupti, est verum propter materiam communem vtrique: propterea enim ignis incipit esse vbi erat aër cõuertus in iguem: quia ex materia quæ fuit aëris remanẽte ibidem & forma ignis, fit compositum ibidem. In proposito autem, quia nõ remanet materia panis, nõ habet locum maior, dicens quòd per conuersionem corpus Christi est vbi erat panis.

¶ Tertiò ab eodem & Duran. quia aliud est loqui de conuersione absolutè, & aliud de conuersione in præexistens. Nam quod conuertitur in præexistens, trahitur ad conditiones præexistentis, & non ecõtra. ergo sequitur quòd panis est vbi est corpus Christi, & non econuerso.

Quæstio

¶ *Num ad præsentiam corporis Christi necessaria sit alicuius præexistentis conuersio.*

¶ Contra perfeitatem, hoc est necessitatem conuersionis ad existentiam corporis Christi in hoc sacramento (quòd scilicet impossibile sit corpus Christi non motum localiter, incipere esse in hoc sacramento absque conuersione alicuius, puta panis) multipliciter arguitur.

¶ Primò à Scoto: Per nullam mutationem habetur per se illud quòd est aliud & posterius suo per se termino: sed præsentia corporis Christi hic, id est in hoc sacramento est quid aliud & posterius corpore Christi: quod est proprius terminus transubstantiationis: ergo per conuertionem panis in corpus Christi non habetur per se huiusmodi præsentia.

¶ Secundò, & supponitur Deum posse facere corpus Christi præsens hostiæ manente substantia panis. quod probatur: quia nouitas posterioris nõ infert nouitatem prioris ex 8. Phys. vbi ponitur motus localis in cælo sine mutatione fecundum formam absolutam. Arguitur ergo sic: Sine mutatione substantiali potest esse nona præsentia corporis Christi ad panem: ergo oportet dare aliquam mutationem ad huiusmodi præsentiam: ergo huiusmodi præsentia nõ habetur per conuersionẽ. Et probatur sequela: quia terminus vnius rationis, cuiusmodi est præsentia, nõ propriè per se est terminus duarũ mutationũ distinctarũ secundũ genus. Et si dicatur, inquit Scotus, corpus Christi posse esse præsens cũ substantia panis sine mutatione substantiali, tamẽ nunc de facto fit præsens per substantialem mutationem panis in corpus Christi, & nõ per aliam: contrà, in corpus Christi prius factum præsens pani posset Deus conuertere panem: quia nõ esset magis contradictio tunc quàm nunc: ergo talis cõuersio vel nõ faceret corpus Christi præsens: vel faceret præsens, postquam fuit præsens: & sic eadẽ præsentia terminaret duas dictas mutationes. Deinde extenduntur argumentationes ad hoc quòd conuersio nihil facit ad præsentiam corporis Christi in sacramẽto.

Et arguitur primò sic: Deus posset conuertere panem in corpus Christi, vt habens esse in cælo: quia non est ibi maior contradictio, quàm in conuersione quæ nũc ponitur. sed tunc nõ haberetur corpus Christi sub specie panis ex ipsa conuersione: ergo nec nunc.

¶ Secundò. Si panis quãtus cõuerteretur in corpus Christi quantũcita q; substantia in substantiã & quãtitas in quantitatẽ verteretur: tunc corpus Christi quidẽ non haberet non haberet vbi circũscriptiue, quod fuit circũscriptiue panis quãtus: ergo nunc non habet vbi diffinitiue substãtiæ panis. Et probatur sequela: quia ita se habẽt substantiæ quæ fuerunt quantitatibus ad loca diffinitiue, sicut substãtiæ quantæ ad loca circũscriptiue: ac per hoc quod facit cõuersio substãtiæ in substãtiam ad vbi diffinitiue, hoc facit ad vbi circũscriptiue conuersio substantiæ quãtæ in substantiam quantam.

¶ Tertiò, si per conuersionem fit terminus ad quẽ, vbi fuit terminus à quo: ergo modũ essendi ad virtutẽ, etc similiter, ille fuit modus qui potest esse cõmunis virtuque, sed papis erat hic quantitative, ergo corpus Christi erit hic quãtitatiuè: quod est inconueniens.

¶ Quarò arguit Duran. sic: Aliter se habet substantia ad substantiam, sic se habet quãtitas ad quantitatẽ: sed si quantitas panis conuerteretur in quantitatem corporis Christi, non propter hoc quantitas corporis Christi fieret vbi fuit quãtitas panis: ergo non propter conuersionem corpus Christi fit vbi erat panis.

¶ Reliqua argumenta, quæ cõtra hanc eandẽ autoris rationem ex aduo caplie militãt (hoc est ex suppositione, q; vnũ corpus potest esse simul localiter in diuersis locis, cum rationibus probantibus ipsius suppositionem) ideo pro nũc omittuntur: quia constat corpus Christi non esse in sacramento localiter: hinc enim hoc modi quæstio à proposito remota apparet. fiet autem de hoc quæstio specialis.

¶ Hæc igitur sunt quæ contra primam literæ rationem obiiciuntur.

¶ Ad euidentiam horum præmittendũ est, quòd non est hic quæstio de diuina potentia: non enim ad hunc tractatũ hæc spectat quæstio: sed quærimus quid infinitum ordo causarũ habeat. Vnde quòd dicitur in litera impossibile est, &c. non est sermo de impossibili secundum diuinã potentiam absolutè: sed secũdũ potentiam ordinatã: secũdũ quam attribuitur possibile vel impossibile in Ecclesiasticis mysteriis. Et hinc multorum argumentorum quæ adduximus, solutio pendet.

¶ Vnde ad obiecta contra autoris propositionem maiorem absolutè & vniuersaliter intellectam respondendo dicitur, q; duo prima argumenta, quia æquiuoce de possibili, dum de diuina potentia absolutè loquuntur, non militãt contra autorem. Prima tamen obiectio de vltima sphæra præter hoc, dupliciter deficit, primò quia maior literæ manifestè loquitur de locis præexistentibus: obiectio autem creat de nouo locum præexistenti locabili.

¶ Secundò deficit: quia si crearetur alia sphæra, ipsa quæ nunc est suprema, proprie loquendo, esset in eodem loco in quo nunc est: varietas autẽ esset de loco imaginario in locum realem, & de loco potentiali in locum actualẽ. Vnde proprie loquendo, non acquireret nouum locum, sed nouum continentem: hæc autem litera est de loco nouo totaliter, & non secundum quid.

¶ Secundò ab eodem: Deficit quia si crearetur alia sphæra, ipsa quæ nunc est suprema, proprie loquendo, non esset in loco nouo totaliter, & non secundum quid.

¶ Tertiò quia impossibile est q; vnus motus eiusdẽ corporis localiter moti terminetur simul ad diuersa loca: cùm tamen in pluribus locis corpus Christi sub hoc sacramẽto simul esse incipiat. Et ideo relinquitur, quòd non possit aliter corpus Christi incipere esse de nouo in hoc sacramento, nisi per conuersionẽ substantiæ panis in ipsum. Quod autem cõuertitur in aliquid, facta cõuersione non manet. Vnde relinquitur quòd salua veritate huius sacramento substantia panis post consecrationem remanere non possit. Secundo, quia hæc positio contrariatur formæ huius sacramenti, in qua dicitur, hoc est corpus meum: quod non esset verũ si substãtia panis ibi remaneret, nunquam enim substãtia panis est corpus Christi: sed potius esset dicendũ, hic est corpus meum. Tertiò quia cõtrariatur veneration i huius sacramenti, si aliqua substantia creata esset ibi, quæ non posset adoratione latriæ adorari. Quartò, quia contrariatur ritui Ecclesiæ, secundum quem post corporalem cibum non licet sumere corpus Christi: cùm tamen post vnam hostiam consecratam liceat sumere aliam. Vnde hæc positio vitanda est tanquam hæretica.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd Deus coniunxit diuinitatem suam, id est diuinam virtutem, pani & vino: non vt remaneãt in hoc sacramẽto, sed vt faciat inde corpus & sanguinem suum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in aliis sacramentis non est ipse Christus realiter, sicut in hoc sacramento. Et ideo in aliis sacramentis manet substãtia materiæ, non autẽ in isto.

¶ Ad tertiũ dicẽdum, q; species quæ remanẽt in hoc sacramẽto (vt infra dicetur) sufficiunt ad significationem huius sacramẽti. nam per accidentia cognoscitur ratio substantiæ.

ex hoc habeat, quòd quodcunque quantum remanens alicubi sub vtroq; termino, sufficit ad hoc quòd genitum sit in loco corrupti. Et quia sic contingit in proposito (nam eadem numero species panis quanta ibidem remanet sub vtroque termino) ideo sufficiẽter habetur vnde corpus Christi sit in loco panis conuerti in ipsum, quanuis materia nulla communis remaneret: species enim quanta remanens æquiualet materiæ quo ad hoc.

¶ Ad tertium autem dicitur, quòd in hac mixtibili transubstãtiatione concurrunt duæ rationes, scilicet ratio cõuersionis & ratio præexistentis: & pro quãto inuenitur in hoc tacramẽto ratio conuertionis: quia id quod erat panis, substantia est substantia corporis Christi, habemus iuxta generalẽ regulam conuersionum in naturam aliam corpus Christi esse vbi erat panis: & hoc est quod litera sonat, quòd ignis incipit esse alicubi: quia id quod est ibi, conuertitur in iguẽ. Et hoc est clarũ, & expeditat ma inducẽdum intellectũ, qui si solum attenderet, quòd ex pane hic existente ni corpus Christi (ita quòd contentũ sub accidentibus panis, acquisiuit substantialiter integrã naturam Christi corporis per cõuersionem in ipsum) facilè inteligere corpus Christi esse vbi erat panis conuersus in Christi corpus, sicut ignis est vbi erat lignum conuersum in ignem. Sed quia rationi cõuertionis adiungitur ratio præexistẽtis Christi corporis, impedit videtur quod dictum est. habet ex ratione conuertionis, quoniam ipsum præexistens trahere videtur ad se quod cõuertitur in ipsum. Verumtamen oportet in huiusmodi mirabilibus hominem esse pertinabilem, & cõcedere nostros sacris adæquate mysteriis & nõ ecõtra. Et propterea dicimus, quòd ex ratione conuertionis habemus corpus Christi esse vbi init panis: hoc enim, vt ex supra dictis patet, tam Ecclesiæ quam sacrorum doctorũ traditũ autoritas. Ex ratione vero præexistẽtis Christi corporis absq; additione mutationẽ q; aliqua in ipsius substãtiã, habemus, nõ q; panis, sed id, quod fuit panis, est vbi est corpus Christi: q; ex eo ipsum corpus Christi verum, quod est in cælo. Et ex hac parte concedeãm est, q; cõuersum acquisiuit conditiones eius, in quod est conuersum: nec potest hinc inconueniens aliquod inferri. Sed duo mirabilia cõspiciuntur ex hac mirabili cõuersione, scilicet corpus Christi esse, vbi fuit panis, & id quod fuit panis, esse vbi est corpus Christi.

¶ Ad obiecta contra necessitatẽ cõuertionis ad corpus Christi esse in sacramẽto, respondẽdo dicitur ad primum, q; (vt supra diximus) dupliciter de conuertione panis in corpus Christi loqui possumus, hoc est vel absolutè, vel sacramẽtaliter. Et si sit sermo de conuertione absolutè, tatenus me non videre necessitatẽ, & sic arguentes ita fe omnes de cõuertione loquuntur. Et propterea non est mirũ, si contra Autorem cõmunẽmq; doctrinam non militãt: quia nõ de conuertione absolutè, sed de conuertione sacramẽtali intelligenda est communis doctrina: hanc enim necessaria est ad veritatem sacramentum Eucharistiæ.

¶ Vnde ad primam obiectionem Scoti (quæ est maximũ eius fundamentum) dicitur quòd tam maior, quàm minor est falsa. Maior quidem: quoniam in naturalibus videmus, quòd per eandem mutationem habetur per se non solum substantia per se primò terminans, sed cõcomitans passio: nam per vnam & eãdem generationem habetur per se terra & eius grauitas & similiter ignis & eius leuitas: tantum quòd grauia & leuia dicuntur ab Arist. motum per se à generante, & similiter per eandẽ mutationem habetur substantia Sortis & eius filiatio, quam Sortes generatur. Falsa est ergo maior in abstractis & relatiuis. Minor autem vnusquisq; loquendo de cõuertione, non fit vir quemquam vera, propter quia licet cõuertionis ad istos terminus proprius sit tantummodo corpus Christi: cõuertionis tamen sacramentalis proprius & per se terminus est corpus Christi verificans Christi verbum, hoc est corpus meum. Sic enim vere superius dictis apparet: ab Ecclesia & priscis doctoribus doceri fumus. Et quia incognitum nobis est quid addit supra corpus Christi ly verificãs, hoc est corpus meum (quoniã vires humani intellectus excedit, quomodo corpus Christi est in sacramẽto hoc) ideo pro friuolis molestijs potius quàm rationabilibus argumentabitur hæc obiectio, quæ contra hoc fierent, ex eo quòd corpus Christi habendæ fuit obiectiones, quæ contra hoc fierent, ex eo quòd corpus Christi in hoc sacramento non est per se vnum, sed aggregatum per accidens: & sic in hoc sacramento non est per se vnum, sed aggregatum per accidens: & similia. Sufficiat nobis addiscentibus in hac vita credere Ecclesiæ & doctoribus priscis, quia sic est. Verumtamen pro aliquali quiete humani intellectus scito meritò frinola hæc dici: quia manifestè constat terram & grauitatem non constituere vnum per se (vtpote res diuersorum prædicamentorum) & tamen per eandem habeti mutationem. Pollet quoque aliter solui dicta Scoti ratio, significando illum essendi nomine relatiuo, puta contineri sub specie panis, & dicendo, quòd conuersio sacramentalis in hoc differt à conuertione absolutè, quòd sacramentalis conuertio est m corpus Christi non totum secundum se, sed vt consequitur inter ipsum & accidentia panis respectus contenti & continentiæ: ita quòd sicut generatio est illatiua subita nascentis cum filiatione consequente: ita conuertio sacramentalis habet vim illatiuam ex panecorporis Christi cum relatione contenti sub accidentibus panis. Et secundum hoc ad rationem Scoti dicendum esset, quòd duo sunt genera rerum: quædam enim sunt quæ secundũ se ex suo genere per se primo sunt & fiunt, & hæc apud Arist. sunt sola compositi: vt patet 7. Met. Quædã verò sunt quæ (vt Arist. vult) sunt & nõ sunt absq; hoc q; generentur vel corrũpantur, & extensiori vocabulo loquẽdo, absq; hoc q; fiãt, & hæ sunt formæ omnes, & præcipuè relationes, quæ regulariter aliorũ factionẽ cõsequũtur. Quocirca dato q; maior Scoti sit vera, loquendo de primo genere rerum, falsa tamẽ est, miscẽdo omnia genera simul quoniam falsa est de relationibus cõcomitãtibus proprid mutationes terminũ, & vniuersaliter

Universidad de Deusto
Biblioteca

& vniuersaliter falsa est de cõsequẽtibus proprium mutationis terminũ: quodlibet enim horum cõcomitantium licet sit aliud & posterius proprio mutationis termino: per eandem tamen mutationem per se secundò haberi potest: quãuis nõ habeatur per illã per se primò. Et sequẽdo hæc dicitur in proposito quòd conuersio sacramentalis per se primo terminatur ad corpus Christi, inferendo per se secundò cõtinentiã corporis Christi sub accidentibus panis: quæ continentia licet sit aliud quid & posterius Christi corpore, est tamen necessariò necessitati sacramenti consequens corpus Christi vt terminum cõuersionis sacramentalis.

Q. dist. 11. qu. 1. art. 2. Et 4. cõtra cap. 63 prin. Et quol. 5. ar. 11. & quol. 9. art. 5. ad 3. Et 1. Co. 11. lec 5. col. 5.

¶Antequam autem respondeatur aliis argumẽtis: à superiùs declaratis mutationes duas supponũt, præmonstrãdum est quid sentiendũ sit de his mutationibus. Scirò igitur recolendo antedicta, duplicẽ opinionẽ esse de eis posse. altera, quæ est Scoti, ponit duas in hoc sacramento mutationes interuenire. prima est cõuersio panis in corpus Christi. secũda est, qua corpus Christi de non præsente seu non cõtento sit præsens seu cõtẽtum sub specie panis. Altera verò opinio est, q̃ non est hic nisi vna sola mutatio, qua ex pane fit corpus Christi. sed ad istãm mutationẽ sequũtur vtrinq; rationes: in accidẽtibus siquidẽ panis ex hac mutatione sequitur relatio cõtinẽtiæ, & in corpore Christi ex eadem mutãdo sequitur relatio contenti: & sic hæc mutatio sufficit ad faciendum corpus Christi veraciter contineri sub specie panis. Monstratur autẽ multiplicitèr rationabilitas huius opinionis: simul cùm destructione alterius, quòd ex hoc quòd pluralitas nũ est ponẽda sine necessitate: per hoc quòd vna mutatio hic sufficiat, nõ sunt ponẽdæ duæ. Tum quia secundũ Philosophorum doctrinam relationes fiunt consequutiuè ad mutationes absolutorũ: & nõ per alias proprias mutationes. Tum quia iam Ecclesiæ quãm præcõtorum doctorum doctrina tradit cõuersionis mutationẽ pro ratione verificãte corpus Christi contineri sub specie panis. Quæ doctrina nõ verificaretur, nisi forte per accidens si interuenirent hic duæ mutationes: quoniam si duæ mutationes sunt, prima per accidens se haberet: quod etiã aduersarij fatentur. Sed tunc sequitur maximũ inconueniẽs, quòd tam Ecclesia quãm prisci doctores laborauerũt ad reddendã rationẽ per accidens: quæ ab arte & doctrina resecãda est. Dicamus igitur, q̃ vna sola hic interuenit mutatio inferens nouitatem cõtinentiæ. An autem sacramentalis cõuersionis mutatio inferat in vtroque extremo relationes reales cõtinentiæ actiuæ & passiuæ: vel solũ ex parte corporis Christi sit relatio realis ad species, qua cõtinetur sub speciebꝫ: & per hoc denominãtur species cõtinere corpus Christi: q̃a corpus Christi cõtinetur sub illis: vel in speciebus ipsi realis cõtinẽtiæ relatio ad corpus Christi cõsurgit: ex qua corpꝰ Christi coinsequitur referri ad species vt cõtentũ ad cõtinẽtes: nõ quia ipsum referatur ad species, sed q̃a species referũtur ad ipsum (sicut Deus realiter dicitur dominus creaturæ nõ quia ipse referatur ad creaturam ferusm, sed quia creatura refertur ad ipsum) nõ facilè dixerim: quia ignotus est modus, quo corpus Christi cõtinetur sub specie panis. Cum his tamen omnibus concludatur esse hic vnã solam mutationẽ, vtrãfirmãdo vnicam, perfectiùs ita interuenire in hoc sacramẽto vnicam mutationẽ in actu, vt nõ negetur esse plures in potẽtia: non naturali aut sacramentali, sed diuina absolutè: hoc est, q̃ id quod de facto fit per vnicam mutationem, posset Deus facere per plures mutationes: posset enim mutare panẽ in corpus Christi vna mutatione, & facere corpus Christi contentũ sub specie panis alia mutatione. Sed quoniam hoc ad potẽtiam absolutam Dei respicit, simpliciter & absolutè loquendo, vnicam dicito interuenire mutationem. Et hæc dicta de his mutationibus actu vel potentia in ordine ad relationes: non aliter dicta intellige, quàm consideràdo esse sacramẽtale corporis Christi relatiuè: secundum relationes contenti & cõtinentis: nam secundum rem longè aleius est, quàm huiusmodi relatiua significent, & magis teneãtur ac eminentius de illo sentitur & dicitur, quũ de illo secundũ se sentimus, & dicimus quòd se habet ad conuersionem, vt factum esse in termino ad fieri: vt supèrius explicauimus.

¶Communiter tamen in cõsideratione respectiua cum aduersarijs (ne fugere difficultates videamur) his præmissis ad secũdum Scoti dici admisso præsupposito, q̃ consequẽtia prima nihil valet vtpote inferius à possibili logico necessarium, dũ dicit potest esse, ergo oportet. Et per hoc patet, quòd secũda consequẽtia dicens, ergo huiusmodi præsentia nõ habetur per cõuersionẽ: non infertur ex primo antecedente. Et ad probationẽ dicitur, q̃ terminus vnius rationis (cuiusmodi est præsentia) nõ est terminus per se duarũ mutationũ: quia nõ intervenit nisi vna mutatio, quãuis per potentiam diuinam possit esse terminus duarũ mutationum substãtialis quidem consequutiuè, accidẽtalis autem secũdum se.

¶Ad tertium autem contra bonam respõsionem de facto vel potentia, dicitur, quòd ti panis conuerteretur in Christi corpus prius præsens factũ, corpus Christi esset duplici vinculo præsens: hoc est, ex vi conuersionis sacramẽtalis, & ex vi prioris actionis diuinæ omnipotentiæ. Vnde nihil aliud sequitur, nisi quòd huiusmodi præsentia posset per diuinam omnipotentiam terminare duas mutationes: quod gratis concessum fuit.

¶Ad obiecta demum contra efficaciam conuersionis ad præsentiam corporis Christi in sacramento, respondendo per conditionales (vt in præcedẽti fecimus responsione) dicitur quòd si Deus conseruaret panem in corpus Christi, vt habens esse in cælo, non esset conuersio eiusmodi rationis cum ista sacramentalis ac per hoc non est ad propositum quicquid inde sequeretur.

¶Et per idem respõdetur ad secundũ, in quo sunt multi alij defectus: puta quòd

corpus Christi nunc de facto acquirit. Vbi diffinitiuum substãtiæ panis: & quòd substantia subiecta quãtitati habet suum. Vbi diffinitiuum præter. Vbi circumscriptiuè. Nam substantia seclusa quantitate virtualiq; conta du, nusquam est. & esse corpus Christi sub sacramento, non est esse alicubi.

¶Ad tertium negatur sequela: quia voluntarie asseritur.

ARTICVLVS III.

¶Vtrum substantia panis vel vini post consecrationem huius sacramenti annihiletur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd substantia panis post consecrationem huius sacramenti, annihiletur, aut in pristinam materiam resoluatur. Quod enim est aliquid corporale, oportet alicubi esse. Sed substantia panis, quæ est quiddam corporale, non manet in hoc sacramento (vt dictum est) nec etiam est dare aliquem locum vbi sit, ergo non est aliquid post cõsecrationem. Igitur aut est annihilata, aut in præiacentem materiam resoluta.

¶Præterea, Illud quod est terminus à quo in qualiber mutatione, non remanet, nisi fortè in potentia materiæ: sicut quum ex aëre fit ignis, forma aëris non manet nisi in potentia materiæ: & similiter quando ex albo fit nigrum. Sed in hoc sacramento substantia panis aut vini se habet sicut terminus à quo, corpus autem vel sanguis Christi sicut termi

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit in lib. 83. quæst. Deus non est causa tendendi in non esse. Sed hoc sacramentum diuina virtute perficitur. Ergo in hoc sacramento non annihilatur substantia panis aut vini.

CONCLVSIO.

¶Post consecrationem substantia panis vel vini non resoluitur in præiacentem materiam, nec annihilatur. sed dimittitur in verum christi corpus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quia substantia panis vel vini non manet in hoc sacramẽto, quidã impossibile reputãtes,

nus ad quem: dicit enim Ambr. in lib. de Officiis, ante benedictionem *illa species nominatur: post benedictionem corpus significatur. Ergo facta consecratione, substantia panis vel vini non manet, nisi fortè resoluta in suam materiam.

¶Præterea, Oportet alterum contradictoriorum esse verum. Sed hæc est falsa, Facta consecratione, substantia panis vel vini est aliquid. Ergo hæc est vera, Substantia panis vel vini est nihil.

*Ambr.

¶Ad quartum, quòd est Durand. dicitur q̃ argumẽtũ, à sicut, sæpe claudicat. & in proposito nihil valet. Et tario est q̃ a. nõ est cõuertio eiusmodi rationis cum ista sacramẽtali. si quatitas conuerteretur in quantitatem: & propterea non est mirum, si aliud inde sequeretur, & aliud inquitur hinc.

¶Num si substãtia patris in sacramẽto remaneret, vera essent christi verba dicentis, hoc est corpus meum.

¶Cõtra secundũ rationẽ literæ, scilicet si substãtia panis remaneret, nõ esset verũ quòd christus dixit, Hoc est corpus meũ, & cõsequentia dicendũ, sic est corpus meũ. Cõtra hãc, inquã, tenent Scotus & Durandus arguũt. Scotus quidem: quia manifestè ly hoc, nõ demonstraret substantiã panis, sed cõtentũ sub pane: sicut demonstrat non accidentia, sed contenrum sub accidentibus, & verum esset verũ, hoc est corpus meum, & hic est corpus meum. Durandus verò quia indefinita verificatur pro vno solo: ac per hoc si esset ibi panis & corpus Christi, posset reddi loquutio vera pro solo corpore Christi. Ad hæc dicitur q̃ veritas enuntiationũ proprie significantium, ex cõmuni consensu proprie intelligendi, & terminis vtentium proprie pendet: & nõ est attendendum ad quid ille vel ille posset eandẽ enuntiationem applicare. Constat autem q̃ proprie loquendo & intelligendo quã dicitur, à quocunq; dicatur siue sacramẽtaliter siue non sacramentaliter, hoc est corpus meum, ly hoc, demonstrat hanc substantiã, quod patet ex hoc, quòd si aliquis demonstrando seipsum, dicat, hoc est corpus meum, significatur apud omnes intelligentes, q̃ hæc substãtia est corpus meum. Et ad hoc sufragatur ratio secundum quam talia sunt subiecta enuntiationũ, qualia permittunt prædicata: & propterea quia prædicatũ est substantia (nam corpus meũ significat substantiã) ideãtas prædicati cum subiecto significata per ly eũ, cogit ly hoc ad demonstrãdam hanc substãtiam, vt propositio sit propriè vera. Et hic excluditur quòd in hac propositione ly hoc, nõ demõstrat accidẽtia, sed substantiam sub accidentibus. & ad hoc sufragatur, q̃ ly hoc, est pronomen demonstratiuum substantiæ apud Grammaticos. Rursus ly hoc, quia demõstrat nõ vagè aut indefinitè, sed singulariter, oportet absolutè, plusq̃ super certo subili demonstrato, demõstrare nõ vagè hanc vel illã, sed singulariter substantiam sub illis accidẽtibus existentem. Et si quidem vna sola substantia subsit, sola demonstratur. si verò multæ subsint, omnes per modũ vnius singularis demonstrantur, secũdum communem intellectũ proprimq; significationem nominum ac pronominum, vt patet in exemplo allato, nam me dicente, hoc est corpus meum, significo hãc substantiã cõprehendẽtẽ carnes, neruos, & ossa, esse corpus meum: ex quibus sequeretur, q̃ si remaneret substãtia panis cũ corpore Christi ly hoc, demõstraret hanc substantiã cõprehẽdentẽ panẽ & corpus Christi per modum vnius singularis substãtiæ: & sic propositio esset falsa, pptiè loquẽdo: quia significaret panis substãtiã esse corpus Christi: quod cõstat esse falsum. Vnde ad secũdi obiectionẽ, dicitur q̃ nõ est varietas demõstratiõ, quã facit ly hoc, in ista enũtiatione sacramentali ex aliqua hypothesi sed standũ in proprietate significãtis, secundum quam ly hoc, non significat cõtentum sub hoc pane, sed significat hanc substãtiã, quæ scilicet continetur sub his accidentibus: hæc enim substantia est corpus Christi. Et notanter dico, hæc substantia, & non dico, hic panis: quia, vt dictum est, demonstratur hæc substantia sine qualitate. Ad Duran. verò, dicitur quòd chimeticũ est, singulare facere indefinitum: & præterea est abuti vocabulis: oportet enim secundum proprias iudicare.

¶Contra tertiã rationẽ literæ (scilicet si esset alia substãtia, quã corporis Christi, cõtrariaretur venerationi Eucharistiæ) obstat Scotus: quia nunc est ibi aliqua creatura, puta species sacramentalis, & tamẽ adoratio Eucharistiæ referetur ad Christum, & non ad sensibile continens: ergo eodem modo si remaneret panis, adoraretur Christus contentus sub pane quanto & quali, vt in signo.

¶Ad hoc dicitur, q̃ ratio literæ stat solida, quoniã quæcũq; substãtia alia à Christo, cõtrariatur venerationi qua veneramur Eucharistiam: adoramus simpliciter & absolutè substãtiã existentẽ sub illis accidẽtibus, cõstat autẽ huiusmodi adorationi cõtrariari quãcunq; substantiã esse sub illis accidẽtibus. Sed argumentes falluntur in hoc: quoniã diuertunt ab adoratione, quæ nunc fit ad eam, quæ tunc fieret, si esset etiã ibi substãtia panis: Autor autẽ ex adoratione, quam de facto exhibemus Eucharistiæ, infert non esse ibi aliam substantiam à Christo.

¶Vnde ad argumentum Sco. concesso toto, dicitur quòd nõ impugnatur ratio literæ: quia ad adorationem, quæ posset fieri, diuertit: & nõn sistit in adoratione quæ de facto fit, qua adoramus substantiã contentã sub his speciebus: quod tunc non fieret, nisi partialiter, puta aliquã substantiam contentam adorando, distinguendo inter substantiam panis & substãtiam Christi: constat enim nunc absque distinctione aliqua substantiam ibi contentam adorari ab Ecclesia.

¶Super Quæstionis septuagesimæquintæ Articulum tertium.

IN corpore art. primò recitatur opinio disiunctiua: secundò tractatur prima disiunctionis pars: tertiò tractatur reliqua pars: & quartò tractantur ambo simul, concludendo opinionem esse falsam. Primum satis patet in litera.

Sed circa

Sed circa secũdũ, scilicet quòd panis seu vinũ per cõsecrationẽ resoluitur in præiacentem materiam, Autor processit vtens implicitè hac distinctione, hæc resolutionẽ fieri in præiacentẽ materiam, potest intelligi dupliciter, vel in materiã primã, vel in elementa manẽtia vel egrediẽtia. Propterea primò improbat primũ mẽbrũ, scilicet quòd ista resolutio nõ fit in materiã primã: quia materia nõ potest esse sine forma.

Vbi sciẽdũ, q̃ quia opinio ista ponit resolutionẽ partiũ, quoniã nullius meminit generationis, quã nulli ponat generãtiã ponit resolutionẽ in materiã primã, ponit cõsequẽtes materiam primã sine forma: quod est impossibile secundũ causas secũdas & potẽtiã Dei ordinariã, quicquid sit de possibili ex absolutã potentiã Dei absoluta (quoniã hoc est extra propositũ) quoniã fuit in eã ponere in hoc sacramẽto, quicquid Deꝰ potest facere. Vnde nõ oportet aliter hic respõdere Scoto, & cõtinuè dicere Scoto, & cõtinuè dicitur genus de genere in genus.

Postea excludit Autor secũdum membrũ, scilicet resolutionẽ fieri in elemẽta. Et primò in elementa manentia: quia sub speciebus sacramẽti nihil remanet nisi corpus & sanguis Christi. Secũdò in elemẽta egredientia: quia egressus fieret per motũ localẽ: & sic sensũ percipi peretur. Et vtraq; exclusio optima est. Nec ex molestia Scotica cõcutitur, dũ obstat ex diuina omnipotentia potẽte facere eũ corpore Christi manere aliã substantiã, & nõ percipi localẽ egressum: sæpe enim iã dictũ est quòd non tractamus de diuinaomnipotẽtia, sed quid ordo Institutus à Deo habeat tã in mysterijs quãm in naturali bus, cũrsus impugnat Autor huiusmodi præiacentẽ materiã ex aliis capitibus & primò manentẽ, ex hoc quòd nõ est dare aliquod ifstans, in quo fit ibi præiacens materia. Quod probatur ex eo quòd vsq; ad vltimum instans cõsecrationis est ibi panis: & in vltimo instãti est ibi corpus Christi: ac per hoc patet quòd nõ est dare aliquod instãs, in quo fit ibi præiacẽs materia. Et scito, quod Autor claritati studẽs, nõ fuit solicitus, vt loqueretur philosophicè, vt ab omnibus intelligeretur: ex exẽplo tamẽ generationis, ab exercitatis in philosophia rẽ ipsam intelligi voluit more physicorũ: ibi enim nõ dari vltimũ instãs generationis. Et physico more dicendũ fuit, in toto rẽpore cõsecrationis est ibi substantia panis, & in termino illius est corpus Christi: qui terminus est primũ esse corporis Christi in sacramẽto, & primũ nõ esse panis, sicut in termino generationis, est primũ esse rei genitæ, & primũ nõ esse rei corruptæ. Et si sic Autor dixisset, pauci intellexissent ipsum. Secũdò impugnat præiacentẽ materiã in motu & breuitatis gratia simul impugnat tã motũ localẽ sine panis siue materiæ, quãm motum resolutionis: quoniã vtrobiq; vna & eadẽ est ratio ex motu sumpta. Et est ratio talis: Si hiusmodi motus interueniret, aut inciperet in instanti terminãte consecrationẽ, aut ante illud instans. Si incipiat in instãti terminante «quũ in illo instanti corpus Christi fit sub hostia, & in eodẽ fit panis incipiẽs moueri motu localiveł re sint ipsum. Secũdò impugnat præiacentẽ materiã in motu & breuitatis gratia si n

Universidad de Deusto
Biblioteca

Substantiæ nomine absolutè vtimur, abstrahendo à qualitate differentiarum: & propterea vtimur pane in recto, dicentes, substantia quæ erat panis. Quam substantiam Ambrosius per relativum substantiæ significauit, dicens, & hic quod erat panis, iam est corpus Christi: quia mutatum pane fit corpus Christi. Non enim potest dici quod ly quod erat panis, tefetat

Infra, ar. 11. 6. cor. & 1. cor. & ad 3. Et 4 di. 11. qõ. 1. ar 1. qõ. 2. ad 1. & qõ. 3. ad 3. & arti. 3. q. 1. per to. Et 4. cõ tra. cap. 63. Et quol. 3. ar. 11. Et opus. 2. cap. 8. Et 1. Co. rint. 11. le. 4. co. 6. & lec. 3. col. 3. Ambo.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum panis posset conuerti in corpus Christi.

AD QVARTVM sic procedi-tur. Videtur quòd panis non pos-sit conuerti in corpus Christi. con-uersio enim quædam mutatio est. Sed in omni mutatione oportet esse subie-ctum quod prius est in potentia, & postea est in actu: vt enim dicitur 3. Physico. motus est actus existentis in potentia. Non est autem dare aliquod subiectum substantiæ panis & corporis Christi: quia de ratione substan-tiæ est, quòd sit non in subiecto: vt dicitur in prædicamẽtis. Non ergo potest esse quòd tota substantia panis conuertatur in corpus Christi.

¶Præterea, Forma illius, in quod aliquid con uertitur, de nouo incipit esse in materia eius, quod in ipsum conuertitur: sicut cùm aër cõ uertitur in ignem prius non existentem, for ma ignis incipit de nouo esse in materia aë-ris: & similiter cùm cibus conuertitur in ho minem prius non existentem, forma homi-nis incipit esse de nouo in materia cibi. Si er go panis conuertitur in corpus Christi, ne-cesse est quòd forma corporis Christi, de no uo incipiat esse in materia panis, quod est fal sum. Non ergo panis conuertitur in substan tiam corporis Christi.

¶ Præterea, Ea quæ sunt secundum se di-uersa, nunquam vnum eorum fit alterum: sicut albedo nunquam fit nigredo, sed sub-

¶ Super Quæstionu septuagesimam quintã Articulũ quartum.

TItulus intelligi-tur de cõuersio-ne substantiali, qua panis substantiali-ter sumptus transubstã tiatur in corpus Chri-sti. Sic enim Ecclesia in telligit conuersionem. Et propterea Autor quæ sit verũ sit possibilis hu iusmodi conuersio.

Cõment

¶ In corpore articuli duo sunt. Primò dicitur quòd oportet ponere conuersionem. secun-dò tractatur qualis est ista conuersio.

¶ Quo ad primum: ex repetitione supradicto-rum ac discussorum concluditur conuersio. Quo ad secundum, duo de hac con-uersione dicuntur. primum est, quòd non est similis conuersionibus natural-ibus: sed est omnino supernaturalis. secundum est, quòd sola Dei virtute fit. & pri-mum quidem autoritatibus Ambros. & Chrysost. probat. secundum autem si-mul cum primo ratione probat.

Annot. ¶ Vbi scito, distingui conuersionem in formalem & substantialem, & naturales appellari formales non ea ratione, quia forma conuertitur in formam: sed quia secundum deperditionem vnius formæ & acquisitionem alterius dicitur totũ secundum deperditionem vnius formæ & acquisitionem alterius dicitur totũ categorematicè conuerti in totum: vt quum dicimus, quòd aër conuersus est in ignem. Conuersio autem substantialis appellatur, qua totum etiam syncategore matice conuertitur in totum, puta, si aër sic conuerteretur in ignem, quòd etiam partes essentiales aëris conuerterentur in partes essentiales ignis. Et talem esse hanc conuersionem Autor ponens, hinc manifestat differentiam inter conuer-sionem istam & naturales, & ex differentia inter actum infinitum & actum fini-tum procedit ad probandum quòd agês creatum, quia ex finito agit actu, ad so-las formales cõuersiones se extendit: Deus autem, quia ex infinito agit actu, ad totum ens se extendit: ac per hoc ad conuersionem substantialem. Et inde infer-tur, quòd hæc conuersio nec continetur sub genere naturalis motus seu muta-tionis, nec nomen aliarum suscipit propriè, sed nomine proprio vocari potest transubstantiatione sic enim à sacro concilio Later. sub innocen. appellarã legimus.

¶ Num & qua conuersione conuertatur panis in Christi corpus.

¶ Circa hanc materiã aduerte, quòd Scotus in 11. dist. 4. quæst. 3. reputans impos-sibilem conuersionẽ panis in corpus Christi præexistens, & manens secundum suum esse amittquam (plicè imaginatur transubstantiationẽ, prima est, quæ iam dicta est, scilicet qua tota substantia conuertitur in totam substantia præexisten tem ac manentẽ secundũ esse antiquum. Secunda est, qua tota substantia sic cõ uertitur in aliã, vt alia producatur in esse, & hanc vocat Scotus transubstantiatio nẽ productiuam quia per eam producitur terminus ad quẽ, & hæc potest subdi uidi in productiuã terminũ secundũ esse substantiale vel secundũ esse accidenta le (quale ponit ipse (ex dictis nostris) Petrus de Pal. sine assertione tamẽ. Tertia est ad ductiua terminũ ad quẽ illò vbi erat terminus à quo. & hanc declinat Sco. In qua secundũ veritatẽ nulla est transubstantiatio, nulla conuersio: quia panitus panẽ redijt in nihil, & sola vox cõuersionis & transubstantiationis cum ordine successionis corporis Christi in loco panis affirmatur. Relictã autẽ transubstan tiatione productiua, tanquã non habente in hoc sacramento locũ: mittitur Sco. probare primã esse impossibilẽ. & deinde tertiam esse rationabilẽ. Arguit igitur ad impossibilitatẽ transubstantiationis primæ, quã credimus vere in hoc sacra-mẽto saluari. Nihil est terminus nouæ actionis proprie dictæ nisi per illã actio-nẽ accipiat esse substantiale vel accidentale, secundũ quod est formalis termi-nus illius actionis: sed corpus Christi præexistẽs, &c. nullo esse accipit in sua sub stantia per huiusmodi transubstantiationẽ: ergo corpus Christi secundũ suã sub-stantiã non est terminus nouæ actionis transubstantiatiuæ panis in ipsum. Minor supponitur extra. Maior verò probatur dupliciter. primò, quia si nullũ esse acci pit per illã, non videtur intelligibile, quomodo tic ibi aliquid terminans realẽ actionẽ substantialem, &c. secundo quia etiã filius Dei terminans æternã genera-tionem, per illã accipit esse, & persona esse, & Deum esse, Tertiam autẽ transub stantiationẽ, probabilem esse in proposito probatur eo modo terminus prior conuertitur in terminũ posteriorem quo terminus posterior succedit termino

iectum albedinis fit subiectum nigredinis: vt dicitur in primo Physico. Sed sicut duæ for mæ contrariæ sunt secundum se diuersæ (vtpote principia formalis differentiæ exi-stentes) ita duæ materiæ signatæ sunt secun-dum se diuersæ, vtpote existentes principia materialis distinctionis. Ergo non potest esse, quòd hæc materia panis fiat hæc mate-ria, qua individuatur corpus Christi. Et ita non potest esse, quòd substantia huius pa-nis conuertatur in substantiam corporis Christi.

¶SED CONTRA est quod Euse. Emiss. dicit, Nouum tibi & impossibile esse non debet, quòd in Christi substantiam ter-rena & mortalia conuertuntur.

CONCLVSIO.

¶ Cùm verum Christi corpus non incipiat esse in sa cramento per aliquam loci mutationem, necesse erit est ibi esse per panis & vini in ipsum transubstantia tionem, ita quòd panis & vini substantia in verum corpus Christi mutetur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut suprà dictum est, cùm in hoc sacramen to fit verum corpus Christi, nec incipiat ibi esse de nouo per motum localem: cùm etiã nec corpus Christi sit ibi sicut in loco (vt ex dictis patet) necesse est dicere quòd inci-piat ibi esse per conuersionem substantiæ panis in ipsum. Hæc tamen conuersio non est similis conuerfionibus naturalibus, sed est omnino supernaturalis, sola Dei virtute

corpus Christi, vt incipiens esse corpus Christi, habet rationem termini ad quem, ita quòd terminus ad quem, non est corpus Christi absolutè. sed hoc quòd erat panis esse corpus Christi, vt patet exponendo pro illo instanti, quo ista transub-stantiatio simul fit & facta est. Ex falsitate siquidem istius, corpus Christi nunc est, & immediatè ante hoc non erat, habetur quòd corpus Christi absolutè non est terminus huius transubstantiationis: ex eo autẽ quòd ista est vera, hoc quod erat panis, nunc est corpus Christi, & immediatè ante hoc quod erat panis, non erat corpus Christi: manifestè habetur, quòd terminus ad quem actionis & mu-rationis huius est, hoc quod erat panis. esse de nouo corpus Christi: sicut ex ve-ritate istius alterius: scilicet hoc quod erat panis, nũc nõ est panis, & immediatè ante erat panis, habetur terminũ à quo esse hoc quod erat panis sub esse panis.

Vbi videre potes, in eo quòd est panis ante consecratiõẽ, efficacitatem habere consecratiõẽ seu diuinam actionem, quantum ad vimvirtualẽ termini: scilicet à quo & ad quem: quoniã actio conuersiua acquirit ei quòd erat panis esse cor-pus Christi, conuertendo id in corpus Christi: & ad hoc cõsonat ur dicere istio termini à quo, dũ quod simul cõuertitur & conuertum est in corpus Christi: fuit esse panis. Et hinc suspiciendo coniicere potes quòd non oportet ponere nam hanc actionẽ mutationem aliquã effici in substantia corporis Christi, quia quod erat panis, de nouo est corpus Christi: nisi per mutationẽ corporis Christi, sed per mutationem panis in corpus Christi. Et ad ampliorem fidelium inciter-ctuũ consolationẽ, habemus non insulsum dictas enuntiationes nouiter vera: quasi se tenentes ex parte panis: sed habemus redundantẽ seu resultantẽ aliam propo-sitionẽ nouiter veram, quasi ex parte corporis Christi, est enim de nouo vera hæc, scilicet, corpus Christi est id quod erat panis. Nec hanc ego somniauit: sed ex po-sitione diui Ambr. per cõuersionem simplicem illam habemus, dicente enim Ambr. quod erat panis, est corpus Christi, infertur optimè per conuersionẽ sim plicẽ, ergo corpus Christi est quod erat panis: & similiter sequitur, consequẽter loquendo, quòd corpus Christi est quod erat iste panis. Quo fit vt admirabilem veritatẽ nouam in Christi corpore ex hoc sacramento fateamur. Nam antè in-stitutionẽ huius sacramẽti ista erat falsa, corpus Christi est quod erat panis: quia sua conuertens erat falsa, quod erat panis, est corpus Christi: post consecratiõẽ verò corporis Christi fuerunt ambæ veræ. Et similiter in qualibet, quæ quotidie fit, consecratione hostiæ in missa, consecratione facta, amba sunt nouiter vera, quod erat iste panis, est corpus Christi, & corpus Christi est, quod erat iste panis. Nec quæras à me vlteriorem modum quomodo fiat istud: sed satis fit sup posita veræ transubstantiationis fide (qua panis in corpus Christi immutatur) mutatur) videre nos veritatem dictarum enuntiationum.

¶ Ex his autem ad Scoti rationẽ contra possibilitatẽ huius conuerhonis dicitur, argumentum supponere falsum, scilicet, corpus Christi absolutè esse terminum actionis seu mutationis huius: terminatur enim tam muratio quàm actio vt ad terminum ad quem, & qui fit, ad hoc quod erat panis, esse corpus Christi, hoc-nim de nouo fit, & est per actionem istam conuersionẽ panis in corpus Christi. ¶ Vnde concessa maiore, ad minorem dicendum est quòd male assumitur, sup ponit corpus Christi absolutè esse terminum actionis, vt patet ex dictis. Nec ob-stat quod sæpissimè dicitur &. repetitur infinities, quòd hæc conuersio habet pa nem pro termino à quo & Corpus Christi pro termino ad quem: quoniam hoc-uitatis causa hos terminos absolutè proferimus: cum grano tamen talis ab ea-dictis intelligendos, vt exposuimus.

¶ Ad rationẽ Scoti pro transubstãtiatione adductiua, facile respondetur negãdo

minorem: quoniã corpus Christi succedit pani, & secundũ esse simpliciter, id est substantiale, & secundũ esse hic, id est sub accidẽtibus panis. Sed nõ est mirũ de arguente: quoniam sola voce dicens conuersionem substantiæ panis in substan tiam corporis Christi, confequenter assumit, quòd corpus Christi non succedit pani, secundũ esse simpliciter, cùm secũdũ veritatem substãtia corporis Christi effecta. Vnde Ambro. dicit in lib. de Sacramentis, Liquet quòd præter naturæ ordinẽ Virgo generauit, & hoc, quod cõficimus, cor pus ex Virgine est: quid ergo quæris naturæ ordinẽ in Christi corpore, cùm præter natu-rã sit ipse Dominus Iesus partus ex Virgine? Et super illud Ioan. 6. Verba quæ ego locutus sum vobis, scilicet de hoc sacramẽto, spiritus & vita sunt. dicit Chrysosto. id est spiritualia sunt, nihil habẽtia carnale, neq; consequentiã naturalẽ, sed erutã sunt ab omni tali necessi-tate, quæ in terra, & à legibus, quę hic positæ sunt. Manifestũ est enim quòd omne agens agit inquãtũ est actu. Quodliber autẽ agens creatum est determinatũ in suo actu, cùm sit determinati generis & speciei, & ideo cuiuslibet agẽtis creati actio fertur super aliquem determinatum actũ: determinatio autem cu iusliber rei in esse actuali, est per eius formã. Vnde nullũ agens naturale seu creatum po-test agere nisi ad immutationem formæ: & propter hoc omnis cõuersio, quæ fit secun-dum leges naturę, est formalis. Sed Deus est actus infinitus (vt in Prima parte habitum est) vnde eius actio se extendit ad totã natu-ram entis. Non igitur solùm potest perficere cõuersionem formalẽ, vt scilicet diuersæ for-mæ sibi in eodẽ subiecto succedant: sed con-uersionẽ totius entis, vt scilicet tota substãtia huius cõuertatur in totã substantiam illius. Et hoc agitur diuina virtute in hoc sacramẽ-to: nam tota substantia panis conuertitur in totam substantiam corporis Christi, & to-ta substantia vini, in totam substantiam san-guinis Christi. Vnde hæc conuersio non est formalis, sed substantialis: nec cõtinetur in-ter species motus naturalis, sed proprio no-mine potest dici transubstantiatio.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd obiectio procedit de mutatione for-mali: quia formæ proprium est in materia vel subiecto esse. Nõ autem habet locum in conuersione totius substãtiæ. Vnde cùm hæc conuersio substantialis, importet quendam ordinem substantiarum, quarum vna con-uertitur in alteram, est sicut in subiecto in vtraque substantia sicut ordo & numerus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illa obie-ctio procedit de cõuersione formali seu mu-tatione: quia oportet sicut dictũ est, formam esse in materia vel subiecto. Non autem ha-bet locum in cõuersione totius substãtiæ, cuius non est accipere aliquod subiectum.

¶Ad tertium dicendũ, quòd virtute agentis finiti nõ potest forma in formã mutari, nec materia in materiã. Sed virtute agẽtis infiniti (quod habet actionẽ in totum ens) potest talis cõuersio fieri: quia vtriq; formæ & vtri-que materiæ est cõmunis natura entis, & id quod est entitatis in vna, potest actor entis conuertere in id quod est entitatis in altera, sublato eo, per quod ab illa distinguebatur.

natura entis inhæra in pane, cõuerteretur in corpus Christi. formaliter loquẽdo. ¶ Contrariatur etiã directè intento hic sensus quoniã directè intentũ ab Autore est, quòd totũ conuertatur in totũ, & non quòd vna res aut vna natura sub vna ratione tantũ conuertatur in aliã. Hæc enim interpretatio ad hoc tandẽ tendit, quod cõuertibilitas rerũ est secundũ id in quo cõmunicant, & nõ secundũ ea in quibus differunt. quod cõtrariatur non solùm Autoris, sed fidei doctri næ, asserenti panẽ con-uerti in corpus Christi, & nõ solùm entitatẽ pa nis in entitatẽ corporis Christi conuerti, sed pa nem cõuerti in corpus Christi. Vnde literæ ver ba quę superficie tenus fauere videtur dicto re-probato sensui, dum so-nant, id quod est entita tis in vna re, potest a-ctor entis cõuertere in id quod est entitatis in altera, sublato eo per quod ab illa distinguebatur, intelligẽda sunt sic, vt tota res, puta pa-nis, cõuertatur in totã rẽ. puta corpus Christi, hoc enim importat illa verba, id quĩ est entita-tis in vna, in id quod est entitatis in alteram: & tota res est entitatis in vna, & tota res est entitatis in altera. Quod au tẽ subditur, sublato eo per quod ab illa distin-guebatur, proculdubio ad differẽtiã proprij di-stinctiui à cõmuni natu ra entis subductã est. Sed huiusmodi differentia nõ cõsistit in hoc quòd entitas est, pura panis, cõuertatur in entitatẽ alterius rei, puta corpo ris Christi, panis verò proprio cõstitutiuo per quod ab illa distinguebatur, & totam rem cõuerti in totam remitta quòd nihil eius secundum se remaneat, aut nihilum decidat.

¶ Et si inferatur, 9. si tota res totaliter cõuertitur in totã aliã rẽ, frustra Autor la-borauit ad distinguendũ in rebus cõuertibilibus naturã entis, in qua cõuenit, à proprijs distinctiuis rerũ, &c. respondetur nõ frustra, sed visitet Autorẽ labo-rasse ad reddendã rationẽ cõuertibilitatis totalis super naturalis proportiona-liter ad rationẽ cõuertionis subst antialis naturalis. Dupliciter siquidẽ naturali cõuertione inuẽta (scilicet, vel per modũ generationis, sicut quò aër cõuertitur in nouũ ignem: vel per modũ aggenerationis, sicut quò alimentũ cõuertitur in substantiã eius quod nutritur) cõmunis ratio vtriq; conuersionis est cõuenientia in materia & differẽtia in formis, quibus fiebat distinctio: & in ipsa cõuersione materia vtrobiq. remanet, & forma rei quæ conuertitur non remanet. Vnde vt proportionaliter de totali cõuertione doctrina traderetur, posuit Autor in cõ-uertibilibus huiusmodi naturã entis in qua cõuenirẽt, & cõstitutiua specifica, quibus distinguũtur: & rursus posuit naturã in qua res, quæ cõuertitur, cõmuni cat cum altera, remanere in illa altera, nõ in seipsa: quia sic nõ cõuerteretur in alterã rem, sed in ibi simile. Et propterea dicitur saluari rationẽ formalẽ eius, specificũ autẽ distinctiuũ ita cõuerti quòd nec in se nec in suo simili remaneat: & propterea auferri dicitur & non saluari secũdum suam rationem formalem. ¶Duplex propterea necessitas doctrinæ huius fuit: altera vt conuersio super-naturalis proportionalis conuersionibus naturalibus sit mõstrata: altera vt in-tellectus noster ex naturalibus cõuertionibus, quas nouit manu ducatur ad su pernaturalia: etsi non penetranda, saltem cogitanda, vt non impossibilia existi-mentur. Et hæc pro expositione literæ sint dicta.

¶ Cõferẽdo autẽ Autoris rationẽ de cõuertibilitate cuiusq; creaturæ in quãcũq; aliã occurrit Petros de Pal. ambiguus, & Durãdus obstãs manifestè in 4. 1. dist. 11. dupliciter, scilicet soluẽdo rationẽ Autoris, & arguẽdo cõtra dictã positionẽ. ¶ Ratio igitur autoris (scilicet, Agẽs virtutis infinitæ, quòd habet actionẽ in totũ ens, potest cõuertere, &c.) soluitur à Durã, dicẽte quòd ex hoc nõ potest cõuerte re nisi cõmunicãtia in materia, ratione cuius vnã potest dici manere in altero. ¶ Contra positionẽ autẽ arguit multiplicitèr. primò, cõuersum manet in eo. in qũ cõuersum est ergo nõ possunt inuicẽ cõuerti nisi cõmunicãtia in materia. Ante cedẽs probatur quia per hoc differt cõuersio ab annihilatione. Consequentia etiã probatur ex eo quòd nõ manet in eo actu quia tũc nõ esset cõuersum ergo manet in eo in potentia non actiua, sed passiua. hæc autẽ est potentia materiæ. ¶ Secundò, Absurdum est angelum conuerti in lapidem, aut econtra, nisi dice-retur illa absurditas ab antiquo reprobata, quòd vna natura posset fieri alia, pu ta quòd albedo posset fieri nigredo, quod implicat cõtradictionem in omnibus naturis contrariis siue disparatis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Tertio, si vnus angelus posset cõuerti in aliũ, sequeretur quòd angelus posset desinere esse sine annihilatione: cõsequẽs est falsũ, quia angelus nõ potest incipere esse nisi per creationẽ: igitur nec potest desinere esse nisi per annihilationẽ.

¶Arguitur quarto auctoritate Aug. 7. super Genes. dicẽtis, quòd corpus posse mutari in spiritũ aut naturã incorpoream, nec aliquos sensisse icio, nec fides habet.

ARTICVLVS. V.

¶Vtrùm in hoc sacramẽto remaneant accidentia panis & vini.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd in hoc sacramento non remaneant accidẽtia panis & vini. Remoto enim priori, remouetur & posterius. Sed substantia est naturaliter prior accidente: vt probatur 7. Meta. Cùm igitur fícta cõsecratione nõ remaneat substantia panis in hoc sacramento, videtur, quòd non possint remanere accidentia eius.

¶Præterea, In sacramẽto veritatis non debet esse aliqua deceptio. Sed per accidentia iudicamus de substãtia. Videtur ergo quòd decipiatur humanum iudicium: si remanentibus accidentibus, substãtia panis non remaneat. Non ergo hoc est cõueniens huic sacramẽto.

¶Præterea, Quãuis fides nostra non sit subiecta rationi, nõ tamen est contra rationem, sed supra ipsam, vt in principio huius operis dictum est. Sed ratio nostra habet ortũ a sensu, ergo fides nostra non debet esse contra sensum. Est autem contra sensum dum sensus iudicat esse panẽ, & fides credit esse substantiam corporis Christi. Non ergo hoc est conueniens huic sacramento, quòd accidentia panis subiecta sensibus maneant, & substantia panis non maneat.

¶Præterea, Illud quod manet conuersione facta, videtur esse subiectũ mutationis. Si ergo accidẽtia panis manẽt cõuersione facta, videtur quòd ipsa accidẽtia sint cõuersionis subiectũ. Quod est impossibile: nam accidentis non est accidens. Non ergo in hoc sacramẽto debent remanere accidentia panis & vini.

¶SED CONTRA est quod August. dicit in lib. senten. Prosperi, Nos in specie panis & vini, quam videmus, res inuisibiles, id est carnem & sanguinem honoramus.

CONCLVSIO.

¶ Decuit ad fidelium in fide exercitationem, & meritum sacrum christi corpus in sacramento non sub propria, sed panis ac vini specie & accidentibus comedendum proponi.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd sensu apparet, facta cõsecratione, omnia accidentia panis & vini remanere. Quod quidem ratione autem loquimur secundum diuinæ omnipotentiæ amplitudinem.

¶Ad obiecta deinde eluẽdẽ cõtra conuersionẽ materiæ in materiã, respõdetur cõmunicãdo in vocabulis cum arguẽte, quòd remanere in suo simili contingit dupliciter, vel per solã similis remãsionẽ, vel per remãsionẽ similitudĩs quòd est quod erat reliquũ. Et inconuersione qui dẽ de qua est sermo, materia cõuersa remanet in suo simili secũdo modo: quia materia corporis Christi est, quòd erat materia panis: Arguẽs verò accipit remanere in suo simili primo modo, secũdũ quẽ procedere cõcẽdimus & nõ secũdũ alterũ modũ clarè patet.

¶Ad obiecta demũ eluẽdẽ Durã. in quæst. cõtra modũ conuersionis ià declarate negatur sequela annihilationis. Et ad primã probationẽ dicitur quòd plures quirũtur ad veritatẽ miracloris, scilicet q. id quod fuit res illa, postea sit nihil. Quod in proposito est falsũ: quia licet panis ante consecrationẽ fuerit aliquid & post cõsecrationẽ nõ sit aliquid, nulla nõ est quod ramẽ erat panis ante cõsecrationẽ. Et post cõsecrationẽ aliquid, scilicet corpus Christi. Vel potest distinguere, magis & dupliciter posse intelligi, scilicet cũ præcisione vel sine præcisione cõtradictionis, & sic de aliis mẽbris similibus. Nõ dedecẽt ergo hoc saluatoré non ituũ apud penetrantes, quòd dignatus est etiã mori & vsq; ad resurrectionẽ suã pœnalitatibus finẽ nõ imponere: vt separatio animæ à corpore euidẽter testatur: durans vsq; ad diem. Et si contra hanc responsionẽ obiciatur ex dict. Scoto in 7. quæst. dist. 10. quòd sequitur sub hostia seruata illo triduo nõ esse corpus Christi, quia nõ cõtenta fuisset sub hostia materia sola: quoniam materia cõtinetur sub sacramẽto, vt pars totius, hoc est corporis, materia autẽ sola non est pars corporis nec materia cũ anima Christi: quia erat separata ab illa, nec materia sub noua forma: quia sequitur duo cõtradictoria, scilicet quòd materia haberet simul nouã formã, & non haberet illã. nam in esse naturæ haberet illam, & in sacramẽto nõ haberet illam. Respondendũ est, quòd fuisset in illo triduo materia cũ forma nouæ sub sacramẽto ita quòd quia secundũ veritatẽ præsupposita vnitate formæ in cõpositio corpus Christi in illo triduo constituebatur per nouã formã ideo in sacramẽto cõtinebatur corpus per nouã formã cõstitutũ. Et si inferatur, quòd in illã formã non fuit facta cõuersio, respõdetur quòd sufficit fuisse factã conuersionẽ in corpus Christi remanens semper idem numero, per quacunq; formã cõstituatur: quia semper remanet nõ solũ eadẽ materia, sed eadẽ hypostasis: & quod plus est, idẽ esse. nã noua forma non dedit nouũ esse, sicut nec constituit nouã hypostasim. Et ita licet sint mirabilia, sunt tamẽ vera singulariter in Christo, & propterea corpus Christi in triduo propter diuersitatẽ formæ non ni fi secũdũ quia efficitur aliud: simpliciter enim, absolutè loquendo, remanet, & est semper idẽ numero. Videtur tamẽ, quòd noua illa forma, sicut adueniẽtiæ pertinet ad corp⁹ Christi, in supplemẽtum separatæ ad tẽpus propriæ animæ, ita potius concomitanter quãm ex vi sacramenti noua illa forma contenta sit sub ter nata tunc hostia.

¶ Ad secũdum dicitur, cõcedendo quòd terminus cõuersionis est quid reale vt reale: & propterea negatur animã dan tem esse corporeum, vt sic esse rationẽ aut minimam aliquã diminutionẽ realitatis sonat. Licet enim distinctio ipsius dãtis esse corporeũ à seipsa dãte esse animatũ, tit ratio seu rationis ens: ipsa tamẽ tã dans esse corporeum vt sic, quã dãs esse animatũ, vt sic, non minus est realis vt realis, quãm si distingueretur à seipsa realiter: distinctio enim vel indistinctio huiusmodi per accidẽs se habent ad realitatẽ ipsius dãtis hoc & dãtis illud.

¶Et tu nouitie scito, nõ referre ad fidei doctrinã, sed ad philosophicas opiniones, sic vel aliter loquiter de identitate formali corporis Christi in triduo: tenẽtes enim vnam tantum formam substantialem in composito (de quorũ numero est Aureol) consequenter dicunt sic, Opinantes autẽ esse plures formas substantiales in composito, aliter dicerent.

Supra, ar. 2. ad 3. & infrà, q. 76. arti. 1. ad 3. Et 4. di. 11. qõ. 1. ar. 1. q. 2 Et di. 12 q. 1. ar. 1 q. 2. & 1 Cor. 11. lec. 5. co. 2. fi. & coll. 6.

Vide Durã. in quæst. 1. arguit specialiter cõtra conuersionẽ materiæ in materiã, quã Autor in hac litera ponit. Arguit autẽ sic: Si materia conuerteretur in materiã, cõuersio fieret per hoc quòd materia desineret esse in se, & esset in suo simili, sicut fit materia alterius, in quã cõuersa dicitur. Sed hoc nõ potest dici: quia sic cõuersio nõ differret ab annihilatiõe: nã annihilata materia in aliquo nihilominus remanet similis materia in alio sine aliqua conuersione. Et ruríus sequeretur secundum hoc, quòd non diceretur materia vnius magis conuerti in materiam alterius determinati, quàm in materiam cuiuscunque alterius: quia quælibet est similis cuilibet.

¶Demum arguit Duran. idem ibidem contra modum cõuersionis in litera positũ, scilicet quòd totũ cõuertitur in totũ: tra quòd materia in materiã, & forma in formã conuertuntur. Primò, quia ex hac positione sequitur substantiã panis verè annihilari. Et probatur sequela, primò quia id quod prius fuit aliquid, & postea est nihil, est verè annihilatũ: sed secundũ hũc cõuersionis modũ substantia panis ante cõsecrationẽ fuit aliquid, & post cõsecrationẽ est nihil: ergo substãtia panis est verè annihilata. Maior patet ex ratione terminorũ. Minor probatur: quia id quod non est aliquid in se vel in alio, est nihil: sed substãtia panis post consecrationẽ nõ est aliquid in se (vt patet) nec in alio, scilicet corpore Christi: quia nihil plus est in corpore Christi, quãm antè. Secundò, quia si in corruptione materia desineret esse, quemadmodũ & forma, iã nõ esset corruptio, sed annihilatio: sed in hoc modo conuersionis tã materia quàm forma panis desinit esse: ergo est vera annihilatio. Tertiò, Si remanente corpore Christi immutato, rediret eadem substãtia panis, oporteret panem illũ creari quia de nihilo fieret, quia non de substantia corporis Christi, nec de aliqua alia substantia fieret: ergo si præ existente corpore Christi & nihil de substantia panis in eo remanente panis desinat esse (vt in proposito ponitur) verè annihilaretur. Et probatur cõsequentia ex eo quòd eodẽ modo se habet aliquid vt sit terminus ad quẽ annihilationis & terminus à quo creationis: ac per hoc sicut corpus Christi recedente pane per creationẽ nõ impedit verã creationẽ: ita idẽ Christi corpus desinente pane, ita quòd nihil eius maneat in se aut Christi corpore, non impedit quin sit vera annihilatio. Vnde infert Duran. quòd duobus existẽtibus modis cõuersionis in præexistens (scilicet per modũ quo alimentũ conuertitur in id quod alitur: & per modũ imaginatum nulli intelligibilẽ, scilicet quo totũ conuertitur in totũ præexistens: modo superius expresso) nec vnus istorum per Ecclesiam sit magis approbatus aut reprobatus quàm alius. videtur probabiliter quòd ille modus, qui est possibilis & intelligibilis, esset eligendus & tenendus.

Ad horũ euidẽtiã nõ oportet alia iacere fundamẽta: quia si cõsideretur differẽtia inter aliquid esse seu remanere in alio, & id quod fuit aliquid esse illud aliud, elucesceret solutio nodi. Imaginatur Duran. & malè, oportere cõuersum manere in eo, in quod est cõuersũ: quòd secũdũ veritatẽ cõuersũ nõ manet in eo, in quod est cõuersum: sed est ipsum, in quod est cõuersum: & propterea panis nõ annihilatur, nec remanet in corpore Christi: sed id quẽ erat panis, est corp⁹ Christi.

¶Vnde sigillatim respõdendo, cõfutatur solutio ad rationem Autoris à Duran. allata: quoniã innititur huic falso fundamento. Conuersum oportet manere in eo, in quod cõuertitur. Et in hoc quoq; peccat primum argumentũ contra positionem Autoris. nã hoc falsum assumit pro antecedente. Et ad probationem eius respondetur falsissimũ esse, quòd per hoc conuersio differat ab annihilatione: differt enim ab illa per hoc, quòd id quod erat panis, est corpus Christi.

¶Ad secũdũ dicitur, quòd licet sit secũdũ naturalẽ potẽtiã absurdũ, angelũ posse cõuerti in lapidem, aut econtra: nõ est tamẽ absurdũ secundũ potentiã obedientiæ ad diuinã omnipotentiã. Et licet optimè sit reprobatũ, albedinẽ fieri nigredinẽ, sicut etiã reprobatum est panẽ fieri corpus Christi, non tamẽ reprobatum est, albedinem posse per diuinã omnipotentiã conuerti in nigredinẽ: non enim implicat contradictionem: & similiter panis potest conuerti in corpus Christi.

¶Ad tertiũ dicitur cõcedendo quòd angel⁹ possit desinere esse sine annihilatione per conuersionẽ in aliũ. Et quod obicitur quũ non possit incipere esse nisi per creationẽ, respondetur quòd si ly potest attendatur secundũ potentiã ordinariam, verũ est, quia modus incipiendi per creationẽ est tanquam naturalis modus, quo melpit esse angelus: sicut respondetur annihilatio, si tanquã naturali modo perderet esse. Verum sicut supernaturaliter potest perdere esse per conuersionem in aliã creaturam, non video quare supernaturaliter non possit incipere esse per conuersionẽ alterius in ipsum non præexistentẽ, sed acquirentẽ esse. Et moueor ad hoc, quia facilius videtur conuertere vnã creaturã in aliam non præexistentẽ & acquirentem esse, quã in eandẽ præexistentem. Vnde non admittitur vltimò assumptũ à Duran. in hoc argumento, quod si admittendum puras tanquam impertinens, nega sequelã ad præsemẽ difficultatẽ pertinẽtem.

¶Ad quartum & quintum simul dicitur quòd tã Augu. quãm Boẽt. de mutatiõibus naturalibus, & quæ de facto secundum fidem hunt, loquuntur: nos autem

Et si quidẽ intelligatur cũ præcisione, hoc est præcindendo à quocũq; alio nõ significato per eũ, dicitur quòd propositio est vera, & patet ex ratione terminorũ: sed nõ esset admittẽda minor cũ huiusmodi præcisione. Si verò intelligatur absq; præcisione cõpossibilitẽ cum ipsius veritate quamuis nõ significatorũ per eam, dicitur quòd propositio potest esse & vera & falsa: quia rem. puta panem, prius fuisse aliquid, & postea nihil, pluribus modis cõtingere potest, inter quos vnus est per totalem conuersionem ipsius in corpus Christi: secundum autem modum falsa est propositio: quia quod erat panis, est corpus Christi. Et quia in minore exprimitur iste modus, ideo simpliciter maior est falsa.

¶ Ad secũdũ negatur cõsequẽtia: quoniã. vt iã patet, plus requiritur ad annihilationẽ, quã definere esse materiã & formã: & potes ad verũ. argumẽti, & similia alti⁹ respõdere, dicẽdo quòd esse nihil, nõ esse aliquid definere esse & sequi huiusmodi significatur cõtingit dupliciter. Vno modo per se: & sic verificatur ista assumpta. alio modo cõcomitãter ad cõuersionẽ in aliud: & sic ofa sunt falsa. Et quia in proposito panis cõcomitãter, ad cõuersionẽ sui in corp⁹ Christi nõ est aliquid, est nihil, desinit esse, & nõ per se est nihil, nõ est aliquid desinit esse: ideo nõ annihilatur: annihilatio enim per se est, ad nihil, ad vltimũ aliquid est. ad nõ esse.

¶Ad tertiũ negatur assumpta primò cõditionalis, dicẽdo quòd si diuina omnipotentia restituerent eundẽ panẽ numero, posset fortè dupliciter illũ restituere, scilicet vel per modum creationis, vel per modũ reconuersionis. Et si fieret per modũ creationis, impertinentia sunt omnia quæ adducuntur: quia corpus Christi non esset terminus à quo creationis: quod tamen fuit terminus ad quẽ conuersionis: & si sic fieret essent veræ ambæ istæ propositiones, hic panis est, & corpus Christi est, quod fuit iste panis. Si verò fieret per reconuersionẽ (ita quòd corpus Christi inquantũ est quod erat panis cõuerteretur in panẽ nunc verũ esset, quòd panis qui fuerat, iterũ est: sed non esset vera enũtiatio dicens corpus Christi est quod erat iste panis. Factus sum insipiens: sed Durandus me coëgit.

¶Quocirca illata à Duran. de probabilitate suæ phãtasiæ manifestè cõcluditur falsa ex decretali Lateranen. de sum. Trini. & fid. catho. firmiter credimus, quòd dicitur, Trãsubstãtiatis pane in corpus & vino in sanguinẽ Christi. Cõstat enim quòd trãsubstantiario importat aliud quã vnionẽ materiarũ. quã finxit Durandus fieri sub forma corporis Christi: sonat nanq; apud omnes fideles mutationẽ quandam panis in corpus Christi ineffabilẽ: ita quòd mutatione facta, corpus Christi est quod erat panis, & vbi erat panis. Vnde præstat cum vniuersali Ecclesia in captiuitatẽ redigere intellectũ in obsequium Christi, quãm cõtra Ambrosij præcepta naturæ vires, ordinem aut potentiã, in hoc mysterio quærere.

Aureol.

¶ Super Quæstionis septuagesimæquintæ Articulum quintum.

IN hoc art. & reliquis eiusdem 75. q. duo solùm notanda occurrunt. Primũ est in artic. 6. ad primum, quòd forma panis est forma substantialis, speciẽ differens à pasta secundum Autorẽ, dum dicit, quòd ars producit formã substantialem panis virtute ignis, decoquentis materiã ex farina & aqua confectam. *Quæstio.* ¶Persuadetur autem sic esse: quia ex fide tenemus conuersionem solius substãtiæ panis in substantiam corporis Christi: si enim forma panis esset accidens non per se ised per aliud, scilicet subiectum conuerteretur panis in corpus Christi, Et cuius nihil prohiberet facta consecratione remanere formã panis cum cæteris accidentibus remanentibus: quod constat esse falsum.

¶ Nũ forma panis cõuertatur in animã Christi secũdũ q̃ dat esse corporeũ.

¶In respontione ad secundum eiusdẽ 6. art. occurrit secundũ, quod est ex Scoto in 4. sent. dist. 11. q. 3. contra hanc literã, ponentem formã panis conuerti in animam Christi, secundũ quòd dat esse corporeum. Arguitq; dupliciter: Si hostia consecrata à Christo in cœna, fuisset triduo mortis seruata, permãsisset eadẽ res primò cõtenta sub hostia: ergo permãsisset eadẽ forma corporis Christi cõstituẽs illud corpus: sed anima Christi nõ permãsit in cõstituẽdo corp⁹ illud: quia fuit separata à corpore: ergo cõuersio non fuit facta in animã Christi. Ofa sunt clara. Et prima cõsequẽtia patet ex eo quòd res primò cõtẽta est corpus Christi. ¶Præterea, Conuersio realis debet fieri in rem realem vt realem: sed anima intellectiua vt dat esse corporeum distinguendo contra esse animatum, non est quid reale vt reale, sed potius vt rationificut cõmune non est aliquid præter singularia: ergo ista conuersio non est in animam Christi sub tali ratione. ¶Ad

¶Ad hoc dicitur quòd quia corpus Christi vnum & idẽ est quod cõtinetur sub hostia, & quod est secundũ se, eadẽ est substãtia de ideãtate corporis Christi in rerũ natura cum hostia. Et sacramẽtorum enim oportet magis seruare ideãtatẽ corporis Christi in sacramento, quàm in rerũ natura. Et propterea dicitur, ad assumptã conditionalem quòd res primò cõtẽta fuisset in illo triduo ea dẽ tripliciideãtate numerali, scilicet hypostatica, essentiæ, & materiæ & fuisset nõ eadẽ formaliter, sicut in rerũ natura corpus Christi in illo triduo eadẽ materia sola: quoniam materia cõtinetur sub sacramẽto, vt pars totius, hoc est corporis, materia autẽ sola non est pars corporis nec materia cũ anima Christi: quia erat separata ab illa, nec materia sub noua forma: quia sequitur duo cõtradictoria, scilicet quòd materia haberet simul nouã formã, & non haberet illã. nam in esse naturæ haberet illam, & in sacramẽto nõ haberet illam. Respondendũ est, quòd fuisset in illo triduo materia cũ forma nouæ sub sacramẽtorita, quòd quia secundũ veritatẽ præsupposita vnitate formæ in cõpositio corpus Christi in illo triduo constituebatur per nouã formãideo in sacramẽto cõtinebatur corpus per nouã formã cõstitutũ. Et si inferatur, quòd in illã formã non fuit facta cõuersio, respõdetur quòd sufficit fuisse factã conuersionẽ in corpus Christi remanens semper idem numero, per quacunq; formã cõstituatur: quia semper remanet nõ solũ eadẽ materia, sed eadẽ hypostasis: & quod plus est, idẽ esse. nã nouã forma non dedit nouũ esse, sicut nec constituit nouã hypostasim. Et ita licet sint mirabilia, sunt tamẽ vera singulariter in Christo, & propterea corpus Christi in triduo propter diuersitatẽ formæ non ni fi secũdũ quia efficitur aliud: simpliciter enim, absolutè loquendo, remanet, & est semper idẽ numero. Videtur tamẽ, quòd noua illa forma, sicut adueniẽtiæ pertinet ad corp⁹ Christi, in supplemẽtum separatæ ad tẽpus propriæ animæ, ita potius concomitanter quãm ex vi sacramenti noua illa forma contenta sit sub ter nata tunc hostia.

¶ Ad secũdum dicitur, cõcedendo quòd terminus cõuersionis est quid reale vt reale: & propterea negatur animã dan tem esse corporeum, vt sic esse rationẽ aut minimam aliquã diminutionẽ realitatis sonat. Licet enim distinctio ipsius dãtis esse corporeũ à seipsa dãte esse animatũ, tit ratio seu rationis ens: ipsa tamẽ tã dans esse corporeum vt sic, quã dãs esse animatũ, vt sic, non minus est realis vt realis, quãm si distingueretur à seipsa realiter: distinctio enim vel indistinctio huiusmodi per accidẽs se habent ad realitatẽ ipsius dãtis hoc & dãtis illud.

¶Et tu nouitie scito, nõ referre ad fidei doctrinã, sed ad philosophicas opiniones, sic vel aliter loquiter de identitate formali corporis Christi in triduo: tenẽtes enim vnam tantum formam substantialem in composito (de quorũ numero est Aureol) consequenter dicunt sic, Opinantes autẽ esse plures formas substantiales in composito, aliter dicerent.

Aureol. Quæstio. 1. ar. 2. q. 2. ad 1. & 2. Et 4. di. 11. qõ. 1. ar. 1. q. 2 Et di. 12 q. 1. ar. 1 q. 2. & 1 Cor. 11. lec. 5. co. 2. fi. & coll. 6.

nabiliter per diuinam prouidentiã fit. Primò quidem: quia non est cõsuetum hominibus, sed horribile carnem hominis comedere, & sanguinem bibere. Et ideo proponuntur nobis caro & sanguis Christi sumenda, sub specie bouis illorũ, quæ frequentius in vsum hominis veniunt, scilicet panis & vini. Secũdò, ne hoc sacramentum ab infidelibus irrideatur, si sub specie propria Dominum nostrum manducemus. Tertiò, vt dũ inuisibiliter corpus & sanguinem Domini nostri sumimus, hoc proficiat ad meritum fidei.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd sicut dicitur in libr. de causis, effectus, plus dependet à causa prima quam à causa secunda. Et ideo virtute Dei, qui est causa prima omnium, fieri potest vt remaneant posteriora prioribus sublatis.

¶Ad secundum dicendum, quòd in hoc sacramento nulla est deceptio: sunt enim ibi secundum rei veritatem accidentia quæ sensibus diiudicantur: intellectus autem, cuius est proprium obiectum substantia (vt dicitur in tertio de anima) per fidem à deceptione præseruatur.

¶Et sic patet responsio ad tertium. Nam fides non est contra sensum, sed est de eo, ad quod sensus non attingit.

¶Ad quartum dicendum, quòd hæc conuersio non propriè habet subiectum, vt dictum est. sed ramen accidentia quæ remanent, habent aliquam similitudinem subiecti.

ARTICVLVS VI.

¶Vtrum facta consecratione, remaneat in hoc sacramento forma substantialis panis.

AD SEXTVM sic proceditur Videtur quòd facta consecratione, remaneat in hoc sacramento forma substantialis panis. Dictum est enim, quòd facta consecratione, remanent accidentia. Sed cùm panis sit quoddam artificiale: etiam forma eius est accidens. Ergo remanet facta consecratione.

¶Præterea, Forma corporis Christi est anima: dicitur enim in secundo de anima, quòd anima est actus corporis Physici, potentia vitam habentis. Sed non potest dici quòd forma substantialis panis conuertatur in animã. Ergo videtur quòd remaneat facta consecratione.

¶Præterea, Propria operatio rei sequitur formam substantialem eius. Sed illud quod remanet in hoc sacramento, nutrit, & omnem operationem facit, quam faceret panis existens. Ergo forma substantialis panis remanet in hoc sacramento facta consecratione.

¶SED CONTRA, Forma substantialis panis est de substantia panis. Sed substantia panis conuertitur in corpus Christi: sicut dictum est. Ergo forma substantialis panis non manet.

CONCLVSIO.

¶Quanquã post consecrationem panis & vini accidentia remaneant, substantiam tamen illorum remanere impossibile est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidam posuerunt, quòd facta consecratione non solùm remanẽt accidentia panis, sed etiam forma substantialis eius. Sed hoc esse non potest. Primò quidẽ: quia si forma substantialis panis remaneret, nihil de pane cõuerteretur in corpus Christi, nisi sola materia. Et ita sequeretur quòd non conuertere-

Sup. art. 3. cor. & infrà, q. 78. arti. 2. & 5. cor. Et. 4. di. sinc. 11. q. 1. arti. 2 cor. et art. 3, q. 2. perto. Et. 4. cõ. tra. cap. 73.

tur in corpus Christi totum, sed in eius materiã. quod repugnat formæ sacramenti, qua dicitur, hoc est corpus meum. Secundò, quia si forma substantialis panis remaneret, aut remaneret in materia, aut à materia separata. Primum autem esse non potest: quia si remaneret in materia panis, tunc tota substantia panis remaneret: quod est contra prædicta. In alia autem materia remanere non potest: quia propria forma non est nisi in propria materia. Si autem remaneret a materia separata, iam esset forma intelligibilis actu, & etiam intelligens: nam omnes formæ à materia separatæ, sunt tales. Tertiò esset inconueniens huic sacramento. Nam adueniẽtia panis in hoc sacramento remanent: vt sub eis videatur corpus Christi: non autem sub propria specie, sicut suprà dictũ est. Et ideo dicendum est, quòd forma substantialis panis non remanet.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd nihil prohibet arte fieri aliquid, cuius forma non est accidens, sed forma substantialis: sicut arte possunt produci ranæ & serpentes: talem enim formam non producit ars virtute propria, sed virtute naturaliũ principiorũ Et hoc modo producit formam substantialem panis virtute ignis decoquentis materiam ex farina & aqua confectam.

¶Ad secundum dicendum, quòd anima est forma corporis, dans ei totum ordinem esse perfecti, scilicet esse & esse corporeum, & esse animatum: & sic de aliis. Conuertitur igitur forma panis in formã corporis Christi: secundum quòd dat esse corporeum, non autem secundum quòd dat esse animatum tali anima.

¶Ad tertium dicendum, quòd operationum panis, quædam consequuntur ipsum ratione accidentium, sicut immutare sensum. Et tales operationes inueniuntur in speciebus panis post consecrationem, propter ipsa accidentia, quæ remanent. Quædam autem operationes consequuntur panem, vel ratione materiæ, sicut quod cõuertatur in aliquid vel ratione formæ substantialis, sicut est operatio cõsequens speciem eius, puta quòd cõfirmat cor hominis. Et tales operationes inueniuntur in hoc sacramento: non propter formam vel materiã quæ remaneat: sed quia miraculosè conferuntur ipsis accidentibus: vt infra dicetur.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrùm ista conuersio fiat in instanti.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd ista conuersio non fiat in instanti, sed sit successiua. In hac enim conuersione prius est substantia panis, & postea substantia corporis Christi. Non ergo vtrunque est in eodem instanti, sed in duobus instãtibus. Sed inter quælibet duo instantia est tempus medium. Ergo oportet quòd hæc conuersio fiat secundum successionem temporis, quod est inter vlrimum instans, quo est ibi panis: & primum instans, quo est ibi corpus Christi

¶Præterea, In omni conuersione est fieri & factum esse. Sed hæc duo non sunt simul: quia quod fit, nõ est: quod autem factum est, iam est. Ergo in hac cõuersione est prius & posterius, & ita oportet quòd non sit instantanea sed successiua.

¶Præterea, Ambros. dicit in libr. de Sac. quòd istud sacramentum, Christi sermone conficitur. Sed sermo Christi successiuè profertur. Ergo hæc conuersio fit successiuè.

¶SED CONTRA est, quòd hæc conuersio perficitur virtute infinita, cuius est subitò operari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONCLVSIO.

¶ Cum conuersio panis & vini verum Christi corpus virtute prorsus diuina perficiatur, eam fieri in instanti, & non successiuè, necessarium est.

¶RESPONDEO dicendũ, quod aliqua mutatio est instantanea triplici ratione. Vno quidẽ modo ex parte formæ, quæ est terminꝰ mutationis. Si enim fit aliqua forma, quę recipiat magis & minus, successiuè acquiritur subiectũ: sicut sanitas. Et ideo quia forma substantialis non recipit magis & minus, inde est quòd subitò fit eius introductio in materia. Alio modo ex parte subiecti quod quandoq; successiuè præparatur ad susceptionẽ formæ: & ideo aqua successiuè calefit. Quando verò ipsum subiectũ est in vltima dispositione ad formã, subitò recipit ipsam: sicut diaphanũ subitò illuminatur. Tertio modo ex parte agẽtis, quod est infinitæ virtutis. Vnde statim potest materia ad formam disponere: sicut dicitur Mar. 7. quòd cum Christus dixisset, Ephetha, quod est adaperire, statim apertæ sunt aures hominis, & solutum est vinculum linguæ eius. Ex his tribus rationibus hæc conuersio est instantanea. Primò quidem, quia substantia corporis Christi, ad quam terminatur ista conuersio, non suscipit magis neq; minus. Secundò, quia in hac conuersione non est aliquod subiectũ, quod successiuè præparetur. Tertiò, quia agitur Dei virtute finita.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quod quidã non simpliciter concedũt, quòd inter quælibet duo instantia sit tẽpus mediũ. Dicũt enim quòd hoc habet locũ in duobus instãtibus, quæ referuntur ad eundẽ motum, non autem in duobus instantibus, quæ referuntur ad diuersa. vnde inter instans quod mensurat finem quietis, & aliud instans quod mensurat principiũ motus, nõ est tẽpus mediũ. Sed in hoc decipiũtur: quia vnitas tẽporis & instantis, vel eriã pluralitas eorũ, non accipitur secundũ quosq; motus, sed secundũ primum motũ cæli, qui est mẽsura omnis motus & quietis. Et ideo alij hoc concedũt in tẽpore, quod mensurat motũ dependentẽ ex motu cæli. Sunt autẽ quidã motus, ex motu cæli non dependẽtes, nec ab eo mẽsurati: sicut in Prima parte dictũ est de motibus angelorũ. vnde inter duo instantia illis motibus respondentia, non est tempus mediũ. Sed hoc non habet locũ in proposito: quia quamuis ista conuersio secundũ se non habeat ordinem ad motum cæli, consequitur tamen prolationẽ verborum, qua necesse est motu cæli mẽlurari. & ideo necesse est inter quælibet duo instantia circa istam conuersionẽ signata, esse tempus medium. Quidam ergo dicunt, quòd instãs, in quo vltimò est panis, & instans in quo primò est corpus Christi, sunt quidem duo per comparationẽ ad mensurata, sed sunt vnũ per comparationẽ ad tẽpus mensurans: sicut cùm duæ lineæ se contingunt, sunt duo puncta ex parte duarũ linearum, vnum autem punctũ ex parte loci continentis. Sed hoc non est simile: quia instans & tempus, particularibus motibus non est mẽsura intrinseca, sicut linea & punctus corporibus, sed solùm extrinseca, sicut corporibus locus. Vnde alij dicunt, quòd est idem instans re, sed aliud ratione. Sed secundum hoc sequeretur, quòd realiter opposita essent simul: nam diuersitas rationis non variat aliquid ex parte rei. Et ideo dicendum est, quòd hæc conuersio (sicut dictum est) perficitur per verba Christi, quæ à sacerdote proferuntur: ita quòd vltimum instans prolationis verborum, est primum instans, in quo est in sacramento corpus Christi. in toto autem tempore præcedente est ibi substantia panis, cuius temporis non est accipere aliquod instans, proximo præcedens vltimum: quia tempus non componitur ex instantibus consequenter se habentibus, vt probatur 6. Phy sic. Et ideo est quidem dare primum instans, in quo est corpus Christi: non est autem dare vltimum instans, in quo sit substantia panis, sed est dare vltimum tempus. Et idem est in mutationibus naturalibus, vt patet per Philosophum in octauo Phys.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in mutationibus instantaneis simul est fieri & factum esse: sicut simul est illuminari & illuminatum esse. Dicitur enim in talibus factum esse, secundum quòd iam est fieri autem, secundum quòd antè non fuit.

¶Ad tertium dicendũ, quòd ista conuersio (sicut dictum est) fit in vltimo instanti prolationis verborum: tunc enim completur verborum significatio, quæ est efficax in sacramentorum formis. Et ideò non sequitur quòd ista conuersio sit successiua.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrum hæc sit falsa. Ex pane fit corpus Christi.

4. dist. 11. q. 1. art. 4.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd hæc sit falsa, Ex pane fit corpus Christi. Omne enim id ex quo fit aliquid, est id quod fit illud, sed non conuertitur: dicimus enim quòd ex albo fit nigrum, & quòd album fit nigrum: & licet dicamus quòd homo fiat niger, non tamẽ dicimus quòd ex homine fiat nigrum, vt patet in primo Physi. Si ergo verum est, quòd ex pane fiat corpus Christi, verum erit dicere, quòd panis fiat corpus Christi. Quod videtur esse falsum: quia panis non est subiectum factionis, sed magis est terminus. Ergo non verè dicitur, quòd ex pane fiat corpus Christi.

¶Præterea, Fieri terminatur ad esse vel ad factum esse. Sed hæc nũ quam est vera, Panis est corpus Christi, vel Panis est factus corpus Christi, vel etiam, Panis erit corpus Christi. Ergo videtur quòd nec etiam hæc sit vera, Ex pane fit corpus Christi.

¶Præterea, Omne id, ex quo fit aliquid, conuertitur in id quod fit ex eo. Sed hæc videtur esse falsa, Panis conuertitur in corpus Christi: quia hęc cõuersio videtur esse miraculosior, quàm creatio mũdi, in qua tamen non dicitur, quòd non ens conuertitur in ens. Ergo videtur quòd etiam hæc sit falsa, Ex pane fit corpus Christi.

¶Præterea, Illud ex quo fit aliquid, potest esse illud. Sed hæc est falsa, Panis potest esse corpus Christi. Ergo & hæc est falsa, ex pane fit corpus Christi.

¶SED CONTRA est quod Ambr. dicit in libr. de Sacramentis, Vbi accedit consecratio, de pane fit corpus Christi.

CONCLVSIO.

¶ Suscipitur à Christi fidelibus huiusmodi sermo, ex pane seu de pane fieri verum Christi corpus, intelligendo, id quod prius panis speciebus contentum erat, scilicet substantiam panis fuisse conversam in Christi verum corpus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd hæc conuersio panis in corpus Christi, quantum ad aliquid, conuenit cum creatione & cum transmutatione naturali: & quantum ad aliquid, differt ab vtroque. Est enim commune his tribus ordo terminorum, scilicet vt post hoc sit hoc (in creatione enim est, esse post non esse: in hoc sacramento, corpus Christi post substantiam panis, in tali mutatione naturali album post nigrum vel ignis post aërem) & quòd prædicti termini non sint simul. Conuenit autem conuersio, de qua nunc loquimur, cum creatione: quia in neutra earum est aliquod commune subiectum vtrique extremorum, cuius cõtrarium apparet in omni transmutatione naturali. Conuenit verò hæc conuersio cum transmutatione naturali in duobus, licet non similiter. primò quidem, quia in vtraque vnum extremorum transit in aliud (sicut panis in corpus Christi, & aër in ignem) non autem non ens conuertitur in ens. Aliter tamen hoc accidit vtrobique: nam in hoc sacramento tota substantia panis transit in totum corpus Christi, sed in transmutatione naturali materia vnius suscipit formam alterius, priori forma disposita. Secundò conueniunt in hoc, quòd vtrobique remanet aliquid idem, quod non accidit in creatione. Differenter tamen: nam in transmutatione naturali remanet eadem materia vel subiectum, in hoc autem sacramento remanent eadem accidentia. Et ex his potest accipi qualiter differenter in talibus loqui debeamus. Quia enim in nullo prædictorum trium extrema sunt simul, ideo in nullo eorum potest vnum extremum de alio prædicari per verbum substantiuum præsentis temporis: non enim dicimus, non ens est ens, vel panis est corpus Christi, vel aër est ignis, vel album est nigrum. Propter ordinem verò extremorum possumus vti in omnibus hac propositione Ex, quæ ordinem designat: possumus enim verè & propriè dicere, quòd ex non ente fit ens, & ex pane corpus Christi, & ex aëre ignis, vel ex albo nigrum. Quia verò in creatione vnum extremorum non transit in alterum, non possumus in creatione vti verbo Conuersionis: vt dicamus, quòd non ens conuertitur in ens. Quo tamen verbo vti possumus in hoc sacramẽto, sicut & in transmutatione naturali. Sed quia in hoc sacramento tota substantia in totam substantiã mutatur: propter hoc hæc conuersio propriè transubstantiatio vocatur. Rursus, quia huius conuersionis non est accipere aliquod subiectum, ea quæ verificantur in cõuersione naturali ratione subiecti, non sunt concedenda in hac conuersione. Et primò quidem manifestum est, quòd potentia ad oppositũ, consequitur subiectum: ratione cuius dicimus, quòd albũ potest esse nigrũ, & aër potest esse ignis: licet hæc non sit ita propria, sicut prima. Nam subiectũ albi (in quo est potentia ad nigredinẽ) est tota substantia albi, nõ enim albedo est pars eius: subiectum autẽ formæ aëris est pars eius, vnde cùm dicitur, aër potest esse ignis, verificatur ratione partis per synecdochem. Sed in hac conuersione, & similiter in creatione, quia nullũ est subiectũ, non dicitur quòd vnũ extremũ possit esse aliud, sicut quòd nõ ens potest esse ens, vel quòd panis possit esse corpꝰ Christi. Et eadẽ ratione nõ potest ꝓpriè dici, quòd de non ente fiat ens, vel ꝙ de pane fiat corpus Christi: quia hæc præpositio De, designat causam consubstantialem, quæ quidem consubstantialitas extremorũ in transmutationibus naturalibus attenditur penes conuenientiã in subiecto. Et simili ratione non conceditur quòd panis erit corpus Christi, vel quòd fiat corpus Christi: sicut neq; conceditur in creatione, ꝙ non ens erit ens, vel quòd non ens fiat ens: quia hic modus loquendi verificatur in transmutationibus naturalibus ratione subiecti: puta cùm dicimus ꝙ album fit nigrum, vel, albũ erit nigrũ. Quia tamẽ in hoc sacramento, facta conuersione, aliquid idẽ manet, scilicet accidẽtia panis (vt suprà dictũ est) secundum quandã similitudinẽ aliquæ harum locutionũ possunt cõcedi, scilicet ꝙ panis fit corpus Christi: vel panis erit corpus Christi, vel de pane fit corpus Christi. Vt nomine Panis non intelligatur substantia panis, sed in vniuersali hoc quod sub speciebus panis continetur: sub quibus prius continetur substantia panis, & postea corpus Christi.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd illud, ex quo aliquid fit, quandoque quidem importat simul subiectum cum vno extremorum transmutationis: sicut cùm dicitur, ex albo fit nigrũ: & sic etiam dici potest, hoc fit illud, id est, album fit nigrum. Quandoq; verò importat solum oppositum vel extremũ: sicut cùm dicitur, ex mane fit dies: & sic non conceditur quòd hoc fiat illud, id est, quòd mane fiat dies. Et ita etiam in proposito, licet propriè dicatur, ꝙ ex pane fiat corpus Christi: non tamen propriè dicitur, quòd panis fiat corpus Christi, nisi secundum quandam similitudinem, vt dictum est.

¶Ad secundũ dicẽdum, quòd illud, ex quo fit aliquid, quandoq; erit illud propter subiectũ quod importatur. Et ideo cùm huiꝰ cõuersionis nõ sit aliquꝺ subiectũ, nõ est similis ratio.

¶Ad tertium dicẽdum, quòd in hac cõuersione sunt plura difficilia quàm in creatione, in qua hoc solũ difficile est, quòd aliquid fit ex nihilo: quod tamen pertinet ad propriũ modum productionis primæ causæ, quæ nihil alind præsupponit. Sed in hac cõuersione nõ solùm est difficile, quòd hoc totum conuertitur in illud totum, ita quòd nihil prioris remaneat (quod non pertinet ad communem modũ productionis alicuius causæ) sed eriã habet hoc difficile, quòd accidẽtia remaneãt corrupta substantia: & multa alia de quibus in sequentibus agetur. Tamen verbum Conuersionis recipitur in hoc sacramento, non autem in creatione: sicut dictum est.

¶Ad quartum dicendum, quòd ficut dictum est, potentia pertinet ad subiectum: quod nõ est accipere in hac conuersione. Et ideo non concedĩtur, quòd panis possit esse corpus Christi: non enim hæc conuersio fit per potentiam passiuam creaturæ, sed per solam potentiam actiuam creatoris.

¶ Super Quæstionis septuagesimæ sexta Articulum primum.

Auct. IN titulo primi, art. 1y totus Christus, importat eius diuinitatẽ & humanitatem, animam & corpus, partẽsque corporis omnes.

Quæstio. *¶ Nũ quãdo aliqua sunt realiter cõiuncta, vbi est vnũ, oportet aliud esse.*

¶In corpore eiusdẽ arti. dubium occurrit ex Duran. in 4. sent. dist. 10. q. 2. cõtra hãc propositionem cõmunem arguẽte, scilicet, Si aliqua duo sunt realiter cõiuncta, vbicunq. est vnum realiter, oportet & reliquum esse. Soluit enim primò eam, dicens esse verã de existẽtia in loco localiter: non autem de existẽtia in loco alicubi per habitudinem præsentiæ: qualiter contingit in proposito. Et ratio est: quia duorum realiter coniunctorũ potest alterum habitudinẽ habere præsentiæ ad aliquid, & reliquum non habere illã. Affert deinde instantiã: quia corpori Christi coniunctũ realiter est de facto esse in cælo: & tamen illud esse in cælo non est sub hoc sacramento etiam concomitantes.

¶Ad hoc dicitur ꝙ aliud est, loqui de habitudine in cõmuni, & aliud est loqui de habitudine tali, puta cõtentiad cõtinens: licet enim duorum coniunctorũ realiter vnum possit habere habitudinem ad aliquid & reliquũ: non tamen non potest vnum eorũ habere habitudinem contenti ad continens, & reliquum non. Et quia de tali habitudine est præsens fermo (quoniã credimus Christum veraciter contineri sub specie panis) ideo solida stat cõmunis propositio assumpta in litera & vera nõ solùm de existentia alicubi localiter: sed etiam de existentia reali sacramentaliter: quam significamus per contineri sub sacramento.

¶Ad instantiam autem dicitur, quòd ꝓpositio dicta ab omnibus interligitur de his quę insunt Christo absolutè, & nõ per respectũ ad extrinsecum, de quorũ numero est esse in loco. Et hanc limitationẽ subintellectã explicat infertius Autor in arti. 5. ad tertium.

¶In eodẽ arti. in respone ad tertium, nota nouitie nouos terminos, scilicet per modũ substantiæ, per modum quantitatis. Et adueꝛte pro hoc loco & pro art. 1. & 4. specialiter, ne oporteat idem sæpius repetere, vbi haberi in litera ab Autore de istis modis. Primum attribuitur modo substantiæ ꝙ propria totalitas substantiæ cõtinetur indifferenter in parua vel in magna quãtitate. & per hoc intellige quoque sinum oppositum, scilicet quòd modo quantitatis attribuitur, quòd totalitas quantitatiua non continetur indifferenter in parua vel in magna quãtitate: sed præcisè in æquali. Secundum, quod explicatur in arti. 5. est, quòd modò substantiæ attribuitur, quòd natura substantiæ tota est sub qualibet parte dimensionũ sub quibus continetur, & per oppositum intellige attribui modo quantitatis, quòd tota quantitas non est sub qualibet parte dimensionum loci sub quibus continetur. Tertium explicatiuum vtriusq;, quod in arti. 4. ad primũ ponitur, est quòd modo substantiæ attribuitur, quod eius natura est tota in toto & tota in qualibet parte: & per oppositum modo quantitatis attribuitur, vt sit tota in toto loco & singulæ partes in singulis partibus.

¶In quibus omnibus esto semper cautus, quũ de tota substantia aut tota natura sermo est: quoniã non de totalitate partium quantitatiuarũ, sed partiũ essentialium loquimur. Et perinde est dicere, tota substantia, acsi diceretur integra species substãtiæ: integritas enim speciei vocatur propria totalitas substãtiæ: non quia in sola substantia inuenitur, quã inuenjatur etiã in accidẽtibus integritas specifica, sed quia primò inuenitur in substantia, & directè distinguitur contra totalitatẽ quantitatiuã: ita ꝙ oppositæ cõditiones vtriusq;, vtra; nobis manifestant. Est igitur sensus primæ differentiæ in litera attributæ his modis, scilicet ꝙ modũ quãtitatis & per modũ substãtiæ, ꝙ integritas specifica substantiæ potest contineri in magna & in parua quãtitate: vt patet I homogeneis & heterogeneis in litera) totũ autẽ quãtitatiuum vt sic nõ nisi sub æquali primò cõtinetur: oportet enim locum & locatũ æquari. Et similiter sensus tam secundę quã tertiæ differentiæ est, ꝙ integritas specifica substantiæ est tota, id est secundũ suã integritatẽ in toto quãtitatiuo & in qualibet quãtitatis parte. Sed est hîc dubitationis locus: quoniã euidenter constat in substãtijs heterogeneis nõ esse has conditiones veras, sed in homogeneis tantùm. licet enim integritas naturę ignis, aëris, panis, & cuiuscunq; alterius homogenei sit tota, id est secundum suã integritatẽ specificã sub tota quãtitate sua, & similiter sub qualibet eius parte (quælibet enim pars ignis est ignis, & quilibet pars panis est panis, &c. *Infrà, q. integritas tamen naturæ 79. arti. humanæ est ita secun- 1. ad 3.* dum suã integritatẽ in *Et 4. di* toto ꝙ non est secundũ *stin. 10.* suã integritatẽ in qualibet parte: unde nõ quę *arti. 2.* libet pars hominis est homo. Et propterea videtur, ꝙ istæ duæ differentię nõ sint substãtię: sed substantiæ talis, hoc est homogeneæ: & incauté loquutus videtur Autor seu falsè, attribuendo hoc modo substãtiæ absolutæ. Ad hoc dicitur, sermonẽ Autoris esse formalẽ de substantia & substãtię modo absolutè, vt patet ex eo ꝙ siue substantia sit simpliciter siue ex materia & forma cõposita, semper specifica integritas substantiæ saluatur in tota quantitate, & in qualibet eius parte: & de simplici quidem liquet. de cõposita verò ex materia & forma manifestatur ex eo ꝙ non respondet forma vni parti quãtitatiuę & materia alteri parti quantitatiuæ. Nec ex ratione cõpositi ex materia & forma aliquid inuenitur obstare ad hoc ꝙ integrũ cõpositũ sit in qualibet parte: alioquin hoc non saluaretur in substãtijs homogeneis, quas cõstat cõpositas esse ex materia & forma. Vnde accidit substantiæ ex hoc quòd heterogenea est, quòd non sit tota in qualibet parte: & accidit hoc ex parte materiæ, quã in talibus substantijs. *Et quol. 7. art. 8. Et 10. 6. lect. 6. fi.*

¶Dubiũ alterũ supereſt an per modũ substãtiæ intelligat Autor id quod cõmuniter dicitur esse indiuisibiliter. Et est ratio dubij: ꝙ a in art. 5. Autor declarãdo modum substãtię dicit, ꝙ modũ substãtię, id est per modũ, quo substãtia est sub dimensionibus: ex hac enim declaratione habetur, ꝙ modꝰ substãtię nõ importat indiuisibilitatẽ: nã substãtia sub dimẽsionibꝰ nõ est indiuisibiliter, imò extenditur. ¶Ad hoc breuiter dicitur, ꝙ esse per modũ substantiæ importat id quod cõiter dicitur, esse indiuisibiliter: ad hũc enim modum spectant oês cõditiones & differentiæ suprà positæ. Sed cautè attendendũ est, ꝙ indiuisibilitas respicit propriã

Universidad de Deusto
Biblioteca

totalitatē substātiæ, hoc est integritatē naturæ ita q dicere q substātia est indi-
uisibiliter, est dicere q integritas specifica substantiæ nō diuiditur secundū diui-
sionē dimēsionū seu partiū quantitatiuarū: quia nō respondet vna pars specifi-
cæ naturæ vni parti quātitatiuæ & altera alteri: sed integritas naturę ita est sub
totis dimēsionibus, q etiā integra natura est sub qualibet parte dimensionū. Est
ergo substantia ſ per mo-
dum ſubſtātiæ. Et est in-
diuisibiliter ſecundum
integritatē naturæ ſub
dimēſionibus: & hoc
ſtat, q extēdatur ſub di
mēſionibus quoniam
indiuiſibilis extenſio nō
tollit indiuiſibilitatem
integritatis naturæ: ſed
ponit ſolā diuiſionem
quantitatiuam ex eo q
afficit illā ſolā vt ſubie-
ctum: quā etiam nō po-
neret in illa ſubſtantia
exiſtēte ſub ipſa, ſi non
afficeret illā. Et propter
ea corpus Chriſti ſucce-
dens ſubſtantiæ panis
quantum ad ſubeſſe di-
menſionibus remanēti
bus, & nō quātū ad affi
cidimēſionibus illis, nō
exē ſitur ad extētionē
dimēſionū ſicut extēde-
debatur per illas ſubſtā
tias panis ex hoc quod
afficiebatur illis vt ſub-
iectum ipſarum.

¶ Concludo ergo & te-
neo q ſubſtantiā per mo
dum ſubſtantiæ exiſte-
re in aliquo, eſt ſubſtan
tiam indiuiſibiliter eſſe
in illo. Et non dico ſub-
ſtantiā eſſe indiuiſibile,
ſed ſubſtantiā eſſe indi-
uiſibiliter in illo: hoc
eſt, ſubſtantiā ſe habere
ad illud indiuiſibiliter:
& non quantitatiue ſeu
diuiſibiliter: hoc eſt co-
extenſe, ſicut quantitas
locati coextēditur quā-
titati loci.

*¶ Super Quæſtionis ſeptuageſimæ ſexte Ar-
ticulum ſecundum.*

Annot. IN 1. art. circa id quē in calce corporis di citur, ſicut erat in rei veritate chimera poſſe quā dubitatio ex Scot. in diſt. 10. q. 4. 4. ſent. oc-currit, tenēte q nō ſequi tur ſimpliciter neceſſa-riō, ſi corpus Chriſti ha bet partes, & proprieta-tes ſuas ſub modo ſacra mētali, quōd habeat eas ſub exiſtentia naturali. Et in antum procedit, q ponit quōd ante incar-nationem verbi Deipo tuit ita verē Euchariſtia fuiſſe ſicut & nunc: & hoc tam quātum ad ſi-gnificationē, quām quā tum ad rem ſignatā & contentam. Et rurſus, ſi corpus Chriſti annihilaretur ſecundū ſuā eſſe naturale, Euchariſtia tamen verē poſſet manere etiam quantum ad rem contentam: ſi ta-men corpus Chriſti cortum per ſe tur corruptione naturali (puta quia forma cor-porcitatis ſepararetur à materia prima) non remaneret Euchariſtia quo ad rem contentam. Et fundamentū Scoti eſt, quando exiſtentia aliqua eſt indifferens ad duos modos, poteſt ſimpliciter haberi ſub vno modo ſic, quōd non ſub alio: ſed exiſtentia corporis Chriſti ſimpliciter ſeu realiter indifferens eſt ad iſtos duos modos, ſcilicet naturalē & ſacramentalē: ergo poteſt haberi ſub vno ſine altero. Et ſi dicatur, inquit Scotus, q maior propoſitio intelligitur, quando neuter mo-dus dependet ab altero, modus autē ſacramentalis dependet à naturali contra exiſtētia ſub modo naturali, nō eſt de eſſentia exiſtentiæ ſub modo ſacramenta li, nec eſt eius cauſa: ergo illa nō dependet ab illa. Prima pars huius antecedētis patet: quia res Euchariſtiæ nō habet ibi modū exiſtendi naturalē, ſed extenſiuū: haberet autem ſi eſſet de eſſentia illius exiſtentiæ, quia omne habēs aliquid, ha-bet illud quod eſt de eſſentia eius. Secunda pars probatur: q a Deus eſt cauſa im mediata illius exiſtētiæ, ſcilicet corporis Chriſti in ſacramento. Præterea, Euchari-ſtia nō dependet à modo naturali vt à ſacramēto vel re ſacramētali, quod vltimū probatur: quia res ſacramenti eſt exiſtētia ſub alio modo diſparato, id eſt ſacra-mentali. Præterea, Deus pōt ſine quocūq cauſato extrinſeco alicui illud cauſa-re: ſed exiſtētia modo naturali nō eſt intrinſeca Euchariſtiæ: ergo, &c. Et ſi dicas, q maior eſt vera de abſoluto & nō de reſpectu, q a reſpect' ſine fundamēto & ter mino fieri nequit: Euchariſtia autē includit reſpectū, cuius termin' eſt exiſtētia modo naturali cōtra exiſtēria, licet ſit eadē ſub duobus modis, ſcilicet naturali & ſacramētali, tamē non eſt terminus relationis, q; includitur in Euchariſtia

¶ SED CONTRA eſt quod Ambr, dicit in lib. de Offi. In illo ſacramēto Chriſtus eſt.

CONCLVSIO.

¶ Totum Chriſtum in ſacramento contineri ſimpliciter credendum eſt.

¶ RESPONDEO dicendum, quōd omnino neceſſe eſt cōfiteri ſecundū fidē catholicā, q totus Chriſtus ſit in hoc ſacramen to. Sciendū tamē, q aliquid Chriſti eſt in hoc ſacramēto dupliciter. Vno modo quaſi ex vi ſacramenti, alio modo ex naturali cōcomitā tia. Ex vi quidē ſacramenti eſt ſub ſpeciebus huius ſacramenti, id in quod directē cōuerti tur ſubſtantia panis & vini præxiſtēs: prout ſignificatur per verba formæ, quæ ſunt effe-ctiua in hoc ſacramento: ſicut & in cæteris, pura cùm dicitur, hoc eſt corpus meū, vel, hic eſt ſanguis meus. Ex naturali autē cōcomitā tia eſt in hoc ſacramento illud, quod realiter eſt coniunctū ei, in quod prædicta conuerſio terminatur. Si enim aliqua duo ſunt realiter coniuncta, vbicunq; eſt vnum realiter, oportet & aliud eſſe. Sola enim operatione animę diſcernuntur quæ realiter ſunt coniuncta.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quōd quia conuerſio panis & vini non terminatur ad diuinitatē vel animā Chriſti, cōſequēs eſt q diuinitas vel anima Chriſti non ſit in hoc ſacramento ex vi ſacramenti, ſed ex reali con comitantia. Quia enim diuinitas corpus aſ-ſumptum nunquām depoſuit: vbicunq; eſt corpus Chriſti, neceſſe eſt & eius diuinitaté eſſe: & ideo in hoc ſacramēto neceſſe eſt eſſe diuinitaté Chriſti, cōcomitanté eius corpus. Vnde in Symbolo Epheſino legitur, Partici-pes efficimur corporis & ſanguinis Chriſti, non vt cōmunē carnē percipientes, nec viri ſanctificati & verbo coniunēti ſecundum di-gnitatis vnitatem, ſed verè viuificatricem, & ipſius Verbi propriam factā. Anima verò rea-liter ſeparata fuit à corpore, vt ſuprà dictum eſt. Et ideo ſi in illo triduo mortis fuiſſet hoc ſacramētum celebratū, non fuiſſet ibi anima Chriſti, nec ex vi ſacramenti, nec ex reali con comitantia. Sed quia Chriſtus reſurgens ex mortuis, iam nō moritur (vt dicitur Rom. 6.) anima eius ſemper eſt realiter corpori eius vnita. Et ideo in hoc ſacramento corpus qui-Chriſti eſt ex vi ſacramenti, anima autē Chri ſti ex reali concomitantia.

¶ Ad ſecundum dicendum, q ex vi ſacraméti ſub modo naturali, ſed ſub modo diſparato. Quod probatur: Eo modo eſt res enotēta in Euchariſtia, quo modo eſt primū ſignatū hui⁹ ſignified exiſtētia ſubmodo naturali nō cōtinet hīc realiter; ſed ſub mō alio diſparato, ſcilicet ſacramēraliter ergo. Multa alia affert Scot. ſ. erūs refertre pudet: ne tanto tpe in chimeris verſet. ¶ Ad alij qualem claritatem horum, ſcito dignum admiratione eſſe, quōd eius

ſub hoc ſacramēto continetur quantum ad ſpecies panis, nō ſolùm caro, ſed totum corpus Chriſti, ſcilicet oſſa, nerui, & alia huiuſmodi. Et hoc apparet ex forma huius ſacramē tiin qua nō dicitur, hęc eſt caro mea, ſed hoc eſt corpus meū. Et ideo cùm Dominus dixit Ioā. 6. Caro mea verè eſt cibus, caro ponitur ibi pro toto corpore: quia ſecundum conſue tudinem humanam videtur eſſe magis man ducationi accōmodata: prout ſcilicet homi-nes carnibus animalium veſcuntur commu niter, non autem oſſibus vel aliis huiuſmodi. ¶ Ad tertiū dicendū, quōd (ſicut ſuprà dictū eſt) facta conuerſione panis in corpus Chri-ſti, vel vini in ſanguinē, accidentia vtriuſque manent. Ex quo patet q dimenſiones panis vel vini non cōuertuntur in dimenſiones cor poris Chriſti, ſed ſubſtātia in ſubſtantiā. Et ſic ſubſtantia corporis Chriſti vel ſanguinis, eſt ſub hoc ſacramento ex vi ſacraméti, non au-tem dimēſiones corporis vel ſanguinis Chri ſti. Vnde patet q corpus Chriſti eſt in hoc ſa-cramento per modum ſubſtantię, & non per modum quantitatis. Propria autem totalitas ſubſtantiæ continetur indifferenter in parua & magna quantitate: ſicut tota natura aeris in magno vel paruo aere, & tota natura ho-minis in magno vel paruo homine. Vnde & tota ſubſtantia corporis & ſanguinis Chriſti continetur in hoc ſacramento poſt conſecra tionem, ſicut ante conſecrationem continebatur ibi tota ſubſtantia panis & vini.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum totus Chriſtus contineatur ſub vtraque ſpecie huius ſacramenti.

AD SECVNDVM ſic procedi-tur. Videtur quòd non ſub vtra que ſpecie huius ſacramenti totus Chriſtus contineatur. Hoc enim ſacramētum ad ſalutem fidelium ordinatur, nō virtute ſpecierum, ſed virtute eius quod ſub ſpeciebus continetur: quia ſpecies erant etiam ante conſecrationem, ex qua eſt virtus huius ſacramenti. Si ergo nihil cōtinetur ſub vna ſpecie, quod non cōtineatur ſub alia, ſed totus Chriſtus cōtinetur ſub vtraq; videtur q altera illarū ſuperfluat in hoc ſacramento.

¶ Præterea, Dictum eſt, quòd ſub nomine Carnis omnes aliæ partes corporis continen tur: ſicut oſſa, nerui, & alia huiuſmodi. Sed ſanguis eſt vna partium humani corporis, ſicut paret per Ariſt. in lib. de Anim. Si ergo ſanguis Chriſti cōtinetur ſub ſpecie panis, ſi-cut cōtinentur ibi aliæ partes corporis, non deberet ſeorſum ſanguis cōſecrari, ſicut neq; ſeorſum cōſecratur aliqua alia pars corporis.

¶ Præterea, quod iam factū eſt, iterū fieri non poteſt. Sed corpus Chriſti iam incepit eſſe in hoc ſacramento per conſecrationē panis. Ergo non poteſt eſſe quòd de nouo incipiat eſſe per conſecrationem vini. Et ita ſub ſpe-cie vini non continebitur corpus Chriſti, & per conſequēs nec totus Chriſtus. Non ergo ſub vtraq; ſpecie totus Chriſtus continetur.

¶ SED CONTRA eſt quod 1. Cor. 11. Super illud, Et calicem, dicit gloſſ. quòd ſub vtraq; ſpecie ſcilicet panis & vini, idem ſumitur. Et ita videtur ſub vtraque ſpecie to tus Chriſtus eſſe.

CONCLVSIO.

¶ Quanquam totum Chriſtum eſſe in ſacramento ſub vtraq; ſpecie credendum ſit, aliter tamen corpus & ſanguis eius ſub panis ſpecie, & aliter ſanguis & caro eius ſub vini ſpecie eſſe ſuſcipiendum eſt.

¶ RESPONDEO dicendū, certiſſimè tenendum eſſe, quòd ſub vtraq; ſpecie ſacra-menti totus eſt Chriſtus, aliter tamen & ali-ter. Nā ſub ſpeciebus panis, eſt quidē corpus Chriſti ex vi ſacramenti, ſanguis autē ex reali cōcomitantia, ſicut ſuprà dictum eſt de ani-ma & diuinitate Chriſti. Sub ſpeciebus verò vini, eſt quidem ſanguis Chriſti ex vi ſacra-menti, corpus autem Chriſti ex reali concomitantia: ſicut anima & diuinitas: eo quòd nunc ſanguis Chriſti non eſt ab eius corpore ſeparatus: ſicut fuit tēpore paſſionis & mor-tis. Vnde ſi tunc fuiſſet hoc ſacramentum ce lebratum ſub ſpeciebus panis, fuiſſet corpus Chriſti ſine ſanguine, & ſub ſpeciebus vini ſanguis ſine corpore, ſicut erat in rei veritate.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quanuis totus Chriſtus ſit ſub vtraq; ſpecie: non tamen fruſtra. Nam primò quidem hoc valet ad repræſentandam paſſionem Chriſti, in qua ſeorſum fuit ſanguis a corpore ſepa-

ratus: vnde & in forma conſecrationis ſan-guinis, fit mentio de eius effuſione. Secun-dò, hoc eſt conueniens vſui huius ſacramēti, vt ſeorſum exhibeatur fidelibus corpus Chri ſti in cibum & ſanguis in potum. Tertiò, quantum ad effectum, ſecundùm quòd ſu-prà dictū eſt, quòd corpus exhibetur pro ſa-lute corporis, & ſanguis pro ſalute animæ.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd in paſſione Chriſti, cuius hoc ſacramentum eſt memo-riale, non fuerunt aliæ partes corporis abin-uicem ſeparatæ, ſicut ſanguis, ſed corpus in-diſſolutū permanſit, ſecundum quòd legitur Exod. 12. *Nec os illius confringetis. Et ideo in hoc ſacramēto ſeorſum cōſecratur ſanguis à corpore: non autē aliqua alia pars ab alia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ſicut dictum eſt, corpus Chriſti non eſt ſub ſpecie vini ex vi ſacramenti, ſed ex reali concomitantia. Et ideo per conſecrationem vini, non fit ibi cor pus Chriſti per ſe, ſed concomitanter.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum ſit totus Chriſtus ſub qualibet parte ſpe-cierum panis vel vini.

AD TERTIVM ſic procedi-tur. Videtur quòd non ſit totus Chriſtus ſub qualibet parte ſpe-cierum panis vel vini. Species e-nim illæ diuidi poſſunt in infinitum. Si ergo Chriſtus totus eſt ſub qualibet parte ſpecie-rum prædictarum, ſequeretur quòd infiniti-es eſſet in hoc ſacramento. Quod eſt in-conueniens: nam infinitum repugnat non ſo lùm naturæ, ſed etiam gratiæ.

¶ Præterea, Corpus Chriſti cùm ſit organicū, habet partes determinatè diſtantes: eſt enim de ratione organici corporis, determinata di ſtantia ſingularum partium abinuicem: ſicut oculi ab oculo, & oculi ab aure. Sed hoc non poſſet eſſe ſi ſub qualibet parte ſpecierū eſſet totus Chriſtus: oporteret enim quòd ſub qualibet parte eſſet quælibet pars: & ita vbi eſſet vna pars, eſſet & alia. Non ergo poteſt eſſe, quòd totus Chriſtus ſit ſub qualibet

tione. Exemplum eſt: quia ſi Deus vel natura cauſaret ſubſtantiam quantam, ita quòd quantitas concomitetur ſubſtantiam nihilominus quantitas habebit ſuum modum naturalem. vnde apparet quòd concomitantia non mutat mo-dum naturalem quantitatis concomitantis. Et ratio verò eſt, quia diuerſa habitu-do ad agens (ſcilicet primaria vel ſecundaria, mediata vel immediata) non va-riat naturam rei: dum tamē producatur: ergo nec earebit quantitas ſuo modo naturali, pro pter hoc tantum, quia non eſt primus termi-nus conuerſionis: dum tamen ſit ibi realiter ſiue primò ſiue concomitanter per illam con uerſionem.

¶ Duran. verò alia via contra hanc rationem procedit: arguens, Quā-titas de ratione ſua in-trinſeca eſt diuiſibilis: ergo nullo modo po-teſt ſibi competere ra-tione cuiuſcunque alte rius indiuiſibiliter ſe habere: ergo nō poteſt comparari ad locū mo do ſubſtantiæ. Et con-firmatur, quia anima rationalis licet ſit in lo co mediante humano corpore quantō ipſa ta men eſt indiuiſibiliter in loco: eſt enim tota in toto loco, & tota in qua libet parte eius, & hoc ideo, quia animæ ratio nali repugnat diuiſibi-litas. Ergo per oppoſi-tum, non obſtāte quòd quantitas Chriſti ſit in ſacramento mediante ſubſtantia, eſt diuiſibi-liter, quia quantitati re pugnantem, nec perdit in ſe ſuum modum naturalem: ſed in hoc quòd conti-netur ſub hoſtia, caret modo illo, qui importatur per poſitionem ſeu ſitum.) reſpondetur ad obiecta. Et ad primum Duran. contra poſitionem ipſam, ne-ganda eſt minor, vniuoce loquendo: quoniam modus iſtius modi indiuiſibili-tatis non repugnat diuiſibilitati quantitatis.

¶ Ad ſecundum verò facilè dici poteſt, quòd argumentum à ſimili claudicat: veruntamen ſeruata vniuocatione terminorū, reſpondendo dicitur falſum aſ-ſumi in antecedente: quoniam ſubſtantia alicubi eſt non per modum ſubſtan-tiæ, ſed per modum quantitatis, vt patet in ſubſtantijs extenſis: ſunt enim in loco quantitatiue. Et rurſus ſuſtantia heterogenea, puta hos, non eſt per mo-dum ſubſtantiæ in qualibet ſuæ quantitatis parte: non eſt enim tota natura houis in qualibet eius parte quantitatiua.

¶ Ad obiecta ſecundi dubij reſpondendo, dicitur primò ad Scoti argumentum, quod procedit ex falſa interpretatione rationis allatæ ab Autore: ac ſi Autor

*Alias Os non cōmune ius ex eo.

4. diſt. 10. arti. 3. q. 3. Et diſt. 12. q. 1. art 3. q. 1. 2. ad 3. Et 4. cō. cap. 67. Et qual. 4 artic. 8. cor. fi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

adduxisset pro causa, quare quantitas est in hoc sacramẽto per modum substantiæ, quia est quasi secũdarius terminus mutationis. Hoc autem procul est ab Autoris sensu, non enim consistit eius ratio in differentia inter primũ & secundum terminum in fieri (vt Argues vsus fuit) sed inter per se ratione essendi in sacramẽto, & id quod per accidẽs cõcomitat: vt patet expresiè in hoc art. 4. in respõsione ad primum. Vbi videre potes quãtũ distet sensus iste verus à sensu illo vsurpato. Et fefellit fortè Arguẽtẽ, quia Autor declarat quid est illud quod est per se ratio essendi reliquis in hoc sacramento, ex hoc quòd est per se primò terminus conuersionis. Quia igitur Autoris ratio nõ consistit in differentia inter primò vel secundò fieri, sed inter per se existens in sacramento & per accidens existẽs ibidem, ideo non oportet aliter ad argumenta Scoti respondere: sed tanquam impertinentia & extranea relinquere. Posset tamen gratia materiæ (hoc est talis mutationis, qualis est conuersio Christi) sustineri ratio formata à Sco. ex differentia inter primum & secundum terminum conuersionis, contra quam arguit, & sic dicendum esset, quòd licet in creatione & generatione & similibus secundarius terminus suum naturalem modũ assequatur, & nõ induat modũ primi termini: in hac tamen conuersione secũdarius terminus, id est, cõcomitans induit modum primi termini.

¶Et si quæratur quare potius in hac quàm in aliis mutationibus hoc inueniatur, respondetur: quia hoc est singularissimum in hac mutatione, quòd primus terminus est sola ratio in essendo, quibuscũq; concomitantibus: hoc est quòd ratio essendi in hoc sacramento quibuscunque existentibus in eo, est res primò terminans conuersionem. Et hęc defensio in idem redit cum prima respõsione, vt patet, & ideo non oportet solicitare de diuersa habitudine ad agens: quoniam est extra propositum.

¶Ad obiectionem autẽ Durã. dicitur falsum assumi, scilicet q; cõtineri indiuisibiliter repugnet quantitati diuisibili.

¶Et ad confirmationẽ negatur similitudo: quia anima rationalis repugnat & esse diuisibilem & diuisibiliter cõtineri: quãtitati autẽ licet repugnet esse indiuisibilẽ, nõ tamen repugnat indiuisibiliter cõtineri.

¶Et hæc sufficiãt etiam pro artic. 5.

parte hostiæ, vel vini contenti in caliee.

¶Præterea, Corpus Christi semper veram retinet corporis naturam, nec vnquam mutatur in spiritum. Sed de ratione corporis est, vt sit quantitas positionem habens, vt patet in Prædicamentis. Sed ad rationem huius quantitatis pertinet, quòd diuersę partes in diuersis partibus loci existant. Non ergo potest esse (vt videtur) quòd totus Christus sit sub qualibet parte specierum,

¶SED CONTRA est quod August. dicit in quodam sermone, Singuli accipiunt Christum dominum, & in singulis portionibus totus est: nec per singulas minuitur, sed integrum se præbet in singulis.

CONCLVSIO.

¶Totus Christus in sacramento sub qualibet panis, vel vini specierum parte continetur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut ex suprà dictis patet, quia in hoc sacramẽto substantia corporis Christi est ex vi sacramenti, quantitas autem dimensiua ex vi realis concomitantiæ, corpus Christi est in hoc sacramento per modum substantiæ, id est per modum quo substãtia est sub dimensionibus, non autem per modum dimensionum, id est, non per modũ illum, quo quantitas dimensiua alicuius corporis, est sub quantitate dimensiua loci. Manifestum est autem, quòd natura substantiæ tota est sub qualibet parte dimensionũ, sub quibus continetur: sicut sub qualibet parte aeris est tota natura aeris, & sub qualibet parte panis est tota natura panis. Et hoc indifferenter, siue sint dimensiones actu diuisæ (sicut cùm aer diuiditur, vel panis secatur) vel etiam sint actu indiuisæ, diuisibiles verò potentia. Et ideo manifestum est, quòd totus Christus est sub qualibet parte specierum panis, etiã hostia integra manente, & non solùm cùm frangitur: sicut quidam dicunt, ponentes exemplum de imagine quæ apparet in speculo, quæ apparet vna in speculo integro: speculo autem fracto, apparent singulæ in singulis partibus. Quod quidem non est omnino simile: quia multiplicatio huiusmodi imaginum accidit in speculo fracto propter diuersas reflexiones ad diuersas partes speculi: hic autem non est nisi vna consecratio, propter quam corpus Christi est in hoc sacramento.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd numerus sequitur diuisionẽ. Et ideo quãdiu quantitas manet indiuisa actu, neq; substantia alicuius rei est pluries sub dimensionibus propriis, neq; corpus Christi sub dimensionibus panis: & per consequens neque infinities, sed totiens, in quot partes diuiditur.

¶Ad secundum dicendum, quòd illa determinata distantia partium in corpore organico, fundatur super quantitate dimensiua: ipsa autem natura substantiæ præcedit etiam quantitatem dimensiuam. Et quia conuersio substantiæ panis, directè terminatur ad substantiam corporis Christi, secundum cuius modum propriè & directè est in hoc sacramento corpus Christi, talis distantia partium est quidem in ipso corpore Christi vero: sed non secundum hanc distantiam comparatur ad hoc sacramentum, sed secũdum modum suæ substantiæ: sicut dictum est.

¶Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit de natura corporis, quam habet secundum quantitatem dimensiuam. Dictum est autem, quòd corpus Christi comparatur ad hoc sacramentum, non ratione quantitatis dimensiuæ: sed ratione suæ substantiæ: sicut dictum est.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm tota quantitas dimensiua corporis Christi sit in hoc sacramento.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd non tota quantitas dimensiua corporis Christi sit in hoc sacramento. Dictum est enim, quòd totum corpus Christi continetur sub qualibet parte hostiæ consecratę. Sed nulla quantitas dimensiua tota continetur in aliquo toto, & in qualibet parte eius. Ergo est impossibile quòd totã quantitas dimensiua corporis Christi contineatur in hoc sacramento.

¶Præterea, Impossibile est, duas quantitates dimensiuas esse simul, etiam si vna sit separata & alia in corpore naturali: vt patet per Philosophum in 3. Metap. Sed in hoc sacramento remanet quantitas dimensiua panis, vt sensu apparet. Non ergo est ibi quantitas dimensiua corporis Christi.

¶Præterea, Si duæ quantitates dimensiuæ inæquales iuxta se ponantur, maior extenditur vltra minorem. Sed quantitas dimensiua corporis Christi, est multò maior, quàm quantitas dimensiua hostiæ consecratæ, secundum omnem dimensionem. Si ergo in hoc sacramento sit quantitas dimensiua corporis Christi cum quantitate dimensiua hostiæ: quantitas dimensiua corporis Christi extendetur vltra quantitatem hostiæ, quæ tamen non est sine substantia corporis Christi. Ergo substantia corporis Christi erit in hoc sacramento etiam præter species panis. Quod est inconueniens, cùm substantia corporis Christi non sit in hoc sacramento, nisi per consecrationem panis, vt dictum est. Impossibile ergo videtur, quòd tota quantitas dimensiua corporis Christi sit in hoc sacramento.

¶SED CONTRA, Quantitas dimensiua corporis alicuius, non separatur secundum esse à substantia eius. Sed in hoc sacramento est tota substantia corporis Christi: vt suprà habitum est. Ergo tota quantitas dimensiua corporis Christi est in hoc sacramento.

CONCLVSIO.

¶Tota dimensiua corporis Christi quantitas est in hoc sacramento secundum concomitantiam ad verum Christi corpus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) dupliciter aliquid Christi est in hoc sacramento. Vno modo ex vi sacramenti, alio modo ex reali concomitantia. Ex vi quidem sacramenti quantitas dimensiua corporis Christi non est in hoc sacramento. Ex vi enim sacramenti est in hoc sacramento illud, in quod directè conuersio terminatur. Conuersio autem, quæ fit in hoc sacramento, directè terminatur ad substantiam corporis Christi: non autem ad dimensiones eius. Quod patet ex hoc, quòd quantitas dimensiua panis remanet facta consecratione, sola substantia panis transeunte. Quia tamen substantia corporis Christi, realiter non * denudatur à sua quantitate dimensiua, & ab aliis accidentibus: inde est quòd ex vi realis concomitantiæ, est in hoc sacramento tota quantitas dimensiua corporis Christi, & omnia accidentia eius.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd modus essendi cuiuslibet rei determinatur secundum id quod est ei per se, non autem secundũ id quod est ei per accidẽs: sicut corpus est in visu, secundum quòd est album, non autem secundũ quòd est dulce, licet idem corpus sit album & dulce. vnde & dulcedo est in visu secundũ modum albedinis, non secundũ modũ dulcedinis. Quia igitur ex vi huius sacramenti est in altari substantia corporis Christi, quantitas autem dimensiua eius est ibi cõcomitanter, & quasi per accidens: ideo quãtitas dimensiua corporis Christi est in hoc sacramento, non secundum proprium modum (vt scilicet sit tota in toto, & singulæ partes in singulis partibus) sed per modum substantiæ, cuius natura est tota in toto, & tota in qualibet parte.

¶Ad secundum dicendum, quòd duæ quantitates dimensiuæ non possunt naturaliter simul esse in eodem, ita quòd vtraque sit ibi secundum proprium modum quantitatis dimensiuæ. In hoc autem sacramento quantitas dimensiua panis est secundum proprium modum, scilicet secundum commensurationem quandam, non autem quantitas dimensiua corporis Christi, sed est ibi per modum substantiæ, vt dictum est.

¶Ad tertiũ dicendũ, quòd quantitas dimensiua corporis Christi non est in hoc sacramento secundũ modum commensurationis, qui est proprius quantitati: ad quę pertinet quòd maior quantitas extendatur vltra minorem, sed est ibi per modũ iam dictum.

ART

¶Super Quæstionem septuagesimã sextã Articulum sextum.

Anno. In titulo sy mobiliter exenditur tã ad motum quam ad mutationẽ. Dupliciter enim quum posse dubitari de mobilitate corporis Christi in sacramento, vel de motu locali ad motum hostiæ, vel de mutatione qua desinere esse in sacramẽto ad virtuq; modum extendit se sy mobiliter.

¶Circa doctrinã recitatã in hoc articulo aduertere primò, Autorem sentire quòd Christum esse sub hoc sacramẽto est esse quoddam relatiuũ, dum dicit, per hoc ipsum quòd dicimus Ipsum esse sub sacramẽto, significatur quędam habitudo eius ad hoc sacramentum. Hinc enim manifestat non esse idẽ esse Christi corporis in se, & esse eiusdẽ in sacramento. Quod sub aliis verbis explicatur dicendo. Aliud est esse Christi corpus in seipso: & aliud est contineri sub sacramẽto ipsum idem Christi corpus in seipso existens. Non discedes ergo ab Autoris doctrina, loquendo secundum de cõuersione panis in substãtiã corporis Christi, de habitudine Christi ad hoc sacramẽtũ, vt superius fecimus. Nec propterea putes explicari esse modum quo Christus est in hoc sacramẽto: nã explanatio huiusmodi est per cõmunia valde, scilicet per relationẽ seu habitudinẽ: nescitur autem res aliqua, nisi per propria cognoscatur.

¶Num Christus sit in hoc sacramento immobiliter, & moueatur ad motum hostiæ.

¶Circa conclusionẽ ipsam, Corpus Christi ad motum hostiæ moueri per accidens, duplici ratione occurrit obiectio. Prima ex Durando opinante oppositum in lib. 4. dist. 10. q. 3. Secunda ex Scoto, 4. dist. 12. q. 6. opinante non contra motum, sed contra motorem.

¶Arguit ergo Durand. Corpus Christi nullo modo moueri ad motum hostiæ, nec per se, nec per accidens: quia corpus Christi & hostia nõ sunt vnum secundum subiectũ, nec se habent vt cõtinens & cõtentũ, nec habẽt colligationẽ vel contactum. Et quia corpus Christi existens in cælo localiter, sit de nouo existẽs in hoc sacramento absque motu localitatem per se quãtum per accidẽs: ergo à fortiori existens in hoc sacramẽto non mouetur ad motum hostiæ.

¶Secunda autẽ putãs corpus Christi ad motũ hostiæ moueri quidẽ per accidẽs, sed nõ nisi immediatè à Deo, probat

finitiuè: quia sic non esset alibi quàm in hoc altari, vbi conficitur hoc sacramentum: cùm tamen sit & in cælo in propria specie, & in multis aliis altaribus sub specie sacramenti. Similiter etiam patet, quòd non est in hoc sacramento circunscriptiuè: quia nõ est ibi secundum commensurationem propriæ quantitatis: vt dictum est. Quòd autem non est extra superficiem sacramenti, nec est in alia parte altaris, non pertinet ad hoc quòd sit ibi diffinitiuè vel circunscriptiuè, sed ad hoc quòd incepit ibi esse per consecrationem & conuersionẽ panis & vini, vt suprà dictũ est.

¶Ad secundum dicendũ, quòd locus ille in quo est corpus Christi, nõ est vacuus, neq; tamen propriè est repletus substantia corporis Christi, quæ nõ est ibi localiter, sicut dictum est. Sed est repletus speciebus sacramentorũ: quæ habent replere locũ, vel propter naturã dimensionum, vel saltẽ miraculosè, sicut & miraculosè subsistunt per modũ substantiæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd accidẽtia corporis Christi sunt in hoc sacramento (sicut suprà dictum est) secundum realem concomitantiam. Et ideo illa accidentia corporis Christi: sunt in hoc sacramento quæ sunt ei intrinseca. Esse autem in loco, est accidẽs per comparationem ad extrinsecum continens. Et ideo non oportet quòd Christus sit in hoc sacramento ficut in loco.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm corpus Christi sit in hoc sacramento sicut in loco.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd corpus Christi sit in hoc sacramento sicut in loco. Esse enim in aliquo diffinitiuè vel circunscriptiuè, est pars eius quod est esse in loco. Sed corpus Christi videtur esse diffinitiuè in hoc sacramẽto (quia ita est vbi sunt species panis vel vini, quod non est in alio loco altaris) videtur etiam ibi esse circunscriptiuè: quia ita continetur superficie hostiæ consecratæ, quòd nec excedit nec excedit̃ur. Ergo corpus Christi est in hoc sacramento sicut in loco.

¶Præterea, Locus specierũ panis non est vacuus (natura enim non patitur vacuũ) nec est ibi substantia panis, vt suprà habitum est, sed est ibi solùm corpus Christi. ergo corpus Christi replet locũ illum. Sed omne quod replet locũ aliquẽ, est in eo localiter. Ergo corpus Christi est in hoc sacramento localiter.

¶Præterea, Sicut dictũ est, in hoc sacramento est corpus Christi cum sua quantitate dimensiua, & cum omnibus suis accidẽtibus. Sed esse in loco, est accidens corporis: vnde & ibi connumeratur inter nouẽ genera accidentium. Ergo corpus Christi est in hoc sacramento localiter.

¶SED CONTRA est, quòd oportet locum & locatum esse æqualia, vt patet per Philosophum in 4. Physic. Sed locus, vbi est hoc sacramentum, est multò minor quam corpus Christi. Ergo corpus Christi non est in hoc sacramento, sicut in loco.

CONCLVSIO.

¶Cùm Christus sit in hoc sacramento non per modum quantitatis dimensiuæ, sed per modum substantiæ est in eo, quomodo videlicet a dimensionibus substantia contineri dicitur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut iam dictum est) corpus Christi non est in hoc sacramento secundum proprium modum quantitatis dimẽsiuæ, sed magis secundum modum substantiæ. Omne autem corpus locatum est in loco secundum modum quantitatis dimensiuæ, inquantum scilicet commensuratur loco secundum suam quantitatem dimensiua. Vnde relinquitur, quòd corpus Christi non est in hoc sacramento sicut in loco, sed per modum substantiæ: eo scilicet modo, quo substãtia continetur à dimensionibus. Succedit enim substantia corporis Christi in hoc sacramento substantiæ panis. vnde sicut substantia panis nõ erat sub suis dimẽsionibus localiter, sed per modum substantiæ, ita nec substantia corporis Christi, non tamen substantia corporis Christi est subiectum illarum dimensionum, sicut erat substantia panis. Et ideo substantia panis ratione suarum dimensionũ localiter erat ibi: quia comparabatur ad locum illum mediantibus propriis dimensionibus. Substantia autem corporis Christi comparatur ad locum illum mediantibus dimensionibus alienis: ita quòd cõuersio dimensiones propriæ corporis Christi comparantur ad locum illum mediante substantia, quod est contra rationem corporis locati. Vnde nullo modo corpus Christi est in hoc sacramento localiter.

¶AD PRIMVM ego dicendum, quòd corpus Christi non est in hoc sacramẽto dif-

ARTICVLVS VI.

¶Vtrùm corpus Christi sit mobiliter in hoc sacramento.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd corpus Christi sit mobiliter in hoc sacramẽto. Dicit enim Philosop. in 2. Top. q; mouẽtibus nobis, mouẽtur ea quæ in nobis sunt. Quod quidem est verum etiam de spirituali substantia animæ. Sed Christus est in hoc sacramento, vt suprà habitum est. Ergo mouetur ad motum ipsius.

¶Præterea, Veritas debet respondere figuræ. Sed de agno Paschali, qui erat figura huius sacramenti, non remanebat quicquam vsque mane, sicut præcipitur Exo. 12. Ergo neque etiamsi hoc sacramentum reseruetur in crastinum, erit ibi corpus Christi. Et ita non est immobiliter in hoc sacramento.

¶Præterea, Si corpus Christi remaneat sub hoc sacramento cuã in crastino, pari ratione remanebit & per totũ sequẽs tẽpus: nõ enim potest dici q; desinat ibi esse cessantibus speciebus: quia esse corporis Christi non dependet a speciebus illis. Non autẽ remanet sub hoc sacramẽto Christus per totũ tẽpus futurũ. Videtur ergo quòd statim in crastino, vel post modicum tempus, desinat esse sub hoc sacramẽto. Et ita videtur quòd Christus mobiliter sit in hoc sacramento.

¶SED CONTRA, Impossibile est idem esse motum & quietũ: quia sic contradictoria verificarentur de eodẽ. Sed corpus Christi in cælo quietum residet. Non ergo est mobiliter in hoc sacramento.

CONCLVSIO.

¶Non nisi forte per accidens existit Christus in hoc sacramento mobiliter, sed immobiliter.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd cùm aliquid est vnum subiecto & multiplex secundum esse, nihil prohibet secundũ aliquid moueri, & secũdum aliquid immobile permanere: sicut corpori est aliud esse album, & aliud esse magnũ: vnde potest moueri secundum

hoc vltimũ hac ratiõe, Quòd aliqua cõligunt̃ur præcisè per actũ voluntatis cõtingenter se habẽtia ad illã coniunctionẽ: si vnũ illorũ iecundũ se sit mobile omnino impoportionatum, & reliquũ proportionatũ, illud mouens non eadẽ motione potest mouere vtrũq; cõiunctorũ. Probatur ista ratione & exemplo. ratio est: quia si mouet vnũ quod est sibi proportionatũ, non propterea mouet per accidens reliquũ: quia reliquũ non est præsens illi moto sicut actus potentiæ aut ecõuerso, nec simpliciter ex aliqua alia necessitate naturali: sicut grauc est præsens naui vel curru, cui inniti̇tur. & propter hoc simul mouetur cũ illo. sed est præsens sola voluntate, quę potest nõ velle cõstitutionẽ illã, stante tamẽ motione alterius. Exẽplũ est, Si angelus voluntariè faceret se esse præsentẽ lapidi, si moueo lapidẽ, nõ propterea moueo angelũ: quia non est per se mobilis à virtute mea: nec per accidẽs in proposito, q; nec forma nec pars est lapidis mobilis per se à me: vnde angelus in termino motus lapidis per propriã suã actionẽ esset ibi, vbi est lapis, & non per actũ meũ. Et sic sub simili minor. Sed corpus Christi est præsens speciei sacramentali tantùm per actus voluntatis animæ, ergo, &c.

¶Ad secundũ negatur sequela: quia ad rem antecedentis nec est opus motu, nec cõmitatur motum: sed ad motũ sacramenti cõcomitatur motus

4. dist. 10. ar. 3. q. 4. Et opus. 11. artic. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

motus reliquæ est sactamentū, secundū esse sacramentale, per accidens tamen.

¶Ad Scot. autem directè loquentem de Christi corpore, vt est in sacramento, dicitur quòd ratio aut implicat contradictoria, aut subsumit falsum.

¶Ad cuius intellectum aduerte duo assumi à Sco. scilicet coniunctionem inter aliqua duo & rationem coniunctionis: scilicet actum voluntatis cōtingentes se habentem. Et oportet alterū duorū sequentiū Scotum dicere, vel coniunctionē illam nullum nexū ponere inter coniuncta vltra actum voluntatis cōtingentes se habere: vt aliquem nexū inter illa ponere causauit à tali actu voluntatis. nō potest dici primū: quia ipsemet Sco. ponit cōiunctionem illā actu voluntatis voli tam cōtingenter: & minor etiam esset falsa, vt patet. Et similiter exemplum de angelo, quia præsentia angeli ad lapidem & corporis Christi ad sacramētum, non est formaliter per actū voluntatis. Oportet ergo intelligi, quòd coniunctio addit nexū quendam inter cōiuncta: & tunc apparet aut implicari contradictoriat; puta quòd sit nexus aliquis inter duo creata, & quòd ille nexus nullo modo cōiungat illa nisi præcisè per actum voluntatis: quod nō est intelligibile) aut minorē esse falsā: quia inter corpus Christi & hostiam est cōiunctio sacramētalis: quę licet effectiuè sit à solo Deo, in se tamen est cōiunctiua corporis Christi cū hostia naturali necessitate sacramenti. Nā ex vi sacramēti per se habetur esse sacramentale corporis Christi in hostia: & esse sacramentale coniungit corpus Christi & hostiā: non quia volitam, sed quia in se est tale.

¶Ad exemplum autem de angelo dicitur quòd licet angelus posset subtrahere præsentiā suā à lapide: si tamē illā non subtrahit, mouēte me lapidē & transferēte illum in domū, angelus mouetur nō à se, sed ad motū lapidis: quia angelus nunc est vbi est lapis, & non est vbi erat lapis.

¶Et ad excludendas fugas, pone casum quòd angelus fecerit se præsentem lapidi volūtate illius præsentiæ continuādæ per vnā horam tantūm: & stante casu forma conditionalem, si angelus factus præsens lapidi dormiret per tres horas, & ego mouerem lapidem illum per duas horas, in fine motus angelus esset vbi est lapis, & non per actum angeli: ergo per motum lapidis à me. Et quamuis hæc sufficerent ad dicta Scoti: facilius tamen potest respondeti, dicendo maiorem posse fortè habere locum, quando vtrunque coniunctorum est per se mobile, puta quia ambo sunt corpora: sed quoniam duorum coniunctorum alterum tantūm est mobile secundum se, alterum verò non nisi per accidens mobile est, maior nullum habet locum, quoniam non potest de eis dici quòd vnum est mobile improportionatum, & alterum mobile proportionatum. Sic autem inueniunt in proposito: quoniam hostia est mobilis secundum se: esse autem sacramentale, seu Christi corpus secundum esse sacramentale in hostia, non est mobile per se, sed solùm per accidens: vt in litera hac dicit Autor: & communiter omnes fatentur, dum dicunt esse quoddam esse relativum: respectus enim non nisi per accidens possunt moueri localiter. Et hinc apparet quid dicendū est ad exemplū de angelo: quoniā dum moueo lapidem, moueo per accidens præsentiam inter lapidē & angelum: & similiter dum moueo hostiā consecratam, moueo præsentiā inter hostiā & corpus Christi: ita quòd trāslata hostia de altari in plateā, transfertur etiā præsentia, quia corpus Christi de præsente in altari fit præsens in platea, absq; hoc quòd corpus Christi in se moueatur. Et similiter angelus fieret præsens in domo ad quā trāslatus est lapis, nō q; ipse angelus sit motꝰ à se vel à me, sed quia trāsferēdo lapidē, trāsluit præsentiā eius in lapide.

¶ super Questionis septuagesimæsextæ Articulum.

IN corpore articu. multa occurrunt notanda & dubitanda. In primis citra rationes conclusionis primæ, scilicet corpus Christi habet in sacramento non est visibile oculo corporali, Aduertendum est quòd licet Scot. in 4. sent. dist. 10. 4. senten. impugnet multas rationes quæ afferuntur pro hac cōclusione: quia tamē neutra affertur, improbat tamen quodammodo vtitur (& secunda quidem se tenet ex parte visibilis, vt terminus est visionis, expressè vtitur. prima quoque cōsiderante visibile, inquantum causa est visionis quodammodo vtitur.) Ideo extraneū à præsentis operis proposito duxi deridere rationes alias quæ hīc non ponuntur.

¶ In secūda ratione aduerte diligenter errare nos, vt non sequatur quasi contrarium in Autoris doctrina, inueniēs alibi alibi dicit cum Auer. substantiam particularem percipi à cognitiua: hīc verò dicit à solo intellectu substantiam cognosci. Nec loquitur de substantia in communi, sed de substantia singulari: quia loquitur de corpore Christi, vt est in hoc sacramento: constat autem corpus Christi esse quoddam singulare, & modum essendi in hoc sacramēto esse rem singularem. Verumq; quidem est verū, illud quidem de substantia individuali secundum materiam signatam quantitate: hoc autem de substantia individuali sed, vt habet modum essendi puræ substantiæ, id est substātiæ in vnum tum substantiæ vt patet ex superius declaratis de modo substantiæ. Et propterea hīc dicit, substantia autem inquantum huiusmodi, subiacet solùm intellectui, &c.

¶ Circa secundam partem huius artic. in qua agitur de visione intellectuali, aduerte, dici quatuor. Primum quòd corpus Christi secūdū esse in hoc sacramēto, non videtur ab intellectu viatoris hominis: secundū, quòd nec etiam ab intellecta angelico naturaliter. Tertium quòd videtur ab intellectu beato angeli, vel hominis per visionem diuinæ essentiæ. Quartum (quod est omnium prædictorum ratio) quia iste modus essendi est penitus super naturalis: ac per hoc secundum se intelligibilis est à supernaturali intellectu, scilicet diuino.

¶ Num intellectus aliquis creatus existentiam corporis christi in Eucharistia videre possit.

¶ Contra tria autem horum Sco. arguit in 4. sent. dist. 10. q. 8. & primò contra secundum, intendens quòd tam intellectus angelicus, quàm animæ separatæ, quàm etiam hominis beati, potest naturaliter videre existentiam corporis Christi in Eucharistia. Primò quia intellectus ita habens ad intelligibilia, sicut ipsa sunt in se intelligibilia, intelligi prius substantiā quàm quęcunq; modū eius: ergo nullus modus sub quo est substantia, potest impedire intellectionem substātiæ à tali intellectu, qui nō dependet in intelligēdo à sensibilibus. Secūdo, totū ens creatū est obiectū proportionatū tali intellectui, quātū ad cognitionē tam abstractiuā, quàm intuitiuā: ergo quodcunq; ens potest abstractiuè cognosci à tali intellectu, quādo nō est sibi præsens, sequitur quòd potest intuitiuè intelligi ab eodē, quādo est sibi præsens in propria existētia actualiter.

Tertiò, Virtus potēs cognoscere obiectū intuitiuè dum est præsens: potest cognoscere eius absentiam, dū est absens. Sed talis intellectus potest cognoscere præsentiā panis quādo est præsens: ergo potest cognoscere absentiā eius, quando est

do est absens: ergo eadē ratione potest cognoscere præsentiā substātiæ corporis Christi: quia corpus Christi in se est obiectū proportionatū etiā intellectui tali, vt inuenitur ergo modus accidētalis ipsius corporis nō impedit quin sit obiectū intuibile eidē intellectui. Quartò, Anima Christi nouit naturaliter se esse in Eucharistia: & ita naturaliter potest nosse existētiā corporis sui ibi, quę est sibi ratio quòd sit in sacramēto. Quintò, Existētia talis non est excellentius cognoscibile quàm existēs, cuius est existētia: sed Christꝰ est naturaliter cognoscibi lis à tali intellectu creato ergo & quilibet eius existētia. Probatur maior quia nō potest aliquis modus improportionaliter excedere illud, cuius est modus: Secūdò. Beatus naturaliter videt in alio Beato actū beatificātē: & tamen illa beatitudo nō est minus supernaturalis quā existētia corporis Christi in Eucharistia. Ante cedēs, pharisiorum quia substantia ipsius Beati est excellentius cognoscibile, quā eius beatitudo.

¶ Num intellectus beatus actu beatificē videat corpus christi in sacramento.

¶ Contra tertium verò idem arguit, intendens quòd intellectus beatus nullo modo per actum beatificū videt corpus Christi in Eucharistia. Beatus nō distinguitur à nō beato, nisi videndo obiectū beatificū vt sic, & ea quæ includuntur in eo, vt sic: sed corpus esse in Eucharistia, non est obiectū beatificū (vt patet: nec inclusum in obiecto beatifico. Quod probatur: quia æquè essentialiter pertinet ad obiectū beatificū includere in ratione obiecti vnam rem vel veritatem vnius sacramēti, sicut alterius: sicut æquè pertinet ad veritatē fidei credere veritatem vnius articuli, sicut alterius: sed in obiecto beatifico nō claditur, gratiā infundi tali baptizato aut suscipiēti sacramentū pœnitentię: ergo, &c.

¶ Contra quartū, rationē scilicet, quia modus essendi est penitus supernaturalis, arguit ibidem Scot. quia naturale, & supernaturale, nō distinguūt ens in se, sed tantum in cōparatione ad agens: & propterea licet res aliqua supernaturaliter fiat, postquam facta est, naturaliter cognoscitur. Et confirmatur assumptum: quia supernaturale & naturale possunt se habere sicut imperfectū & perfectius, puta accidēs & substātia. Et cōfirmatur rursus subiunctio: quia fides, spes & charitas sunt habitus supernaturales: & tñ angeli naturaliter cognoscūt eos, secūdū illos, qui ponūt in angelo naturaliter rationes cognoscēdi omnes species entiū.

¶ Ad euidentiam horū prælibandū est, quòd patua distātia in principio magna valde apparet in principiatis. Et hinc est, quòd ex diuersa opinione circa modū intelligendi, fit quæstiones emanant. Opinantes siquidē intellectū nō alligatū phantasmati intelligere per motionē ab ipsis rebus, quæ intelligi dicūtur, consequenter opinātur intellectus abstractos intueri res præsentes, sicut nos videmus corporaliter colores præsentes. Tenētes autē cū Peripateticis & Philosophis intellectus abstractos moueri tantūm à seipsis seu suis subsistātiis, vel etiā à superioribus eorū, & nō ab aliquo inferiori, cōsequenter ponunt intellectus abstractos cognoscere quicquid cognoscūt naturaliter: aut per substantiā propriā solā (quod nos credimus in solo Deo verificari) aut per substantiā perfectā speciebus intelligibilibus inditis, aut etiā, vt quibusdam placuit, per substantiā superiorē: & per consequēs intellectus abstracti cognitio naturalis non se potest extendere, nisi ad ea quæ naturaliter relucēt in his quæ sunt apud intellectū abstractū. Et quoniā hæc nō sunt nisi pertinēria ad naturalē ordinē vniuersi: quoniam solæ res pertinentes ad opera sex dierū, fuerunt productæ à Deo in principio naturę: & in rerū natura qđ vidit Deus cuncta quę fecerat, & erāt valde bona: quæcūq. nō ad naturæ, sed gratiæ ordinē per se spectant, eximūtur à naturali cognitione angelorū secundū hanc viā: secundū quam etiā naturale & supernaturale sunt & differētiæ entis & differentię modi faciendi. nam oculi dati ex nato, & vinum factum in nuptiis, differebant ab aliis oculis & vinis, secūdū naturale & supernaturale quo ad modū fiendi tantūm: sed charitas, & incarnatio Christi, & Christū esse sub sacramento, & lumen gloriæ, & similia, differūt à virtutibus naturalibus & aliis quæ entia naturalia vocamus, genes supernaturale & naturale, quātū ad ipsa entia, sunt enim hæc ex suo genere supernaturalia entia: quia nulli possunt enti esse aut fieri cōnaturalia, vt alibi declaram⁹. ¶His prælibatis ad primū Scoti dicitur, falsām esse minorē, scilicet intellectum abstractū habere se ad omne intelligibile, secundū ordinē intelligibilitatis, hoc enim patet esse falsum, tum quia nō sic se habet ad primū intelligibile, quod est Deus: tum quia quilibet intellectus abstractus intelligit, & quod est supra se, & quod est infra se per modum sui. Dicitur nihilominus, quòd licet intellectus abstractus videat corpus Christi, nō propterea sequitur, ergo videt eius modū essendi in sacramēto. Et hoc nō, quia iste modus essendi est excellētioris cognoscibilitatis in se: sed quia est cognoscibile alterius ordinis, scilicet supernaturalis: & propter hoc est extra totū ordinē rerū, præsentium cognitionibus naturalibus. ¶Et hinc patet responsio ad secundum: quia falsum est, totum ens creatum esse obiectum proportionatum tali intellectui. Et intuitiuè quidem: quia quædam, scilicet supernaturalia, sunt de ordine non præsentium cognitioni naturali. Abstractiuè verò, quia Incarnationis mysterium latet, quo ad perfectā quidditatiuam cognitionē, omnis intellectus creati cognitionē naturalē: quia illius nulla indita species est repræsentatiua perfectè. Et idē videtur dicēdum de corporis Christi in sacramento. Supponit igitur argumentū hoc falsum, scilicet modum essendi in sacramento, præsentem quandoque esse naturali cognitioni intellectus abstracti.

¶Ad tertiū dicitur, negando eadē, vel simili ratione, posse cognosci præsentiam corporis Christi. Et ad subiunctā probationem iterū dicitur, quòd modus accidētalis, nō quatenꝰ ac cidētalis sed quatenus est alterius ordinis, impedit se intueri ab intellectu, cui ordo ille non est præsens, qualis est intellectus, angelicus naturaliter.

¶Ad quartū de anima Christi dupliciter dici potest: primò excipiēdo Christi anū ea ratione, quia ad ipsum spectat quāuis cōcomitanter, talis modus essendi intra q; sicut dicimus cognitionem cordis mei latere naturalē cognitionē angelorum, manifestas tamē esse animæ meæ, quia ad ipsam spectant. & per hoc fit ibi præsentes, quæ non sunt præsentes angelis. sic in proposito modus iste essendi est præsens naturali cognitioni animæ Christi per hoc q; ad ipsum spectat. nec est simile de aliis intellectibus, vt patet. Secundò dicitur negādo animā Christi cognitione naturali intueri modum, quo corpus Christi est in hoc sacramento: sicut cognitione naturali non intuetur mysterium incarnationis. Vnde Autor dicit hīc, quòd quia modus essendi in hoc sacramento est penitus supernaturalis, nō nisi à supernaturali intellectu, vel ipsius participatione est in se intelligibilis. Et hæc responsio solidior videtur.

¶Ad quintum iam patet ex dictis, quòd non ratione excellentiæ, sed ratione absentiæ seu non præsentiæ existentia in sacramento latet, & tamen corpus Christi patet.

¶Ad sextū negatur assumptū, scilicet actū beatificū vnius beati videri naturali cognitione ab altero. Et ratio est sæpe dicta, nō propter excellentiā cognoscibilis, sed propter absentiam: quia naturalis cognitio cōtenta est spectantibus ad ordinē naturalem: actus autem beatificus spectat ad ordinem supernaturalem.

¶Ad obiecta contra visionem huius sacramenti per actum beatificū respondēdo distinguitur, quòd de actu beatifico possumus dupliciter loqui. Vel præcisè secundum necessaria ad beatitudinem, & sic proculdubio verum est, per actum beatificum non videri Christi corpus in sacramento, nec mysterium Incarnationis, imò nec aliquid, quod scit Deus scientia visionis: vt patet ex eo, quod si vnum tantūm intellectum Deus crearet, & ille videret Deum, esset proculdubio beatus, & nihil horum sciret quæ ad scientiam visionis spectant: quia nihil horum fuisset, esset, aut futurum esset. Vel de actu beatifico loquimur, secundū quòd de facto diuina largitas illum ditauit seu extendit, & sic visio beata extendit se ad multa alia quæ non sunt simpliciter necessaria cognitu ad beatitudinem. Inter quæ opinamur esse mysterium incarnationis & Eucharistiæ, ea ratione quia sunt difficillima inter omnia creata credendaæ: per hoc à mentibus fidelium valde desideratа, vt videantur: beatitudo autem fortitudinis fidelium valde desideratа, vt videantur: beatitudo autem fortitudinis fidelium valde desiderata

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super quæstionem septuagesimam sextam Articulum octauum.*

Aureol. 4. dist. 10. arti. 2. qũ. 2. ad 3. & ar. 4. q. 2. & 3. & Ric. dist. 10. a. 1. q. 3.

IN articu.8. aduertē circa veras apparentias ex miraculo in hoc sacramento, quòd distinguendũ videtur de magnitudine speciei apparentis. Nam si res apparēs fuerit tam magnarum dimẽsionum, vt fiat incompossibiles substantiæ cõuertẽ (puta si consecrato modico vino in fundo calicis, vt fieri cõsueuit, appareat & permaneat totus calix magnus plenus specie sanguinis) tunc nõ videtur remanere verus Christi sanguis sub illis speciebus: quonlã non manent dimẽsiones vini cõuersi. Et in hoc casu species sãguinis significat Christi sanguinem verũ eon tineri sub sacramento, & non contineri sub seipsa. Si verò dimensiones non sint ita in veritate extensæ, quin afficerent cõuertam substantiam, si subesset, sentiendũ est vt litera tradit: quoniam tãdiu manet veritas sacramenti, quãdiu manent panis aut vinum, si subesset: constat autẽ quòd quãdiu manent dimensiones illæ sine subiecto, manet corpus, aut sanguis Christi. Vnde quãtam extensiuæ dimensiones immutantur, immutatio non est solùm accidentalis, sed substãtialis: Autor autẽm loquitur, quãdo mutatio est solùm in accidentibus. Et si quæratur, qua adoratione veneradus esset huiusmodi sãguis miraculosus, dicendum videtur idem esse iudicium de ipso & de veste Christi.

¶ *Super Quæstionẽ septuagesimã septimã.*

Aureol.

IN quæst. illa, de accidentibus Eucharistiæ omissa tanta opinionum varietate (vt solidior rationabiliórque via appareat) notãdum duxi, duplicẽ esse opinionem de modo essendi istorum accidẽtium sine subiecto. Prima opinio est, accidentia ista esse sine subiecto, per solam cõseruationem a Deo sine subiecto: ita q̃ cùm prius haberẽt duo, scilicet esse in subiecto, & vtrũq; conseruabatur à Deo: postea desinente Deo conseruare ly in subiecto & conseruante esse quod habebãt, ipsa sunt sine subiecto. Et hanc opinionẽ sequitur Scotus in 12. dist. 4. Altera autem opinio tenet, vel tra conseruationẽ addi nouam actionem diuinam cõsentem accidentibus his nouum modum essendi, scilicet per modum substantiæ, & hanc opinionem sequitur diuus Tho. in hac quæstiõe, dicens collatũ esse dimẽ-

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrùm quando in hoc sacramento apparet miraculosè caro vel puer, sit ibi vere corpus Christi.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd quando in hoc sacramento miraculosè apparet caro vel puer, non sit ibi vere corpus Christi. Corpus enim Christi desinit esse sub hoc sacramento, quando desinunt esse species sacramentales: vt dictũ est. Sed quando apparet caro vel puer, desinunt esse species sacramentales. ergo non est ibi verè corpus Christi.

¶ Præterea, vbicunque est corpus Christi, vel est ibi sub specie propria, vel specie sacramenti. Sed quando tales apparitiones fiunt, manifestum est quòd non est ibi Christus sub specie propria, quia in hoc sacramento totus Christus continetur, qui permanet integer in forma, qua ascendit in cælum: cùm tamen id quod miraculosè apparet in hoc sacramento, quandoque videatur vt quædam parua caro, quandoque autẽ vt paruus puer) manifestum est etiam quòd non est ibi sub specie sacramenti, quæ est species panis vel vini. Ergo videtur quòd corpus Christi nullo modo sit ibi.

¶ Præterea, Corpus Christi incipit esse in hoc sacramento per consecrationem & conuersionem: vt suprà dictum est. Sed caro & sanguis miraculosè apparens, non sunt consecrata nec conuersa in verum corpus & sanguinem Christi. Non ergo sub his speciebus est corpus vel sanguis Christi.

¶ SED CONTRA est, quòd tali apparitione facta, eadem reuerentia exhibetur ei quod apparet, quæ etiam primò exhibebatur. Quod quidem non fieret, si verè non esset ibi Christus, cui reuerentiam latriæ exhibemus. Ergo etiã tali apparitione facta, Christus est sub hoc sacramento.

CONCLVSIO.

¶ Remanentibus in sacramento dimensionibus, quæ prius fuerant, quanquam miraculosè appareat ibi puer, vel caro, verum nihilominus Christi corpus in eo continetur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd dupliciter cõtingit talis apparitio, qua quandoque in hoc sacramẽto miraculosè videtur caro aut sanguis, aut etiã aliquis puer. Quandoq; enim hoc contingit ex parte vidẽtium, quorum oculi immutatur tali immutatione, ac si expressè viderent exterius carnem vel sanguinem vel puerum, nulla tamen immutatione facta ex parte sacramenti. Et hoc quidem videtur contingere, quando vni videtur sub specie carnis vel pueri, aliis tamen videtur sicut & prius sub specie panis: vel quando eidem ad horam videtur sub specie carnis vel pueri, & postmodum sub specie panis. Nec hoc tamen pertinet ad aliquam deceptionem, sicut accidit in magorũ præstigiis: quia talis species diuinitus formatur in oculo, ad aliquam veritatem figurandam, ad hoc scilicet quòd manifestetur verè corpus Christi esse sub hoc sacramento, sicut etiam Christus absque deceptione apparuit discipulis euntibus in Emaus. Dicit enim Aug. in lib. de Quæstio. Euangelist. quòd cùm fictio nostra refertur ad aliquam significationem, non est mendacium, sed aliqua figura veritatis. Et quia per hunc modum nulla immutatio fit ex parte sacramenti, manifestum est quòd nõ desinit Christus esse sub hoc sacramento tali apparitione facta. Quandoque verò contingit talis apparitio non per solam immutationem videntium, sed specie. quæ videtur, realiter exterius existente. Et hoc quidem videtur esse quando sub tali specie ab omnibus videtur, & non ad horam: sed per longum tempus ita permanet. Et in hoc casu quidam dicunt quòd est propria species corporis Christi: nec obstat quòd quandoque non videtur ibi totus Christus, sed aliqua pars carnis, vel etiam videtur non in specie iuuenili, sed in effigie puerili, quia in potestate corporis glorioſi est, quòd videatur ab oculo non glorificato vel secundum totum, vel secundum partem, & in effigie vel propria vel aliena: vt infrà dicetur. Sed hoc videtur esse inconueniens, primò quidem, quia corpus Christi non potest in propria specie videri nisi in vno loco, in quo diffinitiuè continetur. Vnde cùm videatur in propria specie, & adoretur in cælis, sub propria specie non videtur in hoc sacramento.

Secundò: quia corpus glorioſum quod apparet vt vulr, post apparitionem cùm voluerit disparet, sicut dicitur Luc. vltimo, quòd Dominus ex oculis discipulorum euanuit. Hoc autem quod sub specie carnis in hoc sacramento apparet, diu permanet: quinimo legitur quandoque esse inclusum, & multorum episcoporum consilio in pixide reseruatum, quod nephas esset de Christo sentire secundum propriam speciem. Et ideo dicendum est, quòd manentibus dimensionibus, quæ prius fuerant, sit miraculosè quædam immutatio circa alia accidentia (puta figuram & colorem, & alia huiusmodi) vt videatur caro vel sanguis aut etiã puer. Et sicut prius dictum est, hoc non est deceptio: quia fit in figuram cuiusdam veritatis, scilicet ad ostendendum per hanc miraculosam apparitionem, quòd in sacramento est verè corpus & sanguis Christi. Et sic patet quòd remanentibus dimensionibus, quæ sunt fundamenta aliorum accidentium, vt infrà dicetur, remanet verè corpus Christi in hoc sacramento.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd facta tali apparitione species sacramentales quandoque quidem totaliter manẽt in seipsis, quandoque autem secundum id quod est principale in eis: vt dictum est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in huiusmodi apparitionibus (sicut dictum est) non videtur propria species Christi sed species miraculosè formata vel in oculis intuentium, vel etiam in ipsis sacramentalibus dimensionibus: vt dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd dimensiones panis & vini consecrati manent, immutatione circa eas miraculosè facta, quantum ad alia accidentia, vt dictum est.

QVAESTIO SEPTVAGESIMASEPTIMA, De Remanentibus in Sacramento accidentibus, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de accidentibus remanentibus in hoc sacramento.

¶ Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primò, vtrùm accidentia quæ remanent, sint sine subiecto.

¶ Secundò, vtrùm quantitas dimensiua sit subiectum aliorum accidentium.

¶ Tertiò, vtrùm huiusmodi accidentia possint immutare aliquod corpus extrinsecum.

¶ Quartò, vtrùm possint corrumpi.

¶ Quintò, vtrùm ex eis possit aliquid generari.

¶ Sextò, vtrùm possint nutrire.

¶ Septimò de fractione panis consecrati.

¶ Octauò, vtrùm vino consecrato possit aliquid permisceri.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm accidentia remaneant sine subiecto in hoc sacramento.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd accidentia non remaneant in hoc sacramento sine subiecto. Nihil enim inordinatum aut fallax debet esse in hoc sacramento veritatis. Sed accidentia esse sine subiecto, est contra rerum ordinem, quem Deus naturæ indidit: videtur etiam ad quandam fallaciam pertinere, cùm accidentia naturaliter sint signa naturæ subiecti. Ergo in hoc sacramento non sunt accidentia sine subiecto.

¶ Præterea, Fieri non potest etiam miraculosè, quòd diffinitio rei ad ea separetur, vel quòd vni rei conueniat diffinitio alterius rei (puta quòd homo manens homo, sit animal irrationale) ad hoc enim sequeretur cõtradictoria esse simul: hoc enim quod significat nomen rei, est diffinitio, vt dicitur in 4. Metaph. Sed ad diffinitionem accidẽtis pertinet quòd sit in subiecto, ad diffinitionem verò substantiæ, quòd per se subsistat non in subiecto. Non ergo potest miraculosè fieri quòd in hoc sacramento sint accidentia sine subiecto.

¶ Præterea, Accidens indiuiduatur ex subiecto. Si ergo accidentia remanẽt in hoc sacramẽto sine subiecto, nõ erunt indiuidua, sed vniuersalia. Quod patet esse falsum, quia sic nõ essent sensibilia, sed intelligibilia tãtùm.

¶ Præterea, Accidentia per consecrationẽ huius sacramenti, nõ adipiscuntur aliquã compositionẽ. Sed ante consecrationẽ non erant cõposita, neq; ex materia & forma, neq; ex quo est, & quod est. Ergo etiam post consecrationẽ non sunt composita altero horum modorum. Quod est inconueniens: quia sic essent simpliciora quã angeli: cùm tamẽ hæc accidentia sint sensibilia. Non ergo accidentia remanẽt in hoc sacramẽto sine subiecto.

¶ SED CONTRA est quod Greg. dicit in Homil. Paschali, quòd species sacramentales sunt illarum rerum vocabula, quæ antè fuerunt, scilicet panis & vini. Et ita cùm non remaneat substantia panis & vini, videtur quòd huiusmodi species remaneant sine subiecto.

CONCLVSIO.

¶ Remanent accidentia panis & vini in sacramento non alicui subiecto inexistentia, sed sola diuina virtute sine subiecto existunt.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd accidentia panis & vini, quæ sensu deprehenduntur in hoc sacramento remanere post consecrationem, non sunt sicut in subiecto in subſtantia panis & vini, quæ nõ manet (vt suprà habitum est) neq; etiam in forma substantiali, quę nõ manet: & si remaneret, subiectum esse nõ posset, vt patet per Boetium in lib. de Trin. Manifestum est etiam, quòd huiusmodi accidentia non sunt in substantia corporis & sanguinis Christi sicut in subiecto: quia substantia humani corporis nullo modo potest his accidentibus affici. neq; etiam est possibile, quòd corpus Christi glorioſum & impassibile existens, alteretur ad susciendas huiusmodi qualitates.

¶ Dicunt autem quidam, quòd sunt sicut in subiecto in aere circunstãte. Sed nec hoc esse potest. Primò quidẽ, quia aer nõ est huiusmodi accidentiũ susceptiuus. Secũdò, quia huiusmodi accidẽtia nõ sunt vbi est aer: quinimò ad motũ harũ specierũ, aer depellitur. Tertiò, quia accidentia non transeũt de subiecto in subiectũ: vt scilicet idem accidens numero quod primò fuit in vno subiecto, postmodũ fiat in alio. accidẽs enim numerũ accipit à subiecto: vnde nõ potest esse, quòd idem numero manens, sit quandoq; in hoc, quãdoq; in illo subiecto. Quartò, quia cùm aer nõ spolietur accidẽtibus propriis, simul haberet accidentia propria & aliena. Nec potest dici quòd hoc fiat miraculosè virtute cõsecrationis: quia verba cõsecrationis hoc nõ significant: quæ tamen non efficiunt nisi suũ significatum. Et ideo relinquitur, quòd accidentia in hoc sacramento, manẽt sine subiecto. Quod quidem virtute diuina fieri posset. Cùm enim effectus magis dependeat à causa prima, quam à causa secunda, Deus qui est prima causa substantiæ & accidẽtis, per suam infinitam virtutem conseruare potest in esse accidens, subtracta substãtia, per quam conseruabatur in esse sicut per propriam causam: sicut etiam alios effectus naturalium causarũ potest producere sine naturalibus causis: sicut humanum corpus formauit in vtero Virginis sine virili semine.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd nihil prohibet aliquid esse ordinatum secundum cõmunem legem naturę, cuius tamen contrarium est ordinatum secundum speciale priuilegium gratiæ: vt patet in resuscitatione mortuorũ, & in illuminatione cæcorum: prout etiam in rebus humanis quædam aliquibus cõceduntur ex speciali priuilegio præter legem cõmunem. Et ita etiã licet sit secundum communem naturæ ordinem, quòd accidens sit in subiecto, ex speciali tamen ratione secundũ ordinem gratiæ, accidentia sunt in hoc sacramento sine subiecto, propter rationes suprà inductas.

¶ Ad secundũ dicendum, quòd cùm ens nõ sit genus, hoc ipsum quod est esse, nõ potest esse essentia substantiæ vel accidentis. Nõ est ergo diffinitio substãtiæ, ens per se sine subiecto, nec diffinitio accidentis, ens in subiecto: sed quidditati seu essentiæ substãtiæ cõpetit habere esse non in subiecto, quidditati autem siue essentiæ accidentis cõpetit habere esse in subiecto. In hoc autẽ sacramẽto non datur accidentibus, quòd ex vi suæ essentiæ non sint in subiecto, sed ex diuina virtute sustentante. Et ideo non definunt esse accidentia: quia nec separatur ab eis diffinitio accidentis, nec competit eis diffinitio substãtiæ.

¶ Ad tertiũ dicendũ, quòd huiusmodi accidẽtia acquisierũt esse indiuiduũ in substãtia panis & vini: quæ cõuersa in corpus & sanguinẽ Christi, remanent virtute diuina accidentia in illo esse indiuiduato, quod prius habebant. Vnde sunt singularia & sensibilia.

¶ Ad quartũ dicendũ, quòd accidentia huiusmodi, manente substãtia panis & vini, nõ habebant ipsa esse nec alia accidentia, sed subiecta eorũ habebant huiusmodi esse per ea: sicut nix est alba per albedinem. Sed post consecrationem ipsa accidentia quæ remanent, habent esse, vnde sunt composita ex esse & quod est (sicut in Prima parte de angelis dictum est) & cum hoc habent, compositionem partium quantitatiuarum.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm in hoc sacramento quantitas dimensiua panis vel vini, sit aliorum accidentium subiectum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd in hoc sacramẽto quãtitas dimẽsiua panis vel vini, non sit aliorũ accidentiũ subiectum. Subiectũ enim accidentis non est accidens: nulla enim forma potest esse subiectũ, cùm subiici pertineat ad proprietatem materiæ. Sed quantitas dimensiua est quoddam accidens. Ergo quantitas dimensiua non potest esse subiectum aliorum accidentium.

¶ Præterea, Sicut quantitas indiuiduatur ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

multi (vt infrà patebit) accidētia, quia esse virtes ipsas substātiarum. Ex quibus omnibus, sicut verisimus quātitatē esse rē propinquā & quasi proportionalis naturæ cum materia, non apparebit impossibile aut à ratione alienū, quòd ipsamet res, quæ est quantitas, fiant vicissim, & ita suppleat materiæ officium, vt ut quoddam proportionale materiæ, sicut proportionale cordi facit officii cordis. Nec oportet aliā entitatē quærere, quoniam accidentia fluentia à principiis essentialibus substātię ex hoc ipso quòd à principijs illis fluūt, sunt non solūm accidentia (puta calor) sed sunt vis & virtus substantiæ, ita quòd possunt producere substantiā (vt inferius amplius patebit) quamuis quidā sentiant contrarium: a quātitas Eucharistiæ potest sortiri à suprema omniū substantiarū, vt ipsamet quantitas sit vice substantiæ, &c. multò enim vehementioris ac intimioris efficaciæ est primę substantiæ actio, quā quicunq; fluxus accidētis à principijs substantialibus subiecti. Hic est ergo modus, quo facillimè absque multiplicatione tam miraculorū, quàm entitatum, saluantur apparentia circa accidentia Eucharistiæ inter agendum & patiendum.

¶Quibus prælibatis, ad singula declarāda, perspice in primo artic. huius literæ in respōtione ad quartū, primū quod dixim⁹, scilicet quòd accidēs transit de quo est in quod est, & est deuiceps cōpositū ex quod est, & quo est. Perspice secundò in art. 2. in responsione ad primum, quantitatem trāsire de subiecto medio in recipiendo in subiectum in sustentando. Perspice tertiò in artic. 3. in responsione ad tertium, id quod diximus de accidētibus fluēntibus à substantia. Sed occurrūt in hoc loco duo intoleranbilia Scoto in 12. dist. 2. Primū est, q⁹ forma substantialis geniti non fit immediatè à forma substantiali generātis, secundū est, quòd qualitates agunt in virtute formę substātialis, producēdo substantiam. Et Scotus quidē longū circa hæc processum facit. Ego autem quia de sacramētis tractio, & huiusmodi disputatio nō est necessaria ad sacramenti notitiā, pertranseundū censeo, declarando tamen sensum Autoris, quem noluit forè intelligere Scotus: quoniam si illum intellexisset, non sic arguisset.

¶Quū dicimus qualitates agere in virtute formæ substantialis, non somniamus rem aliam subſtātia, ita etiam & alia accidentia. Si ergo quātitas dimēsiua panis aut vini remanet individuata secundū esse prius habitū, in quo cōseruatur, pari ratione & alia accidētia remanēt individuata secundū esse quod prius habebāt in substantia. Nō ergo sunt in quantitate dimēsiua sicut in subiecto, cùm omne accidens individuetur per suum subiectum.

¶Præterea, Inter alia accidentia panis & vini quæ remanent, deprehenduntur etiam sensu rarum & densum, quæ non possunt esse in quantitate dimensiua præter materiam existente, quia rarum est quod habet parum de materia sub magnis dimensionibus: densum autem quod habet multum de materia sub paruis dimēsionibus: vt dicitur 4. Physi. Non ergo videtur, quòd quantitas dimensiua possit esse subiectum accidentium, quæ remanent in hoc sacramento.

¶Præterea, Quantitas à subiecto separata, videtur esse quantitas mathematica, quæ non est subiectū qualitatū sensibiliū. Cùm ergo accidentia, quæ remanēt in hoc sacramento, sint sensibilia, videtur quòd non possint esse sicut in subiecto in quantitate dimensiua panis & vini remanente post consecrationem.

¶SED CONTRA est, quòd qualitates non sunt diuisibiles nisi per accidens ratione subiecti. Diuiduntur autem qualitates remanentes in hoc sacramento per diuisionem quantitatis dimensiuæ: sicut patet ad sensum. Ergo quantitas dimensiua est subiectum accidentium, quæ remanent in hoc sacramento.

CONCLVSIO.

¶Quæuis accidentia, quæ remanent in sacramento, quamuis in nulla sint substantia, sunt tamen in quantitate dimensiua panis & vini tanquam in subiecto.

RESPONDEO dicendum, quòd necesse est dicere accidentia alia, quæ remanēt in hoc sacramento, esse sicut in subiecto in quantitate dimensiua panis, vel vini remanente. Primò quidem per hoc, quòd ad sensum apparet aliquid quantum esse ibi coloratum, & aliis accedentibus affectum. nec in talibus sensus decipitur. Secundò, quia prima dispositio materiæ est quantitas dimē siua, vnde & Plato posuit primas differentias materiæ, magnum & parum. Et quia primum subiectum est materia, consequens est quòd omnia alia accidentia referantur ad subiectum mediante quantitate dimensiua (sicut & primum subiectum coloris dicitur esse superficies) ratione cuius quidā posuerunt dimensiones esse substantias corporū: vt dicitur in primo Meta. Et quia subtracto subiecto, remanent accidentia secundū esse, quod prius habebant, consequens est quòd omnia accidentia remaneant fundata super quantitatē dimensiuam. Tertiò, quia cùm subiectum sit principium individuationis accidentium, oporteret id quod ponitur aliquorum accidentium subiectum, esse aliquo modo individuationis principium. Est enim de ratione individui, quòd nō possit in pluribus esse. Quod quidem contingit dupliciter. Vno modo quia non est natum esse in aliquo: & hoc modo formæ immateriales separatæ, per se subsistentes, sunt etiam per seipsas individuæ. Alio modo ex eo quòd forma substantialis vel accidentalis est quidem nata in aliquo esse, non tamen in pluribus: sicut hæc albedo, quæ est in hoc corpore.

Quantum igitur ad primum, materia est individuationis principium omnibus formis inhærentibus: quia cùm huiusmodi formæ quantum est de se, sint natæ in aliquo esse, sicut in subiecto, ex quo aliqua earum recipitur in materia, quæ non est in alio, iam nec forma ipsa sic existēs potest in alio esse.

Quantum autem ad secundū, dicendum est quòd individuationis principiū est quātitas dimensiua. Ex hoc enim aliquid est natum esse in vno solo, quòd illud est in se indiuisum, & diuisum ab omnibus aliis. Diuisio autem accidit substantiæ ratione quātitatis: vt dicitur in primo Physic. Et ideo ipsa quantitas dimensiua est quoddam individuationis principium huiusmodi formis: inquantum scilicet diuersæ formæ numero sunt in diuersis partibus materiæ. Vnde & ipsa quātitas dimensiua secundum se habet quādam individuationem: ita quòd possumus imaginari plures lineas *separatas eiusdem speciei, differentes positione, quæ cadit in ratione huius quantitatis: conuenit enim dimensioni quòd sit quantitas positionem habens. Et ideo potius quantitas dimensiua potest esse subiectum aliorum accidentium quam econuerso.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd accidens per se non potest esse subiectum alterius accidentis: quia per se non est. Secundum verò quòd est in alio, vnum accidens dicitur esse subiectum alterius, inquantum vnum accidens recipitur in subiecto, alio mediante, sicut superficies dicitur esse subiectum coloris. Vnde quando accidenti datur diuinitus vt per se sit, potest etiam per se alterius accidentis subiectum esse.

¶Ad secundum dicendum, quòd alia accidentia etiam secundum quòd erant in substantia panis, indiuidabantur mediante quantitate dimensiua: sicut dictum est. Et ideo potius quantitas dimensiua est subiectum aliorum accidentium remanentium in hoc sacramento, quam econuerso.

¶Ad tertium dicendum, quòd rarum & densum, sunt quædam qualitates consequentes corpora ex hoc quòd habent multum vel parum de materia sub dimensionibus: sicut etiam omnia alia accidentia consequuntur ex principiis substantiæ. Et ideo sicut subtracta substantia, diuina virtute conseruantur alia accidentia, ita subtracta materia, diuina virtute conseruantur qualitates materiam consequentes: sicut rarum & densum.

¶Ad quartum dicendum, quòd quantitas mathematica non abstrahit à materia intelligibili, sed à materia sensibili: vt dicitur 8. Metaph. Dicitur autem materia sensibilis ex hoc quòd subiicitur sensibilibus qualitatibus. Et ideo manifestum est, quòd quantitas dimensiua, quæ remanet in hoc sacramento sine subiecto, non est quantitas mathematica.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm species, quæ remanent in hoc sacramento, possint immutare aliquid extrinsecum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd species quæ remanent in hoc sacramento, non possint immutare aliquid extrinsecum. Probatur enim 7. Physic. quòd formæ quæ sunt in materia, fiunt à formis, quæ sunt in materia, non autem à formis, quæ sunt sine materia: eo quòd simile agit sibi simile. Sed species sacramentales sunt species sine materia: quia remanent sine subiecto, vt ex dictis patet. Non ergo possunt immutare materiam exteriorem, inducendo aliquam formam.

¶Præterea, Cessante actione principalis agentis, necesse est quòd cesset actio instrumenti: sicut quiescente fabro, nō mouetur mar tellus. Sed omnes formæ accidentales agunt instrumentaliter in virtute formæ substantialis tanquam principalis agentis. Cùm ergo in hoc sacramento non remaneat forma substantialis panis & vini (sicut suprà habitum est) videtur quòd formæ accidentales remanentes, agere non possint ad immutationem exterioris materiæ.

¶Præterea, Nihil agit vltra suā speciem: quia effectus non potest esse potior causa. Sed species sacramentales omnes sunt accidentia. Non ergo possunt exteriorem materiam immutare, ad minus ad formā substantialem.

¶SED CONTRA est, quòd si non possent immutare exteriora corpora, non possent sentiri. Sentitur enim aliquid per hoc, quòd immutatur sensus à sensibili: vt dicitur 2. de anima.

CONCLVSIO.

¶Quamuis in sacramēto substantia panis & vini transierit, species tamen remanēt et immutare possunt exteriora corpora, diuina hoc illis largiente virtute.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quia vnumquodq; agit, inquantum est ens actu, cōsequens est q⁹ vnūquodq; sicut se habet ad esse, ita se habeat ad agere. Quia igitur secundum prædicta, speciebus sacramentalibus datum est diuina virtute, vt remaneant in suo esse quod habebant, substantia panis & vini existente, consequēs est q⁹ etiam remanent in suo agere, & ideo omnē actionem quam poterant agere, substātia panis & vini existēte, possunt etiam agere, substantia panis & vini transeunte in corpus & sanguinem Christi. Vnde non est dubium quòd possunt immutare exteriora corpora.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd species sacramētales licet sint formæ sine materia existentes: retinent tamē idē esse, quod habebāt prius in materia. Et ideo secūdū suū esse alsimilātur formis, quæ sunt in materia. ¶Ad secundū dicēdum, quòd ita actio formę accidentalis depēdet ab actione formæ substantialis, sicut esse accidētis dependet ab esse substantiæ. Et ideo sicut diuina virtute datur speciebus sacrāmētalibus, vt possint esse sine substantia: ita datur eis vt possint agere sine forma substantiali, virtute Dei, à quo sicut à primo agente depēdet omnis actio formæ & substantialis & accidentalis.

¶Ad tertium dicēdum, quòd immutatio quę est ad formam substantialē, non fit à forma substantiali immediatè, sed mediantibus qualitatibus actiuis & passiuis, quæ agūt in virtute formæ substantialis. Hæc autem virtus instrumētalis cōseruatur in speciebus sacramēralibus diuina virtute, sicut & prius erat. Et ideo possunt agere ad formam substantialem instrumentaliter. Per quē modū aliquid potest agere vltra suam speciē, non quasi virtute propria, sed virtute principalis agentis.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm species sacramentales possint corrumpi.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod species sacramētales corrumpi non possint. Corruptio enim accidit per separationem formæ à materia. Sed materia panis nō remanet in hoc sacramento: sicut ex supradictis patet. Ergo huiusmodi species non possunt corumpi.

¶Præterea, Nulla forma corrumpitur nisi per accidens, corrupto subiecto: vnde formæ per se subsistentes, incorruptibiles sunt, sicut patet in substantiis spiritualibus. Sed species sacramentales sunt formæ sine subiecto: ergo corrumpi non possunt.

¶Præterea, Si corrumpuntur, aut hoc erit naturaliter aut miraculosè. Sed non naturaliter (quia nō est ibi assignare aliquod corruptionis subiectū, quod maneat corruptione terminata) similiter etiā nec miraculosè: quia miracula quæ sunt in hoc sacramento, fiunt virtute consecrationis, per quam species sacramētales cōseruantur. non est autem idē causa conseruationis & corruptionis. Ergo nullo modo species sacramentales corrumpi possunt.

¶SED CONTRA est, quòd sensu deprehenditur, hostias consecratas putrefieri & corrumpi.

CONCLVSIO.

¶Sicut ante consecrationē species accidentiū panis & vini corrumpi potebant, ita & post consecrationē possunt corumpi vel per se, ve. per accidens.

¶RESPONDEO dicendum, quòd corruptio est motus ex esse in non esse. Dictū est autē suprà, q⁹ species sacramentales retinent idē esse quod prius habebāt, substātia panis & vini existente. Et ideo sicut esse horum accidentiū poterat corrūpi, substantia panis & vini existente: ita etiam potest corrumpi, illa substantia abeunte. Poterant autem huiusmodi accidentia primò corrumpi dupliciter. vno modo per se, alio modo per accidens. Per se quidē sicut per alterationē qualitatum, & augmentū vel diminutionem quātitatis. Non quidē per modū augmenti vel diminutionis, qui inuenitur in solis corporibus animatis (qualia non sunt substantia panis & vini) sed per additionem vel diuisionē. Nam sicut dicitur 3. Met. per diuisionem vna dimensio corrumpitur, & siūt duæ, per additionem autem econuerso ex duabus fit vna. Et per hunc modum manifestè possunt corrūpi huiusmodi accidentia post cōsecrationē: quia & ipsa quātitas dimensiue remanens potest diuisionem & additionem recipere: & cùm sit subiectū qualitatū sensibilium (sicut dictum est) potest etiā esse subiectū alterationis earum, puta si alteretur color aut sapor panis aut vini. Alio modo potest corrumpi per accidens, per corruptionem subiecti. & hoc modo possunt corrūpi etiā post cōsecrationē. Quanuis enim subiectum non remaneat, remanet tamen esse quod habebant huiusmodi accidentia in subiecto, quod quidē est proprium & conformæ subiecto. Et ideo huiusmodi esse potest corrumpi à contrario agente, sicut corrumpebatur substantia panis vel vini, quæ etiam non corrumpebatur nisi præcedente alteratione circa accidentia.

Distinguendum tamen est inter vtrāq; prædictarum corruptionum: quia cùm corpus Christi & sanguis succedat in hoc sacramēto substantiæ panis & vini, si fiat talis immutatio ex parte accidētium, quæ non sufficisset ad corruptionem panis & vini, propter talem immutationem non definit corpus & sanguis Christi esse sub hoc sacramento, siue fiat immutatio ex parte qualitatis (puta cùm modicum immutatur color aut sapor panis vel vini) siue ex parte quātitatis: sicut cùm diuiditur panis aut vinum in tales partes, quod adhuc in eis posit saluari natura panis aut vini.

Si verò fiat tanta immutatio, quòd fuisset corrupta substantia panis aut vini, non remanent corpus & sanguis Christi sub hoc sacramento. Et hoc siue ex parte qualitatum, sicut cùm ita immutatur color & sapor & aliæ qualitates panis & vini, quòd nullo modo possent compati naturam panis aut vinitsiue etiam ex parte quantitatis, puta si pulueriżetur panis, velvinū in tam *minutas partes diuidatur, vt iam non remaneat species panis vel vini.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ad corruptionem per se pertinet, quòd auferat esse rei, vnde inquantum esse alicuius formæ est in materia, consequens est quòd per corruptionē sēparetur forma a materia. Si verò huiusmodi esse non esset in materia, simile tamen ei quod est in materia, posset per corruptionem auferri etiam materia non existēte: sicut accidit in hoc sacramento, vt ex dictis patet.

¶Ad secundum dicendum, quòd species sacramentales licet sint formæ non in materia: habent tamen esse quod prius in materia habebant.

¶Ad tertium dicendum, quòd corruptio illarum specierum non est miraculosa, sed naturalis. Præsupponit tamē miraculum quod est factum in cōsecratione, scilicet quòd illæ species sacramētales retinēant esse sine subiecto quod prius habebant in subiecto: sicut & cæcus miraculosè illuminatus, naturaliter videt.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm ex speciebus sacramentalibus aliquid possit generari.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd ex speciebus sacramentalibus nihil possit generari. Quod enim generatur, ex aliqua materia generatur: ex nihilo enim nihil generatur, quamuis ex nihilo fiat aliquid per creationem. Sed speciebus sacramentalibus non subest aliqua materia

Universidad de Deusto
Biblioteca

sulis sit cõsul. Nec propterea potes sentire Autorem, q agens naturale, faciat de dimensionibus materiã, hoc enim stultũ est, quum agens naturale non facit primũ subiectũ suæ actionis, sed supponit illud. sed perspiciendum est q agens naturale agit in exercendis, disponendo illã tanquam si esset materia ad formã substantiæ generandæ: & hoc vsq; ad instãs generationis exclusiue. In instãti autẽ generationis, quod est primũ nõ esse sacramenti, dimensio, actiõe diuina, virtute primi miraculi trãsit in materiã dispositam q forma illa, ac si præfuisset: & sic in eodẽ instanti naturale agẽs introducit in illã formã substantialẽ cum quantitate simili priori immediatè ante illud existenti. Et sic inuenitur consonare omnia reliquis generationibus naturalibus: nã naturale agẽs generãdo & agit inquantũ vsq; ad instãs generationis, & in instanti generationis attingit nuda esse materiæ generãdo de illa formã substãtiali, & generãdo cõpositũ de genere subiectiuæ, eorum pẽdẽs vice panem: vt dictum est. Non sic corrumpuntur, vt omnino dispereant, quasi in nihilum rediganturr, sed manifeste aliquid sensibile eis succedit. Quomodo autem ex eis aliquid generari possit, difficile est videre. Manifestum est enim quòd ex corpore & sanguine Christi, quæ ibi veraciter sunt, non generatur aliquid, cùm sint incorruptibilia. Si autẽ substantia panis, aut vini remaneret in hoc sacramento, vel eorum materia, facile esset assignare quòd ex eis generatur illud sensibile quod succedit, vt quidam posuerunt. sed hoc est falsum, vt supra habitum est. Et ideo quidam dixerunt, quòd ea quæ generantur, non fiunt ex speciebus sacramentalibus, sed ex aere circunstante. Quod quidem multipliciter apparet esse impossibile. Primò, quia ex eo generatur aliquid, quod prius alteratum & corruptum apparet. Nulla autem alteratio vel corruptio prius apparuit in aere circunstante, vnde ex eo vermes, vel cineres non generantur. Secundò, quia natura aeris non est talis, quòd ex eo per tales alterationes talia generentur. Tertiò, quia potest contingere in magna quantitate hostias consecratas comburi vel putrefieri: nec esset possibile tantum de corpore terreno ex aere generari, nisi magna & valde sensibili inspissatione aeris facta. Quartò, quia idem potest accidere corporibus solidis circunstantibus (puta ferro aut lapidibus) quæ integra remanent post prædictorum generationem. Vnde hæc positio stare non potest: quia contrariatur ei quod ad sensum apparet. Et ideo alij dixerunt, quòd redit substantia panis & vini in ipsa corruptione specierum: & sic ex substantia panis & vini redeunte generantur cineres, aut vermes, aut aliquid huiusmodi. Sed hæc positio videtur esse impossibilis. Primò quidem, quia si substantia panis & vini conuersa est in corpus & sanguinem Christi (vt suprà habitum est) non potest substantia panis aut vini redire, nisi corpore aut sanguine Christi iterum cõuerso in substantiam panis vel vini, quod est impossibile: sicut si aër sit conuersus in ignem, nõ potest aër redire, nisi iterum ignis conuertatur in aerem. Si verò substantia panis aut vini sit annihilata, non potest iterum redire: quia quod in nihilum decidit, non redit idem numero, nisi forte dicatur redire prædicta substantia, quia Deus de nouo creat aliam nouam substantiam loco primæ. Secundò videtur hoc esse impossibile: quia non est dare, quando substantia panis redeat. Manifestum est enim ex supradictis, quòd manentibus speciebus panis & vini, manet corpus & sanguis Christi, quæ non sunt simul cum substantia panis & vini in hoc sacramento, secundum prædicta. Vnde substantia panis & vini non potest redire, speciebus sacramentalibus manentibus. Similiter etiam nec eis cessantibus: quia iam substantia panis & vini esset sine propriis accidentibus: quod est impossibile. Nisi forte dicatur, quòd in ipso vltimo instanti corruptionis specierum redit non quidem substantia panis & vini (quia illud idem instans est, in quo primo habent esse substantiæ generatæ ex speciebus) * sed materia panis & vini, quæ magis de nouo creata diceretur quàm rediens, propriè loquendo. Et secundum hoc posset sustineri prædicta positio. Verùm, quia non rationabiliter videtur dici, quòd miraculosè aliquid accidat in hoc sacramento nisi ex ipsa consecratione, ex qua non est quòd materia creetur vel redeat, melius videtur dicendum, quòd in ipsa consecratione miraculosè datur quantitati dimensiuæ panis & vini, quòd sit primum subiectum subsequentium formarum. Hoc autem est proprium materiæ. & ideo ex consequenti datur prædictæ quantitati dimensiuæ omne illud quod ad materiam pertinet. Et ideo quicquid posset generari ex materia panis, si adesset, totum potest generari ex prædicta quantitate dimensiua panis vel vini: non quidem de nouo miraculo, sed ex vi miraculi prius facti.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quantis non sit ibi materia, ex qua aliquid generetur: quantitas tamen dimensiua supplet vicem materiæ, vt dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd illæ species sacramentales sunt quidem accidentia, habent tamen actum & vim substantiæ: vt dictum est.

¶Ad tertium dicendum, quòd quantitas dimensiua panis & vini retinet naturam propriam, & accipit miraculosè vim & proprietatem substantiæ. Et ideo potest transire in vtrumque, id est in substantiam & dimensionem.

ARTICVLVS VI.

¶Vtrum species sacramentales possint nutrire.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd species sacramentales non possint nutrire. Dicit enim Ambros. in lib. de sacramentis, Non iste panis est, qui vadit in corpus, sed panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit. sed omne quod nutrit, vadit in corpus. ergo panis iste non nutrit. Et eadem ratio est de vino.

¶Præterea, Sicut dicitur 2. de Generatione, ex eisdẽ nutrimur, ex quibus sumus. Species autẽ sacramẽtales sunt accidẽtia, ex quibus homo nõ constat: nõ enim accidens est pars substantiæ. Ergo videtur q species sacramẽtales nutrire non possunt.

¶Præterea, Philosophus 2. de Anima dicit, quòd alimentum nutrit prout est substantia quædam, auget autẽ prout est aliquid quantum. Sed species sacramentales non sunt substantia. Ergo non possunt nutrire.

¶SED CONTRA est, quòd Apostolus 1. Cor. 11. loquens de hoc sacramento dicit, Alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Vbi dicit g̃lo. q notat illos, qui post celebrationem sacri mysterij & consecrationem panis & vini, suas oblationes vendicabant, & aliis non cõmunicãtes, soli sumebãt, ita vt inde etiã inebriarẽtur. Quod quidẽ non posset cõtingere, si sacramẽtales species nõ nutrirent. Ergo species sacramẽtales nutriunt.

CONCLVSIO.

¶Quemadmodum ex sacramentalibus speciebus aliquid generari potest, ita & nutriri quippiam possibile est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd hæc quæstio difficultatem nõ habet, præcedenti quæstione soluta. Ex hoc enim (vt dicitur 2. de Anima) cibus nutrit, q conuertitur in substantiam nutriti. Dictum est autem, q species sacramentales possunt conuerti in substantiam aliquam, quæ ex eis generatur. Per eandem autẽ rationem possunt cõuerti in corpus humanũ, per quam possunt conuerti in cineres vel in vermes. & ideo manifestũ est q nutriunt. Quod autẽ quidam dicunt, q non verè nutriũt, quasi in corpus humanum cõuertantur, sed reficiunt & confortant quadã sensuum immutatione (sicut homo confortatur ex odore cibi, & inebriatur ex odore vini) ad sensum patet esse falsum. Talis enim refectio non diu sufficit homini, cuius corpus propter continuam deperditionem restaurationi indiget: & tamen homo diu sustentari posset, si hostias & vinum consecratum sumeret in magna quantitate. Similiter etiam non potest stare quod quidam dicunt, quòd species sacramentales nutriunt propter formam substantialem panis & vini, quæ remanet, tum quia non remanet, vt supra habitum est: tum quia non est actus formæ nutrire: sed magis materiæ, quæ accipit formam nutriti, recedente forma nutrimenti. Vnde dicitur in 2. de Anima, quòd nutrimentum in principio est dissimile, in fine autem simile.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd facta consecratione dupliciter potest dici panis in hoc sacramento. Vno modo ipsæ species panis quæ retinent nomen prioris substantiæ: vt Gregor. dicit in homi. Paschali. Alio modo potest dici panis ipsum corpus Christi: quod est panis mysticus de cælo descendens. Ambr. ergo cùm dicit, quòd iste panis non transit in corpus, accipit panem secundo modo: quia scilicet corpus Christi nõ conuertitur in corpus hominis, sed reficit mentem eius, non autem loquitur de pane primo modo dicto.

¶Ad secundum dicendũ, quòd species sacramentales etsi non fiat ex, ex quibus corpus hominis constat, tamen in eas conuertun-

tur: sicut dictum est.

¶Ad tertium dicendum, quòd species sacramentales, quanuis non sint substantia, habẽt tamen virtutem substãtiæ: sicut dictum est.

ARTICVLVS VII.

¶Vtrum species sacramentales frangantur hoc in sacramento.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd species sacramentales non frangantur in hoc sacramento. Dicit enim Philosophus 4. Meteo. quòd corpora dicuntur frangibilia propter determinatã dispositionem pororum. quod non potest attribui sacramẽtalibus speciebus. Ergo sacramentales species non possunt frangi.

¶Præterea, Fractionem sequitur sonus. Sed species sacramentales non sunt sonabiles. dicit enim Philosophus 2. de Anima, quòd sonabile est corpus durum habens superficiem lenẽ. Ergo species sacramẽtales non frãgũtur.

¶Præterea, eiusdem videtur esse, manducari, frangi & masticari. Sed verum corpus Christi est quod manducatur: secundum illud Ioann. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem. ergo corpus Christi est quod frangitur & masticatur. Vnde & in confessione Berengarij dicitur, Consensio sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & corde & ore profiteor panem & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem verum corpus & sanguinem Christi esse, & in veritate manibus sacerdotum tractari, frangi, & fidelium dentibus atteri. Non ergo fractio debet attribui sacramentalibus speciebus.

¶SED CONTRA est, quòd fractio fit per diuisionem quanti. Sed nullum quantũ ibi diuiditur, nisi species sacramentales: quia neque corpus Christi, quod est incorruptibile, neque substantia panis, quæ non manet, *neque substantia vini. Ergo species sacramentales franguntur.

CONCLVSIO.

¶Species sacramẽtales frangi possunt in sacramento secundum quantitatem dimensiuam illarum: non autem frangitur Christi corpus, sed in quasi particula integrum manet.

¶RESPONDEO dicendum, quòd apud antiquos circa hoc multiplex fuit opinio. Quidã enim dixerũt, quòd nõ erat in hoc sacramento fractio secundum rei veritatem, sed solùm secundũ aspectum intuẽtium. Sed hoc non potest stare: quia in hoc sacramento veritatis sensus nõ decipitur circa ea, quorum iudicium ad ipsum pertinet, inter, quæ est fractio: per quam ex vno fiunt multa: quæ quidem sunt sensibilia communia, vt patet in lib. de Anima. Vnde alij dixerunt, quòd erat quidem ibi vera fractio sine subiecto * existente. Sed hoc etiam sensui contradicit. apparet enim in hoc sacramento aliquid quantum prius vnum existens, postea in multa partitum, quod quidem oportet esse subiectum fractionis. Non autẽ potest dici, quòd ipsum corpus Christi verum frangatur, primò quidem, quia est incorruptibile & impassibile. Secundò, quia est totum sub qualibet parte (vt suprà habitum est) quod quidem est cõtra rationem eius, quòd frangitur. Vnde relinquitur, quòd fractio sit sicut in subiecto in quantitate dimensiua panis, sicut & alia accidentia. Et sicut species sacramentales sunt sacramentum corporis Christi veri, ita fractio huiusmodi est sacramentum Dominicæ passionis, quæ fuit in corpore Christi vero.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut in speciebus sacramentalibus remanet rarum & densum (vt suprà dictum est) ita etiam remanet ibi porositas, & per consequens frangibilitas.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Ad secundum dicendum, quòd densitatem sequitur duritia. Et ideo ex quo in speciebus sacramentalibus remanet densitas, consequens est quòd remaneat ibi duritia, & per consequens sonabilitas.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illud quod manducatur in propria specie, ipsummet frangitur & masticatur in sua specie. Corpus autem Christi non manducatur in sua specie, sed in specie sacramentali. Vnde & super illud Ioannis 6. Caro non prodest quicquam, dicit Augustinus. Hoc est intelligendum secundum illos, qui carnaliter intelligebant, carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur. Et ideo ipsum corpus Christi non frangitur nisi secundum speciem sacramentalem. Et hoc modo intelligenda est confessio Berengarij, vt fractio & attritio dentium referatur ad speciem sacramentalem, sub qua verè est corpus Christi.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrùm aliquis liquor possit vino consecrato commisceri.

4. dist. 12 q. 1. art. 2. q. 6. Et quo. 10. ar. 3.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd vino consecrato non possit aliquis liquor misceri. Omne enim quod permiscetur alicui, recipit quantitatem ipsius. Sed nullus liquor potest recipere qualitatem sacramentalium specierum: quia accidentia illa sunt sine subiecto, vt dictum est. Ergo videtur quòd nullus liquor possit permisceri speciebus sacramentalibus vini.

¶ Præterea, Si aliquis liquor permisceatur illis speciebus, oportet quòd ex his fiat aliquid vnum. Sed non potest fieri aliquid vnum neque ex liquore (qui est substantia) & speciebus sacramentalibus, quæ sunt accidentia: neque ex liquore & sanguine Christi, qui ratione suæ incorruptibilitatis neque additionem recipit neque diminutionem. Ergo nullus liquor potest admisceri vino consecrato.

¶ Præterea, Si aliquis liquor admisceatur vino consecrato, videtur quòd etiam ipsum efficiatur consecratum: sicut aqua quæ admiscetur aquæ benedictæ, efficitur benedicta. Sed vinum consecratum est verè sanguis Christi. Ergo etiam liquor permixtus esset sanguis Christi. Et ita aliquid fieret sanguis Christi aliter, quàm per consecrationem, quod est inconueniens. Non ergo vino consecrato potest aliquis liquor permisceri.

¶ Præterea, Si duorum vnum totaliter corrumpatur, non erit mixtio: vt dicitur in primo de generatione. Sed ad permixtionem cuiuscunque liquoris, videtur corrumpi species sacramentalis vini, ita quòd sub ea desinat esse sanguis Christi. tum quia magnum & paruum sunt differentiæ quantitatis, & diuersificant ipsam, sicut album & nigrum colorem. tum etiam quia liquor permixtus, cùm non habeat obstaculum, videtur vndique diffundi per totum, & ita desinit ibi esse sanguis Christi, qui non est ibi simul cum alia substantia. Non ergo aliquis liquor potest permisceri vino consecrato.

¶ SED CONTRA est, quòd ad sensum patet, alium liquorem vino permisceri posse post consecrationem, sicut & ante.

CONCLVSIO.

¶ Possibile est vino consecrato permisceri liquorem nonnunquam in tanta quantitate, vt vini species mutetur in aliam, & desinat ibi esse sanguis Christi, vel aliquando in modica quantitate quòd non varietur species, & ibi ad esse possit sanguis Christi.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd istius quæstionis veritas manifesta est ex præmissis. Dictum est enim suprà, quòd species in hoc sacramento remanentes, sicut adipiscuntur virtute consecrationis modum essendi substantiæ, ita etiam consequuntur modum agendi & patiendi: vt scilicet agere & pati possint quicquid ageret vel pateretur substantia, si ibi præsens existeret. Manifestum est autem, quòd si esset ibi substantia vini, liquor aliquis posset ei permisceri. Huius tamen permixtionis diuersus esset effectus, & secundum formam liquoris, & secundum quantitatem. Si enim permisceretur aliquis liquor in tanta quantitate, quòd posset diffundi per totum vinum, totum fieret permixtum. Quod autem est commixtum ex duobus, neutrum miscibilium est: sed vtrunque transit in quoddam tertium ex his compositum. Vnde sequeretur quòd vinum prius existens non remaneret: sed si liquor permixtus esset alterius speciei (puta si permisceretur aqua) solueretur species vini, & esset liquor alterius speciei. si autem esset eiusdem speciei liquor adiunctus (puta si vinum permisceretur vino) remaneret quidem eadem species, sed non remaneret idem numero vinum, quod declarat diuersitas accidentium: puta si vnum vinum esset album, & aliud rubeum. Si verò liquor adiunctus esset tam paruæ quantitatis, quòd non posset persundi per totum, non fieret totum vinum permixtum, sed aliqua pars eius. Quæ quidem non remaneret eadem numero propter permixtionem extraneæ materiæ: remaneret tamen eadem specie, non solùm si paruus liquor permixtus esset eiusdem speciei. sed etiam si esset alterius speciei: quia gutta aquæ multo vino permixta, transit in speciem vini vt dicitur in primo de Generatione. Manifestum est autem ex prædictis, quòd corpus & sanguis Christi remanent in hoc sacramento, quandiu illæ species manent eædem numero: consecratur enim hic panis, & hoc vinum. Vnde si fiat tanta permixtio liquoris cuiuscunque, quòd pertingat ad totum vinum consecratum, & fiat permixtum, erit aliud numero, & non remanebit ibi sanguis Christi. Si verò fiat tam parua alicuius liquoris adiunctio, quòd non possit diffundi per totum, sed vsque ad aliquam partem specierum, desinet esse sanguis Christi sub illa parte vini consecrati, remanebit tamen sub alia.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Innocent. III. dicit in quadam Decret. quòd ipsa accidentia vinum appositum videntur afficere: quia si aqua fuerit apposita, vini saporem assumit, contingit igitur accidentia mutare subiectum, sicut & subiectum contingit accidentia permutare. Cedit quippe natura miraculo, & virtus supra consuetudinem operatur. Hoc tamen non est sic intelligendum, quasi idem numero accidens, quod prius fuit in vino ante consecrationem, postmodum fiat in vino appositi: sed talis permutatio fit per actionem. Nam accidentia vini remanentia, retinent actionem substantiæ secundum prædicta: & ita immutando, afficiunt liquorem appositum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd liquor appositus vino consecrato, nullo modo miscetur substantiæ sanguinis Christi: miscetur tamen speciebus sacramentalibus. Ita tamen quòd permixtione facta, corrumpuntur prædictæ species, vel in toto vel in parte: secundum modum quo suprà dictum est, quòd ex speciebus illis potest aliquid generari. Et si quidem corrumpantur in toto, nulla iam remanet quæstio: quia iam totum erit vniforme. Si autem corrumpantur in parte, erit quidem vna dimensio secundum continuitatem quantitatis, non tamen vna secundum modum essendi: quia vna pars eius erit sine subiecto, alia erit in subiecto, sicut si aliquod corpus constituatur ex duobus metallis, erit vnum corpus secundum rationem quantitatis, non tamen vnum secundùm speciem naturæ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Innoc. III. dicit in Decretali prædicta, si post consecrationem calicis aliud vinum mittatur in calicem, illud quidem non transit in sanguinem, neq; sanguini commiscetur: sed accidentibus prioris vini commixtum, corpori quod sub eis latet, vndiq; circunfunditur, non madidans circunfusum.

Quod quidem intelligendum est, quando non fit tanta permixtio liquoris extranei, quòd sanguis Christi desinat esse sub toto: tunc enim dicitur vndiq; circunfundi, non quia tangat sanguinem Christi secundum eius proprias dimensiones, sed secundùm dimensiones sacramentales, sub quibus continetur. Nec est simile de aqua benedicta: quia illa benedictio nullam immutationem facit circa substantiam aquæ, sicut facit consecratio vini.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quidam posuerunt quòd quantuncunq; parua fiat extranei liquoris permixtio, substantia sanguinis Christi desinit esse sub toto: & hoc ratione inducta. Quæ tamen non cogit: quia magnum & paruũ diuersificant quantitatem dimensiuam, non quantũ ad eius essentiam, sed quantum ad determinationem mensuræ. Similiter etiam liquor appositus adeò potest esse paruus, quòd sua paruitate impeditur, ne diffundatur per totum, & non solis dimensionibus: quæ licet sint sine subiecto, tamen obstant alteri liquori, sicut & substantia, si ibi adesset secundum ea quæ præmissa sunt.

QVAESTIO SEPTVAGESIMA OCTAVA

de forma sacramenti Eucharistiæ, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de forma huius sacramenti.

¶ Et circa hoc quæruntur sex.

¶ Primò, quæ sit forma huius sacramenti.

Secundò

¶ Super Quæstionis septuagesimæ octauæ tres primos Articulos.

Aust.

CIrca primos articulos quæstionis istius, tractandum occurrit dubium de verbis necessariis ad consecrationem sanguinis. Et omissis argumentis hinc & inde plana inducendo via, sciendum est Græcos & Latinos non conuenire in verbis consecrationis sanguinis. Nam, vt Durand. refert, & nos certificari quoq; somus, quatuor dictionibus habet forma nostra, quibus caret Ecclesia Græca, scilicet Calix, Aeterni, mysterium, fidei. Et quum in Ecclesia Græca tot illustres sancti & doctores floruerint, dubitandũ nullo pacto est de sufficientia illius formæ, scilicet, hic est sanguis meus no ui testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionẽ peccatorum. hinc enim sufficienter probatur, nõ omnia, quibus vtimur in forma consecrationis sanguinis esse de necessitate sacramenti. Et si diligentius perscrutati fuerimus, clarũ quoque bet quòd illa verba, qui pro vobis, & pro multis, &c. non sunt de necessitate sacramenti. Quod ex eo probatur, quòd Paulus Apostol. primæ ad Corint. 11. expresse dicit Christũ dixisse, hoc est corpus meum quod pro vobis traderur: & Ecclesia Græca vtitur hac forma in cõsecratione corporis, hoc est corpus meum quod pro vobis frangitur in remissionem peccatorum: Romana autem Ecclesia in consecratione corporis prædictam adiunctionem dictam à Christo omittit. Ex quo facto apparet manifestũ, quod huiusmodi additio facta à Christo, & qua vtuntur Græci, ideò est de necessitate sacramẽti, ex p hoc eadem ratione in consecratione sanguinis illa adiunctio, qui pro vobis, &c. non est de necessitate sacramenti: eadẽ enim est ratio in vtraque forma quo ad vim consecrationis, quãuis nõ sit eadem ratio quo ad conuenientiam explicandę veritatis: quia conuenienter explicatur vis redemptionis Christi in cõsecratione sanguinis quàm corporis, vt in litera tertij articuli Autor declarat.

¶ Quum autem ex vsu Ecclesiæ Græcæ in consecratione sanguinis habeamus, quòd non omnia quę nos dicimus, sunt necessaria ad consecrationem, & ex vsu Ecclesiæ Latinæ in cõsecratione corporis habeamus, q; non omnia quæ tibi Christus dixit, sunt necessaria ad consecrationẽ, oportet ad

¶ Secundò, vtrùm sit conueniens forma consecrationis panis.

¶ Tertiò, vtrùm sit conueniens forma consecrationis sanguinis.

¶ Quartò, de virtute vtriusque formæ.

¶ Quintò, de veritate loquutionis.

¶ Sextò, de comparatione vnius formæ ad aliam.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm hæc sit forma huius sacramenti, hoc est corpus meum, &c. hic est calix sanguinis mei.

9. dist. 8. ar. 1. q. 1. ar. 1. q. 3.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd hæc non sit forma huius sacramenti, hoc est corpus meum, &, hic est calix sanguinis mei. Illa enim verba videntur pertinere ad formam huius sacramenti, quibus Christus corpus suum & sanguinem consecrauit. Sed Christus antè benedixit panem accepetum, & postea dixit, Accipite & comedite, hoc est corpus meum (vt habetur Matthæ. 26.) & similiter fecit de calice. Ergo prædicta verba non sunt forma huius sacramenti.

¶ Præterea, Eusebius Emissenus dicit, quòd inuisibilis sacerdos visibiles creaturas in suũ corpus conuertit, dicens, Accipite, & comedite, hoc est corpus meum. Ergo totum hoc videtur pertinere ad formam huius sacramenti. Et eadem ratio est de verbis pertinentibus ad sanguinem.

¶ Præterea, In forma baptismi exprimitur persona ministri & actus eius, cùm dicitur Ego te baptizo. Sed in præmissis verbis nulla fit mentio de persona ministri, nec de actu eius. Ergo non est conueniens forma sacramenti.

¶ Præterea, Forma sacramenti sufficit ad perfectionem sacramenti: vnde sacramentum baptismi quandoque perfici potest solis verbis formæ prolatis, omnibus aliis prætermissis. Si ergo prædicta verba sunt forma huius sacramenti, videtur quòd aliquando possit hoc sacramentum perfici his solis verbis prolatis, & omnibus aliis prætermissis, quæ in missa dicuntur. Quod tamen videtur esse falsum: quia vbi verba alia prætermitterentur, prædicta verba acciperentur ex persona sacerdotis proferentis, in cuius corpus & sanguinem panis & vinum non conuertuntur. Non ergo prædicta verba sunt forma huius sacramenti.

¶ SED CONTRA est quod Ambro. dicit in lib. de sacramentis: Consecratio fit verbis & sermonibus domini Iesu: nam per reliqua omnia quæ dicuntur, laus Deo refertur, oratione petitur pro populo, pro regibus, pro cæteris. Vbi autem sacramentum conficitur, iam non suis sermonibus sacerdos vtitur, sed vtitur sermonibus Christi. Ergo sermo Christi hoc conficit sacramentum.

CONCLVSIO.

¶ Conueniens est forma sacramenti Eucharistiæ, quam Christus expressit: & corpori quidem, hoc est corpus meum: sanguini verò, hic est calix sanguinis mei.

¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd hoc sacramentum ab aliis sacramentis differt in duobus: primò quidem, quantum ad hoc, quòd hoc sacramentum perficitur in consecratione materiæ: alia verò sacramenta perficiuntur in vsu materiæ consecratæ.

Secundò, quia in aliis sacramentis consecratio materiæ consistit solùm in quadam benedictione, ex qua materia consecrata accipit instrumentaliter quandam spiritualem virtutem, quæ per ministrum, qui est instrumentum animatum, potest ad instrumenta inanimata procedere. Sed in hoc sacramento consecratio materiæ consistit in quadam miraculosa conuersione substantiæ, quæ à solo Deo perfici potest. Vnde minister in hoc sacramento perficiendo non habet alium actum nisi prolationem verborum. Et quia forma debet esse conueniens rei, ideo forma huius sacramenti differt à formis aliorum sacramentorum in duobus: primò quidem, quia formæ aliorum sacramentorum important vsum materiæ, puta baptizationem vel confignationem: sed forma huius sacramenti importat solam consecrationem materiæ, quæ in transsubstantiatione consistit, puta cùm dicitur, hoc est corpus meum, vel, hic est calix sanguinis mei. Secundò, quia formæ aliorum sacramentorum proferuntur ex persona ministri, siue per modum exercentis actum, sicut cùm dicitur, Ego te baptizo, vel, Ego te confirmo: siue per modum imperantis, sicut in sacramento ordinis dicitur, Accipe potestatem, &c. siue per modum deprecantis, sicut cùm in sacramento extremæ vnctionis dicitur, Per istam vnctionem & nostram intercessionem, &c. Sed forma huius sacramenti profertur quasi ex persona ipsius Christi loquentis, vt detur intelligi quòd minister in perfectione huius sacramenti nihil agit, nisi quòd profert verba Christi.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd circa hoc est multiplex opinio. Quidam enim dixerunt, quòd Christus qui habebat potestatem excellentiæ in sacramentis, absque omni forma verborum hoc sacramentum perfecit, & postea verba protulit, sub quibus alij post modum consecrarent. Quod videntur sonare verba Innocẽ. III. dicentis, Sanè dici potest, quòd Christus virtute diuina consecit, & postea formam expresit, sub qua posteri benedicerent. Sed contra hoc expresè sunt verba Euangelij, in quibus dicitur, quòd Christus benedixit: quæ quidem benedictio aliquibus verbis facta est. Vnde prædicta verba Innocen. sunt opinatiuè magis dicta, quàm determinatiuè. Quidam autem dixerunt, quòd benedictio illa facta est quibusdam aliis verbis nobis ignotis. Sed nec hoc stare potest: quia benedictio consecrationis nunc perficitur per * imitationem eorum quæ tũc acta sunt. Vnde si tunc per hæc verba non est facta consecratio, nec modò, fieret. Et ideo alij dixerunt, quòd illa benedictio eisdem etiam verbis facta est, quibus modò fit, sed Christus ea bis protulit. Primò quidem secretè ad consecrandum: secundò manifestè ad instruendum. Sed nec hoc stare potest: quia sacerdos conficit, proferens hæc verba, non vt à Christo in occulta benedictione dicta, sed vt publicè prolata. Vnde cùm non habeant vim huiusmodi verba, nisi ex Christi prolatione, videtur quòd etiam Christus manifestè ea proferens consecrauerit. Et ideo alij dixerunt, quòd Euangelistæ non semper eundem ordinem in recitando seruauerunt, quo res sunt gestæ: vt patet per Augustinum in

aliquod solidum fundamentum recutere, supquod fundari possit certitudo discretiua verborum ad cõsecrationem necessariorum à nõ necessarijs ad illã. Et quia hoc sit cõmunis illa maxima, sacramẽtalis verba significant quod efficitur ex vi sacramenti, quæ, vt patet discurrendo per omnia sacramẽta, verissima ac solidissima cõprobatur: ideo ab hac regula non declinando ad dexteram aut ad sinistrã, inueniemus non esse necessaria ad consecrationem sanguinis nisi quatuor verba hæc, hic est sanguis meus. Et licet Scotus cum multis aliis dubitet, mihi tamen nulla apparet dubitandi ratio probabilis, sed indubiè sentiendum est, vt diximus. Præter prædicta fulta quoquo est sententia hæc autoritate beati Amb. in lib. de Sacra. (quam habet de consecratione di. 1. ca. panis) & Magistri sententia in 8. dist. 4. vbi etiam adducit beatum Ambro. Verba autem literæ tertij articuli. In quibus Autor vi detur sonare oppositũ, verificantur distinguendo, quòd verba aliqua esse de substãtia formę, cõcingit dupliciter: primò quòd sine illis non sit forma: aliò modo q̃ sine illis non est forma perfecta: & in secundo sensu verificantur verba literæ, non autem in primo. Vnde & in responsione ad secundum eiusdem arti. quum autem esset quòd non sunt maioris efficaciæ verba, quæ proferuntur in consecratione panis, quàm ea quæ proferuntur in consecratione vini, &c. responsio ad perfectionem conuenientiæ recutrit, quare potius fiat additio in cõsecratione sanguinis, nõ negando æqualem efficaciã in verbis vtriusq; formæ significantibus quod efficitur. Ratio quoque in litera allata, scilicet determinatiões prædicati pertinent ad integritatem loquutionis: duplicitèr intelligi potest, primò quòd sine huiusmodi determinationibus non sit integra loquutio integritate essentiali præcedẽtis enuntiationis, & sic in proposito solum illud pronomen meus est de integritate enuntiationis quum dicitur, hic est sanguis meus. Alio modo, quòd ipsæ determinationes nõ habẽt integrũ sensũm sine præcedente enũtiatione, & sic verificatur ratio in proposito quo ad omnia adiuncta: q̃n constat q̃ dicendo, noui & æterni Testamẽti mysterium fidei, qui pro vobis, &c. integra nõ fit loquutio sine præcedẽti enũtiatione, hic est sanguis meus. Et huius integritatis signa sunt, quæ in litera

* Aliàs recitatio nem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

afferatur duo primum, quod sacerdos eodem ritu & modo omnia hæc profert, secundum quòd Luc. 22. interponuntur verba sequentia verbis primis. Ar si quis conetur exponere has posse conuenire literæ verbis, sed non intentioni Autoris, qui videtur ex proposito docere oppositum, meminerit primò me ab Autore didicisse post Aug. talē exhibere alioquin lectorē, qualem meorum exopto. In vltimo siquidem præcedentis quæstionis articulo Autor verba Inno. 111. de celebratione missarum in c. quum Matthæ. ad verum sensum trahit: non curās de intentione opinantis accidens migrare de subiecto in subiectum. Adnectat deinde Autorem si opposium sensit, opinatusue lo iuxtā incipit esse corpus articuli, circa hanc formam est duplex opinio. Omissa igitur superflua curiositate quid opinatus fuerit Io re clarificata hic vel ille Theologus, sufficere nobis debet ex solido fundamento veritatem cognoscere.

¶ In respōsione ad quartum primi arti. speciāliter notandum occurrit quod Scotus in 8. distin. 4. in dubiō ita vertit, quòd ambiguum reliquit, an sola verba consecrationis prolata à sacerdote conficiant hoc sacramentum, prætermissis aliis, quæ in canone missæ continentur, motus ratione in littera allata, scilicet quòd verba huiusmodi debēt ex vi verborum significare hoc esse corpus Christi, alioquin non significarent quod efficitur in hoc sacramēto. sed prætermissis aliis, hoc non significaretur sed significaret hoc esse corpus sacerdotis ex vi verborum, licet ex intentione significaretur esse corpus Christi. Scito igitur, dupliciter verba hæc proferri à sacerdote, scilicet recitatiuè & significatiuè. Ertō ad recitationem spectetur, opinio quām sequitur Scotus ab autore improbata, rationabilis inuenitur: quoniam non recitaretur hoc esse corpus Christi nisi præcitaretur Christum dixisse, hoc est corpus meum: & quo ad hoc, id est recitationis vim procedit ratio adducta, sed si verba hæc significatiuè sumerentur, quum proferuntur à sacerdote in persona Christi ex hoc ipso, quòd sacerdos dicit ea in persona Christi, significant hoc esse corpus Christi. Et comparando hos duos modos proferendi adinuicem, secundus præponderat primo propter duorum. quia recitatiue. lect. nā verba tenentur materialiter tum quia recita

suprà q. 60. ar. 8. cor. & q. 83. ar. 2. cor. & infrà. q. 83. artic. 4. ad. 1. & q. 84 ar. 3. cor. Et 4. di. 8. q. 2. ar. 1. q. 1. & 2. cor. ar 4. q. 3. ex. Co. 11. lect. 5. co. 4.

lib. de Consensu Euangelistarum. Vnde intelligendum est ordinem rei gestæ sic exprimi posse, Accipiens panem benedixit, dicēs, hoc est corpus meum, & deinde fregit, & dedit discipulis suis. Sed idem sensus haberi potest etiam verbis Euangelij non mutatis; nam hoc participium Dicens, concomitantiam quandam importat verborum prolatorum ad ea quæ præcedunt. Non autem oportet quòd hæc concomitantia intelligatur solùm respectu vltimi verbi prolati: quasi Christus tunc ista verba protulerit, quando dedit discipulis suis. Sed potest intelligi concomitantia respectu totius præcedentis: vt sit sensus, Dum benediceret, frangeret, & daret discipulis suis, hæc verba dixit, Accipite, &c.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in his verbis, Accipite & comedite, intelligitur visus materiæ consecratæ: qui non est de necessitate huius sacramenti (vt suprà habitum est) & ideo nec hæc verba sunt de substantia formæ. Quia tamen ad quandam perfectionem sacramenti pertinet materiæ consecratæ vsus (sicut operatio non est prima, sed secunda perfectio rei) ideo per omnia ista verba exprimitur tota perfectio huius sacramenti. Et hoc modo Eusebius intellexit his verbis confici sacramentum, quantum ad primam & secundam perfectionem ipsius.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in sacramento baptismi minister aliquem actum exercet circa vsum materiæ, qui est de essentia sacramenti: quod non est in hoc sacramento. & ideo non est similis ratio.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quidam dixerunt hoc sacramentum perfici non posse, prædictis verbis prolatis, & aliis prætermissis, præcipuè quæ sunt in canone missæ. Sed hoc patet esse falsum, tum ex verbis Ambro. suprà inductis, tum etiam quia canon missæ non est idem apud omnes, nec secundum omnia tempora, sed diuersa sunt à diuersis apposita. Vnde dicendum est, quòd si sacerdos sola verba prædicta proferret cum intentione conficiendi hoc sacramentum, perficeretur hoc sacramentum: quia intentio faceret, vt hæc verba intelligerentur quasi ex persona Christi prolata, etiam si verbis præcedentibus hoc nō recitaretur. Grauiter tamen peccaret sacerdos sic conficiens hoc sacramentum, vtpote ritum Ecclesiæ non seruans. Nec est simile de baptismo, quod est sacramentum necessitatis: defectum autem huius sacramenti potest supplere spiritualis manducatio, sicut Augustinus dicit.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum hoc sit conueniens forma consecrationis panis, hoc est corpus meum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd hæc non sit conueniens forma consecrationis panis, hoc est corpus meum. Per formam enim sacramenti debet exprimi sacramenti effectus. Sed effectus, qui fit in consecratione panis, est conuersio substantiæ panis in corpus Christi, quæ magis exprimitur per hoc verbum Fit, quam per hoc verbum Est. Ergo in forma consecrationis deberet dici, hoc fit corpus meum.

¶ Præterea, Ambros. dicit in lib. de sacramentis: Sermo Christi hoc conficit sacramentum: quis sermo Christi? hic, quo facta sunt omnia, Iussit Dominus, & facta sunt cœli & terra. Ergo & forma huius sacramenti conuenientior esset per verbum imperatiuum, vt diceretur, hoc sit corpus meum.

¶ Præterea, Per subiectum huius locutionis importatur illud quod conuertitur, sicut per prædicatum importatur conuersionis terminus. Sed sicut est determinatum id in quod fit conuersio (non enim fit conuersio nisi in corpus Christi) ita est determinatum id quod conuertitur: non enim conuertitur in corpus Christi nisi panis. Ergo sicut ex parte prædicati ponitur nomen, ita ex parte subiecti debet poni nomen, vt dicatur, hic panis est corpus meum.

¶ Præterea, Sicut id, in quod terminatur conuersio, est determinatæ naturæ (quia est corpus) ita etiam est determinatæ personæ. Ergo sicut ad determinandum naturam dicitur corpus, ita ad determinandum personam deberet dici, hoc est corpus Christi.

¶ Præterea, In verbis formæ non debet poni aliquid quod non sit de substantia eius. Inconuenienter ergo additur in quibusdam libris hæc coniunctio, Enim, quæ non est de substantia formæ.

¶ SED CONTRA est, quòd Dominus hac forma in consecrando est vsus, vt patet Matthæi. 26.

CONCLVSIO.

¶ Conuenientissima consecrationis panis forma est, qua vsus est Christus, videlicet hoc est corpus meum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd hæc est conueniens forma consecrationis panis. Dictum est enim quòd hæc consecratio consistit in conuersione substantiæ panis in corpus Christi. Oportet autem formam sacramenti significare id, quod in sacramento efficitur. Vnde & forma consecrationis panis debet significare ipsam conuersionem panis in corpus Christi. In qua tria considerantur, scilicet ipsa conuersio, & terminus à quo, & terminus ad quem. Conuersio autem potest considerari dupliciter. Vno modo, vt in fieri: alio modo, vt in facto esse. Non autem debuit significari conuersio in hac forma, vt in fieri, sed vt in facto esse. Primò quidem: quia hæc conuersio non est successiua (vt suprà dictum est) sed instantanea. In huiusmodi autem mutationibus fieri, non est nisi factum esse. Secundò, quia ita se habent formæ sacramentales ad significandum effectum sacramenti, sicut se habent formæ artificiales ad repræsentandum effectum artis. Forma autem artificialis, est similitudo vltimi effectus, in quem fertur intentio artificis: sicut forma artis in mente ædificatoris, est forma domus ædificatæ principaliter, ædificationis autem per consequens. Vnde & in hac forma debet exprimi conuersio, vt in facto esse ad quod fertur intentio. Et quia ipsa conuersio exprimitur in hac forma, vt in facto esse, necesse est quòd extrema conuersionis significentur, vt se habent in facto esse conuersionis. Tunc autem terminus ad quem, habet propriam naturam suæ substantiæ: sed terminus à quo, non manet secundum suam substantiam, sed solùm secundum accidentia, quibus sensui subiacet, & ad sensum determinari potest. Vnde conuenienter terminus conuersionis à quo exprimitur per pronomen demonstratiuum relatum ad accidentia sensibilia, quæ manent: terminus autem ad quem exprimitur per nomen significans naturam eius, in quod fit conuersio. Quod quidem est totum corpus Christi, & non sola caro eius, vt dictum est. Vnde hæc forma est conuenientissima, hoc est corpus meum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd fieri non est vltimus effectus huius consecrationis, sed factum esse: vt dictum est. Et ideo hoc potius exprimi debet in forma.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sermo Dei operatus est in creatione rerum, qui etiam operatur in hac consecratione: aliter tamen & aliter. Nam hic operatur effectiuè & sacramentaliter, id est secundum vim significationis. Et ideo oportet in hoc sermone significari vltimum effectum consecrationis per verbum substantiuum indicatiui modi & præsentis temporis. Sed in creatione rerum operatus est solùm effectiuè: quæ quidem efficiētia est per imperium suæ sapientiæ. Et ideo in creatione rerum exprimitur sermo diuinus per verbum imperatiui modi: secundum illud Genes. 1. Fiat lux. & facta est lux.

¶ Ad tertium dicendum, quòd terminus à quo, in ipso facto esse conuersionis, non retinet naturam suæ substantiæ, sicut terminus ad quem. & ideo non est simile.

¶ Ad quartum dicendum, quòd per hoc pronomen Meum, quod includit demonstrationem primæ personæ (quæ est persona loquentis) sufficienter exprimitur persona Christi: ex cuius persona hæc proferuntur, vt dictum est.

¶ Ad quintum dicendum, quod hæc coniunctio Enim, apponitur in hac forma secundum consuetudinem Romanæ Ecclesiæ, à beato Petro Apostolo deriuatam: & hoc propter continuationem ad verba præcedentia. Et ideo non est de forma: sicut nec verba præcedentia formam.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum hæc sit conueniens forma consecrationis vini, hic est calix sanguinis mei, &c.

4. dist. 8. q. 4. arti. 2. q. 1. & 2. ex. 2. & 3. q. 1. ar. 1. q. 1. & 3. q. 1.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd hæc non sit conueniens forma consecrationis vini, hic est calix sanguinis mei, noui & æterni Testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur remissionem peccatorum. Sicut enim panis conuertitur in corpus Christi ex vi consecrationis, ita & vinum in sanguinem Christi, sicut ex prædictis patet. Sed in forma consecrationis panis, ponitur in recto corpus Christi, nec aliquid aliud additur. Inconuenienter ergo in hac forma ponitur sanguis Christi in obliquo, & additur calix in recto, cùm dicitur, hic est calix sanguinis mei.

¶ Præterea, Non sunt maioris efficaciæ verba quæ proferuntur in consecratione panis, quàm ea quæ proferuntur in consecratione vini, cùm vtraque sint verba Christi. Sed statim dicto, hoc est corpus meum, est perfecta consecratio panis. Ergo statim cùm dictum est, hic est calix sanguinis mei, est perfecta consecratio sanguinis: & ita ea quæ sequuntur, non videntur esse de substantia formæ, præsertim cùm pertineant ad proprietates huius sacramenti.

¶ Præterea, Testamentum nouum pertinere videtur ad internam inspirationem: vt patet ex hoc quòd Apostolus ad Hebr. 8. introducit verba quæ habentur Hierem. 31. Consummabo super domū Israël Testamentum nouum, dando leges meas in mentibus eorum. Sacramentum autem exterius visibiliter agitur. Inconuenienter ergo in forma sacramenti dicitur, nouum Testamenti.

¶ Præterea, Nouum dicitur aliquid ex eo quòd est propè principium sui esse. æternum autem non habet principium sui esse. Ergo inconuenienter dicitur, noui & æterni: quia videtur contradictionem implicare.

¶ Præterea, Occasiones erroris sunt hominibus subtrahendæ: secundum illud Isa. 57. Auferte offendicula de via populi mei. Sed quidam errauerunt, æstimantes mystice solùm esse corpus & sanguinem Christi in hoc sacramēto. Ergo in hac forma inconuenienter ponitur mysterium fidei.

¶ Præterea, Suprà dictum est, quòd sicut baptismus est sacramentum fidei, ita Eucharistia est sacramentum charitatis. Ergo in hac forma magis debet poni charitas, quàm fides.

¶ Præterea, Totum hoc sacramentum & quantum ad corpus & quantum ad sanguinem, est memoriale Dominicæ passionis: secundum illud primæ Corinth. 11. Quotiescunque manducabitis panē hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis. Non ergo magis debuit in forma consecrationis sanguinis fieri mentio de passione Christi & eius fructu, quam in forma consecrationis corporis, præsertim cùm Luc. 22. Dominus dixerit, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur.

¶ Præterea, effusio Christi (vt suprà habitum est) ad sufficientiam profuit omnibus: quantum verò ad efficientiam, profuit multis. Debuit ergo dici, Qui effunderur pro omnibus aut pro multis, sine hoc quòd adderetur, pro vobis.

¶ Præterea, Verba quibus hoc sacramentum conficitur, efficaciam habent ex institutione Christi. Sed nullus Euangelista recitat Christum hæc omnia verba dixisse. Ergo hæc non est conueniens forma consecrationis vini.

¶ SED CONTRA est, quòd Ecclesia ab Apostolis instructa, vtitur hac forma in consecratione vini.

CONCLVSIO.

¶ Conueniens forma consecrationis vini ea est, qua vsus est Christus, videlicet, hic est calix sanguinis mei noui & æterni Testamenti mysterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd circa hanc formam est duplex opinio. Quidam enim dixerunt, quòd de substantia huius est hoc solum quod dicitur, hic est calix sanguinis mei, non autem ea quæ sequuntur. Sed hoc videtur inconueniens: quia ea quæ sequuntur, sunt quædam determinationes prædicati, id est sanguinis Christi. vnde pertinent ad integritatem * eiusdem locutionis. Et propter hoc sicut alij melius dicunt, omnia sequentia sunt de substantia formæ vsque ad hoc, quod postea sequitur, Hoc quotiescunque feceritis: quod pertinet ad vsum huius sacramenti: vnde non est de substantia formæ eiusdem. Et inde est, quòd sacerdos eodem ritu & modo, scilicet tenendo calicem in manibus, omnia hæc verba profert. Luc. etiam 22. interponuntur verba sequentia verbis præmissis, cùm dicitur, Hic calix nouum Testamentum est in meo sanguine. Dicendum est ergo, quòd omnia prædicta verba sunt de substantia formæ. Sed per prima verba, cùm dicitur, hic est calix sanguinis mei, significatur ipsa conuersio vini in sanguinem, eo modo quo dictum est in forma consecrationis panis. Per verba autem sequentia designatur virtus sanguinis effusi in passione quæ operatur in hoc sacramento. Quæ quidem ad tria ordinatur. Primò quidem & principaliter ad adipiscendam æternam hæreditatem: secundum illud Hebræ. 10. Habemus fiduciam in introitu Sanctorum per sanguinem eius. Et ad hoc designandum dicitur, noui & æterni Testamenti. Secundò ad iustitiam gratiæ, quæ est per fidem, secundum illud Roman. 3. Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine eius, vt sit ipse iustus, iustificans eum, qui ex fide est Iesu Christi. & quantum ad hoc subditur, mysterium fidei. Tertiò autem ad remouendum impedimenta vtriusque prædictorum, scilicet peccata: secundum illud Hebr. 9. Sanguis Christi emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis, id est à peccatis. Et quantum ad hoc subditur, Qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

** Aliàs non habetur ly eiusdem.*

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd, cùm dicitur, hic est calix sanguinis mei, est locutio figurativa. Et potest dupliciter intelligi. Vno modo secundum metonymiam, qua ponitur continens pro contento: vt sit sensus, Hic est sanguis meus contentus in calice, de quo sit hic mentio: quia sanguis Christi in hoc sacramento consecratur, inquantum est potus fidelium, quod non importatur in ratione sanguinis, & ideo oportuit hoc designari per vas huic vsui accommodatum. Alio modo potest intelligi secundum metaphoram: prout per calicem similitudinariè intelligitur passio Christi, quæ ad similitudinem calicis inebriat (secundum illud Thren. 3. Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me absynthio. vnde & ipse Dominus passionem suam calicem nominat, Matthæ. 26. dicens, Transeat à me calix iste.) Vt sit sensus, hic est calix passionis meæ, de qua fit mentio in sanguine seorsum à corpore consecrato: quia separatio sanguinis a corpore fuit per passionem.

¶ Ad secundum dicēdum, quòd quia (vt dictum est) sanguis seorsum consecratus, expresè passionem Christi repræsentat: ideo potius in consecratione sanguinis fit mentio de effectu passionis, quam in consecratione corporis, quod est passionis subiectum. Quod etiam designatur in hoc quod Dominus dicit, Quod pro vobis tradetur: quasi diceret, Quod pro vobis passioni subiicietur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Testamentum est dispositio hæreditaris. Hæreditatem autem cælestem disposuit Deus hominibus dandam per virtutem sanguinis Iesu Christi: quia vt dicitur Heb. 9. Vbi est Testamentum, mors necesse est intercedat testatoris. Sanguis autem Christi dupliciter est hominibus exhibitus. primò quidem in figura: quod pertinet ad vetus Testamentum. Et ideo Apostolus ibidē concludit, Vnde nec primum Testamentū sine sanguine dedicatum est. Quod patet ex hoc, quòd sicut dicitur Exod. 24. Lecto omni mandato legis à Mose, omnē populū aspersit dicens, Hic est sanguis Testamenti, quod mandauit ad vos Deus. Secundò autem est exhibitus in rei veritate: quod pertinet ad nouum Testamentum. Et hoc est quod Apostolus ibidē præmittit dicens, Ideo noui Testamenti mediator est Christus, vt morte intercedēte, repromissionē accipiant qui vocati sunt æternæ hæreditatis. Dicitur ergo hic sanguis noui Testamenti, quia iam non in figura, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis septuagesimæoctauæ Articulum quartum.

Annot. IN arti. 4. eiusdem quæstionis quinq; de veritate verborum sacramentalium notanda sunt, scilicet an est, quid est, cuius est factiua, quando est, & qualis est. Virtutem habere verba consecrationis, licet sub opinione ponatur, fi persuerissimus tamen doctrinã in generali Concilio tradita sub Euge. III. determinata hæc quæstio videtur. Nam inter alia legitur ibi Sacerdos in persona Christi loquens, hoc cõficit sacramentũ nam ipsorũ verborum virtute substantia panis in corp⁹ Christi & substantia vini in sanguinem conuertuntur. Vbi clarè vides virtutem verborum assertam à sacro Concilio. Vt autem superius dixi mus de virtute sacramẽtorum, sic consequenter nunc dicimus de virtute horum verborũ, q; non est qualitas aliqua superaddita, vt res quædã distincta realiter ab ipsa oratione significẽte, sed est ipsa oratio significãs, vt instrumentũ Dei ad conficiendum. Ita q; oratio ipsa, pura hoc esse corpus meũ, secundum se quidem non est aliud quàm enuntiatio significans hoc esse corpus meũ: sed vt assumpta à Christo in instrumentum ad cõsecrationem istã, est non solùm enuntiatio significãs, sed instrumẽtaliter efficiẽs, quod est habere virtutẽ, imò est esse virtute.

¶Et quia esse virtutem, est quoddam aduentitiũ orationi absolutæ, ideo dicitur orationem habere virtutem, & virtutem esse in verbis, & virtus verborũ, & similia. Et quia virtus aduẽtitia, qualitatis rationẽ ac nomen indult, ideo qualitas dicitur: quum tamen secundũ rem nihil aliud sit quàm orationem esse instrumentum Dei & quòd nihil aliud est quàm Deũ vti oratione instrumentaliter ad talem effectum. Sicut enim omnis creatura est in potẽtia obediẽtiali ad hoc vt fit instrumentum Dei ad quodcunque faciendum Deus illa vti voluerit. Et sicut Deum in sacramẽto baptismi per Christũ baptismum dedisse virtutem aquis inchoatiuè dicimꝰ, nulla tamẽ qualitas superaddita propterea est aquis, & postmodum cõpleiæ datur virtus aquæ in actuali baptismo, per hoc quòd Christus baptizãs vtitur illa aqua: ita in proposito verba ista potius quàm alia ab ipso Christo sanctificata sunt inchoatiuè, cõpleiæ autẽ vim sortiuntur, quum Christus per sacerdotem ista profert ad cõfectionem huius sacramenti, talis enim vsus verborum est constitutiuus instrumentalis efficaciæ in oratione qua vtitur: nec oportet aliquam superappone-

Infrà ar. 5. cor.
Et 4. dist. 1. q. 1. ar 4. q. 2. Et dist. 8. q. 2. ar tic 3. & dist. 10. in expo. lit. ad 6. & 8.

re qualitatem. Et hoc exemplo in artificialibus videt manifestarinã manus assumi potest, & de facto assumitꝰ à multis artibꝰ in instrumentũ: nec oportet artẽ fabrilẽ aut fabrilẽ aut musicam, aliquã qualitatẽ superaddere manui, quũ illa vtitur sed ex hoc ipso q; ars vtiẽ manu, manus est quędã vis artis illius, & sic de aliis. Et hoc multò verius est referendo rem creatã ad diuinã omnipotentiã vtentem creatura, assumẽdo illã in instrumentũ, quanto efficacia diuina maior in infinitũ est, vt sit instrumẽta cuicunq; creaturæ. Effectus aũt virtutis verborũ non est dispositio aliqua: sed vt in aliquis verbis ex sacro Concilio clarè patet, est cõuersio panis in corpus Christi. Nec obstãt obiectiones Scoti in prima dist. 4. de infinitate virtutis requisitæ ad transsubstantiationem & de creatione. Primã eiꝰ soluit Autor ad primũ: & secundam ad secundum, exigitur enim infinita virtus in agẽte principali tantũmodo. Et non est simile de creatione: quia nulla res in creatione præsupponitur, quæ instrumenti actio possit attingere: hîc autem inuenitur substãtia panis & vini, quæ à virtute verborũ attingitur, dũ conuertitur in corpus & sanguinem Christi. Et quia verba consecrationis vt conficiunt orationem significantem, quod per sacramentum efficitur, in instrumẽtũ diuinæ actionis assumuntur: deo quãdiu vtitur Deus per sacerdotis ministerium verbis sacramentalibus, tãdiu est virtus sacramentalis, inchoatiuè tamen & in fieri, licut & ipsa oratio dum proferuntur partes integrãtes vsque ad terminationẽ: in ipsa namque terminatione orationis oratio perfectè significãdo habet, & similiter ista virtus perfectè inuenitur. Ideo non plus nec pòst, sed tunc quũ oratio perfectè significans est, virtus instrumentalis prędicta perfectè est, & operatur. Vnde quũ oratio sit quoddam fieri cessiuum, cuius existentia non requisite quilibet quid est eius esse simile, sed ex quocunque eius existente infertur, & significationem non sortitur nisi in fui termino, propterea dixit Autor quòd in sui terminatione significationẽ simul & virtutẽ sacramentalẽ sortitur. Cũ quo stant ea prædicta: aliũ quin non tota oratio esset instrumẽtũ Dei, aut instrumẽtũ in actu sine vi instrumẽtali esset gallus absque pur. Et sicut significatiuæ huius oronis est quodammodo simplex & quidãmodo compositũ, quia ex multis partialibus significatiuis cõstãgit, & simplex esse significat scilicet hoc esse corpus Christi, absq; cõpositionis admixtiõis, forma tõis, adiectionisue modo quocunq;, ita virtus ista ex pte orationis significatiuæ est quodammodo cõposita: ex parte aũt effectꝰ dñ simplex & tertiũ, in respõsione ad tertiũ.

¶ Sopere

virtus increata. Ergo nulla virtute creata horum verborum conficitur hoc sacramentum.

¶Præterea, Opera miraculosa non fiunt aliqua virtute creata, sed sola virtute diuina: vt in Prima parte habitum est. Sed conuersio panis & vini in corpus & sanguinem Christi, est opus non minus miraculosum, quam creatio rerum, vel etiam formatio corporis Christi in vtero virginali. Quæ quidem nulla virtute creata fieri potuerunt. Ergo neque hoc sacramentum consecratur aliqua virtute creata di ctorum verborum.

¶Præterea, Prædicta verba non sunt simplicia, sed ex multis cõpositamẽe simul, sed successiuè proferuntur. Conuersio autem prædicta (vt suprà dictum est) fit in instanti: vnde oportet quòd fiat per simplicem virtutem. Non ergo fit per virtutem horum verborum.

¶SED CONTRA est quod Amb. dicit in lib. de Sacramentis: Si tanta est vis in sermone domini Iesu, vt inciperet esse quod non erat, quantò magis operatorius est, vt sint quæ erant, & in aliud commutentur? Et sic quod erat panis ante consecrationem, iam corpus Christi est post consecrationem: quia sermo Christi creaturam mutat.

CONCLVSIO.

¶ Cùm Eucharistia sacramentum cæteris sit dignius, verba formalia huius sacramenti necesse est habere virtutem quandam creatam consecrationis effectiuam.

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd quidam dixerunt nullam virtutem creatam esse nec in prædictis verbis ad transsubstantiationem faciendam, nec etiam in aliis sacramentorum formis, vel etiam in ipsis sacramentis ad inducendos sacramentorum effectus. Quod (sicut suprà habitum est) & dictis sanctorum repugnat, & derogat dignitati sacramentorum nouæ legis. Vnde cùm hoc sacramentum sit præ cæteris dignius (sicut suprà dictum est) consequens est quòd in verbis formalibus huius sacramenti sit quædam virtus creata ad conuersionem huius sacramenti faciendam, instrumentalis tamen, sicut & in aliis sacramentis: sicut suprà dictum est. Cùm enim hæc verba ex persona Christi proferantur, ex eius mandato consequuntur virtutem instrumentalem à Christo: sicut & cætera eius facta vel dicta habent instrumentaliter salutiferam virtutem, vt suprà dictum est.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cùm dicitur sola virtute Spiritus sancti panem in corpus Christi conuerti, non excluditur virtus instrumentalis, quæ est in forma huius sacramenti: sicut cùm dicitur, Solus faber facit cultellum, non excluditur virtus martelli.

¶Ad secundum dicendum, quòd opera miraculosa, nulla creatura potest facere quasi agens principale, potest tamen ea facere instrumentaliter: sicut ipse tactus manus Christi sanauit leprosum. Et per hunc modum verba Christi conuertunt panem in corpus Christi. Quod quidem fieri non potuit in conceptione corporis Christi qua corpus Christi formabatur, vt aliquid à corpore Christi procedens haberet instru-

¶ Super Quæstionis septuagesimæoctauæ Articulum quintum.

Annot. IN arti. 4. eiusdem quæstionis res difficultates tangendæ sunt. prima de veritate, secunda de consignificatione, tertia de demonstratione. De enuntiationis igitur huius sacramentalis, hoc est corpus meum, veritate scito aliquid esse certum & aliquid in quæstionem verti. Nam certum est ipsum in quolibet instanti ipotis quo est esse verum vel falsum: quia aut sic est, & est vera: aut non sic est, & est falsa. In dubium autẽ vertitur, an prius natura quàm conuersio sit, sit vera aut falsa. Et est ratio dubij: quia sacramentalis hæc oratio est conuersiua: ac per hoc prius natura est, quàm conuersio, quæ est sui effectus: & proptera dubitatur, an in illo priori naturæ sit vera vel falsa. Et Sco. quidem in 8. dist. 4. decidauit in opinionem tertiam, quòd nec vt vera nec vt falsa, sed vt neutra se habet. Autor autem in hoc articulo tãquam ad tertium, tenet quòd oratio ista vt vera, practice tamen, seu causaliter in illo priori materiæ concurrit. De intellectu siquidem speculatiuo solo intelligẽdum est, quòd ab eo quod res est, vel non est, oratio dicitur vera vel falsa. Nam licet de vtroq; intellectu verificetur, quòd ab eo quod res est vel non est, oratio dicitur vera vel falsa formaliter: practicus tamen intellectus principaliter, quanto res sit, est verus practicè seu causaliter: quia non præsupponit, sed facit rem esse, vnde denominatur verus formaliter.

4 dist. 8. art. 5. cor. 1. & 2. dist. 5. q. 2.

¶Circa cõsignificationem autem omnes conueniẽt in hoc videntur, quòd hæc loquutio, hoc est corpus meum, intelligitur secundum vltimum instans prolationis verborum, sed dissentiũt in hoc quòd quidam dicunt hanc propositionem esse simul, sed ex quocunque eius existente infertur, & significationem non sortiatur nisi in fui termino, propterea dixit Autor quòd in sui terminatione significationẽ simul & virtutẽ sacramentalẽ sortitur. Cũ quo stant ea prædicta: aliũ quin non tota oratio esset instrumẽtũ Dei, aut instrumẽtũ in actu sine vi instrumẽtali esset gallus absque pur. Et sicut significatiuæ huius orationis est quodammodo simplex & quidãmodo compositũ, quia ex multis partialibus significatiuis cõstãgit, & simplex esse significat scilicet hoc esse corpus Christi, absq; cõpositionis, admixtiõis, formatiõis, adiectionisue modo quocunq;, ita virtus ista ex pte orationis significatiuæ est quodammodo cõposita: ex parte aũt effectꝰ dñ simplex & tertiũ, in respõsione ad tertiũ.

mentalem virtutem ad ipsius corporis formationem. In creatione etiam non fuit aliquod extremum, in quod instrumentalis actio creaturæ posset terminari: vnde non est simile.

¶Ad tertium dicendum, quòd prædicta verba quibus fit consecratio, sacramentaliter operantur. Vnde vis conuersiua, quæ est in formis horum sacramentorum, consequitur significationem, quæ in prolatione vltimæ dictionis terminatur. Et ideo in vltimo instãti prolationis verborum, prædicta verba consequuntur hanc virtutem, in ordine tamen ad præcedentia. Et hæc virtus est simplex ratione simplicis significari: licet in ipsis verbis exterius prolatis, sit quædam compositio.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm prædictæ locutiones sint veræ.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd prædictæ locutiones non sint veræ. Cùm enim dicitur, hoc est corpus meum, ly hoc, est demonstratiuum substantiæ. Secundum prædicta, quãdo profertur hoc pronomen, hoc, adhuc est ibi substantia panis: quia transubstantiatio fit in vltimo instanti prolationis verborum. Sed hæc est falsa, panis est corpus Christi: ergo & hæc est falsa, hoc est corpus meum.

¶Præterea, Hoc pronomen, hoc, facit demonstrationem ad sensum. Sed species sensibiles quæ sunt in hoc sacramento, neq; sunt ipsum corpus Christi neque accidentia corporis Christi. Ergo hæc locutio non potest esse vera, hoc est corpus meum.

¶Præterea, Hæc verba (sicut dictum est) sua significatione efficiunt conuersionem panis in corpus Christi. Sed causa effectiua præintelligitur effectui. Ergo significatio horum verborum præintelligitur conuersioni panis in corpus Christi. Sed ante conuersionem hæc est falsa, hoc est corpus meum. Ergo simpliciter est iudicandum quòd sit falsa. Et eadem ratio est de hac locutione, hic est calix sanguinis mei, &c.

¶SED CONTRA est, quòd hæc verba proferuntur ex persona Christi. Qui de se dicit Ioan. 14. Ego sum veritas.

CONCLVSIO.

¶ Verissima fuisse consecrationis corporis & sanguinis Christi, verba credendum est, quæ veritas proferre dignata est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc multiplex fuit opinio. Quidã enim dixerunt, quòd in hac locutione, hoc est corpus meum, hæc dictio, hoc, importat demonstrationem vt conceptam, & non vt exercitam: quia tota ista locutio sumitur materialiter, cùm recitatiuè proferatur. Recitat enim sacerdos Christum dixisse, hoc est corpus meum. Sed hoc stare non potest: quia secundum hoc verba hæc non applicarentur ad materiam corporalem præsentem. & ita non perficeretur sacramentum: dicit enim Aug. super Ioan. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Et præterea ex hoc toraliter non euitatur difficultas huius quæstionis: quia eædem rationes manent circa primam prolationem, qua Christus hæc verba protulit, quare manifestum est, quòd non materialiter, sed significatiuè sumebantur. Et ideo dicendum est, quòd etiam quando proferuntur à sacerdote significatiuè, & non tantum materialiter sumũtur. Nec obstat quòd sacerdos ea recitatiuè profert, quasi à Christo dicta: quia propter infinitam virtutem Christi, sicut ex cõtactu carnis suæ, vire generatiua peruenit non solùm ad illas aquas, quæ Christum retigerunt, sed ad omnes vbique terrarum, per omnia futura sæcula, ita etiam ex prolatione ipsius Christi, hæc verba virtutem consecratiuam sunt consecuta à quocunque sacerdote dicantur, ac si Christus ea præsentialiter proferret. Et ideo alij dixerunt, quòd hæc dictio, hoc, in hac locutione facit demonstrationem, non ad sensum, sed ad intellectum: vt sit sensus, hoc est corpus meum, id est significatum per hoc, est corpus meum. Sed nec hoc stare potest: quia cùm in sacramentis hoc efficiatur quod significatur, non fieret per hanc formam, vt corpus Christi sit in hoc sacramento secundum veritatem, sed solùm sicut in signo. Quod est hæreticum, vt suprà dictum est. Et ideo alij dixerunt, quòd hæc dictio, hoc, facit demonstrationem ad sensum, sed intelligitur hæc demonstratio, non pro illo instanti locutionis quo profertur hæc dictio, sed pro vltimo instanti locutionis: sicut cùm aliquis dicit, nunc taceo, hoc aduerbium, nunc, facit demonstrationem pro instanti immediatè sequenti locutionem. est enim sensus, statim his verbis dictis, taceo. Sed nec hoc stare potest: quia secundum hoc, huius locutionis esset sensus, corpus meum est corpus meum. Quod prædicta locutio non facit: quia hoc fuit etiam ante prolationem verborum: vnde nec hoc prædicta locutio significat. Et ideo aliter dicendum est, quòd sicut prædictum est, hæc locutio habet virtutem factiuam conuersionis panis in corpus Christi. Et ideo cõparatur ad alias locutiones, quæ habent solùm vim significatiuam, & non factiuam, sicut comparatur conceptio intellectus practici, quæ est factiua rei, conceptioni intellectus nostri speculatiui, quæ est accepta à rebus: nam voces sunt signa intellectuum, secundum Philosophum. Et ideo sicut conceptio intellectus practici non præsupponit rem conceptam, sed facit eam, ita veritas huius locutionis non præsupponit rem significatam, sed facit eam. sic enim se habet verbum Dei ad res factas per verbum. Hæc autem conuersio non fit successiuè, sed in instanti: sicut dictum est. Et ideo oportet quidem intelligere prædictam locutionem secundum vltimum instans prolationis verborum: non tamen ita quòd præsupponatur ex parte subiecti id quod est terminus conuersionis, scilicet quòd corpus Christi sit corpus Christi, neque etiam illud quod fuit ante conuersionem, scilicet panis: sed id quod cõmuniter se habet quantum ad vtrunque, scilicet contentum in generali sub istis speciebus. Non enim faciunt hæc verba quòd corpus Christi sit corpus Christi, neque quòd panis sit corpus Christi: sed quòd contentum sub his speciebus, quòd prius erat panis, sit corpus Christi. Et ideo signanter non

& 5

significat: integra autem non est oratio, nisi in termino prolationis. & propterea oratio non significat nisi in termino suæ prolationis. Et quia consignificare præsupponit significare, vtpote adiacens illibideo oratio sicut non significat, ita nec consignificat, nisi in termino suæ prolationis. Nec est hoc solùm verum de tota oratione, sed & de partibus, vt integrant totam. Et de copula quidem declaratur dupliciter. tum ex eo quod ly est, significat compositionem, quam sine extremis non est intelligere: non enim potest intelligi compositio prior his quæ componitur. tum quia experimur quòd huius orationis, lignum est album, postquam prolatæ sunt primæ dictiones, scilicet lignum est, antequam proferatur ly album, ly est non significat compositionem ligni cum albo. quod conuincitur. si ponamus orationem sistere tantùm enim manifestè apparet non præsignificatam esse compositionem dictam per ly est. Significat ergo ipsam compositionem non quando profertur, sed quando coniungit prædicatum subiecto: quod nihil aliud est dicere quàm cum oratio est integra. Et quia prima natura significat quàm consignificat: ideo ly est, licut non consignificat compositionem ante integritatem orationis: ita nec consignificat tunc, quando proferuntur ante prædicata non habent suppositionem suam. tum quia clarè per praxim, q. dictis istis duabus dictionibus, homo est, vt formetur propositio de tertio adiacente, nullus intellectus habetur tam subiecti quàm copulæ. Sed variabitur virtusq; sensus iuxta varietatem prædicativi patet formando duas propositiones, quarum una sit, homo est albus, & altera, homo est species, clarè enim in his liquet & subiectum & copulam prædicatum expectare. tũ quòd varietas prædicati varietatem inducit. & in tota oratione, & in subiecto, & copula: vt patet discurrenti. Et similiter oratio ista, hoc est corpus meum, ly hoc, non demonstrat tunc quum profertur, neque ly est, significat aut consignificat tunc quum profertur, compositionem seu coniunctionem inter ly hoc, & corpus Christi. Vt ex hoc conuincitur, quòd si quis subtrahendo non apponeret corpus meum, sed ly panis, aut ly pronomen enuntiatio non esset falsa. quatum tamen vtrunque oporteret esse falsum. si ly est significasset, tunc quum proferebatur coniunctionem inter hoc & corpus

Universidad de Deusto
Biblioteca

pus Christi, loquendo igitur de quando oratio seu verbalis copula significat, aut consignificat, sentiendum est quòd tunc primò significat aut consignificat quum primo oratio integratur, & hoc non ex intentione proferentis, sed ex vi ipsius orationis : vt patete potest ex dictis. Nec istud quando significatur aut consignificatur per orationem seu copulam verbalem: sed est quando adiacens seu mensurans significationem & consignificationem : attenditur enim secundum mensuram orationis significantis & consignificantis, vt patet in oratione de præterito. Et vt hoc concludamus, istud quando se tenet ex parte mensuræ seu durationis enuntiationis significantis & cõsignificantis: illud verò quando quod per copulam seu orationem consignificatur, se tenet ex parte mensuræ seu durationis rei significatæ, & propterea clarè patet, hæc duo quàdo maximè abinuicem posse distare, quantum distat mensura integræ orationis à mẽsura rei significatæ. Et hinc patet, commune esse omni enuntiationi significare & consignificare tunc quum integratur: quia tunc primò est oratio, & per hoc tunc primò significat & cõsignificat. Sed sicut orationes differunt inter se quantum ad res significatas, ita etiam differunt quantum ad quando, seu tempora consignificata. Et hęc in communi dicta, si perspexeris, ambiguitates, per quas discurrit Scotus, euanescent. Descendendo autem ad propositum, aduertendum est quòd cõtingit ista duo quando (scilicet ex parte mensuræ significationis & ex parte mensuræ rei significatæ) coincidere in vnum & idem quando ita quòd illud idem tunc sic, quando oratio significat & consignificat, & quando significatum consignificatur esse. Cõtingit autem hoc in propositio ex ratione instera reddita, quia scilicet oratio ista, hoc est corpus meum, est conuersiua panis in corpus Christi in instanti : & oratio ista significat cõuersionem ipsam vt in termino. Ex re siquidem significata, habetur, quòd ly est consignificat instans conuersionis panis in corpus Christi, seu (& in idem redit) quo primò hoc est corpus Christi, & quia illud instans coincidit cum instanti, quo hæc oratio integratur, ideò dicitur & bene, quòd oportet hanc orationem intelligere secundum vltimum instans prolationis. Et quoniam consignificere instans conuersionis continetur huic orationi ex natura sua, qua est oratio sacramentalis seu factiua conuersionis seu conuersiua panis in corpus Christi: ideo ex virtute sermonis talis, scilicet sacramentalis conuersiua, habet hæc oratio quòd consignificet instans conuersionis.

4. dist. 2.q.2.ar 1.c.4.q. 2.& ar. 11.qõ.2. art. 1.q. 1.ad 4. Et 1.Co. 11.lec.6. col.1.

* Alias exãgue.

¶ *Num his verbis, hoc est corpus meum, demonstretur contentum in generali.*

Quæstio. ¶Circa demonstrationem verò quam facit ly hoc, quum dicitur, hoc est corpus meum, licet varia verba dicantur: quoniam in litera dicitur demonstrari contentũ in generali sub istis speciebus, Scotus autem specificando dicit demonstrari individuum entis: quia ly hoc quantum est ex se, demonstrat individuum vniuersalissimi, vepote de quo possint omnia inquiri: mihi tamen videtur, quod demonstret individuum substantiæ, id est hanc substantiam. Et quidem quòd demonstret individuum, nulli est dubium : quoniam non vniuersale, sed singulare aliquod est tam quod conuertitur in corpus Christi, quàm de quo enuntiatur corpus Christi. Quòd verò sit individuum substantiæ, probatur, tum ex eo quòd ly hoc, est pronomen demonstrationis substantiæ, tum ex eo quòd hæc demonstratio debet esse certa. Demonstrando autem hanc substantiam, demonstratio est certissima : quoniam hæc substantia est corpus Christi, sed si demõstraret individuum entis, demonstratio remaneret ambigua, imò magis falsa apparet, quàm vera: nam ly hoc ens, posset demonstrare tam accidens quàm substantiam : quum vtrumque sit hoc ens, & magis appareret demonstrari accidens, propter demonstrationem fieri ad sensum. Tum quia demonstrando individuum substantiæ, demonstratio est simplicior & puritor, non egens glossis: nam appolita aute ista sus hostia, & dicendo, hæc substantia est corpus meum, non oportet ad glossias recurrere, quid est illud quod est conuertibile in corpus Christi: aut quid est illud, quod hic adoramus, & huiusmodi. Est autem sententia hęc etiam Anoriensium expresè dicẽtium in responsione ad primum & secundum, quòd ly hoc, demonstrat substantiam sine qualitate, id est sine determinatione alicuius propriæ naturæ : pura panis aut corporis Christi. Et hoc idem innuebat, dicendo quòd demonstrat contentum in generali sub istis speciebus : scilicet enim quòd non demonstratur vniuersale aliquod: sed circumloquutus est individuum communioris seu generalioris ab accidentibus distinctũ ac sub eis contentũ. Dantur enim individua magis & minus vniuersalia, sicut dantur naturę magis & minus vniuersales : est enim intelligere Sortem in prædicamento substantiæ esse non solum hominem, sed hoc animal, hoc viuum, hoc corpus, hanc substantiam. Et sic hæc substantia demõstrata per hoc, est contenta sub istis accidentibus in generali, id est communiter se habens ad panem & corpus Christi, pro quanto ab vtroq; abstrahẽdo significatur.

¶ Ad rationem autem Scoti, dicitur quòd licet primum nomen, loco cuius ponitur hoc, sit individuũ entis communissimi analogicè etiam ad entia prædicamentorũ, tamen certitudo demonstrationis rei præponitur (quoniã ad propriam certitudinem notitiã sacramenti huius spectat res demonstrata) ratio illa ad communia nominum in Deo posthabenda est, ne in ambiguo nos demõstratio relinquatur: sed certos demõstratio reddat: quòd hæc substantia est corpus Christi.

CONCLVSIO.

¶ Verba consecrationis panis effectum suum consequuntur non prolatis verbis consecrationis vini.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidam antiqui doctores dixerunt, quòd hæ duæ formæ, scilicet consecrationis panis & vini, seinuicem expectant in agendo : ita scilicet quòd prima non perficit suum effectum antequam proferatur secunda. Sed hoc stare non potest: quia (sicut dictum est) ad veritatem huius locutionis, hoc est corpus meum, requiritur propter verbum præsentis temporis, quòd res significata simul tempore sit cum ipsa significatione locutionis, alioquin si in futurum expectaretur res significata, apponeretur verbum futuri temporis, non autem verbum præsentis: ita scilicet quòd non diceretur, hoc est corpus meum, sed hoc erit corpus meum. Significatio autem huius locutionis completur statim completa locutione horum verborum: & ideo oportet rem significatam statim adesse. Quæ quidem est effectus huius sacramenti : alioquin locutio non esset vera. Est etiam hæc positio contra ritum Ecclesiæ : quæ statim post prolationem verborum, corpus Christi adorat. Vnde dicendum est, quòd prima forma non expectat secundam in agendo, sed statim habet suum effectum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ex hac ratione videntur fuisse decepti illi, qui prædictam positionem posuerunt. Vnde intelligendum est, quòd facta consecratione panis, est quidem corpus Christi ibi ex vi sacramenti, & sanguis ex reali concomitantia : sed post modum per consecrationem vini, sit ibi econuerso sanguis Christi ex vi sacramenti, corpus autem ex reali concomitantia. Ita quòd totus Christus est sub vtraque specie : sicut supra dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd hoc sacramentum est vnum perfectione (sicut supra dictum est) inquantum scilicet constituitur ex duobus, scilicet cibo & potu, quorum vtrunque per se habet suam perfectionem. Sed tres immersiones baptismi ordinantur ad vnum simplicem effectum. Et ideo non est simile.

¶Ad tertium dicendum, quòd diuersa verba quæ sunt in forma consecrationis panis, constituunt veritatem vnius locutionis: non autem verba diuersarum formarum. Et ideo non est simile.

¶ Super Quæstionem septuagesimamnonam.

Acut.

CIrca effectus Eucharistiæ in nobis, aduertendũ est quòd in litera ponuntur numero sex, scilicet adeptio gloriæ, collatio gratiæ, remissio peccati mortalis, remissio peccati venialis, remissio pœnæ pro peccatis debitæ, & præseruatio à peccato. De quibus duo declaranda sunt, scilicet tempus & modus cum quibus etiam simul declarabitur subiectum.

¶De tẽpore quidem ali quid clarum est, & aliquid ambiguũ. Nam de primo effectu, scilicet vita æterna, constat tẽpus exequutionis nõ oportere esse tẽpus sumptionis Eucharistiæ: sumpta siquidẽ longè ante Eucharistia, cõtingit effectũ æternæ vitæ subsequi iuxta verbũ Domini, Qui manducat hunc panẽ, viuet in æternũ.

Acut. lect. 4. dist. 11. q. 2. ar. 1. q. 1. ad 2.

¶De alijs verò effectibus in dubiũ venitur, an vnus & idem sit tempus quo sumitur hoc sacramẽtũ, & quo in exequutione ponuntur illi effectus: & propterea singillatim declarãdi sunt.

¶Secundus igitur effectus, qui est gratia gratum faciens, creaturam habes, prout tripliciter contingit consequi gratiam, scilicet vel de nouo acquirere ipsam vltam gratiæ vel præsupposita gratia, acquirere de nouo augmentũ gratiæ vel acquirere de nouo actualem delectationem ac refectionem spiritualem secundũ vitã gratiæ : hæc enim tria comprehendunt sub vno effectu Eucharistiæ : qui dicitur quòd confert gratiam. Poterit siquidẽ intelligi, quòd confert gratiã habitualem, vel primã, vel augmentando primã, aut gratiam actualem spirituales refectionis ac delectationis in actu charitatis. Et quia primam gratiam sumpto huius sacramẽti nõ per se cõfert, sed per accidens, hoc est propter continuandis fumentis dispositionem (quoniã per se prærequisito sumentem virum, prima autẽ gratia mortuo datur) ideo tẽpus primę gratiæ per accidens cõsideratur, & videtur coincidere cum tempore sumptionis. Quia siquidẽ fit scissens in peccate mortali sibi incognito, quãdo sumit hoc sacramentum, non refertur ad ea, non apparet quare deinceps ex virtute huius sacramẽti reficiatur. Intelligo autẽ in tota hac materia per tẽpus sumptionis Eucharistiæ, nõ illa sola moralẽ, qua deglutitur: sed cum consequente tẽporis spatio

Universidad de Deusto
Biblioteca

viaticum propter vitam æternam, & propter impugnationes dæmonum lucta illud Ambr. Recedant procul à potentia præsentiæ tuæ.

¶Aliter ergo intelliguntur verba literæ de perceptione habitualiter: vt sit sensus, q talis distractus non aqualiter, sed habitualiter percipit effectum habitualē seu augmentum gratiæ spiritualis, sicut habitualiter manducationem spiritualem habet: ita quod manducans habitualiter tantum, id est habens habitum quo potest spiritualem manducationem aqualiter habere, hoc est habendo charitatē) sumens hoc sacramentum absq; actuali interioti deuotione, habet etiam habitum percipiendi augmentum. Et sicut non impeditur per peccata venialia, cum huiusmodi distractione, quin per hanc sumptionem mereatur augmentum charitatis ex quendum tamen tē pore quo ad hoc erit dispositus, ita non impeditur quin ex hac sumptione percepturus sit augmentum charitatis, quando tamen ad hoc erit dispositus. Et secundum hunc sensum tempus augmenti charitatis est, quando sumens est dispositus ad augmētum, siue hoc sit tempore sumptionis, siue post. Minorem tamen dispositionem require ad augmētum charitatis ex hoc sacramento, quàm ad augmentum sine sacramento: vt habeatur ratio virtutis sacramētalis: & præsertim huius sacramenti, in quo est ipse Christus. Potest autem hunc sensum, quòd Autor intendit ponere differentiam inter refectionem spiritualem consistentem in operatione, & augmentum habitus quo ad impedimenti à peccato veniali. Et sic saluatur differentia, quòd refectio spiritualis ita tollitur per distractionem, quòd nunquam ex hac sumptione habebitur augmentum vero habitus habendum relinquitur pòst, sicut & vita æterna.

¶Tertius autem sensus consistit in declaratione terminorū, dicendo q; duobus existentibus per se propriis huius sacramenti effectibus (scilicet operatione & habitu) Autor vtriusq; latitudinis id quod præcipuum est, nominauit. Et in latitudine quidem operationū nominauit spiritualem refectionem cum sit delectationis: in latitudine verò habitualium donorum nominauit augmentū gratiæ seu charitatis, vt sic loqueretur de hoc sacramento secundum suam perfectionem, docendo ea quæ ipsius sunt, quatenus aut alterum aut vtrunq; eorum confert. Et sic per actualem manducationem Autor non intelligit quancunque actualem deuotionem, sed illam solam, quæ refectio est, quæ spiritualis delectatio animæ est. Et secundum hunc sensum plana sunt omnia: & consonant: dictis in 4. sen. Habent siquidem se hi duo effectus inter se, non vt necessariam connexionem habentes, sed aliter sine altero ex sacramento hoc haberi potest. Refectio siquidem spiritualis delectationis absq; augmēto habitualis gratiæ in Christo fuit quando sumpsit hoc sacramentum: augmentum verò habituālis gratiæ ex hoc sacramento in valde multis credimus contingere, qui digne ad hoc sacramentum & deuotè accedunt: & tamē experties sunt spiritualis dulcedinis, ita vt ipsorum vox ad cælestem Patrem sit. Ecce tot annis seruio tibi, & nunquam dedisti mihi hœdum, vt cum amicis meis epularet. Non igitur docet hęc litera, quòd sumens absque omni actuali deuotione consequitur augmentum gratiæ: sed quòd sumens absque actuali refectione delectationis spiritualis (& hoc ex culpa sua venialiquoniam non est ex defectu sacramenti.) sic inquam sumens sic mente distractus, si quo ad alios actus deuotè accedit, habituale augmētum gratiæ ex hoc non impeditur, quod tamen posset aliunde impediri, puta ex tam parua deuotione, vt non sufficiat dispositio ad augmentum gratiæ. Et hæc expositio amplectenda videtur: quoniam quo ad rem omnia consonant. quo ad expositionē verò nominum nulla sit extorsio, sed applicatio communioris termini ad principale suppositum & secundū hoc tempus augmenti coincidit cū tempore sumptionis. Posset & quarto modo forte exponi locus iste de augmēto habituali extensiuo: ita quòd sacramentum hoc sit extensiuum gratiæ ad actus conformatiuos spiritus, & hoc ipsum sit gratis sacramētalis, quam in anima per modum habitus sacramentum hoc efficiat etiam in mente distractis ex peccato veniali. De tempore autem actualis gratiæ, quæ hominī confertur in hoc sacraméto, nulla ambiguitas est, quin sit tempus sumptionis sacramētiuæ enim præsens Christus excitat mentem dispositam ad sui feruentem amorē, atq; ad sentiendam dulcedinē suæ præsentiæ. Sed perfectorū est solidus hic cibus, eorū qui pro consuetudine, &c. Tempus autem remissionis peccati mortalis coincidit eum tempore sumptionis, vt patere potest ex supradictis, quoniā coincidit cum tempore infusionis primæ gratiæ. Tempus quoq; remissionis venialium idem est quod tempus sumptionis: quoniam coincidit cum tēpore actualis feruoris charitatis. Et similiter tempus remissionis pœnæ, si tamen ex actuali deuotione aliqua remittitur. pœna enim, quia remittitur ex hoc sacramento, non vt sacramentū, sed vt sacrificium est, tempore ipsius sacrificij remittitur, quoniam tunc Deo satisfit. Præseruatio demum à peccādo, effectus est sacramenti à tēpore sumptionis inchoāt, & iuxta sumentium cooperationē plus vel minus durat, sicut etiam præseruatio, quæ fit per nutrimentum corporale vnū & idem. in diuersis dispositionis hominibus diuersimodè inuenitur, vno magis sumēte inde vires, quā alio, &c. Hæc de tempore.

¶Superest vt de modo eorundem effectuū dicatur, modus quo effectus isti in anima abhoc sacramento fiunt, est quòd omnes reliqui mediante primo fiunt. Primus autem effectus est actualis excercitatio charitatis: & mediante hoc reliqui effectus gemuniunt. Quo 3 triplicīter apparet. primò, ex cōmunibus: quia suauis dispositio rationalis creaturę habet vt rationabiliter iustificetur & perficiatur. Rationabilitet autē perfici, est non per modum dormientis, sed per modū vigilātis (hoc est rationē actualiter videntis) & tati & perfici: vt patet ex doctri. 10. 2. lib. habiti de iustificatione impii, & iustificatione Magdalenæ, Latronis & Pauli, semper enim dona sua Saluator interue nientibus operationibus consequentiā illa largitus est. Et de Magdalena quidē operatio fidei & charitatis apparet, dicente Dominō Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum: & iterum, Fides tua te saluam fecit.

Latroni fidei spes, actum videmus, Memento mei Domine, dum venetis in regnum tuum. Paulum, fidei, obedientiæ, deuotionisq; verba profecentē audiamus, Domine quid me vis facere? Ex quibus omnibus patet, quòd nō solùm dū regulariter, sed etiam dum miraculosè conuertuntur homines ad Deū, actualis operatio interioris hominis interuenit. Secundò apparet idem ex proprijs huius sacramenti, quia sacramentū hoc viuificat animam vt cibus: cibus autē vt sic nō viuificat nisi viuentē, operatione aliqua vitali, cibo vtente. Si enim cibus corporalem nullam haberet animal operationem vitalem intus, inutilis esset cibus tali animali: imò nō esset cibus nisi remotè seu in potētia: quoniā cibus materia & obiectum operationum potentiæ vegetatiuæ est. Tertiò apparet hoc idē discurrēdo sigillatim per ipsos effectus. Eucharistia quidē sacramē taliter sumpta ab homine Christū corporali præsentia intus in homine ponit: ex parte quidē sui pro primo contactu animæ habet excitationē charitatis, ac actualem vnionē seu transformationē animæ amantis in Christū amatum: ex parte verò animæ primus contactus est ipsā manducatio actualis, quæ est actus charitatis, & magnam latitudinē habet iuxta latitudinē actuū charitatis & gradum illorū, & extendit se vsq; ad actum lib. arb. qui tandē charitate perficitur, ita vt vera contritio fit. Mediante ergo actuali manducatione spirituali, effectus reliqui fiunt ab hoc sacramento. Et de vita quidem æterna verba Domini testantur, dicentis, Qui manducat hunc panē, viuet in æternum. De prima verò gratia & remissione peccati mortalis (quæ tamen per accidēs fit ab hoc sacramento) ex eo patet, quòd nisi inchoatiuè saltē manducaret carens gratia, illam nō consequeretur. cibus enim nō nisi manducatus viuificat. vnde & Autor in illa tertij ar. de hoc loquēs inquit, Deuotè & reuerēter accedens consequetur per hoc sacramentū gratiam charitatis, quæ contritionē perficiet, vbi tres operationes interuenire ponit, deuotionē, reuerentiam & contritionē, quæ faciunt nouā charitate informatur, & fit contritio. De augmēto verò habituālis gratiæ, & ex nunc dictis tam communibus quām propriis, & ex superius dictis facile patere arbitror: non est enim intelligibile cibū augere absq; actuali deuotione quā absq; actuali manducatione etiā fingere non licet. Refectio autem spiritualis, manducatio quędam est, remissio verò peccati venialis & pœnæ, sit quam consequatur feruorem charitatis, manifestè manducationem sequitur: nam feruor ipse manducatio est. Præseruatio demum ab offensis Dei, quia directè ad confirmationem cordis, id est voluntatis spectat ex parte animæ, panis autem non nisi manducatus confirmat cor hominis, ideo mediante manducatione spirituali fit. dixi autem directè & ex parte animæ: quoniam nō est remotum, quin ex parte Christi præsentis sub sacramento, præseruatio nonnulla fiat per modum custodiæ: propter quam diximus dari phrenetico in articulo mortis Eucharistiam.

Eucharistiam. Nec ex his dictis accipias, nos sentire nunquam conferri gratiam nisi actualiter ratione vtentibus: non enim hoc dicimus, sed secundum communia suadis dispositionis creaturæ rationalis sic fieri diximus. Cum quo tamen stat, quòd secundum suauem dispositionem alicuius sacramēti aliter conferatur gratia iustificatiua: vt patet in baptismo, qui quoniā spiritualis est regenerationis ex propriis habet vt absq; cooperatione eius qui baptizatur, gratiam rēttat in remissionem peccatorū: generatio enim est nutrimento nō esse ad esse, nec præsupponitur, sed viuiuis, qui generatur. cibus autem vitā præsupponit, & nō nisi mā ducāti prodest. Dicta sunt autem hæc, ad fundandam illorum fiduciam, qui putant se cōfugiāt semper nouū gratiæ habitualis augmentum, cum quotidianę cunq; deuotione celebrent. Et iam distractē vt vel fie ab huiusmodi negligētiæ somno excitentur, pulsari talem, ex eo q manducatio sacramentalis, quæ actualiter fit, significat manducationem spiritualē, quæ interius exerceri debet. Et vbi non nisi in fine principio, hoc est in hac vita saluatur, licet ad vitandum fictionis peccatū mortale sufficiat, ad tutelandum tamen animam nihil prodest: imò sine & anima malum venialis peccati, & cor pus damnum infirmitatis aut debecillitatis, aut etiam mortis, quandoq; incurrit, dicente Apostolo, Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Hinc ego pœnā corporalem puto, sæpe à Deo inflīgi, ob paruam præparationem, quę fit ad hoc sacramentum.

¶In responsione ad primum primi arti. eiusdē q. adueritę q; sacramentum hoc potest considerari dupliciter. Primò secundum se hoc est, secundū rem in ipso contentam & significatam, & sic verificatur de ipso quòd ex se virtutē habet collatiuam gratiæ, ad differētiam reliquorum sacramētorū, quæ ex alio (hoc est ex hoc sacramento) sequuntur virtutem gratiæ collatiuam. Nam res significata & contenta in hoc sacramēto est ipse Christus cuius instrumenta sunt reliqua sacramēta vi virtutibus suis, proper quod se habet ad reliqua sacramenta vt forma gratificādi ritus gratiarum. Et hinc verificatur & q; quilibet quod cunq; sacramentū suscipiēs actu, suscipiat hoc sacramentum voto: & quod votū cuiusque sacramēti est votū istius sacramenti iuxta apparentia seu finiens ad iontitudinem, sui bibentis ex titulo, ad fontem ipsum magis fitit tanquam ad principiū, & propterea in litera dicitur, quòd sine huius sacramenti voto prima non habertur gratia. Et similiter est hoc ei quod Dominus dicit, Nisi n3 ederitis carnē filij hominis, & biberitis eius sanguinē, nō habebitis vitam in vobis. Ideo quitur enim Dominus de mandocatione spirituali in voto seu in habitu, in quo continetur manducatio spiritualis actualis in voto. Si verò cōsideretur vitæ sacramenti, nisi per accidens ex parte subiecti: vt prædictum est, quia datur per modum nutrimenti: quoniā quia nō est nisi viuentis, non facit primam gratiam, qua primò habetur vita Spiritus, sed præsupponit illam. Vnde in articu. 1. ad tertiū Autor loquēs de prima gratia dicit, Sit autem non datur in hoc sacramento.

¶ *super Quæstionis septuagesimanona Articulum tertium.* 4. dist. 9. art. 3 q. 2. cor. fi. Et dist. 12. q. 2. artic. 2. q. 2. Annot.

IN arti. 1. in responsione ad primū, nota nouitie tium expositionum ibi allatarū secundam differre à prima in hoc, quòd perfectio contritionis refertur ad scelera cognita, in prima autem ad occulta: quo ad vtraque enim petitur ablutio per contritionem perfectam.

¶In responsione ad secundum eiusdem artī. dubium occurrit de veritate differentiæ positæ inter suscipiente baptismum & suscipiente Eucharistiam, quo ad hoc q; est esse vel non esse in peccato mortali. Et est ratio dubij, q; vtrobiq; suscipiēs cum cōscientia & affectu peccati mortalis indigne suscipit, nec gratia tunc cōfertur imò de nouo peccat peccato sacrilegij, membri Christi ipso se sacramento fingens.

¶Ad hoc dicitur quòd differentia saluatur & ex parte sacramenti & ex parte suscipiētis. Ex sacramento quidē quia sacramentum Eucharistiæ ex proprio vsu habet rationem nutrimēti, ac per hoc conueniētis viuis & non mortuis, baptismus autem ex propria ratione habet rationem regenerationis, mix & ablutionis: generatio autem non præsupponit, sed facit eos & viuum & similiter ablutio non præsupponit mundū, sed mundat. Et propterea ex propriis considerata hæc sacramenta suscipientes dispares habēt, Eucharistia quidem viuum, baptismus non viuum & immundum: & hæc differentia in litera ponitur. Ex parte autē suscipientis differētia est, quòd suscipiēti baptismum sufficit nō ponere obicem ad hoc, vt diuinam consequatur gratiam (vt ex supra habitis patet) q a baptismus omnia condonans suscipienti autem Eucharistiam non sufficit non ponere obicem, sed oportet, phare seipsum: & sic de pane illo edere. Nec Autor in litera dicit conuenienter accedere ad baptismum habentem cōscientiam & affectū peccati mortalis, magna est enim inter

est accipere Christū sub specie aliena, quod fit in hoc sacramento, quàm frui eo in specie propria, quod pertinet ad gloriam. Ergo hoc sacramentum non causat adeptionem gloriæ.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ioan. 6. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Sed vita æterna est vita gloriæ. Ergo effectus huius sacramenti est adeptio gloriæ.

CONCLVSIO.

¶ Per Eucharistiæ sacramentum ad vitam præparamur æternam, & gloriæ beatitudinem.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in hoc sacramento potest considerari & id, ex quo habet effectum, scilicet ipse Christus contentus, & passio eius repræsentata, & id per quod habet effectum, scilicet vsus sacramenti, & species eius. Et quantum ad vtrunque competit huic sacramento, quòd causet adeptionem vitæ æternæ. Nam ipse Christus per suam passionem aperuit nobis aditum vitæ æternæ: secundum illud Hebr. 9. Noui Testamenti mediator est, vt morte intercedente, qui vocati sunt, accipiant repromissionem æternæ hæreditatis. Vnde & in forma huius sacramenti dicitur: Hic est calix sanguinis mei noui & æterni Testamenti. Similiter etiam refectio cibi spiritualis, & vnitas significata per species panis & vini, habentur quidem in præsenti, sed imperfectè: perfectè autem in statu gloriæ. Vnde August. dicit super illud Ioan. 6. Caro mea vere est cibus: Cùm cibo & potu id appetat homines, vt non esuriant neque sitiant, hoc veracitet non præstat nisi iste cibus & potus, qui eos à quibus sumitur, immortales & incorruptibiles facit in societate Sanctorum, vbi pax erit & vnitas plena atque perfecta.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd sicut passio Christi, in cuius virtute hoc sacramētum operatur, est quidem causa sufficiens gloriæ non tamen ita, quòd statim per ipsū introducamur in gloriā, sed oportet vt prius simul compatiamur, vt postea simul glorificemur (sicut dicitur Rom. 8.) ita hoc sacramentum non statim nos in gloriam introducit, sed dat nobis virtutem perueniendi ad gloriam, & ideo viaticum dicitur. In cuius figuram legitur 3. Reg. 19. quòd Elias comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus vsque ad montem Dei Oreb.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut passio Christi non habet suum effectum in his qui se ad eam non habent, vt debent: ita & per hoc sacramentum nō adipiscuntur gloriā qui indecenter ipsum suscipiunt. Vnde Aug. dicit super Ioan. exponens illa verba, Aliud est sacramentum, & aliud virtus sacramēti: Multi de altari accipiunt, & accipiendo moriuntur. Panem ergo cælestem spiritualiter manducate, innocentiam ad altare apportate. Vn de non est mirum si illi qui innocentiam non seruant, effectum huius sacramenti non consequuntur.

¶Ad tertium dicendū, quòd hoc quòd Christus sub aliena specie sumitur, pertinet ad rationem sacramenti, quòd instrumentaliter agit. Nihil autē prohibet, causam instrumentalem producere potiorem effectum: vt ex supradictis patet.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum effectus huius sacramenti sit remissio peccati mortalis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd effectus huius sacramenti sit remissio peccati mortalis. Dicitur enim in quadam collecta, Sit hoc sacramētum ablutio scelerum, Sed scelera dicuntur peccata mortalia. Ergo per hoc sacramentum peccata mortalia abluuntur.

¶Præterea, Hoc sacramentum agit in virtute passionis Christi, sicut & baptismus. Sed per baptismum dimittuntur peccata mortalia: vt suprà dictum est. Ergo & per hoc sacramentum, præsertim cùm in forma huius sacramēti dicatur, Qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

¶Præterea, Per hoc sacramentum gratia confertur: vt dictum est. Sed per gratiam iustificatur homo à peccatis mortalibus: secūdum illud Ro. 3. Iustificati gratis per gratiam ipsius. Ergo per hoc sacramentum remittuntur peccata mortalia.

¶SED CONTRA est quod dicitur primæ Corin. 11. Qui manducat & bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit. Dicit autem glos. ibidem, quòd ille mānducat & bibit indignè, qui in crimine est vel irreuerenter tractat, & talis manducat & bibit sibi iudicium, id est damnationem. Ergo ille, qui est in peccato mortali, per hoc quod accipit hoc sacramentum, magis accumulat sibi peccatum, quàm remissionem sui peccati consequatur.

CONCLVSIO.

¶ Percipientes sacramētum bene dispositi, & contriti, & veniam & remissionem peccatorum consequuntur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd virtus huius sacramenti potest considerari dupliciter. Vno modo secūdum se, & sic hoc sacramentū habet virtutem ad remittendum quæcunque peccata ex passione Christi, quæ est fons & causa remissionis peccatorum.

Alio modo potest considerari per comparationē ad eum qui recipit hoc sacramētum, prout in eo inuenitur vel non inuenitur impedimentum percipiendi huius sacramenti effectū. Quicunque autē habet conscientiam peccati mortalis, habet in se impedimentum percipiendi effectū huius sacramēti, eo q; nō est cōueniens susceptor huius sacramenti, tū quia non viuit spiritualiter, & ita non debet speciale nutrimentū suscipere, quod non est nisi viuentis: tum quia non potest vniri Christo (quod fit per hoc sacramētum) dum est in affectu peccandi mortaliter. Et ideo, vt dicitur in libr. de Ecclesiasticis dogmatibus, si mens in actu peccandi est, grauatur magis Euchar. stiæ perceptione, quàm purificetur. Vnd hoc sacramentum in eo qui ipsum percipit in conscientia peccati mortalis, nō operatur remissionem peccati. Potest tamen hoc sacramentū operari remissionem peccati dupliciter. Vno modo non perceptū actu, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

inter virtutes differentiam habens effectū peccati mortalis ponit obicem, & fictus accederet ad baptismum: habens autem eiusdē conscientiam & non affectum, obicem non ponit baptismo, licet moriatur & immundus vlui ficandus & abluendus per baptismū accedat: quod per Eucharistiæ sumptionem nō est expectandum.

¶ Super Quæstionis septuagesimanonæ Articulum quintum.

Annot. IN articu. 5. duo valde notabilia sunt. Primū est, quòd oblatio Eucharistiæ ex sui quātitate sufficit ad satisfaciēdum pro omni pœna, fecūdū est, quòd hæc oblatio sit satisfactoria offerentibus, vel pro quibus offertur fecūdum quātitatem suæ deuotionis.

¶Ex primo dicto habes quòd vna missa ex parte sui est satisfactoria pro pœnis omnis peccatorū, tam viuentium quām mortuorū: quoniam vt sic est valoris infiniti, quoniam Christus offertur. Et fecūdo autē dicto habes quòd vna missa non perdit vim satisfactionis suæ pro primo offerente ex hoc q; pro secundo, tertio, quarto, quinto, &c. offertur sicut quantitas deuotionis vnius nihil tollit de quantitate deuotionis alterius. Vnde arguēdi instruendiq; simul sunt holtz ignorantes pro sua eleemosyna totam sibi missam dari aut suo defuncto: nihil enim minus ipse habebit, si mille alij petant eandē missam pro seipsis & aliis defunctis, quām si pro ipso solo celebraci dicatur: imò ex huiusmodi indeuotione sic petentis damnum videtur incurrere, q; minus sibi proderit: Diffusius autem forte hīc scriberemus de hac re, nisi in primo quolibeto nostro iam edito diffusè hæc veritas declarata fuisset ex autoritate huius literæ cum multis aliis, &c. Et hæc de quæstione 79. sufficiant.

Iust. q5. 87. arti. 3. cor. & 4. dist. 12. q. 2. ar. 1. q. 1 cor. & art. 2 q. 1. per totum.

QVOROVM sicut cùm quis prius iustificatur à peccato. Alio modo etiam percepetum ab eo, qui est in peccato mortali, cuius conscientiam & affectum non habet. Fortè enim primò non fuit sufficiēter contritus: sed deuotè & reuerenter accedens, consequetur per hoc sacramentum gratiam charitatis, quæ contritionem perficiet, & remissionem peccati.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd petimus vt hoc sacramentum sit ablutio scelerum: vel eorum, quorum conscientiam non habemus (secundum illud Psalm. Ab occultis meis munda me Domine) vel vt contritio in nobis perficiatur ad scelerū remissionem: vel etiam vt nobis robur detur ad scelera vitanda.

¶Ad secundum dicendū, quòd baptismus est spiritualis generatio, quo est mutatio de non esse spirituali in esse spirituale, & datur per modum ablutionis. Et ideo quātum ad vtrūque, non inconuenienter accedit ab baptismum, qui habet conscientiam peccati mortalis. Sed per hoc sacramentum homo sumit in se Christum per modum spiritualis nutrimenti, quod non competit mortuo in peccatis. Et ideo non est similis ratio.

¶Ad tertium dicēdū, quòd gratia est sufficiēs causa remissionis peccati mortalis: nō tamen actu remittit peccatum mortale, nisi cùm primò datur peccatori. Sic autem non datur in hoc sacramento. Vnde ratio non sequitur.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm per hoc sacramentum remittantur peccata venialia.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd per hoc sacramentum non remittantur peccata venialia. Hoc enim sacramentum, vt Aug. dicit super Ioan. est sacramentum charitatis. Sed venialia peccata non contrariantur charitati: vt in Secūda parte habitum est. Cùm ergo contrarium tollatur per suū contrarium, videtur quòd peccata venialia per hoc sacramentum non remittantur.

¶Præterea, Si peccata venialia per hoc sacramentum remittantur, qua ratione remittitur vnum, remittuntur & omnia. Sed non videtur quòd omnia remittātur: quia sic frequenter aliquis esset absque omni peccato veniali contra id quod dicitur 1. Ioan. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Non ergo per hoc sacramentum remittitur aliquod peccatum veniale.

¶Præterea, Contraria mutuò se expellunt. Sed peccata venialia non prohibent a perceptione huius sacramenti: dicit enim August. semper illud Ioan. 6. Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt. Innocentiam, inquit, ad altare apportate: peccata, etsi sunt quotidiana, non sunt mortifera. Ergo nec peccata venialia per hoc sacramentum tolluntur.

¶SED CONTRA est quod Innocentius 111. dicit, quòd hoc sacramentum venialia delet, & cauet mortalia.

CONCLVSIO.

¶ Non modò mortalia cauere possunt sacramentum Eucharistiæ digne sumentes, sed & venialia vitare, & delere.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in hoc sacramento duo possunt considerari, scilicet ipsum sacramentum & res sacramenti. Et ex vtroq; apparet, quòd hoc sacramentum habet virtutem ad remissionem venialium peccatorum. Nam hoc sacramentum sumitur sub specie cibi nutrientis. Nutrimētum autem cibi est necessarium corpori ad restaurādum id quod quotidie deperditur per actionem caloris naturalis. Spiritualiter autem quotidie aliquid in nobis deperditur ex calore cōcupiscentiæ per peccata venialia, quæ diminuunt feruorem charitatis: vt in Secunda parte habitum est. Et ideo competit huic sacramento, vt remittat peccata venialia. Vnde & Amb. dicit in lib. de Sacramētis, quòd iste panis quotidianus sumitur in remediū quotidianæ infirmitatis. Res autem huius sacramēti, est charitas non solùm quātum ad habitū, sed etiam quantum ad actum, qui excitatur in hoc sacramento: per* quod peccata venialia soluūtur. Vnde manifestum est, quòd virtute huius sacramenti remittuntur peccata venialia.

** Alia quæ*

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd precata venialia est non contrariantur charitati quantum ad habitum: contrariantur tamen ei quantum ad feruorem actus, qui excitatur per hoc sacramentum: ratione cuius peccata venialia tolluntur.

quæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd illud verbum nō est intelligendum, quin aliqua hora possit homo esse absque omni reatu peccati venialis: sed quia vitam istam sancti non ducunt sine peccatis venialibus.

¶Ad tertium dicendū, q; maior est virtus charitatis, cuius est hoc sacramētum, quàm venialiū peccatorum. Nam charitas tollit per suum actū peccata venialia, quæ tamen nō possunt totaliter impedire actum charitatis. Et eadem ratio est de hoc sacramento.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm per hoc sacramentum tota pœna peccati remittatur.

4. dist. 9. q. 2. ar. 1. ad 3. & dist. 12. q. 1. ar. 2. q. 1. ad 3. & dist. 13. q. 2. ar. 1. ad 3.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd per hoc sacramētum tota pœna peccati remittatur. Homo enim per hoc sacramentum suscipit in se effectum passionis Christi (vt dictum est) sicut & per baptismum. Sed per baptismum percipit homo remissiomem omnis pœnæ, virtute passionis Christi: quæ sufficienter satisfacit pro omnibus peccatis, vt ex supradictis patet. Ergo videtur quòd per hoc sacramentum homini remittatur totus reatus pœnæ.

¶Præterea, Alexander Papa dicit, Nihil in sacrificiis mains esse potest, quàm corpus & sanguis Christi. Sed per sacrificia veteris legis, homo satisfaciebat pro peccatis suis: dicitur enim Leui. 4. & 5. Si peccauerit homo, offeret hoc vel illud pro peccato suo, & remittetur ei. Ergo multò magis hoc sacramentum valet ad remissionem omnis pœnæ.

¶Præterea, Constat quòd per hoc sacramentum aliquid de reatu pœnæ dimittitur: vnde & in satisfactionem, aliquibus iniungitur, quòd pro se missas faciant celebrari. Sed qua ratione vna pars pœnæ dimittitur, eadem ratione & alia: cùm virtus Christi quæ in hoc sacramento cōtinetur, sit infinita. Ergo videtur quòd per hoc sacramentum tota pœna tollatur.

¶SED CONTRA est, quòd secundum hoc non esset homini alia pœna iniungenda: sicut nec baptizato iniungitur.

CONCLVSIO.

¶ Non tota deletur pœna ex sacramento Eucharistiæ, sed secundum quantitatem deuotionis sumentium tantum de pœna minuitur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd hoc sacramentum simul est sacrificium & sacramentum. Sed rationem sacrificij habet inquantum offertur: rationem autem sacramenti, inquātum sumitur. Et ideo effectum sacramenti habet in eo, qui sumit: effectum autem sacrificij in eo, qui offert, vel in his, pro quibus offertur. Si igitur considereretur vt sacramentum, habet effectum dupliciter. Vno modo, directè ex vi sacramenti, alio modo quasi ex quadam concomitantia: sicut & circa continentiā sacramenti dictum est. Ex vi quidem sacramenti directè habet illum effectum, ad quem est institutum. Non est autem institutū ad satisfaciendum, sed ad spiritualiter nutriendum per vnionem ad Christum & ad membra eius: sicut & nutrimentum vnitur nutrito. Sed quia hæc vnitas fit per charitatem, * cuius feruore aliquis cōsequitur remissionem non solùm culpæ sed etiam pœnæ: inde est quòd ex consequenti per quandam concomitantiā ad principalem effectum, homo consequitur remissionem pœnæ, non quidem totius, sed secundum modum suæ deuotionis, & feruoris. Inquantum verò est sacrificium, habet vim satisfactiuam. Sed in satisfactione magis attenditur affectus offerentis, quàm quantitas oblationis. Vnde & Dominus dicit Lu. 21. de vidua quæ obtulit duo æra, quòd plus omnibus misit. Quamuis ergo hæc oblatio ex sui quantitate sufficiat ad satisfaciendum pro omni pœna: tamen fit satisfactoria illis, pro quibus offertur, vel etiam offerentibus, secundum quantitatem suæ deuotionis, & non pro tota pœna.

** Alibi sp. pro Christo.*

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sacramentum baptismi directè ordinatur ad remissionem pœnæ & culpæ, non autem Eucharistia: quia baptismus datur homini quasi cōmorienti Christo,

Christo, Eucharistia autem quasi nutriendo & perficiendo per Christum. Vnde non est similis ratio.

¶Ad secundum dicendum, quòd alia sacrificia & oblationes non operātur remissionem totius pœnæ, neq; quātum ad quātitatem oblati, sicut hoc sacrificium, neque quātum ad deuotionem hominis: ex qua contingit quòd etiam hic non tollitur tota pœna.

¶Ad tertium dicendum, quòd hoc quòd tollitur pars pœnæ, & non tota pœna per hoc sacramentum, non contingit ex defectu virturis Christi, sed ex defectu deuotionis humanæ.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm per hoc sacramentum præseruetur homo à peccatis futuris.

4. dist. 12. q. 2. ar. 2. q. 1. ad 3. & dist. 13. q. 2. ar. 1. q. 1. ad 3.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd per sacramentū non præseruetur homo à peccatis futuris. Multi enim dignè sum entes hoc sacramentum, postea in peccatis cadunt. Quod non accideret, si hoc sacramentum præseruaret à peccatis futuris. Non ergo effectus huius sacramenti est à peccatis futuris præseruare.

¶Præterea, Eucharistia est sacramentum charitatis: vt supra dictum est. Sed charitas non videtur præseruare a peccatis futuris: quia semel habita potest amitti per peccatum: vt in Secunda parte habitum est. Ergo videtur, quòd nec hoc sacramentum præseruet hominem à peccato.

¶Præterea, Origo peccati in nobis, est lex peccati, quæ est in membris nostris: vt patet per Apost. Rom. 7. Sed mitigatio fomitis, qui est lex peccati, non ponitur effectus huius sacramenti, sed magis baptismi. Ergo præseruare à peccatis futuris, non est effectus huius sacramenti.

¶SED CONTRA est quod Dominus dicit Ioan. 6. Hic est panis de cælo descendens, vt si quis ex ipso māducauerit, non moriatur. Quod quidem manifestum est, non intelligi de morte corporali. Ergo intelligitur, quòd hoc sacramentum præseruet à mortè spirituali, * quæ est peccatum.

** Alibi sp. te spirituali.*

CONCLVSIO.

¶ Cùm per Eucharistiæ sacramentum, quo Deo coniungimur, & passio ipsa Christi significatur, intus animo hominis roboretur, & exterius omni damnum depellatur incursus, eo præseruari hominem à futuro criminis certum est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd peccatum est quædam spiritualis mors animæ. Vnde hoc modo præseruatur aliquis à peccato futuro, quo præseruatur corpus à morte futura. Quod quidem fit dupliciter. Vno modo, inquantum natura hominis interius roboratur contra interiora corruptiua: & sic præseruatur à morte per cibum & medicinam. Alio modo per hoc quòd munitur contra exteriores impugnationes, & sic præseruatur per arma, quibus munitur corpus. Vtroque autem modo hoc sacramentum præseruat à peccato. Nā primo quidem per hoc quòd Christo coniungit per gratiā, roborat spiritualem vitam hominis, tanquam spiritualis cibus & spiritualis medicina: secundū illud Psal. Panis cor hominis confirmat. & Aug. dicit super Ioan. Securus accede: panis est, non venenum. Alio modo, inquantum est quoddam signum passionis Christi: per quam victi sunt dæmones, repellit omnem dæmonum impugnationem. Vnde Chrysost. dicit super Ioan. Vt leones flammā spirantes, sic ab illa mensa discedamus terribiles effecti diabolo.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd effectus huius sacramenti recipitur in homine secundum hominis conditionem: sicut contingit de qualiber causa actiua, quòd eius effectus recipitur in materia secundum modum materiæ. Homo autem in statu viæ est huius conditionis, quòd liberum arbitrium eius potest flectere in bonum & malum. Vnde licet hoc sacramentum quantum est de se, habeat virtutem præseruatiuā à peccato: non tamen auferat homini possibilitatem peccandi.

¶Ad secundum dicendum, quòd etiam charitas, quātum est in se, præseruat hominem à peccato secundum illud Rom. 13. Dilectio proximi malum non operatur. Sed ex mutabilitate liberi arbitrii contingit, quòd aliquis post habitum charitatem peccet, sicut & post susceptionem huius sacramenti.

¶Ad tertium dicēdum, quòd licet hoc sacramentum non directè ordinetur ad diminutionem fomitis, diminuit tamen fomitem ex quadam consequentia, inquātum auget charitatem: quia sicut Aug. dicit in lib. 83. Quæstionum, Augmentum charitatis est diminutio cupiditatis. Directè autem confirmat cor hominis in bono: per quod etiam præseruatur homo à peccato.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrùm hoc sacramentum prosit aliis, quàm sumentibus.

sup. q. 78. ar. 3. ad 8. & præsenti q. art. 5. cor. Et 4. di. 12. q. 1. art. 2. q. 2. ad 4. & dist. 45 q. 2. art. 3. q. 1. ad 3. Et 20. 6. lec. 6. fi.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd hoc sacramentum non prosit nisi sumenti. Hoc enim sacramentum est vnius generis cum aliis sacramētis, vtpote aliis condiuisum. Sed alia sacramenta non prosunt nisi sumentibus: sicut effectum baptismi non suscipit nisi baptizatus. Ergo nec hoc sacramentum prodest aliis nisi sumenti.

¶Præterea, Effectus huius sacramenti est adeptio gratiæ & gloriæ, & remissio culpæ ad minus venialis. Si ergo hoc sacramentum haberet effectum in aliis, quàm in sumentibus, posset contingere quòd aliquis adipisceretur & gratiam & gloriam & remissionem culpæ, absq; actione & passione propria, alio sumente vel offerente hoc sacramentum.

¶Præterea, Multiplicata causa, multiplicatur effectus. Si ergo hoc sacramentum prodesset aliis, quàm sumentibus, sequeretur quòd magis prodesset alicui, si multi sumerent hoc sacramētum, multis hostiis in vna missa consecratis. Quod non habet Ecclesiæ consuetudo, vt scilicet multi communicent pro alicuius salute. Non ergo videtur quòd hoc sacramentum prosit nisi sumenti.

¶SED CONTRA est, quòd in celebratione huius sacramenti sit pro multis aliis deprecatio. Quod frustra fieret, nisi hoc sacramentum aliis prodesset. Hoc ergo sacramentum non solùm sumentibus prodest.

CONCLVSIO.

¶ Quanquam Christi fidelibus sumentibus Eucharistiæ sacramentū prosit vt sacrificium & sacramentum, non sumentibus tamen prodesse potest per modum sacrificij tantum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut prius dictum est) hoc sacramedtum non solùm est sacramentum, sed etiam est sacrificium. Inquātum enim in hoc sacramēto repræsentatur passio Christi, qua Christus obtulit se hostiā Deo (vt dicitur Ephes. 5.) habet rationem sacrificij: inquantum verò in hoc sacramento traditur inuisibilis gratia sub visibili specie, habet rationem sacramenti. Sic ergo hoc sacramentū sumentibus quidem prodest & per modum sacramenti, & per modum sacrificij: quia pro omnibus sumentibus offertur. Dicitur enim in canone missæ, Quotquot ex hac altaris participatione, sacrosanctū filij tui corpus & sanguinem sumpserimus, omni benedictione cælesti & gratia repleamur. Sed aliis, qui non sumunt, prodest per modum sacrificij, inquātum pro salute eorum offertur. Vnde & in canone missæ dicitur, Memento, Domine, famulorum famularumq; tuarum, pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt, hoc sacrificium laudis, pro se suisque omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis & incolumitatis suæ. Et vtrunque modum proficiendi Dominus expressit, dicens Matth. 26. & Lucæ 25. Qui pro vobis, scilicet sumentibus, & pro multis, scilicet aliis, effundetur in remissionem peccatorum.

¶AD PRIMVM ergo dicēdum, quòd hoc sacramentum præ aliis habet, quòd est sacrificium. Et ideo non est similis ratio.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut passio Christi prodest quidem omnibus, quantum ad sufficientiam, & ad remissionem culpæ & adeptionem gratiæ & gloriæ: sed effectum non habet nisi in illis, qui passioni Christi cōunguntur per fidem & charitatem: ita & hoc sacrificium quod est memoriale Dominicæ passionis, non habet effectum nisi in illis, qui coniunguntur huic sacramento per fidem & charitatem. Vnde & Aug. dicit ad Renatum, Quis offerat corpus Christi nisi pro his qui sunt mēbra Christi? Vnde & in cano. missæ non oratur pro his, qui sunt extra Ecclesiā: illis tamen prodest plus vel minus secūdum modū deuotionis eorum.

¶Ad tertium dicendum, quòd sumptio pertinet ad rationem sacramenti, sed oblatio pertinet ad rationem sacrificij. Et ideo ex hoc quòd aliquis sumit corpus Christi, vel etiam plures, non accrescit aliis aliquod iuamentum. Similiter etiam ex hoc quòd sacerdos plures hostias consecrat in vna missa, non multiplicatur effectus huius sacramenti: quia non est nisi vnum sacrificium. Nihil enim plus est virtutis in multis hostiis consecratis quàm in vna: cùm sub omnibus & sub vna non sit nisi totus Christus. Vnde nec si aliquis simul in vna missa multas hostias consecratas sumat, participabit maiorem effectum sacramenti. In pluribus verò missis multiplicatur sacrificij oblatio. Et ideo multiplicatur effectus sacrificij & sacramenti.

¶Vtrùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS VIII.

Vtrùm per veniale peccatum impediatur effectus huius sacramenti.

4. dist. 12. dist. 2. arti. 1. q². 3. & art. 2. q. 1. ad 2.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd per veniale peccatum non impediatur effectus huius sacramenti. Dicit enim Aug. super illud Ioan. 6. Patres vestri manducauerunt manna, &c. Panem cælestem spiritualiter manducate, innocentiam ad altare portate, peccata etsi sunt quotidiana, non sunt mortifera. Ex quo patet quòd venialia peccata, quæ quotidiana dicuntur, spiritualem manducationem non impediunt. Sed spiritualiter manducantes, effectum huius sacramenti percipiunt. Ergo peccata venialia non impediunt effectum huius sacramenti.

¶Præterea, Hoc sacramentum non est minoris virtutis, quàm baptismus. Sed effectũ baptismi (sicut supradictum est) impedit sola fictio. Ad quam non pertinent peccata venialia: quia sicut Sap. 1. dicitur, Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. Qui tamẽ per peccata venialia non fugatur. Ergo neq; effectum huius sacramenti impediunt peccata venialia.

¶Præterea, Nihil quod remouetur per actionem alicuius causæ, potest impedire eius effectum. Sed peccata venialia tolluntur per hoc sacramentum. Ergo non impediunt eius effectum.

¶SED CONTRA est quod Damas. dicit in 4. li. Ignis eius, quod in nobis est, desideri; assumens eam quæ ex carbone, id est ex hoc sacramento ignitionem, comburat nostra peccata, & illuminet corda nostra, vt participatiõe diuini ignis igniamur & deificemur. Sed ignis nostri desideri; vel amoris impeditur per peccata venialia, quæ impediunt feruorem charitatis: vt in Secunda parte habitum est. Ergo peccata venialia impediunt effectum huius sacramenti.

CONCLVSIO.

¶Quæcunque venialia præterita crimina effectum sacramenti minimè impediant, actu tamen exercita possunt ex parte effectum illum impedire.

¶RESPONDEO dicendum, quòd peccata venialia dupliciter accipi possunt. Vno modo, prout sunt præterita: alio modo, prout sunt actu exercita. Primo quidem modo peccata venialia nullo modo impediunt effectum huius sacramenti. Potest enim contingere, quòd aliquis post multa peccata venialia commissa, deuotè accedat ad hoc sacramentum, & plenariè huius sacramenti consequatur effectum. Secundo autem modo peccata venialia non ex toto impediunt huius sacramenti effectum, sed in parte. Dictum est enim, quòd effectus huius sacramenti non solùm est adeptio habitualis gratiæ vel charitatis: sed etiam quædam actualis refectio spiritualis dulcedinis. Quæ quidem impeditur, si aliquis accedat ad hoc sacramentum, per peccata venialia mente distractus. Non autem tollitur augmentum habitualis gratiæ vel charitatis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ille, qui cum actu venialis peccati ad hoc sacramentum accedit, habitualiter quidem manducat spiritualiter, sed non actualiter. Et ideo habitualem affectum huius sacramenti percipit, non autem actualem.

¶Ad secundum dicendum, quòd baptismus non ita ordinatur ad actualem effectum, id est feruorem charitatis, sicut hoc sacramentum. Nam baptismus est spiritualis regeneratio, per quam acquiritur prima perfectio, quæ est habitus vel forma. Hoc autem sacramentum est spiritualis manducatio, quæ habet actualem delectationem.

¶Ad tertium dicendum, quòd illa ratio procedit de venialibus præteritis, quæ per hoc sacramentum tolluntur.

QVAESTIO OCTVAGESIMA, DE VSV *seu sumptione huius sacramenti in communi, in duodecim articulos diuisa.*

DEINDE considerãdum est de vsu siue sumptione huius sacramenti. Et primò quidem in communi. Secundò, quomodo Christus est vsus hoc sacramento.

¶Circa primum quæruntur duodecim.

¶Primò, vtrùm sint duo modi manducãdi hoc sacramentum, scilicet sacramentaliter & spiritualiter.

¶Secundò, vtrùm soli homini conueniat manducare spiritualiter hoc sacramentum.

¶Tertiò, vtrùm solius hominis iusti sit mãducare sacramentaliter.

¶Quartò, vtrùm peccator manducans sacramentaliter, peccet.

¶Quintò, de quantitate huius peccati.

¶Sextò, vtrùm peccator accedens ad hoc sacramentum, sit repellendus.

¶Septimò, vtrùm nocturna pollutio impediat hominem à sumptione huius sacramenti.

¶Octauo, vtrùm sit solùm à ieiunis sumendum.

¶Nonò, vtrùm sit exhibendum non habentibus vsum rationis.

¶Decimò, vtrùm sit quotidie sumendum.

¶Vndecimò, vtrùm liceat omnino abstinere.

¶Duodecimò, vtrùm liceat percipere corpus sine sanguine.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm distingui debeant duo modi manducandi corpus Christi.

*Infr. 2. & 3. Ioan. 3. 4. dist. 12. q. 1. ar. 1. q. 1. ar. 1. 4. dist. 8. q. 1. ar. 1. q. 1. 1. Cor. 10. 1. Cor. 11. Ioan. 6. 1. Cor. 10. Ioan. 6. 1. Cor. 10. 1. Cor. 11. 1. Cor. 10. 1. Cor. 11. Ioan. 6. 1. Cor. 10. 1. Cor. 11. 1. Cor. 10. 1. Cor. 11. 1. Cor. 10. 1. Cor. 11

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis octuagesimæ Articulum quartum

Quæstio. *¶ Num cōtritus & non confessus de peccato mortali habita copia confessoris idonei sumens Eucharistiam peccet mortaliter.*

IN quæst.80. artic. 4. dubium occurrit, an contritus nō autem cōfessus de peccatomortali habita copia cōfessoris idonei, sumens Eucharistiā, peccet mortaliter. Et est ratio dubii, quia cōmuniter dicitur habita copia cōfessoris tenetur cōfiteri mortale contrītō ante sumptionē Eucharistiæ: nō tamē cōmuniter asserītur quòd teneatur sub peccato mortali.

¶ Ad huius quæstionis difficultatis aperiēdam, sciendum est, quòd tenetur sub vinculo peccati mortalis, vel nō sic teneri ad confessionē huiusmodi ante Eucharistiam, oportet accipere vel ex iure diuino, vel ex ratione naturali, vel ex iure positiuo. Et ab vltimo inchoando, ius positiuū nullū apparet præcipiens confessionē ante sumptionē Eucharistiæ. Ratio autem ex naturali discursū à doctoribus facta allata ad hoc est, quia distributio Eucharistiæ spectat ad ministros Ecclesiæ: ac per hoc sumpturus Eucharistiā, debet esse mūdus iudicio Ecclesiæ. Quam quidem rationē ipsimet doctores sacri nō tāti faciūt, vt necessariō ipsam cōcludere dicāt: ma dicūt ipsā mihabere locū nō simpliciter & absolutè, sed quādo adest copia cōfessoris. Et reuera ratio ista nō cogit, nec ius statuit. Ergo hoc quoniā facile fuisset præterītō vel iudicio Dominī ipsorū ministrorum: contritus autē mūdus est iudicio Dei, membrūmq; est formatum etiā militantis Ecclesiæ.

¶ Ex diuino verò iure præceptū hoc non apparet, quin potius insinuatur oppositū, dum 1. ad Cor. 11. Apostolus dicit, Probet autē ipse seipsum homo: & sic de pane illo edat. Vbi duo dicit: primō q̄ homo probet seipsum, quod pertinet ad contritionem: & nō dicit quòd proberur à cōfessore. Et quanuis hoc ab autoritate negatiuè parū aut nihil valeat ex secō dicta, tamē dicto affirmatiuo videtur negatio istā fulciri, subiūgitur enim. Et sic de pane illo edat: hoc enim subiūctō mōstrat sufficere ad sūmēdā Eucharistiā quòd homo probet seipsum. Nā si probare seipsum nō sufficeret, Apostolus nō subiūgisset documētū dispositionis hominis cōmunicaturi, quale subiungit dicens, Et sic, id est, probato seipso, de pane illo edat, &c.

Cæterano escribio esta nota a sobre el art. 4. o antes de la cōclusion: sino en el fin de todo el articulo, donde se halla ya reprobada.

Infrà, artic. 7. & 8. cor & ex 4. di. 9. ar. 3 q. 1 & 2 & art. 4 q. 1 ad 1. 2. cor. Et 1. Corint. 11. le. 7 co. 2

¶ Quæritur ad quid sit contritio necessaria.

¶ Quòd contritio non sit necessaria.

¶ Quòd contritio sit necessaria.

Quòd autem contritio sit necessaria, ratio est, quia nullus potest ad gratiam & gloriam peruenire, nisi per contritionem. Sed ad gratiam & gloriam peruenire potest aliquis per Sacramentum Eucharistiæ, quia ipse dicit Ioan. 6. Qui manducat me viuet propter me, & ego resuscitabo eum nouissimo die. Ergo contritio est necessaria ad Sacramentum Eucharistiæ.

¶ Præterea, Sacramentum Eucharistiæ est Sacramentum mortuorum, quia ipse dicit Ioan. 6. Qui manducat me viuet propter me. Sed mortuus non potest viuere, nisi per contritionem. Ergo contritio est necessaria ad Sacramentum Eucharistiæ.

¶ Præterea, Sacramentum Eucharistiæ est Sacramentum nouæ legis. Sed in nouo testamento nullus accedit ad Sacramentum, nisi per contritionem. Ergo contritio est necessaria ad Sacramentum Eucharistiæ.

¶ Præterea, Sacramentum Eucharistiæ est Sacramentum ecclesiasticæ vnitatis. Sed nullus accedit ad vnitatem Ecclesiæ, nisi per contritionem. Ergo contritio est necessaria ad Sacramentum Eucharistiæ.

¶ Præterea, Sacramentum Eucharistiæ est Sacramentum charitatis. Sed nullus accedit ad charitatem, nisi per contritionem. Ergo contritio est necessaria ad Sacramentum Eucharistiæ.

¶ Præterea, Sacramentum Eucharistiæ est Sacramentum spiritualis refectionis. Sed nullus accedit ad refectionem spiritualem, nisi per contritionem. Ergo contritio est necessaria ad Sacramentum Eucharistiæ.

¶ Præterea, Sacramentum Eucharistiæ est Sacramentum spiritualis medicinæ. Sed nullus accedit ad medicinam spiritualem, nisi per contritionem. Ergo contritio est necessaria ad Sacramentum Eucharistiæ.

¶ Præterea, Sacramentum Eucharistiæ est Sacramentum spiritualis vitæ. Sed nullus accedit ad vitam spiritualem, nisi per contritionem. Ergo contritio est necessaria ad Sacramentum Eucharistiæ.

¶ Præterea, Sacramentum Eucharistiæ est Sacramentum spiritualis nutrimenti. Sed nullus accedit ad nutrimentum spirituale, nisi per contritionem. Ergo contritio est necessaria ad Sacramentum Eucharistiæ.

¶ Præterea, Sacramentum Eucharistiæ est Sacramentum spiritualis gaudii. Sed nullus accedit ad gaudium spirituale, nisi per contritionem. Ergo contritio est necessaria ad Sacramentum Eucharistiæ.

¶ Præterea, Sacramentum Eucharistiæ est Sacramentum spiritualis pacis. Sed nullus accedit ad pacem spiritualem, nisi per contritionem. Ergo contritio est necessaria ad Sacramentum Eucharistiæ.

¶ Præterea, Sacramentum Eucharistiæ est Sacramentum spiritualis lætitiæ. Sed nullus accedit ad lætitiam spiritualem, nisi per contritionem. Ergo contritio est necessaria ad Sacramentum Eucharistiæ.

¶ Præterea, Sacramentum Eucharistiæ est Sacramentum spiritualis consolationis. Sed nullus accedit ad consolationem spiritual

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ super Quæstionis octuagesimæ Articulum sextum.

Arnot. INaduerte Duran. in lib. 4. dist. 9. ar. vlt. limitare illud Autoris hic, scilicet Occultis peccatoris potestibus nō posse sacra cōmunio denegari. distinguendum de sacerdote curato seu eius vicario seu curam gerēte: & similiter de tempore generalis cōmunionis aut infirmitatis vel tempore alio putāt, q̄ non gerentē curā animarum debent negare cōmunionē: ex eo quòd nō tenetur illi cōmunicare etiā cum licentia curati: curatum autē extra tempus generalis cōmunionis petitus orē, siue scandalo tamē, negare cōmunionē debere. Mihi autē videtur, q̄ licet causa sit distinctio Duran. vt petēs cōmunionem non exequatur sacrilegiū quod intēdit, tolerabilem tamen nullū video negādi occulto peccatori publicē se cōmunioni ingerēti, siue sit sacerdos curat⁹, siue nō, modò sit paratus in altari cōmunicās quoscunq. Et ratio est: quia Christi actio, nostra est instructio. cōstat autē quòd Dominus nō tenebatur de ad cōmunicandum Apostolos: & de facili modicū super sedendo potuisset sine scandalo euitare fudā, instituēdo sacramentū post datā intinctā buccellā, qua sumpta exiuit foras. Et confirmatur: quia Iudas nō petiit cōmunionē, & tamen Dominus apostolicū chorum cōmunicās, ipsum cum cæteris inuitauit dicēs, Comedite, seu bibite ex hoc omnes.

¶ Quocirca Duran. distinctio locum habere videtur, quādo ad patrem coram aliis, tamē poteret aliquis vt faceret dos vellet celebrare, & ipsum communicare: tum enim qui nō tenetur cōmunicare illum occultū peccatorē, debet, si fine scandalo potest, sub vngare ministerio. Dico autē fine scandalo quia si negatio indanum vergeret famæ ipsius petentis, pur esset ratio in hoc casu, & in casu quo staret paratus ad cōmunicādum: posset enim ne actus negationis fieri, detraheret famæ proximi, cōicare ipsum relinquendo ipsi peccatori cura sui met.

¶ Item eodem art. cautē nora in nullo casu dandum, aut accipiēdā esse hostiam non consecratam quasi loco cōmunionis. Dico autē hoc quia etiam scimus tam cōmunicante quàm accipiente hostiā, nō esse cōsecratā: prop̄ er præsentem qui indignē adorant vel adorare possunt quālibet hostiam quā deferri vel dari cōspiciunt, illicitū est: & nullus esset omnino

Alibi q. 81. art. 2. cor. & ad 2. & 4. d. 9. ar. 5. q. 2. perto & 9 2 cor. Et quol. 5. ar. 12.

aliis cibis, quod maximè facit ille, qui non credit Christum esse sub hoc sacramento.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ille qui proiiceret hoc sacramentum in lutum, multò grauius peccaret, quàm ille qui cum conscientia peccati mortalis ad hoc sacramentū accedit. Primò quidem, quia ille hoc faceret ex intentione iniuriam faciendi huic sacramento, quòd non intendit peccator indignè corpus Christi accipiens. Secundò, quia homo peccator est capax gratiæ, vnde etiam magis est aptus ad suscipiendum hoc sacramentum, quam quæcunque alia irrationabilis creatura. Vnde maximè inordinatè vereretur hoc sacramento, qui proiiceret ipsum canibus ad manducandum, vel qui proiiceret in lutum conculcandum.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrum sacerdos debeat denegare corpus Christi peccatori petenti.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quod sacerdos debeat denegare corpus Christi peccatori petenti. Non enim est faciendum contra Christi præceptum, propter vitandum scandalum vel infamiam alicuius. Sed Dominus præcepit Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus. Maximè autem datur sanctum canibus, cùm hoc sacramētū peccatoribus exhibetur. Ergo neq; propter vitandū scandalū, neq; propter vitandā infamiam alicuius, debet hoc sacramentū peccatori petenti dari.

¶ Præterea, De duobus malis minus est eligendum. Sed minus malū esse videtur, si peccator infametur, vel etiā si ei hostia non consecrata detur, quàm si sumens Corpus Christi, mortaliter peccet. Videtur ergo hoc potius esse eligendum, quòd vel infametur peccator petens corpus Christi, vel etiam quòd detur ei hostia non consecrata.

¶ Præterea, Corpus Christi interdum datur suspectis de crimine, ad eorum manifestationem: legitur enim in Decr. 2. q. 4. Sæpe cōtingit, vt in monasteriis monachorū, furta perpetrentur: idcirco statuimus, vt quando ipsi fratres de talibus expurgare se debent, missa ab Abbate celebretur, vel ab aliquo ex præsentibus fratribus, & sic expleta missa, omnes communicentur in hæc verba, Corpus Christi sit tibi hodie ad probationem & infra, Si episcopo aut presbytero aliquod maleficium fuerit imputatum, * pro singulis missam celebrare debet & communicare. & de singulis sibi imputatis, innocentem se ostendere. Sed peccatores occultos non oportet manifestari: quia si frontem verecundię abiecerint, liberius peccabunt: vt Aug. dicit in lib. de verbis Domini. Ergo peccatoribus occultis non est corpus Christi dandum: etiam si petant.

¶ SED CONTRA est quod super illud Psal. Manducauerūt, & adorauerūt omnes pingues terræ. dicit Aug. Non prohibebat dispensator pingues terræ, id est, peccatores, mensam Domini manducare.

CONCLVSIO.

¶ Manifesti ac publicis peccatoribus etiā petentibus est sacra deneganda cōmunio, non autem occultis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd circa peccatores distinguendum est. Quidam enim sunt occulti, quidam verò manifesti, scilicet per euidentiam factiisicut publici vsurarij, aut publici raptores: vel etiā per aliquod iudicium ecclesiasticum vel seculare. Manifestis ergo peccatoribus non debet etiam pe-

tentibus sacra communio dari. Vnde Cypr. scribit ad quendam, Pro dilectione tua consulēdum me existimasti, quid mihi videatur, de histrionibus, & mago illo, qui apud vos cōstitutus adhuc in artis suę dedecore perseuerat, an talibus sacra cōmunio cum cæteris Christianis debeat dari, puto nec maiestati diuinæ, nec Euangelicæ disciplinæ cōgruere, vt pudor & honor Ecclesię tam turpi & infami contagione foedetur. Si verò non sunt manifesti peccatores, sed occulti: non potest eis peterētibus sacra cōmunio denegari. Cùm enim quilibet Christianus ex hoc ipso quòd est baptizatus, sit admissus ad Dominicā mensam, non potest ei ius suum tolli, nisi pro aliqua causa manifesta. Vnde super illud Primæ Cor. 5. Si is qui frater nominatur inter vos, &c. dicit glos. Aug. Nos à cōmunione quenquā prohibere non possumus, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo iudicio, ecclesiastico vel seculari nominatum atq; conuictum. Potest tamen sacerdos, qui est cōscius criminis, occultè monere peccatorem occultū, vel etiā in publico generaliter omnes, ne ad mēsam Domini accedant, antequā de peccatis pœniteant, & Ecclesiæ reconcilientur. Nam post pœnitentiam & reconciliationem, etiam publicis peccatoribus non est cōmunio deneganda, præcipuè in articulo mortis. Vnde in concilio Carthaginensi legitur, Scenicis atq; histrionibus, cæterisq. huiusmodi personis vel apostatis conuersis ad Deum, reconciliatio non negetur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sancta prohibentur dari canibus, id est, peccatoribus manifestis. Sed occulta non possunt publicè puniri, sed sunt diuino iudicio reseruanda.

¶ Ad secundum dicendum, quòd licet peius sit peccatori occulto peccare mortaliter, sumendo corpus Christi, quam infamari: tamē sacerdoti ministranti corpus Christi, peius est peccare mortaliter, infamādo iniustè peccatorē occultum, quàm quòd ille mortaliter peccet, quia nullus debet peccatum mortale committere, vt alium liberet à peccato. Vnde Augustin. dicit in lib. Quæst. super Genes. ad literam, Ipsa phantasia, quæ fit in cogitatione fermocinantis, cùm expressa fuerit in visione somniantis, vt inter illam & veram coniunctionem corporum non discernatur, continuò mouetur caro, & sequitur quòd eum motum sequi solet, cum hoc tamen sine peccato fiat, quam sine peccato à vigilantibus dicitur: quod vt diceretur, procul dubio cogitatum est. Ergo nocturna pollutio non impedit hominem ab eius sacramenti sumptione.

¶ Præterea, Greg. dicit in Epistola ad Aug. episcopum Anglorum, Si quis sua coniuge non cupidine voluptatis raptus, sed tantùm creandorum liberorum gratia vtitur, ille profectò sine de ingressu Ecclesiæ, siue de sumendo corporis Dominici mysterio, suo est iudicio relinquendus: quia prohiberi à nobis non debet accipere, qui in igne positus, nescit ardere. Ex quo patet quòd carnalis pollutio etiam vigilantis, si sit sine peccato, non prohibet hominem à sumptione corporis Christi. Multò igitur minus prohibet nocturna pollutio dormientis.

¶ Præterea, Nocturna pollutio videtur solam immunditiam corporalem habere. Sed aliæ immunditiæ corporales, quæ secundum legem impediebant ab ingressu Sanctorum, in noua lege nō impediunt à sumptione huius sacramenti: sicut de muliere parente, vel menstruata, vel fluxum sanguinis patiente, scribit beatus Gregorius Augustino Anglorum episcopo. Ergo videtur quòd neque etiam nocturna pollutio impediat hominem à sumptione huius sacramenti.

¶ Præterea, Peccatum veniale non impedit hominem à sumptione huius sacramenti, sed nec etiam peccatum mortale post pœnitentiam. Sed dato quòd nocturna pollutio prouenerit ex aliquo peccato præcedenti (siue crapulæ, siue turpium cogitationum) plerunque tale peccatum est veniale: & si aliquando sit mortale, potest contingere quòd de mane pœniteat, & peccatum suum confiteatur. Ergo videtur quòd non debeat impediri à sumptione huius sacramenti.

¶ Præterea, Grauius peccatum est homicidij, quàm fornicationis. Sed si aliquis de nocte somniet se homicidium perpetrare, aut furtum aut quodcunque aliud peccatum, non propter hoc impeditur à sumptione corporis Christi. Ergo videtur quòd multò minus fornicatio somniata cum pollutione subsequente, impediat à sumptione huius sacramenti.

¶ SED CONTRA est quod Leuit. 15. dicitur, Vir, de quo egredietur semen coitus, immundus erit vsque ad vesperum. Sed immundis non patet aditus ad sacramēta. Ergo videtur quòd propter pollutionem nocturnam aliquis impediatur à sumptione huius sacramenti, quod est maximum sacramentum.

CONCLVSIO.

¶ Quanquam nocturna pollutio, quam nullum mortale crimen præcessit, vel causauit, non impediat à sacramenti perceptione: deceret tamen sic indispositum abstinere.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd circa pollutionem nocturnam duo possunt considerari. Vnum quidem, ratione cuius ex necessitate impedit hominem à sumptione huius sacramenti. Aliud autem, ratione cuius non ex necessitate impedit hominem, sed ex quadam congruentia. Ex necessitate quidem impedit hominem ab huius sacramenti perceptione solum peccatum mortale. Et quamuis nocturna ipsa pollutio secundum se considerata, peccatum mortale esse non possit: nihilominus tamen ratione suæ causæ quandoque habet peccatum mortale annexum. Et ideo considerandā est causa pollutionis nocturnæ. Quandoque enim prouenit à causa extrinseca spirituali, scilicet ex dæmonum illusione: qui sicut in Prima parte habitum est, phantasmata commouere possunt, ex quorum apparitione pollutio interdum subsequitur. Quandoque verò prouenit pollutio ex causa intrinseca spirituali, scilicet ex præcedentibus cogitationibus. Aliquando autem ex causa intrinseca corporali, vel ex superfluitate siue debilitate naturæ, siue etiam ex superfluitate cibi vel potus. Quælibet autem harum trium causarum potest & sine peccato & cum peccato veniali vel mortali existere. Et si quidem sit sine peccato vel cum peccato veniali, non ex necessitate impedit sumptionem huius sacramēti: ita scilicet quòd homo sumendo sit reus corporis & sanguinis Domini. Si verò sit cum peccato mortali, impedit ex necessitate. Illusio enim dæmonum quandoque prouenit ex præcedenti negligentia præparationis ad deuotionem, quæ potest esse & mortale & veniale peccatum. Quandoque verò prouenit ex sola nequitia dæmonum, volentium impedire hominē à sumptione huius sacramenti. Vnde legitur in collationibus patrum, quòd cùm quidam frater pateretur pollutionem semper in festis, in quibus erat communicādum: seniores comperto, quòd nulla causa ab ipso præcesserat, decreuerūt quòd propter hoc à communione non cessaret. & ita cessauit illusio dæmonum. Similiter etiam præcedentes cogitationes lasciuiæ, quandoque possunt esse omnino sine peccato: puta cùm aliquis causa lectionis vel disputationis cogitur de talibus cogitare. Et si hoc sit sine concupiscentia & delectatione, non erunt cogitationes immundæ, sed honestæ. ex quibus tamen pollutio sequi potest: sicut patet ex autoritate Aug. supra inducta. Quandoq; verò præcedentes cogitationes sunt ex concupiscentia & delectatione. & si assit consensus, erit peccatum mortale: si autem desit, erit veniale. Similiter etiam & causa corporalis quandoque est sine peccato: puta cùm est ex infirmitate naturæ. vnde & quidam eriam in vigilando absq; peccato fluxum seminis patiuntur. Vel etiam si sit ex superfluitate naturæ: sicut enim contingit sanguinem fluere absq; peccato, ita & semen quod est superfluitas sanguinis. Secundum Philosophum. Quandoque verò est cum peccato: puta cùm prouenit ex superfluitate cibi vel potus. & hoc etiam potest esse peccatum veniale vel mortale. Licet frequentius peccatum mortale accidat circa turpes cogitationes propter facilitatem consensus, quàm circa sumptionem cibi & potus. Vnde & Greg. scribens Aug. Anglorum episcopo dicit, cessandum esse à cōmunione, quando ex turpibus cogitationibus prouenit: non autem quando prouenit ex superfluitate cibi vel potus, præsertim si necessitas assit. Sic igitur ex causa pollutionis considerari potest, vtrum nocturna pollutio impediat ex necessitate sumptionem huius sacramēti. Ex quadam verò congruentia impedit quantum ad duo, quorum vnum semper accidit, scilicet quædam fœditas corporalis, cum qua propter reuerentiam sacramenti, non decet ad altare accedere (vnde & volentes tangere aliquid sacrū, manus lauant) nisi fortè talis immunditia sit perpetua vel diuturna: sicut est lepra, vel fluxus sanguinis, vel aliquid huiusmodi. Aliud autem est euagatio mentis, quæ sequitur pollutionem nocturnam, præcipuè quando cum turpi imaginatione contingit. Hoc tamen impedimentū, quod ex congruita te prouenit, postponi debet propter aliquam necessitatem, puta vt Grego. dicit, cùm forte sit aut festus dies exigit, aut exhibere ministerij pro eo quòd sacerdos alius deest, ipsa necessitas cōpellit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ex necessitate quidem non impeditur homo à sumptione huius sacramenti, nisi propter peccatum mortale, sed ex quadam conuenientia potest homo impediri propter alias causas: sicut dictum est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd coitus coniugalis si sit sine peccato (puta si fiat causa prolis generandæ, vel causa reddendi debitum) non alia ratione impedit sumptionem huius sacramenti, nisi sicut dictum est de pollutione nocturna, quæ accidit sine peccato, scilicet propter immunditiam corporalem & mētis distractionē. Ratione cuius Hier. dicit super Matth. Si panes propositionis ab his qui vxores tetigerant, comedi non poterant, quantò magis panis, qui de cælo descendit, non potest ab his, qui coniugalibus paulò ante vacauere amplexibus, violari atque contingi? non quòd nuptias condemnemus: sed quòd eo tempore, quo carnes agni manducaturi sumus, vacare carnalibus operibus non debemus. Sed quia hoc secundum congruitatem, & non secundum necessitatē est intelligendum, Greg. dicit, quòd talis est suo iudicio relinquendus. Si verò non amor procreandæ sobolis, sed voluptas dominatur in opere (vt ibidem Gregor. subdit) tunc prohiberi debet, ne accedat ad hoc sacramentum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut Grego. dicit in Epistola supradicta ad Augustī. Anglorum episcopum, in veteri Testamento aliqui polluti dicebantur figuraliter, quod populus nouæ legis spiritualiter intelligit. Vnde huiusmodi corporales immunditiæ, si sint perpetuæ vel diuturnæ, non impediunt sumptionem huius sacramenti salutaris, sicut impediebant accessum ad sacramenta figuralia. Si verò citò transeant (sicut immunditia pollutionis nocturnæ) ex quadam congruentia impediunt sumptionem huius sacramenti, per illum diem, quo hoc accidit. Vnde & Deuter. 23. dicitur, Si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra castra, & non reuertetur priusquam ad vesperam lauetur aqua.

¶ Ad quartum dicendum, quòd licet per contritionem & confessionem auferatur reatus culpæ: non tamē auferatur corporalis immunditia, & distractio mentis ex pollutione consecuta.

¶ Ad quintum dicendum, quòd somnium homicidij non inducit corporalem immunditiam, nec etiam tantam distractionem mentis, sicut fornicatio somniata propter delectationis intentionem. Si tamen somnium homicidij proueniat ex causa, quæ est peccatū, præsertim mortale, impedit à sumptione huius sacramenti, ratione suæ causæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Vtrùm cibus vel potus præassumptus impediat sumptionem huius sacramenti.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd cibus vel potus præassumptus non impediat sumptionem huius sacramenti. Hoc enim sacramentum est à Domino instítutum in cœna. Sed Dominus postquam cœnauit, hoc sacramentum discipulis suis tradidit: sicut patet Luc. 22. & primo Cor. 11. Ergo videtur quòd etiã post alios cibos assumptos nos debeamus sumere hoc sacramentum.

¶Præterea, Primæ Cor. 11. dicitur, Cùm conuenitis ad manducandum, scilicet corpus Domini, inuicem expectate: si quis autem esurit, domi manducet. Et ita videtur quòd postquam aliquis domi manducauerit possit in Ecclesia corpus Christi manducare.

¶ Præterea, In concilio Chartaginensi legitur, & habetur de consecr. dist. 1. Sacramenta altaris non nisi à ieiunis hominibus celebrentur, excepto vno die anniuersário, quo cœna Domini celebratur. Ergo saltem illa die aliquis potest corpus Christi post alios cibos sumere.

¶Præterea, Sumptio aquæ vel medicinæ vel alterius cibi vel potus in minima quantitate, vel reliquiarum cibi in ore manentium, neque ieiunium Ecclesiæ soluit, neque sobrietatem tollit, quæ exigitur ad hoc quòd aliquis reuerenter sumat hoc sacramentum. Ergo per prædicta nõ impeditur aliquis à sumptione huius sacramenti.

¶Præterea, Quidam de nocte profunda comedunt aut bibunt, & fortè totam noctem insomnem ducentes, de mane percipiunt sacra mysteria nondum plenè digesti. Minus autem impediretur sobrietas hominis, si in mane parum comederet, & postea circa nonam sumeret hoc sacramentum: cùm etiã sit quandoque maior distantia temporis. Ergo videtur quòd talis cibi præsumptio non impediat hominem ab hoc sacramento.

¶Præterea, Non minor reuerentia debetur huic sacramento iam sumpto, quàm ante sumptionem. Sed sumpto sacramento licet cibum aut potum sumere. Ergo & ante sumptionem.

¶SED CONTRA est, quòd Aug. dicit in lib. respõsionum ad Ianuarium, Placuit Spiritui Sancto, vt in honorem tanti sacramenti, prius in os Christiani corpus Dominicum intraret, quàm cæteri cibi.

CONCLVSIO.

¶ solum mortale crimen impedit secundum se huius sumptionem sacramenti, cibus verò vel potus præassumptus non nisi ex rationabili Ecclesiæ statuto.

¶RESPONDEO dicendum, quòd aliquid impedit sumptionem huius sacramenti dupliciter. Vno modo secundum se: sicut peccatum mortale, quod habet repugnantiam ad significatum huius sacramenti, vt suprà dictũ est. Alio modo propter prohibitionem Ecclesiæ. Et sic impeditur aliquis à sumptione huius sacramenti post cibum & potum assumptum, triplici ratione. Primò quidem, sicut Aug. dicit in honorem huius sacramenti: vt scilicet in os hominis intret nondum aliquo cibo vel potu infectum.

Secundò, propter significationem, vt scilicet detur intelligi, quòd Christus (qui est res huius sacramenti) & charitas eius, debet primò fundari in cordibus nostris: secundum illud Matthæ. 6. Quærite primum regnum Dei. Tertiò, propter periculum vomitus & ebrietatis, quæ quandoque contingunt ex hoc quòd homines inordinatè cibis vtuntur: sicut & Apostolus dicit primæ Cor. 11. Alius quidem esurit, alius autem ebrius est. Ab hac tamen generali regula excipiuntur infirmi: qui statim communicandi sunt etiam post cibum, si de eorum periculo dubitatur, ne sine communione decedant: quia necessitas legem non habet. Vnde dicitur de consecra. dist. 1. Presbyter infirmum statim communicet, ne sine communione moriatur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Augustinus in eodem lib. dicit, Neq; quia post cibos Dominus dedit, propterea pransi aut cœnati fratres ad hoc sacramentum accipiendum conuenire debent, aut mensis suis miscere: sicut faciebant quos Apostolus arguit & emendat. Nanque Saluator, vt vehementius commendaret mysterij illius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus & memoriæ discipulorum. Et ideo non præcepit, quòd deinceps tali ordine sumeretur, vt Apostolis, per quos Ecclesias dispositurus erat, seruaret hunc * locum.

¶Ad secundum dicendum, quòd illud verbum in glos. sic exponitur, Si quis esurit, & impatiens non vult expectare alios, manducet domi cibos suos, id est, pane terreno pascatur, nec post Eucharistiam sumat.

¶Ad tertium dicendum, quòd capitulum illud loquitur secundum consuetudinem aliquando apud aliquos obseruatam, vt in repræsentationem Dominicæ cœnæ illo die à non ieiunis corpus Christi sumeretur. Sed nunc hoc abrogatum est. nam sicut Augu. in lib. prædicto dicit: Per vniuersum orbem mos iste seruatur: vt scilicet corpus Christi à ieiunis sumatur.

¶Ad quartum dicendum, quòd (sicut in Secunda parte habitum est) duplex est ieiunium. Primum est ieiunium naturæ: quod importat priuationem cuiuscunque præassumpti per modum cibi vel potus, & tale ieiunium requiritur ad hoc sacramẽtum propter prædicta. Et ideo neque post assumptionem aquę, vel alterius cibi aut potus, vel etiam medicinæ, in quantuncunque parua quantitate, licet hoc sacramentum accipere. Nec refert vtrum aliquid huiusmodi nutriat vel non nutriat, aut per se, aut cum aliis, dummodo sumatur per modum cibi vel potus. Reliquiæ tamen cibi remanentes in ore, si casualiter transglutiantur, non impediunt sumptionem huius sacramenti: quia non traiiciuntur per modum cibi sed per modum saliuæ. Et eadem ratio est de reliquiis aquæ vel vini, quibus os abluitur: dummodo non traiiciantur in magna quantitate, sed permixtæ saliuæ, quod vitari non potest. Aliud autem est ieiunium Ecclesiæ: quod instituitur ad carnis macerationem. Et tale ieiunium per prædicta non impeditur, quia prædicta non multum nutriunt, sed magis ad alterandum sumuntur.

¶Ad quintum dicendum, quòd cùm dicitur, quòd hoc sacramentum prius, quàm alij cibi, debet in os Christiani intrare, non est intelligẽdum absolutè respectu totius temporis: alioquin qui semel comedisset vel bibisset, nunquam posset postea hoc sacramentum accipere, sed est intelligendum quantum ad eundem diem. Et licet principium diei secundum diuersos diuersimodè sumatur: nam quidam à meridie, quidam ab occasu, quidã à media nocte, quidam ab ortu solis, diem incipiunt: ecclesia tamen * Romana diem à media nocte incipit. Et ideo si post mediam noctem aliquis sumpserit aliquid per modum cibi vel potus, non potest eadem die hoc sumere sacramentum: potest verò, si ante mediã noctem, Nec refert vtrum post cibum vel potum assumptum dormierit, aut etiam digestus sit, quantum ad rationẽ præcepti: refert autem quantum ad perturbationem mentis, quam patiuntur homines propter insomneitatem vel indigestionem. Ex quibus si mens multum perturbetur, homo redditur ineptus ad sumptionẽ huius sacramenti.

¶Ad sextum dicendum, quòd maxima deuotio requiritur in ipsa sumptione huius sacramenti: quia tunc percipitur sacramenti effectus, quæ quidem deuotio magis impeditur per præcedẽtia, quam per sequentia: & ideo magis est institutum quòd homines ieiunẽ ante sumptionem huius sacramenti, quàm post. Debet tamen esse aliqua mora inter sumptionem huius sacramenti & reliquos cibos. Vnde & in missa, oratio gratiarum actiones post communionem dicitur, & communicantes etiam suas priuatas orationes dicunt. Secundum tamen antiquos canones statutum fuit à papa Clemente (vt habetur de consecr. dist. 2.) Si mane Dominica potio editur, vsque ad sextam ieiunent ministri, qui eam consumpserunt: & si 3. vel 4. hora acceperint, ieiunent vsque ad vesperum. Antiquitus enim rarius missarum solennia celebrabantur, & cum maiori præparatione: nunc autem, quia oportet frequentius sacra mysteria celebrare, non possent de facili obseruari, & ideo per contrariam consuetudinem est abrogatum.

ARTICVLVS IX.

¶ Vtrùm non habentes vsum rationis, debeant suscipere hoc sacramentum.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd non habentes vsum rationis, non debeant hoc sacramentum suscipere. Requiritur enim quòd aliquis ad hoc sacramentum cum deuotione, & præcedente sui examinatione accedat: secundum illud primæ Cor. 11. Probet seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Sed hoc non potest esse

Aimon. Infrà artic. 3. cor. Et 2. 2. q. 83. art. 6. ad 3. Et 4. dist. 4. q. 1. art. 4. q. 1. & 2. Et 1. Cor. 11. lec. 4. & 6. 4.

¶ super Quæstionis octuagesimæ Articulum nonum.

IN arti. 9. in responsione ad vltimum, adducitur circa comunionem puerorũ & puellarum, quũ ad annos discretionis perueniant, verba Aug. vtriusq; sexus. Ex quibus videtur quòd initio discretionis debeãt à parentibus & confessore fieri. A parẽtibus quidẽ: quoniã continua conuersatione experiuntur an filius seu filia discernere sciat panem spiritualẽ à materiali, & cum deuotione præparare se ad sacramentũ. A confessore verò: quoniã in ipsa confessione potest aduertere quantum discretionis aut deuotionis possit inesse.

¶Et videtur nimia cautela adhiberi à parentibus non exponentibus puellas decem annorũ ad communionẽ dicunt enim q; sunt nimis paruæ: quum tamẽ sufficiẽtem habeãt & discretionem & deuotionem. Et licet ipsi pueri ac puellæ videantur excusari, retrahentibus parentibus & confessore non præcipientes: quoniam disciplina ætatis illius exigit, vt maioribus suis plusquã sibiipsis & credant & pareant: parentes tamẽ nõ excusantur.

Aimon.

¶ super Quæstionis octuagesimæ Articulum decimum.

IN arti. 10. circa quotidianam celebrationem, nota Aug. verbum, Sic viue vt quotidie mereatis accipere: quoniam per sic viuere intelligendum est, spiritualem vitã sic ducere, vt quotidianã cõmunionẽ lempr augeatur: alioquin non sic viuitur, vt quotidie mereamur accipere. Nam qui quotidie meretur accipere, debet quotidie sic esse dispositus, vt fructum Eucharistiæ percipiat: fructus autẽ spiritualis huius cibi est nõ solũm actualis delectio spiritus, sed augmentum gratiæ: quoniam per totũ tempus præsentis vitæ sumus in statu augmenti. Propter quod crebro aut quotidie celebrantes discutiant in seipsis fructũ præteritę celebrationis: & secundum profectum vel defectũ, quẽ experiuntur in se, proficiantur, vel à prosequẽdo desistãt: qui enim multũ celebrationibus præstitit ad actus virtutum non; melius se habet, quàm prius, passionibus; nõ minus subiiciuntur, quàm prius, pauci aut nihil celebrãdo profecit. Dico autem pauci: quã forsẽ quo ad aliquã actualẽ deuotionẽ profecit. Dixi quoque post multas celebrationes: quoniã non audeo asserere, in qualibet celebratione oportere celebrãtem esse dispositũ sic, vt per quãlibet celebrationẽ augeatur habitus gratiæ. Dicen enim fortè quispiam quòd etiam puer in statu augmenti, nõ ex quolibet sumpto cibo figillatim augetur quãtũ hoc non multũ vrgere videatur: quia augmentum corporale à virtute naturali determinata ad naturalem dispositionẽ augmentum tam autem charitatis à diuina sit virtute, quandoque anima ad hoc sufficienter præparauerit.

¶Præterea, Inter alios qui carent vsu rationis, sunt etiam arreptitij, qui energumini dicuntur. Sed tales etiam ab inspectione huius sacramenti arcentur: secundum Diony. in lib. Cælest. hierar. Ergo carentibus vsu rationis hoc sacramentum dari non debet.

¶Præterea, Inter alios carentes vsu rationis, maximè pueri videntur esse innocentes. Sed pueris hoc sacramentum non exhibetur. Ergo multò minus aliis carentibus vsu rationis.

¶SED CONTRA est quod legitur in concilio Aurasico (& habetur in Decre. 26. q. 6. c. qui recedunt.) Amentibus quęcunque pietatis sunt, conferenda sunt. Et ita est eis conferendum hoc sacramentum: quod est sacramentum pietatis.

CONCLVSIO.

¶ Non quicunque vsu rationis carentes arcendi sunt à sumptione Eucharistiæ, sed hi, qui nunquã habuerunt vsum rationis: hi verò qui in principio habuerunt rationis vsum, & postea caruerunt, in articulo mortis exhiberi potest sacramentum, nisi forte vomitus vel expuitionis periculum timeatur.

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd aliqui dicuntur non habere vsum rationis dupliciter. Vno modo, quia habent debilem vsum rationis, sicut, dicitur non videns, qui male videt. Et quia tales possunt aliquam deuotionem huius sacramenti concipere, non est eis hoc sacramentum denegandum. Alio modo dicuntur aliqui non habere totaliter vsum rationis. Aut igitur nunquam habuerunt vsum rationis: sed sic à natiuitate permanserunt. Et sic talibus non est hoc sacramentum exhibendum: quia in eis nullo modo præcessit huius sacramenti deuotio. Aut non semper caruerunt vsu rationis: & tunc si prius, quando erant compotes suæ mentis apparuit in eis deuotio huius sacramenti, debet eis in articulo mortis hoc sacramentum exhiberi: nisi fortè timeatur periculum vomitus vel expuitionis. Vnde in concilio Carthaginensi legitur (& habetur in Decret. 26. q. 6. c.) Is qui infirmitate pœnitentiam petit, si casu, dum ad eum sacerdos inuitatus venit, oppressus infirmitate obmutuerit, vel in phrenesim conuersus fuerit, dent testimonium qui cum audierunt, & accipiat pœnitentiam, & si continuò creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, & infundatur ori eius Eucharistia.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd carentes vsu rationis possunt deuotionem ad sacramentum habere, quantum ad aliquos quidem præsentem, quantum ad alios autem præteritam.

¶Ad secundum dicendum, quòd Dion. loquitur ibi de energumenis nondum baptizatis: in quibus scilicet nondum est vis dæmonis extincta: quæ viget in eis per originale peccatum. Sed de baptizatis, qui corporaliter ab immundis spiritibus vexantur, est eadem ratio, & de aliis amentibus. Vnde Cassianus dicit, Eis qui ab immundis vexantur spiritibus, communionem sacrosanctam à senioribus nostris nunquam meminimus interdictam.

¶Ad tertium dicendum, quòd eadem ratio est de pueris recenter natis, & de amentibus qui nunquam habuerunt vsum rationis, vnde talibus non sunt sacra mysteria danda. Quamuis quidam Græci contrarium faciant, propter hoc quòd Diony. 2. Cælest. hierar. dicit, baptizaris esse sacram communionem dandam: non intelligentes quòd Diony. ibi loquitur de baptismo adultorum. Nec tamen per hoc aliquod detrimentum vitæ patiuntur, propter hoc quòd Dominus dicit Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis: quia sicut Augustinus scribit Bonifacio: Tunc vnusquisque fidelium, corporis & sanguinis Domini particeps fit, scilicet spiritualiter, quando in baptismate membrum corporis Christi efficitur. Sed quando iam pueri incipiunt aliqualem vsum rationis habere, vt possint deuotionem concipere huius sacramenti, tunc potest eis hoc sacramentum conferri.

ARTICVLVS X.

¶ Vtrùm liceat quotidie hoc sacramentum suscipere.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quòd non liceat quotidie hoc sacramentum suscipere. Sicut enim baptismus repræsentat Dominicam passionem, sed semel tantùm: quia Christus semel tantùm pro peccatis nostris mortuus est: vt dicitur primæ Petr. 3. Ergo videtur quòd non liceat hoc sacramentum quotidie suscipere.

¶Præterea, Veritas debet respondere figuræ. Sed agnus Paschalis, qui fuit figura præcipua huius sacramenti (vt suprà dictum est) nõ manducabatur nisi semel in anno. Semel etiam in anno Ecclesia celebrat Christi passionem, cuius hoc sacramentum est memoriale. Ergo videtur quòd non liceat quotidie sumere hoc sacramentum, sed solùm semel in anno.

¶Præterea, Huic sacramento, in quo totus Christus continetur, maxima reuerentia debetur. Ad reuerẽtiam autem pertinet, quòd aliquis ab hoc sacramento abstineat. vnde & laudatur Centurio, qui dixit Matth. 8. Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, & Petrus, qui dixit Luc. 5. Exi à me Domine, quia homo peccator ego sum. Ergo non est laudabile, quòd homo quotidie hoc sacramentum suscipiat.

¶Præterea, Si esset laudabile, frequenter hoc sacramentum accipere, quantò frequentius sumeretur, tantò esset laudabilius. Sed maior esset frequentia, si homo pluries in die sumeret hoc sacramentum. Ergo esset laudabile, quòd homo pluries in die communicaret. Quod tamen non habet Ecclesiæ cõsuetudo. Non ergo videtur esse laudabile quòd aliquis quotidie hoc sacramentum accipiat.

¶Præterea, Ecclesia intendit suis statutis fidelium vtilitati prouidere. Sed ex statuto Ecclesiæ fideles tenentur solùm semel communicare in anno: vnde dicitur extrà de pœnit. & remiss. Omnis vtriusque sexus fidelis suscipiat reuerenter, ad minus in Pascha Eucharistiæ sacramentum, nisi fortè de proprij sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam, ad tempus eius perceptione duxerit abstinendum. Non ergo est laudabile, quòd quotidie hoc sacramentum sumatur.

¶SED CONTRA est, quòd Augusti. dicit in libr. de verbis Domini: Iste panis quotidianus est, accipe quotidie, vt quotidie tibi prosit.

CONCLVSIO.

¶ Non expedit hominibus quotidie ad sanctum sacramentum accedere, sed quandocunque ad illud se homo inuenerit præparatum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa vsum huius sacramenti duo possunt considerari. Vnum quidem ex parte ipsius sacramenti: cuius virtus est hominibus salutaris. Et ideo vtile est quotidie ipsum sumere, vt homo quotidie eius fructum percipiat. Vnde Ambros. dixit in lib. de Sacramentis, Si quotiescunque effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum effunditur, debeo semper accipere: qui semper pecco, debeo semper habere medicinam. Alio modo potest considerari ex parte sumentis, in quo requiritur vt cum magna deuotione & reuerentia ad hoc sacramentum accedat. Et ideo si aliquis se quotidie ad hoc paratum inueniat, laudabile est quòd quotidie sumat. Vnde Augusti. cùm dixisset, Accipe quod quotidie tibi prosit, subiungit, sic viue, vt quotidie merearis accipere. Sed quia multoties in pluribus hominum, multa impedimenta huius deuotionis occurrunt, propter corporis indispositionem vel animæ: non est vtile omnibus hominibus quotidie ad hoc sacramentum accedere, sed quotiescunque se ad illud homo inuenerit præparatum. Vnde in lib. de Ecclesiastic. dogmatibus dicitur, Quotidie Eucharistiæ communionem accipere, nec laudo, nec vitupero.

4. dist. 12. q. 3. artic. 1. Et 1. Co. 11. lect. 7. co. 5.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per sacramentum baptismi configuratur homo morti Christi, in se suscipiens eius characterem, & ideo sicut Christus semel mortuus est: ita solùm semel debet homo baptizari. Sed per hoc sacramentum

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ super Quæstionis octauagesimæ Articulum undecimum.

Auuot.

IN artic.11. eiusdem quæstio. circa illud, Frustra autem esset votum nisi impleretur quando opportunitas adesset, ita dicunt, quòd opportunitas non sumitur hic pro cómoditate sola, sed inuicta necessitate actu dicente, quando opus esset. Dico autem hoc: quia constat cómunionem non esse in præcepto, quoties commoditas cómunicádi adest: quum sit præceptum affirmatiuum, obligás ex natura sua tempore nó cómoditatis, sed necessitatis. Quod autem sit illud tépus necessitatis, quum Ecclesia iám determinauerit ad semel in anno nó oportere soli citti esse: curiosus tamé disputator ex iis, quæ de tépore vrgente adultos ad baptismum scripta sunt, inueniet.

¶ Aduerte hoc in loco hanc materiam non apparere vsquequaq; claram: quòniam multi Doctó. & Auct. in 4. sent. dist. 9. q. 2. artic. 1. tenent cómunionem, non esse ex Christi, sed Ecclesiæ præcepto necessariá: & rationes in litera allatæ inferétes cómunionem esse sub præcepto Christi, probabiles sunt. Nã prima ex cómuniter cófessis, scilicet quòd manducatió spiritualis huius sacramenti sit de necessitate salutis, prædixi. secunda autem ex mandato Domini, hoc facite in meam cómemorationem. Non oportet propterea accipere has rationes, vt ex aliis: quòniam primá posset quis subtiles fugere, dicendo q. licet manducatio spiritualis huius sacramenti laudat in se votú manducationis sacramentalis: tamen non oportet tamen, quod manducatio spiritualis Christi claudat in se votum manducationis sacramentalis: tamen enim intrigauerunt inter se Zacchæus & ille Centurio: cùm alter eorum gaudens susceperit Dominum: alter dixit, Non sum dignus, vt intres sub tectum meum: ambo Saluatorem honorificantes, quanuis nó vno modo: amor tamen & spes, ad quæ semper Scriptura nos prouocat, præferuntur timori. Vnde & cùm Petrus dixisset, Exi a me Domine, quia homo peccator sum, respondit Iesus, Noli timere.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quia Dominus dicit, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, non est pluries in die cómunicandum vt saltem per hoc quòd aliquis semel in die cómunicat, repræsentetur vnitas passionis Christi.

¶ Ad quintum dicendum, quòd secundum diuersum statum Ecclesiæ, diuersa circa hoc statuta emanauerunt. Nam in primitiua Ecclesia, quando magna vigebat deuotio fidei Christianæ, statutum fuit, vt quotidie fideles communicarent. Vnde Anacletus papa dicit, Peracta consecratione, omnes communicent, qui noluerint ecclesiasticis carere limitibus: sic enim Apostoli statuerunt, & sancta Romana tenet Ecclesia. Postmodum verò diminuto fidei feruore, Fabianus papa indulsit, vt si non frequentius, saltem ter in anno, omnes communicent, scilicet in Pascha, Pentecoste, & Natali Domini. Soter etiam papa in cœna Domini dicit esse communicandum, vt habetur in Decret. de consecra. dist. 2. Postmodum propter iniquitatis abundantiam refrigescente charitate multorum, statuit Innocentius III. vt saltem semel in anno, scilicet in Paschá, fideles communicent. Consulitur tamen in lib. de Ecclesiasticis dogmatibus, omnibus diebus Dominicis esse communicandum.

Aliàs alius affirmet. quotidie

ARTICVLVS XI.

¶ Vtrum liceat omnino à communione cessare.

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur quòd liceat cessare omnino à communione. Laudatur enim Centurio de hoc quòd dicit Matthæi octauo, Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum. Cui comparatur ille, qui reputat à communione sibi esse abstinendum, vt dictum est. Cùm ergo nunquam legatur Christum in eius domum venisse, videtur quòd liceat alicui toto tempore vitæ suæ à communione abstinere.

¶ Præterea, Cuilibet licet abstinere ab his, quæ non sunt de necessitate salutis. Sed hoc sacramentum non est de necessitate salutis, vt suprà dictum est. Ergo licet à sumptione huius sacramenti omnino cessare.

¶ Præterea, Peccatores non tenentur communicare, vnde Fabianus papa cùm dixisset, Ter in anno omnes communicent, adiunxit, nisi fortè quis maioribus criminibus impediatur. Si ergo illi, qui non sunt in peccato, tenentur communicare, videtur quòd melioris conditionis sint peccatores, quam iusti: quod est inconueniens. Ergo videtur quòd etiam iustis liceat à communione cessare.

¶ SED CONTRA est, quòd Dominus dicit Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis.

CONCLVSIO.

¶ Quanquam sacramentaliter non omnes teneantur de necessitate salutis sumere, tamen spiritualiter, seu voto omnes sumere tenentur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) duplex est modus percipiendi hoc sacramentum, scilicet spiritualis & sacramentalis. Manifestum est autem, quòd omnes tenentur saltem spiritualiter manducare: quia hoc est Christo incorporari, vt suprà dictum est. Spiritualis autem manducatio includit votum seu desiderium percipiendi hoc sacramentum, vt supra dictum est. Et ideo sine voto percipiendi hoc sacramentum, non potest homini esse salus. Frustra autem esset votum, nisi impleretur, quando oportunitas adesset. Et ideo manifestum est, quòd homo tenetur hoc sacramentum sumere, non solùm ex statuto Ecclesiæ, sed ex mandato Domini, dicentis Lucæ 22. Hoc facite in meam commemorationem. Ex statuto autem Ecclesiæ sunt determinata tempora exequendi Christi præceptum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Gregorius dicit in Pastorali, illa est vera humilitas, cùm ad respuendũ quod vtiliter præcipitur, pertinax non est. Et ideo non potest esse laudabilis humilitas, si contra præceptum Christi & Ecclesiæ aliquis omnino à communione abstineat: neque enim Centurioni præceptum fuit, vt Christum in sua domo reciperet.

¶ Ad secundum dicendum quòd hoc sacramentum dicitur non esse necessitatis, sicut baptismus, quantum ad pueros: quibus potest esse salus sine hoc sacramento, non autem sine sacramento baptismi. quantum verò ad adultos, vtrunque est necessitatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd peccatores magnum detrimẽtum patiuntur, ex hoc quòd repelluntur à perceptione huius sacramenti, vnde per hoc non sunt melioris conditionis. Et licet in peccatis permanẽtes, non excusẽtur propter hoc à transgressione præcepti: pœnitentes tamen, qui, vt * Inno. dicit, secundum consilium sacerdotis abstinent, excusantur.

ART

¶ super Quæstionis octauagesimæ Articulum duodecimum.

Auuot.

IN art. 12. circa communioné sub vtraq; specie, aduertendũ est, esse duos extremos errores vitandos. alter est eorũ qui tenent, oportere populum cómunicare sub vtraq; specie. alter est eorũ, qui tenent populum cómunicantem sub vtraq; specie, peccare. Vtriq; errãi primi qui dé, damnando eos qui non communicant sub vtraq; specie: alij autẽ damnando cómunicantes sub vtraq; specie. Sã cta autẽ mater Ecclesia in 4. dã, media via incedendum docet: & vtrunq; posse fieri licitè tradit: quoniã si ad sacramentum spectatur, cómunio sub vtraq; specie licita habetur, & si ad reuerentiã sacramẽto debitam spectetur, licitè à cómunione sanguinis populus abstinet, vt in litera dicitur. Et hæc intelligẽda, quãdo absolutè de sacramento & ipsius reuerentia: nã descendendo ad ritus consuetudinẽsq; Ecclesiarũ, videtur seruandus in qualibet Ecclesia mos in ea ab antiquo seruatus (si debita sacramẽto reuerentia tuta est ibi) nec mouicare aliqua pertut bandus, præsumptionis liquidem vitio non careret, introducere communionem sub vtraq; specie, vbi non est consuetudo: & sic humanis nota nõ esset alienum: propterea quòd apud solos schismaticos in partibus Occidentalibus hic mos vigere videtur.

¶ Triplex quæstio de cómunione sub vtraq; specie.

OCcurrit hic circa cómunionẽ sub vtraq; specie triplex quæstio perspicacitèr discutienda propter nouitates, scilicet de necessitate, de vtilitate & de cõgruentia.

QVÆSTIO I.

¶ An cómunio sub vtraq; specie sit in præcepto.

QVÆRITVR primò an cõmunio sub vtraq; specie sit in præcepto. Videtur enim quòd sit. primò ex verbis Domini Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnẽ Filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ, non habebitis vitam in vobis, vbi manifestè de necessitate salutis explicatur esse mãducare carnem & bibere sanguinem Christi. Si dicatur quòd textus iste non loquitur de mandu catione sacramentali, sed spirituali, habetur nihilominus intentum: quoniam manducare spiritualiter, claudit in se votũ manducandi sacramẽtaliter. & simi liter bibere spiritualiter, claudit in se votũ bibendi sacramentaliter. Hinc enim manifestè sequitur, quòd si est de necessitate salutis mãducare & bibere hoc sacramentũ spiritualiter, oportet de necessitate quoq; salutis esse mãducare & bibere illud sacramẽtali: eralioquin frustra esset huiusmodi vota seu desideria, quæ nunquam oporteret implere. Et declaratur vis huius processũs ex simili in baptismo flaminis, quod claudit in se votũ baptismi fluminis, vt patet applicãti. Secundò ex præcepto Dñi Luc. 22. Hoc facite in meã cómemorationẽ, mõstrat etiã ly hoc, q. ipse Dominus fecit, scilicet cõsecrare & tradere sub vtraq; specie. Tertiò ex perfectione sacramẽti. Cadit enim sub diuino præcepto pfectio sacra mentũ: cõstat autẽ sacramentũ hoc integrari ex vtraq; specie: quoniã est vnũ sacramentũ vnitate perfectionis: ex cibo enim & potu constat alimentũ perfectũ. Et dicatur, q. quãtus sub diuino præcepto cadat perfectio sacramẽti: non tamen perfectio eius vbi sacramẽtũ dilinguitur ab illius vsu, vt cõtingit in proposito: contrà, sacramentũ hoc est propter ipsius vsum: alimentũ enim est propter alen dum: ergo si perfectio sacramenti est præcepta, multò magis præcepta est perfectio ipsius vsus, quãto magis finis est magis intentus, quã id quod est ad finem.

IN OPPOSITVM est communis doctorum authoritas, cum consuetudine Romanæ Ecclesiæ, cum omnibus fere Occidentalibus Ecclesijs.

¶ In hac quæstione sex sunt agẽda. primò narrabũ varia circa hoc obseruatio. secundò diffingũtur difficultates quatuor circa hoc. tertiò tractabit prima difficultas. quarto tractabit secunda, quinto tractabitur tertia. sextò tractabit quarta.

¶ Quo ad primũ Nestorius & Pelagius cum sequacibus asseruerũt vniuersaliter sub vtraq; specie cómunionẽ esse necessariã. diuersa tamẽ ratione moti. Nestorius enim putauit sub specie panis corpus tantũ Christi esse, & sub specie vini sanguinẽ tantũ: quia in morte Christi sanguis fuit separatus à corpore. & propterea sub vtraq; specie oportebat sacramentũ fieri, vt integer Christus sumeretur in memoriã mortis eius. Pelagius autẽ motus ex verbis Domini Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnẽ Filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ, nõ habebitis vitam in vobis, vtraq; sacramenti specie etiã ad infantes baptizatos extendit, dogmatizando q. si infans nõ posset sacramentalẽ panẽ sumere, deberet panis consitus cum sanguine infundi in os infantis. & si quippiã ejectũ esset, esse illud combutendum: iuxta præceptum antiquum de agno Paschali, si quid reliquum fuerit, igne comburetur. Et hinc forte olim Græcorum illorum, quos Autor in litera 3. art. nominauit: & finaliter paulò ante centum annos Bohemorum abusus in communicando infantes ortus est, quodam Iacobello nouitatem communionis sub vtraque specie Bohemis suggerente. Hæc de primo.

¶ Quo ad secũdum tres sunt differẽtiæ considerãdæ prima est inter infantes & adultos. secunda est inter sacerdotes & alios adultos. tertia est inter cõficientes hoc sacramentũ & nõ conficientes. Emergãt siquidẽ ex his tribus differẽtijs quatuor speciales difficultates, prima est, an cõmunio sub vtraq; specie sit necessaria omnibus, comprehendendo etiã infantes. secunda est, an sit necessaria omnibus adultis. tertia est, an sit necessaria omnib⁹ sacerdotibus. quarta est, an sit necessaria omnibus conficientibus. quælibet enim harum difficultatũ habet opinantes pro vtraque parte. Hæc de secundo.

¶ Quo ad tertium circa primã difficultatem (an scilicet cómunio sub vtraq; specie sit necessaria etiã infantibus) quidam garrire possunt hæretici tenẽtes partẽ affirmatiuã: aut quicũq; errãtes cõmunicantes sub vna tantũ specie in infantes, clara luce manifestũ est infantibus neutro modo sacramẽtum hoc esse exhibendũ. Tũ quia fundamentum ex Scriptura sumpti à Pela. Nisi manducaueritis carnẽ Filij hominis. & biberitis eius sanguinẽ, nõ habebitis vitã in vobis. pro eis non facit: quoniã intellectũ de sacramentali mãducatio ne hæresim inducit manifestũ, scilicet quòd baptismus nõ sufficiat infantibus ad vitam æternã. Si enim ad baptizatos infantes dicitur, Nisi sumpseritis hoc sacramentũ Eucharistiæ, nõ habebitis vitam in vobis, consequens est quod ex baptismo nõ habeant vitã. & cõsequenter si cum toto baptismo decederent, nõ haberent vitã æternã: quod constat hæresim esse damnatã. Tum quia sacramentũ Eucharistiæ datur vt alimentũ animæ: propterea enim datur sub specie panis & vini, alimentũ autem sicut nõ datur nisi viuentibus: non enim potest sumi à mortuis: ita non datur nisi habenti aliquam operationem vitalem: frustra enim alimentum ponetur in os imperfecti vt is illo quouis modo vti: nam nihil prodest alimentum alicui, qui ad illud vti non habet, sed infans baptizatus nullam habet operationẽ vitalem secundum vitam spiritualem: ergo ei nõ conuenit sumere alimentum spirituale.

¶ At si contra hanc rationem obiciatur, falsum assumere: quia Ecclesia cõsuetus infirmis adultis in extremo vitæ insensibiliter constitutis vel etiã phreneticis patientibus, Eucharistiam tribuere sine omni operatione vitali interiori spiritus: facilè excluditur obiectio, animaduertendo q. licet tales adulti in extremo constituti, nullam habeant pro tunc vitalem spiritus operationem: habuerunt tamen eam antè, petendo implicitè vel explicitè hoc sacramentum, & propterea negatur amentibus à natiuitate, sicut & infantibus: quoniam vtriq; nec pro tunc nec antea actum aliquem spiritus habuerunt.

¶ Si verò obiecerit quispiã falsum in adducta ratione subsumi, eo q. infantes habẽt vitales spiritus operationes, scilicet credere & abrenũtiare Satanæ: etsi non spiritu proprio, spiritu tamẽ Ecclesiæ, vt patet quũ baptizãtur: facile quoq; hæc obiectio excluditur: quoniã si hic esset, accõmodasset Ecclesia has operationes vitales pueris in suscẽptione Eucharistiæ: sicut accõmodauit eis in suscẽptione baptismi, & quũ huiusmodi accõmodatio nullibi facta sit respectu Eucharistiæ, cõsequens est vt nõ nisi propria voluntate fingatur. In prõptu enim ratio est quare in baptismo habeat locũ huiusmodi accõmodatio, & nõ potest habere locum in Eucharistia: per baptismũ enim generatur infans in filiũ Dei: generatio autẽ nõ exigit cooperationẽ eius q. generatur: & propterea accõmodatio Ecclesiæ nõ necessitati, sed solẽnitatis extremonialis est in baptismo, per Eucharistiã autem nutritur iumẽs illã, nutritio autẽ exigit cooperationẽ vitalẽ eius, qui nutritur: & propterea accõmodatio ceremonialis nõ suppletet actus personales necessarios sumẽti Eucharistiã. Vnde stat ratio solida. tum quia hoc etiã verbis Domini repugnat, quũ primò tradidit hoc sacramentũ, dixit enim, accipite & manducate docens per hoc quòd illis tantum est tribuendum, qui possunt aut potuerunt manducare corporaliter: ita quòd sicut non regeneratur baptismo nisi generaliter natus ita non sumitur hoc sacramentum nisi carnaliter manducatum: & propterea infans, qui nunquam potuit, nec potest manducare carnaliter panem

Universidad de Deusto
Biblioteca

pernab ipso Domino excluditur à manducatione sacramentali. Hæc de tertio.

¶ Quo ad quartũ an cõmunio sub vtraq; specie necessaria sit omnibus fidelibus adultis, ex argumentis in principio adductis apparet pars affirmatiua veraex vsu aut̃ Ecclesiæ mõstratur falla. Et quoniã maxima vis sit in sæpe dictis verbis Domini, Ioan.6. Ideo subtilius discutienda sunt: & in primis notandum vtra duos manducandi modos, qui confiteuerunt distingui circa hoc sacramentum, inuenit; alium modum manducandi Christum, scilicet vel sacramentaliter, vel spiritualiter, sub sacramento tamen in re aut in voto, vel putè spiritualiter.

¶ Et vt clarius percipiatur quod dicimus, declarandũ ex cõuenientia & differẽtia, & deinde probandũ ex Scriptura est quòd dicimus, conueniunt fiquidem hi quo modi manducandi Christũ spiritualiter, in hoc quod vterq; ponit manducandũ esse Christi membrũ viuum. Differunt autẽ primò in hoc, quòd mãducare Christũ, est ex suo genere mandacatio putè spiritualis: manducare autẽ spiritualiter Christũ in Eucharistia, est manducatio alligata ad sacramentũ re vel voto. Et hoc quidẽ testatus est Autor in secũdo huius quæstionis articulo, quũ dixit, Alio modo cõtingit spiritualiter manducare Christum, prout est sub specie huius sacramenti, in quantũ scilicet aliquis credit in Christũ cum desiderio sumendi hoc sacramentũ. V bi manifestè apparet, spiritualẽ mandacationem Eucharistiæ claudere in se ordinem ad sacramentum. Manducatio autem Christi absolutè quòd sit ex suo genere purè spiritualis, ex eo patet quòd huiusmodi manducatio terminari potest & ad dextatem secundũ se, iuxta illud Luc.22. Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnũ, vt edatis & bibatis super mensam meã in regno meo (ibi enim nulla erit ratio sacramenti, sed purè spiritualiter edent & bibent Deum sicuti est. sicut ipsa Christi anima Deo fruitur) & ad spiritualia dona gratiæ iuxta illud Ioan.4. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, &c. Et hinc differunt secundò in hoc quòd mandducare spiritualiter Christum sub sacramento, proprium est viatoribus in nouo Testamento adultis, manducare autem pure spiritualiter Christum, commune est comprehensoribus & viatoribus: scriptum est enim, Panem angelorum manducauit homo. commune quoque est noui & veteris Testamẽti iustis: scriptum est enim, quòd non aliud nomen datum est sub cælo, in quo oporteat homines saluos fieri & demum commune est iustificatis iniantibus & adultis: per baptismum enim Christi membra viua etiam infantes sunt.

¶ Probatur autẽ hic modus comedẽdi Christũ spiritualiter, quòd nõ sit cõditus aut nouiter à diuo tussu ex eo quòd omnes fatemur Christũ esse panẽ angelorum & hominũ, tum ex eo quòd huiusmodi mãducatio millies habetur in Scriptura: & nulla est ratio, quare non possit terminari ad Christũ, sicut terminatur ad alia & superius induct a, & quæ possent induci, vt est illud Prouer. 9. In perfo na Sapiẽtiæ, Venite, comedite pane meũ, & bibite vinũ quod miscui vobis, &c. Nec propterea arguẽdi sunt doctores insufficiẽtiæ, qui duos tantũ modos mandducandi distinxerunt; quoniã de modis mãducandi Christum sub sacramento tradabantrales autẽ modi non sunt nisi duo, nos autẽ ex ipsis sactis doctoribus apposuimus hunc alium modum spiritualiter manducandi non sacramentum, sed Christum, vt hinc clatiorem redderemus sensum Euãgelij & sanctorũ Doc.

¶ His ita præmissis dicimus, q; sæpe dicta Domini verba, Nisi mãducaueritis carnẽ Filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ, nõ habebitis vitã in vobis, intelligitur ad literã de mãducatione spirituali Christi, abstrahẽdo tam à mãducatione sacramẽtali, quã à mãducatione spirituali sacramẽti in re vel in voto, pbatur; tripliciter, primò ex textu Euãgelico secũdò ex cõtextu eiusdẽ: tertiò autoritate Sanctorũ. Textus in primis ipse, dum dicit, Nisi mãducaueritis, nõ habebitis vitã in vobis, manifestè mõstrat, q; de illa mãducatione & bibitione loquitur, sine qua nõ potest esse vita spiritualis in nobis: sed sola mãducatio spiritualis Christi est illa, sine qua non potest esse vita in nobis ergo de ipsa sola loquitur textus Euãgelicus. Maior est nota per se. Minor autẽ propter dictionẽ exclusiuã habet duas partes, alteră affirmatiuã, scilicet Mandcatio spiritualis Christi est illa, sine qua nõ possumus habere vitã. Et hæc etiam est per se nota intelligentibus termiros: quoniã manducare spiritualiter Christũ, est esse Christi membrũ viuum: constat enim, quod pĩsi simus Christi mẽbra viua, non possumus habere vitã spiritus in nobis. Alterã negatiuam, scilicet nulla alia mauducatio est, sine qua non est vita in nobis. Et hoc probatur ex eo q; tam sine mãducatione sacramentali, quàm sine mãducatione spirituali sacramenti huius in re vel in voto, potest esse, & de facto est vita in nobis: vt testatur vita Infantiũ baptizatorum, quibus firmiter credimus baptisma solum absq; aliquo alio sacramento sufficere ad vitam æternam. Et hinc apparet, quòd idem sit dicere, hæc Domini verba intelligi de manducatione sacramentali vel spirituali ipsius sacramenti: & dicere quod baptismus non sufficit ad vitam spiritualem in nobis habendam.

¶ Nec mihi aliquis occurrat, dicendo q; baptismus habet annexũ votum sacramẽti Eucharistiæ: quoniã huiusmodi tententia, quũ in sacris inuenitur Doctorib; venerabiliter suscipiẽda est, in suo tamẽ ordine: hoc est, vt adaptatio quædam, & nõ vt inde argumentũ sumatus efficax ad firmanda veritatẽ eorũ, quæ in quæstione fidei vertantur, secundũ oam; veritatem baptismus ex se solo iustificat ad vitam æternam: & non mendicat hoc ex aliquo annexo voto alterius sacramenti. Si enim hoc ex annexo voto haberetur, ipsũ baptismo, sed illi alteri sacramento, infantũ baptizatorũ salus attriburetur & attribuenda esset: quam tamen non solum Ecclesia vniuersalis cum sanctis Doctoribus, sed etiam Dominus ipse baptismo attribuat vitam spiritus: vt patet Ioan.3. Vbi quum dixisset Nicodemo, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum Dei, statim subdit effectum huius regenerationis esse vitam spiritus, dicens, Quod natũ est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est.

¶ Et confirmatur hoc quia in idem redit, dicere baptismũ dare vitã ex voto alterius sacramenti, & dicere, baptismũ non sufficere ad vitã: & hoc si proprie & formaliter loquimur, vt loqui debemus, & Scripturæ intelligendæ sunt. Patet autẽ nõ intendi à sactis doctoribus, per huiusmodi adaptationẽ baptismũ habere in voto mãducare carnem Filij hominis, & bibere eius sanguinẽ in sacramẽto ex hoc, q; ipsi sacri doctores tenẽt huiusmodi votum nõ esse de necessitate salutis: quoniã tenent q; cõmunicare sub vtraq; specie, nõ est de necessitate salutis, cuius oppositũ esset verũ, si in baptismo mãducaretur spiritualiter panis sacramẽtalis, & biberetur spiritualiter sanguis sacramẽtalis: mã quod nic fit voto, necesse est postea exequi in re, quãdo opportunitas aderit. Stat ergo solida fundata ratio super textu Euãgelico, qui est lex generalissima à Christo promulgata: & nõ minus necessaria quã illa alia lex: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, nõ potest introire in regnũ Dei. Nec oportet laborare ad hoc probandum, quoniam aperta sunt vtrobiq; verba Domini & ad literã intellecta hæc continere.

¶ Deinde probatur hoc idẽ ex cõtextu Euãgelij. Vbi aduertendũ est, quòd doctrina ista Domini incepit occasionaliter sicut doctrina, quã Dominus dedit Samaritanæ de aqua viua, occasione sumpta ex aqua naturali, vt patet Ioan.4. Iudæi enim post miraculũ de quinq; panibus & duobus piscibus, quærentes Iesum, au dierunt ab ipso, Quærítis me, quia mãducastis ex panibus, & saturati estis: & sta

tim subdidit Dominus. Operamini nõ cibũ, qui perit, sed qui permanet in vitã æternã. Et sic inchoato sermone de cibo spirituali, quæsierũt Iudæi, intelligẽtes per cibũ spiritualẽ opera sancta, Quid faciemus vt operemur opera Dei? & audierunt à Domino, vt crederent in ipsum, declarando quòd cibus spiritualis ac opus Dei esset credere in ipsum. Quo audito Iudæi quæsierũt ab eo signũ, vt sic crederent ipsi cõmentantes signũ mannæ in deserto, tanquã panis cælestis: quasi diceret (vt Aug. exponit) Si vis vt credamus tibi, fac plus nobis, quàm fecerũt patribus nostris, qui manducauerunt manna in deserto. Et tunc Dominus vbi prius de cibo loquutus fuerat, ad cibi speciẽ descendit, proponẽs panem spirituale: & primò quidẽ proponit panẽ verum esse, nõ qnencunq; sed eum qui de cælo descendit, & dat vitã mundo: & subdit se esse panem vitæ, & de cælo descendisse. Manifestátq; horum duorũ primũ ex actibus spiritualibus, scilicet q; dem etiã corporis. Et interposita murmuratione Iudæorũ de secundo (scilicet quòd descendit de cælo) & eorũ repressione, manifestat secundũ, de quo murmurauerãt, ex spiritualibus quoq; actibus, scilicet quòd credere in ipsum est habere vitam æternã: & ex differentia inter mãducantes manna & ipsũmet quia illi mortui fuerũt quis autẽ manducauerit ex ipso, non morietur, sed viuet in æternũ. Et in calce amplius explanans Dominus panẽ, de quo loquebatur, ad carnem descendit dicens, Et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita: Quo audito litigabant Iudæi admirãtes, Quomodo potest hic nobis dare carnẽ suam ad manducandũ? & tunc dixit eis Iesus, Nisi mãducaueritis carnẽ Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Vbi diligenter aduertendo, clara luce patet, quòd totus prædictus sermo fuerit de actibus, puta spiritualibus, de spirituali quoque manducatione & potatione ipsius Christi carnis & sanguinis, sermo prolus ad literã est. In cuius signum nunquã in toto illo capitulo fit mentio de speciebus sacramentalibus: sed post panes materiales primò de cibo spirituali, deinde de pane cæleſti (quia Iudæi obiicientes mãna, adduxerunt Scripturã, Panem de cælo dedit eis mãducare) & postea de carne & sanguine. Et iterũ rediens Dominus ad panẽ, qui de cælo descẽdit, & ipsius excellentiã supra mannã, concludit sermonem, vt ex ipso contextu intelligere, quòd non meminit panis, vt traderet speciẽ sacramentalẽ, sed vt responderet Iudæis de pane dato de cælo: & monstraret se & non mannã esse panem verũ, qui de cælo descendit. Carnis quoq; & sanguinis meminitinon vt species sacramentales traderet (quoniam, vt patet, sacramentũ non celebratur sub specie carnis & sanguinis) sed vt doceret nõ sufficere ad vitam nostrã credere in ipsum Christum, panem qui de cælo descendit: hoc est Deum & hominẽ, sed oportere etiam credere in ipsius pro mundi vita passionẽ & mortem, in qua sanguis separatus fuit à carne, hoc enim est quod apertè Dominus subdidit, quum dixit, Panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita: caro enim sua pro mundi vita fuit caro passa & occisa pro mundi vita: mortie enim sua viuificauit mundũ. Vnde & linguntibus de hoc Iudæis, statim de carne & sanguine & non de speciebus sacramentalibus subdidit, Nisi mãducaueritis carnẽ Filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ, &c. & sine interuallo declarauit quid sit mandducare eius carnẽ, & bibere eius sanguinẽ, subdens, Qui mandducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternã, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Vbi etiã vitam corporis consequendã, non tũc tamen, sed in nouissimo die à mãducantibus eius carnẽ & bibentibus eius sanguinẽ explanauit. Quocirca quum ex solo sensu literali trahatur efficax argumentũ, & sensus literalis ex contextu præcipuè pendeat, & ad literam tam ex textu quàm ex contextu de spiritualibus actibus solummodo sermo sit consequens est, vt textus iste de spirituali mandducatione Christi carnis & sanguinis: hoc est de fide in ipsum & morte eius) & nõ de sacramenti Eucharistiæ spirituali, aut sacramẽtali mandducatione sermo fit. ¶ Et si quæratur quare Christus nostra in ipsum & morte eius fidẽ sub metaphora mãducationis & bibitionis docuerit, in pròptu est ratio multiplex. Primò, vt mõstraretur quòd nostra in ipsum cõiunctio per fidem formata, esset particeps tio cælestiæ beatitudinis, de qua scriptum est, Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrete voluptatis tuæ potabis eos. Secundò, vt mõstraretur fe esse partes sapientiã, quæ dixerat Prouer. 9. Venite comedite panem meũ, & bibite vinum quod miscui vobis. Tertiò, vt mõstraretur quòd ecia caro sua occisa & sanguis suus etiam separatus à carne, haberent vim satiatiuã mentis humanæ: & hinc differentia carnis & sanguinis Christi coniunctioné ad deitatẽ, ex qua vim satiatiuã intellectus & affectus habent. Quartò, vt sic fundamenta iacerentur ad tradcationé & bibitionem sacramentalem: nam ex hoc quòd credere in Christũ & mortem eius, est satietas mentis & refectio sapientiæ & participatio quædam cælestis felicitatis: facilè differre possumus quòd dignè sumere sacramẽta corporis & sanguinis Domini, est & cælestis participatio coniunij & in sapiẽtiæ mensa edere & bibere, &c. Et hinc processit, vt à Doctoribus sacris extendatur, quandoq; textus istius capitulad sacramentũ Eucharistiæ, & mandducandũ & bibendum sacramẽtaliter, dignè tamen, Christũ seu carnẽ & sanguinem eius: quanuis multiplex aliàs sit huius ratio, scilicet quia res, de qua est sermo in textu isto, est res significata sacramẽto Eucharistiæ. familiare est enim signatã cõditones signo attribuere. Et quia vnus atq; idem secundũ subſtantiam est panis spiritualis & panis sacramentalis, & mandducare ac bibere spiritualiter Christũ, & mandducare ac bibere spiritualiter sacramentum, sunt vnum & idem secundũm substantiam, sola relatione ad sacramentum sensibile differentia. hinc enim fit vt tam in scriptis, quàm in sermonibus, in quibus huiusmodi differentia proposita non non variat, frequentissimo vsu vnum pro alio ponamus aut exponamus.

¶ Tertio probatur idẽ autoritate Sanctorũ. Et primo, q; hæc sit cõmunis sanctorum & Theologorũ expositio: quoniã cõmunitet exponitur de spirituali mãducatione carnis & spirituali potu sanguinis Christi. Et quòd per hoc intendant spiritualẽ sumptionem, vt abstrahit à sacramẽtali in re vel in voto, probatur ex eo, q; ideo exponunt de spiritualiter manducare & bibere, vt apud eos Ecclesiæ vniuersalis indubitatus & effugatonis quæstionis sensus literalis habeatur. Cõstat nãq; q; si de sacramẽtali sumptione in re aut in voto exponatur, nec vniuersalis nec indubitatus sensus habetur, sed multæ emergunt inde quæstiones quæ nisi aut nõ includuntur omnes baptizati aut dubia de baptismo infantiũ singulis & rursus autẽ omnes sunt sub vtraq; specie cõmunicandi, aut bibere sacramentaliter est idem quod comedere sacramẽtaliter: oportet quærere & discutere, & in te variæ opiniones aut sectæ fiuntquæ omnia à Sanctorũ & cõmuni Theologorum intentione longa sunt. Quocirca diligens lector attendat, quòd si legit exponi textum hunc de mandducare & bibere spiritualiter carnem: & sanguinẽ Christi, clarè dicitur veritas: si verò quandoq; legit exponi illũ de mandducare & bibere spiritualiter sacramentũ corporis & sanguinis, intelligat eandẽ veritatẽ, minus cautè forsan significatã, designando vel partẽ à toto (nam in spirituali sumptione Eucharistiæ clauditur & spiritualis sumptio Christi, & spiritualis sumptio Christi sub sacramẽto) vel signatũ à signo (nam res nõ contenta, sed significata sacramẽto Eucharistiæ est vnitas mystica Christi corporis viui, quam mãducando spiritualiter Christũ assequimur) vel partem intelligibile seu spiritu-

ale & partim intelligibili & partim sensibilinam mãducatio spiritualis Christi est pure intelligibilis, seu spiritualis mãducatio autẽ spiritualis Eucharistiæ in re vel in voto est partim spiritualis & intelligibilis (quia consistit in interioribus actibus fidei & charitatis) & partim sensibilis, quia tẽdit ad sacramentum sensibile. Et procul dubio rationis ordo poscit, vt existentibus duabus expositionibus, quarũ vna sit indubiè vera & plana & absq; quæstionibus, alia verò dubia, & multas ingerẽs difficultates, illa quæ indubiè est vera & planè consonat absq; glosſis literæ acceptanda sit pro sensu literali, & tantò magis in proposito, quã nõ indubitata expositio vniuersalissimè, vt sonat, saluat Christi legẽ & totius Ecclesiæ catholicæ vsum: alterà verò particularibus tantũ consonat sectis aut opinionibus. Deinde probatur idem sensus autoritate Augustini ad Bonifa. exponentis hanc Domini legem adimplere in infantibus baptizatis, dicẽdo, Tunc vnusquisq; fidelũ corporis & sanguinis Domini particeps fit, quando in baptismo mẽbrũ Christi efficitur. Vbi videre potes virtũq; scilicet q; de mãducare & bibere spiritualiter corpus & sanguinẽ Christi, intelligitur lex Dñi: & q; lex illa exẽ dicit ad omnes, sicut & illa, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, &c. Et eundẽ sensum explicat idem Aug. super Ioannẽ, dicens, Hunc cibum & potum sciri tacẽ volit intelligi corporis & membrorum suorum, quod est Ecclesia, &c.

¶ Ex quibus omnibus communitis cum dicendis in solutione argumentorum, manifestum relinquitur, quòd communio sub vtraq; specie non est necessaria adultis omnibus: quum nullum ad hoc habeatur præceptum, nullúque ad hoc ratio cogat: & inumeræ Christi Ecclesiæ cum Ecclesiarum omnium magistra Romana ecclesia oppositum doceant ac faciant. Hæc de quarto.

¶ Quo ad quintum, an communio sub vtraq; specie sit necessaria omnibus sacerdotibus, quia hoc coincidit cum quæstione illa, an quilibet sacerdos teneatur quandoq; celebrare: & hoc ex proposito tractabitur inferius in artic. vlti. q. 82. Ideo nunc pertransiendum est ne idem sæpius repetatur. Hæc de quinto.

¶ Quo ad sextũ, an cõmunio sub vtraq; specie sit necessaria omnibus cõsecrãbus, clarè patet quæstionis solutio ex decreto Gelasij papæ de consc. dist. 2. c. comperimus. Vbi grande sacrilegium esse dicitur, celebrantẽ sumere sub altera tantum specie: & in c. præcedenti damnatur celebrantes, & in nulla specie sumentes. Et quoniam hoc in dubium non vertitur, ideo hæc de sexto sufficiant.

¶ AD PRIMVM ergo in oppositũ ex dictis patere potest responsio, cum sensus in hoc quòd præceptũ Domini intelligitur de cibo & potu spirituali carnis & sanguinis Domini. Et licet mandducare spiritualiter sacramentũ corporis & sanguinis Christi, claudat in se votum mandducandi & bibendi sacramentaliter: non est tamen verum quòd mandducare & bibere spiritualiter carnem & sanguinem Christi, claudat in se votum mandducandi & bibendi sacramentaliter: sed claudit in se beneficium quod significatur & confertur corporis & sanguinis sacramenti. Scilicet esse Christi & Ecclesiæ membrum vivum.

¶ Ad secundũ de Christi mãdato, Hoc facite in meam cõmemorationẽ. Respondetur ad hoc (vt omnis cauillatio tollatur) quadrupliciter. Primò, quòd illa verba Domini habent triplicẽ vim: tum enim institutoria celebrationis Eucharistiæ in Ecclesia, vt patet. Tum & collatiua potestatis sacerdotalis ad confectandam Eucharistiã: cõmunitet enim fatemur per hæc verba Apostolos esse ordinatos in sacerdotes. Tum & præceptiua non ipsius operis, sed ordinis ad suam cõmemorationẽ: quod est præcipere ordinẽ operis in sui memoriam: vt Ecclesia attestatur, vt ex his Domini verbis in missa sub hac forma, Hæc quotiescũq; feceritis, in mei memoriã facietis. Vbi manifestè explicatur præcipi non opus ipsum, sed ordinationẽ operis in sui memoriam. Et si arguat quis ex vi institutoria, scilicet quòd ex hoc ipso, quòd Dominus instituit hoc sacramentum sub vtraq; specie, obligamur ad seruandã eius institutionem, facile patet nullitas argumenti: quia sufficit quòd hoc seruetur ab aliquibus de Ecclesia, hoc est sacerdotibus celebrantibus, ad quos solos in Apostolis sermo Dominicus tũc dirigebatur: vt ex hoc patet, q; solũ sacerdotes possunt hoc facere quod Christus fecit, scilicet cõficere sacramentũ corporis & sanguinis Domini. Tum quia ad obligandos singulos de Ecclesia sub præcepto, plus requiritur quã institutio sacramenti, vt patet de sacramẽto cõfirmationis, & extremæ vnctionis, quorũ neutrum est de necessitate salutis quanuis cors contemptus esset damnabilis. Et sic ex his verbis non habetur præceptũ sumendi sub vtraq; specie: sed quòd sumentes sumant in sui memoriam: hoc est si sumimus, in ipsius memoriam sumamus: iuxta Ecclesiæ expositionem, Hæc quotiescunq; feceritis, in mei memoriã facietis. ¶ Secundò dicitur quòd posito, quòd præcipiatur per hæc Domini verba ipsum opus, non propterea argumentum vrget: quoniã ly hoc, non demõstrat vtrunq; opus, quod Christus legitur fecisse, scilicet consecrare & tradere sumendũ. Et tamen si ly hoc, demonstraret vtrunq; opus, vt præceptum à Domino, sequitur quòd quilibet celebrans teneretur sub præcepto Domini ad tradendum hoc sacramentum aliis, quod omnium Ecclesiarum pias aures offendit: quum constet multos sanctos sacerdotes exercites cura animarum & in monasteriis & extra sæpe celebrasse, & nunquam tradidisse: & quotidie sic fiat ab innumeris sacerdotibus irreprehensibiliter. Et secundum hoc non habetur hinc præceptum traditionis sub vtraque specie: sic per hoc, non habetur hinc præceptum suscipiendi ab aliis sub vtraque specie. nam non celebrantium sumptio traditio nem per supponit: quum nullus talium sumat nisi sibi traditam Eucharistiam. ¶ Verũ dicitur, quòd dato, quòd ly hoc, demonstraret omne opus, scilicet consecrare, sumere & tradere sub vtraq; specie: & quòd intelligatur præcipi omne huiusmodi opus, adhuc argumentum non cogit: quoniam quum præceptũ hoc sit affirmatiuum, & præcepta affirmatiua obligent semper, sed non pro semper sed pro tempore necessitatis: cõsequens est vt ex hoc Domini præcepto sacerdotes, nõ teneãtur tradere sub vtraq; specie, nisi necessitas cõmunicandi sub vtraq; specie adueneritac per hoc si huiusmodi necessitas alicubi nunquã interueniat: nun quã sacerdos reus violati præcepti est. Exempli, præceptũ de honorandis patrẽs tibus factũ, quia est affirmatiũ, intelligitur tempore necessitatis, & propterea si nunquã contingit parentes meos necessitatẽ habere subuentionis meæ, nunquã ego reus præcepti sum. Et ea in sanctis Christi Ecclesiis Rom. Ecclesiã imitã tibus nunquã cõtingit aliqui non celebrãti necessitas cõmunicandi sub vtraq; specie: quia docente Spiritu sancto cõtenti sunt cõmunione sub specie panis) ideo nullus sacerdos in huiusmodi ecclesiis reus est violati præcepti Dominici. ¶ Quarto dicitur ex ipso ordine textus Euãgelici, quòd hoc Domini præceptũ nullibi intenitur à Domino tradita nisi respectu sacramẽti sub specie panis tantũmodo. q; ly hoc, nihil demõstrat de pertinẽtibus ad calicẽ, & propterea ex isto præcepto argumentũ sumptũ, si efficax est, gladius est Goliath, quoniã hinc sequitur, q; sola panis sancti cõmunio præcepta est tradenda. Et probatur quod dictum, primò ex autoritate Euãgelij. Solus enim inter Euãgelistas Lucas verba hæc posuit in ea, 22. vbi expressè refert Dominũ ante consecrationẽ calicis, post tamen cõsecrationẽ panis, dixisse, Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Secundò autoritate Pauli Apost. 1. ad Corint. 11. vbi refert Dominũ dixisse, Accipite & comedite hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam cõmemorationẽ. post consecrationẽ autẽ calicis Lucas de hoc nihil refert: Paulus autem Apostolus refert Christũ dixisse, Hoc facite quotiescunq; bibetis, in meã commemorationem. Vbi ex ipsa diuersitate verborũ à Paulo narratorũ, manifestè apparet quòd de sacramento sub specie panis Dominus dixit absolutè, hoc facite in meã commemorationẽ: de eodem autẽ sacramento sub specie vini nõ dixit absolutè, Hoc facite: sed dixit, quòd hoc facetes, quotiescunq; biberem, in suam commemorationem. Vbi meridiana luce clarius patet, quòd non præcipitur bibere, sed quòd quotiescunq; bibimus, in suam commemorationem hoc faciamus. Et hinc sequitur quòd si ex hoc præcepto Domini, Hoc facite in meã commemorationem, efficax argumentum ad communionem populi sumitur: optimè sequitur absq; vlla controuersia, quòd non est præcepta communio populi nisi sub specie panis. Et confirmatur iste sensus ex eo quòd in numero singulari dicitur, Hoc facite, & non dixit, hæc facite: sicut per oppositum ecclesia volens vtranque significare speciem sacramenti, explicat in numero plurali, dicens, Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis.

¶ Ad tertium argumentũ dicitur, concedendo quòd tam perfectio sacramenti in conseratione, quàm perfectio eiusdem in vsu. est sub præcepto: & hoc proper allatam, obliciendo, rationem, scilicet quòd sacramentum hoc suapte natura est propter vsum, & perfectio sacramenti est propter perfectionem vsus. Vnde & grande sacrilegium esse dixit Gelasius, dividere mysterium hoc, quo ad vsum: sed non propterea argumentum hinc sumpctũ viget ad vsum vtriusq; speciei in cõmunione populi. Et ratio est, quia perfectio sacramenti secundum vsum, non dependet nisi à per se concurrente ad sacramentum illud: quemadmodum cæterarũ rerum perfectiones, non attendunter secundum ea, quæ sunt per accidentes: sed in ordine ad ea, quæ concurrunt per se: alioquin nonquum res aliqua suam perfectionem sortiretur, solus autem sacerdos concurrit per se ad perfectionem hums sacramẽti tam consecrando, quàm vtendo: & propterea sicut sacrilegus esset sacerdos, consecrando panem, & non vinum: ita sacrilegij reus esset, sumendo panem sanctum, & non sumendo calicem. Et quidem quòd sacerdos concurrat per se ad consecrationem & vsum huius sacramenti, clarè patet, quòd autem solus concurrat per se, patet tum ex eo quòd solus sufficit ad perfectionem sacramenti tam consecrando quàm vtendo. Tum ex eo quòd populi communio post consummatum sacrificium atq; sacramentum, tam quo ad consecrationẽ, quàm quo ad oblationem & vsum superuenit, sacerdoti enim per seipsum perfecit hæc omnia: quod autem superuenit alicui post illius perfectionem, non est de concurrentibus per se ad illius perfectionem. Tum ex eo quòd accidentaliter coniungitur perfecto vsui huius sacramenti, quòd aliquis circunstantium sit communicandus: quod ex eo patet, quòd nihil minus perficitur est sacramentum & in se & in vsu, si nullus circunstantium communicet: si enim perfectio vsus dependeret ab aliorum communione, non posset absque sacrilegij vitio sacramenti huius vsus esse, nisi aliquis ex circunstantibus communicaret: sicut non potest absque sacrilegio eius vsus à celebrante omitti aut diuidi. Quocirca manifestum est, quòd ex perfectione huius sacramenti tam quo ad consecrationem, quàm quo ad vsum per se (ea enim quæ sunt per accidens, & ab arte & à scientia relinquuntur) non habetur necessitas communicandi populum sub vtraque specie: sed necessitas communicandi seipsum celebrantem sub vtraque specie. Et hæc de prima quæstione dicta sufficiant.

QVÆSTIO II.

¶ An vtilius sit sumere Eucharistiam sub vtraque specie, quàm sub specie panis tantùm.

QVÆRITVR secundò, an vtilius sit sumere Eucharistiam sub vtraque specie, quàm sub specie panis tantum. Et videtur quòd sic.

¶ Primò ex parte sacramenti: quia vtilius est sumere sacramentum integrũ seu integrè, quàm imperfectum seu partialiter. Et si dicatur, quòd non est hic differentia secundum perfectum & imperfectum, integrum aut diminutũ, totum vel partem, nisi in significando: contrà, Sacramenta efficiunt quod significant: ergo imperfectio in significando redundat in imperfectionẽ in conferẽdo: alioquin aliud efficeret & aliud significaret, dũ significaret partẽ, & efficeret totum.

¶ Secundò, ex parte quoq; sacramenti. V tilius est tangi à Christo pluribus diuersarum rationum instrumentis, quàm vno tantùm: sed communicans sub vtraq; specie, tangitur à Christo vno tantùm instrumento: ergo. Maior autem sub altera tantùm, tangitur à Christo vno tantùm instrumento: ergo. Maior est per se nota: quoniam diuersarum rationum instrumenta ad diuersa vti litatem per se ordinantur: vt patet in artificialibus. Minor autem manifestatur: quia species vini vel saltem potabilo ipsa instrumentum est quoddam ipsius Christi ad lxtificandam animam: & similiter species panis vel saltem mãducatio ipsa instrumentum est Christi ad confirmandum hominis animum sicut de aqua baptismi August. dicit, quòd corpus tangit, & cor abluit. Et consimiliter multos sanctos sacerdotes exercites cura animarum & in monasteriis & extra sæpe celebrasse, & nunquam tradidisse: & quotidie sic fiat ab innumeris sacerdotibus irreprehensibiliter. Et secundum hoc non habetur hinc præceptum traditionis sub vtraque specie: sic per hoc, non habetur hinc præceptum suscipiendi ab aliis sub vtraque specie. nam non celebrantium sumptio traditio nem per supponit: quum nullus talium sumat nisi sibi traditam Eucharistiam. ¶ Verũ dicitur, quòd dato, quòd ly hoc, demonstraret omne opus, scilicet consecrare, sumere & tradere sub vtraq; specie: & quòd intelligatur præcipi omne huiusmodi opus, adhuc argumentum non cogit: quoniam quum præceptũ hoc sit affirmatiuum, & præcepta affirmatiua obligent semper, sed non pro semper sed pro tempore necessitatis: cõsequens est vt ex hoc Domini præcepto sacerdotes, nõ teneãtur tradere sub vtraq; specie, nisi necessitas cõmunicandi sub vtraq; specie adueneritac per hoc si huiusmodi necessitas alicubi nunquã interueniat: nunquã sacerdos reus violati præcepti est. Exempli, præceptũ de honorandis patrẽs tibus factũ, quia est affirmatiũ, intelligitur tempore necessitatis, & propterea si nunquã contingit parentes meos necessitatẽ habere subuentionis meæ, nunquã ego reus præcepti sum. Et ea in sanctis Christi Ecclesiis Rom. Ecclesiã imitã tibus nunquã cõtingit aliqui non celebrãti necessitas cõmunicandi sub vtraq; specie: quia docente Spiritu sancto cõtenti sunt cõmunione sub specie panis) ideo nullus sacerdos in huiusmodi ecclesiis reus est violati præcepti Dominici. ¶ Quarto dicitur ex ipso ordine textus Euãgelici, quòd hoc Domini præceptũ nullibi intenitur à Domino tradita nisi respectu sacramẽti sub specie panis tantũmodo. q; ly hoc, nihil demõstrat de pertinẽtibus ad calicẽ, & propterea ex isto præcepto argumentũ sumptũ, si efficax est, gladius est Goliath, quoniã hinc sequitur, q; sola panis sancti cõmunio præcepta est tradenda. Et probatur quod dictum, primò ex autoritate Euãgelij. Solus enim inter Euãgelistas Lucas verba hæc posuit in ea, 22. vbi expressè refert Dominũ ante consecrationẽ calicis, post tamen cõsecrationẽ panis, dixisse, Hoc facite in meã cõmemorationẽ. Secundò autoritate Pauli Apost. 1. ad Corint. 11. vbi refert Dominũ dixisse, Accipite & comedite hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam cõmemorationẽ. post consecrationẽ autẽ calicis Lucas de hoc nihil refert: Paulus autem Apostolus refert Christũ dixisse, Hoc facite quotiescunq; bibetis, in meã commemorationem. Vbi ex ipsa diuersitate verborũ à Paulo narratorũ, manifestè apparet quòd de sacramento sub specie panis Dominus dixit absolutè, hoc facite in meã commemorationẽ: de eodem autẽ sacramento sub specie vini nõ dixit absolutè, Hoc facite: sed dixit, quòd hoc facetes, quotiescunq; biberem, in suam commemorationem. Vbi meridiana luce clarius patet, quòd non præcipitur bibere, sed quòd quotiescunq; bibimus, in suam commemorationem hoc faciamus. Et hinc sequitur quòd si ex hoc præcepto Domini, Hoc facite in meã commemorationem, efficax argumentum ad communionem populi sumitur: optimè sequitur absq; vlla controuersia, quòd non est præcepta communio populi nisi sub specie panis. Et confirmatur iste sensus ex eo quòd in numero singulari dicitur, Hoc facite, & non dixit, hæc facite: sicut per oppositum ecclesia volens vtranque significare speciem sacramenti, explicat in numero plurali, dicens, Hæc quotiescunque feceritis, in mei memoriam facietis.

¶ Ad tertium argumentũ dicitur, concedendo quòd tam perfectio sacramenti in conseratione, quàm perfectio eiusdem in vsu. est sub præcepto: & hoc proper allatam, obliciendo, rationem, scilicet quòd sacramentum hoc suapte natura est propter vsum, & perfectio sacramenti est propter perfectionem vsus. Vnde & grande sacrilegium esse dixit Gelasius, dividere mysterium hoc, quo ad vsum: sed non propterea argumentum hinc sumpctũ viget ad vsum vtriusq; speciei in cõmunione populi. Et ratio est, quia perfectio sacramenti secundum vsum, non dependet nisi à per se concurrente ad sacramentum illud: quemadmodum cæterarũ rerum perfectiones, non attendunter secundum ea, quæ sunt per accidentes: sed in ordine ad ea, quæ concurrunt per se: alioquin nonquum res aliqua suam perfectionem sortiretur, solus autem sacerdos concurrit per se ad perfectionem hums sacramẽti tam consecrando, quàm vtendo: & propterea sicut sacrilegus esset sacerdos, consecrando panem, & non vinum: ita sacrilegij reus esset, sumendo panem sanctum, & non sumendo calicem. Et quidem quòd sacerdos concurrat per se ad consecrationem & vsum huius sacramenti, clarè patet, quòd autem solus concurrat per se, patet tum ex eo quòd solus sufficit ad perfectionem sacramenti tam consecrando quàm vtendo. Tum ex eo quòd populi communio post consummatum sacrificium atq; sacramentum, tam quo ad consecrationẽ, quàm quo ad oblationem & vsum superuenit, sacerdoti enim per seipsum perfecit hæc omnia: quod autem superuenit alicui post illius perfectionem, non est de concurrentibus per se ad illius perfectionem. Tum ex eo quòd accidentaliter coniungitur perfecto vsui huius sacramenti, quòd aliquis circunstantium sit communicandus: quod ex eo patet, quòd nihil minus perficitur est sacramentum & in se & in vsu, si nullus circunstantium communicet: si enim perfectio vsus dependeret ab aliorum communione, non posset absque sacrilegij vitio sacramenti huius vsus esse, nisi aliquis ex circunstantibus communicaret: sicut non potest absque sacrilegio eius vsus à celebrante omitti aut diuidi. Quocirca manifestum est, quòd ex perfectione huius sacramenti tam quo ad consecrationem, quàm quo ad vsum per se (ea enim quæ sunt per accidens, & ab arte & à scientia relinquuntur) non habetur necessitas communicandi populum sub vtraque specie:

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Si dicatur quòd nihil spiritualis fructus acquirit ex calice, sequitur quòd potus ille sacramentalis non conficit sacerdoti quod significat: & quum intuitus ista non proueniat ex parte sacramenti (quoniam calix ille est calix vitæ non solùm contentiuus, sed collativus) nec proueniat ex parte sacerdotis (quoniam supponimus ipsum dignè celebrare) consequens est quòd non nisi temerè & voluntariè negatur fructus sumptionis sub secunda specie.

¶IN OPPOSITVM est Autor in litera huius 11. artic. in calce dicens, Potest autem à populo corpus sine sanguine sumi nec exinde sequitur aliquod detrimentum, quia sacerdos in persona omnium sanguinem offert & sumit, & sub vtraq; specie totus Christus continetur. Vbi clarè vides dictum. Nec exinde sequitur aliquod detrimentum: quod talium esset si damnum spiritualis fructus populus incurreret, sumendo corpus & non sumendo calicem.

¶Ad euidentiam veritatis quæstionis huius, tria agenda sunt. primò declarandæ sunt duæ radices difficultatis, secundo prosequemur primam radicem, & tertiò prosequemur secundam.

¶Quo ad primum sciendum est, quòd quia sacramenta nouæ legis conferunt quod significant: ideo in duplici consueuerunt locari genere: quatenus enim conferunt, locantur in genere causæ instrumentalis aut quasi instrumentalis: quatenus verò significant, locantur in genere signi sensibilis. Et propterea de sacramentis dupliciter loqui contingit. Vel vt habent rationem causæ, vel vt habent rationem signi. Quum enim de virtute sacramentorum est sermo, ad causalitatem sacramenti spectatur: virtus enim causalitatem sonat. Et similiter quum de sacramentali medicina est sermo, ad causalitatem quoque spectatur: inter causas enim medicina locatur. Et breuiter quum de efficacia aut effectu alicuius sacramenti agitur, ad causalitatem spectatur. Quando autem de significato aut significatione sacramenti est sermo, clarè liquet quòd sacramentum inquantum signum tractatur.

¶Duabus igitur in sacramento inuentis conditionibus (scilicet quòd est causa, & quòd est signum, quòd confert & quod significat) difficultas in proposita quæstione ex vtraq; oritur. Nam ex eo quòd Dominicus calix non minorem habet virtutem, quàm sacra hostia, nec minus natus est conferre quàm sacra hostia confert: rationi consentaneum est, vt quemadmodum sacra hostiæ eius proprium habet fructum spiritus in anima edentis, ita sacri calicis potus proprium habeat fructum spiritus in anima bibentis: tàm per hoc duplex fructus vtiliorem monstrat sumptionem sacramenti sub vtraque specie, quàm sub altera tantùm. Similiter, quia non minus Dominicus calix cum eius potu sacramentali significat interiorem fructum spiritus, quàm sacra hostia cum eius esu significat interiorem spiritus fructum: consequens est, vt sicut donum Spiritus significatum esu sacræ hostiæ absque dubio acquiritur: ita donum Spiritus significatum potu sacramenti calicis absque dubio habeatur à dignè bibente, & sic ex multiplicato dono iuxta diuersitatem significabilis concluditur communicare sub vtraque specie, quàm sub altera tantùm.

¶Oritur ergo tota huius quæstionis difficultas ex diuersitate sacramentalis causæ vel sacramentalis signi aut vtriusque. Et propterea diligenter discutienda est primò virtus atque causalitas huius sacramenti, & deinde significatio. His enim patefactis, facile erit nodum soluere quæstionis. Hæc de primo.

¶Quo ad secundum, vt clarè appareat veritas, vt cognoscatur quid in Eucharistiæ sacramento est causa, & quomodo causat, declaranda per ordinem sunt tria. primum est, quòd causans non est vltra aliqua in sacramento aut diuina assistentia. sed est res contenta in Eucharistia. Secundum est, quòd huiusmodi res contenta causans non est minus res concomitanter contenta quàm res contenta ex vi conuersionis. Tertium est, quòd res contenta in hoc sacramento causat absque aliquo sensibili instrumento. Primum horum (scilicet quòd res causans seu conferens spiritualem fructum in sumptione Eucharistiæ est res contenta in Eucharistia) ab omnibus est confessum: qui confitentur Christum realiter contineri sub hoc sacramento: ipse enim Christus perfectus Deus, & perfectus homo est largitor omnis fructus gratiæ. & est res contenta sub hoc sacramento. Et hinc absque controuersia habetur quòd non oportet recurrere in vsu huius sacramenti ad virtutem alliquam in sacramẽto positam per modum intentionis aut ad diuinam assistentiam, sicut in aliorum sacramentorum vsu & in huius sacramenti consecratione recurritur. Singulare est enim in hoc sacramento, in quo solo vsus à consecratione separatur: quòd ipsum fontem gratiæ præsentialiter habeat, vt eem in sacramento contenum, & ex hac singulari excellentia prouenit, vt sicut per seipsum in seipso fons gratiæ sub sacramento continetur: ita per seipsum conferat sacramenti fructum.

¶Secundum autem (scilicet quòd non minus ad conferendum fructum huius sacramenti concurrit res contenta concomitanter, quàm res contenta ex vi sacramenti seu conuersionis) declaratur recolendo quòd dupliciter res aliqua continetur sub hoc sacramento vel ex vi sacramenti seu conuersionis, & sic sub hostia continetur corpus Christi tantùm: ita quòd nec sanguis nec anima nec deitas sic continetur sub hostia, & similiter in calice ex vi sacramenti solus sanguis continetur, ita quòd nec Christi corpus, nec anima, nec deitas, sic continetur sub specie vini. Vel concomitanter & sic sub hostia cõtinetur tam sanguis Christi quàm eius anima & deitas: & similiter sub specie vini continentur concomitanter Christi corpus, anima & deitas. Ex his enim constat, quòd nec sub specie panis nec sub specie vini continetur Christi anima, & similiter deitas, nisi concomitanter. Quo stante declaratur propositum sic: Spiritualis fructus Eucharistiæ non minus causatur à Christi anima & ab eius deitate, quàm à Christi corpore seu sanguine: sed tam deitas quàm anima Christi est res concomitater existens sub sacramento: ergo non minus causat fructum spiritualem Eucharistiæ res concomitanter contenta, quàm res ex vi sacramenti contenta. Processus totus est clarus cum minore iam declarata. Prima autem propositio per se euidens est. Tum, quia deitas præsens personaliter estquæ maximè confert fructum hunc spiritualem. Tum quia Christus in hoc sacramento præsens confert voluntariè dona sui spiritus: voluntaria autem collatio principaliter & maximè pendet à voluntate, quæ est in anima. Tum quia plus est quàm quod dixi nam tam sanguis quàm corpus Christi viuꝰ cibandi atque porandi habet ex coniunctione ad deitatem: nisi enim esset corpus Verbi & sanguis Verbi, quod in principio erat Deus, non conferret vitam æternam.

¶Tertium autem (scilicet quòd Christus in hoc sacramento contenta, confert per seipsum, & non per aliquod sensibile instrumentum, spiritualem fructum) declaratur tripliciter. Primò quia vbi est præsens agens sufficiens per seipsum, non est opus instrumentorum: consuetum adhiberi instrumentum.

¶Secundò: quia sic se habet esus & potus sacramentalis ad hoc alimentum spiritus, sicut se habet tam manducatio quàm potus naturalis ad alimentum corporale: sed in nutritione corporali panis & vinum non per instrumenta, sed secundum seipsa alunt. quoniam vt dicitur in 2. de anima, alimentum secundum suam substantiam nutrit. Et similiter edere & bibere non sunt instrumenta alimenti corporalis ad alendum corpus: sed comedere concurrit, vt adducens alimentum siccum: & bibere vt adducens alimentum humidum: constat autem secundum philosophiam, quòd approximatio agentis & patientis, alimenti & alti non locatur inter instrumenta. Relinquitur igitur ex hoc quòd Christus continetur in hoc sacramento vt alimentum (vt species panis & vini attestantur) quòd ipse secundum seipsum nutriat spiritum sumentium, & similiter ex hoc quòd ad sumentium animas peruenit cupio quòd manducare & bibitur sacramentaliter, quòd esu & potu sacramentali non vtitur vt instrumento, sed vt approximationibus alimenti ad hominem, qui alendus est.

¶Tertiò: quia de diuinis sacramentis oportet sapere ad sobrietatem, non excedendo limites Patrum nostrorum, accepimus autem ex Ecclesiæ doctrina incomprehensibilem ac ineffabilem conjunctionem Christi & speciemm sacramentalium sub ratione continentis & contenti veraciter præsentis & signi & signati, & huiusmodi, & non secundum rationem agentis & instrumenti, & propterea voces huiusmodi tanquam prophanæ nouitates vitandæ sunt.

¶Ex quibus omnibus infertur primò, quòd in calice & hostia non sunt diuersæ virtutes collativæ spirituales graris: sed vna tantùm, & res vtrobiq; contenta, scilicet Christus ipse secundum seipsum, & non per virtutes mediat. Inferitur secundò, quòd in hostia & calice Christus non vtitur diuersis instrumentis ad conferendum fructum spiritus: quia vtrobiq, nullo vtitur sensibili instrumento ad huiusmodi collationem. Et quia exclusa omni virtute media, & exclusis omni instrumento medio, nulla remanet ex parte Christi præsentia differentia causandi, distribuendi seu conferendi sub vtraque specie, nisi voluntas diuidens singulis, prout vult: ideo infertur tertiò, quòd quæcunque argumenta ad probandam diuersitatem fructuum spiritualium in sumptione vtriusq; speciei, ex diuersitate virtutum sacramentalium vel sacramentalium instrumentorum vel modorum conferendi & aliorum eiusmodi, ex falso procedunt principio, nihilq; valent vtpote absq; fundamento erecta. Quò fit vt considerando sacramentum Eucharistiæ infra latitudinem causæ (prout est collativum spiritualis gratiæ, nutritiuum animæ & medicina eiusdem) nulla sit differentia inter species ipsas inter se. & similiter nulla sit differentia inter vtranq; simul & alteram tantùm: quoniam vt ex dictis patet, vna & eadem omnino absque omni virtute media, absque omni sensibili instrumento medio est vtrobique, & in altera tantùm cuiuscunque spiritualis doni causa, scilicet Christus ipse personaliter præsens secundum deitatem & humanitatem. Hæc de secundo.

¶Quo ad tertium, aduertendum est, quòd diuersitas in significando quæ ingerit difficultatem, dupliciter inuenitur in hoc sacramento. Inuenitur siquidem & diuersitas signi quia aliud signum est species panis cum ipsius esu: & aliud signum est species vini cum eius potu, & diuersitas modi significandi. Et hæc inuenitur dupliciter. hoc est comparando species inter se, sicut expressius significat monstratur sanguis à corpore) quàm hostia, & comparando vtranque simul speciem sacramenti ad alteram tantùminam vtranque simul significat integrè refectionem spiritualem: singulæ autem species imperfectè repræsentant illam: vna scilicet vt cibum, & altera vt potum.

¶Nulla autem harũ diuersitatum, si diligenter perspexerimus, diuersitatem alii quam in fructu spirituali huius sacramẽti arguit. Quod quadrupliciter manifestatur. primò ex cõmunibus: quoniã nec diuersitas nec diuersus modus significãdi, diuersitatem arguit in re signata: sed vna eadẽmq; res omnino immutata, & diuersis signis & diuersimodè potest signari: vt patet quum vnus idẽmq; homo repræsentatur per imaginem in speculo, & per statuã, pictura, &c. & ab vna perfectius, & ab alia imperfectius repræsentatur. ex his enim diuersitatibus in signis & significationibus nulla circa tem signatã varietas mõstratur.

¶Secundo declaratur exemplo in baptismo. Immersio siquidem, quæ in celebratione baptismi fit, significat eum qui baptizatur, consepelri Christo & emergere resurgere eundem cum Christo in nouitatem vitæ: iuxta illud Apostoli ad Rom. 6. Consepulti sumus cum Christo per baptismum in mortem, vt quomodo Christus surrexit à mortuis, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si tamen aliquis baptizatur non per modum immersionis, sed per modum effusionis aut aspersionis, deficit tunc baptismo dictus modus significandi: & non propterea is qui baptizatur, minus est consepultus Christo, aut minus resurgit in nouitatem vitæ, quàm ille qui baptizatus est per immersionem. Hinc enim manifestè habet quòd non solùm in communi loquendo, diuersitas seu defectus in modo significandi, nullam varietatem arguit in re signata: sed etiam in speciali de sacramentalibus signis loquendo defectus in significando, nihil admit de fructu sacramenti, & plenitudo in significando, nihil adiungit ad fructum sacramenti: æquale siquidem donum ex baptismo recipiunt baptizatus per immersionem & baptizatus per aspersionem: quanuis magna sit diuersitas vtrobique in significando.

¶Tertiò ex ratione: quia aliud est diminuè seu partialiter significare, & aliud est significare diminutum seu partem. Primum inuenitur in singulis fructibus huius sacramenti speciebus, secundum autem non: & vt patet non sequitur ex primo. Similiter aliud est plenius seu expressius significare, & aliud est plenioꝛem fructum significare, & similiter aliud est integrè significare, & aliud est imperfectaliter significare, & similiter aliud est diuersis signis significari. & aliud est diuersi significari. Diuersitas nanq; tam signorum, quàm modorum significandi, in signis ipsis sistit, & non pertransit ad rem signatam: sunt enim conditiones signorum, & non rei signatæ. Et propterea inter signa & signorum conditiones aduertenda est differentia hæc, quòd signo quidem respondet signatum, sed diuersi ati signorum non respondet diuersitas rei signatæ: & similiter modo significandi non respondet modus rei signatæ. Et ratio est, quia vna & eadem omnino immutata res potest & diuersis signis & diuersimodè signari.

¶Quarrò declarato descendendo ad propositum sacramentum exemplatiter. Diuersa in primis signa, scilicet hostia comesta, & calix bibitus, non diuersos sacramenti fructus, sed vnum atque eundem spiritualem fructum significant nam manducate & bibere spiritualiter, vnum & idem sunt: vt restatur Augustinus super Ioan. homil. 25. super illo textu, Qui venit ad me, non esuriet: & qui credit in me, non sitiet in æternum. Ioan. 6. Inquit enim, Qui venit ad me, hoc est quod ait, qui credit in me: & quod dixit, non esuriet, hoc intelligendum est, & non sitiet vnquam. vtrobique enim illa significatur æterna satietas, vbi nulla est egestas. Vbi ex hoc quod sitire & esurire ponitur idem, manifestè patet, quòd manducare & bibere sunt idem, & quòd alimentum sanans esu, & alimentum sanans potu, sunt idem secundum rectum philosophiæ iudicium: iuxta illud 2. Phy. Si posse sanari & posse infirmari sunt idem, sanari & infirmari sunt quoq; idem, & similiter sanitas & infirmitas sunt idem.

¶Diuersi deinde modi significandi. non diuersos fructus spiritualis modos significant, sed excellentem & præstantem illum fructũ diuersimodè significari docent: vt sic significãte vno, & sic repræsentãte alio, & sic reperimentante vtroq; illorũ vnus & idem fructus inadæquatus omnibus & singulis signis (vtpote superexcedens quæcunq; huiusmodi signa quocunq; modo illum significantia vtriusq; innotescat, & in summa veneratione habeatur, & toto corde desideretur. Cõcernens autẽ rationi esse patet, vt diuersa signa sensibilia & diuersimodè significãta, ad vnũ spirituale mentis intelligibilis ordinẽ fructũ repræsentãdum sint instituta à diuina sapiẽtia disponẽte omnia suauiter, sensibilia enim valde defectiuè repræsentãt excellẽtiam intelligibilis rerum: & præcipuè tã excelsam rem quæ ex hoc sacramẽto signata, & est illius fructus interna scilicet suauitas spiritus secundũ participationẽ æternæ fœlicitatis. Vnde nõ solùm ex ipsis sacramẽta sensibilia, sed & ex aliis innumeris defectiuè significatur huius sacramẽti fructus. Nec obstat, q; dicatur, Eucharistiam sub vtraq; specie integrè repræsentare internã refectionẽ: quoniã huiusmodi integritas seu totalitas repræsẽtãti nõ simpliciter & absolutè, sed respectiuè ad singulas species intelligitur: ãquã si diceretur, quòd totũ Eucharistiæ sacramentũ repræsentat internã refectionẽ non simpliciter in significãdo, sed etiã in cõferendo. & propterea sicut aqua baptismi non solùm in significãdo, sed etiã in cõferendo. & propterea sicut aqua baptismi corpus tãgit, & corabluit: sic hostia sacra corpus tãgit, & cor alit. Sed multũ differt in modo cõferendi: quoniã in aliis sacramẽtis Christus mediãte virtute sacramẽti, scilicet effectum: hic autem immediatè per seipsum fructũ confert sacramenti. Et propterea esto cautus quum obiicitur huiusmodi similitudines.

¶Ad confirmationẽ dicitur quòd actus sacramẽtales sunt in duplici differẽtia. Quidã enim sunt qui interueniũt in ipsa cõfectione sacramẽti, & de his verifica tur quòd sunt actus instrumẽtales. Quidã verò sunt qui post cõfectum sacramẽtum, ad vsum solùmodo specẽtes sacramẽti: & hi non sunt actus instrumẽtales ad conferendũ sacramenti fructum: sed vt dictũ est, se habent vt approximationes ad id quod nutritiuꝰ actus autem sunt de quibus est sermo præsent.

¶Ad aliam cõfirmationem dicitur, quòd nõ ideo simile redditur iudicium de Eucharistia & baptismo & aliis sacramentis, dicẽdo quòd non proueniat de defectu sacramẽti si intructuosè quandoq; suscipiantur: quasi eodem modo Christus operetur in hoc sacramento & in aliis: cum constet, quòd non eodem modo Christus est in hoc sacramento & in aliis: quoniam hic est per seipsum præsens, in aliis per suam virtutem vel assistentiã. Sed hoc ideo dicitur, quia quantum ad collationem spiritualis gratiæ idem est iudicium in omnibus: enim cõferuntur spirituale donum, si dignè suscipiantur.

¶Ad tertiũ dicitur, quòd cæteris paribus, non est vtilius spiritualiter comedere & bibere sacramentũ, quàm comedere tãtùm: quia comedere & bibere spiritualiter Christũ, sunt vnum & idẽ inter se, & non differũt à comedere & bibere spiritualiter Eucharistiã, nisi sola relatione ad sacramentũ. Cõstat enim quòd vtilius & gradatur secundũ interiorem Spiritus fructũ & nõ secũdum relationẽ ad sacramentum: quoniã relatio huiusmodi nõ facit melius, sed solã habitudinem ad sacramentum. Vnde sicut comedere & bibere spiritualiter, idem sunt, manifestat Dominus, Ioan. 6. dum ter vnum & idem dicit, Quòd nisi mãducaueritis carnẽ Filij hominis, & bibertis eius sanguinem, non habebitis vitã in vobis. Secũdo, quòd dicit, Qui manducat meã carnem & bibit meũ sanguinẽ, habet vitam æternã. Tertiò, quũ dicit, Qui mãducat hunc panem, viuet in æternum. Quartò, quũ dicit, Qui manducat meã carnẽ & bibit meũ sanguinẽ, manet in me & ego in illo. Vbi patet, quòd eadem est vnius mãducationi & potui appositus est fructus, primò vita in nobis.

secundò vita æterna, tertiò mansio in Christo, & econtra.

¶Ad instantiã autem, quòd mãducare est actus intellectus, & bibere actus affectus, retpondetur quòd hæc sunt vera secũdum quãdam appropriationẽ, & non secũdum proprietatem. Et hoc tam in via quàm in patria. nam in via tam manducare, quàm bibere spiritualiter, spectat ad credere in Christũ: quia actus qui sit fidei formatæ, & intellectus & affectus est, in patria autẽ fruitio beata, virtusque quoque partis perfectio est. In cuius signum quum dictum esset, quòd cibaret illum pane vitæ & intellectus, subiectum est: & aqua sapiẽtiæ potauit illum, vt monstraretur sapientia ad intellectũ pertinens, & cibus & potus. Et similiter non solùm dictum est, Torrente voluptatis tuæ potabis eos, sed, inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: vbi tam vbertas domus, quàm voluptas ad potum relata est, vt monstraretur identitas cibi & potus.

¶Ad confirmationem verò de diuersitate signorum dicitur quòd non oportet diuersis signis sensibilibus respõdere diuersa signata intelligibilia. Nec propter hoc, quòd multa signa vnum & idem signatum significant, aliquod superfluit: tum quia inadæquatè singula reprætentant illud intelligibile: tũ quia sapienter diuina prouidentia huiusmodi signa instituit ad nostram eruditionem, exercitationem humiliationem, conformitatem, &c.

¶Ad vltimam cõfirmationem de appropriatis, respõdetur dilingũdo de significatione vel collatiõe, & similiter de proprio vel appropriato. Et dicitur quòd respectu actus significandi explicitè (de tali enim significãdi modo loquor) aliquid est proprium vni speciei, & aliquid propriũ alterius: respectu autẽ actus * intelligendi est id, sine quo nõ. Secundũ enim huiusmodi extensionẽ nominum verificatur, quòd species & earũ vsus sunt instrumẽta ad fructũ sacramẽtiquia sine eis in re vel in voto nõ cõfertur sacramẽti fructus à re cõtenta sub sacramẽto. Vbi scitũ, q; huiusmodi species & vsus earũ cõuenitur cum aliis sacramẽtis non solùm in significãdo, sed etiã in cõferendo. & propterea sicut aqua baptismi corpus tãgit, & corabluit: sic hostia sacra corpus tãgit, & cor alit. Sed multũ differt in modo cõferendi: quoniã in aliis sacramẽtis Christus mediãte virtute sacramẽti, scilicet effectum: hic autem immediatè per seipsum fructũ confert sacramenti. Et propterea esto cautus quum obiicitur huiusmodi similitudines.

¶Ad confirmationẽ dicitur quòd actus sacramẽtales sunt in duplici differẽtia. Quidã enim sunt qui interueniũt in ipsa cõfectione sacramẽti, & de his verifica tur quòd sunt actus instrumẽtales. Quidã verò sunt qui post cõfectum sacramẽtum, ad vsum solùmodo specẽtes sacramẽti: & hi non sunt actus instrumẽtales ad conferendũ sacramenti fructum: sed vt dictũ est, se habent vt approximationes ad id quod nutritiuꝰ actus autem sunt de quibus est sermo præsent.

¶Ad aliam cõfirmationem dicitur, quòd nõ ideo simile redditur iudicium de Eucharistia & baptismo & aliis sacramentis, dicẽdo quòd non proueniat de defectu sacramẽti si intructuosè quandoq; suscipiantur: quasi eodem modo Christus operetur in hoc sacramento & in aliis: cum constet, quòd non eodem modo Christus est in hoc sacramento & in aliis: quoniam hic est per seipsum præsens, in aliis per suam virtutem vel assistentiã. Sed hoc ideo dicitur, quia quantum ad collationem spiritualis gratiæ idem est iudicium in omnibus: enim cõferuntur spirituale donum, si dignè suscipiantur.

¶Ad tertiũ dicitur, quòd cæteris paribus, non est vtilius spiritualiter comedere & bibere sacramentũ, quàm comedere tãtùm: quia comedere & bibere spiritualiter Christũ, sunt vnum & idẽ inter se, & non differũt à comedere & bibere spiritualiter Eucharistiã, nisi sola relatione ad sacramentũ. Cõstat enim quòd vtilius & gradatur secundũ interiorem Spiritus fructũ & nõ secũdum relationẽ ad sacramentum: quoniã relatio huiusmodi nõ facit melius, sed solã habitudinem ad sacramentum. Vnde sicut comedere & bibere spiritualiter, idem sunt, manifestat Dominus, Ioan. 6. dum ter vnum & idem dicit, Quòd nisi mãducaueritis carnẽ Filij hominis, & bibertis eius sanguinem, non habebitis vitã in vobis. Secũdo, quòd dicit, Qui manducat meã carnem & bibit meũ sanguinẽ, habet vitam æternã. Tertiò, quũ dicit, Qui mãducat hunc panem, viuet in æternum. Quartò, quũ dicit, Qui manducat meã carnẽ & bibit meũ sanguinẽ, manet in me & ego in illo. Vbi patet, quòd eadem est vnius mãducationi & potui appositus est fructus, primò vita in nobis.

*confe-rendi.

¶Ad instantiã autem, quòd mãducare est actus intellectus, & bibere actus affectus, retpondetur quòd hæc sunt vera secũdum quãdam appropriationẽ, & non secũdum proprietatem. Et hoc tam in via quàm in patria. nam in via tam manducare, quàm bibere spiritualiter, spectat ad credere in Christũ: quia actus qui sit fidei formatæ, & intellectus & affectus est, in patria autẽ fruitio beata, virtusque quoque partis perfectio est. In cuius signum quum dictum esset, quòd cibaret illum pane vitæ & intellectus, subiectum est: & aqua sapiẽtiæ potauit illum, vt monstraretur sapientia ad intellectũ pertinens, & cibus & potus. Et similiter non solùm dictum est, Torrente voluptatis tuæ potabis eos, sed, inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: vbi tam vbertas domus, quàm voluptas ad potum relata est, vt monstraretur identitas cibi & potus.

¶Ad confirmationem verò de diuersitate signorum dicitur quòd non oportet diuersis signis sensibilibus respõdere diuersa signata intelligibilia. Nec propter hoc, quòd multa signa vnum & idem signatum significant, aliquod superfluit: tum quia inadæquatè singula reprætentant illud intelligibile: tũ quia sapienter diuina prouidentia huiusmodi signa instituit ad nostram eruditionem, exercitationem humiliationem, conformitatem, &c.

¶Ad vltimam cõfirmationem de appropriatis, respõdetur dilingũdo de significatione vel collatiõe, & similiter de proprio vel appropriato. Et dicitur quòd respectu actus significandi explicitè (de tali enim significãdi modo loquor) aliquid est proprium vni speciei, & aliquid propriũ alterius: respectu autẽ actus intelligendi est id, sine quo nõ. Secundũ enim huiusmodi extensionẽ nominum verificatur, quòd species & earũ vsus sunt instrumẽta ad fructũ sacramẽtiquia sine eis in re vel in voto nõ cõfertur sacramẽti fructus à re cõtenta sub sacramẽto. Vbi scitũ, q; huiusmodi species & vsus earũ cõuenitur cum aliis sacramẽtis non solùm in significãdo, sed etiã in cõferendo. & propterea sicut aqua baptismi corpus tãgit, & corabluit: sic hostia sacra corpus tãgit, & cor alit. Sed multũ differt in modo cõferendi: quoniã in aliis sacramẽtis Christus mediãte virtute sacramẽti, scilicet effectum: hic autem immediatè per seipsum fructũ confert sacramenti. Et propterea esto cautus quum obiicitur huiusmodi similitudines.

¶Ad confirmationẽ dicitur quòd actus sacramẽtales sunt in duplici differẽtia. Quidã enim sunt qui interueniũt in ipsa cõfectione sacramẽti, & de his verifica tur quòd sunt actus instrumẽtales. Quidã verò sunt qui post cõfectum sacramẽtum, ad vsum solùmodo specẽtes sacramẽti: & hi non sunt actus instrumẽtales ad conferendũ sacramenti fructum: sed vt dictũ est, se habent vt approximationes ad id quod nutritiuꝰ actus autem sunt de quibus est sermo præsent.

¶Ad aliam cõfirmationem dicitur, quòd nõ ideo simile redditur iudicium de Eucharistia & baptismo & aliis sacramentis, dicẽdo quòd non proueniat de defectu sacramẽti si intructuosè quandoq; suscipiantur: quasi eodem modo Christus operetur in hoc sacramento & in aliis: cum constet, quòd non eodem modo Christus est in hoc sacramento & in aliis: quoniam hic est per seipsum præsens, in aliis per suam virtutem vel assistentiã. Sed hoc ideo dicitur, quia quantum ad collationem spiritualis gratiæ idem est iudicium in omnibus: enim cõferuntur spirituale donum, si dignè suscipiantur.

¶Ad tertiũ dicitur, quòd cæteris paribus, non est vtilius spiritualiter comedere & bibere sacramentũ, quàm comedere tãtùm: quia comedere & bibere spiritualiter Christũ, sunt vnum & idẽ inter se, & non differũt à comedere & bibere spiritualiter Eucharistiã, nisi sola relatione ad sacramentũ. Cõstat enim quòd vtilius & gradatur secundũ interiorem Spiritus fructũ & nõ secũdum relationẽ ad sacramentum: quoniã relatio huiusmodi nõ facit melius, sed solã habitudinem ad sacramentum. Vnde sicut comedere & bibere spiritualiter, idem sunt, manifestat Dominus, Ioan. 6. dum ter vnum & idem dicit, Quòd nisi mãducaueritis carnẽ Filij hominis, & bibertis eius sanguinem, non habebitis vitã in vobis. Secũdo, quòd dicit, Qui manducat meã carnem & bibit meũ sanguinẽ, habet vitam æternã. Tertiò, quũ dicit, Qui mãducat hunc panem, viuet in æternum. Quartò, quũ dicit, Qui manducat meã carnẽ & bibit meũ sanguinẽ, manet in me & ego in illo. Vbi patet, quòd eadem est vnius mãducationi & potui appositus est fructus, primò vita in nobis.

QVÆSTIO III.

An expediat ecclesiæ Christi, quòd populus communicet sub vtraque specie.

QVÆRITVR tertiò, vtrum expediat Ecclesiæ Christi, quòd populus cõmunicet sub vtraq; specie. Videtur enim quòd sic. Primò, exẽplo Christi, qui etiam Iudam communicauit sub vtraq; specie, & immediatè antè dixerat, Exemplum enim meum dedi vobis, &c.

¶Secundò, exemplo primitiuæ Ecclesiæ. Tunc enim populus communicabat sub vtraq; specie, vt patet primæ ad Corin. 11.

¶Tertiò, exemplo diuturnæ prosequutionis. Nam huiusmodi consuetudo perhauit non solùm tempore martyrum (quos Cyprianus dominico poculo præ confortandos censuit) sed etiam tempore, patis Ecclesiæ: quam legamus factas non solùm patenas, sed etiam calices ministeriales: quare enim ministeriales non solùm patenas, sed etiam calices ministeriales: quare enim ministeriales dicti sunt, nisi quia non ad offerendum, sed ad ministrandum populo Christi sanguinem deseruiebant.

¶Et si amplius perspectum fuerit, quòd in ordine Cistercien. alicubi communio fieri legitur sub vtraq; specie, apparebit quòd tempore institutionis ordinis Cistercien. perseuerabat cõsuetudo communicandi sub vtraq; specie: quoniam non est verisimile, si consuetudo illa cessauerat, quòd monasterium aliquod præsumpsisset abolitam consuetudinem recouare.

¶Et confirmatur: quia tamen actio, quam doctrina priscorum Sanctorũ præfertur actioni & doctrinæ posteriorum, ac per hoc expediẽs videtur Ecclesiæ Christi sequi vestigia priscorum patrum, & imitari eos quantum possumus.

¶Præterea. Duorum licitorum illud vr magis expediens est eligendũ, quod clarius & tutius & magis consentaneum est. sed communicare sub vtraq; specie, est clarius, tutius & magis consentaneum. ergo. Declaratur minor, quoniã sit quidẽ clarius, quia nullam habet obscuritatem difficultatum, quas habet communio sub vna specie. Quòd verò sit tutius, quia nullius omissionis periculo se exponit cui se exponit communicans sub altera specie tantùm, omittendo communionem alterius. Quòd sit autem magis consentaneum, quia cõsona institutioni sacramenti & integritati ipsius, & integritati sensibilis refectionis.

¶Præterea, Quod congruit ex his, quæ sunt per te, est magis expediens eo quod congruit ex his, quæ sunt per accidens: sed communio sub vtraq; specie, cõgruit ex his, quæ sunt per se: quia cõgruit ex ipia perfectione sacramẽti. cõmunio autem sub specie panis tãtùm cõgruit ex his, quæ sunt per accidens: quia oritur ex inepta quorundam communicantium: ergo magis expedit Ecclesiæ Christi, communicare populum sub vtraq; specie, quàm sub specie panis tantùm.

¶IN

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶IN OPPOSITVM est consuetudo innumerarum Ecclesiarum.
¶Ad euidentiā huius quæstionis sciēdum est, quòd vsus Eucharistiæ mediat est inter vtentem & sacramentū, & propterea cōsonus vtriq; debet esse. Sed quū duplex sit Eucharistiæ vsus (vel primarius, spectans ad cōsecrantem: vel secundarius, spectans ad populum) hīc est quæstio ad populum tm: & est quæstio ad propositum spectat, inter vtrumq; vsum differentia, quòd vsus primarius debet cōsonare ipsorebus sacramēti, eo q; perfectio vsus (primarij) spectat ad perfectionē sacramenti vt finis, & propterea, vt prædictū est, sacrilegij reus esset sacerdos celebrans omittēdo cōmunionē calicis. Vsus autē secūdarius de congruo decet, quòd cōsonet speciebus sacramenti: quia in ipso nō cōsistit perfectio sacramēti, vt prædictum est. Et quia cōmunio populi in vsu secūdario huius sacramēti cōsistit: ideo ex parte sacramenti decet talē vsum, id est cōmunionē populi cōgruere speciebus sacramētalib⁹: hoc est, quòd fiat sub vtraq; specie, ex parte verò vtentis populi debetur huic vsui reuerentia: tenetur enim populus communicare absq; irreuerentia: imò & cum reuerentia debita ranco sacramento.
¶Duobus igitur cōgruentibus populari vsui huius sacramenti (altero ex parte signorum sacramentalium: altero ex parte populi cōmunicantis) si vtrumq; nequit prudenter fieri, appendēda sunt in stateris hinc & inde secūda & omittenda, vt discernatur quid magis expedit. Et ex vna quidē parte appendēda est cōmunio popularis sub vtraq; specie cum periculo irreuerētiæ ip spargendo sanguinem Christi: ex altera verò parte appēdenda est cōmunio popularis sub specie panis tātūm, cum tuta reuerētia sacramenti: & sic perspiciēdo cōditiones vtriusq; partis, differnetur veritas. Apparet autē dilige: er cōsiderando quòd cōmunio popularis sub vtraq; specie cum periculo irreuerentiæ, habet peccatū sacrilegij annexum, imputandū non solùm irreuerentiam communicanti, sed populo & Ecclesiæ rectoribus: communio autem popularis sub specie panis tantùm, nullum habet annexum peccatum, nullūve damnum.
¶Declaro singula, & primò primum. Quòd enim popularis cōmunio sub vtraque specie habeat annexā irreuerētiam sacramenti, experiētia testari potest, & ratio mōstrat: nam in populis tanta est diuersitas cōmunicātium, vt impossibile sit humano more de impossibili loquēdo) fieri cōmunionem tot populorū sub vtraque specie, absq; effusione sanguinis sub specie vini. Quòd verò huiusmodi irreuerentia sit sacrilegij peccatum, per se notū est, quoniam est irreuerētia rei sacratissimæ. Nec excusatur à sacrilegij vitio propterea quòd nō ex proposito, sed ex incautela aut incuria huiusmodi irreuerētia acciditquoniā species peccati ex obiecto sumitur, & nō ex occasione precēdi, sicut nec blasphemia Dei à sua recedit specie: quia incautè prolata est, huiusmodi enim circūstantiæ excusant à tāto, sed non à toto. Quòd autē sacrilegiō hoc imputetur populo & rectoribus Ecclesiæ, ex eo patet, q; huiusmodi sacrilegiū non est inter casus inopinatos, aut raro cōtingentes, sicut inter casus raro cōtingentes est, quòd sacerdos celebrās, dū se ipsum cōmunicat, aliquid spargat sanguinis Christi. Imprudētiæ autem rectoris imputatur defectus nō rarus, si potest prouidere, & nō prouidet & similiter populo, qui mauult casum sacrilegij non rarū accidere, quàm abstinere à communione sub vtraque specie, rationabiliter imputatur.
¶Deinde declaratur secundum. Quòd enim in cōmunione populari sub specie panis tantùm, nullū interueniat peccatū, ex eo cōsequitur, quòd si cōmunio sub specie panis tantùm, esset peccatum, nunqā esset licita: cōstat autem quòd in Pa- 50
rasceue sacerdos sub specie tantùm panis cōmunicat nō solùm licitè, sed sanctè, non est igitur communio sub altera specie tantùm, peccatum. Quòd etiam non habeat annexum damnū, ex superiùs dictis iam patet: quia cæteris paribus non est minus fructuosa communio sub altera specie tantùm, quàm sub vtraque. Ex quibus manifestè apparet magis expedire Christi: Ecclesiæ communionem populi sub specie panis tantùm, quàm sub vtraque.
¶Et si perspicacius cōsideratū fuerit, inuenietur ex prædictis, q; vtilior est populo Christiano cōmunio sub specie panis tātūm, quàm sub vtraq. specie: quoniā reuerētia tuta, cui innititur populus cōmunicās sub specie panis tātūm, nō exigit mercede sua: & prudēter communicare, fructuosius est spiritui, quàm minus prudēter. Et forsē in pœnā huiusmodi imprudētiæ, incautelæ ac sacrilegij emergūt, diuino iudicio schismatici sunt populi cōtantes hodie sub vtraq. specie.
¶Expedit igitur Christianis populis cōmunicare sub specie panis tātūm, & ad euitandū sacrilegij periculū, & ad meritū cum obediētiæ prælatis sēdis apostolicæ cōmunionem habentibus parendo, quàm reuerentiæ, magnificando plus sacramentum hoc, quàm affectum proprium ad vtranque speciem.
¶AD PRIMVM ergo in oppositum de exemplo Christi, dicitur quòd Spiritus sanctus docuit & docet Ecclesiam, nō expedire illi imitari omnes conditiones, quæ intercesserunt in actionibus Christi.
¶Nec hæc ego somnio, sed manifestè patet Christū in prima huius sacramēti cōsecratione & traditione duo seruasse, scilicet q; post cœnā cōsecratio & cōmunio facta est, & q; sub vtraq. specie cōmunicauit omnes. Ecclesia autē non post cœnā, sed ieiuna consecratione & cōmunione perficit, non imitando Christū in hoc, & proculdubio ratione reuerētiæ iriuna cōmunicat. Si igitur Christi actio, quo ad hanc cōditionē non solùm licita, sed meritoria omittitur ob reuerētiam rei sacramenti, par est ob reuerentiā eiusdē sacramēti omittere etiā alterā conditionē, scilicet sub vtraq. specie imò magis cōmunio popularis exigit omissionem vtriusq. speciei quàm cōmunio sacerdotis omissionē sobriæ mandicatio- 70
nis, quoniam hic nullū est nisi ex Ecclesiæ statuto peccati periculū, ibi autē interuenit sacrilegij periculū ex cōditione sumentis. Vnde sicut Ecclesia prouidē statuit, vt ieiuni cōmunicemus: ita prouide quoq; seruat, vt sub specie panis tantùm, populus cōmunicet. Et in vtroq. obedit Christo non secundum similitudinem actionis, sed secundum intentionem agentis, de intentione siquidem Christi est reuerentia magis, quàm exterior similitudo operis.
¶Ad secundū de exēplo primitiuæ Ecclesiæ, dicitur q; ratione paucitatis Christianorum fiebat tunc absq; periculo sacrilegij cōmunio sub vtraq. specie: nunc autem, quia nō potest absq; sacrilegij periculo tāta multitudo populi cōmunicare sub vtraq; specie, nō expedit imitari in hoc primitiuam Ecclesiā. Posset tamen alicer, & forte verius, vrsēlo, etiā ratione dictæ responsionis, dici, quòd nunquam fuit vniuersalis cōsuetudo in tota Ecclesia cōmunicādi populū sub vtraq. specie: sed alicubi fuit hoc consuetum, & alicubi nō. In cuius veritatis signi- 10
liter leguntur factā cōmunionem Hieros. & aliter in Ecclesia Corinthiorū, apud Corinthios enim cōmunicabāt sub vtraq; specie, vt patet 1. ad Cor. 11. Hierosolymis verò sola sub specie panis cōmunio legitur, vt patet Act. 2. vbi dicitur, Erāt autem perseuerātes in doctrina Apostolorū, & cōmunicatione fractionis panis, & orationibus. Posset 20
successiuè quoq; fieri cōmunio vtriusq; speciei, vt patet in sacris canonibus, nā inuenitur cōmunio laica, quæ cōmunio sub specie panis tantùm interpretatur: & inuenitur quòd presbyteris non
In extremo Eucharistiæ infundatur: quod ad cōmunionem calicis spectare constat, quoniam infundi liquorum est. Vnde videtur quòd argumentū ex vniuersali cōsuetudine supponit falsissimò ex eorum primitiuæ Ecclesiæ, quòd omnes simul erant Apostoli: argumentum sumitur ad oppositum ex hoc ipso quòd Hierosolymis (vbi erat magna multitudo fidelium) sola communio sub specie panis tradita populo legitur, hic enim tam vehementer aucta multitudine fidelium imitamur doctrinam omnium Apostolorum, communicando populum sub specie panis tantùm.
¶Et licet ratio sumpta ex tanta multiplicatione Christiani populi sit solidum ac præcipuū fundamentum consuetudinis cōmunicandi populum sub specie panis tantùm: posset nihilominus secūda ratio assignari, quare Ecclesiæ, quæ olim sub vtraq; specie communionē faciebant, destiterunt ab illa consuetudine, ex defectu scilicet feruoris & deuotionis in populis. Vt enim in præcedēti quæstione dictū est, cōmunio sub vtraq; specie si fru ctuosior esse debet, quā cōmunio sub specie panis tantùm, duplicata debēt esse incremēta Spiritus, quæ quum defecerint, prouidē tam pastor Ecclesiæ, quàm populus abstinendū à cōmunione sub vtraque specie censuit, recognoscendo communicantium imperfectionem.
¶Et q; huiusmodi imperfectionē Christianæ incurrerint Ecclesiæ, ex hoc apparet q; vix populus simplicē præparationem facit pro cōmunione semel in anno, die aut quasi quotidie communicabant. & ex eo quòd sacri canones excludebāt ab auditione missæ omnes non communicantes, vt patet de cōsecr. dist. 2. cap. 40
hinc enim rationabiliter conijcere possumus, quòd ficut recognoscēdo imperfectionem posteriorum destitit Ecclesia à quotidiana cōmunione populi, & ab expellendo à missa non communicantes: ita recognoscendo imperfectionem communem, destitit à communione sub vtraq; specie, vtpote reddita huiusmodi, ac periculosa communi populo.
¶Et per hæc patet responsio ad tria prima argumenta.
¶Ad quartum verò dicitur, quòd maior distinguenda est, simpliciter, vel secundū quid. & si simpliciter & absolutè intelligitur, vera est, cæteris paribus, si verò secundū quid, est falsa manifestè. Intellecta igitur maiore absolutè & simpliciter in sensu, qui verificatur, dicitur quòd minor est falsa. Et vt figillatim manifestetur in singulis partibus eius, dicitur quòd licet communicare sub vtraq; specie populum, sit clarius secundū sensum & quo ad nos: non tamen est clarius secundum intellectum, & ex parte rei contentæ. Difficultates siquidem, quæ occurrit ex parte nostri & non ex parte rei, & ex signis sensibilibus, non ex re concernā cōiungunt. Quòd aut sit tutius, falsissimū est. Et quum dicitur, quòd nullius omittit sionis periculo se exponit, respondetur q; licet non omittat signū sensibile, omittit tamen popularis communio prudentiā debitam in cauendo ab irreuerentia sacramenti, & ex ponit se periculo commissionis sacrilegij. A quibus tuta est cōmunio populi sub specie panis tantùm. Quòd verò dicitur de magis confirmando, oporteret dicere, magis cōsentaneo rationi rectæ aut præcepto Christi. Cōmunio siquidē populi sub specie vtraq; licet sit magis consentanea, per modū assimilationis institutioni sacramenti, & integritati sacramēti, & ieiuniis sibilis refectionis: cōmunio tamen populi sub panis specie tantùm est magis cōsentanea, & præcepto Christi. Hoc facite in meam commemorationē (vt præclarū est ex ordine literæ Euangelicæ) & rationi rectæ curam gerenti de reuerentia huius sacramenti. Et illud quidē spectat ad consentaneum, secundū quid, hoc autē ad consentaneū simpliciter & absolutè: quia hoc consurgit ex omnibus confideratis, illud autem ad similitudinem exteriorem tantum respiciendo.
¶Ad quintū autē dicitur, quòd falsum sublumit, scilicet tenētia & ex parte sumentis concurrere per accidēs ad vsum huius sacramēti: vsus enim licet sit huius sacramenti vt rei, quia vtimur, hoc est materia, est tamen vtentis, vt proprius actus seu operatio. Non accidit autē operationi rectitudo ex parte operantis, imò indeò per se ex tota parte exigit rectitudinē, vt nisi operatio recta sit ex parte operantis, non sit recta, simpliciter & absolutè loquēdo, & in proposito plus inuenitur, scilicet quòd conditio, de qua loquimur ex parte vtentis, non sistit in ipso vtente, sed redundat in sacramentū: quoniam attenditur secundum reuerentiam vel irreuerentiam ad sacramentum: & propterea vndiq; ruit argumentū.
¶Et hæc de communione populari sub vtraq; specie dicta pro nunc sufficiant.

¶ Super Quæstionem octauagesimam primam.

IN tota quæst. 81. hoc solū occurrit circa quarti artic. materiā recolendū, quòd Scotica chimera superius relata, hinc apparet, vt est. Nihil enim minùs corpus Christi sub sacramento nihil fuisset, si Christi corpus in propria specie quàm inest sacramento fuisset mortuum, quia in propria specie fuit mortuum: quum tamen Scotus hoc concedat, & peremptorium reget. Vtrunq; enim, scilicet esse mortuū, & esse nihil, sunt de numero eorum, quæ conueniunt seu quæ conuenirent Christi corpori absolutè, & non in ordine ad extrinsecum: vt clarè patet. & propterea quodcunq; eorum Christi corpori in propria specie contingeret, asserendum esset de eodem sub sacramento.

¶Præterea, Nihil potest esse in seipso, nisi fortè ratione partium: prout scilicet vna pars eius est in alia, vt habetur 4. Phy. Sed illud quod manducatur & bibitur, est in manducante & bibente. Cùm igitur totus Christus sit sub vtraque specie sacramenti, videtur impossibile fuisse, quòd ipse sumpserit hoc sacramentum.
¶Præterea, Duplex est sumptio huius sacrāmēti, scilicet spiritualis & sacramentalis. Sed spiritualis non competebat Christo (quia nihil à sacramento accepit) & per consequens nec sacramentalis: quæ sine spirituali est imperfecta: vt suprà habitum est. Ergo Christus nullo modo hoc sacramentum sumpsit.
¶SED CONTRA est quod Hiero. dicit ad Lesbiam, Dominus Iesus Christus ipse conuiua & conuiuium, ipse comedens, & qui comeditur.

CONCLVSIO.

¶ Christus non modo sui corporis sacramentum instituit sumendum aliis, sed ipsum etiam sumpsit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidam dixerunt quòd Christus in cœna corpus & sanguinem suum discipulis suis tradidit, non tamen ipse sumpsit. Sed hoc non videtur conuenienter dici: quia Christus ea, quæ ab aliis obseruanda instituit, ipse primitus obseruauit. Vnde & ipse prius baptizari voluit, quam aliis baptismum imponeret: secundum illud Act. primo, Cœpit Iesus facere, & docere. Vnde & primò ipse corpus suum & sanguinem sumpsit, & postea discipulis sumendum tradidit. Et hoc est quod Ruth 3. super illud, Cùmq; comedisset & bibisset, &c. dicit gloss. quòd Christus comedit & bibit in cœna, cùm corporis & sanguinis sui sacramentum discipulis tradidit. vnde quia pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse participauit eisdem.
¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in Euangeliis legitur quòd Christus accepit panem & calicem, non est autem intelligendum quòd acceperit solùm in manibus, vt quidam dicūt: sed eo modo accepit, quo aliis accipiendum tradidit. Vnde cùm discipulis dixerit, Accipite, & comedite: & iterum, Accipite, & bibite: intelligendum est quòd ipse accipiens comederit & biberit. Vnde & quidam metricè dixerunt, Rex sedet in cœna, turba cinctus duodena. Se tener in manibus, se cibat ipse cibus.
¶Ad secundum dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) Christus, secundum quòd est sub hoc sacramento, comparatur ad locum: non secundum proprias dimēsiones, sed secundum dimensiones specierum sacramentalium: ita quòd in quocunq; loco vbi sunt illæ species, est ipse Christus. Et quia species illæ potuerunt esse in manibus, & in ore Christi, ipse totus Christus potuit esse in suis manibus & in suo ore. Non autem hoc potuisset esse, secundum quòd comparatur ad locum per proprias dimensiones.
¶Ad tertium dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) effectus huius sacramenti est non solùm augmentum habitualis gratiæ, sed etiam quædam actualis delectatio spiritualis dulcedinis. Quanuis autem Christo gratia non fuerit augmentata ex susceptione huius sacramenti: habuit tamen quandam spiritualem delectationem in noua institutione huius sacramenti. Vnde ipse dicebat Luc. 22. Desiderio desideraui hoc pascha manducare vobiscum, quod Eusebius exponit de nouo mysterio noui Testamenti, quod tradebat discipulis. Et ideo spiritualiter manducauit, & similiter sacramentaliter, inquantum corpus suum sub sacramento sumpsit: quod sacramentum sui corporis intellexit & disposuit. Aliter tamē quàm cæteri sacramentaliter & spiritualiter sumant* qui augmentum gratiæ suscipiunt sub sacramentalibus signis, quibus indigent ad veritatis perceptionem.

ARTICVLVS II.

¶ Virum Christus dederit Iudæ corpus suum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christus Iudæ non dederit corpus suum. Vt enim legitur Matt. 26. postquam dedit Dominus corpus suum & sanguinem discipulis, dixit eis, Non bibam ammodo de hoc genimine vitis, vsq; in diem illum, cùm illud bibā vobiscum nouum in regno Patris mei. Ex quo videtur, quòd illi quibus corpus suum & sanguinem dederat, cum eo essent iterum bibituri. Sed Iudas postea cum ipso non bibit. Ergo non accepit cum aliis discipulis corpus Christi, & sanguinem.
¶Præterea, Dominus impleuit quod præcepit: secundum illud Act. 1. cœpit Iesus facere & docere. Sed ipse præcepit Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus. Cùm ergo ipse cognosceret Iudam esse peccatorem, videtur quòd ei corpus suum & sanguinem non dederit.
¶Præterea, Christus specialiter legitur Iudæ panem intincti porrexisse, Ioan. 13. Si ergo corpus suū ei dedit, videtur quod sub buccella ei dederit, præcipuè cùm legatur ibidem, quòd post buccellam introiuit in eum Satanas. Vbi Augustinus dicit, Hinc nos docemur, quàm sit cauēdum male accipere bonum: si enim corripitur qui non diiudicat, id est non discernit corpus Dominī à cæteris cibis, quomodo non damnatur qui ad eius mensam fingens se amicum, accedit inimicus? Sed cum buccella intincta non accepit corpus Christi: vt enim Augustinus dicit super illud Ioan. 13. Cùm intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Scariothis: non, vt putant quidam, negligenter legentes, tunc Iudas corpus Christi accepit. Ergo videtur quod Iudas corpus Christi non acceperit.
¶SED CONTRA est quod Chrysostomus dicit, Iudas particeps existens mysteriorum, conuersus non est. Vnde fit scelus eius vtrinque immanius, tum quia tali proposito imbutus adiit mysteria: tum quia adiens melior factus non fuit, nec metu, nec beneficio, nec honore.

CONCLVSIO.

¶ Tametsi Christus indignum cognouit Iudam suis corporis communione, decuit tamen ipsum vt illum cum aliis discipulis communicaret, ne iniustum sine accusatore damnasse videretur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Hilarius posuit super Matt. quòd Christus Iudæ corpus suum & sanguinem non dedit. Et hoc quidem conueniens fuisset considerata malitia Iudæ. Sed quia Christus nobis debuit esse exemplum iustitiæ, non conueniebat eius magisterio, vt Iudam occultum peccatorem, sine accusatore & euidenti probatione ab aliorum communione separaret, ne per hoc daretur exemplum prælatis Ecclesiæ, similia faciendi, & ipse Iudas exasperatus, inde sumeret occasionem peccandi. Et ideo dicendum est, quòd Iudas cum aliis discipulis corpus Domini & sanguinem susceperit: vt dicit Dio. in lib: Cæl. hier. & Augustinus super Ioan.
¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa est ratio Hilarii ad ostendendum quòd Iudas corpus Christi non sumpsit. Non tamen cogit: quia Christus loquitur discipulis, à quorum collegio Iudas se separauit, non autem Christus eum exclusit. Et ideo Christus quantum est in se, etiam cum Iuda vinum in regno Dei bibit: sed hoc conuiuium ipse Iudas repudiauit.
¶Ad secundum dicendū, quòd Christo nota erat Iudæ iniquitas, sicut Deo: non autem erat sibi nota per modum, quo hominibus innotescit. Et ideo Christus Iudam non repulit à communione: vt daret exemplum, tales peccatores occultos nō esse ab aliis peccatoribus expellendos.
¶Ad tertium dicendum, quòd sine dubio Iudas sub pane intincto corpus Christi non sumpsit, sed simplicem panem. Significatur autem fortassis (vt Augustinus ibidem dicit) per panis intinctionem ficti o Iudæ: vt enim inficiantur nonnulla, tinguntur. Si autem bonū aliquid hic significat tinctio (scilicet dulcedinem bonitatis diuinæ: quia panis ex intinctione sapidior redditur) idem bonum ingratum non immerito est secuta damnatio. Et propter hanc ingratitudinem id quod est bonum, factum est ei malum: sicut accidit circa sumentes corpus Christi indignè. Et sicut Aug. ibidem dicit intelligendum est, quod Dominus iam antea distribuerat omnibus discipulis suis sacramentum corporis & sanguinis sui: vbi & ipse Iudas erat, sicut Luc. narrat. Ac deinde ad hoc ventum est, vbi secundum narrationem Ioan. Dominus per buccellam tinctam atque porrectam suum exprimit proditorem.

ARTICVLVS III.

¶ Virum Christus sumpserit & discipulis dederit corpus suum impassibile.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christus sumpserit, & discipulis dederit corpus suum impassibile. Quia super illud Matth. 17. Transfiguratus est ante eos: dicit quædam gloss. Illud corpus quod habuit per naturam, dedit discipulis in cœna non mortale & passibile. Et Leuit. 2. super illud, Si oblatio tua fuerit de sartagine, dicit gloss. Crux super omnia fortis, carnem Christi, quæ ante passionem non videbatur esui apta, pòst aptam fecit. Sed Christus dedit corpus suum vt aptum ad manducandum. Ergo dedit tale quale habuit post passionem, scilicet impassibile & immortale.
¶Præterea, Omne corpus passibile, per contactum & manducationem patitur. Si ergo corpus Christi erat passibile, per contactū & comestionem discipulorum passum fuisset.

¶Præter

4. di. 11. q. 3. ar. 3 & di. 12 q. 1. ar 3 q. 1. con.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Præterea, Verba sacramentalia non sunt modò maioris virtutis, quàdo proferuntur à sacerdote in persona Christi, quàm tunc quando fuerũt prolata ab ipso Christo. Sed nunc virtute verborum sacramentalium, in altari consecratur corpus Christi impassibile & immortale, ergo multò magis tunc.

¶SED CONTRA est, quòd sicut Inno. III. dicit, tale corpus tunc dedit discipulis, quale habuit. Habuit autem tunc corpus passibile & mortale. Ergo corpus passibile & mortale discipulis dedit.

CONCLVSIO.

¶Quanquam impassibile modo, passibile tamen corpus suum commendum discipulis tradidit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Hugo de sancto Victore posuit, quòd Christus ante passionem diuersis temporibus quatuor dotes corporis glorificati assumpserit, scilicet subtilitatem in natiuitate, quando exiuit de clauso vtero Virginis: agilitatem, quando ambulauit siccis pedibus super mare: claritatem in trãsfiguratione: impassibilitatem in cœna, quãdo corpus suum discipulis tradidit manducandum, & secundum hoc dedit discipulis suis corpus suum impassibile & immortale. Sed quicquid sit de aliis (de quibus suprà dictum est, quid sentiri debeat) circa impassibilitatem tamen impassibile est * esse quod dicitur. Manifestum est enim, quòd idem corpus Christi erat quod à Discipulis tunc in propria specie videbatur, & in specie sacramenti sumebatur. Non autem erat impassibile, secundum quòd in propria specie videbatur, quinimo erat passioni paratum. Vnde nec ipsum corpus Christi, quod in specie sacramenti dabatur, impassibile erat. Impassibili tamen modo erat sub specie sacramenti, quod in se erat passibile: sicut inuisibiliter quod in se erat visibile. Sicut enim visio requirit contactum corporis, quod videtur, ad circumstans medium visionis, ita passio requirit contactum corporis, quod patitur, ad ea quæ agunt. Corpus autem Christi secundum quòd est sub sacramento (vt suprà dictum est) non comparatur ad ea quæ circunstant, mediantibus propriis dimensionibus: quibus corpora se tangunt, sed mediantibus dimensionibus specierum panis & vini. Et ideo species illæ sunt quæ patiuntur & videntur, non autem ipsum corpus Christi.

Alias esse necessarió.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus dicitur non dedisse corpus suum mortale & passibile: quia non dedit mortali & passibili modo. Crux autem fecit carnẽ Christi aptam manducationi: inquantum hoc sacramentum repræsentat passionem Christi.

¶Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procederet, si corpus Christi sicut erat passibile, ita passibili modo fuisset sub sacramento.

¶Ad tertium dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) accidentia corporis Christi sunt in sacramento ex reali concomitãtia, non autem ex vi sacramenti, ex qua est ibi substantia corporis Christi. Et ideo virtus verborum sacramentalium ad hoc se extendit, vt sit sub sacramento corpus Christi, scilicet quibuscunque accidentibus realiter in eo existentibus.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm si hoc sacramentum tempore mortis Christi fuisset seruatum vt consecratum, ibi moreretur.

4.di.10. ar.2.q.1 co.et dist. 11.qb.3. ar.4.&* 4.contra ca. 64. Et quod. 5. artic. 11.ad 1. Ex 10 6. lec.6 fin. 1 cor. 11.lec.6. co.1 fin.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd si hoc sacramẽtum tempore mortis Christi fuisset seruatum in pixide, vel ab aliquo Apostolorum consecratum, non ibi moreretur. Mors enim Christi accidit per eius passionem, Sed Christus impassibili modo etiam tunc erat in hoc sacramento. Ergo non poterat mori in hoc sacramento.

¶Præterea, In morte Christi separatus fuit sanguis eius à corpore. Sed in hoc sacramento simul est corpus Christi & sanguis. Ergo Christus in hoc sacramento non moreretur.

¶Præterea, Mors accidit per separationem animæ à corpore. Sed in hoc sacramento continetur tam corpus, quam anima Christi. Ergo in hoc sacramento non poterat Christus mori.

¶SED CONTRA est, quòd idem Christus, qui erat in cruce, fuisset in sacramento. Sed in cruce moriebatur. Ergo & in sacramento consecrato moreretur.

CONCLVSIO.

¶Idem christus seruatus in sacramento mortuus fuisset, qui in cruce mortuus fuit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd corpus Christi idem

in substantia est in hoc sacramento & in propria specie, sed non eodem modo. Nam in propria specie contingit circunstantia corpora per proprias dimensiones, non autem prout est in hoc sacramento: vt suprà dictum est. Et ideo quicquid pertinet ad Christũ, secundum quòd in se est, potest attribui ei & in propria specie & in sacramento existenti: sicut viuere, mori, dolere, animarum vel inanimatũ esse, & cætera huiusmodi. Quæcunq; verò conueniunt ei per comparationem ad corpora extrinseca, possunt ei attribui in propria specie existenti, non autem prout est in sacramento: sic * irrideri, conspui, crucifigi, flagellari, & cætera huiusmodi. Vnde & quidam meretricẽ dixerunt, Pixide seruato poteris sociare dolorem Innatum, sed non illatus conuenit illi. * Alias videtur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd (sicut dictum est) passio conuenit corpori passo per comparationem ad agens extrinsecum. Et ideo Christus, secundũ quòd est sub hoc sacramento, pati non potest: potest tamen mori.

¶Ad secundum dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) sub specie panis est corpus Christi ex vi consecrationis: sanguis autem sub specie vini. Sed nunc quidem, quando realiter sanguis Christi non est separatus ab eius corpore, ex reali concomitantia & sanguis Christi est sub specie panis simul cum corpore, & corpus sub specie vini simul cum sanguine. Sed si tempore passionis Christi, quãdo realiter sanguis fuit separatus à corpore Christi, fuisset hoc sacramentum consecratum: sub specie panis fuisset solum corpus, & sub specie vini fuisset solùm sanguis.

¶Ad tertium dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) anima Christi est in hoc sacramento ex reali concomitantia, quia non est sine corpore: non autem ex vi cõsecrationis. Et ideo si tunc fuisset hoc sacramentum conseruatum vel peractum, quando anima erat à corpore realiter separata, non fuisset anima Christi sub hoc sacramento: non propter defectum virtutis verborum, sed propter aliam dispositionem rei.

QVAESTIO OCTVAGESIMASECVNDA

De ministro huius Sacramenti, in decem articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de ministro huius sacramenti.

¶Et circa hoc quæruntur decem.

¶Primò, vtrùm consecrare hoc sacramentum sit proprium sacerdotis.

¶Secundò, vtrùm plures sacerdotes simul possint eandem hostiam consecrare.

¶Tertiò, vtrùm dispensatio huius sacramenti pertineat ad solum sacerdotem.

¶Quartò, vtrùm liceat sacerdoti consecranti à communione abstinere.

¶Quintò, vtrùm sacerdos peccator possit conficere hoc sacramentum.

¶Sextò, vtrùm missa mali sacerdotis minus valeat quàm boni.

¶Septimò, vtrùm hæretici schismatici vel excommunicati possint conficere hoc sacramentum.

¶Octauò, vtrùm degradati.

¶Nonò, vtrùm peccent, à talibus communionem recipientes.

¶Decimò, vtrùm liceat sacerdoti omnino à celebratione abstinere.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm consecratio huius sacramenti sit propria sacerdotii.

4.di.13. 3.q.ar. 1.q.1. ar.2.q.1. 2.q.ar. 1.q.1. ar.2.q.1. 17.q.1. 3.q.ar. 1.q.1. 3.q.ar. 1.q.1. 3.q.ar. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

runt tantùm totum canonem. Vnde in nouis Pontificalibus illa tantum illud præcitatum adiecta videntur ex communi opinione Magistrorum, expositionem Innocentij III. qui interpretatus est illam canonis prolationem, ne ab ordinatis hoc officium fieret, esse consecrationem, super hoc enim præsupposito doctores loquuti sunt, siue defendendo, siue reprehendendo.

¶ Ex quibus omnibus tutiorem partem eligendo, duo in facto sunt tenenda: primum est circa prolationem exteriorem, quòd quilibet ordinatus seruet ritum illius Ecclesiæ, in cuius toti canonem. Secundum est circa intentionem, quòd non habeat determinatè intentionem consecrandi, & similiter non habeat determinatè intentionem non consecrandi, sed habeat intentionem debitam: hoc est, proponat apud se, intendo dicere cum ea intentione, qua debeo dicere. Sic enim tutissima via omnes minuit incendunt, & soli episcopo relinquunt intentionem determinatam ad consecrandum, nullaq. relinquitur difficultatibus quæstio, dum dubiis existentibus ac circumstantiis aduertit pars electa est. His enim seruatis, satisfit veriq; opinioni, scilicet tenentium quòd ordinati concelebrent, & tenentium, quòd ordinati non concelebrant: sed debent tantùm.

¶ Et hæc quidè de ordinatis presbyteris. De consecrato autem episcopo sicus dicendum absque dubio est: quoniam Romanum pontificale aut quid exprimere habet, quòd consecrator pontifex celebranti debet consecrari, cæ celebrare. Et subditur, quòd legat & recitet omnia quæ sunt in canone missæ: de his enim dicendi est, quòd de facto in bo consecrant eadem materiam simul, quoniam in eodem altari manuò p expectantes concelebrationem, quòd non confirmes difficultatem, aut quasi impossibilitatè, quæ contigit in multitudine presbyterorum qui simul ordinantur.

¶ *Super Quæstionis octuagesimæ secundæ Articulo quartum.*

IN calce 4. artic. admittere, sacerdotem posse quidè de cõsilio recte cõsecrare & sumere, quando sub specie carnis aut sanguinis sacramẽtū apparet, nõ tenera tamen ad hoc quia actor miraculi sacerdoté à lege sumẽdi absoluit. Et propterea Autor in littera priꝰ liberatem sacerdotis dixit: deinde cõsilium dedit.

non minus pertinet ad hoc sacramentum, quàm corpus. Sed sanguis Christi dispensatur per diaconos: vnde & beatus Laurẽ. dixit beato Sixto, Experire vtrum idoneum ministrum elegeris, cui commissi Dominici sanguinis dispensationem. Ergo & pari ratione dispensatio corporis Christi non pertinet ad solos sacerdotes.

¶Præterea, Sacerdotes constituuntur ministri sacramentorum. Sed hoc sacramentum perficitur in consecratione materiæ, non in vsu, ad quem pertinet dispensatio. Ergo videtur quòd non pertineat ad sacerdotem corpus Domini dispensare.

¶Præterea, Dionys. dicit in libr. Cæl. hier. quòd hoc sacramentum habet perfectiuam virtutem, sicut & chrisma. Sed signare chrismate baptizatos, non pertinet ad sacerdotem: sed ad episcopum. Ergo etiam dispensare hoc sacramẽtum, pertinet ad episcopum: non ad sacerdotem.

¶SED CONTRA est quod dicitur de conse. dist. 2. Peruenit ad notitiã nostram, quòd quidam presbyteri laico aut fœminæ corpus Domini tradunt ad deferendum infirmis: igitur interdicit synodus, ne talis præsumptio vlterius fiat: sed presbyter per seipsum infirmos communicet.

CONCLVSIO.

¶ Cùm sacerdotes in Christi persona perficiant sacramentum, & medij sint inter Deum & populum, ad eos maximè tanti sacramẽti dispensatio pertinet.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ad sacerdotem pertinet dispensatio corporis Christi, propter tria. Primò quidem, quia (sicut dictum est) ipse consecrat in persona Christi. Ipse autem Christus sicut consecrauit corpus suum in cœna, ita & aliis sumendum dedit. Vnde sicut ad sacerdotem pertinet cõsecratio corporis Christi, ita ad eum pertinet dispensatio. Secundò, quia sacerdos constituitur medius inter Deum & populum. Vnde sicut ad eum pertinet dona populi Deo offerre, ita ad eum pertinet dona sanctificata diuinitus, populo tradere. Tertiò, quia in reuerentiam huius sacramenti, nulla re contingitur nisi consecrata. Vnde & corporale & calix consecrantur, & similiter manus sacerdotis, ad tangendum hoc sacramentum. Vnde nulli alij tangere licet, nisi in necessitate: puta si caderet in terram, vel in aliquo alio necessitatis casu.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd diaconus quasi propinquus ordini sacerdotali, aliquid participat de eius officio: vt scilicet dispenset sanguinem, non autem corpus, nisi in necessitate iubente episcopo vel presbytero. Primò quidem quia sanguis Christi continetur in vase: vnde non oportet quòd tangatur à dispensante, sicut tangitur corpus Christi. Secundò, quia sanguis designat redemptionem à Christo in populum deriuatam: vnde & sanguini admisceatur aqua, quæ significat populum. Et quia diaconi sunt inter sacerdotem & populum, magis conuenit diaconibus dispensatio sanguinis, quàm dispensatio corporis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd eiusdem est, hoc sacramentum dispensare & consecrare, ratione iam dicta.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut diaconus in aliquo participat illuminatiuam virtutẽ sacerdotis, inquantum dispẽsat sanguinem: ita sacerdos participat perfectiuam dispensationem episcopi, inquantum dispensat hoc sacramentum, quo perficitur hoc secundum se per comparationem ad Christum. Aliæ autem perfectiones, quibus homo perficitur per comparationem ad alios, episcopo reseruantur.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm sacerdos consecrans, teneatur sumere hoc sacramentum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd sacerdos consecrans non teneatur sumere hoc sacramentum. In aliis enim consecrationibus, ille qui consecrat materiam, non vtitur ea: sicut episcopus consecrans chrisma, non linitur eodem. Sed hoc sacramentum consistit in consecratione materiæ. Ergo sacerdos perficiens hoc sacramentum, non necesse habet vti eodem: sed potest licitè assumptione eius abstinere.

¶ Præterea, In aliis sacramentis minister non præbet sacramentum sibiipsi: nullus enim baptizare potest seipsum, vt suprà dictum est. Sed sicut baptismus ordinatè dispensatur, ita & hoc sacramentum. Ergo sacerdos perficiens hoc sacramentum, non debet ipsum sumere à seipso.

¶Præterea, Contingit quandoq; quòd miraculosè corpus Christi in altari apparet sub specie carnis, & sanguis sub specie sanguinis. quæ non sunt apta cibo & potui: vnde (sicut suprà dictum est) propter hoc sub alia specie traduntur, ne sint horrori sumentibus. Ergo sacerdos consecrans, non semper tenetur sumere hoc sacramentum.

¶SED CONTRA est quod in concilio Toletano legitur, & habetur de conse. di. 2. c. relatum. Modis omnibus tenendum est, vt quotiescunque sacrificans corpus Christi & sanguinem Domini nostri Iesu Christi in altari immolat: totiens perceptionis corporis & sanguinis Christi participem se præbeat.

CONCLVSIO.

¶ Sacerdos quandocunque consecrat, sumere sacramentum debet.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) Eucharistia non solùm est sacramentũ, sed etiam sacrificium. Quicunque autem sacrificium offert, debet sacrificij fieri particeps: quia exterius sacrificium quod offertur, signum est interioris sacrificij, quo quis seipsum offert Deo: vt Augu. dicit 10. de Ciuit. Dei. Vnde per hoc quòd participat sacrificio, ostendit ad se sacrificium internus pertinere. Similiter etiam per hoc quòd sacrificium populo dispensat, ostendit se esse dispensatorem diuinorum, quorum ipse primò debet esse particeps: sicut Dionys. dicit in libr. Cæl. hier. Et ideo ipse antè sumere debet, quàm populo dispẽset. Vnde & in prædicto ca. legitur, Quale est sacrificium, cui nec ipse sacrificans particeps esse dignoscitur? Per hoc autem fit particeps, quòd de sacrificio sumit: secundum illud Apostoli 1. Cor. 10. Nõne qui edunt hostias, participes sunt altaris? Et ideo necesse est quòd sacerdos quotiescunque consecrat, sumat integrè hoc sacramentum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd consecratio chrismatis vel cuiuscunque alterius materiæ, non est sacrificium, sicut consecratio Eucharistiæ. Et ideo non est similis ratio.

¶Ad secundum dicendum, quòd sacramentum baptismi perficitur in ipso vsu materiæ. Et ideo nullus potest baptizare seipsum quia in sacramento non potest esse idem agens & patiens. Vnde nec in hoc sacramento sacerdos consecrat seipsum, sed panem & vinum. In qua consecratione perficitur sacramentum, vsus autem sacramenti est consequenter se habens ad hoc sacramentum. Et ideo non est simile.

¶Ad tertium dicendum, quòd si miraculosè Corpus Christi in altari sub specie carnis appareat, aut sanguis sub specie sanguinis, non est sumendum. Dicit enim Hier. super Leui. De hac quidem hostia, quæ in Christi commemoratione mirabiliter fit, edere licet: de illa verò quam Christus in ara crucis obtulit, secundum se nulli edere licet. Nec propter hoc sacerdos transgreditur: quia ea quæ miraculosè fiunt, legibus non subduntur. Consulendum tamen esset sacerdoti, quòd iterato corpus & sanguinem Domini consecraret & sumeret.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm malus sacerdos Eucharistiam consecrare possit.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd malus sacerdos Eucharistiam consecrare non possit. Dicit enim Hieronym. super Soph. Sacerdotes qui Eucharistiæ seruiunt, & sanguinem Domini populis diuidunt, quòd maculosi ad altare accedere prohibentur. Non tamen remouentur, quin si accesserint, fit verum sacrificiũ quòd offerunt.

¶ Super Quæstionis octuagesimæ secundæ Articulum sextum.

Arnot. IN art. 6. circa illud, Oratio à sacerdote malo prolata in persona totius Ecclesiæ, est fructuosa, duo sunt aduertẽda. Primum quod mini dicitur, quàm intenditur: nam intenditur non solùm quòd est fructuosa, sed etiam quòd non est minus fructuosa quo ad alios, quàm boni sacerdotis. Et ratio in litera inuenitur: quia ministerium in persona Ecclesiæ, nõ est minus fructuosum, quàm ministerium in persona Christi. Iam minister autem Christi siue bonus, siue malus, æquè sanctificat: igitur minister Ecclesiæ siue bonus, siue malus æquè impetrat.

Arnot. ¶ Aliter um est, quòd Scotus in quæstione vltima, 13. distinct. 4. sent. in oppositam partem declinat, ea ratione, quia meritum quod dicitur esse in celebratione missæ: vt missa est, non est abstractum, sed idea Platonis: ergo oportet quòd sit realiter aliquod meritum: ergo totius Ecclesiæ vel alicuius membri: sed non est totius Ecclesiæ, nisi quia alicuius partis: non est autem pars mala & mortua in toto, sicut esset partis viuæ, id est existentis & operantis in charitate: ergo in missa non est tantum meritum cuiuscunque, quando est mali, sicut quando est boni.

¶ Ad hoc dicitur, quòd si ratio ista contra æquitatem valorem missæ quantum in persona Ecclesiæ orat affertur, soluenda est, dicendo quòd meritum Ecclesiæ non est absolutum sed ipsius Ecclesiæ ratione partium suarum viuarum in ipsa, & non ratione illius partis suæ mortuæ, quæ ministrat. Et quum dicitur, pars mortua non meretur sicut viua, verũ est quo ad meritum ex persona propria: sed secus est quo ad meritum ex persona Ecclesiæ. Cum quo stat, quòd parte viua ministrante melior fit simpliciter missa: quia vndique tunc concurrit meritum, scilicet ex persona Ecclesiæ, & ex persona propria.

impiè agunt in lege Christi putantes Eucharistiam precantis facere verba non vitam, & necessariam esse solennem orationem, & sacerdotis merita: de quibus dicitur, Sacerdos in quacunque fuerit macula, non accedat offerre oblationes Domino. Sed sacerdos peccator cùm sit maculosus, nec vitam habet nec merita huic conuenientia sacramento. Ergo sacerdos peccator non potest consecrare Eucharistiam.

¶Præterea, Damasc. dicit in 4. lib. quòd panis & vinum per aduentum sancti Spiritus, supernaturaliter transit in corpus & sanguinem Domini. Sed Gelasius papa dicit (sicut habetur in Decret. 1. q. 1. c. sacrosancta) quomodo ad diuini mysterij consecrationem, cælestis Spiritus inuocatus aduenìet, si sacerdos, qui eum adesse deprecatur, criminosis plenus actionibus comprobetur. Ergo per malum sacerdotem non potest Eucharistia consecrari.

¶ Preterea, Hoc sacramentum sacerdotis benedictione consecratur. Sed benedictio sacerdotis peccatoris non est efficax ad consecrationem huius sacramenti: cùm scriptum sit Mala. 2. Maledicam benedictionibus vestris. & Dionys. dicit in Epistola ad Demophilum monachum, Perfectè cecidit à sacerdotali ordine qui non est illuminatus: & audax quidem nimium mihi videtur talis, sacerdotalibus manum apponens: & audet immundas infamias (non enim dicam orationes) super diuina symbola Christi firmiter enunciare.

¶ SED CONTRA est quòd Aug. dicit in lib. de corpore Domini, Intra Ecclesiam catholicam, in mysterio corporis & sanguinis Domini, nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur sacerdote: quia non immeritò consecrantis: sed in verbo perficitur Creatoris & virtute Spiritus sancti.

CONCLVSIO.

¶ Cum sacerdotes non propria, sed Christi virtute conficiant sacramentum, possunt etiam si mali fuerint, perficere sacramentum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) sacerdos consecrat hoc sacramentum non virtute propria, sed sicut minister Christi, in cuius persona consecrat hoc sacramentum. Non autem ex hoc ipso definit aliquis minister esse Christi, q̃ est malus: habet enim Dominus bonos & malos ministros seu seruos. Vnde Matthæ. 24. Dominus dicit, Quisputas est fidelis seruus & prudens, &c. & postea subdit, Si autẽ dixerit malus ille seruus in corde suo, &c. Et Apostolus dicit 1. Corint. 5. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi: & tamen postea subdit, Nihil mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Erat ergo certus se esse ministrum Christi: tamen nõ erat certus se esse iustum. Potest ergo aliquis esse minister Christi, etiam si iustus non sit. Et hoc ad excellentiam Christi pertinet: cui sicut vero Deo seruiũt, non solùm bona, sed etiam mala, quæ per ipsius prouidentiam in eius gloriam ordinantur. Vnde manifestum est, quòd sacerdotes etiam si non sint iusti, sed peccatores, possunt Eucharistiam consecrare.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Hierony. per illa verba improbat errorem sacerdotum, qui credebant se dignè posse Eucharistiam consecrare, ex hoc solo quòd sunt sacerdotes: etiam si sint peccatores. Quod improbat Hiero. per hoc quòd maculosi ad altare accedere prohibentur. Non tamen remouentur, quin si accesserint, fit verum sacrificiũ quòd offerunt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ante illa verba Gelasius papa præmittit, Sacrosancta religio, quæ catholicam continet disciplinam, tantam sibi reuerentiam vendicat vt ad eam quilibet nisi pura conscientia non audeat peruenire. Ex quo manifestè apparet eius intentionis esse, quòd peccator sacerdos non debet ad hoc sacramentum accedere. Vnde per hoc quod subdit, Quomodo cælestis Spiritus aduocatus aduenìet, intelligi oportet quòd non aduenit ex merito sacerdotis, sed ex virtute Christi, cuius verba profert sacerdos.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut eadem actio, inquantum fit ex praua intentione ministri, potest esse mala: bona autem, inquantum fit ex bona intentione Domini: ita benedictio sacerdotis peccatoris, inquantum ab ipso indignè fit, est maledictione digna (& quasi infamia siue blasphemia, & non oratio reputatur) inquantum autem profertur ex persona Christi, est facta & efficax ad sanctificandum. Vnde signanter dicitur, Maledicam benedictionibus vestris.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm missa mali sacerdotis minus valeat, quàm missa sacerdotis boni.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd missa sacerdotis mali non minus valeat quàm missa sacerdotis boni. Dicit enim Greg. in Registro, Heu in quàm magnum laqueum incidunt qui diuina & occulta mysteria, plus ab aliis sanctificata posse fieri credunt: cùm vnus idémque Spiritus sanctus ea mysteria occultè atque inuisibiliter operando sanctificet. Sed hæc occulta mysteria celebrantur in missa. Ergo missa mali sacerdotis non minus valet, quàm missa boni. 4. di. 13. q. 1. ar. 1. q. 5.

¶Præterea, Sicut baptismus traditur à ministro in virtute Christi, qui baptizat, ita & hoc sacramentum in persona Christi consecratur. Sed non melior baptismus datur à meliori ministro: vt suprà dictum est. Ergo etiam neque melior missa est, quæ celebratur à meliori sacerdote.

¶Præterea, Sicut merita sacerdotum differunt per bonum & malum: ita etiam differunt per bonum & malum. Si ergo missa melioris sacerdotis est melior, sequitur quòd missa mali sacerdotis sit mala. Quod est inconueniens: quia malitia ministrorum non potest redundare in Christi mysteria: sicut Augustinus dicit in libr. de Baptismo. Ergo neque missa melioris sacerdotis est melior

¶SED CONTRA est quod habetur in Decretis 1. quæstio. 1. Quantò sacerdotes fuerint digniores, tantò facilius in necessitatibus, quibus clamant, exaudiuntur.

CONCLVSIO.

¶ Quæ ad sacramentum mali sacerdotis missa non minus valet, quam boni, quo ad orationes tamen, melioris sacerdotis magis est fructuosa: quanquam si in persona Ecclesiæ fiat, non modò boni sacerdotis missa, sed etiam mali fructuosa sit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in missa duo est considerare, scilicet ipsum sacramentum, quod est principale: & orationes, quæ in missa fiunt pro viuis & mortuis. Quantum ergo ad sacramentum, non minus valet missa sacerdotis mali, quam boni: quia vtrobique idem conficitur sacramentum. Oratio etiam quæ fit in missa, potest considerari dupliciter. Vno modo inquantum habet efficaciam ex deuotione sacerdotis orantis. Et sic non est dubium, quòd missa melioris sacerdotis magis est fructuosa. Alio modo inquantum oratio in missa profertur à sacerdote in persona totius Ecclesiæ, cuius sacerdos est minister. Quod quidem ministerium etiam in peccatoribus manet: sicut supra dictum de ministerio Christi. Vnde etiam quantum ad hoc est fructuosa non solùm oratio sacerdotis peccatoris in missa: sed etiam omnes eius orationes, quas facit in Ecclesiasticis officiis, in quibus gerit personam Ecclesiæ. licet orationes eius priuatæ non sint fructuosæ: secundum illud Prouerb. 28. Qui declinat aures suas, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Grego. loquitur ibi quantum ad sanctitatem diuini sacramenti.

¶Ad secundum dicendum, quòd in sacramento baptismi non fiunt solennes orationes, pro omnibus fidelibus, sicut in missa. Et ideo quantum ad hoc non est simile. Est autem simile quantum ad effectum sacramenti.

¶Ad tertium dicendum, quòd per virtutem Spiritus sancti (qui per vnitatem charitatis communicat inuicem bona membrorum Christi) fit quod bonum priuatum quòd est in missa sacerdotis

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis octuagesimæ secundæ Articulum nonum.

Annot.

IN art. nono, aduerte distinctiones, inuestigationes & canones de participantibus in sacramentorum peteceptione & exteris diuinis, eti excommunicatis, suspensis, &c. legitimè vacare, propter statutū in concilio Constantiensi, quo concessum est omnibus Christi fidelibus participare cum excommunicatis, &c. nisi in duobus casibus, scilicet si fuerint nominatim denūtiati, vel notorie percusserint clericum: vt refert Archiepiscopus Florent. in Tertia parte Sūmæ suæ tit. 28.

4. dist. 13. c. 1. cap. 1. q. 3. & in expo. li. in princip. & dist. 18 q. 1. art. 2. q. 3. ad 2. & dist. 19. q. 1. art. 2. q. 3. ad primum. Et quod. 22. artic. 4.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrùm hæretici, schismatici, & excommunicati possint consecrare.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd heretici, schismatici & excommunicati, Eucharistiam consecrare non possint. Dicit enim Augustin. quòd extra Ecclesiam catholicam non est locus veri sacrificij. Et Leo Papa dicit, & habetur in Decretis 1. quæst. 1. Aliter, scilicet quàm in Ecclesia, quæ corpus Christi est, nec rata sunt sacerdotia, nec vera sacrificia. Sed hæretici, schismatici & excommunicati sunt ab Ecclesia separati. Ergo non possunt verum sacrificiū conficere.

¶Præterea, Sicut ibidem legitur, Innocentius Papa dicit, Arrianos cæteràsque eiusmodi pestes, quia laicos eorum sub imagine pœnitentiæ suscipimus, non videntur clerici eorum cum sacerdotij aut cuiuspiam mysterij suscipiendi dignitate esse: quibus solum baptisma ratum esse permittimus. Sed non potest aliquis consecrare Eucharistiam, nisi sit cum sacerdotij dignitate. Ergo hæretici & cæteri huiusmodi, non possunt Eucharistiam consecrare.

¶Præterea, Ille qui est extra Ecclesiam, non videtur aliquid posse agere in persona totius Ecclesiæ. Sed sacerdos consecrans Eucharistiam, hoc agit in persona totius Ecclesiæ: quod patet ex hoc, quòd omnes orationes proponit in persona Ecclesiæ. Ergo videtur quòd illi qui sunt extra Ecclesiam, scilicet hæretici, schismatici & excommunicati, non possint consecrare Eucharistiam.

¶SED CONTRA est quod Augustin. dicit in 2. contra Parmenianum, Sicut baptismus in eis, scilicet hæreticis, schismaticis & excommunicatis, ita ordinatio manet integra. Sed ex vi ordinationis sacerdos potest consecrare Eucharistiam. Ergo hæretici, schismatici & excommunicati, cùm in eis maneat ordinatio integra, videtur quòd possint consecrare Eucharistiam.

CONCLVSIO.

¶ Quamquam non rectè, & non sine mortali crimine, possint tamen schismatici, atque excommunicati hostiam consecrare, dummodo sint ordinati, cùm consecratio sit actus consequens ordinis potestatem.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidam dixerunt quòd hæretici, schismatici & excommunicati, quia sunt extra Ecclesiam, non possunt conficere hoc sacramentum. Sed in hoc decipiuntur: quia sicut Augustin. dicit in 2. contra Parmenianum, aliud est aliquid omnino non habere, aliud autem non rectè habere: & similiter etiam est aliud non dare, & aliud non rectè dare. Illi igitur, qui intra Ecclesiam constituti, receperunt potestatem consecrandi Eucharistiam in ordinatione sacerdotij, rectè quidem habent potestatem, sed non rectè ea vtuntur, si postmodum per hæresim aut schisma vel excommunicationem, ab Ecclesia separentur. Qui autem sic separati ordinantur, nec rectè habent potestatem, nec rectè vtuntur. Quod tamen vtrique potestatem habeant, patet per hoc, quòd (sicut Augustinus ibidem dicit) cùm redeunt ad vnitatem Ecclesiæ, non reordinantur, sed recipiuntur in suis ordinibus. Et quia consecratio Eucharistiæ est actus consequens ordinis potestatem, illi qui sunt ab Ecclesia separati per hæresim, aut schisma, vel excommunicationem, possunt quidem consecrare Eucharistiam, quæ ab eis consecrata verum corpus & sanguinem Christi continet: non tamen hoc rectè faciunt, sed peccant facientes. Et ideo fructum sacrificij non percipiunt: quòd est sacrificium spirituale.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd autoritates illæ & similes intelligendæ sunt quantum ad hoc quòd non rectè extra Ecclesiam sacrificium offertur. Vnde extra Ecclesiam non potest esse spirituale sacrificium, quod est verum veritate fructus, licet sit verum veritate sacramenti: sicut etiam supra dictum est, quòd peccator sumit corpus Christi sacramentaliter, sed non spiritualiter.

¶ Ad secundū dicendū, quòd solus baptismus permittitur esse ratus hæreticis & schismaticis, quia possunt licitè baptizare in articulo necessitatis. In nullo autem casu licitè possunt Eucharistiam consecrare, vel alia sacramenta conficere.

¶Ad tertium dicendum, quòd sacerdos in missa in orationibus quidem loquitur in persona Ecclesiæ, in cuius vnitate consistit. Sed in consecratione sacramenti loquitur in persona Christi, cuius vicem in hoc gerit per ordinis potestatem. Et ideo si sacerdos ab vnitate Ecclesiæ præcisus, missam celebret, quia potestatem ordinis non amittit, consecrat verum corpus & sanguinem Christi: sed quia est ab Ecclesiæ vnitate separatus, orationes eius efficaciam non habent.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrùm sacerdos degradatus possit hoc sacramentum conficere.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd sacerdos degradatus non possit hoc sacramentum conficere. Nullus enim conficit hoc sacramentum nisi per potestatem consecrandi quam habet. Sed degradatus non habet potestatem consecrandi, licet habeat potestatem baptizandi: vt dicit Canon, 1. q. 1. c. quidam. Ergo videtur quòd presbyter degradatus non possit Eucharistiam consecrare.

¶Præterea, Ille qui aliquid dat, potest etiam auferre. Sed episcopus dat presbytero potestatem consecrandi, ordinando ipsum. Ergo etiam potest ei auferre, degradando eum.

¶Præterea, Sacerdos per degradationem aut amittit potestatem consecrandi, aut solam executionem. Sed non solam executionem: quia sic non plus amitteret degradatus quàm excommunicatus, qui etiam executione caret. Ergo videtur quòd amittat potestatem consecrandi. Et ita videtur quòd non possit conficere hoc sacramentum.

¶SED CONTRA est, quod Aug. in 2. contra Parmenianum probat, quòd apostatæ a fide non carent baptismate, per hoc quòd per pœnitentiam redeuntibus non restituitur, & ideo amitti non posse iudicatur. Sed similiter degradatus, si reconcilietur, non est iterum ordinandus. Ergo non amisit potestatem consecrandi. Et ita sacerdos degradatus potest conficere hoc sacramentum.

CONCLVSIO.

Potest sacerdos degradatus sacramentum conficere, cum per degradationem characterem non amiserit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd potestas consecrandi Eucharistiam, pertinet ad characterem sacerdotalis ordinis. Character autem quilibet, quia cum quadam consecratione datur, indelebilis est: vt supra dictum est, sicut & quæcumque rerum consecrationes perpetuæ sunt, nec amitti, nec reiterari possunt. Vnde manifestum est, quòd potestas consecrandi non amittitur per degradationem. Dicit enim Aug. in Secundo contra Parmenianum, Vtrunque, scilicet baptismus & ordo, sacramentum est, & quadam consecratione vtrunque homini datur: illud, cùm baptizatur, illud, cùm ordinatur: ideoque non licet à catholicis vtrunque iterari. Et sic patet, quòd sacerdos degradatus potest conficere hoc sacramentum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Canon ille non loquitur assertiuè, sed inquisitiuè: sicut ex circumstantia literæ liberè potest.

¶Ad secundum dicendum, quòd episcopus non dat potestatē sacerdotalis ordinis propria virtute, sed instrumentaliter, sicut minister Dei. Cuius effectus per hominem tolli nō potest: secundum illud Matth. 19. Quos Deus coniunxit, homo non separet. Et ideo episcopus non potest hanc potestatem auferre: sicut nec ille qui baptizat, potest auferre characterem baptismalem.

¶Ad tertium dicendum, quòd excommunicatio est medicinalis. Et ideo excommunicatis non aufertur executio sacerdotalis potestatis, quasi in perpetuū, sed ad correctionē vsque ad tēpus. Degradatis autem auferitur executio quasi in perpetuum condemnatis.

ARTICVLVS IX.

Vtrum liceat ab excommunicatis, vel hæreticis, seu peccatoribus, communionem recipere & eorum missam audire.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd aliquis licitè possit communionem recipere à sacerdotibus hæreticis vel excommunicatis, vel etiam peccatoribus, & ab eis missam audire. Sicut enim Augustin. contra Petilianum dicit: Neque in homine bono, neque in homine malo aliquis Dei fugiat sacramenta. Sed sacerdotes quamuis sint peccatores & hæretici vel excommunicati, verum conficiunt

¶ Super Quæstionis octuagesimæ secundæ Articulum decimum.

Annot.

IN art. 10. scito [illegible] Prima est, an sacerdoti liceat totaliter à celebratione abstinere, & hæc bene solūtur in littera negative. Exigit siquidem recta ratio, quum potentia sit propter actum, & gratia sit propter vsum, vt communicare oblata cessante omni impedimento, homo quandoque potentia gratiaque in his quæ ad Deum sunt vtatur.

4. dist. 12. q. 3. art. 2. q. 1. ad 2. & 2. q. 3. art. 1. ad 1. & dist. 13. q. 1. art. 1. q. 1.

CONCLVSIO.

¶ Non licet ab excommunicatis, & hæreticis & schismaticis, seu publicis peccatoribus sacramentum suscipere, vel missam audire.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) sacerdotes si sint hæretici, vel schismatici, vel excommunicati, vel etiam peccatores, quanuis habeant potestatem consecrandi Eucharistiam, non tamen ea rectè vtuntur, sed peccant vtentes. Quicunque autem communicat alicui in peccato, ipse particeps peccati efficitur, vnde & in secunda Canon. Ioan. dicitur, quòd qui dixerit ei, aue (scilicet hæretico) communicat operibus illius malignis. Et ideo non licet prædictis communionem accipere, aut eorum missam audire. Differt tamen inter prædictas sectas. Nam hæretici & schismatici & excommunicati, sunt per sententiam Ecclesiæ, executione consecrandi priuati: & ideo peccat quicunq; eorum missam audit, vel ab eis accipit sacramenta. Sed non omnes peccatores, sunt per sententiam Ecclesiæ executione huius potestatis priuati. Et sic quanuis sint suspensi quantum ad se ex sententia diuina: non tamen quantum ad alios ex sentētia Ecclesiæ. Et ideo vsque ad sententiam Ecclesiæ licet ab eis communionem accipere, & eorum missam audire. Vnde super illud primæ Cor. 5. Cum huiusmodi nec cibum sumere, dicit glo. Augustin: Hoc dicendo, noluit hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspitionis, vel etiam extraordinario vsurpato iudicio: sed potius ex lege Dei secundum ordinem Ecclesiæ, siue vtro confessum, siue accusatum & conuictum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in hoc quòd refugimus audire missas talium sacerdotum, aut ab eis communionem recipere, non refugimus Dei sacramentā: sed potius ea venerantur. Vnde hostia à talibus sacerdotibus consecrata, est adoranda: & si reseruetur, licitè potest sumi à sacerdote legitimo. Sed refugimus culpam indignè ministrantium.

¶Ad secundum dicendum, quòd vnitas corporis mystici est fructus corporis veri percepti. Illi autem qui indignè percipiunt vel ministrant, priuantur fructu: vt suprà dictum est. Et ideo non est sumendum ex eorum dispensatione sacramentum, ab eis * qui sunt in vnitate Ecclesiæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd licet fornicatio non sit grauior cæteris peccatis: tamen ad eam proniores sunt homines propter carnis concupiscentiam. Et ideo specialiter hoc peccatum sacerdotibus prohibitum est ab Ecclesia, & ne aliquis audiat missam vel per sententiam, quæ fertur in conuictum, vel per confessionem in iure factam, vel quando non potest peccatum aliqua tergiuersatione celari.

ARTICVLVS X.

¶ Vtrùm liceat sacerdoti, omnino à consecratione Eucharistiæ abstinere.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quòd liceat sacerdoti, omnino à consecratione Eucharistiæ abstinere. Sicut enim ad officium sacerdotis pertinet, Eucharistiam consecrare, ita etiam baptizare, in aliis sacramentis ministrare. Sed sacerdos non tenetur ministrare in aliis sacramentis, nisi propter curam animarum suscepturam. Ergo videtur, quòd nec etiam teneatur Eucharistiam consecrare, si curam non habeat animarum.

4. dist. 12. q. 3. art. 2. q. 3. & dist. 13. q. 1. art. 1. q. 1.

¶ Præterea, Nullus tenetur facere quod sibi non licet: alioquin esset perplexus. Sed sacerdoti peccatori vel etiam excommunicato, non licet Eucharistiam consecrare: vt suprà dictum est. Ergo videtur quòd tales non teneantur ad celebrandum. Et ita nec alij: alioquin ex sua culpa commodum reportarent.

¶Præterea, Dignitas sacerdotalis non perditur per subsequentem infirmitatem: dicit enim Gelasius Papa, & habetur in Decretis, dist. 55. Præcepta canonica sicut non patiuntur venire ad sacerdotium debiles corpore, ita si quis in eo fuerit constitutus, ac tunc fuerit fauciatus: amittere non potest quod tempore suæ synceritatis accepit. Contingit autem quandoque quòd ordinati in sacerdotes, incurrunt aliquos defectus, ex quibus à celebratione impediuntur, sicut est lepra vel morbus caducus, vel aliquid aliud huiusmodi. Non ergo videtur quòd sacerdotes ad celebrandum teneantur.

¶SED CONTRA est quod Ambr. dicit in quadam oratione, Graue est, quòd ad mensam tuam mundo corde à manibus innocentibus non venimus, sed grauius est, si dum peccata metuimus, etiam sacrificium non reddamus.

CONCLVSIO.

¶ Non licet sacerdoti, etsi curam non habeat animarum, omnino à consecratione abstinere, sed saltem diebus festiuis, quibus maximè christi fideles communicare consueuerunt, celebrare tenetur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd sacerdos potest omnino à consecratione licite abstinere, nisi teneatur ex cura sibi commissa celebrare populo & sacramenta præbere. Sed hoc irrationabiliter dicitur: quia vnusquisque tenetur vti gratia sibi data, cùm fuerit opportunum: secundum illud 1. ad Corinth. 6. Hortamur ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Opportunitas autem sacrificium offerendi, non solùm attenditur per comparationem ad fideles Christi, quibus oportet sacramenta ministrari: sed principaliter per comparationem ad Deum, cui consecratione huius sacramenti sacrificium offertur. Vnde sacerdoti etiam si non habeat curam animarum, non licet omnino à celebratione cessare: sed saltem videtur quòd celebrare teneatur in præcipuis festis, & maximè in illis diebus, in quibus fideles communicare consueuerunt. Et hinc est quod 2. Mach. 4. contra quosdam sacerdotes dicitur, quòd iam non circa altaris officia dediti erant contempto templo, & sacrificiis neglectis.

4. dist. 13. q. 1. art. 1. q. 1.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd alia sacramenta perficiuntur in vsu fidelium. Et ideo in aliis ministrare non tenetur nisi ille qui super fideles suscipit curam. Sed hoc sacramentum perficitur in consecratione Eucharistiæ, in qua sacrificium Deo offertur: ad quod sacerdos obligatur Deo ex ordine iam suscepto.

¶Ad secundum dicendum, quòd sacerdos peccator si per sententiam Ecclesiæ sit executione ordinis priuatus, vel simpliciter vel ad tempus, redditus est impotens ad sacrificium offerendum, & ideo obligatio tollitur. Hoc autem cedit sibi in detrimentum spiritualis fructus magis quàm in emolumentum.

Si verò non sit priuatus potestate celebrandi, nō soluitur obligatio, nec tamen perplexus est: quia potest de peccato pœnitere, & celebrare.

¶ Ad tertium dicendum, quòd debilitas vel ægritudo superueniens ordini sacerdotali, ordinem non tollit: executionem tamen ordinis * tollit quantum ad consecrationem Eucharistiæ. Quandoque quidem propter impossibilitatem executionis: sicut si priuetur oculis, aut digitis, aut vsu linguæ. Quandoque autem propter periculum, sicut patet de eo qui patitur morbum caducum, vel etiam quamcunque alienationem mentis

** Aliàs impedit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quandoque propter abominationem: sicut patet de leproso, qui non debet publicè celebrare. Potest tamen missam dicere occultè, nisi lepra adeò inualuerit, quod per corrosionem membrorũ, eum ad hoc reddiderit impotentem.

QVAESTIO OCTVAGESIMATERTIA de ritu huius sacramenti, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de ritu huius sacramenti.

¶Et circa hoc quæruntur sex.

¶Primò, vtrùm in celebratione huius mysterij Christus immoletur.

¶Secundò, de tempore celebrationis.

¶Tertiò, de loco & aliis, quæ pertinent ad * apparatum huius celebrationis. * Aliàs aptitudinem.

¶Quartò, de his quæ in celebratione huius mysterij dicuntur.

¶Quintò, de his quæ circa celebrationem huius mysterij fiunt.

¶Sextò, de defectibus, qui circa celebrationem huius sacramenti occurrunt.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm in hoc sacramento Christus immoletur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in celebratione huius sacramenti, Christus non immoletur. Dicitur enim Heb. 10. Quòd Christus vna oblatione cõsummauit in sempiternum sanctificatos. Sed illa oblatio fuit eius immolatio. Christus ergo non immolatur in celebratione huius sacramenti. Vide ſupra ar. 2. cor. & ad 1. & 2.

¶Præterea, Immolatio Christi facta est in cruce, in qua tradidit semetipsum oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis: vt dicitur Ephes. 5. Sed in celebratione huius mysterij Christus non crucifigitur. Ergo nec immolatur.

¶Præterea, Sicut Augustꝰ dicit in 4. lib. de Trinit. in immolatione Christi idem est sacerdos & hostia. Sed in celebratione huius sacramenti non est idem sacerdos & hostia. Ergo celebratio huius sacramenti non est Christi immolatio.

¶SED CONTRA est quod Augustꝰ dicit in libr. Sententiarum Prosperi: Semel immolatus est in semetipso Christus, & tamen quotidie immolatur in sacramento.

CONCLVSIO.

¶Quia huius sacramenti celebratio imago quædam est passionis Christi, conuenienter dicitur Christꝰ immolatio.

¶RESPONDEO dicendum, quòd duplici ratione celebratio huius sacramenti dicitur immolatio Christi. Primò quidem: quia sicut dicit Augustꝰ ad Simplicium, solent imagines, earum rerum nominibus appellari, quarum imagines sunt: sicut cùm intuentes tabulam aut parietem pictum, dicimus, ille Cicero est, & ille Sallustius. Celebratio autem huius sacramenti (sicut suprà dictum est) imago quædam est repræsentatiua passionis Christi, quæ est vera eius immolatio. Et ideo celebratio huius sacramenti dicitur Christi immolatio. Vnde Ambr. dicit super Epistolam ad Hebr. In Christo semel oblata est hostia, ad salutem sempiternam potens. quid ergo nos, nonne per singulos dies offerimus? sed ad recordationem mortis eius. Alio modo quantum ad effectum passionis Christi: quia scilicet per hoc sacramentum participes efficimur fructus Dominicæ passionis. Vnde in quadam Dominicali oratione secreta dicitur, Quoties huius hostiæ commemoratio celebratur, opus nostræ redemptionis exercetur. Quantum igitur ad primum modum, poterat dici Christus immolari etiam in figuris veteris Testamenti: Vnde & Apoc. 13. dicitur, Quorum nomina non sunt scripta in libro vitæ agni, qui occisus est ab origine mundi. Sed quantum ad secundum modum proprium est huic sacramento, quòd in eius celebratione Christus immoletur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Ambrosius ibidem dicit: Vna est hostia (quam scilicet Christus obtulit, & nos offerimus) & non multæ, quia semel oblatus est Christus. Hoc autem sacrificium exemplum est illius. Sicut enim quod vbique offertur, vnum est corpus & non multa corpora, ita & vnum sacrificium.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut celebratio huius sacramenti est imago repræsentatiua passionis Christi, ita altare est repræsentatiuum crucis ipsius, in qua Christus in propria specie immolatus est.

¶Ad tertium dicendum, quòd per eandem rationem etiam licet dos gerit imaginem Christi, in cuius persona & virtute verba pronuntiat ad consecrandum: vt ex supradictis patet. Et ita quodammodo idem est sacerdos & hostia.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm conuenienter sit determinatum tempus celebrationis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter sit determinatum tempus celebrationis huius mysterij. Hoc enim sacramentum est repræsentatiuum Dominicæ passionis: vt dictum est. Sed cõmemoratio Dominicæ passionis fit in Ecclesia semel in anno. dicit enim Augustꝰ super Psalm. 21. Quotiescunque Pascha celebratur, nunquid toties Christus occiditur? sed eiusdem anniuersaria recordatio repræsentat quod olim factum est: & sic nos facit moueri, tanquam videamus in cruce pendentem dominum. Ergo hoc sacramentum non debet celebrari nisi semel in anno. 4. dist. 12. q. 1. ar. 3. q. 4.

¶Præterea, Passio Christi commemoratur in Ecclesia sexta feria ante Pascha, non autem in festo Natalis. Cùm ergo hoc sacramentum sit commemoratiuum Dominicæ passionis, videtur non conuenire esse, quòd in die Natalis ter celebretur hoc sacramentum, in parasceue autem totaliter intermittatur.

¶Præterea, In celebratione huius sacramenti Ecclesia debet imitari institutionem Christi. Sed Christus consecrauit hoc sacramentum hora serotina. Ergo videtur, quòd hora tali debeat hoc sacramentum celebrari.

¶Præterea, Sicut habetur de consecrat. distinct. 5. ego Papa scribit Dioscoro Alexandrino episcopo, quòd in primo parte diei missas celebrare licet. Sed dies incipit a media nocte, ut supradictum est. Ergo videtur quòd etiam post mediam noctem liceat celebrare.

¶Præterea, In quadam Dominicali oratione secreta dicitur, Concede nobis Domine quæsumus hæc frequentare mysteria: sed nihil ior erit frequẽtia si etiam pluribus horis in die sacerdos celebret. Ergo videtur quòd non debeat prohiberi sacerdos plures celebrare in die.

¶SED IN CONTRARIVM est consuetudo, quam seruat Ecclesia secundum Canonum statuta.

CONCLVSIO.

¶Quia Dominicæ passionis fructu quotidie indigemur, & à tertia vsque ad horam nonam passus est Christus, congruit quotidie & tali hora in Ecclesia Dei solenniter celebrari.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut dictum est) in celebratione huius mysterij attenditur repræsentatio Dominicæ passionis, & participatio fructus eius. Et secundum vtrumq; oportuit determinare tempus aptum celebrationi huius sacramenti. Quia enim fructu Dominicæ passionis quotidie indigemus, propter quotidianos defectus, quotidie in Ecclesia regulariter hoc sacramentum offertur. Vnde & Dominus nos petere docet Luc. 11. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. quod exponens Augustꝰ lib. de verbis Domini dicit, Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis, quemadmodum Græci in Oriente facere cõsueuerunt? accipe quotidie quod quotidie tibi prosit. Quia verò Dominica passio celebrata est à tertia hora vsque ad nonam, ideo regulariter in illa parte diei, solenniter hoc sacramentũ in Ecclesia celebratur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in hoc sacramento recolitur passio Christi, secundum quòd eius effectus ad fideles deriuatur. Sed tempore passionis recolitur passio Christi solùm secundum hoc quòd in ipso capite nostro fuit perfecta. Quod quidem factum est semel: quotidie autem fructum Dominicæ passionis fideles percipiunt. Et ideo illa commemoratio hic semel in anno, hoc autem quotidie & propter fructum & propter iugem memoriam.

¶Ad secundum dicendum, quòd veniente veritate, cessat figura. Hoc autem sacramentum est figura quædam & exemplum Dominicæ passionis: sicut dictum est. Et ideo in die quo ipsa passio Domini recolitur, prout realiter gesta est, non celebratur consecratio huius sacramenti. ne tamen Ecclesia ea etiam die sit sine fructu

¶Super Quæstionis octogesimætertiæ Articulum tertium.

Annot. INAIT. 1. quæst. 81. ad tertium, dubium occurrit de virtute altaris Ecclesiæ & aliorum inanimatorũ consecratorũ, an sit solùm ex parte nostri (qui inde concipimus reuerentiam ac deuotionem) an ex parte rei: & si ex parte rei, an sit in ipsis rebus virtus aliqua spiritualis, an sola diuina assistentia, & an generali modo tantum, an speciali quodammodo diuina ibi vim* assistat.

Annot. *¶Ad horum euidentiam sciendum est, quòd sunt in hac re modi dicendi duo extremi. Alter quòd huiusmodi consecrationes ab Ecclesia adinuentæ, ex parte tantum nostra fieri tenent: ita quòd deuotio nostra est quæ effectus diuinæ virtutis promouet apparere ibi magis quàm alibi: quoniam Deus nullo speciali modo est in his post consecrationẽ, quo prius non erat. Et ratio est, quia consecrationes istæ sunt humanæ operationes, nihil conferentes rei consecratæ secundum esse. Alter, quòd per huiusmodi consecrationes adipiscitur res ipsa quandam virtutem spiritualem: quæ est quædam qualitas intentionalis, velut intentio coloris in aëre, & sup vet ba literæ huius fundamenta. Vterque autem modus virandus videtur, & media via progrediendo, dicendum est, quòd per huiusmodi cõsecrationes adipiscuntur consecratæ res spiritualem virtutẽ inchoatiuè & in hoc ipso fortiuntur diuinam præsentiam speciali modo. Consecrationes siquidem ecclesiasticæ non sunt humanæ tãtum operæ, sed sunt efficaces ex Christi sacerdotio: à quo sicut per seipsum efficaciam habent sacramentales operationes, quia ab ipso immediatè sunt institutæ sacramenta) ita participatum in ministris suis ecclesiam præbet consecrationibꝰ, quæ ab ipsis fiunt. Ita quod ex Christi sacerdotio diffuso & participato in nobis, res consecratæ habiles reddiuntur ad excitandam in nobis reuerentiam & deuotionem, sicut aqua ex tactu carnis Christi redditæ sunt habiles ad baptismum, & huiusmodi habilitas vocatur spiritualis virtus inchoatiuè. Et hinc apparet, quòd Deus qui ante consecrationẽ erat Ecclesiæ præsens, sicut aliis rebus per præsentiam, essentiam & potentiam, sit posteà præsens altari Ecclesiæ, & aliis huiusmodi speciali modo, sicut nouo instrumento ad excitandam reuerentiam & deuotionem circa diuinũ cultum. Perducitur autem ad complementum huiusmodi virtus, quã diuina huiusmodi assistentia actualiter vtitur re consecrata ad excitandã deuotionẽ, reuerentiam, vel aliquẽ alium effectum, ad quẽ res consecrata est facienda. Consonãre autem doctrinam hanc supradictis, & literæ huic, & his quæ communiter opinamur de rebus inanimatis consecratis, facile patet applicando, præter hoc quòd probabilis valet esse.*

¶Et hæc de Eucharistia dicta pro nunc sufficiãt.

fructu passionis per hoc sacramentum nobis exhibito, corpus Christi consecratum in die præcedenti reseruatur sumendum in illo die. Non autem sanguis, propter periculum, & quia sanguis specialius est imago Dominicæ passionis: vt suprà dictum est. Nec verum est quod quidam dicunt, quòd per immissionem parricułæ corporis Christi in vinum, conuertatur vinum in sanguinem: hoc enim aliter fieri non potest, quàm per consecrationem factam sub debita forma verborum. In die autem Natiuitatis plures missæ celebrantur propter triplicem Christi natiuitatem. Quarum vna est æterna, quæ quantum ad nos est occulta. Et ideo vna missa cantatur in nocte: in cuius introitu dicitur, Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Alia autem est temporalis, sed spiritualis: qua scilicet Christus oritur tanquam lucifer in cordibus nostris: vt dicitur 2. Pet. 1. Et propter hoc cantatur missa in aurora: in cuius introitu dicitur, Lux fulgebit hodie super nos. Tertia est Christi natiuitas tẽporalis & corporalis: secundũ quam visibilis nobis processit ex vtero Virginali, carne indutus. Et ob hoc cantatur tertia missa in clara luce: in cuius introitu dicitur, Puer natus est nobis. Licet econuerso possit dici quòd natiuitas æterna secundum se est in plena luce: & ob hoc in Euangelio tertiæ missæ fit mentio de natiuitate æterna. Secundum autem natinitatem corporalem, ad literam natus est de nocte, in signum quòd veniebat ad tenebras infirmitatis nostræ. Vnde & in missa nocturna dicitur Euangelium de corporali Christi natiuitate. Sicut etiam & in aliis diebus, in quibus occurrunt plura * Dei beneficia, vel recolenda, vel experenda, plures missæ celebrantur in die: puta vna pro festo, & alia pro ieiunio, vel pro mortuis. * Aliàs sanctis.

¶Ad tertium dicendum, quòd (sicut dictũ est superius) Christus voluit vltimò hoc sacramentum discipulis tradere, vt fortius eorum cordibus imprimeretur. Et ideo post cœnam in fine diei hoc sacramentum consecrauit, & discipulis suis tradidit. A nobis tamen celebratur hora Dominicæ passionis, scilicet diebus festis in tertia, quando crucifixus est linguis Iudæorum vt dicitur Marc. 15. & quando Spiritus sanctus descendit super discipulos, vel diebus profestis in sexta: quando crucifixus est in manibus militum: vt habetur Ioan. 19. vel diebus ieiuniorum in nona, quando voce magna clamans emisit spiritum: vt dicitur Matthæ. 27.

Potest tamen tardari, maximè quando sunt ordines faciendi, & præcipuè in sabbato sancto, tum propter prolixitatem officij, tum quia ordines pertinent ad diem Dominicam: vt habetur in Decret. distinct. 75. cap. quod à patribus. Possunt tamen missæ celebrari in prima parte diei propter aliquam necessitatem: vt dicitur de consec. dist. 1. cap. necesse est, &c.

¶Ad quartum dicendum, quòd regulariter missa debet celebrari in die, & non in nocte: quia ipse Christus est præsens in hoc sacramento: qui dicit Ioan. 9. Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est, venit nox quãdo nemo potest operari. quandiu in mundo sum, lux sum mundi. Ita tamen quòd principium diei accipiatur non à media nocte: nec etiam ab ortu solis, id est quando substantia solis apparet super terram, sed quãdo incipit apparere aurora: tunc enim quodammodo dicitur sol ortus, inquantum claritas radiorum eius apparet. Vnde & Mar. 16. dicitur quòd mulieres venerunt ad monumentum orto iam sole: cùm tamen venerint, cùm adhuc tenebræ essent ad monumentum: vt dicitur Ioannis 20. Sic enim hanc contrarietatem solùit Augustꝰ. in lib. de consen. Euange. Specialiter tamen in nocte natalis Domini missa celebratur, propter hoc quòd Dominus in nocte natus est: vt dicitur de consecr. dist. 1. cap. nocte, &c. Et similiter etiam in sabbato sancto circa noctis principium, propter hoc quòd Dominus nocte surrexit, id est cùm adhuc tenebræ essent ante manifestum solis ortum.

¶Ad quintum dicendum, quod sicut habetur de consec. dist. 1. ex Decreto Alexand. Papæ sufficit sacerdoti vnam missam in die vna celebrare: quia Christus semel passus est, & totum mundum redemit: & valde felix est, qui vnam dignè celebrare potest. Quidam tamen pro defunctis vnam faciunt, alteram de die, si necesse sit. Qui verò pro pecunia aut adulationibus secularium, vna die præsumunt plures celebrare missas, non æstimo euadere damnationem. Et extra de celebr. missꝰ. dicit Innoc. III. quòd excepto die natiuitatis Dominicæ (nisi causa necessitatis suadeat) sufficit sacerdoti semel in die vnam missam solummodo celebrare.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm oporteat hoc sacramentum celebrari in domo & vasis sacris.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd non oporteat hoc sacramentum celebrari in domo & vasis sacris. Hoc enim sacramẽtum est repræsentatiuum Dominicæ passionis. Sed Christus non est passus in domo, sed extra portam ciuitatis: secundum illud Hebr. vlti. Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Ergo videtur quòd hoc sacramentum non debeat celebrari in domo, sed magis sub diuo. 4. dist. 13. q. 1. arti. 2. q. 5. & dist. 24. q. 2. arti. 2. ad nonum.

¶Præterea, In celebratione huius sacramenti debet Ecclesia imitari morem Christi & Apostolorum. Sed domus, in qua primò Christus hoc sacramentum consecit, non fuit consecrata: sed fuit quoddam commune cœnaculum, à quodam patrefamilias præparatum: vt habetur Luc. 22. Legitur etiam Act. 2. quòd Apostoli erant perdurantes vnanimiter in templo, & frangentes circa domos panem, & sumebant cibum cum exultatione. Ergo nec modo oportet domos esse consecratas, in quibus hoc sacramentum celebratur.

¶Præterea, Nihil frustra in Ecclesia fieri debet quæ Spiritu sancto gubernatur. Sed frustra videtur adhiberi consecratio Ecclesiæ, vel altari & huiusmodi rebus inanimatis, quæ non sunt susceptiuæ gratiæ vel spiritualis virtutis. Inconuenienter igitur huiusmodi cõsecrationes in Ecclesia fiunt.

¶Præterea, Solum diuina opera debent recoli cum quadam solennitate: secundum illud Psal. In operibus manuum tuarum exultabo. Sed Ecclesia vel altare opere humano consecratur, sicut & calix & ministri, & alia huiusmodi. Sed horum consecrationes non recoluntur celebriter in Ecclesia. Ergo neq; consecratio Ecclesiæ vel altaris, cum solennitate recoli debet.

¶Præterea, Veritas debet respondere figuræ. Sed in veteri Testamento, quod gerebat figuram noui, non fiebat altare de lapidibus sectis: dicitur enim Exod. 20. Altare de terra facietis mihi, quòd si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus. Exo. etiam 27. mandatur fieri altare de lignis Sethim vestitis ære, vel etiam auro, vt habetur Exod. 25. Ergo videtur inconuenienter obseruari in Ecclesia, quòd altare fiat solùm de lapide.

¶Præterea, Calix cum patena repræsentat sepulchrum Christi, quod fuit excisum in petra: vt in Euangeliis habetur. Ergo calix debet de petra fieri, & non solùm de argento vel auro vel stanno.

¶Præterea, Sicut aurum pretiosius est inter materias vasorum: ita panni serici pretiosiores sunt inter alios pannos. Ergo sicut calix fit de auro, ita pallæ altaris debent de serico fieri, & non solum de panno lineo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Præterea, Dispensatio sacramentorum, & ordinatio eorundem ad ministros Ecclesiæ pertinet, sicut dispensatio rerum temporalium subiacet ordinationi principum secularium. vnde & Apostolus dicit 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Sed si circa dispensationem rerum temporalium aliquid fiat contra statuta principum, habetur irritum. Ergo si hæc quæ dicta sunt conuenienter sunt statuta per prælatos Ecclesiæ, videtur quòd sine his corpus Christi confici nó possit. Et sic videtur sequi quòd verba Christi non sint sufficientia ad hoc sacramentum conficiendum quod est inconueniens. Non ergo videtur conueniens fuisse, quod hæc circa celebrationem huius sacramenti statuerentur.

¶SED CONTRA est, quòd ea quæ per Ecclesiam statuuntur, ab ipso Christo ordinantur: qui dicit Matthæ. 18. Vbicunque fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

CONCLVSIO.

¶ Non debet regulariter hoc sacramentum celebrari nisi in consecratis domibus & altaribus, cæteris autem in locis non consecratis vel violatis, si vrgeat necessitas, de consensu tamen episcopi consecrari potest.

RESPONDEO dicendum, quòd in his quæ circumstant hoc sacramentum, duo considerantur. Quorum vnum pertinet ad repræsentationem eorum, quæ circa Dominicam passionem sunt acta. Aliud autem pertinet ad reuerentiam huius sacramenti, in quo Christus secundum veritatem continetur, & non solùm in figura. Vnde & consecrationes adhibentur his rebus, quæ veniunt in vsum huius sacramenti: tum propter sacramenti reuerentiam, tum ad repræsentandum effectum* sacramenti, qui ex passione Christi prouenit, secundum illud Hebræ. vltim. Iesus vt sanctificaret per suum sanguinem populum, &c.

*Aliàs sanctitatem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd regulariter hoc sacramentum celebrari debet in domo, per quam significatur Ecclesia: secundum illud primæ Timoth. 3. Vt scias quomodo oporteat te in domo Dei conuersari, quæ est Ecclesia Dei viui, extra Ecclesiam enim non est locus veri sacrificij: vt Augustinus dicit. Et quia Ecclesia non erat concludenda sub finibus gentis Iudaicæ, sed erat in vniuerso mundo fundanda, ideo passio Christi non est celebrata intra ciuitatem Iudæorum, sed sub dio: vt sic totus mundus se haberet ad passionem Christi vt domus. Et tamen, vt dicitur de consecr. distin. 1. cap. concedimus. in itinere positis si Ecclesia defuerit, sub dio, seu in tentorio, si tabula altaris consecrata cæteráque sacra mysteria ad id officium pertinentia, ibi affuerint, missarum solennia celebrari concedimus.

¶Ad secundum dicendum, quòd domus, in qua hoc sacramentum celebratur Ecclesiam significat, sicut & Ecclesia nominatur, quæ conuenienter consecratur: tum ad repræsentandam sanctificationem, quam Ecclesia consecuta est per passionem Christi, tum etiam ad significandam sanctitatem, quæ requiritur in his qui hoc sacramentum suscipere debent. Per altare autem significatur ipse Christus de quo dicit Apostolus Hebræ. vltim. Per ipsum offerimus hostiam laudis Deo. Vnde & consecratio altaris significat sanctitatem Christi: de qua dicitur Lucæ primo. Quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei. Vnde de consecra. distinct. 1. dicitur, Altaria placuit non solùm vnctione chrismatis, sed etiam sacerdotali benedictione sacrari. Et ideo regulariter non licet celebrare hoc sacramentum nisi in domibus consecratis. Vnde sicut habetur de consecr. distinct. 1. nullus presbyter missas celebrare præsumat, nisi in consecratis ab episcopo locis. Propter quod etiam quia Pagani non sunt de Ecclesia nec alij infideles, ideo eadem distinct. legitur, Ecclesiam, in qua mortuorum* cadauera infidelium sepeliuntur, sanctificare non licet: sed si apta videtur ad consecrandum, inde eruitis corporibus, & rasis parietibus vel tignis eius loci, reædificetur: sed si hæc consecrata prius fuerit, missas in ea celebrare licet, tamen si fideles fuerunt, qui in ea sepulti sunt. Propter necessitatem tamen potest hoc sacramentum peragi in domibus non consecratis, vel violatis: sed tamen de consensu episcopi. Vnde in eadem dist. legitur, Missarum solennia non vbique, sed in locis ab episcopo consecratis, vel vbi ipse permiserit, celebranda esse censemus. Non tamen sine altari portatili consecrato. vnde in eadem di. legitur, Concedimus si Ecclesiæ fuerint incensæ vel combustæ in capellis eum tabula consecrata, missas iterum celebrari. Quia enim sanctitas Christi fons est totius ecclesiasticæ sanctitatis, ideo in necessitate sufficit ad peragendum hoc sacramentum altare sanctificatum. Propter quod etiam nunquam Ecclesia sine altari consecratur: tamen sine Ecclesia quandoque consecratur altare cum reliquiis Sanctorum, quorum vita abscondita est cum Christo in Deo. Vnde in eadem distinct. legitur, Placuit vt altaria, in quibus nullum corpus aut reliquiæ martyris condi-

Aliàs cadauera fidelium, sine infidelium

ræ probantur, ab episcopis, qui eisdem locis præsunt, si fieri potest, euertantur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Ecclesia, & altare, & alia huiusmodi inanimata, consecrantur, non quia sint gratiæ susceptiua, sed quia ex consecratione adipiscuntur quandam spiritualem virtutem, per quam apta reddantur diuino cultui: vt scilicet homines deuotionem quandam exinde percipiant, vt sint paratiores ad diuina, nisi hoc propter irreuerentiam impediatur. Vnde & 2. Machab. 3. dicitur verè Dei virtus quædam est in loco: nam ipse qui habet in cælis habitationem, visitator & adiutor est loci illius. Et inde est, quòd huiusmodi ante consecrationem emundantur & exorcizantur: vt exinde virtus inimici pellatur. Et eadem ratione Ecclesiæ, quæ sanguinis effusione, aut cuiuscunque semine pollutæ fuerint, reconciliantur: quia per peccatum ibi commissum, apparet ibi aliqua operatio inimici. Propter quod etiam in eadem dist. legitur, Ecclesias Arianorum vbicunque inueneritis catholicas, eas diuinis precibus & operibus absque vlla mora consecrate. Vnde & quidam probabiliter dicunt, quòd per ingressum Ecclesiæ consecratæ homo consequitur remissionem peccatorum venialium, sicut & per aspersionem aquæ benedictæ: inducentes quod in Psalm. dicitur, Benedixisti Domine terram tuam, remisisti iniquitatem plebis tuæ. Et ideo propter virtutem, quæ ex consecratione Ecclesiæ acquiritur, consecratio Ecclesiæ non iteratur. Vnde in eadem dist. ex concilio Niceno legitur, Ecclesiis semel Deo consecratis non debet iterum consecratio adhiberi, nisi aut ab igne exustæ, aut sanguinis effusione, aut cuiusque semine pollutæ fuerint: quia sicut infans à qualicunque sacerdote in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti semel baptizatus, non debet iterum baptizari, ita nec locus Deo dicatus, est iterum consecrandus, nisi propter causas, quas superius nominauimus: si tamen fidem sanctæ Trinitatis tenuerint qui consecrauerunt, aliquin qui sunt extra Ecclesiam, consecrare non possunt. Sed sicut in eadem di. legitur, Ecclesiæ vel altaria quæ ambigua sunt de consecratione consecrentur. Propter hoc etiam quòd aliquam spiritualem virtutem adipiscuntur per consecrationem, in eadem di. statutum legitur: Ligna ecclesiæ dedicatæ, non debent ad aliud opus iungi, nisi ad aliam Ecclesiam, vel igni comburenda vel ad profectum in monasterio fratribus: in laicorum autem opera non debent admitti. Et ibidem legitur, Altaris palla, cathedra, candelabrum, & velum, si fuerint vetustate consumpta, incendio dentur: cineres quoque eorum in baptisterio inferantur, aut in parietem aut in fossis pauimentorum iactentur, ne introeuntium pedibus inquinentur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quia consecratio altaris repræsentat sanctificatem Christi, consecratio verò domus sanctitatem totius Ecclesiæ: ideo conuenientius recolitur cum sanctitate & solennitate consecratio Ecclesiæ vel altaris, quàm aliorum quæ consecrantur. Propter quod etiam octo diebus solennitas dedicationis agitur, ad significandam beatam resurrectionem Christi & membrorum Ecclesiæ. Nec est opus solius hominis consecratio Ecclesiæ & altaris, cùm habeat spiritualem virtutem. Vnde de consecrat. distinct. eadem dicitur, Solennitates dedicationum Ecclesiarum per singulos annos solenniter sunt celebrandæ. Quòd autem octo diebus encenia fiat celebranda, in lib. Regum perfecta dedicatione templi, reperies, scilicet 3. Reg. 8.

¶Ad quintum dicendum, quòd sicut legitur de consecrat. distin. 1. altaria, si non sint lapidea, chrismatis vnctione non consecrantur. Quod quidem competit & significationi huius sacramenti: tum quia altare significat Christum, dicitur autem primæ Corinthi. 10. Petra autem erat Christus: tum etiam quia corpus Christi in sepulchro lapideo fuit reconditum. Competit etiam quo ad vsum sacramenti. Lapis enim & solidus est, & de facili potest inueniri vbique: quod non erat necessarium in veteri lege, vbi fiebat in vno loco altare. Quòd autem mandatur altare fieri de terra, vel de lapidibus insectis, fuit ad idolatriam

Iolatriam euuouendam.

¶Ad sextum dicendum est, quòd sicut in distinctione eadem dicitur cap. vasa. quondam sacerdotes non aureis, sed ligneis calicibus vtebantur. Zepherinus autem Papa patenis vitreis missa celebrari constituit: deinde Vrbanus omnia fecit argentea. Postmodum autem statutum est, vt calix Domini cum patena, siue ex auro omnino siue ex argento fiat, vel saltem stanneus calix habeatur. De ære autem ex aurichalco non fiat, quia hoc vini virtute æruginem parit, paritérque vomitum prouocat. Nullus autem in ligneo seu vitreo calice præsumat missam cantare: quia scilicet lignum porosum est, & sanguis consecratus in eo remaneret: vitrum autem fragile est, & posset fractionis periculum imminere, & eadem ratio est de lapide. Et ideo propter reuerentiam sacramenti statutum est, vt ex prædictis materiis calix fiat.

¶Ad septimum dicendum, quòd vbi potuit sine periculo fieri, Ecclesia statuit circa hoc sacramentum id quod expressius repræsentat passionem Christi. Non erat autem tantum periculum circa corpus, quod ponitur, in corporali sicut circa sanguinem, qui continetur in calice. Et ideo licet calix non fiat de petra: corporale tamen fit de panno lineo, quo corpus Christi fuit inuolutum. Vnde in epistola Syluestri papæ in eadem di. legitur, Consultò omnium statuimus, vt sacrificium altaris non in serico panno aut intincto, quisquam celebrare missam præsumat: sed in panno lineo ab episcopo consecrato, sicut corpus Christi in sindone linea & munda sepultum fuit. Competit etiam pannus lineus propter sui munditiam, ad significandam conscientiæ puritatem: & propter multiplicem laborem, quo talis pannus præparatur, ad significandam Christi passionem.

¶Ad octauum dicendum, quòd dispensatio sacramentorum pertinet ad ministros Ecclesiæ: sed consecratio eorum est ab ipso Deo. Et ideo ministri Ecclesiæ non habent aliquid statuere circa formã consecrationis: sed circa vsum sacramenti & modum celebrandi. Et ideo si sacerdos verba consecrationis proferat super materia debita cum intentione consecrandi, absque omnibus prædictis, scilicet domo & altari, calice & corporali consecratis, & cæteris huiusmodi per Ecclesiam institutis, consecrat quidem in reiveritate corpus Christi: peccat tamen grauiter, ritum Ecclesiæ non seruans.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm conuenienter ordinentur ea quæ circa hoc sacramentum dicuntur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter ordinentur ea quæ circa hoc sacramentum dicuntur. Hoc enim sacramentum verbis Christi consecratur: vt Ambrosius dicit in libro de Sacramentis. Non ergo debent aliqua in hoc sacramento dici, quàm verba Christi.

¶Præterea, Verba Christi nobis per Euangelium innotescunt. Sed quædam dicuntur circa consecrationem huius sacramenti, quæ in Euangeliis non ponuntur: non enim legitur in Euangelio quòd Christus in consecratione huius sacramenti, oculos ad cælum leuauerit, similiter etiam in Euangeliis dicitur, Accipite, & comedite, nec ponitur omnes: cùm in celebratione huius sacramenti dicatur, Eleuatis oculis in cælum: & iterum, Accipite & manducate ex hoc omnes. Inconuenienter ergo huiusmodi verba dicuntur in celebratione huius sacramenti.

¶Præterea, Omnia sacramenta ordinantur ad salutem fidelium. Sed in celebratione aliorum sacramentorum non fit communis oratio pro salute fidelium defunctorum. Ergo inconuenienter fit in hoc sacramento.

¶Præterea, Baptismus dicitur specialiter fidei sacramentum. Ea ergo quæ pertinent ad institutionem fidei, magis debent circa baptismum tradi, quàm circa hoc sacramentum, sicut doctrina Apostolica & Euangelica.

¶Præterea, In omni sacramento exigitur deuotio fidelium. Non ergo magis in hoc sacramento, quàm in aliis deberet excitari deuotio fidelium per laudes diuinas & per admonitiones: puta cùm dicitur, Sursum corda.

¶Præterea, minister huius sacramenti est sacerdos: vt dictum est. Omnia ergo quæ in hoc sacramento dicuntur, à sacerdote dici deberent: & non quædam à ministris, quædam à choro.

¶Præterea, Hoc sacramentum per certitudinem operatur virtus diuina. Superfluè ergo sacerdos petit huius sacramenti perfectionem, cùm dicit, Quam oblationem tu Deus in omnibus, &c.

¶Præterea, Sacrificium nouæ legis multò est excellentius, quàm sacrificium antiquorum Patrum. Inconuenienter ergo sacerdos petit, quòd hoc sacrificium habeatur sicut sacrificium Abel, Abrahæ & Melchisedec.

¶Præterea, Corpus Christi, sicut non incipit esse in hoc sacramento per loci mutationem (vt suprà dictum est) ita etiam nec esse definit. Inconuenienter ergo sacerdos petit, Iube hoc perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur de consecra. dist. 1. Iacobus frater Domini secundum carnem, & Basilius Cæsariensis episcopus* ediderunt missæ celebrationem. Ex quorum auctoritate patet conuenienter singula circa hoc dici.

*Aliàs in scripturis ad diderunt nobis.

CONCLVSIO.

¶ Quæcunque circa Eucharistiæ sacramentum in missa aguntur, non sine ratione instituta sunt.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quia in sacramento totum mysterium nostræ salutis comprehenditur, ideo præ cæteris sacramentis cum maiori solennitate agitur. Et quia scriptum est Ecclesiast. 4. Custodi pedem tuum ingrediens domum Domini, & Ecclesiast. 18. Ante orationem præpara animam tuam: ideo ante celebrationem huius mysterij, primò quidem præmittitur præparatio quædam, ad dignè agenda ea quæ sequuntur. Cuius præparationis prima pars est laus diuina, quæ fit in introitu, secundum illud Psalm. Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei. Et sumitur hoc, vt pluries de Psalm. vel saltem cum Psalm. cantatur: quia vt Dionys. dicit tertio cap. Cæl. hierarch. Psalmi comprehendunt per modum laudis, quicquid in sacra Scriptura continetur. Secunda pars continet commemorationem præsentis miseriæ, dum misericordia petitur dicendo, Kyrie eleison, ter quidem pro persona Patris, ter autem pro persona Filij, cùm dicitur, Christe eleison: & ter pro persona Spiritus sancti, cùm subditur Kyrie eleison, contra triplicem miseriam, ignorantiæ, culpæ & pœnæ: vel ad significandum quòd omnes personæ sunt in se inuicem. Tertia autem pars commemorat cælestem gloriam, ad quam tendimus post præsentem vitam & miseriam, dicendo, Gloria in excelsis Deo, quæ cantatur in festis, in quibus commemoratur cælestis gloria, intermittitur autem in officiis luctuosis, quæ ad commemorationem miseriæ pertinent. Quarta autem pars continet orationem, quam sacerdos pro populo facit, vt digni habeantur tantis mysteriis. Secundò autem præmittitur institutio fidelis populi: quia hoc sacramentum est mysterium fidei: vt suprà habitum est. Quæ quidem institutio dispositiuè quidem fit per doctrinam Propheratum & Apostolorum, quæ in Ecclesia legitur per lectores & subdiaconos. Post quam lectionem cantatur à choro graduale, quod significat perfectum vitæ: & alleluiah, quod significat spiritualem exultationem vel tractus in officiis luctuosis, qui significat spiritualem gemitum, hæc enim consequi debent in populo ex prædicta doctrina. Perfectè autem populus instruitur per doctrinam Christi in Euangelio contentam, quæ à summis ministris legitur, scilicet à diaconibus. Et quia Christo credimus tanquam diuinæ veritati (secundum illud Ioan. 8. Si veritatem dico vobis, quare non creditis mihi?) lecto Euangelio symbolum fidei cantatur, in quo populus ostendit, se per fidem Christi doctrinæ assentire. Cantatur autem hoc symbolum in festis, de quibus fit aliqua mentio in symbolo, sicut in festis Christi & beatæ Virginis & Apostolorum (quia hanc fidem fundauerunt) & aliis huiusmodi. Sic igitur populo præparato & instructo, consequenter acceditur ad celebrationem mysterij, quod quidem & offertur vt sacrificium, & consecratur, & sumitur vt sacramentum. Vnde primò peragitur oblatio, secundò consecratio materiæ oblatæ. Tertiò eiusdem perceptio.

Circa oblationem verò duo aguntur, scilicet laus populi in cantu offertorij: (per quod significatur lætitia offerentium) & oratio sacerdotis, qui petit vt oblatio populi sit Deo accepta (vnde & 1. Paralipome. 29. dixit Dauid, Ego in simplicitate cordis mei lætus obtuli vniuersa hæc, & populum tuum qui hic repertus est, vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria) & postea orat dicens, Domine Deus custodi hanc volun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatem. Deinde circa consecrationem, quæ supernaturali virtute agitur, primò excitatur populus ad deuotionem in præfatione, vnde & monetur sursum corda habere ad Dominum. Et ideo finita præfatione populus deuotè laudat diuinitatem Christi, cum Angelis dicens, Sanctus, Sanctus, & humanitatem cum pueris dicens, benedictus qui venit. Deinde sacerdos secretò commemorat, primò quidem pro quibus hoc sacrificium offertur, scilicet pro vniuersali Ecclesia, & pro his qui in sublimitate sunt constituti 1. Timoth. 2. & specialiter quoddam qui offerunt, vel pro quibus offertur. Secundò commemorat sanctos, quorum patrocinia implorat pro prædictis, cùm dicit, communicantes & memoriam venerantes, &c. Tertiò petitionem concludit cùm dicit, vt hæc oblatio pro quibus offertur salutaris. Deinde accedit ad ipsam consecrationem, in qua primò petit consecrationis effectum, cùm dicit, quam oblationem tu Deus, &c. Secundò consecrationem peragit per verba Saluatoris, cùm dicit, Qui pridie, &c. Tertiò excusat præsumptionem per obedientiam ad mandatum Christi, cùm dicit, Et memores. Quartò petit hoc sacrificium peractum, esse Deo acceptum, cùm dicit, Supra quæ propitio, &c. Quintò petit huius sacrificij & sacramenti effectum. Primò quidem, quantum ad ipsos sumentes, cùm dicit, Supplices te rogamus. Secundò quantum ad mortuos, qui iam sumere non possunt, cùm dicit memento etiam Domine, &c. Tertiò, specialiter quantum ad ipsos sacerdotes offerentes, cùm dicit, Nobis quoque peccatoribus. Deinde agitur de perceptione sacramenti, & primò præparatur populus ad percipiendum. Primò quidem, per orationem communem totius populi (quæ est oratio Dominica, in qua petimus panem quotidianum nobis dari) & etiam priuatam, quam specialiter sacerdos pro populo offert, cum dicit, Libera nos quæsumus Domine, &c. Secundò præparatur populus per pacem, quæ datur dicendo, Agnus Dei, est enim hoc sacramentum vnitatis & pacis: vt suprà dictum est. In missis tamen defunctorum, in quibus sacrificium offertur, non pro pace præsenti, sed pro requie mortuorum pax intermittitur. Deinde sequitur perceptio sacramenti primò percipiente sacerdote, & postmodum aliis dante: quia, vt Dionys. dicit 3. cap. Cæl. hierar. ille qui aliis diuina tradit, primò debet ipse particeps esse. Vltimò autem tota missæ celebratio in gratiarum actione terminatur, populo exultante pro sumptione mysterij (quod significat cantus post communionem) & sacerdote per orationem gratias offerente, sicut & Christus celebrata cœna cum discipulis hymnum dixit, vt dicitur Matth. 26.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd consecratio solis verbis Christi conficitur. Alia verò necesse est addere ad præparationem populi sumentis, sicut dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut dicitur Ioannis vltimo, Multa sunt à Domino facta vel dicta quæ Euangelistæ non scripserunt. Inter quæ fuit hoc, quòd Dominus in cœna oculos leuauit in cælum quod tamen Ecclesia ex traditione Apostolorum habuit. Rationabile enim videtur, vt qui in suscitatione Lazari (vt habetur Ioan. 11.) & in oratione, quam pro discipulis fecit Ioan. 17. oculos leuauit ad Patrem, in huius sacramenti institutione multò magis hoc fecerit, tanquam in re potiori. Quod autem dicitur, Manducate & comedite, non differt quantum ad sensum: nec multum refert quid dicatur, præsertim cùm verba illa non sint de forma, vt suprà dictum est. Quod autem additur, omnes, intelligitur in verbis Euangelij, licet non exprimatur: quia ipse dixerat Ioan. 6. Nisi manducaueritis carnem Filij hominis, non habebitis vitam in vobis.

¶Ad tertium dicendum, quòd Eucharistia est sacramentum totius Ecclesiasticæ vnitatis. Et ideo specialiter in hoc sacramento magis quàm in aliis debet fieri mentio de omnibus quæ pertinent ad salutem totius Ecclesiæ.

¶Ad quartum dicendum, quòd instructio fidei est duplex. Vna quæ fit nouiter imbuendis, scilicet catechuminis: & talis instructio fit * per baptismum. Alia autem est instructio, qua instruitur fidelis populus, qui communicat huic mysterio, & talis instructio fit in hoc sacramento. Et tamen ab hac instructione non repelluntur etiam catechumini & infideles. Vnde dicitur de consecratione distinct. 1. Episcopus nullum prohibeat ingredi Ecclesiam, & audire verbum Dei, siue Gentilem, siue hæreticum, siue Iudæum vsque ad missam catechuminorum, in qua scilicet continetur instructio fidei.

* Aliàs circa.

¶Ad quintum dicendum, quòd in hoc sacramento & maior deuotio requiritur quàm in aliis sacramentis (propter hoc quòd in hoc sacramento totus Christus continetur) & etiam communior, quia in hoc sacramento requiritur deuotio totius populi, pro quo sacrificium offertur, & non solùm percipientium sacramentum, sicut in aliis sacramentis. Et ideo vt Cyprian. dicit, sacerdos præfatione præmissa parat fratrum mentes, dicendo, sursum corda, vt dum respondet plebs, habemus ad Dominum, admoneatur nihil aliud se quàm Deum cogitare debere.

¶Ad sextum dicendum, quòd in hoc sacramento (sicut dictum est) tanguntur ea quæ pertinent ad totam Ecclesiam. Et ideo quædam dicuntur à choro quæ pertinent ad populum. Quorum quædam chorus totaliter prosequitur, quæ scilicet toti populo inspirantur. Quædam verò populus prosequitur, sacerdote inchoante, qui personam Dei gerit, in signum quòd talia perueuerunt ad populum ex reuelatione diuina, sicut fides & gloria cælestis. Et ideo sacerdos inchoat Symbolum fidei, & Gloria in excelsis Deo. Quædam verò dicuntur per ministros, sicut doctrina veteris & noui Testamenti, in signum, quòd per ministros à Deo missos, est doctrina hæc populis annuntiata.

Quædam verò sacerdos solus prosequitur: quæ scilicet ad proprium officium sacerdotis pertinent, vt scilicet dona & preces offerat pro populo, sicut dicitur Hebræ. 5. In his tamen quædam dicit publicè, scilicet quæ pertinent & ad sacerdotem & ad populum, sicut sunt orationes communes. Quædam verò pertinent ad solum sacerdotem, sicut oblatio & consecratio: & ideo quæ circa hæc sunt dicenda, occultè à sacerdote dicuntur. In vtrisque tamen excitat attentionem populi dicendo, Dominus vobiscum: & expectat assensum dicentium, amen. Et ideo etiam in his quæ secretò dicuntur, publicè præmittit, Dominus vobiscum, & subiungit, Per omnia secula seculorum. Vel secretè aliqua sacerdos dicit, in signum, quòd circa Christi passionem discipuli non nisi occultè confitebantur Christum.

¶Ad septimum dicendum, quòd efficacia verborum sacramentalium impediri potest per intentionem sacerdotis. Nec tamen est inconueniens quòd à Deo petamus id quod certissimè scimus ipsum facturum, sicut Christus Ioann. 17. petiit suam clarificationem. Non tamen videtur ibi sacerdos orare, vt consecratio impleatur, sed vt nobis fiat fructuosa. Vnde signanter dicit, Vt nobis corpus & sanguis fiat. Et hoc significant verba, quæ præmittit dicens, Hanc oblationem facere digneris benedictam, secundum Augustinum, id est per quam benedicamur, scilicet per gratiam ascriptam, id est per quam in cælo ascribamur: ratam, id est per quam de visceribus Christi esse censeamur: rationabilem, id est per quam à bestiali sensu exuamur: acceptabilem, vt qui nobis ipsis displicemus, per hanc acceptabiles eius vnico filio simus.

¶Ad octauum dicendum, quòd licet hoc sacramentum ex ipso præferatur omnibus antiquis sacrificiis: tamen sacrificia antiquorum fuerunt Deo acceptissima ex eorum deuotione. Petit ergo sacerdos, vt sic hoc sacrificium acceptetur Deo ex deuotione offerentium, sicut illa accepta fuerunt Deo.

¶Ad nonum dicendum, quòd sacerdos non petit neque quòd species sacramentales deferantur in cælum, neque corpus Christi verum, quod ibi esse non desinit. sed petit hoc pro corpore mystico (quod scilicet in hoc sacramento significatur) vt scilicet orationes sacerdotis & populi Angelus assistens diuinis mysteriis, Deo repræsentet, secundum illud Apocalyps. 8. Ascendit fumus incensorum de oblationibus sanctorum de manu Angeli. Sublime autem altare Dei dicitur vel ipsa Ecclesia triumphans, in quam transferri petimus, vel ipse Deus cuius participationem petimus: de hoc enim altari dicitur Exod. 20. Non ascendes ad altare meum per gradus, id est in Trinitate gradus non facies. Vel per Angelum intelligitur ipse Christus qui est magni concilij Angelus, qui corpus suum mysticum Deo patri coniungit, & Ecclesiæ triumphanti. Et propter hoc etiam missa nominatur: quia per Angelum sacerdos preces ad Deum mittit, sicut populus per sacerdotem: vel quia Christus est hostia nobis missa à Deo. Vnde & in fine missæ diaconus in festiuis diebus populum licentiat, dicens, Ite, missa est, scilicet hostia ad Deum per Angelum: vt scilicet sit Deo accepta.

ART.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm ea quæ in celebratione huius sacramenti aguntur, sint conuenientia.

4. sent. dist. 12. ex posit. li. 2. quæst. 3. ar. 3. ex opus. 54. per totum.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd ea quæ in celebratione huius sacramenti aguntur, non sint conuenientia. Hoc enim sacramentum ad nouum Testamentum pertinet, vt ex forma ipsius apparet. In nouo autem Testamento non sunt obseruandæ cæremoniæ veteris Testamenti, ad quas pertinebat quòd sacerdos & ministri aqua lauabantur, quando accedebant ad offerèdum: legitur enim Exod. 30. Lauabunt Aaron & filij eius manus suas ac pedes, quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij. & quando accessuri sunt ad altare. Non est ergo conueniens, quòd sacerdos lauet manus suas inter missarum solennia.

¶Præterea, Ibidem Dominus mandauit quòd Aaron adoleret incensum suaue fragrans super altare, quod erat ante propitiatorium. Quod etiam pertinebat ad cæremonias veteris Testamenti. Inconuenienter ergo in missa sacerdos thurificatione vtitur.

¶Præterea, Ea quæ in sacramentis Ecclesiæ aguntur, non sunt iteranda. Inconuenienter igitur sacerdos multoties iterat crucesignationes super hoc sacramentum.

¶Præterea, Apostolus dicit Hebr. 7. Sine vlla contradictione, quod minus est, a maiori benedicitur. Sed Christus qui est in hoc sacramento, post consecrationem est multò maior sacerdote. Inconuenienter igitur sacerdos post consecrationem benedicit hoc sacramentum, cruce signando.

¶Præterea, In sacramento Ecclesiæ nihil debet fieri quod ridiculosum videatur. Videtur autem ridiculosum gesticulationes facere, ad quas pertinere videtur, quòd sacerdos quandoque brachia extendit, manus iungit, digitos complicat, & seipsum* inclinat. Ergo hoc non debet fieri in hoc sacramento.

* Aliàs conuer-uat.

¶Præterea, Ridiculosum etiam videtur, quòd sacerdos multoties se ad populum vertit, & multoties populum salutet. Non ergo debent hæc fieri in celebratione huius sacramenti.

¶Præterea, Apost. 1. Corint. 1. pro inconuenienti habet, quòd Christus diuisus sit. Sed post consecrationem Christus est in hoc sacramento, inconuenienter ergo hostia frangitur à sacerdote.

¶Præterea, Ea quæ in hoc sacramento aguntur, passionem Christi repræsentant. Sed in passione Christi corpus fuit diuisum in locis quinque vulnerum. Ergo corpus Christi in quinque partes frangi deberet magis, quam in tres.

¶Præterea, Totum corpus Christi in hoc sacramento seorsum consecratur à sanguine. Inconuenienter ergo vna pars eius sanguini miscetur.

¶Præterea, Sicut corpus Christi proponitur in hoc sacramento vt cibus, ita & sanguis Christi vt potus. Sed sumptioni corporis Christi non adiungitur in celebratione missæ alius corporalis cibus. Inconuenienter igitur sacerdos post sumptionem sanguinis Christi, vinum non consecratum sumit.

¶Præterea, Veritas debet respondere figuræ. Sed de agno Paschali, qui fuit figura huius sacramenti, mandatur quòd non remaneret ex eo quicquam vsque mane. Inconuenienter igitur hostiæ consecratæ reseruantur, & non statim sumuntur.

¶Præterea, Sacerdos pluraliter loquitur audientibus, cùm dicit, Dominus vobiscum, & Gratias agamus. Sed inconueniens videtur pluraliter loqui vni soli & maximè minori. Ergo inconueniens videtur, quòd sacerdos vno tantum ministro præsente, celebret missam. Sic igitur videtur quòd inconuenienter aliqua agantur in celebratione huius sacramenti.

¶SED IN CONTRARIVM est Ecclesiæ consuetudo, quæ errare non potest: vtpote Spiritu sancto instructa.

CONCLVSIO.

¶Quæcunque cæremonialia circa hoc sacramentum aguntur, sunt certa ratione statuta vel ad repræsentandam Christi passionem, vel ad Dei deuotionem & reuerentiam.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) in sacramentis dupliciter aliquid significatur, scilicet verbis & factis, ad hoc quòd sit perfectior significatio. Significantur autem verbis in celebratione huius sacramenti quædam pertinentia ad passionem Christi, quæ repræsentatur in hoc sacramento, vel etiam ad corpus mysticum, quod significatur in hoc sacramento, & quædam pertinentia ad vsum huius sacramenti, qui debet esse cum deuotione & reuerentia. Et ideo in celebratione huius mysterij quædam aguntur ad repræsentandam passionem Christi, vel etiam dispositionem corporis mystici, & quædam aguntur pertinentia ad deuotionem & reuerentiam huius sacramenti.

De manuum et digitorũ ablutione.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ablutio manuum fit in celebratione missæ propter reuerentiam huius sacramenti. Fit hoc dupliciter. Primò quidem: quia aliqua pretiosa tractare non consueuimus, nisi manibus ablutis. vnde indecens videtur, quòd ad tantum sacramentum aliquis accedat manibus etiam corporaliter inquinatis. Secundò, propter significationem: quia vt Dionys. dicit 3. ca. Cæl. hierar. extremitatum ablutio significat emundationem etiam a minimis peccatis: secundum illud Ioã. 13. Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet. Et talis emundatio requiritur ab eo qui accedit ad hoc sacramentum. Quod etiam significatur per confessionem, quæ fit ante introitum missæ. Et hoc idem significabat ablutio sacerdotum in veteri lege: vt ibidem Dionys. dicit. Nec tamen Ecclesia hoc seruat tanquam cæremoniale veteris legis præceptum, sed quasi ab Ecclesia institutum, sicut quiddam secundum se conueniens. Et ideo non eodem modo obseruatur sicut tunc prætermittitur enim pedum ablutio, & seruatur ablutio manuum, quæ potest fieri magis in promptu, *& quæ sufficit ad significandam perfectam mundationem. Cùm enim manus sit organum organorum (vt dicitur tertio de anima) omnia opera attribuuntur manibus, vnde in Psal. dicitur Lauabo inter innocentes manus meas.

* Aliàs quæ ma gis sufficit.

De thurificatione.

¶Ad secundum dicendum, quòd etiam thurificatione non vtimur quasi cæremoniali præcepto legis, sed sicut Ecclesiæ statuto. Vnde non eodem modo vtimur, sicut in lege veteri erat statutum. Pertinet autem ad duo. primò quidem ad reuerentiam huius sacramenti, vt scilicet per bonum odorem depellatur si quid corporaliter praui odoris in loco fuerit, quod posset prouocare horrorem. Secundò pertinet ad repræsentandum effectum gratiæ, qua sicut bono odore Christus plenus fuit (secundum illud Gen. 27. Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni) & a Christo deriuatur ad fideles officio ministrorum: secundum illud 2. Corinth. 2. Odorem notitiæ suæ spargit per nos in omni loco. Et ideo vndique thurificato altari, per quod Christus designatur, thurificantur omnes per ordinem.

De cruce varia in missa significatione.

¶Ad tertium dicendum, quòd sacerdos in celebratione missæ vtitur cruce signatione, ad exprimendam passionem Christi, quæ ad crucem est terminata. Est autem passio Christi quibusdam quasi gradibus peracta. Nam primò fuit Christi traditio, quæ facta est à Deo, Iuda, & Iudæis: quod significat trina cruce signatio, super illa verba, Hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata. Secundò fuit Christi venditio. est autem venditus Sacerdotibus, Scribis & Pharisæis. Ad quod significandum fit iterum trina cruce signatio super illa verba, Benedictam, ascriptam, ratam. Vel ad ostendendum pretium venditionis, scilicet triginta denarios. Additur autem & duplex super illa verba, Vt nobis corpus & sanguis, &c. ad designandam personam Iudæ venditoris & Christi venditi. Tertiò autem fuit præsignatio passionis Christi facta in cœna. Ad quod designandum fiunt tertiò duæ cruces, vna in consecratione corporis, alia in consecratione sanguinis, vbi vtrobique dicitur, Benedixit. Quartò autem fuit ipsa passio Christi. Vnde ad repræsentandum quinque plagas Christi, fit quartò quintuplex cruce signatio super illa verba, Hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, panem sanctum vitæ æternæ, & calicem salutis perpetuæ. Quintò repræsentatur extensio corporis & effusio sanguinis, & fructus passionis per trinam cruce signationem, quæ fit super illis verbis, Corpus & sanguinem sumpserimus, omni benedictione, &c. Sextò repræsentatur triplex oratio, quam fecit in cruce. Vnam pro persecutoribus, cùm dixit, Pater ignosce illis. Secundam pro liberatione a morte, cùm dixit, Deus meus Deus meus, vt quid dereliquisti me. Tertia pertinet ad adeptionem gloriæ, cùm dixit, Pater in manus tuas commendo Spiritum meum. Et ad hoc significandum fit trina cruce signatio super illa verba, Sanctificas, viuificas, benedicis, &c. Septimò repræsentantur tres horæ quibus pependit in cruce, scilicet à sexta vsque ad horam nonam. Et ad hoc consignificandum fit iterum trina cruce signatio ad illa verba, Per ipsum, & cum ipso, & in ipso. Octauò autem repræsentatur separatio animæ a corpore per duas cruces subsequenter extra calicem factas. Nonò autem

repræ

Universidad de Deusto
Biblioteca

repræsentatur resurrectio tertia die facta, per tres cruces, quæ fiunt ad illa verba, pax Domini sit semper vobiscum. Potest autem breuius dici, quòd consecratio huius sacramenti, & acceptatio huius sacrificij, & fructus ipsius procedit ex virtute crucis Christi. Et ideo vbicunque fit mentio de aliquo horum, sacerdos cruce signatione vtitur.

¶Ad quartum dicendum, quòd sacerdos pôst consecrationem non vtitur cruce signatione ad benedicendum & consecrandû, sed solùm ad commemorandam virtutem crucis & modum passionis Christi: vt ex dictis patet.

¶Ad quintum dicendum, quòd ea quæ sacerdos in missa facit, non sunt ridiculosæ gesticulationes: fiunt enim ad aliquid repræsentandum. Quòd enim sacerdos brachia extendit post consecrationem, significat extensionem brachiorum Christi in cruce. Leuat etiam manus orando, ad designandum quòd oratio eius dirigitur pro populo ad Deum: secundum illud Thren. 3. Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominum in cælos. & Exod. 17. dicitur, quòd cùm leuaret Moyses manus, vincebat Israel. Quòd autem manus interdum iungit, & se inclinat, est supplicater & humiliter orantis, & designat humilitatem & obedientiam Christi, ex qua passus est. Digitos autem iungit post consecrationem, scilicet pollicem cum indice, quibus corpus Christi consecratum tetigerat, vt si qua particula digitis adhæserit, non disperatur: quod pertinet ad reuerentiam sacramenti.

¶Ad sextum dicendum, quòd quinquies se sacerdos vertit ad populum, ad significandum quòd Dominus die resurrectionis quinquies se manifestauit: vt suprà dictum est in tractatu de resurrectione Christi. Salutat autem septies populum, scilicet quinque vicibus, quibus se conuertit ad populum: & bis quando se non conuertit (scilicet cùm ante præfationem dicit, Dominus vobiscum, & cùm dicit, Pax Domini sit semper vobiscum) ad designandum septiformem gratiam Spiritus sancti. Episcopus autem celebrans in festis, in prima salutatione dicit, Pax vobis: quod post resurrectionem discipulis dixit Dominus: cuius personam repræsentat præcipuè Episcopus.

¶Ad septimum dicendum, quòd fractio hostiæ tria significat. Primò quidem ipsam diuisionem corporis Christi, quæ facta est in passione. Secundò distinctionem corporis mystici secundum diuersos status. Tertiò distributionem gratiarum, procedentium ex passione Christi: vt Dionys. dicit 3. ca. Cæleſt. hierar. Vnde talis fractio non inducit diuisionem Christi.

¶Ad octauum dicendum, quòd sicut Sergius Papa dicit (& habetur de consecratio. distinct. 2.) triforme est corpus Domini. Pars *oblata in calicem missa, corpus Christi quod iam resurrexit, monstrat, scilicet ipsum Christum, & beatam Virginem, vel siqui alij sancti cum corporibus iam sunt in gloria. Pars comesta, ambulans adhuc super terram, quia scilicet viuentes in terra, sacramento *vtuntur & passionibus conteruntur, sicut & panis comestus conteritur dentibus. Pars in altari vsque ad finem missæ remanens, corpus in sepulchro: quia vsque in finem seculi, corpora sanctorum in sepulchris erunt: quorum tamen animæ sunt vel in purgatorio vel in cælo. Hic tamen ritus non seruatur modò: vt scilicet vna pars seruetur vsque in finem missæ, propter periculum. Manet tamen eadem significatio partium. Quam quidam metricè expresserunt dicentes,

Alias ablata.

Alias vniuntur.

Hostia diuiditur in partes, tincta beatos,
Plenè, sicca notat viuos, seruata sepultos.

Quidam tamen dicunt, quòd pars in calicem missa, significat eos, qui viuunt in hoc mundo: pars autem extra calicem seruata significat plenè beatos, scilicet quantum ad animam & corpus: pars autem comesta, significat cæteros.

¶Ad nonum dicendum, quòd per calicem duo possunt significari. Vno modo ipsa passio Christi, quæ repræsentatur in hoc sacramento. Et secundum hoc per partem in calicem missam, significantur illi, qui adhuc sunt participes passionum Christi. Alio modo potest significari fruitio beata, quæ etiam in hoc sacramento præfiguratur. Et ideo illi quorum corpora iam sunt in plena beatitudine, significantur per partem in calicem missam. Et est notandum, quòd pars in calicem missa, non debet populo dari in supplementum communionis: quia panem intinctum non porrexit Christus nisi Iudæ proditori.

¶Ad decimum dicendum, quòd vinum ratione suæ humiditatis est ablutiuum. Et ideo sumitur post susceptionem huius sacramenti, ad abluendum os, ne aliquæ reliquiæ remaneant, quod pertinet ad reuerentiam sacramenti. Vnde extra de celebratione missarum, cap. ex parte. Semper sacerdos vino os perfundere debet, postquam totum percepit Eucharistiæ sacramentum, nisi cum eodem die aliam missam debuerit celebrare, ne si fortè vinum perfusionis acciperet, celebrationem aliam impediret. Et eadem ratione perfundit vino digitos quibus corpus Christi tetigerat.

¶Ad vndecimum dicendum est, quòd veritas quantum ad aliquid debet respondere figuræ: quia scilicet non debet pars hostiæ consecratæ, de qua sacerdos & ministri vel etiam populus communicat, in crastinum reseruari. Vnde, vt habetur de consecratio. distinctio 2. Clemens Papa statuit, quòd tanta holocausta in altari offerantur, quanta populo sufficere debeant, quòd si remanserint, in crastinum non reseruentur, sed cum timore & tremore clericorum diligentia consumantur. Quia tamen hoc sacramentum quotidie sumendum est (non autem agnus Paschalis quotidie sumebatur) ideo oportet alias hostias consecratas pro infirmis conseruare. Vnde in eadem distinct. legitur, Presbyter Eucharistiam semper habeat paratam, vt quando quis infirmatus fuerit, statim cum communicet, ne sine communione moriatur.

¶Ad duodecimum dicendum, quòd in solenni celebratione missæ, plures debent adesse. Vnde Soter Papa dicit, vt habetur de consecratio. distinctio. 1. Hoc quoque statutum est, vt nullus presbyterorum, missarum solennia celebrare præsumat, nisi duobus præsentibus, sibique respondentibus, ipse tertius habeatur: quia cùm pluraliter ab eo dicitur, Dominus vobiscum, & illud in secretis, orate pro me, apertissimè conuenit, vt ipsius respondeatur salutationi. Vnde & ad maiorem solennitatem, ibidem statutum legitur, quòd Episcopus cum pluribus missarum solennia peragat. In missis tamen priuatis sufficit vnum habere ministrum, qui gerit personam totius populi catholici, ex cuius persona sacerdoti pluraliter respondet.

ARTICVLVS VI.

¶Vtrùm possit sufficienter occurri defectibus circa celebrationem huius sacramenti occurrentibus statuta Ecclesiæ obseruando. *4. dist. 13. in expos. lit.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd non possit sufficienter occurri defectibus, qui circa celebrationem huius sacramenti occurrunt, statuta Ecclesiæ obseruando. Contingit enim quandoque quòd sacerdos, ante consecrationem, vel post moritur, vel alienatur, vel aliqua alia infirmitate impeditur, ne sacramentum sumere possit, & missam perficere. Ergo videtur quòd non possit impleri statutum Ecclesiæ, quo præcipitur quòd sacerdos consecrans, suo sacrificio communicet.

¶Præterea, Contingit quandoque, quòd sacerdos ante consecrationem vel post, recolit se aliquid comedisse vel bibisse, vel etiam alicui peccato mortali subiacere, vel etiam excommunicationi, cuius prius memoriam non habebat. Necesse est ergo, quòd ille qui est in tali articulo constitutus, peccet mortaliter, contra statutum Ecclesiæ faciens, siue sumat, siue non sumat.

¶Præterea, Contingit quandoque quòd in calicem musca vel aranea, vel aliquod animal venenosum cadit post consecrationem, vel etiam cognoscit sacerdos calici venenum esse immissum ab aliquo maleuolo causa occidendi ipsum. In quo casu si sumat, videtur mortaliter peccare, se occidendo vel Deum tentando, similiter si non sumat peccat, contra statutum Ecclesiæ faciens. Ergo videtur esse perplexus, & subiectus necessitati peccandi, quod est inconueniens.

¶Præterea, Contingit quandoque quòd per negligentiam ministri aut aqua non ponitur in calice, aut etiam nec vinum, & hoc sacerdos aduertit. Ergo in hoc etiam casu videtur esse perplexus, siue sumat corpus sine sanguine (quasi imperfectum faciens *sacramentum) siue non sumat nec corpus nec sanguinem. *Alias sacrificium.*

¶Præterea, Contingit quandoque, quòd sacerdos non recolit se dixisse verba consecrationis, vel etiam alia quæ in celebratione huius sacramenti dicuntur. Videtur ergo peccare in hoc casu, siue reiteret verba super eandem materiam, quæ fortè iam dixerat, siue vtatur pane & vino non consecratis, quasi consecratis.

¶Præterea, Contingit quandoque propter frigus, quòd sacerdoti dilabitur hostia in calicem, siue ante fractionem, siue post. In hoc ergo casu non poterit sacerdos ritum Ecclesiæ implere, vel de ipsa fractione, vel etiam de hoc quòd sola tertia pars mittatur in calicem.

¶Præterea, Contingit quandoque, quòd per negligentiam sacerdotis sanguis Christi effunditur, vel etiam quòd sacerdos sacramentum sumptum vomit, aut etiam quòd hostiæ consecratæ tandiu conseruantur, vt putrefiant, vel etiam à muribus corrodantur, vel etiam qualitercunque perdantur. In quibus casibus non videtur posse huic sacramento debita reuerentia exhiberi secundum Ecclesiæ statura. Non videtur ergo, quòd his defectibus seu periculis occurri possit, saluis Ecclesiæ statutis.

¶SED CONTRA est, quòd sicut Deus, ita Ecclesia non præcipit aliquid impossibile.

CONCLVSIO.

¶Quicunque defectus in missa occurrentes possunt ex Ecclesiæ statutis emendari, vel præueniendo ne accidant, vel si sequantur, emendando, vel adhibendo per pœnitentiam remedium, vt alias ii caueat qui negligenter se circa illud gesserit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd periculis seu defectibus circa hoc sacramentum contingentibus dupliciter potest occurri. Vno modo præueniendo, ne scilicet periculum accidat. Alio modo subsequendo, vt scilicet id quod accidit emendetur, vel adhibendo remedium, vel saltem per pœnitentiam eius, qui negligenter egit circa hoc sacramentum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd si sacerdos mortè aut infirmitate graui occupetur ante consecrationem corporis & sanguinis Domini, non oportet vt per alium suppleatur. Si verò incepta consecratione hoc acciderit (puta consecrato corpore ante consecrationem sanguinis, vel etiam consecrato vtroque) debet missæ celebritas per alium expleri. Vnde, vt habetur in Decretis, 7. quæstion. 1. cap. nihil. in Toletano concilio legitur, Censuimus conuenire, vt cùm à sacerdotibus missarum tempore mysteria sacra consecrantur, si ægritudinis accidat cuiuslibet euentus, quo cœptum nequeant explere mysterium, sit liberum Episcopo vel presbytero alteri, consecrationem exequi incepti officij. Non enim aliud competit ad supplementum initiatis mysteriis, quàm vt aut incipientis aut subsequentis benedictione sint completa sacerdotis: quia nec perfecta videri possunt, nisi perfecto ordine compleantur. Cùm enim simus omnes vnum in Christo, nihil contrarium diuersitas personarum format, vbi efficacia, proficeritatis vnitas fidei repræsentat. Ne tamen quod naturæ languoris causa consulitur, in præsumptionis perniciem conuertatur, nullus absque præuentu patentis molestiæ, minister vel sacerdos, cum cœperit imperfecta officia, præsumat omnino relinquere. si quis hoc temerariè præsumpserit, excommunicationis sententiam sustinebit.

¶Ad secundum dicendum, quòd vbi difficultas occurrit, semper est accipiendum illud quod habet minus de periculo. Maximè autem periculosum circa hoc sacramentum est, quod est contra perfectionem huius sacramenti, quia hoc est immane sacrilegiû. Minus autem est illud, quod pertinet ad qualitatem sumentis. Et ideo si sacerdos post consecrationem inceptam, recordetur se aliquid comedisse, vel bibisse, nihilominus debet perficere sacrificium, & sumere sacramentum. Similiter si recordetur se peccatum aliquod commisisse, debet pœnitere cum proposito confitendi & satisfaciendi: & sic non indignè, sed fructuosè sumere sacramentum. Et eadem ratio est si meminerit se excommunicatio ni cuicunque subiacere, debet enim assumere propositum humiliter absolutionem petendi: & sic per inuisibilem pontificem Iesum Christum absolutionem consequetur quantum ad hunc actum, quòd peragat diuina mysteria. Si verò ante consecrationem alicuius prædictorum sit memor, tutius reputarem, maximè in casu manducationis & excommunicationis, quòd missam inceptam desereret, nisi graue scandalum timeretur.

¶Ad tertium dicendum, quòd si musca vel aranea in calicem ante consecrationem ceciderit, aut etiam venenum deprehenderit esse immissum, debet effundi, & abluto calice, denuo aliud vinum poni consecrandum. Si verò aliquid horum post consecrationem acciderit, debet animal cautè capi, & diligenter lauari & comburi, & ablutio cum cineribus in sacrarium mitti. Si verò venenum ibi esse deprehenderit immissum, nullo modo debet sumere, nec alij dare, ne calix vitæ vertatur in mortem: sed debet diligenter in aliquo vasculo ad hoc apto cum reliquiis conseruari. Et ne sacramentum remaneat imperfectum, debet aliud vinum apponere in calicem, & denuo resumere à consecratione sanguinis, & sacrificium perficere.

¶Ad quartum dicendum, quòd si sacerdos ante consecrationem sanguinis & post consecrationem corporis percipiat aut vinum aut aquam non esse in calice, debet statim apponere, & consecrare. Si verò post consecrationis verba perceperit, quòd aqua desit, debet nihilominus procedere: quia impositio aquæ (vt supra dictum est) non est de necessitate sacramenti. Debet tamen puniri ille, ex cuius negligentia hoc contingit. Nullo autem modo debet aqua vino iam consecrato misceri: quia sequeretur corruptio sacramenti pro aliqua parte, vt suprà dictum est. Si verò percipiat post verba consecrationis, quòd vinum non fuerit positum in calicem: si quidem hoc percipiat ante sumptionem corporis, debet deposita aqua, si ibi fuerit, imponere vinum cum aqua, & resumere à verbis consecrationis sanguinis. Si verò hoc perceperit post sumptionem corporis, aliam hostiam apponere debet, iterum consecrandam simul cum sanguine. Quod ideo dico: quia si diceret sola verba consecrationis sanguinis, non seruaretur debitus ordo consecrandi: & sicut dicitur in prædicto cap. Toletani concilij, perfecta videri non possunt sacrificia, nisi perfecto ordine compleantur. Si verò inciperet à consecratione sanguinis, & repeteret omnia verba consequentia, non competeret nisi adesset hostia consecrata, cum in illis verbis illis occurrant quædam dicenda & fienda non solùm circa sanguinem, sed etiam circa corpus. Et debet in fine iterum sumere hostiam consecratam & sanguinem, non obstante etiam, si prius sumpserit aquam, quæ erat in calice: quia præceptum de perfectione sacramenti maioris est ponderis, quàm præceptum quòd hoc sacramentum à ieiunis sumatur, vt suprà dictum est.

¶Ad quintum dicendum, quòd licet sacerdos non recolat se dixisse aliqua eorum, quæ dicere debuit, non tamen debet ex hoc mente perturbari: non enim qui multa dicit, recolit omniû, quæ dixit: nisi fortè aliquid in dicendo apprehenderit sub ratione iam dicti: sic enim aliquid efficitur memorabile. Vnde si aliquis attentè cogitet illud quod dicit, non tamen cogitet se dicere illud, non multum postea recolit se dixisse. Sic enim fit aliquid obiectum memoriæ, inquantùm accipitur sub ratione præteriti: sicut dicitur in lib. de memoria. Si tamen sacerdoti probabiliter constet se aliqua omisisse: siquidem nõ sunt de necessitate sacramenti, non existimo quòd propter hoc debeat resumere, immutando ordinem sacrificij: sed debet vlterius procedere. Si verò certificetur se omisisse aliquid eorum, quæ sunt de necessitate sacramenti, scilicet formas consecrationis, cùm forma consecrationis sit de necessitate sacramenti, sicut & materia, idem videtur faciendum, quod dictum est in defectu materiæ, vt scilicet resumatur à forma consecrationis, & cætera per ordinem reiterentur, ne mutetur ordo sacrificij.

¶Ad sextum dicendum, quòd fractio hostiæ consecratæ, & quòd vna sola pars mittatur in calicem, respicit corpus mysticum, sicut admixtio aquæ significat populum. Et ideo horum prætermissio non facit imperfectionem sacrificij, vt propter hoc sit necesse aliquid reiterare circa celebrationem huius sacramenti.

¶Ad septimum dicendum, quòd (sicut legitur de conse. distin. 1. ex decreto Pij Papæ) si per negligentiam aliquid de sanguine stillauerit in tabulam, quæ terræ adhæret, lingua lamberur, & tabula radetur. Si verò non fuerit tabula, terra radetur, & igni consumetur, & cinis intra altare condetur, & sacerdos quadraginta diebus pœniteat. Si autem super altare stillauerit calix, sorbeat minister stillam, & tribus diebus pœniteat. Si super linteum altaris, & ad aliud stilla peruenerit, decem diebus pœniteat. Si vsq; ad tertium, nouem diebus pœniteat. Si vsque ad quartum, viginti diebus pœniteat: & linteamina quæ stilla tetigerit, tribus vicibus lauet minister calice subtus posito: & aqua ablutionis sumatur, & iuxta altare recondatur. posset etiam sumi in potum à ministro, nisi propter abominationem dimitteretur. Quidam autem vlterius partem illam linteaminum incidunt & comburunt: & cinerem in altari vel sacrario reponunt. Subditur autem ibidem ex pœnitentiali Bedæ presbyteri, Si quis per ebrietatem vel voracitatem Eucharistiam euomuerit, quadraginta diebus pœniteat, si laicus est, clerici vel monachi seu diaconi & presbyteri, septuaginta diebus pœniteant, Episcopus, nonaginta. Si autem infirmitatis causa euomuerint, septem diebus pœniteant. Et in eadem distinct. legitur ex concil. Arelatensi, Qui non bene custodierit *sacramentum, & mus vel aliquod aliud animal illud comederit, quadraginta diebus pœniteat. Qui autem perdiderit illud in Ecclesia, aut pars eius ceciderit, & non inuenta fuerit, triginta diebus pœniteat. Et eadem pœnitentia videtur dignus

Alias sacrificium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Super Quæstionem octuagesimamquartam.

Annot. IN primis duobus art.tis dicenda occurrunt. Primum, de materia sacramenti pœnitentiæ ex qua cùm forma constituitur sacramentum, an scilicet hoc sacramentum habeat materiam, ex qua constituatur. Et mouetur hoc dubium propter Scot. in 4.dist.16.q.1. dicentem huius sacramenti nullam partem esse actum pœnitentis, sed sacramentum hoc essentialiter consistere in absolutione: ita quòd secundum eum sacramentum pœnitentiæ non constituitur ex materia & forma contra cõmunem doctrinam in 1. distinct. 4. sent. imò contra doctrinam sacri Concilij sub Eugenio 1111. vbi dicitur, quòd omnia sacramenta cõstant ex rebus tãquam materia, & verbis tanquam forma: & specialiter de sacramento pœnitentiæ dicitur cuius quasi materia sunt actus pœnitentis.

¶Nec ratio Scot. valet, scilicet quia nullus actus pœnitentis est aliquid sententiæ sacerdotis: quoniam supponit hæc ratio sacramentum hoc consistere essentialiter in sola absolutione.

¶Quocirca sequendo & communem & sacri Concilij doctrinam, dicendum est sacramentum pœnitentiæ constare ex verbis absolutionis vt forma, & actu seu actibus pœnitentis, vt materia proxima. Nec alia quærenda est de hoc ratio, nisi authoritas vtrãque tam adducta & consonantia: quia scilicet consonant conditiones sacramenti huic toti constituto ex actu pœnitentis & absolutione & in significando & in causando, & in passiua institutione diuina.

¶Secundum est circa rem huius sacramenti, quæ scilicet est & res & sacramentum: non scilicet sit interior pœnitentia an ornatus aliquis. Et quoniam magna videtur alterutro de ornatu nec intentionis meæ est scribere ad con- 4. dist. 14. q. 1. ar. 1 q. 1. Et dist. 22. q. 2. art 3. q. 2. cor. tradicendum aliis dimissa vnicuique probabilitate suæ opinionis, dicam quid secundum Autorem & rationem rectam videtur sentiendum.

Annot. ¶De sacramentis nil aliud sentiendum est, nisi quod accepimus: ex acceptis autem tam ex parte causalitatis attributæ sacramẽto quàm ex parte rei & sacramenti, quàm etiam ex parte subiecti disponendi ad gratiam, vltimum sacramenti efficiũm, nec necessariò, nec probabiliter ornatus ponitur. Nam causalitas sacramenti sufficienter saluatur respectu gratiæ, etiam si nihil aliud cauſalitatis sacramenti sufficienter saluatur hîc per interiorẽ pœnitentiã. ¶Dispositio autem ad gratiam (quę tamen tantùm ponderatur à ponentibus ornatum) triplicitèr monstratur aliena ab ornatu. Primò ex parte gratię: quoniam gratia non est talis forma in anima, vt egeat alia forma prædisponente ad ipsam. Fallax quidem imaginatio est putare, quod sicut ligni, si debet ignire, debet prius calefieri, vt calor disponat ad formam ignis in anima, si debet per gratiam fieri deiformis, debet prius ornari. Nullam siquidem talem dispositionem gratia exigit, vt patet in infantibus baptizatis, quibus infunditur gratia absque aliqua alia forma prædisponente. Nec obstat: character, quoniam, vt ex supradictis patet, character non ponitur, vt disponat ad gratiam, quòd eius subiectum, quod est intellectus, reflatum: dispositio enim ad gratiã, quæ est in essentia animæ, non est intellectus, vt de se patet. Secundò ex parte adultorũ, quibus tantùm conferitur sacramentum pœnitentiæ. Nam in adultis dispositio ad gratiam est propriùs actus ipsius adultí: lucta illud. Qui crearit te sine te, nõ saluabit te sine te. & sexta supradicta in secũdo lib. de Iustificatione impij. Tertiò ex parte pœnitentis: quoniam pœnitens non disponitur nisi per actus pœnitentiæ: omnis enim alia dispositio per accidens se habet ad pœnitentem: & propter ea si ornatus poneretur dispone re, non nisi per accidens concurreret ad disponendum pœnitentem: quod autẽ est per accidens, non est per se tribuendum sacramẽto pœnitentiæ. Ornamentitius ergo videtur ornatus huiusmodi: sed vt in litera dicitur, interior pœnitentiæ est, & sacramentum.

¶Et si modum quæris ac sufficientem rationem, distingue, tristiam posse inuenire positam, primò, vt ipsa attritus, quòd eius attritio cũ sacramento pœnitentię in voto susceptam ad remissionem peccatorum: ita q̃ attritio sua est tanta, q̃ ex ea cremẽto in voto sit cõtritio iuxta illud. Dixi, cõfitebor & tu remisisti impietatẽ peccati mei. Secundò, quòd attritio sit tam modica, vt cum sacramento in voto, non fiat contritio: sed tamen sit tanta, quòd cum sacramento in re, fiat cõtritio: plus enim operatur sacramentum in re, quàm in voto. Tertiò posset esse tam exigua attritio, vt nec etiam cum sacramento in re, fieret contritio: & talis non susciperet remissionem peccatorũ ex sacramento pœnitentiæ. Vbi apparet, nullo esse opus ornatu ad hoc, vt ex vi sacramenti attritus fiat contritus. Modus autem quo hoc fit) est quòd Deus vtrinq; operatur: contritio siquidem ex parte pœnitentis ad interiorem pœnitentiã, inspirando illam (vt ipsa littera dicit) non solùm secundum se, sed etiam in ordine ad sacramentum: quod ex eo patet, quòd ex interiori motu pœnitens subiicit se clauibus. Et ex parte sacramenti, ostendendo sacramentales actus ex teriores ad interiorem pœnitentiam, dum virtute sacramenti ipsos ad excitandum & perficiendum interiorem actum pœnitentis. Sic enim excitando & perficiendo, facit de attrito contritum, dum meretur ei remissionem peccatorum per hoc enim fit interior pœnitentis actus res & sacramentum. Et per hoc apparet, quòd sacramentum significat & causat interiorem pœnitentiam & interior pœnitentia sic causata significat & causat remissionem peccatorum: sunt enim hæc instrumenta subordinata principali agenti, Deo scilicet: sicut baculus, quo moueo lapidem, est instrumentum subordinatum alteri instrumento, puta manui, qua moueo baculum, &c. Tertium est, quòd Autor ipse solus dator, quum in 4. sent. putasset solam formam in sacramento pœnitentiæ habere causalitatem, sicut in sacramento Eucharistiæ: & verificasset, quòd totum sacramentum compositum ex materia, & forma causat ratione partis, scilicet formæ: hoc in loco altius sentit, vt expressius declarat infra in artic. vltimo q. 86. scilicet q̃ totum sacramentum pœnitentiæ compositum, scilicet ex materia & forma

diante sacramento, vtitur etiam interiori actu pœnitentis ad remissionem peccatorum per hoc enim fit interior pœnitentis actus res & sacramentum. Et per hoc apparet, quòd sacramentum significat & causat interiorem pœnitentiam & interior pœnitentia sic causata significat & causat remissionem peccatorum: sunt enim hæc instrumenta subordinata principali agenti, Deo scilicet: sicut baculus, quo moueo lapidem, est instrumentum subordinatum alteri instrumento, puta manui, qua moueo baculum, &c. Tertium est, quòd Autor ipse solus dator, quum in 4. sent. putasset solam formam in sacramento pœnitentiæ habere causalitatem, sicut in sacramento Eucharistiæ: & verificasset, quòd totum sacramentum compositum ex materia, & forma causat ratione partis, scilicet formæ: hoc in loco altius sentit, vt expressius declarat infra in artic. vltimo q. 86. scilicet q̃ totum sacramentum pœnitentiæ compositum, scilicet ex materia & forma

¶Præterea, Sacramenta Ecclesiæ à ministris Christi exhibentur: secundum illud 1. Cor. 4. Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Sed pœnitentia non exhibetur à ministris Christi: sed interius à Deo hominibus inspiratur: secundum illud Hiere. 31. Postquam conuertisti me, egi pœnitẽtiam. Ergo videtur, quòd pœnitentia non sit sacramentum.

¶Præterea, In sacramentis de quibus iam suprà diximus, est aliquid, quod est sacramentum tantùm, aliquid, quod est res & sacramentum: aliquid verò, quod est res tantùm: vt ex præmissis patet. Sed hoc non inuenitur in pœnitentia. Ergo pœnitentia non est sacramentum.

¶SED CONTRA est, quòd sicut baptismus adhibetur ad purificandum à necato, ita & pœnitentia. Vnde & Petrus dixit Simoni, Act. 8. Pœnitentiam age ab hac nequitia tua. Sed baptismus est sacramentum: vt suprà habitum est. Ergo pari ratione & pœnitentia.

CONCLVSIO.

¶Pœnitentia, qua peccator se ostendit à peccato recessisse, & qua sacerdos Dei remittentis opus significat est spetiale sacramentum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut Greg. dicit in ca. suprà dicto, Sacramentum est in aliqua celebratione, cùm res gesta ita fit, vt aliquid significatiuè accipiamus, quod sanctè accipiendum est. Manifestum est autem quòd in pœnitentia ita res gesta fit, quòd aliquid sanctum significatur, tam ex parte peccatoris pœnitentis, quàm ex parte sacerdotis absoluentis: nam peccator pœnitens, per ea quæ facit & dicit, ostendit cor suum à peccato recessisse: similiter etiam sacerdos per ea quæ agit & dicit circa pœnitentem, significat opus Dei remittentis peccata. Vnde manifestum est, quòd pœnitentia quæ in Ecclesia agitur, est sacramentum.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd nomine corporaliũ rerũ intelliguntur largè etiã ipsi exteriores actus sensibiles: qui ita se habent in hoc sacramento, sicut aqua in baptismo, vel chrisma in confirmatione. Est autem attendendũ, quòd in illis sacramẽtis, in quibus confertur excellẽs gratia, quæ superabundat omnem facultatem humani actus, adhibetur aliqua corporalis materia exterius: sicut in baptismo, vbi fit plena remissio peccatorum, & quantum ad culpam & quantum ad pœnam: & in confirmatione, vbi datur plenitudo Spiritus sancti: & in extrema vnctione, vbi confertur perfecta sanitas spiritualis, quæ prouenit ex virtute Christi, quasi ex quodam extrinseco principio. Vnde si qui actus humani sunt in talibus

de forma, sit est ex actu pœnitentis & absolutione (sic enim ex his vnus sacramentum) causatur remissionem peccatorum

Aliàs ratione virtutisque partis: principalius quidem ratione formæ: secundariò autem ratione materiæ: hoc est actus pœnitentis, vt subordinantur claui-bus Ecclesiæ: hoc est quòd actu pœnitentes ex hoc ipso q̃ parati sunt sacramenti, vtitur Deus vt parte materiali sui instrumenti ad causandam remissionem peccatorũ: sicut ex hoc ipso, quòd aqua assumitur ad baptizandũ, vitur illa Deus vt parte materiali sui instrumenti ad regenerandũ filios suos.

¶Super Quæstionem octuagesimaquartam. Articulum tertium.

Annot. IN articu. 1. eiusdem quæst. in responsione ad tertium circa formam absolutionis adnotaui, quòd licet forma absolutionis cõsistat in illis duobus verbis, scilicet absoluo te: vel in ista dicitur, & habetur ex concilio Floren. sub Eugenio 1111. nihilominus si quis aliis verbis vteretur (pura Remitto tibi peccata) sacramẽtũ esset perfectũ. ¶Quod & ratione & auctoritate mõstratur. Ratione quidem: quia vicarius sacramentalis non est à Deo obligata ita his verbis, quin sit ei collata equipollẽtibus. Authoritas autem sumitur primò ex Euangelio quia Dominus instituendo confessores, dixit, Quorũ remiseritis peccata, remittũtur eis. Secundò ex Aurore in hac littera comparante istas duas formas, scilicet per absoluere vel remittere quarum vtrarq; ex verbis Domini sumitur: & electa quælibet quæ sit per absoluere, est magis cõgrua: quia magis cõgruit verbis Domini, dã de virtute clauiũ loquebatur: differentia autem secundũ magis vel minus congruũ, nõ tollit virtutem sacramẽti. Accedit ad hoc 5co. in 4. dist. 14. q. 4. quæstiõe 3. vbi dicitur, q̃ Apostolis nõ est data potestas vt sanarent infirmos, &c. intellige regulariter. Nam si enim est cõcilium Apostolis, vt regulariter sanarẽt ex potestate infirmos, quãdo hoc fuerit eis quãdoq; conueniens. Et hoc sufficit ad differẽtiam inter potestatẽ sacramentalẽ & potestatẽ faciendi miracula: quia potestate sacramentali ordinariè remittere peccata: potestate autẽ miraculosa faciendi, nõ potestis sacramentis, non sunt de essentia sacramentorum, sed dispositiuè se habent ad sacramenta. In illis autem sacramẽtis, quæ habent effectum correspondentem humanis actibus, ipsi *actus humani sunt loco materiæ, vt accidit in pœnitentia & matrimonio. Sicut etiam in medicinis corporalibus quædã sunt res exterius adhibitæ, sicut emplastra & electuaria: quædam verò sunt actus sanãdorum, puta exercitationes quædam.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd in sacramentis, quæ habent corporalem materiam, oportet quòd illa materia adhibeatur à ministro Ecclesiæ, qui gerit personam Christi, in signũ quòd excellentia virtutis in sacramento operantis est à Christo. In sacramento autem pœnitentiæ (sicut dictum est) sunt actus humani pro materia, qui prouenium ex inspiratione interna. Vnde materia non exhibetur à ministro, sed à Deo interius operante. Sed complementum sacramenti exhibet minister, dum pœnitentem absoluit.

¶Ad tertium dicendum, quòd etiam in pœnitentia est aliquid quod est sacramentum tantùm, scilicet actus exterius exercitus, tam per peccatorem pœnitentem, quàm etiã per sacerdotem absoluentem: res autem & sacramentum, est pœnitentia interior peccatoris: res autem tantùm & non sacramentum, est remissio peccati. Quorũ primum totũ simul sumptum est causa secundi: primum autẽ & secundum, sunt quodammodo causa tertij.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm peccata sint propria materia huius sacramenti.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd peccata non sint propria materia huius sacramenti. Materia enim in aliis sacramentis per aliqua verba prolata sanctificatur, & sanctificata effectum sacramẽti operatur. Peccata autem non possunt sanctificari, & cõtrariantur effectui sacramenti, qui est gratia remittens peccata. Ergo peccata nõ sunt materia propria huius sacramenti.

¶Præterea, Aug. dicit in lib. de pœnitentia. Nullus potest inchoare nouam vitã, nisi eum veteris vitæ pœniteat. Sed ad vetustatem vitæ pertinent non solùm peccata, sed etiam pœnalitates præsentis vitæ. Non ergo peccata sunt propria materia pœnitentiæ.

¶Præterea, Peccatorum quoddam est originale, quoddam mortale, quoddã veniale. Sed pœnitentiæ sacramentum nõ ordinatur contra originale peccatum, quòd tollitur per baptismum, neq; cõtra peccatũ mortale, quod tollitur per confessionẽ peccatoris nec etiam contra veniale, quòd tollitur per tonsionem peccatoris, & per aquam benedictam, & alia huiusmodi. Ergo peccata non sunt propria materia pœnitentiæ.

¶SED CONTRA est quod Apostolus dicit 2. Corin. 12. Non egerunt pœnitentiam super immũditia & fornicatione & impudicitia, quam gesserunt.

CONCLVSIO.

¶Proxima sacramenti pœnitentiæ materia sunt actus pœnitentis: remota verò sunt peccata non accepranda, sed detestanda & destruenda.

¶RESPONDEO dicendum quòd, duplex est materia, scilicet proxima & remota: sicut statuæ proxima materia est metallum, remota verò, aqua. Dictum est autem, quòd materia proxima huius sacramẽti sunt actus pœnitentis: cuius materia sunt peccata, de quibus dolet, & quæ confitetur & pro quibus satisfacit. Vnde relinquitur quòd remota materia pœnitentiæ, sunt peccata, non accepranda, sed detestanda & destruenda.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de proxima materia sacramenti.

¶Ad secundum dicendũ, quòd vetus & mortalis vita est obiectum pœnitentiæ, nõ ratione pœnæ: sed ratione culpæ annexæ.

¶Ad tertium dicẽdum, quòd pœnitẽtia quodammodo est de qualibet peccatorũ genere: non tamen eodem modo. Nam de peccato actuali mortali, est pœnitentia propriè & principaliter. Propriè quidem, quia propriè dicimur pœnitere de his quæ nostra volũtate commisimus. Principaliter autem: quia ad deletionem peccati mortalis, hoc sacramentum est principaliter institutum. De peccatis autẽ venialibus est quidẽ pœnitẽtia propriè, inquantum sunt nostra voluntate facta: non tamen contra hæc principaliter est hoc sacramentum institutum. De peccato verò originali pœnitentia nec principaliter est (quia contra ipsum non ordinatur hoc sacramentũ, sed magis baptismus) nec etiam propriè: quia peccatum originale non est nostra voluntate peractum, nisi fortè inquantum voluntas Adæ reputatur nostra, secundum modum loquẽdi, quo Apost. dicit Rom. 5. In quo omnes peccauerunt. Inquantum tamen largè accipitur pœnitentia pro quacunque detestatione rei præteritæ, potest dici pœnitentia de peccato originali: sicut loquitur Augu. in lib. de pœnitentia.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm hæc sit forma huius sacramenti, Ego te absoluo.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd hæc non sit forma huius sacramenti, Ego te absoluo. Formæ enim sacramentorum ex institutione Christi & Ecclesiæ vsu habentur. Sed Christus non legitur hanc formam instituisse, neque etiam in communi vsu habetur, quinimò in quibusdam absolutionibus, quæ in Ecclesia publicè fiunt (sicut in Prima & completorio, & in cœna Domini) absoluens non vtitur oratione indicatiua, vt dicat, Ego vos absoluo, sed oratione deprecatiua, cùm dicit, Misereatur vestri omnipotens Deus, vel, Absolutionem & remissionem tribuat vobis omnipotens Deus. Ergo hæc non est forma huius sacramenti, Ego te absoluo.

¶Præterea, Leo Papa dicit, quòd indulgentia Dei nisi supplicationibus sacerdotum nequit obtineri. Loquitur autem de indulgentia Dei, quæ præstatur pœnitentibus. Ergo forma huius sacramenti debet esse per modum deprecationis.

¶Præterea, Idem est absoluere à peccato, quod peccatũ remittere. Sed solus Deus peccatum remittit, qui etiam solus interius hominem à peccato mundat: vt Augustí. dicit super Ioan. Ergo videtur quòd solus Deus à peccato absoluat. Non ergo debet sacerdos dicere, Ego te absoluo, sicut non dicit, Ego ribi peccata remitto.

¶Præterea, Sicut Dominus dedit potestatem discipulis absoluendi à peccatis, ita etiam dedit eis potestatem curandi infirmitates, & vt dæmonia eiicerent, & vt languores sanarent, vt habetur

Annot ¶In responsione ad quintum circa vltimam expositionem vbi dicitur, Ego te absoluo, id est sacramentum absolutionis: dicendum, quòd huiusmodi expositio ex forma verborum non importat formam absolutionis in actu exercitio: sicut signi ficat illam hæc enunciatio, Ego absoluo te. Hæc enim sacerdos ipse exerceret ipsam absolutionem, faciendo quod significat: sacramentum enim efficit quod significat. Dicendo autẽ, sacramentũ absolutionis tibi impendo, non significat se absolutionis actum exercere: sicut si diceretur, Ego baptismũ sacramentum tibi impendo, non significaretur ex vi formæ verborũ, q̃ ego exercerem actũ baptizandi: sed vtrobique significarent actus vt materia sacramenti impensi, seu actur impendendi. Si autẽ considerentur dicta verba secũdum sensum, sic conueniens ac perfecta inuenitur expositio: quoniã æquipollet huic, Sacramentaliter absoluo te: idẽ est enim impendere sacramẽtũ absolutionis, & sacramẽtaliter absoluere. Et per hãc expositionẽ excluditur ex qua ministri presumptuosa vsurpatio diuinæ potestatis: & ex pte effectus ambiguitas. Nam ly sacramẽtaliter distinguit à duobus, scilicet à pœna spirituali & à pura spirituali: non scilicet sacramẽto verò homo absoluit instrumentaliter & signo efficiẽti, vt patet. Et hinc fit, vt effectus sacramenti, scilicet absolutio interior à peccatis, qui ex parte sacramẽti est certissimus, nõ significetur in ambiguo, etiam si ex parte pœnitẽtis qualẽdi spiritus impediatur, nõ significatur absolutio, vt recipitur interius in pœnitẽte: sed vt exit exteriùs à ministro sacramentum ex qua parte cõstat absolutionem esse certissimam.

¶Et si nouitius hoc nõ penetrat, fingat Deum dicere Petro, Absoluo te: & confessorem dicere Ioanni, Absoluo te, & videat differentiam quòd absolutio Petri est vtrinque certa: quia Deus non diceret, absoluo te, nisi etiam vere intus absolueretur. Absolutio verò Ioannis est & significatur certa ex parte confessoris tantùm: quia sacramentalis absolutionis impendit, quia sacramentaliter absoluit, & intus potest impedimentum inuenire ex fictione pœnitentis.

4. dist. 22. q. 2. art. 2. q. 2. & 3. Et epus. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt habetur Matth.10.& Luc.9.Sed sanando infirmos Apostoli non vtebantur his verbis, ego te sano, sed, sanet te Dominus Iesus Christus:sicut Petrus dixit paralytico, vt habetur Act.9. Ergo videtur quòd sacerdotes habentes potestatem Apostolis à Christo traditam, non debeant vti hac forma verborum, Ego te absoluo, sed,absolutionem tribuat tibi Christus.

¶Præterea, Quidam hac forma vtentes,sic eam exponunt, Ego te absoluo,id est absolutum ostendo. Sed nec hoc etiam sacerdos facere potest,nisi ei diuinitus reueletur.vnde legitur Matth.16.Antequam Petro diceretur,Quodcunq; solueris super terram. &c.dictum est ei,Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguinis non reuelauit tibi,sed Pater meus, qui est in cælis. Ergo videtur quòd sacerdos,cui non est facta reuelatio,præsumptuosè dicat, Ego te absoluo,etiam si exponantur,id est absolutum ostendendo.

¶SED CONTRA est,quòd sicut Dominus dixit discipulis,Matth.vlti.Euntes docete omnes gentes,baptizãtes eos:ita dixit Petro,Matth.16. Quodcunq; solueris super terram. Sed sacerdos autoritate Christi fretus dicit,Ego te baptizo.Ergo eadem autoritate dicere debet in hoc sacramento,Ego te absoluo.

CONCLVSIO.

¶ Nulla magis est conueniens sacramenti pœnitentiæ forma,quàm hæc verba,Ego te absoluo.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in qualibet re perfectio attribuitur formæ. Dictum est autem suprà quòd hoc sacramentum perficitur per ea quæ sunt ex parte sacerdotis. Vnde oportet quod ea quæ sunt ex parte pœnitentis, siue sint verba siue facta,sint quædam materia huius sacramentiːea verò quæ sunt ex parte sacerdotis, se habeant per modum formæ. Cùm autem sacramenta nouæ legis efficiant quod figurant (vt suprà dictum est) oportet quòd forma sacramenti significet id quod in sacramento agitur,proportionaliter materiæ sacramenti. Vnde forma baptismi est,Ego te baptizo : & forma confirmationis est,Configuo te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis, eo quòd huiusmodi sacramenta perficiuntur in vsu materiæ. In sacramento autem Eucharistiæ, quod consistit in ipsa consecratione materiæ, exprimitur veritas consecrationis, cùm dicitur, Hoc est corpus meum.Hoc autem sacramentum,scilicet pœnitentiæ,non cõsistit in consecratione alicuius materiæ nec in vsu alicuius materiæ sanctificatæ, sed magis in remotione cuiusdam materiæ,scilicet peccati : prout peccata dicuntur esse materia pœnitentiæ : vt ex suprà dictis patet. Talis autem remotio significatur à sacerdote cùm dicitur, Ego te absoluo. Nam peccata sunt quædam vincula,secundum illud Prouerb. 5. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorum quisque constringitur. Vnde patet quòd hæc est conuenientissima forma huius sacramenti, Ego te absoluo.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,quòd ista forma assumitur ex ipsis verbis Christi, quibus Petro dixit, Quodcũq; solueris super terram,&c. & tali forma Ecclesia vtitur in sacramentali absolutione.Huiusmodi autem absolutiones in publico factæ, non sunt sacramentales, sed sunt orationes quædam ordinatæ ad remissionem venialium peccatorum.Vnde in sacramentali absolutione non sufficeret dicere,Misereatur tui omnipotens Deus, vel Absolutionem & remissionem tribuat tibi Deus : quia per hæc verba sacerdos absolutionem non significat fieri, sed petit vt fiat. Præmittitur tamen in sacramentali absolutione talis oratio ne impediatur effectus sacramenti ex parte pœnitentis:cuius actus materialiter quodammodo se habent in hoc sacramento,non autem in baptismo vel in confirmatione.

¶Ad secundum dicendum, quòd verbum Leonis est intelligendum quantum ad deprecationem, quæ præmittitur absolutioni, non autem remouet quin sacerdotes absoluant.

¶Ad tertium dicendũ,quòd solus Deus per autoritatẽ & à peccato absoluit,& peccatũ remittit.Sacerdotes tamen vtrunq; faciunt per ministerium : inquantum scilicet verba sacerdotis in hoc sacramento instrumentaliter operantur in virtute diuina, sicut etiã in aliis sacramentis. Nam virtus diuina est,quæ interius operatur in omnibus sacramentalibus signis,siue sint res, siue verba : sicut ex suprà dictis patet. Vnde & Dominus expressit verumque. nam Matth.16.dixit Petro,Quodcunque solueris super terram, &c. & Ioan.20.dixit discipulis,Quorum remiseritis peccata, remittũtur eis.Ideo tamen sacerdos potius dicit Ego te absoluo,quàm, Ego tibi peccata remitto:quia hoc magis congruit verbis,quæ Dominus dixit,virtutem clauium ostendens,per quas sacerdotes absoluunt.Quia tamen sacerdos sicut minister absoluit, conuenienter apponitur aliquid quod pertineat ad primam autoritatem Dei, scilicet vt dicatur,Ego te absoluo,in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti, vel per virtutem passionis Christi, vel autoritate Dei, sicut Dion.exponit 7.c. Cæl.hier. Quia tamen hoc non est determinatum ex verbis Christi,sicut in baptismo,talis appositio requirit arbitrio sacerdotis.

¶Ad quartum dicendum, quòd Apostolis non est data potestas vt ipsi sanarent infirmos, sed vt ad eorum orationem infirmi sanarentur. Est autem eis collata potestas operandi instrumentaliter siue ministerialiter in sacramentis. Et ideo magis possunt in formis sacramentalibus exprimere actum suum, quàm in sanationibus infirmitatum. In quibus tamen non semper modo deprecatiuo vtebantur, sed quandoque modo indicatiuo & imperatiuo : sicut Actuum 3.legitur, quòd Petrus dixit claudo,Quod habeo, hoc tibi do, in nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula.

¶Ad quintum dicendum, quòd ista expositio, Ego te absoluo, id est absolutum ostendo, quantum ad aliquid quidem vera est, non tamen est perfecta : sacramenta enim nouæ legis, non solùm significant,sed etiam faciunt quod significant. Vnde sicut sacerdos baptizando aliquem,ostendit hominem interius ablutum per verba & facta,& non solùm significatiuè, sed etiam effectiuè : ita etiam cùm dicit, Ego te absoluo, ostendit hominem absolutum non solùm significatiuè,sed etiam effectiuè. Nec tamen loquitur quasi de re incerta : quia sicut alia sacramenta nouæ legis habent de se certum effectum ex virtute passionis Christi (licet possit impediri ex parte recipientis)ita etiam & in hoc sacramento. Vn de August.dicit in lib.de adulc.coniu. Non est turpis nec difficilis post patrata & purgata adulteria reconciliatio coniugij, vbi per claues regni cælorum non dubitatur fieri remissio peccatorum.vnde nec sacerdos indiget speciali reuelatione sibi facta, sed sufficit generalis reuelatio fidei, per quam remittuntur peccata. Vnde reuelatio fidei dicitur Petro facta fuisse. Esset autem perfectior expositio, Ego te absoluo, id est sacramentum absolutionis tibi impendo.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm impositio manuum sacerdotis requiratur ad hoc sacramentum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd impositio manuum sacerdotis requiratur ad hoc sacramentum.Dicitur enim Mar.vltim. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Aegri autem spirituales sunt peccatores qui recipiunt bonam habitudinem per hoc sacramentum. Ergo in hoc sacramento est manus impositio facienda.

¶ Præterea, In sacramento pœnitentia recuperat homo Spiritum sanctum amissum : vnde ex persona pœnitentis dicitur in Psalm. 50. Redde mihi lætitiam salutaris tui, & Spiritu principali confirma me.Sed Spiritus sanctus datur per impositionem manuum:legitur enim Act. 8. quòd Apostoli imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum.& Matth.19.dicitur,quòd oblati sunt Domino paruuli,vt eis manus imponeret. Ergo in hoc sacramento est facienda manus impositio.

¶Præterea, Verba sacerdotis in hoc sacramento non sunt maioris efficaciæ quàm in aliis sacramentis. Sed in aliis sacramentis non sufficiunt verba ministri, nisi aliquem actum exerceat:sicut in baptismo simul cum hoc,quòd sacerdos dicit,ego te baptizo,requiritur corporalis ablutio. Ergo etiam simul cum hoc quòd sacerdos dicit, ego te absoluo, oportet quòd aliquem actum exerceat circa pœnitentem,imponendo ei manus.

¶SED CONTRA est, quòd cùm Dominus dixit Petro, Quodcunq; solueris super terram,&c.nullam mentionem de manus impositione fecit:neq; etiam cum omnibus Apostolis simul dixit,Quorum remiseritis peccata,remittuntur eis. Non ergo ad hoc sacramentum requiritur impositio manuum.

CONCLVSIO.

¶ Cùm pœnitentiæ sacramentum ad culparũ potius remissionem,quàm ad aliquam gratiæ cõsecutionem ordinetur ad ipsum,vt necessario in baptismo requiritur manus impositio,sicut in sacramẽto confirmationis & ordinis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd impositio manuum in sacramentis Ecclesiæ fit ad designandũ aliquem copiosum gratiæ effectum:quo,illi quibus manus imponũtur,quodãmodo per similitudinem continuantur ministris,in quibus copia gratiæ esse debet.Et ideo manus impositio fit in sacramẽto confirmationis, in quo confertur plenitudo Spiritus sancti : & in sacramento ordinis, in quo confertur quædam excellentia potestatis in diuinis mysterijs. Vnde 2. ad Timot.1.dicitur,Resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.Sacramentum autem pœnitentiæ non ordinatur ad consequendam aliquam excellentiam gratiæ,sed ad remotionem peccatorum.Et ideo ad hoc sacramentum non requiritur manuum impositio,sicut etiam nec ad baptismum:in quo tamen fit plenior remissio peccatorum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa manus impositio non est sacramentalis,sed ordinatur ad miracula perficiẽda:vt scilicet per contactum manus hominis sanctificati,etiã corporalis infirmitas tollatur. Sicut etiam legitur de Domino Mar. 6.quòd infirmos manibus impositis curauit : & Matt. 8. legitur, quòd leprosum mundauit per contactum.

¶Ad secundum dicendum,quòd non quælibet acceptatio Spiritus sancti requirit manus impositionem:quia etiam in baptismo accipit homo Spiritum sanctum, nec tamen fit ibi manus impositio,sed acceptio Spiritus sancti cum plenitudine, requirit manus impositionem:quod pertinet ad confirmationem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in sacramentis, quæ perficiuntur in vsu materiæ, minister habet aliquem actum corporalem exercere circa eum,qui suscipit sacramentum:sicut in baptismo & confirmatione & extremaunctione.Sed hoc sacramentum non consistit in vsu alicuius materiæ exterius appositæ : sed loco materiæ se habent ea quæ sunt ex parte pœnitentis. Vnde sicut in Eucharistia sacerdos sola prolatione verborum super materia perficit sacramentum. ita etiam sola verba sacerdotis absoluentis super pœnitentem,perficiunt absolutionis sacramentum. Et si aliquis actus corporalis esset ex parte sacerdotis necessarius, nõ minus cõpeteret crucis signatio,quę adhibetur in Eucharistia,quam manus impositio, in signum quòd per sanguinem crucis Christi remittuntur peccata.Et tamen non est de necessitate huius sacramenti,sicut nec de necessitate Eucharistiæ.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm hoc sacramentum sit de necessitate salutis.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quod hoc sacramentum non sit de necessitate salutis, Quia super illud Psalm. Qui seminant in lacrymis, &c. dicit glos. Noli esse tristis,si adsit tibi bona voluntas,vnde meritur pax.Sed tristitia est de ratione pœnitentiæ:secundum illud 2.Corinth.7.Quæ secundum Deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Ergo bona voluntas sine pœnitentia sufficit ad salutem.

¶Præterea,Prou.10.dicitur,Vniuersa delicta operit charitas.& in fide,per misericordiam & fidem purgantur peccata. Sed hoc sacramentum non est nisi ad purgandum peccata. ergo habendo charitatem & fidem & misericordiam,potest quisq; salutem consequi,etiam sine pœnitentiæ sacramento.

¶Præterea, Sacramenta Ecclesiæ initium habent ab institutione Christi.Sed sicut legitur Ioan.8.Christus mulierem adulteram absoluit absq; pœnitentia. Ergo videtur quòd pœnitentia non sit de necessitate salutis.

¶SED CONTRA est quod Dominus dicit Luc.13.Si pœnitentiam non habueritis,omnes simul peribitis.

CONCLVSIO.

¶Non ad salutẽ pœnitentiæ sacramentum necessarium est,vt baptismus,sed ex suppositione peccato videlicet subiacentibus.

¶RESPONDEO dicendum,quòd aliquid est necessarium ad salutem dupliciter. Vno modo absolutè:alio modo ex suppositione. Absolutè quidem necessarium est ad salutem illud, sine quo nullus salutem consequi potest : sicut gratia Christi,& sacramentũ baptismi per quod aliquis in Christo renascitur. Ex suppositione autẽ est necessariũ sacramentũ pœnitentiæ.Quòd quidem est necessariũ non omnibus,sed peccato subiacentibus. dicitur enim 2.Para. vlt. Et tu Deus iustorum non posuisti pœnitentiam iustis, Abrahã, Isaac & Iacob, his qui tibi non peccauerunt. Peccatum autem cùm consummatum fuerit, generat mortem:vt dicitur Iac.1. Et ideo necessarium est ad salutem peccatoris,quòd peccatum remoueatur ab eo. Quod quidem non potest fieri sine pœnitentiæ sacramento : in quo operatur virtus passionis Christi per absolutionẽ sacerdotis simul cum opere pœnitentis, qui cooperatur gratiæ ad destructionem peccati : sicut enim dicit Aug. super Ioan. Qui creauit te sine te,non iustificabit te sine te. Vnde patet quòd sacramentum pœnitentiæ est necessarium ad salutẽ post peccatum : sicut medicatio corporalis, postquam homo in morbum periculosum inciderit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,quòd glos. illa videtur esse intelligenda de eo, cui adest bona voluntas sine interpolatione,quæ fit per peccatum:talis enim non habet tristitiæ causam. Sed ex quo bona voluntas tollitur per peccatum,non potest restitui sine tristitia, qua quis dolet de peccato præterito : quod pertinet ad pœnitentiam.

¶ Ad secundum dicendum,quòd ex quo aliquis peccatum incurrit,charitas,fides & misericordia non liberant hominem a peccato sine pœnitentia.Requirit enim charitas,quòd homo doleat de offensa in amicum commissa,& quòd amico homo studeat satisfacere.Requirit etiam ipsa fides,vt per virtutem passionis Christi, quæ in sacramentis Ecclesiæ operatur, quærat iustificari à peccatis.Requirit etiam & ipsa misericordia ordinata, vt homo subueniat pœnitendo suæ miseriæ,quam per peccatum incurrit : secundum illud Prouerb.14. Miseros facit populos peccatum.Vnde Eccle.30. dicitur Miserere animæ tuæ, placens Deo.

¶Ad tertium dicendum, quòd ad potestatem excellentiæ quam solus Christus habuit(vt suprà dictũ est)pertinuit quòd Christus effectum sacramenti pœnitentiæ,qui est remissio peccatorũ,contulit mulieri adulteræ sine exterioris pœnitentiæ sacramẽto,licet nõ sine interiori pœnitẽtia,quã ipse in ea per gratiã est operatus.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm pœnitentia sit secunda tabula post naufragium.

AD SEXTVM sic proceditur.Videtur quòd pœnitentia non sit secunda tabula post naufragium. Quia super illud Isa.2.Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt. dicit glo.Secunda tabula post naufragium, est peccata abscondere. Pœnitentia autem non abscondit peccata, sed magis ea reuelat.Ergo pœnitentia non est secunda tabula.

¶Præterea,Fundamentum in ædificio,non tenet secundũ,sed primum locum.Pœnitentia autẽ in spirituali ædificio est fundamentum:secundũ illud Heb.6.Non rursus iacientes fundamentũ pœnitentiæ ab operibus mortuis,vnde & precedit ipsum baptismũ, secundũ illud Act.2. Pœnitentiã agite,& baptizetur vnusquisque vestrum.Ergo pœnitentia non debet dici secunda tabula.

¶Præterea, Omnia sacramenta sunt quædam tabulæ, id est remedia contra peccatũ. Sed pœnitentia non tenet secundũ locum inter sacramenta,sed magis quartum:vt suprà dictis patet.Ergo pœnitentia non debet dici secunda tabula post naufragium.

¶SED CONTRA est quod Hiero. dicit,quòd secunda tabula post naufragium est pœitentia.

CONCLVSIO.

¶ Pœnitentiæ sacramentum cum non nisi ex suppositione necessarium sit, suppositione scilicet peccati,est quasi secunda post naufragium tabula.

¶RESPONDEO dicendum, quòd id quod est per se, naturaliter prius est eo quod est per accidẽs:sicut & substãtia prior est accidẽte.Sacramenta autẽ quædam per se ordinantur ad salutẽ hominis,sicut baptismus, qui est spiritualis generatio : & confirmatio,quæ est spirituale augmentum:& Eucharistia, quæ est spirituale nutrimentum.Pœnitẽtia autem ordinatur ad salutẽ hominis quasi per accidens, supposito quodã, scilicet ex suppositione peccati.Nisi enim homo peccaret actualiter,pœnitentia nõ indigeret:indigeret tamen baptismo & confirmatione & Eucharistia. Sicut & in vita corporali non indigeret homo medicatione nisi infirmaretur : indigeret autem homo per se ad vitã generationem augmento, & nutrimento. Et ideo pœnitentia tenet secundum locum respectu statũs integritatis, qui conseruatur & conseruatur per sacramenta prædicta. Vnde & metaphoricè dicitur secunda tabula post naufragium. Nam primum remediũ mare transeuntibus,est vt conseruentur in naui integra:secundum autem remedium est post nauem fractam, vt quis tabulæ adhæreat.Ita etiam primum remedium in mari huius vitę,est quòd homo integritatem seruet : secundum autem remedium est, si per peccatum integritatem perdiderit, quòd per pœnitentiam redeat.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,quòd abscõdere peccata contingit dupliciter. Vno modo dum ipsa peccata fiunt. Est autem peius peccare publicè quàm occultè : tum quia peccator publicus videtur ex maiori contemptu peccare:tum etiam quia peccat cum scandalo aliorum. Et ideo quoddã remedium est in

peccatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis octuagesimæ quartæ Articulum septimum.

Auuot.

IN arti. 7. circa illud, quòd pœnitentia est de iure naturali, quo ad dolorem & doloris remedium, & aliquod signum doloris, aduerte quòd dupliciter possunt hæc verba intelligi.

Primò simpliciter & absolutè, vt sonant. Et sic magnâ habent difficultatem, si non sint falsa: tum quia si peccatū non fuit scandalosum seu manifestū aliis, nulla apparet ratio naturalis ad signa doloris. Tū quia abstrahendo à documẽtis fidei, dolor seu tristitiade præterito peccato nullam videtur habere rationẽ remedij, & propterea superfluũ videretur dolore de malis peccatis. Accedit ad hæc quòd difficile est nosse quid homo infra ius naturæ solùm stando, cognosceret de abolitiõe peccati, per aliud quàm per cessationem à peccãdo. Alio autem modo intelliguntur supposita in homine cognitione fidei: ita quòd supposita fidei, non ex fide, sed ex ratione naturali prouenit, q̃ homo doleat de peccatis cõmissis, & quòd dolorem in remedium assumat, & quòd aliquod signũ doloris ostendat. quanuis hoc tertiũ intelligendũ sit sicut de exteriori religionis cultu videtur q̃ in communi sit de iure naturæ. Dictat enim naturalis ratio homini fideli, vt doleat de offensa Creatoris. Et quia nullum aliud ex nobis est remedium, nisi cor humiliatum, ideo huiusmodi humiliationẽ in remedium doloris, hoc est peccati dolẽdi, quærat.

4. dist. 22. q. 2. art. 3.

peccatis, quòd aliquis in occulto peccet. Et secundum hoc dicit glo. quòd secunda tabula post naufragium est peccata abscondere, non q̃ per hoc tollatur peccatum sicut per pœnitentiam, sed quia per hoc peccatum sit minus. Alio modo aliquis abscondit peccatum prius factum per negligentiam confessionis: & hoc contrariatur pœnitentiæ. Et sic abscondere peccatum, non est secunda tabula: sed magis contrarium tabulæ. dicitur enim Prouerb. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur.

¶Ad secundum dicendum, quòd pœnitentia non potest dici fundamẽtum spiritualis ædificij simpliciter, id est in prima ædificatione: sed est fundamentum in secunda rædificatione, quæ fit per destructionem peccati. Nam primò redeuntibus ad Deum occurrit pœnitentia. Apostolus tamen ibi loquitur de fundamento spiritualis doctrinæ. Pœnitentia autem, quæ baptismum præcedit, non est pœnitentiæ sacramentum.

¶Ad tertium dicendum, quòd tria præcedẽtia sacramenta pertinent ad nauem integram id est ad statum integritatis: respectu cuius pœnitentia dicitur secunda tabula.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrùm hoc sacramentum fuerit conuenienter in noua lege institutum.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd hoc sacramentum non fuerit conuenienter institutum in noua lege. Ea enim quæ sunt de iure naturali, institutione non indigent. Sed pœnitere de malis quæ quis gessit, est de iure naturali: non enim potest aliquis bonum diligere, quin de contrario doleat. Ergo pœnitentia non fuit conuenienter institura in noua lege.

¶Præterea, Illud quod fuit in veteri lege, instituendum non fuit in noua, Sed etiam in veteri lege, fuit pœnitentia: vnde & Dominus conqueritur. Hier. 28. dicens, Nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens, Quid feci? Ergo pœnitentia non debuit institui in noua lege.

¶Præterea, Pœnitentia consequenter se habet ad baptismum, cùm sit secunda tabula, vt suprà dictum est. Sed pœnitentia videtur à Domino institura ante baptismum: nam in principio prædicationis suæ dixisse Dominus legitur Matth. 4. Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum. Ergo hoc sacramentum non fuit conuenienter institutum in noua lege.

¶Præterea, Sacramenta nouæ legis institutionẽ habent à Christo: ex cuius virtute operantur, vt suprà dictum est. Sed Christus non videtur instituisse hoc sacramentum, cùm ipse non sit vsus eo sicut aliis sacramentis, quæ ipse instituit. Ergo hoc sacramentum non fuit conuenienter institutum in noua lege.

¶SED CONTRA est quod dicit Dominus Luc. vlti. Oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis die tertia, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes.

CONCLVSIO.

¶ Conueniens fuit vt sacramentum pœnitentiæ in noua lege institueretur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est (in hoc sacramento actus pœnitentis se habet sicut materia: id autem quod est ex parte sacerdotis, qui operatur vt minister Christi, se habet vt formale & completiuum sacramenti. Materia verò etiam in aliis sacramentis præexistit à natura, vt aqua, vel ab arte, vt panis: sed quòd talis materia ad sacramentum assumatur, institutione indiget hoc determinante. Sed forma sacramenti & virtus ipsius totaliter est ex institutione Christi, ex cuius passione procedit virtus sacramentorum. Sic ergo huius sacramenti materia præexistit à natura (ex naturali enim ratione homo mouetur ad pœnitendum de malis quæ fecit) sed quòd hoc vel illo modo homo pœnitentiã agat, est ex institutione diuina. Vnde & Dominus in principio prædicationis suæ indixit hominibus, vt non solùm pœniterent, sed etiam pœnitentiam agerent, significans determinatos modos actuum, qui requiruntur ad hoc sacramentum. Sed id quod pertinet ad officium ministrorum, determinauit Matth. 16. vbi dixit Petro, Tibi dabo claues regni cælorum, &c. Efficaciam autem huius sacramenti & originem virtutis eius, manifestauit post resurrectionem Luc. vlt. vbi dixit, quòd oportet prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, præmisso de passione & resurrectione: ex virtute enim * nominis Iesu Christi patientis & resurgentis hoc sacramentum efficaciam habet in remissionem peccatorum. Et sic patet conuenienter hoc sacramentum in noua lege institutum fuisse.

** Alias non habetur in nomine.*

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd de iure naturali est, quòd aliquis pœniteat de malis quæ fecit, quantum ad hoc quòd doleat se fecisse, & doloris remedium quærat per aliquem modum, & quòd etiam aliqua signa doloris ostendat, sicut & Niniuitæ fecerunt: vt Ionæ 3. legitur. In quibus tamen aliquid fuit adiunctum fidei, quam conceperant ex prædicatione Ionæ: vt scilicet hoc agerent sub spe veniæ consequendæ à Deo: secundum illud quod ibi legitur, Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus? Sed ficut alia quæ sunt de iure naturali, determinationem acceperunt ex institutione legis diuinæ (vt in Secunda parte dictum est) ita etiam & pœnitentia.

¶Ad secundum dicendum, quòd ea quæ sunt iuris naturalis, diuersimodè determinationem accipiunt in veteri & in noua lege: secundum quod congruit imperfectioni veteris legis, & imperfectioni nouæ. Vnde & pœnitentia in veteri lege aliquam determinationem habuit, quantum quidem ad dolorem, vt esset magis in corde, quàm in exterioribus signis: secundum illud Ioel. 2. Scindite corda vestra, & non vestimenta vestra. Quantum autem ad remedium doloris quærendum, vt aliquo modo ministris Dei peccata sua confiterenrur, ad minus in generali. Vnde Dominus Leuit. 5. dicit, Anima quæ peccauerit per ignorantiam, offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti, iuxta mensuram æstimationẽ mque peccati: quo orabit pro eo, quod nesciens fecerit, & dimittetur ei. In hoc enim ipso quòd oblationem faciebat aliquis pro peccato suo, quodammodo suum peccatum sacerdoti confitebatur: & secundum hoc dicitur Prouerb. 28. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Nondum autem erat instituta potestas clauium, quæ à passione Christi derivatur. & per consequens nondum erat institutum, quòd aliquis doleret de peccato cum proposito subueniendi si per confessionem & satisfactionem claubus Ecclesiæ, sub spe consequendæ veniæ virtute passionis Christi.

¶Ad tertium dicendum, quòd si quis rectè cõsideret ea quæ Dominus dixit de necessitate baptismi Ioan. 3. tempore præcesserunt ea quæ dixit Matt. 4. de necessitate pœnitentiæ: nam id quod dixit Nicodemo de baptismo, fuit ante incarcerationem Ioan. de quo postea subditur, quòd baptizabat: illud verò quod de pœnitentia dixit Matth. 4. fuit post incarnationem Ioannis. Si tamen prius ad pœnitentiam induxisset, quam ad baptismum, hoc ideo esset, quia etiam ante baptismum requiritur quædam pœnitentia: sicut & Petrus dicit Act. 2. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum.

¶Ad quartum dicendum, quòd Christus non est vsus baptismo, quem ipse instituit: sed est baptizatus baptismo Ioan. vt suprà dictum est. Sed nec etiam actiuè vsus est suo ministerio: quia ipse non baptizabat communiter, sed discipuli eius: vt dicitur Ioan. 4. Quanuis credendum sit, quòd discipulos suos baptizauerit: vt Augustin. dicit ad Celeucianum. Vsus autem huius sacramenti ab eo instituti nullo modo sibi competebat. Nec quantum ad hoc quòd ipse pœniteret, in quo peccatum non fuit, neque quantum ad hoc quòd hoc sacramentum aliis præberet: quia ad ostendendam misericordiam & virtutem suam, effectum huius sacramenti sine sacramento præbebat: vt suprà dictum est. Sacramentum autem Eucharistiæ & ipse sumpsit, & aliis dedit, tum ad commendandam excellentiam huius sacramenti, tum quia hoc sacramentum est memoriale suæ passionis, in qua Christus est sacerdos & hostia.

¶Vtrùm

¶ Super Quæstionis octuagesimæ quartæ Articulum octauum & nonum.

Auuot. hic. ar. 3. ad 1. Et 4. di. 17. q. 2. ar. 4. q. 1. & 2.

IN arti. 8. & 9. aduerte quòd displicere dupliciter dumtaxat sumitur: scilicet cõtrariè vel negatiuè. Et quando sumitur contrariè, significat actum contrarium ad placere: quãdo verò sumitur negatiuè, non significat aliquẽ actũ sed solùmodo non placere. Quũ ergo in litera dicitur, quòd semper debet homini displicere, q̃ peccauit vel aliquid simile sufficit quòd intelligatur negatiuè, id est non placere. Et patet hoc esse sensum literæ: quia contra displicere distinguit placere, dum subdit: si enim ei placeret peccasse, &c. nisi eum displiceret, ita cõmuniter sumptũ sufficit, scilicet siue contrariè, siue negatiuè, nõ licuisset pro ratione reddere, si enim placeret ei peccasse, &c. nã potuisset dici quòd nec displiceret, nec haberet actũ placendi, sed non placet peccasse. Et hinc habes, quòd sufficit ad necessitatẽ pœnitẽtiã post habitam cõtritionem, quòd non placeat peccasse, nec est opus exire in actum displicentiæ nouæ.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrùm pœnitentia debeat durare vsque ad finem vitæ.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd pœnitẽtia non debeat durare vsque ad finem vitæ. Pœnitentia enim ordinatur ad deletionẽ peccati. Sed pœnitens statim consequitur remissionem peccatorum: secũdum illud Ezech. 18. Si impius egerit pœnitẽtiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, vita viuet, & non morietur. Ergo non oportet vlterius pœnitentiam protendi.

¶Præterea, Pœnitentiam agere, pertinet ad statum incipiẽtium. Sed homo de hoc statu debet procedere ad statum proficientium, & vlterius ad statum perfectorum. Ergo nõ debet homo pœnitentiam agere vsque ad finem vitæ.

¶Præterea, Sicut in aliis sacramentis homo habet seruare statuta Ecclesiæ, ita & in hoc sacramento. Sed secundum canones determinata sunt tẽpora pœnitendi, vt scilicet ille qui hoc vel illud peccatum cõmiserit, tot annis pœniteat. Ergo videtur quòd non sit pœnitentia extendenda vsq; ad finem vitæ.

¶SED CONTRA est quod August. dicit in lib. de pœnitẽtia, Quid restat nobis nisi dolere in vitã? vbi enim dolor finitur, deficit pœnitentia. Si verò pœnitentia finitur, quid derelinquitur de venia?

CONCLVSIO.

¶ Quanquam interior pœnitentia durare debeat vsque ad vitæ finem, exterior tamen non necessario durare debet vsque ad vitæ finem, sed vsque ad determinatum tempus pro mensura peccati.

¶RESPONDEO dicendum, quòd duplex est pœnitentia, scilicet interior & exterior. Interior quidem pœnitentia est, qua quis dolet de peccato commisso. Et talis pœnitentia debet durare vsque ad finẽ vitæ. Semper enim debet homini displicere quòd peccauit, si enim ei placeret peccasse, iam ex hoc ipso peccatum incurreret, & fructum veniæ perderet. Displicentia autem dolorem causat in eo, qui est susceptiuus doloris: qualis est homo in hac vita. Post hanc vitã autem sancti non sunt susceptiui doloris. Vnde displicebunt eis peccata præterita sine omni tristitia: secundum illud Isã. 65. Obliuioni traditæ sunt angustiæ priores.

¶Pœnitentia verò exterior est, qua quis exteriora signa doloris ostendit, & verbo tenus peccata sua confitetur sacerdoti absoluenti, & iuxta eius arbitrium satisfacit. Et talis pœnitentia non oportet quòd duret vsque ad finem vitæ, sed vsque ad determinatum tempus secundum mensuram peccati.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vera pœnitentia non solùm remouet peccata præterita, sed etiam præseruat hominem à peccatis futuris. Quanuis igitur homo in primo instanti veræ pœnitentiæ, remissionem cõsequatur præteritorum peccatorum: oportet tamen in homine perseuerare pœnitentiam, ne iterum incidat in peccatum.

¶Ad secundum dicendum, quòd agere pœnitentiam interiorem simul & exteriorẽ, pertinet ad statum incipientium: qui scilicet de nouo redeunt à peccato. Sed pœnitẽtia interior habet locum etiam in proficientibus & perfectis: secundum illud Psal. Ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum. Vnde & ipse Paulus dicebat primæ Cor. 15. Non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei.

¶Ad tertium dicendum, quòd illa tempora præfiguntur pœnitentibus, quantum ad actionem exterioris pœnitentiæ.

ARTICVLVS IX.

¶ Vtrum pœnitentia possit esse continua.

4. dist. 17. q. 3. art. 4. q. 2.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd pœnitẽtia nõ possit esse cõtinua. Dicitur enim Hier. 31. Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis. Sed hoc esse nõ posset, si pœnitentia cõtinuaretur, quæ cõsistit in ploratu & lacrymis. Ergo pœnitentia non potest continuari.

¶Præterea, De quolibet bono opere debet homo gaudere: secundum illud Psal. Seruite Domino in lætitia. Sed agere pœnitentiam, est bonum opus: ergo de hoc ipso debet homo gaudere. Sed non potest homo simul gaudere & tristari: vt patet per Philosophum in 9. Ethi. ergo non potest esse quòd pœnitens cõtinuè tristetur de peccatis præteritis, quod pertinet ad rationem pœnitentiæ. Ergo pœnitentia non potest esse continua.

¶Præterea, Secundæ ad Cor. 2. Apost. dicit, Consolamini, scilicet pœnitentem, ne forte abundãtiori tristitia absorbeatur, quæ huiusmodi est. Sed consolatio depellit tristitiam, quæ pertinet ad rationem pœnitentiæ. Ergo pœnitentia non debet esse continua.

¶SED CONTRA est quod Augustl. dicit in lib. de pœnitentia, Dolor in pœnitentia continuè custodiatur.

CONCLVSIO.

¶ Pœnitentiam secundum actum continuam esse impossibile est secundum habitum vnã continua esse debet.

¶RESPONDEO dicendum, quòd pœnitere dicitur dupliciter, secundum actum & secundum habitum. Actu quidem impossibile est, quòd homo cõtinuè pœniteat: quia necesse est quòd actus pœnitentis siue interior, siue exterior interpolletur ad minus somno, & aliis quæ ad necessitatẽ corporis pertinent. Alio modo dicitur pœnitere secundum habitum. Et sic oportet quòd homo continuè pœniteat: & quantùm ad hoc quòd homo nunquam aliquid contrarium pœnitentiæ faciat, per quod habitualis dispositio pœnitentis tollatur: & quantum ad hoc, quòd debet homo in proposito gerere, quòd semper sibi præterita peccata displiceant.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd ploratus & lacrymæ ad actum exterioris pœnitentiæ pertinent, qui non solùm non debet esse continuus, sed nec etiam oportet quòd duret vsque ad finem vitæ vt dictum est. Vnde & signanter ibi subditur, quia est merces operi tuo. Est autem merces operis pœnitentis, plena remissio peccati, & quantum ad culpam & quantum ad pœnam: post cuius consecrationem non est necesse quòd homo vlterius exteriorem pœnitentiam agat. Per hoc tamen non excluditur continuitas pœnitentiæ, qualis dicta est.

¶Ad secundum dicendum, quòd de dolore & gaudio dupliciter loqui possumus. Vno modo secundum quòd sunt passiones appetitus sensitiui. Et sic nullo modo possunt esse simul: eo quòd sunt omnino cõtrariæ, vel ex parte obiecti (puta cùm sunt de eodem) vel saltem ex parte motus cordis: nam gaudium est cum dilatatione cordis, tristitia vero cum constrictione. Et hoc modo loquitur Philosophus in 9. Ethi. Alio modo possumus loqui de gaudio & tristitia, secundum quòd consistunt in simplici actu vo luntatis, cui aliquid placet vel displicet. Et secundũ hoc non possunt habere contrarietatẽ nisi ex parte obiecti, puta cùm sunt de eodem & secundũ idem. Et sic non possunt simul esse gaudium & tristitia: quia nõ potest simul idem secundũ idem placere & displicere. Si verò gaudium & tristitia sic accepta nõ sint de eodem secundum idem, sed vel de diuersis, vel de eodẽ secundum diuersa, sic non est contrarietas gaudij & tristitiæ. Vnde nihil prohibet hominem simul gaudere & tristari: puta si videamus, iustum affligi, simul placet nobis eius iustitia, & displicet eius afflictio. Et hoc modo simul potest alicui displicere quòd peccauit, & placere quòd hoc ei displicet cum spe veniæ: ita quòd ipsa tristitia sit materia gaudij. Vnde & Aug. dicit in lib. de pœnitentia, Semper doleat pœnitens, & de dolore gaudeat. Si tamẽ tristitia nullo modo comparetur sibi gaudium, per hoc non tolleretur habitualis continuitas pœnitentiæ, sed actualis.

¶Ad tertium dicendum, quòd secundum Philosophum in 2. Ethi. ad virtutem pertinet tenere medium in passionibus. Tristitia autem quæ in appetitu sensitiuo pœnitentis consequitur ex displicentia voluntatis, passio quædam est. Vnde moderanda est secundum virtutem, & eius superfluitas est vitiosa: quia inducit in desperationem. Quod significat Apostolus ibidem dicens, Ne maiori tristitia absorbeatur, quæ eiusmodi est. Et sic consolatio, de qua ibi Apostolus loquitur, est moderatiua tristitiæ: non autem totaliter ablatiua.

ARTICVLVS X.

¶ Vtrùm sacramentum pœnitentiæ debeat iterari. *4. dist. 14. q. 1. art. 4. q. 3. & ar. 5. q. 2. Et Heb. 6. col. 3.*

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quòd sacramentum pœnitentiæ non debeat iterari. Dicit enim Apostolus Hebr. 6. Impossibile est eos qui semel sunt illuminati, & gustauerunt cæleste donum, & participes sunt facti Spiritus sancti, & prolapsi sunt, renouari rursus ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

fus ad pœnitentiam. Sed quicunque pœnituerũt, sunt illuminati, & acceperunt donum Spiritus sancti. Ergo quicunque peccat post pœnitentiam, non potest iteratò pœnitere.

¶Præterea, Ambr. dicit in lib. de pœnitentia Reperiuntur qui sæpius agendam pœnitentiam putant, qui luxuriantur in Christo. nam si verè pœnitentiam agerent, iterandam postea non putarent: quia sicut vnum est baptisma, ita vna est pœnitentia. Sed baptismus non iteratur. ergo nec pœnitentia.

¶Præterea, Miracula, quibus Dominus infirmitates corporales sanauit, significant sanationes spiritualium infirmitatum, quibus scilicet homines liberantur à peccatis. Sed nõ legitur, quòd Dominus aliquem cæcum bis illuminauerit, vel quòd aliquem leprosum bis mundauerit, aut aliquem mortuum bis suscitauerit. Ergo videtur quòd nec alicui peccatori bis per pœnitentiam veniam largiatur.

¶Præterea, Grego. dicit in Homil. Quadragesimæ: Pœnitentia est, anteacta peccata deflere, & flenda iterum non committere. Et Isid. dicit in lib. de Summo bono, Irrisor est & non pœnitens, qui adhuc agit quod pœniter. Si ergo aliquis verè pœniteat, non iterum peccabit. Ergo non potest esse quòd pœnitentia iteretur.

¶Præterea, Sicut baptismus habet efficaciam ex passione Christi, ita & pœnitentia. Sed baptismus non iteratur propter vnitatem passionis & mortis Christi. Ergo pari ratione nec pœnitentia iteratur.

¶Præterea, Grego. dicit, quòd facilitas veniæ, incentiuum præbet delinquendi. Si ergo Deus veniam frequenter præbet per pœnitentiam, videtur quòd ipse hominibus præbeat incentiuum delinquẽdi. Et sic videretur delectari in peccatis. Quod eius bonitati non congruit. Non ergo potest pœnitentia iterari.

¶SED CONTRA est, quòd homo inducitur ad misericordiam exemplo diuinæ misericordiæ: secundum illud Luc. 6. Estote misericordes sicut & Pater vester misericors est. Sed Dominus hanc misericordiam discipulis suis imponit, vt sæpius remittant fratribus contra se peccantibus. vnde sicut dicitur Mat. 18. Petro quærenti, Quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei, vsque septies? respondit Iesus, Non dico tibi vsq; septies, sed vsque septuagies septies. Ergo etiam Deus sæpius per pœnitentiam veniam peccantibus præbet, præsertim cùm doceat nos petere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

CONCLVSIO.

¶ Pœnitentia sacramentum non semel, sed pluries, reiterari potest.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa pœnitẽtiam quidam errauerunt, dicentes non posse hominem per pœnitentiam secundò consequi veniam peccatorum. quorum quidam, scilicet Nouatiani hoc intentum extenderunt, vt dicerent post primam pœnitentiam, quæ agitur in baptismo, peccantem non posse per pœnitentiam iteratò restitui. Alij verò fuerunt hæretici (vt Aug. dicit in lib. de pœnitentia) qui post baptismum dicebãt quidem esse vtilem pœnitentiam, non tamen pluries, sed semel tantùm.

Videntur autem huiusmodi errores ex duobus processisse. Primò quidem ex eo quòd errabant circa rationẽ veræ pœnitentiæ. Cùm enim ad veram pœnitentiam charitas requiratur (sine qua non delentur peccata) credebãt quòd charitas semel habita non possit amitti, & per consequens pœnitentia si sit vera, nunquam per peccatum tollatur, vt sic sit necesse eam iterari. Sed hoc improbatum est in Secunda parte, vbi ostẽsum est, quòd charitas semel habita propter libertatem arbitrij potest amitti, & per consequens post veram pœnitentiam potest aliquis peccare mortaliter. Secundò ex eo quòd errabant circa æstimationem grauitatis peccati. putabant enim adeò graue esse peccatum quod aliquis committit post veniam impetratam, quòd non sit possibile ipsum remitti. In quo quidem errabant: & ex parte peccati (quod etiam post remissionem consecutam potest esse & grauius & leuius, quàm fuerit primum peccatũ remissum) & multò magis contra infinitatem diuinæ misericordiæ, quæ superat omnem numerum & magnitudinem peccatorum, secundum illud Psal. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationem tuarum dele iniquitatem meam. Vnde reprobatur verbum Cain, dicentis Genes. 4. Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Et ideo misericordia Dei peccantibus per pœnitentiam veniam præbet absque vllo termino: vnde dicitur Para. vlti. Immensa & inuestigabilis misericordia promissionis tuæ super malitiam hominum. Vnde manifestum est quòd pœnitentia pluries est iterabilis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia apud Iudæos erant secundum legem quædam lauacra institura, in quibus pluries se ab immunditiis purgabant, credebant aliqui Iudæorum quòd etiam per lauacrum baptismi aliquis pluries purificari posset. Ad quod excludendum, Apostolus scribit Hebræis, quòd impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, scilicet per baptismum, rursum renouari ad pœnitentiam, scilicet per baptismum: qui est lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, vt dicitur ad Tit. 3. Et rationem assignat, ex hoc quòd per baptismum homo Christo commoritur, vnde subdit, Rursus crucifigentes sibimetipsis filium Dei.

¶Ad secundum dicendum, quòd Ambr. loquitur de pœnitentia solenni quæ in Ecclesia non iteratur, vt infrà dicetur.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut Aug. dicit in lib. de pœnitentia, multos cæcos & in diuerso tempore Dominus illuminauit, & multos debiles confirmauit, ostendens in diuersis illis eidem fæpe peccata dimitti: vt quem prius sanauit leprosum, alio tempore illuminet cæcum. ideo enim tot sanauit cæcos, claudos & aridos, ne desperet de se peccator. Ideo nõ scribitur aliquem nisi semel sanasse, vt quilibet timeat iungi peccato. medicum se vocat, & non sanis, sed malè habentibus opportunum. Sed qualis hic medicus, qui malum iteratum nesciret curare? medicorum est centies infirmum, centies curare: qui cæteris minor esset, si aliis passibilia ignoraret.

¶Ad quartum dicẽdum, quòd pœnitere est anteacta peccata deflere, & flenda nõ committere: scilicet simul dum flet, vel actu vel proposito. Ille enim est irrisor & nõ pœnitẽs, qui simul dum pœnitet agit quod pœnitet, vel proponit iterum se facturum quod gessit, vel etiam actualiter peccat eodem vel alio genere peccati.

Quòd autem aliquis postea peccat, vel actu vel proposito, non excludit quin prima pœnitentia vera fuerit: nunquam enim veritas prioris actus excluditur per actum cõtrarium subsequentem. Sicut enim verè cucurrit, qui postea sedet: ita verè pœnituit, qui postea peccat.

¶Ad quintum dicẽdum, quòd baptismus habet virtutem ex passione Christi, sicut quædam spiritualis generatio cum spirituali morte præcedentis vitæ. Statutum autem est hominibus semel mori, & semel nasci. Et ideo semel tãtum debet homo baptizari. Sed pœnitentia habet virtutem ex passione Christi, sicut spiritualis medicatio, quæ frequenter iterari potest.

¶Ad sextum dicendum, quòd secundum August. in lib. de pœnitentia, constat Deo multum displicere peccata: qui semper præsto est ea destruere, ne soluatur quod creauit, nec corrumpatur quod amauit, scilicet per desperationem.

QVAESTIO OCTVAGESIMA QVINTA
De sacramento pœnitentiæ secundum quòd est virtus, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de pœnitentia secundum quòd est virtus. Et circa hoc quæruntur sex.

¶Primò, vtrùm pœnitentia sit virtus.

¶Secundò, vtrùm sit virtus specialis.

¶Tertiò, sub qua specie virtutis contineatur.

¶Quartò, de subiecto eius.

¶Quintò, de causa ipsius.

¶Sextò, de ordine eius ad alias virtutes.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm pœnitentia sit virtus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd pœnitentia non sit virtus. Pœnitentia enim est quoddam sacramentum aliis sacramentis connumeratum: vt ex supradictis patet. Sed nullum aliud sacramentorum est virtus. Ergo neque pœnitentia est virtus. *4. dist. 24. q. 1. art. 1. 2. & 3.*

¶Præterea, Secundum Philosophum 4. Ethi. verecundia non est virtus: tum quia est passio habens corporalem immutationem, tum etiam quia non est dispositio perfecti: cùm sit de turpi acto, quod non habet locum in homine virtuoso. Sed similiter pœnitentia est quædam passio habens corporalem immutationem, scilicet ploratum (sicut Grego. dicit, quòd pœnitere est peccata præterita plangere) est etiam de turpibus factis, scilicet de peccatis, *3. q. 90. a. 2. & 4. 2. 2. q. 144. a. 1.*

¶ Super Quæstionis octuagesimæquintæ Articulum secundum.

Quæstio. DVbium occurrit magnũ circa materiã huius secundi articuli, an pœnitentia virtus sit vera & propriè vna specialis virtus distincta à cæteris virtutibus. Et est ratio dubij non sola varietas opinionum: sed quoniam veram ratio virget. Nã quòd sit vna virtus distincta ab aliis. Autoris ratio in litera cõcludit, dicens, operari ad delectionẽ peccati præteriti, inquantum est offensa Dei per quandã recompensationem, habet speciale rationem actus laudabilis non pertinentem ad rationẽ alterius virtutis: ergo pœnitentia, cui iste actus attribuitur, est specialis virtus. Ad partẽ autem negatiuã virget duplex ratio. vna ex propriis, quia nulla virtus exigit aut præexigit habitẽ ipsam sub illius contrario, sed pœnitentia præexigit peccatum fuisse sub peccato: quod contrariatur pœnitẽtiæ. ergo pœnitentia nõ est specialis virtus. Et hæc ratio cõuincit intellectũ meũ. Quæ & confirmatur, quia virtutes semina sunt ita nobis insita, vt possint à nobis acquiri et auxilio diuino & recta ratione, &c. vt non sit necesse non peccare, si omnes habẽdæ sunt virtutes in actu sed ad pœnitẽtiæ virtutẽ habẽdam in actu impossibile est nos peruenire nisi peccando interueniente: igitur nõ est virtus specialis. Nec cuadit hæc cõsimilis ex hoc q; pœnitentia ponerẽtur virtus nõ acquisita, sed infusa: quoniã simile est de virtutibus iudicium. quo ad hoc q; nõ oporteat peccare, vt virtutes habeantur in actu. Et cõfirmatur rursus ex parte subiecti. quia in Christo fuerunt omnes virtutes, & tamen in ipso nõ fuit pœnitẽtia. Altera ratio est ex parte obiecti: quia scilicet obiectũ huiusmodi virtutis est offensa vt recipiens per actũ appetitus. Sed nõ requirit propriã virtutẽ. Quod ex duobus apparet: primò, ex eo q; inter homines obiectum huc laudabili actus voluntario attingitur: vt patet quia si quis aliquem offendit, humiliat se illi, cõfitendo se male fecisse, dolẽdo de offensa & subiiciẽdo se illi ad recompensandã offensam. per hos enim actus recuperat perdita offensi grauiter iniuriato illud, vt cesset ille & deinceps superbire. Et ita nulla videtur specialis virtus propter actum suum obiectũ illud proportionaliter igitur loquendo, nulla est pœnitentia specialis virtus ad recompensandam Dei offensam. Secundò ex eo q; ad huiusmodi recompensationẽ inuenitur alia virtus sufficiens, scilicet religio. ille enim actus est subiicere se Deo reddendo q; debitũ Deo, nõ minus offendo quãdo bene facio. ita quòd sicut reddere Deo debitũ ob beneficia suscepta, non exigit specialẽ virtutẽ vltra religionem, eadem ratione reddere Deo debitũ ob offensam in eũ, ad religionẽ quoq; spectabit. eadem enim hæ speciales rationes debitj, scilicet pro beneficijs, vel pro offensis, sub illa cõmuni ratione debitj quã sunt ad religionẽ. Et confirmatur, quia præcipuus actus pœnitentiæ coincidit cũ actu primo religionis: subiectũ enim hominis ad Deũ, est præcipuũ quod potest in religionis actu. Ergo pœnitentia non est virtus. *Sent. 4. dist. 14. q. 1. ar. 1. q. 2. 3. & 4.*

¶Præterea, Secundum Philosophum 4. Eth. nullus est stultus eorum, qui sunt secundum virtutem. Sed stultum videtur dolere de cõmisso præterito, quod non potest non esse, quod tamen pertinet ad pœnitentiam. Ergo pœnitentia non est virtus.

¶SED CONTRA est, quòd præcepta legis dantur de actibus virtutum: quia legislator intendit ciues facere virtuosos: vt dicitur 2. Ethicorum. Sed præceptum diuinæ legis est de pœnitentia, secundum illud Matth. 4. Pœnitentiam agite, &c. Ergo pœnitentia est virtus.

CONCLVSIO.

¶ Pœnitentia quæ in sensu, passio potius quàm virtus est: pœnitentia verò, quæ est in voluntate, virtus, vel eius actus necessarius est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut ex dictis patet, pœnitere est de aliquo prius à se facto dolere. Dictum est autem suprà quòd dolor vel tristitia dupliciter dicitur. Vno modò secundum quòd est passio quædam appetitus sensitiui, & quantum ad hoc pœnitentia non est virtus, sed passio. Alio modo secundum quòd consistit in voluntate: & hoc modo est cum quadam electione. Quę quidem si sit recta, necesse est q; sit actus virtutis: dicitur enim 2. Ethic. quòd virtus est habitus electiuus secundum rationem rectam. Pertinet autem ad rationem rectam, vt aliquis doleat, de quo dolendũ est, & eo modo & sine quo dolẽdum est. Quod quidem obseruatur in pœnitentia, de qua nunc loquimur. nam pœnitens assumit moderatum dolorem de peccatis præteritis cũ intentione remouendi ea. Vnde manifestum est, quòd pœnitentia, de qua nunc loquimur, vel est virtus, vel actus virtutis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd (sicut dictum est) in sacramento pœnitentiæ materialiter se habent actus humani: quod non contingit in baptismo vel confirmatione. Et ideo cùm virtus sit principium alicuius actus, potius pœnitentia est virtus vel cum virtute, quàm baptismus seu confirmatio.

¶Ad secundum dicendum, quòd pœnitẽtia secundũ quòd est passio, non est virtus: vt dictum est, sic autem habet corporalem transmutationem adiunctam. Est tamen virtus secundum quòd habet ex parte voluntatis electionem rectam. Quod tamen magis potest dici de pœnitentia quàm de verecundia: nam verecundia respicit turpe factum vt præsens, pro quo timet confundi: pœnitentia verò vt præteritum. Est autem contra perfectionem virtutis, quòd aliquis in præsenti habeat turpe factum, de quo oporteat eum verecundari: non est autem contra perfectionem virtutis, quòd aliquis prius commiserit turpia facta, de quibus oporteat eũ pœnitentiæ virtus offert Deo in recõpensam, quam eandẽ offert religio. Secũdum actum quidẽ deuotionis absolutè: secundum verò actum gratitudinis pro beneficijs receptis, secundũ actum pœnitentiæ pro offensa cõmissa. vnde sicut religionis quidã actus est recompensare beneficia, ita recompensare peccata. Et confirmatur hoc, quia in lege veteri actu religionis explabatur peccatum: & Dauid re, cùm ex vitioso fiat aliquis virtuosus.

¶Ad tertium dicendum, quòd dolere de eo quod prius factum est, cum intentione conandi ad hoc quod factum non fuerit, esset stultum. Hoc autem non intendit pœnitens, sed dolor eius est displicentia seu reprobatio facti præteriti cum intentione remouẽdi sequelam ipsius, scilicet offensam Dei & reatũ pœnæ. Et hoc non est stultum.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm pœnitentia sit specialis virtus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd pœnitentia non sit specialis virtus. Eiusdem enim rationis videtur esse gaudere de bonis prius actis, & dolere de malis perpetratis. Sed gaudium de bono prius facto, non est specialis virtus, sed est quidam affectus laudabilis ex charitate prouenientes: vt patet per Augustinum 14. de Ciuitate Dei. vnde & Apostolus primæ ad Corinth. 13. dicit, quòd charitas non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati. Ergo pari ratione nec pœnitentia quæ est dolor de peccatis præteritis, est specialis virtus, sed est quidam affectus ex charitate prouenientes.

¶Præterea, Quælibet virtus specialis habet materiam specialem: quia habitus distinguuntur per actus, & actus per obiecta. Sed pœnitentia non habet materiam specialem: sunt enim eius materia peccata præterita circa quancunq; materiam. Ergo pœnitentia non est specialis virtus.

¶Præterea, Nihil expellitur nisi à suo contrario. Sed pœnitentia expellit omnia peccata ergo contrariatur omnibus peccatis. Non ergo est specialis virtus.

¶SED CONTRA est, quòd de ea datur speciale legis præceptum: vt suprà habitum est.

CONCLVSIO.

¶ Pœnitentia est quædam specialis virtus, qua homo operatur ad præteriti peccati destructionem & detestationem.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut in Secunda parte habitum est) species habituum distinguuntur secundum species actuum. Et ideo vbi occurrit specialis actus laudabilis, ibi necesse est ponere specialem habitum virtutis. Manifestum est autẽ quòd in pœnitentia inuenitur specialis ratio actus laudabilis, scilicet operari ad destructionem peccati præteriti, inquantum est Dei offensa: quod non pertinet ad rationem alterius virturis. Vnde necesse est ponere, quòd pœnitentia est specialis virtus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd à charitate deriuatur aliquis actus dupliciter. Vno modo sicut ab ea elicitus. Et ne confitetur. Nam qui confitetur Deo aduersus se iniustitiã suam, & confessione & submissione submissionem suam fatetur, simul & excellentiam diuinam, cui se submittit, cuius excellentissima omnipotentia parcendo manifestatur, cuius proprium est misereri semper, & parcere. Est igitur velle operari ad recompensationem offensæ propriæ Deo, religionis actus elicitus. Et confirmatur: quia virtus pœnitentiæ non est virtus (vt infrà patebit) acquisita, sed infusa nõ ex ratione naturali, sed ex lumine diuinæ relationis vim habens, eodẽmq; cursu, quo religio currit accepta. In cuius signum inter præcepta religionis ita sunt sacrificia & orationes pro peccatis, sicut pro beneficijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Nec propterea arguimus Autorem: quoniã verũ est, pœnitentiã esse specialem virtutem, latiori vocabulo vtẽdo. Nec hoc misũ videatur alicui, aut nouũ in doctrina Autoris: quoniã in præcedenti libro simile quid apparet. dum posita est virginitas specialis virtus, quæ tamen nõ est nisi religio determinata ad tã excellentem materiã. Reliquis verò actus pœnitẽtię, scilicet satisfacere quo ad pœnã, potest poni actus religionis imperatus mediãte virtute vindicatiuæ iustitiæ participatæ in subiecto: ita q. peccator ponitat se quasi minister Dei vindicãtis. Potest etiã poni actus religiõis immediatè, pro quãto religio ipsa debitã pœnã exoluit, vt perficiatur satisfactio debita à filio seruõq; domino ac patri, hoc enim iustũ secũdum quid religio attẽdit inter hominem & Deum, quũ iustũ simpliciter esse nequeat. Potest aũt percipere hanc quoq; satisfactionẽ spectare ad religionẽ, ex eo quòd nõnullus cultus est diuinæ excellẽtiæ ex nostra subiectiõe, vt voluntariè iuxtumodi pœnas offeramus ei pro vsurpatis cõtra aut præter voluntatẽ diuinam. Et hæc de hac difficultate dicta sufficiãt: prosequemur in sequentibus tractatũ de pœnitentia, ea dicẽdo quæ stant cum vtraq; opinione: scilicet quòd pœnitẽtia sit vna virtus per se distincta à reliquis, & q. pœnitẽtia coincidat cum religione totaliter aut principaliter, & cũ iustitia forte vindicatiua seu communicatiua quo ad actum secundarium.

¶ Super Quæstionis octuagesimæ quintæ Articulum tertium.

Infrà ar. 8. 4. cor. Et 4. dist. 14. q. 1. ad commutatiuam, & art. 1. q. 1. ibi fit at, & per ipsam 4. ad 4. redditur æquale simpliciter, vel secundum per 10. et acceptationem.

¶ Num actus pœnitentiæ reduci debeat ad commutatiuam, & quæstio.

IN artic. 6. tria aduertenda occurrunt, primum est de actu pœnitentiæ, an contineatur subcõmutatiua iustitia. Secundũ est an sistat in commutatiua iustitia. Tertiũ est, an reddat æquale simpliciter, vel secũdũ acceptationẽ Dei tãtùm. Et primũ quidem propter Sco. qui in 4. sent. dist. 14. quæst. 2. posuit actũ pœnitentiæ esse actũ iustitiæ punitiuæ quæ distinguitur cõtra iustitiã cõmutatiuã. tenuit enim pœnitẽtem vt ministrũ iudicis punire se, vt culpa ordinetur per pœnã se per hoc quum actus iudicis sit vindicare, seu velle infligere pœnã pro peccato, qui est actus iustitiæ vindicatiuæ, idẽ actus erit in pœnitẽte, tanquã exequẽte cõtra seipsum vindictã à iudice latam. Secundum verò dubium motũ est propter Durã. dist. 14. artic. 2. vbi ponit pœnitẽtiam esse idẽ quòd iustitia cõmutatiua: quia talis actus virtuosus non requirit aliam virtutem præter charitatem: sicut diligere bonũ, gaudere de eo, & tristari de oppositis.

¶Alio modo aliquis actus à charitate procedit, quasi à charitate imperatus. Et sic quia ipsa imperat omnibus virtutibus (vtpote ordinans eas ad finem suum) actus à charitate procedens, potest etiam ad aliam specialem virtutem pertinere. Si ergo in actu pœnitentis consideretur sola displicentia peccati præteriti, hoc immediatè ad charitatem pertinet: sicut & gaudere de bonis præteritis. Sed intentio operandi deletionem peccati præteriti, requirit specialem virtutem sub charitate.

¶Ad tertium dicendum, quòd quælibet virtus specialis formaliter expellit habitum vitij oppositi: sicut albedo expellit nigredinem ab eodem subiecto. Sed pœnitentia expellit omne peccatum effectiuè: inquantum operatur ad destructionẽ peccati, prout est remissibile ex diuina gratia homine cooperante. Vnde non sequitur, quòd sit virtus generalis.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm virtus pœnitentiæ sit species iustitiæ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd virtus pœnitentiæ non sit species iustitiæ. Iustitia enim non est virtus theologica, sed moralis, vt in Secunda parte patet. Pœnitentia autem videtur esse virtus theologica: quia habet Deum pro obiecto: satisfacit enim Deo: cui etiam reconciliat peccatorem. Ergo videtur quòd pœnitentia non sit species iustitiæ.

¶Præterea, Iustitia cùm sit virtus moralis, consistit in medio. Sed pœnitentia non consistit in medio, sed in quodam excessu: secundum illud Hier. 6. Luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum. Ergo pœnitentia non est species iustitiæ.

¶Præterea, Duæ sunt species iustitiæ (vt dicitur in 5. Ethic.) scilicet distributiua & commutatiua. Sed sub neutra videtur pœnitentia contineri. Ergo videtur quòd pœnitentia non sit species iustitiæ.

¶Præterea. Super illud Luc. 6. Beati qui nunc fletis, dicit glo. Ecce prudentia, qua ostenditur quàm hæc terrena sint misera, & quam beata cælestia. Sed flere est actus pœnitẽtiæ. Ergo pœnitentia magis est species prudentię quàm iustitiæ.

¶SED CONTRA est quod Auguſt. dicit in libr. de pœnitentia. Pœnitentia est quædam dolentis vindicta, semper puniens in se quod dolet commisisse. Sed vindictam facere, pertinet ad iustitiam: vnde Tullius in sua Rhetor. ponit vindicatiuam vnam speciem iustitiæ. Ergo videtur quòd pœnitentia sit species iustitiæ.

ordinat hominem ad alterum, id est Deum in ratione debiti propter offensam.

Tertium autem mouetur propter Sco. vbi suprà. quæst. 3. tenentem quòd æquale ex natura rei posset reddi, ita quòd pœna esset æqualis culpæ: vt sic culpa sufficienter ordinetur propter pœnam.

¶Ad horũ euidẽtiã notandũ est primò quòd Autor loquitur de pœnitẽtia vt est recõpẽsatiua Deo tã pro culpa quàm pro pœna: Scotus verò solã pœnæ rationẽ habuisse posuit pœnitentiam ad reconciliandum Deum offensum, sed solùmodo ad puniendam culpã commissam. Vnde adueritur secũdò, quòd Autor posuit pœnitentiã vt alterũ extremũ respectu Dei: Scotus verò posuit pœnitentiã in vtroq; extremo dũ ponit ipsum ex vna parte vt ministrũ iudicis vindicãtis, & ex alteraparteponit ipsum vt reum, in quẽ sic vindicta, cõstituẽdo æqualitatẽ pœnæ ad culpã, & propterea nõ est mirum si varia dicitur ab istis. Verũm si diligentius perspectũ fuerit, & præcipuus pœnitẽtię actus cõsideratus fuerit, apparebit quòd prima pœnitentiæ inẽtio est operari ad reconciliatiõnẽ offensi per recognitionẽ peccati & iudicij iustitiæ circa illud. Dixi, Cõfitebor aduersum me iniustitiã meã. Deinde & cum remissi impietate peccati mei. Vbi impietatẽ dixit nõ pœnã: monstrans per hoc q. huiusmodi simplex accusatio apud Deũ, remissionẽ offensæ cooperatur, vtpote ad illã ordinata. Et hinc sequitur quòd pœnitẽs vi pœnitentiæ, non tenetur personã ministri & refricãdi vel tãmodo nõ puniendi tãtùm, sed principaliter reconciliandi per pœnitentiæ opus ad diuinã misericordiã accedẽtis.

Vnde ad primũ dicendũ, licet pœnitentia quo ad actũ secundariũ, qui est iustitiæ vindicatiuæ ipsa tamẽ vindicta sit secũdũ æquale iustitiæ cõmutatiuæ, ex hoc ipso nõ excludit iustitia cõmutatiua, sed includit, sicut genꝰ includitur in specie. nec est aliter distinguitur vindicatiua contra cõmutatiuã, nisi sicut species distinguitur à genere. Ad secundũ verò dubiũ dicitur, quòd quí inter Deum & hominẽ non sit iustũ simpliciter, sed secũdũ q. d. nõ videtur euidẽter claudũ. q. pœnitẽtia colligãtur iustitia absoluta. Nec ratio allata hoc infert, quoniã oportet addere, quod reddit debitũ pariter æquale. quod hic nõ fit. saluatur. Ad tertiũ autẽ dicẽdũ puto, quòd in quoquo laboramus, quoniã nos de æquali ad totum quod debemus ex peccati ratione claudimur, & dicimus nõ posse reddi æquale deo. Ille verò de æquali ad solã pœnam temporalem quæ potest reconciliationẽ soluẽdã restare. loqui videtur, quã quantitatẽ fieri posse non vt de

¶ Virtus pœnitentiæ est species iustitiæ commutatiuæ.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) pœnitentia non habet quòd sit virtus specialis ex hoc solo quòd dolet de malo perpetrato) ad hoc enim sufficeret charitas) sed ex eo quòd pœnitens dolet de peccato commisso, inquantum est offensa Dei, cum emendationis proposito. Emendatio autem offensæ contra aliquem commissæ, non fit per solam cessationem offensæ, sed exigitur vlterius quædam recompensatio, quæ habet locum in offensis in alterum commissis, sicut & retributio: nisi quòd recompensatio est ex parte eius qui offendit (vtputa cum satisfactione) retributio autem est ex parte eius, inquem est offensa commissa. Vtrunque autem ad materiam iustitiæ pertinet: quia vtrunque est commutatio quædam. Vnde manifestum est, quòd pœnitentia secundum quòd est virtus, est pars iustitiæ. Sciendum tamen est, quòd secundum Philosophum in 5. Ethi. dupliciter dicitur iustum, scilicet simpliciter & secundum quid. Simpliciter quidem iustum, est inter æquales, eo quòd iustitia est æqualitas quædam. Quod ipse vocat iustum publicum vel ciuile, eo quòd omnes ciues æquales sunt, quantum ad hoc quòd immediatè sunt sub principe, sicut liberi existentes. Iustum autem secundum quid dicitur, quod est inter illos, quorum vnus est sub potestate alterius: sicut seruus sub domino: filius sub patre, vxor sub viro. Et tale iustum consideratur in pœnitentia. Vnde pœnitens recurrit ad Deum cum emendationis proposito, sicut seruus ad dominum, secundum illud Psal. Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri. Et sicut filius ad patrem secundum illud Luc. 15. Pater peccaui in cælum & coram te. Et sicut vxor ad virum: secundum illud Hier. 3. Fornicata es cum amatoribus multis tamen reuertere ad me, dicit Dominus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd (sicut in 3. Ethi. dicitur) iustitia est virtus ad alterum. Ille autem, ad quem est iustitia, non dicitur esse materia iustitiæ, sed magis res quæ distribuuntur, vel commutantur. Vnde & materia pœnitentiæ non est Deus, sed actus humani quibus Deus offenditur vel placatur: sed Deus se habet, sicut ille, ad quem est iustitia. Ex quo patet quòd * iustitia non est virtus theologica: quia non habet Deum pro obiecto vel materia.

¶Ad secundum dicendum, q. mediũ iustitiæ est æqualitas, quæ constituitur inter illos, inter quos est iustitia: vt dicitur in 5. Eth. In quibusdam autem non potest perfecta æqualitas constitui propter alterius excellentiam: sicut inter patrem & filium, inter Deum & hominem, vt Philosophus dicit in 8. Ethic. Vnde in talibus ille qui est deficiens, debet facere quicquid potest. Nec tamen hoc erit sufficiens simpliciter: sed solùm secundum

deror negãdum, quum Iob dicat, Vtinã appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior in statera, quasi arena maris hæc grauior appareret.

¶ Super Quæstionis octuagesimæ quintæ Articulum quartum.

Auct.

IN art. 4. intelligenduũ est q. sicut iustitia est voluntas ius suum vnicuiq; tribuẽs, ita pœnitentia est voluntas tribuẽs Deo ius suum pro peccato contra eum cõmisso. est enim (siue sit id quod religiosiue nõ) talis voluntas: quoniam pars est iustitiæ, quæ in actu voluntatis cõsistit. Reddit aũt pœnitẽtia Deo ius suũ prosternẽdo, confitẽdo, detestãdo, ac submittẽdo se peccatorẽ Deo offenso: hoc enim est æquale secũdũ quid, quod ab homine reddi potest, quo ad pœnã vel ad affligendo se, &c.

¶Et quoniã huiusmodi voluntas ex maiori vel minore potest affectu prodire, ideo varia inuenitur dispositio verè pœnitentiũ. Et amplius sentit, quòd potentissimo amore & maximo fructus diuinæ gratiæ inde percipitur.

¶ Super Quæstionis octuagesimæ quintæ Articulum quintum & sextum.

Auct.

IN artic. 5. & 6. simul ne falsaris nouitie intelligẽs, actus, qui fiunt Deo in pœnitentia cooperamur, esse actus procedẽtes à virtute pœnitentiæ. Hoc enim falsum est: quũ multi actus illi dicuntur qui sine charitate esse possunt, præcedãt pœnitentiã, vt est attritio. & tamen sunt actus boni, quibus Deo cooperamur ad pœnitentiam consequẽdam, vt dictum est. Nec te turbet actus timoris seruilis: quoniã pro timore pœnarum sumitur, & est bonus, & non pro timore pœnarum tantùm.

¶ Num pœnitentia sit virtus acquisita, & quæstio.

¶In eodem art. 6. dubiũ occurrit ex Sco. & Duran. an pœnitẽtia sit virtus acquisita. Nam Sco mus vbi suprà, qua ratione pœnitẽtiam esse virtutẽ acquisitã, quia voluntas ex frequentatione actibus pœnitendi potest ingenerare in se habitum inclinantẽ ad similes actus. & ille erit verè virtus: quia rectissimè rationi cõsonus. Et amplius sentit, quòd potẽs esse informis: quia potest manere cũ peccato mortali. Duran. aũtẽ vbi suprà negat ipsam esse virtutẽ infusam quia nulla talis est præter theologicas.

¶Ad huius euidentiam sciendum est, quòd esse virtutẽ infusam, contingit dupliciter, vel per se vel per accidens. Per se quidẽ virtus infusa est, quæ nec ex natura, nec acceptationem superioris. Et hoc significatur per excessum, qui attribuitur pœnitentiæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut est commutatio quædam in beneficiis (cùm scilicet aliquis pro beneficio recepto gratiam rependit) ita etiam est commutatio in offensis, cùm aliquis pro offensa in alterum cõmissa, vel inultus punitur, quod pertinet ad vindicatiuam iustitiam: vel voluntariè recompensat emendam, quod pertinet ad pœnitentiam, quæ respicit personam peccatoris, sicut iustitia vindicatiua personam iudicis. Vnde manifestum est, quòd vtraq; sub iustitia commutatiua continetur.

¶Ad quartum dicendum, quòd pœnitentia licet sit directè species iustitiæ: comprehendit tamen quodammodo ea quæ pertinent ad omnes virtutes. Inquantum enim est iustitia quædam hominis ad Deum, oportet quòd participet ea quæ sunt virtutum theologicarum, quæ habent Deum pro obiecto. Vnde pœnitentia est cum fide passionis Christi, per quam iustificamur à peccatis: & cum spe veniæ, & cum odio vitiorum, quod pertinet ad charitatem. Inquantum verò est virtus moralis, participat aliquid prudentiæ, quæ est directiua omnium moralium virtutum. Sed ex ipsa ratione iustitiæ non solùm habet id quod iustitiæ est, sed etiam ea quæ sunt temperantiæ & fortitudinis: inquantum scilicet, ea quæ delectationem causant ad temperantiam pertinentem, vel terrorem incutiunt, quem fortitudo moderatur, in communionem iustitiæ veniunt. Et secundum hoc ad iustitiam pertinet & abstinere à delectabilibus, quod pertinet ad tẽperantiam: & sustinere dura, quod pertinet ad fortitudinem.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm voluntas sit propriè subiectum pœnitentiæ.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd subiectum pœnitentiæ non sit propriè voluntas. Pœnitentia enim est tristitiæ species. Sed tristitia est in concupiscibili, sicut & gaudium. Ergo pœnitentia est in concupiscibili.

¶Præterea, Pœnitentia est vindicta quædam sicut Aug. dicit in lib. de pœnitentia. Sed vindicta videtur ad irascibilem pertinere: quia ira est appetitus vindictę. Ergo videtur, quòd pœnitentia sit in irascibili.

¶Præterea, Præteritum est proprium obiectũ memoriæ, secundum Philosophum in lib. de Memoria. Sed pœnitentia est de præterito: vt dictum est. Ergo pœnitentia est in memoria sicut in subiecto.

¶Præterea, Nihil agit vbi non est. Sed pœnitẽtia excludit peccatum ab omnibus viribus animæ. Ergo pœnitentia est in qualibet vi animæ, & non in voluntate tantum.

¶SED CONTRA Pœnitentia est sacrificium quoddam: secundum illud Psal. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Sed offerre sacrificium est actus voluntatis: secundum illud Psal. Voluntariè sacrificabo tibi. Ergo pœnitentia est in voluntate.

CONCLVSIO.

¶ Pœnitentia, cum sit quædam species iustitiæ, in voluntate est vt in subiecto, cuius actus est propositum emendandi illud, quod contra Deum commissum est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd de pœnitentia dupliciter loqui possumus. Vno modo, secundum quòd est passio quędã. Et sic cùm sit species tristitiæ, est in concupiscibili sicut in subiecto. Alio modo, secundum quòd est virtus. Et sic ficut dictum est, est species iustitiæ. Iustitia autem (vt in Secunda parte habitũ est) habet pro subiecto appetitum rationis, qui est voluntas. Vnde manifestum est, quòd pœnitentia, secundum quòd est virtus, est in voluntate sicut in subiecto, & proprius eius actus est propositum emendandi illud quod contra eum commissum est.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de pœnitentia, secundum quòd est passio.

¶Ad secundum dicendum, quòd vindictam appetere, ex passione de alio, pertinet ad irascibilem. Sed appetere vel facere vindictam ex ratione de se vel de alio, pertinet ad voluntatem.

¶Ad tertium dicendum, quòd memoria est vis apprehensiua præteriti. Pœnitentia autem non pertinet ad vim apprehensiuam: sed ad appetitiuam, quæ præsupponit actum apprehensiuæ. Vnde pœnitentia non est in memoria: sed præsupponit eam.

¶Ad quartum dicendum, quòd voluntas (sicut in Prima parte habitum est) mouet omnes alias potentias animæ. Et ideo non est inconueniens, si pœnitentia in voluntate existens, aliquid in singulis potentiis animæ operetur.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm principium pœnitentiæ sit ex timore.

4. dist. 14. q. 1. art. 2. q. 1. per. to. & q. 2. cor.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd principium pœnitentiæ nõ sit ex timore. Pœnitentia enim incipit in displicentia peccatorum. Sed hoc pertinet ad charitatem: vt suprà dictum est. Ergo pœnitentia magis oritur ex amore, quam ex timore.

¶Præterea, Ad pœnitentiam homines prouocantur per expectationem regni cælestis: secundum illud Matth. 3. & 4. Pœnitẽtiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Sed regnum cælorum est obiectum spei. Ergo pœnitentia magis procedit ex spe, quàm ex timore.

¶Præterea, Timor est quidam actus interior hominis. Pœnitentia autem non videtur in nobis esse ex opere hominis, sed ex opere Dei: secundum illud Hier. 31. Postquàm conuertisti me, egi pœnitentiam. Ergo pœnitentia non procedit ex timore.

¶SED CONTRA est quod Isa. 26. dicitur: Sicut quæ concepit, cùm appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus, scilicet per pœnitentiam. Et postea subditur secundum aliam literam, A timore tuo Domine, concepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum salutis, id est pœnitentiæ salutaris: vt per præmissa patet. Ergo pœnitentia procedit ex timore.

CONCLVSIO.

¶ Actus pœnitẽtiæ à seruili timore incipit sicut à primo motu affectus ad hoc ordinato, à timore verò filiali sicut ab immediato & proximo principio.

¶RESPONDEO dicendum, quòd de pœnitentia loqui possumus dupliciter. Vno modo quantum ad habitum. Et sic immediatè à Deo infunditur sine nobis principaliter operantibus: non tamen sine nobis dispositiuè cooperantibus per aliquos actus. Alio modo possumus loqui de pœnitentia quantum ad actus, quibus Deo operanti in pœnitentia cooperamur. Quorum actuum primum principium est Dei operatio conuertentis cor: secundum illud Thren. vltri. Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur. Secundus actus est motus fidei. Tertius est motus timoris seruilis, quo quis timore suppliciorum à peccatis retrahitur. Quartus actus est motus spei, quo quis sub spe veniæ consequendæ assumit propositum emendandi. Quintus actus est motus charitatis, quo alicui peccatum displicet secundum seipsum, & non iam propter supplicia. Sextus actus est motus timoris filialis, quo propter reuerentiam Dei aliquis emendam Deo voluntarius offert.

¶Sic igitur patet, quòd actus pœnitentię à timore seruili procedit sicut à primo motu affectus ad hoc ordinato: è timore autem filiali sicut ab immediato & proximo principio.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd peccatum primò incipit homini displicere (maximè peccatori) propter supplicia, quæ respicit timor seruilis, quam propter Dei offensam vel peccati turpitudinem, quod pertinet ad charitatem.

¶Ad secundum dicendum, quòd in regno cælorum appropinquante intelligitur aduentus Regis, non solùm præmiantis, sed etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

exæ quisimode, sed sola infusione Christi potest, vt charitas. Per accidés autē est quæ ex hoc genere nata est acquiri, sed accidit q̄ in hoc sit infusa: vt quū Deus infundit alicui habitū scientiæ moralis, vel naturalis aut habitū reperātis in fortissimis. Patet autē ex dictis esse, q̄ aliud est habere aliquē habitum electivum secūdum rationem rectam, & aliud est habere similē habitum secūdū rationē virtutis. verbi gratia. Aliud est habere habitū amoris acquisitū ex frequētibus actib⁹ amādi Deū & proximū: aliū autē habitū acquisitæ charitatis, nō est habere huiusmodi virtutē quæ est donum Dei: vt ex se patet.

4. dist. 14. q. 1. arti. 1. q. 6. ad 6. & arti. 2. q. 2.

¶His præmissis dicitur, quòd quia pœnitentia est per se virtus infusa, quātuncunq; ex frequētatis pœnitētialib⁹ actib⁹ similis habitus generari possit, nunquam pertinget ad plenā rationem virtutis pœnitentiæ q̄ nunquam perueniet ad hoc quòd sit donum recōcilians Deo offensō.

Quòd autē pœnitentia sit virtus per se infusa, ex eo patet quòd omnes illæ virtutes quę ex suo genere ordinātē hominē secūdum statū vitæ gratiæ, sunt ex suo genere infusę: vtpote excedēs statū vitæ, quæ est secūdum naturā & orationē naturalē: sed virtutem pœnitentiæ cōstat ad statum vitæ, quæ est secūdum gratiam Dei perficiens: sicut & religionē, vt est circa sacramēta, circa veneratiōnē Dei vnius & trini, &c. Vnde apparet falsū esse, solas theologales virtutes esse infusas, & virtutē pœnitētię posse esse informē seu cū peccato mortali, opinātes. Autorē dixisse, q̄ actus & habit⁹ charitatis simul sunt repore cū actu & habitu pœnitentiæ, quū iustificatur impius. Et per hoc patet rēspōsio ad obiecta.

etiam punientis. Vnde & Matth. 3. Ioannes Baptista dicebat, Progenies viperarum, quis demonstrabit vobis fugere a ventura ira?

¶Ad tertium dicendum, quòd ipse etiam motus timoris procedit ex actu Dei conuertentis cor. vnde dicitur Deut. 5. Quis det eos talem habere mentem, vt timeant me? Et ideo per hoc quòd pœnitentia à timore procedit, non excluditur quin procedat ex actu Dei conuertentis cor.

ARTICVLVS VI.

¶ Virum pœnitentia sit prima virtutum.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd pœnitentia sit prima virtutū. Quia super illud Matt. 3. Pœnitētiam agite, dicit glos. Prima virtus est, per pœnitētiam punire veterem hominem, & vitia odisse.

¶Præterea, Recedere à termino, prius esse videtur, quam accedere ad terminum. Sed omnes aliæ virtutes pertinere videtur ad accessum ad terminum (quia per omnes ordinatur homo ad bonum agendum) pœnitentia autem videtur ordinari ad recessum à malo. Ergo pœnitentia videtur esse prior omnibus aliis virtutibus.

¶Præterea, Ante pœnitentiam est peccatum in anima. Sed simul cum peccato nulla virtus animæ inest. Ergo nulla virtus est ante pœnitentiam: sed ipsa videtur esse prima, quæ aliis aditum aperit, excludendo peccatum.

¶SED CONTRA est, quòd pœnitentia procedit ex fide, spe & charitate: sicut iam dictum est. Non ergo est pœnitentia prima virtutum.

CONCLVSIO.

¶ Virtus pœnitentiæ nō est simpliciter prima virtutum ordine temporis, vel naturæ, sed secundum quid, ordine temporis tantum, actus pœnitentiæ præcedit aliarum virtutum actus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in virtutibus non attenditur ordo temporis quantum ad habitus: quia cùm virtutes sint connexæ (vt in Secunda parte habitum est) omnes simul incipiunt esse in anima. Sed dicitur vna earum esse prior altera ordine naturæ, qui consideratur ex ordine actuum: secundum scilicet, quòd actus vnius virtutis præsupponit actum alterius virtutis. Secundum hoc igitur dicendum est, quòd actus quidam laudabiles etiam tempore præcedere possunt actum & habitum pœnitentiæ: sicut actus fidei & spei informium, & actus timoris seruilis. Actus autem & habitus charitatis simul sunt tempore cum actu & habitu pœnitentiæ, & cùm habitibus aliarum virtutum. Nam sicut in Secunda parte habitum est, in iustificatione impij simul est motus liberi arbitrij in Deum (qui est actus fidei per charitatem formatus) & motus liberi arbitrij in peccatum: qui est actus pœnitentiæ. Horum tamen duorum actuum primus naturaliter præcedit secundum: nam actus virtutis pœnitentiæ est contra peccatum ex amore Dei, vnde primus actus est ratio & causa secundi. Sic igitur pœnitentia non est simpliciter prima virtutum, nec ordine temporis, nec ordine naturæ: quia secundum ordinem naturæ simpliciter præcedunt ipsam virtutes theologicæ. Sed quantum ad aliquid est prima inter cæteras virtutes ordine temporis, quantum ad eius actum, qui primus occurrit in iustificatione impij. Sed ordine naturæ videntur esse aliæ virtutes priores, sicut quod est per se, est prius eo quod est per accidens. nam aliæ virtutes, per se videntur esse necessariæ ad bonum hominis. pœnitentia autem supposito quodam, scilicet peccato præexistenti: sicut etiam dictum est circa ordinem sacramen-

ti pœnitentiæ ad alia sacramenta prædicta.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd glos. illa loquitur quantum ad hoc, quòd actus pœnitentię primus est tempore inter actus aliarum virtutum moralium.

¶Ad secundum dicendum, quòd in motibus successiuis recedere à termino, est prius tempore quàm peruenire ad terminum, & prius natura, quantum est ex parte subiecti, siue secundum ordinem causæ materialis. Sed secundum ordinem causæ agentis & finalis prius est peruenire ad terminum: hoc enim est quod primò agens intendit. Et hic ordo præcipuè attenditur in actibus animę: vt dicitur in 2. Phy.

¶Ad tertium dicendum, quòd pœnitentia aperit aditum virtutibus, expellendo peccatum per virtutem fidei & charitatis, quæ sunt naturaliter priores: ita tamen aperit eis aditum, quòd ipse simul intrēt cum ipsa: nam in iustificatione impij simul cum motu liberi arbitrij in Deum & in peccatum, est remissio culpæ & infusio gratiæ: cum qua simul infunduntur omnes virtutes, vt in Secunda parte habitum est.

QVAESTIO OCTVAGESIMASEXTA
De effectu pœnitentiæ quo ad mortalium peccatorum remissionem, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de effectu pœnitentiæ. Et primò, quantum ad remissionem peccatorū mortalium. secundò, quantum ad remissionem peccatorum venialium. tertiò, quantum ad reditum peccatorum dimissorum. quartò, quantum ad restitutionem virtutum.

¶Circa primum quæruntur sex.

¶Primò, vtrùm oīa peccata mortalia per pœnitentiā auferantur.

¶Secundo, vtrùm possint sine pœnitentia tolli.

¶Tertiò, vtrùm vnum possit remitti sine alio.

¶Quartò, vtrùm pœnitentia auferat culpam remanente reatu.

¶Quintò, vtrùm remaneant reliquiæ peccatorum.

¶Sextò, vtrùm auferre peccatum, sit effectus pœnitentiæ inquantum est virtus, an inquantum est sacramentum.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm per pœnitentiam omnia peccata remoueantur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd per pœnitentiam non omnia peccata remoueātur. Dicit enim Apostolus Heb. 12. quod Esau non inuenit pœnitentiæ locum, quāquam cum lachrymis inquisisset eam. glos. id est, non inuenit locum veniæ & benedictionis per pœnitentiā. Et 2. Mach. 9. dicitur de Antiocho, Orabat scelestus Deum, à quo non erat misericordiam consecuturus. Non ergo videtur quòd per pœnitentiam omnia peccata tollantur.

¶Præterea, Augustinus dicit in lib. de sermone Domini in mōte, quòd tanta labes est illius peccati, scilicet cùm post agnitionem Dei per gratiam Christi, oppugnat aliquis fraternitatem, & aduersus ipsum gratiam, inuidiæ facibus agitatur, vt deprecandi humilitatem subire non possit, etiam si peccatum suum mala conscientia agnoscere & annuntiare cogatur. Non ergo omne peccatum potest per pœnitentiam tolli.

¶Præterea, Dominus dicit Matth. 12. Qui dixerit contra Spiritum sanctum verbum, non remittetur ei neq; in hoc seculo neque in futuro. Non ergo omne peccatum remitti potest per pœnitentiā.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ezech. 18. Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor.

CONCLVSIO.

¶ Quodlibet peccatum in hac vita per veram pœnitentiam deleri potest.

¶RESPONDEO dicendum, quòd hoc quòd aliquod peccatum per pœnitentiam tolli non possit, potest contingere dupliciter. Vno modo quia aliquis de peccato pœnitere non potest. alio modo quia pœnitentia non posset delere peccatum. Primo quidem modo nō possunt per pœnitentiā deleri peccata dæmonum & etiam hominum damnatorum: quia affectus eorum sunt confirmati in malo: ita quòd nō potest eis displicere peccatū inquantū est culpa, sed solùm displicet eis pœna, quam patiuntur. Ratione cuius aliquam pœnitētiam, sed infructuosam habent. Secundum illud Sap. 5. Pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Vnde talis pœnitentia non est cum spe veniæ: sed cum desperatione. Tale autem non potest esse aliquod peccatum hominis viatoris: cuius liberum arbitrium flexibile est ad bonum & ad malū. Vnde dicere quòd aliquod peccatū sit in hac vita, de quo

¶ super Quæstionis octuagesimæsextæ Articulum secundum.
¶ Num offensa opponatur gratiæ.

IN artic. 1. quæst. 86. circa illud, Offensa directè opponitur gratiæ: & eius ratiōnē ex hoc enim dicitur aliquis alteri esse offensus, q̄ repellit eū à gratia sua: quo quis pœnitere non possit, erroneum est. Primo quidem, quia per hoc tolleretur libertas arbitrij. Secundò, quia per hoc derogaretur virtuti gratiæ: per quam moueri potest cor cuiuscunque peccatoris ad pœnitendum secūdum illud Prouer. 21. Cor regis in manu Dei: & quocunque voluerit, vertet illud. Quòd autē secundo modo non possit per veram pœnitētiam aliquod peccatū remitti, est etiā erroneum. Primò quidē, quia repugnat diuinæ misericordiæ: de qua dicitur Ioēl. 2. quòd benignus & misericors est, & patiens, & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia. Vinceretur enim quodammodo Deus ab homine, si homo peccatum vellet deleri, quod Deus delere non vellet. Secundò, quia hoc derogaret virtuti passionis Christi, per quam pœnitentia operatur, sicut & cætera sacramenta, cùm scriptum sit primæ Ioan. 2. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, nō solùm nostris. sed etiam totius mundi. Vnde simpliciter dicendū est, quòd omne peccatum in hac vita per pœnitētiam veram deleri potest.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Esau non verè pœnituit. Quod patet ex hoc quòd dixit, Venient dies luctus patris mei, & occidam Iacob fratrem meum. Similiter etiā nec Antiochus verè pœnituit: dolebat enim de culpa præterita, nō propter offensam Dei, sed propter infirmitatem corporalem, quam patiabatur.

¶Ad secundum dicendum, quòd illud verbum Augustini. sic intelligendum est: Tanta est labes illius peccati, vt deprecandi humilitatem subire non possit, scilicet de facili. Sic enim retinēt adhuc vxo & filiū ingrati, offensi sed filii in soa gratia. Ruit ergo fundamētum hoc in litera positum.

¶Ad hoc dicitur, q̄ offē si potest dupliciter cōsiderari. Primò ex parte ei⁹ quo infertur offensa, & sic offensa directè opponitur charitatis rectitudini in actu debito: est enim deformitas actus, priuās perfectione charitatiua. Alio modo ex parte suppositi offendētis: persona enim est quæ primò offendit, actus autē quo offendit, quasi instrumētū pōnit, & sic proprię & formaliter cōsideratur offensa. Et sic offensa directē opponitur gratię. de mortorie tamē: nā offendēdo eo ipso, q̄ offendit demeretur: & quātū in se est, priuat se gratia eius, quā offendit. Vnde quia offendens vt sic, quātū in se est abijcit à se gratiā offensi, recte dicitur q̄ offensa directe opponitur, priuationi, demeritorię. Vbi etiā videtur posse saluari identitatē subiecti, mi denominati tam à gratia, quam ab offensa: nā persona est quæ primo offendit, & quæ primo gratia est.

¶Ad secundū verò dicendū, q̄ procedit ex malo intellectu litera. Aliud est esse offensum ab aliquo, & aliud est vltra hoc quod est esse offensum habere se vt offensum. Primū enim, scilicet esse offensum, nihil ponit aut tollit in offenso, sed solā denominationē. secundū autē addit actū, quo se habet vt offensus. Obiectiones igitur secūdo & tertio loco inductæ acceperūt esse offensum quo ad primū. litera verò vtitur esse seu dici offensum quo ad vtrumq; scilicet & ad esse offensum, & quo ad habere se vt offensum. Cōstat autem quòd in hoc cōsistit offensum habere se, vt offensum, quòd abijcit à se gratia offēdēte: quātūcunq; enim offēsus quis sit, nisi abijciat offendētē à sua gratia, nō se habet vt offensus. Et ad hoc fortè denotandū vsurpauit Autor nouā constructionē grāmaticaliter, dicēs, offensum alteri abijcere eū à sua gratia, dicēdo, offensus alteri, intelligi vōluit habēte se vt offensum ad alterū. Et iuxta hūc sēsū intellecta litera oēs excludit obiectiones: quoniā omnes in æquinoco laborant.

¶Et ex hoc sensu patet rātio solutionis ad primum. nā offensa vt sic, meretur vt offensus se habeat, vt offensus q̄d nihil aliud est, quàm q̄ offensus repellat à sua gratia offendentem.

Aunot.

¶In eodē arti. aduerte, q̄ dupliciter loq; possumus de possibili seu impossibili in hac materia, dū dicitur q̄ impossibile est peccatū aliquē remitti sine pœnitētiæ virtute. & similiter q̄ nō pōt contingere q̄ Deus remittat offensā alicui absq; immutatione voluntatis eius. Vel de possibili secūdū potētiā ordinatā vel de possibili secūdū potētiā absolutā. Et si quidē sit sermo de possibili secūdū potētiā ordinatā, nulla relinquitur difficultatis diuersa opinio: omnes enim fatemur, quòd qui creauit te sine te, nō saluabit te sine te. Sed si de possibili absolute sit sermo, accedit quæstio cū Scot. tractata à nobis supra in cōmētariis super. Primā secūdæ quæstio. 113. & ideo nūc remittendā hanc difficultatē nō putauimus pro præsenti propositō sufficere verificare ea quę in litera dicūtur secundū possibile vel impossibile penes potētiam ordinariam.

** art. 8.*

¶In eodē art. & speciāliter in rēspōsione ad primū pro quāto ad omnē remissionē peccatorum actualiū, actualis immutatio voluntatis concurrēs attribuitur pœnitentiæ etiā in baptismo, dubitō occurrit quoniā falsum hoc videtur, quia propositū remēdę in qua ratio formalis pœnitentiæ dicitur cōsistere, nō habet locū in adulto cō sequēte p̄ baptismū plenā remissionē omnium peccatorū: quoniam vt Ambr. docuit, baptismus ofa cōdonat, nullumq; luctum, &c. requirit.

¶Ad hoc dicitur, q̄ baptismus nō præsupponit sed affert secū actū pœnitentiæ virtutis gratiā: quoniā sicut baptismus datur in remissionē peccatorū: ita qui baptizatur, suscipit illā inexmissionē peccatorū: per hoc in ipsa susceptione baptismi, subiicitdo se illi.

dat Matt. 5. Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Ergo multò magis Deus dimittit offensam suā hominibus non pœnitentibus.

¶SED CONTRA est quod Dominus dicit Hiere. 18. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo quod fecit, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaui, vt facerem ei. Et sic e contrario videtur, quòd si homo pœnitentiam non agat, quòd Deus ei nō remittat offensam.

CONCLVSIO.

¶ Nullum actuale peccatum sine pœnitentiæ virtute potest in hac vita remitti.

¶RESPONDEO dicendum, quòd impossibile est peccatum actuale mortale sine pœnitentia remitti, loquendo de pœnitētia, quæ est virtus. Cùm enim peccatum sit Dei offensa, eo modo Deus peccatū remittit, quo remittit offensam in se commissam. Offensa autem directè opponitur gratiæ: ex hoc enim dicitur aliquis alteri esse offensus, quòd repellit eum à gratia sua. Sicut autem habitum est in Secunda parte, hoc interest inter gratiam Dei & gratiam hominis, quòd gratia hominis non causat, sed præsupponit bonitatem veram vel apparentem in homine grato: sed gratia Dei causat bonitatem in homine grato: eoquod bona voluntas Dei, quæ in nomine gratiæ intelligitur, est causa omnis boni creati. Vnde potest contingere quod homo remittat offensam, qua offēsus est alicui, absq; aliqua immutatione voluntatis eius: nō autem contingere potest, quod Deus remittat offensam alicui absq; immutatione voluntatis eius. Offensa autē peccati mortalis, procedit ex hoc quòd voluntas hominis est auersa à Deo per conuersionem ad aliquod bonū commutabile. Vnde requiritur ad remissionem diuinæ offensæ, quod voluntas hominis sic immutetur, vt conuertatur ad Deum cum detestatione conuersionis prædictæ & proposito emendæ, quod pertinet ad rationem pœnitentiæ, secundum quòd est virtus. Et ideo impossibile est quod peccatum alicui remittatur sine pœnitentia, secundum quam est virtus. Sacramentum autem pœnitentiæ (sicut suprà dictum est) perficitur per officium sacerdotis ligantis & soluentis: sine quo potest Deus peccatum remittere sicut remisit Christus mulieri adulteræ, vt legitur Ioan. 8. & peccatrici, vt legitur Luc. 7. Quibus tamen non remisit peccata sine virtute pœnitentiæ: nam sicut Greg. dicit in Homil. per gratiam traxit intus, scilicet ad pœnitentiam, quam per misericordiam suscepit foris.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in pueris non est nisi peccatum originale, quod non consistit in actuali deordinatione voluntatis, sed in quadam habituali deordinatione naturæ: vt in Secunda parte habitum est. Et ideo remittitur eis peccatū cum habituali immutatione per infusionem gratiæ & virtutum: non autem cum actuali. Sed adulto, in quo sunt actualia peccata, quæ consistunt in deordinatione actuali voluntatis, nō remittuntur peccata etiam in baptismo sine actuali immutatione voluntatis: quod fit per pœnitentiam.

¶Ad secundum dicendum, quòd ratio illa

Universidad de Deusto
Biblioteca

illi,& fatetur se peccasse & detestatur priorē vitā,moriēdo illi, & subiicit se Deo vt nouus Christi fidelis. Et quia hoc totū eligit in remissionem peccatorū, euidenter constat,interuenire in baptismo propositū emendæ,nō futuræ, sed præsentis,quę magis voluntas ac electio emēdæ dicēda est eligere siquidēm in remissione peccatorū,est eligere emēdā pro peccatis quo ad culpā, & quo ad pœnā ratione tanti beneficij, quātū e est baptismus. Nō igitur est intelligēdū baptismū omnia cōdonare, sic q̄ nullū actum in adulto requirat: sed sic q̄ oppotunos actus secū affert,nec eget admiculo alieno. Et hic est optimus modus omnia condonandi.

1.2.quæ. 73 ar.1. Et 3 dis. 36.ar.5. Et 4 di. 15.qō.1. ar.3.q.2 cor.et di 16.qō.2. ar.1.q.2 cor.et di 18.q. 2. art.5.q. 3.ad 1. Anno.

¶ *Super Quæstionis octuagesimasexta Articulum quartum*

IN artic. 4. eiusdem quæstiō in resp̄ōdeo ad primū,p quārto ibi dicitur q̄ remisso peccato mortali remanet inordinata conuersio ad commutabile bonū, pro qua debetur reatus pœnæ tēporalis, aduerte sententiā hāc intelligi de possibili& quo ad inordinationē: non enim necesse est remanere huiusmodi cōuersionē,sed pōt simul,totū tolli. Et similiter dato q̄ nō totū sit sublatum,nō est necesse remanere ipsum cōuersionē,sed in ordinationē, quę fuit ipsius cōuersiōis. Potest enim qui peccato suarū iniquitatē deliquit, ante remissionē peccati dimissis suarū iniquitatū actib⁹& inclinationib⁹, in oppositos actus cōuerti.& tūc apparet q̄ aduenīente gratia remittēte peccatū prioris iniquitatis, nō remanet cōuersio illius habituālis ad cōmutabile bonū: sed inordinatio ipsius incursi, per pœnā tēporalē ordinata. ratione siquidē illius inordinatiōis remanet reat⁹ pœnę tēporalis, tādiu quo usq; culpabilis illa inordinatio ordinata sufficiēter fuerit per pœnā.

¶ *Super Quæstionis octuagesimasexta Articulum quintum*

Annot.

¶ *Vtrum possit per pœnitentiam vnum peccatum sine alio remitti.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd possit per pœnitentiam vnum peccatum sine alio remitti. Dicitur enim Amos 4. Plui super vnam ciuitatem & super alteram ciuitatem nō pluit:pars vna complura est,& pars super quam non pluit ,aruit. Quod exponens Gregor.super Ezec.dicit, Cùm ille qui proximum odit,ab aliis vitiis se corrigit, vna eadémq; ciuitas ex parte cōpluitur, & ex parte arida manet: quia sunt qui cùm quædam vitia resecant,in aliis grauiter perdurant. Ergo potest vnum peccatum per pœnitentiam dimitti sine alio.

¶Præterea,Amb. dicit super Beati immaculati in via:Prima consolatio est, quia non obliuiscitur misereri Deus.secunda per punitionem,vbi etsi fides desit,pœna satisfacit, & releuat. Potest ergo aliquis releuari ab aliquo peccato,manente peccato infidelitatis.

¶Præterea, Eorum quæ non necesse est esse simul vnum potest auferri sine alio. Sed peccata (vt in Secunda parte habitum est) non sunt connexa, & ita vnum eorum potest esse sine alio.Ergo etiam vnum eorum potest remitti sine alio per pœnitentiam.

¶ Præterea , Peccata sunt debita quæ nobis relaxari petimus , cùm dicimus in oratione Dominica,Dimitte nobis debita nostra,&c. Sed homo quandoq; dimittit vnum debitum sine alio.Ergo etiam Deus per pœnitentiam dimittit vnum peccatum sine alio.

¶ Præterea , Per dilectionem Dei relaxantur hominibus peccata:secundum illud Hiere.31. In charitate perpetua dilexi te,ideo attraxi te miserans. Sed nihil prohibet , quin Deus diligat hominem quantum ad vnum, & sit ei offensus quantum ad aliud.sicut peccatorem diligit quantum ad naturā:odit autem quantum ad culpam. Ergo videtur possibile quòd Deus per pœnitentiam remittat vnum peccatum sine alio.

¶SED CONTRA est quod Augustinus dicit in lib.de pœnitentia.Sunt plures quos pœnitet peccasse,sed non omnino,reseruantes sibi quædam in quibus delectentur:non animaduertentes Dominum simul mutum & surdum à dæmonio liberasse, per hoc docens non nunquam nisi de omnibus sanari

CONCLVSIO.

¶ *Impossibile est per virtutem pœnitentiæ peccatum vnum remitti, quin omnia remittantur.*

¶RESPONDEO dicendum , quòd impossibile est per pœnitentiam vnum peccatum sine alio remitti. Primò quidem, quia peccatum remittitur inquātum tollitur Dei offensa per gratiam. Vnde in Secunda parte habitum est quòd nullū peccatum potest remitti sine gratia. Omne autem peccatum mortale cōtrariatur gratiæ,& excludit eam.Vnde impossibile est q̄ vnum peccatum sine alio remittatur. Secundò,quia(sicut ostensum est) peccatū mortale non potest sine vera pœnitētia remitti:ad quam pertinet deserere peccatum,inquantum est contra Deum. Quod quidem est cōmune omnibus peccatis mortalibus. Vbi autem est eadem ratio,& idem effectus. Vnde nō potest esse verè pœnitēs, qui de vno peccato pœniter,& non de alio. Si enim displiceret ei illud peccatum,quia est cōtra Deum super omnia dilectū (quod requiritur ad rationem veræ pœnitentiæ)sequeretur q̄ de omnibus peccatis pœniteret. Vnde sequitur, quòd impossibile sit vnū peccatum per pœnitentiam remitti sine alio. Tertiò, quia hoc esset contra perfectionem misericordiæ Dei, cuius perfecta sunt opera,vt dicitur Deuter.32. vnde cuius misereatur, totaliter misereatur. Et hoc est quod Augustinus dicit in lib.de pœnitentia, Quæda impieras infidelitatis est,ab illo,qui iustus & iustitia est , dimidia sperare veniam.

¶AD PRIMVM ergo dicendum quòd illud verbum Gregor. non est intelligendum quantum ad remissionem culpæ, sed quantum ad cessationem ab actu : quia interdum ille qui plura peccata consueuit committere, deserit vnum, non tamen aliud. Quod quidem fit auxilio diuino, quod tamen non perringit vsq; ad remissionem culpæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd in verbo illo Amb.Fides nō potest accipi,qua creditur in Christum : quia vt Augustinus dicit super illud Ioan.15.Si non venissem,& locutus eis non fuissem, peccatū non haberent,scilicet infidelitatis. Hoc enim est peccatum, quo tenentur cuncta peccata. Sed accipitur fides pro conscientia:quia interdum per pœnas , quas quis patienter sustinet , consequitur remissionem peccati,cuius conscientiam non habet.

¶Ad tertium dicendum, quòd peccata quanuis nō sint connexa, quantum ad conuersionem ad bonum commutabile:sunt tamen connexa quantum ad auersionem à bono incommutabili:in qua conueniunt omnia peccata mortalia.Et ex hac parte habent ratio nem offensæ,quam oportet per pœnitentiam tolli.

¶Ad quartum dicendum,quòd debitū exterioris rei(puta pecuniæ non cōtrariatur amicitiæ,ex qua debirum remittitur:& ideo potest vnum dimitti sine alio.Sed debitum culpæ contrariatur amicitiæ. & ideo vna culpa vel offensa non remittitur sine altera. ridiculum enim videretur, quòd etiam ab homine aliquis veniā peteret de vna offensa,& non de alia.

¶Ad quintum dicēdum, quòd dilectio qua Deus diligit hominis naturam,non, ordinatur ad bonū gloriæ,à quo impeditur homo per quodlibet peccatum mortale.Sed dilectio gratiæ , per quam fit remissio peccati mortalis , ordinat hominem ad vitam æternam:secundum illud Rom.6. Gratia Dei , vita æterna.Vnde non est similis ratio.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrum remissa culpa per pœnitentiam,remaneat reatus pœnæ.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd remissa culpa per pœnitentiā,non remaneat reatus pœnæ.Remota enim causa, remouetur effectus. Sed culpa est causa reatus pœnę:ideo enim est aliquis dignus pœna,quia culpam commisit.Ergo remissa culpa , non potest remanere reatus pœnæ.

¶Præterea , Sicut Apostolus dicit Rom.5. Donum Christi est efficacius quàm peccatum. Sed peccando homo simul incurrit culpam & pœnæ reatum. Ergo multò magis per donum gratiæ, simul remittitur culpa,& tollitur pœnæ reatus.

¶Præterea , Remissio peccatorum fit in pœnitentia per virtutem passionis : secundum illud Rom.3.Quem proposuit Deus propitiatorem,per fidem in sanguine ipsius,propter remissionem præcedentium delictorum. Sed passio Christi est sufficienter satisfactoria pro omnibus peccatis,vt suprà habitum est.Non ergo post remissionem culpæ,remanet aliquis reatus pœnæ.

¶SED CONTRA est quod 2.Reg.12. dicitur, quòd cum Dauid pœnitens dixisset ad Nathan, Peccaui Domino , dixit Nathan ad illum,Dominus quoque transtulit peccatum tuum , non morieris:veruntamen filius qui natus est tibi , morte morietur. Quod fuit in pœnam præcedentis peccati : vt ibidem dicitur.Ergo remissa culpa,remanet reatus alicuius pœnæ.

CONCLVSIO.

¶ *Per virtutem pœnitentiæ quãquam homini remittitur pœna æterna remissa culpa,non tamen tota remittitur temporalis pœna, nisi gratia cooperante plenam in se homo susceperit effectum.*

¶RESPONDEO dicendum,quòd (sicut in Secunda parte habitum est) in peccato mortali sunt duo : scilicet auersio ab incommutabili bono , & conuersio ad commutabile bonum inordinata. Ex parte ergo auersionis ab incommutabili bono , consequitur peccatum mortale reatus pœnæ æternæ : vt qui contra æternum

¶ *Super Quæstionis octuagesimasexta Articulum sextum.*

¶ *Nō culpæ remissio fit effectus pœnitentiæ secundum quòd virtus est.*

Ipsius.

IN art.6.eiusdē q. proponitur effectus pœnitentiæ secundū quòd est virtus, id est virtutis seu virtuosus actus, dubium occurrit : quoniā hoc videtur repugnare antecedētibus ab autore. Nā si remissio culpæ est effectus pœnitentiæ , vt est actus virtuosus,oportet quòd sit effectus non solius gratiæ , sed gratiæ & liberi arbi. quoniam actus huiusmodi virtuosi liberi arbitrij actus est. Oppositum autē dicit Autor in hac eadem q. arti. 4. ad secundum, dicendo de remissione culpæ & de plena absolutione quòd vtrumque est à gratia,sed primum à gratia sola,secundum ex gratia & libe. arbitrio,si est à sola gratia,vt distinguitur contra liberū arbitrium,sequitur q̄ non sit à gratia & à liberi arbitrij actu virtuoso.

¶Ad hoc dicitur , quòd aliquid alij forte solent dicere distinguēdo in proposito concursum liberi arbitrij a actiue vel passiue,actus libe. arbitrij in iustificatione impij concurrentes,siue in Deum,siue in peccatum, sunt verē actus nō solum liberi arbitrij:sed liberi arbitrio. siquidē enim omnia disponens diuina Sapientia eque creauit me sine me nō patiuē,quoniā creatio in me terminata est sed sine me cooperante nō saluat me sine me cooperante;inouec p gratiā suā liberū arbitrium ad obsequendū gratiæ per hoc q̄ vtitur illa secundum illā operando. Et propterea actus liberi arbitrij tā respectu Dei, quàm respectu peccati in iustificatione impij iuuenti sunt effectus gratiæ operantis, & non ponunt in numerum cum ipsa gratia operante, & propterea dictio excludit huiusmodi a libero arbitrio, vtpote huiusmodi actus effectus : quum enim dicitur,Sola causa facit hoc,nō excluditur quin faciat illud mediāte aliquo suo effectu. Et hunc esse sensum Autoris,apparet in calce hums art. vbi dicitur, quòd actus pœnitentię virtuosi habet quòd sine eo non possit fieri remissio culpæ, inquantū est imperabilis effectus gratiæ. Nec obstant allegata in oppositū: quoniam ibi loquitur de gratia, vt distinguitur contra liberum arbitriū absolutè, & nō contra liberū arb. vt est effectus ipsius gratiæ. Vnde opposito modo videntur se habere actus liberi arbitrij

æternum bonum peccauit , in æternum puniatur Ex parte etiam conuersionis ad bonum commutabile,inquantum est inordinata , consequitur peccatum mortale reatus alicuius pœnæ: quia inordinatio culpæ non reducitur ad ordinem iustitiæ nisi per pœnam . Iustum est enim , vt qui voluntati suæ plus indulsit,quam debuit,cōtra voluntatem suam aliquid patiatur : sic enim erit æqualitas. Vnde Apoca.18. dicitur, Quantum glorificauit se , & in deliciis fuit , tantum date illi tormentum & luctum. Quia tamen conuersio ad bonum commutabile est finita,non habet ex hac parte peccatum quòd debeatur ei pœna æterna. Vnde si sit inordinata cōuersio ad bonum cōmutabile sine auersione à Deo (sicut est in peccatis venialibus) non debetur peccato pœna æterna,sed temporalis. Quando igitur per gratiā remittitur culpa, tollitur auersio animæ à Deo,inquantū per gratiā anima Deo cōiungitur: vnde &per cōsequens simul tollitur reat⁹ pœnæ æternæ,potest tamē remanere reatus alicuius pœnę temporalis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd culpa mortalis vtrunq; habet, & auersionem à Deo & conuersionem ad bonum creatum.Sed(sicut in Secūda parte habitum est) auersio à Deo, est ibi sicut formale , conuersio autem ad bonum creatum,est ibi sicut materiale, Remoto autem formali cuiuscunque rei,tollitur specie: sicut remoto rationali tollitur species humana. Et ideo ex hoc ipso dicitur culpa mortalis remitti,quòd per gratiam tollitur auersio mentis à Deo simul cum reatu pœnæ æternæ. Remanet tamen illud quod est materiale, scilicet inordinata conuersio ad bonum creatum: pro qua debetur reatus pœnæ temporalis.

¶Ad secundum dicendum , quòd (sicut in Secunda parte habitum est) ad gratiam pertinet operari in homine , iustificando ipsum à peccato , & cooperari homini ad rectè operandum Remissio igitur culpæ & reatus pœnæ æternæ , pertinet ad gratiam operantem, sed remissio reatus pœnæ temporalis pertinet ad gratiam cooperantem : inquantum scilicet homo cum auxilio diuinæ gratiæ patienter pœnas tolerando, absoluitur etiam à reatu pœnæ temporalis.Sicut igitur prius est effectus gratiæ operantis , quàm gratiæ cooperantis,ita etiam prius est remissio culpæ & pœnæ æternæ,quam plena absolutio à pœna temporali:vtrunque enim est à graria, sed primum à gratia sola , secundum ex gratia & libero arbitrio.

¶ Ad tertium dicendum , quòd passio Christi de se sufficiens est ad tollendum omnem reatum pœnæ,non solùm æternæ, sed etiam temporalis:& secundum modum quo homo participat virtutem passionis Christi , percipit etiam absolutionem à reatu pœnæ . In baptismo autem homo participat totaliter virtutem passionis Christi (vtpote per aquā & spiritum Christo commortuus peccato, & in eo regeneratus ad nouam vitam) & ideo in baptismo homo consequitur remissionem reatus totius pœnæ. In pœnitentia verò consequitur virtutem passionis Christi,secundum modum propriorum actuum, qui sunt materia pœnitentiæ, sicut aqua baptismi, vt suprà dictum est. Et ideo non statim per primum actum pœnitentiæ quo remittitur culpa, soluitur reatus totius pœnæ: sed completis omnibus pœnitentiæ actibus.

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrum remissa culpa mortali , tollantur omnes reliquiæ peccati.*

AD QVINTVM proceditur. Videtur quòd remissa culpa mortali , tollantur omnes reliquiæ peccati.Dicit enim Augu. in lib.de Pœnitentia: Nunquam Dominus aliquem sanauit,quē omnino non liberauit:totum enim hominem sanauit in sabbato:quia & corpus ab infirmitate, & animam ab omni contagione.Sed reliquiæ peccati pertinent ad infirmitatem peccati. Ergo non videtur possibile quòd remissa culpa, remaneant reliquiæ peccati.

¶Præterea,Secundum Diony.4.c. de Di. no. bonum est efficacius quàm malum:quia malum non agit nisi virtute boni. Sed homo peccando,simul totam infectionem peccati incurrit . Ergo multò magis pœnitendo liberatur etiam ab omnibus peccati reliquiis.

¶Præterea,Opus Dei efficacius est quam opus hominis . Sed per exercitium humanorum operum ad bonum , tolluntur reliquiæ peccati contrarij. Ergo multò magis tolluntur per remissionem culpæ,quæ est opus Dei.

¶SED CONTRA est quod Mar.8.legitur,quòd cæcus illuminatus à Domino , primò restitutus est ad imperfectum visum(vnde ait,Video homines velut arbores ambulantes) deinde restitutus est perfectè,ita vt videret clarè omnia. Illuminatio autē cæci,significat liberationem peccatoris* Post primam ergo remissionem culpæ,qua peccator restituitur ad visum spirituale , adhuc remanent in eo aliquæ reliquiæ peccati præteriti.

Aliàs post pœnitentiā ergo,&c.

CONCLVSIO.

¶ *Non inconuenit remissa culpa mortali,remanere in anima ex parte conuersionis aliquas peccatorum reliquias , quæ ex præcedentibus actibus causata fuerunt.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd peccatum mortale ex parte conuersionis inordinatæ ad bonum commutabile,quandam dispositionem causat in anima,vel etiam habitum, si actus frequenter iteretur.Sicut autem dictum est,culpa peccati mortalis remittitur,inquantum tollitur per gratiam auersio mentis à Deo. Sublato autem eo quod est ex parte auersionis,nihilominus remanere potest id quod est ex parte conuersionis inordinatæ,cùm hāc contingat esse fine illa,sicut prius dictum est. Et ideo nihil prohibet quin remissa culpa , remaneant dispositiones ex præcedentibus actibus causatæ:quę dicūtur peccati reliquiæ.Remanent tamē debilitatæ & diminutæ:* ita quòd homini nō dominentur.Et hoc magis per modum dispositionum, quàm per modum habituum: sicut etiam remanet fomes post baptismum.

Aliàs ita quòd hominis nō dominentur ma per modum dispositionum, &c.

¶AD PRIMVM ergo dicendum , quòd Deus totum hominem perfectè curat.Sed quandoque subitò : sicut socrū Petri statim restituit perfectæ sanitati,ita vt surgens ministraret illis , vt legitur Luc. 4. Quandoque autem successiuè : sicut dictum est de cæco illuminato.Mar.8.Et ita etiam spiritualiter quandoque tanta commotione conuertit cor hominis,vt subitò perfectè consequatur sanitatem spiritualem , non solùm remissa culpa , sed sublatis omnibus peccati reliquiis , vt patet de Magdalena , Luc. 7. Quandoque autem prius remittit culpam per gratiam operantem , & postea per gratiam cooperantem succcssiuè tollit peccati reliquias.

¶Ad secundum dicendum , quòd peccatum etiam quandoq; statim inducit debilem dispositionem : vtpote per vnum actum causatam.Quandoq; autem sortiorem,causatam per multos actus.

¶Ad tertium dicendum , quòd vno actu humano non tolluntur omnes reliquiæ peccati:quia vt dicitur in Prædicamentis, prauus ad meliores exercitationes deductus, ad modicum aliquid proficiet,vt melior fit.Multiplicato autē exercitio , ad hoc peruenit, vt sit bonus virtute acquisita.Hoc autem multò efficacius facit diuina gratia siue vno,siue pluribus actibus.

ARTICVLVS VI.

¶ *Vtrum remissio culpæ sit effectus pœnitentiæ.*

AD SEXTVM sic proceditur . Videtur quòd remissio culpæ non sit effectus pœnitentiæ , secundum quòd est virtus.Dicitur enim pœnitentia virtus, secundum quòd est principium humani actus . Sed humanus actus non operatur ad remissionem culpæ,qui est effectus gratiæ operantis. Ergo remissio culpæ non est effectus pœnitentiæ, secundum quòd est virtus.

4. dist. 14 q.1. ar.1.q.1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ Super Quæstionis octuagesimæseptimæ Articulum primum.

¶ Num ad remissionem mortalis peccati necessarium sit vt homo singula actualiter detestetur.

Quæstio. IN primo articulo 87. dubium duplex occurrit. Primum circa literam: vbi dicitur, Exigitur ad remissionem peccati mortalis, vt homo actualiter singula mortalia detestetur. Videtur enim hoc falsum: tū quia detestatio vniuersalis sufficit ad gratiā: alioquin non posset homo peccator subitò ingemiscēdo, cōsequi gratiam: quum non possit homo tā subitò rememorari singula peccata. Tum quia detestari singula mortalia aut intelligitur singulariter, aut in vniuersali, sed singulariter non potest intelligi quum tam multa cernamus videaruntur etiā in confessione de singulis sigillatim cōfiteri. Si autem intelligitur vniuersaliter, sequitur q̄ non erit opus rememorari singula.

¶ Num virtualis displicentia sufficiat quantum ad oblita tantum.

Quæstio. ¶ Alterum dubiū est circa illud, scilicet virtualis displicentia non sufficit ad remissionem peccati mortalis, nisi quantum ab oblita. Videtur enim hoc esse falsū: quoniam ex Domini sententia, dimissa sunt peccatrici peccata multa, quoniam dilexit multū. cōstat enim quòd dilectio non est nisi virtualis displicentia.

¶ Ad horum euidentiā duplicitēndū est distinctiōe, primo de remissione peccatorū dupliciter hoc est plena vel quo ad culpam tantū, & regulariter vel ex speciali gratia. Secundo est de displicentia peccati formali vel virtuali, & formali, generali, vel vniuersali. Vocatur autē displicentia formalis quæ formaliter est displicētia: quæ potest dupliciter contingere, scilicet vt sit vniuersalis, cōprehendens, scilicet omnia peccata cōmissa cum vera voluntate ab omnibꝰ & in singulis abstinendi. Et hoc potest esse in momento & est cōritio sufficiens ad remissionē infinitorum peccatorū mortalium: quis sufficiat ad gratiam habendā quātum est ex parte hominis: iuxta illud Trech. In quacunq; hora ingemuerit peccator. &c. & talis displicentia videtur fuisse in Latrone: & crebrò accidere creditur his qui vere cōuertuntur ad Deū post multa crimina. Alio autē modo contingit displicentia formalis, quū homini displicet se peccasse: quòd & omnia & singula sua peccata in generali sibi displicent, & vellet in ea amplius non incidere: non tamen pervenit ad hoc quòd verē vult seu proponit amplius non incidere, & hoc nō sufficit ad remissionem peccati mortalis. Virtualis autē displicentia vocatur, quæ nō est formaliter displicentia, sed est formaliter alius actus (puta dilectio Dei) tantæ vis, vt ex eo nata sit sequi displicentia peccatitata, si tunc occurreret memoria peccati, & ex vi illius actus sequeretur formalis displicentia peccati. Et sic omnis actus dilectionis Dei ex charitate procedens, potest dici virtualiter displicentia peccati mortalis.

¶ His præmissis ad primum dubium dicitur, quòd verba Autoris vera sunt de peccati mortalis remissione plena & regulari: quoniā regulariter nō fit remissio peccati mortalis quo ad culpā & omnē pœnam, nisi homo quantū in se est, detestetur singula mortalia: sicut in singulis plus sibi indulsit, quàm debuit.

¶ Præterea, Quædam aliæ virtutes sunt excellentiores pœnitentia. Sed remissio culpæ non dicitur effectus alicuius alterius virtutis. Ergo etiam non est effectus pœnitentiæ secundum quòd est virtus.

¶ Præterea, Remissio culpæ non est nisi ex virtute passionis Christi, secundum illud Hebr. 9. Sine sanguinis effusione non fit remissio. Sed pœnitentia, inquantum est sacramētum, operatur in virtute passionis Christi, sicut & cætera sacramenta, vt ex supradictis patet. Ergo remissio culpæ non est effectus pœnitentiæ inquantum est virtus, sed inquantum est sacramentum.

¶ SED CONTRA, Illud est propriè causa alicuius, sine quo esse non potest: omnis enim effectus dependet à sua causa. Sed remissio culpæ potest esse à Deo sine pœnitentiæ sacramento, non autem sine pœnitentia secundum quòd est virtus: vt suprà dictum est, vnde & ante sacramenta nouæ legis pœnitētibus Deus peccata remittebat. Ergo remissio culpæ est præcipuè effectus pœnitentiæ secundum quòd est virtus

CONCLVSIO.

¶ Culparum remissio effectus est pœnitentiæ secundum quòd virtus est principalius tamen vt sacramentum est.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd pœnitentia est virtus, secundū quòd est principium quorundam actuum humanorum. Actus autem humani, qui sunt ex parte peccatoris, materialiter se habent in sacramento pœnitentiæ. Omne autem sacramentum producit effectum suum non solùm virtute formæ, sed etiam virtute materiæ: ex vtroque enim est vnum sacramentum, vt suprà habitum est. Vnde sicut remissio culpæ fit in baptismo, non solùm virtute formæ, sed etiam virtute materiæ, scilicet aquæ: principalius tamen virtute formæ, ex qua & ipsa aqua virtutem recipit: ita etiam & remissio culpæ est effectus pœnitentiæ, principalius quidem ex virtute clauium, quas habent ministri, ex quorum parte accipitur id quod est formale in hoc sacramento (vt suprà dictum est) secundariò autem ex vi actuum pœnitentis, pertinentium ad virtutem pœnitentiæ: tamen prout hi actus aliqualiter ordinantur ad claues Ecclesiæ. Et sic patet, quòd remissio culpę est effectus pœnitentiæ, secundum quòd est virtus, principalius tamen, secundum quòd est sacramentum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd effectus gratiæ operantis est iustificatio impij: vt in Secunda parte dictum est. In qua, vt ibidem dictum est, non solùm est gratiæ infusio & remissio culpæ, sed etiam motus liberi arbitrij in Deum, qui est actus fidei formatæ, & motus liberi arbitrij in peccatum, qui est actus pœnitentiæ. Hi tamen actus humani sunt ibi, vt effectus gratiæ operantis, simul producti cum remissione culpę. Vnde remissio culpæ non fit sine actu pœnitentiæ virtutis, licet sit effectus gratiæ operantis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in iustificatione impij non solùm est actus pœnitentiæ, sed etiam actus fidei: vt dictum est. Et ideo remissio culpæ non ponitur effectus solùm pœnitentiæ virtutis: sed principalius fidei & charitatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ad passionem Christi ordinatur actus pœnitentiæ virtutis, & per fidem, & per ordinem ad claues Ecclesiæ. Et ideo vtroq; modo causat remissionem culpæ virtute passionis Christi.

¶ Ad id autem quod in contrarium obiicitur, dicendum est, quòd actus pœnitentiæ virtutis habet, quòd sine eo non possit fieri remissio culpæ, inquantum est inseparabilis effectus gratiæ, per quam principaliter culpa remittitur, quæ etiam operatur in omnibus sacramentis. Et ideo per hoc non potest concludi nisi quòd gratia est principalior causa remissionis culpæ, quàm pœnitentiæ sacramentum. Sciendum tamen, quòd etiam in veteri lege, & in lege naturæ, erat aliqualiter sacramentum pœnitentiæ: vt suprà dictū est.

¶ Quum autem quæritur, an de singulis sigillatim, &c. respondetur q̄ hoc potest dupliciter intelligi. Vel q̄ cuilibet peccato sigillatim debeatur sua propria detestatio: ita q̄ quot fuerunt peccata, tot oporteat esse detestationes & satisfactiones. Et hoc est ridiculū asserere, quum nec etiā confitendo oporteat tot esse actus integrales confitendo, quot sunt peccata: cōtingit enim vnico actu confiteri mille fornications. Vel quòd quodlibet peccatū determinet detestationē seu satisfactionē. Et hic est sensus literæ: ita q̄ sicut in confessione dum peccator dicit, Peccaui mille vicibus in fornicatione, ille terminat actualiter ad singulas mille fornicationū: ita quo ad actus interiores dum peccator displicent mille fornicationes, actualiter detestatur singulas illo vno & eodē actu. Et ad hoc seruit inquisitio diligēs ad rememorandū causa litera meminimus obliti sumus. Vel non occurrentia peccata in scipsis, sicut actualiter nō adsunt ante mentē peccatoris, ita nec actualiter terminat detestationē seu displicentiā. & hæc nō actualis terminatio suppletur quo ad plenā remissionē ex vniuersali displicentia, detestatione, ac satisfactione quę virtualiter includetur satisfactionē, quę debet huiusmodi nō occurrentibus.

¶ Ad secundū dubiū dicitur, q̄ Autor loquitur de plena remissione & regulariter: quoniā plena remissio regulariter exigit contritionem & cōfessionē singulorū, vbi oportet adesse displicentiā formalē licet non legamus, sed virtualē tantum in actu dilectionis, & fidei: lacrymæ tamen formales displicentiæ astantur. In cuius signū, quum post resurrectionem Lazari pedes Domini iterum vngerent, & capillis tergerent, lacrymæ non affuerunt, quia iam peccatrix non erat. Dominus autē originalē seu principalē actū qui est causa displicētiæ formalis, pro causa remissionis addocēs, non exclusit proximum actum displicentiæ formalis: quāuis si ex speciali dono Dei sola displicētia virtualis affuit, sufficeret saluatus.

¶ In responsione, ad secundum, aduerte idem esse iudicū q̄ Christo vel baptizato, quod intelligo secundū merita sua. Nam si quis iuste dormiuit cum proposito dicendi de peccatis, & non dixerit, ex ordinatione diuina, quòd ille sit excusatus à confessione, quia forte mortuus est, vel impeditus, saluatur.

¶ Num venniale peccatum opponatur feruori charitatis

Quæstio.

¶ In responsione ad tertium, circa materiā argumēti, scilicet peccatū veniale opponi feruori charitatis, Durandus in 4. sent. dist. 16. q. 1. arti. 2. occurrit dicēs hoc esse falsum: Tū quia nec formaliter nec consequutiue opponitur feruori charitatis. Et q̄ nō formaliter, probat, quia nec mortale peccatū opponitur formaliter charitati: quoniā consistit vtrunq; in deordinatione actus, cui formaliter opponitur ordinatio actus. Quod verò nec consequutiuè probat ex differētia inter mortale & veniale in hoc quia mortale non stat cū charitate, & ideo opponitur consequutiuè illi, veniale autem stat cum charitatis feruore, & ideo nec consequutiuè opponitur illi. Tum quia charitatis feruor non delet veniale sine displiscentia, sola autem displicentia sine tali feruore illud delet.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ argumentū supponit vnū falsum, scilicet peccatū mortale nō opponi formaliter charitati. nam licet charitati habituali peccatum mortale non opponatur formaliter quia actus non opponitur formaliter habituli sed demeritoriè: quia peccans mortaliter, meretur priuari charitatis habitu, idem ramē mortale peccatū, quatenus diuino opponitur bono actūque est inimicitiæ ad Deum formaliter opponit amicitiæ ad Deū. Et propterea sicut actus in inimicitia opponitur formaliter actuali amicitiæ, ita peccatū mortale opponitur formaliter actui charitatis, q̄ est actualis amicitia ad Deū. Vnde deordinatio actꝰ peccati mortalis primò importat deordinationem contrariè respectu diuinæ amicitiæ: quia hic primo habet rationē peccati mortalis (vt patet ex hostili pœna hinc sibi debita) & secundariò habet deordinationem respectu moralis ordinis, ac per hoc ordinatio, cui formaliter opponitur mortale peccatum, est ordinatio amicitiæ diuinæ, quam cōstat esse charitatem. Quocirca peccatū veniale, quia in hoc differt à mortali, q̄ mortale est contra diuinā amicitiā, veniale autem tā formaliter. & nō solùm virtualem. Magdalenæ autem displiscentiā formalē licet non legamus, sed virtualē tantùm in actu dilectionis, & fidei: lacrymæ tamen formales displicentiæ astantur. In cuius signū, quum post resurrectionem Lazari pedes Domini iterum vngerent, & capillis tergerent, lacrymæ non affuerunt, quia iam peccatrix non erat. Dominus autē originalē seu principalē actū qui est causa displicētiæ formalis, pro causa remissionis addocēs, non exclusit proximum actum displicentiæ formalis: quāuis si ex speciali dono Dei sola displicētia virtualis affuit sufficeret, saluatus.

¶ In responsione, ad secundum, aduerte idem esse iudicū q̄ Christo vel baptizato, quod intelligo secundū merita sua. Nam si quis iuste dormiuit cum proposito dicendi de peccatis, & non dixerit, ex ordinatione diuina, quòd ille sit excusatus à confessione, quia forte mortuus est, vel impeditus, saluatur.

¶ Num venniale peccatum opponatur feruori charitatis

¶ In responsione ad tertium, circa materiā argumēti, scilicet peccatū veniale opponi feruori charitatis, Durandus in 4. sent. dist. 16. q. 1. arti. 2. occurrit dicēs hoc esse falsum: Tū quia nec formaliter nec consequutiue opponitur feruori charitatis. Et q̄ nō formaliter, probat, quia nec mortale peccatū opponitur formaliter charitati: quoniā consistit vtrunq; in deordinatione actus, cui formaliter opponitur ordinatio actus. Quod verò nec consequutiuè probat ex differētia inter mortale & veniale in hoc quia mortale non stat cū charitate, & ideo opponitur consequutiuè illi, veniale autem stat cum charitatis feruore, & ideo nec consequutiuè opponitur illi. Tum quia charitatis feruor non delet veniale sine displiscentia, sola autem displicentia sine tali feruore illud delet.

¶ Ad hoc dicitur, q̄ argumentū supponit vnū falsum, scilicet peccatū mortale nō opponi formaliter charitati habituali sed demeritoriè: quia peccans mortaliter, meretur priuari charitatis habitu, idem ramē mortale peccatū, quatenus diuino opponitur bono actūque est inimicitiæ ad Deum formaliter opponit amicitiæ ad Deū. Et propterea sicut actus in inimicitia opponitur formaliter actuali amicitiæ, ita peccatū mortale opponitur formaliter actui charitatis, q̄ est actualis amicitia ad Deū. Vnde deordinatio actꝰ peccati mortalis primò importat deordinationem contrariè respectu diuinæ amicitiæ: quia hic primo habet rationē peccati mortalis (vt patet ex hostili pœna hinc sibi debita) & secundariò habet deordinationem respectu moralis ordinis, ac per hoc ordinatio, cui formaliter opponitur mortale peccatum, est ordinatio amicitiæ diuinæ, quam cōstat esse charitatem. Quocirca peccatū veniale, quia in hoc differt à mortali, q̄ mortale est contra diuinā amicitiā, veniale autem stat præter illā, bene diuinum est ab Autore, q̄ opponitur feruori charitatis: pro quanto retardat affectū hominis ab his quæ sunt propter amicitiæ officia.

¶ Et quòd obiicitur, quòd compatitur secum feruore charitatis, respondetur q̄ licet compatiatur secum aliquē feruorem charitatis, nō tamē omnē, in cuius signum feruor patriæ nullum compatitur veniale.

¶ Et si inferatur, quis est ille feruor in hac vita, qui nō cōpatitur secum veniale? respondetur, q̄ est ille qui virtualiter claudit infe displicentiā omnis retrahentis à diuinæ ardore amicitiæ, siue charitas habitualis sit magna siue parua. Quod patet ex eo quòd talis actualis feruor affectus ex charitate si vere habet, delet omne venialeque pro tūc fit affectus hominis est sine of venialī quo ad culpam.

¶ Ad secundā autem obiectionem dicitur q̄ nō est ex insufficientia feruoris charitatis, q̄ mediante pœnitentia deleat mortale. ¶ Quod autē dicitur, q̄ sola displicentia sine tali feruore delet veniale, potest bene & male intelligi. Si enim intelligatur sine feruore actus eliciti à charitate, tūc quodāmodo est verū & quodāmodo falsum: verum quidē quo ad hoc: quia sine tali feruore causante, displicētia à charitate impatata delet veniale. Falsum autē quo ad hoc, q̄ huiusmodi displicentia omnino sit absoluta à tali feruore: quoniā disponit seu parat affectum promptiorē ad talē charitatis feruorē, sicut veniale retardabat ab huiusmodi feruore. Si verò intelligatur per feruorē talem feruor

DEINDE considerandum est de remissione venialium peccatorum.

¶ Et circa hoc quęruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm sine pœnitentia peccatum veniale possit dimitti.

¶ Secundò, vtrùm possit dimitti sine gratię infusione.

¶ Tertiò, vtrùm peccata venialia remittantur per aspersionem aquæ benedictæ, & tonsionem pectoris, & orationem Dominicam, & alia huiusmodi.

¶ Quartò, vtrùm veniale peccatum possit remitti sine mortali.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm peccatum veniale possit remitti sine pœnitentia.

AD PRIMVM sic procedi-tur. Videtur quòd veniale peccatum possit remitti sine pœnitentia. Pertinet enim (vt suprà dictum est) ad rationem veræ pœnitentiæ, quòd non solum homo doleat de peccato præterito, sed etiam proponat cauere de futuro. Sed sine tali proposito peccata venialia dimittuntur, cùm certum sit, quòd homo sine peccatis & res diuinas, vt quicquid sibi occurreret quod eum ab hoc motu retardaret, displiceret ei, & doleret se commisisse: etiam si actu de illo non cogitaret. Quod tamen non sufficit ad remissionem peccati mortalis, nisi quantum ad peccata oblita post diligentem inquisitionem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo in gratia constitutus potest vitare omnia peccata mortalia & singula: potest etiam vitare singula peccata venialia, sed non omnia: vt patet ex his quæ in Secunda parte dicta sunt. Et ideo pœnitentia de peccatis mortalibus requirit, quòd homo proponat abstinere ab omnibus & singulis peccatis mortalibus: sed ad pœnitentiam peccatorum venialium requiritur, quòd homo proponat abstinere à singulis, non tamen ab omnibus: quia hoc infirmitas huius vitæ non patitur. Debet tamen habere propositum se præparandi ad peccata venialia minuenda, alioquin esset ei periculum deficiendi, cùm desereret appetitum proficiendi, seu tollendi impedimenta spiritualis profectus, quæ sunt peccata venialia.

¶ Ad secundum dicendum, quòd passio pro Christo suscepta (sicut suprà dictum est) obtinet vim baptismi. Et ideo purgat ab omni culpa & veniali & mortali, nisi actualiter voluntatem peccato inuenerit inhærentem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd feruor charitatis virtualiter implicat displicentiam venialium peccatorum, vt suprà dictum est.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm ad remissionem venialium peccatorum requiratur gratiæ infusio.

AD SECVNDVM sic procedi-tur. Videtur quòd ad remissionem venialium peccatorum requiratur gratiæ infusio. Effectus enim non est sine propria causa. Sed propria causa remissionis peccatorum est gratia: non enim ex meritis propriis peccata hominis remittuntur. vnde dicitur Ephes. 2. Deus qui dues est in misericordia propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, cùm essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia saluati estis. Ergo peccata venialia non remittuntur sine gratiæ infusione.

¶ Præterea, Peccata venialia non remittuntur sine pœnitentia. Sed in pœnitentia infunditur gratia, sicut & in aliis sacramentis nouæ legis. Ergo peccata venialia non remittuntur sine gratiæ infusione.

¶ Præterea, Peccatum veniale maculam quandam animæ infert. Sed macula non auferetur nisi per gratiam, quæ est spiritualis animæ decor. Ergo videtur quòd peccatis venialibus præsentem viram ducere non potest. Ergo peccata venialia possunt remitti sine pœnitentia.

¶ Præterea, Pœnitenria non est sine actuali displicentia peccatorum. Sed peccata venialia possunt dimitti sine displicentia eorum: sicut patet in eo qui dormiēs occideretur propter Christum. Statim enim euolaret, quod non contingit manentibus peccatis venialibus, Ergo peccata venialia possunt remitti sine pœnitentia.

¶ Præterea, Peccata venialia opponuntur seruori charitatis: vt in Secunda parte dictum est. Sed vnum oppositorum tollitur per aliud. Ergo per feruorem charitatis, quem contingit esse sine actuali displicentia peccati venialis, fit remissio peccatorum venialium.

¶ SED CONTRA est quòd Augusti. dicit in lib. de pœnitētia, quòd est quædam pœnitentia, quæ quotidie agitur in Ecclesia pro peccatis venialibus. Quæ frustra esset, si sine pœnitentia peccata venialia possent dimitti. Videtur ergo quòd peccata venialia non possint sine pœnitentia dimitti.

CONCLVSIO.

¶ Non potest venialium peccatorum aliquod absq; pœnitentiæ virtute remitti, nisi non tantum à Deo separet quantum mortale.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd remissio culpæ (sicut dictum est) fit per coniunctionem hominis ad Deum, à quo aliqualiter separat culpa. Sed hæc separatio perfectè quidem fit per peccatum mortale, imperfectè autem per peccatum veniale. Nam per peccatum mortale mens omnino à Deo auertitur, vtpote contra charitatem agens: per peccatum autem veniale retardatur affectus hominis ne promptè in Deum feratur. Et ideo vtrunque peccatum per pœnitētiam quidem remittitur, quia per vtrunque deordinatur voluntas hominis per immoderatam conuersionem ad bonum creatum. Sicut enim peccatum mortale remitti non potest quandiu voluntas peccato adhæret, ita etiam nec peccatum veniale: quia manente causa manet effectus. Exigitur autem ad remissionem peccati mortalis perfectior pœnitentia: vt scilicet homo actualiter peccatum mortale commissum detestetur quantum in ipso est: vt scilicet diligentiā adhibeat ad rememorandum singula peccata mortalia, vt singula detestetur. Sed hoc non requiritur ad remissionem venialium peccatorum. Non tamen sufficit habitualis displicentia, quæ habetur per habitum charitatis vel pœnitentiæ virtutis: quia sic charitas non compateretur peccatum veniale, quod patet esse falsum. Vnde sequitur quòd requiratur quædam virtualis displicentia: puta cùm aliquis hoc modo fertur secundum affectum in Deū cuiuscunq; actus à charitate quomodolibet procedētis, sic male intelligitur, quia displicentia non nisi charitate informata delet veniale: vt infertius arti. 4. patet. huiusmodi enim displicentia, qua deletur veniale, quidam charitatis feruor est: feruet enim per eum charitas ad consumptionem venialium impedimentum retardantium affectum à motu erga ea quæ Dei sunt.

¶ Super Quæstionis octuagesimæseptimæ Articulum secundum.

Annot.

IN art. 2. riuūlē. quæstionis aliq̄d occurrit notandū & aliquid dubitandū. Diligēter fiquidē notandū est, ab Autore hīc expresse haberi quod superflua diximus de effectu Eucharistiæ, scilicet quòd nō infunditur noua gratia, nec augetur per illā sine actu liberi arbitrij disponēte ad susceptionem seu augmentū. Dicitur enim hīc, q̄ non contingit esse infusionē gratiæ in adultis sine actuali motu liberi arbitrij in Deum, & in peccatum, & proportionaliter intelligendum est de augmento gratiæ.

¶ Num quandocunque gratia infunditur, venialia remittantur ex liberi arbitrij motu.

Quæstio. ¶ Dubitandum autē occurrit de illata ex prædicta sententia, cōclusione, scilicet, ideo quandocunq; de nouo gratia infunditur peccata venialia remittūtur. Et est ratio dubitandi quia nō omnis actus liberi arbitrij disponēte ad susceptionem seu augmentū gratiæ remittit peccata venialia. Vtrunq; tamen videtur sequi ex hac illatione, si bona est: quoniā ex cursu actus liberi arbitrij in Deū & in peccatum, infertur quòd infusio gratiæ remittit venialia.

¶ Ad horum euidētiam sciendum est, ad remissionem venialium quatuor concurrere, duo ex parte causæ, & duo ex parte effectus. Exigitur enim ad remissionē venialium ex parte causę, & q̄ homo sit in gratia, & quòd actualiter viatur illa. Et primū quidē habet ab Autore in artic. vlti. huius q. quia gratia Dei est remissiua peccati. secundū autem habetur in arti. præcedenti, & pluries repetitur in hac quæstione. Et quoniam primū potest esse sine secundo, ideo gratia comparitur secū peccata venialia. Secūdum autē quod nō potest esse sine primo, non sic accipiendū est, quasi quilibet actus charitatis deleat venialia: quoniā hoc esse falsum, ex eo probatur quod ſe queretur, peccata venialia regulariter deleri sine dispositio tam actuali, quàm virtuali. multi enim sunt actus charitatis neutram dispositionē annexam habentes, quales sunt actus non feruentes religionis, &c. ab habente charitatē eliciti. intelligēdum est ergo, quòd ad deletionem venialium vltra habitum gratiæ requiritur actus charitatis virtualiter vel formaliter inferens dispositionem venialium: vt ex primo arti. q. huius habere potes. Et propterea quæcunq; remissiua dicuntur peccatorū venialium, ad dictam dispositionem conducunt: vt patet etiā inducendo per illa tria quæ in tertio articulo numerantur remissiua venialium. nam in tertio subintelligitur dispositionis virtualis, in secundo dispositionis formalis, in primo autem dispositionis formalis communiter videtur si gratia infunditur, aut virtua-

Suprà, q. 65. ar. 1. ad 2. & infrà præsenti. q. arti. 3. co. et ar. 4. ad 2. & 4. dis. 16. qū. 2. art. 2. q. 1 et mal. q. 7. art. 11. cor. et ad 14. & artic. 12. cor. & ad 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lic,si gratia regetur.
¶Ex parte autem effectus cõsiderantur primo remissio culpæ, & secundario remissio pœnæ. Et culpa quidē remittitur secūdum Autore in tertio ad tertium, tum virtute alicuius latisfactionis,tum virtute charitatis, cuius actus exercitus, quod hic intelligo per latisfactionē eam quā aliquā intelligo aliquē illorū actuū quos pœnitentię virtus Deo reddit pro recōpensatione peccati quo ad culpā: puta displicentiā seu dolorē, cōfessionē interiorē, vel subiectionē, vel aliquid huiusmodi: non enim tam exacta requiritur pœnitentia in remissione culpæ venialis, qualis de remissione mortalium superius descripta est. Pœnæ verò remissio iuxta quantitatem seruoris in litera eadēquātificatur ab Autore, & bene: ita tamen vt per feruorē intelligas non tolūm feruorē actus elicti à charitate, sed etiā actus imperati ab eadē puta displicentiæ seu detestationis peccati tanta feruorē tū quidem alterius eorum quicunque sit ille, plus vel minus remittitur pœna venialis.
¶Ad obiectionem in oppositū, dicitur quòd ex litera non sequitur id quod obiiciendo infertur: sed tolūmodo quòd detestatio peccati & actus charitatis interuenientes infusionē gratię delent venialia. Constat autem quòd detestatio quæ assequitur infusionem gratiæ, nō est qualiscunq; detestatio: sed talis & tanta vt diuinæ intereatur præsentiā gratię. Et similiter actus charitatis seu fi lei formatę in Deū, non est quicūq; charitatis actus, sed exitali actuato conatu proueniens, vt diuinæ adsit infusio gratiæ: in huiusmodi enim detestatione peccati & motu in Deum, interuenit saltē virtualiter detestatio & venialium grauiorum, quæ dispoluerūt ad mortalia, & venialium, quæ impedierunt accessum ad hanc mutationē dexteræ Excelsi. Et cōmunitur interuenire etiā videtur dolor de offensa Dei in cōmuni, in quo claudatur detestatio venialium in genere, tatō enim vel nunquā accedere videtur accedenti & 8. ey bus ad sacramenta, vt doleant præcisè de mortali præceptocommuni- ter enim in communi peccatorum dolor occurrit.

Annot. supra, q.85.ar 1. ad 6. & 8. & q.87.ar 3.ad 3.et 4.di.16. q.2.arti. 3.q.4.et di.17.q. 3. & di 21.q. 2.arti. 1. & 2. & se tenere ex parte mal. q6. ne, sed ex parte culpæ: quia scilicet nulla culpa à Deo remittit nisi per

cata venialia non dimittantur sine gratiæ infusione.

¶SED CONTRA est quod peccatum veniale adueniens, non tollit gratiam, neque etiam diminuit eam, vt in Secunda parte habitum est. Ergo pari ratione ad hoc quòd peccatum veniale remittatur, non requiritur nouæ gratiæ infusio.

CONCLVSIO.

¶Cùm per peccatum veniale magis remittatur charitatis feruor quam tollatur, non necessario requiritur ad hoc vt tollatur pœnitentia, quamquam gratia & charitatis infusionem omnium venialium in quocunque adulto consequatur remissio.

¶RESPONDEO dicendum, quòd vnumquodque tollitur per suum oppositum. Peccatum autem veniale non contrariatur habituali gratiæ vel charitati: sed retardat actum eius, inquantum nimis inhæret homo bono creato, licet non contra Deum: vt in Secunda parte habitum est. Et ideo ad hoc quòd peccatum veniale tollatur, non requiritur quòd in subiecto aliqua habitualis gratia: sed sufficit aliquis motus gratiæ vel charitatis ad eius remissionem. Quia tamen in habentibus vsum liberi arbitrij, in quibus solis possunt esse venialia peccata non contingit esse infusionem gratiæ sine actuali motu liberi arbitrij in Deum & in peccatum, ideo quandocunq; de nouo gratia infunditur, peccata venialia remittuntur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd etiam remissio peccatorum venialium est effectus gratiæ, per actum scilicet quem de nouo elicit: non autem per aliquid habituale de nouo animæ infusum.

¶Ad secundum dicendum, quòd peccatum veniale nunquā remittitur sine aliquali actu pœnitentiæ virtutis, explicito scilicet vel implicito: vt suprà dictum est. Potest tamen remitti peccatum veniale sine pœnitentiæ sacramento, quod in absolutione sacerdotis formaliter perficitur: vt suprà dictum est. Et ideo non sequitur quòd ad remissionem venialis peccati requiratur gratiæ infusio: quæ licet sit in quolibet sacramento, non tamen est inquolibet actu virtutis.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut in corpore contingit esse maculam dupliciter: vno modo per priuationem eius, quod requiritur ad decorem, puta debiti coloris aut debitæ proportionis membrorum, alio modo per superinductionem alicuius impedientis decorem: puta luti aut pulueris. Ita etiam animæ inducitur macula vno modo per priuationem decoris gratiæ per peccatum mortale: alio modo per inclinationem affectus inordinatam ad aliquid temporale: & hoc fit per peccatum veniale. Et ideo ad tollendam maculam peccati mortalis requiritur infusio gratiæ: sed ad tollendam maculam venialis peccati, requiritur aliquis actus procedens ex gratia, per quam remoueatur inordinata adhæsio ad rem temporalem.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm venialia peccata remittantur per aspersionem aquæ benedictæ, &c huiusmodi.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd venialia peccata non remittantur per aspersionem aquæ benedictæ, & Episcopalem benedictionem, & alia huiusmodi. Peccata enim venialia non remittuntur sine pœnitentia, vt dictum est. Sed pœnitentia per se sufficit ad remissionem venialium peccatorum. Ergo ista nihil operantur ad huiusmodi remissionem.

¶Præterea, Quolibet istorum eandem relationem habet ad vnum peccatum veniale, & ad omnia. Si ergo per aliquod istorum remittitur aliquod peccatum veniale, sequitur quòd pari ratione remittantur omnia. Et ita per vnam tunfionem peccatoris, vel per vnam aspersionem aquæ benedictæ, redderetur homo immunis ab omnibus peccatis venialibus quod videtur inconueniens.

¶Præterea, Peccata venialia inducunt reatum alicuius pœnæ, licet temporalis: dicitur enim 1.Cor.3. de eo qui superædificat lignum, fœnum, & stipulam, quòd saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Sed huiusmodi, per quæ dicitur peccatum veniale dimitti, vel nullam vel minimam pœnam in se habent. Ergo non sufficiunt ad plenam remissionem venialium peccatorum.

¶SED CONTRA est quòd Aug. dicit in lib. de Pœnitentia, quòd pro leuibus peccatis pectora nostra tundimus, & dicimus, Dimitte nobis debita nostra. Et ita videtur quòd tunsio pectoris & oratio Dominica causent remissionem venialium peccatorum. Et eadem ratio videtur esse de aliis.

CONCLVSIO.

¶Quamuis noua gratia infusio ad venialium remissionem minimè necessaria sit, aliqua tamen gratiæ infusionem sequuntur, quibus venialia deleri possunt, vt generalis confessio, pectoris tunsio, & dominica oratio, prout motu quodam detestationis peccati sunt: benedictio aquæ episcopalis, aspersio aquæ benedictæ, & alia huiusmodi eorundem operantur remissionem, & quædam sunt reuerentiæ in Deum motu.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut dictum est) ad remissionem venialis peccati non requiritur nouæ gratiæ infusio: sed sufficit aliquis actus procedens ex gratia, quo aliquis detestetur peccatum veniale vel explicitè, vel saltē implicitè: sicut cùm aliquis feruētèr mouetur in Deum. Et ideo triplici ratione aliqua causant remissionem venialium peccatorum. Vno modo inquantum in eis infunditur gratia: quia per infusionem gratiæ tolluntur venialia peccata, vt suprà dictum est. Et hoc modo per Eucharistiā & extremam vnctionem, & vniuersaliter per omnia sacramenta nouæ legis, in quibus confertur gratia peccata venialia remittuntur. Secundò, inquantum sunt cum aliquo motu detestationis peccatorum. Et hoc modo confessio generalis, tunsio pectoris, & oratio Dominica, operantur ad remissionem venialium peccatorum: nam in oratione Dominica petimus, Dimitte nobis debita nostra. Tertio modo, inquantum sunt cum aliquo motu reuerentiæ in Deū, & ad res diuinas. Et hoc modo benedictio episcopalis aspersio aquæ benedictæ, quælibet sacramentalis vnctio, oratio in Ecclesia dedicata, & si aliqua alia sunt huiusmodi, operantur ad remissionem venialium peccatorum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omnia ista causant remissionem peccatorum venialium, inquantum inclinant animam ad motum pœnitētiæ: qui est detestatio peccatorum vel implicitè, vel explicitè.

¶Ad secūdum dicendum, quòd omnia ista quantum est de se, operantur ad remissionem omnium peccatorum venialium. Potest tamen impediri remissio quantum ad aliqua peccata venialia, quibus mens actualiter inhæret: sicut & per fictionem interdum impeditur effectus baptismi.

¶Ad tertium dicendum, quòd per prædicta tolluntur quidem peccata venialia quantum ad culpam, tum virtute alicuius satisfactionis tum etiam virtute charitatis, cuius motus per prædicta excitatur. Non autem per quodliber prædictorum semper tollitur totus reatus pœnæ: quia sic qui esset omnino immunis à peccato mortali, aspersus aqua benedicta, statim euolaret. Sed reatus pœnæ remittitur per prædicta secundum modum feruoris in Deum, qui per prædicta excitatur, quandoq; magis, quandoq; autem minus.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm venialia peccatum possit remitti sine mortali.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd veniale peccatum possit remitti sine mortali. Quia sicut per illud Ioan. 8. Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat, dicit quædam gloss. quòd omnes

omnes illi erant in peccato mortali: venialia enim eis dimittebātur per cæremonias. Ergo veniale peccatū potest remitti sine mortali.

¶Præterea, Ad remissionem peccati venialis non requiritur gratiæ infusio, requiritur autem ad remissionem mortalis. Ergo veniale peccatum potest remitti sine mortali.

¶Præterea, Plus distat peccatum veniale à mortali quam ab alio veniali. Sed vnum veniale potest dimitti sine alio: vt dictum est. Ergo veniale potest dimitti sine mortali.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Matth.5. Amen dico tibi, non exies inde. (scilicet ex carcere, in quem intruditur homo pro peccato mortali) donec reddas nouissimum quadrantem. Per quem significatur veniale peccatum. Ergo veniale peccatum non remittitur sine mortali.

CONCLVSIO.

¶Non potest venialium aliquod absque mortali dimitti, cum nulla dimittatur culpa absque gratiæ infusione.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) remissio culpæ cuiuscunq; nunquam fit nisi per virtutē gratiæ: quia vt Apostolus dicit Rom.4. Ad gratiā Dei pertinet, quòd Deus alicui non imputet peccatum: quod glos. ibi exponit de veniali. Ille autem qui est in peccato mortali, caret gratia Dei. Vnde nullum veniale sibi remittitur.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd venialia ibi dicuntur irregularitates siue immunditiæ, quas contrahebāt secundū legem.

¶Ad secundum dicendum, quòd licet ad remissionem peccati venialis non requiratur noua infusio habitualis gratiæ: requiritur tamen aliquis gratiæ actus, qui non potest esse in eo qui subiacet peccato mortali.

¶Ad tertium dicendum, quòd peccatum veniale non excludit omnem actum gratiæ, per quem possunt omnia peccata venialia dimitti. Sed peccatum mortale excludit totaliter habitum gratiæ: sine quo nullum peccatum mortale vel veniale remittitur. Et ideo non est similis ratio.

QVAESTIO OCTVAGESIMAOCTAVA, De reditu peccatorum per pœnitentiam dimissorum, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de reditu peccatorum per pœnitentiam dimissorum.

¶Et circa hoc quærūtur quatuor.

¶Primò, vtrùm peccata per pœnitentiam dimissa, redeant simpliciter per sequens peccatum.

¶Secundò, vtrùm aliquo modo per ingratitudinem redeant specialius secundum quædam peccata.

¶Tertio, vtrùm peccata redeant in æquali reatu.

¶Quartò, vtrùm illa ingratitudo, per quam redeunt, sit speciale peccatum.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm peccata dimissa redeant per sequens peccatum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd peccata dimissa, redeant per sequens peccatum. Dicit enim Aug. in lib. de Baptismo, Redire dimissa peccata, vbi fraterna charitas non est, apertissimè Dominus in Euangelio docet in illo seruo, à quo dimissum debitum Dominus petiit, eo quòd ille conseruo suo debitum nollet dimittere. Sed fraterna charitas tollitur per quodlibet peccatum mortale. Ergo per quodlibet sequens mortale peccatum redeunt peccata prius per pœnitentiam dimissa.

¶Præterea, Super illud Luc.11. Reuertar in domum meam vnde exiui, dicit Beda, Timendus est iste versiculus, nec non exponendus, ne culpa quam in nobis extinctam credebamus, per incuriam nos vacantes opprimat. Hoc autem non esset nisi rediret. Ergo culpa per pœnitentiam dimissa redit.

¶Præterea, Ezechiel. 18. Dominus dicit, Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur. Sed inter alias iustitias quas fecit, etiam præcedens pœnitentia con tinetur, cùm suprà dictum sit pœnitentiam esse partem iustitiæ. Ergo postquam pœnitens peccat, non imputatur ei præcedens pœnitentia, per quam consecutus est veniam peccatorum. Redeunt ergo illa peccata.

¶Præterea, Peccata præterita per gratiam reguntur, vt patet per Apostolum Rom.4. inducentem illud Psalmistæ, Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Sed per peccatum mortale sequens, gratia tollitur. Ergo peccata quæ fuerant prius commissa, remanent detecta. Et ita videtur quòd redeant.

¶SED CONTRA, est quòd Apostolus dicit Rom.11. Sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei. Sed peccata pœnitentis sunt dimissa per donum Dei. Ergo per peccatum sequens non redeunt dimissa peccata, quasi Deus de dono remissionis pœniteat.

¶Præterea, Augustinus dicit in lib. responsionum Prosperi, Qui recedit à Christo, & alienatus à gratia, finit hanc vitam: quid nisi in perditionem vadit? sed non in id, quod dimissum est recedit, nec pro originali peccato damnabitur.

CONCLVSIO.

¶Quanquam à parte conuersionis non redeant simpliciter peccata dimissa per peccatum sequens, à parte tamen auersionis redire dicuntur, quo homo per peccatum sequens redit ad priorem statum in quo erat gratia & charitate priuatus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) in peccato mortali sunt duo, scilicet auersio à Deo, & conuersio ad bonum creatum. Quicquid autem est ex parte auersionis in peccato mortali, secundum se consideratum est cōmune omnibus peccatis mortalibus: quia per quodlibet peccatū mortale homo auertitur à Deo. Vnde & per consequens macula, quæ est per priuationem gratiæ, & reatus pœnæ æternæ, cōmunia sunt omnibus peccatis mortalibus. Et secundum hoc intelligitur id quod dicitur Iac.2. Qui offendit in vno, factus est omnium reus. Sed ex parte conuersionis, peccata mortalia sunt diuersa, & interdum contraria. Vnde manifestum est, quòd ex parte conuersionis, peccatum mortale sequens non facit redire peccata mortalia prius abolita: alioquin sequeretur, quòd homo per peccatum prodigalitatis reduceretur in habitum vel dispositionem auaritiæ prius abolitæ. Et sic contrarium esset causa sui contrarij: quod est impossibile. Sed considerando in peccatis mortalibus id, quod est ex parte auersionis absolutæ, per peccatum mortale sequens redit illud quod fuerat in prioribus peccatis ante dimissionem, inquantum per peccatum mortale sequens homo priuatur gratia, & fit reus pœnæ æternæ, sicut & prius

*¶Primò quia culpa venialis consistit in deordinatione voluntatis, quæ tollitur per detestationem displicentiam eius, quod indebitè placuit.
¶Secundò, quia puer nō baptizatus in originali existens peccato, quando venit ad ætatem, potest primò peccare venialiter, & statim mori, & tunc proceditur, an puniatur pœna æterna pro peccato veniali, an pœna temporali, &c.
¶Tertiò, Per opera bona facta extra charitatē potest aliquis secūdum omnes mereri de congruo aliquod bonū temporale: ergo expiationem pœnæ temporalis debitę peccato venitali.
¶Ad hęc facilè dicitur, quòd culpa peccati venialis nō tollit totūmodo rectitudinē actus voluntarij, sed etiam ordinem ad actualem dilectionē Dei, est enim imperditum seruoris charitatis: & ex hac parte habet rationē culpæ & offensę Dei. Et propterea dato quòd sistens in peccato mortali possit separatē rectitudinem venialis peccati (puta quis ex mendacio iocoso vel officioso) habitus est ad veritatem diligendam etiam iocosè & officiosè) nō pęterea remissionē cōsequetur est parte culpæ, qua aliquo modo Deum offendit quantū nulla offensa fine gratia à Deo dimittitur. Nec displicentia illa quæ in hoc ponitur, sufficit ad remissionem culpæ quia non est Deo accepta sine gratia vt in litera dicitur ex Psal. & Apostolo & gloss. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum, &c.
¶Ad secundum dicitur, quòd si casus accideret, & peccatū illud veniale æternaliter punieretur per accidens, hoc esset ratione status: quia esset in statu, in quo semper maneret culpa, manente autem culpa in æternum, debet etiam pœna esse æterna, vt ipsemet Dūran. in eodem lib. approbat.
¶Ad tertium dicitur, q. quicquid sit de pœna, secundō est quòd per bona opera facta extra charitatē possit aliquis mereri de congruo remissionem culpæ & pro pœna argumentū non militat contra præcitatem doctrinam.*

Annot.

¶Super Quæstionis octuagesimæoctauæ Articulum primum.

IN art.1.q.88. circa illud, homo secundò peccant, ex hoc ipso videtur grauius peccare, quàm prius peccaue rat, dubiū occurrit: nam fallum videtur secundū peccatum esse grauius primo, imò totū oppositum, quoniam primū peccatū est casus ab innocentia: secundum autem addit sordē sordi-

Supra p. ar. 3. & 3. peccatum esse grauius primo, imò totū oppositum, quoniam primū peccatū est casus ab innocentia: secundum autem addit sordē sordi-

Infrà 4. p. ar. 3. & 4. di. 15. q. 1. ar. 2. & 3. & 4. di. 16. q. 1. ar. 1. & 2.

*iuxta illud, Qui sordidè est, sordescat adhuc. Cōstat autem maioris ingratitudinis esse peccare contra beneficium innocentiæ ex quo aggrauatur primum peccatum, quàm contra beneficium expectationis ad pœnitentiam, ex quo aggrauatur secundum peccatum.
¶Ad hoc dicitur, q. nō est hic sermo comparatiuus peccatorū penes grauitatē, sed continentię, quasi virtualis prioris peccati in posteriori non simpliciter, sed secundū quid: hoc est secundum aliquā certam specialem rationē, puta quia posterius peccatū est contra sustinentem indignum sustineri. Et ideo cum hac doctrina stat quòd primum peccatū fuerit ex propria specie grauius, puta blasphemia Dei, secundò existente peccato gulę. & secundum rationem ingratitudinis: puta qa primū fuit contra beneficium innocentiæ, secundum autem erit & leuissimū ex sua specie mortale esset, semper habet hanc aggrauantem circūstantiā ingratitudinis ex priore peccato consurgentē: quòd est contra hoc beneficium expectationis indigni ex priore commisso peccato: secundū hanc enim circunstantiam grauius est secundum peccatū, quàm primum. Et hinc Autor ad similem grauitatem secundum similem circunstantiam procedit in litera. peccatū enim post pœnitētiam (vt in tertio patet articulo) nō oportet esse grauius absolutę peccato dimisso: sed semper est grauius secundō quid, hoc est secundū hanc circūstantiā quæ est contra eum qui remisit priora peccata: secundum hāc enim circunstantiā peccatum post pœnitentiam continere dicitur virtualiter peccata prius dimissa: quia ex illis peccatis consurgit hæc circunstantia aggrauans peccatum post pœnitentiam.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

& prius erat. Verùm quia auersio in peccato mortali, ex conuersione quodammodo causatur, recipiunt ea quę sunt ex parte auersionis quodammodo diuersitatem per comparationem ad diuersas conuersiones sicut ad diuersas causas: ita quòd sit alia auersio, & alia macula, & alius reatus, prout consurgit ex alio & alio actu peccati mortalis. Et hoc modo in quæstionem vertitur, vtrùm macula & reatus pœnæ æternæ secundum quòd causabantur ex actibus peccatorum prius dimissorum, redeant per peccatũ mortale sequens. Quibusdam igitur visum est, quòd simpliciter etiam hoc modo redeant. Sed hoc non potest esse: quia opus Dei per opus hominis irritari non potest. Remissio autem peccatorum priorum, fuit opus diuinæ misericordiæ. Vnde non potest irritari per sequens peccatum hominis, secundum illud Roman. 3. Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit? Et ideo alij ponentes peccata redire, dixerunt, quòd Deus non remittit peccata pœnitenti postmodum peccaturo, secundum præscientiam, sed solùm secundum præsentem iustitiam. præscit enim se pro his peccatis eum æternaliter puniturum, & tamen per gratiam facit eum præsentialiter iustum. Sed nec hoc stare potest: quia si causa absolutè ponatur, & effectus ponitur absolutè. Si igitur non absolutè fieret, per gratiam & gratiæ sacramenta peccatorum remissio, sed cum quadam conditione in futurum dependente, sequeretur quòd gratia & gratiæ sacramenta non essent sufficiens causa remissionis peccatorum. Quod est erroneum: vtpote derogans gratiæ Dei. Et ideo nullo modo potest esse, quòd macula & reatus præcedentium peccatorum, redeant secundum quòd ex talibus actibus causabantur. Contingit autem quòd sequens actus peccati, virtualiter continet reatum prioris peccati, inquantum scilicet aliquis homo secundò peccans, ex hoc ipso videtur grauius peccare quàm prius peccauerat: secundum illud Rom. 2. Secundum duritiam tuam, & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ, ex hoc scilicet solo quòd contemnitur Dei bonitas, quæ ad pœnitentiam expectat. Multo autem magis contemnitur Dei bonitas si post remissionem prioris peccati, secundò peccatum iteretur: quantò maius est beneficium peccatum remittere, quàm peccatorem sustinere. Sic igitur per peccatum sequens pœnitentiam, redit quodammodo reatus peccatorum prius dimissorum, non inquantum causabatur ex illis peccatis prius dimissis, sed inquantum causabatur ex peccato vltimo perpetrato, quod aggrauatur ex peccatis prioribus. Et hoc non est peccata dimissa redire simpliciter, sed redire secundum quid, inquantum scilicet virtualiter in peccato sequenti continentur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illud verbum Augustini videtur esse intelligendum de reditu peccatorum, quantum ad reatum pœnæ æternæ in se consideratum: quia scilicet post pœnitentiam peccans, incurrit reatum pœnæ æternæ, sicut & prius. Non tamen omnino propter eandem rationem. Vnde Augustin. in lib. de Responsionibus Prosperi, cùm dixisset, quòd non id quod remissum est recidit, nec pro originali peccato damnatur: subdit, qui tamen ea morte afficitur, quæ ei propter peccata dimissa debebatur: quia scilicet incurrit mortem æternam: quam meruerat per peccata præterita.

¶Ad secundum dicendum, quòd in illis verbis non intendit dicere Beda, quòd culpa prius dimissa hominem opprimat per reditum reatus præteriti: sed per iterationem actus.

¶Ad tertium dicendum, quòd per sequens peccatum, iustitiæ priores obliuioni traduntur, inquantum erant meritoriæ vitæ æternæ: non tamen inquantum erant impeditiuæ peccati. Vnde si aliquis peccet mortaliter, postquam restituit debitum, non efficitur reus, quasi debitum non reddidisset. Et multò minus traditur obliuioni pœnitentia prius acta, quantum ad remissionem culpæ, cùm remissio culpæ magis sit opus Dei, quàm hominis.

¶Ad quartum dicendum, quòd gratia simpliciter tollit maculam & reatum pœnæ æternæ. Tegit autem actus peccati præteritos, ne scilicet propter eos Deus hominem gratia priuet, & reum habeat pœnæ æternæ. Et quod gratia semel fecit, perpetuò manet.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm peccata dimissa, redeant per ingratitudinem quæ specialiter est secundum odium fraternum, apostasiam à fide, contemptum confessionis & dolorem de pœnitentia habita.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd peccata dimissa non redeant per ingratitudinem, quæ specialiter est secundum quatuor genera peccatorum, scilicet secundum odium fraternum, apostasiam à fide, contemptum confessionis, & dolorem de pœnitentia habita (secundum quòd quidam mentiendo dixerunt,

4. dist. 21. q. 1. artic. 1. con. & artic. 3.

Fratres odit, apostata fit, spernit que fateri,

Pœnituisse piget, pristina culpa redit.) Tantò enim est maior ingratitudo, quantò grauius est peccatum, quod qui contra Deum committit post beneficium remissionis peccatorum. Sed quædam alia peccata sunt his grauiora: sicut blasphemia contra Deum, & peccatum in Spiritum sanctum. Ergo videtur quòd peccata dimissa non redeant magis secundum ingratitudinem commissam secundum hæc peccata, quàm secundum alia.

¶Præterea, Rabanus dicit, Nequam seruum tradidit Deus tortoribus, quoadusque redderet vniuersum debitum, quia non solùm peccata quæ post baptismum homo egit, reputabuntur ei ad pœnam, sed & originalia, quæ in baptismo sunt ei dimissa. Sed etiam peccata venialia inter debita computantur, pro quibus dicimus, Dimitte nobis debita nostra. Ergo ipsa etiam redeunt per ingratitudinem. Et pari ratione videtur, quòd per peccata venialia redeant peccata prius dimissa, & non solùm per peccata prædicta.

¶Præterea, Tantò est maior ingratitudo, quantò post maius beneficium acceptum aliquis peccat. Sed beneficium Dei est etiam ipsa innocentia, qua peccatum vitamus: dicit enim Aug. in 10. Confess. Gratiæ tuæ deputo quæcunque peccata non feci. Maius autem donum est innocentia, quàm etiam remissio omnium peccatorum. Ergo non minus est ingratus Deo qui peccat post innocentiam, quàm qui peccat post pœnitentiam. Et ita videtur quòd per ingratitudinem, quæ fit secundum peccata prædicta, non maximè redeant peccata dimissa.

¶SED CONTRA est, quòd Greg. dicit 18. Moral. Ex dictis Euangelicis constat, quòd si quid in nos delinquitur, ex corde non dimittimus, & illud rursus exigitur, quod nobis iam per pœnitentiam dimissam fuisse gaudebamus. Et ita propter odium fraternum specialiter peccata dimissa redeunt secundum ingratitudinem. Et eadem ratio videtur de aliis.

CONCLVSIO.

¶Peccata per pœnitentiã dimissa per sequens peccatum redire eò dicũtur, quo ingratitudinis ratione eorũ reatus in sequẽs culpa virtualiter cõtinetur.

¶RESPONDEO dicendum, (quòd sicut suprà dictum est) peccata dimissa, per pœnitentiam redire dicuntur, inquantum reatus eorum ratione ingratitudinis, virtualiter continetur in peccato sequenti. Ingratitudo autem potest committi dupliciter: vno modo ex eo quòd aliquid fit contra beneficium. Et hoc modo per omne peccatum mortale quo Deum offendit, redditur homo ingratus Deo, qui peccata remisit. Et sic per quodlibet peccatum mortale sequens, redeunt peccata prius dimissa, ratione ingratitudinis. Alio modo committitur ingratitudo non solùm faciendo contra ipsum beneficium, sed etiam faciendo contra formam beneficij præstiti. Quæ quidem forma si attendatur ex parte benefactoris, est remissio debitorum. Vnde contra hanc formam facit, qui fratri petenti veniam non remittit: sed odium tenet. Si autem attendatur ex parte pœnitentis, qui recipit hoc beneficium, inuenitur ex parte eius duplex motus liberi arbitrij. Quorum primus est motus liberi arbitrij in Deum, qui est actus fidei formatæ. Et contra hoc facit homo apostatando à fide. Secundus autem est motus liberi arbitrij in peccatum, qui est actus pœnitentiæ. Ad quem primò pertinet (vt suprà dictum est) quòd homo detestetur peccata præterita, & contra hoc facit ille, qui dolet se pœnituisse. Secundò pertinet ad actum pœnitentiæ, vt pœnitens proponat se subiicere clauibus Ecclesiæ per confessionem: secundum illud Psal. Dixit, confitebor aduersum me iniustitias meas Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Et contra hoc facit ille, qui contemnit confiteri secundum quòd proponebat. Et ideo dicitur quòd specialiter ingratitudo horum peccatorum, facit redire peccata prius dimissa.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc non dicitur specialiter de istis peccatis, quia sint cæteris grauiora: sed quia directius opponuntur beneficio remissionis peccatorum.

¶Ad secundũ dicendum, quòd etiã peccata venialia & ipsum originale redeũt modo prædicto, sicut & peccata mortalia, inquantum contemnitur Dei beneficium, quo hæc peccata sunt remissa.

Non tamen per peccatum veniale aliquis incurrit in ingratitudinẽ: quia homo peccando venialiter, non facit contra Deum, sed præter ipsum. Et ideo per peccata venialia, nullo modo peccata dimissa redeunt.

¶Ad tertium dicendum, quòd beneficium aliquod habet pensari dupliciter. Vno modo ex quantitate ipsius beneficij. Et secundum hoc innocentia est maius Dei beneficium quàm pœnitentia, quæ dicitur secunda tabula post naufragium. Alio modo potest pensari beneficium ex parte recipientis, qui minus est dignus, & sic magis fit sibi gratia: vnde & ipse magis est ingratus si contemnat. Et hoc modo beneficium remissionis culpæ est maius, inquantum præstatur totaliter indigno, & ideo ex hoc sequitur maior ingratitudo.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm per ingratitudinem peccati sequentis, consurgat tantus reatus, quantus fuerat peccatorum prius dimissorum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd per ingratitudinem peccati sequentis consurgat tantus reatus, quantus fuerat peccatorum prius dimissorum. Quia secundum magnitudinem peccati est magnitudo beneficij, quo peccatum remittitur, & per consequens magnitudo ingratitudinis, qua hoc beneficium contemnitur. Sed secundũ quantitatem ingratitudinis, est quantitas reatus consequentis. Ergo tantus est reatus qui consurgit ex ingratitudine sequentis peccati, quantus fuit reatus omnium præcedentium peccatorum.

¶Præterea, Magis peccat, qui Deum offendit, quàm qui offendit hominem. Sed seruus manumissus ab aliquo domino, reducitur in eandem seruitutem, à qua prius fuit liberatus, vel etiam in grauiorem. Ergo multò magis ille, qui contra Deum peccat post liberationem à peccato reducitur in tantum reatum pœnæ quantum primò habuerat.

¶Præterea, Matth. 18. dicitur, quod iratus Dominus tradidit eum (cui replicantur peccata dimissa, propter ingratitudinem) tortoribus quoadusque redderet vniuersum debitum. Sed hoc non esset, nisi consurgeret ex ingratitudine tantus reatus quantus fuit omnium præteritorum peccatorum. Ergo æqualis reatus per ingratitudinem redit.

¶SED CONTRA est, quòd dicitur Deuter. 25. Pro mensura peccati erit & plagarum modus. Ex quo patet, quòd ex paruo peccato non consurgit magnus reatus. Sed quandoque peccatum mortale sequens, est multò minus quolibet peccatorum prius dimissorum. Non ergo ex peccato sequenti redit tantus reatus, quantus fuit peccatorum prius dimissorum.

CONCLVSIO.

¶Non oportet quòd ingratitudinis vitio per sequens peccatum tantus redeat reatus, quantus fuerit præcedentium delictorum, sed necessarium est proportionaliter quantò peccata prius dimissa plura fuerunt & maiora, tantò maior reatus per qualecunque peccatum sequens redeat.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd ex peccato sequenti, propter ingratitudinem consurgit tantus reatus, quantus fuit reatus peccatorũ prius dimissorum super reatum propriũ huius peccati. Sed hoc non est necessarium: quia sicut suprà dictum est, reatus præcedentium peccatorũ non redit per peccatum sequens, inquantum sequebatur ex actibus præteritorum peccatorum, sed inquantum consequitur actum sequentis peccati. Et ideo oportet, quòd quantitas reatus redeuntis sit secundum grauitatem peccati subsequentis. Potest autem contingere, quòd grauitas peccati subsequentis adæquetur grauitati omnium peccatorum præcedentium. Sed hoc non semper est necesse, siue loquamur de grauitate eius, quam habet ex sua specie (cùm quandoque peccatum sequens sit fornicatio simplex, peccata verò præterita fuerunt adulteria vel homicidia seu sacrilegia) siue etiam loquamur de grauitate, quam habet ex ingratitudine annexa. Non enim oportet, quòd quantitas ingratitudinis sit absolutè æqualis quantitati beneficij suscepti, cuius quantitas attenditur secundum quantitatem peccatorum prius dimissorum: contingit enim quòd contra idem beneficium vnus est multum ingratus, vel secundum intensionem contemptus beneficij, vel secundum grauitatem culpæ contra benefactorem commissæ, alius autem parum, vel quia minus contẽnit, vel quia minus contra benefactorem agit. Sed proportionaliter quantitas ingratitudinis adæquatur quantitati beneficij: supposito enim æquali contemptu beneficij, vel offensa benefactoris, tantò erit grauior ingratitudo, quantò beneficium fuit maius. Vnde manifestum est, quòd non est necesse quòd propter ingratitudinem, semper per peccatum sequens redeat tantus reatus, quantus fuit præcedentium peccatorũ: sed necesse est quòd proportionaliter quantò peccata prius dimissa fuerunt plura & maiora, tantò redeat maior reatus per qualecunque sequens mortale peccatum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd beneficium remissionis culpæ recipit quantitatem absolutam secundum quantitatem peccatorum prius dimissorũ. Sed peccatum ingratitudinis non recipit quantitatem absolutam secundum quantitatem beneficij, sed secundum quantitatem contemptus vel offensæ: vt dictum est. Et ideo ratio non sequitur.

¶Ad secundum dicendum, quòd etiam seruus manumissus non reducitur in pristinam seruitutem pro qualicunque ingratitudine: sed pro aliqua graui.

¶Ad tertium dicendum, quòd illi cui peccata dimissa replicantur propter subsequentem ingratitudinem, redit vniuersum debitum, inquantum quantitas peccatorum præcedentium proportionaliter inuenitur in ingratitudine subsequenti: non autem absolutè, vt dictum est.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm ingratitudo, ratione cuius sequens peccatum facit redire peccata prius dimissa, sit speciale peccatum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd ingratitudo, ratione cuius sequens peccatum facit redire peccata prius dimissa, sit speciale peccatum. Retributio enim gratiarum pertinet ad contra passum, quod requiritur in iustitia: vt patet per Philosophum 5. Ethic. Sed iustitia est specialis virtus. Ergo ingratitudo est speciale peccatum. *2. 2. qũ. 107. art. 2. ad 1. Et 4. di. 22. qũ. 1. ar. 3. q. 3.*

¶Præterea, Tullius in 2. Rhetor. ponit quòd gratia est specialis virtus. Sed ingratitudo opponitur gratiæ. Ergo ingratitudo est speciale peccatum.

¶Præterea, Specialis effectus à speciali causa procedit. Sed ingratitudo habet specialem effectum, scilicet quòd facit aliqualiter redire peccata prius dimissa. Ergo ingratitudo est speciale peccatum.

¶SED CONTRA, Illud quod consequitur omnia peccata, non est speciale peccatum. Sed per quodcunque peccatum mortale aliquis efficitur Deo ingratus: vt ex præmissis patet. Ergo ingratitudo non est speciale peccatum.

CONCLVSIO.

¶Non semper, sed aliquando ingratitudo peccati sequentis speciale peccatum est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ingratitudo peccantis quandoque est speciale peccatum: quandoque autem non, sed est circumstantia generaliter consequens omne peccatũ mortale

¶Super Quæstionis octuagesimæoctauæ Articulum tertium.

Anast. IN artic. 3. eiusdem q. intelligenda nouitia ingratitudine non habere quantitatẽ ex quã citate beneficij, quãuis habeat ex illo speciem: sicut nec odium habet quãlitatem ex obiecto odio habito. non enim oportet tantum esse odium, quantum est odibile: contingit enim vnum & idem plus & minus odio haberi. Et similiter non oportet tantum esse amorem, quantum est amatum: est enim aliquid plus amabile quàm ametur: & sic de aliis. Quantificatur autem ingratitudo ex beneficio (vt in litera dicitur) proportionaliter, & hoc est dicere, quòd si cõparentur duæ ingratitudines ad duo beneficia, verum est quod cæteris paribus quantò beneficium maius est beneficio, tantò ingratitudo maior est ingratitudine. Et propterea tantò peccatum post pœnitentiã est secundum ingratitudinis circunstantiã grauius, quantò contra maius est beneficium remissio nis peccatorũ. Et quia beneficium remissionis quantificatur secũdum peccata dimissa, ideo tanto grauius quis post pœnitentiã peccat, quã tò maior peccator prius fuit: & cæteris paribus quantò pluries dimissa sibi peccata fuerunt. *4. dist. 21. q. 1. artic. 2. q. 3.*

¶Super Quæstionis octuagesimæoctauæ Articulum quartum.

Anast. IN artic. 4. eiusdem q. aduerte nouitie, ingratitudinem, de qua est sermo, non esse speciale peccatum non solùm ea ratione, quia ipsa & peccatum, puta fornicatio post pœnitẽtiam, non constituunt duo peccata, scilicet ingratitudinis & fornicationis, sed ea potius ratione: quia huiusmodi ingratitudinis circunstantia non apponit citra peccatum post pœnitentiam deformitatem alterius speciei ab ipso peccato: imò ingratitudo ista trahitur ad speciem peccati quod circunstat, puta fornicationis, si peccatum post pœnitentiam est fornicatio, & sic de aliis. Simile est enim de similibus consequentibus ad omnia peccata mortalia: puta odio Dei & cõtemptu diuini præcepti. quilibet enim peccans mortaliter interpretatiuè & contẽnit diuinum præceptũ quod transgreditur, & in odiũ inimicitiæ diuinæ charitati oppositum incidit. Hæc tamen circunstantia ad eandem pertinẽt speciem peccati, in qua est peccatũ, cuius sunt circunstantiæ: & non trahunt peccatum in speciem odij diuini & speciem inobedientiæ, prout secundum se hæc sunt specialia peccata, ad quas tamen species traherent siquis ex Dei odio & contemptu præcepti fornicaretur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *super Quæstionis octuagesimanona Articulum primum.*

Anot.

IN quæstione 89. qua tuor notanda occurrunt. Primum in art. primo ad secundū: vbi dicitur quòd contritio se habet vt vltima dispositio ad gratiā consequendam. Sciēdum est enim duplicitersumi contritionē: vel pro ipso actu nudo: vel pro ipso actu informato charitate. Perfectus siquidē dolor de peccatis cōmissis ex voluntate satisfaciendi, &c. contritio dicitur, formata quidē si charitate vestita cōsideretur, absolutè verò si nodata sumatur. Et sic nudè cōsiderauit eam Autor, quū dixit quòd est vltima dispositio ad gratiā, formata autē charitate cōsideratur, quum describitur q̄ est dolor charitate informatus.

¶Secundum notādum est in 1. art. in calce cor. vbi dicitur, & eadē ratio est de virtutibus, quæ ex gratia cōsequūtur. Potest siquidē hoc dupliciter intelligi, vel referendo singulas virtutes ad singulas p̄cedentis dispositiones in refurgē te: vel referendo quantitatē virtutum ad quantitatē gratiæ. Et primo quidē intellectu sensus esset, q̄ resurgēs à peccato, recuperat aliquā infusam virtutē maiorē, & aliquā minorē, si ad vnā magis se disposuit, quàm ad aliā, sicut recuperat gratiam maiorem vel minorē, prout magis vel minus se disposuit ad illā. Iuxta secundū verò intellectum sensus esset, q̄ recuperans gratiā minorē recuperat etiā virtutes minores: & si recuperat gratiā æqualē deperditæ, recuperat etiā virtutes æquales: & si maiorē, maiores. Quicquid autē de veritate primi dicti secundū se sit, p̄sentī tamē literæ secundus solus sensus cōsonat: quoniam in literā redditur ratio quare est eadē ratio de gratia & virtutibus. Et ratio quæ redditur, est inæqualia virtutū ex gratia: ex hoc enim q̄ virtutes cō sequuntur ad gratiam, absq; scrupulo ambiguitatis colligitur, deducitur quòd ad maiorem gratiam sequuntur maiores virtutes, & ad minorem minores.

¶Tertiò aduertendū est in 1. art. in cor. vbi de irregularitate homicidij & defensione commissi tangitur. Distinguendū siquidē est de defensione. Nam quæda est necessitans ad homicidiū: quum quis scilicet non potest totaliter se defendendo, fuū euadere inuasorem, nisi occidat illum, & hæc inducit irregularitatē per nouā iurā, condita scilicet post tantum beati Tho. vt patet in 6. de homicidio. cap. vnico. Defensio autem non vrgens ad homicidiū & olim & nunc irregularē constituit: & de hac textus ille intelligendus est.

Supra q. 152. art. 3. ad 3. Et 4. dist. 14. q. 2. art. 2.

¶Quarto aduertendum est in 3. art. in cor. illud cum responsione ad tertium, quòd aliud est loqui de opere meritorio, & aliud est loqui de quantitate operis meritorij. Quū enim mortificata resuiuiscit, semper omnia opera meritoria quæ mortificata erant, resuiuiscūt: quoniā illi in quo resuiuiscit, debita est vita æterna ex vi illorū priorū operum, & non solùm ex vi p̄sentis operis. Et ita quòd hoc operatur resuiuiscere, quòd ex pluribus capitibus deberut huic vitæ æterna, scilicet ex meritis prioribus, & ex meritis posterioribus. Sed quātitas operis meritorij nō semper resuiuiscit simpliciter: quoniam non semper recuperat propriā efficaciā, quæ est perducere hōminē ad tantū gradum beatitudinis æternæ: vt patet in eo qui resurgit in minori gratia, ita quòd in illa minore decidit. talis enim nunquā pertuenit ad illā beatitudinē gradū, quē quantitas p̄cedentis meriti debitum sibi fecerat. Et in p̄ōptu causa huius nō resuiuiscentiæ est ipsa resurgētis in dispositione: sicut enim si non resurrexisset à peccato, mortificata merita non sibi redderentur: quia peccatum proprium impedisset meritorum efficaciam: ita resurgendo à peccato, cum minore tamē gratia ex hoc ipso indispositus est ad suscipiendū fructum maioris meritipīpīē enim minor conatus resurgētis, & ad maiora non progredientis, impedimentum p̄stat efficaciæ quātitatis magni meriti p̄cedētis. Et facit vt quātitas illa nō reuiuiscat sibi simpliciter & absolutè: sed quo tamen stat, q̄ reuiuiscit illi secundū quid, hoc est quo ad gaudiū accidentale, quia, vt in litera dicitur, plus gaudebit de maiore merito p̄cedente quàm de minore quod subsequutum est.

Anot.

¶Quarto aduertendum est in 5. art. in cor. illud cum responsione ad tertium, quòd aliud est loqui de opere meritorio, & aliud est loqui de quantitate operis meritorij. Quū enim mortificata resuiuiscit, semper omnia opera meritoria quæ mortificata erant, resuiuiscūt: quoniā illi in quo resuiuiscit, debita est vita æterna ex vi illorū priorū operum, & non solùm ex vi p̄sentis operis. Et ita quòd hoc operatur resuiuiscere, quòd ex pluribus capitibus deberut huic vitæ æterna, scilicet ex meritis prioribus, & ex meritis posterioribus. Sed quātitas operis meritorij nō semper resuiuiscit simpliciter: quoniam non semper recuperat propriā efficaciā, quæ est perducere hōminē ad tantū gradum beatitudinis æternæ: vt patet in eo qui resurgit in minori gratia, ita quòd in illa minore decidit. talis enim nunquā pertuenit ad illā beatitudinē gradū, quē quantitas p̄cedentis meriti debitum sibi fecerat. Et in p̄ōptu causa huius nō resuiuiscentiæ est ipsa resurgētis in dispositione: sicut enim si non resurrexisset à peccato, mortificata merita non sibi redderentur: quia peccatum proprium impedisset meritorum efficaciam: ita resurgendo à peccato, cum minore tamē gratia ex hoc ipso indispositus est ad suscipiendū fructum maioris meritipīpīē enim minor conatus resurgētis, & ad maiora non progredientis, impedimentum p̄stat efficaciæ quātitatis magni meriti p̄cedētis. Et facit vt quātitas illa nō reuiuiscat sibi simpliciter & absolutè: sed quo tamen stat, q̄ reuiuiscit illi secundū quid, hoc est quo ad gaudiū accidentale, quia, vt in litera dicitur, plus gaudebit de maiore merito p̄cedente quàm de minore quod subsequutum est.

tale, quod contra Deum committitur. Peccatum enim speciem recipit ex intentione peccantis. vnde vt Philosophus dicit 5. Eth. Ille qui mœchatur, vt furetur, magis est fur, quàm mœchus. Si igitur aliquis peccator in contemptum Dei & suscepti beneficij aliquod peccatum committat, illud peccatum trahitur ad speciem ingratitudinis. Et hoc modo ingratitudo peccantis, est speciale peccatum. Si verò aliquis intendens aliquod peccatum committere (puta homicidium, aut adulterium) non retrahatur ad hoc propter hoc quòd pertinet ad Dei cōtemptum, ingratitudo non erit speciale peccatum: sed traheturad speciem alterius peccati, sicut circunstantia quædam. Vt autem Augustin. dicit in lib. de natura & gratia, non omne peccatum est ex contemptu, & tamen in omni peccato Deus cōtemnitur in suis præceptis. Vnde manifestum est, quòd ingratitudo peccantis quandoque est speciale peccatum, sed non semper. Et per hoc patet responsio ad obiecta. Nam primæ rationes concludunt quòd ingratitudo secundum se sit quædam species peccati. Vltima autem ratio concludit, quòd ingratitudo secundū quòd inuenitur in omni peccato, nō sit speciale peccatū.

QVAESTIO OCTVAGESIMANONA. *de Virtutum recuperatione per Pœnitentiam, in sex articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de recuperatione virtutum per pœnitentiam.

¶Et circa hoc quæruntur sex.

¶Primò, vtrùm per pœnitentiam restituantur virtutes.

¶Secundò, vtrùm restituantur in æquali quantitate.

¶Tertiò, vtrùm restituatur pœnitenti æqualis dignitas.

¶Quartò, vtrùm opera virtutum, per peccatum sequens mortificentur.

¶Quintò, vtrùm opera mortificata per peccatum, per pœnitentiam reuiuiscant.

¶Sextò, vtrùm opera mortua, id est, absq; charitate facta, per pœnitentiam viuificentur.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm per pœnitentiam virtutes restituantur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd per pœnitentiam virtutes non restituantur. Non enim possent virtutes amissæ, per pœnitentiam restitui, nisi pœnitentia virtutes causarer. Sed pœnitentia cùm sit virtus, non potest esse causa omnium virtutum: præsertim cùm quædam virtutes sint naturaliter priores pœnitentia, scilicet fides, spes & charitas: vt suprà dictum est. Ergo per pœnitentiam non restituuntur virtutes.

¶Præterea, Pœnitentia in quibusdam actibus pœnitentis consistit. Sed virtutes gratuitæ non causantur ex actibus nostris: dicit enim Augustin. in lib. de Libero arbit. quòd virtutes Deus in nobis sine nobis operatur. Ergo videtur quòd per pœnitentiam non restituantur virtutes.

¶Præterea, Habens virtutem sine difficultate & delectabiliter actus virtutum operatur: vnde Philosophi. dicit in 1. Ethic. quòd non est iustus, qui non gaudet iusta operatione. Sed multi pœnitentes adhuc difficultatem patiuntur in operando actus virtutum. Non ergo per pœnitentiam restituuntur virtutes.

¶SED CONTRA est, quòd Luc. 15. Pater mandauit quòd filius pœnitens indueretur stola prima. Quæ secundum Ambr. est amictus sapientiæ. Quam simul consequuntur omnes virtutes: secundum illud Sap. 8. Sobrietatem & iustitiam docet, prudentiam & virtutem, quibus vtilius nihil est in vita hominibus: ergo per pœnitentiam omnes virtutes restituuntur.

CONCLVSIO.

¶ Cùm per pœnitentiam gratia infundatur, omnes virtutes animæ restituuntur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd per pœnitentiam remittuntur peccata, vt dictum est. Remissio autem peccatorum non potest esse nisi per infusionem gratiæ. Vnde relinquitur quòd per pœnitentiam homini gratia infundatur. Ex gratia autem consequuntur omnes virtutes gratuitæ, sicut ex essentia animæ fluunt omnes potentiæ: vt in Secunda parte habitum est. Vnde relinquitur quòd per pœnitentiam omnes virtutes restituantur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd eodem modo pœnitentia restituit virtutes, per quem modum est causa gratiæ: vt iam dictum est. Est autem causa gratiæ inquantum est sacramentum: nam inquantum est virtus, est magis gratiæ effectus. Et ideo non oportet quòd pœnitentia, secundum quòd est virtus, sit causa omnium aliarum virtutum: sed quòd habitus pœnitentiæ, simul cum habitibus aliarum virtutum, per sacramentum pœnitentiæ causentur.

¶Ad secundum dicendum, quòd in sacramento pœnitentiæ, actus humani se habent materialiter: sed formalis vis huius sacramenti dependet ex virtute clauium. Et ideo virtus clauium effectiuè causat gratiam & virtutes, instrumentaliter tamen: sed actus primus pœnitentis se habet, vt vltima dispositio ad gratiam consequendam, scilicet contritio: alij verò sequentes actus pœnitentiæ, procedunt iam ex gratia & virtutibus.

¶Ad tertium dicendum, quòd (sicut suprà dictum est) quandoque post primum actum pœnitentiæ, qui est cōtritio, remanent quædam reliquiæ peccatorum, scilicet dispositiones ex prioribus actibus peccatorum causatæ, ex quibus præstatur difficultas quædam pœnitenti, ad operandum opera virtutum. Sed quantum est ex ipsa inclinatione charitatis & aliarum virtutum, pœnitens opera virtutis delectabiliter & sine difficultate operatur: sicut si virtuosus, per accidens difficultatem pateretur in executione actus virtutis propter somnum, aut aliquam corporis indispositionem.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm post pœnitentiam resurgat homo in æquali virtute.

Infra q. 89. art. 3. ad 3.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd post pœnitentiam resurgat homo in æquali virtute. Dicit enim Apostolus Rom. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Vbi dicit glos. Aug. quòd hoc adeò verum est, vt si qui horum deuient & exorbitent, hoc ipsum eis Deus faciat in bonum proficere. Sed hoc non esset, si homo resurgeret in minori virtute. Ergo videtur quòd nunquam pœnitens resurgat in minori virtute.

3. dist. 31. q. 1. art. 4. q. 1. ad 2.

¶Præterea, Ambr. dicit, quòd pœnitentia res optima est, quæ omnes defectus reuocat ad perfectum. Sed hoc non esset, nisi virtutes in æquali quantitate recuperarentur. Ergo per pœnitentiam semper recuperatur æqualis virtus.

¶Præterea, super illud Gen. primo, Factum est vespere & mane dies vnus, dicit glos. Vespertina lux est, à qua quis cecidit: matutina, in qua resurgit. Sed lux matutina est maior vespertina. Ergo aliquis resurgit in maiori gratia vel charitate, quàm prius habuerit. Quod etiam videtur per id quod Apostolus dixit Rom. 5. Vbi abūdauit delictum, superabundauit & gratia.

¶SED CONTRA, Charitas proficiens vel perfecta, est maior quàm charitas incipiens. Sed quandoq; aliquis cadit à charitate proficiente, resurgit autem in charitate incipiente. Ergo semper resurgit homo in minori virtute.

CONCLVSIO.

¶ Cùm per pœnitentiam resurgat homo nonnunquam in maiori, aliquando in minori seu æquali gratia, ita aliquando resurgit in maiori vel minori, vel æquali virtute.

¶RESPONDEO dicendum, (quòd sicut dictum est) motus liberi arbitrij, qui est in iustificatione impij, est vltima dispositio ad gratiam. Vnde in eodem instanti est gratiæ infusio cum prædicto motu liberi arbitrij, vt in Secunda parte habitum est. In quo quidem motu comprehenditur actus pœnitentiæ, vt suprà dictum est. Manifestum est autem, quòd formæ, quæ possunt recipere magis & minus, intenduntur & remittuntur secundum diuersam dispositionem subiecti, vt in Secunda parte habitum est. Et inde est, quòd secundum quòd motus liberi arbitrij, in pœnitentia est intensior vel remissior, secundum hoc pœnitens consequitur maiorem vel minorem gratiam. Contingit autem intensionem motus pœnitentis quandoque proportionatam esse maiori gratiæ, quàm illa, à qua cecidérat per peccatum: quandoque autem æquali, quandoque verò minori. Et ideo pœnitens quandoque resurgit in maiori gratia, quàm prius habuerat, quandoque autem in æquali, quandoq; etiam in minori. Et eadem ratio est de virtutibus, quæ ex gratia consequuntur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non omnibus diligentibus Deum cooperatur in bonum hoc ipsum quòd per peccatum à Dei amore cadunt: quod patet in his qui cadunt, & nunquam resurgunt, vel qui resurgunt, iterum caluri. Sed his tantum qui secundum propositum vocati sunt sancti, id est, prædestinatis, qui quotiescunque cadunt, finaliter tamen resurgunt. Cedit ergo eis in bonum hoc, quòd cadunt, non quia semper in maiori gratia resurgant: sed quia resurgunt in permanentiori gratia. Non quidem ex parte ipsius gratiæ (quia quantò gratia est maior, tantò de se est permanentior) sed ex parte hominis, qui tantò stabilius in gratia permanet, quantò est cautior & humilior. Vnde & glossa ibidem subdit, quòd ideo proficit eis in bonum, quòd cadunt, quia humiliores redeunt atq; doctiores.

¶Ad secundum dicendum, quòd pœnitentia quantum est de se, habet virtutem reparandi defectus ad perfectum, & etiam promouendi in vlteriorem statum. Sed hoc quandoque impeditur ex parte hominis, qui remissius mouetur in Deum, & in detestationem peccati: sicut etiam in baptismo aliqui adulti consequuntur maiorem vel minorem gratiam, secundum quòd diuersimode se disponunt.

¶Ad tertium dicendum, quòd assimilatio illa vtriusque gratiæ ad lucem vespertinam & matutinam, fit propter similitudinem ordinis: quia post lucem vespertinam sequuntur tenebræ noctis, post lucem autem matutinam sequitur lux diei: non autem propter similitudinem maioris vel minoris quantitatis. Illud etiam verbū Apostoli intelligitur de gratia Christi: quæ superat omnem abundantiam humanorum peccatorum. Non autem est verum in omnibus, quòd quantò abundantius peccauit, tantò abundantiorem gratiam consequatur, pensata quantitate habitualis gratiæ. Est tamen superabundans gratia quantum ad ipsam gratiæ rationem: quia magis gratis beneficium remissionis magis peccatori confertur. Quanuis quandoq; abundarrer * peccantes abundanter deleant: & sic abundantiorem habitum gratiæ & virtutum consequuntur: sicut patet in Magdalena.

Aliàs hic habetur 89. q. 1. ad 1. Aliàs hic habetur 89. q. 1. ad 2.

¶Ad id verò quod in contrarium obiicitur dicendū, quòd vna & eadem gratia maior est proficiens quàm incipiens. Sed in diuersis hoc non est necesse. vnus enim incipit à maiori gratia, quam alius habeat in statu profectus, sicut Greg. dicit in 2. Dialog. Quatenus

& præsentes & secururi omnes agnoscerent, benedictus puer cō uersationis gratiam à quanta perfectione cepisset.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm per pœnitentiam restituatur homo in pristinam dignitatem.

3. dist. 31. q. 1. art. 4. q. 1. ad 2. Et 4. dist. 14. q. 1. art. 5. q. 1. ad 3. Et dist. 19 q. 1. art. 3. q. 2. ad 2. Et dist. 37. q. 2. art. 2.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd per pœnitentiam non restituatur homo in pristinam dignitatem. Quia super illud Amos 5. Virgo Israël cecidit. dicit glos. Non negat posse resurgere, sed non resurget virgo Israël: quia semel aberrans ouis, etsi reporterur humeris pastoris, non habet tantam gloriam, quantā quæ nunquam erranit. Ergo per pœnitentiam non recuperat homo pristinam dignitatē.

¶Præterea, Hier. dicit, Quicunque dignitatem diuini gradus non custodiunt, contenti fiant animam saluare, reuerti enim in pristinum gradum difficile est. Et Inn. Papa. dicit, quòd apud Niceā constituti canones, pœnitentes etiam ab infirmis officiis clericorum excludunt. Non ergo per pœnitentiam homo recuperat pristinam dignitatem.

¶Præterea, Ante peccatum potest aliquis ad maiorem gradum ascendere. Non autem hoc post peccatum conceditur pœnitenti: dicitur enim Ezech. 44. Leuitæ qui recesserunt à me, nunquam appropinquabunt mihi, vt sacerdotio fungantur. Et sicut habetur in Decret. distin. 50. in Hilerdensi concilio legitur, Hi qui sancto altari deseruiunt, si subitò in fienda carnis fragilitate corruerint, & Domino respiciente dignè pœnituerint, officiorum suorum sic loca recipiant, vt non possint ad altiora officia vlterius promoueri. Non ergo pœnitentia restituit hominem in pristinam dignitatem.

Et dist. 37. q. 2. art. 2. ad 4.

¶SED CONTRA est, quòd sicut in eadem dist. legitur, Greg. scribens Secundino, dicit, Post dignam satisfactionem credimus hominem posse redire ad suum honorem. Et in concilio Agathensi legitur, Contumaces clerici, prout dignitatis ordo permiserit, ab episcopis corrigantur: ita vt cùm eos pœnitentia correxerit, gradum suum dignitatémq; recipiant.

CONCLVSIO.

¶ Potest homo per pœnitentiam ad principalem dignitatem, quam peccando amisit, ad Dei videlicet filiationem redire, innocentiam autem amissam recuperare non potest: ecclesiasticam verò dignitatem, quam peccādo amisit, recuperare prohibetur, vel quia non pœnitet, vel negligenter pœnitentiam fecit, vel propter irregularitatem seu scandalum commissi criminis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd homo per peccatum duplicem dignitatem amittit: vnam quantum ad Deum: à liam verò quantum ad Ecclesiam. Quantum autem ad Deum, amittit duplicem dignitatem: vnam principalem, qua scilicet computatus erat inter filios Dei per gratiam. Et hanc dignitatem recuperat per pœnitentiam: quod significatur Luc. 15. in filio prodigo, cui pœnitenti pater iussit restitui stolam primam & anulum & calciamenta. Aliam verò dignitatem amittit secundariam, scilicet innocentiam: de qua (sicut ibidem legitur) gloriabatur filius senior dicens, Ecce tot annis seruio tibi, & nunquam mandatum tuum præterii. Et hanc dignitatem pœnitens recuperare non potest. Recuperat tamen quandoque aliquid maius: quia, vt Gregor. dicit in Homil. de centum ouibus, qui erraſſe à Deo se confiderant, damna præcedentia lucris sequentibus recompensant. Maius ergo gaudium de eis fit in cælo: quia & dux in prælio plus esu militem diligit, qui post fugam reuersus hostem fortiter premit, quàm illum qui nunquam terga præbuit, & nunquam aliquid fortiter fecit. Dignitatem autem Ecclesiasticam homo per peccatum perdit: quia indignum se reddit ad ea, quæ competunt dignitati ecclesiasticæ exercenda. Quam quidem recuperare prohibetur. Vno modo, quia non pœnitet. vnde Isidor. ad Massinum * episcopum scribit (sicut in eadem dist. legitur c. Dominos.) Illos ad pristinos gradus redire canones præcipiunt quos pœnitentiæ præcessit satisfactio, vel condigna peccatorum confessio. at contra hi, qui à vitio corruptionis non emendantur, nec gradum honoris, nec gratiam recipiunt communionis. Secundò, quia pœnitentiam negligenter facit. vnde in eadem distin. cap. si quis diaconus. dicitur, Cùm in aliquibus nec compunctio humilitatis, nec instantia orandi appareat, nec ieiuniis, vel lectionibus eos vacare videamus, possumus agnoscere si ad pristinos honores redirent, cum quanta negligentia permanerent. Tertiò, si commisit aliquod peccatum quod habet irregularitatem annexam. vnde in eadem distinctio. ex concilio Martini

** Aliàs Massanum.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Martini Papæ dicitur, Si quis viduam, aut ab alio relictam duxerit, non admittatur ad clerum: quòd si irrepserit, deiiciatur. Similiter si homicidij, aut facto, aut præcepto, aut consilio, aut defensione post baptismum conscius fuerit. Sed hoc non est ratione peccati, sed ratione irregularitatis. Quarto, propter scandalum, vnde & in eadem dist, legitur, c. de his verò. Rabanus dicit, Hi qui deprehensi vel capti fuerint publicè in periurio, furto, atque fornicatione, & cæteris huiusmodi criminibus, secundum canonum sacrorum institutiones à proprio gradu decidant: quia scandalum est populo Dei, tales personas super se positas habere. Qui autem de prædictis peccatis, absconsè à se commissis, occultè sacerdoti confitentur, si se per ieiunia & eleemosynas, vigiliasque & sacras orationes purgare curauerint, his etiam gradu proprio seruato spes veniæ de misericordia Dei promittenda est. Et hoc est quod dicitur extrà de qualitate ordinandorum, c. quæsitum. Si crimina ordine iudiciario comprobata vel aliàs notoria non fuerint, præter reos homicidij, post pœnitentiam in susceptis vel iam suscipiendis ordinibus impediri non possunt.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd eadem ratio est de recuperatione virginitatis & de recuperatione innocentiæ, quæ pertinet ad secundariam dignitatem quo ad Deum.

¶Ad secundum, dicendum, quòd Hier. in verbis illis non dicit esse impossibile, sed esse difficile hominem recuperare post peccatum pristinum gradum: quia hoc non conceditur nisi perfectè pœnitenti: vt dictum est. Ad statuta autem canonum, quæ hoc prohibere videntur, respondet Aug. Bonifacio scribens: Vt constitueretur in Ecclesia, ne quisquam post alicuius criminis pœnitentiam, clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu maneat, non desperatione indulgentiæ, sed rigore factum est disciplinæ: alioquin contra claues Ecclesiæ datas disputabitur: de quibus dictum est, Quæcunq; solueritis super terram, soluta erũt & in cælo. Et postea subdit, Nam & sanctus Dauid de criminibus mortiferis egit pœnitentiam, & tamen in honore suo perstitit: & beatum Petrum quando amarissimas lacrymas fudit, vtique Dominum negasse pœnituit, & tamen Apostolus permansit. Sed nõ ideo putanda est superuacua posteriorum doctorum diligentia: qui vbi saluti nihil detrahebatur humilitati aliquid addiderunt: experti vt credo, aliquorum fictas pœnitentias per affectatas honorum * potentias.

*Aliàs pompas.

¶Ad tertium dicendum, quòd illud statutum intelligitur de illis qui publicam pœnitentiam agunt: qui postmodum non possunt ad maiorem prouehi gradum. Nam & Petrus post negationem, pastor ouium Christi constitutus est: vt patet Ioan. vlt. Vbi etiã Chrysostomus dicit, quòd Petrus post negationem & pœnitentiam, ostendit se habere maiorem fiduciam ad Christum: qui enim in cœna non audebat interrogare, sed Ioanni interrogationem commisit, huic postea & præpositura fratrum credita est: & non solùm non committit alteri interrogare quæ ad ipsum pertinent, sed de reliquo ipse pro Ioanne magistrum interrogat.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm opera virtutum in charitate facta possint mortificari.

2 2. q. 80. 132. art. 3. ad 1. Et 3 dis. 36. art. 5. ad 1. Et 4. dis. 14. q. 2 ar. 3. q 2. Et dis. 21 q. 1. art. 1. q. 1. ad 3. Et dist 22. q. 1. artic. 1. ad. 6. Et Heb. 6. col. 1. fi.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd opera virtutum in charitate facta, mortificari non possint. Quod enim non est, immutari non potest. Sed mortificatio est quædam mutatio de vita in mortem. Cùm ergo opera virtutum postquam facta sunt, iam non sint, videtur quòd vlterius mortificari non possint.

¶Præterea, Per opera virtutum in charitate facta, homo meretur vitam æternam. Sed subtrahere mercedem merenti, est iniustitia quæ non cadit in Deum. Ergo non potest esse, quòd opera virtutum in charitate facta, per peccatum sequens mortificentur.

¶Præterea, Fortius non corrumpitur à debiliori. Sed opera charitatis sunt fortiora quibuslibet peccatis: quia, vt dicitur Prouerb. 10. Vniuersa delicta operit charitas. Ergo videtur quòd opera in charitate facta, per sequens mortale peccatum mortificari non possint.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ezech. 18. Si auerterit se iustus à iustitia sua, omnes iustitiæ eius, quas fecerat, non recordabuntur.

CONCLVSIO.

¶Opera in charitate facta mortificari per mortale peccatum dicuntur, inquantum retardatur, vel impeditur effectus virtuosarum operationum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd res viua, per mortem perdit operationem vitæ. Vnde per quandam similitudinem dicuntur res mortificari, quando impediuntur à suo propio effectu vel operatione. Effectus autem operum virtuosorum, quæ in charitate fiunt, est perducere ad vitam æternam. Quod quidem impeditur per peccatum mortale sequens, quod gratiam tollit. Et secũdum hoc opera in charitate facta mortificari dicuntur per sequẽs peccatum mortale.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut opera peccatorum transeunt actu, & manent reatu, ita opera in charitate facta, postquam transeunt actu, manent merito in Dei acceptatione. Et secundum hoc mortificantur, inquantum impeditur homine consequatur suam mercedem.

¶Ad secundum dicendum, quòd sine iniustitia potest merces sub trahi merenti, quando ipse reddidit se indignum mercede per cul pam sequentem. Nam & ea quæ homo iam accepit, quandoq; iustè, propter culpam perdit.

¶Ad tertium dicendum, quòd non est propter fortitudinem operum peccati, quòd mortificantur opera prius in charitate facta: sed est propter libertatem voluntatis, quæ potest à bono in malum deflecti.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm opera mortificata per peccatum, per pœnitentiam reuiuiscant.

4. dist. 14. q. 4. ar. 3 q 3. Et dist 22 q. 1. ar. 3 q. 3. Et dist 24 q. 1. art. 1. ad 1. Et dist 40 q. 1. ar. 1. col. 2 ad 4. Et dist 50. q. 1. ar. 1. ad 4. Et dist 79. q. 1. ar. 1. ad 1. Et dist 81. q. 1. ar. 1. ad 1. Et dist 86. q. 1. ar. 1. ad 1. Et dist 90. q. 1. ar. 1. ad 1. Et dist 91. q. 1. ar. 1. ad 1. Et dist 92. q. 1. ar. 1. ad 1. Et dist 93. q. 1. ar. 1. ad 1. Et dist

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Super Quæstionis nonagesimæ Articulum secundum.*

Annot. IN eisdem q. artic. in responsione ad primum, dubii occurrit circa ipsam responsionem, pro quanto dicit, quòd contritio secundùm essentiam non est pars sacramenti: virtualiter autem pertinet ad exteriorē pœnitentiam, id est, est pars sacramenti, in quantum implicat propositū confitendi & satisfaciendi. Secundum enim responsionē hanc non sunt tres, sed duæ partes pœnitentiæ: quoniam cōtritio, vt distinguitur à confessione & satisfactione, non est pars pœnitentiæ. & sic Autor ibidē cōtrarius inuenitur.

¶ Ad hoc dicitur, quòd in exteriore plura inueniūtur: inter quæ vnum est velle recōpensare ad arbitriū sacerdotis. Et ratione huius ponitur primus pars pœnitentiæ sacramēti, tanquam initiū eius. Inquantum ille interior, licet secōdum se non spectet ad exteriorem pœnitētiam: vt est tamē ratio & initiū exterioris pœnitētiæ, ad exteriorem spectat pœnitētiam. Sicut in alijs videmus tā bonis quām malis q. interiores actus & passiones, vt sunt rationes exteriorū, ad exteriora spectāt: iudicialiter enim iudicatur offēdēs ex odio, aliter offēdēs ex ira, &c. Et præter cōmunem hāc rationē specialis ibi occurrit ratio, quæ ex differētia inter recōpensationem puræ iustitiæ & recōpensationem iustitiæ & amicitiæ facilè patet. Recompensatio enim iustitiæ assidiur secundum æqualitatem exteriorem, siue spōte, siue inuitè fiat recōpensatio, vt patet tā in solutiōne pecuniæ quām in abscissione membrorum, seu vapulatiōe, &c. Satisfactū est enim iustitiæ, etiā si inuitus reus soluerit, aut passus fuerit recōpensatio autē in iustitia & amicitiæ, nisi spōte fiat à reo, nihil valet quoniam nō est reconciliatius. Et quoniā ad sacramētum pœnitētiæ spectat recompensatio reconciliatiua, ideo ad hoc demandū Iniūctū, & ratio eius ponitur velle recompēsare: quod velle, quia claudi tur in contritione, ideo cōtritio ponitur prima pars sacramenti pœnitētiæ. & dicitur in littera de ea quòd nō secundū essentiā, sed virtualiter, hoc est vt est initiū & ratio recompēsationis, est pars sacramēti pœnitentiæ. Autor enim per illa verba, inquātū scilicet implicat propositū confitēdi & satisfaciendi, circūlocuitur voluntatem recompensandi,

4. dist. 16. q. 1. art. 1. q. 2 & 4. Et dist. 17 q. 3. art. 3. q. 4. col. Et dist. 22. q. 2. art. 1. q. 2. ad 3. Et 2. Co 7. lec. 3. col. 2

¶ RESPONDEO dicendum quòd partes rei sunt, in quās materialiter totum diuiditur. Habent enim se partes ad totū, sicut materia ad formā. vnde in 2. Phys. partes pōnuntur in genere causæ materialis, totū autem in genere causæ formalis. Vbicunq; igitur ex parte materiæ inuenitur aliqua pluralitas, ibi est inuenire partium rationem. Dictum est autē suprà quòd in sacramēto pœnitentiæ, actus humani se habēt per modum materiæ. Et ideo cùm plures actus humani requirantur ad pœnitentiæ perfectionem, scilicet contritio, confessio & satisfactio (vt infrà patebit) consequens est quòd sacramentum pœnitentiæ habeat partes.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quodlibet sacramentum habet simplicitatem ratione virtutis diuinæ, quæ in eo operatur. Sed virtus diuina propter sui magnitudinem, operari potest & per vnum & per multa: ratione quorum alicui sacramēto possunt partes assignari.

¶ Ad secundum dicendum, quòd pœnitentiæ secundum quòd est virtus, non assignantur partes: actus enim humani qui multiplicantur in pœnitentia, non comparantur ad habitum virtutis, sicut partes, sed sicut effectus. Vnde relinquitur quod partes assignētur pœnitentiæ, inquantum est sacramentū, ad quod actus humani comparantur, vt materia. In aliis autem sacramentis materia non sunt actus humani, sed aliqua res exterior vnaturalis simplex, vt aqua vel oleum: siue composita, vt chrisma. Et ideo aliis sacramentis non assignantur partes.

¶ Ad tertium dicendum, quòd (peccata sunt materia remota pœnitentiæ: inquantum scilicet sunt materia vel obiectum humanorū actuum, qui sunt propria materia pœnitentiæ, prout est sacramentum.

ARTICVLVS II.

¶ *Vtrùm conuenienter assignentur partes pœnitentiæ, contritio, confessio, & satisfactio.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter assignentur partes pœnitentiæ, contritio, confessio, & satisfactio. Contritio enim est in corde (& sic pertinet ad interiorem pœnitentiam) confessio autē est in ore, & satisfactio in opere, & sic duo victima pertinent ad exteriorem pœnitentiā. Pœnitentia autem interior non est sacramēntum, sed sola pœnitentia exterior, quæ sensui subiacet. Non ergo conuenienter assignantur hæ partes sacramento pœnitentiæ.

¶ Præterea, In sacramento nouæ legis confertur gratia: vt suprà habitum est. Sed in satisfactione non confertur aliqua gratia. Ergo satisfactio non est pars sacramenti.

¶ Præterea, Non est idem fructus rei & pars. Sed satisfactio est fructus pœnitentiæ, secundum illud Luc. 3. Facite fructus dignos pœnitentiæ. Ergo non est pars pœnitentiæ.

¶ Præterea, Pœnitentia ordinatur contra peccatum. Sed peccatum potest perfici solùm in corde, per consensum: vt in Secunda parte habitum est. Ergo & pœnitentia. Non ergo pœnitentiæ debent partes poni confessio oris & satisfactio operis.

¶ SED CONTRA, videtur quòd debeant poni plures partes pœnitentiæ. Pars enim hominis ponitur non solùm corpus quod est eius materia, sed etiam anima quæ est eius forma. Sed tria prædicta, cùm sint actus pœnitentis, se habent sicut materia, absolutio autem sacerdotis se habet per modū formæ. Ergo absolutio sacerdotis debet poni quarta pars pœnitentiæ.

CONCLVSIO.

¶ *Tres sunt partes sacramenti pœnitentiæ ex parte pœnitentis, Contritio, qua velit Deo recompensare: Confessio, qua pro culpa remissione subiiciat se arbitrio sacerdotis loco Dei: & Satisfactio, qua Deo satisfaciat secundum eius ministri arbitrium.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd duplex est pars, vt dicitur in quinto Metaph. scilicet pars essentiæ, & pars quantitatis. Partes essentiæ, sunt naturaliter quidem forma & materia, logicè autem est genus & differentia. Hoc autem modo quodlibet sacramentum distinguitur in materiam & formam, sicut in partes essentiæ. Vnde & suprà dictum est, quòd sacramenta consistunt in rebus & verbis. Sed quia quantitas se tenet ex parte materiæ, partes quantitatis sunt partes materiæ. Et hoc modo sacramento pœnitentiæ specialiter assignantur partes (vt dictum est) quantum ad actus pœnitentis, qui sunt materia huius sacramenti. Dictum est autem suprà quòd alio modo fit recompensatio offensæ in pœnitentia, & in vindicatiua iustitia. Nam in vindicatiua iustitia fit recompensatio secundum arbitrium iudicis, non secundum voluntatem offendentis vel offensi. Sed in pœnitentia fit recompensatio offensæ secundum voluntatem peccantis, & secundum arbitrium Dei, in quem peccatur: quia hic non quæritur sola redintegratio æqualitatis iustitiæ (sicut in iustitia vindicatiua) sed magis reconciliatio amicitiæ, quod fit dum offendens recompensat secundum voluntatem eius, quem offendit. Sic igitur requiritur ex parte pœnitentis primò quidem voluntas recompensandi, quod fit per contritionem. secundò, quòd se subiiciat arbitrio sacerdotis loco Dei. quod fit in confessione. tertiò, quòd recompēset secundum arbitrium ministri Dei: quod fit in satisfactione. Et ideo contritio, confessio & satisfactio, ponuntur partes pœnitentiæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd contritio secundum essentiam quidem est in corde, & pertinet ad interiorem pœnitentiam. Virtualiter autem pertinet ad exteriorem pœnitentiam: inquantum scilicet implicat propositum confitendi & satisfaciendi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd satisfactio confert gratiam, prout est in proposito: & auget eam, prout est in executione, sicut etiam baptismus in adultis, vt suprà dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd satisfactio est pars pœnitentiæ sacramenti, fructus autem pœnitentiæ virtutis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd plura requiruntur ad bonū, quod procedit ex integra causa, quām ad malum, quod procedit ex singulari defectibus, secundum Dion. 4. cap. de Diui. nom. Et ideo licet peccatū perficiatur in consensu cordis, ad perfectionem tamen pœnitentiæ requiritur & contritio cordis, & confessio oris, & satisfactio operis.

¶ Ad contrarium verò patet solutio per ea quæ dicta sunt.

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrùm prædicta tria sint partes integrales pœnitentiæ.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd prædicta tria non sint partes integrales pœnitentiæ. Pœnitentia enim, vt dictum est, contra peccatum ordinatur. Sed peccatum cordis, oris & operis sunt partes subiectiuæ peccati, & non partes integrales: quia peccatum de quolibet horum prædicatur. Ergo etiam in pœnitentia contritio cordis, confessio oris, & satisfactio operis, non sunt partes integrales.

¶ Præterea, Nulla pars integralis in se continet aliam sibi condiuisam. Sed contritio continet in se confessionem & satisfactionem in proposito. Ergo non sunt partes integrales.

¶ Præterea, Ex partibus integralibus simul & æqualiter constituitur totum: sicut linea ex suis partibus. Sed hoc non contingit hic. Ergo prædicta non sunt partes integrales pœnitentiæ.

¶ SED CONTRA, Illæ dicuntur partes integrales, ex quibus perfectio totius integratur. Sed ex tribus prædictis integratur perfectio ipsius pœnitentiæ. Ergo sunt partes integrales pœnitentiæ.

CONCLVSIO.

¶ *Contritio, Confessio, ac operis satisfactio nō partes subiectiuæ, vel potentiales pœnitentiæ sunt, sed integrales.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd quidam dixerunt hæc tria esse partes subiectiuas pœnitentiæ. Sed hoc non potest esse: quia singulis partibus subiectiuis adest tota virtus totius, & simul & æqualiter, sicut tota virtus animalis, inquantum est animal, saluatur in qualibet specie animalis, quæ simul & æqualiter diuidunt animal. Sed hoc non est in proposito. Et ideo alij dixerunt, quòd sunt partes potentiales. Sed nec hoc verum esse potest, quia singulis partibus potentialibus adest totum secundum totam essentiam: sicut tota essentia animæ adest cuilibet eius potentiæ. Sed hoc non est in proposito. Vnde relinquitur quòd prædicta tria sint partes integrales pœnitentiæ. Ad quarum rationem exigitur, vt totum non assit singulis partibus, neque secundum totam virtutem eius, neque secundum totam eius essentiam, sed omnibus simul.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd peccatum, quia rationem mali habet, potest in vno tantum perfici, vt dictum est. Et ideo peccatum quod in solo corde perficitur, est vna species peccati. Alia verò species est peccatum, quod perficitur in corde & ore. tertia verò species est peccatum, quod perficitur in corde & opere. Et huiusmodi peccati partes quasi integrales sunt, quod est in corde, & quod est in ore, & quod est in opere. Et ideo pœnitentiæ quæ in his tribus perficitur, hæc tria sunt partes integrales.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vna pars integralis potest continere totum, licet non secundum essentiam: fundamentum enim quodammodo virtute continet totum ædificium. Et hoc modo contritio continet virtute totam pœnitentiam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd omnes partes integrales habent ordinem quendam adinuicem. Sed quædam habent ordinem tantùm in situ: siue consequenter se habeant, sicut partes exercitus: siue se tangant, sicut partes acerui: siue etiam colligentur, sicut partes domus, siue etiam continuentur, sicut partes lineæ. Quædam verò habent insuper ordinem virtutis, sicut partes animalis, quarum prima virtute est cor, & aliæ quodam ordine virtutis dependent ab inuicem. Tertio modo ordinantur ordine temporis: sicut partes temporis & motus. Partes igitur pœnitentiæ habent adinuicem ordinem virtutis & temporis, quia sunt actus: non autem ordinem situs, quia non habent positionem.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrùm conuenienter diuiditur pœnitentia in pœnitentiam ante baptismum, pœnitentiam mortalium & pœnitentiam venialium.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter diuidatur pœnitentia in pœnitentiam ante baptismum, pœnitentiam mortalium, & pœnitentiam venialium. Pœnitentia enim est secunda tabula post naufragium (vt suprà dictum est) baptismus autem prima. Illud ergo quod est ante baptismum, non debet poni species pœnitentiæ. *4. dist. 16. q. 1. art. 2. q. 3. & 5. cor. Et Mat. 3. co. 2. fi.*

¶ Præterea, Quod potest destruere maius, potest etiam destruere minus. Sed mortale est maius peccatum, quàm veniale. Illa verò pœnitētia, quæ est de mortalibus, eadem etiam est de venialibus. Non ergo debent poni diuersæ species pœnitentiæ.

¶ Præterea, Sicut post baptismum peccat venialiter & mortaliter, ita etiam ante baptismum. Si ergo post baptismum distinguitur pœnitentia venialium & mortalium, pari ratione debet distingui ante baptismum. Non ergo conuenienter diuiditur pœnitentia per has species.

¶ SED CONTRA est quod Augustinus in lib. de Pœnitentia, ponit prædictas tres pœnitentiæ species.

CONCLVSIO.

¶ *Pœnitentia vt virtus est, diuiditur in eam, quæ est ante baptismum, pœnitentiam mortalium, & pœnitentiam venialium.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd hæc diuisio est pœnitentiæ, secundū quòd est virtus. Est autem considerandū, quòd quælibet virtus operatur secundū congruentiā temporis, sicut & secundū alias debitas circūstātias. Vnde & virtus pœnitentiæ actū suum habet in hoc tempore, secundum quòd conuenit nouæ legi. Pertinet autem ad pœnitentiam, vt detestetur peccata præterita cum proposito immutandi vitam in melius, quod est quasi pœnitentiæ finis. Et quia moralia recipiunt speciem secundum finem (vt in Secunda parte habitum est) conueniens est, quòd diuersæ species pœnitentiæ accipiantur secundum diuersas immutationes, quas pœnitens intendit. Est autem triplex immutatio à pœnitente intenta. Prima quidem per regenerationem in nouam vitam, & hæc pertinet ad pœnitentiam, quæ est ante baptismum. Secunda autem immutatio est per reformationem vitæ præteritæ iam corruptæ, & hæc pertinet ad pœnitentiam mortalium post baptismum. Tertia autem immutatio est in perfectiorem operationem vitæ: & hæc pertinet ad pœnitentiam venialium, quæ remittuntur per aliquem feruentem actum charitatis, vt suprà dictum est.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd pœnitentia, quæ est ante baptismum, non est sacramentum, sed est actus virtutis disponens ad sacramentum baptismi.

¶ Ad secundum dicendū, quòd pœnitentia, quę delet peccata mortalia, delet etiam venialia: sed non conuertitur. Et ideo hæ duę pœnitentiæ se habent, sicut perfectum & imperfectum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ante baptismum non sunt peccata venialia sine mortalibus. Et quia veniale sine mortali dimitti non potest (vt suprà dictum est) ideo ante baptismum non distinguitur pœnitentia mortalium & venialium.

Series chartarum huius operis.

AAa BBb CCc DDd EEe FFf GGg HHh Iii KKk LLl MMm NNn OOo PPp QQq RRr SSs TTt VVv XXx YYy ZZz & ꝑ ℟ †.

Omnes sunt quaterni, præter ℟ & †, qui sunt quinterni.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. THOMAE AQVINATIS

Additiones ad Tertiam eius Partem, quam morte præuentus perficere nequiuit, ex eiusdem scriptis potissimùm collectæ in Theologorum gratiam & vtilitatem.

Quibus accessere aliarum Summæ S. Thomæ Partium Concordantiæ, mutilorum complurium locorum restitutio, atque à mendis sedula vindicatio.

QVAESTIO PRIMA, DE PARTIbus pœnitentiæ in speciali. Et primo de contritione, in tres Articulos diuisa.

DEINDE cõsiderandum est de singulis partibus pœnitentiæ. Et primò, de cõtritione. Secũdò de confessione. Tertiò, de satisfactione. De contritione autem consideranda sunt quinque. Primò, quid sit. Secundò, de quo esse debeat. Tertiò, quanta esse debeat. Quartò, de duratione ipsius. Quintò de effectu ipsius.

¶ Circa primum quæruntur tria.

¶ Primò, vtrum conuenienter definiatur.

¶ Secundò, vtrum contritio fit actus virtutis.

¶ Tertiò, vtrum attritio possit fieri contritio.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrum contritio sit dolor pro peccatis assumptus, &c.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd contritio non sit dolor pro peccatis assumptus, cum proposito confitendi & satisfaciendi. Vt quidam definiunt: quia sicut Augustinus dicit in lib. de ciuita. Dei, Dolor est de his quę nobis nolentibus accidunt: sed peccata non sunt huiusmodi: ergo contritio non est dolor pro peccatis.

¶ Præterea, Contritio nobis à Deo datur: sed quod dãtur, non assumitur: ergo contritio non est dolor assumptus.

¶ Præterea, Satisfactio & confessio sunt necessaria ad hoc, quòd pœna remittatur, quæ in contritione remissa non fuit: sed quandoque tota pœna in contritione remittitur: ergo non est necessarium semper quòd contritus habeat propositum confitendi.

¶ Sed contra est ipsa diffinitio.

CONCLVSIO.

¶ Contritio est dolor pro peccatis assumptus, cum proposito confitendi & satisfaciendi.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd initium omnis peccati est superbia, per quam homo sensui suo inhærens à mãdatis diuinis recedit: & ideò oportet quòd illud quod destruit peccatũ hominẽ à proprio sensu discedere faciat. Ille aũt, qui in suo sensu perseuerat, rigidus & durus per similitudinem vocatur, vnde & frangi dicitur aliquis quãdo à suo sensu diuellitur. Sed inter fractionẽ & comminutionem siue contritionem in rebus materialibus, vnde hæc nomina ad spiritualia trãsferũtur, hoc interest, vt dicitur in 4. Metheororum, quia frangi dicuntur aliqua quãdo in magnas partes diuiduntur: sed comminui vel cõteri, quando ad partes minimas reducitur hoc quod in se soli dum erat: & quia ad dimissionem peccati requiritur, q̃ affectũ peccati homo dimittat, quem per quandã continuitatem & soliditatem in sensu suo habebat: ideò actus ille, quo peccatum dimittitur: contritio dicitur per similitudinem. In qua quidem contritione plura possunt considerari, scilicet ipsa substantia actus, modus agendi, principium & effectus: & secundum hoc de contritione inueniuntur diffinitiones traditæ. Quãtũ enim ad ipsam substantiam actus datur præcipua diffinitio: & quia actus contritionis est actus virtutis, & est pars pœnitentiæ sacramenti: ideò manifestatur in prædicta definitione, in quantũ est actus virtutis in hoc quod ponitur genus ipsius, scilicet dolor, & obiectũ in hoc quod dicitur pro peccatis, & electio quę requiritur ad actum virtutis in hoc quòd dicitur assumptus. Sed inquantum est pars sacramenti per hoc quòd tãgitur ordo ad alias partes, cũ dicitur, cum proposito confitendi, &c. Alia etiam definitio inuenitur, quæ definit contritionem secundum q̃ est actus virtutis tantùm: sed additur ad prædictam definitionem differentia contrahens ipsam ad spiritualem virtutem: scilicet pœnitẽtiam. Dicit enim, quòd pœnitẽtia est dolor volũtarius pro peccato pœniens quod dolet se commisisse. In hoc enim, quod additur punitio, ad spiritualem virtutem cõtrahitur. Alia autem definitio inuenitur Isidori, quæ talis est. Cõtritio & compunctio est humilitas mentis cũ lachrymis, veniens de recordatione peccati & timore iudicij: & hic quidem tãgit rationem nominis in hoc q̃ dicit, humilitas mentis: quia sicut per superbiã aliquis in suo sensu redditur rigidus, ita per hoc q̃ à suo sensu contritus recedit, humiliatur. Tangit etiam modũ exteriorem in hoc quod dicit, cũ lachrymis: & principium cõtritionis in hoc quod dicit, veniens de recordatiõe peccati, &c. Alia sumitur ex verbis Augustini, qui tangit effectus cõtritionis, quæ est. Contritio est dolor remittens peccatũ: alia sumitur ex verbis Greg. quæ talis est. Contritio est humiliras spiritus annihilans peccatum inter spem & timorem: & hoc tangit rationẽ nominis in hoc q̃ dicit, quòd contritio est humilitas spiritus. & effectus eius in hoc q̃ dicit, annihillans peccatũ, & originem in hoc q̃ dicit, inter spem & timorem: nec solũ ponit causam principalem quæ est timor: sed etiam causam quæ est spes, sine qua timor desperationem facere posset.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ quãuis peccata quãdo accidunt, voluntaria fuerint: tamen quando eis cõterimur, volũtaria nõ sunt: & ideò nobis nolẽtibus accidunt, non quidẽ secundum voluntatem, quam tunc habuimus cùm ea volebamus: sed secundum illam quam nunc habemus, qua vellemus, quòd nunquàm fuissent.

¶ Ad secundum dicendum, quòd contritio est à Deo solo quãtùm ad formam quæ informatur: sed quantùm ad subiantiam actus ex libero arbitrio, & à Deo qui operatur in omnibus operibus, & naturæ & voluntatis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis possit tota pœna per contritionem dimitti, tamen adhuc necessaria est confessio, & satisfactio: tum quia homo non potest esse certus de sua cõtritione, quòd fuerit ad totum tollendum sufficiens, tunc etiam quia confessio & satisfactio sunt in præcepto. Vnde transgres-

2. definitio.

Tertia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sor constitueretur, si non confiteretur, & non satisfaceret.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum contritio sit actus virtutis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd contritio non sit actus virtutis. Passiones enim non sunt actus virtutum, quia eis non laudamur, nec vituperamur, vt dicitur secundo Ethico. sed dolor est passio: cùm ergo contritio sit dolor, videtur quòd non sit actus virtutis.

¶Præterea, Sicut contritio dicitur à terendo, ita & attritio: sed attritio non est actus virtutis, vt ab omnibus dicitur, ergo neque contritio.

¶SED CONTRA. Nihil est meritorium nisi actus virtutis, sed contritio est actus quidam meritorius, ergo est actus virtutis.

CONCLVSIO.

¶Cùm contritio rectitudinem voluntatis importet, actus virtutis necessarium est, scilicet pœnitentiæ, cuius est detestari præterita delicta.

¶RESPONDEO dicendum, quòd contritio secùndum proprietatem nominis sui non significat actum virtutis, sed potius quandam corporalem passionem, sed hic non quæritur de contritione: sed de eo ad quod significandũ hoc nomẽ per similitudinem adaptatur. Sicut enim illuminatio propriæ voluntatis ad malum faciendum importat quantum est de se malum ex genere, ita illius voluntaris annihilatio & comminutio quædam de se importat bonum ex genere: quia hoc est detestari propriam voluntatem, qua peccatum est commissum, & ideò contritio, quæ hoc significat, importat aliquam rectitudinem voluntatis, & propter hoc est actus virtutis illius, scilicet cuius est peccatum præteritum detestari & destruere, scilicet pœnitentiæ: vt patet ex his quæ in decima quarta distinctione dicta sunt.

¶AD PRIMVM ergo dicendum: quòd in contritione est duplex dolor de peccato: vnus in parte sensitiua quę passio est, & hic non est essentialiter cõtritio prout est actus virtutis, sed magis effectus eius. Sicut enim pœnitentiæ virtus exteriorè pœnam suo corpori infligit ad recompensandam offensam quę in Deum commissa est officio membrorum: ita etiam & ipse concupiscibili pœnã infert doloris peccatis: quia etiam ipsa ad peccata cooperabatur. Sed tamen hic dolor potest pertinere ad cõtritionem inquantũ est pars sacramenti: quia sacramenta non solũ in interioribus actibus, sed etiam in exterioribus, & in rebus sensibilibus nata sunt esse. Alius dolor est in voluntate, qui nihil aliud est quã displicentia alicuius mali, secundum quòd effectus volũtatis nominatur per nomina passionum: vt in 3. dicti in. 26. dictũ est: & sic contritio est dolor per essentiam, & est actus virtutis pœnitentiæ.

¶Ad secundum ergo dicendum, quòd attritio non dicit accessum ad perfectam contritionem: vnde in corporalibus dicitur attrita, quæ aliquo modo diminuta sunt: sed non perfectè. Sed contritio dicitur quando omnes partes tritæ sunt simul per diuisionem ad minima: & ideò significat attritio in spiritualibus quandam displicentiam de peccatis commissis: sed non perfectam. Contritio autem perfectam.

ARTICVLVS III.

¶Vtrum attritio possit fieri contritio.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd attritio possit fieri contritio. Differt enim attritio à cõtritione, sicut formatum ab informi: sed fides informis fit formata: ergo attritio potest fieri contritio.

¶Præterea. Materia recipit perfectionem remota priuatione, sed dolor se habet ad gratiam sicut materia ad formã, quia gratia informat dolorem, ergo dolor qui prius erat informis culpa existẽte quæ est priuatio gratiæ, remota culpa, recipiet perfectionem informationis à gratia: & sic idem quod prius.

¶SED CONTRA est. Quorum principia sunt diuersa omninò, eorum non potest fieri vnum id quod est alterum: sed attritionis principium est timor seruilis, contritionis autem timor initialis: ergo attritio non potest fieri contritio.

CONCLVSIO.

¶Attritio nullo modo potest fieri contritio, quam necessariò charitas præcedit.

¶RESPONDEO dicendũ, quod super hoc est duplex opinio. Quidam dicunt, quòd attritio fit contritio: sicut fides informis fit formata. Sed hoc vt videtur, esse non potest, quia quamuis habitus fidei informis fiat formatus, tamen nunquam actus fidei informis fit actus fidei formatę: quia actus ille informis transit & non manet veniente charitate, attritio autem & contritio non dicunt habitum, sed actum tantùm: habitus autem virtutum infusarum, qui voluntatem respiciunt, non possunt esse informes, cùm charitatem consequantur, vt in tertio

lib. dictum est. Vnde antequam gratia infundatur, non est habitus à quo actus contritionis poterit elicitur: & sic nullo modo attritio potest fieri contritio, & hoc alia opinio dicit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non est simile de fide & contritione, vt dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd remota priuatione à materia: quę manet perfectione adueniente, formatur materia illa, sed dolor ille qui erat informis, non manet charitate adueniente, & ideo formari non potest. Vel dicendũ, quòd materia essentialiter non habet originem à forma: sicut actus habet originẽ ab habitu quo formatur. Vnde non est inconueniens materiam informari aliqua forma de nouo, qua prius nõ informabatur, sed hoc de actu est impossibile: sicut impossibile est quòd aliquid idẽ numero oriatur à principio à quo prius non oriebatur: quia res semel tantùm in esse procedit.

QVAESTIO SECVNDA DE OBIECTO CONTRITIONIS, *in sex articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de obiecto contritionis. Circa quod quæruntur sex.

¶Primò vtrum debeat homo conteri de pœnis.

¶Secundò: vtrum de peccato originali.

Tertiò, vtrum de omni actuali commisso.

¶Quartò, vtrum de peccato actuali cõmittẽdo.

¶Quintò, vtrum de peccato alieno.

¶Sextò, vtrum de singulis peccatis mortalibus.

ARTICVLVS I.

¶Vtrum homo debeat conteri de pœnis, & non solùm de culpa.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd homo debeat conteri de pœnis & non solùm de culpa. Augustinus enim libro de pœnitentia dicit. Nemo vitam æternam dederat, nisi eum huius vitæ mortalis pœniteat, sed mortalitas vitæ quædam pœna est, ergo debet pœnitens etiam de pœnis conteri.

¶Præterea. Supra habitum est ex verbis Argu. quòd pœnitens debet dolere ex hoc quòd virtute se priuauit: sed priuatio virtutis quædam pœna est, ergo contritio est dolor etiam de pœnis.

¶SED CONTRA. Nullus tenet illud de quo dolet, sed pœnitens secundum suum nomen pœnam tenet: ergo non dolet de pœna: & sic contritio quæ est dolor pœnitentialis non est de pœna.

CONCLVSIO.

¶Etsi de pœna malis possit esse dolor, non tamen contritio.

¶RESPONDEO dicendum, quòd contritio importat, vt dictũ est, aliquid duri & integri comminutionem: hæc autem integritas & duritia inuenitur in malo culpæ, quia voluntas, quæ est ipsius causa in eo qui malè agit, in suis terminis stat, nec præcepto legis cedit: & ideo huius mali displicentia contritio per similitudinem dicitur, hæc autẽ similitudo non potest adaptari ad malum pœnæ, quia pœna simpliciter dicit diminutionem, & ideò de malis pœnę potest esse dolor, sed non cõtritio.

¶AD PRIMVM ergo dicendum: quòd pœnitentia secundum Aug. debet esse de hac mortali vita, non ratione ipsius mortalitatis: nisi pœnitentia largè dicatur omnis dolor, sed ratiõe peccatorum, ad quæ ex infirmitate huius vitæ deducimur.

¶Ad secundũ dicendum, quòd ille dolor, quo quis dolet ex amissione virtutis per peccatum, nõ est essentialiter ipsa contritio, sed est principium eius: sicut aliquis mouetur ad appetendũ aliquid propter bonum quod inde exspectat, ita mouetur ad dolendum de aliquo propter malum, quod inde consequutus est.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum contritio esse debeat de originali.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd contritio esse debeat de originali. De peccato enim actuali conteri debemus non ratione actus inquantùm est ens quoddam, sed ratione deformitatis: quia actus secundum suam substantiam bonum quoddam est, & à Deo: sed peccatum originale habet deformitatem, sicut & actuale: ergo de eo conteri debemus.

¶Præterea. Per peccatum originale homo fuit à Deo auersus, quia pœna eius erat carentia diuinæ visionis, sed cuilibet debet displicere se fuisse à Deo auersum: ergo homo debet habere displicentiam peccati originalis: & sic debet de eo conteri.

¶SED CONTRA. Medicina debet esse proportionata morbo: sed peccatum originale sine nostra voluntate contractum est: ergo non requiritur quòd per actum volũtatis, qui est contritio: ab ipso purgemur.

CONCLVSIO.

¶Contritio propriè de originali peccato non est, cùm non nostra voluntate sit inductum, sed potius naturæ corruptæ origine cõtractum, potest tamen de eo aliqua displicentia esse.

RESPON-

¶RESPONDEO dicendum, quòd contritio est dolor, vt dictũ est, respiciens & quodammodo communiens voluntatis dutitiem: & ideò solũ de illis peccatis potest esse, quæ ex duritia nostræ voluntatis in nos proueniunt: & quia peccatum originale nostra voluntate non est inductum, sed ex viriatæ naturæ origine contractum: ideò de ipso non potest esse cõtritio proprie loquendo, sed displicentia potest esse de eo vel dolor.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd cõtritio nõ est de peccato ratione substãtiæ actus tantũ, quia ex hoc nõ habet rationẽ malitiæ: iterum ratione deformitatis tantũ: quia deformitas de se nõ dicit rationẽ culpæ: sed quandóq; importat pœnã: debet antẽ de peccato esse contritio: inquantũ importat vtrãque deformitatem ex actu voluntatis prouenientem: & hoc nõ est in peccato originali, & ideò de eo non est contritio.

¶Et similiter dicendum ad secundum, quia auersio voluntatis est illa cui debetur contritio.

ARTICVL. III.

¶Vtrum de omni actuali peccato debeamus conteri.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd nõ de omni actuali peccato cõmisso à nobis debeamus conteri. Quia cõtraria contrarijs curantur: sed quædam peccata per tristitiam cõmittuntur: sicut accedia, & inuidia: ergo medicina eorũ non debet esse tristitia: quæ est contritio, sed gaudium.

¶Præterea. Cõtritio est actus volũtatis, qui non põt esse de eo, qđ cognitioni nõ subiacet: sed quædã peccata sunt, quæ in cognitiõe nõ habem⁹, sicut oblita: ergo de eis nõ põt esse cõtritio.

¶Præterea. Per voluntariam contritionem delentur illa, quæ per voluntatem committuntur: sed ignorantia voluntariũ tollitur: vel patet per philosophum 3. Ethic. ergo de his quæ per ignorantiam accidunt, non debet esse contritio.

¶Præterea. De illo peccato nõ debet esse cõtritio, qđ per contritionẽ nõ tollitur: sed quædã peccata nõ tollũtur per cõtritionẽ: sicut venialia quæ adhuc post cõtritiõis gratiã manẽt: ergo non de omnibus peccatis præteritis debet esse contritio.

¶SED CONTRA. Pœnitentia est medicina cõtra omnia peccata actualia. sed pœnitentia non est aliquorum: quorũ non fit contritio, quæ est prima pars eius: ergo & de omnibus peccatis debet esse contritio.

¶Præterea. Nullum peccatum dimittitur, nisi quis iustificetur, sed ad iustificationem requiritur contritio, vt prius dictum est: ergo de quolibet peccato conteri oportet.

CONCLVSIO.

¶Omne actuale peccatum per contritionem remitti oportet.

¶RESPONDEO dicendum, quòd omnis actualis culpa ex hoc contingit: quòd voluntas legi Dei non cedit, vel eam trãsgrediẽdo, vel omittendo, vel præter eam agendo: & quia durum est quod habet potentiam, vt non facilè patiatur: & ideò in omni actuali peccato duritia quædam est: & propter hoc si debeat peccatum curari, oportet quòd per contritionem comminuentem remittatur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd (sicut ex dictis patet) contritio opponitur peccato ex parte illa quæ ex electione voluntatis procedit, non sequentis imperiũ diuinæ legis, nõ autẽ ex parte eius, quod est in peccato materiale, & hoc est illud super quod cadit electio. Cadit autẽ voluntatis electio nõ solũ super actus aliarum virium quibus voluntas ad suũ finem vtitur: sed etiam super actũ proprium ipsius: volũtas enim vult se velle aliquid: & sic electio voluntatis cadit super dolorẽ illũ siue tristitiam quæ inuenitur in peccato inuidiæ & huiusmodi: siue dolor ille sit in sensu siue in ipsa voluntate: & ideò illis peccatis contritionis dolor opponitur.

¶Ad secundum dicendum, quòd obliuio de aliquo potest esse dupliciter: aut ita quòd totaliter à memoria excidat: & tũc non potest aliquis inquirere illud: aut ita quòd partim à memoria excidat, & partim maneat: sicut cùm recolo me aliquid audiuisse in generali, sed nescio quid in speciali: & tũc requiro in memoria ad recognoscendũ, & secundũ hoc etiam aliquod peccatũ potest esse oblitum dupliciter: aut ita quòd in generali memoria maneat, sed non in speciali: & tũc debet cogitare homo ad inueniẽdum peccatum: quia de quolibet peccato mortali tenetur homo specialiter cõfiteri. Si autẽ inuenire non possit, iusta adhibita diligentia, sufficit de eo conteri secundum quòd in notitia tenetur: & deber homo nõ solũ de peccato, sed de obliuione eius dolere, quæ ex negligentia cõtigit. Si autẽ peccatum omninò ex memoria excidit, tunc ex impotẽtia faciẽdi excusatur à debito: & sufficit generalis contritio de omni eo in quo Deũ offendit. Sed quando impotentia tollitur: licut cũ ad memoriam reuocatur peccatum: tũc tenetur homo specialiter cõteri: sicut etiam est de paupere qui non potest soluere quod debet, excusatur, & tamen tenetur cùm primò poterit.

¶Ad tertium dicendum, quòd si ignorantia omninò voluntatem tolleret malè agendi, excusaret, & non esset peccatum: sed quandóq; non totaliter tollit voluntatem, & tunc à toto non excusat, sed à tanto, & ideò de peccato per ignorantiam commisso debet homo conteri.

¶Ad quartum dicendum, quòd post contritionem de mortali, potest remanere veniale, sed non post contritionem de veniali: & ideò de venialibus etiam debet esse contritio eo modo quo & pœnitentiæ: sicut supra dictum est.

ARTICVL. IIII.

¶Vtrum de peccatis futuris quis debeat conteri.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quòd etiam de peccatis futuris aliquis debeat conteri. Contritio enim est actus libe. arbi. sed libe. arbi. magis se extẽdit ad futura, quia ad præterita: quia electio quæ est actus libe. arbi. est de contingẽtibus futuris, vt dicitur 3. Ethic. ergo contritio magis est de peccatis futuris, quàm de præteritis.

¶Præterea. Peccatum aggrauatur ex contingenti effectu. Vnde Hiero. dicit, quòd pœna Arrij nondum est terminata, quia adhuc est possibile aliquos per eius hæresim mori, & similiter est de illo qui iudicatur homicida si leuiter percusserit, etiam antequam percussus moriatur: sed in illo intermedio debet peccator conteri de peccato: ergo non solũ secundum quòd habet quãtitatem ex peccato actu, sed etiam secundum quòd habet quantitatem ex futuro, & sic contritio respicit futurum.

¶SED CONTRA. Contritio est pars pœnitẽtię, sed pœnitentia semper respicit præterita: ergo & contritio.

CONCLVSIO.

¶Contritio non nisi præterita peccata propriè respicit, futura autẽ præcauet, quatenus ipsi prudentia adiungitur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in omnibus motoribus & mobilibus ordinatis ita est, quòd motor inferior habet motũ proprium, & præter hoc sequitur in aliquo motum superioris motoris: sicut patet in motu planetarũ, qui præter motus proprios sequuntur motum primi orbis. In omnibus autem virtutibus moralibus motor est ipsa prudentia, quæ dicitur auriga virtutum: & ideò quælibet virtus moralis cum motu proprio habet aliquid de motu prudentiæ: & ideò cũ pœnitentia sit quædam virtus moralis quæ est pars iustitiæ, cũ actu proprio consequitur prudentiæ motum: proprius autem actus eius est in obiectũ propriũ, quod est peccatum cõmissum: & ideò actus eius principalis, scilicet contritio secundum suam speciem respicit tantùm peccatum præteritum: sed ex consequenti respicit peccatum futurum, secundum quòd habet aliquid de actu prudentiæ adiunctum: & tamen in illud futurum secundum rationem propriæ speciei non mouetur. Et propter hoc ille qui conteritur, dolet de peccato præterito, & cauet futurum, sed non dicitur esse cõtritio de peccato futuro: sed magis cautio, quæ est pars prudentiæ, contritioni adiuncta.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd libe. arbit. dicitur esse de contingentibus futuris, secundum quòd est de actibus, sed non secundum quòd est de obiectis actuum: quia homo potest cogitare ex libero arbitrio de rebus præteritis & necessarijs, sed tamen ipse actus, secundũ quòd sub libero arbitrio cadit, contingens futurum est: & sic etiam actus conteritionis contingens futurum est, secundum quòd sub libero arbitrio cadit: sed obiectum eius potest esse præteritum.

¶Ad secundum dicendum, quòd ille effectus consequens, qui peccatum aggrauat, iam in actum præcessit velut in causa, & ideò quãdo commissum est, totam suam quantitatem habuit, & ex effectu consequẽte non accessit ei aliquid, quo ad culpæ rationẽ: quamuis accrescat quo ad pœnam accidentalem, secũdum quòd plures habebit rationes dolendi in inferno de pluribus malis ex suo peccato consequutis: & sic loquitur Hiero. Vnde nõ oportet quòd contritio sit nisi de peccatis præteritis.

ARTICVLVS V.

¶Vtrum homo debeat conteri de peccato alieno.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd homo debeat conteri de peccato alieno. Non enim petit aliquis indulgentiam: nisi de peccato, de quo contritus est: sed de peccatis alienis indulgentia petitur, in Psalmo, Ab alienis parce seruo tuo, ergo debet homo conteri de peccatis alienis.

¶Præterea. Homo ex charitate debet diligere proximum sicut seipsum: sed propter dilectionem sui: & de malis suis dolet, & bona desiderat, ergo cùm teneamur proximo desiderare bona gratiæ sicut & nobis, videtur quòd debeamus de culpis eius dolere, sicut & de nostris: sed contritio nihil est quàm dolor de peccatis, ergo debet conteri de peccatis alienis.

¶SED CONTRA. Contritio est actus pœnitentiæ virtu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis:sed nullus pœnitet nisi de his quæ ipse fecit ergo nullus cõteritur de peccatis alienis.

CONCLVSIO.

¶De alienis peccatis nulla contritio est.

¶RESPONDEO dicendum,quòd illud idem cõteritur quod prius durum & integrum fuit:vnde oportet q̃ contritio pro peccato sit in eo,in quo peccati duritia præcessit:& sic de alienis peccatis non est contritio.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,q̃ ab alienis peccatis sibi parci Propheta precatur, inquantum ex consortio peccatorũ aliquis per consensum aliquam immunditiam contrahit:cùm scriptum sit.Cum peruerto peruerteris.

¶Ad secundum dicendum,q̃ de peccatis aliorum dolere debemus,non tamen oportet q̃ de eis conteramur:quia non omnis dolor de peccato præterito est contritio:vt ex dictis patet.

ARTICVLVS VI.

¶Vtrum de singulis mortalibus requiratur contritio.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd nõ requiratur de singulis peccatis mortalibus contritio. Est enim motus contritionis in iustificatione in instanti:sed in instanti non potest homo recogitare singula peccata:ergo non oportet q̃ sit contritio de singulis.

¶Præterea. Contritio debet esse de peccatis, secundum quòd auertitur à Deo:quia conuersio ad creaturam sine auersione à Deo contritionem nõ requirit:sed omnia peccata mortalia in auersione conueniunt:ergo contra omnia sufficit vna cõtritio.

¶Præterea.Plus conueniunt peccata mortalia actualia adinuicem, quam actuale & originale:sed baptismus delet omnia actualia & originale:ergo vna contritio generalis delet omnia peccata mortalia.

¶SED CONTRA. Diuersorum morborum diuersæ sunt medicinæ:quia non sanat oculum quod sanat calcaneum: vt dicit Hiero.sed contritio est medicina singularis contra vnũ mortale:ergo non sufficit vnæ communis de omnibus.

¶Præterea contritio explicatur per confessionem:sed oportet singula peccata mortalia confiteri:ergo & de singulis conteri.

CONCLVSIO.

¶Contritio quo ad suum principium, de singulis mortalibus est, quo ad terminum verò vna omnium contritio est.

¶RESPONDEO dicendum,q̃ contritio potest cõsiderari dupliciter:scilicet quantũ ad sui principium & quantũ ad terminũ.Et dico principiũ cõtritionis cogitationẽ, quam quis cogitat de peccato & dolet,& si non dolore contritionis: saltẽ dolore attritionis.Terminus autem cõtritionis est quando dolor ille iam gratia informatur:quantum ergo ad principiũ contritionis oportet q̃ de singulis peccatis quæ quis in memoria habet conteratur:sed quantum ad terminum sufficit quòd sit vna communis de omnibus.Tũc enim ille motus agit in vi omnium dispositionum præcedentium.

¶Et per hoc patet responsio ad primum.

¶AD SECVNDVM dicendum,quòd quamuis omnia mortalia conueniant in auersione:tamen differunt in causa & modo auersionis:& quãtitate elongationis a Deo:& hoc est secundum diuersitatem conuersionis.

¶Ad tertiũ dicẽdum q̃ baptismus agit in virtute meriti Christi,qui habuit infinitã virtutẽ ad delẽdũ omnia peccata:& propterea vnus sufficit cõtra omnia.Sed in contritione cũ merito Christi requiritur actus noster:& ideò oportet q̃ singulis peccatis respondeat figillatim cũ nõ habeat infinitã virtutẽ ad cõtritionem.Vel dicẽdum q̃ baptismus est spiritualis generatio, sed pœnitẽtia quantũ ad attritionem,& alias sui partes est spiritualis quædam sanatio per modum cuiusdam alterationis.Patet autem in generatione corporali alicuius,quæ est cum corruptione,quod vna generatione remouentur omnia accidentia contraria rei generatæ, quæ erant accidentia rei corruptæ: sed in alteratione remouetur tantũ vnum accidens accidenti cõtrarium,ad quod terminatur alteratio.Et similiter vnus baptismus simul delet omnia peccata: nouam vitam inducendo: sed pœnitentia non delet omnia peccata,nisi ad singula feratur,& ideò oportet de singulis conteri & confiteri.

QVAESTIO TERTIA DE QVANTITATE CONTRITIONIS, *in tres articulos diuisa.*

Th.vbi sup.art.3.q.1.& sequent.

DEINDE considerandum est de quantitate contritionis.

¶Circa quod quæruntur tria.

¶Primò, vtrum cõtritio sit maior dolor qui esse possit in natura.

¶Secundò,vtrum possit esse nimis magnus dolor.

¶Tertiò,vtrum possit esse maior dolor de vno peccato, quàm de alio.

ARTICVLVS I.

¶Vtrum contritio sit maior dolor quo esse possit in natura.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd contritio non sit maior dolor,qui esse possit in natura. Dolor enim est sensus læsionis:sed aliquæ læsiones magis sentiuntur quàm læsio peccati, sicut læsio vulneris:ergo non est maximus dolor contritio.

¶Præterea.Ex effectu sumimus iudicium de causa: sed effectus doloris sunt lachrymæ:cũ ergo aliquando contritus non emittat lachrymas corporales de peccatis, quas tamen emittit de morte amici,vel de percussione,vel aliquo huiusmodi,videtur quòd contritio non sit dolor maximus.

¶Præterea.Quanto aliquid plus habet de admixtione contrarij,tãto est minus intẽsum:sed cõtritionis dolor habet multum de gaudio admixtũ:quia cõtritus gaudet de liberatiõe, de spe veniæ,& de multis huiusmodi,ergo dolor suus est minimus.

¶Præterea.Dolor contritionis displicentia est quædam,sed multa sunt quæ magis displicent contrito, quã peccata præterita,non enim vellet pœnam inferni sustinere potius quã peccare:nec iterum sustinuisse omnes pœnas temporales, aut etiã sustinere:aliàs pauci inuenirentur contriti,ergo dolor contritionis non est maximus.

¶SED CONTRA. Secundum Augustũ.omnis dolor in amore fundatur,sed amor charitatis,in quo fundatur dolor cõtritionis,est maximus.

¶Præterea. Dolor est de malo:ergo de magis malo debet esse maior dolor,sed culpa est magis malũ, quã pœna:ergo dolor de culpa,qui est contritio,excedit omnem alium dolorem.

CONCLVSIO.

¶Contritio vt dolor est de peccatis in ipsa voluntate consistens, omnium dolorum maximus est:vt verò in parte sensitiua derivatur,ex ratione displicentiæ de peccatis,non est aliis doloribus maior.

¶RESPONDEO dicendũ,q̃ in contritione est duplex dolor vnus est in ipsa volũtate:quæ est essentialiter ipsa contritio:quæ nihil aliud est quã displicẽtia præteriti peccati,& talis dolor in cõtritione excedit omnes alios dolores: quia quantũ aliquid placet,tãtũ contrariũ eius displicet:finis autẽ super omnia placet,cũ omnia propter ipsum desiderentur: & ideò peccatũ quod à fine vltimo auertit,super omnia displicere debet. Alius dolor est in parte sensitiua,qui causatur ex ipso dolore, vel ex necessitate naturæ,secundũ q̃ vires inferiores sequũtur motum superiorum,vel ex electione, secundum quòd homo pœnirens in se ipso habens hunc dolorem, excitatur vt de peccatis doleat,& neutro modo oportet, quòd sit maximus dolor,quia vires inferiores mouentur vehementius ab obiectis proprijs, quàm ex redundantia superiorum virium. Et ideò quantò operatio superiorum virium est propinquior obiectis inferiorum,tantò magis sequuntur eorum motum:& ideò maior dolor est in sensitiua parte ex læsione sensibili, quàm sit ille, qui in ipsa redundat ex ratione.Similiter maior qui redundat de corporalibus deliberanti, quàm qui redundat ex ratione considerante spiritualia. Vnde dolor in sensitiua parte ex displicentia rationis prouenies de peccato,non est maior dolor alijs doloribus,qui in ipsa sunt.Et similiter nec dolor, qui est voluntarie assumptus,tunc quia nõ obedit effectus inferior superiori ad nutum,vt tanta & talis passio sequatur in inferiori appetitu,qualem ordinat superior, tum etiam quia passiones à ratione sumuntur in actibus virtutum secundum mensuram, quàm quandóque dolor, qui est sine virtute, non seruat,sed excedit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ sicut dolor sensibilis est de sensu læsionis,ita dolor interior est de cognitione alicuius nocui:& ideò quamuis læsio peccati secundum exteriorem sensum non percipiatur:tamen percipitur esse maximum secundum sensum interiorem rationis

¶Ad secundum dicendum,q̃ corporales immutationes immediatè consequuntur ad passiones sensitiuæ partis,& eis mediãtibus ad affectiones appetitiuæ superioris: & inde est q̃ ex dolore sensibili vel etiam sensibili vicino citius desinunt lachrymæ corporales,quàm de dolore spirituali contritionis.

¶A tertium dicendum,q̃ gaudiũ illud quod pœnitens de dolore habet,non minuit displicentiam:quia ei non cõtrariatur, sed auget:secundũ q̃ omnis operatio augetur per propriã delectationem:vt dicitur in 10.Ethic.sicut qui delectatur in addendo aliquam scientiam,melius addiscit: & similiter qui gaudet de displicentia,vehemẽtiùs displicentiam habet: sed bene potest esse q̃ illud gaudium temperet dolorem ex ratione in parrem sensitiuam resultantem.

¶Ad quartum dicendum, q̃ quãtitas displicentiæ de aliqua re debet esse secundũ quãtitatẽ malitiæ ipsius,malitia autẽ in culpa mortali

pa mortali mensuratur ex eo, in quẽ peccatur,inquantũ est ei indigna:& ex eo qui peccat,inquantũ est ei nociua,& quia homo debet magis Deum,quã seipsum diligere, ideo plus debet odire culpam,inquantũ est offensa Dei,quã inquantũ est nociua ei.Est autẽ nociua sibi principaliter,inquantũ separat ipsum à Deo,& ex hac parte ipsa separatio à Deo,quæ pœna quædã est,magis debet displicere,quã ipsa culpa,inquantũ hoc nocumentum inducit:quia quod propter alterũ oditur, minus oditur,sed minus quam culpa,inquantum est offensa in Deum.Inter omnes autem pœnas malitiæ attenditur quidam ordo secũdum quantitatem nocumenti:& ideo cũ hoc sit maximum nocumentum,quo maximum bonum priuatur, erit inter pœnas maxima separatio à Deo.Est etiam alia quantitas malitiæ accidentalis,quam oportet in displicentia attendere secundum rationem præsentis & præteriti,quia quod præteritum est, iam non est,vnde habet minus de ratione malitiæ & bonitatis. Et inde est quòd plus refugit homo sustinere aliquid mali in præsenti vel futuro,quàm horreat de præterito. Vnde nec aliqua passio animæ directè respondet præterito,sicut dolor respondet præsenti malo,& timor futuro,& propter hoc duobus malis præteritis illud magis abhorret animus,cuius maior effectus in præsenti remanet,vel in futurum timetur,etiam si in præterito minus fuerit.& quia effectus præcedentis culpæ non ita percipitur quandóque,sicut effectus præteritæ pœnæ:tũ quia culpa perfectius sanatur, quam quædam pœna, tum quia defectus corporalis magis est manifestus quam spiritualis:ideò etiam homo bene dispositus quandóque magis in se percipit horrorem præcedentis pœnæ,quamuis magis esset paratus pati eandem pœnam,quam committere eandem culpam. Et est considerandum in comparatione culpæ & pœnæ, quòd quædam pœnæ habent inseparabiliter coniunctam Dei offensam, sicut separatio à Deo,quædam etiam addunt perpetuitatem, sicut pœna inferni:ergo pœna illa quæ offensam annexam habet, eodem modo cauenda est,sicut etiam culpa, sed illa quæ perpetuitatem addit, est magis quàm culpa simpliciter fugienda. Si tamen ab eis separetur ratio offensæ, & consideretur tantùm ratio pœnæ, minus habent de malitia, quàm culpa,inquantum est offensa Dei,& propter hoc minus debent displicere. Sciendum est etiam quòd quamuis talis debeat esse contriti dispositio:non tamen de eis tentandus est:quia effectus suos homo non de facili mensurare potest:& quandóque illud quod minus displicet:videtur magis displicere:quia est propinquius nocumento sensibili,quod magis est nobis notum.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum possit esse nimis magnus contritionis dolor.

AD SECVNDVM sic proceditur.Videtur quòd nõ possit esse nimis magnus contritionis dolor. Nullus enim dolor potest esse immoderatior,quàm ille,qui propriũ subiectum destruit:sed dolor contritionis si est tantus, quòd mortẽ, vel corruptionem corporis inducit,est laudabilis. Dicit enim Anselmus.Vt sic impinguantur viscera animæ meæ, vt medullæ corporis mei exiccentur.Et Augustinus dicit se esse dignum oculos cæcare plorando, ergo dolor contritionis non potest esse nimius.

¶Præterea.Dolor cõtritiõis ex amore charitatis procedit,sed amor charitatis nõ põt esse nimius,ergo nec dolor cõtritionis.

¶SED CONTRA est.Omnis virtus moralis corrumpitur per superabundantiam & defectum:sed contritio est actus virtutis moralis,scilicet pœnitẽtiæ,cũ sit pars iustitiæ:ergo potest esse superfluus dolor de peccatis.

CONCLVSIO.

¶Contritionis dolor,vt est in ratione,nimius nequaquam est,vt autẽ in sensu excessum aliquis,in eo culpabilis esse potest.

¶RESPONDEO dicendum,quòd contritio ex parte doloris,qui est in ratione,scilicet displicentiæ,quo peccatum displicet,inquantum est offensa Dei,non potest esse nimia, sicut nec amor charitatis,quo intenso talis displicentia intenditur, non potest esse nimius:sed quantum ad dolorem sensibilem potest esse nimius:sicut etiam exterior corporis afflictio potest esse nimia.In his autem in omnibus debet accipi pro mensura cõseruatio subiecti:& bonæ habitudinis sufficientis ad ea:quę agẽda incumbunt,& propter hoc dicitur Rom. 12. Rationabile sit obsequium vestrum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,q̃ Anselm.desiderabat ex pinguedine deuotionis medullas corporales exiccari, nõ quãtum ad humorem naturalem:sed ad desideria & cõcupiscẽtias corporales.Aug.autem quamuis dignum se cognosceret amissione exteriorum oculorum propter peccatum, quia quilibet peccator non solùm æterna, sed etiam temporali morte dignus est, non tamen volebat sibi oculos cæcare.

¶Ad secundũ dicendũ,q̃ ratio illa procedit de dolore, qui est in ratione:non autem procedit de dolore sensitiuæ partis.

ARTICVL. III.

¶Vtrum debeat esse maior dolor de vno peccato,quàm de alio.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ nõ debeat esse maior dolor de vno peccato, quàm de alio.Hieronimus enim collaudat Paulum in hoc,q̃ minima peccata sicut magna plangebat:ergo nõ est magis dolendũ de vno,quã de alio.

¶Præterea.Motus contritionis est subitus: sed non potest esse vnus motus intensior simul & remissior:ergo contritio nõ debet esse maior de vno,quàm de alio peccato.

¶Præterea.De peccato præcipuè est contritio,secundum quòd à Deo auertit:sed in auersione omnia peccata mortalia conueniunt:quia omnia tollunt gratiam, qua anima Deo coniungitur, ergo de omnibus peccatis mortalibus æqualis debet esse contritio.

¶SED CONTRA. Deut.25.dicitur.Secundum mẽsuram peccati erit & plagarum modus,sed in contritione peccati plagæ commensurantur:quia contritio habet propositũ satisfaciendi annexum, ergo contritio magis debet esse de vno peccato,quàm de alio.

¶Præterea.De hoc debet homo cõteri,quod debuit vitari, sed homo debuit magis vitare vnũ peccatũ,quã aliud:quia grauius est si necessitas alterum faciendi incumberet, ergo & similiter debet de vno:scilicet graviori magis, quàm de alio dolere.

CONCLVSIO.

¶Contritio maior de vno,quàm de alio necessario est.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ de contritione dupliciter possumus loqui vno modo secundum q̃ figillatim singulis peccatis respondet:& sic quantum ad dolorem superioris affectus requiritur,q̃ de maiori peccato quis doleat magis: quia ratio doloris est magis in vno quàm in alio,scilicet offensa Dei, ex magis enim inordinato actu Deus magis offenditur, similiter etiam cùm maiori culpæ maior pœna debeatur,etiã dolor sensitiuæ partis:secundum quòd pro peccato ex electione assumitur,quia pœna peccati debet esse maior de maiori peccato,secundum autem q̃ ex impressione superioris appetitus nascitur inferior:attenditur quatitas doloris secundum dispositionem partis inferioris ad recipiendam impressionem à superiori, & non secundum quantitatem peccati. Alio modo potest accipi contritio,secundum q̃ est simul de omnibus,sicut in actu iustificationis, & hæc quidem contritio vel ex singulorum contritione procedit,& sic quãuis sit actus vnus,tamen distinctio peccatorum virtute manet in ipso:vel ad minus habet propositum de singulis cogitandi annexum:& sic etiam habitualiter est magis de vno,quàm de alio.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ,q̃ Paulus non laudatur de hoc:quòd de omnibus peccatis doleret æqualiter:sed quia de paruis peccatis tantùm dolebat ac si essent magna per comparationem ad alios:qui de peccatis dolent.sed ipse multò amplius de maioribus doluisset.

¶Ad secundum dicendum, quòd de illo contritionis motu subitaneo, quamuis actualiter distinctio intentionis respondens diuersis peccatis inueniri posset,tamen inuenitur in eo modo sicut dictum est, & etiam alio modo, secundum quod singula peccata ordinem habent ad illud, de quo in illa contritione generali contrito dolendum occurrit, scilicet offensa Dei. Qui enim aliquod totum diligit potentia potius diligit partes etiam eius, quamuis non actu: & hoc modo secundum quòd habent ordinem ad totum, quasdam plus quasdam minus:sicut qui aliquam communitatem diligit virtute, singulos diligit plus & minus secundum eorum ordinem in bono communi.Et similiter qui dolet de hoc,q̃ Deum offendit de diuersis implicitè, dolet diuersimodè,secundum quòd plus vel minus per ea Deum offendit.

¶Ad tertium dicendum, quòd quamuis quodlibet peccatum mortale à Deo auertat & gratiam tollat,tamen quoddam plus elongat,quàm aliud:inquantum habet maiorem dissonantiam ex sua inordinatiõe ad ordinem diuinæ bonitatis,quam aliud.

QVAESTIO QVARTA

De tempore contritionis, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est de tẽpore contritionis.Circa quod tria quæruntur.

¶Primo,vtrum tota vita hæc sit contritionis tempus.

¶Secundò,vtrum expediat continuè de peccato dolere.

¶Tertiò, vtrum post hanc vitam animæ de peccatis conterantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS I.

¶Vtrum tota hac vita sit contritionis tempus

Tho.4. dist.17. q.3.ar 1. 4.q. 1.& sequent.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ non tota hæc vita sit contritionis tempus. Sicut enim de peccato cõmisso debet esse dolor, ita & pudor: sed non per totam vitam duræ pudor de peccato: quia (sicut dicit Ambr) non habet quòd erubescat, cui peccatum dimissum est: ergo videtur quòd nec contritio quæ est dolor de peccato.

¶Præterea Ioan. 4. dicitur, quòd perfecta charitas foras mittit timorem: quia timor pœnam habet, sed dolor etiam pœnam habet, ergo in statu perfectæ charitatis non potest dolor contritionis manere.

¶Præterea. De præterito non potest esse dolor, qui propriè est de malo præsenti: nisi secundum q̃ aliquid de peccato præterito in præsenti manet: sed quandóq; peruenitur ad aliquē statum in hac vita: in quo nihil de peccato præterito manet, neq; dispositio, neque culpa, neque reatus aliquis, ergo non oportet vlterius de illo peccato dolere.

¶Præterea. Rom. 8. dicitur, q̃ diligentibus Deũ omnia cooperantur in bonum, etiam peccata, vt dicit glo. ergo non oportet post remissionem peccati, quòd de ipso doleat.

¶Præterea. Contritio est pars pœnitentiæ contra satisfactionem diuisa, sed non oportet semper satisfacere: ergo nec conteri de peccato semper.

¶SED CONTRA. Augu. in lib. de pœnitentia dicit. Quòd vbi dolor finitur, deficit pœnitentia: vbi deficit pœnitentia, nihil relinquitur de veniæ ergo videtur, cũ oporteat veniam non cessam non perdere, quòd oporteat semper de peccato dolere.

¶Præterea. Eccl. 5. dicitur de propiciatu peccatorum. Noli esse sine metu. ergo homo semper debet dolere ad peccatorũ propitiationem habendam.

CONCLVSIO.

¶Toto præsentis vitæ tempore debet homo de præteritis peccatis conteri & dolere.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ in contritione est duplex dolor. Vnus rationis, qui est detestatio peccati à se commissi: huius sensitiuæ partis, qui ex isto consequitur, & quantum ad vtrumq; e contritionis tempus est totius vitæ præsentis status. Quandiu enim est aliquis in statu, vitæ detestatur incommoda, quibus à peruentione ad terminum vitæ retardatur, vel impeditur, vnde cum propter peccatum præteritũ vitæ nostræ curſus in Deum retardetur, quia tempus illud quod erat deputatum ad currendum: recuperari non oportet quòd in vitæ huius tempore status contritionis maneat, quantum ad peccati detestationem. Similiter etiam quantum ad sensibilem dolorem, qui vt pœna à voluntate assumitur: quia enim homo pœnam æternam peccando meruit, & contra æternum Deum peccauit, debet pœna æterna in temporalem mutata, saltem dolor hominis in æterno, id est statu huius vitæ manere. Et propter hoc dicit Hug. de sancto Victore, quòd Deus absoluens hominem a culpa & pœna æterna, ligat eum vinculo perpetuæ detestationis peccati.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ: q̃ erubescentia respicit peccatum solùm, inquãtum habet turpitudinem: & ideò postquàm peccatum quantum ad culpam remissum est, non manet pudori locus: manet autem dolor: qui non solùm de culpa est, inquantum habet turpitudinem, sed etiam inquantum habet nocumentum annexum.

¶Ad secundum dicendum, q̃ timor seruilis quem charitas foras mittit oppositionem habet ad charitatem ratione seruitutis: quia pœnam respicit, sed dolor cõtritionis ex charitate causatur, vt dictum est, & ideò non est simile.

¶Ad tertium dicendum, q̃ quãuis per pœnitentiam peccator redeat ad gratiam pristinam & immunitatem pœnæ, nũquam tamen redit ad pristinam dignitatem innocentiæ, & ideò semper ex præterito peccato aliquid in ipso manet.

¶Ad quartũ dicendum, q̃ sicut nõ debet homo facere mala, vt veniant bona: ita non debet gaudere, quia ex eis occasionaliter prouenſunt bona diuinitus a gratia vel prouidentia agẽte: quia illorum bonorum peccata causa non fuerunt, sed magis impedimenta: sed diuina prouidentia ea causauit, & de ea debet homo gaudere, de præteritis autem dolere.

¶Ad quintum dicendum, quòd satisfactio attenditur, secundũ pœnam taxatam, quæ pro peccatis iniungi debet: & ideò potest terminari, vt non oporteat vlterius satisfacere. Hæc autem pœna præcipuè proportionatur culpæ ex parte conuersionis, ex qua finitatem habet, sed dolor contritionis respondet culpæ ex parte auersionis, ex qua habet infinitatem, vnde & contritio semper debet manere, nec est inconueniens si remoto posteriori maneat prius.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum expediat continuè de peccato dolere.

¶AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non expediat continuè de peccato dolere. Expedit enim quandóque gaudere: vt pater Philip. 1. super illud. Gaudete in Domino semper: dicit glo. Quia necessarium est gaudere, sed non est impossibile gaudere simul & dolere, ergo non expedit continuè de peccato dolere.

¶Præterea. Illud quod est de se malum & fugiendum, non est assumendum nisi quatenus est necessarium, vt medicina ad aliquid, sicut patet de vitione & sectione vulneris. Sed tristitia de se mala est, vnde dicitur Eccle. 3. Tristitiam longè expelle à te, & subditur causa. Multos occidit tristitia, & non est vtilitas in illa. Hoc etiam Philosophus dicit in septimo Ethicor. & 10. Ergo non debet amplius dolere de peccato, nisi quatenus sufficit ad peccatum delendum, sed statim post primam contritionis tristitiam peccatum deletum est: ergo non expedit vlterius dolere

¶Præterea. Bernardus dicit, Dolor bonus est: si continuus non sit. nel enim absynthio est amiscendum. ergo videtur quòd nõ expedit continuè dolere.

¶SED CONTRA est quod Augusti. dicit. Semper doleat pœnitens, & de dolore gaudeat.

¶Præterea. Actus in quibus consistit beatitudo, expedit semper cõtinuare quantũ possibile est: sed huiusmodi est dolor de peccato: quod patet Matth. 5. Beati qui lugent. ergo expedit dolorem continuare quantum possibile est.

CONCLVSIO.

¶Contritio, cùm sit actus pœnitentiæ, maximè hominis expediret continuè de peccato conteri, & moderatè dolere, dummodo cæterarum virtutũ officia non omittat.

¶RESPONDEO dicendum, quòd hæc est conditio in actibus virtutum inuenta, quòd non potest in eis accipi superfluum & diminutum: vt in 2. Ethico. probatur: vnde cum contritio quantum ad id quòd est displicentia quædam in apprehensiua rationis, & actus pœnitentiæ virtutis, numquam potest ibi esse superfluum, sicut nec quantum ad intensionem, ita nec quantũ ad durationem: nisi secundum quòd actus vnius virtutis impedit actum alterius magis necessarium pro tempore illo. Vnde quantumcúnque homo continuè in actibus displicentiæ esse possit, quòd magis, & melius est, dummodo actibus aliarum virtutum vacet suo tempore, secundum q̃ oportet: sed passiones possunt habere superfluum & diminutum, & quantum ad intensionem, & quantum ad durationem, & ideò sicut passio doloris, quã voluntas assumit, debet esse moderatè intensa: ita debet moderatè durare, ne si nimis dure: homo in desperationem & pusillanimitatem & huiusmodi labatur.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ gaudium sæculi impeditur per dolorem contritionis, non autem gaudium quod de Deo est, quia habet ipsum dolorem pro materia.

¶Ad secundũ dicendũ, q̃ illud Eccl. de tristitia sæculi loquitur & Philosop. loquitur de tristitia, quæ est passio, qua moderatè vtendum est, secundum q̃ expedit ad finem, ad quẽ assumitur.

¶Ad tertium dicendum, quòd Bernardus loquitur de dolore, qui est passio.

ARTICVL. III.

¶Vtrum etiam post hanc vitam anima de peccatis conterantur.

ADTERTIVM sic proceditur. Videtur quòd etiam post hanc vitam animæ de peccatis conterantur. Amor enim charitatis displicentiam de peccato causat: sed post hãc vitã manet in aliquibus charitas & quantum ad actum & quantum ad habitũ: quia charitas numquam excidit, vt dicitur primæ Corint. 13. ergo manet displicentia de peccato commisso, quæ essentialiter est contritio.

¶Præterea. Magis est dolẽdum de culpa, quã de pœna, sed animæ in purgatorio dolent de pœna sensibili, & de dilatione gloriæ, ergo multò magis dolent de culpa ab eis commissa.

¶Præterea. Pœna purgatorij est satisfactoria de peccato, sed satisfactio habet efficaciam ex vi contritionis, ergo contritio manet post hanc vitam.

¶SED CONTRA. Cõtritio est pars pœnitẽtiæ sacramẽti, sed sacramenta nõ manent post hanc vitã: ergo nec contritio.

¶Præterea. Contritio potest esse tanta, q̃ delet & culpã & pœnam: si ergo animæ in purgatorio conteri possent, posset vi cõtritionis eorum reatus pœnæ eis dimitti, & ideò à pœna sensibili liberari: quod est falsum.

CONCLVSIO.

¶Post hanc vitã in purgatorio tantũ, quanquã nõ meritorie, de peccatis contritionis dolor esse potest. non autem in patria, vel in inferno.

¶RESPONDEO dicendum: q̃ in contritione tria considerãda

deranda sunt. Primum est contritionis genus, quod est dolor. Secundum est contritionis forma, quæ est actus virtutis gratia informatus. Tertium est contritionis efficacia, quæ est actus meritorius & sacramentalis & quodammodo satisfactorius. Animæ igitur post hanc vitam, quæ in patria sunt, contritionem habere non possunt, quia carent dolore propter gaudij plenitudinem. Illæ verò quæ sunt in inferno, carent contritione, quia &si dolorem habeant, deficit tamen eis gratia dolorem informans. Sed illi, qui in purgatorio sunt, habent dolorem de peccatis gratia informatum, sed non meritorium, quia non sunt in statu merendi. In hac autem vita omnia tria prædicta inueniri possunt.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ charitas non causat istum dolorẽ: nisi in illis qui doloris capaces sunt, sed plenitudo gaudij omnem capacitatem doloris excludit: & ideò quatis charitatem habeant: tamen contritione carent.

¶Ad secundum dicendum, quòd animæ in purgatorio dolent de peccatis sed ille dolor non est contritio, quia deest eis contritionis efficacia.

¶Ad tertium dicendum, q̃ pœna illa, quam animę in purgatorio sustinent, non potest proprie dici satisfactio: quia satisfactio opus meritorium requirit sed largo modo dicitur satisfactio pœnæ debitæ solutio.

QVAESTIO QVINTA

De effectu contritionis, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandũ est de effectu contritionis. Circa quod tria quæruntur.

¶Primò, vtrum peccati remissio sit contritionis effectus.

¶Secundò, vtrum contritio possit totaliter tollere reatum pœnæ.

¶Tertiò, vtrũ parua cõtritio sufficiat ad delectionem magnorum peccatorum.

ARTICVLVS I.

¶Vtrum remissio peccati sit contritionis effectus.

ADPRIMVM sic proceditur. Videtur quòd peccati remissio non sit contritionis effectus. Solus enim Deus peccata remittit, sed contritionis nõ sumus aliqualiter causa: quia actus noster est, ergo contritio non est causa remissionis culpæ.

¶Præterea. Contritio est actus virtutis, sed virtus sequitur peccati remissionem, quia virtus & culpa non sunt simul in anima: ergo contritio non est causa remissionis culpæ.

¶Præterea. Nihil impedit a perceptione Eucharistiæ nisi culpa: sed cõtritus ante confessionẽ nõ debet accedere ad Eucharistiam: ergo nondum est consequutus remissionem culpæ.

¶SED CONTRA est quod dicitur in gloss. super illud Psalmi, Sacrificium Deo spiritus contribulatus, &c. Contritio cordis est sacrificium, in quo peccata soluuntur.

¶Præterea. Virtus & vitium eisdem causis corrumpuntur & generantur, vt dicitur in secundo Ethico. sed per inordinatum amorem cordis peccatum committitur, ergo per dolorem ex amore charitatis ordinato tantùm soluitur: & sic peccatum cõtritio delet,

CONCLVSIO.

¶Contritio tam dispositiuè, quàm effectiuè instrumentaliter remissionem peccatorum causat.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ contritio potest dupliciter considerari, vel inquantũ est pars sacramenti, vel inquantũ est actus virtutis, & vtroq; modo est causa remissionis peccati, sed diuersimodè: quia inquantũ est pars sacramenti, primò operatur ad remissionem peccati instrumentaliter: sicut & de aliis sacramentis in prima distin. patuit. Inquantum autem est actus virtutis sic, est quasi causa materialis remissionis peccati, eo quòd dispositio est quasi necessitas ad iustificationem: dispositio autem reducitur ad causam materialem, si accipiatur dispositio quæ disponit materiam ad recipiendum: secus autem est de dispositione agentis ad agendum, quia illa reducitur ad genus causæ efficientis.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ solus Deus est causa sufficiens principalis remissionis peccati: sed causa dispositiua potest etiam esse ex nobis, & similiter etiam causa sacramentalis, quia formæ sacramentorum verba sunt a nobis prolata, quę habent virtutem instrumentalem gratiam inducendi, qua peccata remittuntur.

¶Ad secundum dicendum: q̃ peccati remissio vno modo præcedit virtutem & gratiæ infusionem, & alio modo sequitur, & secundum hoc q̃ sequitur actus à virtute elicitus, potest esse causa aliqua remissionis peccati.

¶Ad tertium dicendum, q̃ dispensatio Eucharistiæ pertinet ad ministros ecclesiæ: & ideo ante remissionem peccati per ministros ecclesię non debet aliquis ad Eucharistiã accedere, quamuis sit sibi culpa quo ad Deum remissa.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum contritio possit totaliter tollere reatum pœnæ.

ADSECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ contritio non possit totaliter tollere reatũ pœnę, quia satisfactio & confessio ordinantur ad liberationem a reatu pœnæ, sed nullus ita perfectè conteritur, quin oporteat eum conteri & satisfacere. ergo contritio nullo modo est tanta, quòd totaliter deleat reatum totum.

¶Præterea. In pœnitentia oportet esse quædam recõpensatio pœnæ ad culpam: sed aliqua culpa per membra corporis exercetur, ergo cũ oporteat ad debitam pœnæ recompensationem vt per quæ peccat quis, per hoc & torqueatur, videtur q̃ nunquã possit pœna talis peccati per contritionem abolui.

¶Præterea. Dolor contritionis est finitus: sed pro aliquo peccato, scilicet mortali, debetur pœna infinita: ergo nullo modo potest esse tanta contritio, quod totam pœnam deleat.

¶SED CONTRA est, q̃ Deus plus affectum cordis acceptat, quam etiam exteriorem actum: sed per exteriores actus absoluitur homo a pœna & culpa, ergo & similiter per cordis affectum, qui est contritio.

¶Præterea. Exemplũ huiusmodi de Latrone habetur, cui dictũ est. Hodie mecũ eris in Paradiso, propter vnicũ pœnitentiæ actũ. Vtrũ aũt totus: eat̃ per cõtritionẽ semper tollatur, suprà. distinct. 14. quæsitũ est, vbi hoc ipsum de pœnitentia quæretur.

CONCLVSIO.

¶Contritio quo per charitatem perfecta fuerit, eo non modo culpa, sed omnis pœnæ remissionem operari potest.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ intentio contritionis potest attendi dupliciter. Vno modo ex parte charitatis, quæ displicentiam causat: & sic contingit tantum intendi charitatem in actu, q̃ contritio inde sequens meretur non solum culpæ amotionem: sed etiam absolutionem ab omni pœna. Alio modo ex parte doloris sensibilis, quem voluntas ex cõtritione excitat: & quia illa etiam pœna quædam est tantũ potest intendi, quòd sufficiat ad delectionem culpæ & pœnæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ aliquis non potest esse certus q̃ contritio sua sit sufficiens ad delectionem pœnæ & culpæ: & ideò tenetur confiteri & satisfacere maximè cũ contritio vera non fuerit nisi propositum confitendi habuisset annexum: quod debet ad effectum reduci etiam propter præceptum, quod est de confessione datum.

¶Ad secundum dicendum, q̃ sicut gaudium interius redundat etiam ad exteriores corporis partes, ita etiam dolor interior ad exteriora membra deriuatur. Vnde dicitur Prouerb. 18. Spiritus tristis exiccat ossa.

¶Ad tertiũ dicẽdũ, q̃ dolor contritionis quãuis sit finitus quãtũ ad intensionẽ, sicut etiã pœna peccato mortali debita finita est, habet tamẽ infinitã virtutẽ ex charitate, qua informatur, & secundum hoc potest valere ad delectionem culpæ & pœnæ.

ARTICVL. III.

¶Vtrũ parua contritio sit sufficiens ad delectionem magnorũ peccatorũ.

ADTERTIVM sic proceditur. Videtur quòd contritio parua nõ sufficiat ad delectionem magnorum peccatorum, quia contritio est medicina peccati, sed corporalis medicina, quę sanat corporalem morbum minorem, non sufficit ad sanãdum maiorem: ergo minima contritio non sufficit ad delendũ maxima peccata.

¶Præterea. Suprà dictum est, q̃ oportet de maioribus peccatis magis conteri, sed contritio non delet peccatum, nisi sit secundũ q̃ oportet, ergo minima contritio nõ delet omnia peccata.

¶SED CONTRA. Quælibet gratia gratum faciens, delet omnem culpam mortalem, quia simul stare cũ ea nõ potest, sed quælibet contritio est gratia gratum faciens informata: ergo quantumcúnque sit parua, delet omnem culpam.

CONCLVSIO.

¶Perfecta contritio omnem delet culpam.

¶RESPONDEO dicendum q̃ contritio (vt sæpè dictum est) habet duplicem dolorem, vnum rationis, qui est displicentia peccati commissi, & hic potest esse paruus, adeò quòd non sufficiat ad rationem cõtritionis, vt si minus displiceret ei peccatũ, quam de beat, displiceret separatio à fine: sicut etiã amor potest esse ita remissus, quòd non sufficit ad rationem charitatis. Alium dolorem habet in sensu, & paruitas huiusmodi non impedit rationem contritionis: quia non se habet æqualiter ad contritionem, sed quasi ex accidenti ei adiungitur, & iterũ non est in potestate nostra: sic ergo dicendum, quòd quantumcunq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

paruus si dolor, dummodò ad contritionis rationem sufficiat, omnem culpam delet.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ medicinæ spirituales habẽt efficaciam infinitam, quæ in eis operatur, & ideo illa medicina, quæ sufficit ad curationem peccati parui, sufficit etiam ad curationem magnitudinis. sicut patet de baptismo, quo & magna & parua soluuntur: & similiter est de contritione dummodò ad rationem contritionis pertingat.

¶Ad secundũ dicendum, q̃ hoc sequitur ex necessitate, q̃ vnus homo plus doleat de maiori peccato quam de minori: secundũ q̃ magis repugnat amori, qui dolorem causat, sed si vnus alius haberet tantum de dolore pro maiori, quantum ipse de minori, sufficeret ad remissionem culpæ.

QVAESTIO SEXTA, DE CONFESSIONE & eius necessitate, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de confessione, de qua sex sunt consideranda. Primò, de confessionis necessitate. Secundò, de eius quantitate. Tertiò, de ipsius ministro. Quartò, de qualitate eius. Quintò, de eius effectu. Sextò, de eius sigillo. Circa primum quæruntur sex.

¶Primò, vtrùm confessio sit necessaria ad salutem.

¶Secundo, vtrùm confessio sit de iure naturali.

¶Tertiò, vtrùm omnes ad confessionem teneantur.

¶Quartò, vtrùm aliquis possit confiteri peccatum quod non habet.

¶Quintò, vtrùm statim homines peccatum cõfiteri teneantur.

¶Sextò, vtrùm possit cum aliquo dispensari ne homini confiteatur.

ARTICVLVS I

¶Vtrùm confessio sit necessaria ad salutem.

The. 4. dist. 17. q. 3. art. 1. q. 1. & sequẽt.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd confessio non sit necessaria ad salutem. Sacramentum enim pœnitentiæ propter remissionem culpæ ordinatum est: sed culpa per gratiæ infusionem sufficienter remittitur, ergo ad pœnitentiam de peccato agendam non est necessaria confessio.

¶Præterea. Peccatum quod ex alio contractum est, ex alio debet habere medicinam: ergo peccatum actuale quod ex proprio motu quilibet commisit, oportet ex re ipsa tantũ habere medicinam, sed contra tale peccatum ordinatur pœnitẽtia, ergo confessio non est de necessitate pœnitentiæ.

¶Præterea. Aliquibus est peccatum remissum sine hoc q̃ confessi legantur, sicut patet de Petro & Magdalena & de Paulo, sed non est minoris efficaciæ gratia remittens peccatum nunc: quàm tunc fuerit, ergo nec nũc de necessitate salutis est, quod homo confiteatur.

¶Præterea. Confessio ad hoc exigitur in iudicio, vt secundum quantitatem culpæ pœna infligatur: sed homo potest pœnam sibipsi infligere maiorem, quàm etiam ab alio sibi infligatur: ergo videtur quòd confessio non sit de necessitate salutis.

¶SED CONTRA. Boetius in libro de Conso. Si opem medicantis expectas, oportet quòd morbum detegas, sed de necessitate salutis est quòd homo de peccatis medicinam accipiat, ergo & de necessitate salutis est quod morbum per confessionem detegat.

¶Præterea. In iudicio seculari non est idem iudex vel actor & reus, sed iudicium spirituale est ordinatius, ergo peccator qui est reus, nõ debet esse suipsius iudex, sed ab alio iudicari & ita oportet quòd confiteatur.

CONCLVSIO.

¶Sacramentalis confessio de necessitate salutis eius est, qui in peccatũ actuale, vel mortale cecidit.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ passio Christi, sine cuius virtute nec originale, nec actuale peccatum dimittitur, in nobis operatur per sacramẽtorum susceptionem, quæ ex ipsa efficaciam habent, & ideò ad culpæ remissionem & actualis & originalis requiritur sacramentum Ecclesiæ, vel actu susceptũ, vel saltem voto: quando articulus necessitatis, non contemptus sacramentum excludit, & per consequens illa sacramenta quæ ordinantur contra culpam, cum qua salus esse non potest, sunt de necessitate salutis, & ideò sicut baptismus, quo deletur originale, est de necessitate salutis, ita & pœnitentiæ sacramentũ. Sicut autem aliquis per hoc, q̃ baptismum petit, se ministris Ecclesiæ subijcit, ad quos pertinet dispensatio sacramenti, ita etiã per hoc, q̃ cõfitetur peccatum suum, se ministro Ecclesiæ subijcit, vt per sacramentum pœnitentiæ ab eo dispensatum remissionem consequatur, qui congruum remedium adhibere non potest, nisi peccatum cognoscat, quod fit per confessionẽ peccantis, & ideò confessio est de necessitate salutis eius, qui in peccatum actuale vel mortale cecidit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ gratiæ infusio sufficit ad culpæ remissionem, sed post culpam remissam adhuc est peccator debitor pœnæ temporalis: sed ad gratiæ infusionem consequendam ordinata sunt gratiæ sacramenta, ante quorũ susceptionem vel actu vel proposito aliquis gratiam non consequitur: sicut in baptismo patet. Et similiter est de confessione, & vlterius per confessionis erubescentiam & vim claustum, quibus se conhtens subijcit: & satisfactionem iniunctam, quã faciens moderatur, secundum qualitatem criminum sibi per cõfessionem innotescentium, pœna temporalis expiatur. Sed tamen ex hoc, q̃ operatur confessio ad pœnæ remissionem, non habet q̃ sit de necessitate salutis, quia pœna illa est temporalis, ad quã post culpæ remissionẽ aliquis remaneret ligatus. Vnde sine hoc q̃ in præsenti via expiaretur, esset via salutis: sed habet q̃ sit de necessitate salutis, ex hoc, quòd ad remissionem culpæ modo prædicto operatur.

¶Ad secundũ dicendũ, q̃ peccatum quòd ex altero contractũ est, scilicet originale, potest omnino ab extrinseco remedium habere, vt in paruulis patet, sed peccatum actuale, quod ex seipso quilibet commisit, nõ potest expiari nisi aliquid cooperetur ille qui peccauit, sed tamen non sufficit ad peccatũ expiandum ex seipso, sicut sufficienter peccatum commissum ex q̃ peccatum ex parte conuersionis est finitum, ex qua parte peccator in ipsum reducitur, sed ex parte auersionis habet infinitatem, ex qua parte oportet q̃ peccati remissio incipiat, quia quod est primum in generatione, est primum in resolutione, vt dicitur in 2. Ethicor. & ideo oportet quòd etiam peccatum actuale ex alio medicinam habeat.

¶Ad tertium dicendum, q̃ etsi non legatur eorum cõfessio, potuit tamen fieri. Multa enim facta sunt, quæ non sunt scripta. Et præterea, Christus habet potestatem excellentiæ in sacramentis, vnde sine his, quæ ad sacramentum pertinent, potuit rem sacramenti conferre.

¶Ad quartum dicẽdum, quòd satisfactio non sufficeret ad expiandam pœnam peccati ex quantitate pœnæ, quæ in satisfactione imponitur, sed sufficit inquantum est pars sacramenti virtutem sacramentalem habens, & ideò oportet quod per dispensatores sacramentorum imponatur, & ideò necessaria est confessio.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm confessio sit de iure naturali.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd cõfessio sit de iure naturali. Adam enim & Cain non tenebãtur, nisi ad præcepta legis naturæ, sed reprehenduntur de hoc quòd peccatum suum non sunt confessi, ergo confessio peccati est de iure naturali.

¶Præterea. Præcepta illa, quę manẽt in veteri lege & noua, sunt de iure naturali, sed cõfessio fuit in veteri lege, vt dicitur Isa. 42. Narra si quid habes, vt iustificeris, ergo est de iure naturali.

¶Præterea. Iob nõ erat subiectus nisi legi naturali, sed ipse peccata confitebatur, quod patet per hoc quod dicit Iob 31. Si abscondi vt homo peccatum meum, ergo est de iure naturali.

¶SED CONTRA. Isid. dicit quod ius naturale est idẽ apud omnes, sed confessio non est eodem modo apud omnes, ergo non est de iure naturali.

¶Præterea. Cõfessio fit ei qui habet claues, sed claues Ecclesię non sunt de iure naturali instituto, ergo nec confessio.

CONCLVSIO.

¶Sacramentalis confessio non de iure naturæ, sed diuino est.

¶RESPONDEO dicẽdum, q̃ sacramenta sunt quędã fidei protestatiões, vnde oportet ea fidei esse proportionata, fides autem est supra cognitionem rationis naturalis: vnde & sacramenta sunt supra rationis naturalis dictamen, & quia ius naturale est, quod non opinio genuit, sed innata quædam vis inseruit, vt Tullius dicit, ideò sacramenta non sunt de iure naturali, sed de diuino, quod est supra naturale. Quod quandóque etiam naturale dicitur: secundum quòd cuiuslibet rei illud est naturale, quod ei à suo creatore imponitur, tamen propriè dicũtur naturalia, quæ ex principijs naturæ causantur. Supra autem naturã sunt quæ ipse Deus sibi reseruat, siue naturæ ministerio operãda, siue in operationibus miraculorum, siue in reuelationibus mysteriorum, siue in institutionibus sacramentorum, & sic confessio quæ necessitatem sacramentalem habet, non de iure naturali est, sed de diuino.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ Adam vituperatur ex hoc q̃ peccatum suum coram Deo non recognouit: confessio enim, quæ fit Deo per recognitionem peccati, est de iure naturali: nunc autẽ loquimur de cõfessione quæ fit homini. Vel dicendum q̃ cõfiteri peccatũ in casu est de iure naturali, scilicet cùm quis

cũ quis in iudicio cõstitutus à iudice interrogatur. tũc enim nõ debet peccatũ mentiri de quo Adã & Cain vituperantur, sed cõfessio, quæ sit homini sponte ad remissionem peccatorũ cõsequendam, à Deo non est de iure naturali.

¶Ad secundum dicẽdum, q̃ præcepta legis naturæ manent eodem modo in lege Moysi, & in noua lege, sed confessio quãuis aliqualiter esset in lege Moysi, non tamen eodẽ modo: sicut in lege noua, nec sicut in lege naturæ, in lege autem naturæ sufficiebat recognitio peccati interior apud Deũ, sed in lege Moysi oportebat aliquo signo exteriori peccatum operiri: sicut per oblationem hostiæ pro peccato, ex quo & homini innotescere poterat eum peccasse, non autem oportebat vt speciale peccatum à se commissum manifestaret, vt peccati circunstantias, sicut in noua lege oportet.

¶Ad tertium dicendum, q̃ Iob loquitur de illa abscõsione peccati, quã facit deprehensus, peccatum negando, aut excusando, vt ex glossa ibidem haberi potest.

ARTICVL. III.

¶Vtrùm omnes ad confessionem teneantur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ nõ omnes ad confessionẽ teneantur, quia sicut dicit Hiero. pœnitentia est secunda tabula post naufragium, sed aliqui post baptismum naufragium non sunt passi: ergo nec eis competit pœnitentia, & sic nec confessio quæ est pœnitentiæ pars.

¶Præterea. Confessio facienda est iudici in quolibet foro, sed aliqui sunt qui nõ habent hominem iudicem supra se, ergo nec tenentur ad confessionem.

¶Præterea. Aliquis est qui non habet peccata nisi venialia, sed de illis non tenetur homo confiteri: ergo non quilibet tenetur ad confessionem.

¶SED CONTRA est, quia confessio cõtra satisfactionẽ & contritionem diuiditur: sed omnes tenentur ad contritionẽ, & satisfactionem: ergo & omnes tenentur ad confessionem.

¶Præterea. Hoc patet per decre. de pœ. &re. vbi dicitur. Quòd omnes vtriusq; sexus cùm ad annos discretionis peruenerint, tenentur peccata confiteri.

CONCLVSIO.

¶Quanquam peccatores tantùm ex diuino iure ad confessionem teneantur, ex vi tamen positiui iuris omnes Christi fideles ad eam semel saltem in anno tenentur.

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd ad confessionem dupliciter obligamur. Vno modo ex iure diuino hoc ipso, quòd est medicina, & secundum hoc non omnes tenentur ad confessionem, sed illi tantùm, qui peccatum mortale incurrunt post baptismum. Alio modo, ex præcepto iuris positiui, & sic tenentur ex institutione Ecclesiæ edita in concilio generali sub Innoc. 3. vt quilibet peccatorem se recognoscat, quia omnes peccauerunt & egent gratia Dei, tum vt cum maiori reuerentia ad Eucharistiam accedatur, tum vt ecclesiarũ rectoribus sui subditi innotescant, ne lupus intra gregem lateat.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis homo in hac mortali vita post baptismum naufragium euadere possit, quod est peccatum mortale: non tamen euadere potest venialia quibus ad naufragium disponitur, contra quæ etiã pœnitentia ordinatur: & ideò manet pœnitentię locus etiã in illis qui non mortaliter peccant, & per consequens confessionis.

¶Ad secundum dicendum, quod nullus est qui non habeat iudicem Christum, cui per suũ vicarium cõfiteri debet, qui quãuis eo inferior sit, inquantùm prælatus est, tamen est eo superior, inquantùm peccator est ipse, & ille Christi minister.

¶Ad tertium dicendum, quòd ex vi sacramenti non tenetur aliquis venialia confiteri, sed ex institutione ecclesiæ quando non habet alia quę confiteatur. Vel potest dici secundum quosdam quòd ex decre. prædicta non obligantur nisi illi qui habent peccata mortalia, q̃ patet ex hoc quod dicit, quòd debet omnia peccata confiteri, quod de venialialibus intelligi non potest: quia nullus omnia confiteri potest, & secundum hoc ille qui non habet mortalia, non tenetur ad confessionem venialium, sed sufficit ad præceptum ecclesię implendum vt se sacerdoti repræsenter, & se ostendat absq; cõscientia mortalis esse, & hoc ei pro confessione reputatur.

ARTICVL. IIII.

¶Vtrùm aliquis possit confiteri peccatum quod non habet.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd aliquis licite possit confiteri peccatum, quod non habet: quia vt dicit Greg. Bonarum mentium est, ibi culpam agnoscere, vbi culpa non est: ergo ad bonam mentem pertinet, vt de illis culpis se accuset, quas non commisit.

¶Præterea, Aliquis per humilitatem reputat se deteriorem aliquo, qui est manifestus peccator, & in hoc est commendandus: sed quod corde quis æstimat, licet ore confiteri. Ergo licitè potest confiteri se habere grauius peccatũ quàm habeat.

¶Præterea, Aliquis aliquando dubitat de peccato aliquo vtrũ sit mortale vel veniale, & talis debet de illo, vt videtur, confiteri, vt de mortali: ergo aliquis debet confiteri aliquando peccatum quod non habet.

¶Præterea, satisfactio ex cõfessione ordinatur: sed aliquis potest satisfacere de peccato, quod non commisit: ergo etiam potest confiteri peccatum quod non fecit.

¶SED CONTRA, Quicunque dicit se feciſſe, quod non fecit mentitur: sed nullus in cõfessione mentiri debet, cùm omne mendacium sit peccatum: ergo nullus debet confiteri peccatum quod non fecit.

¶Præterea, in iudicio exteriori non debet aliquod crimen aliter impingi quod non potest per testes idoneos probari: sed testis in foro pœnitentiæ est conscientia: ergo aliquis non debet se accusare de peccato, quod conscientia non habet.

CONCLVSIO.

¶Peccatum quòd quis non habet, nullatenus confiteri licet.

¶RESPONDEO dicendum, quòd per confessionem debet pœnitens se confessori suo manifestare: ille autẽ, qui aliud facerdoti de se loquitur, quàm sua cõscientia habeat, siue in bonũ, siue in malum, non se sacerdoti manifestat, sed magis occultat & ideò requirit idonea confessio: sed ad hoc quòd sit idonea, requiritur quòd os cordi concordet, vt solùm hoc os accuset quod conscientia tenet.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod agnoscere culpam, vbi non est, potest esse dupliciter. Vno modo, vt intelligatur quantum ab substantiam actus: & sic non est verum. Non enim ad bonam mentem pertinet, sed ad errantem vt se actum alsquem cõmisse agnoscat, quem non commisit. Alio modo quãtum ad conditionem actus: & sic verum est quod Greg. dicit quia iustus in actu qui de se bonus videtur, formidat, ne aliquis defectus ex parte sua fuerit. Et hoc dicitur Iob 19. Verebar omnia opera mea: & ideò ad bonam mentem etiam pertinet, vt habeat formidinem, quam cor de tenet, lingua accuset, & per hoc etiam patet solutio.

¶Ad secundum dicendum, quòd iustus qui est verè humilis, non reputat se deteriorem, quãtum ad perpetrationem actus, qui sit peior ex genere, sed quia timet ne in his quæ bene agere videtur, per superbiam grauius delinquat.

¶Ad tertium dicendum, quod quando aliquis dubitat de aliquo peccato an sit mortale, tenetur illud confiteri dubitatione manente: quia quicquid committit vel omittit, in quo dubitat esse peccatum mortale, peccat mortaliter discriminis se cõmittens: & similiter periculo se committit, qui de hoc quod dubitat esse mortale, negligit confiteri: non tamen debet asserere illud mortale esse, sed ramẽ dubitatiuè loqui, & iudiciũ sacerdotis expectare, cuius est discernere inter lepram & lepram.

¶Ad quartum dicendum, quòd ex hoc, quod homo satisfacit pro peccato, quod non commisit, non incurrit mendacium: sicut cùm quis confitetur peccatum quòd non credit se feciſſe: si enim dicat peccatum quod non fecit, dum credit se feciſſe, non mentitur: & ideò non peccat si eo modo dicat, sicut est in corde suo.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm statim teneatur confiteri.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd statim teneatur confiteri, dicit enim Hug. de S. Vict. Si necessitas non est, quæ prætendatur, contemptus non excusatur: sed quilibet tenetur vitare contemptum. ergo quilibet tenetur statim confiteri, cùm potest.

¶Præterea, Quilibet tenetur plus facere ad euadendum morbum spiritualem, quàm ad euadendum morbum corporalem: sed aliquis infirmus corporaliter non sine detrimento salutis medicum requirere tardat: ergo videtur q̃ non possit esse sine detrimento salutis, quòd aliquis sacerdoti, cuius copiã habet, non statim de peccato confiteatur.

¶Præterea, Illud quod sine termino debet, statim debetur: sed sine termino debet hó confessionẽ Deo. Ergo tenet ad statim.

¶SED CONTRA, In decreto simul datur tempus determinatum de confessione & de Eucharistiæ perceptione: sed aliquis non peccat si non percipiat Eucharistiam ante tempus à iure determinatum: ergo non peccat si ante tempus illud non confiteatur.

¶Præterea, Quicunque illud omittit, ad quod ex præcepto tenetur, peccat mortaliter: si ergo aliquis non statim confitetur quando habet copiam sacerdotis, si ad statim confitendum tenetur, peccaret mortaliter: & eadem ratione alio tempore, & sic deinceps: & ita multa peccata mortalia homo incurreret

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro vna pœnitentiæ dilatione: quod videtur inconueniens.

CONCLVSIO.

¶ Quanquam statim omnes de sua delere peccata teneantur: de necessitate tamen salutis non est, vt statim peccata sua confiteantur, sed habita copia Confessoris & statutis ab Ecclesia pro pœnitentia temporibus.

¶ RESPONDEO dicendum: q̃ cùm propositum confitendi sit annexum cõtritioni, tunc tenetur aliquis ad hoc prot

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Sextò,verum pœnitens in extremo vitæ suæ possit absolui à quolibet sacerdote.

¶Septimò,vtrum pœna temporalis taxari debeat secundum quantitatem culpæ.

ARTICVLVS I

¶Vtrum necessarium sit confiteri sacerdoti.

Th. vbi supra Art. 3. q. 1. & sequen.

AD PRIMVM sic proceditur.Videtur quòd non sit necessarium sacerdoti confiteri.Ad confessionem enim nō obligamur nisi ex diuina institutione: sed diuina institutio nobis proponitur Iaco.5.Confitemini alterutrum peccata vestra:vbi non fit mētio de sacerdote,ergo nō oportet cōfiteri sacerdoti.

¶Præterea.Pœnitentia est necessitatis sacramentum, sicut & baptismus,sed in baptismo propter necessitatis sacramentum est minister quilibet homo,ergo & in pœnitentia:sed ministro Ecclesiæ facienda est confessio,ergo sufficit cuilibet confiteri.

Præterea.Confessio est ad hoc necessaria,vt taxetur pœnitenti satisfactionis modus,sed aliquis aliquando non sacerdos dulcius posset pœnitenti dare satisfactionis modū,quàm multi sacerdotes:ergo non est necessarium q; confessio fiat sacerdoti.

¶Præterea.Confessio ad hoc est ordinata in Ecclesia,vt rectores pecorum suorum vultum cognoscant, sed quandoque rector vel Prælatus non est sacerdos, ergo confessio non semper facienda est sacerdoti.

¶SED CONTRA.Absolutio pœnitentis,propter quā fit confessio,non fit nisi à sacerdotibus,quibus claues commissæ sunt:ergo confessio debet fieri sacerdoti.

¶Præterea . Confessio præfiguratur in Lazari mortui viuificatione , sed Dominus solùm discipulis præcepit vt soluerent Lazarum,vt patet Ioann.vndecimo.ergo sacerdotibus facienda est confessio.

CONCLVSIO.

¶Soli sacerdoti facienda est sacramentalis confessio.

¶RESPONDEO dicendum,q; gratia, quæ in sacramentis datur,à capite in membra descendit,& ideo solus ille minister est sacramentorum,in quibus gratia datur, qui habet ministerium super corpus Christi verum, quod solius sacerdotis est, qui consecrare Eucharistiam potest,& ideò cùm in sacramento pœnitētiæ gratia conferatur,solus sacerdos minister est huiusmodi sacramenti,& ideo ei soli facienda est sacramentalis confessio,quæ ministro fieri debet.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,q; Iacobus loquitur ex præsuppositione diuinæ institutionis:& quia diuinitùs institutio præcesserat de cōfessione sacerdotibus faciēda,per hoc quòd eis potestatem remittendi peccata in Apostolis dedit,vt patet Ioan.20.ideò intelligendum est,quòd Iaco.sacerdotibus confessionem esse faciendam monuit.

¶Ad secundā dicendū,q; baptismus est magis sacramētum necessitatis,quàm pœnitentia,quo ad cōfessionem & absolutionem:quia quandoque baptismus prætermitti nō potest sine periculo salutis æternæ,vt patet in pueris , qui non habent vsum rationis,sed non est ita de confessione,& absolutione quæ tantum ad adultos pertinent:in quibus cōtritio cum proposito cōfitendi,& desiderio absolutionis sufficit ad liberandum à morte æterna:& ideò non est simile de Baptismo & confessione.

¶Ad tertium dicendum,quòd in satisfactione non solùm attēdenda est quantitas pœnæ,sed etiam virtus eius: secūdum q; est pars sacramenti: & sic requirit sacramentorum dispēsatorem, quamuis etiam ab alio,quā à sacerdote pœna taxari possit.

¶Ad quārtum dicendum,quòd cognoscere vultum pecoris,ad quod potest necessarium esse. Primò,q; coordinetur gregi Christi:& sic cognoscere vultū pecoris pertinet ad curam & solicitudinem pastoralem , quæ incumbit quandoque illis , qui non sunt sacerdotes. Secundò,ad hoc quòd prouideatur ei competens medicamentum salutis,scilicet sacramentum Eucharistiæ: & talia præbere pertinet ad sacerdotem, & ad talem cognitionem pecoris confessio ordinatur.

ARTICVLVS II.

¶Vtrum in aliquo casu liceat alij quàm sacerdoti confiteri.

AD SECVNDVM sic proceditur . Videtur quòd in nullo casu liceat alijs,quàm sacerdotibus confiteri:quia confessio sacramentalis accusatio est : vt ex suppositā definitione habetur:sed dispensatio sacramenti ad illum tātùm pertinet, qui est sacramenti minister.cum ergo minister sacramēti proprius sit sacerdos,videtur quòd nulli alij sit confessio facienda.

¶Præterea,Confessio in quolibet iudicio ad sententiam ordinatur, sed sententia in foro contentioso non a suo iudice lata, nulla est:& ideò non facienda est cōfessio nisi iudici:sed iudex in foro conscientiæ non est nisi sacerdos,qui habet potestatem ligandi & soluendi.ergo non est alij confessio facienda.

¶Præterea, In Baptismo quilibet potest baptizare , quia si baptizat laicus , etiam absque necessitate non debet à sacerdote Baptismus iterari:sed si aliquis confiteatur laico in casu necessitatis,iterum tenetur sacerdoti confiteri, si articulum necessitatis euadat: ergo confessio non potest fieri laico in casu necessitatis.

¶SED CONTRA,est quod in litera determinatur.

CONCLVSIO.

¶Non nisi in necessitatis articulo alteri quàm sacerdoti peccatorum confessio fieri potest.

¶RESPONDEO dicendū,quòd sicut Baptismus est sacramentum necessitatis,ita & pœnitentia.Baptismus autem, quia est sacramentum necessitatis,duplicem habet ministrum.Vnū, cui ex officio baptizare incumbit,scilicet sacerdotem.Alium, cui ratione necessitatis dispensatio Baptismi cōmittitur:& ita etiam minister pœnitentiæ,cui confessio est facienda:est sacerdos:sed in necessitate etiam laicus vicem sacerdotis supplet,vt ei confessio fieri possit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,quòd in sacramento pœnitentiæ non solùm est aliquid ex parte ministri, scilicet absolutio & satisfactionis iniunctio, sed etiam aliquid ex parte ipsius,qui suscipit sacramentum,quod est etiam de essentia sacramenti,sicut contritio & confessio. Satisfactio autem iam incipit esse a ministro,inquantum eam iniungit:& à pœnitente,in quantum eam implet: & ad plenitudinem sacramenti vtrunq; debet concurrere,quando possibile est.Sed quando necessitas imminet,debet facere pœnitens quod ex parte sua est, scilicet conceri & cōfiteri cui potest, quamuis sacramentum perficere non possit vt faciat id quod ex parte sacerdotis est,a;solutionem scilicet, defectū tamen sacerdotis summus Sacerdos supplet:nihilominus confessio laico ex desiderio sacerdotis facta sacramentalis est quodammodò:quamuis non sit sacramētum perfectum: quia deest ei id quod est ex parte sacerdotis.

¶Ad secundum dicendum,quòd quamuis laicus non sit iudex eius:qui sibi confitetur absolutè,tamē ratione necessitatis accipit iudiciū super eum,secundum quod cōfitens ex desiderio sacerdotis se ei subdit.

¶Ad tertium dicendum , quòd per sacramenta homo non solùm Deo,sed ecclesiæ oportet quòd reconcilietur.Ecclesiæ autem reconciliari non potest nisi sanctificatio ecclesiæ ad eum perueniat:in baptismo autem sanctificatio ecclesiæ ad hominē peruenit per ipsum elemētum exterius adhibitum, quod verbo vitæ sanctificatur secundum formam Ecclesiæ à quocunq; &ideò ex quo semel baptizatus est à quocunque,non oportet quòd iterum baptizetur.Sed in pœnitentia ecclesiæ sanctificatio non peruenit ad hominem nisi per ministrum: quia non est ibi aliquod elementum corporale exterius adhibitū, quod ex sanctificatione inuisibilē gratiam conferat: & ideò quāuis ille laico confessus in articulo necessitatis consequatur sit venia à Deo eo quòd propositum confitendi, quod secundum mandatum Dei percepit,sicut potuit impleuit:non tamen admittitur ad huc ecclesiæ reconciliatus est,vt ad sacramenta Ecclesiæ admitti debeat nisi prius à sacerdote absoluatur:sicut ille qui baptismo flaminis baptizatus est,ad Eucharistiam non admittitur.Et ideò oportet quòd iterum confiteatur sacerdoti,cùm copiam habere potuerit: & præcipuè quia sacramentum pœnitentiæ perfectum non fuit.Vnde oportet quòd perficiatur,vt ex ipsa perceptione sacramenti pleniorem effectum consequatur , & vt mandatum de pœnitentiæ sacramento recipiendo impleat.

ARTICVL. III.

¶Vtrùm extra casum necessitatis possit aliquis non sacerdos confessionem venialium audire.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd extra casum necessitatis non possit aliquis non sacerdos cōfessionem venialium audire. Quia sacramentum aliquod committitur laico dispensandum ratione necessitatis:sed confessio venialium non est de necessitate:ergo non committitur laico.

¶Præterea,Contra venialia ordinatur extrema vnctio,sicut & pœnitentia:sed illa non potest dari à laico:vt patet Iacobi vltimo:ergo nec confessio venialium potest ei fieri.

¶SED contra est quod dicit Beda in litera.

CONCLVSIO.

¶Non est necessarium vt quis sacerdoti venialia confiteatur,cùm per pectoris tusionem & aquam benedictam remittantur.

¶RESPONDEO dicendum,q; per peccatū veniale homo nec à Deo,nec à sacramēto Ecclesiæ separatur:& ideò nō indiget nouæ gratiæ collatione ad eius dimissionē,neq; indiget reconciliari ecclesiæ. Et propter hoc non oportet q; venialia aliquis sacerdoti cōfiteatur: quia ipsa confessio laico facta sacramentale quoddam est , quātus non sit sacramentū perfectum, & ex charitate procedens:& talibus natum est veniale remitti, sicut per tusionem pectoris,& aquam benedictam.

¶Et per hoc patet solutio ad primum: quia venialia non indigent sacramenti perceptione ad dimissionē sui,sed sufficit ibi aliquid sacramētale,vt aqua benedicta & aliquid huiusmodi.

¶Ad secundum dicendum,q; extrema vnctio non datur directè contra veniale nec aliquod sacramentum.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrum sit necessarium quòd homo confiteatur proprio sacerdoti.

AD QVARTVM sic proceditur . Videtur quòd non sit necessarium , quòd homo confiteatur proprio sacerdoti. Gregorius enim dicit.Apostolico moderamine & pietatis officio à nobis constitutum est q; sacerdotibus monachis Apostolorum figuram tenentibus liceat prædicare,baptizare,communionem dare,pro peccatoribus orare,pœnitentiam imponere: atq; peccata soluere:sed monachi non sunt proprij sacerdotes aliquorum,cū non habeant curam animarum:ergo cū confessio fiat propter absolutionē,sufficit q; fiat cuicunq; sacerdoti.

¶Præterea.Sicut sacerdos est minister huius sacramenti, ita est Eucharistiæ:sed quilibet sacerdos potest conficere:ergo quilibet potest sacramentum pœnitentiæ ministrare:ergo nō oportet quod fiat proprio sacerdoti.

¶Præterea.Illud ad quod determinatè tenemur,non est in nostra electione constitutum:vt patet per Augustī.in litera.Dicit enim.Qui vult confiteri peccata,vt inueniat gratiam , quærat sacerdotem,qui sciat soluere & ligare: ergo videtur q; non sit necessarium quòd sacerdoti proprio confiteatur aliquis.

¶Præterea. Quidam sunt,sicut Papa,Prælati,qui non videntur habere proprium sacerdotem:cùm non habeant superiorem, sed isti tenentur ad confessionem:ergo non semper tenetur homo confiteri proprio sacerdoti.

¶Præterea.Illud quod est institutum pro charitate , contra charitatem non militat,vt Bernard.dicit , sed confessio, quæ pro charitate instituta est,contra charitatem militaret , si homo ad confitendum vni sacerdoti esset obligatus : vt puta si peccator sciat sacerdotem suum hæreticū,aut solicitatorem ad malum, aut fragilem:qui ad peccatum quod quis confitetur ei: sit pronus, vel si reuelator confessionis probabiliter existimetur,vel si peccatum contra ipsum commissum sit,de quo quis confiteri debet , ergo videtur quod non semper oporteat confiteri proprio sacerdoti.

¶Præterea.In eo quod est necessarium ad salutem,non sunt homines arctandi,ne impediatur à via salutis:sed magna arctatio videtur si oporteat vni homini confiteri de necessitate , & per hoc multi possent a confessione retrahi,vel timore: vel verecūdia,vel aliquo huiusmodi:ergo cum confessio sit de necessitate salutis,non debent homines ad hoc arctari(vt videtur)quòd proprio sacerdoti confiteantur.

¶SED CONTRA est decret.Innoc. qui instituit q; omnes vtriusq; sexus semel in anno proprio sacerdoti confiteantur.

¶Præterea.Sicut Episcopus se habet ad diocesim suam: ita sacerdos ad suam parochiam:sed non licet vni Episcopo in diœcesi alterius Episcopale officium exercere: secūdū statuta canonum, ergo nō licet vni sacerdoti parochianū alterius audire.

CONCLVSIO.

¶Non modo sacerdoti,sed proprio sacerdoti, qui imperandi iurisdictionem & potestatem habeat,confiteri peccata necessarium est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd alia sacramenta non consistunt in hoc,quòd ad sacramentū accedens,aliquid agat, sed solum vt recipiat: sicut patet in Baptismo & huiusmodi: sed actus recipientis requiritur ad percipiendum vtilitatem sacramenti in eo , qui est suæ voluntatis arbiter constitutus: quasi remouens prohibens,scilicet fictionem: sed in pœnitentia actus accedentis ad sacramentum est de substantia sacramenti,eo quò contritio,confessio, & satisfactio sunt pœnitentiæ partes, quæ sunt actus pœnitentis: actus autem nostri, cùm in nobis principium habeat, non possunt nobis ab alijs dispensari nisi per imperium. Vnde oportet quòd ille, qui dispensator huiusmodi sacramenti constituitur, sit talis, qui possit imperare aliquid agendum. Imperium autem non competit alicui in alium , nisi qui habet super eum iurisdictionem: & ideo de necessitate huius sacramenti est, non solùm vt minister habeat ordinem sicut in alijs sacramentis,sed etiam quòd habeat iurisdictionem.Et ideo sicut ille, qui non est sacerdos,non potest hoc sacramentum conferre, ita nec ille qui non habet iurisdictionem.Et propter hoc oportet sicut sacerdoti, ita proprio sacerdoti confessionem fieri: cùm enim sacerdos no absoluat nisi ligando ad aliquid faciendum, ille solus potest absoluere, qui potest per imperium ad aliquid faciēdum ligare.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Greg. loquitur de illis monachis qui iurisdictionem habent, vt pote quibus alicuius parochiæ cura est commissa, de quibus aliqui dicebant, quòd hoc ipso quòd monachi erant,non poterant absoluere, & pœnitentias iniungere,quod falsum est.

¶ Ad secundum dicendū quòd sacramentum Eucharistiæ non requirit imperiū in aliquem hominē, secūs autē est in hoc sacramēto,vt dictū est:& ideò ratio nō sequitur: & tamē non licet Eucharistiam ab alio,quàm à proprio sacerdote accipere, quamuis verum sit sacramentum quod ab eo percipitur.

¶ Ad tertium dicendum,quòd electio discreti sacerdotis non est nobis commissa,vt nostro arbitrio facienda,sed de licentia Superioris, si fortè proprius sacerdos esset minus idoneus ad apponendum peccato salutare remedium.

¶Ad quartū dicēdum, q; prælatis incūbit sacramenta dispensare quæ non nisi mundi tractare debent: ideò concessum est eis a iure,quòd possint sibi eligere proprios sacerdotes cōfessores,qui quantū ad hoc sunt eis superiores,sicut & vnus medicus ab alio curatur,nō inquātū medicus, sed inquātū infirmus.

¶Ad quintum dicendum,q; in casibus illis in quibus probabiliter timet pœnitens periculum sibi vel sacerdoti ex confessione ei facta, debet recurrere ad Superiorem : vel ab eodem petere licentiam alteri confitendi:quòd si licentiā habere non possit, idem est iudicium, quod de illo,qui non habet copiam sacerdotis:vnde magis debet eligere laico cōfiteri.nec in hoc transgreditur aliquid præceptum Ecclesiæ: quia præcepta iuris positiui non se extendunt vltra intentionem præcipientis, quæ est finis præcepti,hoc autem est charitas secundū Apostolum. Nec aliqua iniuria fit etiam sacerdoti, quia priuilegium meretur amittere,qui concessa sibi abutitur potestate.

¶Ad sextum dicendum,q; in hoc quòd oportet proprio sacerdoti confiteri , non arctatur via salutis:sed sufficiens, ad salutē via statuitur.Peccaret autē sacerdos,si non esset facilis ad prēhendum licentiam alteri cōfiteri,quia multi sunt adeò infirmi quòd potius sine confessione mori etur , quàm tali sacerdoti confiterentur:vnde illi qui sunt nimis solliciti, vt conscientias per confessionem subditorum sciant, multis damnationis laqueum injiciunt,& per consequens sibijpsis.

ARTICVL. V.

¶Vtrùm aliquis possit alteri,quàm proprio sacerdoti confiteri,ex privilegio vel mandato superioris.

AD QVINTVM sic proceditur.Videtur q;nō possit aliquis alteri quàm proprio sacerdoti,cōfiteri etiā exprivilegio vel mandato superioris. Quia non potest aliquod priuilegium indulgeri in præiudicium alterius,sed hoc esset in præiudicium alterius sacerdotis,si alius confessionem subditi sibi audiat.ergo non potest per priuilegium seu licentiam seu mandatum superioris obtineri.

¶Præterea,Illud per quod impeditur diuinū mandatū,nō potest per mādatū vel priuilegiū alicuius hominis cōcedi:sed mādatum diuinū est ad rectores Ecclesiarum,vt diligēter vultum pecoris sui agnoscant:Prouer.7. quod impeditur si alius quam ipse cōfessionē eius audiat. ergo hoc nō potest per alicuius hominis priuilegium vel mandatum ordinari.

¶Præterea,Ille qui audit cōfessionem alicuius,est proprius iudex eius,alias non posset eum ligare &soluere:sed vnus homīnis nō possunt esse plures proprij sacerdotes vel iudices: quia tunc tenetur pluribus obedire,quod est impossibile, si contraria præciperent vel incompossibilia , ergo non potest aliquis confiteri nisi proprio sacerdoti etiam ex superioris licentia.

¶Præterea, Iniuriam sacramento facit qui sacramētum iterat super eadem materia,vel ad minus inutiliter facit:sed qui confessus est alij sacerdoti tenetur iterum confiteri proprio sacerdoti si petat:quia non est absolutus ab obedientia qua ei tenetur:ad hoc ergo nō potest licitè fieri,quòd alij quam proprio sacerdoti confiteatur.

¶SED contra, Ea,quæ sunt ordinis,possunt habenti similem ordinem committi ab eo,qui ea facere potest:sed superior, vt Episcopus,potest confessionem audire illius, qui est de parochia alicuius presbyteri : quia etiam aliquando aliqua sibi reseruat,cùm sit ille principalior rector,ergo etiam potest committere alicui sacerdoti quòd ipsum audiat.

¶Præterea, Quicquid potest inferior potest superior,sed ipse sacerdos potest suo parochiano dare licentiā quòd alteri confiteatur,ergo multò fortiùs eius superior hoc potest.

¶Præterea,Potestatē qua habet sacerdos in populo, habet ab Episcopo,sed ex illa potestate potest confessionem audire:ergo & eadem ratione alius,cui episcopus potestatem concedit.

CONCLVSIO.

¶Potest aliquis ex priuilegio , vel superioris mandato,alij quàm proprio sacerdoti sua confiteri peccata,& ab illo absolui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶RESPONDEO dicendum, q̃ sacerdos aliquis potest dupliciter impediri ne alicuius confessionem audiat. Vno modo propter defectum iurisdictionis. Alio modo propter impedimentum executionis ordinis: sicut excommunicati, & degradati, & huiusmodi. In quibus autē iurisdictionem habet, potest ea quæ sunt iurisdictionis cōmittere, & ideò si aliquis impediatur, q̃ alterius confessionem audire non possit per iurisdictionis defectum, potest sibi per quemcunq; iurisdictionem habētem immediatam in illos committi q̃ confessionem audiat & absoluat: siue per ipsum sacerdotem, siue per Episcopum, siue per Papam. Si autem propter executionis ordinis impedimentum audire nō possit, potest sibi concedi q̃ confessionē audiat per eum, qui impedimentum remouere potest.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ præiudiciū non fit alicui, nisi ei subtrahatur quod est in fauorem eius indultū. Iurisdictionis autem potestas non est commissa alicui homini in fauorem suum, sed in vtilitatem plebis, & honorem Dei. Et ideò si superioribus prælatis expedire videatur ad salutem plebis & honorem Dei promouendum, quòd alijs quæ sunt iurisdictionis, committant: in nullo fit præiudicium inferioribus prælatis, nisi illis qui quærunt quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi, & qui gregi præsunt, non vt eos pascant, sed vt ab eis pascantur.

¶Ad secundum dicendum q̃ rector Ecclesiæ debet vultum peccatoris sui cognoscere dupliciter. Vno modo per solicitam exterioris conuersationis considerationē, qua inuigilare debet super gregem sibi commissum, & in hac cognitione non oportet q̃ credat subdito, sed certitudinem facti, inquantùm potest inquirat. Alio modo per confessionis manifestationem, & quantū ad hāc cognitionem non potest maiorem certitudinem accipere, quàm vt subdito credat: quia hoc est ad subueniendū conscientiæ ipsius. Vnde in foro confessionis creditur homini & pro se, & cōtra se, non autem in foro exterioris iudicij, & ideò ad hanc cognitionem sufficis, q̃ credat subdito dicenti se alteri absoluere valenti fuisse confessum, & sic patet quòd talis cognitio peccoris per priuilegium alteri indultum de confessiōe audienda non impeditur.

¶Ad tertium dicendum, q̃ inconueniens esset si duo æqualiter super eandem plebem constituantur: si autem inæqualiter, non est inconueniens, & secundum hoc super eandem plebem immediatè sunt, & sacerdos parochialis, & Episcopus, & Papa, & quilibet eorum potest ea quæ sunt iurisdictionis ad ipsum pertinentia alteri committere. Sed si Superior committat, qui & principalior est, dupliciter potest committere: aut ita q̃ eum vice sui cōstituat, sicut Papa & Episcopus suos pœnitentiarios constituunt: & tunc talis est principalior, quàm inferior prælatus: sicut pœnitentiarius Papæ, quam Episcopus, & pœnitētiarius Episcopi, quā sacerdos parochialis, & magis tenetur ei cōfitens obedire. Alio modo vt eum coadiutorem illius sacerdotis cōstituat, & quia coadiutor ordinatur ad eū, cui coadiutor datur, ideò coadiutor est minus principalis: & ideò pœnitens non tantùm obedire tenetur ei, quantùm proprio sacerdoti.

¶Ad quartum dicendum, q̃ nullus tenetur confiteri peccata, quæ non habet: & ideò si aliquis pœnitentiario Episcopi, vel alteri ab Episcopo commissionem habenti confessus fuerit, cùm sint sibi dimissa peccata, & quo ad Ecclesiam, & quo ad Deum, non tenetur confiteri proprio sacerdoti quantūcunque petat: sed propter statutū Ecclesiæ de confessione facienda proprio sacerdoti semel in anno, eodem modo se debet habere, sicut & ille qui habet solùm venialia. Talis enim solùm venialia confiteri debet, vt quidam dicunt: vel profiteri se à peccato mortali immunem, & sacerdos ei in foro conscientiæ credere debet & tenetur. Si tamen iterum confiteri teneretur, nō frustrà primò confessus fuisset: quia quanrò pluribus sacerdotibus cōfiteatur quis, tanrò plus de pœna remittitur ei tum ex erubescentia cōfessionis, quæ in pœnam satisfactoriam computatur, tum ex vi clauium. Vnde toties posset confiteri, quòd ab omni pœna liberaretur: nec reiteratio facit iniuriam sacramento, nisi in quo sanctificatio adhibetur, vel per characteris impressionem, vel per materiæ consecrationem, quorum neutrum est in pœnitētia: vnde bonum est quòd ille qui authoritate Episcopi confessionem audit, inducat confitentem quòd confiteatur proprio sacerdoti: quòd si noluerit, nihilominus eum absoluere debet.

ARTICVLVS VI.

Tho. 4. dist. 20. q. vnica. art. 1. q. secunda.

¶ *Vtrum pœnitens possit in fine vitæ à quolibet sacerdote absolui.*

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd in fine vitę pœnitens non possit à quolibet sacerdote absolui. Quia ad absolutionem requiritur aliqua iurisdictio, vt dictum est: sed sacerdos non acquirit iurisdictionem super illum qui in fine pœnitet. ergo nemo potest eum absoluere.

¶Præterea, Ille qui sacramentum Baptismi in articulo mortis ab alio, quam proprio sacerdote recipit, non debet à proprio sacerdote iterum baptizari. Si ergo quilibet sacerdos in articulo mortis possit absoluere à quolibet peccato, non deberet pœnitēs, si euadat, ad suū sacerdotē recurrere, quod falsum est: quia alias sacerdos non haberet cognitionem de vultu pecoris sui.

¶Præterea, In articulo mortis sicut licet alieno sacerdoti baptizare, ita etiam non sacerdoti: sed non sacerdos nūquam potest absoluere in foro pœnitentiali: ergo nec sacerdos in articulo mortis eum, qui non est sibi subditus.

¶SED CONTRA, Necessitas spiritualis est maior, quàm corporalis. Sed aliquis in necessitate vltima potest aliorum rebus vti, etiam inuitis dominis ad subueniendum corporali necessitati: ergo & in articulo mortis ad subueniendum spirituali necessitati potest à non suo sacerdote absolui. Præterea, Ad idem sunt authoritates positæ in litera.

CONCLVSIO.

¶ Potest pœnitens à quouis sacerdote in mortis articulo non modò à peccatis omnibus absolui, sed à qualibet excommunicatione à quocunque sit lata.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quilibet sacerdos, quantum est de virtute clauium, habet potestatem indifferenter in omnes, & quantum ad omnia peccata: sed q̃ non possit omnes ab omnibus peccatis absoluere, hoc est: quia per ordinationē Ecclesiæ habet iurisdictionem limitatam, vel omninò nullam habet, sed quia necessitas legem non habet, ideò quando necessitatis articulus imminet, per ecclesiæ ordinationem non impeditur quin absoluere possit, ex quo habet claues etiā sacramētaliter, & tantū consequitur ex absolutione alterius sicut si à proprio sacerdote absolueretur: nec solū à peccatis tūc potest à qualibet sacerdote absolui, sed etiā ab excōmunicatione à quocunq; sit lata: & hæc absolutio etiam ad iurisdictionem pertinet, quæ per legem ordinationis Ecclesiæ coarctatur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ aliquis potest vti iurisdictione alterius ex eius voluntate: quia ea quæ iurisdictionis sunt, committi possunt. Vnde quia Ecclesia accepta vt quilibet sacerdos absoluere possit in articulo mortis: ideò ex hoc ipso quis vsum iurisdictionis habet, quamuis iurisdictione careat.

¶Ad secundum dicendum, quòd non oportet eum recurrere ad proprium sacerdotem, vt iterum à peccatis soluatur, a quibus in articulo mortis absolutus est: sed vt innotescat ei, quòd est absolutus. Nec similiter oportet quòd absolutus ab excommunicatione ad iudicem vadat, qui alias absoluere potuisset, absolutionem petens, sed satisfactionem offerens.

¶Ad tertium dicendum, q̃ baptismus habet ex ipsa sanctificatione materiæ efficaciā: & ideò à quocunq; cōferatur alteri, ille sacramentū recipit: sed vis sacramentalis pœnitentiæ consistit in sanctificatione ministri: & ideò ille qui laico cōfitetur quāuis impleat quod ex parte est de sacramentali cōfessione, tamen sacramentalem absolutionem non consequitur: & ideò aliquid valet ei quantum ad diminutionem pœnæ quæ sit per confessionis meritum & pœnam: sed non cōsequitur diminutionem illam pœnæ quæ est ex vi clauium: & ideo oportet q̃ iterum sacerdoti confiteatur, & magis sic confessus discedens punitur post hanc vicam, quàm si sacerdoti fuisset confessus.

ARTICVL. VII.

¶ *Vtrùm pœna taxetur secundum quantitatem culpæ.*

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd pœna temporalis, cuius reatus post pœnitentiam manet, nō taxetur secundum quantitatem culpæ. Taxatur enim secundum quantitatem delectationis, quæ fuit in peccato, vt patet Apoc. 18. Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum: sed quāndóque vbi est maior delectatio, ibi est minor culpa: quia peccata carnalia plus habent delectationis, quam spiritualia, secundum Grego. ergo pœna non taxatur secundum quantitatem culpæ.

Tho. 4. Dist. 20. q. 1. art. 3. q. 1.

¶Præterea, Eodem modo aliquis obligatur per præcepta mortalia in noua lege & in vetere: sed in vetere debebatur pro peccatis pœna septem dierum, vt scilicet septem diebus immūdi essent: cùm ergo in nouo Testamento imponatur pœna septēnis pro vno peccato mortali, videtur quòd quantitas pœnæ non respiciat quantitatem culpæ.

¶Præterea, Maius est peccatum homicidij in laico, quàm fornicationis in sacerdote: quia circunstantia, quæ sumitur ex specie peccati, magis aggrauat, quàm quæ sumitur ex conditione personæ, sed laico pro homicidio imponitur septennis pœnitentia, sed sacerdoti decem annorum secūdum Cant. ergo pœna non taxatur secundum quantitatem.

¶Præterea, Maximum peccatum est quod in ipsum corpus Christi cōmittitur: quia tantò grauius quis peccat, quantò maior est

lor est in quem peccatur: sed pro effusione sanguinis Christi in sacramēto altaris contenti iniungitur pœnitentia quadraginta dierum vel parum amplius: pro fornicatione simplici iniūgitur pœnitentia septennis secundum Can. ergo quatitas pœnæ non respondet quantitati culpæ.

¶SED CONTRA Isa. 27. Mensuram contra mensuram cum abiecta fuerit iudicabo eum: ergo quantitas iudicij punitionis peccati est secundum quantitatem culpæ.

¶Præterea, Homo reducitur ad æqualitatem iustitiæ per pœnitētiam inflictam: sed hoc non esset si quantitas culpę & pœnæ non sibi responderent: ergo vnum alteri respondet.

CONCLVSIO.

¶ Secundum quantitatem culpæ tametsi taxāda sint satisfactionis pœna, quo tamen pœnæ in peccatorum remedium iniunguntur, nō secundū culpæ quantitatem, sed conditionem personarum taxandæ sunt.

¶RESPONDEO dicendum, quòd pœna post dimissionem culpæ exigitur ad duo, scilicet ad debitum soluendum, & ad remedium præstandum. Potest ergo taxatio pœnæ considerari quantum ad duo. Primò quantum ad debitum: & sic quantitas pœnæ radicaliter respondet quantitati culpæ antequam de ea aliquid dimittatur: secundum tamen quantum per primum eorum, quæ pœnitentiam nata sunt remittere, plus remittitur, secundum hoc per aliud minus remittendum vel soluendum restat: quia quātò per contritionem plus de pœna dimissum est, tanrò per cōfessionem minus dimittendum restat. Secundò quantū ad remedium vel illius, qui peccauit, vel aliorum, & sic quandóque pro minori peccato iniungitur maior pœnitentia: vel quia peccato vnius difficilius potest resisti, quàm peccato alterius: sicut iuueni imponitur pro fornicatione maior pœna, quàm seni, quamuis minus peccet, vel quia in eo peccatum est periculosius, sicut in sacerdote, quàm in alio: vel quia multitudo magis prona est ad id peccatum: & ideò per pœnam vnius, alij sunt exterrendi. Pœna ergo in foro pœnitentiæ quantum ad vtrúnque taxanda est: & ideo non semper pro maiori peccato maior pœna imponitur. Sed pœna purgatorij solùm est ad soluendum debitum, quia vlteriùs nō manet locus peccandi: & ideò illa pœna taxatur solùm secundum quantitatem peccati, considerata tamē contritionis quātitate, & confessione & absolutione, quia per omnia de pœna aliquid dimittitur: vnde etiam à sacerdote iniungendo satisfactionem, sunt consideranda.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ in verbis illis duo tanguntur ex parte culpæ, scilicet glorificatio & deliciæ: quorum primum pertinet ad elationem peccantis, qua Deo resistit. Secūdum ad delectationem peccati: quamuis autem sit minor delectatio quandóque in maiori culpa, tamen est ibi semper maior elatio: & ideò ratio non procedit.

¶Ad secundum dicendum, q̃ illa pœna septem dierum nō erat expiatiua à pœna debita peccato. Vnde & iam si post illos dies morereturin purgatorio puniretur, sed expiabatur ab irregularitate, à qua omnia sacrificia legalia expiabant. Nihilominus exteris paribus plus peccat homo in noua lege quàm in veteri, propter sanctificationem ampliorē, qua sanctificatur in Baptismo, & propter beneficia Dei, potiora humano generi exhibita, & hoc patet ex hoc, quod dicitur Heb. 10. Quantò puratis deteriora mereri supplicia, &c. Nec tamen hoc verum est vniuersaliter, quòd exigatur pro quolibet peccato mortali septēnis pœnitentia, sed hoc est quasi quædam regula communis, vt in pluribus competens, quā tamen oportet dimittere considerātis diuersis peccatorum circunstantijs.

¶Ad tertium dicendum, quòd Episcopus vel sacerdos cum maiori periculo suo & aliorum peccat: & ideò solicitius retrahunt eum Canones à peccato, quàm alios, maiorem pœnam in iungendo, secundum quòd est in remedium: quamuis quandó que non debeatur tanta ex debito. Vnde in purgatorio non tanta ab eo exigitur.

¶Ad quartum dicendū, quòd pœna illa est intelligenda, quando nolente sacerdote hoc accidit. Si enim spōte funderetur, multò grauiori pœna dignus esset.

QVAESTIO NONA DE QVALITATE *confessionis, in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de qualitate confessionis. Circa quod quæruntur quatuor.

¶Primò, vtrum cōfessio possit esse informis.

¶Secundò, vtrum oporteat confessionem esse integram.

¶Tertiò, vtrum possit aliquis per alium, vel per scriptum confiteri.

¶Quartò, vtrum illæ cōditiones, quæ à magistris assignātur, ad confessionem requirantur.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrum confessio possit esse informis.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quòd confessio nō possit esse informis: dicitur enim Eccle. 17. A mortuo, velut qui non est, perit confessio: sed ille qui non habet charitatem, est mortuus, quia ipsa est animæ vita, ergo absque charitate nō potest esse confessio.

¶Præterea, Confessio diuiditur contra contritionem, sed contritio & satisfactio nunquam possunt extra charitatem fieri: ergo nec confessio.

¶Præterea, In confessione oportet quòd os cordi concordet, quia hoc ipsum nomen Cōfessionis requirit: sed ille qui adhuc manet in affectu peccati quod confitetur, non habet cor ori cōforme: quia corde peccatum tenet, quod ore damnat. ergo talis non confitetur.

¶SED CONTRA, Quilibet tenetur ad confessionem mortalium: sed si aliquis semel confessus est etiam in mortali existens, non tenetur vlterius ad confitendum ea peccata: quia cùm nullus sciat se charitatem habere, nullus sciret se confessum fuisse: ergo non est de necessitate confessionis, quòd sit charitate formata.

CONCLVSIO.

¶ Confessio, vt est pars sacramenti, potest nonnunquam in eo esse, qui non contritus & sine charitate est: vt verò alius virtutis est, non potest absque charitate in aliquo esse.

¶RESPONDEO dicendum, quòd confessio est actus virturis, & pars sacramenti: secundum autem q̃ est actus virtutis, est actus meritorius proprie, & sic cōfessio non valet sine charitate, quę est principium merendi: sed secundum q̃ est pars sacramenti, sic ordinat confitentem ad sacerdotē, qui habet claues Ecclesiæ, qui per confessionem confitentis conscientiam cognoscit, & secundum hoc confessio potest esse etiam in eo, qui non est contritus: quia potest peccata sua cōfiteri sacerdoti, & clauibus Ecclesiæ se subijcere, & quamuis tunc non percipiat absolutionis fructum, tamen recedente fictione percipere incipiet: & sic etiam in alijs sacramentis. Vnde non tenetur itera re confessionem qui fictus accedit, sed tenetur postmodum fictionem suam confiteri.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd authoritas illa intelligenda est quantùm ad fructum confessionis percipiendū, quem nullus extra charitatem existens percipit.

¶Ad secundum dicendum, quòd contritio & satisfactio fiunt Deo, sed confessio fit huiusmodi: & ideò de ratione contritionis & satisfactionis, est q̃ homo sit Deo per charitatem vnitus, non autem de ratione confessionis.

¶Ad tertium dicendum, quòd ille qui peccata quæ habet narrat, verè loquitur: & sic cor concordat voci vel verbis quantū ad substātiā confessionis, quāuis discordet à cōfessionis fine.

ARTICVL. II.

¶ *Vtrùm oporteat confessionem esse integram,*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non oporteat cōfessionem esse integram: vt scilicet omnia peccata vni sacerdoti confiteatur. Quia erubescentia facit ad diminutionem pœnæ, sed quantò pluribus sacerdotibus quis cōfitetur, tantò maiorem erubescentiam patitur: ergo fructuosior est confessio si pluribus sacerdotibus diuidatur.

¶Præterea, Confessio ad hoc necessaria est in pœnitentia, vt pœna secundum arbitrium sacerdotis peccato rexetur: sed sufficiens pœna potest imponi à diuersis sacerdotibus de diuersis peccatis: ergo non oportet vni sacerdoti omnia peccata confiteri.

¶Præterea, Potest cōtingere quòd post confessionem factam & satisfactionem perfectam recordetur quis alicuius peccati mortalis, quod dum cōfitebatur, memoria non habebat, & tūc copiam proprij sacerdotis, cum quo primò cōfessus fuerit habere non poterit: ergo poterit id solùm peccatum alteri confiteri, & sic diuersa peccata diuersis sacerdotibus confitebitur.

¶Præterea, Sacerdoti non debet fieri cōfessio de peccatis nisi propter absolutionē: sed quādoq; sacerdos qui confessionem audit, potest de quibusdā peccatis absoluere, non de omnibus: ergo ad minus in tali casu non oportet q̃ cōfessio sit integra.

¶SED contra, Hypocrisis est impedimentum pœnitentiæ sed diuidere confessionem ad hypocrisim pertinet: vt Aug. dicit: ergo confessio debet esse integra.

¶Præterea, Confessio est pœnitentiæ pars: sed pœnitētia debet esse integra: ergo & confessio.

CONCLVSIO.

¶ Oportet omnia & singula confiteri peccata, si vera & salubris cōfessio esse debeat.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in medicina corporali

Universidad de Deusto
Biblioteca

oportet quòd medicus non vnum solùm morbum, contra quẽ medicinam dare debet cognoscat,sed etiam vniuersaliter totam habitudinem ipsius infirmi:eo quòd vnus morbus ex adiunctione alterius aggrauatur, & medicina quæ vni morbo competeret, alteri nocumẽtum præstaret:& similiter est in peccatis,quia vnum aggrauatur ex adiunctione alterius, & illud quod vni peccato esset conueniens medicina, alteri incentivum præstaret,cùm quandóque aliquis contrarijs peccatis infectus sit,vt Grego in Pasto. docet:& ideò de necessitate confessionis est,quòd homo omnia peccata confiteatur,quæ in memoria habet:quod si non faciat, non est confessio:sed confessionis simulatio.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,quòd etsi erubescentia sit multiplicior quando diuidit diuersa peccata diuersis:tamen omnes simul non sunt ita magnæ erubescentiæ, sicut illa vna,qua quis omnia sua simul conteritur:quia vnum peccatum per se consideratum non demonstrat ita malam dispositionem peccantis,sicut quando est cũ pluribus alijs consideratum:quia in vnum peccatum aliquis quandóque ex ignorantia vel infirmitate labitur,sed multitudo peccatorum demonstrat malitiã peccantis,vel magnam corruptionem eiusdem.

¶Ad secundum dicendum,q; pœna à diuersis sacerdotibus imposita non esset sufficiens:quia quilibet consideraret vnum peccatorius,& quandóque pœna quæ contra vnum peccatum daretur esset promotiua alterius peccati:& præterea sacerdos confessionem audiens vicem Dei gerit.& ideò debet ei fieri hoc modo confessio,sicut fit Deo in contritione.Vnde sicut non esset cõtritio,nisi quis de omnibus peccatis contereretur,ita nõ esset confessio,nisi quis de omnibus: quæ memoriæ occurrerint confiteatur.

¶Ad tertium dicendum:quòd quidam dicunt, quòd quando aliquis recordatur eorum,quæ prius oblitus erat, debet etiam ea quæ prius confessus fuit confiteri,& præcipuè si non potest eundem habere:cui ante cõfessus fuerat,qui omnia cognoscit, vt totius culpæ quantitas vni sacerdoti innotescat. Sed hoc nõ videtur necessarium, quia peccatum habet quantitatem & ex seipso,& ex adiunctione alterius:peccatorum autem, de quibus confessus est,manifestauit quantitatem,quã ex seipsis habent:ad hoc autem quòd sacerdos vtranque quantitatem peccati huiusmodi cognoscat:sufficit quòd hoc peccatum cõfitẽs dicat explicitè,& alia in generali,dicẽdo:quòd cùm alia multa confiteretur huius oblitus fuit.

¶Ad quartum dicendum,quòd etiam si sacerdos nõ de omnibus possit absoluere,tamen tenetur sibi omnia cõfiteri,vt quãtitatem totius culpæ cognoscat,& de illis de quibus nõ potest absoluere,ad superiorem remittat.

ARTICVL. III.

¶ Vtrum quis possit per alium,vel per scriptum confiteri.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q; possit per alium quis confiteri:vel per scriptum,quia confessio necessaria est ad hoc vt conscientia pœnitentis sacerdoti pandatur: sed homo potest per alium vel per scriptum suam conscientiã sacerdoti manifestare.ergo sufficit per aliũ vel per scriptum confiteri.

¶Præterea,quidam non intelliguntur à proprijs sacerdotibus propter linguæ diuersitatẽ,& tales non possunt nisi per alios confiteri.ergo nõ est de necessitate sacramenti,q; per seipsum quis cõfiteatur:& ita videtur q; si per alium quis confessus fuerit qualitercunque,sufficiat ei ad salutem.

¶ Præterea,De necessitate sacramẽti est, quòd homo proprio sacerdoti confiteatur,vt ex dictis patet: sed aliquãdo proprius sacerdos est absens, cui non potest pœnitens propria voce loqui, posset autem per scriptum ei suam conscientiam manifestare. ergo videtur quòd per scriptum ei suam conscientiam transmittere debeat.

¶SED CONTRA, Homo ad confessionem peccatorum, sicut ad cõfessionem fidei obligatur:sed confessio fidei ore est facienda,vt patet Ioan.1 . ergo & confessio peccatorum.

¶ Præterea, Qui per se ipsum peccauit,per seipsum debet pœnitere:sed confessio est pœnitentiæ pars. ergo pœnitẽs debet confiteri propria voce.

CONCLVSIO.

¶ Proprio ore peccatorum confessio facienda est, nisi naturæ aliquod ad hoc impedimentum adfuerit.

¶RESPONDEO dicendem,q; confessio non solùm est actus virtutis,sed etiam pars sacramenti: quãuis autem ad eam secundum quòd est actus virtutis,sufficeret qualitercunq; fieret,& si non esset tanta difficultas in vno modo sicut in alio: tamen secundum quòd est pars sacramenti, habet determinatum actum,sicut & alia sacramenta habent determinatam materiã:& sicut in baptismo ad significandam interiorem ablutionem,assumitur illud elementum, cuius est maxima vis in abluendo:ita in actu sacramenti ad manifestandũ ordinatè assumitur ille actus,quo maximè cõsueuimus manifestare.s. propriũ verbum.Alij enim modi sunt inducti in supplementum istius.

¶AD PRIMVM dicendum, quòd sicut in baptismo non sufficit qualitercunque abluere,sed per elementum determinatum mita nec in pœnitentia sufficit qualitercũq; peccata manifestare,sed oportet quòd per actum determinatum manifestentur.

¶Ad secũdum dicendum,quòd in eo qui vsum linguæ non habet,sufficit quòd per scriptum aut per nutum aut interpretẽ confiteatur:quia non exigitur ab homine plus quàm possit, quãuis homo nõ possit vel debeat Baptismũ accipere,nisi in aqua,qa aqua est oino ab exteriori,&nobis ab alio exhibeatur, sed actus confessionis est à nobis: & ideò quando non possumus vno modo,debemus secundum q; possumus confiteri.

¶Ad tertium dicendum,quòd in absentia proprij sacerdotis potest etiam laico fieri confessio: & ideò non oportet quòd per scriptum fiat:quia plus pertinet ad necessitatem cõfessionis actus,quàm ille,cui fit confessio.

ARTICVL. IIII.

Vtrùm conditiones assignatæ requirantur ad confessionem.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd illæ cõditiones,quæ à magistris assignantur.his versibus cõtentæ, non requirantur ad confessionem:

Sit simplex,humilis confessio,pura,fidelis,
Atq; frequens,nuda,discreta,libens,verecunda,
Integra,secreta,lachrymabilis,accelerata,
Fortis & accusans,& sit parẽs parata.

Fides enim & simplicitas,& fortitudo sunt per se virtutes:ergo non debent poni per se conditiones confessionis.

¶Præterea,purum est quod non habet permixtionem: similiter simplex compositionem & permixtionem auferet:ergo superflue vtrumq; ponitur.

¶Præterea,Peccatum semel commissum nullus tenetur confiteri nisi semel,ergo si homo peccatum non iterat,non oportet quòd sit frequens.

¶Præterea,Confessio ad satisfactionem ordinatur,sed satisfactio quandóque est publica:ergo & confessio non semper debet esse secreta.

¶Præterea,Illud quod non est in potestate nostra, non requiritur à nobis:sed lachrymas emittere,non est in potestate nostra,ergo non requiritur ad confitentem.

CONCLVSIO,

¶ Oportet confessionem, vt actus virtutis est,esse discretam,libentem, puram,fortem,verecundam,lachrymabilem, humilem, veram,nudã,simplicem,integram: vt verò est pars sacramenti,necesse est esse accusantem, & parere paratam,atque secretam:vtile autem est,illam esse frequentẽ, & acceleratam.

¶RESPONDEO dicendum, quòd dictarum cõditionum quædam sunt de necessitate confessionis,quædam de bene esse ipsius.Ea autem quæ sunt de necessitate confessionis,vel competunt ei secundum quòd est actus virtutis,vel secũdum quòd est pars sacramenti.Si primo modo, aut ratione virtutis in genere,aut ratione specialis virtutis,cuius est actus,aut ex ipsa ratione actus . Virtutis autem in genere sunt quatuor conditiones:vt in 2.Ethi.dicitur.Prima est,vt aliquis sit sciens: & quantum ad hoc confessio dicitur esse discreta, secundum quòd in actu omnis virtutis prudentia requiritur :est autem hæc discretio,vt maiora cum maiori pondere confiteantur. Secunda conditio est,vt sit eligens , quia actus virtutum debent esse voluntarij,& quantum ad hoc dicit,libens. Tertia cõditio est vt propter hoc,scilicet debitum finem operetur : & quantum ad hoc dicit quòd debet esse pura,vt scilicet recta sit intentio. Quarta est,vt immobiliter operetur:& quantum ad hoc dicit quòd debet esse fortis : vt scilicet propter verecundiam non dimittat. Est autem confessio actus virtutis pœnitentiæ,quę quidem primò initium sumit in horrore turpitudinis peccati:& quantum ad hoc confessio debet esse verecunda:vt scilicet non se iactet de peccatis propter aliquam sæculi vanitatem admixtam. Sed cũdò progreditur ad dolorẽ de peccato cõmisso:& quantũ ad hoc dicitur esse lachrymabilis.Tertiò,in abiectione sui ipsius:& quantum ad hoc debet esse humilis, vt se miserum confiteatur & infirmum. Sed ex propria ratione huiusmodi actus qui est confessio,habet quòd sit manifestatiua,quæ quidẽ manifestatio per quatuor impediri potest.Primò, per falsitatem, & quantum ad hoc dicit,fidelis,id est vera.Secundò per obscuritatem verborũ:& cõtra hoc dicit nuda,vt nõ inuolnat obscuritatem

ritatem verborum. Tertiò:per verborum multiplicationem: & propter hoc dicit,simplex,vt non reciter in confessione:nisi quod ad quantitatem peccati pertinet. Quartò,vt non subtrahatur aliquid de his quæ manifestanda sunt, & contra hoc dicit,integra.Secundum autem q; confessio est pars sacramenti, sic concernit iudicium sacerdotis:qui est minister sacramenti. Vnde oportet q; sit accusans ex parte confitentis,parere parata per comparationem ad sacerdotem.Secreta quantum ad cõditionem fori,in quo de occultis conscientiæ agitur.Sed de bene esse confessionis est,quòd sit frequens,& quòd fit accelerata,vt scilicet statim confiteatur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non est inconueniens quòd condicio vnius virtutis in actu alterius inueniatur , qui ab ipsa imperatur , vel quia medium quod est vnius virtutis, principaliter etiam aliæ virtutes per participationem habent.

¶Ad secundum dicendum, quòd hęc condicio pura intẽtionis excludit peruersitatem , à qua homo mundatur,si simpliciter alieni admixtionem excludit.

¶Ad tertium dicendum,quòd hoc non est de necessitate confessionis,sed de bene esse.

¶Ad quartum dicendum, q; propter scandalum aliorum qui possunt ex peccatis anditis ad malum inclinari:non debet confessio fieri in publico,sed in occulto,ex pœna autẽ satisfactoria non scandalizatur ita aliquis:quia quandoq; pro paruo, vel nullo similia opera satisfactoria sunt.

¶Ad quintum dicendum, quòd intelligendum est de lachrymis mentis.

QVAESTIO DECIMA DE

effectu confessionis, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de effectu confessionis.Circa quod quæruntur quinque.

¶Primò, vtrũ cõfessio liberet à morte peccati.

¶Secundò, vtrùm confessio liberet aliquo modo à pœna.

¶Tertiò,vtrùm confessio aperiat paradisum.

¶Quartò,vtrùm confessio tribuat sibi salutis.

¶Quinto,vtrùm confessio generalis deleat peccata mortalia præterita.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm confessio liberet à morte peccati.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd cõfessio non liberet à morte peccati . Confessio enim contritionẽ sequitur,sed contritio sufficiẽter delet culpam, ergo confessio non liberat à morte peccati.

¶Præterea. Sicut mortale est culpa, ita etiam veniale,sed per cõfessionem fit veniale quod prius fuit mortale,vt in litera dicitur,ergo per cõfessionem non remittitur culpa, sed culpa in culpam mutatur.

¶SED CONTRA est.Confessio est pars pœnitẽtiæ sacramenti,sed pœnitentia à culpa liberat,ergo & confessio.

CONCLVSIO.

¶ Confessio,cùm sit pars sacramenti pœnitentiæ,liberat hominẽ à culpa,sicut & Baptismus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd pœnitentia inquantũ est sacramentum, præcipuè in confessione perficitur: quia per eam homo ministris Ecclesiæ se subdit,qui sunt sacramẽtorum dispensatores. Contritio enim votum confessionis annexum habet ,& satisfactio pro iudicio sacerdotis, cui fit confessio, tantum,& quia in sacramento Pœnitentiæ gratia infunditur,per quam fit remissio peccatorum,sicut in Baptismo: ideò eo modo confessio ex vi absolutionis coniunctæ remittit culpam,sicut & Baptismus. Liberat enim Baptismus à morte peccati non solùm secundum quòd actu percipitur,sed etiam secundum q; in voto habetur:sicut patet in illis, qui iam sanctificati ad Baptismum accedunt:&si aliquis impedimentum non præstaret ex ipsa collatione Baptismi,gratiam consequeretur remittentem peccata,si prius ei remissa non fuissent.Et similiter dicendũ est de confessione adiuncta absolutioni:quia secũdum quòd in voto pœnitentis præcessit,à culpa liberauit. Postmodum autem in actu confessionis & absolutionis gratia augetur,& etiam remissio peccatorum datur , si præcedens dolor de peccatis non sufficiens ad cõtritionem fuisset,& ipse tunc obicem gratię non præberet:et ideò sicut de Baptismo dicitur quòd liberat à morte,ita etiam de confessione dici potest.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd contritio habet votum confessionis annexum:& ideò eo modo liberat à culpa pœnitentes sicut desiderium Baptismi baptizandos.

¶Ad secundum dicendũ, quòd veniale non sumitur pro culpa sed pro pœna de facili expiabili: vnde non sequitur quod culpa in culpam conuertat, sed penitus annihilet. Dicitur enim veniale tripliciter, Vno modo ex genere,sicut verbum otiosũ. Alio modo ex causa, id est veniæ causam in se habens, sicut peccatum ex infirmitate. Alio modo ex euentu,sicut accipitur hic,quia per confessionẽ hoc euenit,quòd de culpa præterita homo Veniam consequatur.

ARTICVLVS II.

Vtrùm confessio liberet aliquo modo à pœna.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd confessio non liberet aliquo modo à pœna: quia peccato non debetur nisi pœna æterna vel temporalis. sed pœna æterna per contritionem dimittitur: pœna autem temporalis per satisfactionẽ. ergo per confessionẽ nihil dimittitur de pœna.

¶Præterea,Voluntas pro facto reputatur, vt in litera dicitur: sed ille qui cõtritus est habuit propositum confitendi.Ergo tã tum valuit sibi sicut si fuisset confessus:& ita per confessionẽ, quam postea facit nihil de pœna dimittitur.

¶SED CONTRA, Pœnam habet confessio: sed per omnia opera pœnalia expiatur pœna peccato debita: ergo & per confessionem.

CONCLVSIO.

¶ Absoluit hominem aliquo modo à pœna ipsa sacramentalis peccatorum confessio,secundum maiorem vel minorem contritionis dispositionem.

¶RESPONDEO dicendum, quòd confessio simul cum absolutione habet vim liberandi à pœna dupliciter. vno modo ex ipsa vi absolutionis:& sic quidem liberat in voto existes à Pœna æterna:sicut etiam à culpa,quæ quidem pœna est condemnans, & ex toto exterminans: à qua homo liberatus, adhuc manet obligatus ad pœnam temporalem, secundum quòd pœna est medicina purgans & promouens:& hæc pœna restat in purgatorio patienda etiam his,qui à pœna inferni liberati sunt, quæ quidem pœna est improportionata viribus pœnitentis in hoc mundo viuentis: sed per vim clauium intantũm minuitur, quòd proportionata viribus pœnitentis remanet, ita quod satisfaciendo,se in hac vita purgare potest. Alio modo diminuit pœnam ex ipsa natura actus confitentis,qui habet pœnam erubescentiæ annexam:& ideò quanto aliquis plures de ipsis peccatis confitetur,tanto magis pœna minuitur.

¶ Et per hoc patet responsio ad primum.

¶AD SECVNDVM dicendum,quòd voluntas pro facto non reputatur in his quæ sunt ab alio, sicut est de Baptismo. Non enim tantum valet voluntas suscipiendi Baptismum,sicut ipsius susceptio : sed reputatur voluntas pro facto in his quæ sunt omnino ab homine : & iterum quantũm ad præmium essentiale,non autem quantum ad pœnæ remotionem, & huiusmodi respectu quorum attenditur meritum accidentaliter & secundario. & ideò confessus & absolutus, minùs in purgatorio punietur,quàm contritus tantum.

ARTICVLVS. III.

¶ Vtrùm confessio aperiat paradisum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd confessio non aperiat paradisum, quia diuersorum diuersi sunt effectus: sed apertio paradisi effectus est baptismi:ergo non est effectus confessionis.

¶ Præterea, In id quod clausum est , ante apertionem intrare non potest:sed ante confessionem moriens intrare paradisum potest.ergo confessio non aperit paradisum.

¶SED CONTRA, Confessio facit hominem subijci claui bus Ecclesiæ:sed per eas aperitur paradisus.ergo & per confessionem.

CONCLVSIO.

¶ Sacramentalis confessio ianuas paradisi aperire dicitur,quo à culpa & pœnæ reatu absolait.

¶RESPONDEO dicẽdum,quòd à paradisi introitu prohibetur aliquis per culpam & reatum pœnæ.& quia huiusmodi impedimenta confessio amouet,vt ex dictis patet,ideò dicitur paradisum aperire.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quanuis Baptismus & pœnitentia sint diuersa sacramenta, tamen agunt in vi vnius passionis Christi, per quam aditus paradisi est apertus.

¶ Ad secundum dicendum,quòd ante votum confessionis paradisus clausus erat peccanti mortaliter , quanuis postea per contritionem votum confessionis importantem apertus sit, etiam ante confessionem actualiter factum, non tamen obstaculum reatus est totaliter amotum ante confessionem & satisfactionem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm confessio spem tribuat salutis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd effectus confessionis poni non debeat, q̃ tribuit spem salutis: quia spes ex omnibus meritorijs actibus prouenit: & sic non videtur proprius esse effectus confessionis.

¶ Præterea, Per tribulationem ad spem peruenimus, vt patet Rom. 5. sed tribulationem homo præcipuè in satisfactione iniungit: ergo tribuere spem salutis magis est satisfactionis, quàm confessionis.

¶ SED CONTRA, Per confessionem homo fit humilior & mitior, sicut inlitera Magister dicit. sed per hoc homo accipit spem salutis: ergo confessionis effectus est tribuere spem salutis.

CONCLVSIO.

¶ Confessio sacramentalis spem salutis tribuit, quia per eam homo se clauibus Ecclesiæ subijcit.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd spes remissionis peccatorum non est nobis nisi per Christum, & quia homo per confessionem se subijcit clauibus Ecclesiæ ex passione Christi virtutem habentibus: ideò dicitur quòd confessio spem salutis tribuit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ex actibus non potest esse spes salutis principaliter, sed ex gratia Redemptoris: & quia confessio gratiæ Redemptoris innititur, ideò spem salutis tribuit, non solùm vt actus meritorius, sed vt pars sacramenti:

¶ Ad secundum dicendum, quòd tribulatio spem salutis tribuit per experimẽtum propriæ virtutis, & purgationem à pœna, sed confessio etiam modo prædicto.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm confessio generalis sufficiat ad delenda mortalia oblita.

Tho. 4. dist. 21. q. 2. ar. 2.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd confessio generalis non sufficiat ad delendum peccata mortalia oblita. Peccatum enim per confessionem deletum, non est necesse iterum confiteri: si ergo peccata oblita, per confessionem generalem dimitterentur, nõ esset necessarium quod cùm ad notitiam redeunt, aliquis confiteretur.

¶ Præterea, Quicunque non est conscius sui peccati, vel non habet peccatum, vel est oblitus sui peccati: si ergo per generalem confessionem peccata mortalia oblita dimittuntur, quicũque non est sibi conscius de aliquo peccato mortali, per generalem confessionem potest esse certus quòd sit immunis à peccato mortali: quod est contra Apostolum 1. Cor. 4. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.

¶ Præterea, Nullus ex negligentia reportat commodum: sed non potest esse sine negligentia, quòd aliquis peccatum mortale obliuiscatur antequam ei dimittatur: ergo non reportat ex hoc tale commodum, quòd sine speciali confessione de peccato ei dimittatur.

¶ Præterea, Magis est elongatum à cognitione confitentis id quod est omnino ignoratum, quàm illud cuius est oblitus: sed peccata per ignorantiam commissa generalis cõfessio non delet: quia tunc hæretici qui nesciunt aliqua peccata, in quibus sunt, esse peccata: aut etiam aliqui simplices per generalẽ confessionem absoluerentur, quod falsum est: ergo generalis confessio non tollit peccata oblita.

¶ SED CONTRA Psal. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies vestræ non confundentur, sed iste qui confitetur omnia quæ scit, accedit ad Deum quantùm potest, ergo non confunditur, vt repulsam patiatur, sed veniam consequitur.

¶ Præterea. Ille qui confitetur, veniam consequitur, nisi sit fictus: sed ille, qui confitetur omnia peccata, quæ in memoria habet, aliquorum oblitus, non ex hoc est fictus: quia ignorantiam facti patitur, quæ à peccato excusat: ergo veniam consequitur & sic peccata, quæ oblita sunt relaxantur, cùm impium sit dimidiam sperare veniam.

CONCLVSIO.

¶ Per confessionem generalem delentur peccata mortalia oblita: si verò peccatum mortale memoria teneat quin, confessione speciali est opus, vt erubescentia peccati esse ostendatur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd confessio operatur præsupposita cõtritione, quę culpam delet: & sic confessio directè ordinatur ad dimissionem pœnæ, q̃ quidẽ facit ex erubescentia, quam habet ex vi clauium, quibus se confitens subijcit. Cõtingit autem quandoq; quòd per contritionem præcedentem peccatum aliquod deletũ est, quo ad culpam, siue in generali, si eius memoria tunc non habebatur, siue in speciali, & tunc ante confessionem illius peccati oblitus est, & tunc confessio generalis sacramentalis operatur ad dimissionẽ pœnæ ex vi cla-

uium, quibus se confitens subijcit, nullum obstaculum quantũ in ipso est ponens, sed ex ipsa parte, qua erubescentia confessionis peccati, pœnam minuebat, pœna illius, de qua quis specialiter coram sacerdote non erubuit, non est diminuta.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in confessione sacerdotali non solùm requiritur absolutio, sed Iudicium sacerdotis satisfactionem imponentis: & quamuis ille absolutione sit functus, tamen tenetur confiteri, vt suppleatur quod defuit sacramentali confessioni.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd confessio non operatur, vt dictum est, nisi cõtritione præsuppositа, de qua quãdo vera fuit, non potest aliquis scire: sicut nec scire potest, an gratiæ habeat plenitudinem: & ideò non potest scire vtrùm per confessionem generalem sit sibi peccatum oblitum dimissum per certitudinem, quamuis possit per coniecturas aliquas existimare.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ ille non reportat commodum ex negligentia, quia non ita plenam remissionem consequitur, sicut alias consequutus fuisset: nec tenetur meretur, & tenetur iterũ confiteri, cùm ad memoriam peccatum venerit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ignorantia Iuris non excusat, quia ipsa peccatum est, sed ignorantia facti excusat. Vnde aliquis de hoc quòd non confitetur peccata, quia nescit esse peccata propter ignorantiam Iuris diuini, non excusatur à fictione: excusaretur autem, si nesciret ea esse peccata propter ignorantiam particularis circonstantiæ: sicut si cognouit alienam, quam credidit esse suã. Sed oblitio de actu peccati habet ignorantiam facti, & ideò excusat à peccato fictionis in confessione, quod fructum absolutionis & confessionis impedit.

QVAESTIO VNDECIMA DE SIGILLO

confessionis, in quinque articulos diuisa.

DEINDE quæritur de sigillo confessionis.

Et circa hoc quæruntur quinque.

¶ Primò vtrùm in quolibet casu teneatur homo celare ea, quæ habet sub sigillo confessionis.

¶ Secundò, vtrùm sigillũ confessionis se extendat ad alia, quàm illa quæ habita sunt de confessione.

¶ Tertiò, vtrùm solus sacerdos sigillum confessionis habeat.

¶ Quartò, vtrũ sacerdos possit alijs reuelare delicta cõfitentis.

¶ Quintò, vtrùm teneatur ea celare, etiam si aliter ea nouerit.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm in quolibet casu sacerdos teneatur celare peccata, quæ sub sigillo confessionis nouit. Tho. hic. dist. 21. q. 3. ar. 1. q. 1. Ric. hic. ar. 1. q. 1. Ca. hic. q. 1. Sco. hic. q. 1.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non in quolibet casu tenetur sacerdos celare peccata quæ sub sigillo cõfessionis nouit: quia sicut dicit Ber. Quod est institutum pro charitate, contra charitatem non militat: sed celatio confessionis in aliquo casu contra charitatem militat: et sicut si aliquis in confessione scit aliquem hæreticum, quem non potest inducere ad hoc, quòd desistat à corruptione plebis: & similiter de illo qui scit per confessionem affinitatẽ esse inter aliquos, qui contrahere volunt: ergo talis debet confessionem reuelare.

¶ Præterea, Illud ad quod quis obligatur ex præcepto Ecclesiæ tantùm, non est necesse obseruari mandato Ecclesiæ in contrarium facto: sed celatio confessionis est introducta ex statuto Ecclesiæ tantum: si ergo per Ecclesiã præcipiatur, quòd quicunque scit aliquid de tali peccato, dicat ille qui scit, per confessionem debet dicere.

¶ Præterea. Magis debet homo conseruare conscientiam suam, quàm famam alterius, quia charitas ordinata est. sed aliquando aliquis peccatum celans, incurrit propriæ conscientiæ damnum: sicut cùm in testimonium adducitur pro peccato illo, & iurare cogitur de veritate dicẽda: vel cùm aliquis Abbas scit per confessionem alicuius Prioris subiecti sibi peccatum, cuius occasio inducit ipsum ad ruinam, si ei prioratum dimittat: vnde tenetur ei auferre pastoralis curæ dignitatem: anferendo autem videtur confessionem publicare: ergo videtur quòd in aliquo casu liceat confessionem publicare.

¶ Præterea, Aliquis sacerdos per confessionem alicuius, quem audiuit, potest accipere conscientiam, quòd sit prælatione indignus: sed quilibet tenetur contradicere promotioni indignorum, si sua interfit: cùm ergo contradicendo suspitionem inducere videatur de peccato, & sic quodãmmodo confessionem reuelare, videtur quòd quandoque oporteat confessionem reuelare.

¶ SED CONTRA est quod dicit Decre. de pœnitentia: & re. Caueat sacerdos ne verbo vel signo vel quouis modo prodat aliquatenus peccatorem.

¶ Præterea, Sacerdos debet Deo, cuius minister est, conforma ri: sed Deus peccata quæ per confessionem habet, non reuelat, sed tegit: ergo nec sacerdos reuelare debet.

CONCLV-

CONCLVSIO.

¶ Quemadmodũ Deus tegit peccatũ eius qui se sibi subijcit per pœnitentiã, sic sacerdos peccata cõfitentis celare debet: cui confessio exterior ad sacerdotem se signum confessionis interioris, quæ fit ad Deum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in sacramentis ea, quæ exterius geruntur, sunt signa rerum, quæ interiùs contingunt: & ideò confessio: qua quis sacerdoti se subijcit, signũ est interioris qua quis Deo subijcitur: Deus autem peccatũ illius qui se sibi subijcit per pœnitentiã, & regit. Vnde & hoc oportet in sacramento pœnitentiæ significari, & ideò de necessitate sacramenti est, quòd quis per confessionem celet, & tanquam violator sacramenti peccet, qui confessionem reuelat. Et præter hoc sunt aliæ vtilitates huius celationis, quia per hoc homines magis ad confessionem attrahuntur, & simpliciùs etiam peccata confitentur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd quidam dicunt quòd sacerdos non tenetur seruare sub sigillo confessionis nisi peccata, de quibus pœniteus emendationem promittit: aliter potest ea dicere ei, qui potest prodesse & non obesse. Sed hæc opinio videtur erronea, cũ sit contra veritatem sacramenti. Sicut enim baptismus est sacramentum, quamuis quis fictus accedat: nec est immutatum aliquid propter hoc de essentialibus sacramenti: ita confessio non desinit esse sacramentalis, quamuis ille qui confitetur, emendationem non proponat, & ideò nihilominus sub occulto tenendum est, nec tamen sigillum cõfessionis contra charitatem militat, quia charitas non requirit, quòd opponatur remedium peccato, quod nescit. Illud autem quod sub confessione scitur, est quasi nescitum, cũ illud nesciat vt homo, sed vt Deus. Tamen aliquod remedium adhibere debet in prædictis casibus quantùm potest sine reuelatione confessionis, sicut monendo eos qui confitentur, & alijs diligentiam apponendo ne corrumpantur per hæresim. Potest etiam dicere prælato, quòd diligentiùs vigilet super gregem suum, ita tamen quòd non dicat aliquid quod verbo vel nutu confitentem prodat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd præceptum de confessione seruanda consequitur ipsum sacramentum, & ideò sicut præceptum de confessione sacramentali facienda est de iure diuino, & non potest aliqua dispensatione vel iussione homo absolui ab ea: ita nullus ad reuelationem confessionis potest ab homine cogi, vel licentiari. Vnde si præcipiatur sub pœna excommunicationis iam latæ, quòd dicat si aliquid scit de tali peccato, non debet dicere, quia debet existimare quòd intentio præcipientis est, si sciat vt homo, hoc autem non scit vt homo. Et si etiam exprimeret de confessione interrogatus, non deberet dicere, nec excommunicationem incurreret, quia non est subiectus superiori suo nisi vt homo: hoc autem non scit vt homo, sed vt Deus.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ homo non adducitur in testimoniũ: nisi vt homo. & ideò sine læsione conscientiæ potest iurare se nescire quod scit tantùm vt Deus. Similiter etiam potest prælatus sine læsione conscientiæ dimittere peccatum impunitum, quod scit tantùm vt Deus, vel sine aliquo remedio, quia non tenetur adhibere remedium, nisi eo modo: quo ad ipsum refertur. Vnde in his quæ ad ipsum deferuntur in foro pœnitentiæ, debet in eodem foro, inquantum potest, adhibere remedium, vt Abbas in casu prædicto admoneat eũ vt priora tui resignet: vel si noluerit, potest ex aliqua alia occasione absoluere eum à cura prioratus, ita tamen quòd omnis suspicio vitetur de confessionis reuelatione.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ex multis alijs cansis redditur quis indignus ad prælationis officiũ, quàm ex peccato, sicut ex defectu scientiæ: vel ætatis, vel alicuius huiusmodi, & ideò qui contradicit, nec suspitionem de crimine facit, nec confessionem reuelat.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm sigillum cõfessionis se extendat ad alia quàm ad ea quæ sunt de confessione. Tho. hic. dist. 21. q. 3. ar. 1. q. 1. Ric. hic. ar. 1. q. 1. Ca. hic. q. 1. Sco. hic. q. 1.

ADSECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd sigillum confessionis se extendat ad alia, quàm illa, quæ sunt de confessione. Quia de confessione non sunt nisi peccata, sed aliquando cum peccatis alia multa quis narrat, quæ ad confessionem non pertinent, ergo cùm illa sacerdoti dicantur vt Deo, videtur quòd etiam ad illa sigillum confessionis se extendat.

¶ Præterea, aliquando aliquis dicit alicui aliquod secretum, & ille recipit sub sigillo confessionis, ergo sigillum cõfessionis se extendit ad illa quæ non sunt de confessione.

¶ SED CONTRA. Sigillum confessionis est aliquid annexum sacramentali confessioni, sed ea quæ annexa sunt alicui sacramento, non se extendunt vltra sacramentum illud, ergo sacramentum confessionis non se extẽdit: nisi ad ea de quibus est confessio.

CONCLVSIO.

¶ Cũ sigillum confessionis sit aliquid annexum cõfessioni sacramentali: ad ea solùm directè se extendit, de quibus est sacramentalis cõfessio: licet etiam indirectè ea, qua non se extendunt ad confessionem sacramentalẽ, cadant in sigillum confessionis, propter scandalum.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ sigillum confessionis directè non se extendit, nisi ad illa, de quibus est sacramentalis cõfessio: sed indirectè id quod non cadit sub sacramentali confessione, etiam ad sigillum confessionis pertinet, sicut illa, per quę posset peccator vel peccatum deprehendi. Nihilominùs tamẽ alia summo studio sunt celanda: tum propter scandali, tũ propter pronitatem, quæ ex consuetudine accidere posset.

¶ Et per hoc patet responsio ad primum.

¶ Ad secundũ dicendum, q̃ aliquis non debet de facili aliquid recipere hoc modo: si tamen recipiat, tenetur ex promissione hoc modo celare, ac si in confessione haberet, quamuis sub sigillo confessionis non habeat.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm solus sacerdos habeat sigillum confessionis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ non solùm sacerdos sigillum confessionis habeat. Quia aliquando aliquis confitetur sacerdoti per interpretem ne esitate vrgente: sed interpres vt videtur tenetur confessionẽ celare: ergo etiã non sacerdos aliquid sub sigillo confessionis habet.

¶ Præterea. Aliquando aliquis in casu necessitatis potest laico cõfiteri, sed ille tenetur peccata celare, cùm sibi dicantur, sicut Deo, ergo non solùm sacerdos sigillum confessionis habet.

¶ Præterea. Aliquando aliquis se sacerdotem fingit vt conscriẽtiam alicuius exploret per hanc fraudem, & ille etiam vt videtur peccat si confessionem reuelet, ergo non solùm sacerdos sigillum confessionis habet.

¶ SED CONTRA est, q̃ solus sacerdos minister est huius sacramenti, sed sigillũ confessionis est annexum huic sacramẽto: ergo solus sacerdos habet sigillum confessionis.

¶ Præterea. Homo tenetur ea, quæ in confessione audit celare, si non scit ea vt homo, sed vt Deus: sed solus sacerdos est minister Dei: ergo solus sacerdos tenetur occultare.

CONCLVSIO.

¶ Quemadmodum sacerdoti competit sigillum confessionis vt Dei minister, ita et ecclesiastico, cui propter necessitatem confessionem audire contingit, competere dicitur peccata celare.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ sigillum confessionis competit sacerdoti inquantùm est minister huius sacramenti, quod nihil aliud est quã debitum confessionem celandi, sicut clauis est potestas absoluendi, tamen fieri aliquis, qui nõ est sacerdos: in aliquo casu participat aliquid de actu clauis, dum cõfessionem audit, propter necessitatem: ita etiam participat aliquid de actu sigilli confessionis, & tenetur celare, quamuis propriè loquendo, sigillum confessionis non habeat.

¶ Et per hoc patet absolutio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm de licentia confitentis possit sacerdos dicere quæ habet in confessione.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd de licentia confitentis non possit sacerdos peccatum, quod habet sub sigillo confessionis, aliquando prodere. Quod enim non potest superior, non potest inferior, sed Papa non posset aliquem licentiare, quòd peccatum, quod habet in confessione, alteri proderet: ergo nec ille qui confitetur potest ipsum licentiare.

¶ Præterea. Illud quod est institutũ propter bonum commune Ecclesiæ, non potest ex arbitrio vnius irritari: sed celatio cõfessionis est institutа propter bonũ totius Ecclesiæ, vt homines cõfidentiùs ad confessionẽ accedant, ergo ille qui confitetur, nõ potest licentiare sacerdotem ad dicendum.

¶ Præterea. Si posset licentiari sacerdos, videtur dari pallium malitiæ magnæ sacerdotibus: quia possent prætendere sibi licentiam data: & sic impune peccarent, quod est inconueniens, & sic videtur quòd non possint à confitente licentiari.

¶ Præterea. Ille cui ille reuelabit, non habebit peccatũ hoc sub sigillo cõfessionis, & sic poterit peccatũ publicari, quod iam deletum est, quod est inconueniens: ergo non potest licentiare.

¶ SED CONTRA. Superior potest mittere peccatorem cum literis ad inferiorem sacerdotem de volontate ipsius, ergo de voluntate confitentis, potest sacerdos peccatum reuelare alteri.

¶ Præterea. Qui potest aliquid facere per se, potest etiam per

Universidad de Deusto
Biblioteca

alterum facere: sed confitens potest peccatum suum, quod fecit, per se alteri reuelare: ergo potest per sacerdotem facere.

CONCLVSIO.

¶Cùm confitens efficere possit, vt sacerdos sciat illud vt homo, quod sciebat vt Deus, dum detegendæ confessionis facultatem tribuit: si illam reuelet, non violat sigillum confessionis, modo id citra scandalum fiat.

¶RESPONDEO dicendum, quòd duo sunt propter quæ tenetur sacerdotes peccatū occultare. Primò & principaliter, quia ipsa occultatio est de essentia sacramenti, inquantùm scit illud vt Deus, cuius vicem gerit ad confessionem. Alio modo propter scandalum vitandum: potest autem confitens facere, quòd sacerdos illud quod sciebat vt Deus, sciat etiam vt homo quod facit, dum licentiat eum ad dicendum: & ideò si dicat, non frangit sigillum confessionis: tamen debet vitare scandalum dicendo, ne fractor sigilli prædicti reputetur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Papa non potest licentiare sacerdotem ad dicendum: quia non potest facere quòd illud sciat vt homo, quod tamen facere potest ille qui confitetur.

¶Ad secundum dicendum, quòd non tollitur illud quod est in sliturum propter bonum commune: quia sigillum confessionis non frangitur, quia dicitur quod alio modo scitur.

¶Ad tertium dicendum, quòd ex hoc non datur aliqua impunitas malis sacerdotibus: quia imminet eis probatio si accusantur, quòd sine licentia confitentis reuelauerunt.

¶Ad quartum dicendum, quòd ille, ad quē notio prædicta deuenit, mediante sacerdote de voluntate confitentis, participat in aliquo actu sacerdotis: & ideò simile est de eo & de interprete, nisi fortè velit quòd ille absolutè sciat & liberè.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm ille qui scit aliquid per confessionem & per alium modum, etiam possit reuelare illud.

ADQVINTVM sic proceditur. Videtur quòd illud quod quis scit per confessionem, & eriam alio modo, possit alteri reuelare. Non enim frangitur sigillum confessionis nisi dum peccatum, quod scitur, in confessione reuelatur: si ergo ille reuelat peccatum quod in confessione audiuit, qualitercunque aliàs sciat, sigillum confessionis frangere videtur.

¶Præterea, Quicunque confessionem alicuius audit, ei obligatur ad hoc quòd peccata ipsius nō reueleet: sed si aliquis promitteret alicui tenere priuatum ei quod dicitur, quantūcunq; post sciret, deberet priuatum tenere: ergo quod quis in cōfessione audiuit, quantuncunque aliàs sciat, debet priuatum haberi.

¶Præterea, Duorum quod est altero potentius, trahit ad se reliquum: sed sciētia, qua scit peccatum vt Deus est potentior & dignior scientia, qua scit peccatum vt homo: ergo trahit ad se eam, & ita non poterit reuelari secundum quòd scientia, qua scit vt Deus, exigit.

¶Præterea, Secretum confessionis institutum est ad vitandum scandalum, & ne homines à confessionibus retrahantur: sed si aliquis posset dicere illud quod in confessione audiuit, etiam si aliter sciret, nihilominus scandalum sequeretur: ergo nullo modo potest dicere.

¶SED CONTRA, Nullus potest aliū obligare ad quod non erat obligatus, nisi sit suus prælatus qui obliger eum præcepto: sed ille, qui sciebat alicuius peccatum per visum, non erat obligatus ad celandum: ergo ille, qui ei confitetur, cùm nō sit prælatus suus, non potest eum obligare ad celandum, per hoc quòd ei confitetur.

¶Præterea, Secundum hoc posset impediri iustitia Ecclesiæ, si aliquis vt euaderet sententiam excommunicationis, quæ in ipsum ferenda erat propter aliquod peccatum, de quo cōuictus est, confitetur ei qui sententiam fert: sed iustitiæ exequutio est in præcepto: ergo non tenetur celare peccatum quod quis in confessione audiuit, si aliàs ipsum scit.

CONCLVSIO.

¶Si immineat necessitas, potest confessor prodere quæ sibi in confessione dicta fuerunt, modo ante aut post confessionem ea resciuerit: ita tamē vt ea dicat vt homo, non vt Deus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc est triplex opinio. Quidam enim dicunt quòd illud, quod in confessione aliquis audiuit, non potest aliquo modo dicere si sciat aliàs, siue ante siue pòst. Quidam verò dicunt quòd per cōfessionem præcluditur sibi via, ne possit aliquid dicere quod priùs sciuit: non autem quin possit dicere si post alio modo sciat. Vtraque autem opinio dum nimium sigillo confessionis attribuit, præiudicium veritati & iustitiæ seruādæ facit. Posset enim aliquis ad peccandum esse pronior, si non timeret ab illo accusari, cui confessus est, si coram illo peccatum iteraret. Similiter etiam

multùm iustitiæ perire poterit, si testimonium ferre aliquis non posset de eo quod vidit post confessionem de hoc factam: nec obstat quòd quidam dicunt quòd debet protestari se non tenere priuatum hoc: quia hoc non posset protestari, nisi postquam peccatum esset sibi dictum. Et tūc quilibet sacerdos posset reuelare peccatum, protestationem faciendo, si hoc ipsum ad reuelandum liberum redderet. Et ideò alia opinio est communior, quòd illud, quod homo aliàs scit siue ante confessionem, siue post, non tenetur celare, quantùm ad id, quod scit vt homo: potest enim dicere. Scio illud quod vidi tenetur tamen celare illud, inquantùm scit vt Deus: non enim potest hoc dicere, ego audiui hoc in confessione: tamen propter scandalum vitandum debet abstinere, ne de hoc loquatur, nisi imminet necessitas.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quando aliquis dicit se vidisse quod in cōfessione audiuit, non reuelat quod in confessione habet nisi per accidens. Sicut qui scit aliquid per auditum & visum, non reuelat quod vidit, per se loquendo, si dicat se audiuisse, sed per accidens, quia dicit auditum, cui accidit visum esse: & ideò talis sigillum confessionis non frangit.

¶Ad secundum dicendum, quòd non obligatur audiens confessionem, quòd non reuelet peccatum simpliciter: sed prout est in confessione auditum. Nullo enim casu dicere debet se audiuisse in confessione.

¶Ad tertium dicendum, quòd hoc intelligendum est de duobus quæ habent oppositionem: sed scientia qua scit aliquis peccatum vt Deus, & illa qua scit vt homo, non sunt opposita: ideò ratio non procedit.

¶Ad quartum dicendum, quòd non debet ita vitari peccatum ex vna parte, q̄ ex alia iustitia relinquatur. Veritas enim nō est propter scandalum dimittenda: & ideò quando imminet periculum iustitiæ, non debet dimitti reuelatio eius quod quis in confessione audiuit, si aliter scit propter scandalum: dum tamen scandalum quantum in se est euitare nitatur.

QVAESTIO DVODECIMA. DE *satisfactione & eius quidditate, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de satisfactione: de qua quatuor cōsideranda sunt. Primò de eius quidditate. Secundò, de ipsius possibilitate. Tertiò de eius qualitate. Quartò, de his per quæ homo Deo satisfacit.

¶Circa primum quæruntur tria.

¶Primò, vtrùm satisfactio sit virtus vel actus virtutis.

¶Secundò, vtrùm sit actus iustitiæ.

¶Tertiò, vtrùm definitio satisfactionis quæ in litera ponitur, conuenienter assignetur.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm satisfactio sit virtus vel actus virtutis. *Thom. dist. 15. q. 1. a. 1.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd satisfactio non sit neque virtus neque actus virtutis. Omnis enim virtutis actus est meritorius: sed satisfactio non est meritoria, vt videtur: quia meritum gratuitum est, sed satisfactio debitum attendit: ergo satisfactio non est actus virtutis.

¶Præterea, Actus virtutis est voluntarius: sed aliquando fit satisfactio eo inuito de aliquo, vt quando aliquis pro offensa in alterum commissa à iudice punitur: ergo satisfactio non est virtutis actus.

¶Præterea, Secundum Philosophum 8. Ethico. In virtute moris principale est electio: sed satisfactio non fit per electionem, sed respicit principaliter exteriora opera: ergo non est virtutis actus.

¶SED CONTRA, Satisfactio ad pœnitentiam pertinet, sed pœnitentia est virtus: ergo satisfactio est actus virtutis.

¶ Præterea, Nullus actus operatur ad delerionem peccati nisi sit actus virtutis, quia contrarium destruitur per suum contrarium: sed per satisfactionem peccatum totaliter annihilatur: ergo satisfactio est virtutis actus.

CONCLVSIO.

¶Satisfactio dicitur esse non solùm actus virtutis materialiter (cùm malitiam implicitam vel defectum debitæ circunstantiæ non habeat) sed etiam formaliter, cum sub nomine formam & rationem virtutis implicitam habere dicatur.

¶RESPONDEO dicendū, quòd aliquis actus dicitur esse actus virtutis dupliciter. Vno modo materialiter: & sic quilibet actus, qui malitiam non habet implicitam vel defectum debitæ circunstantiæ, actus virtutis dici potest: quia quilibet

libet tali actu potest vti virtus in suum finem, sicut est ambulare, loqui, & huiusmodi. Alio modo dicitur actus aliquis esse actus virtutis formaliter, quia ipse suo nomine formam, & rationem virtutis implicitam habet: sicut fortiter sustinere dicitur actus fortitudinis: formale autem cuiuslibet virtutis moralis est ratio medij, vnde omnis actus, qui rationem medij in portat, actus virtutis formaliter dicitur, & quia æqualitas medium est, quod suo nomine satisfactio importat: non enim dicitur aliquis satisfieri: nisi secundum proportionem æqualitatis ad aliquid, constat quòd satisfactio etiam formaliter est actus virtutis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis satisfacere in se sit debitum: tamen inquantùm satisfaciens voluntate hoc opus exequitur, rationem gratuiti accipit ex parte operantis, & sic operans facit de necessitate virtutem, ex hoc enim debitum dimittere habet meritum, quod necessitatem importat, quæ voluntati contrariatur: vnde si volūtas necessitati assentiat: ratio meriti non tolletur.

¶Ad secundum dicendum, q̄ actus virtutis non requirit volūtariū in eo qui patitur, sed in eo qui facit, quia illius actus est. Et cū ille, in quem iudex vindictam exercet: se habeat vt patiēs ad satisfactionem: non vt agens, non oportet q̄ in eo voluntaria sit satisfactio: sed in iudice faciente.

¶Ad tertium dicendum, q̄ principale in virtute potest accipi dupliciter. Vno modo principale in ipsa: inquantùm est virtus: & sic ea quę ad rationē pertinent, vel magis ei propinqua sunt, principaliora sunt in virtute: & sic electio & interiores actus in virtute, inquantùm virtus est, principaliores sunt. Alio modo potest accipi principale in virtute: inquantùm est talis virtus: & sic principalius in ipsa est, ex quo determinationem recipit actus interior, sed in aliquibus virtutibus determinatur per exteriores: quia electio, quæ est communis omnibus virtutibus ex hoc q̄ est electio talis actus, efficitur propria huius virtutis, & sic actus exteriores in aliquibus virtutibus sunt principaliores, & ita etiam est in satisfactione.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm satisfactio sit actus iustitiæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd satisfactio non sit actus iustitiæ, quia satisfactio fit ad hoc q̄ reconcilietur ei quem offendit: sed reconciliatio cùm sit amoris, ad charitatem pertinet, ergo satisfactio est actus charitatis, & non iustitiæ.

¶Præterea. Causæ peccatorum in nobis sunt passiones animæ, quibus ad malum incitamur: sed iustitia secundum Philosophū non est circa passiones: sed circa operationes, cùm ergo ad satisfactionem pertineat peccatorum causas excidere, vt in litera dicitur, videtur quòd non sit actus iustitiæ.

¶Præterea. Cauere in futurum non est actus iustitiæ, sed magis prudētiæ, cuius pars ponitur cautela, sed hoc pertinet ad satisfactionem: quia ipsius est suggestionibus peccatorum aditum non indulgere: ergo satisfactio non est actus iustitiæ.

¶SED CONTRA, Nulla virtus attendit rationem debiti: nisi iustitia: sed satisfactio honorem debitum Deo impendit, vt Anſel. ait: ergo satisfactio est actus iustitiæ.

¶Præterea. Nulla virtus habet rerum exteriorum adæquationem, per ficere, nisi iustitia: sed hoc fit per satisfactionem qua cō stituitur æqualitas emendæ ad offensam precedentem, ergo satisfactio est iustitiæ actus.

CONCLVSIO.

¶Cùm nomen satisfactionis adæquationem proportionis designet (nēpe æqualitatē respectu offensæ præcedentis in faciēte) & medium iustitiæ accipiatur secundū adæquationem rei ad rem in aliqua proportione: apparet quòd satisfactio formaliter actus iustitiæ est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd secundum Philosophū in 5. Ethicor. medium iustitiæ accipitur secundum adæquationem rei ad rem in proportionalitate aliqua, vnde cùm talem adæquationem ipsum nomen satisfactionis importet, quia hoc adnerbium, satis æqualitatem proportionis designat, constat quòd satisfactio formaliter iustitiæ actus est, sed iustitię actus secundum Philosophum est vel sui ad alterum, vt quando aliquis reddit alteri quod ei debet, vel alterius ad alterum, sicut quando iudex facit iustitiam inter duos. Quando autem est actus iustitię sui ad alterum: æqualitas in ipso faciente constituitur: quando autem alterius ad alterum, æqualitas constituitur in iustum passo, & quia satisfactio æqualitatem in ipso faciente exprimit, dicit actum iustitię, quę est sui ad alterum, propriè loquēdo: sed sui ad alterum potest aliquis facere iustitiam, vel in actionibus & passionibus, vel in rebus exterioribus, sicut & iniuria fit alteri vel subtrahendo res, vel per aliquam actionem lędendo, & quia vsus rerum exteriorum est da re, ideò actum iustitię secundum quòd æqualitatem in rebus exterioribus constituit, propriè dicit hoc quod est reddere: sed satisfacere manifestè æqualitatem in actionibus demonstrat, quamuis quandóque vnum pro alio ponatur. Et quia adæquatio non est nisi inæqualium, non satisfactio inæqualitatē actionum præsupponit: quæ quidem offensam constituit: & ideò habet respectū ad offensam præcedētē: nulla autē pars iustitię respicit offensam præcedentē, nisi iustitia vindicatiua, quæ æqualitatē constituit in eo qui iustū patitur indifferenter, siue sit patiens idē quod agens, vt quando aliquis sibiipsi pœnā infert: siue non sit idē quod agens, vt quando iudex aliū punit, ad vtrūque vindicatiua iustitia se habente: similiter & pœnitentia quæ æqualitatē tantū in faciente importat, quia ipsemet pœnam tenet: sit, vt quodāmodò pœnitentia vindicatiuę iustitię species sit: & per hoc cōstat q̄ satisfactio quę æqualitatem respectu offensæ præcedentis in faciente importat opus iustitiæ est quantùm ad illam partem, quæ pœnitentia dicitur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd satisfactio (vt ex dictis patet) est quędam iniurię illatę recompensatio, vnde sicut iniuria illata immediatè ad inæqualitatem iustitiæ pertingebat, & per consequens ad inæqualitatem amicitiæ oppositam, ita & satisfactiò directè ad æqualitatem iustitiæ perducit, & ad æqualitatem amicitiæ ex consequenti, & quia actus aliquis elicitiuè ab illo habitu procedit, ad cuius finem immediatè ordinatur: imperatiuè autem ab illo, ad cuius finem vltimo tendit: ideò satisfactio elicitiuè est à iustitia: sed imperatiuè à charitate.

¶Ad secundum dicendum, q̄ quamuis iustitia sit principalior circa operationes, tamen etiam ex consequēti est circa passiones, inquantū sunt operationum causę. Quare sicut iustitia cohibet iram, ne alteri lęsionem iniustè inferat, & concupiscentiam, ne ad alienum torum accedat, sic etiam: satisfactio potest peccatorum causas excidere.

¶Ad tertium dicendum, quòd quęlibet virtus moralis participat actus prudentiæ, eò quòd formaliter ipsa complet in eis rationem virtutis: cum secundum eam medium accipiatur in singulis virtutibus moralibus, vt patet per definitionem virtutis in 2. Ethico.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm definitio satisfactionis in litera conuenienter ponatur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd definitio satisfactionis in litera inconuenienter ponatur ab Augusti. dicit enim, quòd satisfactio est peccatorum causas excidere, & eorum suggestionibus aditum non indulgere. Causa enim actualis peccati fomes est: sed in hac vita non possumus fomitem excidere, ergo satisfactio non est peccatorum causas excidere.

¶Præterea. Causa peccati est fortior quā peccatum: sed homo per se non potest peccatum excidere: ergo multò minus causas peccati, & sic idem quod prius.

¶Præterea. Satisfactio cùm sit pars pœnitentiæ, prēteritum respicit, non futurum: sed non indulgere aditum suggestionibus peccatorum respicit futurum, ergo non debet poni in definitione satisfactionis.

¶Prēterea. Satisfactio dicitur respectu offensæ prēteritæ, sed de offensa præcedenti nulla fit mentio, ergo incōuenienter assignatur definitio satisfactionis.

¶Præterea. Anſelmus ponit aliam definitionē in lib. Cur Deus homo, scilicet satisfactio, est honorem debitum Deo impendere: in qua nulla fit mentio horum quæ Augu. hic ponit, ergo altera earum videtur esse incompetens.

¶Præterea. Honorem debitum potest innocēs impendere, sed satisfacere non competit innocenti, ergo definitio Anſel. est malè ordinata.

CONCLVSIO.

¶Cū satisfactio respectu culpæ prēteritæ, quā recōpensando curat, dicatur illatæ iniuriæ recōpēsatio secundū iustitiæ æqualitatē necesse est fateri diffinitionē Anſelmi bonā esse, scilicet quod satisfacere est honorē debitū Deo impendere: sic & Augustin. respectu præseruationis culpæ futuræ.

¶RESPONDEO dicendum, quòd iustitia non ad hoc tātum tendit: vt inæqualitatem præcedentem auferat puniendo culpam prēteritam, sed vt in futurum æqualitatem custodiat, quia secundum Philosophum in 2. Ethic. Pœnę medicinæ sunt. Vnde & satisfactio quæ est iustitiæ actus pœnam inferentis, est medicina curans peccata prēterita, & præseruans à futuris, & ideò quando homo homini satisfacit, & prēterita recōpensat, & de futuris cauet: & secundum hoc dupliciter potest satisfactio definiri. Vno modo respectu culpæ prēteritæ, quam recōpēsando curat, & sic dicitur q̄ satisfactio est illatæ iniuriæ recompensatio secundum iustitię æqualitatem. Et in idem di- *1. Pœnitentia definitio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

citur reiire diffinitio Anſelmi qui dicit, quòd ſatisfacere eſt honorem debitum Deo impendire, vt conſideretur debitú ratione culpæ commiſſæ. Alio modo poteſt definiri, ſecundum q̃ præſeruat à culpa futura, & ſic definit eam hic Aug. præſeruatio autem à morbo corporali ſit per ablationem cauſarum, qui bus morbus conſequi poteſt: eis enim ablatis non poteſt morbus ſequi. Sed in morbo ſpirituali non eſt ita: quia liberum arbitrium non cogitur, vnde cauſis præcedentibus poteſt vitari, quamuis difficulter cauſis amotis poteſt incurrit & ideò in ſatisfactionis definitione duo ponit, ſcilicet abſciſionem cauſarum, quantùm ad primum, & renitenti in liberi arbitrij ad ipſum peccatum quantùm ad ſecundum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd accipiendæ ſunt cauſæ proximæ peccati actualis, quæ dicuntur duo, ſcilicet libido ex conſuetudine vel actu peccati relicta, & aliquę reliquię peccati præteriti, & exteriores occaſiones ad peccandum, vt locus, mala ſocietas, & huiuſmodi: & tales cauſæ in hac vita per ſatisfactionem tollũtur, quamuis fomes, qui eſt cauſa remota peccati actualis non tollatur totaliter in vita per ſatisfactionem, etſi debilitetur.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd quia cauſa mali vel priuatio nis eo modo quo cauſam habet, non eſt niſi bonum deficiens: bonum autem faciliùs tollitur quàm conſtituatur: ideò faciliùs eſt cauſas priuationis & mali abſcindere, quàm ipſum malum remouere, quod non remouetur niſi per conſtructionem boni, quod patet in cæcitate & cauſis eius. Et tamen cauſæ peccati prædictæ non ſunt ſufficientes cauſæ, cùm ex eis non de neceſſitate ſequatur peccatum, ſed ſunt occaſiones quædam, nec iterum ſatisfactio ſine Dei auxilio fit, quia ſine charitate eſſe non poteſt, vt dicitur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis pœnitentia ex prima ſui inuentione reſpiciat præteritum, tamen etiam ex conſequẽti futurum reſpicit, inquantùm eſt medicina præſeruans, & ſic etiam ſatisfactio.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Auguſtinus definit ſatisfactionem, ſecundum quod fit Deo, cui ſecundum rei veritatem nihil ſubtrahi poteſt, quamuis peccator, quantùm in ſe eſt, aliquid ſubtrahat: & ideò in ſatisfactiõe tali principalius requiritur emendatio in futuro quàm recompenſatio prætęritorum: & propter hoc ex parte ista Auguſtinus definiuit ſatisfactionem. Nihilominus tamen ex cautela futurorum cognoſci poteſt recompenſatio præteritorum, quæ ſit circa eadem conuerſo modo. In præterito enim reſpicientes cauſas peccatorũ propter peccata deteſtamur, à peccatis incipientes deteſtationis motum: ſed in cautela à cauſis incipimus, vt cauſis ſubtractis, facilius peccata vitemus.

¶ Ad quintum dicendum, quòd non eſt inconueniens q̃ de eodem dentur diuerſæ aſsignationes ſecundũ diuerſa, quæ in ipſo inueniuntur, & ſic eſt in propoſito, vt ex dictis patet.

¶ Ad ſextum dicendum, quòd intelligitur debitum quod debemus Deo ratione culpæ commiſſæ, quia debitum pœnitentia reſpicit: vt prius dictum eſt.

QVAESTIO DECIMATERTIA DE SATISFACTIONIS POSSIBILITATE, IN DUOS ARTICULOS DIVISA.

DEINDE conſiderandum eſt de poſsibilitate ſatisfactionis.

¶ Circa quod duo quæruntur.

¶ Primò, vtrùm homo poſsit Deo ſatisfacere.

¶ Secundò, vtrùm aliquis pro alio ſatisfacere poſsit.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm homo poſsit Deo ſatisfacere.

Th. vbi ſup. art. 1.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd homo nõ poſſit Deo ſatisfacere. Satisfactio enim debet æquari offenſæ, vt ex dictis patet: ſed offenſa in Deum cõmiſſa eſt infinita, quia quantitatem recipit ab eo in quem committitur, cùm plus offendat qui principem percutit, quàm alium quemquam: cùm ergo actio hominis nõ poſsit eſſe infinita, videtur quòd homo Deo ſatisfacere non poſsit.

¶ Præterea, Seruus quia totum quod habet domini eſt, non potest pro aliquo debito recompenſare: ſed nos ſerui Dei ſumus, & quicquid boni habemus ab ipſo habemus, cùm ergo ſatisfactio ſit recompenſatio offenſæ præteritæ, videtur quod Deo ſatisfacere non poſſumus.

¶ Præterea, Ille cuius totum quod habet non ſufficit ad vnum debitum exoluendum, non poteſt pro alio debito ſatisfacere: ſed quicquid homo poteſt & habet non ſufficit ad ſoluendum debitum pro beneficio conditionis. Vnde Iſa. 15. dicitur: Quòd ligna Libani non ſufficient ad holocauſtum: ergo nullo modo poteſt ſatisfactio eſſe pro debito offenſæ commiſſæ.

¶ Præterea, Homo totum tempus ſuum debet in Dei ſeruitium expendere: ſed tempus amiſſum non poteſt recuperari, propter quod eſt grauis iactura temporis, vt Seneca dicit: ergo non poteſt homo recompenſationem Deo facere, & ſic idem quod priùs.

¶ Præterea, Peccatum actuale mortale eſt grauius quàm originale: ſed pro originali nemo potuit ſatisfacere niſi Deus & homo: ergo neque pro actuali.

¶ SED CONTRA, Sicut Hieron. dicit. Qui dicit Deum aliquid impoſsibile homini præcepiſſe, an irhemahit: ſed ſatisfactio eſt in præcepto. Luc. 3. Facite dignos fructus pœnitentiæ: ergo poſsibile eſt Deo ſatisfacere.

¶ Præterea, Deus eſt magis miſericors quàm aliquis homo: ſed homini eſt poſsibile ſatisfacere: ergo & Deo.

¶ Præterea. Satisfactio eſt cùm pœna culpæ æquatur, quia iuſtitia eſt idem quod contrapaſſum, vt Pythagorici dixerũt: ſed cõtingit æqualem pœnam aſſumere delectationi, quæ fuit in peccando, ergo contingit Deo ſatisfacere.

CONCLVSIO.

¶ Poteſt homo Deo ſatisfacere, cùm quod poteſt Deo præſtat: videtur enim eſſe aliquomodo æqualis proportio inter hominis conatũ & Dei gratiam. Si vero hæc dictio Satis importet propriè æqualitatẽ proportionis, ſatisfacere minimè poteſt.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd homo Deo debitor eſſi citur, vno modo ratione beneficij accepti, alio modo reſpectu peccati commiſsi. In his autem honoribus qui ſunt ad parẽtes & Deos, etiam ſecundum Philoſophum, impoſsibile eſt æquales reddere ſecũdum quantitatem: ſed ſufficit, quòd homo reddat quod poteſt, quia amicitia non exigit æqualitẽs, ſed q̃ poſsibile, & hoc etiam eſt æquale aliqualiter, ſcilicet ſecundũ proportionalitatem: quia ſicut ſe habet hoc quod Deo eſſet debitum ad ipſum Deum, ita hoc quod iſte poteſt reddere ad Deum, & ſic aliquo modo forma iuſtitiæ conſeruatur, & ſimiliter eſt ex parte ſatisfactionis. Vnde non poteſt homo Deo ſatisfacere, ſily Satis, æqualitatem quantitatis importet: contingit autem ſi importet æqualitatem proportionis, vt dictum eſt & hoc ſicut ſufficit ad rationem iuſtitiæ, ita ſufficit ad rationem ſatisfactionis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut offenſa habuit quandam infinitatem ex infinitate diuinæ maieſtatis, ita ſatisfactio accipit quandam infinitatem ex infinitate diuinæ miſericordiæ, prout eſt gratia informata per quam acceptum redditur quod homo reddere poteſt. Quidam tamen dicũt quòd haber infinitatem ex parte auerſionis, & ſic gratis dimittitur: ſed ex parte conuerſionis infinita eſt, & ſic pro ea ſatisfieri poteſt: ſed hoc nihil eſt, quia ſatisfactio nõ reſpondet peccato niſi ſecundum quòd eſt offenſa Dei, quod non habet ex parte conuerſionis, ſed ſolùm ex parte auerſionis. Alij verò dicũt quod etiam quantùm ad auerſionem pro peccato ſatisfieri poteſt vtute meriti Chriſti, quod quodammodò infinitum fuit, & hoc in idem redit quod priùs dictum eſt; quia per fidem mediatoris gratia data credentibus eſt: ſi tamen alio modo gratiam daret, ſufficeret ſatisfactio per modum prædictum.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd homo qui ad imaginem Dei factus eſt, aliquid libertatis participat in quantum eſt dominus ſuorum actuum per li. arbi. & ideò ex hoc quòd per lib. ar. agit, Deo ſatisfacere poteſt: quia quamuis Dei ſit prout à Deo eſt ſibi conceſſum, tamen liberè traditum eſt, vt eius dominus ſit, quod ſeruo non competit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa concludit quòd Deo æquialens ſatisfactio fieri non poſsit, non aũt quòd non poſſit ſibi ſufficiens fieri: quãuis enim poſſe ſuum totum homo debeat, nõ tamen ab eo exigitur de neceſsitate: vt totũ quod poſſit faciat: quia hoc eſt ei impoſsibile ſecundũ ſtatum præſentis vitæ, vt totum poſſe ſuum in aliquid vnũ expendat; cùm oporteat circa multa eſſe ſolicitum: ſed eſt quędam menſura hominì adhibita, quę ab eo requiritur, ſcilicet impletio mandatorũ Dei, & ſuper ea poteſt aliquid erogare vt ſatisfaciat.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis homo non poſsit rẽpus præteritum recuperare, poteſt tamen in futuro recompenſare illud quod in peccato facere debuiſſet: quia non debuit debito præcepti totum quod potuit, vt dictum eſt.

¶ Ad quintum dicendum, q̃ originale peccatum etſi minus habeat de ratione peccati, quàm actuale, tamen eſt grauius malitia: quia eſt ipſius humanæ naturę infectio: & ideò per vnius hominis puri ſatisfactionem expiari non potuit ſicut actuale.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm vnus pro alio poſsit pœnam ſatisfactoriam explere.

Th. vbi ſup. art. 2. q. vnic. art. 3.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd pœnã ſatisfactoriam non poſsit vnus pro alio explere. Quia ad ſatisfactionem meritum requiritur: ſed vnus pro altero non poteſt mereri: vel demereri cùm ſit ſcriptum. Reddes tu vnicuique ſecundum opera ſua, ergo vnus pro alio non poteſt ſatisfacere.

¶ Præterea. Satisfactio contra contritionem & confeſsionem diuiditur, ſed vnus pro alio non poteſt conſiteri, ergo nec ſatisfacere.

¶ Præterea. Vnus pro alio orãdo etiam ſibi meretur, ſi ergo aliquis pro alio ſatisfacere poteſt, ſatisfaciendo pro alio pro ſe ſatisfacit: & ita ab eo qui pro altero ſatisfacit, non exigitur alia ſatisfactio pro peccatis propriis.

¶ Præterea. Si vnus pro alio ſatisfacere poteſt: ergo ex quo vnus ſoluit debitum pœnæ, alius ſtatim à debito liberatur, ergo ſi moriatur poſtquam tota pœna debita pro alio ſuſcepta eſt, ſtatim euolabit, vel ſi adhuc puniatur, duplex pœna redderur pro eodem peccato, ſcilicet illius qui ſatisfacere incipit, & illius qui punitur in purgatorio.

¶ SED CONTRA, Galat. 6. dicitur. Alter alterius onera portate: ergo videtur quòd vnus poſsit onus pœnitentiæ pro alio impoſitæ ſuſcipere.

Præterea. Charitas magis poteſt apud Deũ quàm apud homines: ſed vnus põt apud homines pro alterius amore debitu eius ſoluere: ergo multò fortiùs hoc in diuino iudicio fieri poteſt.

CONCLVSIO.

¶ Poteſt quis pro alio pœnam ſatisfactoriam explere pro peccatis præcedentibus: ita vt ſolutio debiti conſequatur ſit. Quantũ verò ſpectat ad remedium peccati ſequentis, ſatisfactio vnius non prodeſt alteri, niſi ſecundum accidens.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd pœna ſatisfactoria eſt ad duo, ſcilicet ad ſolutionem debiti, & ad medicinam pro peccato vitando: inquantum ergo eſt ad remedium ſequentis peccati, ſic ſatisfactio vnius non prodeſt alteri: quia ex iniuria vniuscaro alterius nõ donatur, nec ex actibus vnius alius, benè agere conſueuit, niſi ſecundum accidens, inquantùm aliquis per bona opera poteſt alteri mereri augmentum gratiæ, quæ efficaciſsimum remedium eſt ad vitandum peccatum: ſed hoc eſt per modum meriti magis quàm per modum ſatisfactionis, ſed quantùm ad ſolutionem debiti, vnus poteſt pro alio ſatisfacere, dummodò ſit in charitate, vt opera eius ſatisfactoria eſſe poſsint. Nec oportet quòd maior pœna imponatur ei qui pro altero ſatisfacit, quàm principali imponeretur, vt quidam dicunt hac ratione moti: quia pœna propria magis ſatisfacit quàm aliena, quia pœna habet vim maximè ſatisfaciendi ratione charitatis qua homo ipſum ſuſtinet, & quia maior charitas apparet in hoc quòd aliquis pro altero ſatisfacit, quàm ſi ipſe ſatisfaceret: ideò maior pœna requiritur in eo qui pro alio ſatisfacit, quã pro principali requireretur. Vnde dicitur in vitis Patrum, quòd propter charitatem vnius, qui alterius fratris charitate ductus, pœnitentiam fecit pro peccato quod nõ commiſerat, alteri peccatum quod commiſerat, dimiſſum eſt, nec exigitur quantùm ad abſolutionem debiti, quòd ille pro quo fit ſatisfactio, ſit impotens ad ſatisfaciendum, quia etiam ſi eſſet potens alio ſatisfaciente pro ipſo, ipſe à debito immunis eſſet, ſed hoc requiritur inquantùm pœna ſatisfactoria eſt in remedium, vnde non eſt permittendum quòd aliquis pro alio pœnitentiam agat, niſi defectus aliquis appareat in pœnitente: vel corporalis per quem ſit impotens ad ſuſtinendum, vel ſpiritualis per quem non ſit promptus ad portandum pœnam.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ præmium eſſentiale redditur ſecundum diſpoſitionem hominis: quia ſecundum capacitatem videntium erit plenitudo viſionis diuinæ, & ideò ſicut vnus non diſponitur per actum alterius, ita vnus alteri non meretur præmium eſſentiale, niſi meritum eius habeat efficacitatem infinitam, ſcilicet Chriſti: cuius merito ſolo pueri per baptiſmum ad vitam æternam perueniunt, ſed pœna temporalis pro peccato debita poſt culpæ remiſsionem non taxatur, ſecũdum diſpoſitionem eius cui debetur, quia quandòque ille qui eſt melior, habet maioris pœnæ reatum, & ideò quantùm ad pœnæ remiſsionem vnus alteri poteſt mereri, & actus vnius efficitur alterius charitate mediante, per quam omnes vnum ſumus in Chriſto.

¶ Ad ſecundum dicendum, q̃ contritio ordinatur cõtra culpã, quæ ad diſpoſitionẽ bonitatis vel malitiæ pertinet, & ideò per contritionem vnius, alius a culpa non liberatur: ſimiliter per confeſsionem homo ſe ſacramentis eccleſiæ ſubijcit, non autẽ poteſt vnus ſacramentum pro alio accipere, quia in ſacramento gratia ſuſcipienti datur non alij, & ideò non eſt ſimilis ratio de ſatisfactione, contritione, & confeſsione.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ in ſolutione debiti attenditur quã-

titas pœnæ, ſed in merito attenditur charitatis radix: & idẽ ille qui ex charitate pro alio meretur, ſaltẽ merito congrui & ſibi magis meretur: non autẽ qui pro alio ſatisfacit, quia illa quantitas per ſe non ſufficit ad vtrunque peccatum, tamen ſibi meretur maius quàm ſit dimiſsio pœnæ, ſcilicet vitam æternam.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ ſi ipſemet ad aliquam pœnam ſe obligaſſet, nõ priùs à debito eſſet immunis, quàm ſi eam ſoluiſſet: & ideò pœnam ipſe patietur, quandiu ille ſatisfactionẽ pro eo fecerit: quam ſi non fecerit, tunc vterque eſt debitor illius pœnæ, vnus pro commiſſo, alius pro omiſſo, & ita non ſequitur quòd peccatum vnum bis puniatur.

QVAESTIO DECIMA QVARTA, *De qualitate ſatisfactionis, in quinque articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de qualitate ſatisfactionis.

¶ Et circa hoc quæruntur quinque.

Primò, vtrùm homo poſsit de vno peccato ſatisfacere ſine alio.

¶ Secundò, vtrùm ille qui de omnibus peccatis priùs cotritus fuit, & poſtea in peccatum incidit, de alijs peccatis quæ ſibi per contritionem fuerũt dimiſſa, ſatisfacere poſſit extra charitatem exiſtens.

¶ Tertiò, vtrùm homo poſtquam charitatem habuit, valere ſibi incipiat ſatisfactio præcedens.

¶ Quartò, vtrùm opera extra charitatem facta ſint alicuius boni meritoria.

¶ Quintò, vtrùm opera prædicta valeant ad pœnæ infernalis mitigationem.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm homo poſsit de vno peccato ſatisfacere ſine alio.

Th. vbi ſup. artic. 3. q. 1. & ſequent.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur q̃ homo poſsit de vno peccato ſine alio ſatisfacere, eorum enim quę non habent connexionem ad inuicem, vnum poteſt auferri ſine alio: ſed peccata non habent connexionem, alias qui haberet vnũ, haberet omnia, ergo vnum poteſt expiari ſine alio per ſatisfactionem.

¶ Præterea, Deus eſt magis miſericors quàm homo: ſed homo recipit vnius debiti ſolutionem ſine alio, ergo & Deus ſatisfactionem vnius peccati ſine alio.

¶ Præterea. Satisfactio (vt in litera dicitur) eſt peccatorum cauſas excidere, nec ſuggeſtionibus aditum indulgere, ſed contingit hoc de vno peccato ſine alio, vt ſcilicet luxuriam refrener, & auaritiæ inſitat: ergo de vno peccatò poteſt fieri ſatisfactio ſine alio.

¶ SED CONTRA. Iſaiæ 58. Ieiunium eorum qui ad contentiones & lites ieiunabant, Deo acceptum non erat, licet ieiunium ſit ſatisfactionis opus: ſed non poteſt fieri ſatisfactio: niſi per opus Deo acceptum: ergo nõ poteſt qui habet aliquod peccatum, Deo ſatisfacere.

¶ Præterea. Satisfactio eſt medicina curans peccata præterita, & præſeruans à futuris, vt dictum eſt: ſed peccata non poſſunt ſine gratia euitari, ergo cũ quodlibet peccatum gratiam auferat, non poteſt de vno peccato ſine alio fieri ſatisfactio.

CONCLVSIO.

¶ Cũ per ſatisfactionem tolli debeat offenſa præcedentis peccati, offenſæ autem ablatio ſit amicitiæ reſtitutio, & amicitiæ diuinæ reſtitutionem impediat quodlibet peccatum: fieri non poteſt, quod homo pro vno peccato ſatisfaciat, alio retento.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd poteſt de vno peccato ſatisfieri ſine alio, vt Magiſter in litera dicit: ſed hoc non poteſt eſſe: cùm enim per ſatisfactionem tolli debeat offenſa præcedens, oportet quòd talis ſit modus ſatisfactionis, qui competat ad tollendum offenſam, offenſæ autem ablatio eſt amicitiæ reſtitutio, & ideò ſi aliquid ſit quod amicitiæ reſtitutionem impediat, etiam apud homines ſatisfactio eſſe non poteſt, cùm ergo quodlibet peccatum amicitiam charitatis impediat, quæ eſt hominis ad Deum, impoſsibile eſt quòd homo de vno peccato ſatisfaciat alio retento: ſicut nec homini ſatisfaceret, qui pro alapa ſibi data eũ proſterneret: & aliam ſimul daret.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum: quòd quia peccata non habent connexionem ad inuicem in aliquo vno, vnum poteſt quis incurrere ſine alio, ſed vnum & idem eſt ſecundum quod omnia peccata remittuntur, & ideò remiſsiones diuerſorum peccatorum connexæ ſunt, & ideò de vno ſine alio ſatisfieri non poteſt.

¶ Ad ſecundum dicendum, quòd in obligatione debiti non eſt, niſi inæqualitas iuſtitiæ oppoſita: quia vnus rem alterius habet, & ideò ad reſtitutionem non exigitur niſi quòd reſtitua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur æqualitas iustitiæ,quod quidem potest fieri de vno debito & non de alio:sed vbi est offensa,ibi est inæqualitas non tantú iustitiæ opposita,sed etiam amicitiæ: & ideò ad hoc quod per satisfactionem offensa tollatur,non solùm oportet quòd æqualitas iustitiæ restituatur per recompẽsationem talis pœnæ, sed etiam quòd restituatur amicitiæ æqualitas,quod nó potest fieri dum aliquid est quod amicitiam impediat.

¶Ad tertium dicẽdum, quòd vnum peccatum suo pondere ad aliud trahit, vt Gregorius dicit. Ideò qui vnum peccatum reti net,non sufficienter causas alterius peccati excidit.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm quis extra charitatem existens possit satisfacere de peccatis antè contritu.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd qui de omnibus peccatis contritus fuit priùs, & postea in peccatú incidit, de alijs peccatis quæ sibi per contritionem dimissa fuerunt,satisfacere possit extra charitatẽ existens,dicit enim Daniel Nabuchodonosor, Dani. 4. Peccata tua eleemosynis redime,sed ipse adhuc peccator erat,quod sequens pœna demonstrat:ergo potest in peccato existens satisfacere.

¶ Præterea,Nemo scit vtrum sit dignus odio vel amore. Eccl. 9.Si ergo non possit fieri satisfactio nisi ab eo qui est in charitate,nullus sciret se satisfacere,& hoc est inconueniens.

¶ Præterea,Ex intentione quâ homo habet in principio actus, totus actus informatur,sed pœnitens quando pœnitentiam inchoauit in charitate erat: ergo tota satisfactio sequens ex illa charitate intentionem informante efficaciam habebit.

¶Præterea,satisfactio consistit in quadam adæquatione culpæ ad pœnam, sed talis adæquatio pœnæ potest etiam fieri in eo qui charitatem non habet: ergo,&c.

¶SED CONTRA,Prouerb.10.Vniuersa delicta operit charitas:sed satisfactionis est delere delictà:ergo sine charitate non habet suam virtutem.

¶Præterea,Præcipuum opus in satisfactione vel satisfaciendo est eleemosyna:sed eleemosyna extra charitatem facta non valet,vt patet: primæ Corinth.13.Si distribuero in cibos pauperú &c.ergo nec satisfactio aliqua est.

CONCLVSIO.

¶Cùm tanta sit peccatorum connexio, ac tãtum peccati etiam vnius cum Deo amicitia dissidium, non potest quis extra charitatẽ Dei existens, pro peccatis antè contritis satisfacere.

¶RESPONDEO dicendum,quod quidam dixerunt,quòd postquam omnia peccata per præcedentem contritionem remissa sunt,si aliquis ante satisfactionem peractam in peccatum decidat,& in peccato existens satisfaciat, quòd satisfactio talis ei valeat,ita quòd si in peccato moreretur, in inferno de illis peccatis non puniretur.Sed hoc non potest esse,quia in satisfactione oportet quòd etiam amicitia restituta, iustitiæ qualitas restituatur, cuius contrarium amicitiam tollit: vt Philosophus in 9.Ethi.dicit. Aequalitas autem in satisfactione ad Deũ non est secundum æquiualentiã,sed magis secundum acceptationem ipsius:& ideò oportet quòd etiam si iam offensa sit dimissa per præcedentem contritionem,quòd opera satisfactoria sint Deo accepta,quod dat eis charitas:& ideò sine charitate opera facta non sunt satisfactoria.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd consilium Dan. intelligitur quòd à peccato cessaret & pœniteret,& sic per eleemosynas satisfaceret.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut homo nescit pro certo vtrum charitatem habuerit in satisfaciendo vel habeat,ita etiã nescit pro certo vtrũ plenè satisfecerit:& ideò dicitur Eccles. de propitiatu peccatorum,Noli esse sine metu:nec tamen exigitur quòd propter hunc metum homo satisfactionem explegitam iteret,si sciẽtiam peccati mortalis non habet:quãuis enim pœnam non expiet per huiusmodi satisfactionem, tamen non incurrit reatum commissionis ex satisfactione neglecta: sicut nec ille qui accedit ad Eucharistiam sine conscientia peccati mortalis cui subiacet,reatum indignæ sumptionis incurrit.

¶Ad tertium dicendum, quòd intentio illa interrupta est per peccatum sequens:& ideò non dat vim aliquam operibus post peccatum factis.

¶Ad quartum dicendum,quòd non potest fieri adæquatio sufficiens,nec secundum diuinam acceptationem, nec secundum æquiualentiam:& ideò ratio illa non sequitur.

ARTICVLVS III.

¶Vtrũ valere possit satisfactio precedens, postquã charitatẽ habuerit.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd postquam homo charitatem habuerit valere incipiat satisfactio præcedens,Super illud Leui.25.Si attenuatur frater tuus &c. dicit glo.quòd fructus bonæ conuersionis debent computari ex eo tempore quo peccauit: sed non computarentur, nisi aliquam efficaciam acciperent ex charitate sequenti:ergo post charitatem recuperatam valere incipiunt.

¶Præterea,Sicut efficacia satisfactionis impeditur per peccatum, ita efficacia Baptismi impeditur per fictionem:sed Baptismus incipit valere recedente fictione:ergo satisfactio recedente peccato.

¶Præterea, Si alicui pro peccatis commissis iniuncta fuerunt ieiunia, & in peccatum cadens ea perficeret, non iniungitur, cùm iterum confiteatur:vt ieiunia illa iteret, iniungeretur autem ei si per eam satisfactio non impleretur:ergo per pœnitentiam sequentem opera præcedentia satisfaciendi efficaciam accipiunt.

¶SED CONTRA.Opera extra charitatem facta ideò non erant satisfactoria,quia fuerunt mortua:sed per pœnitentiam non viuificantur:ergo nec incipiunt esse satisfactoria.

¶ Præterea, Charitas non informat actum nisi qui ab ipsa aliqualiter procedit: sed opera non possunt esse Deo accepta,ac per hoc nec satisfactoria,nisi sint charitate informata: ergo cũ opera facta extra charitatem nullo modo ex charitate processerint,vel de cætero procedere possint, nullo modo poterunt in satisfactionem computari.

CONCLVSIO.

¶Opera extra charitatem facta, per charitatem sequentem non vinificantur: ac per hoc non valet satisfactio precedens, etiam si charitas sequatur.

¶RESPONDEO dicendum,quòd quidam dixerunt quòd opera in charitate facta,quæ viua dicuntur,sunt meritoria vitæ æternæ,& satisfactoria respectu pœnæ dimittendæ, & per charitatem sequentem,opera extra charitatem facta viuificantur quantum ad hoc quòd sunt satisfactoria,sed non quantum ad hoc quod sunt meritoria vitæ æternæ:sed hoc non potest esse: quia vtrunque habent ex eadem ratione opera ex charitate facta,scilicet ex hoc quòd sunt Deo grata: vnde sicut charitas aduenies non potest ea gratificare quantum ad vnum, ita nec quantum ad aliud.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ non debet intelligi quòd fructus computentur a tẽpore quo primò in peccato fuit, sed à tempore in quo peccare cessauit,quo scilicet vltimò in peccato fuit:vel intelligitur quando ităm pòst contritus fuit, & fecit multa bona antequam confiteretur.Vel dicendum, quòd quantò est maior contritio,tantò magis diminuit de pœna, & quãto aliquis plura bona facit in peccato existens,magis lead gratiã contritionis disponit: & ideò probabile est q̃ minoris pœnæ sit debitor,& propter hoc deberet à sacerdote differrè computari,vt ei minorem pœnam iniungat, inquantum inuenit eum meliùs dispositum.

¶ Ad secundum dicẽdum, q̃ baptismus imprimit characterem in anima,non autem satisfactio:& ideò aduenies charitas,quæ fictionem tollit & peccatum, facit q̃ baptismus effectum suũ habeat,non autem facit hoc de satisfactione. Et præterea baptismus ex ipso opere operato iustificat, quod nó est hominis, sed Dei:& ideò non eodem modo mortificatur sicut & satisfactio quæ est opus hominis.

¶Ad tertium dicendũ, q̃ aliquæ satisfactiones sunt ex quibus manet aliquis effectus in satisfacientibus etiã postquam actus satisfactionis transit,sicut ex ieiunio manet corporis debilitatio, ex eleemosynarum largitione substantiæ diminutio: & sic de similibus.Et tales satisfactiones in peccatis factę non oportet quòd iterentur,quia quãtum ad hoc quòd de eis maneat per pœnitentiam,Deo acceptę sunt:satisfactiones autem quę non relinquunt aliquem effectum in satisfaciente, postquam actus transit,oportet quòd iterentur, sicut est de oratione & similibus.Actus autem interior,quia totaliter transit,nullo modo viuificatur,sed oportet quòd iteretur.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm bona facta extra charitatem sint in aliquo meritoria.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd opera extra charitatẽ facta sint alicuius boni meritoria saltẽ temporis. Quia sicut se habet pœna ad malũ actum,ita se habet præmium ad bonum:sed nullũ malũ factũ apud Deũ iustũ iudicẽ est impunitum:ergo nec aliquod bonũ irremuneratũ,& sic per illud bonum aliquid meretur.¶ Præterea,Merces non datur nisi merito:sed operibꝰ extra charitatẽ factis merces datur: vt dicitur Math.5.de illis qui propter gloriã humanã opera bona faciunt quod receperũt mercedẽ suã:ergo illa fuerũt alicuius boni meritoria.¶Preterea,Duo existentes in peccato,quorũ vnus multa bona facit ex genere & circunstãtia,alius autẽ nulla,æqualiter propinquè se habent ad accipiendum bona à Deo, alias nó esset ei consulendum vt aliquid boni faceret:sed magis qui appropinquat Deo,magis de bonis eius percipit: ergo iste per opera bona quæ facit,aliquid à Deo meretur.

¶SED CONTRA est quod Augustinus dicit, quòd peccator non est dignus pane quo vescitur.ergo nõ potest aliquid à Deo mereri.

¶Præterea. Qui nihil est non potest aliquid mereri,sed peccator non habens charitatem, nihil est secundum esse spirituale: vt patet primæ Corin.13.ergo non potest aliquid mereri.

CONCLVSIO.

¶Opera bona extra charitatem facta, ex condigno nullo pacto meritoria sunt, cùm ex diuina liberalitate donẽtur, per charitatem ad Deum: ex congruo verò meritoria dici possunt, sed impropriè.

¶RESPONDEO dicendum quòd meritum propriè dicitur actio qua efficitur:vt ei,qui agit sit iustum aliquid dari sed iustitia dupliciter dicitur.Vno modo propriè,quæ scilicet respicit debitum ex parte recipientis.Alio modo quasi similitudinariè,quæ respicit debitum ex parte dantis.Aliquid enim decet dantem dare, quod tamen non habet recipiens debitum recipiendi,& sic iustitia dicitur decẽtia diuinæ bonitatis:sicut Anselmus dicit,quòd Deus iustus est cũ peccatoribus parcit: quia eum decet: & secũdum hoc etiam meritum dupliciter dicitur. Vno modo per quem efficitur, vt ipse agens habeat debitum recipiendi,& hoc vocatur meritum condigni.Alio modo per quod efficitur,vt sit debitum dandi in dante secundum decentiam ipsius,& ideò hoc meritum dicitur meritũ congrui.Cùm autem in omnibus illis,quæ gratis dantur, prima ratio dandi sit amor,impossibile est quòd aliquid tale sibi debitum faciat qui amicitia caret:& ideo cùm omnia & temporalia & æterna ex diuina liberalitate donentur,nullus acquirere potest debitum recipiendi aliquid illorum nisi per charitatẽ ad Deum: & ideò opera extra charitatem facta, non sunt meritoria ex condigno neque æterni neque temporalis alicuius boni apud Deum.Sed quia diuinam bonitatem decet,vt vbicunque dispositionem inuenit,perfectionem adijciat: ideò ex merito congrui dicitur aliquis mereri aliquod bonũ per opera bona extra charitatem facta,& secundum hoc opera ita ad tripiex bonum valent, scilicet ad temporalium consecutionem, ad dispositionem ad gratiam,& ad assuetudinẽ bonorum operum: quia tamen hoc meritum non propriè dicitur meritum, ideò magis concedendum est quòd huiusmodi opera non sint alicuius meritoria,quàm quod sint.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Philosophus dicit 8.Ethico. Quia filius per omnia quæ facere potest,nihil æquale reddere patri potest his quæ a patre recipit, ideò nunquam pater debitor filij efficitur, & multò minùs homo potest propter æquiualentiam operis dominum sibi constituere debitorem:& ideò nullum opus ex quãtitate suæ bonitatis habet quòd aliquid mereatur,sed ex vi charitatis, quæ facit ea quæ sunt amicorum esse communia. Vnde quantuncunque sit bonum extra charitatem factum, non facit propriè loquendo quòd aliquid recipiendi à Deo faciens debitum habeat: sed opus malorum ex quantitate suæ malitiæ secundum æquialentiam pœnam meretur,quia ex parte Dei non sunt nobis aliqua mala facta sicut bona:& ideò quamuis opus malum mereatur pœnam ex condigno,non tamen opus bonum sine charitate meretur ex condigno præmium.

¶Ad secundum & tertiũ dicendum,quòd procedunt de merito congrui,aliæ autẽ rationes procedunt de merito condigni.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm opera prædicta valeant ad mitigationẽ pœnarũ infernaliũ.

AD QVINTVM sic proceditur.Videtur quòd opera prædicta non valent ad pœnæ infernalis mitigationem, quia secundum quantitatem culpæ erit quantitas pœnæ in inferno:sed opera extra charitatem non minuunt quantitatem peccati.ergo nec infernalis pœna.

¶Præterea.Pœna infernalis quamuis sit dura ratione infinitatis,tamen intentione finita est:sed quodlibet finitum consumitur aliqua finita subtractione factaili ergo opera extra charitatem facta aliquid subtraherent de pœna debita pro peccatis,contingeret tantùm multiplicari illa opera quòd totaliter tolleretur pœna inferni,quòd falsum est.

¶Præterea suffragia ecclesiæ sunt magis efficacia quàm opera extra charitatem facta:sed sicut ait August.in Enchi.Damnatis in inferno non prosunt suffragia Ecclesiæ: pœnæ ergo multò minùs per opera extra charitatem facta mitigantur.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit in Ench. Quia ad hoc prosunt,vt sit plena remissio,vel tolerabilior fiat damnatio.

¶Præterea.Magis est facere bonum quàm dimittere malum: sed dimittere malum semper vitat pœnã,etiam in eo qui charitate caret:ergo multò fortiùs facere bonum.

CONCLVSIO.

¶Opera extra charitatem facta, quantum ad hoc, quòd quis liberetur a pœna, quam iam meruit, pœnam inferni mitigare non possunt, sed quantum ad hoc, quòd meritum pœnæ impediatur, per opera extra charitatem facta pœna inferni mitigari potest.

¶RESPONDEO dicendum, quòd diminuere pœnam infernalem potest intelligi dupliciter.Vno modo,quòd quis liberetur à pœna quam iam meruit, & sic cùm nullus liberetur à pœna nisi sit ablolutus à culpæ:quia effectus non diminuuntur, neque tolluntur,nisi diminuta vel ablata causa per opera extra charitatem facta,quia neque culpam tollere neque diminuere possunt,pœna inferni mitigari non potest. Alio modo quòd meritum pœnæ impediatur:& sic huiusmodi opera minuunt pœnam inferni.Primò, quia homo reatum omissionis euadit qui huiusmodi opera perficit. Secundò,quia huiusmodi opera aliquo modo ad bonum disponunt,vt homo ex minori contemptu etiam peccata faciat,vel etiam à multis peccatis per huiusmodi opera retrahitur:sed diminutionẽ vel dilationẽ tẽporalis pœnę meretur huiusmodi opera: sicut de Achab 3.Reg.21.Eodem modo sicut & bonorũ temporaliũ cõsecutionem. Quidam autem dicunt q̃ diminuunt pœnam inferni non subtrahendo aliquid de ipsa quantùm ad subitantiã,sed fortificando subiectum vt meliùs sustinere possit. Sed hoc non potest esse,quia fortificatio non est nisi ex absolutione passibilitatis,passioilitas autem est secundum mensuram culpę:& ideò si culpa non minuitur nec subiectũ fortificari potest. Quidam etia n dicunt quòd diminuitur pœna quantùm ad virtutem, scilicet conscientię,licèt non quantùm ad ignem.Sed hoc etiã nihil est,quia sicut pœna ignis æquatur culpę, ita & pœna remorsionis conscientię,vnde similis ratio est de vtroque.

¶Et per hoc patet solutio ad obiecta.

QVAESTIO DECIMA QVINTA. DE *his, per quæ fit satisfactio, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de his per quę fit satisfactio sit.

¶Circa quod quæruntur tria.

¶Primò, vtrùm satisfactionẽ oporteat fieri per opera pœnalia.

¶Secundò, vtrùm flagella quibus a Deo in hac vita homo punitur,sint satisfactoria.

¶Tertiò, vtrùm conuenienter enumerentur opera satisfactoria,cùm dicitur, quòd sint tria,scilicet eleemosyna,ieiunium, & oratio.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm oporteat fieri satisfactionem per opera pœnalia. *Thom. vbi sup. arti. 4. & q. 32. & seq.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd satisfactionem non oporteat fieri per opera pœnalia,quia per satisfactionem oportet fieri recompẽsationem ad diuinã offensam:sed nulla recompensatio videtur fieri per opera pœnalia, quia Deus non delectatur in pœnis nostris: ergo non oportet satisfactionem per opera pœnalia fieri.

¶Præterea.Quantò aliquod opus ex maiori charitate procedit,tantò minùs est pœnale: quia charitas pœnam non habet: primę Ioan.4.si ergo oporter opera satisfactoria esse pœnalia quantò magis sunt ex charitate facta, minùs erunt satisfactoria,quod falsum est.

¶Præterea.Satisfacere (vt dicit Ansel.) est honorem debitum Deo impendere: sed hoc etiam alijs quam operibus pœnalibus fieri potest: ergo satisfactionem non oportet pœnalibus operibus fieri.

¶SED CONTRA est quod Grec. dicit :Iustum est vt peccator tantò maiora sibi inferat lamẽta, quantò maiora intulit damna per culpam.

¶ Preterea. Per satisfactionem oportet peccati vulnus sanari perfectè: sed peccatorum medicinæ sunt pœnę: vt Philosophus dicit 2. Ethico. ergo oportet quòd per pœnalia opera satisfactio fiat.

CONCLVSIO.

¶Satisfactio, siue restituatur ad præteritam offensam, siue ad futuram culpam, per pœnalia opera fieri asseritur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd satisfactio respectum habet & ad præteritã offensam,pro qua recompensatio fit per satisfactionem,& etiam ad futuram culpam à qua per eam præseruamur, & quantùm ad vtrunque exigit quòd satisfactio per opera venialia fiat. Recompensatio enim offensæ importat adæquationem, quam oportet esse eius qui offendit ad eum in quem offensa commissa est,adæquatio autem in humana iustitia attenditur per subtractionem ab vno qui plus habet iusto,& additionem alterius cui subtractum est aliquid. Deo autem quamuis ex parte sua nihil subtrahi possit, tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccator quantum in ipso est, aliquid ei subtraxit peccando (vt dictum est). Vnde oportet ad hoc quòd recompensatio fiat, quòd aliquid subtrahatur de peccante per satisfactionem, quod in honorem Dei cedit. Opus autem bonum ex hoc quòd est huius, non subtraxit aliquid ab operante, sed magis perficit ipsum. Vnde subtractio non potest fieri per opus bonum, nisi pœnale sit, & ideò ad hoc quod aliquod opus sit satisfactorium, oportet quòd sit bonum: & in honorẽ Dei sit, & pœnale, vt aliquid peccatori subtrahatur. Similiter etiam pœna à culpa futura præseruat, quia non facilè homo ad peccata redit ex quo pœnam expertus est. Vnde secundum Philosophum, Pœnæ medicinæ sunt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ quamuis Deus non delectetur in pœnis, vt sunt pœnæ, delectatur tamen in eis vt sunt iustæ: & sic satisfactoriæ esse possunt.

¶ Ad secundum dicendũ, q̃ sicut in satisfactione consideratur pœnalitas, ita & in merito consideratur difficultas. Diminutio autem difficultatis ex parte ipsius actus diminuit exteris paribus meritũ: sed diminutio difficultatis ex promptitudine voluntatis non diminuit meritũ, sed auget. Et similiter diminutio pœnalitatis ex promptitudine voluntatis, quod facit charitas, non diminuit efficaciam satisfactionis, sed auget.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ debitum pro peccato est recompẽsatio offensæ, quæ sine pœna peccantis non fit, & de tali debito Anselmus intelligit.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm flagella præsentis vitæ sint satisfactoria.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd flagella quibus à Deo in hac vita punimur, non possint satisfactoria esse. Nihil enim potest esse satisfactorium nisi quod est meritorium, vt ex dictis patet, sed non meremur, nisi per ea quæ in nobis sunt, cùm ergo flagella quibus à Deo punimur, non sint in nobis, videtur quod satisfactoria esse non possint.

¶ Præterea. Satisfactio tantum bonorum est: sed huiusmodi flagella in malis inducuntur, & præcipuè eis debentur: ergo non possunt esse satisfactoria.

¶ Præterea. Satisfactio respicit peccata præterita: sed aliquãdo illa flagella infligũtur illis qui peccara non habent, sicut de Iob patet, ergo videtur quòd non sint satisfactoria.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Rom. 6. Tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationẽ, id est à peccato purgationẽ: vt glo. ibidem dicit, ergo flagella huius vitæ peccata purgant, & sic sunt satisfactoria.

¶ Præterea. Ambr. dicit. Et si fides, idest peccati cõsciẽtia desit, pœna satisfacit, ergo huius vitæ flagella sunt satisfactoria.

CONCLVSIO.

¶ Flagella & castigationes huius vitæ, quæ à Deo peccatori infliguntur, si aliquo modo fiat illius patientia ratione satisfactionis cõsequuntur, sin minus, hoc est, si eis omnino per impatientiã dissentiat, nõ solum esse deleantur, non satisfactionis, sed vindictæ nomen sortiuntur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd recompensatio offensæ præteritæ potest fieri ab eo qui offendit, & ab alio. Quando autem fit ab alio, talis recompensatio vindicationis magis quã satisfactionis rationem habet: quando autem fit ab ipso qui offendit, habet rationem satisfactionis. Vnde si flagella, quæ propeccatis à Deo infliguntur, fiant aliquo modo ipsius patientis, rationem satisfactionis accipiunt: fiunt autem ipsius in quantũ ea acceptat ad purgationem peccatorum eis vtens patienter. Si autem omnino eis per impatientiam dissentiat, tunc non efficiuntur aliquo modo ipsius: & ideo non habent rationem satisfactionis, sed vindictionis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis illa flagella non sint omnino in potestate nostra, tamen quantum ad aliquid sunt, vt scilicet eis patienter vtamur, & sic homo facit de necessitate virtutem: vnde & meritoria & satisfactoria esse possunt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut ex eodem igne (vt Gre. dicit) aurum rutilat & palea fumat: ita etiam eisdem flagellis & boni purgantur, & mali magis inficiuntur per impatientiam: & ideò quamuis flagella sint communia, tamen satisfactio tantùm est bonorum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd flagella respectũ habent ad culpam præteritam semper, sed non semper ad culpam personæ, sed ad culpam naturę. Si enim in humana natura nulla culpa processisset, nulla pœna fuisset: sed quia culpa in natura processit, personę alicui diuinitus pœna infertur sine culpa personæ ad meritum virtutis, & cautelam peccati sequentis. & hic etiã duo necessaria sunt in satisfactione. Oportet enim esse opus meritorium, vt honor Deo exhibeatur, & oportet esse virtutem custodiam, vt à futuris peccatis præseruemur.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm conuenienter enumerentur opera satisfactoria.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter enumerentur opera satisfactoria, cùm dicitur quòd sunt tria, eleémosyna, ieiunium, & oratio. Quia opus satisfactorium debet esse pœnale, sed oratio pœnam non habet, sed est contra pœnæ tristitiam medicina secundum delectationem. Vnde dicitur Iacob. quinto. Tristatur aliquis in vobis, oret & psallat: ergo non debet computari inter opera satisfactoria.

¶ Præterea, Omne peccatum vel est carnale, vel spirituale, sed sicut dicit Hieronymus Ieiunio sanantur pestes corporis, oratione pestes mentis: ergo non debet esse aliquod aliud opus satisfactorium.

¶ Præterea, Satisfactio est necessaria ad emendationem peccatorum: sed eleémosyna ab omnibus peccatis emundat: Lucæ 11. Date eleémosynam, & omnia munda sunt vobis: ergo alia duo sunt superflua.

¶ SED CONTRA, Videtur quòd debeant esse plura. Quia contraria contrarijs curantur, sed multò plura sunt peccatorum genera quàm tria: ergo debent plura satisfactionis opera computari.

¶ Præterea, Peregrinationes etiam iniunguntur pro satisfactione, & disciplinæ, & flagellationes, quæ non computantur sub aliquo horum: ergo insufficienter enumerantur.

CONCLVSIO.

¶ Opera satisfactoria ritè enumerata sunt, scilicet eleémosyna, ieiunium & oratio. Nam per eleémosynam aliquid subtrahitur ex bonis fortunæ, concupiscentia oculorum refrenatur, & peccatum contra proximum tollitur, per ieiunium verò ex bonis corporis aliquid subtrahitur, concupiscẽtia carnis refrenatur, & peccatum in nosipsos tollitur: per orationem autem totaliter submittimur Deo, superbia vitæ deprimitur, & peccatum in Deum tollitur: circa quæ versantur opera satisfactoria.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd satisfactio debet esse talis per quam aliquid nobis subtrahamus ad honorem Dei. nos autem non habemus nisi tria bona, scilicet bona animæ, & bona corporis, & bona fortunæ, scilicet exteriora. Ex bonis quidem fortunę subtrahimus nobis aliquid per eleémosynam, sed ex bonis corporalibus per ieiunium, ex bonis autem animæ, non oportet quod aliquid subtrahamus nobis quantùm ad essentiam, vel quantùm ad diminutionem ipsorum, quia per ea efficimur Deo accepti; sed per hoc quòd ea submittimus Deo totaliter, & hoc fit per orationem. Competit etiam ille numerus ex parte illa, qua satisfactio peccatorum causas excidit: quia radices peccatorum tres ponuntur: primæ Ioan. 4. scilicet concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Contra concupiscentiam carnis ordinatur ieiunium, contra concupiscentiam oculorum ordinatur eleémosyna, contra superbiam vitæ ordinatur oratio: vt Augustinus dicit super Matth. Competit etiam ad hoc quòd satisfactio peccatorum est suggestionibus aditum non indulgere. Quia omne peccatum vel in Deum committimus, & contra hoc ordinatur oratio: Vel in proximum, & contra hoc eleémosyna. Vel in nos ipsos, & contra hoc ordinatur ieiunium.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd secundũ quosdam duplex est oratio, quædam quæ est contemplatiuorum, quorum conuersatio in cœlis est: & talis quia totaliter est delectabilis non est satisfactoria. Alia est quæ pro peccatis gemitus fundit, & talis habet pœnam & est satisfactionis pars. Vel dicendum melius, quòd quædam oratio habet rationem satisfactionis, quia quamuis habet suauitatem spiritus, habet tamen afflictionem carnis: quia vt dicit Grego. super Eze. Dum crescit in nobis fortitudo amoris intimi, infirmamur proculdubio fortitudine carnis. vnde & nerus fœmoris Iacob ex luctatione angeli emarcuisse legitur Gene. 32.

¶ Ad secundum dicendum, quòd peccatum carnale dicitur dupliciter. Vno modo, quòd in ipsa delectatione carnis completur, vt gula & luxuria. Alio modo, quòd completur in his quæ ad carnem ordinãtur, quamuis non in delectatione carnis, sed in delectatione animæ magis, vt auaritia. Vnde talia peccata sunt quasi media inter spiritualia & carnalia: & ideò oportet quòd eis etiam aliqua satisfactio respondeat propria, scilicet eleémosyna.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis singula istorum per quandam conuenientiam singulis peccatis approprientur: quia congruum est in quo quis peccauerit, vt in hoc puniatur, & q̃ peccati commissi per satisfactionem radix abscindatur, tamen quodliber horũ pro quolibet peccato satisfacere potest. Vnde ei qui non potest vnum ex his perficere, iniungatur aliud, &

aliud & præcipuè eleémosyna aliorum vices supplere potest, inquantùm alia satisfactionis opera per eleémosynam quisq; fiunt mercatur quodammodo in illis quibus eleémosynam tribuit. Vnde non oportet quòd si eleémosyna omnia mũdat peccata, quòd propter hoc aliæ satisfactiones superfluant.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis sine multa peccata in specie, tamẽ omnia alia ad illas tres radices, vel ad illa tria peccatorum genera, quibus diximus dictas satisfactiones respondere, reducuntur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quicquid in afflictione corporis pertinet, totum ad ieiunium refertur: & quicquid in proximi vtilitate expenditur, totum eleémosynæ rationem habet: & similiter quæcunque latria exhibeatur Deo, orationis accipit rationem: & ideò etiam vnum opus potest habere plures rationes satisfaciendi.

QVAESTIO DECIMASEXTA, DE *Suscipientibus hoc sacramentum, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de suscipiẽtibus hoc sacramentum.

¶ Circa quod tria quæruntur.

¶ Primò, vtrùm pœnitentia posit esse in innocentibus.

¶ Secundò, vtrum in sanctis qui sunt in gloria.

¶ Tertiò, vtrùm in angelis bonis seu malis.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm pœnitentia possit esse in innocentibus.

Tho. 4. Dist. 14. q. 1. artic. 2. & 3. quæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in innocentibus pœnitentia esse non possit. Quia pœnitentia est commissa mala plangere, sed innocentes nullum malum commiserunt: ergo in eis pœnitentia non est.

¶ Præterea. Pœnitentia ex suo nomine importat pœnam: sed innocẽtibus non debetur pœna: ergo non est in eis pœnitẽtia.

¶ Præterea. Pœnitentia in idem coincidit cum vindicatiua iustitia, sed omnibus existentibus innocentibus vindicatiua iustitia locum non habere: ergo nec pœnitentia, & ita non est in innocentibus.

¶ SED CONTRA, Omnes virtutes simul infunduntur: sed pœnitentia est virtus, cùm ergo in baptismo innocentibus infundantur aliæ virtutes, infunditur etiam pœnitentia.

¶ Præterea. Ille qui nunquam fuit infirmus corporaliter, dicitur sanabilis: ergo & similiter qui nunquàm fuit infirmus spiritualiter: sed sicut sanatio in actu à vulnere peccati non est nisi per actũ pœnitentiæ, ita nec sanitas nisi per habitum: ergo ille qui nunquam habuit infirmitatem peccati, habet habitum pœnitentiæ.

CONCLVSIO.

¶ In innocentibus potest esse pœnitentia non actu, sed potentia: nam remoto actu, non remouetur habitus, & per consequens potentia.

¶ RESPONDEO dicendum, quod habitus medius est inter potentiam & actum, & quia remoto priori, remouetur posterius, non autem ecõuersò: ideò remota potentia ad actũ, remouetur habitus, non autem remoto actu: & quia subtractio materiæ tollit actũ propter hoc q̃ actus nõ potest esse sine materia in quã transit: ideò habitus alicuius virtutis cõpetit alicui cui non suppetit materia propter hoc q̃ suppetere potest, & ita in actum exire: sicut pauper homo potest habere habitũ magnificentiæ, sed non actum: quia non habet magnificationẽ diuitiarũ, quæ sunt materia magnificentiæ, sed potest habere habitũ: & ideò cùm innocẽtes in statu innocẽtiæ non habeat pecata cõmissa, quæ sunt materia pœnitẽtię, sed possunt habere, actus pœnitentiæ in eis esse non potest: sed habitus potest, sed hoc si gratiam habeant, cum qua omnes virtutes infunduntur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ quamuis non committerint, possunt tamen committere, & ideò eis habitum pœnitentiæ habere competit: sed tamen habitus iste nunquã in actu exire potest, nisi forte respectu venialium peccatorum: quia peccata mortalia tollunt ipsum, nec tamen est frustra: quia est perfectio potentiæ naturalis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis non sit in eis debita pœna actu, tamẽ in eis est aliquid possibile pro quo eis pœna debebatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd remanente potentia ad peccandum, adhuc haberet locum vindicatiua iustitia secundum habitũ, quamuis non secundum actũ, si peccata actu non essent.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm sancti homines qui sunt in gloria, habeant pœnitentiam.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd sancti homines qui sunt in gloria, non habeant pœnitentiam. Quia sicut dicit Grego. in Moral. Beati peccatorum recordantur, sicut nos sani sine dolore dolorũ memoramur, sed pœnitẽtia est dolor cordis: ergo sancti in patria non habent pœnitentiam.

¶ Præterea, Sancti in patria sunt Christo cõformes: sed in Christo non fuit pœnitentia, quia nec fides quæ est principium pœnitentiæ: ergo nec sanctis in patria erit pœnitentia.

¶ Præterea. Frustra est habitus quia ad actum non reducitur: sed sancti in patria non pœnitebunt actu, quia sic eis esset aliquid contra votum: ergo non est in eis habitus pœnitentiæ.

¶ SED CONTRA, Pœnitentia est pars iustitiæ, sed iustitia est perpetua & immortalis, & in patria remanebit: ergo & pœnitentia.

¶ Præterea. In vitis patrum legitur à quodam patre dictum, quod etiam Abraham pœnitebit de hoc q̃ non plura bona fecit, sed magis debet homo pœnitere de malo commisso quam de bono omisso, ad quod non tenebatur, quia de bono tali loquitur: ergo erit ibi pœnitentia de malis commissis.

CONCLVSIO.

¶ Sicut virtutes cardinales remanebunt in patria, ita etiam pœnitentiam, quæ est pars iustitiæ, quæ virtus est cardinalis, habebit sancti, qui sunt in gloria.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd virtutes cardinales remanebunt in patria: sed secundum actus quos habent in fine suo, & ideò cùm pœnitentia virtus sit pars iustitiæ, quæ est habitus cardinalis, quicunque habet habitum pœnitentiæ in hac vita, habebit in futura: sed non habebit eundem actum quem nunc habet, sed alium, scilicet gratias agere Deo pro misericordia relaxante peccata.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa authoritas probat, quòd non habent eundem actum quem hic habet pœnitentia, & hoc concedimus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Christus non potuit peccare: & ideò materia huius virtutis non competit sibi actu nec potentia, & propter hoc non est simile de ipso & de aliis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pœnitere proprie loquendo dicit actum pœnitentiæ, qui nunc est, qui non erit in patria: nec tamen habitus frustra erit, quia alium actum habebit.

¶ Quartum concedimus. Sed quia quinta ratio probat quòd etiam idem actus pœnitentiæ erit in patria, qui modo est.

¶ Ideò dicendum ad quintum, quòd voluntas nostra in patria omninò erit conformis voluntati Dei. Vnde sicut Deus voluntate antecedente vult omnia esse bona, & per consequens nihil esse mali, non autem voluntate consequente: ita etiam est de beatis, & talis voluntas propriè dicitur ab illo sancto patre pœnitentia.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm angelus sit susceptiuus pœnitentiæ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd etiam angelus bonus siue malus sit susceptiuus pœnitentiæ. Quia timor est initium pœnitentię, sed in eis est timor. Ia. 1. Dæmones credunt, & contremiscunt: ergo in eis potest esse pœnitentia.

¶ Præterea. Philosophus dicit 10. Ethi. quòd pœnitudine repletur malus, & hæc est maxima pœna eis: sed dæmones maximè sunt praui, nec aliqua pœna eis deest, ergo dæmones possunt pœnitere.

¶ Præterea. Facilius mouetur aliquid in id quod est secundum naturam, quam in id quod est contra naturam, sicut aqua, quæ per violentiam calefacta est, & per seipsam ad naturalem proprietatem redit: sed angelus potest mutari in peccatum, quod est contra omnem naturam eorum: ergo multò fortius potest reuocari in id quod est secundum naturam, sed hoc facit pœnitentia, ergo sunt susceptibiles pœnitentiæ.

¶ Præterea. Idem iudicium est secundum Dam. de angelis & de animabus separatis. Sed in animabus separatis potest esse pœnitentia, vt quidam dicunt: sicut in animabus bonis quæ sunt in patria: ergo & in angelis potest esse pœnitentia.

¶ SED CONTRA, Per pœnitentiam homo reparatur ad vitam de peccato dimisso: sed hoc est impossibile in angelis: ergo non sunt susceptibiles pœnitentiæ.

¶ Præterea. Dama. dicit quòd homo fungitur pœnitentia propter corporis infirmitatem: sed angeli sunt in corporei: ergo in eis non potest esse pœnitentia,

CONCLVSIO.

¶ Pœnitentia, secundum quòd est passio, cõpetit malis angelis, nullo modo autem in angelis beatis esse potest: secundum verò quod est virtus, non potest esse in malis angelis, cum peccatum illorum sit irremissibile.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd pœnitentia in nobis dupliciter accipitur. Vno modo secundum quòd est passio, sic enim nihil aliud est quam dolor vel tristitia de malo cõmisso: & quamuis secundum quòd est passio, non sit nisi in cõcupiscibili, tamen aliquis actus voluntatis similitudinariè pœnitentia

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicitur, quo quis detestatur quod facit: sicut amor, & aliæ passiones dicuntur in intellectiuo appetitu. Alio modo accipitur secundum quod est virtus, & hoc modo detestari malum commissum cum emendationis proposito ex intentione expiandi, vel Deum placandi de offensa commissa, est actus eius. Detestatio autem competit alicui, secundum quòd habet ordinem naturalem ad bonum, & quia in nulla creatura talis ordinatio totaliter tollitur: ideò etiam in dānatis talis detestatio manet, & per consequens pœnitētiæ passio vel similes: vt dicitur Sapiē. 5. Intra se pœnitentiam agentes &c. Et hæc quidem pœnitentia cùm non sit habitus, sed passio vel actus, nullo modo in beatis Angelis esse potest, in quibus peccata commissa non præcesserunt, sed in malis Angelis est, cùm sit eadem ratio de his & de animabus damnatis, quia secundum Dam. Quod homini est mors, est Angelis casus: sed peccatum Angeli est irremissibile, & quia peccatum, vt remissibile est vel expiabile, est propria materia ipsius virtutis, quæ pœnitentia dicitur, ideò cùm materia non possit eis competere, non adest eis potentia exeundi in actum, & ideò nec habitus eis conuenit: & ideò Angeli subiectum virtutis pœnitentiæ esse non possunt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ex timore in eis generatur aliquis pœnitentiæ motus, sed non quæ sit virtus. Et similiter dicendum ad secundum.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ quicquid in eis est naturale, totum est bonum & ad bonum inclinans, sed liberum arbitrium est in eis malitia obstinatum, & quia motus virtutis & vitij nō sequitur inclinationem naturę, sed magis motum liberi arbitrij ideò non oportet q̄ quamuis naturaliter inclinentur ad bonum q̄ motus virtutis in eis sit vel esse possit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non est eadem ratio de Angelis sanctis, & de animabus sanctis, quia in animabus sanctis præcessit vel præcedere potuit peccatum remissibile, non autem in Angelis, & ita quamuis sint similes quantùm ad statum præsentem, non tamen quantùm ad statum præteritum, quem pœnitentia respicit directè.

Q. VAESTIO DECIMASEPTIMA. DE

potestate clauium, in tres articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de potestate ministrorum huiusmodi sacramenti, quæ ad claues pertinet. Circa quod primò videndum est de clauibus. Secundò, de excommunicatione. Tertiò, de indulgentia: hæc enim duo sunt annexa potestati clauium. Circa primum consideranda sunt quatuor. Primò, de entitate & quidditate clauium. Secundò, de effectu earum. Tertiò, de ministris clauiū. Quarto, de his in quibus potest exerceri vsus clauium. Circa primum quæruntur tria.

¶ Primo, vtrùm claues in Ecclesia esse debeant.

¶ Secundò, vtrùm clauis sit potestas ligandi atque soluendi.

¶ Tertiò, Vtrùm sint duæ claues vel vna.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm claues in Ecclesia esse debeant.

Tho. di sti. 18. q. 1. ar. 1. q. 1. et sequen.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd claues in Ecclesia esse non debeant, Non enim requiruntur claues ad introndum domum, cuius ostium est apertum: sed Apocalyp. 4. dicitur, Vidi, & ecce in cœlo ostium apertum quòd Christus est, qui de se ipso dicit. Ego sum ostium: ergo ad introitum cœli Ecclesia clauibus non indiget.

¶ Præterea, Clauis est ad aperiendum & claudendum: sed hoc solius Christi est, qui aperit & nemo claudit. Apoc. 3. ergo Ecclesia in ministris suis claues non habet.

¶ Præterea. Cuicunque clauditur cœlum, aperitur infernus: & econtrario: ergo quicunque habet claues cœli, habet claues infernī: sed Ecclesia non dicitur habere claues inferni: ergo nec claues cœli habet.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Matthæi 16. Tibi dabo claues regni cœlorum.

¶ Præterea, Omnis dispēsator debet habere claues eorum quę dispensat: sed ministri Ecclesiæ sunt dispensatores diuinorum, vt patet primæ Corint. 4. ergo debent habere claues.

CONCLVSIO.

¶ Cùm Christus claues regni cœlorum habuerit, hoc est potestatem aperiendi & claudendi regni cœlorum, potuit eas dare Ecclesiæ. Quod re uera effectum est, cùm ex latere illius dormientis in cruce Sacramenta fluxerunt, quibus Ecclesia fabricata est.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in corporalibus dicitur clauis instrumentum quo ostium aperitur: regni autem ostium nobis per peccatū claudit. & quantùm ad maculam, & quantùm ad reatum pœnæ: & ideò potestas, qua tale obstaculum removetur, dicitur clauis. Hæc autem potestas est in diuina Trinitate per autoritatem, & ideò dicitur à quibusdam, quod habet clauem autoritatis: sed in Christo homine fuit hæc potestas ad removendum prædictum obstaculum per meritum passionis, quæ etiam dicitur iantam aperire, & ideò dicitur habere secundum quosdam claues excellentiæ: sed quia ex latere dormientis in cruce sacramenta fluxerunt: quibus Ecclesia fabricatur: ideò in sacramentis Ecclesiæ efficacia passionis manet, & propter hoc etiam ministris Ecclesiæ qui sunt dispensatores sacramentorum potestas aliqua ad prædictum obstaculum removendum est collata, non propria, sed virtute diuina & passionis Christi, & hęc potestas metaphoricè clauis Ecclesię dicitur, quę est clauis ministerij.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quòd ostium cœli, quantum est de se, semper est apertum: sed alicui clausum dicitur propter impedimentum intrandi in cœlum, quod in ipso est: impedimentum autem totius humanę naturę ex peccato primi hominis consecutum, per passionem Christi amotum est: & ideò post passionem vidit in cœlo ostium apertum: sed adhuc quotidie alicui manet clausum propter peccatum originale quod contraxit, vel actuale quod committit, & propter hoc indigemus sacramentis & clauibus Ecclesię.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc intelligitur de clausione quę limbum claudit ne aliquis vltrà in illum descendat, & de apertione qua paradisum aperuit remoto impedimento naturę per suam passionem,

¶ Ad tertium dicendum, q̄ clauis inferni, qua aperitur & claditur, est potestas gratiā conferendi per quā homini aperitur infernus, vt de peccato educatur, quòd est inferni porta: & clauditur ne vltrà homo in peccato labatur: gratiam autem cōferendi solius Dei est, & ideò clauē inferni sibi soli retinuit: sed claues regni est potestas etiam dimittendi reatum pœnæ per quam homo à regno prohibetur: & ideò magis potest dari clauis regni quàm clauis inferni, non enim idem sunt, vt ex dictis patet. Aliquis enim de inferno educitur per remissionem aternæ pœnæ quæ non statim in regnum introducitur propter reatum temporalis pœnæ qui manet. Vel dicendum est, q̄ eadem est clauis inferni & cœli: quia ex hoc ipso quòd alicui aperitur vnum, clauditur alterum, sed denominatur à digniori.

ARTICVL. II.

¶ Vtrùm clauis sit potestas ligandi & soluendi.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd clauis non sit potestas ligandi & soluendi: quia ecclesiasticus iudex dignos recipere, indignos excludere debet à regno, vt ex litera habetur: & ex glo. Hiero. Matth. 16. Potestas enim spiritualis in sacramento collata est idem quod character: sed clauis & character non videntur idem esse: quia per characterem homo Deo cōparatur, per claues autem ad subditos: ergo clauis non est potestas.

¶ Præterea, Iudex ecclesiasticus non dicitur nisi ille qui habet iurisdictionem quæ simul cum ordine non datur: sed claues in ordinis susceptione conferuntur: ergo non debuit de ecclesiastico iudice in definitione clauium mentio fieri.

¶ Præterea, Ad id quod aliquis habet ex seipso, non indiget alia qua potestate actiua per quam inducatur ad actum: sed eo ipso quòd aliquis est dignus, ad regnū admittitur: ergo non pertinet ad potestatem clauium dignos ad regnum admittere.

¶ Præterea. Peccatores indigni sunt regno: sed ecclesia pro peccatoribus orat vt ad regnum perueniant: ergo non excludit indignos, sed magis admittit quantùm in se est.

¶ Præterea. In omnibus ordinatis agentibus vltimus finis pertinet ad principale agens, non ad agens instrumētale: sed principale agens ad salutem hominis est Deus, ergo ad eum pertinet ad regnum admittere, quod est vltimus finis, & non ad habentem claues, qui est sicut instrumentum vel minister.

CONCLVSIO.

¶ Non absolutè, sed iuxta dignitatem vel indignitatem eorum qui hos cœlum aut aperitur, aut clauditur, clauis dicitur potestas ligandi & soluendi.

¶ RESPONDEO dicendū, q̄ secundum Philosophum in 2. de Anima, potentiæ per actus definiūtur: vnde cùm clauis sit potētia quædā, oportet q̄ per actū vel per vsum suū definiatur, & q̄ in actu obiectū exprimatur, à quo speciē recipit actus & modus agēdi, ex quo apparet potētia ordinata: actus autem potestatis spiritualis nō est vt cœlū aperiat absolutè, quia iam apertū est (vt dictum est) sed quantùm ad hoc vt aperiat taliquod quidē ordinatè fieri nō potest, nisi ex idoneitate eius cui aperiendū est cœlum, pensata: & ideò in prædicta definitione clauis ponitur genus, scilicet potestas, & subiectū potestatis. f. iudex ecclesiasticus, & actus. f. excludere & recipere, secūdum duos actus materialium clauium aperire & claudere, cuius obiectum tangit in hoc q̄ dicit, à regno, modum autem in hoc quod dicit, dignitas & indignitas in illis, in quos actus exercetur, pensatur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ad duo, quorum vnum est causa alterius, vna potestas ordinatur: sicut in igne ad calefaciendum & dissoluendum: & quia omnis gratia & remissio in corpore mystico ex capite suo prouenit, ideò vna potestas eadem esse videtur per essentiam qua sacerdos conficere potest, & qua potest soluere & ligare in iure dicto additum: nec differt nisi ratione, secundum quòd ad diuersos effectus comparatur: sicut etiam ignis dicitur secundum aliam rationem calefactiuus & liquefactiuus: & quia nihil est aliud character ordinis sacerdotalis, quàm potestas exercendi illud, ad quod principaliter ordo sacerdotij ordinatur: sustineado quòd sit idem quod spiritualis potestas: ideò character & potestas conficiendi, & potestas clauium est vnum & idem per essentiam, sed differt ratione.

¶ Ad secundum dicendum, quòd omnis potestas spiritualis datur cum aliqua consecratione, & ideò clauis cum ordine datur: sed executio clauis indiget materia debita, quæ est plebs subdita per iurisdictionem: & ideò antequam iurisdictionem habeat, habet claues, sed non habet actum clauium: & quia clauis per actum definitur, ideò in definitione clauis ponitur aliquid ad iurisdictionem pertinens.

¶ Ad tertium dicēdum, quòd aliquis potest esse dignus aliquo dupliciter: aut ita quod ipsum habeat ut ius habeat, & sic quilibet dignus iam habet cœlum aptum, aut ita quod insit ei cōgruitas ad hoc quòd ei datur, & sic dignos quibus nondū apertum est cœlum, potestas clauium recipit.

¶ Ad quartū dicendum, q̄ sicut Deus non obdurat impartiendo malitiā, sed non cōferendo gratiā, ita sacerdos dicitur excludere: non q̄ impedimentum ad intrandum ponat, sed quia impedimētum positum non amouet: quia ipse amouere non potest, nisi prius Deus amouerit: & ideo rogatur Deus vt ipse absoluat, vt sic sacerdotis absolutio locum habeat.

¶ Ad quintum dicendum, quòd actus sacerdotis non est immediatè super regnum, sed super sacramenta, quibus homo ad regnum pertinet.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm sint duæ claues vel vna tantùm.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd non sint duæ claues, sed tantùm vna. Ad vnam enim seram nō requiritur nisi vna clauis: sed sera ad quam amouendam ordinantur ecclesiæ claues, est peccatum: ergo cōtra vnum peccatum non indiget ecclesia duabus clauibus.

¶ Præterea. Claues in collatione ordinis conferuntur, sed scientia non est ex infusione semper, sed quandoque ex acquisitione, nec ab omnibus ordinatis habetur, sed à quibusdam non ordinatis: ergo scientia non est clauis, & sic est vna tantùm clauis, scilicet potestas iudicandi.

¶ Præterea. Potestas quam habet sacerdos super corpus mysticum, dependet ex potestate quam habet super corpus Christi verum: sed potestas ad cōficiendum corpus Christi verum est vna tantùm, ergo clauis quæ est potestas recipiēs corpus Christi mysticum, est vna tantùm.

¶ SED CONTRA, videtur quod sint plures quàm duæ: quia sicut ad actum hominis requiritur scientia & potentia, ita & voluntas: sed scientia discernendi ponitur clauis, & similiter potentia iudicandi: ergo & voluntas absoluendi debet dici clauis.

¶ Præterea, Tota Trinitas peccatum remittit: sed sacerdos per claues est minister remissionis peccatorum: ergo debet habere tres claues, vt Trinitati configuretur.

CONCLVSIO.

¶ Cùm in potestate clauium sit actus qui requirit idoneitatē ex parte recipientis, duplex clauis esse dicitur: quarum vna ad iudicium de idoneitate eius qui absoluēdus est, altera ad absolutionem ipsam (quæ scientia discernendi dicitur) pertinet, quæ potestas iudicandi appellatur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in omni actu qui requirit idoneitatem ex parte recipientis, duo sunt necessaria ei qui debet actum illum exercere: scilicet iudicium de idoneitate recipientis, & expletio actus: & ideò etiam in actu iustitiæ per quod redditur alicui hoc quo dignus est, oportet esse iudicium discernatur an iste sit dignus, & ipsa redditio: & ad vtrunque horū authoritas siue potestas quædam exigitur. Non enim dare possumus nisi quod in potestate nostra habemus: vnde in dicium dici potest, eò quòd vim coactiuam habeat, eò quòd iudicium ad vnum iam terminatur: quæ quidem determinatio in speculatiuis sit per virtutem priorum principiorum, quibus resisti non potest, & in practicis rebus per vim imperatiuam in iudicante existentem: & quia actus clauis requirit idoneitatem in eo, in quem exercetur, quia recipit per clauem iudex ecclesiasticus dignos, & excludit indignos, vt ex dicta definitione patet: ideò indiget iudicio discretionis, quo idoneitatem iudicat ex ipso receptionis actu: & ad vtrunque potestas quædam siue authoritas requiritur: & secundum hoc sunt duæ claues, quarum vna pertinet ad iudicium de idoneitate eius qui absoluendus est, & alia ad ipsam solutionē, & hæ duæ claues non distinguntur in essentia authoritatis, qua vtrunque ad officium sibi competit: sed ex comparatione ad actus, quorum vnus alium præsupponit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ad vnam seram aperiendam vna clauis immediatè ordinatur: sed non est inconueniens quòd vna ad actum alterius ordinetur, & sic est in proposito. Secunda enim clauis quæ dicitur potestas ligandi & soluendi est quæ immediatè seram aperit peccati: sed clauis quæ dicitur scientia, ostendit, cui aperienda sit clauis illa.

¶ Ad secundum dicendum, quòd circa clauem scientię duplex est opinio. Quidam enim dixerunt quòd scientia secundum quòd est habitus acquisitus vel infusus, dicitur hæc clauis, & q̄ non est principalis clauis, sed in ordine ad aliam clauem dicitur: & ideò quando est sine alia clauī, non dicitur clauis, sicut in viro literato, qui non est sacerdos. Et similiter etiam quando que hæc clauis aliqui sacerdotes carent, quia non habēt scientiam acquisitam neque infusam, qua absoluere & ligare possint: sed quandoque industria naturali ad hoc vtuntur, quæ secundum eos clauicula dicitur: & sic clauis scientiæ, quamuis cum ordine non tradatur, traditur tamen cum ordine quòd sit clauis: quod prius non erat: & hæc videtur opinio Magistri fuisse. Sed hoc non videtur verbis Euangelij concordare, quę claues Petro dandas promittunt: & ita non solum vna, sed duę in ordine dantur. Et propter hoc alia opinio est, quòd scientia quę est habitus, non est clauis, sed authoritas scientiæ actum exercendi, quæ quandoque sine scientia est, quandoque scientia sine ipsa, sicut patet etiā in iudicijs sæcularibus. Aliquis enim index sæcularis habet authoritatem iudicandi, qui non habet inris scientiam: & aliquis econtrario habet iuris scientiam, qui non habet authoritatem iudicandi: & quia actus iudicij ad quod quis ex authoritate susceptā ordinatur, non autem ex scientia habita sine vtroq; bene fieri nō pōt: ideò authoritas iudicandi quæ clauis est, sine scientia non potest sine peccato accipi, sed scientia sine authoritate sine peccato haberi potest.

¶ Ad tertium dicendum, quòd potestas conficiendi est ad vnū tantùm actum alterius generis: & ideò non connumerantur clauibus: nec multiplicatur sicut potestas clauium, quæ est ad diuersos actus, quamuis secundum authoritatis essentiam sit vna, vt dictum est.

¶ Ad quartum dicendum, quòd velle vnicuique est liberum: & ideo ad volendum non exigitur authoritas, & propter hoc voluntas non ponitur clauis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd tota Trinitas eodem modo remittit peccata, sicut vna persona: & ideò non oportet quòd sacerdos qui minister est trinitatis, tres claues habeat, & præcipuè cum volūtas quæ spiritui sancto appropriatur, clauem nō requirat, vt dictum est.

QVAESTIO DECIMAOCTAVA DE

effectu clauium, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de effectu clauium. Circa quod quęrūtur quatuor.

¶ Primò, vtrùm potestas clauium se extendat ad remissionem culpæ.

¶ Secūdò, vtrùm sacerdos possit remittere peccatum quò ad pœnam.

¶ Tertiò, vtrùm sacerdos per potestatem clauiū ligare possit.

¶ Quartò, vtrùm possit etiam soluere & ligare secundum proprium arbitrium.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm potestas clauium se extendat ad remissionem culpæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod potestas clauium se extendat ad remissionem culpæ. Ioan. 20. dicitur discipulis: Quorū remiseritis peccata remittuntur eis: sed hoc non dicitur quantum ad manifestationem, vt Magister in litera dicit. Quia sic sacerdos noui Testamenti nō habet maiorem potestatem quàm sacerdos veteris: ergo exercet potestatem in culpæ remissionem.

¶ Præterea. In pœnitentia datur gratia ad remissionem peccati: sed huius sacramēti dispensator est sacerdos ex vi clauium: ergo cùm gratia non opponatur peccato ex parte pœnæ, sed ex parte culpę, videtur quod sacerdos ad remissionem culpæ operetur ex vi clauium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Præterea. Maiorẽ virtutẽ recipit sacerdos ex illa cõsecratione, quã aqua baptismi ex sua sanctificatione: sed aqua baptismi vim accipit vt corpus tangat & cõabluat, secundũ Aug. ergo multò fortius sacerdos in sui consecratione hanc potestatẽ accipit, vt cor à culpæ macula abluere possit.

¶SED CONTRA. Supra Magister dixit q̃ Deus hanc potestatem non contulit ministro, q̃ ad interiorem mundationẽ cooperaretur: sed si peccata quo ad culpam remittat, cooperatur ei in mundatione interiori, ergo potestas clauium nõ extendit se ad culpæ dimissionem.

¶Præterea. Peccatum non remittitur, nisi per Spiritum sanctum, sed dare Spiritum sanctum non est alicuius hominis, vt in libr. 1. Magister dixit, ergo nec peccata remittere quo ad culpam.

CONCLVSIO.

¶Sola Deus remittit per se culpam sacerdos verò ministerialiter virtute potestatis clauium, quæ quodammodo ordinatur ad culpæ remissionẽ, non sicut causans, sed sicut disponens ad eam.

¶RESPONDEO dicendũ q̃ sacramenta (secundũ Hugo.) ex sanctificatione inuisibilẽ gratiam continent: sed hic sanctificatio quandóq; ad necessitatem sacramenti requiritur, tã in materia quã in ministro, sicut patet in confirmatione, & tunc vis sacramentalis est in vtroque coniunctim: quandóq; autem ex necessitate sacramenti non requiritur nisi sanctificatio materiæ: sicut est in baptismo, quia non habet ministrum determinatum quantum ad sui necessitatem, & tunc tota vis sacramentalis consistit in materia: quãdóq; verò de necessitate sacramẽti requiritur consecratio vel sanctificatio ministri sine aliqua sanctificatione materiæ, & tunc tota vis sacramentalis cõsistit in ministro, sicut est in pœnitẽtia. Vnde eodẽ modo se habet potestas clauiũ quæ est in sacerdote ad effectũ sacramenti pœnitentiæ, sicut se habet virtus quæ est in aqua baptismi ad effectũ baptismi. Baptismus autẽ & sacramentũ pœnitentiæ cõueniũt quodámodo in effectu, quia vtrũq; contra culpã ordinatur directè, quod nõ est de alijs sacramentis, sed in hoc differũt: quia sacramentũ pœnitentiæ eò q̃ habet actus suscipientis quasi materiales, non potest dari, nisi adultis in quibus requiritur præparatio ad suscipiẽdum effectum sacramentorum. Sed baptismus quandóq; datur adultis, & quandóq; pueris & alijs carẽtibus vsu rationis: & ideò per baptismum datur gratia & remissio peccatorum pueris fine aliqua sui præparatione præcedente, non autem adultis in quibus præexigitur præparatio remouens fictionem, quæ quidem præparatio quandóque præcedit, sufficiens ad gratiæ susceptionem antequã baptismus actu percipiatur: licèt non ante votum baptismi post tempus propalatæ veritatis. Quãdo autem talis præparatio tempore non præcedit, sed est simul cũ baptismi susceptione, & tunc per baptismi susceptionẽ gratia remissionis culpæ confertur, sed per pœnitentiæ sacramentum nunquam datur gratia nisi præparatio adsit, vel priùs fuerit. Vnde virtus clauium operatur ad culpæ remissionem, vel in voto existens: vel in actu se exercens, sicut & aqua baptismi, sed sicut baptismus non agit sicut principale agens, sed sicut instrumentum, non quidem pertingens ad ipsum gratiæ susceptionem creãdam etiam instrumentaliter, sed disponens ad gratiam per quam fit remissio culpæ, ita est de potestate clauium. Vnde solus Deus remittit per se culpam & in virtute eius agit instrumentaliter Baptismus vt instrumẽtum inanimatum, & sacerdos vt instrumentũ animatum quòd dicitur seruus secundum Philosophum 8. Eth. & ideò sacerdos agit vt minister: & sic patet quòd potestas clauium ordinatur aliquo modo ad remissionem culpæ, non sicut causans, sed sicut disponens ad eam. Vnde si ante absolutionem aliquis non fuisset perfectè dispositus ad gratiam suscipiendam, in ipsa cõfessione & absolutione sacramentali gratiam consequeretur si obicem non poneret. Si enim clauis nullo modo ad culpæ remissionem ordinaretur, sed ad dimissionem pœnæ tantum, vt quidam dicunt, non exigeretur votũ recipiendi effectum clauium ad culpæ remissionẽ: sicut non exigitur votum suscipiendi alia sacramenta quæ non ordinantur ad culpæ dimissionem sed contra pœnam, sed hoc facit videri quod non ordinatur ad culpæ dimissionem, quia semper vsus clauium ad hoc quod effectum habeat requirit præparationem ex parte recipientis sacramentum: & similiter videtur de Baptismo si nunquam daretur nisi adultis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum: quòd sicut Magister dicit in litera, sacerdotibus commissa est potestas remittẽdi peccata, non vt propria virtute remittant, quia hoc Dei est: sed vt operationem Dei remittentis ostendant tanquam ministri. Sed hoc contingit tribus modis. Vno modo vt ostendant eam non præsentem, sed promittãt eam futuram sine hoc quòd aliquid operentur ad ipsum: & sic sacramenta veteris legis operationẽ Dei significabant, & sacerdos veteris legis ostendebat tantùm, & nihil operabatur. Alio modo vt significent præsentem, & nihil ad eam operentur: & sic quidam dicunt quòd sacramenta nouæ legis signant collationem gratiæ, quam Deus ipsa sacramentis sit aliqua virtus operans ad gratiam. Et secundum hãc opinionem etiam potestas clauium esset tantum ostendens diuinam operationem in culpæ remissione in ipsa sacramentali collatione facta. Tertio modo vt significent diuinam operationem in remissionem culpæ præsentem, & ad ipsam aliquid dispositiuè & instrumentaliter operetur: & sic secundum aliam opinionem quæ sustinetur communius, sacramenta nouæ legis emundationem ostendunt diuinitùs factam, & hoc modo etiam sacerdos noui Testamenti ostendit absolutos à culpa: quia proportionaliter oportet loqui de sacramentis & potestate ministrorum nec obstat quin claues Ecclesiæ ad remissionem culpæ disponunt, quia culpa iam est remissa: sicut nec quòd Baptismus disponat quantum in se est in eo qui iam sanctificatus est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd neque sacramentum pœnitentiæ, neque sacramentum Baptismi, operando pertingit directè ad gratiam, nec ad culpæ remissionem, sed dispositiuè.

¶Vnde etiam patet responsio ad tertium. Aliæ rationes ostendunt quòd ad remissionem culpæ directè clauium potestas nõ operetur, quod concedendum est.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm sacerdos possit remittere peccatum quo ad pœnam.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd sacerdos non possit remittere peccatum quò ad pœnam. Peccato enim debetur pœna æterna & tẽporalis: sed adhuc post absolutionem sacerdotis manet pœnitens obligatus ad pœnam temporalem in purgatorio, vel in hoc mundo faciendam: ergo non dimittit aliquo modo pœnam.

¶Præterea. Sacerdos non potest præiudicare iustitiæ diuinæ: sed ex diuina iustitia taxata est pœnitentibus pœna quam debent subire: ergo sacerdos non potest de ea aliquid remittere.

¶Præterea. Ille qui paruum peccatum commisit, non est minus susceptiuus clauium, quàm ille qui commisit maius peccatum: sed si aliquid de pœna per officium sacerdotis de maiori peccato dimittitur, possibile est esse adeò paruum peccatum, cui non debeatur plus de pœna, quàm illud quod de maiori peccato dimissum est. ergo poterit totam pœnam illius peccati parui dimittere, quod falsum est.

¶Præterea. Tota pœna temporalis peccato debita est vnius rationis: si ergo per primam absolutionem dimittatur aliquid de pœna, & per secundam ab eodem peccato absolutionem poterit aliquid remitti: & sic tantùm poterit multiplicari absolutio, quòd vi clauium tota pœna tolletur, cùm secunda absolutio, non sit minoris efficaciæ quàm prima, & sic peccatum remanebit omninò impunitum: quod est inconueniens.

¶SED CONTRA, Clauis est potestas ligandi & soluendi: sed potest sacerdos iniungere pœnam temporalem: ergo & potest absoluere à pœna.

¶Præterea. Sacerdos nõ potest dimittere peccatum quantùm ad culpam, vt in litera dicitur: nec quantùm ad pœnam: pœnam pari ratione. Si ergo nõ potest remittere quantùm ad pœnam temporalem, nullo modo remittere poterit: quod est omninò contrarium dictis Euangelij.

CONCLVSIO.

¶Etsi ex vi clauium non tota pœna remittitur, aliquid tamen de pœna temporali sacerdos remittere potest.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ idem iudiciũ est de effectu, quem potestas clauium exercita actualiter complet in eo in quo contritio tempore præcessit & effectu baptismi, qui iam habenti gratiam datur. Aliquis enim per fidem & contritionem præcedẽtem baptismum gratiam remissionis peccatorum quantùm ad culpam, consequutus est: sed quando actualiter postea baptismum suscipit, gratia augetur & à reatu pœnæ totaliter absoluitur, eò quod fit particeps passionis Christi: & similiter illi qui per contritionem consecutus est remissionem peccatorum, quantùm ad culpam, & per consequens quantùm ad reatum pœnæ æternæ, quę simul cum culpa dimittitur ex vi clauium, ex passione Christi efficaciam habentium, augetur gratia, & remittitur temporalis pœna: cuius reatus adhuc remanserat post culpæ remissionem, non tamen totus, sicut in baptismo, sed pars eius: quia in baptismo regeneratus homo configuratur passioni Christi, totaliter efficiam passionis Christi (quæ sufficit ad omnem pœnam delendam) in se suscipiens, vt nihil de prioris peccati actualis pœna remaneat:

remanea: quia nõ debet alicui imputari ad pœnam, nisi quod ipsemet fecit. In Baptismo autẽ homo nouam vitam suscipiens tit per gratiã baptismalem nouus homo, & ideò nullus reatus pœnæ in eo remanet pro præcedenti peccato. Sed in pœnitentia non mutatur homo in aliam vitam, quia non est regeneratio, sed sanatio quædam, ideò ex vi clauium, quę operatur in sacramẽto pœnitentiæ, non tota pœna remittitur, sed aliquid de pœna tẽporali cuius reatus post absolutionẽ à pœna æterna remanere potuit, nec solùm à pœna illa, quã hic pœnitens habet in confitendo, vt quidam dicunt: quia sic confessio & sacramentalis absolutio non esset nisi in onus, quod non competit sacramentis nouæ legis: sed etiam de illa pœna quæ in purgatorio debetur, remittitur, vt aliquid minùs in purgatorio puniatur, absolutus ante satisfactionem decedens, quàm si ante absolutionem decederet.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sacerdos non remittit totam pœnam temporalem, sed partem: & ideò adhuc manet obligatus ad pœnam satisfactoriam.

¶Ad secundum dicendum, quòd passio Christi sufficienter satisfecit pro peccatis totius mundi: & ideò sine præiudicio diuinæ iustitiæ aliquid: de pœna sibi debita remitti potest, secundum quòd effectus passionis ad ipsum per sacramenta Ecclesiæ pertingit.

¶Ad tertium dicendum, quòd pro quolibet peccato oportet aliquam pœnam satisfactoriam remanere, & per quam medicina contra ipsum præsetur: & ideò quamuis virtute absolutionis dimittatur aliqua quãtitas pœnæ debita pro aliquo magno peccato, non oportet quòd tanta quantitas pœnę dimittatur respectu cuiuslibet peccati, quia secundum hoc aliquod peccatum remaneret omninò sine pœna: sed virtute clauium de pœnis singulorum peccatorum proportionaliter dimittitur.

¶Ad quartum dicendum, quòd quidam dicunt, quòd in prima absolutione tantùm dimittitur vi clauium, quantum dimitti potest: sed tamen valet iterata confessio, tum propter infrustionem, tum propter maiorem certitudinem, tum propter interceſsionem sacerdotis vel confessoris, tum propter verecundiæ meritum. Sed hoc non videtur verum: quia si hæc esset ratio confessionẽ iterandi, non tamen esset ratio iterandi absolutionem, præcipuè in eo qui non habet aliquam causam dubitationis de præcedenti absolutione: ita enim posset dubitare post secundam absolutionem, sicut post primam. Sicut videmus quòd sacramentum extremæ vnctionis non iteratur super eundem morbum, eò quòd totum quod per sacramentum fieri potuit, semel factum est. Et præterea in secunda cõfessione non requireretur quòd haberet claues ille cui fit confessio si nihil ibi ius clauium operatur. Et ideò dicũt alij, etiam in secunda absolutione aliquid vi clauium dimitti de pœna: quia in secunda absolutione gratię confertur augmentum, & quanto maior gratia recipitur, minus de impuritate præcedentis peccati manet, & ideò minor pœna purgans debetur. Vnde etiam in prima absolutione alicui plus & minus dimittitur de pœna, secundum quod plus se ad gratiam disponit, & potest esse tanta dispositio, quòd etiam ex vi contritionis tota pœna tollitur, vt prædictum est. Vnde etiam non est inconueniens si per frequentem cõfessionem etiam tota pœna tollatur, vt peccatum omninò remaneat impunitum, pro quo pœna Christi satisfecit.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm sacerdos per potestatem clauium possit ligare.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd sacerdos per potestatem clauium ligare non possit, virtutes enim sacramentales ordinantur contra peccatum vt medicina: sed ligare non est medicina peccati, sed magis aggrauatio morbi, vt videtur: ergo sacerdos per vim clauium, quæ est vis sacramentalis, non potest ligare.

¶Præterea. Sicut absoluere vel aperire est amouere obstaculum, ita ligare est obstaculum ponere, sed obstaculum regni peccatum est, quod nobis ex alio imponi non potest: quia non nisi voluntate peccatur ergo sacerdos ligare non potest.

¶Præterea. Claues ex passione Christi efficaciam habent, sed ligare non est effectus passionis: ergo ex clauium potestate nõ potest sacerdos ligare.

¶SED CONTRA est quod dicitur Matt. 16. Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis.

¶Præterea, Potestates rationales sunt ad oppositа, sed potestas clauium est potestas rationalis, cùm habeat discretionem adiunctam: ergo habet se ad oppositа: ergo si potest soluere, potest & ligare.

CONCLVSIO.

¶Cùm sacerdos in vsu clauium sit minister Dei, tanquam causa dispo-

nens dimittit quodammodo culpam, non verò ligat nisi improprié, in pœnam autem habet potestatem & soluendi & ligandi, soluendo à pœna quam remittit, & ligando ad pœnam quæ remanet.

¶RESPONDEO dicendum, quòd operatio sacerdotis in vsu clauium est conformis Dei operationi, cuius minister est: Deus autem habet operationem & in culpam & in pœnam. Sed in culpam ad absoluendum quidem directè, ad ligandum autem indirectè, inquantùm obdurare dicitur dum non largitur: sed in pœnam habet operationem directè quantum ad vtrunque, quia & pœnam parcit & pœnam infligit. Similiter ergo sacerdos etsi in absoluendo ex vi clauium habeat aliquam operationẽ ordinatam ad culpæ dimissionem modo iam prædicto, non tamen ligando aliquam operationem habet in culpam, nisi ligare dicatur, inquantùm non absoluit, sed ligatos ostendit: sed in pœnam habet potestatem & ligandi & soluendi. Soluit enim à pœna quam dimittit: sed ligat ad pœnã quę remanet. Sed ad hanc ligare duplicitèr dicitur. Vno modo cõsiderando ipsam quantitatem pœnæ in communi, & sic non ligat, nisi inquantùm non soluit, sed ligatum ostendit. Alio modo considerando pœnam hanc vel illam determinatè, & sic ligata pœnam, imponendo eam.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illud residuum pœnæ ad quod obligat, est medicina purgans peccati impuritatem.

¶Ad secundum dicendum, quòd obstaculum regni non solùm est peccatum, sed etiam pœna, quam qualiter sacerdos imponat dictum est.

¶Ad tertium dicendum, quòd etiam passio Christi obligat nos ad pœnam aliquam, per quam ei conformemur.

ARTICVL. IIII.

¶Vtrùm sacerdos secundum proprium arbitrium possit ligare & soluere.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd sacerdos possit ligare & soluere secundum proprium arbitrium. Hieronymus enim dicit. Mensuram temporis in agendo pœnitentiam non sanis aperte præfigunt canones pro vtroque crimine, vt de singulis dicat qualiter vnumquodque sit emundandum, sed magis arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendum statuitur: ergo videtur quòd ipse secundum suum arbitrium possit ligare & soluere.

¶Præterea. Dominus laudauit villicum iniquitatis quòd prudenter fecisset, quia debitoribus domini sui remisisset largiter: sed Deus est magis ad miserendum, quàm aliquis dominus temporaliter: ergo videtur quòd laudabilior sit quantum plus de pœna dimiserit.

¶Præterea, Omnis actio Christi nostra est instructio: sed ipse quibusdam peccantibus nullam pœnam imposuit, sed solùm emendationem vitæ, vt patet de adultera. Io. 8. ergo videtur quòd secundum arbitrium suum possit etiam sacerdos qui est vicarius Christi, dimittere totam pœnam vel partem.

¶SED CONTRA Grego. dicit: Falsam pœnitentiam dicimus, quæ non secundum authoritatem sanctorum parrum pro qualitate criminis imponitur: ergo videtur quòd non omninò sit in arbitrio sacerdotis.

¶Præterea, Actum clauium requiritur discretio: sed si esset omninò in voluntate sacerdotis dimittere & imponere de pœna quantum vellet, non esset ibi necessaria discretio: quia nunquam ibi indiscretio posset accidere: ergo non est omninò in arbitrio sacerdotis.

CONCLVSIO.

¶Cum sacerdos operetur in vsu clauium sicut minister & instrumentum Dei tanquam principalis agentis non potest soluere & ligare ad arbitrium, nisi inquantùm à Deo sibi præceptum est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sacerdos operatur in vsu clauium sicut instrumentum & minister: nullum autem instrumẽtum habet efficacem actum nisi secundum quòd mouetur à principali agente: & ideò dicit Diony. in fine Eccles. hierar. quòd sacerdotibus vtendum est virtutibus hierarchicis quando diuinitus eos moneritin cuius signum. Matth. 16. ante potestatem clauium Petro traditam fit mentio de reuelatione diuinitatis eis factа. & Ioan. 20. præmittitur potestati remissionis Apostolis datæ spiritus sancti donum, quo filij Dei agnuntur. Vnde si præter illum motum diuinũ vel sua potestate præsumpserit, non consequeretur effectum, vt Diony. dicit. Et præter hoc à diuino ordine auerteretur, & sic culpam incurreret: & quia pœnæ satisfactoriæ infligendæ vt medicinæ sunt, sicut medicinæ in arte determinatæ non omnibus competunt, sed variandæ sunt secundum arbitrium medici non propriam voluntatem sequentis, sed scientiam medicinæ: ita pœnæ satisfactorię in canone determinatę competunt omnibus, sed variãdæ sunt secundum arbitrium sacerdotis diuino instinctu regu

Universidad de Deusto
Biblioteca

lariſtcut ergo medicus aliquando prudenter non dat medicinam efficacem quę ad morbi curationem ſufficiat, ne propter debilitatem naturæ maius periculum oriatur: ita ſacerdos diuino inſtinctu motus non ſemper totam pœnam, quæ vni peccato debetur iniungit, ne infirmus aliquis ex magnitudine pœnæ deſperet, & à pœnitentia totaliter recedat.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd arbitrium iſtud deberet eſſe diuino inſtinctu regulatum.

¶Ad ſecundum dicendum, q̃ etiam de hoc laudatur villicus quòd prudenter fecit: & ideo in remiſſione pœnæ debitæ diſcretio adhibenda eſt.

¶Ad tertium dicendum, q̃ Chriſtus habuit poteſtatem excellentiæ in ſacramentis: vnde ipſe ex authoritate pœnam totam vel partẽ poterat dimittere ſicut volebat: nec eſt ſimile de his qui operantur tantùm, vt miniſtri.

QVAESTIO DECIMANONA. DE *Miniſtris clauium, in ſex articulos diuiſa.*

DEINDE conſiderandum eſt de miniſtris clauium & vſu earum.

¶Circa quod quæruntur ſex.

¶Primò, vtrùm ſacerdos legalis claues habuerit.

¶Secundò, vtrũ Chriſtus claues habuerit.

¶Tertio, vtrum ſoli ſacerdotes claues habeant.

¶Quartò, vtrũ ſancti homines non ſacerdotes claues vel vſum earum habeant.

¶Quintò, vtrũ mali ſacerdotes vſum clauiũ habeant efficacẽ.

¶Sextò vtrum ſchiſmatici & hæretici, excommunicati, & ſuſpenſi, & degradati vſum clauium habeant.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm ſacerdos legalis claues habuerit.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd ſacerdos legalis claues habuerit. Clauis enim eſt ſequela ordinis: ſed habuit ordinem ex quo ſacerdotes dicebantur: ergo etiam habuerunt clauem ſacerdotes legales.

¶Præterea, Sicut Magiſter dicit, claues ſunt duæ, ſcilicet ſcientia diſcernendi, & potentia iudicandi: ſed ad vtranque poteſtatem ſacerdotes legales habuerunt authoritatem: ergo habebant claues.

¶Præterea, Sacerdos legalis habebat aliquam poteſtatem ſuper reliquum populum, non temporalem: quia ſic poteſtas regia non fuiſſet diſtincta à ſacerdotali: ergo ſpiritualem, & hoc eſt clauis: ergo habebat clauem.

¶SED CONTRA, Claues ordinantur ad aperiendum regnum cœlorum, quod aperiri nõ potuit ante Chriſti paſſionem: ergo ſacerdos legalis clauem non habuit.

¶Præterea, Sacramenta Veteris legis gratiam non conferebant: ſed aditus regni cœleſtis aperiri non potuit niſi per gratiam: ergo per illa ſacramenta non poterat aperiri: & ſic etiam ſacerdos qui miniſter eorum erat, claues regni cœleſtis non habebat.

CONCLVSIO.

¶Cùm poteſtas ſacerdotum legalium non ſe extenderet ad cœleſtia, ſed ſolùm ad figuras cœleſtium, non habebant claues, ſed eis clauium figura tradita eſt.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidam dixerunt quòd in veteri lege erant claues apud ſacerdotes: quia eis erat commiſſum imponere pœnam pro delicto, vt dicitur Leui. 5. quod ad claues pertinere videtur: ſed fuerunt tunc incompletæ, nunc autem per Chriſtum in ſacerdotibus nouæ legis perfectæ ſunt. Sed hoc videtur eſſe contra intentionẽ Apoſtoli, in Epiſtola ad Heb. cap. 9. Ibi enim ſacerdotiũ Chriſti præfertur ſacerdotio legali, per hoc q̃ Chriſtus aſſiſtit Pontifex futurorum bonorũ ad tabernaculũ cœleſte introducens per propriũ ſanguinem nõ manufactũ, in quod introducebat ſacerdotium veteris legis per ſanguinẽ hircorum & taurorũ. Vnde patet q̃ ſacerdotij illius poteſtas non ſe extendebat ad cœleſtia, ſed ad figuras cœleſtium: & ideò ſecũdum alios dicendum, quod non habebatur claues, ſed in eis clauium figura præceſſit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod clauis regni cœleſtis conſequitur ad ſacerdotium quo homo in cœleſtia introducitur, non autem talis erat ordo ſacerdotij Leuitici: & ideò claues cœli non habuerunt, ſed claues terreni tabernaculi.

¶Ad ſecundum dicẽdum, quod ſacerdotes Veteris legis habebant authoritatem diſcernendi & iudicandi: ſed non vt admitteretur homo indicat' ab eis in cœleſtia, ſed in figuras cœleſtiũ.

¶Ad tertium dicendum, quod non habebant ſpiritualem poteſtatem: quia per ſacramenta legalia non à culpis, ſed ab irregularitatibus purgabant homines, vt ad manufactum tabernaculum aditus purgatis per eos pateret.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm Chriſtus clauem habuerit.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur q̃ Chriſtus non habuerit clauem. Clauis enim characterem ordinis conſequitur: ſed Chriſtus non habuit characterem: ergo non habuit clauem.

¶Præterea: Chriſtus habuit in ſacramentis poteſtatem excellentiæ, vt effectum ſacramenti ſine ſacramẽtalibus poſſet conferre: ſed clauis eſt ſacramentale quiddam: ergo nõ indigebat claui, & ſic fruſtra eam habuiſſet.

¶SED CONTRA eſt quod dicitur Apoc. 3. Hæc dicit qui habet clauem Dauid, &c.

CONCLVSIO.

¶Chriſtus habuit poteſtatem clauium per ſe agens; ad noſtram ſalutem, ſacerdotes verò miniſterialiter: & ideò Chriſtus dicitur eſſe clauis excellentiæ.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ virtus aliquid agendi eſt in inſtrumento, & in perſe agente nõ eodem modo: ſed in perſe agente perfectiùs: poteſtas autem clauium quam nos habemus, & aliorum ſacramentorum, virtus eſt inſtrumẽtalis: ſed in Chriſto eſt vt perſe agente ad ſalutem noſtram, per authoritatem quidem, inquantum eſt Deus: ſed per meritum, inquantum eſt homo. Clauis autem de ratione ſua exprimit poteſtatem aperiendi & claudendi, ſiue aliquis aperiat quaſi principale agens, ſiue quaſi miniſter: & ideo in Chriſto oportet ponere clauem, ſed altiori modo quàm ſit in eius miniſtris: & ideo dicitur quòd habet clauem excellentiæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ character de ſua ratione dicit aliquid ab aliquo deriuatum: ideò poteſtas clauium quæ eſt in nobis à Chriſto deriuata, ſequitur characterem quo Chriſto conformamur: ſed in Chriſto non conſequitur characterem tantùm, ſed principalem formam.

¶Ad ſecundum dicendum, q̃ clauis illa quam Chriſtus habuit, non erat ſacramentalis, ſed ſacramentalis clauis principium.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm ſoli ſacerdotes habeant claues.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur q̃ ſolùm ſacerdotes claues habeant. Dicit enim Iſido. q̃ oſtiarij inter bonos & malos habent iudicium, dignos recipiunt, indignos reiiciunt: ſed hæc eſt definitio clauium, vt ex dictis patet: ergo nõ ſolùm ſacerdotes, ſed etiam oſtiarij clauem habent.

¶Præterea, Claues ſacerdotibus dantur dum per vnctionem poteſtatem diuinitùs accipiunt: ſed Reges etiam poteſtatem in populum fidelem diuinitùs habent & vnctione ſanctificantur. ergo non ſoli ſacerdotes habent claues.

¶Præterea, Sacerdotium eſt ordo vni ſingulari perſonæ conueniens: ſed clauem aliquando videtur habere tota vna congregatio: quia quædam capitula excommunicationem inferre poſſunt, quod ad poteſtatem clauium pertinet. ergo non ſoli ſacerdotes clauem habent.

¶Præterea, Mulier non eſt ſacerdotalis ordinis ſuſceptiua, quia ei docere non competit, ſecundum Apoſtolum 1. Cor. 14. Sed aliquæ mulieres videntur habere claues, ſicut abbatiſſæ quæ habent ſpiritualem poteſtatem in ſubditas. ergo non ſoli ſacerdotes habent clauem.

¶SED CONTRA eſt quod Ambr. dicit. Hoc ius, ſcilicet ligandi & ſoluendi, ſolùm ſacerdotibus eſt conceſſum.

¶Præterea, Per poteſtatem clauium efficitur aliquis mediũ inter populum & Deum: ſed hoc tantùm ſacerdotibus competit, qui conſtituuntur in his quæ ſunt ad Deum, vt offerant dona & ſacrificia pro peccatis: vt dicitur Hebræ. 5. ergo ſoli ſacerdotes claues habent.

CONCLVSIO.

¶Clauis ordinis, quæ immediatè remouet impedimentũ introitus ad regnũ cælorũ, competit ſolis ſacerdotibus: clauis verò iuriſdictionis, quæ non clauis cæli, ſed quædam diſpoſitio ad ipſam dicitur, etiam aliis miniſtris Eccleſiæ competit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd clauis, eſt duplex. Vna quæ ſe extẽdit ad ipſum cœlum, immediatè remouendo impedimenta introitus in cœlum per remiſſionẽ peccati, & hæc vocatur clauis ordinis: & hanc ſoli ſacerdotes habẽt, quia ipſi ſolo ordinantur populo in his quę directè ſunt ad Deũ. Alia clauis eſt quę nõ directè ſe extendit ad ipſum cœlũ, ſed mediãte militãte Eccleſia, per quã aliquis ad cœlũ vadit, dũ per eã aliquis excluditur vel admittitur ad conſortiũ Eccleſiæ militãtis per excõmunicationẽ & abſolutionẽ: & hæc vocatur clauis iuriſdictionis in foro cauſarum, & ideò nõ ſacerdotes etiam hanc habere poſſunt, ſicut archidiaconi & electi & alij qui excõmunicare poſſunt: ſed non propriè dicitur clauis cœli, ſed quædã diſpoſitio ad ipſam.

Ad primum

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ oſtiarij habent clauẽ cuſtodiendi ea quæ in templo materiali continentur, & habent iudicium à tali templo excludendi & admittendi, non quidem ſua auctoritate iudicãtes qui ſint digni vel indigni, ſed iudiciũ ſacerdotum exequentes, vt ſic quodammodo executores poteſtatis ſacerdotis videantur.

¶Ad ſecundũ dicendũ, quòd Reges nõ habẽt aliquã poteſt atẽ in ſpiritualibus, et ideò clauẽ regni cœleſtis nõ accipiũt, ſed ſolùm in tẽporalibus, quod nõ niſi à Deo eſſe poteſt, vt patet Ro. 13. Nec per vnctionẽ in aliquo ordine conſecrantur, ſed excellentia poteſtatis ipſorum à Chriſto deſcendere ſignatur, & vt ipſi ſub Chriſto in populo Chriſtiano regnent.

¶Ad tertiũ dicendum, q̃ ſicut dicitur in Politicis, quandoque iudex habet totã poteſtatẽ ſicut eſt in regno, quandoq; autem multi in diuerſis officiis conſtituti, vel etiã ex æquo: vt dicitur 8. Ethi. ita etiã ſpiritualis iuriſdictionis poteſt haberi ab vno ſolo ſicut ab epiſcopo, & pluribus ſimul ſicut à cap. & ſic habent clauem iuriſdictionis, non tamen claues ordinis ſimul omnes.

¶Ad quartũ dicendũ, quòd mulier ſecundũ Apoſtolum eſt in ſtatu ſubiectionis: & ideò nõ poteſt habere aliquã ſpiritualem iuriſdictionẽ: quia etiã ſecundũ Philoſo. in 8. Ethi. corruptio eſt vrbanitatis quãdo ad mulierẽ dominiũ peruenit: vnde mulier non habet neq; clauẽ ordinis neq; clauem iuriſdictionis. Sed committitur mulieri aliquis vſus clauiũ, ſicut habere correctionem in ſubditas mulieres propter periculum, quod imminere poſſet ſi viri mulieribus cohabitarent.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm etiam Sancti homines, non ſacerdotes claues habeant.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur, quòd etiã Sancti homines, non ſacerdotes vſum clauium habeant. Abſolutio enim & ligatio quę fit per claues, efficaciã habet ex merito paſſionis Chriſti: ſed illi maximè paſſioni Chriſti conformantur, qui per patientiam & alias virtutes Chriſtũ paſſum ſequuntur. ergo videtur quòd etſi non habeant etiam ſacer dotale ordinem, quod poſſint ligare & ſoluere.

¶Præterea. Hebr. 7. dicitur. Sine vlla cõtradictione quod minus eſt, à maiori benedicitur: ſed in ſpiritualibus ſecundũ Aug hoc eſt maius eſſe quod melius. ergo meliores, qui ſcilicet plus de charitate habent, poſſunt alios benedicere abſoluendo, & ſic idem quod prius.

¶SED CONTRA. Cuius eſt potentia: eius eſt actio ſecũdum Philoſophum: ſed clauis quæ eſt poteſtas ſpiritualis, eſt tantùm ſacerdotum, ergo & vſus eius non niſi ſacerdotibus competere poteſt.

CONCLVSIO.

¶Non poſſunt Sancti quantũcunque habeant de gratia, pertingere ad effectum clauium, niſi ordine ſacerdotali donentur.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ agens per ſe & agens inſtrumentale in hoc differunt: quia agens inſtrumentale nõ inducit in effectu ſimilitudinem ſuam, ſed ſimilitudinem principalis agẽtis. Principale autem agens inducit ſimilitudinem ſuam: & ideò ex hoc aliquid conſtituitur principale agens, quòd habet aliquam formam, quam in alterum transfundere poteſt: non autem ex hoc conſtituitur agens inſtrumentale ſed ex hoc quòd eſt applicatum à principali agente ad effectum aliquem inducendum. Cùm ergo in actu clauium principale agens ſit Chriſtus, vt Deus per auctoritatem, & vt homo per meritum ex ipſa plenitudine diuinæ bonitatis in eo, & ex perfectione gratiæ, conſequitur q̃ poſſit in actum clauium. Sed homo alius nõ poteſt in actum clauium: ſicut per ſe agens: quia nec ipſe alteri gratiam, qua remittuntur peccata, dare poteſt, nec ſufficienter mereri, & ideò nõ eſt, niſi ſicut agẽs inſtrumẽtale. Vnde & ille qui effectum clauiũ cõſequitur, nõ aſſimilatur vtenti clauibus: ſed Chriſto, & ideò quantumcunque aliquis habeat de gratia, non poteſt pertingere ad effectum clauium, niſi applicetur ad hoc vt miniſter per ordinis ſuſceptionem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ ſicut inter inſtrumẽtum & effectum non exigitur ſimilitudo: ſecundũ conueniẽtiã in forma, ſed ſecundum proportionem inſtrumenti ad effectum: ita etiam nec inter inſtrumentum & principale agens, & talis ſimilitudo eſt in ſanctis hominibus ad Chriſtum paſſum, & talis ſimilitudo eis vſum clauium non confert.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd quamuis purus homo nõ poſſit alteri ex condigno mereri gratiam: tamẽ vnius meritum poteſt cooperari ad ſalutẽ alterius, & ideò duplex eſt benedictio. Vna quæ eſt ab ipſo homine puro, ſicut merente per proprium actum, & talis poteſt fieri à quolibet ſancto, in quo Chriſtus habitat per gratiam, & hoc requirit maioritatem bonitatis ad minus inquãtum huiuſmodi. Alia eſt benedictio, qua homo benedicit, vt benedictionem quæ eſt ex merito Chriſti inſtrumentaliter alicui applicans, & quantum ad hanc requiritur maioritas ordinis & non virtutis.

ARTICVLVS V.

Vtrùm mali ſacerdotes vſum clauium habeant.

ADQVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd mali ſacerdotes vſum clauium non habeant. Ioan. vigeſimo, vbi vſus clauium Apoſtolis traditur, Spiritus ſancti donũ promittitur: ſed mali non habent Spiritum ſanctum, ergo non habent vſum clauium.

¶Præterea. Nullus ſapiens Rex diſpenſationẽ ſui theſauri ſuo inimico cõmittit: ſed vſus clauium in diſpenſatione cõſiſtit theſauri cœleſtis Regis, qui eſt ipſa ſapiẽtia: ergo mali qui per peccatum ſunt eius hoſtes, non habent vſum clauium.

¶Præterea. Auguſtinus dicit q̃ ſacramentum gratiæ dat etiam Deus per malos, ipſam verò gratiam non: niſi per ſeipſum, vel per ſanctos ſuos: & ideò remiſſionem peccatorum per ſeipſum facit, vel per ipſius columbæ membra, ſed remiſſio peccatorũ eſt vſus clauium: ergo peccatores qui non ſunt columbæ membra, vſum clauium non habent.

¶Præterea. Interceſsio mali ſacerdotis non habet aliquam efficaciam ad reconciliandum: quia ſecundum Grego. Cùm is qui diſplicet ad interpellandum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur: ſed vſus clauium ſit per quandam interceſsionẽ, vt patet in forma abſolutionis: ergo praui ſacerdotes non habent efficacem clauium vſum.

¶SED CONTRA, Nullus poteſt ſcire de alio, an ſit in ſtatu ſalutis, ſi ergo nullus poſſet vti clauibus in abſoluendo, niſi exiſtens in ſtatu ſalutis, nullus ſciret ſe eſſe abſolutum, quod eſt valdè inconueniens.

¶Præterea. Iniquitas miniſtri non poteſt auferre liberalitatem domini: ſed ſacerdos eſt ſolùm miniſter, ergo nõ poteſt ſua malitia donum à Deo tranſmiſſum per eum nobis auferre.

¶Sacerdos malus etſi gratia priuatus, nullo modo priuatur vſu clauiũ, eũ ſicut participatio formæ non facit inſtrumentum, ita nec ſubtractio talis formæ tollit vſum inſtrumẽti.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ ſicut participatio formæ, quæ eſt inducenda in effectum, non facit inſtrumentum, ita nec ſubtractio talis formæ tollit vſum inſtrumẽti, & ideò cũ homo ſit tantũ inſtrumentaliter agens in vſu clauium, quantũcunque ſit gratia per peccatum priuatus, per quam gratiam ſit remiſsio peccatorum, nullo modo priuatur vſu clauium.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ donum Spiritus ſancti exigitur ad vſum clauium, non vt ſine quo fieri non poſsit, ſed quia ſine eo incongruè ſit ex parte vtentis, quamuis ſubijciens ſe clauibus effectum clauium conſequatur.

¶Ad ſecundum dicendum, q̃ Rex terrenus in theſauro ſuo defraudari & decipi poteſt, & ideò diſpenſationem hoſti non cõmittit, ſed Rex cœleſtis defraudari non poteſt, quia totum ad ipſius honorem cedit, etiam quòd aliqui clauibus malè vtũtur, quia nouit ex malis elicere bona, & per malos etiam multa bona facere, & ideò non eſt ſimile.

¶Ad tertium dicendum, quòd Auguſtinus loquitur de remiſſione peccatorum, ſecundum quòd ſancti homines cooperantur ad ipſam non ex vi clauium: ſed ex merito congrui, & ideò dicit quòd etiam per malos ſacramenta miniſtrat, & inter alia ſacramenta etiã abſolutio quę eſt vſus clauium, comparari debet, ſed per membra columbæ, id eſt: per ſanctos homines, facit remiſsionem peccatorum, inquantum eorum interceſsionibus peccata remittit. Vel poteſt dici, quòd membra columbæ nominat omnes ab Eccleſia non præciſos: qui enim ab eis ſacramẽta recipiunt, gratiam conſequuntur, non autem qui recipiunt ab illis qui ſunt ab Eccleſia præciſi: quia hoc ipſo peccant, excepto Baptiſmo quem in caſu neceſsitatis licet ab excommunicato recipere.

¶Ad quartum dicendum, quòd interceſsio quam ſacerdos malus ex propria perſona facit, non habet efficaciam, ſed illa quam facit vt miniſter Eccleſiæ, habet efficaciam ex merito Chriſti, vtroque tamen modo debet interceſsio ſacerdotis populo ſubdito prodeſſe.

ARTICVLVS VI.

Vtrùm hæretici, ſchiſmatici & excõmunicati vſum clauium habeant.

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd ſchiſmatici, hæretici, & excommunicati, & degradati vſum clauium habeant. Sicut enim poteſtas clauium dependet ab ordine, ita & poteſtas conficiendi: ſed non poſſunt amittere poteſtatis vſum conficiendi: quia ſi conficiunt, confectum eſt, quamuis peccent conficientes, ergo etiam non poſſunt amittere vſum clauium.

¶Præterea. Omnis poteſtas ſpiritualis actiua in eo qui habet vſum liberi arbitrij, exit in actum quando vult, ſed poteſtas clauium adhuc manet in prædictis, quia cùm non detur. niſi in

Universidad de Deusto
Biblioteca

ordine, oporteret reordinari eos quando ad Ecclesiam redeunt: ergo cùm sit potentia actiua, possunt in actum eius exire, cùm voluerit.

¶Præterea, Spiritualis gratia magis impeditur per culpam quã per pœnam: sed excommunicatio, & suspensio, & degradatio sunt pœnæ quædã: cùm ergo propter culpam non amittat aliquis vsum clauium, videtur quòd nec propter ista.

¶SED CONTRA, Augustinus dicit quòd Ecclesiæ charitas peccata dimittit, charitas autẽ est quæ facit Ecclesiæ vnionem: cùm ergo prædicti sint ab Ecclesiæ vnione diuisi, videtur quòd vsum clauium non habent in remittendis peccatis.

¶Præterea, Nullus absoluitur à peccato secundum hoc q̃ peccatis aliquis à prædictis absolutionem petens, peccat contra præceptũ Ecclesiæ faciens: ergo per eos a peccato absolui non potest: & sic idem quod prius.

CONCLVSIO.

¶Hæretici, chismatici & excommunicati habent quidem potestatem quantum ad essentiam: sed vsus eis impeditur ex defectu materiæ, quia eos Ecclesia tali potestate priuat, subtrahendo illis subditos.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ in omnibus prædictis manet clauium potestas quantum ad essentiam, sed vsus impeditur ex defectu materiæ. Cùm enim vsus clauium in vrente præ lationem requirat respectu eius in quem vtitur (vt dictum est) propria materia, in quam exercetur vsus clauium, est homo subditus: & quia per ordinationẽ Ecclesiæ subditur vn' alteri: ideo per Ecclesiæ prælatos potest subtrahi alicui ille qui erat ei subiectus. Vnde cùm Ecclesia hæreticos & schismaticos & alios huiusmodi priuet, subtrahendo subditos, vel simpliciter, vel quantum ad aliquid, quantum ad hoc quòd priuati sunt, nõ possunt vsum clauium habere.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd materia sacramenti Eucharistiæ, in quam suam potestatem exercet sacerdos, non est homo, sed panis triticeus, & in Baptismo homo simpliciter. Vnde sicut si subtraheretur hæretico panis triticeus, conficere non posset: ita si subtrahatur prælato prælatio, nec absoluere poterit: potest tamen baptizare & conficere: quamuis ad sui damnationem.

¶Ad secundum dicendum, quòd propositio habet veritatem, quando non deest materia, sicut est in proposito.

¶Ad tertium dicendũ, quòd ex ipsa culpa non subtrahitur materia, sicut per aliquã pœnam: vnde pœna non impedit per cõtrarietatem ad effectum inducendum, sed ratione prædicta.

QVAESTIO VIGESIMA. DE
his in quos vsus clauium exerceri potest,
in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de his in quos vsus clauium exerceri potest.

¶Circa quod tria quæruntur.

¶Primò, vtrùm sacerdos possit in quemlibet hominem vti claue quam habet.

¶Secundò, vtrùm sacerdos possit semper subditum absoluere.

¶Tertiò, vtrùm aliquis possit vti clauibus in suũ Superiorem.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm sacerdos possit vti claue, quam habet, in quemlibet hominem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd sacerdos possit vti claue, quam habet, in quemlibet hominem. Potestas enim clauium in sacerdote delcendit ex illa diuina autoritate quam dixit, Accipe Spiritum sanctum: quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis, sed illud indeterminatè dictum est: ergo potest ea vti in quoslibet.

¶Præterea, Clauis corporalis quæ aperit vnam seram, aperit omnes alias eiusdem modi, sed omne peccatum cuiuscunq; homines est eiusdem rationis obstaculum respectu introitus cœli. ergo si potest vnum hominẽ sacerdos per clauem, quam habet absoluere, poterit & quoscunque alios.

¶Præterea, Sacerdotium nouæ Testamẽti est perfectius quam veteris, sed sacerdos veteris Testamenti poterat vti sua potestate, quam habebat, discernendi inter leprã & lepram indifferenter in omnes: ergo multo fortiùs sacerdos Euangelicus potest vti potestate sua in omnes.

¶SED CONTRA est quod dicitur 16. q. 1. Nulli sacerdotũ liceat parochianum alterius absoluere aut ligare: ergo non quilibet potest quemlibet absoluere.

¶Præterea, Iudicium spirituale debet esse ordinatius quàm tẽporale: sed in iudicio temporali non potest quilibet iudex quẽlibet iudicare: ergo cùm vsus clauium sit iudicium quoddam, non potest sacerdos sua claui vti in quemlibet.

CONCLVSIO.

¶Prælatus, qui habet indistinctam potestatem in omnes, potest vti potestate clauium in omnes: at qui sub eo distinctas potestates acceperunt, in eos solum, qui sibi commissi sunt, clauibus vti possunt, nisi in articulo necessitatis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ea quæ circa singularia operari oportet, non eodem modo omnibus competunt. Vnde sicut per generalia medicinæ præcepta oportet adhiberi medicos, quibus præcepta vniuersalia medicinæ singulis infirmis, secundum quòd debent, aptentur: ita in quolibet principatu præter illum qui vniuersaliter præcepta legis tradit, oportet esse aliquos, qui ea singulis, secũdum quòd debẽt, adaptent: & propter hoc in cœlesti hierarchia sub potestatib. qui indistinctè præsunt, præponuntur principatus, qui singulis prouincijs distribuuntur, & sub his Angeli, qui singulis hominibus in custodiam deputantur, vt patet ex his quæ dicta sunt in 2. lib. Vnde & ita debet esse in prælatione Ecclesiæ militantis: vt apud aliquem esset prælatio indistinctè in omnes, & sub hoc essent alij qui super diuersos diuersam potestatem & distinctam acciperent: & quia vsus clauium requirit aliquam prælationis potestatem, per quam ille, in quem vsus clauium cõmunicatur, efficitur materia propria illius actus: ideò ille qui habet indistinctam potestatem super omnes, potest vti clauibus in omnes: illi autem qui sub eo distinctas potestates acceperunt, non in quoslibet vti possunt clauibus, sed in eos tantũ qui eis in sortem venerunt, nisi in necessitatis articulo vbi nemini sacramenta sunt deneganda.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ad absolutionem à peccato requiritur duplex potestas, scilicet potestas ordinis, & potestas iurisdictionis. Prima quidem potestas æqualiter est in omnibus sacerdotibus, non autem secunda: & ideò vbi Dominus Ioan. 20. dicit omnibus Apostolis communiter potestatem remittendi peccata, intelligitur de potestate quæ consequitur ordinem: vnde & sacerdotibus, quando ordinantur, illa verba dicuntur: sed Petro singulariter dedit potestatem dimittendi peccata: Matth. 16. vt intelligitur quòd ipse præ alijs habet potestatem iurisdictionis: potestas autem ordinis, quantũ est de se, se extendit ad omnes absoluendos: & ideò indeterminatè Dominus dicit, Quorum remiseritis peccata: intelligens tamen quòd vsus illius potestatis esse deberet præsupposita potestate Petro collata secundum ipsius ordinationem.

¶Ad secundum dicendum, quòd clauis materialis non potest aperire nisi seram propriã, nec aliqua virtus actiua potest agere nisi in propriam materiam: materia autem propria potestatis ordinis efficitur aliquis per iurisdictionem: & ideò potest aliquis vti in eum, in quem iurisdictio non datur.

¶Ad tertium dicendum, q̃ populus Israel vnus populus erat, & vnum tantummodò templum habebat: vnde non oportebat sacerdotum iurisdictiones distingui, sicut nunc in Ecclesia, in qua congreganter diuersi populi & nationes.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm sacerdos possit semper suum subditum absoluere.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd sacerdos non possit semper suum subditum absoluere. Sicut enim Augustinus in litera dicit. Nullus officio sacerdotis vti debet nisi immunis ab illis sit, quæ in alijs iudicat: sed quandóque contingit, quòd sacerdos est particeps criminis quod subditus suus commisit, sicut cùm mulierem subditam cognouit: ergo videtur quòd non semper possit in suos subditos potestate clauium vti.

¶Præterea, Per potestatem clauium homo ab omnibus defectibus curatur: sed quandoque alicui peccato annexus est irregularitatis defectus, vel excommunicationis sententia, à qua simplex sacerdos liberare non potest: ergo videtur quod non possit vti clauium potestate, in illos qui talibus irretiti sunt.

¶Præterea, Sacerdotij nostri iudicium & potestas per iudicij veteris sacerdotij figuratur, sed minoribus iudicibus secundũ legem non omnia competebat discutere, sed ad superiores recurrebant: vt dicitur Exod. 24. Si quid natum fuerit quæstionis inter vos, &c. ergo videtur quòd nec sacerdos de grauibus peccatis possit subditum suum absoluere, sed debeat ad superiorem remittere.

¶SED CONTRA, Cuicũq; committitur principale, cõmittitur & accessorium: sed sacerdotibus cõmittitur q̃ subditis suis Eucharistiam dispensent, ad quam ordinatur absolutio à peccatis quibuscunque: ergo sacerdos ab omnibus peccatis potest absoluere, quantum est de clauium potestate.

¶Præterea. Gratia omne peccatum tollit, quantumcũq; sit parua, sed sacerdos sacramenta dispensat, quibus gratia datur, ergo quantum est de potestate clauium, de omnibus peccatis absoluere potest.

CONCLV-

CONCLVSIO.

¶Potest simplex sacerdos potestate ordinis remittere omnia peccata, nõ potest tamen ea peccata remittere, quæ superior, sibi potestate iurisdictionis reseruauit.

¶RESPONDEO dicendum: q̃ potestas ordinis quantum est de se, extendit se ad omnia peccata remittenda, sed quia ad vsum huiusmodi potestatis requiritur iurisdictio quæ à maioribus in inferiores deriuatur: ideò potest superior aliqua sibi reseruare, in quibus iudicij inferiori non cõmittat, alias de quolibet potest simplex sacerdos absoluere habẽs iurisdictionẽ. Sũt autẽ quinq; casus in quibus oportet q̃ simplex sacerdos pœnitentẽ ad superiorẽ remittat. Primus est quãdo est solẽnis pœnitentia imponenda, quia eius minister proprius est Episcopus. Secundus est de excommunicatis, quãdo inferior sacerdos non potest absoluere. Tertius, quãdo inuenit irregularitatẽ contractã, pro cuius dispensatiõe debet ad superiorẽ remittere. Quartus de incẽdiarijs. Quintus quãdo est cõsuetudo in aliquo Episcopatu, q̃ enormia crimina ad terrorẽ reseruãtur Episcopo, quia consuetudo dat: vel aufert in talibus potestatem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in tali casu nec sacerdos debet audire confessionem mulieris: cum qua peccauit de illo peccato: sed debet ad alium mittere: nec illa debet ei confiteri, sed debet petere licentiam ad alium eundi, vel ad superiorem recurrere, si ille licẽtiam denegaret: tum propter periculum: tum quia est minor verecũdia, si tãmen absolueretur absoluta esset. Quod enim Augustinus dicit, q̃ non debet esse in eodem crimine, intelligendum est secundum congruitatem, nõ secundum necessitatem sacramenti.

¶Ad secundum dicendum, quòd pœnitentia ab omnibus defectibus culpæ liberat: non autem ab omnibus defectibus pœnæ, quia adhuc post peractam pœnitentiam de homicidio aliquis remanet irregularis, vnde sacerdos potest de crimine absoluere, & pro pœna amouenda debet ad superiorem remittere: nisi in excommunicatione, quia absolutio ipsa debet præcedere absolutionem à peccato: quia quandiu aliquis est excommunicatus, non potest recipere aliquod Ecclesiæ sacramentum.

¶Ad tertium dicendũ, quòd ratio illa procedit quatum ad hęc in quibus sibi superiores potestates iurisdictionem reseruant.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm aliquis vti possit clauibus in suum superiorem.

ADTERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ aliquis non possit vti clauibus in suum superiorem. Actus enim sacramentalis quilibet requirit propriam materiam, sed propria materia vsus clauium est persona subiecta, vt dictum est: ergo in eo qui non est subditus: non potest clauibus sacerdos vti.

Præterea. Ecclesia militans imitatur triumphantem, sed in cœlesti Ecclesia inferior Angelus nunquam purgat, aut illuminat, aut perficit superiorem, ergo nec aliquis inferior sacerdos potest vti actiõe hierarchica, quæ est per absolutionem in superiorem.

¶Præterea. Iudicium conscientiæ debet esse ordinatius quàm iudicium exterioris fori: sed in exteriori foro inferior non potest excommunicare aut absoluere superiorem, ergo videtur quòd nec in foro pœnitentiali.

¶SED CONTRA. Superior prælatus etiã circundatus est infirmitate, & contingit ipsum peccare, sed remediũ cõtra peccatum est potestas clauium, ergo cũ ipse non possit in seipsum claue vti, quia nõ potest esse simul iudex & reus, videtur quod possit inferior in ipsum clauis potestate vti.

¶Præterea. Absolutio quæ fit per virtutem clauium, ordinatur ad perceptionem Eucharistiæ: sed inferior potest superiori Eucharistiam dispensare si peccat, ergo & clauium potestate in ipsum, si se ei subiecerit.

CONCLVSIO.

¶Cũ superior prælatus nõ possit in seipsum claue vti, & possit in alium inferiorẽ potestatẽ limitatam extendere in se & in alios: consequens est quod inferior in superiorem vti possit clauium potestate sic extensa.

¶RESPONDEO dicendum, quòd potestas clauium, quantum est de se, extendit se ad omnes, vt dictum est, sed quòd in aliquem sacerdos non possit potestate clauium vti, contingit ex hoc quòd eius potestas est ad aliquos specialiter limitata, vnde ille qui limitauit, potest extendere in quem voluerit, & propter hoc etiam potestatem sibi dare potest in seipsum, quãuis ipse in seipsum vti clauium potestate nõ possit: quia potestas clauium requirit pro materia aliquẽ subiectum, & ita alium sibi ipsi enim aliquis subiectus esse nõ potest.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ quamuis Episcopus quem simplex sacerdos absoluit, sit superior eo simpliciter, est tamen inferior eo, inquantum ei se vt peccatori cõfitens subijcit.

¶Ad secundum dicendũ, q̃ in Angelis non potest accidere aliquis defectus, ratione cuius inferioribus suis superiores subdãtur, sicut accidit in hominibus, & ideò non est simile.

¶Ad tertium dicendum, quòd iudicium exterius est secundum homines: sed iudicium confessionis est quo ad Deũ, apud quẽ aliquis redditur minor ex hoc quòd peccat, non autem apud hominum prælationes: & ideò in exteriori iudicio, sicut nullus in seipsum sententiam dare potest excommunicationis, ita nec alteri committere, nec se excommunicare, sed in foro conscientiæ potest alteri committere suam absolutionem qua ipse vti non posset. Vel dicendum, q̃ absolutio in foro confessionis est principaliter potestatis clauium, & ex contrahenti respicit iurisdictionẽ: sed excõmunicatio respicit totaliter iurisdictionẽ: quantũ autẽ ad potestatem ordinis omnes sunt æquales, nõ autem quantum ad iurisdictionem, & ideò non est simile.

QVAESTIO VIGESIMAPRIMA,
De excommunicatione in quatuor articulos diuisa.

CONSEQVENTER videndum est de excommunicatione. De qua primò considerandum est de definitione excommunicationis, & congruitate, & causa. Secundo, de eo qui potest excommunicare & excommunicari. Tertiò, de participatiõe cum excommunicatis. Quartò, de absolutione ab excommunicatione.

¶Circa primum quæruntur quatuor.

¶Primò, vtrùm conuenienter excommunicatio definiatur.

¶Secundò, vtrùm Ecclesia debeat aliquem excommunicare.

¶Tertiò, vtrùm aliquis pro aliquo temporali damno sit excommunicandus.

¶Quartò, vtrùm excommunicatio iniustè lata aliquem effectum habeat.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm incompetens sit hæc definitio excommunicationis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd incompetens sit hæc definitio excommunicationis à quibusdam posita. Excommunicatio est separatio à communione Ecclesiæ, quo ad fructum & suffragia generalia. Suffragia enim Ecclesiæ valent eis pro quibus fiunt, sed Ecclesia orat pro eis qui extra Ecclesiam sunt, & sic eis suffragia Ecclesiæ valent.

¶Præterea. Nullus amittit suffragia Ecclesiæ, nisi per culpam, sed excommunicatio non est culpa, sed pœna, ergo per excommunicationem non separatur aliquis à suffragijs Ecclesiæ communibus.

¶Præterea. Fructus Ecclesiæ non videtur esse aliud quàm suffragia: non enim potest intelligi de fructu bonorum temporalium, quia hæc excommunicatis non auferuntur, ergo inconuenienter vtrumque ponitur.

¶Præterea. Excommunicatio minor quædam excommunicatio est, sed per eã homo non perdit suffragia Ecclesiæ, ergo definitio non est conueniens.

CONCLVSIO.

¶Cũ hic agatur de excommunicatione maiore, bona est hæc definitio. Excommunicatio est separatio à communione Ecclesiæ quod ad fructũ & suffragia generalia. hic enim continetur & communionis fidelium, & sacramentorum interdictio.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ ille qui per Baptismũ in Ecclesia ponitur, ad duo adscribitur, scilicet ad cœtum fidelium, & ad participationem sacramentorum, & hoc secundum præsupponit primum: quia in sacramentis participandis etiam fideles communicant: & ideò aliquis potest extra Ecclesiã fieri per excommunicationem dupliciter. Vno modo ita q̃ separetur tantùm à participatione sacramentorum, & hæc erit excõmunicatio minor. Alio modo, ita q̃ excludatur ab vtroque, & sic erit excommunicatio maior, quæ hic definitur. Non autem potest esse tertium, scilicet q̃ excludatur à communione fidelium, & non à participatione sacramentorum ratiõe iam dictã, quia scilicet fideles in sacramentis communicant, sed communicatio fidelium est duplex. Quędam in spiritualibus, sicut mutuæ orationes & conuentus ad sacra percipienda. Quædam in corporalibus actibus, qui quidem legitimi actus & licita communio his verbibus continetur.

Si pro delictis anathema quis efficiatur,
Os, orare, vale, communio, mensa negatur.

Os scilicet, ne osculum detur. Orare, ne cum excommunicatis oremus. Vale, ne salutentur. Communio, ne scilicet in sacramẽtis eum ipsis aliquis communicet. Mensa negatur, ne aliquis cum eis comedat. Præmissa ergo definitio importat separationem à sacramentis in hoc quod dicit. Quantum ad fructum, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

à communione fidelium quantũ ad spiritualia,in hoc quod dicit.Et suffragia Ecclesiæ communia.Alia autem definitio inuenitur quæ datur secundum separationem ab vtrisque actibus, quæ talis est.Excommunicatio est à qualibet licita communione fidelium separatio.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,quòd pro infidelibus oratur,sed ipsi orationis fructum non percipiunt nisi ad fidem conuertantur:similiter & pro excommunicatis orari potest,quamdiu non inter orationes quæ pro membris Ecclesiæ fiunt,& tamen fructum non percipiunt,quamdiu in excommunicatione manent: sed oratur vt detur eis spiritus pœnitentiæ, vt ab excommunicatione soluantur.

¶Ad secundum dicendum, quòd suffragia alicuius valent alicui, secundum quòd ei continuatur. Potest tamen actio vnius alteri continuari dupliciter. Vno modo ex vi charitatis, quæ omnes fideles connectit, vt sint vnum in Deo, sicut dicitur in Psal. Particeps ego sum, &c. & hanc continuationem excommunicatio non intercipit, quia iustè quis excommunicari non potest nisi pro culpa mortali,per quam quis à charitate iam diuisus est,etiam si non excommunicetur.Iniusta autem excommunicatio charitatem alicui auferre non potest,cùm sit de maximis bonis quæ non possunt alicui inuito auferri. Alio modo per intentionem suffragia facientis quæ in aliquem fertur pro quo fiunt: & hanc continuationem excommunicatio intercipit: quia Ecclesia per excommunicationis sententiam separat excommunicatos ab vniuersitate fidelium pro quibus suffragia facit. Vnde suffragia Ecclesiæ ei non prosunt quæ pro tota Ecclesia fiunt,nec ex persona Ecclesiæ oratio pro eis inter membra Ecclesiæ fieri potest, quamuis aliqua persona priuata posit ad eius conuersionem aliquod suffragium per intentionem dirigere.

¶Ad tertium dicendum, quòd fructus Ecclesiæ non solùm est ex suffragijs, sed etiam ex perceptione sacramentorum & ex fructu fidelium.

¶Ad quartum dicendum, quòd minor excommunicatio non habet perfectam rationem excommunicationis,sed aliquid ipsius participat: & ideò non oportet quod totaliter ei excõmunicationis definitio conueniat,sed solùm quo ad aliquid.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm Ecclesia debeat aliquem excommunicare.

AD SECVNDVM sic proceditur.Videtur quòd Ecclesia nullum debeat excommunicare. Quia excõmunicatio maledictio quædam est,sed,Rom.12. prohibemur maledicere:ergo Ecclesia excommunicare non debet.

¶Præterea,Ecclesia militans debet imitari triumphantem: sed vt in Epistola Iudę legitur.Michael cùm altercaretur cum Diabolo de Moysi corpore, non est ausus iudicium inferre blasphemiæ: sed ait. Imperet tibi Deus:ergo nec Ecclesia militans debet alicui iudicium maledictionis & excommunicationis inferre.

¶Præterea, Nullus est in manu hostis tradẽdus nisi omnino desperatus: sed per excommunicationem traditur aliquis in manu Satanæ, vt patet 1.Corin.5.cùm ergo de nemine sit desperãdum in vita ista,Ecclesia nullum debet excommunicare.

¶SED CONTRA est,quòd Apostolus 1.Corint.5. mandat quendam excommunicari.

¶Præterea,Mat.18.dicitur de illo qui Ecclesiam audire contemnit.Sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus:sed Ethnici sunt extra Ecclesiam:ergo illi qui Ecclesiam audire contemnunt, per excommunicationem extra Ecclesiam sunt ponendi.

CONCLVSIO.

¶Cùm Ecclesia in terris Dei vicem gerat, illũsq; iudicium Dei iudicio conforme sit,vtiq; excommunicare potest: sine peccatorẽ à communione Ecclesiæ,sine à suffragijs et alijs spiritualibus separare.

¶RESPONDEO dicendum,quòd iudicium Ecclesiæ conforme debet esse iudicio Dei,Deus enim peccatores multipliciter punit.Vno modo vt ad bonum eos trahat:Alio modo hominem sibi reliquendo, vt auxilijs subtractis, quibus à malo præpediebatur suam infirmitatem cognoscat, & humilis ad Deum redeat, à quo superbus discesserat: & quantùm ad vtrunque, Ecclesia in excommunicationis sententia imitatur diuinum iudicium.Inquantum enim eum à cõmunione fidelium separat vt erubescat, imitatur diuinũ iudicium quo per flagella castigat: inquantum autẽ à suffragijs & alijs spiritualibus separat,imitatur diuinum iudicium quo hominẽ sibi relinquit,vt per humilitatem seipsum cognoscens ad Deum redeat.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ,quòd maledictio potest esse dupliciter. Vno modo ita quòd in malo quod irrogat vel dicit per intentionẽ fistat:& sic maledictio omnibus modis est prohibita. Alio modo ita, quòd malum quod quidem maledicendo imprecatur,ad bonum illius ordinet,qui maledicitur: & sic maledictio quandóque est licita & salutifera:sicut etiam medicius quãdóque nocumentum infert infirmo, vt sectionem,per quam ab infirmitate liberetur.

¶Ad secundum dicendum, quòd Diabolus incorrigibilis est: & ideò non susceptibilis alicuius boni per excommunicationis pœnam.

¶Ad tertium dicendum, quòd ex hoc ipso quòd aliquis suffragijs Ecclesiæ priuatur,triplex incommodum incurrit,per tria quæ quis ex suffragijs Ecclesiæ consequitur.Valent enim ad augmentum gratiæ eis qui habent, vel ad merendum eis qui non habent,& quantum ad hoc Magister sententiarum dicit, quòd gratia Dei per excommunicationem subtrahitur.Valent etiam ad custodiam virtutis:& quantum ad hoc dicit quòd protectio subtrahitur,non q̃ omnino à Dei prouidẽtia excludantur, sed ab illa protectione quâ filios Ecclesiæ specialiori modo custodit.Valent &ad defendendum ab hoste:& quantum ad hoc dicit quòd Diabolo maior potestas sæuiendi in ipsum datur,& spiritualiter & corporaliter.Vnde in primitiua Ecclesia quando oportebat per signa hominem ad fidem inuitare: sicut Spiritussancti donum visibili signo manifestabatur:ita & excommunicatio corporali vexatiõe à Diabolo innotescebat:nec est inconueniens si ille qui nõ est desperatus,hosti detur:quia non datur quasi damnandus, sed quasi corrigendus, cùm in potestate Ecclesiæ sit,ex eius manu ipsum cùm voluerit eripere.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm aliquis ira temporalis damno debeat excommunicari.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd nullus pro temporali damno debeat excommunicari. Quia pœna non debet excedere culpam:sed pœna excommunicationis est priuatio alicuius boni spiritualis, quod omnibus bonis temporalibus præeminet: ergo pro temporalibus nullus est excommunicandus.

¶Præterea,Nolli malum pro malo reddere debemus secundũ Apostoli præceptum: sed hoc esset malum pro malo reddere, si pro tali damno quis excommunicaretur:ergo nullo modo hoc debet fieri.

¶SED CONTRA est,quòd Petrus Ananiam & Sapphiram pro defraudatione pretij agri sententia mortis damnauit: ergo & Ecclesiæ licet pro temporalibus damnis excommunicare.

CONCLVSIO.

¶Non potest Ecclesia etiam pro peccato mortali aliquem excommunicare,nisi contumax fuerit.

¶RESPONDEO dicendum, quod per excommunicationem iudex Ecclesiasticus excõmunicatos excludit a regno quo damnato:vnde cùm non debeat à regno excludere nisi indignos,vt ex definitione clauis patuit,nec aliquis reddatur indignus nisi per peccatum mortale charitatẽ amiserit, quæ est via ducens ad regnum: ideò nullus excommunicari debet nisi pro peccato mortali, & quia in damnificando aliquem corporaliter vel in rebus mortalibus aliquis mortaliter peccat,& contra charitatem facit: ideò pro damno temporali illato Ecclesia aliquem excommunicare potest.Sed quia excõmunicatio est gratiissimæ pœnarum pœnæ autem medicinæ sunt secundum Philosophum in 2.Ethicorum:sapientis autem medici est à leuioribus incipere medicinis,& minus periculosis:ideò excommunicatio iam ligi non debet etiam pro peccato mortali,nisi contumax fuerit,vel non veniendo ad iudicium,vel ante terminationem iudicij sine licentia recedendo, vel determinationi nõ parendo.Tunc enim postquam monitus fuerit,si contẽpserit,contumax reputatur,& excommunicari debet à iudice etiam nõ habente quod contra ipsum faciat amplius.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd culpæ quantitas non mensuratur ex nocumento quod quis facit, sed ex voluntate quod quis facit contra charitatem agens:& ideò quamuis pœna excommunicationis excedat nocumentũ,non tamen excedit quantitatem culpæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd cùm aliquis per pœnam aliquam corrigitur,non redditur ei malum,sed bonum:quia pœnæ medicinæ sunt,vt dictum est.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm excommunicatio iniustè lata habeat aliquem effectum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd excõmunicatio iniustè lata nullo modo effectum habeat. Quia per excommunicationem protectio & gratia Dei subtrahitur, quæ non iniustè subtrahi potest:ergo excommunicatio iniustè lata non habet effectum.

¶Præterea,Hieronymus dicit, q̃ est de supercilio Pharisæorũ, æstimare esse ligatum vel solutum,quiligatur vel soluitur iniustè:sed eorum supercilium erat superbum &erroneum,ergo excommunicatio iniusta nullum habet effectum.

¶SED CONTRA. Secundum Gregor.præcepta. Pastoris sive iusta,sive iniusta timenda sunt,non autem essent timenda,nisi aliquid nocerent etiam iniusta.ergo,&c.

CONCLVSIO.

¶Si excõmunicatio iniustè lata sit ex parte excõmunicantis, nihilominus effectum sortitur:at si ex parte excõmunicationis, ita vt error illeiritam faciat sententiam,nullius est effectus

¶RESPONDEO dicendum,quòd excõmunicatio potest dici iniusta dupliciter.Vno modo ex parte excommunicantis, sicut cũ ex odio vel ex ira aliquis excommunicat:& tunc excõmunicatio nihilominus habet effectũ suũ,quamuis ille qui excõmunicat peccet:quia iustè patitur,quãuis ille iniustè faciat. Alio modo ex parte excõmunicationis ipsius, vel quia causa excõmunicationis est indebita, vel quia infertur sententia iuris ordine prætermisso:& tunc si sit talis error ex parte sententię, qui sententiam nullam esse faciat,nõ habet effectum, quia non est excommunicatio.Si autem excommunicatio non annullet sententiã,habet effectum suum:& debet excommunicatus humiliter obedire,&erit ei ad meritum:vel absolutionem petere debet ab excommunicante,vel ad superiorem iudicem recurrere.Si autem contemneret,eo ipso mortaliter peccaret.Contingit autem quandóq; q̃ est debita causa ex parte excommunicantis,quæ non est debita ex parte excommunicati: sicut cũ quis pro falso crimine in iudicio probato excõmunicatur, & tunc si humiliter sustinet humilitatis meritum, recompensat excommunicationis damnum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis homo gratiam Dei iniustè amittere non possit,potest tamẽ amittere illa iniustè quæ ex parte nostra sunt quæ ad gratiam Dei disponunt,sicut patet si subtrahatur alicui doctrinæ verbum quod ei debetur,& hoc modo excõmunicatio gratiam Dei subtrahere dicitur,vt in prædictis patet.

Ad secundum dicendum,q̃ Hieronymus loquitur quãtum ad culpam,& non quantum ad pœnas,quæ possunt etiam iniustè infligi à rectoribus Ecclesiarum.

QVAESTIO VICESIMASECVNDA,

De his qui possunt excommunicare, in sex articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de his qui possunt excommunicare & excommunicari.

¶Circa quod quæruntur sex.

¶Primò, vtrùm quilibet sacerdos possit excõmunicare.

¶Secundò,vtrùm non sacerdos excommunicare possit.

¶Tertiò vtrùm excommunicatus vel suspensus possit excommunicare.

¶Quartò,vtrùm aliquis seipsum,vel æqualem,vel superiorem possit excommunicare.

¶Quintò, vtrùm aliqua vniuersitas excommunicari possit.

¶Sextò, vtrùm semel excommunicatus excommunicari possit vlteriùs.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm quilibet sacerdos possit excommunicare.

AD PRIMVM sic proceditur.Videtur quòd quilibet sacerdos possit excommunicare.Excommunicatio enim est actus clauiũ:sed quilibet sacerdos habet claues: ergo quilibet potest excommunicare.

¶Præterea.Maius est soluere & ligare in foro pœnitentię,quã in foro iudicij,sed quilibet sacerdos potest sibi subditos in foro pœnitentiali absoluere & ligare:ergo etiam potest sibi subditos quilibet sacerdos excommunicare.

¶SED CONTRA. Ea in quibus imminet periculum,sunt maioribus reseruanda:sed pœna excommunicationis est valdé periculosa:nisi cum moderamine fiat:ergo non debet cuilibet sacerdoti committi.

CONCLVSIO.

¶Soli Episcopi & maiores prælati excommunicare possunt,qui habẽt iurisdictionem in foro iudiciali,ad quod spectat causa,quæ obligat hominem ad comparationem ad alios homines.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in foro conscientiæ causa agitur inter hominem & Deum:in foro autem exteriori iudicij causa agitur hominis ad hominem: & ideò absolutio vel ligatio quæ vnum hominem obligat quo ad Deum,tãtum pertinet ad forum pœnitentiæ:sed illa quæ hominem obligat in comparatione ad alios homines,ad forum publicum exterioris iudicij, pertinet: & quia homo per excõmunicationẽ à communione fidelium separatur, ideò excommunicatio ad forum exterius pertinet:& ideò illi soli possunt excommunicare:qui habẽt iurisdictionem in foro iudiciali:& propter hoc soli Episcopi propria auctoritate,& maiores Prælati secundũ communiorem opinionem possunt excõmunicare.Sed presbyteri parochiales non nisi ex cõmissione eis facta,vel in certis casibus: sicut in furto & rapina & huiusmodi:in quibus est eis à iure concessum q̃ excommunicare possint. Alij autem dixerunt q̃ etiam sacerdotes parochiales possunt excommunicare:sed prædicta opinio est rationabilior.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,quòd excommunicatio non est actus clauis directè,sed magis respectu exterioris iudicij,sed sententia excommunicationis quamuis in exteriori iudicio promulgetur: quia tamen aliquo modo pertinet ad aditum regni, secundum quòd Ecclesia militans est via ad triumphantem:ideò etiam talis iurisdictio per quam homo excommunicare potest,clauis potest dici, & secundum hoc à quibusdam distinguitur quòd est clauis ordinis, quam omnes sacerdotes habent, & clauis iurisdictionis in foro iudiciali, quam habent soli iudices exterioris fori. Vtranque tamen Deus Petro contulit,Math.16.&ab ipso in alios descendit,qui vtranque habent.

¶Ad secundum dicendum, q̃ sacerdotes parochiales habent quidem iurisdictionem in subditos suos quantùm ad forũ conscientiæ, sed non quantùm ad forum iudiciale, quia non possunt conueniri coram eis in causis contentiosis,& ideò excõmunicare non possunt,sed absoluere possunt in foro pœnitentiali:& quamuis forum pœnitentiale sit dignius,tamen in foro iudiciali maior solemnitas requiritur:quia in eo oportet,q̃ non solùm Deo,sed etiam homini satisfiat.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm non sacerdotes excommunicare possint.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non sacerdotes excommunicare non possint. Quia excommunicatio est actus clauium,vt in quarto sententiarum dicitur:Sed non sacerdotes non habent claues: ergo excommunicare non possunt.

¶Præterea. Plus requiritur ad excommunicationem, quàm ad absolutionem in foro pœnitentiæ, sed non sacerdos in foro pœnitentiæ absoluere non potest, ergo nec excommunicationem inferre.

¶SED CONTRA est,q̃ Archidiaconi, Legati,& Electi excommunicant,qui quandóque non sunt sacerdotes:ergo nõ solùm sacerdotes excommunicare possunt.

CONCLVSIO.

¶Etiã non sacerdotes possunt excõmunicare,modo iurisdictionem habẽt in foro contentioso:quia excõmunicatio non directè respicit gratiã.

¶RESPONDEO dicendum,q̃ sacramenta in quibus gratia confertur, dispensare ad solos sacerdotes pertinet, & ideò ipsi soli possunt absoluere & ligare in foro pœnitentiali. Sed excommunicatio non directè respicit gratiam: sed ex consequenti inquantum homo suffragijs Ecclesiæ priuatur,quæ ad gratiam disponunt:vel in gratia conseruant:& ideò etiam non sacerdotes:dummodò iurisdictionem habeant in foro contentioso,possunt excommunicare.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,q̃ quamuis nõ habeãt clauem ordinis,habent tamen clauem iurisdictionis.

¶Ad secundum dicendum, quòd ista duo se habent sicut excedentia & excessa:& ideò alicui competit vnum, cui non competit aliud.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm excommunicatus vel suspensus possit alium excommunicare.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd excommunicatus vel suspensus excommunicare possit.Ille enim qui est excommunicatus vel suspensus,neque ordinem, neque iurisdictionẽ amittit:quia neq; reordinatur cùm absoluitur, neque cura iterum ei committitur:sed excommunicatio non requirit:nisi ordinem vel iurisdictionem: ergo etiam excommunicatus:vel suspensus excommunicare possunt.

¶Præterea.Maius est cõficere corpus Christi,quã excõmunicare:sed conficere possunt:ergo & excommunicare possunt.

¶SED CONTRA, Ligatus corporaliter,non potest aliũ ligare:sed vinculum spirituale est fortius quàm corporale: ergo excommunicatus non potest alium excommunicare, cùm excommunicatio sit vinculum spirituale.

CONCLVSIO.

¶Cùm excommunicatus à communione fidelium separetur, & quilibet excommunicatus vsu iurisdictionis priuetur,cùmque suspensus à iurisdictione,non possit ea quæ iurisdictionis sunt exequi,neuter excommunicare potest.

¶RESPONDEO dicẽdum,quòd vsus iurisdictionis est

Universidad de Deusto
Biblioteca

in comparatione ad hominem: & ideò cùm omnis excommunicatus à communione separatur, quilibet excommunicatus vsu iurisdictionis priuatur, & quia excommunicatio est iurisdictionis, ideo excommunicatus excommunicare non potest, & eadem ratio est de suspenso à iurisdictione. Si enim sit suspensus ab ordine tantùm, tunc non potest ea quæ sunt ordinis: sed potest ea quæ sunt iurisdictionis: & econtrà si sit suspensus à iurisdictione & non ab ordine. Si autem ab vtroque, tunc neutrum potest.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis nõ amittit iurisdictionem, amittit tamen iurisdictionis vsum.

¶Ad secundum dicendum, quòd conficere consequitur potestatem characteris qui indelebilis est: & ideò homo ex quo characterem ordinis habet, semper potest conficere, licèt non semper ei liceat. Secus autem de excommunicatione quæ iurisdictionem sequitur, quæ auferri potest & ligari.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm aliquis possit seipsum, vel æqualem, vel superiorem excommunicare.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd aliquis possit seipsum, vel æqualem, vel superiorem excommunicare. Quia angelus Dei maior erat Paulo: Matthæi vndecimo. Qui minor est in regno cœlorum, maior est eo, quo nemo inter natos mulierum maior: sed Paulus excommunicauit angelum de cœlo, vt patet Galat. 1. ergo homo potest superiorem excommunicare.

¶Præterea, Sacerdos aliquãdo excommunicat in generali pro furto, vel aliquid huiusmodi: sed potest contingere quòd ipse met fecit, vel superior, aut æqualis: ergo aliquis potest se, vel æqualem vel superiorem excommunicare.

¶ Præterea, Aliquis potest superiorem absoluere in foro pœnitentiali vel æqualem: sicut cùm Episcopi suis subditis confitentur, & cùm vnus sacerdos alteri venialia confitetur: ergo videtur quòd etiam excommunicare aliquis superiorem vel æqualem possit.

¶SED CONTRA, Excommunicatio est actus iurisdictionis: sed aliquis non habet in se iurisdictionem, quia in eadem causa non potest quis esse iudex & reus, nec iterum in superiorem aut æqualem ergo nõ potest aliquis superiorem vel æqualem aut se excommunicare.

CONCLVSIO.

¶Nullus potest nisi inferiorem excommunicare, cùm excommunicatio sit iurisdictionis qua exerceri non potest, nisi in sibi subditos.

¶RESPONDEO dicendum, quòd cùm per iurisdictionem aliquis constituatur in gradu superioritatis respectu eius, in quem habet iurisdictionem, quia iudex est eius: ideò nullus habet in seipsum vel in superiorem vel æqualem iurisdictionem: & per consequens nullus potest seipsum excommunicare, vel superiorem aut æqualem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Apostolus loquitur sub hypothesi, id est si ponereтur angelus peccare: sic enim non esset Apostolo superior sed inferior, nec est inconueniẽs quòd in conditionalibus, quarum antecedentia impossibilia sunt, & consequentia impossibilia sint.

¶Ad secundũ dicendum, quòd in tali casu nullus excommunicatur, quia par in parem non habet imperium.

¶Ad tertium dicendũ, quòd absolutio & ligatio in foro confessionis est quo ad Deum tantum, apud quem aliquis alio superior reddit inferior per peccatũ: sed excommunicatio est in iudicio exteriori, in quo aliquis non amittit superioritatem ex hoc ipso quòd peccat: vnde non est similis ratio de vtroq;, & tamen etiam in foro confessionis aliquis nõ potest seipsum absoluere, nec superiorem, aut æqualem nisi ex commissione sibi facta. De venialibus autem potest, quia venialia ex quibusli bet sacramentis gratiam conferentibus remittuntur: vnde remissio venialium sequitur potestatem ordinis.

ARTICVLVS V.

¶ An in aliquam vniuersitatem sententia excommunicationis ferri possit.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q̃ in aliquam vniuersitatẽ sententia excõmunicationis ferri possit. Contingit enim q̃ aliqua vniuersitas sibi in malitia colligatur: sed pro malitia, in qua quis cõtumax extitit, debet excõmunicatio ferri: ergo potest in aliquam vniuersitatem ferri excõmunicatio.

¶ Præterea, Illud quod est grauissimum in excommunicatione, est separatio à sacramentis Ecclesiæ: sed aliquando tota ciuitas interdicitur à diuinis ergo & excommunicari vniuersitas aliqua potest.

¶SED CONTRA est glos. Augu. Matth. 13. quę dicit quòd princeps & multitudo non est excommunicanda.

CONCLVSIO.

¶Tametsi singuli alicuius communitatis excommunicari ab Ecclesia possint, nunquam tamen ipsa communitas.

¶RESPONDEO dicendum, quòd excommunicari nõ debet aliquis nisi pro peccato mortali, peccatum autẽ in actu consistit: actus autem non est cõmunitatis, sed singularium personarum vt frequenter: & ideò singuli de communitate excõmunicari possunt, non autem ipsa communitas. Etsi fit quando que etiam actus alicuius totius multitudinis, vt quando multi nauem trahunt quam nullus trahere posset: tamen non est probabile quòd aliqua cõmunitas tota ad malum consentiat, quin aliqui sint dissentientes: & quia non est Dei qui iudicat omnem terram, vt condemnet iustum cum impio: vt dicitur Genes. 19. ideò Ecclesia quæ Dei iudicium imitari debet, satis pronidè statuit, vt communitas non excommunicetur, ne collectis zizaniis simul eradicetur & triticum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum q̃ patet solutio ex dictis.

¶Ad secundum dicendum, quòd suspensio non tanta pœna est quanta excommunicatio: quia suspensi non fraudantur Ecclesię suffragijs sicut excommunicati. Vnde etiam aliquis sine peccato proprio suspenditur, sicut & totum regnum ponitur sub interdicto pro peccato Regis: & ideò non est simile de excommunicatione & suspensione.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm ille qui semel est excommunicatus, excommunicari possit vlterius.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd ille qui semel est excommunicatus, vlterius excommunicari non possit, vt 1. Corin. 5. dicit Apostolus. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? sed excommunicati iam sunt extra Ecclesiam, ergo super eos Ecclesia iudicium non habet, vt possit eos iterum excommunicare.

¶ Præterea, Excommunicatio est separatio quædam à diuinis & à collectione fidelium: sed postquam est aliquis priuatus aliquo, non potest iterum illo priuari: ergo vnus excommunicatus non debet iterum excommunicari.

¶SED CONTRA, Excommunicatio quędam pœna est vt medicinale remedium: sed medicinæ iterentur, cum causa exigit. ergo excommunicatio iterari potest.

CONCLVSIO.

¶Toties quis excommunicari potest, quoties excõmunicationis aliqua adest causa.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ille qui excommunicatus est vna excommunicatione, potest iterum excommunicari, vel per eiusdem excommunicationis iterationem ad maiorem sui confusionem, vt sic à peccato resiliat: vel propter alias causas, & tunc tot sunt principales excommunicationes, quot causæ, pro quibus quis excommunicatur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Apostolus loquitur de paganis & alijs infidelibus, qui nõ habent characterem, per quem annumerati sint populo Dei: sed quia character baptismalis, quo quis populo Dei annumeratur, est indelebilis, ideò semper remanet aliquo modo de Ecclesia baptizatus, & sic Ecclesia semper de illo iudicare potest.

¶Ad secundum dicendum, quòd priuatio quãuis non recipiat magis & minus secundum se, recipit tamen secundum causam suam: & secundum hoc excommunicatio potest iterari, & magis est elongatus à suffragijs Ecclesiæ qui pluries est excommunicatus, quam qui semel tantùm:

QVAESTIO VIGESIMATERTIA. DE *participatione cum Excommunicato, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandũ est de participatione cum excommunicatis.

¶Circa quod quæruntur tria.

¶Primò, vtrùm liceat excommunicato participare in puris corporalibus.

¶ Secundò vtrùm participans excommunicato sit excommunicatus.

¶ Tertiò, vtrùm participare excõmunicato in casibus non cõcessis semper sit peccatum mortale.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm excommunicato liceat communicare in purè corporalibus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd liceat excommunicato communicare in purè corporalibus. Excommunicatio enim est actus clauium: sed potestas clauium se extendit ad spiritualia tantùm: ergo per excommunicationem non prohibetur quin vnus alij in corporalibus communicare possit.

¶Præterea, Quod est institutum per charitatem, contra charitatem nõ militat: sed ex præcepto charitatis tenemur inimicis subuenire

subuenire, quod sine aliqua cõmunicatione fieri nõ põt, ergo in alicui excõmunicato in corporalibus cõmunicare licebit.

¶SED CONTRA est, quod dicitur 1. Cor. 5. cũ eiusmodi nec cibum sumere.

CONCLVSIO.

¶Excommunicato minori excommunicatione fidelibus prorsus cõmunicare licet, maiori verò minimè, nisi vbi aliqua spiritualia cõmodè, vel legis, ac necessitatis ratio ad hoc impulerit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd duplex excommunicatio. Vna est minor quæ separat tantum à participatione sacramentorum, sed non à communione fidelium, & ideò tali excommunicato licet communicare, sed non licet ei sacramenta conferre. Alia est maior excommunicatio, & hęc separat hominem à sacramentis Ecclesiæ & à communione fidelium, & ideò tali excommunicato communicare non licet. Sed quia Ecclesia excommunicationem ad medelam, & non ad interitum inducit, excipiuntur ab hac generalitate quædã, in quibus communicare licet, scilicet in his quæ pertinent ad salutem: quia in talibus homo licitè potest cum excommunicato loqui, potest etiam alia verba interserere, vt faciliùs salutis verba ex familiaritate recipiantur. Excipiuntur etiam quædam personæ ad quas specialiter pertinet prouisio excommunicati, vt vxor, filius, seruus, rusticus, & seruiens. Sed hoc intelligendum est de filijs non emancipatis, aliàs tenetur vitare patrem. De alijs autem intelligitur, quòd licet excommunicato communicare: si ante excommunicationem se ei subderũt, non autem si post. Quidam autem intelligunt econuerso, scilicet quòd superiores possint licitè communicare inferioribus. Alij verò contrarium dicunt. Sed ad minus in his communicare eis debent, in quibus sunt eis obligati, quia sicut inferiores obligantur ad obsequium superiorum: ita superiores ad prouidentiam inferiorum. Sunt etiam quidam casus excepti, sicut quando ignoratur excõmunicatio, & quando aliqui sunt peregrini & viatores in terra excõmunicatorũ, qui licitè possunt ab eis emere, vel etiam accipere eleemosinam. Et similiter si aliquis videat excommunicatum in necessitate: quia tunc ex præcepto charitatis tenetur ei prouidere, & ista hoc versu continentur.

Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse.

Vt vtilitas referatur ad verba salutis, lex ad matrimonium, humile ad subiectionem: cætera patent.

¶AD PRIMVM ergo dicendum: q̃ corporalia ad spiritualia ordinantur: & ideò potestas quæ se extendit ad spiritualia, ad corporalia se extendere potest, sicut ars quę est de fine imperat de his, quæ sunt ad finem.

¶Ad secundum dicendum, quòd in illo casu in quo aliquis ex præcepto charitatis communicare tenetur, non prohibetur, vt ex dictis patet.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm participans excommunicato sit excommunicatus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd participans excõmunicato non sit excommunicatus. Plus enim separatus est ab Ecclesia Gentilis, quàm excommunicatus, sed ille qui participat Gentili aut Iudæo, non est excõmunicatus: ergo nec ille qui participat excõmunicato Christiano.

¶Præterea, Si ille qui participat excommunicato, est excommunicatus: eadem ratione qui participat participanti, erit excõmunicatus, & sic in infinitũ procedet, quod videtur absurdũ, ergo nõ est excõmunicatus qui excommunicato participat.

¶SED CONTRA est, q̃ excommunicatus est positus extra communionem: ergo qui ei communicat, à communiõe Ecclesiæ recedit, & sic videtur quòd sit excommunicatus.

CONCLVSIO.

¶Participãs cũ excommunicato excommunicatus quoque est, aliquãdo maiori, nonnunquam minori excommunicatione.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ excommunicatio potest in alium ferri dupliciter. Aut ita q̃ ipse sit excommunicatus cũ omnibus ei participantibus, & tunc non est dubium q̃ quicunq; participat ei, est excommunicatus maiori excõmunicatione, aut est excõmunicatus simpliciter, & tunc aut participat aliquis in crimine ei præbẽdo consilũ, auxilium, aut fauorem, & sic iterũ est excommunicatus maiori excommunicatione: aut in alijs, sicut in verbo, vel in ósculo: vel in mensa, & sic est excommunicatus minori excommunicatione.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Ecclesia non ita intendit corrigere infideles, sicut fideles, quorum cura sibi incumbit, & ideò non arcet à communione infidelium, sicut à cõmuniõe fidelium illorum quos excommunicat, super quos habet aliquam potestatem.

¶Ad secundum dicendum, quòd excommunicato minori excommunicatione licet communicare, & sic excommunicatio non transit in tertiam personam.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm participare cũ excommunicato in casibus non concessis semper sit peccatum mortale.

ADTERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ participare cum excommunicato in casibus non concessis semper sit peccatum mortale. Quia Decret. quædam refert, quòd propter metum mortis non debet aliquis excommunicato cõmunicare, quia aliquis debet priùs subire mortem quàm mortaliter peccet, sed hæc ratio nulla esset, nisi participare cũ excommunicato esset peccatum mortale: ergo, &c.

¶Præterea. Facere contra præceptũ Ecclesiæ est peccatũ mortale, sed Ecclesia præcipit, q̃ excõmunicato nullus cõmunicet: ergo participare cũ excommunicato, est peccatum mortale.

¶Præterea. Nullus arcetur à perceptiõe Eucharistię pro peccato venialiter: sed ille qui participat excõmunicato in casibus non concessis, arcetur à perceptione Eucharistiæ, quia incurrit minorem excommunicationem: ergo participans excommunicato in casibus non concessis peccat mortaliter.

¶Præterea. Nullus debet excommunicari maiori excommunicatione, nisi pro peccato mortali: sed aliquis secundum iura potest excommunicari maiori excommunicatione, propter hoc q̃ excommunicato participat: ergo excommunicato participare, est peccatum mortale.

¶SED CONTRA, A peccato mortali nullus potest absoluere, nisi is per eum habeat iurisdictionem, sed potest absoluere à participatione cum excommunicatis quilibet sacerdos, ergo non est peccatum mortale.

¶Præterea. Pro mẽsura peccati debet esse pœnitentiæ modus, sed pro participatiõe excõmunicationis secundũ communem consuetudinem non imponitur pœna debita mortali peccato, sed magis debita venali, ergo non est peccatum mortale.

CONCLVSIO.

¶Tantum Participans Excommunicato in crimine: vel in diuinis, seu in Ecclesiæ contemptum, peccat mortaliter.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ quidam dicunt q̃ quandocunq; aliquis participat excõmunicato, vel verbo, vel quocũq; dictorũ modorũ, secundũ quos ei cõmunicare non licet, peccat mortaliter, nisi in casibus exceptis à iure, sed quia hoc videtur valdè graue q̃ homo pro vno verbo leui quo excommunicatum alloquitur, mortaliter peccet, & multis excommunicantes laqueum damnationis inicerent, quod in eos retorquereтur: ideò alijs probabilius videtur, quòd nõ semper peccat mortaliter, sed solũ quando in crimine sibi participat: vel in diuinis, vel in contemptum Ecclesiæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ Decret. illa loquitur de participatione in diuinis. Vel dicendum est, quod similis ratio est de peccato mortali & de veniali quantum ad hoc, quòd sicut peccatum mortale non potest bene fieri, ita nec veniale, & ideò sicut homo debet priùs subire mortem, quàm peccet mortaliter, ita etiam quam peccet venialiter illo modo debito, quo debet venialia vitare.

¶Ad secundum dicendum, q̃ præceptum Ecclesiæ directè respicit spiritualia, & ex consequenti legitimos actus, & ideò qui communicat eis in diuinis, facit contra præceptum, & mortaliter peccat: qui autem participat eis in alijs, facit præter præceptum, & mortaliter non peccat.

¶Ad tertium dicendum, quòd aliquis etiam sine aliqua culpa quandóque ab Eucharistia arctatur, sicut patet in suspensis: vel interdictis: quia tales pœnæ quandóque alicui pro culpa alterius, quæ in eis punitur, inferuntur.

¶Ad quartum dicendum, q̃ quamuis participare excommunicato sit peccatum veniale, tamen participare pertinaciter est peccatum mortale, & per hoc potest aliquis excommunicari secundum iura.

QVAESTIO VIGESIMAQVARTA, De *absolutione ab excommunicatione, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de absolutione ab excommunicatione. Circa quod tria quæruntur.

Primò, vtrùm quilibet sacerdos possit subditũ suum ab excommunicatione absoluere.

¶Secundò, vtrùm aliquis possit inuitus ab excommunicatione absolui.

¶Tertiò: vtrùm aliquis possit absolui ab vna excommunicatione, & non ab alia.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrũ quilibet sacerdos possit subditũ suũ ab excõmunicatiõe absoluere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd quilibet sacerdos subditum suum possit ab excommunicatione absoluere. maius enim est vinculum peccati, quàm excommunicationis, sed quilibet sacerdos potest suum subditū à peccato absoluere: ergo multo fortius ab excommunicatione.

¶Præterea, Remota causa, remouetur effectus: sed excommunicationis causa est peccatum mortale: ergo cùm possit quilibet sacerdos à peccato illo mortali absoluere, poterit ab excommunicatione similiter.

¶SED CONTRA, Eiusdem potestatis est excommunicare & excommunicatum absoluere: sed sacerdotes inferiores non possunt suos subditos excommunicare: ergo nec absoluere.

CONCLVSIO.

¶Excommunicatum minori excommunicatione potest quilibet sacerdos absoluere, non autem maiori, siue sit à iure, vel ab homine lata, sed ei qui sententiam tulit subijcitur, nisi in articulo mortis.

¶RESPONDEO dicendum, quod à minori excommunicatione quilibet potest absoluere qui potest à peccato participationis absoluere. Si autem est maior, aut est lata à iudice, & sic ille qui tulit vel eius superior potest absoluere: vel est' lata à iure, & tunc Episcopus, vel etiam sacerdos potest absoluere, exceptis sex casibus, quos sibi iuris conditor Papa reseruauit. Primus est quando aliquis iniecit manus in clericum, vel religiosum. Secundus est de illo, qui incendit Ecclesiam, & est denuntiatus. Tertius est de illo qui frangit Ecclesiam, & denuntiatus est. Quartus est de illo qui in diuinis communicat scienter excommunicatis nominaliter à Papa. Quintus de illo qui falsificat literas sedis Apostolicæ. Sextus de illo qui excommunicatis in crimine communicat. Non enim debet absolui, nisi ab eo, qui excommunicauit, etiam si non sit eius subditus, nisi propter difficultatem accedendi ad ipsum, absolueretur ab Episcopo, vel à sacerdote proprio, præstita iuratoria cautione, quòd parebit mandato illius iudicis, qui sententiam tulit. A primo autem casu octo excipiuntur. Primus est in articulo mortis, in quo à qualibet excommunicatione potest quis à quolibet sacerdote absolui. Secundus, si sit ostiarius alicuius potentis, & nō ex odio vel proposito percussit. Tertius, si percutiens sit mulier. Quartus, si sit seruus & dominus læderetur de eius absentia, qui non est in culpa. Quintus, si regularis regularem, nisi sit enormis excessus. Sextus si sit pauper. Septimus, si sit impubes, vel senex, vel valetudinarius. Octauus, si habeat inimicitias capitales. Sunt etiam alij casus, in quibus percutiens clericum excommunicationem non incurrit. Primò, si causa disciplinæ vt magister vel prælatus percusserit. Secundò, si iocosa leuitate. Tertiò, si inuenerit eum turpiter agentem cum vxore, vel matre, vel sorore, vel filia. Quartò, si statim vim vi repellat. Quintò, si ignoret eum esse clericum. Sextò, si inueniat eum in apostasia posit tertiam admonitionem. Septimò, si transfert se clericus ad actum penitus contrarium, vt si fiat miles, vel ad bigamiam transeat.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd quāuis vinculum peccati sit maius simpliciter, quàm excommunicatio, tamen quo ad aliquid vinculum excommunicationis est maius, inquantū non solùm obligat quo ad Deum, sed etiam in facie Ecclesiæ: & ideò in absoluendo ab excommunicatione requiritur iurisdictio in exteriori foro, non autem in absolutione à peccato, nec exigitur cautio iuramenti, sicut exigitur in absolutione ab excommunicatione: per iuramentum enim controuersiæ, quæ sunt inter homines, terminantur secundum Apostolum.

Notatō pſſor. ¶Ad secundum dicendum, quòd cùm excommunicatus non sit particeps sacramentorum Ecclesiæ, sacerdos non potest absoluere excommunicatum à culpa, nisi sit priùs absolutus ab excommunicatione.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm aliquis possit absolui inuitus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd nullus possit absolui inuitus. Spiritualia enim non conferuntur in uito alicui: sed absolutio ab excommunicatione est beneficium spirituale: ergo non potest præstari inuito.

¶Præterea, Excōmunicationis causa est contumacia: sed quando aliquis non vult absolui, excommunicationem cōtemnens, tunc est maximè contumax: ergo non potest absolui.

¶SED CONTRA, Excommunicatio contra voluntatē alicui potest inferri: sed quæ contra voluntatem eueniunt, etiam contra voluntatem amoueri possunt, sicut patet de bonis fortunæ: ergo excommunicatio potest tolli ab aliquo inuito.

CONCLVSIO.

¶Potest quis inuitus ab excommunicatione absolui, cùm sit pœna: nō autem à peccato, quod voluntarium est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd malum culpæ & pœnæ

in hoc differunt, quòd culpæ principium est in nobis, quia omne peccatum voluntarium est: pœnæ autem principium quandóque extra nos est: non enim requiritur ad pœnam quòd sit voluntaria, imò est magis de ratione pœnæ quòd sit contra voluntatem: & ideò sicut peccata non committuntur nisi in voluntate, ita non remittuntur alicui inuito: sed excommunicatio sicut in aliquem inuitum ferri potest, ita & inuitus ab ea absolui potest.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd propositio habet veritatem de illis bonis spiritualibus, quæ in voluntate nostra consistunt, sicut sunt virtutes quæ non possunt à nolentibus perdi. Scientia enim quamuis sit spirituale bonum, tamen potest à nolente per infirmitatem amitti: & ideò ratio non est ad propositum.

¶Ad secundum dicendum, quòd etiam manente contumacia potest aliquis discretè excommunicationem iustè latam remittere: si videat saluti illius expedire, in cuius medicinam excommunicatio lata est.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm qui possit absolui ab vna excommunicatione nisi absoluatur ab omnibus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd quis nō possit absolui ab vna excōmunicatione nisi absoluatur ab omnibus. Effectus enim debet proportionari suæ causæ: sed causa excommunicationis est peccatum: cùm ergo aliquis non possit absolui ab vno peccato nisi absoluatur ab omnibus, nec in excommunicatione hoc esse poterit.

¶Præterea, Excommunicationis absolutio in Ecclesia fit: sed ille qui vna excommunicatione est irretitus, extra Ecclesiam est: ergo quandiu vna manet, ab alia absolui non potest.

¶SED CONTRA, Excōmunicatio quædam pœna est, sed ab vna pœna aliquis liberatur alia remanente: ergo ab vna excommunicatione alia remanente quis absolui potest.

CONCLVSIO.

¶Absolutus ab vna excommunicatione ab omnibus absolutus intelligitur, si sint ab vno iudice lata, nisi aliter fuerit expressum, non autem si sint à diuersis iudicibus facta.

¶RESPONDEO dicendum, quòd excō municationes non habent connexionem in aliquo: & ideò possibile est quòd aliquis ab vna absoluatur, & in altera remaneat. Sed circa hoc sciendum est, quòd aliquis quandóque est excommunicatus pluribus excommunicationibus ab vno iudice, & tunc quando absoluitur ab vna, intelligitur ab omnibus absolui nisi contrarium exprimatur, vel nisi cùm quis absolutionem impetrat de vno tantum casu excommunicationis, cùm pluribus excommunicatus sit. Quandóque est excommunicatus à diuersis iudicibus, & tunc absolutus ab vna excommunicatione non propter hoc est absolutus ab altera, nisi omnes alij ad petitionem eius, absolutionem eius confirmauerint, vel nisi omnes demandent vni absolutionem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omnia peccata habent connexionem in auersione voluntatis à Deo, cum quo nō potest esse peccatorum remissio: & ideò vnum peccatum sine altero remitti non potest. Sed excommunicationes non habent aliquam talem connexionem, nec iterum absolutio ab excommunicatione impeditur propter voluntatis contrarietatē: & ideò ratio non sequitur.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut pluribus de causis erat aliquis extra Ecclesiam mita possibile est quòd ista separatio removeatur quantùm ad vnam causam, & maneat quantùm ad alteram.

QVAESTIO VIGESIMAQVINTA, DE *indulgentia secundum se, in tres articulos diuisa.*

CONSEQVENTER considerandū est de indulgentia. Et primò de ea secundum se. Secundò, de facientibus indulgentiam. Tertiò, de recipientibus eam. Circa primum quæruntur tria.

¶Primò, vtrùm per indulgentiam possit aliquid remitti de pœna satisfactoria.

¶Secundò, vtrùm indulgentiæ tantùm valeant quantum pronuntiantur.

¶Tertiò, vtrùm pro temporali subsidio sit indulgentia facienda.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm per indulgentiam possit aliquid remitti de pœna satisfactoria.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd per indulgentiam non possit aliquid remitti de pœna satisfactoria. Quia super illud 2. Timo. 1. Negare seipsum non potest, dicit glo. quòd

glo. quòd faceret si dicta sua non impleret, sed ipse dicit Deutero. 25. Secundum mensuram delicti erit & plagarum modus. ergo non potest aliquid remitti de pœna satisfactionis taxata secundum quantitatem culpæ.

¶Præterea. Inferior non potest absoluere ab eo ad quod superior obligauit: sed Deus absoluendo à culpa, obligat ad pœnā temporalem: vt dicit Hugo. de S. Victo. ergo nullus homo potest absoluere à pœna illa, aliquid dimittendo.

¶Præterea. Hoc ad potestatem excellentiæ pertinet, vt sine sacramentis effectus sacramentorum tradatur, sed nullus habet potestatem excellentiæ in sacramentis nisi Christus: cùm ergo satisfactio sit pars sacramenti operans ad dimissionem pœnæ debitę, videtur quòd nullus homo purus possit dimittere debitum pœnæ sine satisfactione.

¶Præterea. Potestas ministris ecclesiæ non est tradita in destructionem, sed in ædificationem: sed hoc ad destructionem pertinet, si satisfactio, quę est ad vtilitatem nostram, inquantùm remedium præbet, tolleretur. ergo potestas ministrorum ecclesiæ ad hoc se non extendit.

¶SED CONTRA, Prioris Corin. 2. Nam & ego quod donaui, si quid propter vos donaui in persona Christi. gl. id est, ac si Christus donasset: sed Christus poterat relaxare absque omni satisfactione pœnam peccati: vt patet Ioan. 8. de muliere adultera: ergo & Paulus potuit: ergo & Papa qui non est minoris potestatis in ecclesia, quàm Paulus fuerit.

¶Præterea. Ecclesia generalis non potest errare: quia ille qui in omnibus exauditus est pro sua reuerentia, dixit Petro, super cuius confessione Ecclesia fundata est: ego pro te rogaui Petre, vt nō deficiat fides tua, Luc. 22. sed ecclesia generalis indulgētias approbat, & facit. ergo indulgentię aliquid valent.

CONCLVSIO.

¶Valent indulgentiæ, quæ merita supererogationis Christi & sanctorum sunt, non modò ab iniunctis in hoc sæculo pro peccatis contritis & confessis pœnitentijs, sed ad absolutionem à pœnis in futuro sæculo pro peccatis in purgatorio exoluendis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ab omnibus conceditur indulgentias aliquid valere: quia inpium esset dicere q̄ Ecclesia aliquid vanum faceret. Sed quidam dicunt quòd non valent ad absoluendum à reata pœnę, quam quis in Purgatorio secundum iudicium Dei meretur: sed valent ad absoluendum ab obligatione, quia sacerdos obligauit pœnitentem ad pœnam aliquam, vel ad quam etiam ordinatur ex Canonum institutis. Sed hæc opinio non videtur vera. Primò quia est expræsse contra priuilegium Petro datum, vt quod in terra remitteret, in cœlo remitteretur. Vnde remissio quæ fit ad forum ecclesiæ, valet etiam quantùm ad forum Dei. Et præterea, ecclesia huiusmodi indulgentias faciens, magis damnificaret quàm adiuuaret: quia remitteret ad grauiores pœnas, scilicet purgatorij, absoluendo à pœnitentijs iniunctis.

¶Et ideò aliter dicendum est, quòd valent & quantùm ad forum ecclesię, & quātum ad iudicium Dei ad remissionem pœnæ residuę post contritionem & absolutionem & confessionem, siue sit iniuncta, siue non. Ratio autem quare valere possunt, est vnitas corporis mystici, in qua multi in operibus pœnitentiæ superogauerunt ad mensuram debitorum suorum: & multas etiam tribulationes iniustas sustinuerunt patienter, per quas multitudo pœnarū poterat expiari, si eis deberetur, quorum meritorum tanta est copia quòd omnem pœnā debitam nunc viuentibus excedūt, & præcipuè propter meritum Christi: quod etsi in sacramentis operatur, non tamen efficacia eius in sacramentis includitur, sed sua infinitate excedit efficaciam sacramentorum. Dictum est autem suprà, quòd vnus pro alio satisfacere potest: sanctі autem in quibus superabūdantia operum satisfactionis inuenitur, non determinatè pro isto qui remissione indiget, huiusmodi opera fecerunt, alias, absq; omni indulgentia consequerentur remissionem: sed communiter pro tota ecclesia, sicut Apostolus ait se implere ea quæ desunt passionum Christi in corpore suo pro ecclesia, ad quam scribit Colos. 1. & sic prędicta merita sunt communia toti ecclesiæ. Ea autem quę sunt alicuius multitudinis communia, distribuuntur singulis de multitudine, secundum arbitrium eius, qui multitudini præest. Vnde sicut aliquis consequeretur remissionem pœnæ si alius pro eo satisfeciset: ita si ei satisfactio alterius fiat per eum qui potest di stribuatur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd remissio quæ per indulgentias fit non tollit quantitatem pœnæ ad culpam: quia pro culpa vnius alius sponte pœnam sustinuit.

¶Ad secundum dicendum, quòd iste qui indulgentias suscipit non absoluitur, simpliciter loquēdo, à debito pœnę, sed datur sibi vnde debitum soluat.

¶Ad tertium dicendum, quòd effectus sacramentalis absolutionis est diminutio reatus, & hic effectus non inducitur per indulgentias, sed pro eo faciens indulgentias soluit pœnam, quam debuit de bonis ecclesię communibus, vt ex dictis patet.

¶Ad quartum dicendum, quòd maius remedium præbetur cōtra peccata vitanda ex gratia quam ex assuetudine nostrorum operum: quia ex affectu, quem accipiens indulgentias cōcipit ad causam, pro qua indulgentia datur, ad gratiam disponitur. ideò etiam per indulgentias remedium ad peccata vitanda datur: & ideò non est in destructionem indulgentias dare nisi inordinatè dentur. Tamen consulendum est eis qui indulgentias consequuntur, ne propter hoc ab operibus pœnitentię iniunctis abstineant, vt etiam ex his remedium consequantur quāuis à debito pœnæ essent immunes, & præcipuè, quia quādoque sunt plurium debitores, quàm credant.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm indulgentiæ tantùm valeant quantùm pronuntiantur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd indulgentię nonvalent tantū quantū pronuntiantur. Indulgētię enim non habent effectū nisi ex vi clauiū: sed ex vi clauiū nō potest habens clauem dimittere de pœna peccati nisi aliquid determinatum, considerata quantitate peccati & contritionis pœnitentis: ergo cùm indulgentię fiant pro libito instituentis indulgentiam, videtur quòd non valeant tantum quātum pronuntiantur.

¶Præterea. Per debitum pœnę homo à glorię adeptione retardatur, quàm summè appetere debet: sed si indulgentiæ tantum valent quantum pronuntiantur, in breui homo per indulgentias discurrens, posset ab omni reatu tēporalis pœnę immunis reddi. ergo videtur quòd deberet his acquirēdis, omnibus alijs operibus dimissis, homo vacare.

¶Præterea. Aliquando datur indulgentia, quòd qui dat auxilium ad aliquam fabricam erigendam, tertiam partem remissionis peccatorum consequitur. Si ergo indulgentię tantum valent, quantum prædicantur, tunc qui dat vnum denarium, & secūdò vnum etiam, iterū tertium, plenam absolutionē ab omni peccatorum pœna consequetur, quod videtur absurdum.

¶Præterea. Quandoq; datur hoc modo indulgentia, quod qui vadit ad aliquam ecclesiam septem annos remissionis consequatur: si ergo tantum valet indulgentia, quantum prædicatur ille qui habet domū iuxta ecclesiam illam, vel clerici qui quotidie vadunt, consequuntur tantum quantum ille, qui à remotis partibus venit, quod videtur iniustum: & iterum, vt videtur pluries indulgentiam consequitur in die, cùm pluries vadat.

¶Præterea. Idem videtur remittere alicui pœnam vltrà iustam æstimationem, quàm remittere absque causa, qui ia quantum ad hoc quòd excedit non recompensatur: sed ille qui facit indulgentiam, non posset remittere absque causa pœnam in toto vel in parte alicui, etiam si diceret Papa alicui: Ego remitto tibi omnem pœnam debitam pro peccato: ergo videtur quòd nec possit aliquid dimittere vltrà iustam æstimationem: sed indulgentię plerunq; prædicantur vltrà iustam æstimationem, ergo non tantùm valent, quantùm prædicantur.

¶SED CONTRA, Iob 15. Nunquid Deus indiget mendacio nostro vt pro eo loquamur dolos? ergo ecclesia prędicando indulgentias, non mentitur, & ita tantùm valent, quantùm prędicantur.

¶Præterea. Primæ Corin. 15. dicit Apostolus: Si inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides nostra: ergo quicunque in prędicatione falsum dicit, fidem quantùm est in se, euacuat, & ita mortaliter peccat: si ergo non tantùm valent indulgētiæ, quantum prędicantur: omnes mortaliter peccant, indulgentiā prædicantes, quod est absurdum.

CONCLVSIO.

¶Indulgentiæ tantùm valent quantùm prædicantur, si ab habente potestatem fidelibus Christi vnis membris ad honorem Dei, & proximi vtilitatem conferantur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc est multiplex opinio: quidam enim dicunt quòd huiusmodi indulgentię non tantùm valent, quantùm prędicantur: sed vnicuique tantùm valent, quantùm fides & deuotio sua exigit. Sed dicūt quòd ecclesia ad hoc ita pronuntiat, vt quadam pia fraude homines ad benefaciendum alliciat, sicut mater quę promittens filio pomum, ipsum ad ambulandum prouocat. Sed hoc videtur esse valdè periculosum dicere. Sicut enim dicit Augu. in epistola ad Hiero. Si in sacra scriptura deprehenditur aliquid falsitatis, iam robur authoritatis sacrę scripturæ perit: & similiter si in prędicatione Ecclesiæ aliqua falsitas deprehenderetur, non essent documēta ecclesiæ alicuius authoritatis ad roborandam fidem. Et ideò alij dixerunt, q̄ valent tantū quan

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum pronuntianteur: secundum iustam æstimationem, non tamẽ recipiẽtis indulgentiam, qui nimis fortè æstimat quod dat, aut secundum æstimationem dãtis, qui minus parum æstimare posset quod datur: sed secundum iustam æstimationem, quæ iusta est secundum iudicium bonorum, pensata conditione personę & vtilitate & necessitate Ecclesiæ: quia vno tempore Ecclesia plus indiget, quàm alio.

¶Sed hęc etiam opinio stare nõ potest, vt videtur, Primò quia secundum hoc indulgentiæ non valerent ad remissionem, sed magis ad commutationem quandam. Et præterea, prædicatio Ecclesię à mendacio non excusaretur, cùm quandóque indulgentia prædicetur longè maior, quàm iusta æstimatio possit requirere, omnibus prædictis conditionibus pensatis. Sicut quando dat Papa indulgẽtiam, q̃ pergens ad vnam Ecclesiam, habeat septem annos indulgentiæ: cuiusmodi etiam indulgentiæ à Beato Grego. in stationibus Romæ institutę sunt. Et ideò alij dicunt quòd quantitas remissionis indulgentijs non est mensuranda secundũ deuotionem tantùm suscipientis: vt prima opinio dicebat, neque secundum quantitatem eius quod datur, sicut dicebat secunda, sed secundum causam pro qua indulgentia datur, ex qua reputatur dignus vt talem indulgentiam consequatur. Vnde secundum quòd accedit ad illam causam, secundum hoc consequitur remissionem indulgentię: vel in toto, vel in parte.

¶Sed hoc iterum non potest saluare consuetudinem Ecclesię quę interdum pro eadem causa maiorem indulgentiam ponit: sicut rebus eodem modo se habentibus quãdoque datur vnus annus visitantibus Ecclesiam vnam, quandóq; 40. dies, prout gratiam Papa facere voluerit, indulgentiam constituens. Vnde quantitas remissionis non est mensuranda ex causa, quæ facit indulgentia dignum. Et ideò aliter dicendum est, quòd quantitas effectus sequitur quantitatem suę causæ, causa autem remissionis pœnæ in indulgentijs non est nisi abundantia meritorum Ecclesiæ, quæ se habet sufficienter ad totam pœnam expiandam, non autem causa remissionis effectiua est, vel deuotio, aut labor, aut datum recipientis indulgentiam, aut causa pro qua fit indulgentia. Vnde non oportet ad aliquid horum proportionare quantitatem remissionis, sed ad merita Ecclesiæ, quæ superabundant, & ideò secundum quòd applicantur à dantem, secundum hoc remissionem consequitur. Ad hoc autem quòd applicentur isti, requiritur autoritas dispensandi huiusmodi thesaurum, & vnio eius cui dispensatur ad eum, qui merebatur, quod est per charitatem, & ratio dispensationis, secundum quam saluetur intentio illorum, qui opera meritoria fecerunt: fecerunt enim ad honorem Dei & vtilitatem Ecclesiæ: vnde quæcunque causa adsit, quæ in vtilitatem & honorem Dei vergat, sufficiens est ratio indulgentias faciendi. Et ideò secundum alios dicendum, quòd indulgentiæ simpliciter tantum valent quantum prædicantur, dummodo ex parte dantis sit autoritas, & ex parte recipientis charitas, & ex parte causæ pietas quæ cõprehendit honorem Dei & proximi vtilitatem: nec in hoc fit nimis magnum forum de misericordia Dei, vt quidam dicunt, nec diuinæ iustitiæ derogatur: quia non de pœna dimittitur, sed vnius pœna alteri computatur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd clauis est duplex, scilicet ordinis & iurisdictionis. Clauis ordinis sacramentale quoddam est, & quia sacramentorum effectus non sunt determinati ab homine, sed à Deo, non potest taxare sacerdos, quãtum per clauem ordinis in foro confessionis de pœna debita dimittat, sed tantum dimittitur, quantum Deus ordinauit. Sed clauis iurisdictionis non est quid sacramentale, & effectus eius arbitrio hominis subiacet: & huiusmodi clauis effectus est remissio quæ est per indulgentias, cùm non pertineat ad dispositionem sacramentorum talis dimissio, sed ad dispensationem bonorum communium Ecclesiæ, & ideò etiam legati, non sacerdotes indulgentias facere possunt. Vnde in arbitrio dantis indulgentiam est taxare quantum per indulgentiam de pœna dimittatur. Si tamen inordinatè remittat, ita quòd homines quasi pro nihilo ab operibus pœnitentiæ reuocentur, peccat faciens tales indulgentias, nihilominus quis plenam indulgentiam consequitur.

¶Ad secundum dicendum, quòd quamuis huiusmodi indulgẽtiæ multum valeant ad remissionẽ pœnæ, tamen alia opera satisfactionis sunt magis meritoria respectu præmij essentialis, quod in infinitum melius est, quàm dimissio pœnæ temporalis.

¶Ad tertium dicendum, quòd quando datur indulgentia inde terminatè, qui dant auxilium ad fabricam Ecclesiæ, intelligitur tale auxilium, quod sit conueniens ei, qui auxilium dat, & secundum quòd accedit ad hoc, secundum hoc plus vel minus

de indulgentia consequitur: vnde etiam aliquis pauper dans vnum denarium, consequitur totam indulgentiam: non autem diues, quem non decet ad opus tam pium ita parum dare: sicut non diceretur Rex alicui homini auxilium facere, si ei obolum daret.

¶Ad quartum dicendum, quòd ille qui est vicinus Ecclesiæ, & Ecclesiæ sacerdotes & clerici consequuntur tantam indulgentiam, sicut illi qui venirent à mille dietis, quia remissio non proportionatur labori, vt dictum est, sed meritis quæ dispensantur. Sed ille qui plus laboraret, acquireret plus de merito. Sed hoc intelligendum quando indistinctè indulgentia datur. Quandoque enim distinguitur, sicut Papa in generalibus absolutionibus, illis qui transeunt mare, dat quinq; annos, alijs qui transeunt montes, tres, alijs vnumnec tamen quotiescũnq; vadit infra rempus indulgentiæ, toties eam consequitur. Quandóque ad determinatum tempus datur: vt cùm dicitur. Quicũque vadit ad Ecclesiam talem vsque ad tale tempus, habeat tantum de indulgentia, intelligitur semel tantùm. Sed si in aliqua Ecclesia sit indulgentia perennis: sicut in Ecclesia beati Petri, quadraginta dierum: tuitc quoties aliquis vadit, totiens indulgentiam consequitur.

¶Ad quintum dicendum, quòd causa non requiritur ad hoc q̃ secundum eam mensurari debeat remissio pœnæ, sed ad hoc quòd intentio illorum, quorum merita communicantur ad ipsum prouenire possint. Bonum autem vnius communicatur alteri dupliciter. Vno modo per charitatem, & sic etiam sine indulgentijs aliquis est omnium bonorum particeps, quæ sunt, si in charitate sit. Alio modo per intentionem facientis, & sic per indulgentias si causa legitima adsit potest intẽtio illius, qui pro vtilitate ecclesiæ operatus est, ad istum continuari.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm pro temporali subsidio fieri debeat indulgentia.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd pro temporali subsidio non debeat fieri indulgentia: quia remissio peccatorum est quoddam spirituale. Sed dare spirituale pro temporali est simonia. ergo fieri hoc non debet.

¶Præterea. Spiritualia subsidia sunt magis necessaria quàm temporalia: sed pro spiritualibus subsidijs non videntur fieri indulgentię: ergo multò minùs pro temporalibus fieri debent.

¶SED CONTRA est communis cõsuetudo, quæ pro peregrinationibus & eleemosynis faciendis indulgẽtias facit.

CONCLVSIO.

¶Licet pro temporali subsidio ad spiritualia ordinato indulgentia conferre, non autem pro temporali simpliciter.

¶RESPONDEO dicendum, quòd temporalia ad spiritualia ordinantur, quia propter spiritualia debemus vti temporalibus, & ideò pro temporalibus simpliciter non potest fieri indulgentiæ: sed pro temporalibus ordinatis ad spiritualia, sicut est repressio inimicorum ecclesiæ, qui pacem ecclesię perturbant, sicut constructio ecclesiarum & pontium, & aliarum eleemosynarum.

¶Et per hoc patet quòd non fit ibi simonia, quia non datur spirituale pro temporali: vnde patet solutio ad primum.

¶Ad secundum dicendum, quòd etiam pro purè spiritualibus potest fieri indulgentia, & fit quandoque: sicut quicunq; orat pro Rege Franciæ, habet decem dies pro indulgentia à Papa Innocen. 4. & similiter crucem prædicantibus datur quandoq; eadem indulgentia, quæ crucem accipientibus.

QVAESTIO VIGESIMASEXTA, DE *his quis possunt indulgentias facere, in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de his qui possunt indulgentias facere. Circa quod quatuor quæruntur.

¶Primò, vtrùm quilibet sacerdos parrochialis possit indulgentias facere.

¶Secundò, vtrùm diaconus vel non sacerdos possit eas facere.

¶Tertiò, vtrùm Episcopus possit eas facere.

¶Quartò, vtrùm existens in peccato mortali possit eas facere.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm sacerdos parrochialis possit indulgentias facere.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd quilibet sacerdos parochialis possit indulgentias facere. Indulgentia enim habet efficaciam ex abundantia meritorum Ecclesiæ: sed non est aliqua cõgregatio, in qua nõ fit meritorum abũdantia: ergo quilibet sacerdos potest facere indulgentiam, si habet plebem subiectam, & similiter quilibet prælatus.

¶Præterea. Prælatus quilibet gerit personam totius multitudinis, sicut vnus homo gerit personam suam, sed quilibet potest alteri communicare bona sua pro altero satisfaciendo: ergo &

go & prælatus potest communicare bona multitudinis sibi cõmissæ, & sic videtur quòd possit indulgentias facere.

¶SED CONTRA, Minus est excommunicare, quàm indulgentias facere: sed hoc non potest sacerdos parochialis: ergo nec illud.

CONCLVSIO.

¶Non omnes sacerdotes, sed solus Episcopus potest indulgentias facere.

¶RESPONDEO dicendum, quòd indulgentię effectũ habent secundum quòd opera satisfactoria vnius alteri computantur, non solùm ex vi charitatis, sed ex intentione operantis aliquo modo directa ad ipsum. Sed intentio alicuius potest ad alterum dirigi tripliciter, aut in speciali, aut in generali, aut in singulari. In singulari quidem, sicut cùm quis pro alio satisfacit determinatè, & sic quilibet potest alteri sua opera communicare. In speciali autem, sicut cùm quis orat pro congregatione sua, & familiaribus, & benefactoribus, & ad hoc etiam ordinat sua opera satisfactoria: & sic ille, qui congregationi præest, potest opera illa aliquando communicare, applicando intentionem illorum qui sunt de congregatione sua ad hunc determinatè. Sed in generali, sicut cùm quis opera sua ordinat ad bonum commune in generali, & sic ille qui præest Ecclesiæ generaliter, potest opera illa communicare applicando intentionem suam ad hunc vel ad illum: & quia homo est pars congregationis, & cõgregatio est pars Ecclesiæ, ideò in intentione primati boni intentio boni cõgregationis includitur & boni totius ecclesiæ: & ideò ille qui præest ecclesię, põt cõicare ea quæ sunt cõgregationis & huius hominis: & ille qui præest cõgregationi põt cõicare ea quę sunt huius hominis sed non conuertitur. Sed neq; prima cõicatio neq; secunda indulgentia dicitur sed solùm tertia propter duo. Primò quia, per illas communicationes quamuis homo soluatur à reatu pœnæ quantùm ad Deum, tamen nõ soluitur à debito faciẽdi satisfactionẽ iniunctam, ad quam obligatus est ex præcepto ecclesiæ. Sed per tertiam communicationem homo etiam ab hoc debito soluitur. Secundò: quia in vna persona vel in vna congregatione non est indeficientia meritorum, vt sibi & omnibus alijs valere possint: vnde iste non absoluit à pœna debita pro toto, nisi tantùm determinatè pro eo fiat quantùm debebatur. Sed in Ecclesia tota est indeficientia meritorum, præcipuè propter meritum Christi: & ideò solus ille qui præficitur Ecclesiæ, potest indulgentias facere. Sed cùm ecclesia sit congregatio fidelium, congregatio autem hominum sit duplex, scilicet œconomica, vt illi qui sunt de vna familia: & politica, sicut illi qui sunt de vno populo: Ecclesia assimulatur congregationi politicæ, quia ipse populus Ecclesia dicitur: sed conuentus diuersi vel parochia in vna diœcesi assimulantur congregationi in diuersis familijs, vel in diuersis officijs: & ideò solus Episcopus propriè prælatus ecclesiæ dicitur, & ideò ipse solus quasi spõsus annulum ecclesię recipit, & ideò ipse solus habet potestatem plenam in dispensatione sacramentorum & iurisdictionẽ in foro causarum quasi persona publica. Alij autem secundum quòd ab eis committitur. Sed sacerdotes qui plebibus præsiciuntur, non sunt simpliciter prælati, sed quasi coadiutores: vnde in consecratione sacerdotum Episcopus dicit, Quantò fragiliores sumus, tantò magis auxilijs his indigemus, & propter hoc etiam non omnia sacramenta dispensant, vnde sacerdotes parrochiales vel Abbates, aut alij huiusmodi prælati, non possunt indulgentias facere.

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm diaconus possit indulgentias facere.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd diaconus non possit indulgentias facere, vel alius nõ sacerdos quia remissio peccatorum est effectus clauium: sed non habet claues nisi solus sacerdos, ergo ipse solus potest indulgentias facere.

¶Præterea. Plenior remissio pœnæ est in indulgentijs, quàm in foro pœnitentiali: sed hoc nõ potest nisi sacerdos: ergo nec illud.

¶SED CONTRA, Eidem confertur dispensatio thesauri ecclesię, cui committitur regimen ecclesię, sed hoc committitur quandoq; non sacerdoti. ergo potest indulgẽtias facere. Nam ex dispensatione, thesauri ecclesiæ efficaciam habent.

CONCLVSIO.

¶Non tantùm Episcopi & sacerdotes indulgentias facere possunt, sed quicunque iurisdictionem habent in ecclesia, siue ex commissione, siue ordinariè illam habeant.

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd potestas faciendi indulgentias sequitur iurisdictionem, vt supradictum est: & quia diaconi & alij non sacerdotes possunt habere iurisdictionem

vel commissam, sicut legati vel ordinariã, sicut electi: ideò possunt indulgentias facere etiam non sacerdotes, quamuis non possint absoluere in pœnitentiali foro, quod est ordinis.

¶Et per hoc patet solutio ad obiecta. Indulgentias enim facere pertinet ad clauem iurisdictionis, & non ad clauem ordinis.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm Episcopus possit indulgentias facere.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd etiam Episcopus non possit indulgentias facere, quia thesaurus ecclesiæ est communis toti Ecclesiæ, sed id quod est commune toti Ecclesię, non potest dispensari nisi per illum, qui toti ecclesię præest. ergo solus Papa potest indulgentias facere.

¶Præterea. Nullus potest remittere pœnas à iure determinatas, nisi ille qui habet potestatem ius condendi: sed pœnæ tarifactoriæ sunt pro peccatis determinatę in iure ergo remittere huiusmodi pœnas potest solus Papa.

¶SED CONTRA est consuetudo ecclesię, secundum quam Episcopi dant indulgentias.

CONCLVSIO.

¶Solus Papa plenarias indulgentias pro libito suæ voluntatis, legitima tamen existente causa, facere potest, cæteri autem Episcopi quantum sibi à Papa taxatum fuerit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Papa habet plenitudinem pontificalis potestatis, quasi Rex in regno. Sed Episcopi assumuntur in partem solicitudinis, quasi iudices singulis ciuitatibus prępositi, propter quod eos in suis literis Papa fratres vocat. Reliquos autem omnes vocat filios: & ideò potestas faciendi indulgentias plenè residet in Papa, quia potest facere prout vult, causa tamen existente legitima. Sed in episcopis est taxata secundum ordinationẽ Papæ, & ideò possunt facere secundum q̃ eis est taxatum, & non amplius, & per hoc patet solutio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm ille, qui est in peccato, possit indulgentias facere.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd ille, qui est in peccato mortali, non possit facere indulgentias quia riuus, cui fons non influit, nihil profluere potest: sed prælatio in peccato mortali existente, non influit fons gratię, scilicet spiritus sanctus: ergo non potest in alios profluere faciendo indulgentias.

¶Præterea. Maius est facere indulgentiam, quàm recipere: sed ille qui est in peccato mortali, nõ recipit, vt dicetur. ergo nec facere potest.

¶SED CONTRA, Indulgentię fiunt per potestatem prælatis ecclesię traditam, sed peccatum mortale non potestatem tollit, sed bonitatem: ergo potest aliquis in peccato mortali existens indulgentias facere.

CONCLVSIO.

¶Potest prælatus in peccato mortali existens indulgentias facere.

¶RESPONDEO dicendum, quòd facere indulgentias pertinet ad iurisdictionem, sed per peccatum homo nõ admittit iurisdictionem: & ideò indulgentiæ æquivalent, si fiant ab eo, qui est in peccato mortali, sicut si fierent ab eo, qui est sanctissimus: cùm non remittat pœnam exvi meritorum suorum, sed ex vi meritorum reconditorum in thesauris ecclesiæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd iste prælatus in peccato mortali indulgentias faciens non profluit de suo aliquid: & ideò non requiritur quod influxum recipiat à fonte ad hoc, quòd eius indulgentiæ valeant.

¶Ad secundum dicendum, quòd maius est facere indulgentias quàm recipere, quantum ad potestatẽ: sed est minus quantum ad propriam vtilitatem.

QVAESTIO VIGESIMASEPTIMA, *De his quibus valent indulgentiæ in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de his, quibus valet indulgẽtia. Circa quod quæruntur quatuor.

¶Primò, vtrùm indulgentia valeat existentibus in mortali peccato.

¶Secundò, vtrùm valeat religiosis.

¶Tertiò, vtrùm valeat non facienti illud, pro quo indulgentia datur.

¶Quartò, vtrùm valeat ei, qui indulgentiam facit.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm indulgentiæ valeant existentibus in peccato mortali.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd indulgẽtia valeat existentibus in peccato mortali. Quia aliquis potest alteri mereri etiam in peccato mortali existenti gratiã & multa alia bona: sed indulgentiæ habent efficaciam ex hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd merita sanctorum applicantur ad istum, ergo habet esse ctum in illis, qui sunt in peccato mortali.

¶Præterea. Vbi est maior indigentia, magis habet locum misericordia: sed ille qui est in peccato mortali, maximè indiget: ergo ei maximè debet fieri misericordia per indulgentiam.

¶SED CONTRA. Membrum mortuum non suscipit influctiã ab alijs viuis: sed ille qui est in peccato mortali, est quasi membrũ mortuum: ergo per indulgentias non suscipit influẽtiam ex meritis viuorum membrorum.

CONCLVSIO.

¶*Mortalibus criminibus obnoxijs nullatenus indulgentiæ prosunt, sed contritis & confessis.*

¶RESPONDEO dicendum, q̃ quidam dicunt indulgentias valere etiã existẽtibus in mortali peccato, non quidem ad dimissionem pœnæ, quia nulli potest dimitti pœna, nisi cũ dimissa est culpa, qui enim non est consequutus operationẽ Dei in remissionem culpæ, non potest consequi remissionem pœnæ à ministro Ecclesiæ, neque in indulgentijs, neq; in foro pœnitentiali, valent tamen eis ad acquirendum gratiam. Sed hoc nõ videtur verum, quia quamuis merita illa, quæ per indulgẽtiam communicantur, possunt valere ad merẽdum gratiam, non tamen propter hoc dispensantur, sed determinantur ad remissionem pœnæ: & ideò non valent existentibus in peccato mortali, & ideò in omnibus indulgentijs fit mentio de verè cõtritis & confessis. Si autem fieret communicatio per hunc modum. Facio te participem meritorũ totius Ecclesiæ, vel vnius congregationis, vel vnius specialis personæ, sic posset valere ad merendum aliquid illi, qui est in peccato mortali, vt prædicta opinio dicit.

¶Et per hoc patet solutio ad primum.

¶Ad secundum dicendum, q̃ quamuis sit magis indigens, qui est in peccato mortali, tamen est minus capax.

ARTICVLVS II.

¶*Vtrùm indulgentia valeant religiosis.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd indulgentiæ non valeant religiosis. Non enim competit eis suppleri, ex quorum abundantia alijs suppletur, sed ex superabundancia operum satisfactionis, quæ sunt in religiosis alijs suppletur per indulgentias: ergo eis non competit per indulgentiam suppleri.

¶Præterea. In Ecclesia non debet aliquid fieri quod inducat religionis dissolutionem: sed si religiosis indulgentiæ prodessent, esset occasio dissolutionis disciplinæ regularis: quia religiosi nimis vagarentur per huiusmodi indulgentias, & pœnas impositas in capitulo sibi negligerent: ergo religiosis non prosunt.

¶SED CONTRA. Nullus ex bono reportat damnũ, sed religio bonum est: ergo religiosi non consequuntur hoc damnum, vt eis indulgentiæ non valeant.

CONCLVSIO.

¶*Non tantùm laicis, sed religiosis etiam indulgentiæ prosunt.*

¶RESPONDEO dicendum, q̃ tam secularibus quàm religiosis valent indulgentiæ, dummodò sint in charitate, & seruent ea quę pro indulgentijs indicuntur, non enim religiosi sunt minus adiuuabiles meritis aliorum, quam sæculares.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis religiosus sit in statu perfectionis, tamen ipse sine peccato viuere non potest: & ideò si aliquando propter peccatum aliquod commissum sit reus pœnæ, potest per indulgentias ab hoc expiari. Nõ enim est inconueniens, si ille qui est simpliciter super abundãs, aliquo tempore indigeat, & quantum ad aliquid, & sic indiget supplemento quo subleuetur. Vnde dicitur Galat. 6. Alter alterius onera portate.

¶Ad secundum dicendum, quòd propter indulgentias non debet dissolui regularis observantia: quia religiosi magis merentur religionem suam seruando, quantum ad præmium vitæ æternæ, quàm indulgentias exquirendo: quamuis minus quantum ad dimissionem pœnæ, quod est minus bonum, nec iterum per indulgentias dimittuntur pœnę iniunctę in capitulo, quia in capitulo agitur quasi forum iudiciale magis, quam pœnitentiale. Vnde etiam non sacerdotes capitulum tenent, sed absoluitur à pœna iniuncta vel debita pro peccato in foro pœnitentiali.

ARTICVLVS III.

¶*Vtrùm ei, qui non facit id, pro quo indulgentia datur, possit quandoque indulgentia dari.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd ei qui non facit pro quo indulgentia datur, possit quandóque indulgentia dari, quia ei qui non potest operari, voluntas pro facto reputatur: sed aliquando fit indulgentia pro aliqua eleemosyna facienda, quam aliquis pauper facere non potest, & tamen libenter faceret: ergo indulgentia ei valet.

¶Præterea, Vnus potest pro alio satisfacere: sed indulgentia ad remissionẽ pœnæ operatur sicut & satisfactio: ergo vnus pro alio potest indulgentiã accipere, & sic ille consequetur indulgentiam, qui non facit hoc, pro quo indulgentia datur.

¶SED CONTRA, remota causa remouetur effectus: ergo aliquis nõ facit hoc, pro quo indulgentia datur, quod est indulgentiæ causa, indulgentiam non consequitur.

CONCLVSIO.

¶*Indulgentiam minimè consequuntur qui id non efficiunt, pro quo indulgentia datur.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd non existente conditione, non consequitur illud quod sub conditione datur: vnde cùm indulgentia detur sub hac conditione, quòd aliquis aliquid faciat vel det, si illud non exerceat, indulgentiam non consequitur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc intelligitur quantum ad præmium essentiale: sed non quantum ad accidentalia aliqua præmia, sicut est dimissio pœnæ vel aliquid huiusmodi.

¶Ad secundum dicendum, quod opus proprium potest quis applicare per intentionem cuicunque voluerit: & ideò potest pro quocunque vult satisfacere: sed indulgentia non potest applicari ad alterum nisi ex intentione eius, qui dat indulgentias & ideò cùm ipse applicet ad facientem vel dantem hoc aut illud: ille non potest qui hoc facit ad alterum, hanc intentionẽ transferre. Si tamen sic fieret indulgentia, ille qui facit, vel pro quo fit, habeat tantùm indulgentiam; quantùm valeret ei pro quo fit nec tamen iste qui facit hoc opus daret alteri indulgentiam, sed ille qui indulgentiam sub tali forma facit.

ARTICVL. IIII.

¶*Vtrùm indulgentia valeat ei qui facit.*

AD QVARTVM sic procedetur. Videtur quòd indulgẽtia non valeat ei qui facit, quia facere indulgentias est iurisdictionis: sed nullus in seipsum potest exercere eã, quæ sunt iurisdictionis: ergo nullus potest indulgentiæ à se factæ particeps esse.

¶Præterea. Secundum hoc ille, qui facit indulgentiam, posset pro aliquo modico facto sibi pœnam remittere omnium peccatorum, & ita impunè peccaret: quod videtur absonum.

¶Præterea. Eiusdem potestatis est facere indulgentias & excõmunicare: sed aliquis non potest excommunicare seipsum: ergo nec indulgentiæ quam facit, particeps esse potest.

¶SED CONTRA est, quia tunc esset ipse peioris conditionis, quàm alij, si ipse non posset vti thesauro ecclesiæ, quem alijs dispensat.

CONCLVSIO.

¶*Tametsi non possit prælatus sibi indulgentiam facere, alijs tamen cessa pro se etiam vti potest.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd indulgentia debet ex aliqua causa dari ad hoc q̃ aliquis per indulgentiam ad actũ aliquem prouocetur, qui in vtilitatem Ecclesiæ & honorẽ Dei vergat. Prælatus autem, cui cura Ecclesię vtilitatis propagationẽ & honoris diuini propagandi est commissa, non habet causam, vt seipsum ad hoc prouocet: & ideò non potest facere sibi indulgentiam: sed potest vti indulgentia quam pro alijs facta quia alijs subest causa faciendi.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd actus iurisdictionis non potest in seipsum exercere, sed eis quæ authoritate iurisdictionis dantur alijs, potest etiam prælatus vti cum in temporalibus quàm in spiritualibus: sicut etiã facerdos sibi eucharistiam quam alijs dat: & ita etiam Episcopus potest accipere sibi suffragia ecclesiæ quæ alijs dispensat, quorum effectus immediatus est remissio pœnæ per indulgentiam, & non iurisdictionis.

¶Ad secundum patet solutio ex dictis.

¶Ad tertium dicẽdum, quòd excommunicatio profertur per modum sententiæ, quam nullus in seipsum ferre potest, eo q̃ in iudicio non potest idem esse iudex & reus. Indulgentia autem non per modum sententię, sed per modum dispensationis cuiusdam, quam homo potest facere ad ipsum.

QVAESTIO VIGESIMAOCTAVA, DE *solemni ritu pœnitentiæ, in tres articulos diuisa.*

CONSEQVENTER considerandũ est de solẽni ritu pœnitẽtiæ. Circa quod tria quęrũtur.

¶Primò, vtrùm aliqua pœnitentia possit publicari vel solemnizari.

¶Secùdò, vtrùm solẽnis pœnitẽtia possit iterari.

¶Tertiò, vtrùm publica sit pœnitentia imponenda.

ARTIC.

ARTICVLVS I.

¶*Vtrùm aliqua pœnitentia debeat publicari vel solemnizari.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd nõ debeat aliqua pœnitentia publicari vel solemnizari: quia non licet sacerdoti ei, qui metu peccatũ alicuius confiteri, quantuncunque publicum: sed per pœnitentiam solemnem publicatur peccatum, ergo non debet solemnizari.

¶Præterea. Iudicium debet esse secundum conditionem rei: sed pœnitentia est quoddam iudicium quod in foro occulto agitur, ergo non debet publicari vel solemnizari.

¶Præterea. Omnes defectus pœnitentiæ reuocat ad perfectum vt Ambro. dicit: sed solemnizatio facit contrarium: quia pœnitentem multis defectibus inuoluit, non enim laicus potest post solemnem pœnitentiam ad clericatum promoueri, nec clericus ad superiores ordines: ergo pœnitentia non est solemnizanda.

¶SED CONTRA, Pœnitẽtia est quoddam sacramentum: sed in quolibet sacramento solemnitas quædam adhibetur: ergo & in pœnitentia adhiberi debet.

¶Præterea. Medicina debet respondere morbo, sed peccatum quandoque est publicum, quod multos ad peccãdi trahit exemplum: ergo & pœnitentia, quæ est medicina eius, debet esse publica & solemnis, qua multi ædificentur.

CONCLVSIO.

¶*Iniungenda nonnunquam est enormibus ac publicis criminibus ob nexis publica & solemni pœnitentia ad ipsorum salutem, & aliorum exemplum.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd aliqua pœnitentia debet esse publica & solemnis propter quatuor. Primò, vt peccatum publicum publicam habeat medicinam. Secundò, quia maxima confusione in hoc mundo etiam est dignus, qui grauissimum scelus commisit. Tertiò, vt alijs sit ad terrorem. Quarto, vt sit ad exemplum pœnitendi, ne desperent qui in grauissimis peccatis delinquunt.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sacerdos non reuelat confessionem talem pœnitentiam iniungendo, quamuis suspicio oriatur illum aliquod enorme peccatum commisisse. Non enim culpa pro certo scitur ex pœna, quia quandoque aliquis pœnitentiam pro alio facit, sicut legitur in vitis Patrum de quodam, qui vt socium suum ad pœnitentiam prouocaret, ipse cum eo pœnitentiam egit. Si autem sit peccatum publicum, ipse pœnitens exequendo pœnitentiam, confessionem à se factam manifestat.

¶Ad secundum dicendum, quòd pœnitentia solemnis, quantum ad iniunctionem, non exit forum occultum: quia sicut occultè quis confitetur, ita occultè ei pœnitentia iniungitur: sed executio exit forum occultum, & hoc non est inconueniens.

¶Ad tertium dicendum, quòd pœnitentia quamuis reuocet omnes defectus restituendo in pristinam gratiam, non tamen restituit in pristinam dignitatem: & ideo etiam mulieres post peractam pœnitentiam de fornicatione non velantur: quia dignitatem virginitatis non recuperant. Et similiter post publicam pœnitentiam peccator non redit ad hanc dignitatem, vt possit ad clericatum assumi, & Episcopus talem ordinans potestate ordinandi priuari debet, nisi forte necessitas Ecclesiæ id expoſcat, aut consuetudo. tunc enim dispensatiuè recipitur ad minores, non autem ad sacros. Primò, propter dignitatem ordinum istorum. Secùdò, propter timorem recidiui. Tertiò, propter scandalum vitandum, quod posset in populo oriri ex memoria præcedentium peccatorum. Quarto, quia non haberet frontem alios corrigẽdi, cùm peccatum eius fuerit publicum.

ARTICVLVS II.

¶*Vtrùm solemnis pœnitentia iterari possit.*

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod solemnis pœnitentia iterari possit. Sacramenta enim, quæ characterem non imprimunt, cum sint solemnitate iterantur, sicut Eucharistia & extrema vnctio & huiusmodi, sed pœnitentia non imprimit characterem: ergo cum sit solẽnitate iterari debet.

¶Præterea. Pœnitentia solemnizatur propter grauitatem & manifestationem peccati: sed post peractam pœnitentiam contingit similia peccata committere, vel etiam grauiora, ergo solemnis pœnitentia iterum debet adhiberi.

¶SED CONTRA, Solemnis pœnitentia significat eiectionem primi hominis de paradiso: sed hæc tantùm semel est facta: ergo & pœnitentia solemnis tantùm semel debet fieri.

CONCLVSIO.

¶*Solemnis pœnitentia iterari minimè debet.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd solemnis pœnitentia iterari non debet propter tria. Primò, ne ex iteratione vilescat Secundò, propter significationem: quia est figura expulsionis hominis de paradiso, quæ semel est tantùm facta. Tertiò, quia solemnizatio est quasi quædam professio perpetuò pœnitentiam conseruãdi, & iteratio solemnitati repugnat. Si tamen postmodùm peccauerit, non clauditur ei locus pœnitentię, sed pœnitentia solemnis iterum ei iniungenda non est.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd in illis sacramentis, in quibus solemnitas operatur, iteratio solemnitati non repugnat, vt est in proposito: & ideò non est simile.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd quamuis ratione criminis deberetur sibi eadem pœnitentia, tamen solemnitatis iteratio non competit, propter prædictas causas.

ARTICVLVS III.

¶*Vtrùm pœnitentia solemnis sit imponenda mulieribus.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd mulieribus non sit solemnis pœnitentia imponenda. Quia vir, cui imponitur solemnis pœnitentia, debet comam abijcere: sed hoc non competit mulieri: vt patet ad Corin. 11. ergo non debet agere solemnem pœnitentiam.

¶Item, Videtur quòd clericis sit imponenda, quia imponitur propter grauitatem delicti: sed idem peccatum grauius est in clerico, quàm in laico: ergo magis debet imponi clerico, quàm laico.

¶Item, Videtur q̃ à quodlibet sacerdote possit imponi. Quia absoluere in foro pœnitentiali est eius, qui habet claues: sed simplex sacerdos habet claues: ergo potest esse minister huiusmodi pœnitentiæ.

CONCLVSIO.

¶*Publica ac solemnis pœnitentia viris ac mulieribus semel tãtùm iniungi potest, non tamen clericis: publica autem & nõ solemnis etiam clericis imponi pluries potest, sicut & alijs.*

¶RESPONDEO dicendum, quòd omnis solemnis pœnitentia est publica: sed non conuertitur. Pœnitentia enim solemnis hoc modo fit: In capite Quadragesimæ præsentant se cum presbyteris suis Episcopis ciuitatum ante fores ecclesiæ sacco induti, nudis pedibus, vultibus demissis, coma depositi, & eis in ecclesia introductis Episcopus cum omni clero septẽ Psalmos pœnitentiales dicit & postmodum eis manum imponit aqua benedicta aspersa, & cinerem capitibus ponit, cilicio colla eorum operit, & denuntiat eis lachrymabiliter, quòd sicut Adam eiectus est de paradiso, ita ipsi de Ecclesia ejiciuntur & iubet ministris vt eos ab ecclesia pellãt, clero eos prosequẽte cum hoc Responsorio: In sudore vultus tui, &c. In cœna autem domini quolibet anno a suis presbyteris in Ecclesia reducuntur: & erunt ibi vsque ad octauas Paschæ, ita tamen quòd non communicabunt, nec pacem accipient, & sic licet quolibet anno quoulque a dicta ecclesiæ eiti eis interdictus. Vltima autem reconciliatio reseruatur Episcopo ad quem solùm spectat solẽnis pœnitentiæ impositio. Potest autem imponi viris & mulieribus, sed non clericis propter scandalum. Non autem talis pœnitentia debet imponi nisi pro peccato quòd totam commouerit vrbem. Publica autem & non solemnis quæ in facie ecclesiæ fit, sed non cum solemnitate prædicta: sicut peregrinatio per mundum cum bactulo cubitali, hæc potest iterari, & a simplici sacerdote iniungi, & potest etiam clerico imponi, tamen quandoque solemnis ponitur publica, & secundum hoc authoritates quædam variè loquuntur de solemni.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd mulier habet comam in signum subiectionis, non autem vir: & ideo non competit vt in pœnitentia mulieri comæ deponantur, sicut viro.

¶Ad secundum dicendum, quòd quamuis in eodem genere peccati clericus plus peccet quam laicus, tamen non iniungitur ei pœnitentia solemnis, ne ordo veniat in contemptum: vnde defertur non personæ, sed ordini.

¶Ad tertium dicẽdum, quòd magna peccata indigent magna cautela ad sui curationem: & ideo iniunctio pœnitentiæ solemnis, quæ non nisi pro grauissimis peccatis fit, soli Episcopo reseruatur.

QVAESTIO VIGESIMANONA, DE *sacramento extremæ vnctionis, in nouem articulos diuisa.*

POST HOC considerandum est de sacramẽto extremæ vnctionis: quo ad essentialia, de quo quinque videnda sunt.

¶Primò, de essentialibus ipsius & de eius institutione.

¶Secundò, de effectu ipsius.

¶Tertiò, de ministro ipsius.

¶Quarto, de eo cui conferri debet, & in qua parte.

¶Quintò, de eius iteratione. Circa primũ quæruntur nouem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Primo, vtrùm extrema vnctio sit sacramentum.
¶Secundò, vtrùm sit vnum sacramentum.
¶Tertiò, vtrùm hoc sacramentum fuerit à Christo institutum.
¶Quartò, vtrùm oleum oliuæ sit conueniens materia huius sacramenti.
¶Quintò, vtrùm oporteat oleum esse consecratum.
¶Sextò, vtrùm huius sacramenti materia debeat per Episcopum consecrari.
¶Septimò, vtrùm hoc sacramentum habeat aliquam formam.
¶Octauò, vtrùm forma huius sacramenti debeat proferri per orationem deprecatiuam.
¶Nonò, vtrum prædicta oratio sit competens forma huius sacramenti.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm extrema vnctio sit sacramentum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ extrema vnctio non sit sacramẽtum, quia sicut oleum assumitur ad infirmos, ita ad catechumenos, sed vnctio quæ fit oleo ad catechumenos non est sacramentum: ergo nec extrema vnctio quæ fit oleo ad infirmos.

¶Præterea. Sacramẽta veteris legis fuerũt signa sacramentorũ nouæ legis, sed extrema vnctio non habuit aliquam figuram in veteri lege, ergo non est sacramentum nouæ legis.

Præterea. Secundum Dionysiũ omne sacramentũ vel ad purgãdum est, vel ad illuminandũ, vel ad perficiendum, sed extrema vnctio non ponitur nec ad purgandum, nec ad illuminandum: quia hoc soli Baptismo attribuitur: nec ad perficiendum, quia hoc secundum ipsum Dion. pertinet ad Chrisma & ad Eucharistiam: ergo extrema vnctio non est sacramentum.

¶SED CONTRA. Sacramenta Ecclesiæ sufficienter subueniunt defectibus hominum secundum quemlibet statum: sed ex eis non subuenit aliud: quàm extrema vnctio, ergo ipsa est sacramentum.

¶Præterea. Sacramenta nihil aliud sunt, quàm quædam spirituales medicinæ, sed extrema vnctio est quædam spiritualis medicina, quia valet ad remissionem peccatorum, vt habetur Iacob. 5. ergo est sacramentum.

CONCLVSIO.

¶Cùm extrema vnctio ad peccatorum remissionem valeat sacramẽtũ, non autem quippiam sacramentale vsit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in his, quæ Ecclesia visibiliter operatur, quædam sunt sacramenta, vt Baptismus, quædam sacramentalia, vt exorcismus, quorum est hæc differentia, quia sacramentum dicitur, illa actio Ecclesiæ, quę attingit ad effectum principaliter intentum in administratione sacramentorum, sed sacramentale dicitur illa actio, quę quamuis non pertingat ad illum effectum, tamen ordinatur aliquo modo ad illam actionem principalem: effectus autem intentus in administratione sacramentorum est curatio morbi peccati, Isa. 27. Hic est omnis fructus vt tollatur peccatum. Et ideò cùm ad hunc effectum pertingat extrema vnctio, vt ex verbis Iacob. patet, nec ordinetur ad aliud sacramentum quasi annexum, consequenter, extrema vnctio non est sacramentale, sed sacramentum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd oleum quo catechumeni inunguntur sua vnctione, non perducit ad peccati remissionẽ, quia hoc ad baptismum pertinet, sed aliquo modo ad baptismum disponitur: ideò non est sacramentũ illa vnctio sicut vnctio extrema.

¶Ad secundum dicendum, quòd hoc sacramentum immediatè hominem ad gloriã disponit, cùm exeuntibus à corpore detur: & quia in veteri lege non erat tempus adhuc perueniendi ad gloriam, quia neminem ad perfectum adduxit lex: ideò illud sacramentũ præfigurari non debuit per aliquod sacramentum sibi respondens, sicut per figuram eiusdem generis: quamuis per figuras remotas aliquo modo figuratum sit in omnibus curationibus quæ leguntur in veteri lege.

¶Ad tertium dicendum q̃ Dionys. non facit aliquã mentionem de extrema vnctione sicut nec de pœnitẽtia, nec de matrimonio: quia ipse nõ intẽdit determinare de sacramẽtis, nisi quatenus per ea innotescere potest Ecclesiasticæ hierarchię ordinata dispositio, quantum ad ministros & actiones ministrorũ & recipientes: tamen cùm per extremam vnctionem aliquis consequatur gratiam & remissionem peccatorum, non est dubium quòd habeat vim illuminatiuam & purgatiuam, sicut Baptismus, quamuis non ita plenam.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm extrema vnctio sit vnum sacramentum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ extrema vnctio non sit vnum sacramentũ, quia vnitas rei est ex sua materia & ex sua forma, cùm ex eodem habeat res esse & vnitatem: sed forma huius sacramenti frequenter iteratur etiam eadem vice & materia pluries, cùm inunctio adhibeatur secũdum diuersas partes: ergo non est vnum sacramentum.

¶Præterea. Ipsa vnctio est sacramentum: ridiculum enim est dicere quòd oleum sit sacramentum: sed sunt plures vnctiones ergo sunt plura sacramenta.

¶Præterea. Vnum sacramentum ab vno ministro perfici debet sed in aliquo casu extrema vnctio non potest perfici ab vno ministro: sicut si post primam vnctionem factam sacerdos moriatur: tunc enim alius sacerdos debet vlteriùs procedere: ergo extrema vnctio non est sacramentum vnum.

¶SED CONTRA, Sicut se habet immersio ad baptismũ, ita se habet vnctio ad hoc sacramentum, sed plures immersiones sunt vnum sacramentum baptismi: ergo & plures vnctiones sunt vnum sacramentum.

¶Præterea: Si non esset vnum sacramentum, tunc facta prima vnctione non oporteret ad perfectionem sacramenti quòd fieret secunda: quia quodlibet sacramẽtũ per se habet esse perfectum: sed hoc falsum est, ergo est vnum sacramentum.

CONCLVSIO.

¶Extrema vnctio, quamuis permultas perficiatur actiones, vnum' nihilominus sacramentum est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd vnum numero, per se loquendo, dicitur tripliciter. Vno modo sicut indiuisibile quòd nec actu nec potentia est plura, vt punctus & vnitas. Alio modo sicut continuum, quod quidem actu est vnum, sed plura potentia, vt linea. Tertio modo sicut perfectum aliquod, quòd ex partibus pluribus constituitur, vt domus quæ est multa quodammodo in actu, sed illa multa conueniunt in aliquo vno: & hoc modo quodlibet sacramentum dicitur vnum, inquantum multa quæ sunt in vno sacramento, adunantur ad vnum significandum vel causandum, quia sacramentum significando causat. Et ideò quando vna actio sufficit ad significationem vnius sacramenti consistit in illa actione tantùm, sicut patet in confirmatione. Quando autem significatio sacramenti potest esse & in vna & in multis actionibus, tunc sacramẽtum perfici potest & vna actione & pluribus, sicut Baptismus vna immersione & tribus: quia ablutio, quæ significatur in Baptismo, potest esse pervnam immersionem & per multas. Quando autem perfecta significatio non potest esse nisi per plures actiones, tunc plures actiones sunt de perfectione sacramenti, sicut patet in Eucharistia: quia refectio corporalis, quæ significat spiritualem, non potest esse nisi per cibum & potum, & similiter est in hoc sacramento. Quia curatio interiorum vulnerum non potest perfectè significari nisi per appositionem medicinæ ad diuersas vulnerum radices: & ideò plures actiones sunt de perfectione huiusmodi sacramenti.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vnitas totius perfecta non tollitur per diuersitatem materiæ aut formæ, quæ sunt in partibus totius. Sicut constat q̃ non est eadẽ materia carnis & ossis, ex quibus constituitur vnus homo, nec eadem forma, & similiter in sacramẽto Eucharistiæ & in hoc sacramento pluralitas materiæ & formæ vnitatem sacramenti non tollit.

¶Ad secundum dicendum quòd quamuis illę actiones sint plures simpliciter, tamen vniuntur in vna perfecta actione, quæ est vnctio omnium exteriorum sensuum, quibus hauritur morbis interior.

¶Ad tertium dicendum, q̃ quamuis in Eucharistia si post consecrationem panis moriatur sacerdos, alius sacerdos possit procedere ad consecrationẽ vini, incipiens vbi ille dimisit, vel etiã incipere à capite supra aliam materiam, tamen in extrema vnctione non potest a capite incipere, sed debet semper procedere: quia vnctio in eadem parte perfecta tantum valet, ac si consecraretur bis eadem hostia: quod nullo modo faciendum est. Nec tamen ministrorum pluralitas tollit vnitatem huius sacramenti, quia instrumentaliter tantùm operantur: mutatio autem ministrorum non tollit vnitatem operationis fabri.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm hoc sacramentum fuerit à Christo institutum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd hoc sacramentum non fuerit institutum à Christo. Quia de institutione sacramentorũ, quæ Christus instituit, fit mentio in Euangelio, sicut de Eucharistia & Baptismo: sed nulla fit mentio de extrema vnctione: ergo non est a Christo instituta.

¶Præterea, Magister expresse dicit in 4. 22. distinctione quòd est institutum ab Apostolis: ergo ipse Christus per se non instituit.

¶Præterea. Sacramentum Eucharistię quod Christus instituit, etiam ipse per se exhibuit: sed hoc sacramentum ipse nulli exhibuit: ergo per se non instituit.

¶SED CONTRA, Sacramẽta nouę legis sunt digniora quã sacramẽta veteris legis: sed omnia sacramenta veteris legis sunt à Deo instituta, ergo multò fortiùs omnia sacramenta nouę legis habent institutionem ab ipso Christo.

¶Præterea. Eiusdem est instituere & iterum renouare: sed ecclesia quæ in successoribus Apostolorum habet eandem auctoritatem, quam apostoli habuerunt, non potest auferre sacramentum extremæ vnctionis: ergo apostoli non instituerunt, sed ipse Christus.

CONCLVSIO.

¶Extrema vnctionis sacramentum à Christo fuit institutum sicut & cætera sacramenta, ab Apostolis tamen promulgatum fuit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio: quidam dicunt quòd sacramentum istud & confirmationis Christus non instituit per se, sed apostolis instituendum dimisit: quia hęc duo propter plenitudinem gratię, quæ est in eis, conferri non potuerunt ante spiritus sancti missionem plenissimam, nec institui: vnde sunt ita sacramenta nouæ legis q̃ in veteri figuram non habuerunt. Sed hoc non multùm cogit: quia sicut Christus ante passionem promisit plenam Spiritus sancti missionem, ita potuit instituere huiusmodi sacramentum. Et ideò alij dicunt quòd omnia sacramenta Christus initiauit per seipsum, sed quædam per se ipsum promulgauit, quæ sunt maioris difficultatis ad credendum. Quædam autem apostolis promulganda reseruauit, sicut extremam vnctionem & confirmationem. Et hęc opinio pro tanto videtur probabilior: quia sacramenta ad fundamenta legis pertinent: & ideò ad legislatorem pertinet eorum institutio. Et iterum, quia ex institutione efficaciam habent, quæ eis non nisi diuinitùs inest.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd multa dominus fecit & dixit, quę in euangelijs non continentur. Illa enim prę cipuè curauerunt Euangelistæ tradere, quò ad necessitatem salutis & ecclesiæ dispositionem pertinent: & ideò potiùs institutionem Baptismi & pœnitentię & eucharistiæ, & ordinis factam à Christo narrauerunt quàm sacramentum extremæ vnctionis, quæ neque ex necessitate salutis, neque ad dispositionem siue distinctionem ecclesiæ pertinet: tamen etiam de olei vnctione fit mentio in euangelio, Matth. 6. vbi dicitur, quòd apostoli oleo vngebant infirmos.

¶Ad secundum dicendum, quòd Magister dicit ab apostolis institutum, quia per doctrinam Apostolorum nobis promulgata est eius institutio.

¶Ad tertium dicendum, quòd Christus non exhibuit aliquod sacramentum nisi quod ipse accepit in exemplum: accipere autem pœnitentiam & extremam vnctionem sibi non competebat, quia sine peccato erat: ideò ipse non exhibuit.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm oleum oliuæ sit conueniens materia huius sacramenti.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd oleũ oliuę non sit cõueniens materia huius sacramẽti, quia hoc sacramentum immediatè ad incorruptionẽ ordinat: sed incorruptio significatur per balsamum quod est in chrismate: ponitur ergo chrisma esse conuenientior materia huius sacramẽti.

¶Præterea, Hoc sacramentum est spiritualis medicatio: sed spiritualis medicatio per vini appositionem significatur: sicut patet Lucæ 10. in parabola de sauciato. ergo vinum etiam conuenientior materia fuisset huius sacramenti.

¶Præterea. Vbi est maius periculum, ibi debet esse commune remedium: sed oleum non est commune remedium, quia non inuenitur in qualibet terra: ergo cùm hoc sacramentum detur exeuntibus, qui sunt in maximo periculo, videtur quòd oleum oliuę non sit materia conueniens.

¶SED CONTRA est, quòd Iacob. 5. oleum materia huius sacramenti determinatur, sed propriè non dicitur nisi oleũ oliuæ: ergo hoc est materia huius sacramenti.

¶Præterea, Spiritualis sanatio per olei inunctionem significatur, vt patet Isa. 1. vbi dicitur, Plaga tumens non est curata medicamine, neque fota oleo: ergo conueniens materia huius sacramenti est oleum.

CONCLVSIO.

¶Oleum oliuæ, cùm sit lenitiuum ac penetratiuum vsque ad intima, ac diffusiuũ, conueniens materia est sacramenti extremæ vnctionis, quod perfecta & lenis sanatio esse debet.

¶RESPONDEO dicendum, quòd spiritualis sanatio, quæ in fine adhibetur, debet esse perfecta, quia post eam alia non relinquitur: & lenis, vt spes quæ exeuntibus est maximè necessaria, non frangatur, sed foueatur. Oleum autem lenitiuum est & penetratiuum vsque ad intima & etiam diffusiuum: & ideò quantùm ad vtrunque prędictorum est conueniens materia huius sacramenti. Et quia oleum principaliter nominatur oliuę liquor, alij tamen liquores ex similitudine ad ipsum Olei nomen accipiuntur: ideò oleum oliuę etiam debet esse quod assumunt in materia huius sacramenti.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd incorruptio gloriæ est res non contenta in hoc sacramento, nec oportet q̃ talis rei significatio materiæ respondeat. Vnde non oportet quòd balsamum ponatur materia sacramenti huius, quia balsamum propter odorem pertinet ab bonitatem famę, qua de cætero non indigent propter se exeuntes: sed indigent tantùm nitore conscientię, qui in oleo significatur.

¶Ad secundum dicendum, quòd vinum sanat mordendo, sed oleum leniendo: & ideò curatio per vinum magis pertinet ad pœnitentiam quàm ad hoc sacramentum.

¶Ad tertium dicendum, quòd oleum oliuę quamuis non vbique crescat, tamen de facili potest ad quemlibet locum transferri. Et præterea hoc sacramentum non est tantæ necessitatis, quòd euntes sine hoc sacramento non possint salutẽ consequi.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm oporteat oleum eum consecratum.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd non oporteat oleum esse consecratum, quia hoc sacramentum habet vnam sanctificationem in vsu per formam verborum: ergo superfluit alia sanctificatio, si ad materiam ipsius fiat.

¶Præterea. Sacramenta habẽt efficaciam & significationem in ipsa materia: sed significatio effectus huius sacramenti competit oleo ex naturali proprietate, efficacia autem ex institutione diuina: ergo nõ est necessaria aliqua sanctificatio materię.

¶Præterea. Baptismus est perfectius sacramentum quàm extrema vnctio, sed in baptismo non præexigitur materiæ sanctificatio quantùm est de necessitate sacramenti, ergo nec in extrema vnctione.

¶SED CONTRA est: quia in omnibus alijs vnctionibus est materia consecrata priùs: ergo cùm hoc sacramentum sit quędam vnctio, requiret materiam consecratam.

CONCLVSIO.

¶Oleum, quod in extrema vnctione assumitur pro materia, consecratum esse debet.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidam dicunt quòd oleum simplex est materia huius sacramenti, & in ipsa sanctificatione olei, quæ est per Episcopum, perficitur sacramentum. Sed hoc patet esse falsum ex his quę de Eucharistia dicta sunt vbi ostensum est quòd solùm illud sacramentum consistit in consecratione materię.

¶Et ideò dicendum, quòd hoc sacramentum consistit in ipsa vnctione, sicut baptismus in absolutione, & materia huius sacramenti est oleum sanctificatum. Potest autem triplex ratio assignari, quare exigitur materię sanctificatio in hoc sacramẽto, & in quibusdam alijs. Prima est, quia omnis efficacia sacramentorum à Christo descẽdit: & ideò sacramenta illa, quibus ipse est vsus, habent efficaciam ex ipso vsu suo, sicut tactu suę carnis vim regenerativam contulit aquis: sed hoc sacramento non est vsus, nec aliqua corporali vnctione: & ideò in omnibus vnctionibus requiritur sanctificatio materię. Secunda causa est propter plenitudinem gratię quę confertur non solùm vt tollat culpam, sed etiam reliquias & infirmitates corporis. Tertia est ex hoc quòd effectus eius corporalis, scilicet sanatio non causatur ex materię naturali proprietate: & ideò oportet quòd hęc efficacia sibi per sanctificationem detur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd primę materię sanctificatio est secundum se, sed secunda magis pertinet ad vsum ipsius, secundum quòd est actu conferens effectum: & ideò neuter superfluit, quia etiam instrumenta accipiuntur ab artifice & dum fiunt, & dum ad actum applicantur.

¶Ad secundum dicendum, quòd illa efficacia quę est ex institutione sacramenti, applicatur huic materię per sanctificationem.

¶Ad tertium patet solutio ex dictis.

ARTICVLVS VI.

¶Vtrùm oporteat materiam huius sacramenti esse consecratam per Episcopum.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd non oporteat materiam huius sacramenti esse consecratam per Episcopum, quia dignior est consecratio materię in sacramento Eucharistię quàm in hoc sacramento, sed in Eucharistia materiã sacerdos potest consecrare: & in hoc sacramento.

¶Præterea. In operibus corporalibus ars dignior nunquã præparat materiam inferiori: quia dignior est quę vtitur, ea quę præparat: vt dicitur 2. Phy. sic. sed Episcopus est supra sacerdo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem: ergo non preparat materiam in hoc sacramẽto quo sacerdos vtitur, sed sacerdos dispensat hoc sacramentum: vt dicetur: ergo consecratio materiæ ad Episcopum non pertinet.

¶SED CONTRA est. quia in alijs vnctionibus etiã materia per Episcopum consecratur: ergo ita debet esse in ista.

CONCLVSIO.

¶Materia huius sacramenti per Episcopum consecrata esse debet.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd minister sacramenti non inducit effectũ sacramenti propria virtute, vt principale agẽs, sed per efficaciam sacramenti quod dispensat: quæ quidem efficacia primo est à Christo & ab ipso in alios descendit ordinatẽ, scilicet in populum mediantibus ministris qui sacramenta dispensant, & in ministros inferiores mediãtibus superioribus, qui materiam sanctificant: & ideò in omnibus sacramentis, quę indigent materia sanctificata, priùs sanctificatio materię fit per Episcopum & vsus quandòque per sacerdotem: vt ostendatur sacerdotalis potestas ab Episcopali deriuata: secundum illud Psalmi, Sicut vnguentum in capite quod prius descẽdit in barbam, deinde vsque ad oram vestimenti.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sacramentũ Eucharistiæ consistit in ipsa materiæ sanctificatione, non autem in vsu, & ideò propriè loquendo, illud quod est materia sacramẽti, non est quid consecratum: vnde non præexigitur aliqua sanctificatio circa materiam per Episcopũ facta, sed exigitur sanctificatio altaris, & huiusmodi: & etiam ipsius sacerdotis, quæ non nisi per Episcopum fieri potest. Vnde in illo etiam sacramento ostenditur potestas sacerdotalis ab Episcopo deriuata, vt Dionysi. dicit, ideò illam consecrationem materiæ potest facere sacerdos, quæ est in se sacramentum, & non illam, quę vt sacramentale quoddam ordinatur ad sacramentum, quod cõsistit in vsu fidelium, quia quantùm ad corpus Christi verum nullus ordo est supra sacerdotium, sed quantum ad corpus Christi mysticum Episcopalis ordo est supra sacerdotalem, vt infrà dicetur.

¶Ad secundum dicendum, quòd materia sacramenti non est talis materia, vt in qua fiat aliquid per eũ qui ea vtitur, sicut est in artibus mechanicis, sed vt eius virtute aliquid fiat, & sic percipiat aliquid de ratione causæ agentis, inquantum est instrumentum diuinæ operationis, & ideò oportet quòd à superiori arte: vel potestate, talis virtus materiæ acquiratur. Quia in causis agentibus quanto aliquod agens est prius, tantò est perfectius. In causis autẽ purè materialibus quanto materia prior, tantò imperfectior.

ARTICVLVS VII.

Vtrùm hoc sacramentum habeat aliquam formam.

ADSEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd hoc sacramentum non habeat aliquam formam. Cùm enim efficacia sacramentorũ sit ab institutione & item à forma, oportet quòd forma tradatur ab ipso, qui sacramentum instituit, sed forma huius sacramenti non inuenitur tradita neq; à Christo, neque ab Apostolis, ergo hoc sacramentum non habet aliquam formam.

¶Præterea. Ea quæ sunt de necessitate sacramenti, obseruantur eodem modo apud omnes: sed nihil magis est de necessitate sacramẽti habentis formã, quàm ipsa forma. Ergo cùm non sit aliqua forma communiter obseruata ab omnibus in hoc sacramento, quia diuersi diuersis verbis vtuntur: videtur quòd hoc sacramentum non habeat aliquam formam.

¶Præterea. In baptismo non requiritur forma nisi ad sanctificationem materiæ, quæ est aqua verbo vitæ diluendis criminibus sanctificata: sed hoc sacramentum habet materiam priùs sanctificatam: nõ ergo indiget aliqua forma verborum.

¶SED CONTRA est quod magister dicit, quòd omne sacramentum nouæ legis videtur quod habeat formam.

¶Præterea. Ad hoc est ritus vniuersalis ecclesiæ, quæ quibusdam verbis vtitur in collatione huius sacramenti.

CONCLVSIO.

¶Determinata est forma verborum huius sacramenti, sicut & aliorum sacramentorum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidam dixerunt q̃ nulla est forma de necessitate huius sacramenti. Sed hoc videtur derogare effectui huius sacramenti. Quia omne sacramentum efficit significando, significatio autem materię non determinatur ad effectũ determinatũ cùm ad multa se possit habere, nisi per formam verborum: & ideò in omnibus sacramentis nouæ legis quæ efficiunt quod figurant, oportet esse, & res & verba: & præterea Iacobus totam vim sacramenti huius videtur constituere in oratione, quę est forma huius sacramenti, vt dicetur: & ideò prędicta opinio præsumptuosa videtur & erronea. Et propter hoc dicendum, sicut communiter dicitur, q̃ habet formam determinatam, sicut & alia sacramenta.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sacra scriptura omnibus cõmuniter præponitur: & ideò forma Baptismi, qui ab omnibus dari potest, debet in sacra Scriptura exprimi: & similiter forma Eucharistiæ quę exprimit sacramenti illius fidẽ quę est de necessitate salutis: sed formę aliorũ sacramentorum non inueniuntur in scriptura traditę: sed ecclesia ex traditione Apostolorũ habet, qui à Domino acceperũt: vt dicit Apostolus 1. Cor. 11. Ego accepi à Domino quod tradidi vobis.

¶Ad secundum dicendum, quòd illa verba quę sunt de essentia formę, scilicet oratio deprecatiua ab omnibus dicitur: sed alia quæ sunt de bene esse, non obseruantur ab omnibus.

¶Ad tertium dicendum, quòd materia baptismi habet quandam sanctificationem per se ex ipso tactu carnis saluatoris, sed ex forma verborum accipit sanctificationem actu ad sanctificantem: & similiter post sanctificationem materię huius sacramenti secundum se requiritur sanctificatio in vsu, per quam actu sanctificet.

ARTICVL. VIII.

¶Vtrùm forma huius sacramenti debeat proferri per orationem indicatiuam. & non deprecatiuam.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur q̃ forma huius sacramenti debeat proferri per orationem indicatiuam & non deprecatiuam: quia sacramenta nouæ legis habent certum effectum: sed certitudo effectus non exprimitur in formis sacramentorum nisi per orationem indicatiuam, cùm dicitur, hoc est corpus meum, vel ego baptizo: ergo debet esse forma huius sacramenti oratio indicatiua.

¶Præterea, In formis sacramentorum debet exprimi intentio ministri, quæ requiritur ad sacramentum: quæ non exprimitur nisi per orationem indicatiuam, ergo &c.

¶Præterea, In quibusdam Ecclesijs dicuntur huiusmodi verba in collatione huius sacramenti. Vngo hos oculos oleo sanctificato in nomine Patris, &c. & hoc est conforme alijs formis sacramentorum: ergo in hoc videtur quòd constitit forma huius sacramenti.

¶SED CONTRA, Illud quod est forma sacramẽti, ab omnibus oportet quòd seruetur: sed verba prædicta non dicũtur secundum consuetudinem omnium Ecclesiarum: sed tantum verba deprecatiua, scilicet per istam sanctam vnctionẽ & pissimam suam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quicquid peccasti per visum, &c. ergo forma huius sacramenti est oratio deprecatiua.

¶Præterea, Hoc videtur ex verbis Iacobi qui attribuit efficaciam huius sacramenti orationi. Oratio fidei, inquit, sanabit infirmum: ergo eum efficacia sacramenti fit ex forma, videtur q̃ forma huius sacramenti sit oratio deprecatiua.

CONCLVSIO.

¶Forma verborum huius sacramenti in oratione deprecatiua perficitur, non autem indicatiua.

¶RESPONDEO dicendum, quòd oratio deprecatiua est forma huius sacramẽti, vt patet per verba Iacobi, & ex vsu Romanæ Ecclesiæ, quæ solùm verbis deprecatiuis vtitur in collatione huius sacramenti, cuius ratio multiplex assignatur. Primò, quia suscipiens sacramentum hoc, est viribus propijs destitutus: vnde indiget orationibus subleuari. Secundò, quia datur exeũtibus qui iam desunt esse de foro Ecclesiæ, & in solius Dei manu requiescunt: vnde ei per orationem committuntur. Tertiò, quia hoc sacramentum nõ habet aliquem effectum qui semper ex oratione ministri cõsequatur omnibus, quæ sunt de essentia sacramenti etiam ritè peractis, sicut character in Baptismo & Confirmatione, & transsubstantiatio in Eucharistia, & remissio peccati in pœnitentia existẽte contritione, quę est de essentia sacramẽti pœnitentiæ: non autem de essentia huius sacramenti: & ideo in hoc sacramento nõ potest esse forma indicatiui modi sicut in prædictis sacramentis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc sacramentum sicut & prædicta, quantum est de se, habet certitudinem sed potest ex fictione impediri recipientis, etiã si sacramento se subijciat per intentionem, quòd nullum effectum consequatur, & propter hoc nõ est simile de hoc & de alijs sacramentis, in quibus semper aliquis effectus consequitur.

¶Ad secundum dicendum, quòd per ipsum actum, qui imponitur in forma, scilicet per istam sanctam vnctionem, satis exprimitur intentio.

¶Ad tertium dicendum, quòd verba illa indicatiui modi, quę secundum morem quorundam præmittuntur orationi, non sunt formæ huius sacramenti, sed sunt dispositio ad formam, inquantum intentio ministri determinatur ad actum illum per illa verba.

ARTIC.

ARTICVLVS IX.

¶Vtrùm prædicta oratio sit competens forma huius sacramenti.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd prædicta oratio non sit competens forma huius sacramenti. Quia in formis aliorum sacramentorum fit mentio de materia, sicut patet in conformatione, quæ non fit in prædictis verbis: ergo nõ est conueniens forma.

¶Præterea. Sicut effectus huius sacramẽti prouenit in nos per misericordiam diuinam: ita & aliorum sacramentorum: sed in formis aliorum sacramentorum non fit mentio de misericordia diuina: sed magis de Trinitate & Passione, ergo similiter debet esse hic.

¶Præterea. Duplex effectus huius sacramẽti in litera ponitur, sed in verbis prædictis non fit mentio: nisi de vno: scilicet de remissione peccatorum: non autẽ de corporali sanatione ad quã Iacobus ordinat orationem fidei dicens. Oratio fidei sanabit infirmum: ergo forma prędicta est incompetens.

CONCLVSIO.

¶Conueniens verborum forma est huius sacramenti ea, qua Ecclesia vtitur, per istam, scilicet sanctam, &c.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ prædicta oratio est competens forma huius sacramenti: quia tangit sacramentũ in hoc quod dicitur, per istam sanctam vnctionem: & illud quod operatur in sacramento: scilicet diuinam misericordiam: & effectum, scilicet remissionem peccatorum.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ materia huius sacramẽti potest intelligi per actũ vnctionis: nõ autẽ materia cõfirmationis per actum in forma expressum: & ideò nõ est simile.

¶Ad secundum dicendũ, q̃ misericordia respicit miseriam: & quia hoc sacramentũ datur in statu miseriæ, scilicet infirmitatis, ideò potiùs hic, quàm in alijs fit mentio de misericordia.

¶Ad tertiũ dicendũ, q̃ in forma debet exprimi effectus principalis, & qui semper inducitur ex sacramẽto: nisi sit defectus ex parte recipientis, nõ autẽ talis effectus est corporalis sanitas, vt ex dictis patet, quãuis quãdóq; sequatur: ratiõe cuius Iacobus hũc effectũ attribuit orationi, quę est forma huius sacramenti.

QVAESTIO TRIGESIMA,

De effectu huius sacramenti, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de effectu huius sacramenti.

¶Circa quod quæruntur tria.

¶Primò, vtrùm extrema vnctio valeat ad remissionem omnium peccatorum.

¶Secundò: vtrũ sanitas corporalis sit effectus huius sacramenti.

¶Tertiò, vtrùm hoc sacramentum characterem imprimat.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm extrema vnctio valeat ad remissionem omnium peccatorum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ extrema vnctio non valeat ad remissionem omnium peccatorum. Ad hoc enim quòd per vnum potest efficaciã aliud non exigitur: sed in eo qui extremam vnctionem accipit, requiritur pœnitentia ad peccatorum remissionem: ergo per extremam vnctionem non dimittuntur peccata.

Præterea. In peccato non sunt nisi tria, macula, reatus pœnę, & reliquię peccati, sed per extremam vnctionem nõ remittitur peccatum quo ad maculam sine contritione, quæ etiam sine vnctione remittitur: nec iterum quo ad pœnam, quia adhuc si conualescat, tenetur perficere satisfactionem iniunctam, nec quo ad reliquias culpæ, quia adhuc remanent dispositiones ex actibus præcedentibus relictæ: vt patet post conualescentiam: ergo nullo modo per extremam vnctionem fit peccatorum remissio.

¶Præterea. Remissio peccatorũ nõ fit successiuè, sed in instãti: sed extrema vnctio nõ fit tota simul, quia plures vnctiones requiruntur, ergo eius effectus non est remissio peccatorum.

¶SED CONTRA est quod dicitur Iaco. 5. Si in peccatis est, dimittentur ei.

¶Præterea. Omne sacramentũ nouæ legis gratiã confert, sed per gratiã fit remissio peccatorum: ergo extrema vnctio cũ sit sacramentum nouæ legis, operatur ad remissionem peccati.

CONCLVSIO.

¶Principalis extremæ vnctionis effectus est ipsa peccatorũ remissio quo ad illorum reliquias, & maculam, seu culpam: si eam inueniat.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ quodlibet sacramentum est institutum principaliter ad vnũ effectũ, quamuis etiã alios ex consequenti inducere possit: & quia sacramentum efficit quòd figurat, ideò ex ipsa significatione sacramẽti debet accipi eius principalis effectus. Adhibetur autem hoc sacramentũ secundum modum cuiusdam medicationis, sicut Baptismus per modũ ablutionis: medicina autem est ad pellendum infirmitatem: vnde principaliter hoc sacramentũ est institutum ad sanandũ infirmitatem peccati: vt sicut Baptismus est quædã spiritualis regeneratio, & pœnitentia quędam spiritualis suscitatio ita & extrema vnctio est quædam spiritualis sanatio vel medicatio. Sicut autem corporalis medicatio præsupponit corporalẽ vitam in medicato, ita spiritualis spiritualem, & ideò hoc sacramentum non datur contra defectus quibus spiritualis vita tollitur: scilicet contra peccatum originale & mortale, sed cõtra illos defectus, quibus homo spiritualiter infirmatur: vt non habeat perfectũ vigorem, ad actus vitæ, gratiæ, vel gloriæ: & hic defectus nihil est aliud quã quædã debilitas & ineptitudo, quę in nobis relinquitur ex peccato actuali vel originali, & contra hanc debilitatem homo roboratur per hoc sacramentum. Sed quia hoc robur gratia facit, quæ secũ non cõpatitur peccatũ, ideò ex consequenti, si inueniat peccatum aliquod vel mortale vel veniale, quo ad culpam tollit ipsum dumodò non ponatur obex ex parte recipientis, sicut etiam de Eucharistia & cõfirmatione suprà dictũ est, & ideò etiã Iacobus de remissione peccati conditionaliter loquitur dicens. Si in peccatis sit, dimittẽtur ei quo ad culpã, nõ enim semper delet peccatũ, quia non semper inuenit: sed semper remittit quo ad debitatẽ prędictã quã quidã reliquias peccati dicunt. Quidã verò dicunt q̃ principaliter est institutũ cõtra veniale, quod quidẽ non potest dũ hic vita agitur, perfectè curari, & ideò sacramentum exeuntiũ specialiter contra veniale ordinatur. Sed hoc non videtur verum, quia pœnitentia sufficienter etiam in vita delet venialia quo ad culpam: quod autem non potest euitari post peractam pœnitẽtiam, non aufert pœnitentiæ præcedenti suum effectũ, & iterum hoc pertinet ad debilitatem prędictam. Vnde dicẽdum, q̃ principalis effectus huius sacramenti est remissio peccatorum, quo ad reliquias peccati, & ex cõsequenti etiam quo ad culpam, si eam inueniat.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, q̃ quãuis effectus principalis alicuius sacramẽti possit haberi sine actuali perceptione illius sacramenti, vel sine sacramento: vel per aliud sacramentũ ex consequẽti: nunquam tamen haberi potest sine proposito illius sacramenti: & ideò quia pœnitentia est principaliter instituta contra actualem culpam, quodcũnq; aliud sacramentum actualem culpam deleat ex consequenti non excludit necessitatem pœnitentiæ.

¶Ad secundũ dicendum, q̃ extrema vnctio aliquo modo quãtũ ad illa tria remittit peccatum: quãuis enim ille culpa quo ad maculã sine contritione non dimittatur, tamen ho c sacramentũ per gratiam quã infundit, facit q̃ ille motus liberi arbitrij in peccatum fit contritio, sicut etiam in Eucharistia & Confirmatione potest accidere. Similiter etiam & reatum pœnæ tẽporalis dimittit: sed ex consequenti, inquantum debilitatẽ tollit: quia eandem pœnam leuius portat fortis, quàm debilis: vnde non oportet q̃ propter hoc minuatur satisfactionis mẽsura. Reliquiæ autem peccati non dicuntur hic dispositiones ex actibus relictę, quæ sunt quidam habitus inchoati, sed quędam spiritualis debilitas in ipsa mente existens, qua sublata & eisdẽ habitibus vel dispositionibus manentibus, non ita posset inclinari mens ad peccatum.

¶Ad tertium dicendũ, q̃ quando sunt multæ actiones ordinatæ ad effectum vnum, vltima est formalis respectu omniũ præcedentium, & agit in virtute earum: & ideò in vltima vnctione gratia infunditur quæ effectum sacramento præbet.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm sanitas corporalis sit effectus huius sacramenti.

ADSECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ sanitas corporalis nõ sit effectus huius sacramẽti. Omne enim sacramentũ est medicina spiritualis: sed spiritualis medicina ad spiritualẽ sanitatẽ ordinatur: sicut corporalis ad corporalẽ: ergo sanitas corporalis non est effectus huius sacramenti.

¶Præterea. Sacramentum semper habet effectum suũ in eo qui non fictus accedit: sed quandóq; non sanatur corporaliter suscipiens hoc sacramentum, quantũcũnq; deuotus accipiat: ergo sanitas corporalis non est effectus eius.

¶Præterea. Efficacia huius sacramenti nobis ostenditur Iacobi 5. sed ibi non attribuitur sanatio effectus vnctioni, sed orationi, dicit enim. Oratio fidei sanabit infirmum: ergo corporalis sanatio non est effectus huius sacramenti.

¶SED CONTRA. Operatio Ecclesiæ habet maiorẽ efficaciam post Christi passionem: quã ante, sed ante oleo inũcti per Apostolos sanabantur: vt patet Math. 6. ergo & nunc habet effectum in corporali sanatione.

¶Præterea. Sacramenta significando efficiunt, sed Baptismus

Universidad de Deusto
Biblioteca

per ablutionem corporalem, quam exterius facit, significat & efficit spiritualem: ergo & extrema vnctio per sanationem corporalem, quam exterius significat, efficit & causat spiritualem.

CONCLVSIO.

¶ Valet hoc sacramentum fideliter sumptum non modò ad animæ, sed corporis salutem, dummodo nullum adsit impedimentum, & expedit ad animæ salutem.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut Baptismus per ablutionem corporalem facit spiritualem emundationem à maculis spiritualibus, ita hoc sacramentum per medicationem sacramentalem exteriorem facit sanationem interiorem: & sicut ablutio Baptismi habet effectum corporalis ablutionis, quia etiam corporalem mundationem habet: ita extrema vnctio habet effectum corporalis medicationis, scilicet corporalem sanationem. Sed hęc differentia est, quia corporalis ablutio ex ipsa naturali proprietate elementi facit corporalem mundationem, & ideò semper eam facit: sed extrema vnctio nō facit corporalem sanationem ex proprietate naturali materiæ, sed virtute diuina, quæ rationabiliter operatur: & quia ratio operans nunquam inducit secundarium effectum, nisi secundum quòd expeditad principalem, ideò ex hoc sacramento non sequitur corporalis sanatio semper, sed quando expedit ad spiritualem sanationem, & tunc semper eam inducit, dummodò non sit impedimentum ex parte recipientis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū, quòd argumentatio illa probat, quòd corporalis sanitas non sit effectus principalis huius sacramenti: & hoc verum est.

¶ Ad secundum patet solutio ex dictis.

¶ Ad tertium dicendū, quòd oratio illa est forma huius sacramenti, vt dicetur: & ideò hoc sacramentum & sua forma habet efficaciam quantum est de se ad sanationem corporalem.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm hoc sacramentum imprimat characterem.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd hoc sacramentum imprimat characterem. Character enim signū distinctiuum est, sed sicut baptizatus distinguitur à nō baptizato, ita vnctus à non vncto: ergo sicut Baptismus imprimit characterem, ita & extrema vnctio.

¶ Præterea, In ordinis & confirmationis sacramentis est vnctio, sicut in hoc sacramento: sed in illis imprimitur character, ergo & in isto.

¶ Præterea, In omni sacramento est aliquid quod est res tantùm, & aliquid quod est sacramentum tantùm, & aliquid quod est res & sacramentum: sed non potest aliquid assignari in hoc sacramento quod sit res & sacramentum nisi character: ergo & in hoc imprimitur character.

¶ SED CONTRA, Nullum sacramentum imprimens characterem iteratur, hoc autem iteratur, vt dicetur: ergo non imprimit characterem.

¶ Præterea, Distinctio quæ sit secundum characterem sacramentalem est distinctio eorum, qui sunt in præsenti Ecclesia, sed extrema vnctio confertur ei qui exit de præsenti Ecclesia. ergo non decet quòd in eo character conferatur.

CONCLVSIO.

¶ Nullum imprimit characterem hoc sacramētum, cùm per illud homo ad aliquod sacrum peragendum non ordinetur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd character non imprimitur nisi in illis sacramentis, quibus homo ad aliquod sacrum deputatur: sed hoc sacramentum est solùm in remedium, & nō deputatur per ipsum homo ad aliquod sacrum agendum vel susscipiendum: & ideò non imprimitur in eo character.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd character facit distinctionem statuum quantum ad ea quæ in Ecclesia sunt agenda: & talem distinctionem homo non habet ab alijs per hoc, quòd ipse est inunctus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vnctio, quæ fit in ordine & confirmatione, est vnctio consecrationis, qua homo deputatur ad aliquod sacrum: sed hæc vnctio est vnctio medicationis, & ideò non est simile.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in hoc sacramento res & sacramentum non est character, sed quædam interior deuotio quæ est spiritualis vnctio.

QVAESTIO TRIGESIMAPRIMA, DE *ministra huius sacramenti, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandū est de administratione huius sacramenti.

¶ Circa quod tria quæruntur.

¶ Primò, vtrum laicus possit hoc sacramentum conferre.

¶ Secundò vtrùm diaconus.

¶ Tertiò, vtrùm solus Episcopus.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm laicus possit hoc sacramentum conferre.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd etiam laicus possit hoc sacramentum conferre, quia hoc sacramentum habet efficaciam ex oratione, vt Iacobus dicit: sed oratio laici quandoque est à Deo accepta, sicut sacerdotis: ergo potest hoc sacramentum conferre.

¶ Præterea, De quibusdam presbyteris in Aegypto legitur, quòd oleum ad infirmos transmittebant & sanabantur, & similiter de beata Genouefa, quòd oleo infirmos vngebat: ergo hoc sacramentum potest conferri etiam à laicis.

¶ SED CONTRA est, quia in hoc sacramento fit remissio peccatorum: sed laici non habent potestatem dimittendi peccata: ergo, &c.

CONCLVSIO.

¶ Non possunt laici hoc extremæ vnctionis sacramentū conferre, sicut baptismum in necessitatis articulo.

¶ RESPONDEO dicendū, q̄ secundū Diony. in Ecclesiastica Hierarchia, sunt quidā exercentes actiones hierarchicas, & quidā recipiētes tantū, qui sunt laici: & ideò nullius sacramenti dispensatio laico ex officio competit: sed q̄ baptizare possunt in casu necessitatis, est diuina dispensatione factum, vt nulli regenerationis spiritualis facultas desit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd oratio illa non fit à sacerdote in persona sua, quia cùm sit quandoque peccator, nō esset exaudibilis, sed fit in persona totius Ecclesiæ, in cuius persona orare potest quasi persona publica: non autem laicus, qui persona priuata est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd illæ vnctiones nō erant sacramentales, sed ex quadam deuotione recipientiū talem vnctionem & meritis vngentium vel oleum mittentium, consequebatur effectus sanitatis corporalis per gratiam sanitatum, nō per gratiam sacramentalem.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm Diaconi possint hoc sacramentum conferre.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd diaconi possint hoc sacramentum conferre. Quia secundum Dionysium diaconi habent virtutem purgatiuam: sed hoc sacramentum est institutum ad purgandum tantum ab infirmitate mentis & corporis: ergo diaconi possunt conferre.

¶ Præterea, Dignius sacramentum est Baptismus quàm hoc, de quo hic agimus: sed diaconi possunt baptizare, vt patet de beato Laurentio: ergo possunt hoc sacramentum conferre.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Iacobi 5. Inducat presbyteros Ecclesiæ. CONCLVSIO.

¶ Hoc sacramentum nullatenus licet Diacono conferre.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd diaconus habet vim purgatiuam tantùm, non illuminatiuam: vnde illuminatio fiat per gratiam, nullum sacramentum, in quo gratia confertur, diaconus potest dare ex officio: & ideo nec hoc, cùm in eo gratia confertur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc sacramentum illuminando per gratiæ collationē purgat: & ideò diacono eius collatio non competit.

¶ Ad secundū dicendum, q̄ hoc sacramentum non est necessitatis sicut Baptismus: vnde non ita committitur dispensatio eius omnibus in articulo necessitatis, sed solùm illis quibus ex officio competit: diaconus baptizari non competit ex officio.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm solus Episcopus possit hoc sacramentum conferre.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd solus Episcopus possit hoc sacramentum conferre. Quia hoc sacramentum vnctione perficitur, sicut & confirmatio: sed solus Episcopus potest confirmare: ergo solus potest hoc sacramentum conferre.

¶ Præterea, Qui non potest quod minus est, non potest quod est maius: sed maior est vsus materiæ sanctificatæ quam sanctificatio eius, quia est finis ipsius: ergo cùm nō possit sanctificare materiam, non potest materia sanctificata vti.

¶ SED CONTRA, Huius sacramenti minister inducendus est ad eum, qui suscipit sacramentum: vt patet Iacobi 5. sed Episcopus non posset accedere ad omnes infirmos suæ diœcesis: ergo non solus Episcopus potest hoc sacramentum conferre.

CONCLVSIO.

¶ Cùm hoc sacramentū vnctionis exhibeatur, nō modò per Episcopos, sed per simplices sacerdotes administrari potest.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd secundum Dionysium Episcopus propriè habet perficiendi officium, sicut sacerdos illuminandi

illuminandi: vnde illa sacramenta dispensanda solis Episcopis reseruantur, qui suscipientē in aliquo statu perfectionis super alios ponūt, hoc autē nō est in hoc sacramento, cū omnibus detur: & ideò per simplices sacerdotes potest administrari.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd confirmatio imprimit characterē, quo colloc atur homo in statu perfectiōis, vt suprà dictum est, non autem hoc est in hoc sacramento, & ideo non est simile.

¶ Ad secundū dicendū, q̄ quamuis in genere causæ finalis vsus materiæ sanctificatæ sit potior quā sanctificatio materiæ, tamē in genere causæ efficiētis sanctificatio materiæ est potior: quia ab eodē pendet vsus sicut ab actiua causa, & ideò sanctificatio requirit altiorem virtutem actiuam, quàm vsus.

QVAESTIO TRIGESIMA SECVNDA, *Quibus hoc sacramentum conferri debet, & in qua parte, in septem articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de his, quibus hoc sacramētum conferri debet: & in qua parte corporis.

Circa quod quæruntur septem.

Primò, vtrùm sanis debeat hoc sacramentum conferri.

¶ Secundò, vtrùm debeat conferri in qualibet infirmitate.

Tertiò: vtrùm debeat conferri furiosis & amentibus.

¶ Quartò, vtrùm pueris.

¶ Quintò, vtrùm toti corpus hoc sacramento inungi debeat.

¶ Sextò, vtrùm conuenienter determinentur partes in quibus inungitur.

¶ Septimò, vtrū mutilati in prædictis partibus inūgi debeant.

ARTICVL. I.

¶ Vtrùm hoc sacramentum sanis conferri possit.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄ etiam sanis conferri debeat hoc sacramentum, quia principalior est effectus huius sacramenti est sanatio mentis, quàm sanatio corporis, vt dictum est, sed etiā sani corpore indigent sanatiōe mentis: ergo eis etiam debet hoc sacramentum conferri.

¶ Præterea. Hoc sacramentum est exeuntium, sicut baptismus intrantium: sed omnibus intrantibus baptismus datur: ergo omnibus exeuntibus debet dari hoc sacramētum, sed quādoque illi qui sunt in propinquo exitu, sunt sani, sicut illi qui decapitandi sunt: ergo talibus debet hoc sacramentum dari.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Iacob. 5. Infirmatur quis in vobis &c. ergo solùm infirmis competit.

CONCLVSIO.

¶ Sanis non debet hoc sacramentum conferri, quòd quædam spiritualis animæ curatio est.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd hoc sacramētum est quædam spiritualis curatio, vt dictum est, quæ quidem per quendam corporalis curationis modum significatur, & ideo illis quibus corporalis curatio non competit, scilicet sanis, nō debet hoc sacramentum conferri.

¶ AD PRIMVM ergo dicendū q̄ quāuis spiritualis sanitas sit principalis effectus huius sacramēti, tamen oportet, q̄ per curationē corporalē significetur curatio huius sacramēti spiritualis, etiā si corporalis sanatio nō sequatur, & ideò solū illis hoc sacramēto sanitas spiritualis dari potest, quibus corporalis curatio cōpetit, scilicet infirmis, sicut ille solus potest baptismum suscipere, qui potest corporalis ablutiōis esse particeps, non autem puer in uentre matris existens.

¶ Ad secundum ergo patet, q̄ baptismus etiam non est nisi illorum intrantium, qui corporali ablutioni subijci possunt, & ideò hoc sacramentum illorum tantùm exeuntium est, quibus corporalis curatio competit.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm hoc sacramentum debeat dari in qualibet infirmitate.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̄ hoc sacramētum dari debeat in qualibet infirmitate. Quia Iacobi 5. vbi hoc sacramētū traditur, nulla infirmitas determinatur, ergo omnibus infirmātibus debet hoc sacramētū cōferri.

¶ Præterea. Quantò remedium est dignius, tantò debet esse generalius: sed hoc sacramentū est dignius, quā medicina corporalis: cū ergo medicina corporalis omnibus infirmis detur, videtur etiam quòd hoc sacramentum.

¶ SED CONTRA Hoc sacramētum dicitur ab omnibus extremæ vnctionis, sed non omnis infirmitas ad extremum vitæ perducit, cùm quędam ægritudines sint causa lōgioris vitæ, vt dicit Philosophus: ergo in omnibus infirmitatibus non debet hoc sacramentum dari.

CONCLVSIO.

¶ Non quouis morbo laborantibus est hoc sacramentū exhibendū, sed ad mortem proximè aliqua ægritudine affectis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd hoc sacramentum est vltimum remedium, quod Ecclesia potest cōferre immediatè, quasi disponens ad gloriam, & ideò illis tantùm infirmantibus debet exhiberi, qui sunt in statu exeuntium propter hoc, quòd ægritudo nata est inducere mortem, & de periculo timetur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ quælibet infirmitas augmēta potest mortem inducere: & ideo si genera infirmitatū pensentur, in qualibet ægritudine potest dari hoc sacramentū: quia Apostolus non determinat infirmitatem aliquam: sed si pensetur infirmitatis modus & status, non semper debet infirmantibus hoc sacramentum dari.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ medicina corporalis habet pro principali effectu sanitatem corporalem, qua omnes infirmi in quolibet statu indigent, sed hoc sacramentum habet pro principali effectu illam sospitatem quæ exeuntibus, & iter ad gloriam agentibus est necessaria, & ideò non est simile.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm hoc sacramentum dari debeat furiosis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̄ furiosis & amentibus hoc sacramentum dari debeat. Quia tales egritudines sunt periculosissimæ, & citò ad mortem disponūt: sed periculo debet adhiberi remediū, ergo hoc sacramentū quod est remedium sanitatis humanæ, debet talibus conferri.

¶ Præterea. Dignius sacramentum est baptismus, quàm istud, sed baptismus datur furiosis, vt suprà dictum est: ergo & hoc sacramentum eis debet dari.

¶ SED CONTRA, Hoc sacramentum non est nisi recognoscentibus ipsum dandum: sed tales non sunt furiosi & amētes, ergo eis dari non debet.

CONCLVSIO.

¶ Furiosis & amentibus, quibus defit deuotionis affectus, nullatenus hoc sacramentum conferri debet.

¶ RESPONDEO dicendum, q̄ ad effectum huius sacramenti percipiendum plurimum valet deuotio suscipientis & personale meritum conferentium, & generale totius Ecclesię, quod patet ex hoc quòd per modum deprecationis forma huius sacramenti confertur: & ideò illis, qui non possunt recognoscere, & cū deuotione suscipere hoc sacramentum, dari nō debet: & præcipuè furiosis & amentibus, qui possent irreuerētiam sacramento per aliquam immunditiam facere: nisi haberent lucida interualla, quibus sacramētum recognoscerent, & sic eis conferri in statu illo posset.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis in periculo mortis tales quandóque sint, tamen remedium per deuotionem propriam non potest eis applicari: & ideò non debet eis conferri.

¶ Ad secundum dicendum, q̄ baptismus non requirit morū liberi arbitrij, & ideò non est simile: & præterea baptismus est sacramentum necessitatis, non extrema vnctio.

ARTICVLVS IIII

¶ Vtrùm hoc sacramentum dari debeat pueris.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd hoc sacramentum debeat dari pueris. Quia eiidem infirmitatibus quandóq; laborant pueri & adulti: sed eidem morbo debet adhiberi idem remediū: ergo sicut adultis, ita & pueris debet hoc sacramentum dari.

¶ Præterea. Hoc sacramentum datur ad purgandum reliquias peccati, vt suprà dictum est, tam originalis quàm actualis, sed in pueris sunt reliquiæ originalis peccati, ergo eis debet hoc sacramentum dari.

¶ SED CONTRA est, quòd nulli debet dari hoc sacramentum, cui non competit forma sacramenti: sed forma sacramenti non competit pueris, qui nō peccauerunt per visum & auditum: vt in forma exprimitur: ergo eis dari non debet hoc sacramentum.

CONCLVSIO.

¶ Hoc sacramentum pueris conferri non debet.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd hoc sacramentum exigit actualem deuotionem in suscipiente, sicut & Eucharistia, vnde sicut Eucharistia non debet dari pueris, ita nec hoc sacramentum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non datur contra reliquias originalis peccati, nisi secundum quòd sunt per actualia peccata quodammodo confortatæ, vnde principaliter non sunt in pueris.

¶ Ad secundum dicendum, quòd infirmitates in pueris non sunt ex peccato actuali causatæ, sicut in adultis: & contra il-

Universidad de Deusto
Biblioteca

las præcipuè infirmitates hoc sacramentum datur, quæ sunt ex peccato causatæ quasi peccati reliquiæ.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm in hoc sacramento totum corpus debeat inungi.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd hoc sacramento totum corpus inungi debeat. Quia secundum Augustinum anima est in toto corpore: sed præcipuè datur hoc sacramentum ad sanandum animam: ergo in corpore toto debet inunctio fieri.

¶ Præterea, Vbi est morbus, ibi debet apponi medicina: sed quandoque morbus est vniuersalis & in toto corpore, sicut febris: ergo totum corpus debet inungi.

¶ Præterea, In Baptismo totum corpus immergitur: ergo & hic totum debet inungi.

¶ SED CONTRA, est vniuersalis Ecclesiæ ritus, secundum quem non inungitur infirmus nisi in determinatis partibus corporis.

CONCLVSIO.

¶ Non totum corpus, sed ex duntaxat humani corporis partes, inungi oleo huius sacramenti debent, in quibus est aliqua spiritualis infirmitatis radix.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd hoc sacramentum per modum curationis exhibetur, curatio autem corporalis non oportet quòd fiat per medicinam toti corpori appositam, sed illis partibus vbi est radix morbi: & ideò etiam vnctio sacramentalis debet fieri in illis partibus tantùm, in quibus est radix spiritualis infirmitatis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd anima quamuis sit tota in qualibet parte corporis quantum ad essentiam, non tamen quantum ad potentias, quę sunt radices actuum peccati: & ideò oportet quod in determinatis partibus fiant, in quibus illæ potentiæ habent esse.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non semper apponitur medicina vbi est morbus: sed congruentiùs vbi est radix morbi.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ Baptismus fit per modũ ablutionis, ablutio aũt corporalis non purgat maculã ab aliqua parte, nisi cui apponitur: & ideò Baptismus toti corpori adhibetur: secus autem est de extrema vnctione ratione iam dicta.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm conuenienter determinentur istæ partes vngendæ.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter determinentur istæ partes, vt scilicet infirmans inungatur in oculis, in naribus, & auribus, & labijs, & manibus, & pedibus. Quia sapiens medicus curat morbũ in radice: sed de corde exeunt cogitationes quæ coinquinant hominem: vt dicitur Mat. 9. ergo in pectore debet fieri inunctio.

¶ Præterea, Puritas non minus est necessaria exeuntibus, quàm intrantibus: sed intrãtes vnguntur chrismate in vertice à sacerdote, ad significandum mentis puritatem: ergo & exeũtes hoc sacramento vngi debent in vertice.

¶ Præterea, Ibi debet adhiberi remedium, vbi est maior vis morbi: sed spiritualis morbus præcipuè viget in viris in renibus, & mulieribus in vmbilico, vt dicitur Iob 40. Potestas eius in lumbis eius, secundum expositionem Grego., ergo ibi debet fieri inunctio.

¶ Præterea, Sicut per pedes peccatur, ita & per alia membra corporis: ergo sicut inungũtur pedes, ita & alia corporis membra inungi debent.

CONCLVSIO.

¶ Quinque sensuum organica membra inungi præcipuè debent, in quibus est aliqua cognitionis radix: in nãnullis autem propter appetitiuam & motiuam inunguntur renes, ac pedes.

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd principia peccandi in nobis sunt eadem, quæ & principia agendi, quia peccatum consistit in actu. Principia autem agendi in nobis sunt tria. Primum est dirigens, scilicet vis cognoscitiua. Secundum est imperans, scilicet vis appetitiua. Tertiũ est exequens, scilicet vis motiua. Omnis autem nostra cognitio à sensu ortum habet: & quia vbi est in nobis prima origo peccati, ibi debet vnctio adhiberi: ideò inunguntur loca quinque sensuum, scilicet oculi propter visum, aures propter auditũ, nares propter odoratũ, os propter gustum, manus propter tactũ, qui in pulpis digitorũ præcipuè viget: & propter appetitiuam vnguntur aliquibus renes, pedes vnguntur propter motiuam, qui sunt principalius eius instrumentum: quia principijs primum est cognoscitiua, ideò illa vnctio ab omnibus obseruatur, quæ fit ad quinq; sensus quasi de necessitate sacramenti, sed quidam non seruant alias, quidã verò seruant illam, quæ à pedes, & non quæ ad renes, quia appetitiua & motiua sunt secundaria principia.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cognitio à corde non exit nisi per aliquam imaginationem, quæ est motus à sensu factus, vt dicitur in secundo de anima: & ideò cor non est prima radix cogitationis, sed organa sensuum, nisi quatenus cor est principium totius corporis, sed hoc principium est radix remota.

¶ Ad secundum dicendum, quod intrantes debent acquirere puritatem, sed exeuntes debent eam purgare: & ideo exeuntes debent inungi in illis partibus, quibus contingit puritatem mentis inquinari.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ secundum quorundam consuetudinem fit in renibus, propter hoc q̃ ibi maximè viget cõcupiscibilis, sed appetitiua non est prima radix, vt dictum est.

¶ Ad quartum dicendum, quòd organa corporis quibus actus exercentur, sunt pedes, manus & lingua, quibus etiam exhibetur vnctio, & membra genitalia, quibus propter immunditiam illarum partium & honestatem sacramenti non debet vnctio adhiberi.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrùm mutilati debeant inungi illis vnctionibus.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd mutilati non sunt vngendi illis vnctionibus, quæ partibus illis competunt. Quia sicut hoc sacramentum exigit determinatam dispositionem in suscipiente, vt scilicet sit infirmus, ita & determinatam partem: sed ille qui non habet infirmitatem, non potest inungi: ergo nec ille qui non habet partem illam, in qua debet fieri vnctio.

¶ Præterea, Ille qui est cæcus à natiuitate, non deliquit per visum, sed in vnctione quę fit ad oculos, fit mentio de delicto per visum: ergo talis vnctio cæco non debet fieri, & sic de alijs.

¶ SED CONTRA est, quòd defectus corporis non impedit aliquod aliud sacramẽtum: ergo nec istud impedire debet: sed de necessitate istius sacramenti est quælibet vnctionum: ergo omnes debent fieri mutilatis.

CONCLVSIO.

¶ Mutilati inungi etiam in partibus illa mutilatis debent, quibus aliàs inungerentur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd mutilati etiam inungi debent, quanto propinquius esse potest ad partes illas, in quibus vnctio fieri debuerat: quia quamuis non habeant membra, habent tamen potentias animæ quæ illis membris debentur, saltem in radice: & interius peccare possunt per ea quæ ad partes illas pertinent, quamuis non exterius.

¶ Et per hoc patet solutio ad obiecta.

QVAESTIO TRIGESIMATERTIA, DE *iteratione huius sacramenti, in duos articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de iteratione huius sacramenti.

¶ Circa quod duo quæruntur.

¶ Primò, vtrùm hoc sacramentum debeat iterari.

¶ Secundò, vtrùm in eadem infirmitate debeat iterari.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm hoc sacramentum debeat iterari.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd hoc sacramentum non debeat iterari, quia dignior est vnctio, quæ fit homini, quàm quæ fit lapidi: sed vnctio altaris non iteratur, nisi altare illud fractum fuerit: ergo nec vnctio extrema, quę adhibetur homini, debet iterari.

¶ Præterea, Post vltimum nihil est: sed hæc vnctio dicitur extrema: ergo non debet iterari.

¶ SED CONTRA, Hoc sacramentum est quædam spiritualis curatio corporaliter exhibita: sed curatio corporis iteratur: ergo & hoc sacramentum iterari debet.

CONCLVSIO.

¶ Sacramentum hoc sine sui aliqua iniuria iterari potest.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd nullum sacramentale, nec sacramentum quod habet effectum perpetuum, debet iterari, quia ostenderetur sacramentum non fuisse efficax ad faciendum illum effectum, & sic fieret iniuria illi sacramento: sacramentum autem quod non habet effectum perpetuum, potest iterari sine iniuria, vt effectus deperditus iterato recuperetur: & quia sanitas corporis & mentis, quæ sunt effectus huiusmodi sacramenti, possunt amitti postquam fuerint per sacramenta effecta: ideò hoc sacramentum sine sui iniuria potest iterari.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vnctio lapidis fit ad ipsius altaris consecrationem, quæ est perpetuò in lapide quãdiu altare manet, & ideò non potest iterari: sed hæc vnctio non fit ad

non fit ad consecrationem hominis, cùm non imprimatur character, & ideò non est simile.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ illud q̃ secundum æstimationem hominum est extremum, quandóq; secundum rei veritatẽ non est extremum, & sic dicitur hoc sacramentum extrema vnctio: quia non debet dari, nisi illis quorum mors est propinqua secundum existimationem hominum.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm in eadem infirmitate debeat iterari.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ in eadẽ infirmitate non debeat iterari, quia vni morbo non debetur nisi vna medicina: sed hoc sacramentũ est quædã spiritualis medicina: ergo contra vnum morbum non debet iterari.

¶ Præterea. Secundũ hoc posset aliquis infirmus tota die inũgi: si in eodem morbo posset iterari vnctio: quod est absurdum.

¶ SED CONTRA est, quòd aliquando morbus diu durat post sacramenti perceptionem, & sic reliquiæ peccatorum contrahuntur, contra quas principaliter hoc sacramentum datur: ergo iteratò debet inungi.

CONCLVSIO.

¶ Eadem infirmitate laborantibus non secundũ eandem, sed diuersum infirmitatis statum, potest extrema vnctio exhiberi.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ hoc sacramentum non respicit tantũ infirmitatem, sed etiã infirmitatis statũ: quia non debet dari nisi infirmis, qui secundũ humanã æstimationem vidẽtur morti appropinquare. Quædam enim infirmitates non sunt diuturnæ: vnde si in eis datur hoc sacramentum, tunc cùm homo ad statum illũ peruenit q̃ sit in periculo mortis, non recedit à statu illo, nisi infirmitate curata, & ita iterum non debet inungi. sed si refidium patiatur, erit alia infirmitas, & poterit alia fieri inunctio. Quædam verò sunt ægritudines diuturnæ, vt hectica, hydropisis, & huiusmodi, & in talibus non debet fieri vnctio, nisi quando videntur perducere ad periculum mortis, & si homo illum articulum euadat eadem infirmitate durãte, & iterum ad similem statum per illam ægritudinem reducatur, iterum potest inũgi: quia iam quasi est alius status infirmitatis, quamuis non sit alia infirmitas simpliciter.

¶ Et per hoc patet solutio ad obiecta.

QVAESTIO TRIGESIMAQVARTA, *De sacramento ordinis quo ad eius essentiam, & eius partes in quinque articulos diuisa.*

POST hoc considerandum est de sacramento ordinis. Et primò, de ordine in communi. Secundò de distinctione ordinum. Tertiò, de confe rentibus ordinem, Quarto, de impedimentis ordinãdorũ. Quintò, de his quæ sunt ordinibus annexa. De ipso autem ordine in communi tria videnda sunt. Primò, de eius entitate, & quidditate, & partibus eius. Secundò, de eius effectu. Tertiò, de suscipientibus ipsum.

¶ Circa primum quæruntur quinque.

¶ Primò, vtrùm ordo in Ecclesia esse debeat.

¶ Secundò, vtrùm conuenienter definiatur.

¶ Tertiò, vtrùm sit sacramentum.

¶ Quarto, vtrùm eius forma exprimatur conuenienter.

¶ Quintò, vtrùm hoc sacramentum materiam habeat.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm ordo in Ecclesia esse debeat.

Heb. 4. dist. 24. q. 1. ar. 1. q. 1. & pap.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd ordo in Ecclesia esse non debeat. Ordo enim requirit subiectionẽ & prælationem, sed subiectio videtur repugnare libertati, in quam vocati sumus per Christum, ergo ordo in Ecclesia esse non debet.

¶ Præterea. Ille qui in ordine constituitur, alio inferior fit, sed in Ecclesia quilibet debet se altero inferiorem reputare, Philip. 2. Superiores inuicem arbitrantes: ergo non debet in Ecclesia esse ordo.

¶ Præterea. Ordo inuenitur in Angelis propter distinctionem eorum in naturalibus, & gratuitis: sed omnes homines sunt in natura vnum: gratiarum etiam dona quis eminentiùs habeat ignotum est: ergo ordo in Ecclesia esse non potest.

¶ SED CONTRA, Rom. 13. Quæ à Deo sunt ordinata sunt: sed Ecclesia à Deo est, quia ipse eam ædificauit sanguine suo, ergo ordo in Ecclesia esse debet.

¶ Præterea. Status Ecclesiæ est medius inter statum naturæ & gloriæ: sed in natura inuenitur ordo, quo quædam alijs superiora sunt: & similiter in gloria, vt patet in Angelis: ergo in Ecclesia debet esse ordo.

CONCLVSIO.

¶ Oportuit in Ecclesia ordinem aliquem sacrum esse, quo quidã alijs ad illorum & non sui vtilitatem præsint eminent.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd Deus suã operã in sui similitudinem producere voluit quantum possibile fuit, vt perfecta essent, & per ea cognosci posset: & ideò vt in suis operibus representaretur, non solùm secundum quòd in se est, sed etiam secundum quòd in alijs influit, hanc legem naturalẽ imposuit omnibus: vt vltima per media reducerentur & perficerentur, & media per prima, vt Dionysius dicit: & ideò vt ista pulchritudo Ecclesiæ non deesset, posuit ordinem in ea, vt quidam alijs sacramenta traderent suo modo Deo in hoc assimilati: quasi Deo cooperantes, sicut & in corpore naturali quędã membra alijs influunt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ subiectio seruitutis repugnat libertati, quę seruitus est cùm aliquis dominatur ad sui vtilitatem subiectis vtenti: talis autem subiectio non requiritur in ordine, per quem qui præsunt, salutem subditorũ quærere debent, non propriam vtilitatem.

¶ Ad secundũ dicendum, q̃ quilibet debet se reputare inferiorẽ merito, sed non officio: ordines autem officia quædam sunt.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ ordo in Angelis non attenditur secundum distinctionem naturę nisi per accidens, inquantum ad distinctionem naturæ sequitur in eis distinctio gratiæ: attenditur autem per se secundum distinctionem in gratia, quia eorũ ordines respiciũt participationẽ diuinorũ, & cõmunicationẽ in statu gloriæ, quæ est secundum mensuram gratiæ quasi gratiæ finis, & effectus quodammodò: sed ordines Ecclesię militantis respiciunt participationem sacramentorum & communicationem, quæ sunt causa gratiæ, & quodammodò gratiam præcedunt: & sic non est de necessitate nostrorum ordinum gratia gratum facientis, sed solùm potestas dispensandi sacramenta: & propter hoc ordo non attenditur per distinctionem gratiæ gratum facientis, sed per distinctionem potestatis.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm conuenienter ordo definiatur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter ordo à Magistro Sententiarum .24. Distinct. definiatur, vbi dicitur. Ordo est signaculum quoddam Ecclesiæ, per quod spiritualis potestas traditur ordinato. Pars enim nõ debet poni genus totius: sed character, qui per signaculum exponitur in sequenti Distinctione, est pars ordinis, quia dicitur contra id quod est res tantùm, vel sacramentum tantùm: cùm sit res & sacramentum, ergo signaculum non debet poni quasi genus ordinis.

¶ Præterea. Sicut in sacramẽto ordinis imprimitur character, ita in sacramẽto baptismi: sed in definitiõe baptismi nõ ponebatur character: ergo nec in definitione ordinis debet p̃ poni.

¶ Præterea. In baptismo etiam quædam spiritualis datur potestas accedendi ad sacramenta: & iterum est quoddam sig naculum, cùm sit sacramentum: ergo hæc definitio conuenit baptismo, & sic inconuenienter alsignatur de ordine.

¶ Præterea. Ordo relatio quædam est quæ in vtroque extremorum saluatur: extrema autem huiusmodi relationis sunt superior & inferior: ergo inferiores habent ordinem sicut & superiores: sed in eis nõ est aliqua potestas præeminentiæ, qualis ponitur hic in definitione ordinis, vt patet per expositionem sequentem: vbi ponitur promotio potestatis: ergo inconuenienter definitur hic ordo.

CONCLVSIO.

¶ Ordo signaculum quoddam Ecclesiæ est per quod spiritualis potestas impenditur ordinato.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ definitio, quam Magister de ordine ponit conuenit ordini: secundum q̃ est Ecclesiæ sacramentum: & ideo duo ponit: signum exterius ibi (signaculum quoddam, &c.) id est signum quoddam, & effectus interior, ibi (in quo spiritualis potestas, &c.)

¶ AD PRIMVM ergo dicendum: quòd signaculum non ponitur hic pro charactẽre interiori: sed pro eo quod exteriùs geritur, quod est signum interioris potestatis & causa: & sic etiam sumitur character in alia definitione, si tamen pro interiori charactẽre sumeretur non esset inconueniens, quia diuisio sacramenti in illa tria non est in partes integrales propriè loquendo: quia illud quod est res tantùm, non est de essentia sacramenti: quod est etiam sacramentum tantùm transit, & sacramentum manere dicitur. Vnde relinquitur quòd ipse character interior sit essentialiter & principaliter ipsum sacramentum ordinis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd baptismus quamuis in eo conferatur aliqua spiritualis potestas recipiendi alia sacramenta, ratione cuius charactẽr ein imprimitur: non tamen hic est principalis effectus eius, sed ablutio interior, propter quam baptismus fieret etiam priori causa non existente, sed ordo potesta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem principaliter importat: & ideò character, qui est spiritualis potestas in definitione ordinis ponitur: non autem in definitione Baptismi.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ in Baptismo datur quædam potentia spiritualis ad recipiendum, & ita quodammodo passiua: potestas aũt propriè nominat potentiam actiuam cum aliqua præeminentia: & ideò hæc definitio Baptismo non competit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd nomen ordinis dupliciter accipitur: quandoq; enim significat ipsam relationem, & sic est tam superiori quàm inferiori. vt obiectio tangit, & sic non accipitur hic. Aliquando autem accipitur pro ipso gradu qui ordinem primo modo acceptũ facit: & quia ratio ordinis prout est relatio, inuenitur vbi aliquid superius alteri occurrit: ideò hic gradus eminens per potestatẽ spiritualẽ ordo nominatur.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm ordo sit sacramentum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd ordo non sit sacramentum. Sacramentum enim, vt dicit Hug. de Sancto Vict. est materiale elementum: sed ordo non nominat aliquid huiusmodi, sed magis religionem vel potestatem, quia ordo est pars potestatis secundum Prisc. ergo non est sacramentum.

¶ Præterea, Sacramenta non sunt de Ecclesia triumphante: sed ordo est ibi, vt patet de Angelis: ergo non est sacramentum.

¶ Præterea, Sicut prælatio spiritualis, quæ est ordo, datur cum quadam consecratione, ita & prælatio sæcularis: quia & reges inunguntur, vt dictum est: sed regia dignitas non est sacramentum: ergo nec ordo de quo loquimur.

¶ SED CONTRA est, quia ab omnibus enumeratur inter septem Ecclesiæ sacramenta.

¶ Præterea, Propter vnumquodque, & illud magis: sed propter ordinem sit homo dispensator aliorum sacramentorum: ergo ordo habet magis rationem quòd sit sacramentum, quam alia.

CONCLVSIO.

¶ Ordo est sacramentum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sacramentum (vt ex dictis patet) nihil est aliud quàm quædã sanctificatio homini exhibita cum aliquo signo visibili: vnde cùm in susceptione ordinis quædam cõsecratio homini exhibeatur per visibilia signa, constat ordinem esse sacramentum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis ordo non exprimat aliquod materiale elementum, tamen ordo non confertur sine aliquo elemento materiali.

¶ Ad secundum dicendum, quòd potestates proportionari debent illis ad quę sunt: communicatio autem diuinorum, ad quã datur spiritualis potestas, non fit Angelis per aliqua sensibilia signa, sicut in hominibus contingit: & ideo potestas spiritualis, quæ est ordo, nõ adhibetur Angelis cum aliquibus signis visibilibus, sicut hominibus: & ideò in hominibus est ordo sacramentum, sed non in angelis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non omnis benedictio, quæ hominibus adhibetur, vel cõsecratio est sacramentũ, quia & monachi & abbates benedicuntur, tamen illæ benedictiones non sunt sacramenta: & similiter nec regalis vnctio: quia per huiusmodi benedictiones non ordinantur aliqui ad dispensationem diuinorum sacramentorum, sicut per benedictiones ordinis.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm forma huius sacramenti conuenienter exprimatur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd forma huius sacramenti inconuenienter in litera exprimatur, Quia sacramenta efficaciam habent ex forma: sed efficacia sacramentorum est ex virtute diuina quę in eis secretiùs operatur salutem: ergo in forma huius sacramenti deberet fieri mentio de virtute diuina per inuocationem Trinitatis, sicut in alijs sacramentis.

¶ Præterea, Imperare est eius qui habet autoritatem: sed autoritas non residet apud eum, qui sacramenta dispensat, sed ministerium tantùm: ergo nõ deberet vti imperatiuo modo vt diceret sic, Agite vel accipite hoc vel illud, vel aliquid huiusmodi.

¶ Præterea, In forma sacramenti non debet fieri mentio nisi de illis, quæ sunt de essentia sacramenti: sed vsus potestatis acceptæ non est de essentia sacramenti huius, sed cõsequitur ad ipsum: ergo nõ debet de eo fieri mentio in forma huius sacramẽti.

¶ Præterea, Omnia sacramenta ordinantur ad æternam remunerationem: sed in formis aliorum sacramentorum non fit mentio de remuneratione, ergo nec in forma huius sacramenti deberet de ea fieri mentio, sicut fit cùm dicitur. Habituros partem, si fideliter, &c.

CONCLVSIO.

¶ Conueniens forma huius sacramenti ea est, quæ Ecclesia vtitur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd hoc sacramentum principaliter consistit in potestate tradita: potestas autem à potestate traducitur, sicut simile ex simili: & iterum potestas per visum innotescit, quia potentiæ notificantur per actus: & ideò in forma ordinis exprimitur vsus ordinis per actum qui imperatur, & exprimitur traductio potestatis per imperatiuum modum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd alia sacramenta non ordinantur principaliter ad effectus similes potestati, per quam sacramenta dispensantur, sicut hoc sacramentum: & ideò in hoc sacramento est quasi quædam communicatio vnius ad alium: vnde in alijs sacramentis exprimitur aliquid ex parte diuinæ virtutis, cui effectus sacramenti assimilatur, non autem in hoc sacramento: quamuis enim in Episcopo, qui est minister huius sacramenti, non sit autoritas respectu collationis huius sacramenti: tamen habet aliquam autoritatem respectu potestatis ordinis, quæ confertur per ipsum, inquantum à sua potestate deriuatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vsus potestatis est effectus potestatis in genere causæ efficientis, & sic non habet quòd in definitione ordinis ponatur, sed est quodammodò causa in genere causæ finalis: & ideò secundum hanc rationem poni potest in definitione ordinis.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm hoc sacramentum habeat materiam.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd hoc sacramentum non habeat materiam. Quia in omni sacramento quod habet materiam, virtus operans in sacramento est in materia: sed in rebus materialibus quæ hic adhibentur, sicut sunt claues, & candelabra, & huiusmodi, non videtur esse aliqua virtus sanctificandi: ergo non habet materiam.

¶ Præterea, In isto sacramento confertur plenitudo gratiæ septiformis, vt in litera dicitur, sicut in confirmatione: sed materia confirmationis præexigit sanctificationẽ: cùm ergo ea quę in hoc sacramento videntur esse materialia, non sint præsanctificata, videtur quòd non sint materia sacramenti huius.

¶ Præterea, In quolibet sacramento habente materiam requiritur contactus materiæ ad eum, qui suscipit sacramentũ: sed vtrà quibusdam dicitur, cõtactus dictorum materialium ab eo, qui suscipit sacramentum, non est de necessitate sacramenti, sed solùm porrectio: ergo prædictæ res materiales nõ sunt materia huiusmodi sacramenti.

¶ SED CONTRA est, quia omne sacramentum consistit in rebus & in verbis: sed res in quolibet sacramento sunt materia ipsius: ergo & res quæ in hoc sacramento adhibentur, sunt materia huius sacramenti.

¶ Præterea, Plus requiritur ad dispensandum sacramenta, quã ad suscipiendum sacramenta: sed Baptismus in quo datur potestas ad suscipiendum sacramenta, indiget materia: ergo & ordo, in quo datur potestas ad ea dispensãda.

CONCLVSIO.

¶ Specialem oportet esse materiam huius sacramenti, sicut est aliorum sacramentorum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd materia in sacramentis exterius adhibita signat, virtutem in sacramentis agentem ex extrinseco omnino aduenire: vnde cùm effectus huiusmodi sacramenti, scilicet character non percipiatur ex aliqua operatione ipsius, qui ad sacramentum accedit, sicut in pœnitentia: sed omnino ex extrinseco adueniat, competit ei materiam habere: tamen diuersimodè ab alijs sacramentis, quæ materia habent: quia hoc quod in sacramento confertur, in alijs sacramentis deriuatur tantùm à Deo, non à ministro, qui sacramentum dispensat: sed illud quod in sacramento traditur, scilicet spiritualis potestas deriuatur etiam ab eo qui sacramentũ dat, sicut potestas imperfecta à perfecta: & ideò efficacia aliorum sacramentorum principaliter consistit in materia, quæ virtutem diuinam habet & signat & cõtinet ex sanctificatione per ministerium adhibita: sed efficacia huiusmodi sacramenti principaliter residet penes eum, qui sacramentum dispensat: materia autem adhibetur magis ad determinandum potestatem, quæ traditur particulariter ab habente eam completè, quàm ad potestatem causandam: quod patet ex hoc quòd materia competit vsui potestatis.

¶ Et per hoc patet solutio ad primum.

¶ AD SECVNDVM dicendum, quòd materiam in alijs sacramentis oportet sanctificari propter virtutem quam continet: sed non est ita in proposito.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sustinendo illud dictum, ex dictis apparet causa eius, quia enim potestas ordinis accipitur a ministro, sed non a materia: ideò porrectio materiæ magis est de essentia sacramenti quã tactus, tamen ipsa verba formæ videntur

dentur ostendere, quòd tactus materiæ sit de essentia sacramẽti, quia dicitur. Accipe hoc vel illud.

QVAESTIO TRIGESIMA QVINTA.

De effectu huius sacramenti, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de effectu huius sacramenti.

Circa quod quæruntur quinque.

¶ Primo, vtrũ in sacramento gratia conferatur.

¶ Secundò, vtrùm imprimatur character.

¶ Tertiò, vtrùm character ordinis præsupponat characterem baptismalem.

¶ Quartò, vtrùm præsupponat characterem confirmationis.

¶ Quintò, vtrùm character vnius ordinis præsupponat alterius.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm in sacramento ordinis conferatur gratia gratum faciens.

Th. vbi sup. ar. 2. q. 1. & seq.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ in sacramento ordinis non conferatur gratia gratum faciens, quia cõmuniter dicitur q̃ sacramentum ordinis ordinatur contra defectum ignorantiæ: sed contra ignorantiam non datur gratia gratum faciens, sed gratia gratis data: quia gratia gratum faciens magis respicit affectum, ergo in hoc sacramento ordinis non datur gratia gratum faciens.

¶ Præterea. Ordo distinctionẽ importat: sed membra Ecclesiæ non distinguuntur per gratiã gratum facientẽ: sed secundũ gratiã gratis datã: de qua dicitur 1. Cor. 12. Diuisiões gratiarũ sunt: ergo in ordine non datur gratia gratum faciens.

¶ Præterea, Nulla causa præsupponit effectum suum, sed in eo qui accedit ad ordines, præsupponitur gratia, per quã fit idoneus ad executionem ordinis, ergo talis gratia non confertur in collatione ordinis.

¶ SED CONTRA, Sacramenta nouæ legis efficiunt quod figurant: sed ordo per numerum septenarium signat septẽ dona Spiritus sancti, vt in litera dicitur: ergo dona Spiritus sancti, quę nõ sunt sine gratia gratũ facitẽte, in ordine datur.

¶ Præterea, Ordo est sacramentum nouæ legis: sed in definitione talis sacramẽti ponitur vt causa gratiæ exilitat: ergo causat gratiam in suscipiente.

CONCLVSIO.

¶ In Sacramento ordinis, quo homo ad aliorum sacramentorũ dispensationem ordinatur, necesse est conferri gratiam gratum facientem.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ Dei perfecta sunt opera, vt dicitur Deut. 32. & ideò cuicunq; datur potentia aliqua diuinitùs, datur ea per quæ exequutio illius potentiæ potest congruè fieri, & hoc etiam in naturalibus patet. Quia animalibus dantur membra, quibus potentiæ animæ possunt exire in actus suos, nisi sit defectus ex parte materiæ: sicut autem gratia gratum faciens est necessaria ad hoc quòd homo dignè sacramenta recipiat, ita etiam ad hoc quòd homo dignè sacramenta dispensẽt: & ideò sicut in baptismo per quem fit homo susceptiuus aliorum sacramentorum, datur gratia gratum faciẽs, ita in sacramento ordinis, per quod homo ordinatur ad aliorũ sacramentorum dispensationem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ordo datur non in remedium vnius personę, sed totius Ecclesię: vnde quod dicitur contra ignorantiam dari, non est intelligendum ita, quòd per susceptionem ordinis pellatur ignorantia in suscipiente: sed quia suscipiens ordinem præficitur ad pellendam ignorantiam in plebe.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis dona gratiæ gratũ facientis communia sint omnibus membris Ecclesiæ: tamen illorum actus donorum secundum quæ attenditur distinctio in membris Ecclesiæ idoneus susceptor aliquis esse non potest, nisi charitas adsit, quæ quidem sine gratia gratum faciente esse non potest.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ad idoneam exequutionẽ ordinum non sufficit bonitas qualiscunque, sed requiritur bonitas excellens: vt sicut illi qui ordinem suscipiunt super plebem, constituuntur gradu ordinis, ita & superiores sint meritò sancti tatis: & ideò præexigitur gratia, quæ sufficiebat ad hoc quòd dignè connumerentur in plebe Christi: sed confertur in ipsa susceptione ordinis amplius gratiæ munus, per quod ad maiora reddantur idonei.

ARTICVLVS II

¶ Vtrùm in sacramento Ordinis character imprimatur quantùm ad omnes ordines.

ADSECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd in sacramento ordinis non imprimatur character quantum ad omnes ordines. Quia ordinis character est quædam spiritualis potestas: sed quidã ordines non ordinãtur nisi ad quosdã actus corporales, scilicet, ostiarij vel acolyti: ergo in eis non imprimitur character.

¶ Præterea. Omnis character est indelebilis: ergo per characterẽ homo ponitur in tali statu à quo non possit recedere: sed illi qui habent aliquos ordines possunt licitè redire ad laicatũ, ergo non imprimitur character in omnibus ordinibus.

¶ Præterea. Per characterem homo ascribitur ad aliquid sacrum dandum: vel ad suscipiendum: sed ad susceptionem sacramentorum homo sufficienter ordinatur per characterem baptismalem: dispensator autem sacramentorum non constituitur aliquis nisi in ordine sacerdotali: ergo in alijs ordinibus nõ imprimitur character.

¶ SED CONTRA. Omne sacramentum, in quo non imprimitur character, est iterabile: sed nullus ordo est iterabilis: ergo in quolibet ordine imprimitur character.

¶ Præterea, Character est signum distinctiuum: sed in quolibet ordine est aliqua distinctio, ergo quilibet ordo imprimit characterem.

CONCLVSIO.

¶ In omnibus ordinibus imprimitur character.

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd circa hoc est triplex opinio vel fuit. Quidam enim dixerunt quòd in solo ordine sacerdotali character imprimitur. Sed hoc non est verum: quia actum diaconi nullus potest exercere licitè nisi diaconus: & ita patet q̃ habet aliquam specialem potestatem in dispensatione sacramentorum, quam alij non habent. Et propter hoc alij dixerunt quòd in sacris ordinibus imprimitur character, nõ autem in minoribus. Sed hoc nihil est, quia per quemlibet ordinem aliquis cõstituitur supra plebem in aliquo gradu potestatis ordinatæ ad sacramentorum dispensationem. Vnde cũ character sit signum distinctiuum ab alijs, oportet quòd in omnibus character imprimatur: cuius etiam signum est, quod perpetuò manent, & nunquam iterantur. Et hæc est tertia opinio quæ communior est.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quilibet ordo vel habet actum circa ipsum sacramentum, vel ordinatum ad sacramentorum dispensationem: sicut ostiarij habent actum admittendi homines ad diuinorum sacramentorum inspectionem, & sic de alijs: & ideò in omnibus requiritur spiritualis potestas.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quantũcunq; homo ad laicatum se transferat, semper ramen manet in eo character: quod patet ex hoc quòd si ad clericatum reuertatur, nõ iterum ordinem, quem habuerat, suscipit.

¶ Ad tertium dicendum, sicut ad primum.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm character ordinis præsupponat characterem baptismalem.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd character ordinis non præsupponit characterem baptismalem. Quia per characterem ordinis homo efficitur dispensator sacramentorum per characterem baptismalem susceptiuus eorundem: sed potestas actiua non præsupponit de necessitate passiuam, quia potest esse sine ea: sicut patet in Deo, ergo character ordinis non præsupponit de necessitate characterem baptismalem.

¶ Præterea. Potest contingere q̃ aliquis non sit baptizatus qui se baptizatum existimat probabiliter, si ergo talis ad ordines accedat non consequetur characterem ordinis, si character ordinis præsupponit characterem baptismalem: & sic ea quæ faciet vel in consecratione vel in absolutione nihil erunt, & in hoc Ecclesia decipietur, quod est inconueniens.

¶ SED CONTRA Baptismus est ianua sacramentorum: ergo cùm ordo sit quoddam sacramentum, præsupponit baptismum.

CONCLVSIO.

¶ Character ordinis characterem præsupponit baptismi, qui ianua est omnium sacramentorum.

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ nihil potest aliquis accipere, cuius receptiuam potentiam non habet, per characterẽ autem baptismalẽ efficitur homo receptiuus aliorum sacramentorum: vnde qui characterem baptismalem non habet, nullum alterum sacramentum recipere potest, & sic character ordinis baptismalem characterem præsupponit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in eo qui habet potentiam actiuam à se potentia actiua non præsupponit passiuam: sed in eo qui habet potẽtiam actiuam ab altero prę exigitur ad potẽtiam actiuam potentia passiua quæ recipere possit potentiam actiuam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd talis si ad sacerdotium promoueatur, nõ est sacerdos: nec conficere potest, nec absoluere

Universidad de Deusto
Biblioteca

in foro pœnitentiali. Vnde secundum Canones debet iteratò baptizari & ordinari, & si etiam in Episcopum promoueatur, illi quos ordinat non habent ordinem, sed tamen piè credi potest. quòd quantùm ad vltimos effectus sacramentorum, summus Sacerdos supplaret defectũ, & quòd non permitteret hoc ita latère, quòd Ecclesiæ posset periculum imminere.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm character Ordinis præsupponat characterẽ Confirmationis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd præsuppona- de necessitate characterem Confirmationis. Quia in his quæ sunt ordinata ad inuicem, sicut medium præsupponit primum, ita vltimum præsupponit medium: sed character confirmationis præsupponit baptismalem quasi primum: ergo character Ordinis præsupponit characterem confirmationis quasi medium.

¶Præterea, Qui ad alios confirmandos ponuntur, maximè debent esse firmi: sed illi qui sacramentũ Ordinis suscipiunt, sunt aliorum confirmatores: ergo ipsi maximè debent habere sacramentum confirmationis.

¶SED CONTRA Apostoli receperunt potestatem ordinis ante Ascensionem, Ioan. 20. vbi dictum est. Accipite Spiritũ sanctum: sed confirmati sunt post Ascensionem per aduentum Spiritus sancti: ergo non præsupponit confirmationem.

CONCLVSIO.

¶Quanquàm maximè conueniens sit, vt qui Ordinẽ suscipiunt sint confirmati, hoc tamen necessarium non est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ad susceptionem ordinis præexigitur aliquid quasi de necessitate sacramenti, & aliquid de congruitate. De necessitate enim sacramenti exigitur quòd ille qui accedit ad ordines, sit susceptiuus, quod competit ei per baptismum: & ideò character baptismalis præsupponitur de necessitate sacramenti, ita quòd sine eo sacramentum ordinis conferri non possit: sed de congruitate requiritur omnis perfectio, per quam aliquis redditur idoneus ad exequutionem ordinis, & vnum de istis est vt sit confirmatus: & ideò de congruitate character ordinis characterẽ confirmationis præsupponit, & non de necessitate.

¶AD PRIMVM ergo dicendum quòd non est similis habitudo huius medij ad vltimum & primi ad medium: quia per characterem baptismalem fit homo susceptiuus sacramenti cõfirmationis sine quo non potest per confirmationis sacramentum confirmationis fit susceptiuus sacramenti ordinis, & ideò non est similis ratio.

¶Ad secundum dicendum, quòd illa ratio procedit de idoneitate quantùm ad congruitatem.

ARTICVLVS V

¶ Vtrùm character vnius ordinis de necessitate præsupponat characterem alterius Ordinis.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd character vnius ordinis præsupponat de necessitate characterẽ alterius ordinis. Quia maior est conuenientia ordinis ad ordinem, quàm ordinis ad aliud sacramentum: sed character ordinis præsupponit characterem alterius sacramenti, scilicet baptismi: ergo multò fortiùs character vnius ordinis, præsupponit characterem alterius.

¶Præterea, Ordines sunt quidam gradus: sed nullus potest peruenire ad posteriorem gradum nisi priorem ascenderit: ergo nullus potest accipere characterẽ ordinis sequentis, nisi prius accipiat ordinem præcedentem.

¶SED CONTRA, Si omittatur aliquid in sacramẽto quod sit de necessitate sacramenti, oportet quòd sacramentum iteretur: sed si aliquis accipiat sequentem ordinem, prætermisso primo, non reordinabitur, sed confertur sibi quod deerat, secundum statuta Canonum: ergo præcedens ordo non est de necessitate sequentis.

CONCLVSIO.

¶Non oportet vt qui maiores Ordines susceperunt, minores prius habuerint, quanquàm Ecclesia sic ordinatè Ordines conferri statuerit, vt prius minores, deinde maiores recipiantur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd non est de necessitate superiorum ordinum quòd aliquis minores ordines priùs habeat, quia potestates sunt distinctæ, & vna quantùm est de sui ratione non requirit aliam in eodem subiecto: & ideò etiam in primitiua Ecclesia aliqui ordinabantur in presbyteros, qui priùs inferiores ordines non susceperant: & tamen poterant omnia quæ inferiores ordines possunt, quia inferior potestas comprehenditur in superiori virtute: sicut sensus in intellectu & ducatus in regno, sed postea per constitutionem Ecclesiæ determinatũ est quòd ad maiores ordines se non ingerat qui priùs in minoribus officiis se non humiliauit: & inde est quod qui ordinãtur per saltũ secundũ Canones, nõ reordinãtur, sed id quod omissum fuerat de præcedentibus ordinibus, eis confertur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd magis conueniunt ordines adinuicem secundum similitudinem speciei, quam ordo cum Baptismo: sed secundum proportionem potentiæ ad actum magis conuenit Baptismus cum ordine: quia per Baptismum acquirit homo potentiam passiuam recipiendi ordines: non autem per ordinem inferiorem datur potentia passiua recipiendi maiores ordines.

¶Ad secundum dicendum, quòd ordines non sunt gradus qui occurant in actione vna vel in vno motu, vt oporteat ad vltimum per primũ deuenire: sed sunt sicut gradus in diuersis rebus constituti, sicut est gradus inter hominem & Angelũ, nec oportet quòd ille qui fit Angelus, priùs fuerit homo. similiter etiam est gradus inter caput & omnia membra corporis, nec oportet quòd illud quod est caput, priùs fuerit pes, & similiter est in proposito.

QVAESTIO TRIGESIMASEXTA: DE *qualitate suscipientium in quinq; articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de qualitate suscipientium hoc sacramentum.

¶Circa quod quæritur quinque.

¶Primò, vtrùm in suscipientibus hoc sacramentum requiratur bonitas vitæ.

¶Secundò, vtrùm requiratur scientia totius sacræ Scripturæ.

¶Tertiò, vtrùm ex ipso merito vitæ aliquis ordinis gradus consequatur.

¶Quartò, vtrùm promouens indignos ad ordines peccet.

¶Quintò, vtrùm aliquis peccator existens posit sine peccato ordine susceptо vti.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm in suscipientibus ordinum requiratur bonitas vitæ. Thom. supra 3. q. 1. & 85.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q; in suscipientibus ordines non requiratur bonitas vitæ. Quia per ordinem aliquis ordinatur ad dispensationem sacramentorum: sed sacramenta possunt dispensari à bonis & malis. ergo non requiritur bona vita.

¶Præterea, non est maius ministerium quod Deo in sacramentis exhibetur, quàm quod, ipsi corporaliter adhibetur: sed à ministerio ipsius corporali non repulit Dominus mulierem peccatricem & infamem, vt pater Luc. 7. ergo nec à ministerio eius in sacramentis tales sunt amouendi.

¶Præterea, Per omnem gratiam datur aliquod remedium contra peccatum: sed illis qui habent peccatũ, non debet aliquod remedium denegari. quod eis valere possit, cùm ergo in sacramento ordinis gratia conferatur, videtur quòd debeat etiam peccatoribus hoc sacramentum dari.

¶SED CONTRA, Leui. 21. Homo de semine Aaron, qui habuerit maculam, non offerat panes coram Domino, nec accedat ad ministerium eius: sed per maculam (vt dicit glos.) omne vitium intelligitur: ergo ille qui est aliquo vitio irretitus, non debet ad ministerium ordinis adhiberi.

¶Præterea, Hiero. dicit quòd non solùm Episcopi presbyteri & diaconi debent magnopere prouidere, vt cunctum populũ cui præsident, sermone & conuersatione præcedant, verùm etiam inferiores gradus, & omnes qui diuino oraculo deseruiunt: & quia vehementer Ecclesiam Dei destruit meliores esse laicos, quàm clericos: ergo in omnibus ordinibus requiritur sanctitas vitæ.

CONCLVSIO.

¶Bonitas vitæ, actõscientiæ nitor necessaria sunt ex diuino præcepto suscipientibus sacros Ordines, non tamen de necessitate sunt sacramenti.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut Dionysius dicit 5. cap. Eccl. Hier. vt subtiliores & clariores essentię repleræ influxu solarium splendorum, lumen in eis supereminens assimilitudinem Solis ad alia corpora inuehuntific in omni diuino nõ est audendũ alijs dux esse, nisi secundum omnẽ habitũ sibi factus Dei formissimus & Deo similimus. Vnde cùm in quolibet ordine aliquis constituatur dux alijs in rebus diuinis, quasi præsumptuosus mortaliter peccat, qui cum conscientia peccati mortalis ad ordines accedit: & ideo sanctitas vitæ requiritur ad ordinem de necessitate præcepti, sed nõ de necessitate sacramenti. Vnde si malus ordinatur, nihilominus ordinem habet tamen cum peccato.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut vera sacramenta sunt, quæ peccator dispensat, ita verum sacramentum ordinis recipit, & sicut indignè dispensat, ita indignè recipit.

¶Ad secundum dicendum, quòd illud ministerium erat tantũ in exequutione corporalis obsequij, quod etiã licitè peccato res facere

res facere possunt. Secùs autẽ de ministerio spirituali, ad quod applicantur ordinati, quia per ipsum efficiuntur medij inter Deum & plebem: & ideò debent de bona conscientia nitère quò ad Deum, & bona fama quò ad homines.

¶Ad tertium dicendum, quod aliquę medicinæ sunt quæ exigunt robur naturæ, aliàs cum periculo mortis assumuntur, & aliæ sunt quę debilibus dari possunt: ita etiam in spiritualibus quædam sacramẽta sunt ordinata ad remediũ peccati, & talia peccatoribus sunt exhibenda, sicut baptismus & pœnitentia: illa verò quæ perfectionem gratiæ conferunt, requirunt hominem per gratiam confortatum.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm requiratur scientia totius sacræ Scripturæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd requiratur scientia totius sacræ Scripturę. Quia ille debet habere legis scientiam, à cuius ore lex requiritur: sed legẽ requirunt de ore sacerdotis, vt patet Malach. 2. ergo ipse debet legis totius habere scientiam.

¶Præterea. Primæ Pet. 3. Parati omni poscenti vos ad satisfaciẽdum de ea, quę in vobis est, fide & spe: sed reddere de his rationem quæ sunt fidei & spei, est illorum qui perfectam scientiam sacrarum Scripturarum habent: ergo talem scientiam debent habere illi qui ponuntur in ordinibus, quibus verba prędicta dicuntur.

¶Præterea. Nullus congruè legit quod non intelligit, quia legere & non intelligere negligere est, vt dicit Cato. Sed ad Lectores, qui est quasi infimus ordo, pertinet legere vetus Testamentum, vt in litera dicitur: ergo ad eos pertinet habere totius veteris Testamenti intellectum, & multo fortiùs ad alios superiores ordines.

¶SED CONTRA est, quòd multi promouentur ad sacerdotium, qui penitus de talibus nihil sciunt, etiam in regionibus multis, ergo videtur quòd talis scientia non requiratur.

¶Præterea, in vitis patrum legitur, aliquos simplices monachos ad sacerdotium promotos, qui erant sanctissimæ vitæ: ergo non requiritur prædicta scientia in ordinandis.

CONCLVSIO.

¶Ea tantùm scire oportet Ordinatos, quæ ad ordinis susceptі exequtionem conducant.

¶RESPONDEO dicendum, quod in quolibet actu hominis, si debet esse ordinatus, oportet quòd adsit directio rationis, vnde ad hoc quòd ordinis officium exequatur, oportet quòd habeat tantũ de scientia, quæ sufficiat ad hoc quòd dirigatur in actũ ordinis illius: & ideò etiam talis scientia requiritur in eo, qui debet ad ordines promoueri, & nõ quòd Vniuersaliter in tota Scriptura sit instructus: sed plus vel minùs secundum quòd ad plura vel pauciora se eius officium extendit: vt scilicet illi qui aliis præponuntur, curam animarum suscipientes, sciant quæ ad exequutionem sui ordinis spectant.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sacerdos habet duos actus, vnum principalem supra corpus Christi verum: & alium secundarium supra corpus Christi mysticum: secundus autem actus dependet à primo, sed non conuertitur: & ideò aliqui ad sacerdotium promouẽtur, quibus committitur primus actus tantùm, sicut religiosi, quibus cura animarum non committitur, & à talium ore lex no requiritur, sed solùm quòd sacramenta conficiant: & ideò talibus sufficit si tantum de scientia habeant, quod ea quę ad sacramentum perficiendum spectant, ritè seruare possint. Alij autem promouentur ad alium actum qui est supra corpus mysticum, & à talium ore populus legem requirit: vnde scientia legis in eis debet esse, non quidem vt sciant omnes difficiles quæstiones, quia in his debet ad superiores recursus haberi: sed vt sciant, ea quæ populus debet credere, & obseruare de lege. Sed ad superiores sacerdotes, scilicet Episcopos pertinet vt etiam ea quæ difficultatem in lege facere possunt, sciant, & tanto magis quanto in maiore gradu collocantur.

¶Ad secundũ dicendum, quòd ratio reddenda de fide & spe, non est intelligenda talis, quæ sufficiat ad probandum, quæ fidei vel spei sunt, cum vtrunque de inuisibilibus sit: sed vt sciant in communi probabilitatem vtriusque ostendere, ad quod non requiritur multùm magna scientia.

¶Ad tertium dicendum, quòd ad lectorẽ non pertinet tradere intellectum sacræ Scripturæ populo, quia hoc est superiorum ordinum, sed solùm pronuntiare: & ideò ab eo nõ exigitur quòd habeat tantùm de scientia, qua sacram Scripturam intelligat, sed solùm quòd rectè pronuntiare sciat: & quia talis scientia de facili addiscitur à multis: ideò probabiliter æstimari potest quòd ordinatus talem scientiam acquirat, si etiam nunc eam non habeat, maximè si in via ad hoc esse videatur.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm ex merito vitæ aliquis gradus ordinis consequatur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd ex ipso merito vitæ aliquis ordinis gradus consequatur. Quia sicut dicit Chrysostomus, Non omnis sacerdos sanctus est, sed ex merito vitę aliquis efficitur sanctus, ergo & sacerdos, & multò fortiùs alios ordines habẽs.

¶Præterea, In rebus naturalibus ex hoc ipso aliquа in gradu superiori collocantur, quòd Deo appropinquant, & magis de eius bonitatibus participant, vt Dionysius dicit 4. c. Eccles. Hierar. sed ex merito sanctitatis & scientiæ aliquis efficitur Deo propinquior, & plus de eius bonitatibus recipiens. ergo ex hoc ipso in gradu ordinis collocatur.

¶SED CONTRA, Sanctitas semel habita potest amitti: sed ordo semel habitus, nunquam amittitur: ergo ordo non consistit in ipso merito sanctitatis. CONCLVSIO.

¶ Non consequitur aliquis ex merito vitæ aliquem Ordinis gradum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd causa debet esse proportionata suo effectui: & ideò sicut in Christo, à quo descendit gratia in omnes homines, oportet quòd sit gratiæ plenitudo, ita in ministris Ecclesiæ, quorum non est dare gratiam, sed gratiæ sacramenta, non constituitur gradus Ordinis ex hoc quòd habent gratiam: sed ex hoc quòd participant aliquod gratiæ sacramentum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Chrysostomus accipit Sacerdotis nomen quantùm ad rationem interpretationis, secundum quòd sacerdos idem est quod sacra dans. Sic enim quilibet iustus, inquantum sacra merita alicui in auxilium dat, sacerdotis interpretationem habet: non autem loquitur secundum nominis significationem. Est enim hoc nomen sacerdos institutum ad significandum eum, qui sacra dat in sacramentorum dispensatione.

¶Ad secundum dicendum, quòd res naturales efficiuntur in gradu superalia, secundum quòd in agere possunt ex forma sua: & ideò ex hoc ipso quòd formam nobiliorum habent, in altiori gradu constituuntur: sed ministri Ecclesiæ non præponuntur aliis, vt eis ex propriæ sanctitatis virtute aliquid attribuant, quia hoc solius Dei est: sed sicut ministri, & quodammodò instrumenta illius effluxus qui fit à capite in membra: & ideò non est simile quantùm ad dignitatem ordinis, quamuis sit simile quantùm ad congruitatem.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm promouens ad ordines indignos peccet.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd promouens ad indignos Ordines non peccet, quia Episcopus indiget coadiutoribus in minoribus officiis cõstitutis, sed non posset eos inuenire in sufficienti numero si talem idoneitatem requireret in eis, qualis à sanctis describitur: ergo si aliquos non idoneos promouet, videtur quòd sit excusabilis.

¶Præterea, Ecclesia non solùm indiget ministris ad dispensationem spiritualium, sed etiam ad gubernationem temporalium: sed quandoque illi qui non habent scientiam vel sanctitatem vitæ, possunt esse vtiles ad gubernationem temporaliũ, vel propter potentiam secularẽ, vel propter industriam naturalẽ, ergo videtur quòd tales sine peccato possent promoueri.

¶Præterea, Quilibet tenetur vitare peccatum quantùm potest. si ergo Episcopus peccat indignos promouens, debet adhibere maximam diligentiam ad sciendum, an illi qui accedunt ad Ordines, sint digni: vt fieret diligens inquisitio de moribus & scientia eorum, quod non videtur alicubi obseruari.

¶SED CONTRA, Peius est promouere malos ad sacra mysteria, quàm iam promotos non corrigere: sed Heli mortaliter peccauit, non corrigens filios suos de malitia sua: vnde cadens retrorsum mortuus est, vt dicitur primo Regum. ergo non sine peccato eundit si indignos promouet.

¶Præterea, Spiritualia temporalibus sunt præponenda in Ecclesia: sed mortaliter peccaret qui res Ecclesiæ temporales scienter sub periculo poneret. ergo multò fortiùs qui poneret res spirituales sub periculo: seu sub periculo ponit res spirituales quicunque indignos promouet: quia cuius vita despicitur, vt dicit Gregorius, reddit vt eius prædicatio contemnatur, & eadem ratione omnia spiritualia ab eis exhibita. ergo indignos promouens mortaliter peccat.

CONCLVSIO.

¶Infidelitatu criminis reus est, quicunque indignos ad sacros promouerit ordines.

¶RESPONDEO dicendum, quòd à domino describitur fidelis seruus qui est constitutus supra familiam, vt det illi tritici mensuram: & ideò infidelitatis reus est, qui alicui supra mensuram eius diuina tradit: hoc autem facit quicunque

Universidad de Deusto
Biblioteca

indignos promouet,& ideò crimen mortale committit quasi summo domino infidelis:& præcipuè cùm hoc in detrimentũ Ecclesiæ vergat,& honoris diuini qui per bonos ministros promouetur. Esset enim infidelis terreno domino, qui in eius officio aliquos inutiles poneret.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ Deus nunquam ita deserit Ecclesiam suam quin inueniantur idonei ministri sufficientes ad necessitatem plebis,si digni promouerentur,& indigni repellerentur:& si non possunt tot ministri inueniri, quot modo sunt, melius esset habere paucos ministros bonos,quàm multos malos,vt dicit beatus Clemens.

¶Ad secundum dicendum,quòd temporalia non sunt quærẽda nisi propter spiritualia:vnde omne incommodum temporale deberet eligi,& omne dispendium,propter spirituale bonum promouendum.

¶Ad tertium dicendum, quòd ad minus hoc requiritur quòd nesciat ordinatus aliquid contrarium sanctitati in ordinãdo esse:sed etiam exigitur amplius,vt secundum mensuram ordinis vel officij iniungendi diligentior cura apponatur,vt habeatur certitudo de qualitate promouendorum saltem ex testimonio aliorum,& hoc est quod Apostolus dicit 1.Timo.5.Nemini cito manum imposueris.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm quis in peccato existẽs possit sine peccato ordine suscepto uti.

AD QVINTVM sic proceditur.Videtur q̃ aliquis in peccato existens possit sine peccato ordine suscepto vti, quia peccat si non vtatur,cũ ex officio teneatur:si ergo vtẽdo peccat,non potest peccatum vitare,quod est inconueniens.

¶Præterea.Dispensatio est iuris relaxatio:ergo quamuis de iure esset ei illicitum vti ordine suscepto,tamen ex dispensatione ei liceret.

¶Præterea Quicunq; communicat alicui in peccato mortali, peccat mortaliter:si ergo peccatori in vsu ordinis peccat mortaliter:tunc etiam peccat mortaliter qui ab eo aliquid diuinorum accipit:vel ab eo exigit,quod videtur absurdum.

¶Præterea.Si vtẽdo ordine suo peccat:ergo quilibet actus ordinis quẽ facit,est peccatum mortale,& ita cũ in vna exequtione ordinis multi actus concurrant,videtur q̃ multa peccata mortalia committat,quod valdè durum videtur.

¶SED CONTRA est quod Dionysius in Epistola ad Demophilum dicit. Talis,scilicet qui nõ est illuminatus,audax videtur sacerdotalibus manum apponens,& non timet neque verecundatur diuina præter dignitatem exequens, & putans Deũ ignorare quæ ipse in seipso cognouit, & decipere existimat falso nomine patrem ab ipso appellatum, & audet ipsius muneris immundas infamias, non enim dicam orationes, super diuina signa Christiformi ter enuntiare: ergo sacerdos est quasi blasphemus & deceptor qui indigne suum ordinem exequatur: & sic mortaliter peccat, & eadem ratione quilibet alius ordinatus.

¶Præterea. Sanctitas requiritur in susceptione ordinis vt sit idoneus ad exequendum:sed peccat mortaliter qui cum peccato mortali ad ordines accedit:ergo multo fortiùs peccat mortaliter in qualibet exequutione sui ordinis.

CONCLVSIO.

¶Mortaliter peccat quicunque in peccato mortali existens sacros exequitur ordines,nisi hoc ex necessitate faceret.

¶RESPONDEO dicendum, quòd lex præcipit vt homo iustè ea quæ sunt iusta exequatur: & ideò quicunq; hoc quod sibi competit ex ordine,facit indignè, quod iustũ est iniustè exequitur,& cõtra præceptũ legis facit, ac per hoc mortaliter peccat. Quicunq; autem cũ peccato mortali aliquod sacrum officium pertractat,non est dubium quin indignè illud facit: vnde patet quòd mortaliter peccat.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ,quòd non est perplexus vt necessitatem peccandi habeat:quia potest peccatum dimittere vel officio resignare, ex quo obligabatur ad ordinis exequutionem.

¶Ad secundum dicendum, quòd ius naturale est indispensabile:hoc autem est de iure naturali, vt homo sancta sanctè pertractet,& contra hoc nullus potest dispensare.

¶Ad tertium dicendum,quòd quandiu minister Ecclesiæ qui est in peccato mortali ab Ecclesia sustinetur, ab eo sacramenta eius subditus recipere debet, quia ad hoc ei obligatur: sed tamen præter necessitatis articulũ non esset tutũ, quòd eum induceret ad aliquid sui ordinis exequendum durãte tali conscientia,quòd ille in peccato mortali esset,quã tamen deponere posset:quia in instanti homo à diuina gratia emundatur.

¶Ad quartum dicendum,quòd quandocũq; homo exhibet se in aliquo actu vt minister Ecclesiæ,mortaliter peccat,& ties quoties huiusmodi actum facit:quia vt Dionysius dicit primo capite Ecclesiasticæ hierarchiæ Immundis nec symbola,id est,sacramentalia signa tangere fas est. Vnde quando tangunt res sacras,quasi suo officio vtentes,peccant mortaliter. Secus autem esset si in aliqua necessitate aliquod sacrum contingerent,vel exequerẽtur in illo casu,in quo & laicis licet:sicut si baptizaret in aliquo articulo necessitatis; vel si corpus Christi in terram proiectum colligeret.

QVAESTIO TRIGESIMASEPTIMA, DE *distinctione Ordinum,in quinque articulos diuisa.* Tho.4 d.24 q.2.ar ticul.1. q.1. & seq. & arti.1. 3. obiect. 3.

CONSEQVENTER agendum est de distinctione Ordinum & eorum actibus & characteris impressione.

¶Circa quod quæruntur quinque.

¶Primò,vtrùm Ordo debeat in plures distingui.

¶Secundò, quot sint.

¶Tertiò,vtrum debeant distingui per sacros,& non sacros.

Quartò. vtrùm actus Ordinũ cõuenienter assignentur.

Quintò, quando Ordinum characteres imprimantur.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm debeant plures ordines distingui.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non debeat plures ordines distingui.Quantò est aliqua virtus est maior,tantò minùs est multiplicata: sed hoc sacramentũ est dignius aliis sacramentis,inquantum constituit suscipientes in aliquo gradu super alios:cùm ergo alia sacramenta non distinguantur in plura, quæ recipiant prædicationes totius, nec hoc sacramentum debet in plures ordines distingui.

¶Præterea, Si diuiditur,aut est diuisio totius in partes integrales,aut in partes subiectiuas: nõ autẽ in partes integrales, quia sic nõ reciperẽt prædicationes totius:ergo est diuisio in partes subiectiuas:sed partes subiectiuæ recipiunt in plurali prædicationem generis remoti,sicut generis proximi:sicut homo & animus sunt plura animalia,& plura corpora animata: ergo & sacerdotium & diaconatus,sicut sunt plures ordines:ita sunt plura sacramenta,cùm sacramentum sit quasi genus ad ordines.

¶Præterea, Secundum Philosophum 8.Ethi.Regimen in quo vnus tantùm principatur, est nobilius regimen communitatis, quam aristocratia, qua diuersi in diuersis officijs cõstituuntur: sed regimen Ecclesiæ debet esse nobilissimum: ergo nõ debet esse in Ecclesia distinctio ordinum ad diuersos actus, sed tota potestas deberet apud vnum residere, & sic deberet esse tantùm vnus ordo.

¶SED CONTRA,Ecclesia est corpus Christi mysticum simile corpori naturali secundum Apostolum: sed in corpore naturali sunt diuersa membrorum officia: ergo & in Ecclesia debent esse diuersi ordines.

¶Præterea, Mysterium noui Testamenti est dignius quàm veteris,vt patet 2.Corint.tertio. sed in veteri Testamento non solùm sacerdotes,sed etiam ministri eorum Leuitæ sanctificabantur:ergo & in nouo Testamento debent consecrari per Ordinis sacramentum non solùm sacerdotes, sed ministri eorum,& ita oportet quòd sint plures Ordines.

CONCLVSIO.

¶Non vnum,sed plures oportuit in Ecclesia sacros ordines esse.

¶RESPONDEO dicendum,quòd Ordinum multitudo est inducta in Ecclesia propter tria. Primò quidẽ propter Dei sapientiam commendandam, quæ in dictinctione rerum ordinata maximè relucet tam in naturalibus quàm in spiritualibus: quòd significatur in hoc, quòd Regina Saba videns ordinem ministrantium Salomoni,nõ habebat vltrà spiritum, deficiens in admiratione sapientiæ illius.Secundò,ad subueniendum humanæ infirmitati,quia per vnum non poterant omnia, quæ ad diuina mysteria pertinebãt,expleri sine magno grauamine: & ideò distinguuntur Ordines diuersi ad diuersa officia : & hoc patet per hoc, quòd Dominus Numeri 9. dedit Moysi septuaginta senes populi in adiutorium.Tertiò,vt via proficiendi hominibus amplior detur, dum plures in diuersis officijs distribuuntur, vt omnes sint Dei cooperatores, quo nihil est diuinius,vt Dionysius dicit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,q̃ omnia sacramenta dantur ad effectus aliquos percipiendos, sed hoc sacramentum datur principaliter ad actus aliquos agendos : & ideò secundum diuersitatem actuum oportet quòd Ordinis sacramentum distinguatur,sicut potentiæ distinguuntur per actus.

¶Ad secundum dicendum,quòd distinctio Ordinis non est totius integralis in partes neque totius vniuersalis: sed totius potentialis,cuius hæc est natura,quòd totum secundum completam rationem est in vno, in alijs autem est aliqua participatio ipsius, & ita est hic : tota enim plenitudo sacramenti huius est in vno

in vno ordine, scilicet sacerdotio:sed in alijs est quædam participatio ordinis, & hoc significatum est in hoc quod dominus dixit Numeri 11.Moysi, Auferam de spiritu tuo & tradam eis, vt sustentent tecum onus populi: & ideò omnes ordines sunt vnum sacramentum.

¶Ad tertium dicendum,quòd in regno quamuis tota potestatis plenitudo resideat penes Regem:non tamen excluduntur minorũ potestates, quæ sunt participationes quædam Regiæ potestatis,& similiter est in ordine.In Aristocratia autem apud nullum residet plenitudo potestatis,sed apud omnes.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm sint septem ordines.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non sint septem ordines.Ordines enim ecclesiæ ordinantur ad actus hierarchicos:sed tres sunt actus hierarchici, scilicet purgare,illuminare,& perficere:secundum quos Dyonisius distinguit tres ordines in 5. capitulo Ecclesiast.hierarc.ergo non sunt septem.

¶Præterea.Omnia sacramenta habent efficaciam & authoritatem ex institutione Christi vel saltem Apostolorum eius: sed in doctrina Christi & Apostolorum non fit mentio nisi de presbyteris & diaconibus:ergo videtur quòd non sint alij ordines.

¶Præterea. Per sacramentum ordinis constituitur aliquis dispensator aliorum sacramentorũ: sed alia sacramenta sunt sex: ergo debent esse tantùm sex ordines.

¶SED CONTRA. Videtur quòd debeant esse plures: quia quantò aliqua virtus est altior, tantò est minùs multiplicabilis: sed potestas hierarchica est altiori modo in angelis quàm in nobis,vt Dionysius dicit:cùm ergo in hierarchia angelica sint nouem ordines, totidem deberent esse in Ecclesia, vel plures.

¶Præterea. Prophetia Psalmorum est nobilior inter omnes alias prophetias:sed ad pronuntiãdum in ecclesia alias prophetias est vnus ordo,scilicet lectorum,ergo & ad pronũtiandum Psalmos deberet esse alius ordo,& præcipuè cùm in Decretis dicitur in 21.Psal.secundus ab ostiario inter ordines ponatur.

CONCLVSIO.

¶Septem sunt sacri ordines,videlicet sacerdotii, Diaconatus, Subdiaconatus, Acolytorum, Lectorum, Exorcistarum, & Ostiariorum.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ quidam sufficientiam ordinum assumunt per quandã adaptationem ad gratias gratis datas,de quibus habetur 1.Cor.12.dicunt enim quòd sermo sapientiæ cõperit Episcopo, quia ipse aliorum ordinator est, quod ad sapientiam pertinet:sermo scientiæ sacerdoti, quia debet habere clauem scientiæ:fides Diacono,qui prædicat Euangelium:opera virtutum Subdiacono,qui se ad opera perfectionis extendit per votum continentiæ:interpretatio sermonum Acolyto,quod significatur in lumine quod defert:gratia sanitatum exorcistæ:gratia linguarum Psalmistæ:prophetia Lectori: discretio spirituum Ostiario, qui quosdã repellit & quosdam admittit.Sed hoc nihil est,quia gratiæ gratis datæ non dantur eidem, sicut nec ordines dantur eidẽ. Dicitur enim 1. Corin. 12. Diuisiones gratiarum sunt. Et iterum ponuntur quædam quæ Ordines non dicuntur, scilicet, Episcopatus & Psalmistatus. Et ideò alij assignant secundum quandam assimilationem ad cœlestem hierarchiam,in quibus ordines distinguuntur secundum purgationem, illuminationem, & perfectionem. Dicunt enim quod ostiarius purgat exteriùs segregando bonos a malis etiam corporaliter: interiùs verò acolytus,quia per lumen quod portat,significat se interiores tenebras pellere:sed vtroque modo exorcista:quia diabolũ quem expellit,vtroque modo perturbat:sed illuminatio quæ fit per doctrinam quantùm ad doctrinam propheticam,fit per lectores,quantùm ad Apostolicam fit per subdiaconos, quantũ ad euangelicam per diaconos fit:sed perfectio communionis,vtpote quę est pœnitentię & baptismi & huiusmodi,fit per sacerdotem: excellens verò per episcopum,vt cõsecratio sacerdotum & virginum: sed excellentissima,per summum pontificem, in quo est plenitudo authoritatis.Sed hoc nihil est,tum quia ordines hierarchię non distinguuntur per prædictas actiones hierarchicas, cùm quelibet cuilibet ordinum conueniat: eum quia secundũ Dionysium solis Episcopis conuenit perficere, illuminare autem sacerdotibus:purgare autem ministris omnibus.& ideò alij apropriant ordines septem donis,vt sacerdotio respondeat donum sapientiæ,qua nos pane vitæ & intellectus ciuat:sicut sacerdos nos pane cœlesti reficit:sed timor ostiario,quia nos separat a malis:& sic intermedij ordines respondent medijs donis.Sed hoc iterum nihil est, quia in quolibet ordine septiformis gratia datur.

¶Et ideò aliter dicendum,quòd ordinis sacramẽtum ad sacramentum Eucharistię ordinatur, quod est sacramentum sacramentorum:vt Dionysius dicit. Sicut enim templum & altare & vasa & vestes,ita & ministeria quæ ad Eucharistiam ordinantur consecratione indigent,& hæc consecratio est Ordinis sacramentum:& ideò distinctio ordinis est accipienda secundum relationem ad Eucharistiam:quia potestas ordinis aut est ad consecrationem Eucharistiæ ipsius, aut ad aliquod ministerium ordinatum ad hoc sacramentum Eucharistię. Si primo modo,sic est ordo sacerdotum:& ideò cùm ordinantur accipiunt calicem cum vino & panem:nam cum pane potestatem accipiunt consecrandi corpus & sanguinem Christi. Cooperatio autem ministrorum est vel in ordine ad ipsum sacramentum,vel in ordine ad suscipientes.Si primo modo,sic tripliciter.Primò enim est ministerium quo minister cooperatur sacerdoti in ipso sacramento,quantùm ad dispensationem, sed non quantùm ad consecrationem, quam solus sacerdos facit, & hoc pertinet ad diaconum.Vnde in litera dicitur, quòd ad diaconum pertinet ministrare sacerdotibus in omnibus quę aguntur in sacramentis Christi:vnde & Christi sanguinem dispensat.Secundò,est ministerium ordinatum ad materiam sacramenti ordinandum in sacris vasis ipsius sacramenti, & hoc pertinet ad subdiaconum.Vnde dicitur in litera, quòd corporis, & sanguinis domini vasa portant, & oblationes in altari ponunt:& ideò accipiunt calicem de manu Episcopi,sed vacuum cùm ordinantur. Tertiò,est ministerium ordinatum ad præsentandum materiam sacramenti,& hoc competit acolyto.Ipse enim,vt in litera dicitur, vrceolum cum vino & aqua præparat.Vnde accipiunt vrceolum vacuum.Sed ministeriũ ad præparationem recipientium ordinatum non poterit esse nisi super immundos, quia qui mundi sunt, iam sunt ad sacramenta percipienda idonei. Triplex autem est genus immundorum,secundum Dionysium. Quidam enim sunt omnino infideles credere nolentes,& hi totaliter à visione diuinorum,& à cœtu fidelium arcendi sunt,& hoc pertinet ad ostiarios. Quidam autem sunt volentes credere,sed nõ instructi,scilicet catechumeni, & ad horum institutionem ordinatur ordo lectorum:& ideò prima rudimẽta doctrinę fidei, scilicet vetus Testamentum eis legendum committitur. Quidam verò sunt fideles & instructi,sed impedimẽtũ habentes:ex dęmonis potestate,scilicet energumeni:& ad hoc ministeriũ est ordo exorcistarũ,& omnino sic patet ratio numeri & gradus ordinum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod Dionysius loquitur de ordinibus,nõ secundũ quod sunt sacramẽta, sed secundũ quòd ad hierarchicas actiones ordinantur : & ideò secundũ actiones illas tres ordines distinguit,quorũ primus habet omnes tres, scilicet episcopus. Secundus habet duas,scilicet,sacerdos:sed tertius habet vnam,scilicet,diaconus,scilicet purgare,qui minister dicitur:& sub hoc omnes inferiores ordines comprehenduntur : sed ordines habent quòd sint sacramenta ex relatione ad maximum sacramentorum,& secundum hoc debet numerus Ordinum accipi.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd in primitiua Ecclesia propter paucitatem ministrorum omnia inferiora ministeria diaconibus committebantur, vt patet per Dionysium tertio capite Ecclesiasticæ hierarchiæ. vbi dicit,Ministrorum alij stant ad portas templi claustra,alij aliud proprij ordinis operãtur: alij autem sacerdotibus proponunt super altare sacrum panem & benedictiõis calicem,nihilominus erant omnes prædictæ potestates,sed implicitè in vna diaconi potestate : sed postea ampliatus est cultus diuinus,& Ecclesia quod implicitè habebat in vno Ordine,explicitè tradidit in diuersis : & secũdũ hoc dicit Magister in litera,quòd Ecclesia alios ordines sibi instituit.

¶Ad tertium dicendum,quòd ordines ordinantur principaliter ad sacramentum Eucharistiæ : ad alia autem per consequens, quia etiam alia sacramenta ab eo, quod in sacramento continetur,deriuantur.Vnde non oportet quòd distinguantur ordines secundum sacramenta.

¶Ad quartum dicendũ,quòd Angeli differunt specie,& propter hoc in eis potest esse modus diuersus recipiẽdi diuina:& ideo diuersæ hierarchiæ in eis distinguũtur:sed in Ordinibus tantùm est vna hierarchia propter vnum modũ accipiendi diuina,quæ consequitur humanam speciem, scilicet per similitudinem rerum sensibilium:& ideò distinctio ordinum in Angelis non potest esse per cõparationem ad aliquod sacramẽtum,sicut est apud nos: sed solùm per comparationem ad hierarchicas actiones,quas in inferiores exercet quilibet ordo in eis.& secũdum hoc nostri ordines eis respondent,quia in nostra hierarchia sunt tres ordines secundum hierarchicas actiones distincti,sicut in qualibet hierarchia angelorum.

¶Ad quintum dicendum,quòd Psalmistatus nõ est Ordo, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

officium Ordini annexum, quia enim Psalmi cum cantu pronuntiantur: ideò dicitur Psalmista cantor. Cantor autem non est nomen Ordinis specialis, tum quia cantare pertinet ad totum chorum, tum quia non habet aliquam specialem relationem ad Eucharistię sacramẽtum, tum quia officium quoddam est quod inter ordines largo modo accepto computatur quandoque.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm Ordines debeant distingui per sacros & non sacros.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ Ordines nõ debeant distingui per sacros & non sacros. Omnes enim Ordines sacramenta quędam sunt, sed omnia sacramenta sunt sacra, ergo omnes Ordines sunt sacri.

¶Præterea. Secundum Ordines Ecclesiæ non deputatur aliquis nisi ad diuina officia: sed omnia talia sunt sacramenta, ergo ordines sunt sacri.

¶SED CONTRA est, q̃ Ordines sacri impediunt matrimonium cõtrahendum, & dirimunt iam contractum: sed quatuor inferiores Ordines nõ impediunt contrahendum, nec dirimunt contractum, ergo non sunt sacri Ordines.

CONCLVSIO.

¶ Tres tãtùm sunt sacri Ordines, sacerdotium scilicet, Diaconatus, & subdiaconatus.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ Ordo sacer dicitur dupliciter. Vno modo secundum se, & sic quilibet Ordo est sacer cùm sit sacramentum quoddam. Alio modo ratione materiæ, circa quam habet aliquę actum, & sic Ordo sacer dicitur qui habet aliquem actum circa rem aliquam consecratã, & sic sunt tres Ordines sacri, scilicet sacerdos, & diaconus, qui habet actum circa corpus Christi & sanguinem consecratum: & subdiaconus qui habet actum circa vasa consecrata: & ideò eis cõtinentia indicitur, vt mundi sint qui sancta tractant. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm actus ordinum conuenienter assignentur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd actus ordinum inconuenienter in litera assignentur. Quia per absolutionem præparatur aliquis ad corpus Christi sumendũ: sed præparatio suscipientium sacramentum pertinet ad inferiores ordines: ergo inconuenienter absolutio à peccatis inter actus ponitur sacerdotis.

¶Præterea. Homo per baptismum est immediatè Deo configuratus characterem configurantem suscipiens: sed orare & offerre oblationes sunt actus immediatè ad Deum ordinati: ergo quilibet baptizatus potest hos actus facere & non soli sacerdotes.

¶Præterea. Diuersorum ordinum diuersi sunt actus: sed oblationes in altari ponere, & epistolam legere, ad subdiaconum pertinet, crucem etiam ferunt subdiaconi coram Papa, ergo hi non debent poni actus diaconi.

¶Præterea. Eadem veritas continetur in nouo & in veteri Testamento: legere vetus Testamentum est Lectorum, ergo eadẽ ratione & legere nouum, & non diaconorum.

¶Præterea, Apostoli nihil aliud prædicauerunt quàm Euangelium Christi: vt patet Rom. sed doctrina Apostolorum cõmittitur subdiaconibus enuntiandæ: ergo & doctrina Euangelij.

¶Præterea, Secundum Dionysium, quod est superioris ordinis, non debet inferiori conuenire: sed ministrare cum vrceolo est actus subdiaconorum: ergo non debet acolytis attribui.

¶Præterea, actus spirituales debent corporalibus præeminere: sed acolytus non habet nisi actum corporalem: ergo exorcista non habet actum spiritualem pellendi dæmones, cùm sit inferior.

¶Præterea, Quæ magis conueniunt, iuxta se ponenda sunt, sed legere vetus Testamentum maximè debet conuenire cum lectore noui Testamenti, quod competit superioribus ministris: ergo legere vetus Testamentum nõ debet poni actus lectoris, sed magis acolyti, & præcipuè cùm lumẽ corporale quod acolyti deferunt, significet lumen spirituale doctrinæ.

¶Præterea. In quolibet actu ordinis spirituales debet esse aliqua vis spiritualis, quam habent ordinati præ aliis: sed in aperione & clausione ostiorum non habẽt aliam potestatem ostiarij quàm alij homines: ergo non debet poni actus ipsorum.

CONCLVSIO.

¶ Conueniens singulis sacris ordinibus assignatus est actus, sacerdoli videlicet baptizare, confirmare, & à peccatis absoluere, Diacono verò legere euangelium, &c. sicut in litera magistri dicitur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd cùm consecratio, quę fit in ordinis sacramẽto, ordinetur ad sacramentum eucharistię, vt dictum est, ille est principalis actus vniuscuiusque ordinis, secundum quem magis proximè ordinatur ad eucharistiæ sacramentum, & secundum hoc etiam vnus ordo est alio eminentior: secundum quòd vnus actus magis de proximo ad prædictum sacramentum ordinatur: sed quia ad eucharistiæ sacramentum quasi dignissimum multa ordinantur: ideò non est inconueniens vt præter principalem actum etiam multos actus vnus ordo habeat, & tantò plures quãtò est eminentior: quia virtus quantò est superior, tantò ad plura se extendit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd duplex est præparatio suscipientium sacramentũ quædam remota, & hæc per ministros efficitur: quædã proxima, qua statim efficiuntur idonei ad sacramentorum dispensationem, & hæc pertinet ad sacerdotes. quia etiam in naturalibus ab eodem agente fit materia in vltima dispositione ad formam, & recipit formam, & quia in proxima dispositione ad eucharistiam fit aliquis per hoc quòd à peccatis purgatur: ideò omnium sacramentorum quæ sunt instituta principaliter ad purgationem peccatorum est minister proprius sacerdos, scilicet baptismi, pœnitentię & extremæ vnctionis.

¶Ad secundum dicendum, quòd actus aliqui immediatè ad Deum ordinantur dupliciter. Vno modo ex parte vnius personę tantùm, sicut facere orationes singulares, & vouere, & huiusmodi: & talis actus competit cuilibet baptizato. Alio modo ex parte totius ecclesię, & sic solus sacerdos habet actus immediatè ad Deum ordinatos: quia ipse solus potest gerere personam totius ecclesię qui consecrat Eucharistiam, quę est sacramentum vniuersalis ecclesiæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd oblationes à populo oblatę per sacerdotem offeruntur: & ideò duplex ministerium circa oblationes est necessarium. Vnum ex parte populi, & hoc est subdiaconi qui accipit oblationes à populo & altari imponit, vel offert diacono. Aliud ex parte sacerdotis, & hoc diaconi est, qui oblationes ministrat ipsi sacerdoti, & in hoc est actus principalis vtriusque ordinis, & propter hoc ordo diaconi est superior: legere autem epistolam non est actus diaconi nisi secundũ quòd actus inferiorum ordinum superioribus attribuũtur. Similiter etiam crucem ferre, & hoc secundum consuetudinem aliquarum ecclesiarum, quia in actibus secundarijs non est inconueniens diuersas consuetudines esse.

¶Ad quartum dicendum, quòd doctrina est remota præparatio ad sacramentum suscipiendum: & ideò pronuntiatio doctrinę ministris cõmittitur. Sed doctrina veteris Testamenti adhuc est magis remota quàm doctrina noui, quia non instruit de hoc sacramento nisi in figuris: & ideò nouum Testamenti superioribus ministris pronuntiandum committitur: Vetus autem inferioribus: & doctrina noui Testamenti perfectior est (quam Dominus per seipsum tradidit) quam ipsius manifestatio per Apostolos & ideò Euangelium diaconis, epistola subdiaconis committuntur.

¶Et secundum hoc patet solutio ad quintum.

¶Ad sextum dicendum, quòd acolyti habent actum super vrceolum tantùm, non super ea quæ in vrceolo continentur, sed subdiaconus habet actum super contentis in vrceolo, quia vitur aqua & vino ad ponendum in calice, & aquam iterum manibus sacerdotis præbet: & diaconus sicut & subdiaconus solùm actum habet super calicem, non super contenta, sed sacerdos super contenta: & ideo sicut subdiaconus in sui ordinatione accepit calicem vacuum, sacerdos plenum, ita acolytus vrceolum vacuum, sed subdiaconus plenum: & sic est quædam cõnexio in ordinibus.

¶Ad septimum dicendum, quòd corporales actus acolyti magis de proximo ordinantur ad actum sacrorum ordinũ quàm ad actus exorcistarum, quãuis sit aliquo modo spiritualis, quia acolyti habent ministerium super vasa, in quibus materia sacramenti continetur quantùm ad vinum quod vasa continente indiget propter sui humilitatem: & ideò inter ordines minores ordo acolytorum superior est.

¶Ad octauum dicendum, quòd actus acolytorũ se habet propinquius ad actus principales superiorum ministrorum, quam actus aliorum minorum ordinum, vt per se patet: similiter etiã quantùm ad actus secundarios, quibus populum per doctrinã disponunt, quia acolytus doctrinam noui Testamenti: visibiliter figurat lumen portans, sed lector recitando figuras aliàs, ideò acolytus est superior. Similiter etiam exorcista, quia sicut se habet lector ad actum secundarium diaconi: & subdiaconi ita se habet actus exorcistæ ad secundarium actum sacerdotis, scilicet, ligare & absoluere, per quẽ corporaliter homo à seruitute diaboli liberatur: & in hoc patet ordinatissimus ordinis progressus: quia sacerdoti quantũ ad actum eius principalem, scilicet, confecrare corpus Christi, cooperãtur tantùm tres inferiores

periores Ordines sed quantùm ad actum eius secũdarium qui est absoluere & ligare, & cooperãtur inferiores & superiores.

¶Ad nonum dicendum, quòd quidam dicunt quòd in susceptione ordinis ostiario datur quædam vis diuina, vt arcere possit aliquos ab introitu templi: sicut in Christo fuit quando eiecit vendentes de templo, sed hoc magis pertinet ad gratiam gratis datam, quàm ad gratiam sacramenti.

¶Et ideò dicẽdum, quod suscipit potestatem, vt ex officio agere possit, quamuis etiam & hoc ab alijs fieri possit, sed non ex officio: & ita est in omnibus actibus minorum ordinum quòd possunt per alios fieri, quamuis illi ad hoc non habeant aliquod officium: sicut etiam in domo non consecrata potest dici Missa, quamuis consecratio ecclesiæ ad hoc ordinetur, vt in ea missa dicatur.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm sacerdoti character imprimatur in ipsa calicis porrectione.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd sacerdoti character non imprimatur in ipsa calicis porrectione: quia consecratio sacerdotis fit cum quadam vnctione, sicut & confirmatio, sed in cõfirmatione in ipsa vnctione imprimitur character. ergo in sacerdotio, & non in calicis porrectione.

¶Præterea, Dominus dedit discipulis sacerdotalem potestatem quando dixit, Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, &c. Ioan. 20. sed spiritus datur per manus impositionem: ergo in ipsa manus impositione imprimitur character Ordinis.

¶Præterea. Sicut consecrantur ministri, ita & vestes ministrorum: sed vestes sola benedictio consecrat: ergo in ipsa benedictione Episcopi consecratio sacerdotis efficitur.

¶Præterea. Sicut sacerdoti datur calix, ita & vestis sacerdotalis. ergo si in datione calicis imprimitur character, eadem ratione & in datione casulæ, & sic haberet duos charactẽres, quod falsum est.

¶Præterea. Ordo diaconi conformior est ordini sacerdotis, quàm ordo subdiaconi: sed si character imprimeretur sacerdoti ex ipsa calicis porrectione, subdiaconus cõformior esset sacerdoti quàm diaconus, quia subdiaconus charactẽrem recipit in ipsa calicis porrectione, non autem diaconus: ergo character sacerdotalis non imprimitur in ipsa calicis porrectione.

¶Præterea. A colitorum ordo magis appropinquat ad actum sacerdotis per hoc quòd habet actum super vrceolum, quàm per hoc quod habet actum super candelabrum: sed magis imprimitur character in acolytatu quando accipiunt candelabrũ quàm quando accipiunt vrceolum: quia nomen acolyti cerei portationem significat: ergo in sacerdotio nõ imprimitur character quando calicem accipit.

¶SED CONTRA, Principalis actus ordinis sacerdotis est confecrare corpus Christi: sed ad hoc datur sibi potestas in acceptione calicis: ergo tunc imprimitur character.

CONCLVSIO.

¶ In ipsa calicis datione sub certa verborum forma imprimitur sacerdotalis character.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut dictum est) eiusdem est formam aliquam inducere, & materiam de proximo præparare ad formam. Vnde Episcopus in collatione ordinum duo facit, præparat enim ordinandos ad ordinis susceptionem & ordinis potestatem tradit. Præparat quidem & instruendo eos de proprio officio, & aliquid circa eos operando vt idonei sint potestatem accipiendi, quę quidem operatio in tribus consistit, benedictione, manus impositione & vnctione. Per benedictionem diuinis obsequijs mancipantur: & ideò benedictio datur. Sed per manus impositionẽ datur pleni tudo gratię, per quam ad magna officia sunt idonei: & ideò solis diaconibus & sacerdotibus fit manus impositio, quia eis competit dispensatio sacramentorum, quamuis vni sicut principali, alteri sicut ministro. Sed vnctione ad aliquod sacramentum tractandũ consecrantur: & ideò solis sacerdotibus fit, qui cum tractandũ consecrantur: & ideò solis sacerdotibus fit, qui proprijs manibus corpus Christi tãgunt sicut etiam calix inunguitur qui tenet sanguinem, & patena quæ continet corpus: sed potestatis collatio fit per hoc, quod datur eis aliquid quod ad proprium actum pertinet, & quia principalis actus sacerdotis est confecrare corpus & sanguinem Christi: ideò in ipsa datione calicis sub forma verborum determinata character sacerdotalis imprimitur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in confirmatione non datur officium operandi super aliquam materiam exteriorem: & ideò character ibi non imprimitur in aliqua exhibitione alicuius rei, sed in sola manus impositione & vnctione: sed in ordine sacerdotali aliter est: & ideò nõ est simile.

¶Ad secundum dicendum, quòd Dominus discipulis dedit potestatem sacerdotalem, quantùm ad principalem actum ante passionem in cœna, quando dixit, Accipite & manducate. Vnde subiunxit. Hoc facite in meam commemorationem. Et post resurrectionem dedit eis potestatem sacerdotalem, quantùm ad actum secundarium, qui est ligare & soluere.

¶Ad tertium dicendum, quòd in vestibus non requiritur alia confecratio nisi quòd diuino cultui mancipentur: & ideò sufficit eis pro cõsecratione benedictio: sed aliter est de ordinatis, vt ex dictis patet.

¶Ad quartum dicendum, quòd vestis sacerdotalis non significat potestatem sacerdoti datam, sed idoneitatem quæ in eo requiritur ad actũ potestatis exequẽdũ: & ideo nec sacerdoti nec alicui alij imprimitur character in alicuius vestis donatione.

¶Ad quintum dicendum, quod potestas diaconi est media inter potestatẽ subdiaconi & sacerdotis: sacerdos enim habet potestatem super corpus Christi, subdiaconus autem super vasa tantùm, diaconus super corpus in vase contentum: vnde eius non est tangere corpus Christi, sed portare corpus in patena, & dispensare sanguinem cum calice: & ideò eius potestas ad actum principalem non potuit exprimi, nec per dationem vasis tantùm, nec per dationem materiæ, sed exprimitur potestas eius ad actum secundarium tantùm in hoc quòd datur ei liber Euangeliorum, & in hac potestate intelligitur alia: & ideò in ipsa libri datione imprimitur character.

¶Ad sextum dicendum, quòd principalior actus acolyti est, quo ministrat in vrceolo, quàm quo ministrat in candelabro, quamuis denominetur ab actu secundario, propter hoc quòd est magis notus & magis proprius ei: & ideò in datione vrceoli imprimitur acolyto character virtute verborum ab episcopo prolatorum.

QVAESTIO TRIGESIMAOCTAVA.

De conferentibus hoc sacramentum in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de conferentibus hoc sacramentũ. Circa quod quæruntur duo.

¶Primò, vtrùm solus Episcopus possit hoc sacramentum conferre.

¶Secundò, vtrùm hæreticus, vel quicunq; ab ecclesia præcisus, possit hoc sacramentum conferre.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm tantùm Episcopus Ordinis sacramentum conferat.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod non tantùm episcopus ordinis sacramentum conferat, quia manus impositio ad confectionem aliquid facit sed sacerdotibus, qui ordinantur, non solùm Episcopus manus imponit, sed etiã sacerdotes adstantes: ergo non solùm Episcopus confert ordinis sacramentum. *Tho. 4 dist. 25 q. 1. articulus 1. & 2.*

¶Præterea. Tunc vnicuiq; datur potestas ordinis quãdo ei exhibetur quod ad actum sui ordinis pertinet: sed subdiacono datur vrceolus cum aqua & manutergio ab archidiacono, similiter acolitis candelabrum cum cereo & vrceolus vacuus: ergo non solùm episcopus confert ordinis sacramentum.

¶Præterea. Illa quæ ordinis sunt non possunt alicui committi, qui non habet ordinem: sed conferre ordines minores committitur aliquibus, qui non sunt Episcopi, sicut presbyteris Cardinalibus: ergo conferre ordines, non est episcopalis ordinis.

¶Præterea. Cuicunque cõmittitur principale, & accessorium: sed ordinis sacramentum ordinatur ad Eucharistiam sicut accessorium ad principale: cùm ergo sacerdos consecret Eucharistiam, ipse etiam poterit ordines conferre.

¶Præterea. Plus distat diaconus ab episcopo quàm à sacerdote, sed episcopus potest diaconos facere: ergo & simplex sacerdos.

¶SED CONTRA, Nobiliori modo applicantur ad diuinum cultum ministri per ordines, quam per vasa sacra, sed consecratio vasorum pertinet ad solum Episcopum: ergo multò fortiùs consecratio ministrorum.

¶Præterea, Sacramentum ordinis est excellentius, quàm confirmationis: sed solus episcopus confirmat: ergo multò magis confert ordinis sacramentum.

¶Præterea. Virgines per benedictionem non constituuntur in aliquo gradu spiritualis potestatis, sicut ordinati constituuntur: sed virgines benedicere est solius Episcopi: ergo multò magis solus ipse potest aliquos ordinare.

CONCLVSIO.

¶ Ad Episcopos tantùm pertinet omnes sacros conferre ordines sicut ad eos etiam solos spectat confirmare, & virgines consecrare.

¶RESPONDEO dicendum, quòd potestas episcopalis habet se ad potestatem ordinum inferiorum, sicut politica quę communicat bonum cõmune ad inferiores artes & virtutes,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ cõmunicant aliquòd bonum speciale, vt ex dictis patet. Politica autem ponit, vt dicitur in 1. Ethic legem inferioribus, scilicet quis quam debeat exercere, & quantum & qualiter: & ideò ad Episcopum pertinet in omnibus diuinis mysterijs aliquos collocare: vnde ipse solus confirmat, quia confirmati in quodam officio confitendi fidem constituuntur, & ideò ipse etiam solus virgines benedicit, quæ figuram gerunt Ecclesiæ Christo desponsatæ, cuius cura ipsi principaliter committitur: ipse etiam in ministris ordinum ordinandos consecrat, & vasa quibus debent vti eis determinat sua consecratione, sicut & of ficia secularia in ciuitatibus distribuuntur ab eo, qui habet excellentiorem potestatem sicut à Rege.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ in impositione manuum non datur character sacerdotalis ordinis, vt ex dictis patet: sed gratia secundum quam ad exequendum ordinem sint idonei: & quia indigent amplissima gratia, ideò sacerdotes manus cũ Episcopo imponunt eis qui in sacerdotes promouentur, sed Diaconi solus Episcopus.

¶Ad secundum dicendum, quod quia archidiaconus est quasi princeps ministerij: ideò omnia quæ ad ministerium pertinent ipse tradit, sicut cereum, quo acolytus diacono seruit ante Euangelium, ipsum porrigendo, & vrceum quo seruit subdiacono, & similiter dat subdiacono ea, quibus superioribus ordinibus seruit, sed tamen in illis non consistit principalis actus subdiaconi, sed in hoc q̃ cooperatur circa materiam sacramenti, & ideò characterem accipit in eo quòd datur ei calix ab Episcopo: sed acolytus accipit characterem ex verbis Episcopi in hoc quòd accipit prædicta ab Archidiacono, & magis in acceptione vrceoli, quàm eius elabri. Vnde non sequitur quòd archidiaconus ordinem conferat.

¶Ad tertium dicẽdum, q̃ Papa qui habet plenitudinem potestatis pontificalis, potest committere non Episcopo ea quæ ad Episcopalem dignitatem pertinent dummodò illa non habeant immediatam relationem ad verum corpus: & ideò ex eius cõmissione aliquis sacerdos simplex potest conferre minores ordines & confirmare, non autem aliquis non sacerdos, nec iterũ sacerdos maiores ordines, qui habent immediatam relationẽ ad corpus Christi, supra quod consecrandum Papa non habet maiorem potestatem, quàm simplex sacerdos.

¶Ad quartum dicendum, quòd quamuis sacramentum Eucharistiæ sit maximum sacramentum in se, tamen non collocat in aliquo officio, sicut ordinis sacramentum, & ideò non est similis ratio.

¶Ad quintum dicendum, q̃ ad communicandum alteri quòd quis habet, nõ exigitur solùm propinquitas, sed completio potestatis, & quia sacerdos non habet completam potestatem in hierarchicis officijs, sicut Episcopus: ideò non sequitur quòd possit diaconos facere, quamuis ille ordo sit sibi propinquus.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm hæretici & ab Ecclesia præcisi possint ordines conferre.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd hæretici & ab ecclesia præcisi non possint ordines conferre. Maius est enim conferre ordines, quàm aliquem absoluere vel ligare: sed hæreticus non potest absoluere aut ligare: ergo nec ordines conferre.

¶Præterea. Sacerdos ab ecclesia separatus cõficere potest, quia in eo character indebiliter manet, per quem hoc Potest: sed Episcopus non accipit aliquem characterem in sui promotione: ergo non est necesse quòd episcopalis potestas remaneat in eo post separationem eius ab Ecclesia.

¶Præterea, In nulla communitate ille qui à ciuitate expellitur, potest officia communitatis disponere: sed ordines quædam sunt officia Ecclesiæ: ergo ille qui extra Ecclesiam ponitur, non potest ordines conferre.

¶Preterea, Sacramenta habent efficaciam ex passione Christi: sed hæreticus non continuatur passioni Christi neque per propriã fidem cùm sit infidelis, neque per fidẽ Ecclesiæ, cùm sit ab Ecclesia separatus: ergo nõ potest sacramentũ ordinis cõferre.

¶Præterea, In ordinis collatione exigitur benedictio, sed hæreticus non potest benedicere: quinimò benedictio sua in maledictionem conuertitur, vt patet per auctoritates in litera inductas: ergo non potest ordines conferre.

¶SED CONTRA est, quòd aliquis Episcopus in hæresim lapsus quando reconciliatur, non iterum reconsecratur: ergo non amisit potestatẽ quam habebat ordines conferendi.

¶Præterea, Maior est potestas conferendi ordines, quàm potestas ordinum: sed potestas ordinum non amittitur propter hæresim vel aliquod huiusmodi. ergo nec potestas conferẽdi ordines.

¶Præterea, Sicut baptizans exibet tantùm ministerium exterius, ita & cõferens ordines, Deo interiùs operãte: sed nulla ratione aliquis ab Ecclesia præcisus amittit baptizandi potestatem: ergo nec ordines conferendi.

CONCLVSIO.

¶ Possunt Episcopi hæretici & ab Ecclesia præcisi sacros conferre ordines, sicut & cætera sacramenta, ordinati tamen ab illis, nullã susceptorum ordinum exequutionem suscipiunt, nec gratiam.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc ponuntur in litera quatuor opiniones. Quidam enim dixerunt quòd hæretici quandiu ab ecclesia tolerantur, habent potestatem ordines conferendi, non autem postquam fuerunt præcisi, similiter nec degradati, & alij huiusmodi: & hæc prima opinio. Sed hoc non potest esse, quia omnis potestas quæ datur cum aliqua consecratione, nullo casu contingente tolli potest: sicut nec ipsa cõsecratio annullari, quia etiã altare vel chrisma semel cõsecrata perpetuò consecrata manent. vnde cùm episcopalis potestas cum quadã consecratione detur: oportet q̃ perpetuò maneat, quantuncũq; aliquis peccet, vel ab ecclesia præcedatur. Et ideò alij dixerunt quòd præcisi ab ecclesia, qui in ecclesia episcopalem potestatem habuerunt, retinent potestatem aliquos ordinandi, sed promoti ab eis hoc non habent: & hæc est quarta opinio. Sed hoc non potest esse, quia si illi qui fuerũt in ecclesia promoti, retinent potestatem quàm acceperunt, patet quòd exequendo suam potestatem, veram consecrationem faciunt: & ideò verè tribuunt omnem potestatatem quæ consecratione datur, & sic ordinati ab eis vel promoti habent eandem potestatem quam & ipsi. Et ideò alij dixerunt quòd etiam præcisi ab Ecclesia possunt ordines cõferre & alia sacramenta, dummodò formam debitam & intentionem seruent: & quantum ad primũ effectum, qui est collatio sacramẽti, & quãtum ad vltimum, qui est collatio gratiæ: & hæc est secunda opinio. Sed hoc etiam non potest stare, quia ex hoc ipso quòd aliquis hæretico præciso ab Ecclesia in sacramentis communicat peccat: & ita fictus accedit, & gratiam consequi non potest, nisi foret in baptismo in articulo necessitatis. Et ideò alij dicunt q̃ vera sacramenta conferunt, sed cum eis gratiam non dant: non propter ineficaciam sacramentorum: sed propter peccata recipientium ab eis sacramenta contra prohibitionem Ecclesiæ: & hæc est tertia opinio quæ vera est.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd effectus absolutionis non est aliud quàm remissio peccatorum quæ per gratiam fit: & ideo hæreticus non potest absoluere, sicut nec gratiam in sacramentis conferre: & iterum ad absolutionem requiritur iurisdictio, quam non habet ab Ecclesia præcisus.

¶Ad secundum dicendũ, quòd in promotione ipsius Episcopi datur sibi potestas quæ perpetuò manet in eo, quamuis dici nõ possit character: quia per eam non ordinatur homo directè ad Deum: sed ad corpus Christi mysticum, & tamen indelebiliter manet sicut character, & per consecrationem datur.

¶Ad tertium dicendum, quòd illi qui promouentur ab hæreticis, quamuis accipiant ordinem, non tamen recipiunt executionem, vt licitè possint in suis ordinibus ministrare, ratione illa quam obiectio tangit.

¶Ad quartum dicendum, quòd per fidem Ecclesiæ cõtinuatur passioni Christi, quia quamuis in ea non sint secundum se, sunt tamen in ea secundum formam Ecclesiæ quam seruant.

¶Ad quintum dicendum, quòd hoc est referendum ad vltimũ effectum sacramentorum, vt tertia opinio dicit.

QVAESTIO TRIGESIMANONA, DE *impedimentis huius sacramenti, in sex articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de impedimentis huius sacramenti.

¶Circa quod quæruntur sex.

¶Primò, vtrùm sexus fœmineus impediat huius sacramenti susceptionem.

¶Secundo, vtrùm carentia vsus rationis.

¶Tertiò, vtrùm seruitus.

¶Quartò, vtrum homicidium.

¶Quintò, vtrùm illegitima natiuitas.

¶Sextò vtrùm defectus membrorum.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm sexus fœmineus ordinis susceptionem impediat.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd sexus fœmineus non impediat ordinis susceptionem: quia officium prophetę est maius, quàm officiũ sacerdotis: quia prophetia est medium inter Deum & sacerdotes, sicut sacerdos est inter Deum & populum, sed prophetę officium aliquando mulieribus est concessum, vt patet 4. Regum: ergo & sacerdotij officium eis competere potest.

¶Præterea,

¶Præterea, Sicut ordo ad quandam eminentiam pertinet, ita & prælationis officium & martyrium & religionis status: sed prælatio cõmittitur mulieribus de nouo Testamento, vt patet de Abbatissis: & in veteri, vt patet de Debora quæ iudicauit Israel, & Iudith. 4. Competit etiam eis martyrium & religionis status: ergo & ordo ecclesiæ.

¶Præterea. Ordinum potestas in anima fundatur, sed sexus non est in animæ: ergo diuersitas sexus non facit distinctionem in receptione ordinum.

¶SED CONTRA est quòd dicitur 1. Timo. 2. Mulierem in ecclesia docere non permitto, nec dominari in virum.

¶Prætereà. In ordinandis præexigitur corona, quamuis non de necessitate sacramenti, sed corona & tonsura non competunt mulieribus, vt patet 1. ad Corinthios 2. ergo nec ordinum susceptio.

CONCLVSIO.

¶ Mulieres, cùm statum subiectionis habeant, sacramentum ordinis nequaquam suscipere possunt.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quædam requiruntur in recipiente sacramentũ quasi de necessitate sacramenti, quæ si desint non potest aliquis suscipere: neque sacramentum neque rem sacramenti: quædam verò requiruntur non de necessitate sacramenti, sed de necessitate præcepti propter congruitatem ad sacramentum: & sine talibus aliquis suscipit sacramentum, non rem sacramenti. Dicendum ergo quòd sexus virilis requiritur ad susceptionem ordinum, non solùm secundo modo, sed etiam primo: vnde & si mulieri exhibeantur omnia quæ in ordinibus fiunt, ordinem non suscipit: quia cùm sacramentum sit signum in his quæ in sacramento aguntur, requiritur non solùm res, sed signum rei, sicut dictum est: quia in extrema vnctione exigitur quòd sit infirmus, vt significetur curatione indigens: cùm igitur in sexu fœmineo non possit significari aliqua eminentia gradus, quia mulier statum subiectionis habet: ideò non potest ordinis sacramentum susceipere. Quidã autem dixerunt quòd sexus virilis est de necessitate præcepti, sed non de necessitate sacramenti: quia etiam in dei cultu fit mentio de diaconissa & presbytera: sed diaconissa dicitur quæ in aliquo actu diaconi participat, sicut quæ legit homilias in ecclesia: presbytera autem dicitur vidua, quia presbyter idem est quod senior.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd prophetia non est sacramentũ, sed Dei donũ: vnde ibi nõ exigitur significatio sed solùm res, & quia secundũ rem in his quę sunt animę, mulier nõ differt à viro, cùm quandoq; mulier inueniatur melior quantũ ad animam viris multis: ideò donum prophetiæ & alia huiusmodi potest recipere, sed non ordinis sacramentum.

¶Et per hoc patet solutio ad secundũ & tertiũ. De Abbatissis tamen dicitur q̃ non habent prælationẽ ordinariam, sed quasi cõmissiõe propter periculum cohabitationis virorũ ad mulieres. Debora autẽ in temporalibus præfuit non in sacerdotalibus, sicut & nunc possunt mulieres temporaliter dominari.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm pueri carentes vsu rationis, ordines possint suscipere.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd pueri, & qui carent vsu rationis, non possint ordines suscipere: quia (vt in litera dicitur) sacri canones in susceipientibus ordines certum & determinatum tempus statuerũt ætatis: sed hoc nõ est, si pueri recipere possent ordinis sacramentũ. ergo &c.

¶Præterea. Ordinis sacramentum est dignius, quàm matrimonium: sed pueri & alij carentes vsu rationis, non possunt contrahere marrimonium: ergo nec ordines susceipere.

¶Præterea. Cuius est potentia, eius est actus secundum Philosophũ in libr. de Somno & vigil. sed actus ordinis requirit vsum rationis: ergo & ordinum potestas.

¶SED CONTRA. Ille qui est ante annos discretionis promotus ad ordines, sine iteratione ipsorum quandoq; in eis conceditur ministrare, vt patet extra, de cle. per saltum promo. hoc autem non esset si ordinem non susceipisset: ergo puer potest ordines susceipere.

¶Præterea. Alia sacramenta, in quibus character imprimitur, possunt pueri susceipere, vt baptismum & confirmationem: ergo pari ratione & ordines.

CONCLVSIO.

¶Pueri carentes rationis vsu non nisi ex ecclesiæ statuto impediuntur ne sacros suscipiant ordines, quos tamen suscipiunt ex vi sacramenti.

¶RESPONDEO dicendum, quòd per puericiã & alios defectus quibus tollitur vsus rationis, præiudicatur impedimentũ actui: & ideò omnia illa sacramenta quę actum requirunt susceptientis sacramentum, talibus non cõpetunt, sicut pœnitentia, matrimoniũ & huiusmodi: sed quia potestates infusę sunt priores actibus sicut & naturales, quamuis acquisitæ sint posteriores, remoto autem posteriori non tollitur prius: ideò omnia sacramenta in quibus non requiritur actus susceipientis de necessitate sacramẽti, sed potestas aliqua spiritualis diuinitùs datur, possunt pueri susceipere, & alij qui vsu rationis carent. Hac tamen distinctione habita, q̃ in maioribus ordinibus requiritur discretionis tẽpus de honestate propter dignitatẽ præcepti, nõ propter necessitatem sacramẽti. Vnde aliqui si necessitas adsit & spes profectus, ad minores ordines possunt ante annos discretionis promoueri sine peccato, & susceipiunt ordinẽ: quia quãuis tunc non sint idonei ad officia quæ eis cõmittuntur, tamen per assuefactionẽ idonei reddentur: sed ad maiores ordines requiritur vsus rationis, & de honestate & necessitate præcepti, propter votum continentiæ, quod habent annexum, & quia etiam eis sacramenta tractanda committuntur: sed ad episcopatum, vbi etiam in corpus mysticum accipitur potestas, requiritur actus susceipiẽtis curam animarum pastoralem: & ideo est etiam de necessitate consecrationis episcopalis, quod vsum rationis habeat. Quidam autem dicũt quòd ad omnes ordines requiritur vsus rationis de necessitate sacramenti, sed eorum dictum ratione vel authoritate non confirmatur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd nõ omne quod est de necessitate præcepti, est de necessitate sacramenti, vt dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd matrimonium causat consensus, qui sine vsu rationis esse non potest: sed in receptione ordinis non requiritur aliquis actus ex parte recipientis, quod patet ex hoc, quòd nullus actus ex parte eorum exprimitur in eorum consecratione: & ideo non est simile.

¶Ad tertium dicendum, quòd eiusdem est actus & potentia, sed tamen aliquando potentia præcedit, sicut liberum arbitrium vsum suum, & sic est in proposito.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm seruitus impediat aliquem à susceptione ordinis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd seruitus nõ impediat aliquem à susceptione ordinum. Subiectio enim corporalis non repugnat prælationi spirituali: sed in seruo est subiectio corporalis ergo nõ impeditur quin debeat susceipere prælationem spiritualem, quæ in ordine datur.

¶Præterea. Illud quod est occasio humilitatis, non debet impedire susceptionem alicuius sacramenti, sed seruitus est huiusmodi. Vnde Apostolus consuluit, quòd si aliquis posset, magis vteretur seruitute. 1. Corin. 7. ergo non debet impedire à promotione ordinis.

¶Præterea. Magis est turpe clericum in seruum vendi, quàm seruum in clericum promoueri: sed licitè clericus in seruum vendi potest, quia Episcopus Nolanus, scilicet Paulinus seipsum in seruum vendidit, vt in Dialogo legitur: ergo multo fortiùs potest seruus in clericum promoueri.

¶SED CONTRA, videtur quòd impediat quantùm ad necessitatem sacramenti. Quia mulier non potest susceipere sacramentum ratione subiectionis: sed maior subiectio est in seruo, quia mulier non datur viro in ancillam, propter quod non est de pedibus sumpta. ergo & seruus sacramentum non susceipit.

¶Præterea. Aliquis ex quo susceipit ordinem, tenetur in ordine ministrare, sed non potest simul ministrare domino suo carnali & in spirituali ministerio: ergo videtur quòd non possit ordinem susceipere, quia dominus debet seruari indemnis.

CONCLVSIO.

¶ Serui non possunt ad sacros promoueri ordines, quos tamen susceipiũt si eis adiungantur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in susceptione ordinis mancipatur homo diuinis officijs: & quia nullus potest dare quod suũ non est: ideò seruus qui non habet potestatem sui, non potest ad ordines promoueri, si tamen promouetur ordinem susceipit. Quia libertas non est de sacramenti necessitate, sed de necessitate præcepti, cùm non impediat potestatem, sed actum tãtùm: & similis ratio est de omnibus qui sunt alijs obligati vt ratiocinijs detenti: & huiusmodi personæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in susceptione spiritualis potestatis est aliquis obligatus ad aliqua etiam corporaliter agenda: & ideò per corporalem subiectionem impeditur.

¶Ad secundum dicendum, quòd ex multis alijs quæ non præstant impedimentum executioni ordinum, potest aliquis occasionem humilitatis accipere, & ideo ratio non sequitur.

¶Ad tertium dicendum, quòd beatus Paulinus ex abundantia charitatis spiritu Dei ductus hoc fecit: quod rei euentus

Universidad de Deusto
Biblioteca

probatur: quia per eius seruitutem multi de grege suo sunt de seruitute liberati: & ideò non est ad consequentiam trahẽdum quia vbi spiritus domini, ibi libertas. 2. Cor. 3.

¶ Ad quartum dicendum, q̃ signa sacramentalia ex naturali similitudine repræsentant, mulier autem habet subiectionem à natura, sed non seruus: & ideo non est simile.

¶ Ad quintum dicendum, q̃ si est promotus sciente domino, & non reclamante, ex hoc ipso efficitur ingenuus, si autem eo nesciente Episcopus & ille qui præsentauit, tenentur domino in duplum, quàm sit pretium serui, si sciuerũt ipsum esse seruum, alias si seruus habeat peculiũ, debet seipsum redimere, alioquin reduceretur in seruitutem domini sui, non obstãte quòd ordinem exequi non posset.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm propter homicidium aliquis debeat ab ordinibus prohiberi.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd propter homicidium aliquis non debeat prohiberi à sacris ordinibus. Quia ordines nostri sumpserunt initium à Leuitarum officio, vt in præcedenti distinctione dictum est, sed Leuitæ consecrauerunt manus suas in sanguinis effusione fratrum suorum, vt patet Exod. 32. ergo & in nouo Testamento non debent aliqui ab assumptione ordinum prohiberi propter sanguinis effusionem.

¶ Præterea. Propter actũ virtutis nullus debet impediri ab aliquo sacramẽto: sed aliquando sanguis effunditur per iustitiam sicut à iudice, & peccares habens officium, si nõ effunderet, ergo non impeditur propter hoc à sacramenti susceptione.

¶ Præterea. Pœna non debetur nisi culpæ: sed aliquis sine culpa quandóque homicidium committit, sicut te defendendo vel etiam casualiter, ergo non debet incurrere irregularitatis pœnam.

¶ SED CONTRA hoc sunt plura Canonũ statuta & Ecclesiæ consuetudo.

CONCLVSIO.

¶ Homicida à sacris arceatur ordinibus ex Ecclesiæ præcepto, nũ autẽ necessitate aliqua sacramenti.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd omnes ordines referuntur ad Eucharistiæ sacramentum, quod est sacramentum pacis nobis factæ per effusionem sanguinis Christi: & quia homicidium maximè contrariatur pacꝰ: & homicida magis conformatur occidentibus, quã ipli Christo occiso, cui omnes prę dicti ministri debent cõformari, ideò de necessitate præcepti est, quòd non sit homicida qui ad ordines promouetur, quamuis non sit de necessitate sacramenti.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vetus lex inferebat pœnam sanguinis, non autem noua lex: & ideò non est simile de ministris veteris, & nouæ legis. quæ est iugum suaue & onus leue.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ irregularitas nõ incurritur propter peccatum tantùm, sed principaliter propter ineptitudinem personæ ad sacramentum Eucharistiæ ministrandum: & ideò iudex & omnes qui in causa sanguinis ei participãt, sunt irregulares, propter hoc quòd effusio sanguinis non decet ministros dicti sacramenti.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ nullus facit nisi illud cuius est causa, quod est voluntarium in homine: & ideò ille qui ignorans hominem occidit homicidio casuali, nõ dicitur homicida, nec irregularitatem incurrit nisi operã dederit illicitæ rei, vel nisi omiserit debitam diligentiam: quia iam quoddam efficitur voluntarium: nec hoc est propter hoc quòd culpa careat, quia etiam sine culpa incurritur irregularitas: & ideo etiam ille qui se defendendo in aliquo casu non peccat, homicidium cõmittendo, nihilominus irregularis est.

ARTICVLVS V.

Vtrùm illegitimè nati debeant ab ordinibus suscipiendis impediri.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd illegitimè nati nõ debeant impediri à sumptione ordinum, quia filius non debet portare iniquitatem patris: portaret autẽ si propter hoc impediretur ab ordinibus suscipiendis: ergo, &c.

¶ Præterea, Magis impeditur aliquis propter defectum proprium, quàm alienum: sed à susceptione ordinum propter illicitum concubitum suum non semper aliquis impeditur: ergo nec propter illicitum concubitum patris sui.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur Deutero. 23. Non ingredietur manser (hoc est de scorto natus) Ecclesiam Dei, vsq; in quartam generationem: ergo multò minùs debet promoueri ad ordines.

CONCLVSIO.

¶ Illegitimè nati impediuntur à suscipiendis ordinibus præcepti potiũ, quàm sacramenti necessitate.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ordinati in quadam dignitate pro aliis constituuntur: ideò ex quadam honestate requiritur in eis claritas quædam non de necessitate sacramenti, sed de necessitate præcepti, vt scilicet sint bonæ famæ, bonis moribus ornati, non publicè pœnitentes: & quia obscuratur hominis claritas ex vitiosa origine, ideò etiam ex illegitimo toro nati à susceptione ordinum repelluntur, nisi cum eis dispensetur: & tanto est difficilior eorum dispensatio, quantò eorum origo est turpior.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd irregularitas non est pœna iniquitati debita: & ideò patet quòd illegitimè nati non portant iniquitatem patris, ex hoc quod irregulares sunt.

¶ Ad secundum dicendum, quod ea quæ per actum proprium committuntur, possunt per pœnitẽtiam ad actum contrarium aboleri, non autem ea quæ ex natura sunt: & ideò non est simile de vitioso actu & de vitiosa origine.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm propter defectum membrorum debeat aliquis impediri.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd propter defectum membrorum non debeat aliquis impediri quia afflictio non debet addi afflicto: ergo nõ debet priuari ordinis gradu propter pœnam corporalis defectus.

¶ Præterea, Plus exigitur ad actum ordinis integritas discretionis, quàm integritas corporis: sed aliqui possunt promoueri ante annos discretionis: ergo & cum corporis defectu.

¶ SED CONTRA, Tales prohibebantur à ministerio vereris legis: ergo multò fortiùs debent in noua prohiberi. De bigamia verò dicetur in tractatu de matrimonio.

CONCLVSIO.

¶ Mutilati aliquo mẽbro notabilis infamiæ, vel quod ordinis exequtionem impediat arcentur à sacris ordinibus.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd (sicut ex dictis patet) aliquis efficitur ineptus ad susceptionem ordinum, vel propter impedimentum actus, vel propter impedimẽtum claritatis personæ: & ideò patientes defectum in membris, impediuntur à susceptione ordinis, si sit talis defectus qui maculam notabilem inferat, per quẽ obscuretur personæ claritas, vt abscisio nasi vel periculum in executione facere possit, alias nõ impeditur. Hæc autem integritas exigitur de necessitate præcepti. Et per hæc patet solutio ad obiecta.

QVAESTIO QVADRAGESIMA, DE *his quæ annexa sunt sacramento ordinis, in septem articulos diuisa.*

DEINDE considerãdum est de his, quæ sunt annexa sacramento ordinis.

¶ Et Circa hoc quæruntur septem.

¶ Primò, vtrùm ordinati debeant habere coronæ rasuram & tonsuram.

¶ Secundò, vtrùm corona sit ordo.

¶ Tertiò, vtrùm per acceptionem coronæ aliquis abrenuntiet corporalibus.

¶ Quartò, vtrùm supra sacerdotalem debet esse potestas episcopalis.

¶ Quintò, vtrùm episcopatus sit ordo.

¶ Sextò, vtrùm supra Episcopos possit esse aliqua potestas superior.

¶ eSptimò, vtrũ vestes ministrorũ conuenienter sint institutæ.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm ordinati debeant tonsuram deferre. *Thom. distinct. 24. q. 1. artic. 2. ad 3.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd ordinati non debeant coronæ rasuram habere. Quia dominus comminatur captiuitatẽ & dispersionem his qui sic attondentur, vt patet Deute. 33. de captiuitate inimicorum denudati capitis. Hiere. 49. Dispergam in omnem ventum eos qui attonsi sunt in comam. sed ministris Christi non debetur captiuitas, sed libertas. ergo coronæ rasura & tonsura eis non competit.

¶ Præterea. Veritas debet respondere figurę: sed figura coronę præcessit in veteri lege in tonsura Nazaræorum, sicut in litera dicitur: ergo cùm Nazaræi non essent ordinati ad ministerium diuinum, videtur q̃ ministris ecclesię non debeatur tõsura vel rasura coronę: & hoc etiam videtur per hoc, q̃ conuersi, qui non sunt ministri ecclesiæ, tondentur in religionibus.

¶ Præterea. Per capillos superflua signantur, quia capilli ex superfluis generantur: sed ministri altaris omnem superfluitatem à se debent expellere: ergo totaliter debent caput radere & non in modum coronæ.

¶ SED CONTRA, Quia secundum Greg. seruire Deo regnare est: sed corona est signum regni: ergo illis qui ad diuinum ministerium applicantur, corona competit.

¶ Præterea. Capilli in velamẽ dati sunt, vt patet prima Corin. 2. sed ministri altaris debent habere mentem reuelatam: ergo competit eis rasura coronæ.

CONCLVSIO.

¶ Conueniens est, vt qui sacros suscipiunt ordines, tonsuram, seu cleri tam deferant.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd eis qui ad diuina ministeria applicantur, competit casura & tonsura in modum coronæ ratione figuræ, quia corona est signum regni & perfectionis, cùm sit circularis: illi autẽm qui diuinis ministerijs applicantur: adipiscuntur regiam dignitatem, & perfecti in virtute esse debent: competit etiam ratione subtractionis capillorum, & ex parte superiori per rasuram, ne mens eorum temporalibus occupationibus à contemplatione diuinorum retardetur, & ex parte inferiori per tõsuram, ne eorum sensus temporalibus obuoluantur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ Dominus comminatur illis qui hoc ad cultum dæmonum faciebant.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ ea quæ fiebant in veteri testamẽto, imperfectè repræsentãt ea quæ sunt in nouo, & ideò ea quę pertinent ad ministros noui Testamenti non solùm significabantur per officia Leuitarum, sed etiã per omnes illos qui aliquam perfectionem profitebantur. Nazaræi autem profitebãtur perfectionem quandam in depositione comæ, significantes temporalium contemptum, quamuis non in modum coronæ deponerent: sed omninò totum, quia nondum erat tempus regalis & perfecti sacerdotij: & similiter etiam conuersi tondentur propter renuntiationem temporalium, sed non raduntur: quia non occupantur diuinis ministerijs, in quibus diuina oporteat eos mente contemplari.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non solùm debet significari tẽporalium abiectio, sed etiã regalis dignitas in forma coronæ, & ideò non debet totaliter coma tolli, & etiam ne indecens videatur.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm corona sit ordo.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd corona sit ordo. Quia in actibus Ecclesiæ spiritualia corporalibus respondent, sed corona est quoddam corporale signum quod Ecclesia adhibet, ergo videtur quod signatum interiùs ei respondeat, & ita in coronatione imprimitur character, & erit ordo.

¶ Præterea. Sicut ab Episcopo solũ datur cõfirmatio, & alij ordines, ita & corona: sed in cõfirmatione & alijs ordinibus imprimitur character: ergo & in corona: & sic idem quod priùs.

¶ Præterea. Ordo importat quendã dignitatis gradũ, sed clericus hoc ipso q̃ clericus est, in gradu supra populũ cõstituitur, ergo corona per quam efficitur clericus aliquis, est ordo.

¶ SED CONTRA. Nullus ordo datur: nisi in Missæ celebratione, sed corona datur etiam absque officio Missę: ergo non est ordo.

¶ Præterea. In collatione cuiuslibet ordinis fit mentio de aliqua potestate data, non autem in collatione coronæ, ergo non est ordo.

CONCLVSIO.

¶ Corona non est ordo, sed ad ipsum potius ordinatur.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ ministri Ecclesiæ à populo separãtur ad vacandũ diuino cultui: in cultu autẽ diuino quædã sunt quæ per potentias determinatas sunt exercenda, & ad hoc datur spiritualis potestas ordinis: quædã autẽ sunt quæ cõmuniter à toto ministrorũ collegio fiunt, sicut dicere diuinas laudes, & ad hoc nõ exigitur aliqua potestas ordinis, sed solũ deputatio ad tale officium, & ad hoc fit per coronam: & ideò non est ordo, sed præambulum ad ordinem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ corona habet vltrius aliquod spirituale quod ei respondet, sicut signatum signo sed hæc non est aliqua spiritualis potestas: & ideò in corona nõ imprimitur character, nec est ordo.

¶ Ad secundum dicendũ, q̃ quamuis per coronam non imprimatur character, tamen deputatur homo ad diuinũ cultum: & ideò talis deputatio debet fieri per summum ministrorum, scilicet per Episcopum, qui etiam vestes benedicit, & vasa omnia quæ ad diuinum cultum applicantur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd aliquis clericus, est in altiori statu, quàm laicus, non tamen habet ampliorem potestatis gradum, qui ad ordinem requiritur.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm per receptionem coronæ renuntietur temporalibus bonis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd per acceptionem coronæ aliquis renuntiet temporalibus bonis. Ipsi enim dicunt, cũ coronantur: Dominus pars hæreditatis meæ: sed sicut dicit Hierony. Dominus in his temporalibus fieri dedignatur pars: ergo abrenuntiant temporalibus.

¶ Præterea. Iustitiam ministrorum noui Testamenti debet abũdare super ministros veteris Testamenti, vt patet Matth. 5. sed ministri veteris Testamenti, scilicet Leuitæ, nõ acceperunt partem hæreditatis cum fratribus suis: ergo nec ministri noui Testamenti habere debent.

¶ Præterea, Hug. dicit, quòd postquam aliquis est factus clericus, debet deinceps stipendijs Ecclesię sustentari: sed hoc non esset, si patrimonium suum retineret: ergo videtur quòd abrenuntiet in hoc, quòd clericus sit.

¶ SED CONTRA est, quòd Hieremias fuit de ordine sacerdotali, vt patet Hiere. 1. sed ipse habuit possessionem hæreditatis, vt patet Hiere. 32. ergo clerici possunt habere patrimonialia bona.

¶ Præterea. Si hoc non possent, non videretur tunc differentia inter religiosos & clericos seculares.

CONCLVSIO.

Clerici suscipientes coronam, non renunciant patrimonio, & aliis temporalibus rebus.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ clerici in hoc q̃ coronam accipiunt, non renuntiant patrimonio nec alijs rebus tẽporalibus, quia terrenorum possessio non contrariatur diuino cultui, ad quem clerici deputantur, sed nimia eorum solitudo. Quia, vt dicit Grego. affectus in crimine est.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Dominus dedignatur pars fieri eorum qui res mundi ita possident, vt ex æquo cum alijs diligatur: ita scilicet quòd aliquis ponat finem suum in Deo: & in rebus mundi: non tamen dedignatur fieri pars eorum qui res mundi ita possident, quòd per eas à cultu diuino non retrahuntur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Leuitæ in veteri Testamẽto habebant ius in hæreditate paterna, sed ideò non acceperunt partem cum alijs tribubus, quia erat per omnes tribus dispergendi, & fieri non potuisset si vnam determinatam partem cœpissent sicut aliæ tribus.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ si sint indigẽtes clerici & ad sacros ordines promoti, Episcopus qui eos promouit, tenetur eis prouidere, alias eis non tenetur: ipsi autem ex ordine suscepto tenẽtur Ecclesię ministrare. Verbum autem Hug. intelligitur de illis qui non habent vnde sustententur.

ARTICVLVS IIII

¶ Vtrùm supra sacerdotalẽ ordinem debeat esse potestas Episcopalis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd supra sacerdotalem ordinem non debet esse aliqua potestas Episcopalis. Sicut enim in litera dicitur: ordo sacerdotalis ab Aaron sumpsit exordium: sed in veteri lege nullus erat suprà Aaron: ergo nec in noua lege debet aliqua potestas esse supra sacerdotalem.

¶ Præterea. Potestas ordinatur secundũ actus: sed nullus actus sacerdotalis potest esse maior, quàm consecrare corpus Christi: ad hoc est enim potestas sacerdotalis: ergo suprà sacerdotalem potestatem non debet esse Episcopalis.

¶ Præterea. Sacerdos in offerendo gerit figuram Christi in Ecclesia qui se patri pro nobis obtulit: sed in Ecclesia nullus est maior Christo, quia ipse est caput Ecclesię, ergo vt priùs.

¶ SED CONTRA Potestas tantò est altior, quantò ad plura se extendit: sed potestas sacerdotalis (vt Dionys. dicit) extendit se ad purgandum & illuminandum tantùm, Episcopalis autem ad hoc, & ad perficiendum: ergo supra sacerdotalem potestatem debet esse Episcopalis.

¶ Præterea. Diuina ministeria debent esse magis ordinata, quã humana, sed humanorum officiorum ordo exigit, vt in quolibet officio præponatur vnus qui sit princeps illius officij, sicut præponitur militibus dux, sic sacerdotibus debet aliquis præponi qui sit sacerdotũ princeps: & hic est Episcopus: ergo Episcopalis potestas debet esse supra sacerdotalem.

CONCLVSIO.

¶ Oportuit in Ecclesia supra sacerdotalem ordinẽ, Episcopi potestatẽ esse, à qua sacerdos iurisdictionem susciperet.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sacerdos habet duos actus: principalem, scilicet consecrate corpus Christi: & secũdarium, scilicet præparare populum ad susceptionem huius sacramenti, vt priùs dictum est. Quatum autem ad primum actũ potestas sacerdotis non dependet ab aliqua superiori potestate nisi diuina: sed quantum ad secundum dependet ab aliqua superiori potestate, scilicet humana. Omnis enim potestas quæ non habet exire in actum, nisi præsuppositis quibusdam ordinationibus, dependet ab illa potestate quæ illas ordinationes facit: sacerdos autem non potest absoluere & ligare nisi

Universidad de Deusto
Biblioteca

præsupposita iurisdictione, qua sibi subdantur illi quos absoluit. Potestatem consecrare quamlibet materiam à Christo determinatam, nec aliud requiritur quantum est de necessitate sacramenti; quamuis ex quadam congruitate præsupponatur actus episcopalis in consecratione altaris vel vestium & huiusmodi: & ita patet quòd oportet esse supra sacerdotalem potestatem episcopalis, quantùm ad actum secundarium sacerdotis, non quantum ad primum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Aaron sacerdos fuit & pontifex, id est sacerdotum princeps: sumpsit ergo sacerdotalis potestas ab ipso exordium inquantum fuit sacerdos sacrificia offerens: quod etiam minoribus sacerdotibus licebat: sed non ab eo, inquantum fuit pontifex, per quam potestatem poterat aliqua facere, vt ingredi semel in anno Sancta sanctorum, quod alijs non licebat.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ quantũ ad illum actum nõ est alia potestas superior, sed quantum ad alium, vt dictum est.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd sicut omniũ rerum naturaliũ perfectiones præexistunt exemplariter in Deo, ita Christus fuit exemplar omnium officiorũ ecclesiasticorum: vnde vnusquisque minister Ecclesiæ, quantum ad aliquid gerit typum Christi, vt ex litera patet, & tamen ille est superior qui secundum maiorem perfectionem Christum repræsentat: sacerdos autẽ repræsentat Christum in hoc quòd per seipsum aliquod ministerium implet, sed Episcopus in hoc quòd alios ministros instituit & Ecclesiam fundauit. Vnde ad Episcopum pertinet mãcipare aliquid diuinis officijs, quasi cultum diuinum ad similitudinem Christi statuens: & propter hoc Episcopus etiam specialiter sponsus dicitur Ecclesiæ, sicut & Christus.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm Episcopatus sit ordo.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd Episcopatus sit ordo. Primò, per hoc quòd Dionysi. assignat hos tres ordines ecclesiasticæ hierarchiæ, Episcopum, sacerdotem & ministrum. In litera etiam dicitur quod est ordo Episcoporum quadripartitus.

¶ Præterea, Ordo nihil aliud est quàm quidam potestatis gradus in spiritualibus dispensandis, sed Episcopi possunt dispensare aliqua sacramenta, quæ non possunt sacerdotes, sicut confirmationem & ordinem: ergo episcopatus est ordo.

¶ Præterea, In Ecclesia non est aliqua spiritualis potestas nisi ordinis vel iurisdictionis: sed ea quæ pertinent ad spiritualem potestatem, non sunt iurisdictionis, aliàs possent committi non Episcopo, quod falsum est, ergo sunt potestatis ordinis: ergo Episcopus habet aliquem ordinem, quem non habet sacerdos simplex, & sic episcopatus est ordo.

¶ SED CONTRA est, quòd vnus ordo nõ dependet à precedenti quantum ad necessitatem sacramenti: sed episcopalis potestas dependet à sacerdotali, quia nullus potest recipere episcopalem potestatem, nisi prius habeat sacerdotalem: ergo episcopatus non est ordo.

¶ Præterea, Maiores ordines non conferuntur nisi in sabbatis, sed episcopalis potestas traditur dominicis: ergo nõ est ordo.

CONCLVSIO.

¶ Episcopatus non est ordo, nisi secundum quod ordo officium quoddã est ad sacras actiones.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ordo potest accipi dupliciter. Vno modo secundum quòd est sacramentum: & sic vt priùs dictum est, ordinatur omnis ordo ad Eucharistiæ sacramentum: vnde cùm Episcopus non habeat potestatem superiorem sacerdote, quantũ ad hoc episcopatus non erit ordo. Alio modo potest considerari ordo, secundum q̃ est officiũ quoddam respectu quarundam actionum sacrarũ: & sic cùm Episcopus habeat potestatem in actionibus hierarchicis respectu corporis mystici supra sacerdotem, episcopatus erit ordo, & secũdum hoc loquuntur autoritates inductæ.

¶ Vnde patet solutio ad primum.

¶ AD SECVNDVM dicendum, quòd ordo prout est sacramentum imprimens characterem, ordinatur specialiter ad sacramentum Eucharistiæ, in quo ipse Christus continetur, quia per characterem ipsi Christo configuramur: & ideò licèt detur aliqua potestas spiritualis Episcopo in sui promotione respectu aliquorum sacramentorum, non tamen illa potestas habet rationem characteris, & propter hoc episcopatus non est ordo, secundum quòd ordo est sacramentum quoddam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd potestas episcopalis non est tantùm iurisdictionis, sed etiam ordinis, vt ex dictis patet: secundum quòd ordo communiter accipitur.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm supra Episcopos possit esse aliquis superior in Ecclesia.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd supra Episcopos non possit esse aliquis superior in Ecclesia. Quia omnes Episcopi sunt Apostolorum successores: sed potestas quæ est data vni Apostolorum, scilicet Petro, Mat. 16. est data omnibus Apostolis Ioan. 20. ergo Episcopi sunt pares, & vnus non est supra alium.

¶ Præterea, Ritus Ecclesiæ magis debent esse conformis ritui Iudæorum, quàm ritui Gentilium: sed distinctio episcopalis dignitatis, & ordinatio vnius super alium, vt in litera dicitur, est à Gentilibus introducta. In veteri autem lege non erat: ergo nec in Ecclesia Episcopus vnus super alium esse debet.

¶ Præterea, Superior potestas non potest conferri per inferiorem, neq; æqualis super æqualẽ: quia sine vlla conditione quod minus est, à maiori benedicitur. Heb. 7. vnde etiã sacerdos non promouet Episcopum neque sacerdotem, sed Episcopus sacerdotem: sed Episcopus potest quemlibet Episcopum promouere, quia etiam Hostiensis Episcopus consecrat Papam: ergo Episcopalis dignitas in omnibus est æqualis: & sic vnus Episcopus non debet alij subesse, vt in litera dicitur.

¶ SED CONTRA est quod legitur in concilio Constantinopolitano: Veneramur secundum Scripturas & secundũ Canonum statuta & definitiones, sanctissimum antiquæ Romæ Episcopum primum esse & maximũ Episcoporum, & post ipsum Constantinopolitanum Episcopum: ergo vnus Episcopus est super alium.

¶ Præterea, Beatus Cyrillus Episcopus Alexandrinus dicit: Vt membra maneamus in capite nostro apostolico throno Romanorum pontificum, à quo nostrum est quærere, quid credere, & quid tenere debeamus, ipsum venerantes, ipsum rogantes pro omnibus: quoniam ipsius solius est reprehendere, corripere, statuere, disponere, soluere, & ligare, loco illius qui ipsum ædificauit: & nulli alij quod suum est plenum, sed ipsi soli dedit cui omnes iure diuino caput inclinant, & primates mundi tanquam ipsi Domino Iesu Christo obediunt: ergo Episcopi aliqui subsunt etiam de iure diuino.

CONCLVSIO.

¶ Supra Episcopos in Ecclesia est superior summus Pontifex & Papa potestas, quanquam Episcopi omnes æquales sint, quo ad eos, quæ ad Episcopalem ordinem spectant.

¶ RESPONDEO dicendum quòd vbicúmq; sunt multa ordinata in vnum, oportet esse aliquid vniuersale super particularia regimina: quia in omnibus virtutibus & actibus, vt dicitur in 1. Ethi. est ordo secũdum ordinem finium, bonum autem commune est diuinius quam bonũ speciale: & ideò supra potestatem regitiuam, quæ coniectat bonum speciale, oportet esse potestatem vniuersalẽ respectu boni communis, aliàs non posset esse colligatio ad vnum: & ideò cùm tota Ecclesia sit vnum corpus, oportet si ista vnitas debet conseruari, quòd sit aliqua potestas regitiua respectu totius Ecclesiæ supra potestatem episcopalem, qua vnaquæque specialis Ecclesia regitur, & hæc est potestas Papæ: & ideò illi qui hanc potestatem negant, chismatici dicuntur, quasi diuisores Ecclesiæ vnitatis: & inter Episcopum simplicem & Papam sunt alij gradus dignitatum, correspondentes gradibus vnionis, secundum quos vna cõgregatio vel communitas includit aliam, sicut cõmunitas prouinciæ includit communitatem Ciuitatis: & communitas totius mundi includit communitatem vnius regni.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ quamuis omnibus Apostolis data sit cõmuniter potestas ligandi & soluendi, tamen vt in hac potestate ordo aliquis signaretur, primò soli Petro data est, vt ostendatur q̃ ab eo in alios ista potestas debeat descendere, ppter quod etiam ei dixit singulariter. Confirma fratres tuos, & pasce oues meas: id est loco mei, vt dicit Chrysostomus. Prepositus & caput esto fratrũ, vt ipsi te in loco meo assumẽtes vbiq; terrarum te in throno tuo sedentem prædicent & confirment.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ritus Iudæorum non erat diffusus in diuersis regnis & prouincijs, sed tantùm in vna gente: & ideò non oportebat quòd sub eo qui habet potestatem principalem alij pontifices distinguerentur, sed Ecclesię ritus sicut & Gentilium ritus per diuersas nationes diffunditur: & ideò oportet quòd quantum ad hoc, magis Gentiliũ ritui quàm Iudæorum ecclesiæ status conformetur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd potestas sacerdotis exceditur à potestate Episcopi quasi à potestate alterius generis: sed potestas Episcopi exceditur à potestate, Papæ quasi à potestate eiusdem generis: & ideò omnem actum hierarchicũ, quem potest facere Papa in ministratione sacramentorũ, potest facere Episcopus, non autem actum quem potest facere Episcopus, potest facere sacerdos in sacramentorum collatione. Et ideò quãtum ad ea quæ sunt Episcopalis ordinis, omnes Episcopi sunt æquales,

æquales, & propter hoc quilibet alium potest consecrare.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrùm vestes ministrorum conuenienter sint instituꝫ.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd vestes ministrorum non conuenienter sint in Ecclesia instituꝫ. Ministri enim noui Testamenti magis tenentur ad castitatem, quàm ministri veteris: sed inter alias vestes ministrorum veteris Testamenti erant femoralia in signum castitatis: ergo multo fortiùs esse debent inter vestes ministrorum Ecclesiæ.

¶ Præterea, Sacerdotium noui Testamenti est dignius, quàm sacerdotium veteris: sed veteres sacerdotes habebant mitras, quod est signum dignitatis: ergo sacerdotes nouæ legis eas debent habere.

¶ Præterea. Sacerdos est propinquior ordinibus ministrorum, quam ordo Episcopalis: sed Episcopi vtuntur vestibus ministrorum. Dalmatica, scilicet quæ est vestis diaconi: & tunica, quæ est vestis subdiaconi: ergo multò fortiùs debẽt vti eis simplices sacerdotes.

¶ Præterea. In veteri lege Pontifex deferebat superhumerale, quod significabat onus Euangelij, vt dicit Beda. Hoc autem maximè Pontificibus nostris incumbit: ergo debent habere superhumerale.

¶ Præterea. In rationali, quo vtebãtur Pontifices veteris legis, scribebatur Doctrina & veritas: sed veritas maximè in noua lege declarata est: ergo Pontificibus nouæ legis competit.

¶ Præterea. Lamina aurea, in qua scriptum erat dignissimum nomen Dei, erat dignissimum ornamentum legis veteris: ergo illud maximè debuit transferri in nouam legem.

¶ Præterea. Ea quæ exterius gerũtur in ministris Ecclesiæ, sunt signa interioris potestatis: sed Archiepiscopus non habet alterius generis potestatem, quàm Episcopus, vt dictum est: ergo non debet habere pallium, quod non habent Episcopi.

¶ Præterea, Potestatis plenitudo residet penes Romanum Põtificem: sed ipse non habet baculum: ergo nec alij Episcopi debent habere.

CONCLVSIO.

¶ Omnibus Ecclesiæ ministris ad diuina exequẽda officia varia, at multiplices aptata sunt vestes, prout vnicuique conuenire iudicauit Ecclesia à Spiritu sancto edocta.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd vestes ministrorum designant idoneitatem, quæ in eis requiritur ad tractandum diuina, & quia quædã sunt quæ in omnibus requiruntur, & quædam requiruntur in superioribus, quæ non exiguntur ita in inferioribus: ideò quædam vestes sunt omnibus ministris communes, quædam autem superioribus tantum: & ideò omnibus ministris competit amictus humeros tegens, quo significatur fortitudo ad diuina officia exequenda, quibus manipulatur: & similiter alba, quæ significat puritatem vitæ, & cingulum quod significat repressionem carnis. Sed subdiaconus vlteriùs habet manipulum, quo significatur exterso miniarum macularum, quia manipulus est quasi sudarium ad extergendum vultum: ipsi enim ad sacra tractanda admittuntur: habent etiam tunicam strictam per quam doctrina Christi significatur: vnde & in veteri lege in ipsa tintinabula pẽdebant. Subdiaconi enim primò admittuntur ad doctrinam nouæ legis annuntiandam: sed diaconus habet amplius stolam in sinistro humero in signum, quòd applicantur ad ministerium in ipsis sacramentis. Et Dalmaticam quæ est vestis larga sicdicta, quia in Dalmaticis partibus primò vsus eius fuit, ad designandum quòd ipse primò dispensator sacramentorum ponitur. Ipse enim sanguinem dispensat, in dispensatione autem largitas requiritur. Sed sacerdoti in vtroque numero ponitur stola, vt ostendatur quòd ei plena potestas dispendandi sacramena datur, non vt ministro alterius: & ideò stola descendit vsque ad inferiora. Habet etiam casulam, quæ significat charitatem, quia sacramentum consecrat charitatis, scilicet Eucharistiam. Sed Episcopis adduntur nouem ornamenta super sacerdotes, quæ sunt caligæ, tandalia, succintorium, tunica, dalmatica, mitra, chirothecæ, annulus, & baculus: quia nouem sunt quæ ipsi supra sacerdotes possunt: scilicet clericos ordinare, virgines benedicere, basilicas dedicare, clericos deponere, synodos celebrare, chrisma conficere, vestes & vasa consecrare. Vel per caligas significatur rectitudo gressuum. Per tandalia quæ pedes tegunt, contemptus terrenorum. Per succintoriũ quo stola ligatur cũ alba, amor honestatis. Per tunicã, perseuerãtia: quia Ioseph tunicã talarẽ dicitur habuisse quasi descendentẽ vsque ad talos, per quos significatur extremitas vitæ. Per dalmaticã, largitas in operibus misericordiæ. Per chirotecas, cautela. Per mitram, scientia vtriusque Testamẽti, vnde & duo cornua habet. Per baculum, cura pastoralis, qua debet colligere vagos, quos significat curuitas in capite baculi: fustẽrare infirmos, q̃d ipse stipes signat baculi. Sed pũgere lentos, quod significat stimulus in pede baculi: vnde versus.

Colligo, sollenta, stimula, vaga, morbida, lenta.

Per annulum sacramẽta fidei, qua Ecclesia desponsatur Christo. Episcopi enim sunt in Ecclesia loco Christi. Sed vlteriùs Archiepiscopi palliũ habent signum priuilegiatæ potestatis, significat enim torquem auream quam solebant legitimè certantes accipere.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sacerdotibus veteris legis indicebatur continentia illo tantũ tempore quo ad suum ministerium accedebant, & ideò in signum castitatis tunc ferendæ in sacrificiorum oblatione femoralibus vtebãtur. Sed ministris noui Testamenti indicitur perpetua continẽtia, & ideò non est simile.

¶ Ad secundum dicendum, quòd mitra non erat signum alicuius dignitatis, fuit enim sicut quoddam galerũ: vt Hiero. dicit: sed cydaris quæ erat signum dignitatis, solùm pontificibus dabatur, sicut & nunc mitra.

¶ Ad tertium dicendum, quòd potestas ministrorum est in Episcopo sicut in origine, non autem in sacerdote, quia ipse non confert illos ordines: & ideò magis Episcopus quàm sacerdos vestibus ministrorum vtitur.

¶ Ad quartũ dicendũ, q̃ loco superhumeralis vtitur stola: quæ ad idem significandum est, ad quod erat superhumerale.

¶ Ad quintum dicendum, q̃ pallium succedit loco rationalis.

¶ Ad sextũ dicendum, q̃ pro illa lamina habet Põtifex noster crucẽ, vt Inno. dicit: sicut pro femoralibus habet tandalia, pro linea albam, pro balteo cingulum, pro põdere tunicam, & pro ephod amictum, pro rationali pallium, pro cydari mitram.

¶ Ad septimum dicendum, quòd quamuis non habeat alterius generis potestatem, tamen eandem habet ampliorem, & ideò ad hanc perfectionem designandam sibi pallium datur quo vndique circumdatur.

¶ Ad octauum dicendum, q̃ Romanus pontifex non vtitur baculo: quia Petrus misit ipsum ad suscitandũ quendam discipulum suum qui postea factus est Episcopus Treuerensis, & ideò in dioecesi Treuerensi Papa baculum portat, & non in alijs locis, vel etiam in signum quòd non habet coarctatam potestatẽ quod curuatio baculi significat. *Papa portat baculũ nõ deflexum.*

QVAESTIO QVADRAGESIMA PRIMA,

De sacramento matrimonij, qua est in officium naturæ, in quatuor articulos diuisa.

POST hoc considerandum est de matrimonio. Et primò agendum est de eo: inquantùm est in officium naturæ. Secundò: inquantùm est sacramentum. Tertiò, inquantùm absolutè, & secundum se consideratur.

¶ Circa primum quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm sit de iure naturali.

¶ Secundò, vtrùm cadat sub præcepto.

¶ Tertiò: vtrùm eius actus sit licitus.

¶ Quartò, vtrùm possit esse meritorius.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm matrimonium sit de iure naturali.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd matrimonium non sit naturale. Quia ius naturale est quod natura omnia animalia docuit: sed in alijs animalibus est coniunctio sexuum absque matrimonio: ergo matrimonium non est de iure naturali. *Tho. 4. dist. 26. q. 1. art. 1. & sequenti.*

¶ Præterea. Id quod est de iure naturali, inuenitur in hominibus secundum quemlibet statum eorum: sed matrimoniũ non fuit in quolibet statu hominum: quia sicut dicit Tullius in primo Rhetoricorum, Homines à principio syluestres erant, & tũc nemo sciuit proprios liberos nec certas nuptias, in quibus matrimonium consistit: ergo non est naturale.

¶ Præterea. Naturalia sunt eadẽ apud omnes: sed non eodẽ modo est matrimoniũ apud omnes, cùm pro diuersis legibus diuersimodè matrimonium celebretur: ergo non est naturale.

¶ Præterea. Illa sine quibus potest saluari naturæ intentio, non videntur esse naturalia: sed natura intendit conseruationẽ speciei per generationem quæ potest esse sine matrimonio, vt patet in fornicarijs: ergo matrimonium non est naturale.

¶ SED CONTRA est quod in principio Digestorum dicitur: Ius naturale est maris & fœminæ coniunctio, quã nos matrimonium appellamus.

¶ Præterea. Philosophus 8. Ethico. dicit, q̃ homo est magis naturaliter cõiugale animal, quã politicũ: sed homo est naturaliter animal politicũ & gregale: vt ipse dicit: ergo est naturaliter cõiugale, & sic coniugium siue matrimonium est naturale.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONCLVSIO.

¶ Matrimonium de iure naturæ, vel naturale est, non quia sit à natura sed quòd ad ipsum propter bonum prolis, & mutuum fidele obsequium maximè natura impellit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd aliquid dicitur esse naturale dupliciter. Vno modo sicut ex principijs naturæ ex necessitate causatum, vt moueri sursum est naturale igni: & sic matrimonium non est naturale, nec aliquid eorum quæ mouente libero arbitrio complentur. Alio modo dicitur naturale, ad quod natura inclinat, sed mediante libero arbitrio completur, sicut actus virtutum dicuntur naturales: & hoc modo matrimonium est naturale, quia ratio naturalis ad ipsum inclinat dupliciter. Primò inquantum ad principalem eius finẽ, qui est bonum prolis. Non enim intẽdit natura solùm generationem prolis sed traductionem & promotionem vsq; ad perfectum statum hominis, inquantũ homo est, qui est virtutis status. Vnde secundum Philosophũ tria à parentibus habemus, scilicet esse, nutrimentũ, & disciplinã. Filius autẽ à patre educari & instrui non posset, nisi determinatos & certos parentes haberet: quod nõ esset nisi esset aliqua obligatio viri ad mulierem determinatam, quæ matrimoniũ facit. Secundò, inquantũ ad secundarium finem matrimonij, qui est mutuum obsequiũ sibi à cõiugibus in rebus domesticis impensum. Sicut enim naturalis ratio dictat vt homines simul cohabitent, quia vnus nõ sufficit sibi in omnibus quæ ad vitam pertinent, ratione cuius dicitur homo naturaliter politicus: ita etiam eorum quibus in diget ad humanam vitam, quædam opera sunt competentia viris, quædam mulieribus. Vnde natura monet vt sit quædam associatio viri ad mulierem, in qua est matrimonium, & has duas causas ponit Philosophus in 8. Ethicorum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ natura hominis ad aliquid inclinat dupliciter. Vno modo quia est conueniens naturæ generis, & hoc est commune omnibus animalibus. Alio modo quòd est conueniens naturæ differentiæ: quia species humana abundat à genere, inquantum est rationalis, sicut est prudentiæ actus vel temperantiæ & sic natura generis, quamuis sit vna in omnibus animalibus, non tamen eodem modo est in omnibus, ita etiam non inclinat eodem modo in omnibus: sed secundum quòd vnicuique competit ad matrimonium: ergo inclinat natura hominis ex parte differentiæ, quantum ad rationem secundum assignatam. Vnde Philosophus hanc rationem assignat hominibus supra animalia: sed quantùm ad rationem primam inclinat ex parte generis. Vnde dicit quòd filiorum procreatio communis est omnibus animalibus, tamen ad hoc non inclinat eodem modo in omnibus: quia quædam animalia sunt quorum filij nati statim possunt sufficienter sibi victum quærere, vel ad quorum sustentationem mater sufficit, & in his non est aliqua maris ad fœminam determinatio. In illis autem, quorum filij indigent vtriusque sustentatione, sed ad paruum tempus, inuenitur aliqua determinatio quantum ad tempus illud, sicut in auibus quibusdam patet: sed in homine, quia indiget filius cura parentum vsque ad magnum tempus, est maxima determinatio masculi ad fœminã, ad quam etiam natura generis inclinat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd verbum Tullij potest esse verum quantum ad aliquam gentem, si tamen accipiatur principium proximum illius gentis, per quod ab alijs gentibus est distincta: quia non in omnibus producitur ad effectum id, ad quod naturalis ratio inclinat, non autem est verum vniuersaliter: quia à principio humani generis sacra Scriptura recitat fuisse coniugia.

¶ Ad tertium dicendum, quòd secundum Philosophum in 3. Ethicorum: Natura humana non est immobilis sicut diuina: & ideò diuersificantur ea quæ sunt de iure naturali secundum diuersos status & conditiones hominum: quamuis ea quæ sunt in rebus diuinis, naturaliter nullo modo varientur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd natura non tantum intendit esse in prole, sed etiam perfectum, ad quod exigitur matrimonium, vt ex dictis patet.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm matrimonium cadat sub præcepto.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd matrimonium adhuc maneat sub præcepto. Quia præceptũ obligat, quandiu non reuocatur: sed prima institutio matrimonij fuit sub præcepto, vt in litera dicitur, nec vnquam hoc præceptum legitur reuocatum, imò confirmatum. Matth. 19. Quod Deus coniunxit homo non separet: ergo adhuc est matrimonium sub præcepto.

¶ Præterea, Præcepta iuris naturalis secundum omne tempus obligant: sed matrimonium est de iure naturali, vt dictum est: ergo, & cætera.

¶ Præterea, Bonum speciei est melius quàm bonum individui: quia bonum gentis est diuinius quàm bonum vnius hominis, vt dicitur 1. Ethi. Sed præceptum primo homini datum ad conseruationẽ individui per actum nutritiæ adhuc obligat: ergo multò magis præceptum de matrimonio quod pertinet ad cõseruationem speciei.

¶ Præterea, Vbi manet eadem ratio obligans, eadem obligatio manere debet: sed propter hoc obligabantur homines ad matrimonium antiquo tempore ne multiplicatio humani generis cessaret: cùm ergo hoc idem sequatur, si quilibet liberè potest à matrimonio abstinere, videtur quòd matrimonium sit in præcepto.

¶SED CONTRA est quod dicitur 1. Corinth. 7. Qui non iungit matrimonio virginem suam, melius facit, scilicet quam qui coniungit: ergo contractus matrimonij non est sub præcepto.

¶ Præterea, Nulli debetur præmium pro transgressione præcepti: sed virginibus debetur speciale præmium, scilicet aureola: ergo matrimonium non est sub præcepto.

CONCLVSIO.

¶ Non tenentur homines ex præcepto ad contrahẽdum matrimoniũ.

¶RESPONDEO dicendum, quòd natura inclinat ad aliquid dupliciter. Vno modo, sicut ad id quod est necessarium ad perfectionem vniuersi: & talis inclinatio quemlibet obligat, quia naturales perfectiones omnibus sunt communes. Alio modo inclinat ad aliquid quod est necessarium multitudini, & cùm multa sint huiusmodi, quorum vnum impedit aliud, ex tali obligatione non obligatur quilibet homo per modum præcepti: aliàs quilibet homo obligaretur ad agriculturã & ad ædificatoriam, & ad huiusmodi officia, quæ sunt necessaria communitati humanæ, sed inclinationi naturæ satisfit, cùm per diuersos diuersa complentur de prædictis. Cùm ergo ad perfectionem humanæ multitudinis sit necessarium aliquos contemplatiuæ vitæ inseruire, quæ maximè per matrimonium impeditur inclinatio ad matrimonium non obligat per modum præcepti, etiam secundũ Philosophos. Vnde Theophrastus probat quòd sapienti non expedit nubere.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd præceptum illud non est reuocatum, nec obligat vnumquemque ratione iam dictã, nisi illo tempore quo paucitas hominum exigebat, vt quilibet generationi vacaret.

¶ Ad secundum & tertium patet responsio ex dictis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd natura humana communiter ad diuersa officia & actus inclinat, vt dictum est: sed quia est diuersimodè in diuersis, secundum q̃ individuatur in hoc vel in illo, vnum magis inclinat ad vnum illorum officiorum, aliud ad aliud: & ex diuersitate simul cum diuina prouidentia, quæ omnia moderatur conuenit, quòd vnus eligat vnum officium, vt agriculturam: alius aliud, & sic etiam quòd quidam eligant matrimonialem vitam, & quidam contemplatiuam, vnde nullum periculum imminet.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm actus matrimonij sit licitus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd actus matrimonialis semper sit peccatum. 1. Cor. 7. Qui nubunt, sunt tãquam non nubentes: sed non nubentes non habent actũ matrimonialem: ergo etiam nubentes peccant in actu illo.

¶ Præterea, Isa. 59. Iniquitates nostræ diuiserunt inter nos & Deum nostrum, sed actus matrimonialis diuidit hominẽ à Deo vnde Exod. 16. precipitur populo, qui debebat Deum videre, quòd non accederent ad vxores suas. Et Hiero. dicit, quòd in actu matrimoniali Spiritus sanctus prophetarum corda non tangit: ergo est iniquitas.

¶ Præterea, Illud quod secundum se est turpe, nullo modo potest bene fieri: sed actus matrimonialis habet concupiscentiam adiunctam quæ semper est turpis: ergo semper est peccatum.

¶ Præterea, Nihil excusatur nisi peccatum: sed actus matrimonialis indiget excusari per bona matrimonij, vt Magister dicit: ergo est peccatum.

¶ Præterea, De similibus semper idem est iudicium: sed concubitus matrimonialis est eiusdẽ speciei cum actu adulterij, quia ad idem terminatur, scilicet speciem humanã: ergo cùm actus adulterij sit peccatum, & actus matrimonij similiter.

¶ Præterea, Superfluitas in passionibus corrumpit virtutem: sed semper in actu matrimoniali est superfluitas delectationis adeò quòd absorbet rationem, quę est principale hominis bonum. Vnde Philosophus dicit in 6. Ethicorum: Quòd impossibile est hominem aliquem in ipsa intelligere: ergo actus matrimonialis semper est peccatum.

¶RESPONDEO

¶SED CONTRA Primæ Corinth. 7. dicitur. Virgo si nubat, nõ peccat, & 1. Timo. 5. Volo iuuenculas nubere, & procreare filios: sed procreatio filiorum non potest esse sine carnali coniunctione: ergo actus matrimonialis non est peccatum, aliàs Apostolus non voluisset illud.

¶ Præterea. Nullum peccatum est in præcepto, sed actus matrimonialis est in præcepto 1. Corin. 7. Vxori vir debitum reddat, ergo non est peccatum.

CONCLVSIO.

¶ Cùm ad prolis procreationem sit ipsum matrimoniũ institutum, secundum se semper licitum est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd supposito, quòd natura corporalis sit à Deo bona instituta, impossibile est dicere quòd ea quæ pertinent ad conseruationem naturæ corporalis & ad quæ natura inclinat, sint vniuersaliter mala: & ideò cùm inclinatio sit naturæ ad prolis procreationem, per quã natura speciei conseruatur, impossibile est dicere quòd actus quo procreatur proles: sit vniuersaliter illicitus, vt in eo medium virtutis inueniri non possit, nisi ponatur secundum quorundam insaniam, quòd res corruptibiles creatæ sunt à malo Deo ex quo fortè deriuatur quod in litera tangitur, & ideò est pessima hæresis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ Apostolus in verbis illis non prohibuit matrimonij actum: sicut eorũ possessionẽ cùm dixit, qui vtuntur hoc mundo sint quasi non vtentes, sed in vtroque fruitionem prohibuit, quod patet ex ipso modo loquẽdi. Non enim dixit, sicut non vtentes vel non habentes, sed quasi non vtentes vel non habentes.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ Deo coniungimur & secundum habitum gratiæ, & secundum actum contemplationis & amoris. Quod ergo primam cõiunctionem separat, semper est peccatum, non autem quod secundam: quia aliqua occupatio licita circa res inferiores animum distrahit, vt actu Deo coniungi non sit idoneus: & hoc præcipuè accidit in carnali cõiunctione, in qua detinetur mens propter delectationem intensam. Et propter hoc illis quibus competit diuina contemplari, aut sacra tractare, indicitur pro tempore illo abstinentia ab vxoribus: & secundum hoc etiam dicitur, q̃ Spiritus sanctus: quantum ad actum reuelationis secretorum, non tangebat mentes Prophetarum in vsu matrimonij.

¶ Ad tertium dicendum, quòd turpitudo illa concupiscentiæ quæ actum matrimonialem semper comitatur, nõ est turpitudo culpæ, sed pœnæ ex peccato primo prouenientis, vt scilicet inferiores vires & membra corporis rationi non obediant. Et propter hoc ratio non sequitur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd illud propriè excusari dicitur quod aliquã similitudinẽ mali habet, & non est malũ, vel tantũ quantum apparet: quia quædã excusantur à toto, quædam à tãto: & quia actus matrimonialis propter corruptionem concupiscentiæ habet similitudinem actus inordinati: ideò pro bono matrimonij excusatur, vt non sit peccatum.

¶ Ad quintum dicendum, q̃ quamuis sint speciei naturæ idem, tamen differunt in specie moris, quam vna circũstantia variat, scilicet accedere ad suam vel non suam: sicut etiam occidere hominem per violentiam vel per iustitiam facit diuersam speciem moris, quamuis sit vna species naturæ, & tamen vnum est licitum, aliud illicitum.

¶ Ad sextum dicendum, quòd superfluitas passionis, quæ virtutem corrumpit, non solùm impedit rationis actum: sed tollit rationis ordinem, quod non facit delectationis intẽtio in actu matrimoniali: quia etsi tunc non ordinetur homo, tamen à ratione est præordinatus.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm actus matrimonij sit meritorius.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q̃ actus matrimonialis nõ sit meritorius, Chry. enim dicit super Matt. Matrimonium etsi vtẽtibus se pœnam non inferat, mercedem tamen non præstat: sed meritum respectu mercedis dicitur: ergo actus matrimonialis non est meritorius.

¶ Præterea. Illud quod est meritorium dimittere, nõ est laudabile: sed laudabilis est virginitas, per quam matrimoniũ dimittitur: ergo matrimonialis actus non est meritorius.

¶ Præterea. Qui vtitur indulgentia sibi facta, beneficio recepto vtitur, sed ex hoc quòd alicui præstatur beneficium: non meretur: ergo: &c.

¶ Præterea. Merimum in difficultate cõsistit sicut & virtus, sed actus matrimonialis non habet difficultatem, sed delectationem: ergo non est meritorius.

¶ Præterea. Illud quod non potest fieri sine peccato veniali, nõ est meritorium, quia non potest homo simul mereri & demereri: sed in actu matrimoniali semper est peccatum veniale: ergo actus prædictus non potest esse meritorius.

¶SED CONTRA Omnis actus quo impletur præceptum est meritorius si ex charitate fiat, sed actus matrimonialis est huiusmodi, quia dicitur primæ Corint. 7. Vxori vir debitum reddat: ergo, &c.

¶ Præterea. Omnis actus virtutis est meritorius: sed actus prædictus est actus iustitiæ, quia redditio debiti: ergo meritorius est.

CONCLVSIO.

¶ Actus matrimonialis semper meritorius est, si ab ipsum homines Religionis, vel iustitiæ virtute inducantur.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ cùm nullus actus ex deliberata voluntate procedens sit indifferens, vt in secundo lib. dictum est, actus matrimonialis semper est peccatũ, vel meritorius in eo, qui gratiam habet. Si enim ad actum matrimonialem virtus inducat vel iustitiæ, vt debitum reddat: vel religionis vt proles ad cultum Dei procreetur, est meritorius. Si autẽ moueat libido sistens inter bona matrimonij, vt scilicet nullo modo ad aliam accedere vellet: est peccatum veniale. Si autem extra bona matrimonij efferatur: vt scilicet cũ quacunque muliere idem facere proponeret, est peccatũ mortale: natura autem mouere non potest, quin ordinetur ratione, & sic erit motus virtutis: vel non ordinetur, & sic erit motus libidinis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ radix merendi quãtum ad præmium substantiale est ipsa charitas: sed quantum ad accidentale præmium ratio meriti existit in difficultate actus, & sic actus matrimonij non est meritorius: sed primo modo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd homo potest mereri & in minoribus bonis & in maioribus. Vnde quando aliquis minora bona dimittit: vt maiora faciat, laudandus est à minus meritorio actu dilcedens.

¶ Ad tertium dicendum, quod indulgentia quandoque est de minoribus malis & sic indulgetur actus matrimonij prout ad ipsum mouet libido infra terminos matrimonij continens, sic enim est veniale peccatum: sed prout ad ipsum mouet virtus, tunc est meritorius, & non habet indulgentiam, nisi secundum quòd est indulgentia de minoribus bonis, quæ idem est quod concessio. Nec est inconueniens q̃ ille qui tali cõcessione vtitur, mereatur: quia bonus vsus beneficiorũ Dei meritorius est.

¶ Ad quartum dicendum, quòd difficultas laboris requiritur ad meritum præmij accidentalis: sed ad meritum essentiale requiritur difficultas consistens in ordinatione mentis, & hoc est etiam in actu matrimoniali.

¶ Ad quintum dicendum, quòd primus motus secundum quòd dicetur peccatum veniale, est motus appetitus in aliquod inordinatum delectabile, quod non est in actu matrimoniali, & ideò ratio non sequitur.

QVAESTIO QVADRAGESIMA SECVNDA, *De matrimonio, inquantum est sacramentum, in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de matrimonio inquantum est sacramentum.

¶ Circa quod quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm sit sacramentum.

¶ Secundò, vtrũ debuerit institui ante peccatũ.

¶ Tertiò: vtrùm conferat gratiam.

¶ Quartò, vtrùm carnalis commixtio sit de integritate matrimonij.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm matrimonium sit sacramentum.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd matrimonium non sit sacramentũ. Omne enim sacramentum nouæ legis habet aliquam formam, quæ est de essentia sacramenti: sed benedictio, quæ fit per sacerdotes in nuptijs, non est de essentia matrimonij: ergo non est sacramentum. *Th. vbi sup. q. 2. art. 1. & seq.*

¶ Præterea. Sacramentum secundum Hugo. est materiale elementum: sed matrimonium nõ habet pro materia aliquod materiale elementum: ergo non est sacramentum.

¶ Præterea. Sacramenta habent efficaciam ex passione Christi: sed per matrimonium non cõformatur homo passioni quæ fuit pœnalis, cùm habeat delectationem adiunctam: ergo non est sacramentum.

¶ Præterea. Omne sacramentũ nouæ legis efficit quod figurat: sed matrimoniũ non efficit conjunctionem Christi & Ecclesiæ quod significat: ergo matrimonium non est sacramentum.

¶ Præterea. In alijs sacramẽtis est aliquid quod est res & sacramentũ: sed hoc non potest inueniri in matrimonio cũ non imprimat characterẽ, aliàs nõ iteraretur: ergo nõ est sacramentũ.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ephes. 5. Sacramẽtum hoc magnum est: ergo, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Præterea, Sacramentum est sacræ rei signum: sed matrimonium est huiusmodi: ergo, &c.

CONCLVSIO.

¶Matrimonium est sacramentum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sacramentum importat aliquod remedium sanctitatis homini contra peccatum exhibitum per sensibilia signa: vnde cùm hoc inueniatur in matrimonio, inter sacramenta computatur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ verba quibus cõsensus exprimitur matrimonialis, sunt forma huius sacramenti, non autem benedictio sacerdotis, quæ est quoddam sacramentale.

¶Ad secundum dicendum, quòd sacramentũ matrimonij perficitur per actum eius, qui sacramento illo vtitur, sicut pœnitentia: & ideò sicut pœnitentia non habet aliam materiam nisi ipsos actus sensui subiectos, qui sunt loco materialis elementi: ita est de matrimonio.

¶Ad tertium dicendum, quòd quamuis matrimonium non cõformetur passioni Christi quantum ad pœnam: conformatur tamen ei quantùm ad charitatem, per quam pro Ecclesia sibi in sponsa coniungenda passus est.

¶Ad quartum dicendum, quòd vnio Christi ad Ecclesiam nõ est res contenta in hoc sacramento: sed res significata non contenta, & talem rem nullum sacramentum efficit: sed habet aliã contentam & significatã, quam efficit, vt dicetur. Magister autem ponit rem nõ contentam, quia erat huius opinionis quòd non haberet rem contentam.

¶Ad quintum dicendum, quòd in hoc sacramento sunt illa tria, quia sacramentum tantum sunt actus exterius apparentes: sed res & sacramẽtum est obligatio, quę innascitur, viri ad mulierem ex talibus actibus: sed res vltima contenta est effectus huius sacramenti, non contenta autem est res, quam Magister determinat.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm matrimonium debuerit institui ante peccatum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ matrimonium non debuit institui ante peccatũ. Quia illud quòd est de iure naturali, non indiget institutione: sed matrimonium est huiusmodi, vt ex dictis patet: ergo non debuit institui.

¶Præterea, Sacramenta sunt quædam medicinæ contra morbum peccati: sed medicina non præparatur nisi morbo: ergo ante peccatum non debuit institui.

¶Præterea, Ad idem institutio vna sufficit: sed matrimonium fuit institutum etiam post peccatum, vt in litera dicitur: ergo ante peccatum non fuit institutum.

¶Præterea, Institutio sacramẽti debet esse à Deo: sed ante peccatum verba quæ ad matrimonium pertinent, non sunt determinatè dicta à Deo, sed ab Adam: illa autem verba, quæ Deus dixit. Crescite & multiplicamini, dicta sunt brutis etiam, in quibus non est matrimonium: ergo matrimonium non fuit institutum ante peccatum.

¶Præterea, Matrimonium est sacramentum nouæ legis: sed sacramenta nouæ legis à Christo initium sumpserunt: ergo non debuit ante peccatum institui.

¶SED CONTRA est quod dicitur Mat. 19. Non legistis q̃ ab initio qui fecit homines, masculum & fœminam fecit eos?

¶Præterea, Matrimonium est institutum ad procreationẽ prolis: sed ante peccatũ erat necessaria homini procreatio prolis: ergo ante peccatum debet matrimonium institui.

CONCLVSIO.

¶Matrimonium, quo est in officium naturæ, institutũ fuit à Deo ante peccatum vt remedium verò post peccatum fuit institutum.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd natura inclinat ad matrimonium intendens aliquod bonum, quod quidem variatur secundum diuersos hominum status: & ideo oportet quòd illud bonum diuersimodè in diuersis statibus hominum instituatur: & ideò matrimoniũ, secundũ q̃ ordinatur ad procreationem prolis, quæ erat necessaria etiã peccato non existente, institutũ fuit ante peccatum: secundum autem quòd remedium præbet contra vulnus peccati, institutum fuit post peccatum tempore legis naturæ, secundum autem determinationem personarum, institutionem habuit in lege Moysi: sed secundum quòd repræsentat mysterium coniunctionis Christi & Ecclesiæ institutionem habuit in noua lege: & secundũ hoc est sacramentũ nouę legis. Quantũ ad alias vtilitates quæ ex matrimonio consequũtur, sicut est amicitia, & mutuũ obsequiũ sibi à coniugibus impensum, habet institutionem in lege ciuili: sed quia de vi sacramenti est, quòd sit signum & remedium: ideò quantum ad medias institutiones competit ei ratio sacramenti: sed quãtum ad primam institutionem competit ei, quòd sit in officium naturę quantum verò ad vltimam, quòd fit in officium ciuilitatis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa quæ in cõmuni sunt, de iure naturali indigent institutione quantũ ad eorũ determinationem, quæ diuersimodè cõperit secundum diuersos status. sicut de iure naturali est q̃ maleficia puniantur, sed talis pœna tali culpæ apponitur per determinationẽ iuris positiui.

¶Ad secundum dicendum, quòd matrimonium non est cãtum in remedium contra peccatum, sed principaliter est in officiũ naturæ: & sic institutum fuit ante peccatum, non autem prout est in remedium.

¶Ad tertium dicendum, quòd secundum diuersa quæ oportet in matrimonio determinari, non est inconueniens quòd habuerit diuersas institutiones: & sic illa diuersa institutio nõ est eiusdem, sed in idem.

¶Ad quartum dicendum, quòd matrimonium ante peccatum institutum fuit à Deo, & ad hoc homini mulierem de costa formauit in adiutorium, & dixit eis. Crescite & multiplicamini quod quamuis alijs animalibus dixerit, non tamen per ea eodẽ modo implendũ sicut per homines. Adam verò verba illa protulit à Deo inspiratus, vt intelligeret matrimonij institutionem à Deo factam.

¶Ad quintum dicendum, quòd quantum ad hoc quòd matrimonium est sacramentum nouæ legis, non fuit ante Christum institutum, vt ex dictis patet.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm matrimonium conferat gratiam.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd matrimonium non conferat gratiam. Quia secundũ Hug. sacramenta ex sanctificatione inuisibilem gratiã cõferunt, sed matrimonium non habet aliquam sanctificationem, quæ sit de essentia eius: ergo non confertur gratia in ipso.

¶Præterea, Omne sacramentum conferens gratiam, confert ipsam ex materia & forma sua: sed actus qui sunt materia in hoc sacramento, non sunt causa gratiæ, quia hoc esset Pelagiana hæresis, scilicet quòd actus nostri sint causa gratiæ: verba etiam exprimentia consensum non sunt causa gratię: nam ex eis non fit aliqua sanctificatio: ergo in matrimonium nullo modo gratia datur.

¶Præterea, Gratia ordinata contra vulnus peccati est necessaria omnibus habẽtibus vulnus illud: sed in omnibus inuenitur cõcupiscentiæ vulnus, & sic deberẽt omnes homines matrimonium contrahere, esset q̃ stultũ valde, à matrimonio abstinere.

¶Præterea infirmitas non accipit medicamentum ab eo, à quo accipit intensionem: sed per matrimonium concupiscentia accipit intensionem, quia sicut dicit Philosophus in 3. Ethi. infatigabilis est concupiscentiæ appetitus, & per operationẽ congruã arguitur: ergo videtur quòd in matrimonio non conferatur remedium gratiæ contra concupiscentiam.

¶SED CONTRA, Definitio & definitum debent cõuerti: sed in definitione sacramenti ponitur causalitas gratiæ: ergo cum matrimonium sit sacramentum, erit gratiæ causa.

¶Præterea, Aug. dicit quòd matrimonium est ægrotis in remedium: sed non est in remedium, nisi in quantum aliquam efficaciam habet: ergo habet aliquid efficaciæ ad reprimendum concupiscentiam, sed concupiscentia non reprimitur nisi per gratiam: ergo in ipso confertur gratia.

CONCLVSIO.

¶Matrimonium, quod in fide Christi cõtrahitur, habet quòd gratiã conferat, ad ea operanda adiuuantem, quæ in matrimonio requiruntur.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ circa hoc fuit triplex opinio. Quidam enim dixerunt quòd matrimonium nullo modo est causa gratię, sed est tantùm signum. Sed hoc non potest stare: quia secundum hoc in nullo abundaret à sacramentis veteris legis, vnde nõ esset aliqua ratio, quare sacramentis nouæ legis annumerarentur: q̃ enim remedium præbeat satisfaciendo concupiscentiæ, ne deinceps ruat, dum nimis arctatur, habuit etiã in veteri lege ex ipsa natura actus. Et ideò alij dixerunt, quòd confertur ibi gratia in ordine ad recessum à malo: quia excusatur actus à peccato, qui sine matrimonio peccatum esset. Sed hoc esset nimis parum: quia hoc etiam inueteri lege habuit: & ideò dicunt quòd facit recedere à malo inquantum constringit cõcupiscentiam, ne extra bona matrimonij feratur: non autem per gratiam illam fit aliquod auxilium ad bene operandum. Sed hoc non potest stare: quia eadem gratia est quæ impedit peccatũ, & quę ad bonum inclinat, sicut idem calor qui aufert frigus, & qui calefacit. Vnde alij dicunt quòd matrimonium inquantum in fide Christi contrahitur, habet vt conferat gratiam adiuuantem ad illa operanda, quæ in matrimonio requiruntur, & hoc probabilius est. Quia vbicunque datur diuinitùs aliqua facultas, dantur etiam auxilia, quibus homo conuenienter vti possit facultate illa: sicut patet, quòd omnibus potentijs

rẽtijs animæ respõdent aliqua mẽbra corporis, quibus *in* actũ exire possint. Vnde cũ in matrimonio detur homini ex diuina institutione facultas vtendi vxore sua ad procreationẽ prolis, datur etiã gratia sine qua id cõuenienter facere non possit: sicut etiam de potestate ordinis suprà dictum est, & sic ista gratia data est vltima res contenta in hoc sacramento.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ sicut habet aqua baptismi, quòd corpus tangat & corabluat ex tactu carnis Christi: ita matrimonium hoc habet ex hoc q̃ quòd Christus sua passione illud repræsentauit, & non principaliter ex aliqua sanctificatione sacerdotis.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut aqua baptismi cum forma verborum non operatur immediatè ad gratiã, sed ad characterem: ita actus exteriores & verba exprimẽtia consensum directè faciũt nexum quendam, qui est sacramentum matrimonij: & huiusmodi nexus ex virtute diuinæ institutionis dispositiuè operatur ad gratiam.

¶Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procederet, nisi contra concupiscentiæ morbum posset aliquod efficacius remedium adhiberi: adhibetur autem maius remedium per operationes spiritualia & carnis mortificationem ab illis, qui matrimonio non vtuntur.

¶Ad quartum dicendum, q̃ contra concupiscentiã potest præstari remedium dupliciter. Vno modo ex parte ipsius concupiscentiæ: vt reprimatur in sua radice, & sic remedium præstat matrimonium per gratiam quæ in eo datur. Alio modo ex parte actus eius, & hoc dupliciter. Vno modo vt actus ad quẽ concupiscentia inclinat exteriùs turpitudine careat, & hoc fit per bona matrimonij quæ honestant carnalem concupiscentiam. Alio modo, vt actus turpitudinem habens impediatur, quod fit ex ipsa natura actus: quia dum concupiscentiæ satisfecit in actu coniugali, ad alias corruptelas non ita incitat. Propter quod dicit Apostolus. Melius est nubere quàm vri, quamuis enim opera concupiscentiæ congregata secundum se nata sint concupiscentiam augere, tamen secundum quòd ratione ordinantur, ipsam reprimunt: quia ex similibus actibus similes relinquuntur dispositiones & habitus.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm carnalis commixtio sit de integritate matrimonij.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd carnalis commixtio sit de integritate matrimonij. In ipsa enim institutione matrimonij dictum est, Erunt duo in carne vna: sed hoc non fit nisi per carnalem commixtionem: ergo est de integritate matrimonij.

¶Præterea. Illud quod pertinet ad sacramenti significationem est de necessitate sacramenti, vt prædictum est, sed carnalis cõmixtio pertinet ad significationem sacramenti, vt in litera dicitur: ergo est de integritate sacramenti.

¶Præterea. Hoc sacramentum ordinatur ad conseruationem speciei, sed conseruatio speciei non potest fieri sine carnali cõmixtione: ergo est de integritate sacramenti.

¶Præterea. Matrimonium est sacramentum, secundum quod remedium contra concupiscentiam præstat: de quo dicit Apostolus 1. Cor. 6. Quòd melius est nubere, quàm vri: sed hoc remedium non præstat his qui carnaliter non commiscentur, ergo idem quod priùs.

¶SED CONTRA In Paradiso fuit matrimonium, sed ibi non fuit carnalis copula: ergo commixtio carnalis non est de integritate matrimonij.

¶Præterea. Sacramentum ex suo nomine sanctificationem importat: sed sine carnali commixtione fit matrimonium sanctius: vt in litera dicitur: ergo carnalis commixtio non est de necessitate sacramenti.

CONCLVSIO.

¶Carnalis commixtio non ad primam: sed secundam spectat matrimonij perfectionem.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ duplex est integritas: vna quæ attenditur secundum perfectionem primã, quæ consistit in ipso esse rei. Alia quæ attenditur secundum perfectionem secundam, quæ consistit in operatione, quia ergo carnalis commixtio est quædam operatio siue vsus matrimonij, per quod facultas ad hoc datur: ideò erit carnalis commixtio de secunda perfectione matrimonij & non de prima.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Adam exposuit integritatem matrimonij quantum ad vtranq; perfectionem, quia res ex suo actu innotescit.

¶Ad secundum dicendum, quòd significatio rei contentæ est de necessitate sacramenti, & ad hanc significationem non pertinet carnalis commixtio, sed ad rem non contentam, vt ex dictis patet.

¶Ad tertium dicẽdum, quòd res non peruenit ad finem suum: nisi per actum proprium: vnde ex hoc quòd finis matrimonij non habetur sine carnali commixtiõe, oportet quòd sit de integritate secunda, & non de prima.

¶Ad quartum dicendũ, q̃ ante commixtionẽ carnalem est matrimonium in remedium ex gratia, quæ in eo datur, quamuis non ex actu: quod pertinet ad integritatem secundam.

QVAESTIO QVADRAGESIMATERTIA,

De matrimonio quantum ad sponsalia, in tres articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de matrimonio absolutè considerato. Vbi primò agendum est de spõsalibus. Secundò, de matrimonij ratione. Tertiò, de eius causa efficiente, scilicet de consensu. Quartò, de eius bonis. Quintò: de impedimentis ipsius. Sextò, de secundis nuptijs. Septimò, de quibusdam matrimonio annexis.

¶Circa primum quæruntur tria.

¶Primò, quid sint sponsalia.

¶Secundò, qui possint contrahere sponsalia.

¶Tertiò, vtrùm sponsalia dirimi possint.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm sponsaliæ sint futurarum nuptiarum promissio.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ sponsalia nõ conuenienter dicantur futurarum nuptiarum promissio, vt habetur ex verbis Nicolai Papæ. Quia sicut dicit Isidorus, est aliquis sponsus, non quia promittit, sed quia spondet & spõsores dat, sed à sponsalibus dicitur aliquis sponsus, ergo male dicitur promissio. *Tho. 4. dist. 27. q. 2. art. 1. & seq.*

¶Præterea. Quicunque promittit aliquid, debet compelli ad soluendum: sed illi qui sponsalia contraxerunt, nõ compelluntur per Ecclesiam ad matrimonium complendum: ergo sponsalia non sunt promissio.

¶Præterea. In sponsalibus non est quandóq; sola promissio, sed adijcitur iuramentum & aliquæ arrhæ: ergo videtur q̃ nõ debuerit solùm per promissionem definiri.

¶Præterea. Matrimonia debent esse libera & absoluta: sed spõsalia quandoque fiunt sub aliqua conditione etiam accipiendę pecuniæ: ergo non conuenienter dicuntur promissio nuptiarum.

¶Prętereà. Promissio quæ est de rebus futuris, vituperatur Io. 4. sed circa sacramenta non debet aliquid esse vituperabile: nõ ergo debet fieri futurarum nuptiarum promissio.

¶Præterea, Nullus dicitur spõsus: nisi à sponsalibus: sed aliquis dicitur sponsus ex præsentibus nuptijs, vt in litera dicitur: ergo sponsalia non semper sunt futurarum nuptiarũ promissio.

CONCLVSIO.

¶Sponsalia sunt futurarum nuptiarum promissio.

¶RESPONDEO dicendum, quòd consensus in coniugalem copulam per verba de futuro non facit matrimoniũ, sed matrimonij promissionem: & hæc promissio dicitur sponsalia à spondẽdo, vt dicit Isido. Nam ante vsum tabularum matrimonij cautiones dabant, quibus spondebant se inuicem cõsentire in iure matrimonij, & fideiussores dabant. Fit autem promissio dupliciter, scilicet absolutè & sub conditione. Absolutè quatuor modis. Primò nuda promissione, vt cùm dicitur, Accipiã te in meũ: & ecõuerso. Secundò datis arrhis sponsalitijs: vt pecunia vel aliquid huiusmodi. Tertiò, annulo subarrhatione. Quartò interueniente iuramento. Si autẽ fiat dicta promissio sub conditione, distinguendũ est: aut est cõditio honestæ: vt cũ dicitur. Accipiam te, si parẽtibus placeat: & tunc stãte conditione stat promissio, & non stante non stat: aut est inhonestæ: & hoc dupliciter: quia aut est contraria bonis matrimonij: vt si dicam, Accipiam te, si venena sterilitatis procures: & tunc non contrahuntur sponsalia. Aut non est contraria bonis matrimonij, vt Accipiam te si furtis meis consentias: & tũc stat promissio, sed tollenda est conditio.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ ipsa sponsalia & sponsorũ donatio est promissionis confirmatio: & ideò ab hoc denominatur quasi à perfectiori.

¶Ad secundum dicendum, q̃ ex tali promissione obligatur vnus alteri ad matrimoniũ contrahendum, & peccat mortaliter non soluens promissum, nisi legitimum impedimẽtum interueniat: & secundum hoc Ecclesia cogit iniungendo pœnitentiam pro peccato, tamen in foro cõtentioso non compellitur, quia matrimonia coacta consueuerunt malos exitus habere, nisi forte iuramentum interuenerit, quia tunc cogendus est, vt quidã dicunt: quamuis alijs non videatur propter causam prædictam, præcipuè si de vxoricidio timeretur.

¶Ad tertium dicendum, quòd illa addita non sunt nisi ad con

Universidad de Deusto
Biblioteca

firmandam promissionem: vnde non sunt aliud quàm promissio.

¶Ad quartum dicendũ, quòd conditio illa quæ apponitur, nõ tollit matrimonij libertatem, quia si est inhonesta, debet abijci: si autem honesta, aut de bonis simpliciter: vt si dicatur, Accipiam te si placet parentibus, & hæc conditio non tollit libertatem sponsalium, sed auget ei honestatem: aut est de vtilibus, vt si dicat: Contraham tecum si dabis mihi centũ, & tunc hoc non ponitur quasi ad vendendum consensum matrimonij, sed intelligitur vt promissio dotis: vnde matrimonium libertatem non perdit. Quandóque autem apponitur conditio pecuniæ per modum pœnæ: & tunc quia matrimonia debent esse libera, talis conditio non stat, nec potest exigi pœna illa ab eo qui non vult matrimonium complere.

¶Ad quintum dicendum, quòd Iacobus non intendit prohibere quòd omnino aliquis nullam promissionem faciat de futuris: sed quòd non promittat quali fiduciam habens de vita sua: vnde docet quòd debet apponi conditio, si Deus voluerit, quę etiam si verbis non exprimatur, corde tamen debet intelligi.

¶Ad sextum dicendum, q̃ in matrimonio potest considerari ipsa coniunctio matrimonialis & actus eius: & à prima spõsione dicuntur sponsalia proprię, quæ sunt quædam sacramentalia matrimonij, sicut exorcismus Baptismi.

ARTICVLVS II.

¶Vtrũ tẽpus septẽnij sit legitimè assignatum sponsalibus cõtrahẽdis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd tempus septennij non sit competenter assignatum sponsalibus contrahendis. Contractus enim, qui per alios fieri potest, nõ requirit discretionẽ in illis ad quos pertinet: sed spõsalia fieri possũt per parentes vtroque illorum ignorante, quorum sunt sponsalia: ergo ita possunt fieri ante septennium, sicut potest.

¶Præterea, Sicut ad contractus sponsalium requiritur aliquis rationis vsus, ita ad consentiendum in peccatum mortale: sed sicut Grego. narrat in 4. Dialo. quidam puer propter blasphemiæ peccatum extinctus est: ergo ante septennium possunt cõtrahi sponsalia.

¶Præterea, Sponsalia ad matrimonium ordinantur: sed in matrimonio nõ assignatur vnum tempus puellæ & pueri: ergo in sponsalibus septennium vtrique assignari non debet.

¶Præterea, Ex tunc aliqui possunt sponsalia cõtrahere, ex quo eis possunt futuræ nupriæ placere: sed signa talis placentiæ frequenter apparent in pueris ante septennium: ergo ante illud tempus possunt contrahi sponsalia.

¶Præterea, Si aliqui ante septimum annum contrahant sponsalia, & postea post septennium ante tempus pubertatis contrahunt per verba de præsenti, reputãtur inter eos esse sponsalia: sed hoc non est ex secundo contractu: quia tunc non intendũt sponsalia, sed matrimonium contrahere: ergo ex primo, & sic ante septennium possunt sponsalia contrahi.

¶Præterea, In his quæ communiter fiunt à pluribus, quod deest vni, suppletur ab altero, sicut patet in trahentibus nauem: sed contractus sponsalium est quædam actio communis inter contrahentes: ergo si vnus sit pubes, potest cõtrahere cum puella quæ nõ habet septem annos sponsalia, quia quod vni deficit de tempore, alteri superabundat.

¶Præterea, Si aliqui iuxta ætatem pubertatis, quamuis ante eã contrahunt per verba de præsenti, reputatur inter eos matrimonium: ergo pari ratione si ante septennium, dummodò sint propinqui: contrà autem per verba de futuro, reputabũtur inter eos esse sponsalia.

CONCLVSIO.

¶Potest homo in fine primi septennij sponsalia contrahere, sicut in fine secundi matrimonium contrahere, ac religionem ingredi, & in fine tertij, similiter se obligare.

¶RESPONDEO dicendum, quòd septennium est tẽpus determinatum sponsalibus à iure contrahendis satis rationabiliter. Quia cùm sponsalia sint quædam promissiones futurorum, vt dictum est, oportet quòd illorum sint qui aliquo modo promittere possint, quod non est nisi illorũ qui habent aliquam prudentiam de futuris, quæ vsum rationis requirit: respectu cuius triplex gradus notatur secundum Philosophum in 11. animalium. Primus est cùm quis neque ipse intelligit per se, neque ab alio capere potest. Secundus est status quo homo ab alijs capere potest, sed ipse per se non sufficit ad intelligendum. Tertius est cùm homo & ab alio iam capere potest, & per seipsum considerare: & quia ratio paulatim in homine coualescit, secundum quod quietantur motus & fluxibilitates humorum sensualitatis: ideo primum statum hominis obtinet homo ante primum septennium, & propter hoc illo tempore nulli contractui aptus est, & ita nec sponsalibus: sed ad secundum statum incipit peruenire in fine primi septennij: vnde etiam tunc temporis pueri ad scholas ponuntur. Sed ad tertium statum incipit homo peruenire in fine secundi septennij, quantũ ad ea quæ ad personam ipsius pertinent, in quo ratio naturalis eius coualescit: sed quantùm ad ea quæ extra ipsum sunt, in fine tertij septennij: & ideò ante primum septennium nulli contractui homo aptus est. Sed in fine primi septennij incipit esse aptus ad aliqua promittendum in futurum, præcipuè de his ad quæ ratio naturalis inclinat magis: non autem ad obligandum se perpetuo vinculo, quia ad hoc nón firmam voluntatem habet: & ideò tali tempore possunt contrahere sponsalia. Sed in fine secũdi septennij iam potest obligare se de his, quæ ad personam ipsius pertinent, vel ad religionẽ, vel ad coniugium: sed post tertium septenniũ etiam potest de alijs se obligare, & secundum leges constituitur ei potestas de rebus suis disponendi post vigesimum secundum annum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd si ante annos pubertatis fiunt contractus sponsalium per alium, ambo vel alter reclamare possunt: vnde nihil tunc actum est, adeò quòd nec aliqua affinitas contrahitur ex hoc: & ideò sponsalia quæ inter aliquos per personas alias contrahuntur, robur habent, inquantum illi inter quos contrahuntur ad ætatem debitam venientes, non reclamant, ex quo intelliguntur consentire de his quæ per alios facta sunt.

¶Ad secundum dicendum, quòd quidã dicunt quòd ille puer de quo Grego. narrat, non fuit damnatus, nec mortaliter peccauit, sed vitio illa fuit ad patrem contristandum, qui in puero illo peccauerat non corrigens eum: sed hoc est expresse contra intentionem Greg. dicentis, quòd pater pueri animam filij negligens non paruum peccatorem gehennę ignibus nutriuit. Et ideò dicendum, quòd ad peccatum mortale sufficit etiam consensus præsens. Sed in sponsalibus est cõsensus in futurum, maior autem discretio rationis requiritur ad prouidendum in futurum, quàm ad consentiendum in actum vnum præsentem: & ideò ante potest homo peccare mortaliter quam possit se obligare ad aliquid in futurum.

¶Ad tertium dicendum, q̃ in tempore contractus matrimonij non solùm requiritur dispositio ex parte vsus rationis, sed etiã ex parte corporis, vt sit tempus generationi aptũ: & quia puella in 12. anno ad hoc venit vt possit esse actui generationis apta puer autem in finem secundi septennij, vt Philosophus ait in 9. animalium: simul autem vsum discretionis accipiunt, qui tantum in sponsalibus requiritur: ideò in sponsalibus determinatur vnum tempus vtrique, non autem in matrimonio.

¶Ad quartum dicendum, quòd illa placentia quæ est in pueris ante septennium, non procedit ex perfecto vsu rationis, cùm nondum susceptibiles sint plenæ disciplinæ, sed magis cõtingit ex motu naturæ quàm ex aliqua ratione: & ideò nõ sufficit talis placentia ad sponsalia contrahentium.

¶Ad quintum dicendum, quòd quamuis per secundũ contractum in casu illo non faciant matrimonium, tamen ostendunt se ratam habere priorem promissionem, & ideò prioris contractus accipit firmitatem.

¶Ad sextum dicendum, q̃ trahentes nauem agũt per modum vnius causæ, & ideò quod deest vni, potest suppleri ex altero: sed spõsalia contrahentes agũt vt distinctæ personæ, quia spõsalia non nisi inter duos esse possunt: vnde in vtroque requiritur quòd sit sufficiens ad contrahendũ & ideò defectus vnius sponsalia impedit, nec ex altero potest suppleri.

¶Ad septimum dicendum, quòd in sponsalibus etiam similiter si appropinquant contrahentes ad tẽpus septennij, contractus sponsalium habet roburi: quia secundũ Philosophum in 2. Physico. quod parum deest, quasi nihil deesse videtur. Hæc autem propinquitas à quibusdam determinatur tempus sex mensium: sed melius est quod determinetur secundũ conditionem contrahentium, quia in quibusdam magis accelerat vsus rationis, quàm in alijs.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm sponsalia dirimi possint altero religionem intrante.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd sponsalia dirimi non possint altero religionem intrante. Quia de pe cuniã quam alteri promitto, non possum alteri licitè obligationem facere, sed ille qui sponsalia contrahit, corpus suum promittit mulieri: ergo non potest se offerre Deo vlteriùs in religionem.

¶Item, Videtur quòd non debeat dirimi quando alter coniugum ad

gum ad longinquam religionem se transfert, quia in dubiis semper tutior pars est eligenda: sed tutius esset, quòd eum expectaret. ergo tenetur eum expectare.

¶Item, Videtur quòd nec dirimantur per ægritudinem, quam aliquis incurrit post contracta sponsalia, quia pro pœna nullus debet puniri: sed vir qui infirmitatem incurrit, punitur in eo quòd ei ius auffertur, quod *in* illa habebat quæ sibi fuerat desponsata: ergo propter corporalem infirmitatẽ non debent sponsalia dirimi.

¶Item, Videtur quòd nec propter affinitatem interuenientẽ, vtpote si sponsus consanguineam sponsæ fornicario cõcubitu cognoscat, quia secundum hoc sponsa puniretur pro peccato sponsi, quòd non est conueniens.

¶Item, Videtur quòd non possint se inuicem absoluere, quia hoc est maximæ leuitatis, vt primò contrahant, & postmodũ se absoluant: sed talia non debent ab Ecclesia sustineri. ergo.

¶Item, Videtur quòd nec propter alterius fornicationẽ, quia adhuc per sponsalia vnus non accipit potestatem in corpus alterius: & sic videtur quòd in nullo contra inuicem peccent, si interim fornicãtur: & sic sponsalia dirimi non debent per hoc.

¶Item, Videtur quòd nec per contractum cum aliqua per verba de præsenti, quia venditio secunda non derogat venditioni primæ. ergo nec secundus contractus potest derogare primo.

¶Item, Videtur quòd nec per defectum ætatis possint dirimi, quia quod non est non potest dissolui: sed ante ætatem determinatam nulla fuerunt sponsalia. ergo dirimi non possunt.

CONCLVSIO.

¶Dirimuntur sponsalia & cùm quis ad religionem cõfugerit, & cũ alter coniugum cum altero matrimonium contrahit per verba de præsenti aliter etiam dirimuntur variis casibus secundum iudicia Ecclesiæ.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in omnibus prædictis casibus sponsalia contracta dirimuntur, sed diuersimodè: quia in duobus, scilicet cùm quis ad religionem confugit, & cùm alter coniugum cum altero per verba de præsenti contrahit, ipso iure sponsalia dirimuntur: sed in aliis casibus dirimi debent secundum iudicium Ecclesiæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd talis promissio soluitur per mortem spiritualem, cùm sit spiritualis tantùm, vt dictum est.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd dubium determinatur ex hoc quòd alter non comparet tempore statuto ad matrimonium consciendum. Vnde si ex parte eius non defuit, quin matrimonium cõpleret, potest licitè alteri nubere sine peccato aliquo. Si autem per eam stetit quòd matrimonium non est completum, debet agere pœnitentiam de peccato fractæ promissionis, aut iuramenti, si iuramentum interuenit, & contrahere cum alia, si vult, iudicio Ecclesiæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd si ante contractũ matrimoniũ aliquam grauem infirmitatem incurrat alter eorũ, inter quos sunt contracta sponsalia, quæ ipsum debiliter nimis, aut eum deformet, vt abscisio nasi, vel orbitas oculorum, aut aliquid huiusmodi: aut quæ sunt contra bonum prolis, vt pote lepra, quæ solet prolem inficere, possunt sponsalia dirimere, ne sibi inuicem displiceant, cùm matrimonium sit contractũ, malum exitum sortiatur: nec pro pœna punitur aliquis, sed ex pœna damnum reportat, quod non est inconueniens.

¶Ad quartum dicendum, quòd si sponsus cognouit cõsanguineam sponsæ, vel e contrà, tunc dirimi debent sponsalia: & ad hoc probandum sola fama sufficit propter scandalum vitandum: causæ enim quæ in futurum expectant effectus suos, impediuntur à suis effectibus, nõ solùm ex eo quod est, sed ex eo quod futurum est. Vnde sicut affinitas si esset tempore contractus sponsalium impediuisset contractum illum, ita si interueniat ante matrimonium, quod est effectus quidam sponsalium prior contractus ab effectu suo impeditur: nec in hoc aliquid detrahitur alteri, imò ei confertur, quia absoluitur ab eo qui per fornicationem se Deo odiosum reddit.

¶Ad quintum dicendum, quòd quidam non recipiunt istum casum, sed contra eos est Decre. quæ expresse dicit: Ad instar, inquit, eorum qui societatem fidei contrahunt, & postea eandem remittunt potest in patiẽtia tolerari, si mutuo se absoluũt qui sponsalia contraxerunt. Sed ad hoc dicunt quòd Ecclesia magis hoc sustinet ne peius eueniat, quã hoc fit de iure, sed hoc non videtur exemplo conuenire quòd Decre. adducit. Et ideò dicendum, quòd non semper est leuitatis retractare quæ priùs firmata sunt, quia incertæ sunt prouidentiæ nostræ: vt dicitur in lib. Sapientiæ.

¶Ad sextum dixerunt, quòd quamuis non dederint sibi mutuo potestatem corporis sponsalia contrahentes, tamẽ ex hoc est, iciuntur sibi inuicem suspecti de non seruanda fide in futurum: & ideò potest sibi præcauere vnus contra alium, sponsalia dirimendo.

¶Ad septimum dicẽdum, quòd ratio illa teneret si esset vnius rationis vterque contractus: sed secũdus contractus matrimonij est fortior primo, & ideò soluit ipsum.

¶Ad octauum dicendum, quòd quamuis nõ fuerint vera sponsalia, tamen fuit ibi quidam modus sponsalium: & ideò ne videatur approbare, ad annos legitimos veniens debet petere solutionem sponsalium iudicio Ecclesiæ faciendam, propter bonum exemplum.

QVAESTIO QVADRAGESIMAQVARTA.

De matrimonij definitione, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de ratione matrimonij. Circa quod quæruntur tria.

¶Primò, vtrùm matrimonium sit in genere coniunctionis.

¶Secundò, vtrùm conuenienter nominetur.

¶Tertio, vtrum conuenienter definiatur.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm matrimonium sit in genere coniunctionis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd matrimonium non sit in genere coniunctionis. Quia vinculum quo aliqua ligantur, differunt à coniunctione ipsa sicut causa ab effectu: sed matrimonium est vinculum quoddam, quo iuncti matrimonio ligantur. ergo non est in genere coniunctionis. *Tho. 4. d. 27. q. 1. ar. 1. q. 1. & seq.*

¶Præterea, Omne sacramentum est sensibile: sed nulla relatio est accidens sensibile. ergo matrimonium cùm sit sacramentũ, nõ erit in genere relationis, & ita nec in genere coniũctionis.

¶Præterea, Coniunctio est relatio æquiparentiæ sicut æqualitas: sed non est vna numero æqualitatis relatio in vtroque extremorum: vt Aui. dicit. ergo nec vna coniunctio: & sic si matrimonium est in genere coniunctionis, non est vnum tantùm matrimonium inter duos coniuges.

¶SED CONTRA, Relatio est secundũ quòd aliqua adinuicem referuntur: dicitur enim maritus vir vxoris, & vxor mariti vxor. ergo matrimoniũ est in genere relationis, nec est aliud quàm coniunctio.

¶Præterea, Vnio duorum ad aliquid vnum non fit nisi secundum coniunctionem: hoc autem fit per matrimonium, vt Gen. 1. Erunt duo in carne vna. ergo matrimonium est in genere cõiunctionis.

CONCLVSIO.

¶Matrimonium coniunctio quædam est viri & vxoris ad vnam cognationem, & prolis educationem, & vitam domesticam.

¶RESPONDEO dicendum, quòd coniunctio adunationem importat: vnde vbicunque est adunatio aliquorum, ibi est aliqua coniunctio. Ea autem quæ ordinantur ad aliquid vnum, dicuntur in ordine ad illud adunari: sicut multi homines adunantur ad vnam militiam vel negotiationem exequendam, ex qua dicuntur commilitones adinuicem, vel socij negotiationis: & ideò cùm per matrimonium ordinentur aliqui ad vnam cognationem & educationem prolis, & iterum ad vnam vitam domesticam, constat quòd in matrimonio est aliqua coniunctio, secundum quam dicitur maritus & vxor: & talis coniunctio ex hoc quòd ordinatur ad aliquod vnum, est matrimonium: coniunctio autem corporum vel animorum ad matrimonium consequitur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd matrimonium est vinculum, quo ligantur formaliter, non effectiuè: ideò non oportet quòd sit aliud à coniunctione.

¶Ad secundum dicendum, quòd quamuis ipsa relatio non sit sensibile accidens, tamen causæ eius possunt esse sensibiles, nec in sacramento requiritur quòd sit sensibile illud quod est res & sacramentum. Hoc enim modo se habet in hoc sacramento prædicta coniunctio: sed verba exprimentia consensum sunt sacramentum tantum, & causa prædictæ coniunctionis sunt sensibilia.

¶Ad tertium dicendum, quòd relatio fundatur in aliquo sicut in causa, vt similitudo in qualitate: in aliquo sicut in subiecto, vt in ipsis similibus. & ex vtraque parte potest attendi vnitas & diuersitas ipsius: quia ergo in similitudine non est eadem qualitas numero, sed specie in vtroque simili, & iterũ subiecta similitudinis sunt duo numero & similiter de æqualitate): & ideò æqualitas & similitudo omnibus modis est alia in vtroque similium, & æqualium: sed relatio quæ est matrimonium ex vna parte, habet vnitatem in vtroque extremorum, scilicet ex parte causæ, quia ad eandem numero generationem ordinatur: sed ex parte subiecti habet diuersitatem secundum numerum: & ideò hæc relatio est vna & multiplex ex parte sub-

Universidad de Deusto
Biblioteca

iecti,& secundum q̃ est multiplex ex parte subiecti, significatur his nominibus vxor & maritus:secundum autem q̃ est vnat significatur hoc nomine matrimonij.

ARTICVL. II.

¶ Vtrùm matrimonium congruè nominetur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ matrimonium incongruè nominetur,quia denominatio debet fieri à digniori.Sed pater dignior est matre:ergo magis debet denominari à patre,quàm à matre coniunctio vtriusque.

¶Præterea.Res debet denominari ab eo quod est de essentia sua:quia ratio quam significat nomen,est definitio , vt dicitur in 4.Metaph.sed nuptiæ non sunt de essentia matrimonij,ergo non debet matrimonium nuptiæ appellari.

¶Præterea.Species nõ potest proprio nomine nominari ab eo quod est generis:sed coniunctio est genus ad matrimonium:ergo non potest propriè coniugium nominari.

¶SED IN CONTRARIVM est communis vsus loquentium.

CONCLVSIO.

¶ Matrimonium congruè dicitur Matrimonium, Nuptiæ, ac Coniugium,sed diuersis rationibus.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ in matrimonio est tria considerare.Primò,essentiam ipsius quæ est coniunctio,& secundum hoc vocatur cõiugium.Secundò,causam eius,quæ est desponsatio,& secundum hoc vocantur nuptiæ à nubo,quia in ipsa solennitate desponsationis qua matrimonium perficitur, capita nubentium velantur.Tertio:effectum,qui est proles , & dicitur sic matrimonium (vt Augu.dicit contra Faustũ) ob hoc q̃ mulier non debet ob aliud nubere,nisi vt sit mater . Potest autem matrimonium quasi matris munium,id est,officium dicitur quia fœminis incumbit maximè educandæ prolis officium: vel dicitur matrimonium quasi matrem muniens,quia iam habet quo defendatur & muniatur,scilicet viro,vel dicitur matrimonium quasi matrem monens , ne virum relinquat, alteri adhærens,vel dicitur matrimonium quasi materia vnius , quia in eo fit coniunctio ad vnam prolem materialiter inducẽdam, vt dicatur matrimonium à monos & materia : vel dicitur matrimonium,vt Isido.dicit,à matre & nato,quia per matrimonium efficitur aliqua mater nati.

¶AD PRIMVM ergo dicendum:quòd quamuis pater sit dignior quã mater,tamẽ circa prolem mater magis est officiosa quàm pater:vel ideò quia mulier ad hoc principaliter facta est vt sit homini in adiutorium prolis , non autem vir propter hoc factus est,vnde magis pertinet ad rationem matrimonij mater quàm pater.

¶Ad secundum dicendum,q̃ aliquando essentialia cognoscũtur per accidentalia:& ideò etiam per accidentalia aliqua nominari possunt:cùm nomen detur causa rei in oteſcendæ.

¶Ad tertium dicẽdum,q̃ aliquando species nominatur ab eo quod est generis propter imperfectionem speciei, quando scilicet completè habet generis rationem,nec tamen aliquid addit quod ad dignitatem pertineat,sicut propriũ accidẽtale retinet nomen proprij communis:aliquando autem propter perfectionem quando in vna specie completè inuenitur ratio generis,& non materia alia:sicut animal denominatur ab anima quæ cõpetit animato corpori quod est genus animalis,sed animatio non inuenitur perfectè in animatis,quæ nõ sunt animalia:& similiter est in proposito,quia coniunctio viri ad mulierem per matrimonium est maxima, cùm sit animarum & corporum,ideò coniugium nominatur.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm matrimonium conuenienter definiatur.

AD TERTIVM sic proceditur . Videtur quòd inconuenienter definiatur in litera. Quia in mariti definitiõe oportet quòd matrimonium ponatur,quia maritus est:qui est mulieri iunctus matrimonio:sed maritalis coniunctio ponitur in definitione matrimonij,ergo videtur quòd sit circulatio in definitionibus istis.

¶Præterea.Per matrimonium sicut efficitur vir maritus mulieris,ita vxor viri mulier,ergo non debet magis dici coniunctio maritalis,quàm vxoria.

¶Præterea,Consuetudo ad genus moris pertinet,sed frequenter matrimonio iuncti fiunt valdè moribus diuersi:ergo nõ debet poni in definitione matrimonij,individuam vitæ consuetudinem retinens.

¶Præterea.Inueniuntur aliæ definitiones de matrimonio datę. Quia secundum Hugo.matrimonium est duarum idonearum personarum legitimus de coniunctione consensus , secundum quosdam: aut matrimonium est cõsortium communis vitæ & communicatio diuini & humani iuris.Et quæritur qualiter hę definitiones differant.

CONCLVSIO.

¶Matrimonium est quædam indissolubilis maritalis coniunctio inter legitimas personas,individuam vitæ consuetudinem retinens.

¶RESPONDEO dicendum,q̃ sicut dictum est, in matrimonio tria considerantur, scilicet causa ipsius:& essentia eius, & effectus:& secundum hoc tres definitiones inueniuntur de matrimonio datæ.Nã definitio Hug.tangit causam,scilicet cõsensum,& per se non est.Definitio autem in litera posita tangit essentiam matrimonij,scilicet coniunctionem,& addit determinatũ subiectum in hoc q̃ dicit inter legitimas personas, ponit etiam differentiam contrahentem ad speciem in hoc q̃ dicit maritalis:quia cùm matrimonium sit coniunctio in ordine ad aliquid vnum , talis coniunctio in speciem trahitur per illud ad quod ordinatur,& hoc est id quod ad maritũ pertinet: ponit etiam virtutem huius coniunctionis , quia indissolubilis est:in quòd dicit individuam,&c.Sed alia definitio tangit effectum ad quem ordinatur matrimonium , scilicet,vita communis in rebus domesticis , & quia communis communicatio aliqua lege ordinatur , ideò ponitur ordinatiuum istius communionis,scilicet ius diuinum & humanum, aliæ autem communicationes, vt negotiarum & militantium solo iure humano institutæ sunt.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,q̃ aliquando priora ex quibus debet dari definitio,non sunt nomina : & ideò in definitione aliquorũ ponuntur aliqua posteriora simpliciter quæ sunt priora quo ad nos,sicut in definitione qualitatis ponitur quale à Philosopho,cũ dicit. Qualitas est secundũ quã quales esse dicimur:ita etiã hic in definitione matrimonij ponitur maritalis,vt sit sensus:q̃ matrimoniũ est coniunctio ad ea quæ mariti officium requirit,quæ non poterant vno nomine exprimi.

¶ Ad secundum dicendum , q̃ per hanc differentiam tangitur finis cõiunctionis,vt dictum est:& quia vt dicit Apostolus,Vir nõ est propter mulierem, sed mulier propter virum: ideo hæc differentia potius debet sumi à viro quàm à muliere.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut vita ciuilis non importat actum singularem huius vel illius, sed ea quæ ad communicationem ciuilem pertinent,ita vita cõiugalis nihil aliud est quã conuersatio ad cõmunicationem talem pertinẽs. & ideò quantum ad hanc vitam semper consuetudo est individua, quamuis sit diuisa quantum ad actus singulares vtriusque.

¶Ad quartum patet solutio ex dictis.

QVAESTIO QVADRAGESIMAQVINTA DE *consensu matrimonij, in quinque articulos diuisa.*

CONSEQVENTER considerandũ est de consensu. Vbi primò agendum est de consensu secundum se considerato. Secundò , de consensu iuramento vel carnali copula firmato. Tertiò,de consensu coacto & cõditionato . Quartò,de obiecto consensus. Circa primum quæruntur quinque.

¶Primò,vtrùm consensus sit causa efficiens matrimonij.

¶Secundò,vtrùm consensum oporteat per verba exprimi.

¶ Tertiò, vtrùm consensus expressus per verba de futuro faciat matrimonium.

¶Quartò,vtrũ consensus per verba expressus, si desit interior consensus,exterius faciat verum matrimonium.

¶Quintò,vtrùm cõsensus in occulto factus per verba de præsenti faciat matrimonium.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm consensus sit causa efficiens matrimonij. *Infra eod. art. 2. & 3. & 1. Cor. 7.*

AD PRIMVM sic proceditur.Videtur quòd consensus nõ sit causa efficiens matrimonij . Sacramenta enim non sunt à voluntate humana,sed ab institutione diuina:sed cõsensus ad voluntatem pertinet:ergo non est causa matrimonij, sicut nec aliorum sacramentorum.

¶Præterea,Idem non est causa sui ipsius:sed matrimonium nihil aliud videtur esse, quàm consensus quia cõsensus ipse significat coniunctionem Christi ad Ecclesiam : ergo consensus nõ est causa matrimonij.

¶Præterea, Vnius debet esse vna causa : sed matrimonium inter duos est vnum, vt dictũ est:consensus autem duorũ sunt diuersi,quia diuersorum sunt & in diuersa:ab vna enim parte est consensus in virum,ex alia in vxorem: ergo mutuus consensus non est causa matrimonij.

¶SED CONTRA est quod Chrysostomus dicit,Matrimonium non facit coitus,sed voluntas.

¶Præterea,Vnus non accipit potestatem in eo quod est liberè alterius nisi per eius consensum:sed per matrimonium accipit vterque coniugũ potestatẽ in corpus alterius: vt patet 1. Cor. 7.Cùm priùs vterque liberam potestatem sui corporis haberet.ergo consensus facit matrimonium.

CONCLV-

CONCLVSIO.

¶Matrimonialem coniunctionem non nisi aliquo viri & mulieris consensu fieri certum est.

¶RESPONDEO dicendum,quòd in omnibus sacramẽtis est aliqua spiritualis operatio mediante operatione quæ eam significat,sicut per ablutionẽ corporalem in baptismo fit ablutio interior spiritualis : vnde cùm in matrimonio sit quædam spiritualis coniunctio,inquantùm matrimonium est sacramentum,& aliqua materialis,secundum quòd est in officium naturæ & ciuilis vitæ,oportet quòd mediante materiali fiat spiritualis virtute diuina:vnde cùm coniunctiones materialium cõtractuum fiant per mutuum consensum,oportet quòd hoc modo etiam fiat matrimonialis coniunctio.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,quòd sacramentorum prima causa est diuina virtus,quæ in eis operatur salutem : sed causæ secundæ sicut instrumentales sunt materiales operationes ex diuina institutione habentes efficaciam , & sic cõsensus in matrimonio est causa.

¶Ad secundum dicendum, quòd matrimonium non est ipse consensus,sed quædam vnio ordinatorum ad vnum,vt dictum est,quam consensus facit:nec consensus propriè loquendo cõiunctionem Christi ad Ecclesiam significat,sed voluntatẽ eius: qua factum est,vt Ecclesiæ coniungeretur.

¶Ad tertium dicendum:q̃ sicut matrimoniũ est vnum ex parte eius in quod fit coniunctio:quãnis sit multiplex ex parte cõiunctorum,ita etiam consensus est vnus ex parte eius in quod consentitur,scilicet prædictæ coniunctionis , quamuis multiplex ex parte consentientium:nec est directè consensus in virum,sed in coniunctione ad virum ex parte vxoris:& similiter ex parte viri consensus in coniunctionem ad vxorem.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm oporteat consensum per verba de præsenti exprimi.

AD SECVNDVM sic proceditur.Videtur quòd nõ oportet consensum per verba de præsenti exprimi, quia sicut per matrimonium redigitur homo in potestatem alterius,ita per votum: sed votum obligat quo ad Deum etiam si nõ exprimatur verbis:ergo & cõsensus facit matrimonij obligationem etiam sine expresione verborum.

¶Præterea,Matrimoniũ potest esse inter aliquos qui suum consensum sibi mutuò verbis exprimere nõ possunt , quia vel sunt muti vel diuersarum linguarum:ergo expressio consensus per verba non requiritur ad matrimonium.

¶Præterea, Si omittatur illud quod est de necessitate sacramẽti quacunque ex causa,non est sacramentum:sed in aliquo casu est matrimonium sine expresione verborum,sicut quando puella tacet præ verecundia parentibus eam viro tradentibus:ergo expressio verborum non est de necessitate matrimonij.

¶SED CONTRA Matrimonium est sacramentum quoddam:sed in omni sacramento requiritur aliquod sensibile signum.ergo & in matrimonio,& ita oportet ibi esse saltem verba exprimentia consensum sensibiliter.

¶Præterea,In matrimonio fit contractus inter virum & mulierem:sed in quolibet contractu oportet esse expresionem verborum,quibus se inuicem homines obligent:ergo & in matrimonio oportet esse consensum per verba expressum.

CONCLVSIO.

¶Consensum,quo matrimonialis viri & mulieris coniunctio fit,verbis exprimi oportet.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut ex dictis patet) coniunctio matrimonialis fit ad modũ obligationis in contractibus materialibus:& quia materiales contractus non possunt fieri nisi sibi inuicem voluntatem suam verbis promant qui contrahunt:ideò etiam oportet quòd consensus matrimonium faciens verbis exprimatur,vt expresio verborum se habeat ad matrimonium sicut ablutio exterior ad Baptismum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in voto non est aliqua sacramentalis obligatio,sed spiritualis tantùm: & ideò non oportet quòd fiat ad modum materialium contractuum ad hoc quòd obliget,sicut est de matrimonio.

¶Ad secundum dicẽdum,quòd quamuis non possint vota sua mutuò verbis tales exprimere,possunt tamen exprimere nutibus,& tales nutus pro verbis computantur.

¶Ad tertium dicendum,sicut dicit Hug. de sancto Victo. eos qui coniunguntur,sic oportet consentire vt inuicem se sponte & recipiant,quod iudicatur fieri si in desponsatione non contradicant:vnde verba parentum computantur in casu illo , ac si essent puellæ:sunt enim sufficiens signum quòd sunt eius, ex quo non contradicit.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm cõsensus expressus per verba de futuro faciat matrimonium.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd consensus expressus per verba de futuro matrimoniũ faciat: quia sicut se habet præsens ad præsens,ita futurum ad futurum: sed consensus per verba de præsenti expressus facit matrimoniũ in præsenti:ergo consensus expressus per verba de futuro facit matrimonium in futuro.

¶Præterea.Sicut in matrimonio fit quædam obligatio per verba exprimentia consensum , ita & in aliis ciuilibus contractibus:sed in aliis contractibus non differt vtrum per verba de præsenti vel de futuro obligatio fiat: ergo nec in matrimonio differt.

¶Præterea.Per votum religionis homo contrahit matrimonium spirituale:sed votum religionis fit per verba de futuro & obligat:ergo & similiter potest fieri matrimonium per verba de futuro.

¶SED CONTRA est,quia ille qui consentit in aliquã per verba de futuro,& postea cum alia per verba de præsenti, secundum iura debet habere secundam vxorem : sed hoc non esset si consensus per verba de futuro faceret matrimonium, quia ex quo initiatum est matrimonium cum vna , ea viuente non potest contrahi cum alia.ergo consensus per verba de futuro non facit matrimonium.

¶Præterea,Qui promittit aliquid se facturum , nondum facit illud:sed qui consentit per verba de futuro, promittit se cum aliqua contracturum matrimonium. ergo non contrahit adhuc cum illa.

CONCLVSIO.

¶ Consensus per verba de futuro expressus non facit matrimonium sed sponsalia.

¶RESPONDEO dicendum,quòd causæ sacramentales signando efficiunt : vnde hoc efficiunt quod signant, quia cùm aliquis consensum suũ per verba de futuro exprimit, & non signat se facere matrimonium,sed promittit se facturum: ideò talis expresio consensus non facit matrimonium , sed sponsionem eius,quæ sponsalia nominantur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cùm consensus exprimitur per verba de præsenti, verba sunt præsentia, & in præsens consentitur pro eodem tempore:sed quando cõsensus sit per verba de futuro,verba sunt præsentia, sed cõsentitur in futurum:& ideò non pro eodem tempore , & propter hoc nõ est simile.

¶Ad secundum dicendum, quòd etiam in aliis contractibus qui verbis futuris vtitur , non transfert potestatem rei suæ in alterum:vt si dicat,Dabo tibi:sed solùm quando verbis præsentibus vtitur.

¶Ad tertium dicendum,quòd in voto professionis actus spiritualis matrimonij per verba de futuro exprimitur : scilicet obedientia vel obseruantia regulæ,& non ipsum matrimonium spirituale:si autem spirituale matrimonium in futurum vouetur,non est votum spirituale,quia nondum ex hoc aliquis est monachus,sed se futurum monachum pollicetur.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm consensus expressus per verba , si desit interior consensus, faciat matrimonium.

AD QVARTVM sic proceditur.Videtur quòd consensus expresio etiã per verba,si desit interior consensus, faciat matrimoniũ:quia fraus & dolus nemini patrocinari debet secundũ iura:sed ille qui verbis exprimit consensum, quẽ in corde non habet,dolum committit.ergo non debet sibi patrocinari,vt ab obligatione matrimonij liber reddatur.

¶Præterea,Consensus mentalis alterius non potest esse alicui notus, nisi quatenus per verba exprimitur : si ergo expresio verborum nõ sufficit,sed cõsensus interior requiritur in vtroque coniugũ,tunc neuter poterit scire de altero an sit ei verus cõiunx,& ita erit fornicator quãdocũq; matrimonio vtetur.

¶Præterea, Si aliquis probatur per verba de præsenti in aliquam consensisse,cogitur per excommunicationis sententiam, vt eam habeat in vxorem,quamuis dicat consensum mẽtalem defuisse etiam si postea cum alia contraxerit consensu mentali verbis expresso:sed hoc non esset si requireretur consensus mentalis ad matrimonium. ergo non requiritur.

¶SED CONTRA est quod Innocen . 3 . dicit in Decret. quadam in casu isto loquens, Sine consensu nequeunt cætera fœdus perficere coniugale.

¶Præterea,Intentio requiritur in omnibus sacramẽtis:sed ille qui corde non consentit,non habet intentionem matrimonij contrahendi.ergo non fit matrimonium.

CONCLVSIO.

¶Consensus exterioribus verbis expressus absque interiori consensu nullum matrimonium facit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ sicut se habet ablutio exterior ad baptismũ, ita se habet expressio verborũ ad hoc sacramentũ, vt dictũ est, vnde sicut si aliquis ablutionẽ exteriorẽ re, iperet non intẽdens recipere sacramentũ, sed ludũ & dolum facere, non esset baptizatus: ita expressio verborum sine interiori cõsensu matrimonium non facit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ ibi sunt duo, scilicet defectus consensus, qui sibi patrocinatur in foro conscientiæ, vt non astringatur vinculo matrimonij, quãuis non in foro Ecclesiæ, in quo iudicatur secundum allegata, & dolus verborum, & hoc non patrocinatur nec in foro pœnitentiæ, nec in foro Ecclesiæ, quia in vtroque pro hoc punitur.

¶Ad secundum dicendum, q̃ si desit consensus mentalis ex parte vniusex neutra parte est matrimonium, quia matrimonium consistit in mutua coniunctione, vt dictum est: tamen probabiliter potest credi dolus non esse, nisi signa euidẽtia doli appareant: quia de quolibet præsumẽdum est bonum nisi probetur contrarium, vnde ille, ex cuius parte dolus non est, à peccato excusatur per ignorantiam.

¶Ad tertium dicendum, quòd in tali casu Ecclesia compellit eum ad standum cum prima vxore, quia secundum ea iudicat quæ foris apparent, nec decipitur in iustitia, quamuis decipiatur in facto: quia ille debet priùs excommunicationem sustinere, quàm ad primam vxorem accedat, vel debet in alias regiones remotius fugere.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm consensus in occulto factus per verba de præsenti faciat matrimonium.

ADQVINTVM sic proceditur. Videtur quòd consensus in occulto factus per verba de præsenti non faciat matrimonium: res enim in potestate alterius existens nõ transfertur in potestatem alterius nisi consentiente illo, in cuius potestate erat: sed puella erat in potestate patris: ergo non potest per matrimonium transire in potestatem viri, nisi patre cõsentiente, & ita si fiat in occulto cõsensus etiam per verba de præsenti expressus, non erit matrimonium. *Tho. 4. dist. 28. q. vnica. artic. 3.*

¶Præterea. Sicut in matrimonio est actus noster quasi de essentia sacramenti, ita etiam in pœnitentia: sed sacramentum pœnitentiæ non perficitur nisi mediantibus Ecclesiæ ministris, qui sunt sacramentorum dispensatores, ergo nec matrimoniũ perfici potest in occulto absque sacerdotali benedictione.

¶Præterea. Baptismus qui potest in occulto & in aperto fieri, non prohibetur ab Ecclesia fieri in occulto, sed Ecclesia prohibet clandestina fieri matrimonia, ergo non possunt fieri in occulto.

¶Præterea. Inter eos qui in secundo gradu sibi attinent, matrimonium contrahi non potest, quia Ecclesia prohibuit: sed similiter Ecclesia prohibuit clandestina matrimonia, ergo nõ possunt esse vera matrimonia.

¶SED CONTRA. Posita causa, ponitur effectus, sed causa sufficiens matrimonij est consensus per verba de præsenti expressus: ergo siue fiat in publico, siue in occulto, matrimonium sequetur.

¶Præterea, Vbi est debita materia & debita forma, ibi est sacramentum: sed in occulto matrimonio seruatur debita forma, quia sunt ibi verba de præsenti consensum exprimentia: & debita materia, quia sunt legitimæ personæ ad contrahendum: ergo est ibi verum matrimonium.

CONCLVSIO.

¶Consensus in occulto factus, quamquam malus & iure prohibitus, matrimonium tamen facit, si fiat inter legitimas personas.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut in alijs sacramentis, quædam sunt de essentia sacramenti: quibus omissis nõ est sacramentum: quædam autem ad solennitatem sacramenti pertinent, quibus omissis verum perficitur sacramentum, quamuis peccet qui omittit: ita etiam consensus expressus per verba de præsenti inter personas legitimas ad contrahendum matrimonium facit, quia hæc duo sunt de essentia sacramenti: alia autẽ omnia sunt de solennitate sacramenti, quia ad hoc adhibentur vt matrimonium conuenientiùs fiat: vnde si omittantur, verũ est matrimonium, quamuis peccent sic contrahentes, nisi per aliquam legitimam causan excusentur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd puella non est in potestate patris quasi ancilla, vt sui corporis potestatem non habeat, sed quasi filia ad educandum: & ideò secundum hoc q̃ libera est, potest se in potestatem alterius absque cõsensu patris dare, sicut etiam potest aliquis vel aliqua intrare religionẽ absque consensu parentum, cùm sit persona libera.

¶Ad secundum dicendum, quòd actus noster in pœnitentia quamuis sit de essentia sacramenti, non est sufficiens ad indu-

cendum proximum effectum, scilicet absolutionẽ à peccatis: & ideò oportet quòd ad perfectionem sacramẽti interueniat actus sacerdotis: sed in matrimonio actus nostri sunt causa sufficiens ad inducendum proximum effectum, qui est obligatio, quia quicunque est sui iuris, potest se alteri obligare: & ideò sacerdotis benedictio non requiritur in matrimonio quasi de essentia sacramenti.

¶Ad tertium dicẽdum, quòd etiam prohibitum est, q̃ quòd Baptismum nullus accipiat nisi à sacerdote, nisi in articulo necessitatis: matrimonium autem non est sacramentum necessitatis: & ideò non est similis ratio, prohibentur autem clandestina matrimonia propter pericula, quæ inde euenire solẽt: quia frequenter in talibus est aliqua fraus ex altera parte, frequenter etiam ad alia cõiugia transeunt, dum pœnitent de his quæ subitò facta sunt, & multa alia mala inde accidunt, & speciem turpitudinis præter hoc habent.

¶Ad quartum dicendum, quòd non sunt prohibita clandestina matrimonia quasi contra essentialia matrimonij existentia, sicut sunt prohibita matrimonia illegitimarum personarum, quæ sunt materia indebita huic sacramento: & ideò non est simile.

QVAESTIO QVADRAGESIMASEXTA, DE *consensu, cui aduenit iuramentum vel copula carnalis, in duos articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de consensu cui aduenit iuramẽtum, vel copula carnalis. Circa quod quæruntur duo.

¶Primò, vtrũ iuramentum adiunctum cõsensui per verba de futuro expresso faciat matrimoniũ.

¶Secundò, vtrùm copula carnalis eidem consensui aduenies faciat matrimonium.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm iuramentum adiunctum consensui per verba de futuro expresso faciat matrimonium. *Tho. 4. Distinct. 29. q. vnic. artic. 1. & 2.*

ADPRIMVM sic proceditur. Videtur quòd iuramentum adiunctum cõsensui per verba de futuro expresso faciat matrimonium. Nullus enim potest se obligare, vt faciat cõtra ius diuinum: sed implere iuramentum est de iure diuino, vt patet Matth. 5. Reddes autem domino vota tua: ergo per nullã obligationem sequentem potest euenire quòd homo non debeat tenere iuramentum priùs factum. Si ergo post consensum in aliquã per verba de futuro iuramento firmatũ aliquis alteri se obligat per verba de præsenti, videtur q̃ nihilominus debeat iuramentum primum seruare: sed hoc non esset nisi iuramento illo esset matrimonium: illud perfectum: ergo iuramentum adiunctum cõsensui per verba de futuro facit matrimonium.

¶Præterea, Veritas diuina fortior est quàm veritas humana: sed per iuramentum veritate diuina firmatur aliquid: cùm ergo verba exprimentia consensum de præsenti, in quibus est so laveritas humana, matrimoniũ perficiant, videtur quòd multò ampliùs id efficere possint verba de futuro iuramẽto firmata.

¶Præterea, Secundum Apostolum Heb. 6. Omnis controuersiæ finis est iuramentum. ergo in iudicio saltem plus standum est iuramento quàm simplici verbo. si ergo aliquis simplici verbo consentiat in aliquam per verba de præsenti postquàm consenserit in aliquam cum iuramẽto per verba de futuro, videtur quòd iudicio Eccesiæ debeat compelli stare cum prima, & non cum secunda.

¶Præterea, Verba de futuro simpliciter prolata faciunt sponsalia: sed iuramentum ibi aliquid operatur: ergo facit plus quã sponsalia, sed vltra spõsalia non est nisi matrimonium: ergo faciunt matrimonium.

¶SED CONTRA, Quod futurum est, non est: sed iuramentum additum non facit quin verba de futuro significent consensum de futuro: ergo adhuc matrimonium non est.

¶Præterea, Postquàm perfectum est matrimonium, non oportet quòd alius cõsensus interueniat ad matrimonium: sed post iuramentum aduenit alius consensus, qui matrimonium facit, alias frustrà iuraretur illud esse futurum: ergo non facit matrimonium.

CONCLVSIO.

¶Cõsensus per verba de futuro expressus, nullum efficit matrimonium, etsi sit aliquo iuramento firmatus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd iuramẽtum adhibetur ad confirmationem dictorum: vnde illud tantùm cõfirmat quod in dictis significatur, nec significatum mutat: ideò cùm verba de futuro ex ipsa sui significatione habeant quòd matrimonium non faciãt, quia quod futurum promittitur, nondum fit: etiam si iuramẽtum adueniat, nondum est matrimonium factum sicut Magister in litera dicit.

¶AD PRI-

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd implere iuramẽtum est licitum: vnde si aliqua obligatio sequens iuramentum, faciat illud illicitum cùm priùs fuisset licitum, non derogat iuri diuino qui iuramentum priùs factum non seruat, & ita est intelligendum: illicitè enim iurat qui illicitè promittit, promissio autem de alieno est illicita: vnde consensus sequens per verba de præsenti quo quis transfert dominiũ sui corporis in aliã facit precedens iuramentũ esse illicitũ, quod priùs licitum erat.

¶Ad secundum dicendum, quòd veritas diuina efficacissima est ad firmandum illud, cui adhibetur.

¶Vnde patet solutio ad tertium.

¶Ad quartum dicendum, quòd iuramentum aliquid operatur non nouam obligationem faciens, sed factam cõfirmans: & sic grauiùs peccat qui eam violat.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm carnalis copula post verba de futuro consensum exprimentia faciat matrimonium.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ carnalis copula post verba de futuro consensum exprimẽtia faciat matrimonium, quia maius est consentire facto, quàm verbo: sed ille qui carnaliter commiscetur, cõsentit promissioni quã priùs fecit: ergo videtur quòd multò magis per hoc fiat matrimonium, quàm si solis verbis de præsenti consensus fieret.

¶Præterea, Consensus non solùm expressus, sed etiã interpretatiuus facit matrimonium, sed nulla potest esse maior interpretatio consensus, quàm carnalis copula: ergo perficitur matrimonium per hoc.

¶Præterea, Omnis coniunctio carnalis præter matrimonium facta est peccatum: sed mulier non videtur peccare admittens sponsum ad carnalem copulam: ergo per hoc fit matrimoniũ.

¶Præterea, Non remittitur peccatum nisi restituatur ablatum: sed aliquis non potest mulieri quàm defloravit sub specie matrimonij, restituere ablatum nisi eam coniugio ducat. ergo videtur quòd si etiam post carnalem copulam cum alia contraxerit per verba de præsenti, quòd teneatur ad primam redire: quod non esset nisi inter eos esset matrimonium. ergo carnalis copula post consensum de futuro, facit matrimonium.

¶SED CONTRA est quod dicit Nicol. Papa, Si consensus in nuptijs defuerit, etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur.

¶Præterea, Quod consequitur ad aliquid, non facit ipsum: sed carnalis copula sequitur ipsum matrimonium, sicut effectus causam: ergo non potest facere matrimonium.

CONCLVSIO.

¶Carnalis copula in foro conscientiæ, quamuis post sponsalia matrimonia nõ perficiat, in Ecclesiæ tamẽ foro matrimonium esse facere iudicatur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd de matrimonio possumus loqui dupliciter. Vno modo quantùm ad forum conscientiæ, & sic in rei veritate carnalis copula non habet quòd perficiat matrimonium, cuius sponsalia præcesserunt per verba de futuro, si consensus interior desit: quia verba de præsenti etiam consensum exprimentia, si consensus mentalis deesset, non facerent matrimonium. Alio modo quãtùm ad iudicium Ecclesiæ, & quia in exteriori iudicio secundũ ea, quæ foris patent iudicatur, cùm nihil possit expressiùs significare consensum, quàm carnalis copula secundum iudicium Ecclesiæ carnalis copula consequens sponsalia matrimonium facere iudicatur, nisi aliqua signa expresse doli vel fraudis appareant.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ille qui carnaliter commiscetur, facto consentit in carnalem copulam, secundum rei veritatem: sed in matrimonium non consentit ex hoc ipso, nisi secundum interpretationem iuris.

¶Ad secundum dicendum, quòd interpretatio illa non mutat rei veritatem, sed iudicium quod de rebus exterioribus fit.

¶Ad tertium dicendum, quòd si sponsa sponsum admittens, credat eum velle matrimonium cõsummare, excusatur à peccato, nisi aliqua signa expressa fraudis appareant: sicut si sunt multùm distantis conditionis, vel quantùm ad nobilitatem, vel quantùm ad fortunam, vel aliud signum euidens appareat: sed tamen sponsus peccat & fornicando, & quod plus est fraude quam facit.

¶Ad quartum dicendum, quòd in tali casu sponsus antequam aliam cognouerit, tenetur eam ducere in vxorem si sint æquales conditionis, vel si sponsa sit melioris conditionis: sed si aliã duxerit, factus est iam impotens ad soluendum illud, ad quod tenebatur: & ideò sufficit si ei de nuptijs prouideat, & ad hoc etiam non tenetur, vt quidam dicunt, si sponsus sit multò melioris conditionis, aut aliquod signum fraudis euidens fuerit: quia præsumi probabiliter potest, quòd sponsa non fuerit decepta, sed decipi finxerit.

QVAESTIO QVADRAGESIMA *septima. De consensu coacto, in sex articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de consensu coacto & conditionato. Circa quod quæruntur sex.

¶Primò, vtrùm aliquis consensus possit esse coactus.

¶Secundò, vtrùm aliqua coactio cadat in constantem virum.

¶Tertiò, vtrùm consensus coactus faciat matrimoniũ.

¶Quartò, vtrùm cõsensus coactus faciat matrimonium ex parte cogentis.

¶Quintò, vtrùm consensus conditionatus matrimonium faciat.

¶Sextò, vtrùm aliquis possit cogi à patre ad matrimonium cõtrahendum.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm aliquis consensus possit esse coactus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd nullus cõsensus possit esse coactus: coactio enim in libero arbitrio cadere non potest secundum aliquem statum eius: vt in secundo libr. Dionys. dictum est: sed consensus est liberi arbitrij: ergo non potest esse coactus. *Tho. 4. dist. 29. q. vnic. artic. 1. & seq.*

¶Præterea, Violentia idem est quod coactio: sed coactio secundum Philosophum est, cuius principium est extra nihil conferente vim passo: sed omnis consensus principium est intrà: ergo nullus consensus potest esse coactus.

¶Præterea, Omne peccatum consensu perficitur, sed illud quo perficitur peccatum, cogi non potest: quia secundum Augustinũ, nullus peccat in eo quod vitare non potest: cùm ergo vis à Iurisdis definiatur esse maioris rei impetus, qui repelli non potest, videtur quòd consensus non possit esse coactus, vel violentus.

¶Præterea, Dominiũ libertati opponitur: sed coactio ad dominium pertinet, vt patet in quadã Tullij definitione, dicit enim quòd vis est impetus dominantis retinens rem intra terminos alienos: ergo vis in libero arbitrio non cadit, & ita nec in consensum, qui est actus eius.

¶SED CONTRA, Illud quod esse non potest, non potest aliquid impedire: sed coactio consensus impedit matrimonium, vt in litera dicitur: ergo consensus cogi potest.

¶Præterea, In matrimonio est quidam contractus: sed in contractibus potest esse voluntas coacta: vnde legislator in integrum restitutionem adiudicat, ratum non habens quod vi metúsue causa factum est. ergo & in matrimonio potest esse consensus coactus.

CONCLVSIO.

Quantùm simpliciter consensus coactus in matrimonio esse nõ possit, potest tamen aliqua in eo secundum quid violentia esse.

¶RESPONDEO dicendum, quòd duplex est coactio vel violentia: vna quæ facit necessitatem absolutã: & tale violentum dicitur à Philosopho violentum simpliciter: vt cùm quis aliquem corporaliter impellit ad metum: alia quæ facit necessitatem conditionatam, & hanc vocat Philosophus violentum mixtum, sicut cùm quis proiecit merces in mare, ne periclitetur, & in isto violento quamuis hoc quod fit, non sit per se voluntarium, tamen consideratis circumstantijs hic & nunc voluntarium est: & quia actus in particularibus sunt, ideò simpliciter voluntarium est, sed secundum quid inuoluntarium: vnde hæc violentia vel coactio potest esse de consensu, qui est actus voluntatis, non autem pura: & quia hęc coactio sit ex hoc quòd timetur aliquod periculum imminens, ideò ista vis idem est quod metus, qui voluntatem cogit quodammodo, sed pura vis cadit & in corporalibus actibus. Et quia legislator contra vis cadit & in corporalibus actibus. Et quia legislator considerat non solùm interiores actus, sed magis exteriores: ideò per vim intelligit coactionem simpliciter, propter quod vim contra metum diuidit: sed nunc agitur de consensu interiori, in quem non cadit coactio, seu vis quæ à metu distinguitur: & ideò quantùm ad propositum pertinet idem est coactio quod metus, est autem metus secundum iurisperitos instantis vel futuri periculi causa mentis trepidatio, & per hoc patet solutio ad obiectam: nam primę rationes procedũt de coactione prima, secundę de secunda.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm aliqua coactio cadat in constantem virum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd coactus metus non cadat in constantem virum, quia de ratione constantis est quod non trepidet in periculis: cùm ergo metus sit trepidatio mentis ratione periculi imminentis, videtur quòd non cogatur metu.

¶Præterea. Omnium terribilium finis est mors, secundum Phi

Universidad de Deusto
Biblioteca

lophum in 3.Ethic.quasi perfectissimum inter terribilia, sed constantes non coguntur morte, quia fortis etiã pericula mortis sustinet: ergo nullus metus cadit in constantem virum.

¶Præterea Inter alia pericula, præcipuè à bonis timetur periculum famæ: sed timor infamiæ non reputatur timor cadens in constantem virum: quia: vt dicit lex, timor infamiæ non continetur sillo edicto. Quod metus causa factum est: ergo nec aliquis alius metus cadit in constantem virum.

¶Præterea. Metus in eo qui metu cogitur, peccatum relinquit: quia facit eum promittere quod non vult soluere: & sic facit eum mentiri: sed non est constantis aliquod peccatum etiã minimum pro aliquo timore facere: ergo nullus metus cadit in constantem virum.

¶SED CONTRA: Abraham & Isaac constantes fuerunt: sed in eis cecidit metus, quia ratione metus dixerũt vxores suas sibi esse sorores: ergo metus potest cadere in constantem virum.

¶Præterea Vbicunque est violentum mixtum, est aliquis metus cogens: sed aliquis quantumcũque constans potest pati tale violentum, quia si sit in mari, merces proijciet tempore naufragij, ergo metus potest cadere in constantem virum.

CONCLVSIO.

¶Potest aliquis coactio & metus cadere in constantem virum.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ cadere metũ in constantem, & metu cogi, sic sumitur: cogitur autẽ aliquis metu, quãdo aliquid facit quod aliàs nõ vellet, ad euitandũ id quod timet: in hoc autẽ constãs ab incõstanti distinguitur quantùm ad duo. Primò, quãtũ ad qualitatẽ periculi, quod timetur, quia cõstans sequitur rationẽ rectam, per quã scit quid pro quo dimittendũ sit vel faciendum: semper autẽ minus malum vel maius bonum eligendũ est: & ideò constans ad minus malũ sustinendũ cogitur metu maioris mali: non autẽ cogitur ad maius malum: vt viret minus malum: sed inconstans cogitur ad maius malũ propter metũ minoris mali, scilicet ad peccatũ propter metum corporalis pœnæ: sed pertinax econtrà non potest cogi etiam ad minus malũ sustinendũ, vel faciẽdum, vt euitet maius malum: vnde constans est medius inter inconstantẽ & pertinacem. Secundò differunt quantùm ad æstimationem periculi imminentis, quia fortis non nisi ex forti æstimatione & probabili cogitur, sed inconstans ex leui. Prouer. 27. Fugit impius nemine persequente.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd constans, sicut & de forti dicit Philosophus, est intrepidus: non quòd omninò non timeat, sed quia non timet quæ non oportet, vel nisi quando oportet.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd peccata sunt maxima malorũ, & ideò ad hæc nullo modo potest homo cõstans cogi: imo magis debet homo mori quam talia sustinere, vt etiam Philosophus 3. Ethic. dicit. Sed quædam damna corporalia sunt minora quibusdam ãlijs, inter quæ sunt præcipua quæ ad personam pertinent, sicut mors, verbera, dehonestatio per stuprum, & seruitus: & ideò ex istis constans cogitur ad alia dãna corporalia, & hæc continentur hoc versu.

Stupri, sine statu, verberis, atque necis.

Nec differt, vtrùm hæc pertineant ad personam propriam, vel vxoris vel filiorum, vel aliorum huiusmodi.

¶Ad tertium dicendum, quòd infamia quamuis sit maius damnum, tamen ei de facili occurri potest: & ideò non reputatur cadere in constantem virum metus infamiæ secundum iura.

¶Ad quartum dicendum quòd constans non cogitur ad mentiendum, quia tunc vult dare: sed cùm postea vult petere restitutionem, vel saltem indici denuntiare, si se promisit non petiturũ restitutionem: non potest autem promittere se non denũciaturum: quia cùm hoc sit contra bonum iustitiæ, ad hoc cogi non potest: vt scilicet contra iustitiam faciat.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm consensus coactus tollat matrimonium.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd consensus coactus non tollat matrimonium, quia sicut ad matrimonium requiritur consensus, ita ad Baptismum requiritur intentio: sed coactus timore ad recipiendum Baptismum recipit sacramentum. ergo coactus ad consentiendum aliquo timore matrimonio obligatur.

¶Præterea, Violentum mixtum, secundum Philosophum, plus habet de voluntario, quàm non Voluntario: sed non potest aliter cõsensus esse coactus nisi per violentum mixtũ: ergo non omninò excluditur voluntarium, & ita adhuc est matrimonium.

¶Præterea, Ei, qui consentit in matrimonium coactus, consulendum videtur quòd in matrimonio illo stet, quia speciem mali habet promittere & non soluere, à quo Apostolus vult nos abstinere: hoc autem non esset, si cõsensus coactus omninò matrimonium tolleret. ergo, &c.

¶SED CONTRA est quod Decre. Dicit. Cùm consensus locum non habet, vbi metus vel coactio intercidit, necesse est vt vbi communis consensus requiritur, coactionis materia repellatur: sed in matrimonio requiritur cõmunis consensus. ergo, & cætera.

¶Præterea, Matrimonium significat coniunctionem Christi ad Ecclesiam, quæ fit secundum libertatem amoris. ergo non potest fieri per consensum coactum.

CONCLVSIO.

¶Consensus coactus ex metu cadente in constantem virum matrimonium tollit.

¶RESPONDDEO dicendum, quòd vinculum matrimonij est perpetuum: vnde illud quod perpetuitati repugnat, matrimonium tollit: metus autem qui cadit in constãtem virum, perpetuitatem cõtractus tollit: quia potest repeti restitutio in integrum: & ideò hæc coactio tollit matrimonium, & non alia constans autem vir iudicatur virtuosus qui est mẽsura in omnibus operibus humanis, vt Philos. dicit in 3. Ethico. quidam autem dicunt quòd si adsit consensus quamuis coactus, meriũs est matrimonium quantum ad Deum, sed non quantum ad statũ Ecclesiæ, quæ præsumit ibi non fuisse consensum interiorem propter metum: sed hoc nihil est quia Ecclesia nõ debet præsumere de aliquo peccatum quousque probetur: peccauit autem si dixit se consentire, & non consensit: vnde Ecclesia præsumit eum consensisse, sed iudicat consensum illũ extorsum non esse sufficientem ad faciendum matrimonium.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd intentio non est causa efficiens sacramẽti in Baptismo, sed solum eliciens actionem agentis: sed consensus est causa efficiẽs in matrimonio, & ideò non est simile.

¶Ad secundum dicendum, quòd ad matrimonium non sufficit quodcunque voluntarium, sed voluntarium completũ, quia debet esse perpetuum: & ideò per volitum mixtum impeditur.

¶Ad tertium dicendum, quòd nõ semper debet induci ad hoc quòd in matrimonio illo stet, sed solùm quando timetur periculum de dissolutione, aliàs autem non peccat: quia non soluere promissa, quæ nolens facit, non est species mali.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm consensus coactus ex parte cogentis faciat matrimonium.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd consensus coactus saltem ex parte cogentis faciat matrimonium, quia matrimonium est signum spiritualis coniunctionis: sed spiritualis coniunctio, quę est per charitatem, potest esse ad eum qui non habet charitatem: ergo matrimonium est ad eum, qui non vult.

¶Præterea, Si illa quæ fuit coacta, postmodum consentiat, erit matrimonium verum: sed iste, qui coegit primò ex consensu illius, non ligatur: ergo ex primo consensu ligabatur matrimonium.

¶SED CONTRA, Matrimonium est relatio æquiparentiæ: sed talis relatio æqualiter est in vtroque: ergo si sit impedimentum ex parte vnius, non erit matrimonium ex parte alterius.

CONCLVSIO.

¶Consensus coactus ex parte cogentis matrimonium tollit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd cùm matrimonium sit quædam relatio, & non possit inesse relatio in vno extremorũ sine hoc, quòd fiat in alio: ideò quicquid impedit matrimonii in vno, impedit ipsum in altero: quia non potest esse quòd aliquis sit vir non vxoris, vel aliqua sit vxor non habens virum, sicut mater non habens filium: & ideò dicendum communiter, quòd matrimonium non claudicat.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis actus amãtis possit transire in non amantem, tamen vno inter eos non potest esse nisi sit mutua amatio: & ideò dicit Philosophus 8. Ethi. quòd ad amicitiam, quæ in quadam vnione consistit, requiritur redamatio.

¶Ad secundum dicendum, quòd ex consensu libero illius, qui primò coactus est, non fit matrimonium, nisi inquantum consensus præcedens in altero, adhuc manet in suo vigore: vnde si dissentiret, non fieret matrimonium.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm per consensum conditionatum fiat matrimonium.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd nec per consensum conditionatum fiat matrimoniũ, quia quod sub cõditione ponitur, non simpliciter enuntiatur: sed in matrimonio oportet esse verba simpliciter exprimentia consensum: ergo conditio alicuius consensus non facit matrimonium.

¶Præterea, Matrimonium debet esse certum: sed vbi dicitur aliquid sub conditione, ponitur illud sub dubio: ergo talis consensus non facit matrimonium.

¶SED CONTRA, In alijs contractibus fit obligatio sub conditione, & stat stante conditione: ergo cùm matrimonium sit contractus quidam, videtur quòd possit fieri per conditionatum consensum.

CONCLVSIO.

¶Consensus ex conditione de præsenti non contraria matrimonio, vel de futuro & necessaria matrimonium non tollit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd conditio apposita aut est de præsenti, aut est de futuro: si de præsenti, & non est contraria matrimonio, sine sit honesta, sine nõ honesta, stat matrimonium stante conditione, & ea non stante non stat. Sed si sit contraria bonis matrimonij, non efficitur matrimonium. Si autem sit conditio de futuro, aut est necessaria, sicut solem oriri cras, & tũc est matrimonium: quia tẽporalia futura iam sunt præsentia in causis suis: aut est contingens, vt datio pecuniæ vel acceptatio parentum: & tunc idem est iudicium de tali consensu, sicut de consensu, qui fit per verba de futuro, vnde non facit matrimonium. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

ARTICVLVS VI.

¶Vtrùm aliquis præcepto patris possit compelli ad matrimonium contrahendum.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd aliquis præcepto patris possit compelli ad matrimonium contrahendum: dicitur enim ad Col. 3. Filij obedite parẽtibus vestris per omnia: ergo & in hoc etiam obedire tenentur.

¶Præterea. Gene. 28. Isaac præcepit Iacob, quòd non acciperet vxorẽ de filiabus Chanaan: nec præcepisset nisi de iure præcipere potuisset: ergo in hoc tenẽtur obedire patri.

¶Præterea, nullus debet promittere præcipuè per iuramentum pro illo, quem non potest cogere ad seruandum: sed parentes promittunt futura matrimonia pro filijs & etiam iuramento firmant: ergo possunt præcepto cogere filios ad implendum.

¶Præterea. Pater spiritualis, scilicet Papa, potest compellere præcepto ad matrimonium spirituale, scilicet ad episcopatum accipiendum: ergo potest & pater carnalis ad matrimonium carnale.

¶SED CONTRA, Patre imperante matrimonium filius potest sine peccato religionem intrare: ergo non tenetur ei in hoc obedire.

¶Præterea. Si teneretur obedire, sponsalia per parentes contracta absque consensu filiorum essent stabilia: sed hoc est contrà iura, &c.

CONCLVSIO.

¶Cùm per matrimonium homo perpetuæ mancipetur seruituti, non potest pater filium cogere ad matrimonium, quanquam illum ex aliqua rationabili causa ad ipsum possit inducere.

¶RESPONDEO dicendum, quòd cùm in matrimonio sit quasi quædam seruitus perpetua, pater non potest cogere filium ad matrimonium per præceptum, cùm sit liberæ conditionis: sed potest eum inducere ex rationabili causa: & tunc sicut se habet filius ad causam illam, ita se habet ad præceptum patris: vt si causa illa cogat de necessitate vel de honestate, & præceptum similiter cogat, aliàs non.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum Apostoli non intelligitur in illis, in quibus est liber sui, sicut pater: & huiusmodi est matrimonium, per quod etiam filius sit pater.

¶Ad secundum dicendum, quòd Iacob aliàs tenebatur ad faciendum hoc quod mandabat Isaac, tum propter malitiam illarum mulierum: tum quia semen Chanaan de terra pellendum erat, quę semini Patriarcharum promittebatur: & ideò Isaac præcipere poterat.

¶Ad tertium dicendum, quòd non iuratur nisi illa conditione subintellecta, si illis placuerit, & ipsi obligantur ad eos bona fide inducendum.

¶Ad quartum dicunt quidam, quòd Papa non potest præcipere alicui quòd accipiat episcopatum, quia consensus debet liber esse. Sed hoc posito, periret ecclesiasticus ordo, nisi enim aliquis posset cogi ad suscipiendum regimen Ecclesiæ, Ecclesia conseruari non posset: quia quandoque illi qui sunt idonei ad hoc, nolunt suscipere nisi coacti. Et ideò dicendũ, quòd non est simile hinc inde, quia non est aliqua corporalis seruitus in matrimonio spirituali sicut in corporali: est enim spirituale matrimonium sicut quoddam officium dispensandæ reipublicæ: primæ Corinthior. quarto, Sic nos existimet homo vt ministros, &c.

QVAESTIO QVADRAGESIMAOCTAVA.

de obiecto consensus, in duos articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de obiecto cõsensus. Circa quod quæruntur duo.

¶Primò, vtrùm consensus, qui facit matrimonium, sit consensus in carnalem copulam.

¶Secundò, vtrùm cõsensus in aliquem propter causam inhonestam faciat matrimonium.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm cõsensus, qui facit matrimonium, sit consensus in carnalem copulam.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd cõsensus qui facit matrimonium, sit cõsensus in carnalem copulam. Dicit enim Hieronymus, quòd voluntibus virginitatem non solùm nubere, sed velle nubere damnabile est: sed non esset damnabile nisi esset virginitati contrarium, cui nuptiæ non cõtrariantur, nisi ratione carnalis copulæ: ergo consensus voluntatis qui est in nuptijs, est in carnalem copulam. *Tho. 4. dist. 28 arti. 4.*

¶Præterea. Omnia quę sunt in matrimonio inter virum & vxorem, possunt esse licita inter fratrem & sororem, excepta carnali copula: sed non potest fieri licitè inter eos consensus matrimonialis: ergo consensus matrimonialis est consensus in carnalem copulam.

¶Præterea, Si mulier dicat viro. Consentio in te, vt non cognoscas me, non est cõsensus matrimonialis: quia est ibi aliquid cõtra substantiam prædicti consensus: sed non esset nisi dictus cõsensus esset in carnalem copulam, ergo &c.

¶Præterea. In qualibet re initium consummationi respondet: sed matrimonium consummatur per carnalem copulam: ergo cùm initietur per cõsensum, videtur quòd consensus sit in carnalem copulam.

¶SED CONTRA, Nullus consentiens in carnalem copulam est virgo mẽte & carne. Sed beatus Ioan. Euang. post consensum nuptialem fuit virgo mente & carne: ergo non consensit in carnalem copulam.

¶Præterea. Effectus respondet causæ: sed consensus est causa matrimonij: cùm ergo de essentia matrimonij non sit carnalis copula, videtur quòd nec consensus, qui matrimonium causat, sit in carnalem copulam.

CONCLVSIO.

¶Consensus matrimonium faciens non est consensus in carnalem copulam, sed in matrimonium in ordine ad carnalem copulam.

¶RESPONDEO dicendum, quòd consensus, qui matrimonium facit, est consensus in matrimonium, quia effectus proprius voluntatis est ipsum volitum, vnde sicut carnalis copula se habet ad matrimonium, ita consensus, qui matrimoniũ causat, est in carnalem copulam: matrimonium autem (vt dictum est) nõ est essentialiter ipsa coniunctio carnalis, sed quędam associatio viri & vxoris in ordine ad carnalem copulam & alia quę ex consequenti ad virum & vxorem pertinent, secundum quòd eis datur potestas inuicem respectu carnalis copulę, & hęc associatio coniugalis copula dicitur: vnde patet quòd benè dixerunt illi, qui dixerunt quòd consentire in matrimonium, est consentire in carnalem copulam implicitè, non explicitè: non enim debet intelligi nisi sicut implicitè continetur effectus in causa: quia potestas carnalis copulę in qua consentitur, est causa carnalis copulę: sicut potestas videndi rem, est causa visus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd consensus in matrimonium ideò est damnabilis post votum virginitatis, quia per talem consensum datur potestas ad id quod non licet: sicut peccaret qui daret potestatẽ accipiendi illud alteri, quod ipse in depositò habet, non solùm in hoc quę ei actualiter traderet: de consensu autem beatę Virginis infrà dicetur.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd inter fratrem & sororem non potest esse potestas inuicem ad carnalem copulam, sicut nec licitè carnalis copula: & ideò ratio non sequitur.

¶Ad tertium dicendum, quòd illa conditio explicita non solùm actui, sed potestati contrariatur copulę carnalis: & ideò est contraria matrimonio.

¶Ad quartum dicendum, quòd initiatum matrimonium respondet consummato, sicut habitus vel potestas actui qui est operatio. Rationes autem in contrarium ostẽdunt, quòd non sit consensus in carnalem copulam explicitè, & hoc est verum.

ARTICVL. II.

¶Vtrùm matrimonium possit esse ex consensu alicuius in aliquem propter causam inhonestam.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ matrimonium non possit esse ex consensu alicuius in aliquam

Universidad de Deusto
Biblioteca

propter causam inhonestam. Vnius causæ vnica est ratio: sed matrimoniam est vnum sacramentum: ergo non potest fieri ex alterius finis intentione, quàm illius ad quem a Deo institutum est, scilicet ad procreationem prolis.

¶Præterea. Coniunctio matrimonij est a Deo, vt patet Matth. 19. Quod Deus coniunxit, homo non separet, sed coniunctio quæ fit propter turpes causas, non est a Deo, ergo non est matrimonium.

¶Præterea. In alijs sacramentis si non seruetur intentio Ecclesiæ, non est verum sacramentum, sc. si intentio Ecclesiæ in sacramento matrimonij non est ad aliquam turpem causam, ergo si ex aliqua turpi causa matrimonium contrahitur, non erit verum matrimonium.

¶Præterea. Secundum Boetiũ, cuius finis est bonus, ipsum quoque bonum est, sed matrimonium semper est bonum: ergo nõ est matrimonium, si propter malum finem fiat.

¶Præterea. Matrimonium significat coniunctionẽ Christi & Ecclesiæ: sed ibi non cadit aliqua turpitudo: ergo nõ potest matrimonium contrahi propter aliquam turpem causam.

¶SED CONTRA est, quòd qui baptizat alium intentione lucrandi, verè baptizat: ergo & qui contrahit cum aliqua in intentione lucri, verum est matrimonium.

¶Præterea. Hoc idem probant exempla & auctoritates: quæ ponuntur in litera.

CONCLVSIO.

¶Matrimonium ex cõsensu ob inhonestam causam, verum matrimonium est, quanquam culpabile sit huiusmodi consensus.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ causa finalis matrimonij potest accipi dupliciter, scilicet per se & per accidens, per se quidẽ causa matrimonij est, ad quã matrimoniũ est de se ordinatũ, & hęc semper bona est, scilicet procreatio prolis & vitatio fornicationis: sed per accidens causa finalis ipsius est hoc, quod cõtrahentes intẽdunt ex matrimonio: & quia hoc quod ex matrimonio intẽditur cõsequitur ad matrimoniũ, & priora nõ variãtur ex posterioribus, sed econtra: ideò ex illa causa nõ recipit matrimonium bonitarem vel malitiam, sed ipsi contrahentes, quorũ est finis per se: & quia causę per accidens sunt infinitæ, ideò infinitæ tales causæ possunt esse in matrimonio, quarum sunt quædam honestæ, & quædam inhonestæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verum est de causa per se & principali, sed quod habet vnum finem per se & principalem, potest habere plures secundarios per se, & infinitos per accidens.

¶Ad secundum dicendum, q̃ coniunctio potest accipi pro ipsa relatione, quæ est matrimonium, & talis semper est a Deo, & bona est a quãcunq; fiat causa: vel pro actu eorum qui coniunguntur, & sic est quandóque mala, & non est a Deo, simpliciter loquendo: nec est inconueniens quòd aliquis effectus sit a Deo: cuius causa est mala, sicut proles quæ ex adulterio suscipitur non enim est ex illa causa, inquantum est mala, sed inquantum habet aliquid de bono, secundum quòd est a Deo quamuis non simpliciter sit a Deo.

¶Ad tertium dicendum, quòd intẽtio ecclesiæ, qua intendit sacramentum tradere, est de necessitate cuiuslibet sacramenti, ita quòd ea non obseruata, nihil in sacramentis agitur: sed intentio ecclesiæ, quę intendit vtilitatem ex sacramento prouenientem, est de bene esse sacramenti, & non de necessitate eius: vnde si non obseruetur, nihilominus est verum sacramentum: sed tamen prętermittens hanc intentionem peccat: sicut si in Baptismo non intendatur sanitas mentis, quam ecclesia intendit: & similiter ille, qui intendit matrimonium contrahere, quamuis matrimonium non ordinet ad illum finem, quem ecclesia intendit, nihilominus verum matrimonium contrahit.

¶AD QVARTVM dicendũ, quòd ipsa vnio est signum coniunctionis Christi & ecclesiæ, & non operatio vnitorum: & ideò ratio non sequitur.

QVAESTIO QVADRAGESIMA NONA,

De bonis matrimonij, in sex articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de bonis matrimonij. Circa quod quæruntur sex.

¶Primò, vtrùm debeant haberi aliqua bona ad excusandum matrimonium.

¶Secundò, vtrùm sufficienter assignentur.

¶Tertiò, vtrùm bonum sacramenti sit principalius inter alia bona.

¶Quartò, vtrùm actus matrimonij per prædicta bona à peccato excusetur.

¶Quinto, vtrùm sine eis aliquando à peccato excusari possit.

¶Sextò, vtrùm quãdo est sine eis, sit semper peccatũ mortale.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm haberi debeant aliqua bona ad excusandum matrimoniũ.

ADPRIMVM sic proceditur: Videtur quòd matrimoniũ non debeat habere aliqua bona quibus excusetur. Sicut enim conseruatio individui, quæ fit per ea quæ ad nutritiam pertinent est de intentione naturæ, ita conseruatio speciei, quæ fit per matrimonium, & multò magis, quantò melius & dignius est bonum speciei, quàm bonum vnius individui: sed actum nutritiuæ excusandum non indigetur aliquibus, ergo nec etiam ad excusandum matrimonium.

¶Præterea, Secundum Philosophum in .8. Ethic. amicitia quæ est inter virum et vxorem, est naturalis, & claudit in se honestum, vtile, & delectabile: sed illud quod de se est honestũ, non indiget aliqua excusatione. ergo nec matrimonio deberent attribui aliqua excusantia.

¶Præterea, Matrimonium est institutum in remedium, & in officium: sed secundum quòd est in officium, non indiget excusatione: quia sic etiam in paradiso excusatione indiguisset, q̃ falsum est, ibi enim fuissent honorabiles nuptię & torus immaculatus: vt Aug. dicit. Similiter nec secundum quòd est in remedium, sicut nec alia sacramenta, quæ in remedium peccati sunt instituta: ergo matrimonium huiusmodi excusantia habere non debet.

¶Præterea, Ad omnia quę honestè fieri possunt, virtutes dirigunt: si ergo matrimonium aliquibus bonis potest honestari, non indiget aliis honestatis, quàm animi virtutibus: & sic non debent matrimonio aliqua bona assignari, quibus honestetur, sicut nec aliis, in quibus virtutes dirigunt.

¶SED CONTRA, Vbicúnq; est indulgentia, ibi est necessaria aliqua excusationis ratio: sed matrimonium conceditur in statu infirmitatis, secundum indulgentiam, vt patet 1. Cor. 7. Ergo indiget per aliqua bona excusari.

¶Præterea, Cõcubitus fornicarius & matrimonialis sunt eiusdem speciei quantùm ad speciem naturæ: sed cõcubitus fornicarius de se est turpis: ergo ad hoc quòd matrimonialis non sit turpis, oportet ei aliquid addi quod ad honestatem eius pertineat, & in aliam speciem mortis trahat.

CONCLVSIO.

¶Oportuit aliqua bona esse, quib. matrimonij ratio honesta appareret.

¶RESPONDEO dicendum, quòd nullus sapiens debet iacturam aliquam sustinere, nisi pro aliqua recompensatione alicuius æqualis, vel melioris boni: vnde electio alicuius, quod aliquam iacturam habet annexam, indiget alicuius boni adiunctione per cuius recompensationem ordinetur, & honestetur: in coniunctione autem viri & mulieris rationis iactura accidit, tum quia propter vehementiam delectationis absorbetur ratio, vt non possit aliquid intelligere in ipsa, vt Philosophus dicit, tum etiam propter tribulationem carnis, quam oportet tales sustinere ex solicitudine temporalium: vt patet 1. Corinth. 7. & ideò talis coniunctionis electio non potest esse ordinata nisi per recompensationem aliquorum, ex quibus dicta coniunctio honestetur: & hæc sunt bona quæ matrimonium excusant, & honestum reddunt.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in actu comestionis non est tam vehemens delectatio rationem absorbens, sicut est in prædicta delectatione: tum quia vis generatiua per quam originale traducitur, est infecta & corrupta: nutritiua autem, per quam non traducitur, est corrupta, & non infecta, tum etiam quia defectum indiuidui quilibet magis sentit in seipso, quam defectum speciei: vnde ad excitandum ad comestionem, secundũ quam defectui indiuidui subuenitur, sufficit sensus ipsius defectus: sed ad excitandũ ad actum, quo defectui speciei subuenitur, diuina prouidẽtia delectationem apposuit in illo actu, qua etiam animalia bruta mouet, in quibus non est infectio originalis peccati: & ideò non est simile.

¶Ad secundum dicendum, quòd ista bona, quæ matrimonium honestant, sunt de ratione matrimonij: & ideò non indiget eis quasi exterioribus quibusdam ad honestandum, sed quasi causantibus in ipso honestatem, quæ ei secundum se competit.

¶Ad tertium dicẽdum, quòd matrimonium ex hoc ipso, quòd est in officium vel in remedium, habet rationem vtilis & honesti: sed vtrunque horum ei competit, ex hoc quòd huiusmodi bona habet, quibus fit & officium & remedium concupiscentiæ adhibens.

¶Ad quartum dicendum, quòd aliquis actus virtutis honestatur virtute, quasi principio elicitiuo, & circũstantijs quasi formalibus principijs ipsius: hoc autem modo se habent bona ad matrimonium, sicut circunstantiæ ad actus virtutis, ex quibus habet quòd virtutis actus esse possit.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm bona matrimonij sufficienter assignentur.

¶AD SE-

¶AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd insufficienter bona matrimonij assignentur à Magistro Sententiarum, scilicet fides, proles, & sacramentum, quia matrimonium non solùm fit in hominibus ad prolem procreandam & nutriendam, sed ad consortium communis vitæ, propter operum communicationem, vt dicitur in 8. Ethico. ergo sicut ponitur proles bonum matrimonij, ita debet poni communicatio operis.

¶Præterea. Coniunctio Christi ad Ecclesiam quam matrimonium significat, perficitur per charitatem, ergo, inter bona matrimonij magis debet poni charitas, quàm fides.

¶Præterea. In matrimonio sicut exigitur q̃ neuter coniugum ad alterius torum accedat, ita exigitur quòd vnus alteri debitum reddat: sed primum pertinet ad fidem: vt Magister dicit: ergo deberet etiam iustitia propter redditionem debiti inter bona matrimonij computari.

¶Præterea. Sicut in matrimonio inquantùm significat coniunctionem Christi & Ecclesiæ requiritur indissolubilitas, ita & vnitas, vt sit vna vnius: sed sacramentum quod inter tria bona matrimonij computatur, pertinet ad individuationem: ergo deberet esse aliquid aliud quod pertineret ad vnitatem.

¶SED CONTRA Videtur quòd superfluant: quia vnica virtus sufficit ad vnum actum honestandum: sed fides est vna virtus: ergo non oportuit alia duo addere ad honestandum matrimonium.

¶Præterea. Non ex eodem aliquid accipit rationem vtilis & honesti, cùm vtile & honestum ex opposito bonum diuidant: sed ex prole matrimonium accipit rationem vtilis: ergo proles non debet computari inter bona quibus matrimonium honestatur.

¶Præterea. Nihil debet poni vt proprietas vel conditio suiipsius: sed hæc bona ponuntur vt quædam conditiones matrimonij, ergo cùm matrimonium sit sacramentum, non debet poni sacramentum inter bona matrimonij.

CONCLVSIO.

¶Proles, fides, ac sacramentũ: prima, & postrema sunt bona, quibus matrimonij honesta ratio redditur.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ matrimonium est in officium naturæ, & est sacramentũ Ecclesiæ, inquantùm ergo est in officium naturæ, duobus ordinatur sicut & quilibet alius virtutis actus, quorum vnum exigitur ex parte ipsius agentis, & hæc est intentio finis debiti: & sic ponitur bonum matrimonij proles, aliud exigitur ex parte ipsius actus, qui est bonus in genere, ex hoc q̃ cadit sub debitam materiam, & sic est fides, per quam homo ad suam accedit: & non ad aliam, & vlteriùs habet aliquam bonitatem inquantum est sacramentum, & hoc signatur ipso nomine sacramenti.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ in prole non solùm intelligitur procreatio prolis: sed etiam educatio ipsius: ad quam sicut ad finem ordinatur tota communicatio operum, quæ est inter virum & vxorem, inquantum sunt matrimonio coniuncti: quia patres naturaliter thesaurizant filijs: vt patet, 2. Corinth. 12. & sic in prole quasi in principali fine alius quasi secundarius includitur.

¶Ad secundum dicendum, q̃ fides non accipitur hic prout est virtus Theologica: sed prout est pars iustitiæ, secũdum q̃ fides dicitur ex hoc q̃ fiant dicta in conseruatione promissorũ, quia in matrimonio cùm sit quidam cõtractus, est quædam promissio per quam talis vir tali mulieri determinatur.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut in promissione matrimonij continetur, vt neuter ad alium torum accedat: ita etiã quòd sibi inuicem debitum reddant, & hoc etiam est principalius, cùm sequatur ex ipsa mutua potestate inuicem data, & ideò vtrumque ad fidem pertinet. Sed in litera ponitur quod est minùs manifestum.

¶Ad quartum dicendum, q̃ in sacramento non solùm intelligenda est indiuisio: sed omnia illa quæ consequuntur matrimonium ex hoc q̃ est signum coniunctionis Christi & Ecclesiæ. vel dicendum, q̃ vnitas quã obiectio tangit pertinet ad fidem, sicut & indiuisio ad sacramentum.

¶Ad quintum dicendum, q̃ fides non accipitur hic pro aliqua virtute, sed pro quadam conditione virtutis, ex qua fides nomi natur, quæ ponitur pars iustitiæ.

¶Ad sextum dicẽdum, quòd sicut debitus vsus boni vtilis accipit rationem honesti, non quidem ex vtili, sed ex ratiõe quæ rectum vsum facit, ita etiam ordinatio ad aliquod bonum vtile potest facere bonitatem honestatis ex vi rationis debitã ordinationem faciẽtis: & hoc modo matrimonium ex hoc quòd ordinatur ad prolem, vtile est, & nihilominus honestum, inquantum debitè ordinatur.

¶Ad septimum dicendum, quòd sicut Magister dicit 3. distin. 4. Sententiarum, sacramentum non dicitur hic ipsum matrimonium, sed inseparabilitas eius, quæ eiusdem est rei signum, cuius & matrimonium. Vel dicendum, quòd quamuis matrimonium sit sacramentum, tamen aliud est matrimonio esse matrimonium, & aliud est ei esse sacramentum, quia non solùm ad hoc est institutum, vt sit in signum rei sacræ: sed & vt sit in officium naturæ, & ideò ratio sacramenti est quædam conditio adueniens matrimonio secundum se considerato. ex quo honestatem etiam habet: & ideò sacramentalitas eius (vt ita dicam) ponitur inter honestantia matrimonium, & secundum hoc in tertio bono matrimonij, scilicet sacramento non solùm intelligitur inseparabilitas, sed etiam omnia quæ ad significationem ipsius pertinent.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm sacramentum sit principalius inter bona matrimonij.

ADTERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ sacramentum non sit principalius inter bona matrimonij: quia finis est potissimùm in vnoquoque: sed proles est matrimonij finis: ergo proles est principalius matrimonij bonum.

¶Præterea, Principalius in ratione speciei est differentia, quæ complet speciem, quã genus, sicut forma, quàm materia in cõstitutione rei naturalis: sed sacramentũ competit matrimonio ex ratione fui generis: proles autem & fides ex ratione differentię, in quantum est tale sacramentum: ergo alia duo sunt magis principalia in matrimonio, quàm sacramentum.

¶Præterea. Sicut inuenitur matrimonium sine prole & fide: ita inuenitur sine inseparabilitate, sicut patet quando alter coniugum ante matrimonium consummatum ad religionem tranſit, ergo nec ex hac ratione sacramentum est in matrimonio principalius.

¶Præterea, Effectus non potest esse principalior sua causa, sed consensus qui est causa matrimonij frequenter immutatur: ergo & matrimonium solui potest, & sic inseparabilitas nõ semper comitatur matrimonium.

¶Præterea. Sacramenta quæ habent effectum perpetuum, imprimunt characterem: sed in matrimonio non imprimitur character: ergo non adest ei inseparabilitas perpetua: & ideò sicut est matrimonium sine prole: ita potest esse sine sacramento, & sic idem quòd prius.

¶SED CONTRA, Illud quod ponitur in definitione rei, est sibi maximè essentiale: sed indiuisio quæ pertinet ad sacramentum, ponitur in definitione de matrimonio data, non autem proles vel fides: ergo sacramentum inter alia est in matrimonio essentialius.

¶Præterea. Virtus diuina, quæ in sacramentis operatur, est efficacior quàm virtus humana, sed proles & fides pertinent ad matrimonium, secundum quòd est in officium naturæ humanæ: sacramentum autem secundum quòd est ex institutione diuina: ergo sacramentum est principalius in matrimonio, quàm alia duo.

CONCLVSIO.

¶Principalius bonũ matrimonij vti dignius ipsum sacramentum est, proles verò, id est prolis intentio, maximè essentialis in ipso est quã sequitur fides, id est debitum seruandæ fidei, deinde sequitur sacramentum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd aliquid dicitur in re aliqua principalius duobus modis, aut quia essentialius, aut quia dignius. Si quia dignius, sic omnibus modis sacramentum est principalius inter tria bona coniugij: quia pertinet ad matrimonium, inquantum est sacramentum gratiæ: alia verò duo pertinent ad ipsum inquantum est quoddam naturę officium, perfectio autem gratię est dignior perfectione naturę. Si autẽ dicatur principalius quod est essentialius, sic distinguẽdum est quia fides & proles possunt dupliciter considerari. Vno modo in seipsis, & sic pertinent ad vsum matrimonij, per quem & proles producitur, & pactio coniugalis seruatur: sed indiuisibilitas quam sacramentum importat, pertinet ad ipsum secundum se matrimonium, quia ex hoc quod per pactionẽ coniugalem sui potestatem sibi inuicem in perpetuum coniuges tradunt, sequitur quòd separari non possint, & inde est quòd matrimonium nunquam inuenitur sine inseparabilitate, inuenitur autem sine fide & prole, quia esse rei non dependet ab vsu suo, & secundum hoc sacramentum est essentialius matrimonio, quàm fides & proles. Alio modo potest considerari fides & proles, secundum quòd sunt in suis principijs, vt pro prole accipiatur intentio prolis, & pro fide debitum seruandi fidem: sine quibus etiam matrimonium esse potest: quia hęc in hoc matrimonio ex ipsa actione coniugali causantur: ita quòd si aliquid contrarium huius exprimeretur in consensu, qui matrimonium facit, non esset verum matrimonium: & sic acci-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pien lo ſi dem & prolem, proles eſt eſſentialiſsimum in matrimonio, & ſecundò fides, & tertiò ſacramentum, ſicut etiam homini eſt eſſentialius eſſe naturæ quàm eſſe gratiæ, quamuis eſſe gratiæ ſit dignius.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd finis ſecundum intẽtionem eſt primum in re, ſed ſecundum conſecutionem eſt vltimum, & ſimiliter proles ſe habet inter matrimonij bona: & id eò quo dammodo eſt principalius, & quo dammodò non.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd ſacramentum prout ponitur tertium matrimonij bonum, pertinet ad matrimonium ratione ſuæ differentiæ: dicitur enim ſacramentũ ex ſignificatione huius rei ſacræ determinatæ, quam matrimonium ſignificat.

¶Ad tertium dicendum, quòd nuptiæ ſecundum Aug. ſunt bona moralium, vnde in reſurrectione neque nubent neque nubentur, vt dicitur Matth. 22. Et ideò vinculum matrimonij non ſe extendit vltra vitam, in qua contrahitur: & ideò dicitur inſeparabile, quia non poteſt in hac vita ſeparari, ſed per mortẽ ſiue corporalem poſt carnalem coniunctionem, ſiue ſpiritualẽ poſt ſpiritualem tantùm.

¶Ad quartum dicendum, quòd quãuis conſenſus qui facit matrimonium, non ſit perpetuus materialiter, ideſt quantum ad ſubſtantiam actus, quia ille actus ceſſat, & poteſt contrarius accedere: tamen formaliter loquendo, eſt perpetuus, quia eſt de perpetuitate vinculi, alias non faceret matrimonium. Non enim conſenſus ad tempus in aliquam matrimonium facit: & dico formaliter ſecundum quòd actus accipit ſpeciem ab obiecto: & ſecundum hoc matrimonium ex conſenſu inſeparabilitatem habet.

¶Ad quintum dicendum, quod in ſacramẽtis, in quibus imprimitur character, traditur poteſtas ad actus ſpirituales, ſed in matrimonio ad actus corporales: vnde matrimonium ratione poteſtatis, quam in ſe inuicem coniuges accipiunt, conuenit cũ ſacramento, in quo character imprimitur, & ex hoc habet inſeparabilitatem, vt Magiſter dicit: ſed differt ab eis, inquantum poteſtas illa eſt ad actus corporales, & propter hoc non imprimit characterem ſpiritualem.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm actus matrimonij excuſetur per bona prædicta.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd actus matrimonij non poſsit excuſari per bona prædicta, vt non ſit omninò peccatum, quia quicunque ſubſtinet damnum maioris boni propter minus bonũ, peccat: quia inordinatè ſuſtinet: ſed bonum rationis quod læditur in ipſo actu coniugali, eſt maius quàm hæc tria cõiugij bona: ergo prædicta bona non ſufficiũt ad excuſandum coniugalem concubitum.

¶Præterea, Si bonum malo additur in genere maioris, totum efficitur malum, non autem totum bonum: quia vna circunſtãtia mala facit actum malum, non autem vna bona facit ipſum bonum: ſed actus coniugalis ſecundum ſe eſt malus, alias excuſatione non indigeret: ergo bona matrimonij adiuncta nõ poſſunt ipſum bonum facere.

¶Præterea, Vbicunque eſt immoderatio paſsionis, ibi eſt vitiũ in moribus: ſed bona matrimonij non poſſunt efficere quin delectatio illius actus ſit immoderata: ergo non poſſunt excuſare quin ſit peccatum.

¶Præterea, Verecundia non eſt niſi de turpi actu ſecundũ Damaſcenum: ſed bona matrimonij nõ tollunt erubeſcentiam ab illo actu: ergo non poſſunt excuſare quin ſit peccatum.

¶SED CONTRA, Concubitus coniugalis non differt à fornicario, niſi per bona matrimonij: ſi ergo hæc non ſufficerent excuſare ipſum, tunc matrimonium ſemper illicitum remaneret.

¶ Præterea, Bona matrimonij ſe habent ad actum eius, ſicut circunſtantiæ debitæ, ſicut dictum eſt: ſed circunſtantiæ tales ſufficienter faciunt quòd actus aliquis non ſit malus: ergo & hæc bona poſſunt excuſare matrimonium, vt nullo modo ſit peccatum.

CONCLVSIO.

¶Quanquã minus honeſta appareat matrimonij ratio, proles tamẽ, ac fides, & ſacramentum ipſam maximè honeſtam reddunt.

¶RESPONDEO dicendum, quòd actus dicitur excuſari dupliciter. Vno modo ex parte facientis, ita quòd non imputetur facienti in culpam, quamuis ſit malus, vel ſaltem non in tantam culpam, ſicut ignorantia dicitur excuſare peccatũ in toto vel in parte. Alio modo poteſt excuſari actus ex parte ſui, ita ſcilicet quòd non ſit malus, & hoc modo prædicta bona dicuntur excuſare actum matrimonij, ex eodem autem habet actus aliquis quòd non ſit malus in genere moris, & quòd ſit bonus: quia non eſt aliquis actus indifferens, vt in 2. libro dictum eſt: dicitur autem aliquis humanus actus bonus dupliciter. Vno modo bonitate virtutis, & ſic habet actus quòd ſit bonus ex his quę ipſum in medio ponunt, & hoc faciunt in actu matrimonij fides & proles, vt dictum eſt. Alio modo bonitate ſacramenti, ſecundum quòd actus non ſolùm bonus, ſed etiam ſanctus dicitur: & hanc bonitatem habet actus matrimonij ex indiuiſibili vnitate coniunctionis, ſecundum quam ſignificat cõiunctionem Chriſti ad Eccleſiam: & ſic pater quòd prædicta bona ſufficienter actum matrimonij excuſant.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per matrimonij actũ non incurrit homo in damnum rationis quantùm ad habitum, ſed ſolùm quantùm ad actũ, nec eſt inconueniens quòd quandoque aliquis actus, qui eſt melior ſecundum genus ſuum, interrumpatur pro aliquo minus bono actu: hoc enim ſine peccato fieri poteſt, ſicut patet in eo qui ab actu cõtemplationis ceſſat, vt interdum actioni vacet.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd ratio illa procederet ſi malum quod inſeparabiliter comitatur concubitum, eſſet malum culpæ: nunc autem non eſt malum culpæ, ſed pœnæ tantùm, quæ eſt inobedientiæ concupiſcentiæ ad rationem, & ideò non ſequitur.

¶Ad tertium dicendum, quòd ſuperabundantia paſsionis quæ facit virum, non attenditur ſecundum quantitatem ipſius ad intentionem, ſed ſecundum proportionem ad rationem: vnde tunc ſolùm paſsio reputatur immoderata quando limites rationis excedit. Delectatio autem quę ſit in actu matrimoniali, quamuis ſit intenſiua ſecundum quantitatem, non tamen excedit limites ſibi à ratione præfixos ante principium ſuum, quãuis ex prædicta delectatione ratio eos ordinare non poſsit.

¶Ad quartum dicendum, quòd turpitudo, quæ ſemper eſt in actu matrimoniali, & erubeſcentiam facit, eſt turpitudo pœnæ & non culpæ: quia de quolibet defectu homo naturaliter erubeſcit.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm actus matrimonialis excuſari poſſit ſine bonis matrimonij.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur quòd actus matrimonialis excuſari poſsit etiam ſine bonis matrimonij. Qui enim à natura tantùm mouetur ad actum matrimonij, non videtur aliquod bonum matrimonij intendere, quia bona matrimonij pertinent ad gratiam vel virtutem, ſed quando aliquis ſolo appetitu naturali mouetur ad actum prædictum, non videtur eſſe peccatum, quia nullum naturale eſt malum, cum malum ſit præter naturam, & præter ordinem, vt Dio. dicit: ergo actus matrimonij excuſari poteſt etiã ſine bonis matrimonij.

¶ Præterea, Ille qui vtitur coniuge ad fornicationem vitandam, non videtur aliquod bonum matrimonij intendere: ſed talis non peccat, vt videtur, quia ad hoc eſt matrimonium conceſſum humanæ infirmitati, vt fornicatio vitetur: vt patet primæ Corinth. 7. ergo etiam ſine bonis matrimonij poteſt actus eius excuſari.

¶ Præterea, Ille qui vtitur re ſua ad libitum, non facit contra iuſtitiam: & ſic non peccat, vt videtur: ſed per matrimonium vxor efficitur res viri, & econtrario: ergo ſi ſe inuicem ad libitum vtuntur libidine mouente, non videtur eſſe peccatum: & ſic idem quod priùs.

¶Præterea, Illud quod eſt bonum ex genere, non efficitur malum, niſi ex mala intentione fiat: ſed poteſt bona intentione fieri etiam ſi non intendat aliquod bonum matrimonij, puta cùm quis ſalutem corporalem per hoc intendit ſeruare, aut conſequi: ergo videtur quòd etiam ſine matrimonij bonis actus ille poſsit excuſari.

¶SED CONTRA, Remota cauſa, remouetur effectus, ſed cauſa honeſtatis actus matrimonialis ſunt matrimonij bona: ergo ſine eis non poteſt actus matrimonialis excuſari.

¶Præterea, Non differt actus prædictus ab actu fornicario niſi in prædictis bonis: ſed concubitus fornicarius ſemper eſt malus: ergo ſi non excuſatur prædictis bonis, etiam matrimonialis actus ſemper erit malus.

CONCLVSIO.

¶Actus matrimonialis ſemper culpabilis & peccatum eſt, niſi prolis intentio, ac mutua inter coniuges fides adſit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ſicut bona matrimonij ſecundum quòd ſunt in habitu, faciunt matrimonium honeſtum & ſanctum: ita etiam ſecundum quòd ſunt in actuali intentione, faciunt actum matrimonij honeſtum, quantùm ad illa duo bona matrimonij, quæ ipſius actũ reſpiciunt. Vnde quãdo coniuges conueniunt cauſa prolis procreandæ, vel vt ſibi inuicem debitum reddant, quæ ad finem pertinent, totaliter excuſantur à peccato: ſed tertiũ bonum non pertinet ad vſum matrimonij, ſed ad eſſentiam ipſius, vt dictum eſt. Vnde facit ipſum

ipſum matrimonium honeſtum, non autem actum eius, vt per hoc actus eius abſque peccato reddatur, quia cauſa alicuius ſignificationis conueniunt: & ideò duobus ſolis modis coniuges abſque omni peccato conueniunt, ſcilicet cauſa procreandæ prolis, & debiti reddẽdi: aliàs autem ſemper eſt ioi peccatum ad minus veniale.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd proles prout eſt bonum ſacramenti, addit ſupra prolem, prout eſt bonum intẽtum à natura. Natura enim intendit prolem prout in ipſa ſoluatur bonum ſpeciei: ſed in prole, ſecundum quòd eſt bonum ſacramenti matrimonij, vltra hoc intelligitur, vt proles ſuſcepta vlteriùs ordinetur in Deum: & ideò oportet quòd intentio naturæ, qua prolem intendit, referatur actus non habitu ad intẽtionem prolis prout eſt bonum ſacramenti, alias ſtaretur in creatura, quòd ſine peccato eſſe non poteſt: & ideò quando natura tantùm mouet ad actum matrimonij, non excuſatur à peccato omninò, niſi inquantum motus naturæ ordinatur actu: vel habitu vlteriùs ad prolem, ſecundum quòd eſt bonum ſacramenti, nec tamen ſequitur quòd motus naturæ ſit malus, ſed quòd ſit imperfectus, niſi ad aliquod bonum matrimonij vlterius ordinetur.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd ſi aliquis per actum matrimonij intendit vitare fornicationem in coniuge, non eſt aliquod peccatum, quia hæc eſt quædam redditio debiti, quæ ad bonũ fidei pertinet: ſed ſi intẽdit vitare fornicationem in ſe: ſic eſt ibi aliqua ſuperfluitas, & ſecundum hoc eſt peccatum veniale, nec ad hoc eſt matrimonium inſtitutum, niſi ſecundum indulgentiam: quæ eſt de peccatis venialibus.

¶Ad tertium dicendum, quòd vna debita circunſtantia non ſufficit ad hoc quòd actus ſit bonus: & ideò non oportet quòd quilibet cunque quis rẽ ſua vtatur vſus ſit bonus, ſed quando vtitur re ſua vt debet, ſecundum omnes circunſtantias.

¶Ad quartum dicendum, quòd quamuis intendere ſanitatis conſeruationem non ſit per ſe malum, tamen hæc intentio efficitur mala, ſi ex aliquo ſanitas intẽdatur, quod non eſt ad hoc de ſe ordinatum, ſicut qui ex ſacramento baptiſmi tantùm ſalutem corporalem quæreret, & ſimiliter etiam eſt in propoſito in actu matrimonij.

ARTICVLVS VI.

¶Vtrùm cognoſcẽs vxorem non intendens aliquod bonum matrimonij ſed ſolam delectationem, mortaliter peccet.

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur quòd quandocunque aliquis vxorem cognoſcit, non intendens aliquod bonum matrimonij, ſed ſolam delectationem, mortaliter peccet. Quia ſicut Hieronimus dicit & habetur in litera, Voluptates quæ de meretricum amplexibus capiuntur: in vxore damnandæ ſunt, ſed non dicitur eſſe damnabile: niſi peccatum mortale: ergo cognoſcere vxorem propter voluptatem ſolam eſt ſemper peccatum mortale.

¶Præterea, Conſenſus in delectatione eſt peccatum mortale, vt in 2. de lib. dictum eſt: ſed quicunque cognoſcit vxorem ſuam cauſa delectationis, conſentit in delectationem: ergo mortaliter peccat.

¶Præterea. Quicunque vſum creaturæ non refert in Deum creatura fruitur, quod eſt peccatũ mortale, ſed quicunque vxore propter ſolam delectationem vtitur, hunc vſum non refert in Deum: ergo mortaliter peccat.

¶Præterea. Nullus debet excõmunicari niſi pro peccato mortali: ſed aliquis vxorem ſola libidine cognoſcens ab ineroitu Eccleſiæ arceretur, vt in litera dicitur: quaſi ſit excommunicatus: ergo omnis talis peccat mortaliter.

¶SED CONTRA Quia ſecundum Aug. talis cõcubitus ponitur inter peccata quotidiana, pro quibus dicitur: Pater noſter, &c. vt habetur in litera: ſed talia non ſunt peccata mortalia, ergo, &c.

¶Præterea. Qui cibo vtitur ad delectationem tantùm, non peccat mortaliter: ergo pari ratione qui vtitur vxore tantùm cauſa libidinis ſatiandæ.

CONCLVSIO.

¶Cognoſcens vxorem ſola libidinis & delectationis cauſa, nullũ aliud bonum matrimonij habitu, vel actu intendens, mortaliter peccat.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidam dicunt, quòd quandocunque ad actum coniugalem libido principaliter mouet, eſt peccatum mortale, ſed quando mouet ex latere, tunc eſt peccatum veniale. Quando autem omninò delectationem deſpicit, & diſplicet ei, tũc eſt omninò ſine veniali peccato: vt ſic delectationem in illo actu quærere ſit peccatum mortale, delectationem oblatam acceptare ſit peccatũ veniale, ſed eam odire ſit perfectionis. Sed hoc non poteſt eſſe, quia ſecundum Philoſophum in 10. Ethic. idem iudicium eſt de delectatione & operatione, quia operationis bonæ eſt delectatio bona, & malæ mala. Vnde, cùm actus matrimonialis non ſit per ſe malus, nec quærere delectationem eſſet peccatum mortale ſemper.

¶Et ideò dicendum, quòd ſi delectatio quęratur vltra honeſtatem matrimonij: vt ſcilicet aliquis in cõiuge non attẽdat quòd coniunx eſt: ſed ſolùm q̃ mulier, paratus idem facere cum ea, ſi non eſſet coniunx, eſt peccatum mortale, & ideò talis dicitur ardentior amator vxoris, quia ardor ille extra bona matrimonij fertur. Si autem quęratur delectatio infra limites matrimonij, vt ſcilicet talis delectatio in alia non quæreretur, quàm in coniuge, ſic eſt veniale peccatum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ tunc voluptates meretricias vir in vxore quærit, quando nihil aliud in ea attendit quàm quod in meretrice attenderet.

¶Ad ſecundum dicendum, q̃ conſenſus in delectatione cõcubitus, qui eſt peccatum mortale, eſt peccatum mortale, non autem talis delectatio eſt matrimonialis actus.

¶Ad tertium dicendum, quòd quamuis delectationem nõ referat actu in Deum, non tamẽ ponit in ea vltimum delectationis finem aut voluptatis, aliàs eam vbicunque indifferenter quæreret, & ideò non oportet quòd creatura fruatur, ſed vtatur creatura propter ſe, ſe autem habitualiter propter Deum quamuis non actu.

¶Ad quartum dicendum, q̃ hoc non dicitur propter hoc quòd ex hoc peccato homo excõmunicationem mereatur, ſed quia ſpiritualibus ſe reddit inhabilem propter hoc quòd efficitur in actu illo totus caro.

QVAESTIO QVINQVAGESIMA.

De impedimentis matrimonij in generali, vnico articulo abſoluta.

DEINDE conſiderandum eſt de impedimentis matrimonij.

¶Et Primò in generali.

¶Secundò in ſpeciali.

ARTICVLVS VNICVS.

¶Vtrùm in matrimonio inconuenienter impedimenta aſsignentur.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd in matrimonio inconuenienter impedimenta aſsignentur. Matrimonium enim quoddam ſacramentum eſt contra alia diuiſum ſed alijs non aſsignantur impedimẽta: ergo in matrimonio aſsignari non debent. *Th. 4. diſtin. 24. q. vnica. arti. 1.*

¶Præterea. Quanto aliquid eſt minùs perfectum, tanto paucioribus modis impediri poteſt, ſed matrimonium inter alia ſacramenta eſt minùs perfectum: ergo nulla vel pauciſsima impedimenta ei aſsignari debent.

¶Præterea. Vbicunque eſt morbus, eſt neceſſarium remedium morbi: ſed concupiſcentia, in cuius remedium matrimonium eſt indultum, eſt in omnibus: ergo non debet eſſe aliquod impedimentum, quod aliquam perſonam illegitimam faciat penitus ad contrahendum.

¶Præterea. Illegitimum dicitur quod eſt contra legem, ſed huiſmodi impedimenta, quæ in matrimonio aſsignantur, non ſunt contra legem naturæ, quia non ſimiliter inueniuntur in quolibet ſtatu humani generis: plures enim gradus conſanguinitatis inueniũtur eſſe prohibiti vno tempore, quàm alio. Ex autem humana non poteſt (vt dicitur) matrimonio impedimenta præſtare, quia matrimonium non eſt ex inſtitutione humana, ſed diuina, ſicut & alia ſacramenta: ergo matrimonio nõ debent aliqua impedimenta aſsignari quæ faciant perſonas illegitimas ad contrahendum.

¶Præterea. Illegitimum & illegitimum per hoc quòd eſt contra legem vel non contra legem, differunt: inter quę non cadit medium, cùm ſint oppoſita ſecundum affirmationem & negationem, ergo non poſſunt eſſe aliqua matrimonij impedimenta, quibus perſonæ mediæ inter legitimas & illegitimas conſtituantur.

¶Præterea. Coniunctio viri & mulieris non eſt licita, niſi in matrimonio: ſed omnis cõiunctio illicita dirimi debet: ergo ſi aliquid matrimonium contrahendum impediat, hoc dirimet contractum de facto, & ſic non debent aliqua impedimenta matrimonio aſsignari, quæ impediant contrahendum, & non dirimant contractum.

¶Præterea, Nullo impedimento poteſt à re aliqua remoueri quod in definitione ipſius cadit: ſed indiuiſibilitas cadit in definitione matrimonij: ergo non poſſunt eſſe aliqua impedimenta, quæ matrimonium contractum dirimant.

¶SED CONTRA, Videtur quòd debeant eſſe infinita matrimonij impedimenta, quia matrimonium quoddam bonum eſt, ſed infinitis modis eſt defectus boni. vt dicit Diony. 4. cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

de Dei no. ergo infinita sunt matrimonij impedimenta.

¶ Præterea, Impedimenta matrimonij accipiuntur secundum conditiones particularium personarum: sed conditiones huius modi sunt infinitæ: ergo & matrimonij impedimenta.

CONCLVSIO.

¶ Aliqua expediens fuit esse impedimenta cõtrahendum matrimoniũ dirimentia, sed non contractum. Ecclesiæ videlicet inhibitio, ac feriatum tempus: & aliqua ipsum iam contractum & contrahendum, scilicet. Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen, Cultus disparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honestas, Affinitas, Impotentia coeundi.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sunt quædam quæ sunt de essentia matrimonij, & quædam quæ sunt de solemnitate eius, sicut & in alijs sacramẽtis, & quia remotis his, quæ sunt de solennitate eius in alijs sacramentis, adhuc manet verum sacramentum: ideò impedimẽta quæ contrariãtur his, quæ sunt de solennitate sacramenti, non efficiunt, quin sit verum sacramentum, & talia dicuntur impedire contrahendum, sed nõ dirimunt contractum: sicut prohibitio Ecclesiæ, & tempus feriatum. vnde versus.

Ecclesia vetitum, nec non tempus feriatum,
Impediunt fieri, permittunt irrita teneri.

Impedimenta autem quæ contrariantur his quæ sunt de essentia matrimonij, faciũt vt non sit verum matrimonium: & ideò dicuntur non solùm impedire contrahendum, sed dirimere iã contractum, quę his versibus continentur:

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen honestas,
Si sis affinis, si forte coire nequibis,
Hæc socianda vetant, connubia facta retractant.

Horum autem numerus sic accipi potest. Potest enim matrimonium impediri aut ex parte contractus matrimonij, aut ex parte contrahentium. Si primo modo, cùm contractus matrimonij fiat per voluntarium consensum, qui tollitur per ignorantiam & per violentiam, erunt duo impedimenta matrimonij, scilicet vis, id est coactio, & error & parte ignorantię. Et ideò de illis duobus impedimentis Magister determinauit, vbi agebatur de causa matrimonij: nunc autem agit de impedimentis quę accipiuntur ex parte personarum contrahẽtiũ quæ sic distinguuntur: Potest enim aliquis impediri à matrimonio contrahendo vel simpliciter, vel respectu alicuius personę. Si simpliciter, vtcum nulla possit matrimonium contrahere, hoc non potest nisi quia impeditur à matrimoniali actu, quod quidem contingit dupliciter. Primò, quia non Potest de facto, siue quia omninò non possit, & sic ponitur impedimentum impotentia coeundi: siue quia non liberè possit, & sic ponitur impedimentum seruitutis conditio. Secundò, quia nõ licitè potest & hoc secũdum quòd ad continentiam obligatur, quod contingit dupliciter, Vel quia obligatur ex officio susceptо, & sic est impedimentum ordinis: vel ex voto emisso, & sic impedit votum. Si autem aliquis impeditur matrimonio à non simpliciter, sed respectu alicuius personæ, vel propter obligationem ad alteram personam: sicut qui vni matrimonio iunctus est nõ potest alteri coniungi, & sic est ligamen matrimonij: vel quia deficit proportio ad alteram personam: & hoc propter tria. Primò quidem propter nimiam distantiam ad ipsam, & sic est disparitas cultus. Secundò, propter nimiam propinquitatem, & sic ponitur triplex impedimẽtum, scilicet cognatio, quæ importat propinquitatem duarũ personarum ratione tertiæ matrimonio coniunctæ, & publicæ honestatis iustitia, in qua est propinquitas duarum personarum respectu tertiæ per sponsalia iunctæ. Tertiò, propter indebitam coniunctionem ad ipsam primò factam, & sic impedit crimen adulterij priùs cum ipsa commissi.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd etiam alia sacramenta impediri possunt, si aliquid quod sit de essentia vel solennitate sacramenti, subtrahatur, vt dictum est. Sed tamen magis matrimonio, quàm alijs sacramentis impedimenta assignantur propter tres rationes. Primò, quia matrimonium consistit in duobus: & ideò pluribus modis potest impediri, quam alia sacramenta quæ vni personæ competit singulariter. Secundò, quia matrimonium habet in nobis causam & in Deo, sed alia quædam sacramenta solùm in Deo. Vnde & pœnitentiæ, quæ habet causam in nobis, aliquo modo Magister suprà quædam impedimenta assignauit, vt hypocrisim, Iudos & huiusmodi. Tertiò, quia de alijs sacramentis est præceptum vel consilium sicut de bonis perfectionibus: sed de matrimonio est indulgentia, sicut de bono minùs perfecto: & ideò, vt detur occasio proficiendi in melius, plura impedimenta assignantur matrimonio, quàm alijs sacramentis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd perfectiora pluribus modis impediri possunt in quantum ad ea plura requiruntur. Si autẽ sit aliquod imperfectũ ad quod plura requiruntur, illud etiam habebit plura impedimenta, & sic est de matrimonio.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd ratio illa procederet si nõ essent alia remedia, quibus etiam posset efficaciùs morbo concupiscentiæ subueniri, quod falsum est.

¶ Ad quartum dicendum, quòd personæ illegitimæ ad matrimonium contrahendum dicuntur ex eo quòd sunt contra legem, qua matrimonium statuitur. Matrimonium autem, inquantum est in officium naturæ, statuitur lege naturæ: inquantum est sacramentum, statuitur iure diuino: inquantum est in officium communitatis, statuitur lege ciuili. Et ideò ex qualibet dictarum legum potest aliqua persona effici ad matrimonium illegitima. Nec est simile de aliis sacramentis quæ sunt sacramenta tantùm: & quia lex naturalis secundum diuersos status respicit determinationes diuersas, & ius positiuũ variatur etiam secundum diuersas hominum conditiones in diuersis temporibus: ideò Magister ponit in diuersis temporibus diuersas personas illegitimas fuisse.

¶ Ad quintum dicendum, quòd lex potest aliquid prohibere vel vniuersaliter, vel in parte quantum ad aliquos casus: & Ideò inter esse totaliter secũdum legem, & esse totaliter cõtra legem quæ sunt contrariè oppositа, & non secundum affirmationem & negationem, cadit medium aliqualiter secundum legem, & aliqualiter contra legem: & propter hoc ponuntur quædam personæ mediæ inter simpliciter legitimas & inter simpliciter illegitimas.

¶ Ad sextum dicendum, quòd illa impedimenta quæ non dirimunt matrimonium contractum, impediunt quandoque contrahendum, non vt non fiat, sed vt non licitè fiat: & tamen si fiat, matrimonium contractum est, quamuis contrahens peccet: sicut si aliquis consecraret post comestionem, peccaret contra statutum Ecclesiæ faciens, nihilominus verum sacramentum perficeret, quia ieiunium consecrantis non est de necessitate sacramenti.

¶ Ad septimum dicendum, quòd impedimenta prædicta non dicuntur dirimere matrimonium contractum quasi soluentia verum matrimonium, quod ritè contractum est, sed quia soluunt matrimonium quod contractum est de facto & non de iure. Vnde si impedimentorum aliquod matrimonio ritè facto superueniat, matrimonium soluere non valet.

¶ Ad octauum dicendum, quòd impedimenta quibus aliquod bonum per accidens impeditur, sunt infinita, sicut & omnes causæ per accidens: sed causæ corrumpentes aliquod bonum per se, sunt determinatæ: sicut etiam causæ constituentes: quia causæ destructionis & constructionis alicuius rei sunt oppositę, vel eædem contrario modo sumptæ.

¶ Ad nonum dicẽdum, quòd conditiones particularium personarum in singulari sunt infinitæ, sed in generali possunt reduci ad certum numerum: sicut in medicina Patet, & in omnibus artibus operatiuis quæ sunt particularium, in quibus & actus considerantur & conditiones.

QVAESTIO QVINQVAGESIMA PRIMA.

De impedimento erroris, in duos articulos diuisa.

DEINDE cõsiderandum est de impedimentis matrimonij in speciali. Et primò de impedimento erroris.

¶ Circa quod quæruntur duo.

¶ Primò, vtrùm error de sui natura matrimonium impediat.

¶ Secundò, quis error.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm error conuenienter ponatur impedimentum matrimonij.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd error non debeat poni matrimonij impedimentum per se. Consensus enim, qui est causa matrimonij, impeditur, sicut & voluntarium: sed voluntarium secundum Philosophum, 3. Ethicorum potest impediri per ignorantiam, quæ non est idem quod error, quia ignorantia nullam cognitionem ponit, sed error ponit, eo quòd approbare falsa pro veris sit error: secundum Augu. ergo non debuit hic poni impedimentum matrimonij error: sed magis ignorantia.

¶ Præterea, Illud potest impedire matrimonium de sui natura, quod habet contrarietatem ad bona matrimonij: sed error non est huiusmodi: ergo error de sui natura non impedit matrimonium.

¶ Præterea, Sicut consensus requiritur ad matrimonium, ita intentio requiritur ad baptismum. Sed si aliquis baptizat Ioannem & credit baptizare Petrum, nihilominus verè baptizatus est: ergo error non excludit matrimonium.

Prętereà,

¶ Præterea. Inter Liam & Iacob fuit verum matrimonium: sed ibi fuit error: ergo non excludit matrimonium.

¶ SED CONTRA est, q̃ in Digestis dicitur. Quid tam contrarium est consensui, quam error? sed consensus requiritur ad matrimonium: ergo error matrimonium impedit.

¶ Præterea. Consensus aliquid voluntarium nominat, sed error impedit voluntarium: quia voluntarium, secundum Philosphũ & Gregoriũ, Nissenum & Damassenum, est cuius principium est in aliquo sciente singularia, in quibus est actus, quod errantі non competit: ergo error matrimonium impedit.

CONCLVSIO.

¶ Error de iure naturæ quam maximè matrimonium impedit.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd quicúnque impedit causam, de sui natura impedit & effectum similiter, consensus autem est causa matrimonij, vt dictum est: & ideò quod euacuat consensum, euacuat matrimonium. Consensus autem voluntatis est actus, qui præsupponit actum intellectus: deficiente autem primo, necesse est defectum contingere in secundo: & ideò quando error cognitionem impedit, sequitur etiam in ipso consensu defectus: & per consequens in matrimonio, & sic error de iure naturali habet, quòd euacuet matrimonium.

Error. Origenes. Ignorantia differens.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ignorantia differt simpliciter loquendo ab errore: quia ignorantia de sui ratione non importat aliquem cognitionis actum, sed error ponit iudicium rationis peruersum de aliquo tamen quantum ad hoc quòd est impedire voluntariũ, non differunt vtrùm dicatur ignorantia vel error. Quia nulla ignorantia potest impedire voluntarium: nisi quæ habet errorem adiunctum, eò quòd actus voluntatis præsupponit æstimationem siue iudicium de aliquo in quod fertur: vnde si est ibi ignorãtia, oportet ibi esse errorem: & ideò etiam ponitur error quasi causa proxima.

¶ Ad secundum dicẽdum, q̃ quamuis non contrarietur secundũ se matrimonio: cõtrariatur ei tamen quantũ ad causam suã.

¶ Ad tertium dicendum, quòd character baptismi non causatur ex intentione baptizantis directè: sex ex elemento materiali exteriùs adhibito. Intentio autem operatur solùm vt dirigens elementum materiale ad effectum proprium: sed vinculum coniugale ex ipso consensu causatur directè, & ideò non est simile.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut Magister 50. di. 4. sententiarum dicit: matrimonium quod fuit inter Liam & Iacob, nõ fuit per fectum ex ipso concubitu, qui ex errore contingit, sed ex consensu, qui postmodùm accessit, cùm vterque à peccato excusetur: vt patet in eadem distinctione.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm omnis error matrimonium impediat.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ omnis error matrimonium impediat, & non solũ error conditionis aut personæ, vt in litera dicitur. Quia quod conuenit alicui secundum se, conuenit ei secundum totum suum ambitum. Sed error de sui natura habet quod matrimonium impediat, vt dictum est: ergo omnis error matrimonium impedit.

¶ Præterea. Si error inquantum huiusmodi matrimonium impedit, maior error magis debet impedire: sed maior est error fidei, qui est in hæreticis non credentibus hoc sacramentum, quàm error personæ, ergo magis debet impedire, quàm error personæ.

¶ Præterea. Error non euacuat matrimonium: nisi inquantum tollit voluntarium: sed ignorantia cuiuslibet cuiusliber voluntarium tollit, vt patet in 3. Ethic. ergo non solùm error conditionis & personæ matrimonium impediunt.

¶ Præterea. Sicut conditio seruitutis aliquid est annexum accidens personæ, ita qualitas corporis aut animi: sed error conditionis impedit matrimonium: ergo eadem ratione error qualitatis aut fortunæ.

¶ Præterea. Sicut ad conditionem personæ pertinet seruitus & libertas: ita nobilitas, vel ignobilitas, aut status dignitatis & priuatio eius: sed error conditionis libertatis vel seruitutis impedit matrimonium: ergo & error aliorum dictorum.

¶ Præterea. Sicut conditio seruitutis impedit, ita etiam disparitas cultus & impotentia coeundi: vt infra dicetur: ergo sicut error conditionis ponitur matrimonij impedimentum, ita error circa aliã huiusmodi deberet impedimentum matrimonij poni.

¶ SED CONTRA Videtur quòd nec error personę matrimonium impediat. Quia sicut emptio est quidam contractus, ita etiam matrimonium, sed in emptione & venditione si detur aurum æquialens pro alio auro non impeditur venditio: ergo nec matrimonium impeditur si pro vna muliere alia accipiatur.

¶ Præterea. Potest contingere quòd per multos annos iste error detineatur, & filios & filias generent simul, sed graue esset dicere, quòd tunc essent diuidendi: ergo primus error non frustrauit matrimonium.

¶ Præterea. Potest contingere q̃ frater viri in quem consentire credit mulier offeratur ei, & cum eo commisceatur carnaliter: & tunc videtur q̃ non possit redire ad illum in quem consentire se credidit, sed debeat stare cum fratre eius: & sic error personæ non impedit matrimonium.

CONCLVSIO.

¶ Matrimonium, cũ inter duas certas personas fiat, mutuam & in inuicem potestatem recipientes, ex persona & personarum conditionis errore impediri necesse est.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut error ex hoc quòd inuoluntarium causat habet excusare peccatum, ita habet quòd matrimonium impediat ex eodem: error autem non excusat à peccato nisi sit illius circũstantiæ cuius appositio vel remotio facit differentiam liciti & illiciti in actu. Si enim aliquis percutiat patrem baculo ferreo, quę credit ligneum esse, non excusatur à toto, quamuis fortè a tanto: sed si credat quis percutere filium causa disciplinæ, & percutiat patrem excusatur à toto, adhibita debita diligẽtia: vnde oportet q̃ error qui matrimonium impedit, sit alicuius eorum quę sunt de essentia matrimonij. Duo autem includit ipsum matrimonium, scilicet personas duas quæ coniunguntur, & mutuam potestatem inuicem: in qua matrimonium cõsistit. Primum autem tollitur per errorem personæ. Secundũ per errorem conditionis, quia seruus non potest potestatem sui corporis liberè alteri tradere sine consensu sui domini, & propter hoc hi duo errores matrimonium impediunt, & non alij.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ error non habet ex natura generis q̃ impediat matrimonium, sed ex natura differentiæ adiunctæ: prout scilicet est error alicuius eorum quæ sunt de essentia matrimoniali.

¶ Ad secundum dicẽdum, q̃ error infidelis de matrimonio nõ est circa ea quæ sunt matrimonij consequentia: scilicet an sit sacramentum, an licitum: & ideò error talis matrimonium non impedit: sicut nec error circa baptismum impedit acceptionẽ characteris, dummodò intendat facere vel recipere quod Ecclesia dat, quamuis credat nihil esse.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ non quælibet circunstantiæ ignorantia causat involuntarium, quod excusat peccatum, vt dictũ est, & propter hoc ratio non sequitur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd diuersitas fortunæ non variat aliquid eorum quæ sunt de essentia matrimonij, nec diuersitas qualitatis, sicut facit conditio seruitutis, & ideò ratio non sequitur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd error nobilitatis, inquantum huiusmodi, non euacuat matrimonium eadem ratione, qua nec error qualitatis. Sed si error nobilitatis vel dignitatis redũdat in errorem personæ, tunc impedit matrimonium: vnde si consensus mulieris feratur in istam personam directè, error nobilitatis ipsius non impedit matrimonium. si autẽ directè intendit consentire in filium Regis quicúnque sit ille: tunc si alius præsentetur ei quàm filius Regis, est error personæ, & impedietur matrimonium.

¶ Ad sextum dicendum, q̃ error etiam aliorum impedimentorum matrimonij, quantum ad ea quę faciunt personas illegitimas, impedit matrimonium: sed ideò de errore illorum nõ fecit mentionẽ: quia illa impediunt matrimonium: siue cum errore siue sine errore, vt si aliqua contrahat cũ subdiacono, siue sciat siue nesciat, non est matrimonium: sed conditio seruitutis non impedit si seruitus sciatur: & ideò non est simile.

¶ Ad septimũ dicendum, q̃ pecunia in contractibus accipitur quasi mensura aliarum rerum, vt patet in 5. Ethic. & non quasi propter se quęsita: & ideò si non detur illa pecunia quę creditur: sed alia æquialens, nihil obest cõtractui: sed si in re quęsita propter se esset error, impediretur cõtractus, sicut si alicui vẽderetur asinus pro equo, & similiter est in proposito.

¶ Ad octauum dicendum, q̃ quantumcúnq; fuerit cum ea, nisi de nouo consentire velit, non est matrimonium.

¶ Ad nonum dicendum, q̃ si antè non consenserat in fratrem eius, potest eum quem per errorem accipit retinere: nec potest ad fratrẽ eius redire, præcipuè si fit cognita carnaliter ab eo, quem accepit. Si autẽ consenserit in primum per verba de præsenti, non potest secundum habere primo viuente, sed potest vel secundum relinquere: vel ad primum redire: & ignorantia facti excusat, sicut excusaretur si posti constitimarum matrimonium à cõsanguineo viri sui fraudulenter cognosceretur, quia fraus alterius non debet sibi præiudicare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO QVINQVAGESIMASECVNDA. De impedimento conditionis seruitutis. in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de impedimento conditionis. Circa quod quæruntur quatuor.

¶Primò, vtrùm conditio seruituris matrimonio impediat.

¶Secundò, vtrùm seruus sine consensu domini possit matrimonium contrahere.

¶Tertiò, vtrùm aliquis postquam vxoratus est, possit seruum facere sine consensu vxoris.

¶Quartò, vtrùm filij debeant sequi conditionem patris vel matris.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm conditio seruitutis impediat matrimonium.

Th. 4. distin. 36. q. vnica. ar. 1. et sequē.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd conditio seruitutis non impediat matrimonium. Nihil enim impedit matrimonium nisi quod habet aliquam contrarietatem ad ipsum sed seruitus non habet aliquam contrarietatem ad matrimonium, altàs inter seruos nō possent esse coniugia: ergo seruitus non impedit matrimonium.

¶Præterea, Illud quod est contra naturam, non potest impedire illud quod est secundum naturam: sed seruitus est contra naturam, quia sicut dicit Gregor. Contra naturam est hominem homini velle dominari: quod etiam patet ex hoc quòd homini dictum est, vt præsit piscibus maris, &c. non autem vt præsit homini: ergo non potest impedire matrimonium quod est naturale.

¶Præterea, Si impediat, aut hoc est de iure naturali, aut de iure positiuo: non de iure naturali, quia secundū ius naturale omnes homines sunt æquales. vt Gregor. & Boetius dicunt: & in principio Digestorū dicitur, quod seruitus non est de iure naturali, vt Tullius dicit: ergo secundum ius nullum matrimoniū seruitus impedire potest.

¶Præterea, Illud quod impedit matrimonium, æqualiter impedit, siue sciatur, siue ignoretur, vt patet de consanguinitate: sed seruitus vnius cognita ab altero non impedit matrimonium: ergo seruitus, quantùm in se est, non habet quod impediat matrimonium, & ita non deberet poni per se matrimonij impedimentum ab alijs distinctum.

¶Præterea, Sicut contingit esse errorem circa seruitutē, vt putetur liber qui seruus est, ita potest esse error de libertate, vt putetur seruus qui est liber: sed libertas non ponitur matrimonij impedimentum: ergo nec seruitus deberet poni.

¶Præterea, Magis facit grauem societatē matrimonij: & plus impedit prolis bonum morbus leprę, quàm seruitus: sed lepra non ponitur impedimentum matrimonij: ergo nec seruitus debet poni.

¶SED CONTRA est quod Decre. dicit de coniugio seruorum, quia error conditionis impedit contrahendum matrimonium, & diuimit contractum.

¶Præterea, Matrimonium est de bonis per se expetendis, inquantum habet honestatem: sed seruitus est de per se fugiēdis: ergo matrimoniū & seruitus sunt contraria, & sic seruitus matrimonium impedit.

CONCLVSIO.

¶Cùm per matrimonium alter coniugum alteri obligatur ad liberè reddendum debitum, seruitutis conditionem necesse est dirimere matrimonium, dummodo sit ignorata.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in matrimonij contractu obligatur vnus coniugum alteri ad debitum reddendum: & ideò, si ille, qui se obligat, est impotens ad soluendum, ignorantia huiusmodi impotentię in eo cui fit obligatio, tollit contractum: sicut autem per impotētiam coeundi efficitur aliquis impotens ad soluendum debitum, vt omnino non possit soluere, ita per seruitutem, vt liberè debitum reddere non possit: & ideò sicut impotentia coeundi ignorata impedit matrimoniū, non autem si sciatur, ita conditio seruitutis ignorata impedit matrimonium non autem seruitus scita.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd seruitus contrariatur matrimonio quantùm ad actum, ad quem quis per matrimonium alteri obligatur, quem non potest liberè exequi, & quantum ad bonum prolis quæ peioris cōditionis efficitur ex seruitute parentis: sed quia quilibet potest in eo quod sibi debetur sponte detrimentū aliquod subire: ideò si alter coniugū scit alterius seruitutem, nihilominus tenet matrimoniū. Similiter etiam quia in matrimonio est æqualis obligatio ex vtraque parte ad debitum reddendum, non potest aliquis requirere maiorē obligationē ex parte alterius quā ipse possit facere & propter hoc etiam seruus si contrahit cum ancilla, quàm credit liberam, non propter hoc impeditur matrimonium: & sic patet quòd seruitus non impedit matrimonium nisi quando est ignorata ab alio coniuge, & si ille sit liberę conditionis: & ideò nihil prohibet circa seruos esse coniugia, vel inter liberum & ancillam.

¶Ad secundum dicendum, quòd nihil prohibet aliquid esse contra naturam quātum ad primam intentionem ipsius, quod non est contra naturam quantum ad secundam intentionem eius: sicut omnis corruptio & defectus & senium est contra naturam, vt dicitur in secundo de Cœl. quia natura intendit esse & perfectionem, non tamen est contra secundam intentionem naturæ: quia ex quo natura non potest conseruari in vno esse, cōseruatur in altero quod generatur ex corruptione alterius: & quando natura non potest perducere ad maiorem perfectionem, inducit ad minorem, sicut quando non potest facere masculum, facit fœminam, quæ est mas occasionatus: vt dicitur in 16. de Animalibus. Similiter etiam dico quòd seruitus est contra primam intentionē naturæ, sed nō est contra secundā, quia naturalis ratio ad hoc inclinat & hoc appetit natura, vt quilibet sit bonus. Sed ex quo aliquis peccat, natura etiam inclinat vt ex peccato pœnam reportet, & sic seruitus in pœnam peccati introducta est: nec est inconueniens aliquod naturale per hoc quòd est contra naturam, hoc modo impediri: sic enim matrimonium impeditur per impotentiam coeundi, quæ est contra naturam modo prædicto.

¶Ad tertium dicendum, quòd ius naturale dictat quòd pœna sit pro culpa infligenda quòd nullus sine culpa puniri debeat: sed determinare pœnam secundum conditionem personæ & culpæ est iuris positiui: & ideò seruitus quæ est pœna determinata à iure positiuo & à naturali, proficiscitur sicut determinatum ab indeterminato, & eodem iure positiuo determinatē est factum, quòd seruitus ignorata matrimonium impediat, ne aliquis sine culpa puniatur: est enim quædam pœna vxoris, quòd habeat virum seruum, & econtrario.

¶Ad quartum dicendum, quòd aliqua impedimenta sunt quę faciunt matrimonium illicitum: sed quia voluntas nostra non facit licitum aliquid vel illicitum, sed lex cui voluntas subdi debet: ideò ignorantia talis impedimenti quæ voluntarium tollit, vel scientia nihil facit ad hoc quòd matrimoniū teneat, & tale impedimentum est affinitas, vel votum, & huiusmodi. Quædam autem impedimenta sunt quæ faciunt matrimonium ineficax ad solutionem debiti, & quia in voluntate nostra consistit debitum nobis relaxare: & ideò talia impedimenta si sint cognita, matrimonium non tollunt, sed solùm quando ignorantia voluntarium excludit, & tale impedimentum est seruitus & impotentia coeundi: & quia etiam de se habent aliquam rationem impe. dimenti, ideò ponuntur specialia impedimenta præter errorem: non autem personæ variatio ponitur specialis impedimentum præter errorem, quia persona alia subintroducta non habet rationem impedimenti nisi ex intentione contrahentis.

¶Ad quintum dicendum, quòd libertas non impedit matrimonij actum, vnde libertas ignorata non impedit matrimonium.

¶Ad sextum dicendum, quòd lepra non impedit matrimoniū quantum ad primum actum suum, quia leprosi debitum reddere possunt liberè, quamuis aliqua grauamina matrimonij inferant quantum ad secundos effectus: & ideò non impedit matrimonium sicut seruitus.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm seruus possit contrahere matrimonium sine cōsensu domini.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd seruus matrimonium contrahere non possit sine cōsensu domini. Nullus enim potest alicui dare quod est alterius, sine consensu ipsius: sed seruus est res domini: ergo non potest contrahendo matrimonium dare potestatem corporis sui vxori sine consensu domini.

¶Præterea, Seruus tenetur domino suo obedire: sed dominus potest ei præcipere quòd in matrimoniū non consentiat: ergo sine consensu eius non potest matrimonium contrahere.

¶Præterea, Post contractum matrimonium seruus tenetur reddere debitum vxori etiam præcepto iuris diuini: sed eo tempore quo vxor debitum petit, potest dominus aliquod seruitium seruo imponere, quod facere non poterit, si carnali copulę vacare velit: ergo si sine consensu domini posset seruus contrahere matrimonium, priuaretur dominus seruitio sibi debito sine culpa, quod esse non debet.

¶Præterea, Dominus potest vendere seruum suum in exteras regiones, quò vxor sua non poterit eum sequi, vel propter infirmitatem corporis, vel propter fidei periculum imminens: puta si vendatur infidelibus, vel etiam domino vxoris nō permittētę, si sit ancilla, & sic matrimonium dissoluetur, quod est inconueniens: ergo non potest seruus sine consensu domini matrimonium contrahere.

¶Prętèrea. Fauorabilior est obligatio, qua homo diuinis obsequijs se mācipat, quàm illa qua homo se vxori subijcit: sed seruus sine consensu domini non potest religionem intrare: vel ad ordines promoueri: ergo multò minùs potest sine eius consensu matrimonio iungi.

¶SED CONTRA, Gala. 4. In Christo Iesu nō est seruus neq; liber, ergo ad matrimonium contrahendum in fide Christi Iesu: eadem est libertas liberis & seruis.

¶Præterea. Seruitus est de iure positiuo: sed matrimonium de iure naturali & diuino: cū ergo ius positiuum non præiudicet iuri naturali aut diuino, videtur q̄ seruus absque domini consensu matrimonium contrahere possit.

CONCLVSIO.

¶Cùm matrimonium ad ius naturæ referatur, potest seruus sine domini sui consensu liberè matrimonium contrahere.

¶RESPONDEO dicendum, q̄ ius positiuū (vt dictū est) progreditur à iure naturali: & ideò seruitus quę est de iure positiuo: nō potest præiudicare his quæ sunt de iure naturali, sicut autē appetitus naturæ est ad operationē individui: ita est ad conseruationē speciei per generationē: vnde sicut seruus nō subditur domino, quin liberē possit comedere & dormire, & alia huiusmodi facere quæ ad necessitatem corporis pertinēt, sine quibus natura conseruari non potest, ita non subditur ei quantum ad hoc, q̄ non possit liberè matrimonium contrahere, etiam domino nesciente: aut contradicente.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd seruus est res domini quantum ad ea quæ naturalibus superadduntur, sed quātum ad naturalia omnes sunt pares: vnde in his quæ ad actus naturales pertinent, seruus potest alteri inuito domino sui corporis potestatem per matrimonium præbere.

¶Ad secundum dicendum, q̄ seruus domino suo tenetur obedire in his quæ dominus licitè potest præcipere: sicut autē licitè nō potest dominus præcipere seruo, q̄ nō comedat vel dormiat, ita etiam nec q̄ à matrimonio contrahendo abstineat. Interest enim ad legislatorem qualiter quilibet re sua vtatur: & ideò si dominus præcipiat seruo q̄ non contrahat matrimonium: seruus non tenetur domino obedire.

¶Ad tertium dicendum, quòd si seruus volēte domino matrimonium contraxerit: tunc debet prætermittere seruitiū domini imperātis, & reddere debitum vxori, quia per q̄ hoc dominus concessit vt matrimonium seruus cōtraheret, intelligitur ei concessisse omnia quæ matrimonium requirunt. Si autē matrimonium ignorante vel contradicēte domino est contractū: non tenetur reddere debitum: sed potiùs domino obedire, si vtrumq; esse non possit: sed tamen in his multa particularia cōsiderari debēt, sicut & in omnibus humanis actibus: scilicet periculū castitatis imminēs vxori, & impedimentū quod ex reddītione debiti seruitio imperato generatur: & alijs huiusmodi: quibus omnibus ritè pensatis iudicari poterit cui magis seruus obedire teneatur domino: vel vxori.

¶Ad quartum dicendum, q̄ in tali casu dicitur quòd dominus cogendus est, ne seruum vendat talirer, q̄ faciat onera matrimonij grauiora: præcipuè cùm nō desit facultas vbicunq; seruum suum vendendi iusto pretio.

¶Ad quintū dicēdū, q̄ propter religionē & ordinis susceptionē aliquis obligatur diuinis obsequijs quantū ad totū tempus: sed vir tenetur debitū reddere vxori nō semper, sed congruis rēporibus, & ideò nō est simile. Et propterea ille qui intrat religionē: & suscipit ordinē, obligat se ad aliqua opera quæ sunt naturalibus superaddita, in quibus dominus potestatē eius habet, & nō in naturalibus, ad quæ obligat se per matrimonium: vnde posset continentiam vouere sine consensu domini.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm seruitus in matrimonio possit superuenire.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd seruitus matrimonio non possit superuenire, vt vir sealteri in seruum vendat. Quia quod in fraudem & præiudicium alterius factum est, ratum non debet esse: sed vir qui se in seruū vēdit facit hoc quandoque in fraudem matrimonij: & ad minùs in detrimētum vxoris: ergo non debet valere talis venditio ad seruitutem inducendam.

¶Præterea. Duo fauorabiliora præiudicant vni non fauorabili: sed matrimonium & libertas sunt fauorabiliora, & repugnāt seruituti quæ non est fauorabilis in iure: ergo talis seruitus debet penitus annullari.

¶Præterea. In matrimonio vir & vxor ad paria iudicantur: sed vxor non potest se in ancillam dare nolente marito, ergo nec vir nolente vxore.

¶Præterea. Illud quod impedit rei generationem in naturalibus destruit etiam rem generatam, sed seruitus viri nesciente vxore impedit matrimonium contractum antequam fiat: ergo si posset matrimonio superuenire destrueret matrimonium, quod est inconueniens.

¶SED CONTRA Quilibet potest dare alteri quod suum est: sed vir est sui iuris, cū sit liber: ergo pōt dare ius suū alteri.

¶Præterea. Seruus potest nolente domino vxorem ducere, vt dictum est: ergo eadem ratione vir potest domino se subijcere nolente vxore.

CONCLVSIO.

¶Vir cū subiiciatur vxori in his tantū, quæ ad actum naturæ spectāt, potest alteri se in seruum dare absque uxoris consensu.

¶RESPONDEO dicendum, quòd vir subditur vxori solū in his, quę ad actum naturæ pertinent: in quibus sunt æquales, ad quæ seruitutis subiectio se non extendit: & ideò vir nolente vxore potest se alteri in seruū dare, nō tamen ex hoc matrimonium dissoluetur, quia nullum impedimentum matrimonio superueniens potest dissoluere ipsum: vt dictum est.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd fraus bene potest nocere ei qui fraudem fecit, sed non potest alteri prę̄iudicium generare, & ideò si vir in fraudem vxoris alteri dat se in seruum, ipse reportat damnum inæstimabile bonum libertatis amittens, sed vxori nullum potest ex hoc præiudicium generari, quin teneatur reddere debitum petenti, & ad omnia quæ matrimonium requirit, non enim potest ab his retrahi domini sui præcepto.

¶Ad secundum dicendum, quòd quantum ad hoc quòd seruitus matrimonio repugnat, matrimonium seruituti præiudicat, quia tunc seruus tenetur vxori debitum reddere etiam nō le. te domino.

¶Ad tertiū dicendum, q̄ quāuis in actu matrimoniali, & in his quæ ad naturā spectant, ad paria vir & vxor iudicētur, ad quæ conditio seruitutis se non extendit: tamen quantū ad dispensationē domus, & alia huiusmodi superaddita, vir est caput vxoris, & debet corrigere eam: nō autem econtrario: & ideo vxor non potest se dare in ancillam nolente viro.

¶Ad quartum dicendum, quòd ratio illa procedit de rebus corruptibilibus: in quibus etiā multa impediunt generationē, quę non sufficiunt ad destruēdum rem generatam: sed in rebus perpetuis potest impedimentum præstare, ne res talis esse incipiat, non autem vt esse desistat: sicut patet de anima rationali, & similiter etiam est de matrimonio quod est perpetuum vinculum præsenti vita manente.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm filij debeant sequi conditionem patris.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd filij debeant sequi conditionem patris. Quia denominatio fit à digniori, sed pater in generatione est dignior quam mater: ergo, &c.

¶Præterea. Essentia rei magis descendit à forma quàm à materia: sed in generatione pater dat formam, mater materiam: vt dicitur 16. de animalibus, ergo magis debet sequi proles patrem, quàm matrem.

¶Præterea. Illud præcipuè debet aliquid sequi cui magis assimilatur: sed filius plus assimilatur patri quàm matri, sicut & filia plus matri, ergo ad minus filius plus debet sequi patrem & filia matrem.

¶Præterea. In sacra Scriptura non computatur genealogia per mulieres, sed per viros: ergo proles magis sequitur patrē, quàm matrem.

¶SED CONTRA Si quis seminat in terra aliena: fructus sunt eius, cuius est terra: sed vēter mulieris respectu seminis viri est sicut terra, respectu sementis: ergo, &c.

¶Præterea. In animalibus hoc videmus quæ ex diuersis speciebus nascuntur, quòd partus magis sequitur matrem quā patrē: vnde muli qui nascuntur ex equa & asino, magis assimilātur equabus, quam illi qui nascuntur ex asina & equo, ergo similiter debet esse in hominibus.

CONCLVSIO.

¶Proles ac filij matrem potius sequuntur in libertatis & seruitutis conditione, quā patrem, quanquam in quibusdam hoc excipiatur terris, quibus proles deteriorem sequitur conditionem.

¶RESPONDEO dicendum, q̄ secundum leges ciuiles partus sequitur ventrem, & hoc rationabiliter. Quia proles habet à patre complementum formale, sed à matre substantiam corporis: seruitus autem corporalis conditio est, cùm seruus sit quasi instrumentum domini in operando, & ideò proles in li-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bertate & seruitute sequitur matrem, sed in his quæ pertinent ad dignitatem, secundum quòd est ex forma rei, sequitur patrem, sicut in honoribus & municipijs & hereditate, & alijs huiusmodi: & huic etiam concordant Canones, & lex Moysi: vt patet Exod. 21. In quibusdam tamen terris quæ iure ciuili non reguntur, partus sequitur deteriorem conditionem, vt si sit pater seruus quamuis mater sit libera, erunt filij serui: non tamen si post peractum matrimonium pater se in seruum dedit nolente vxore, & similiter si fit econtrario. Si autem vterque sit seruilis conditionis, & pertineant ad diuersos dominos tunc diuidunt filios si plures sint: vel si vnus tantùm, vnus alteri recompensabit de pretio, & accipit prolem natam in sui seruitium: tamen non est credibile quòd talis consuetudo possit esse ita rationalis, sicut illud quod multorum sapientum diuturno consilio determinatũ est. Hoc etiam in naturalibus inuenitur, quod receptum est in recipiente per modum recipientis, nõ per modum dantis: & ideò rationabile est quòd semen receptum in muliere ad conditionem ipsius trahatur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis pater sit dignius principium, tamen mater dat substantiam corporalem, ex parte cuius attenditur conditio seruitutis.

¶Ad secundum dicendum, quòd in his quæ ad rationẽ speciei pertinent, magis similatur filius patri quàm matri: sed in materialibus conditionibus magis debet similari matri quàm patri, quia res habet à forma esse specificum: sed conditiones materiales à materia.

¶Ad tertium dicendum, quòd filius similatur patri ratione formæ, quam habet in suo complemento, sicut & pater: & ideò nõ est ad propositum.

¶Ad quartum dicendum, quòd honor magis est ex patre quã ex matre: ideò in genealogijs in Scripturis, & secundum communem consuetudinem magis nominantur filij à patre, quàm à matre: tamen in his quæ ad seruitutem spectant, magis matrem sequuntur.

QVAESTIO QVINQVAGESIMATERTIA.

De impedimento voti & ordinis, in quatuor articulos diuisa.

DEINDE cõsiderandum est de impedimento voti & ordinis.

¶Circa quod quæruntur quatuor.

¶Primò, vtrùm votum simplex matrimonium dirimat.

¶Secundò, vtrùm votum solenne.

¶Tertiò, vtrùm ordo matrimonium impediat.

¶Quartò, vtrùm aliquis post matrimonium sacrum ordinem suscipere possit.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm per obligationem voti simplicis matrimonium contractum dirimi debeat.

Tho. 4. dist. 38. q. 1. ar. 3. q. 2. ¶ 3.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd per obligationem voti simplicis matrimonium contractum dirimi debeat. Fortius enim vinculum debiliori præiudicat: sed vinculum voti est fortius, quam vinculum matrimonij, quia hoc fit homini, illud autem Deo: ergo vinculum voti præiudicat vinculo matrimonij.

¶Præterea, Præceptum Dei non est minus, quàm præceptum Ecclesiæ: sed præceptum Dei adeò obligat, quòd si contra ipsum matrimonium contrahatur, dirimitur: sicut patet de illis qui contrahuntur in aliquo gradu cõsanguinitatis ab Ecclesia prohibito: ergo cùm seruare votum sit præceptũ diuinum, videtur quòd qui contra votum diuinum matrimonium contrahit, quòd ex hoc matrimonium sit dirimendum.

¶Præterea, In matrimonio potest homo vti carnali copula sine peccato: sed ille qui facit votum simplex, nunquam potest carnaliter vxori commisceri sine peccato: ergo votum simplex matrimonium dirimit. Probatio mediæ, constat quod ille qui post votum simplex continentiæ matrimonium contrahit, peccat mortaliter, quia secundum Hieronimum, virginitatem vouentibus non solùm nubere, sed velle nubere damnabile est: sed contractus matrimonij non est contra votum continentiæ nisi ratione carnalis copulæ: ergo quando primò carnaliter cõmiscetur vxori, mortaliter peccat, & eadem ratione omnibus alijs vicibus, quia peccatum primò commissum non potest excusari à peccato sequenti.

¶Præterea, Vir & mulier in matrimonio debent esse pares, præcipuè quantum ad carnalem copulam, sed ille qui votum simplex continentiæ facit, nunquam potest petere debitum sine peccato, quia hoc est manifestè contra votum continentiæ, ad quam ex voto tenetur: ergo nec reddere potest sine peccato.

¶SED CONTRA est quod Papa Clemens dicit, quòd votum simplex impedit matrimonium contrahendũ, sed non dirimit contractum, vt ex dictis patet.

CONCLVSIO.

¶Simplex votum, etsi dirimat matrimonium contrahendum, contractum tamen nullatenus tollit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd per hoc res aliqua desinit esse in potestate alicuius, per quod trãsit in dominium alterius. Promissio autem alicuius rei non transfert eum in dominium eius, cui promittitur. Et ideò non ex hoc ipso quòd aliquis rem promittit aliquã, desinit res illa esse in potestate suã: cùm ergo in voto simplici non sit nisi simplex promissio proprij corporis ad continentiam Deo seruandam facta post votum simplex, adhuc remanet homo dominus sui corporis: & ideò potest ipsum alteri dare, in qua datione sacramentum matrimonij consistit, quod indissolubile est: & propter hoc votũ simplex, quamuis impediat contrahendum, quia peccat contrahens matrimonium post votum simplex continentię: tamen quia verus contractus est, non potest matrimonium propter hoc dirimi.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd votum est fortius vinculum, quam matrimonium, quantum ad id cui, & ad quod obligatiquia per matrimonium homo ligatur vxori ad redditionem debiti, sed per votum Deo ad continentiam: tamen quantum ad modum ligandi, matrimonium est fortius vinculum quàm votum simplex, quia per matrimonium traditur actualiter vir in potestatem mulieris vel vxoris, non autem per votum simplex, vt dictum est. Potior autem est semper conditio possidentis: sed quantum ad hoc simili modo obligat votum simplex sicut sponsalia, vnde propter votum simplex sunt sponsalia dirimenda.

¶Ad secundum dicendum, quòd præceptum prohibens matrimonium inter consanguineos, nõ habet, inquantum est præceptum Dei vel Ecclesiæ, quòd dirimat matrimonium contrahendum: sed inquantum facit quòd consanguineæ corpus non possit transire in potestatem consanguinei: hoc autem non facit præceptum prohibens matrimonium post votum simplex, vt ex dictis patet: & ideò ratio non sequitur, ponitur enim pro causa quod non est causa.

¶Ad tertium dicendum, q̃ ille qui contrahit matrimoniũ per verba de præsenti post votũ simplex, nõ potest cognoscere vxorem suã sine peccato mortali, quia adhuc restat sibi facultas implendi votũ cõtinentię ante matrimoniũ cõsummatũ, sed post quam matrimoniũ consummatũ est, est sibi iam factũ illicitum nõ reddere debitũ vxori exigenti ex culpa sua: & ideò ad hoc obligatio voti non se extendit, vt ex prædictis patet: tamen debet lamentũ pœnitétiæ recõpensare pro cõtinétia nõ seruata.

¶Ad quartum dicendum, quòd quantum ad ea, in quibus non est factus impotens votum continentiæ seruare, adhuc post cõtractum matrimonium obligatur ad seruãdum, propter quod mortua vxore tenetur totaliter continere: & quia ex matrimonij vinculo non obligatur ad debitum petendum, ideò non potest petere debitum sine peccato, quamuis possit sine peccato reddere debitum exigenti postquam obligatus est ad hoc per carnalem copulam præcedentem: hoc autem intelligẽdum est siue mulier expresè petat, siue interpretatiuè, vt quando mulier verecunda est, & vir sentit eius voluntatem de redditione debiti, tunc enim sine peccato reddere potest, & præcipuè si timet de periculo castitatis. Nec obstat quòd nõ sunt pares in matrimonij actu, quia quilibet potest hoc quod suum est abrenuntiare. Quidam tamen dicunt quòd potest petere & reddere, ne nimis onerosum reddatur matrimoniũ vxori semper exigenti: sed si rectè inspiciatur, hoc est exigere interpretatiuè.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm votum solenne dirimat matrimonium iam contractum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd nec votum solenne matrimonium dirimat iam contractum quia sicut Decre. dicit, apud Deũ non minùs obligat votum simplex, quàm solenne: sed matrimoniũ acceptatione diuina stat & dirimitur: ergo cùm votum simplex non dirimat matrimonium, nec votum solenne dirimere poterit.

¶Præterea, Votum solenne non addit ita validum robur super votum simplex sicut iuramentum: sed votum simplex etiam iuramento superueniente non dirimit matrimonium contractũ: ergo nec votum solenne.

¶Præterea, Votũ solenne nihil habet quod nõ possit votũ simplex habere, quia votũ simplex posset habere scandalũ, cũ possit esse in publico sicut & solẽne: similiter & Ecclesia posset, & debet statuere q̃ votũ simplex dirimat matrimoniũ iam contractum, vt multa peccata vitentur: ergo qua ratione votũ simplex nõ dirimit matrimoniũ, nec votũ solẽne dirimere debet.

¶SED CONTRA est quòd ille qui facit votum solenne, contrahit matrimonium spirituale cum Deo, quod est multò dignius quàm materiale matrimonium: sed materiale matrimonium priùs contractum dirimit matrimoniam post contractum. ergo & votum solenne.

¶Præterea, Etiam probari potest per multas auctoritates, quę ponuntur in litera.

CONCLVSIO.

¶Votum solenne ex sui natura non modo contrahendum, sed & contractum matrimonium tollit, cùm per illud homo sui corporis potestatem amiserit, Deo se ad perpetuam continentiam dedicando.

¶RESPONDEO dicendum, quòd omnes dicunt quòd sicut votum solenne impedit contrahendum, ita dirimit iam contractum. Quidam autem assignant pro causa scandalum: sed hoc nihil est, quia & simplex votũ quandoque habet scandalum, cùm sit quandoq; quodammodò publicum. Et prima insolubilitas matrimonij, est de veritate vitæ, quæ non est propter statutum dimittenda. Et ideò alij dicunt quòd hoc est propter statutum Ecclesiæ. Sed hoc etiam non sufficit: quia secundum hoc Ecclesia posset etiã contrarium statuere, quòd non videtur verum. Et ideò dicendum est cum aliis, quod votum solenne ex sui natura habet, quòd dirimat matrimonium contractum, inquantùm per ipsum homo sui corporis amisit potestatem, se Deo ad perpetuam continentiam eradens, vt ex dictis patet: & ideò nõ potest seipsum tradere in potestatem vxoris matrimonium contrahendo. Et quia matrimonium quod sequitur tale votum, nullum est, & ideò tale votum dirimere dicitur matrimonium contractum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd votum simplex quo ad Deum dicitur non minùs obligare quàm solenne in his, quæ ad Deum spectant, sicut est separatio à Deo per peccatum mortale, quia mortaliter peccat frangens votum simplex, sicut solenne, quamuis grauius sit peccatum frangere votum solenne, si comparatio in genere accipiatur, non in determinata quantitate reatus, sed quantum ad matrimonium per quod homo homini obligatur, nõ oportet quòd sit æqualis generis obligationis etiam in genere, quia ad quædam obligat votum solenne, & non simplex.

¶Ad secundum dicendum, quòd iuramentum plus obligat ex parte eius ex quo fit obligatio quàm votum: sed votum solenne plus obligat quantum ad modum obligandi, inquantùm actualiter tradit hoc, quod promittitur, quod non fit per iramentum, & ideò non sequitur ratio.

¶Ad tertium dicendum, quòd votum solenne habet actualẽ exhibitionem proprij corporis, quam nõ habet votũ simplex, vt ex dictis patet: & ideò ratio ex insufficienti procedit.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm ordo impediat matrimonium.

Tho. 4. dist. 37. q. 1. ar. 1. q. 3.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd ordo non impediat matrimonium. Quia nihil impeditur nisi à suo contrario: sed ordo non est contrarius matrimonio, cùm verum sit sacramentum: ergo non impedit ipsum.

¶Præterea, Idem ordo est apud nos & apud Ecclesiam Orientalem: sed apud Ecclesiam Orientalem non impedit matrimonium: ergo &c.

¶Præterea, Matrimonium significat coniunctionem Christi & Ecclesiæ: sed hoc præcipuè congruit significari in his, qui sunt ministri Christi, scilicet ordinatis: ergo ordo matrimonium non impedit.

¶Præterea, Omnes ordines ad spiritualia ordinãtur: sed ordo nõ potest impedire matrimonium nisi ratione spiritualitatis: ergo si ordo impedit matrimonium, quilibet ordo impediet, quod falsum est.

¶Præterea, Omnes ordinati possunt Ecclesiastica beneficia habere, & priuilegio clericali gaudere æqualiter. Si ergo propter hoc ordo matrimoniũ impediat, quia vxorati nõ possunt habere beneficiũ Ecclesiasticũ, nec gaudere priuilegio clericali; vt furiste dicũt: tunc quilibet ordo impedire deberet, quod falsum est, vt patet per Decre. Alexan. de cleri. coniugatis. & sic nullus ordo (vt videtur) matrimonium impediet.

¶SED CONTRA est quod Decre. dicit, quòd qui in subdiaconatu & aliis superioribus ordinibus vxores accepisse noscuntur, eos vxores dimittere compellatis: quod non esset si esset verum matrimonium.

¶Præterea, Nullus vouens continentiam potest matrimonium contrahere: sed quidam ordines sunt, qui habent votum continentiæ annexum, vt ex litera patet: ergo talis ordo matrimonium impedit.

CONCLVSIO.

¶Sacerdos apud Græcos & alios Orientales impedit matrimonium contrahendum, non autem iam contracti matrimonij vsum: apud verò Occidentales tollit contractum & contrahendum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ordo sacer de sui ratione habet ex quadam congruentia quòd matrimonium impedire debeat, quia in sacris ordinibus constituti sacra vasa & sacramenta tractant: & ideò decens est vt munditiam corporalem per cõtinentiam seruent. Sed quòd impediat matrimonium, ex constitutione Ecclesiæ habet, tamen aliter apud Latinos quàm apud Græcos: quia apud Græcos impedit matrimonium contrahẽdum solùm ex vi ordinis: sed apud Latinos impedit ex vi ordinis, & vlteriùs ex voto continentiæ, quod est ordinibus sacris annexum. quod etiam si quis verbo tenùs non emittat ex hoc ipso quòd ordinem suscipit, secundum ritum Occidentalis Ecclesiæ intelligitur emisisse: & ideò apud Græcos, & alios Orientales sacer ordo impedit matrimonium contrahendum, non tamen matrimonij priùs contracti vsum: possunt enim matrimonio priùs contracto vti, quamuis non possint matrimonium denuò contrahere: sed apud Occidentalem Ecclesiam impedit matrimonium & matrimonij vsum, nisi fortè ignorante, aut contradicente vxore vir ordinem sacrum susceperit, quia ex hoc nõ potest ei aliquod præiudiciũ generari. Quomodò autem ordines sacri distinguuntur à non sacris, nunc & in primitiua Ecclesia dictum est.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis ordo sacer non habet contrarietatem ad matrimonium, inquantùm sacramentum, habet tamen repugnantiam quandam ad ipsum ratione actus sui, qui spirituales actus impedit.

¶Ad secundum dicendum, quòd obiectio procedit ex falsis. Ordo enim vbique habet votum annexum.

¶Ad tertium dicendum, quòd illi qui sunt in sacris ordinibus, significant Christum nobilioribus actibus, prout ex dictis in tractatu de ordine patet, quàm illi qui sunt matrimonio conjuncti: & ideò ratio non sequitur.

¶Ad quartum dicendum, quòd illi qui sunt in minoribus ordinibus constituti, ex vi ordinis non prohibentur matrimonium cõtrahere: quia quamuis ordines illi deputent ad aliqua spiritualia, non tamen immediatè habent accessum ad tractandum sacra, sicut illi qui sunt in sacris ordinibus: sed secundum statum Occidentalis Ecclesiæ matrimonij vsus executionem ordinis non sacri impedit propter seruandam maiorem honestatem in officiis ecclesiæ: & quia aliquis ex beneficio ecclesiastico reuertur ad executionem ordinis, & ex hoc ipso priuilegio clericali gaudet, ideò hoc apud Latinos clericis vxoratis aufertur. Et per hoc patet solutio ad vltimum.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm ordo sacer matrimonio possit superuenire.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd matrimonio ordo sacer superuenire nõ possit. Quia fortius præiudicat minùs fortiː sed fortius est vinculum spirituale, quàm corporale: ergo si matrimonio iunctus ordinem suscipiat, præiudicium generabitur vxori, vt non possit debitum exigere, cùm ordo sit vinculum spirituale, & matrimonium corporale: & sic videtur quòd non possit aliquis ordinem sacrum suscipere post matrimonium consummatum.

¶Præterea, Post matrimonium consummatum vnus coniugum sine consensu alterius non potest continentiam vouere: sed ordo sacer habet continentiam annexam: ergo si vir ordinem sacrum inuita vxore acceperit, cogetur vxor inuita continentiam seruare, quia non posset alteri nubere viuente viro.

¶Præterea, Etiam ad tempus non potest vir vacare orationi sine consensu vxoris, vt habetur primæ ad Corinthios 7. sed apud Orientales illi qui sunt in sacris constituti, tenentur ad continentiam tempore, quo exequuntur officium: ergo nec ipsi possunt ordinari sine consensu vxoris, & multò minus Latini.

¶Præterea, Vir & vxor ad paria iudicantur: sed sacerdos Græcus defuncta vxore sua, non potest alteram ducere: ergo nec vxor defuncto viro: sed non potest sibi auferri facultas nubendi post mortem per viri actum: ergo vir non potest suscipere ordines post matrimonium.

¶Præterea, Matrimonium quantùm opponitur ordini: tantùm econtrario: sed ordo præcedens impedit matrimonium sequens: ergo, &c.

¶SED CONTRA, Religiosi tenentur ad continentiam sicut illi qui sunt in sacris ordinibus: sed post matrimoniũ potest aliquis religionem intrare, defuncta vel consentiente vxore: ergo & ordinem suscipere.

¶Præterea, Aliquis potest fieri seruus hominum post matrimonium: ergo & seruus Dei per susceptionem ordinis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONCLVSIO.

¶Vir absque vxoris consensu ad sacros ordines accedens, illos suscipit, quanquam ordinis executione careat, quam tamen suscipit vxoris consensu vel morte.

¶RESPONDEO dicendum, quòd matrimonium non impedit ordinis susceptionem, quia si matrimonio iunctus ad sacros ordines accedat etiam reclamante vxore, nihilominus characterem ordinis suscipit, sed executione ordinis caret. Si autem volente vxore, vel ipsa defuncta recipit ordinem & executionem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vinculum ordinis soluit vinculum matrimonij ratione redditionis debiti, ex qua parte habet repugnantiam ad matrimonium ex parte eius qui suscipit ordinem, quia non potest petere debitum, nec vxor ei tenetur reddere, non tamè soluit ex parte alterius, quia ipse tenetur vxori debitum reddere: si non posset eam inducere ad continentiam.

¶Ad secundum dicendum, quòd si vxor sciat, & de eius consensu vir ordinem sacrum susceperit, tenetur per petuam continentiam vouere: non tamen tenetur religionem intrare, si sibi non timeat de periculo castitatis propter hoc q; vir eius solēne votum emisit. Secus autem esset si emisisset votum simplex. Si autem sine eius consensu suscepit nō tenetur, quia ex hoc sibi nullum præiudicium generatur.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut probabiliùs videtur, quamuis quidam contrarium dixerunt, quòd etiam Græci non debent accedere ad sacros ordines sine consensu vxorum: quia ad minus tempore ministerij sui fraudarentur debiti redditione, quo fraudari non possunt secundum ordinem iuris, si eis contradicentibus aut ignorantibus viri ordines susceperunt.

¶Ad quartum dicendum, quòd sicut dicitur eo ipso quòd mulier consentit apud Græcos quòd vir suus ordinem suscipiat, obligat se ad hoc q; ipsa in perpetuum alteri nō nubat, quia significatio matrimonij non seruaretur quæ in matrimonio sacerdotis præcipuè exigitur: si autem sine consensu eius ordinatur, non videtur ad hoc teneri.

¶Ad quintum dicēdum, quòd matrimonium habet pro causa nostrum consensum, non autem ordo, sed habet causam sacramentalem determinatam à Deo: & ideo matrimonium potest impediri ex ordine præcepti, quod non sit verum matrimoniū non autem ordo ex matrimonio quòd nō sit verus ordo, quia sacramentorum virtus est immutabilis, sed actus humani possunt impediri.

QVAESTIO QVINQVAGESIMA *quarta, De impedimento consanguinitatis, in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de impedimēto consanguinitatis.

¶Circa quod quæruntur quatuor.

¶Et Primò, vtrùm consanguinitas conuenienter à quibusdam definiatur.

¶Secundò, vtrùm conuenienter distinguatur per gradus & lineas.

¶Tertiò: vtrùm de iure naturali matrimonium impediatur secundum aliquos gradus.

¶Quartò, vtrùm gradus impedientes matrimonium possint per statutum Ecclesiæ determinari.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm definitio consanguinitatis sit competens.

Tho. 4. di. 40. 9. vnica. arti. 1. & seq.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd definitio consanguinitatis quam quidam ponunt, sit incompetens: scilicet: Consanguinitas est vinculū ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractū. Omnes enim homines ab eodē stipite carnali propagatione descēdūt: scilicet ab Adam: si ergo recta esset prædicta definitio consanguinitatis, omnes homines essent adinuicem cōsanguinei, quod falsū est.

¶Præterea, Vinculum non potest esse nisi aliquorum adinuicem conuenientium, quia vinculum vnit: sed eorū qui descendunt ab vno stipite, non est maior conuenientia ad inuicem, quàm aliorum hominum, cùm conueniant specie, & differant numero, sicut & alij homines. ergo consanguinitas non est aliquod vinculum.

¶Præterea, Carnalis propagatio fit de superfluo alimenti: sed tale superfluum magis habet cōuenientiam cum rebus comestis, cum quibus in substantia conuenit, quàm cum eo qui comedit: cùm ergo non nascatur aliquod vinculum cōsanguinitatis eius qui ex semine nascitur ad res comestas, nec ad generantem ex generali propagatione nascetur aliquod propinquitatis vinculum.

¶Præterea, Genesis 18. Laban dixit ad Iacob, Os meum & caro mea es: ratiōe cognationis quæ erat inter eos: ergo talis propinquitas magis debet dici carnalitas quàm consanguinitas.

¶Præterea, Carnalis propagatio est communis hominibus & animalibus: sed in animalibus non contrahitur ex carnali propagatione consanguinitatis vinculum: ergo nec in hominibus.

CONCLVSIO.

¶Consanguinitas vinculum est ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd secundum Philosophum, octauo Ethicorum, Omnis amicitia in aliqua communicatione cōsistit, quia amicitia ligatio siue vnio quædam est: ideò communicatio, quę est amicitiæ causa, vinculum dicitur: & ideò secundum quamlibet communicationem denominantur aliqui quasi colligati ad inuicem, sicut dicuntur conciues, qui habent politicam communicationem adinuicem, & commilitones, qui cōueniunt in militari negotio: & eodem modo qui conueniunt in naturali communicatione dicuntur consanguinei: & ideò in prædicta definitione ponitur quasi consanguinitatis genus vinculum, quasi subiectum, personæ descendentes ab vno stipite, quarum est huiusmodi vinculum quasi principium carnalis propagatio.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd virtus actiua non recipitur secundum eandem perfectionem in instrumento, secundum quam est in principali agente: & quia omne mouens motum est instrumentum, inde est quòd virtus primi motoris in aliquo genere per multa media deducta, tandem desinit & pertenit ad aliquid quod est motum & non mouens. Virtus autem generantis mouet non solùm, quantùm ad id quod est speciei, sed etiam quantum ad id quod est individui, ratione cuius filius assimilatur patri etiam in accidentalibus, & non solùm in natura speciei: nec tamen individualis virtus patris ita perfectè in filio est, sicut erat in patre, & adhuc in nepote minùs, & sic deinceps debilitatur: & inde est quòd virtus illa quandóque deficit, vt vltrà procedere non possit: & quia consanguinitas est inquantum multi communicant in tali virtute, ex vno in multos per propagationem inducta, paulatim se consanguinitas dirimit, vt Isidorus dicit: & ideò non oportet accipere stipitem remotum in distinctione consanguinitatis, sed propinquum, cultus virtus adhuc maneat in illis qui ex eo propagantur.

¶Ad secundum dicendum, quòd iam patet ex prædictis, quòd non solùm conueniunt consanguinei in natura speciei, sed etiam in virtute propria ipsius individui ex vno in multos traducta: ex qua contingit quandóque, quòd filius assimilatur nō solùm patri, sed auo vel remotis parentibus, vt dicitur libro 8. de Animalibus.

¶Ad tertium dicendum, quòd conuenientia magis attenditur secundum formam, secundum quam aliquid est actus, quàm secundum materiam, secundum quam est in potentia: quod patet in hoc, quòd carbo magis conuenit cum igne, quàm cùm aqua, vnde absciſſus est. Et similiter alimentum iam cōuersum in speciem nutriti, per virtutem nutritiuā magis conuenit cum ipso nutrito, quàm cum illa re vnde sumptum est nutrimentū. Ratio autem procederet secundum opinionem illorum qui dicebant quòd tota natura rei est materia, & quòd formæ omnes sunt accidentia, quod falsum est.

¶Ad quintum dicendum, quòd illud quod proximè conuertitur in semen, est sanguis: vt probatur 15. de Animalibus: & propter hoc vinculum quod propagatione contrahitur carnaliter, conuenientiùs dicitur consanguinitas, quàm carnalitas: & quòd aliquandò vnus consanguineus dicitur esse caro alterius, hoc est inquantum sanguis, qui in semen viri aut in menstruum conuertitur, est potentia caro, & os.

¶Ad quintum dicendum, quòd quidam dicunt quòd ideò cō sanguinitatis vinculum contrahitur inter homines ex carnali propagatione, & tamen non inter alia animalia: quia quicquid est de veritate humanæ naturæ in omnibus hominibus fuit in primo parente, quod non est de alijs animalibus: sed secūdum hoc consanguinitas matrimonij nunquam dirimi potest. Prædicta autem positio in secundo libro, distinctione 20. improbata est. Vnde dicendum, quòd hoc ideò contingit, quia animalia non coniunguntur ad amicitiæ vnitatem propter propagationem multorum ex vno parente proximo, sicut est de hominibus, vt dictum est.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm cōuenienter cōsanguinitas designetur per gradus vel lineas.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd consanguinitas inconuenienter, distinguatur per lineas & gradus

gradus. Dicitur enim linea consanguinitatis esse ordinata collectio personarum consanguinitate coniunctarum ab eodem stipite descendentium, diuersos continens gradus: sed nihil est aliud consanguinitas, quàm collectio talium personarum. ergo linea consanguinitatis est idem quod consanguinitas: nihil autem debet distingui per seipsum. ergo consanguinitas non conuenienter per lineas distinguitur.

¶Præterea, Illud, secundum quod diuiditur aliquid commune, nō potest poni in definitione communis: sed descensus ponitur in definitione prędicta consanguinitatis: consanguinitas ergo non potest diuidi per lineam ascendentium, descendentium, & transuersalium.

¶Præterea, Definitio lineæ est, quòd sit inter duo puncta: sed duo pūcta non faciunt nisi vnum gradū. ergo vna linea habet tantùm vnum gradū, & ita eadem ratione videtur quod non debeat fieri diuisio consanguinitatis per lineas & per gradus.

¶Præterea, Gradus definitur esse habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quanta distantia personæ inter se differūt: sed cùm consanguinitas sit propinquitas quædā, distantia personarū consanguinitati opponitur magis quam sit eius pars. ergo per gradus consanguinitas distingui non potest.

¶Præterea, Si consanguinitas per gradus distinguitur & cognoscitur, oportet quòd illi qui sunt in eodē gradu, sint ęqualiter consanguinei: sed hoc falsum est, quia propatruus & eius dem pronepos sunt in eodem gradu: non tamen sunt ęqualiter consanguinei: vt Decre. dicit. ergo consanguinitas nō rectè distinguitur per gradus.

¶Præterea, In rebus ordinatis quodlibet additum alteri facit alium gradum, sicut quælibet vnitas addita facit aliam speciē numeri: sed persona addita personæ nō semper facit gradum alium consanguinitatis, quia in eodem gradu consanguinitatis est pater & patruus qui adiungitur. ergo non rectè per gradus consanguinitas distinguitur.

¶Præterea, Inter duos propinquos semper est eadem consanguinitatis propinquitas, quia æqualiter distat vnū extremorū ab alio, & econtrà: sed gradus consanguinitatis non inuenitur semper idem ex vtraq; parte, cùm quandoque vnus propinquus sit in tertio, & alius in quarto gradu. ergo consanguinitatis propinquitas non potest sufficienter per gradus cognosci.

CONCLVSIO.

¶Per quosdam gradus, seu lineas descendentiū ab vno communi principio, vel ascendentium ad idem, & transuersalium, consanguinitas congruè designatur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd consanguinitas est quædam propinquitas in naturali cōmunicatione fundata secundū actum generationis, qua natura propagatur. Vnde secundū Philosophum 8. Ethi. ista cōmunicatio est triplex. Vna secundū habitudinem principij ad principiatū, & hæc est consanguinitas parris ad filium. Vnde dicit quòd parētes diligunt filios vt suiipsius ad aliquid existentes. Alia est secundum habitudinē principiati ad principiū, & hæc est filij ad patrē: vnde dicit quòd filij diligunt parētes vt ab illis existētes. Tertia est secundū habitudinem eorū, quæ sunt ab vno principio adinuicē, sicut fratres dicuntur ex eisdem nasci, vt ipse ibidē dicit: & quia punctus motus ad lineā facit, & propagatione quodāmodò pater descendit in filiū: ideò secundū tres dictas habitudines, tres lineæ cōsanguinitatis sumuntur, scilicet linea descendentium secundū primam habitudinē, linea ascendentium secundum secundā, linea transuersalis secundū tertiam. Sed quia propagationis motus non quiescit in vno termino, sed vltrà progreditur, ideò cōtingit q; patris est accipere patrē, & filij filiū, & sic deinceps: & secundū hos diuersos progressus diuersi gradus in linea inueniuntur: & quia gradus cuiusliber rei est pars aliqua illius rei, gradus propinquitatis nō potest esse vbi non est propinquitas: & ideò identitas & nimia distantia gradū consanguinitatis tollūt, quia nullus est sibiipsi propinquus, sicut nec aliquis similis: & propter hoc nulla persona per seipsam facit aliquem gradum, sed cōparata alicui personæ, gradum facit ad ipsam. Sed tamen diuersa est ratio computandi gradus in diuersis lineis. Gradus enim consanguinitatis in linea ascendentium & descendentium contrahitur ex hoc, quòd vna persona ex alia propagatur eorum inter quos gradus consideratur: & ideò secundum computationem canonicam & legalem persona quæ primò in progressu occurrit, vel ascendendo, vel descendendo, distat ab aliquo: puta à Petro in primo gradu, vt pater & filius: quæ autem secundo vtrinque occurrit, distat in secundo gradu, vt auus & nepos, & sic deinceps. Sed consanguinitas, quæ est eorum qui sunt in linea transuersali, contrahitur nō ex hoc quòd vnus ex alio propagatur, sed quia vterq; propagatur ex vno: & ideò debet gradus consanguinitatis in hac linea cōputari per comparationē ad vnum principium ex quo propagantur: & secundum hoc est diuersa computatio canonica & legalis, quia legalis computatio attēdit descensum à communi radice ex vtraq; parte sed canonica tantùm ex altera, ex illa scilicet, ex qua maior numerus graduum inuenitur. Vnde secundum legalem computationem frater & soror, vel duo fratres attinent sibi *in* secūdo gradu, quia vterque à radice cōmuni distat per vnum gradū: & similiter filij duorum fratrū distant à se inuicem in quarto. Sed secundum computationem canonicam duo fratres attinēt sibi in primo gradu, quia neuter eorum distat à radice cōmuni nisi per vnū gradum: sed filius vnius fratrum distat ab altero fratre in secundo gradu, quia tantùm distant à cōmuni radice: & ideò secundū computationem canonicam quoto gradu distat quis ab aliquo gradu superiori, toto distat à quolibet descendentium ab ipso, & nunquam minùs: quia propter quod vnumquodque, & illud magis. Vnde & si alij descendentes à communi principio conueniunt cum aliquo ratione principij communis, nō possunt propinquiores esse descendenti ex alia parte, quàm sit primum principium ei propinquum. Aliquando tamen plus distat aliquis ab aliquo descendente à cōmuni principio, quàm distet ipse à principio, quia ille fortè plus distat à communi principio, quàm ipse: & secundum remotiorem distantiam oportet consanguinitatem computari.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod obiectio illa procedit ex falsis. Consanguinitas enim non est collectio, sed relatio quædam aliquarum personarum, quarum collectio lineam consanguinitatis adinuicem facit.

¶Ad secundum dicendum, quòd descensus communiter sumptus attenditur secundum quamlibet cōsanguinitatis lineam, quia carnalis propagatio, ex qua vinculum consanguinitatis trahitur, descensus quidam est: sed descensus talis, scilicet à persona cuius consanguinitas quæritur, lineam descendentium facit.

¶Ad tertium dicendum, quòd linea dupliciter accipi potest. Aliquando propriè pro ipsa dimensione, quæ est prima pars quantitatis continuæ, & sic linea recta continet tantum duo puncta in actu, quæ terminant ipsam, sed in potentia infinita, quorum quolibet signato in actu linea diuiditur, & fiunt duæ lineæ. Aliquando verò linea sumitur pro his qui linealiter disponuntur, & secundum hoc assignatur in numeris linea & figura, prout vnitas posit vnitatem ponitur in aliquo numero: & sic quælibet vnitas adiecta gradum facit in tali linea: & similiter est de linea consanguinitatis: vnde vna linea continet plures gradus.

¶Ad quartum dicendum, quòd sicut similitudo non potest esse, vbi non est aliqua diuersitas, ita propinquitas non est vbi non est aliqua distantia: & ideò distantia quælibet non opponitur consanguinitati, sed talis distantia, quæ consanguinitatis propinquitatem excludit.

¶Ad quintum dicendum, quòd sicut albedo dicitur maior dupliciter. Vno modo ex intentione ipsius qualitatis. Alio modo ex quantitate superficiei: & ita consanguinitas dicitur maior vel minor: vno modo intensiuè ex ipsa natura consanguinitatis: alio modo quasi dimensiuè: & sic quantitas consanguinitatis mensuratur ex personis, inter quas consanguinitatis propagatio procedit, & hoc secūdo modo gradus consanguinitatis distinguitur: & ideò contingit quòd aliquorum duorum, qui sunt in eodem gradu consanguinitatis respectu alicuius personæ, vnus est sibi magis consanguineus, quàm alius, considerando primam quantitatem consanguinitatis: sicut pater & frater attinent alicui in primo gradu cōsanguinitatis, quia ex neutra parte incidit aliqua persona media. Sed tamen intēsiuè loquendo, magis attinet alicui personæ pater suus, quàm frater, quia frater non attinet ei, nisi quantùm est ex eodem patre: & ideò quantò est aliquis propinquior communi principio, à quo consanguinitas descendit, tanto est magis cōsanguineus, quamuis non sit propinquiori gradu: & secundum hoc propatruus est magis consanguineus alicui, quàm pronepos eius, quamuis sint in eodem gradu.

¶Ad sextum dicendum, quòd quamuis pater & patruus sint in eodē gradu respectu radicis consanguinitatis, quia vterque distat vno gradu ab auo: tamen respectu eius, cuius consanguinitas quæritur, non sunt in eodem gradu, quia pater est in primo gradu, patruus autem non potest esse propinquior, quàm in secundo, in quo est auus.

¶Ad septimum dicendum, quòd semper personæ in æquali numero graduum distant à se inuicem, quamuis quandoq; nō æquali numero graduum distent à communi principio, vt ex dictis patet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶ *Vtrum consanguinitas de iure naturali impediat matrimonium.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quod consanguinitas de iure naturali non impediat matrimonium. Nulla enim mulier potest esse propinquior viro, quàm Eua fuit Adæ, de qua dixit Gene.secundo. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro ex carne mea, sed Eua fuit mulier coniuncta Adæ ergo consanguinitas nulla, quantumcunq; est de lege naturæ, matrimonium impedit.

¶ Præterea. Ius naturale est quod natura omnia animalia docuit, vt dicitur in principio Digestorum: sed animalia bruta etiam cũ matre coëunt: ergo non est de lege naturę, p aliqua persona à matrimonio propter consanguinitatem repellatur.

¶ Præterea. Nihil impedit matrimonium, quod non contrariatur alicui bono matrimonij: sed consanguinitas nõ contrariatur alicui bono matrimonij: ergo non impedit ipsum.

¶ Præterea. Horũ quæ sunt magis propinqua, & similia, melior & firmior est coniunctio: sed matrimonium quædam cõiunctio est, cùm ergo consanguinitas sit propinquitas quædam: matrimonium non impedit, sed magis vnit.

¶ SED CONTRA, Illud quod impedit bonum prolis, etiam matrimonium impedit secundum legem naturæ: sed cõsanguinitas impedit bonum prolis: quia vt ex verbis Gregor. habetur, experimento didicimus, ex tali coniugio sobolem nõ posse succrescere: ergo consanguinitas secundum legem naturæ matrimonium impedit.

¶ Præterea. Illud quod habet natura humana in prima sui conditione: est de lege naturæ: sed à prima sui conditione hoc habuit humana natura, quòd pater & mater à matrimonio excluderentur: quod patet per hoc quod dicitur Gen.2. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem: quod non potest intelligi quantùm ad cohabitationem, & sic oportet quòd intelligatur quantùm ad matrimonij coniunctionem: ergo consanguinitas impedit matrimonium secundum legem naturæ.

CONCLVSIO.

¶ *Consanguinitas quoſdam ex natura iure à matrimonio repellit, & aliquos ex diuino iure, alios verò ex humanis legibus ſtatutis.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in matrimonio aliquid contra legem naturę esse dicitur, per quod matrimonium redditur incompetens respectu finis; ad quem est ordinatum: finis autem matrimonij per se & primò est bonum prolis, quòd quidem per aliquam consanguinitatem, scilicet inter patrem & filiam, vel filium & matrem impeditur, nõ quidem totaliter quia filia ex semine patris potest prolem suscipere, & simul cum patre nutrire & instruere, in quibus bonum prolis consistit: sed non vt conuenienti modo fiat. Inordinatum enim est quòd filia patri per matrimonium iungatur in sociam causa generandæ prolis & educandæ, quam oportet per omnia patri esse subiectam, velut ex eo procedentē: & ideò de lege naturali est, vt pater & mater à matrimonio repellantur, & magis etiam mater quàm pater: quia magis reuerentiæ quæ debetur parentibus, derogatur, si filius matrem, quàm si pater filiam duxit in vxorem, cùm vxor viro aliqualiter debeat esse subiecta. Sed finis matrimonij secundarius per se est concupiscentiæ repressio, cui deperiret si quelibet cõsanguinea posset in matrimonium duci: quia magnus concupiscẽtiæ aditus præberetur, nisi inter personas quas oportet in eadem domo conuersari, esset carnalis copula interdicta: & ideò lex diuina non solùm patrem & matrem excludit à matrimonio, sed etiam alias coniunctas personas, quas oportet simul conuersari, & quæ debent inuicem alterius altera pudicitiam custodire: & hanc causam assignat diuina lex dicens, Ne reueles turpitudinem talis vel talis, quia turpitudo tua est. Sed per accidens finis matrimonij est confœderatio hominum & amicitiæ multiplicatio, dum homo ad consanguineos vxoris sicut ad suos se habet: & ideò huic multiplicationi amicitiæ præiudiciũ fieret, si aliquis consanguinitate coniunctã vxorē duceret, quia ex hoc nouæ amicitiæ per matrimonium nulla accresceret: & ideò secundum leges humanas & statuta Ecclesiæ plures consanguinitatis gradus sunt à matrimonio separati. Sic ergo ex dictis patet, quòd consanguinitas quantum ad aliquas personas impedit matrimonium de iure naturali, quantùm ad aliquas de iure diuino, & quantùm ad aliquas de iure per homines institu-

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Eua quamuis ex Adam prodiit, non tamen fuit filia Adæ, quia non prodiit ex eo per modum illum quo vir natus est generare sibi simile in specie, sed operatione diuina, qua ita potuisset ex costa Adæ fieri vnus equus, sicut facta est Eua. Et ideò non est tanta naturalis conuenientia Euæ ad Adam sicut filiæ ad patrem, nec Adam est naturale principium Euæ, sicut pater filiæ.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd non procedit ex lege naturali quòd aliqui barbari parẽtibus carnaliter cõmiscẽatur, sed ex concupiscentiæ ardore, qui legẽ naturæ in eis offuscauit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd coniunctio maris & fœminæ dicitur esse de iure naturali, quia natura hoc animalia docuit: sed hanc cõiunctionem diuersa animalia diuersimodè docuit secundum diuersas earum conditiones: commixtio autem carnalis ad parentes derogat reuerentiæ, quæ eis debetur. Sicut enim parentibus indidit natura solicitudinem filiis prouidendi, ita indidit reuerentiam filiis ad parentes: nulli autem generi animalium indidit solicitudinem filiorum aut reuerentiã parentum in omne tempus nisi homini: aliis autem animalibus plus & minus necessitati sunt vel filij parentibus, vel parentes filiis. Vnde etiam in quibusdam animalibus abhorret filius cognoscere matrem carnaliter, quãdiu manet apud ipsam quod est cognitio matris, & reuerentia quædam ad ipsam, vt recitat Philosophus in 8. de Animalibus, de camelo & equo: & quia omnes honesti mores animalium in hominibus congregati sunt naturaliter, & perfectiùs quã in aliis: & propter hoc homo naturaliter abhorret cognoscere non solùm matrem, sed etiam filiam quod est adhuc minus contra naturam, vt dictum est. & iterum in alijs animalibus ex propagatione carnis non contrahitur consanguinitas sicut in omnibus, & ideò non est similis ratio.

¶ Ad quartum dicendum, quòd iam patet ex dictis quomodò consanguinitas coniugum bono matrimonij contrarietur: vnde ratio procedit ex falsis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd non est inconueniens duarum vnionum vnam ab altera impediri, sicut vbi est identitas nõ est similitudo: & similiter consanguinitatis vinculum potest impedire matrimonij coniunctionem.

¶ *Vtrum conſanguinitatis gradus matrimonium impedientes poſſunt taxari ab Eccleſia.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd consanguinitatis gradus matrimonium impedientes non potuerũt taxari ab Ecclesia vsque ad quartum gradum. Matth.19. dicitur Quos Deus coniunxit, homo non separet: sed illos qui coniunguntur infra quartum consanguinitatis gradum, Deus coniunxit: non enim diuina lege eis coniunctio prohibetur: ergo nec debent humano statuto separari.

¶ Præterea, Matrimonium est sacramentum, sicut Baptismus: sed non posset ex statuto Ecclesiæ fieri, quòd ille qui ad baptismum accedit, non accedit, nõ acciperet characterem baptismalem, si ex iure diuino eius capax sit: ergo nec Ecclesia statutum facere potest quòd matrimonium nõ sit inter illos, qui per ius diuinum matrimonialiter coniungi non prohibentur.

¶ Præterea, Ius positiuum non potest ea quæ sunt naturalia remouere vel ampliare: sed consanguinitas est naturale vinculum, quod quantum est de se, natum est matrimonium impedire: ergo Ecclesia non potest aliquo statuto facere, quòd aliqui possint matrimonialiter coniungi vel non coniungi, sicut non potest facere quòd sint consanguinei, vel non consanguinei.

¶ Præterea, Statutum iuris positiui debet aliquam rationalem causam assignare vel habere, quia secundum causam rationalem, quam habet, à iure naturali procedit: sed causæ quæ assignantur de matrimonio graduum, omninò videntur irrationabiles, cùm nullam habeant habitudinem ad causata: sicut quòd consanguinitas prohibeatur vsque ad quartum gradum propter quatuor elementa, vsque ad sextum propter sex ætates mundi, vsque ad septimum propter septem dies, quibus tempus omne agitur: ergo videtur quòd talis prohibitio nullum vigorem habeat.

¶ Præterea, Vbi est eadem causa, debet esse idem effectus: sed causa quare consanguinitas impedit matrimonium, est bonum prolis, repressio concupiscentiæ, & multiplicatio amicitię, vt ex dictis patet, quæ omni tempore necessaria æqualiter sunt: ergo debuissent æqualiter omni tempore gradus consanguinitatis matrimonium impedire, quod non est verum, cùm modò vsque ad quartum, antiquitùs vsque ad septimum gradum matrimonium consanguinitas impedierit.

¶ Præterea, Vna & eadem coniunctio non potest esse in genere sacramenti, & in genere stupri. sed hoc contingeret, si Ecclesia haberet potestatem statuendi diuersum numerum in gradibus impedientibus consanguinitatem: sicut si aliqui in quinto gradu, quando prohibitus fuit, coniuncti fuissent, talis coniunctio stuprum esset, sed postmodùm eandem coniunctionem ecclesiastica prohibitione reuocante matrimonium esset. Et econuerso posset accidere, si aliqui gradus concessi possent postmodùm ab Ecclesia interdici. ergo videtur quòd potestas Ecclesiæ non se extendat ad hoc.

¶ Præterea, Ius humanum debet imitari ius diuinum: sed secũdum ius diuinum, quod in lege veteri continetur, non æqualiter currit prohibitio graduum in sursum & deorsum, quia in veteri lege aliquis prohibebatur accipere in vxorem sororem patris sui, non tamen filiam fratris. ergo nec modò debet prohibitio de nepotibus & patruis manere.

¶ SED CONTRA est quod Dominus dicit discipulis, Qui vos audit me audit. ergo præceptum Ecclesiæ habet firmitatem, sicut præceptum Dei: sed Ecclesia quandoq; prohibuit & quandoq; concessit aliquos gradus quos lex vetus nõ prohibuit. ergo illi gradus matrimonium impediunt.

¶ Præterea, Sicut olim matrimonia Gẽtiliũ dispensabãtur per leges ciuiles, ita nunc per statuta Ecclesiæ: sed olim lex ciuilis determinabat gradus cõsanguinitatis, qui matrimoniũ impediũt, & qui nõ. ergo & modo põt hoc fieri per Ecclesię statutũ.

CONCLVSIO.

¶ *Poſſunt ex Eccleſia ſtatuto aliqui conſanguinitatis gradus matrimonium impedientes taxari, prout eſt vtile vniuerſitatis hominum Spiritu ſancto inſpirata eſſe indicauerit.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd secundum diuersa tempora inuenitur consanguinitas secundum gradus diuersos matrimonium impedisse. In principio enim humani generis solus pater & mater à matrimonio repellebantur, eo quòd tunc temporis erat paucitas hominum & oportebat propagationi humani generis maximam curam impendere: vnde non erant remouendæ nisi illæ personæ quæ matrimonio incompetentes erant, etiam quantùm ad finem matrimonij principalem, qui est bonum prolis, vt dictum est. Postmodùm autem multiplicato genere humano per legem Moysi, plures personæ sunt exceptæ, quæ iam concupiscentiam reprimere incipiebat: vnde vt dicit Rabbi Moyses, Omnes illæ personæ exceptæ sunt à matrimonio, quæ in vna familia cohabitare solent, quia si inter eos carnalis copula esse posset, maximum incendiũ libidini præstaretur: sed alios consanguinitatis gradus lex vetus permisit, imò quodammodò præcepit: vt scilicet de cognatione sua vnusquisq; vxorem acciperet, ne successionũ confusio esset, quia tũc temporis cultus diuinus per successionem generis propagabatur. Sed postmodũ in lege noua, quæ est lex Spiritus & amoris, plures gradus consanguinitatis sunt prohibiti, quia iam per spiritualem gratiã nõ per carnis originem cultus Dei deriuatur & multiplicatur: vnde oportet vt homines etiã magis à carnalibus retrahantur spiritualibus vacantes, vt amor ampliùs diffundatur: ideò antiquitùs vsque ad remotiores gradus consanguinitatis matrimoniũ impediebatur, vt ad plures per consanguinitatẽ & affinitatem naturalis amicitia permaneret, & rationabiliter vsq; ad septimum gradum: tum quia vltrà hoc non de facili remanebat communis radicis memoria, tum quia septiformis Spiritus sancti gratiæ congruebat. Sed postmodùm circa hæc vltima tempora restrictum est Ecclesię interdictum vsq; ad quartum gradum, quia vltrà inutile & periculosum erat gradus cõsanguinitatis prohibere. Inutile quidẽ, quia ad remotiores cõsanguineos quasi nullum fœdus maioris amicitiæ, quã ad extraneos habebatur charitate in multorum cordibus frigescẽte. Periculosum autẽ quia concupiscentia & negligentia prævalente, numerosam consanguineorum multitudinem homines non satis obseruabant: & sic laqueus damnationis multis iniiciebatur ex remotorum graduum prohibitione. Satis etiam conuenienter vsq; ad quartum gradum dicta prohibitio est restricta, tum quia vsq; ad quartam generationem homines viuere consueuerãt, vt sic nõ possit consanguinitatis memoria aboleri. Vnde Deus in tertiam & quartam generationem peccata parẽtum visitaturus in filiis comminatur, tum quia in qualibet generatione noua mixtio sanguinis, cuius identitas consanguinitatẽ facit, fit cum sanguine alieno, & quantùm miscetur alteri, tantũ recedit à primo: & quia elementa sunt quatuor, quorũ quodlibet tantò facilius est miscibile: quantò est magis subtile: ideò in prima commixtione euanescit sanguinis identitas quantum ad primum elementum quod est subtilissimũ, in secunda quãtum ad secundum, in tertia quantum ad tertium, in quarta quantum ad quartum: & sic conuenienter post quartam generationem potest reiterari carnalis coniunctio.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod sicut Deus non coniungit illos qui cõiunguntur cõtra diuinũ præceptũ: ita nec coniungit illos qui coniũguntur contra Ecclesię præceptum,

quod habet tantam obligationem sicut & diuinũ præceptum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd matrimonium non tantùm est sacramentum, sed etiam est in officium: & ideò magis subiacet ordinationi ministrorum Ecclesię quàm baptismus, qui est sacramentum tantùm: quia sicut contractus & officia humana determinantur legibus humanis, ita contractus & officia spiritualia lege Ecclesię.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis consanguinitatis vinculum sit naturale, tamen non est naturale, quòd consanguinitas carnalem copulam impediat, nisi secundum aliquem gradum, vt dictum est: & ideò Ecclesia suo statuto nõ facit, quòd aliqui sint consanguinei, sed facit quòd carnalis copula sit licita vel illicita secundum diuersa tempora in diuersis gradibus consanguinitatis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd tales rationes assignatę magis dantur per modum adaptationis & congruẽtię, quàm per modum causę & necessitatis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd non est eadem causa secundum diuersa tempora gradus consanguinitatis prohibendi: vnde quod alio tempore vtiliter conceditur, alio salubriter prohibetur.

¶ Ad sextum dicendum, quòd statutum non imponit modum præteritis & futuris. Vnde si modò prohiberetur vnus gradus qui nunc est concessus, illi qui sunt in quinto gradu coniuncti, non essent separandi. Nullum enim impedimentum matrimonio superueniens ipsum potest dirimere, & sic coniunctio quæ prius fuit matrimonium, non efficeretur per statutum Ecclesiæ suprum. Et similiter si aliquis gradus cõcederetur, qui nũc est prohibitus, illa coniunctio nõ efficeretur matrimonialis ex statuto Ecclesię ratione primi contractus, quia possent separari si vellent, sed tamen possent de nouo cõtrahere, & alia coniunctio esset.

¶ Ad septimum dicendum, quòd in gradibus cõsanguinitatis prohibentis Ecclesia præcipuè obseruat rationem amoris, & quia non est minor ratio amoris ad nepotem, quàm ad patruum, sed etiam maior quantò propinquior est patri filius, quàm filio pater, vt dicitur in 8. Ethi. propter hoc æqualiter prohibuit gradus consanguinitatis in patruis & nepotibus. Sed lex vetus in personis prohibendis attendit præcipuè cohabitationem contra concupiscentiam prohibens illas personas, ad quas facilior pateret accessus propter mutuam cohabitationem. Magis autem consueuit cohabitare neptis patruo, quàm amita nepoti, quia filia est idem quasi cum patre, cùm sit aliquid eius: sed soror non est hoc modo idem cum fratre, cùm non sit aliquid eius, sed magis in eodem nascitur, & ideò non erat eadem ratio prohibendi neptem & amitam.

QVAESTIO QVINQVAGESIMAQVINTA. *De impedimento affinitatis, in vnde. cim articulos diuiſa.*

DEINDE considerandum est de impedimento affinitatis.

¶ Circa quod quæruntur vndecim.

¶ Primò, vtrũ affinitas ex matrimonio causetur.

¶ Secundò, vtrùm maneat post mortem viri aut vxoris.

¶ Tertiò, vtrùm causetur ex illicito concubitu.

¶ Quartò, vtrùm ex sponsalibus.

¶ Quintò, vtrùm affinitas sit causa affinitatis.

¶ Sextò, vtrùm affinitas matrimonium impediat.

¶ Septimò, vtrùm affinitas habeat per seipsam gradus.

¶ Octauò, vtrùm gradus eius extendantur sicut gradus consanguinitatis.

¶ Nonò, vtrùm matrimonium, quod est in consanguineos & affines, semper sit dirimendum per diuortium.

¶ Decimò, vtrùm ad dirimendum tale matrimonium sit procedendum per viam accusationis.

¶ Vndecimò, vtrùm in tali causa sit procedendum per testes.

ARTICVLVS I.

¶ *Vtrùm ex matrimonio conſanguinei affinitas cauſetur.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd ex matrimonio consanguinei affinitas non causetur, quia propter quod vnumquodque, & illud magis: sed mulier ducta in matrimonium non coniungitur alicui de consanguinitate viri: cùm ergo non fiat viro affinis, nec alicui consanguineorum affinis erit. *Tho.4. dif.41. q.vni. ca.arti.1.q.1. & ſeq.*

¶ Præterea, Horum quę sunt abinuicem separata, si vni alicui coniungitur, non oportet propter hoc quòd sit alteri coniunctum: sed consanguinei iam sunt abinuicem separati. ergo nõ oportet quòd si aliqua mulier coniungatur alicui viro, quod propter hoc coniungatur consanguineis eius omnibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Præterea, Relationes ex aliquibus vnitionibus innascuntur, sed nulla vnitio fit in consanguineis viri per hoc, q̃ ille duxit vxorem: ergo non accrescit eis affinitatis relatio.

¶SED CONTRA Vir & vxor efficiuntur vna caro, si ergo vir secundum carnem omnibus suis consanguineis attinet, & mulier eadem ratione attinebit eisdem.

¶Præterea. Hoc patet per auctoritates in litera adductas.

CONCLVSIO.

¶Sicut ex naturali generatione efficitur consanguinitas, ita ex matrimonio, & carnali copula contrahetur affinitas inter viri & vxoris consanguineos.

¶RESPONDEO dicendum, quòd amicitia quædam naturalis in communicatione naturali fundatur, naturalis autem communicatio est duobus modis secũdum Philosophum 8. Ethic. Vno modo per carnis propagationem: alio modo per cõiunctionem ad carnis propagationem ordinatam. Vnde ipse ibidem dicit, quòd amicitia viri ad vxorem est naturalis. Vnde sicut persona coniuncta alteri per carnis purgationẽ quoddam vinculum naturalis amicitiæ facit, ita si coniungatur per carnalem copulam: sed in hoc differt, quòd persona coniuncta alicui per carnis propagationem: sicut filius patri, fit particeps eiusdem radicis communis & sanguinis, vnde eodem genere vinculi colligatur filius consanguineis patris, quo pater coniungebatur, scilicet consanguinitate, quamuis secundum alium gradum propter maiorem distantiam à radice, sed persona coniuncta per carnalem copulam, non fit particeps eiusdem radicis, sed quasi extrinsecùs adiuncta, & ideò ex hoc efficitur aliud genus vinculi, quod affinitas dicitur, & hoc est quod in versu dicitur.

Mutat nupta genus, sed generata gradum.

Quia persona scilicet generata fit in eodem genere attinẽtiæ, sed alio gradu per carnalem verò copulam fit in alio genere.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis causa sit potior effectu, non tamen oportet semper quòd nomen idem effectui & causæ conueniat, quia quandoque illud quod est in effectu inuenitur in causa nõ eodem modo, sed altiori: & ideò non conuenit causæ & effectui per idem nomen, neque per eandem rationem, sicut patet in omnibus causis æquiuocè agẽtibus: & hoc modo coniunctio viri & vxoris est potior, quàm coniunctio vxoris ad consanguineos viri, non tamen debet dici affinitas, sed matrimonium quod est vnitas quædam, sicut homo est sibiipsi idem, non consanguineus.

¶Ad secundum dicendum, quòd consanguinei sunt quodammodò, separati, & quodammodò coniuncti, & ratione coniunctionis accidit quòd persona, quæ vni coniungitur, aliquo modo omnibus coniungatur: sed propter separationem & distantiam accidit quòd persona, quæ vni coniungitur vno modo alij coniungatur alio modo, vel secundum genus, vel secundum alium gradum.

¶Ad tertium dicendum, quòd relatio quandòqs innascitur ex motu vtriusque extremi, sicut paternitas & filiatio, & talis relatio est realiter in vtroque, quandóque verò innascitur ex motu alterius tantùm, sed hoc contingit dupliciter. Vno modo, quando relatio innascitur ex motu vnius sine motu alterius vel præcedenti vel concomitante, sicut in creatore & creatura patet, & sensibili & sensu, & scientia & scibili: & tunc relatio est in vno secundum rem, & in altero secundum rationẽ tantùm. Alio modo quando innascitur ex motu vnius sine motu alterius tunc existente, non tamen sine motu præcedente, sicut æqualitas fit inter duos homines per augmentum vnius, sine hoc quòd alius tunc augeatur, sed tamen prius ad hanc quantitatem, quam habet per aliquem motum vel mutationem peruenit: & ideo in vtroq; extremorum talis relatio realiter fundatur, & similiter est de consanguinitate & affinitate, quia relatio fraternitatis quæ innascitur aliquo puero nato alicui iam prouecto, cansatur quidem sine motu tunc existente, sed ex motu ipsius præcedente, scilicet, generationis eius. Hoc enim ei accidit, quòd ex motu alterius sibi tunc talis relatio innascitur. Similiter ex hoc quòd iste descendit per generationem propriam ab eadem radice cum viro, prouenit affinitas in ipso ad vxorem sine aliqua noua mutatione ipsius.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm affinitas maneat post mortem viri aut vxoris.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd affinitas non maneat post mortem viri aut vxoris inter consanguineos viri & vxoris, quia cessante causa cessat effectus: sed causa affinitatis fuit matrimonium, quod cessat in morte viri, quia tunc soluitur mulier à lege viri, vt dicitur Roma. 7. ergo nec affinitas prædicta manet.

¶Præterea, Consanguinitas causat affinitatem: sed consanguinitas viri cessat per mortem ad consanguineos suos. ergo & affinitas vxoris ad eos.

¶SED CONTRA, Affinitas ex consanguinitate causatur: sed consanguinitas est perpetuum vinculum, quandiu personæ viuunt. ergo & affinitas, & ita non soluitur affinitas soluto matrimonio per mortem personæ.

CONCLVSIO.

¶Ex morte viri vel vxoris non tollitur affinitas.

¶RESPONDEO dicendum, quòd relatio aliqua esse definit dupliciter. vno modo ex corruptione subiecti, alio modo ex subtractione causæ: sicut similitudo definit, quãdo alter similium moritur, vel quando qualitas quæ erat causa similitudinis, subtrahitur. Sunt autem quædam relationes, quæ habent pro causa actionem vel passionem, aut motum: vt in. 5. Meta. dicitur: quarum quædam causantur ex motu, inquantùm aliquid mouetur actu, sicut ipsa relatio quæ est mouentis & moti: quædam autem inquantùm habent aptitudinem ad motum, sicut motiuum & mobile, dominus & seruus: quædam autem ex hoc quòd aliquid priùs motum est, sicut pater & filius, non ex hoc quod est generari, tunc adinuicem dicuntur, sed ex hoc quod est generatum esse: aptitudo autem ad motũ & ipsum moueri transit: sed motum esse perpetuum est, quia quod factum est, nunquam definit esse factum. Et ideò paternitas & filiatio nunquam destruuntur per subtractionem causæ, sed solùm per corruptionem subiecti per alterutrum extremorum. Et similiter dicendum est de affinitate, quæ causatur ex hoc quòd aliqui coniuncti sunt, non ex hoc quòd coniungunt: vnde non dirimitur manentibus illis personis, inter quas affinitas est contracta, quamuis moriatur persona, ratione cuius contracta fuit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd coniunctio matrimonij causat affinitatem non solùm ex hoc quod est actu coniungi, sed secundum hoc quod est priùs coniunctum esse.

¶Ad secundum dicendum, quòd consanguinitas non est proxima causa affinitatis, sed coniunctio ad consanguineum, non solùm quæ est, sed quæ fuit: & propter hoc ratio non sequitur.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm illicitus concubitus affinitatem causet.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd illicitus concubitus affinitatem non causet. Quia affinitas est quædam res honesta: sed res honestæ non causantur ex inhonesto. ergo ex inhonesto concubitu non potest affinitas causari.

¶Præterea, Vbi est cõsanguinitas, nõ potest esse affinitas, quia affinitas est proximitas personarum ex carnali copula prouenientes, omni carens parentela: sed contingeret ad cõsanguineos & ad seipsum esse affinitatem, si illicitus concubitus affinitatem causaret, sicut quando homo carnaliter consanguineam suam incestuosè cognoscit: ergo affinitas non causatur ex illicito concubitu.

¶Præterea Illicitus concubitus est secundum naturam & contra naturam: sed in illicito concubitu contra naturam non causatur affinitas, vt iura determinant: ergo nec ex illicito concubitu secundum naturam rantùm.

¶SED CONTRA est, quòd adhærens meretrici vnum corpus efficitur, vt patet primo Corinthiorũ sexto: sed ex hac causa matrimonium affinitatẽ causabat: ergo pari ratione illicitus concubitus.

¶Præterea, Carnalis copula est causa affinitatis, vt patet per diffinitionem affinitaris, quæ est talis. Affinitas est propinquitas personarum ex carnali copula prouenientes omni carens parentela: sed carnalis copula est etiam in illicito cõcubitu: ergo illicitus concubitus affinitatem causat.

CONCLVSIO.

¶Fornicarius concubitus inquantum aliquid de carnali coniunctione participat, affinitatem causat; sicut licitus matrimonij concubitus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd secundum Philosophũ octauo Ethicorum: coniunctio viri & vxoris dicitur naturalis principaliter propter prolis productionẽ; & secundariò propter operum cõmunicationem: quorum primum pertinet ad matrimonium ratione carnalis copulæ, sed secundum, inquantum est quædam societas, ad comunem vitam. Primum autem horum est inuenire in qualibet carnali copula, vbi est commixtio seminum, quia ex tali cõpula potest proles produci, quãuis secunda desit: & ideò quia matrimonium affinitatem causabat secundum quòd erat quædam carnalis commixtio, etiã fornicarius concubitus affinitatem causat, inquantum habet aliquid

aliquid de carnali coniunctione.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in fornicario concubitu est aliquid naturale, quod est commune fornicationi & matrimonio, & ex hac parte affinitatem causat: aliud est ibi inordinatum, per quod à matrimonio diuiditur, & ex hac parte affinitas non causatur: vnde affinitas semper honesta remanet, quamuis causa aliquo modo sit inhonesta

¶Ad secundum dicendum, quòd non est inconueniens relationes ex opposito diuersas eidem inesse ratione diuersorum. & ideò potest inter aliquas duas personas esse affinitas & consanguinitas, non solùm per illicitum concubitum, sed etiam per licitum, sicut consanguineus meus ex parte patris duxit in vxorem consanguineam meam ex parte matris. Vnde cùm dicitur in definitione affinitatis, omni carens parentela, intelligendũ est inquantùm huiusmodi: nec tamen sequitur, quòd aliquis consanguineam suam cognoscens sibiipsi fit affinis, quia affinitas, sicut consanguinitas diuersitatem requirit, sicut & similitudo.

¶Ad tertium dicendum, quòd concubitus contra naturam nõ habet commixtionem seminum, quæ posita esse causa generationis: & ideo ex tali concubitu non causatur affinitas.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm ex sponsalibus causetur affinitas.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd ex sponsalibus nulla affinitas causari possit, quia affinitas est perpetuum vinculum: sed sponsalia quandoque separantur. ergo non possunt esse causa affinitatis.

¶Præterea, Si aliquis clausttum pudoris alicuius mulieris inuasit & aperuit, sed non peruenit ad operis consummationem, non contrahitur ex hoc affinitas: sed talis est magis propinquus carnali copulæ, quàm ille qui sponsalia contrahit. ergo affinitas non causatur.

¶Præterea, In sponsalibus non fit nisi quædam sponsio futurarum nuptiarum: sed aliquando fit sponsio futurarum nuptiarum, & ex hoc non cõtrahitur aliqua affinitas: sicut si fiat ante septennium: vel si aliquis habens perpetuum impedimentum tollès potentiam coëundi alicui mulieri spõdeat futuras nuptias, aut si talis sponsio fiat inter personas, quibus nuptiæ per votũ reddantur illicitæ, vel alio quocunque modo: ergo sponsalia non possunt esse causa affinitatis.

¶SED CONTRA est, quòd Alexan. Papa prohibuit mulierem quandam cuidam viro matrimonio coniungi, quia frater suo fuerat desponsata, quod non esset, nisi per sponsalia affinitas contraheretur. ergo, &c.

CONCLVSIO.

¶Publicæ honestatis iustitia ex sponsalibus contrahitur, quàm aliqua affinitas.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut spõsalia nõ habent perfectam rationem matrimonij, sed sunt quædam præparatio ad matrimonium, ita ex sponsalibus non causatur affinitas, sicut ex matrimonio: sed aliquid affinitati simile, quod dicitur publicæ honestatis iustitia, quæ impedit matrimoniũ, sicut & affinitas, & secundum eosdem gradus: & definitur sic. Publicæ honestatis iustitia est propinquitas ex sponsalibus proueniẽs, robur trahens ex Ecclesię institutione propter eius honestatem, ex quo patet ratio nominis & causa, quia scilicet talis propinquitas ab Ecclesia instituta est propter honestatẽ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod sponsalia non ratione sui, sed ratione eius ad quod ordinantur causant hoc genus affinitatis, quod dicitur publicæ honestatis iustitia: & ideò sicut matrimonium est perpetuum vinculum, ita & prædictus affinitatis modus.

¶Ad secundum dicendum, quòd vir & mulier efficiuntur in carnali copula vna caro per commixtionem seminum: vnde quantumcũque clausttum pudoris inuadat vel frangat, nisi commixtio seminũ sequatur non contrahitur ex hoc affinitas sed matrimonium affinitatem causat, non solùm ratione carnalis copulæ, sed etiam ratione societatis coniugalis, secundũ quam etiam matrimonium naturale est. Vnde & affinitas contrahitur ex ipso contractu matrimonij per verba de præsenti ante carnalem copulam: & similiter ex sponsalibus, in quibus fit quædam pactio coniugalis societatis, contrahitur aliquid affinitati simile, vt publicæ honestatis iustitia.

¶Ad tertium dicendum, quòd omnia impedimenta quæ faciunt sponsalia non esse sponsalia, non permittũt ex pactione nuptiarum affinitatem fieri: vnde siue habens defectum ætatis, siue habens votum solenne continentiæ, aut aliquod huiusmodi impedimentum sponsalia de facto contrahat, ex hoc nõ sequitur aliqua affinitas, quia sponsalia nulla sunt, nec aliquis affinitatis modus. Si tamen aliquis minor, frigidus vel maleficiatus habens impedimentum ante annos pubertatis post septennium contrahat sponsalia cum adulta, ex tali contractu contrahitur publicæ honestatis iustitia, quia adhuc non erat in actu impediendi, cùm in tali ætate puer frigidus, & non frigidus quantùm ad actum illum sit æqualiter impotens.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm affinitas sit causa affinitatis.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur etiam quòd affinitas sit causa affinitatis. Quia Iulius Papa dicit, Consanguineam relictam vxoris suæ nullus ducat vxorem: & in seq. cap. dicitur, quòd duæ consanguineorum vxores vni viro altera post alteram nubere prohibentur: sed hoc non est nisi ratione affinitatis, quæ contrahitur ex coniunctione ad finem. ergo affinitas est causa affinitatis.

¶Præterea, Carnalis commixtio coniungit, sicut & carnalis propagatio, qui æqualiter computantur gradus affinitatis, & consanguinitatis: sed consanguinitas est causa affinitatis. ergo & affinitas.

¶Præterea, Quæcunque vni & eidem sunt eadem, sibi inuicem sunt eadem: sed vxor viri alicuius efficitur eiusdem attinentiæ cum omnibus consanguineis viri: ergo & omnes consanguinei viri sui efficiuntur vnũ cum omnibus qui attinent mulieri per affinitatem, & sic affinitas est causa affinitatis.

¶SED CONTRA, Si affinitas ex affinitate causatur, aliquis qui cognouisset duas mulieres, neutram earum posset ducere in vxorem, quia secundum hoc altera efficeretur alteri affinis: sed hoc est falsum. ergo affinitas non causat affinitatem.

¶Præterea, Si affinitas ex affinitate nasceretur, aliquis contrahens cum vxore defuncti fieret affinis omnibus consanguineis prioris viri, ad quos mulier habet affinitatem: sed hoc non potest esse, quia maximè fieret affinis viro defuncto. ergo, &c.

¶Præterea, Consanguinitas est fortius vinculum quàm affinitas, sed consanguinei vxoris non efficiuntur affines consanguineis viri: ergo multò minùs affines vxoris efficientur eis affines: & sic idem quod priùs.

CONCLVSIO.

¶Affinitas affinitatem non causat.

¶RESPONDEO dicendum, quòd duplex est modus, quo aliquid ex alio procedit. Vnus secundum quem aliquid procedit in similitudinẽ speciei, sicut ex homine generatur homo. Alius secundum quem nõ procedit simile in specie, & hic processus semper est in inferiorem speciem, vt patet in omnibus agentibus æquiuocè. Primus autem modus processionis quotiescunque iteratur, semper manet eadem species, sicut ex homine generatur homo per actum generatiuæ virtutis, & ex hoc generabitur homo: & sic deinceps. Secundus autẽ modus sicut in primo facit aliam speciem, ita quotiescũque iteratur, aliam speciem facit, vt ex puncto per motum procedit linea non punctus, quia punctus motus facit lineam, & ex linea linea liter mota non procedit linea, sed superficies, & ex superficie corpus, & vlteriùs per talem modũ processus aliquis esse non potest. Inuenimus autem in processu attinentiæ duos modos, quibus vinculum huiusmodi causatur. Vnus per carnis propagationem, & hic semper facit eandem speciem attinentiæ. Alius per matrimonialem coniunctionem, & hæc facit aliam speciem in principio sicut patet, quòd coniuncta matrimonialiter consanguineo non fit consanguinea, sed affinis. Vnde si & ille modus procedendi iteratur, non erit affinitas, sed aliud attinentiæ genus. Vnde persona quæ matrimonialiter affini coniungitur non est affinis, sed est aliud genus affinitaris, quod dicitur secundum genus. Et rursus si affini in secundo genere aliquis per matrimonium coniungatur, non erit affinis in secundo genere, sed in tertio, vt hoc versu suprà posito ostenditur.

¶Mutat nupta genus, sed generata gradus.

Et hæc duo genera olim erant prohibita propter publicæ honestatis iustitiam magis quàm propter affinitatem, quia definiunt à vera affinitate, sicut illa quæ ex sponsalibus contrahitur. Sed modò illa prohibitio cessauit, & remanet sub prohibitione solùm primum genus affinitatis, in quo est vera affinitas.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd alicui viro consanguineus vxoris suæ efficitur affinis in primo genere, & vxor eius in secundo: vnde mortuo viro qui erat affinis, nõ potest eam ducere in vxorem propter secundum affinitatis genus. Similiter autem si aliquis viduam in vxorem ducat consanguineus prioris viri, qui est affinis vxori in primo genere, efficitur affinis secundo viro in secundo genere, & vxor illius

Universidad de Deusto
Biblioteca

consanguinei, quæ est affinis vxori viri huius in secundo genere effertur affinis viro in tertio genere. Et quia tertium genus erat prohibitum propter honestatem quandam magis, quam propter affinitatem: ideò Canon dicit. Duas consanguineorum vxores vni viro alteram post alteram nubere, publicæ honestatis iustitiæ contradicit, sed talis prohibitio nunc cessauit.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ quamuis carnalis coniunctio cōiugat, non tamen eodem genere coniunctionis.

¶Ad tertium dicendum, quòd vxor viri efficitur eiusdem attinentiæ cum consanguineis viri quantum ad gradum eundem, sed non quantùm ad idem attinentiæ genus. Sed quia in oppositum ex rationibus quæ inducuntur, videtur ostendi, quòd nullum vinculum ex affinitate causetur, ad alias rationes respondendum est, nè antiqua Ecclesię prohibitio irrationalis videatur.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ mulier non efficitur affinis in primo genere viro, cui coniungitur carnaliter, vt ex prædictis patet. Vnde consequenter alij mulieri à viro eodem cognitæ nō efficitur affinis in secundo genere: vnde nec ducenti in vxoré vnam earum efficitur affinis alij in tertio genere affinitatis, & ita duas mulieres cognitas ab eodem viro, nec antiqua iura eidem successiuè copulari prohibebant.

¶Ad quintum dicendum, ꝙ sicut vir non est affinis vxori suæ in primo genere, ita nec efficitur affinis secundo viro eiusdem vxoris in secundo genere, & sic ratio non procedit.

¶Ad sextum dicendum, quòd mediante vna persona non coniungitur mihi alia, nisi ex hoc quòd ei adiungitur. Vnde mediante muliere, quæ mihi est affinis, nulla persona fit mihi attinens, nisi quæ illi mulieri adiungitur, quod non potest esse nisi per carnis propagationem ex ipsa, vel propter coniunctionem matrimonialem ad eam: & vtroque modo aliqua attinētia mediante prædicta muliere secundum antiqua iura mihi proueniebat, quia filius eius etiam ex alio viro efficitur mihi affinis in eodem genere: sed in alio gradu, vt ex regula priùs data patet: & iterum secundus vir eius efficitur mihi affinis in secundo genere. Sed alij consanguinei illius mulieris non adiunguntur ei. Sed ipsa vel adiungitur eis, sicut patri & matri inquantum procedit ab eis, vel principio eorundem, sicut fratribus: vnde frater affinis mei: vel pater nō efficitur mihi affinis in aliquo genere.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm affinitas matrimonium impediat.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd affinitas matrimonium non impediat. Nihil enim impedit matrimonium, nisi quod est illi contrarium, sed affinitas non contrariatur matrimonio, cùm sit effectus eius, ergo non impedit matrimonium.

¶Præterea. Vxor per matrimonium efficitur res quædam viri, sed consanguinei defuncti viri succedunt in rebus eius, ergo possunt succedere in vxore, ad quam tantū manet affinitas, vt ostensum est: ergo affinitas non impedit matrimonium.

¶SED CONTRA est quod dicitur Leuit. 18. Turpitudinem vxoris patris tui non reuelabis: sed illa est tantùm affinis. ergo affinitas impedit matrimonium.

CONCLVSIO.

¶ Affinitas matrimonium præcedens non modò contrahendum, sed contractum dirimit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd affinitas præcedens matrimonium impedit contrahendum, & dirimit contractum eádem ratione qua & consanguinitas. Sicut enim inest necessitas quædam cohabitandi consanguineis adinuicem, ita & affinibus: & sicut est quoddam amicitiæ vinculum inter consanguineos, ita inter affines: sed si affinitas matrimonio superueniat, non potest ipsum dirimere: vt suprà dictum est.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd affinitas nō contrariatur matrimonio, ex quo causatur, sed contrariatur matrimonio quod cum affine contrahendum esset, inquantū impediret multiplicationem amicitiæ, & concupiscentiæ repressionem, quæ per matrimonium quæruntur.

¶Ad secundum dicendum, quòd res possessæ à viro non efficiuntur aliquid vnum cum ipso viro, sicut vxor efficitur vna caro cum ipso. Vnde sicut consanguinitas impedit matrimonium vel coniunctionem ad virum, ita & ad vxorem viri.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrùm affinitas habeat per se gradus.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd affinitas habeat etiam per seipsam gradus. Cuiuslibet enim propinquitatis est accipere aliquos per se gradus: sed affinitas propinquitas quædam est. ergo habet gradus per se sine gradibus consanguinitatis, ex quibus causatur.

¶Præterea, In litera dicitur, quòd soboles secundæ cōiunctionis nō potest transire ad cōsortium affinitatis prioris vir: sed hoc nō esset nisi filius affinis etiam esset affinis: ergo affinitas habet per se gradus sicut consanguinitas.

¶SED CONTRA, Affinitas ex consanguinitate causatur. ergo & omnes gradus affinitatis causantur ex gradibus consanguinitatis, & sic non habet per se aliquos gradus.

CONCLVSIO.

¶ Graduum distinctio per se consanguinitati conuenit, affinitati vero non, nisi mediante consanguinitate, vt quoto gradu consanguinitatis attinet mihi vir, toto gradu affinitatis attineat mihi vxor.

¶RESPONDEO dicendum, quòd res nō diuiditur diuisione per se nisi ratione illius, quod competit sibi, secundum genus suum, sicut animal per rationale & irrationale, non autem per album & nigrum: carnis autē prorogatio per se comparatur ad consanguinitatem, quia ex ea immediatè consanguinitatis vinculum contrahitur: sed ad affinitatem non comparatur nisi mediante consanguinitate, quæ est causa eius: vnde cùm gradus attinētiæ per propagationē carnis distinguantur, distinctio graduum per se & immediatè competit cōsanguinitati, sed affinitati mediante consanguinitate. Et ideò ad inueniēdum gradus affinitatis est regula generalis, quòd quoto gradu consanguinitatis attinet mihi vir, toto gradu affinitatis attinet mihi vxor.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd gradus in propinquitate attinentiæ non possunt accipi nisi secundum ascensum, & descensum propagationis, ad quam nō comparatur affinitas nisi mediante consanguinitate: & ideò non habet affinitas gradus per se, sed sumptos iuxta gradus consanguinitatis.

¶Ad secundum dicendum, quòd filius affinis mex ex alio matrimonio non per se loquendo, sed quasi per accidens, dicebatur antiquitùs affinis: vnde prohibebatur à matrimonio magis propter publicę honestatis iustitiam, quàm propter affinitatem: & propter hoc etiam prohibitio nunc est reuocata.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrùm gradus affinitatis extendantur sicut gradus consanguinitatis.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd gradus affinitatis non extendantur sicut gradus consanguinitatis. Quia vinculum affinitatis est minus forte quàm consanguinitatis, cùm affinitas ex consanguinitate causetur in diuersitate speciei, sicut à causa æquiuoca: sed quantò fortius est vinculum, tantò diutius durat: ergo vinculum affinitatis non durat vsq; ad tot gradus, ad quos durat consanguinitas.

¶Præterea, Ius humanum debet imitari ius diuinum: sed secundum ius diuinum aliqui gradus consanguinitatis erant prohibiti, in quibus gradibus affinitas matrimonium non impediebat, sicut patet de vxore fratris, quam aliquis poterat ducere in vxorem ipso defuncto, non tamen propriam sororem: ergo & nunc debet esse prohibitio æqualis de affinitate & consanguinitate.

¶SED CONTRA, Ex hoc ipso est mihi aliqua affinis quòd meo consanguineo est coniuncta: ergo in quocùnque gradu fit vir mihi consanguineus, in illo gradu est mihi affinis, & sic gradus affinitatis computari debent in eodem numero, sicut gradus consanguinitatis.

CONCLVSIO.

Tot sunt gradus affinitatis, quot consanguinitatis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ex quo gradus affinitatis sumuntur iuxta gradus consanguinitatis, oportet quod tot sint gradus affinitatis, quot sunt gradus consanguinitatis: sed tamen quia affinitas est minus vinculum, quam consanguinitas, facilius & olim & nunc dispensatio fit in remotis gradibus affinitatis, quàm in remotis gradibus consanguinitatis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa minoritas vinculi affinitatis respectu consanguinitatis facit varietatem in genere attinentię non in gradibus: & ideò illa ratio non est ad propositum.

¶Ad secundum dicendum, quòd frater non poterat accipere vxorem fratris sui, nisi in casu, scilicet quādo moriebatur sine prole, vt suscitaret semen fratri suo, quod tunc requirebatur, quando per propagationem carnis cultus religionis multiplicabatur, quod nunc locum non habet, & sic patet quòd non ducebat eam vxorem quasi generis propriā personam, sed quasi supplens defectum fratris sui.

ARTICVLVS IX.

¶ Vtrùm coniugium contractum inter affines vel consanguineos sit per se dirimendum.

AD

NONVM sic proceditur. Videtur quòd coniugium quod inter affines vel consanguineos est contractum, non semper sit per diuortium dirimendum. Quia quod Deus coniunxit, homo non separet: cùm ergo Deus facere intelligatur quod facit Ecclesia, quæ quandóque tales ignoranter coniungit, videtur quòd si postmodum in notitiam veniant, non sint separandi.

¶Præterea. Fauorabilius est vinculum matrimonij, quàm dominij, sed homo per longi temporis præscriptionem acquirit dominium in re, cuius non erat dominus: ergo per diuturnitatem temporis matrimonium ratificatur, etiam si priùs natum non fuit.

¶Præterea. De similibus simile est iudicium: sed si matrimoniū esset dirimendum propter consanguinitatem, tunc in casu illo quando duo fratres habent duas sorores in vxores, si vnus separatur propter consanguinitatē, & alius pari ratione separari deberet, quod non videtur: ergo matrimoniū non est separandum propter affinitatem & consanguinitatem.

¶SED CONTRA, Consanguinitas & affinitas impediunt contrahendum, & dirimunt contractum: ergo si probatur affinitas vel consanguinitas separandi sunt, etiam si de facto contraxerunt.

CONCLVSIO.

¶ Coniugium inter consanguineos & affines contractum semper dirimendum est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd cùm omnis concubitus præter licitum matrimonium sit peccatum mortale: quod Ecclesia omnibus modis impedire conatur, ad ipsam pertinet eos, inter quos non potest esse verum matrimonium, separare, & præcipuè consanguineos & affines, qui sine incestu contrahere non possunt carnaliter.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Ecclesia quāuis dono & auctoritate diuina fulciatur, tamen inquantum est hominum congregatio, aliquid de defectu humano in actibus eius peruenit quod non est diuinum, & illa coniunctio quæ sit in facie Ecclesiæ impedimentis ignoratis, non habet inseparabilitatem ex auctoritate diuina, sed est contra auctoritatem diuinam errore hominum inducta, qui excusat à peccato, cùm sit error facti quandiu manet: & propter hoc quādo impedimentum ad notitiam peruenit Ecclesiæ, debet prædictam coniunctionem separare.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ illa quæ sine peccato esse non possunt, nulla præscriptione firmantur, quia vt Inn. dicit Diuturnitas temporis non minuit peccatum, sed auget, nec ad hoc facit aliquid fauor matrimonij quod inter illegitimas personas esse non poterat.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ res inter alios acta alijs non præiudicat in foro contētioso, vnde quamuis frater repellatur a matrimonio vnius sororum ex causa consanguinitatis, non propter hoc separat Ecclesia aliud matrimonium quod non accusatur: sed in foro conscientiæ non oportet ꝙ semper obligetur ad hoc alius frater ad dimittendum vxorem suam, quia frequēter tales accusationes ex maleuolentia procedunt, & per falsos testes probantur. Vnde non oportet quòd conscientiam suam informet ex his quæ circa aliud matrimonium sunt facta. Sed distinguendum videtur in hoc, quia aut habet certam cognitionem de impedimento matrimonij, aut opinionem, aut neutrum. Si primo modo, nec exigere, nec reddere debitum debet si secundo modo, debet reddere: sed non exigere: si tertio, potest reddere & exigere.

ARTICVLVS X.

¶ Vtrùm ad separationem matrimonij contracti inter affines & consanguineos sit procedendum per viam accusationis.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quòd ad separationem matrimonij quod est inter affines & consanguineos contractum, non sit procedendum per viam accusationis, quia accusationem præcedit inscriptio qua aliquis se ad rationem obligat si in probatione defecerit, sed hæc non requiruntur quando de matrimonij separatione agitur, ergo ibi locum non habet accusatio.

¶Præterea. In causa matrimonij audiuntur solùm propinqui, vt in litera dicitur: sed in accusationibus audiuntur etiam extranei: ergo in causa separationis matrimonij non agitur per viam accusationis.

¶Præterea. Si matrimonium accusari deberet: tunc præcipuè hoc esset faciendum, quando minùs difficile est quod separatur, sed hoc est quando sunt sponsalia tantùm contracta, non autem tunc accusatur matrimonium: ergo nunquam de cætero debet fieri accusatio.

¶Præterea, Ad accusandū non præcluditur via alicui per hoc ꝙ non statim accusat: sed hoc fit in matrimonio, quia si primò taceat quando matrimonium contrahebatur, non potest postea matrimonium accusare quasi suspectus: ergo, &c.

¶SED CONTRA. Omne illicitum potest accusari, sed matrimonium affinium vel cōsanguineorum est illicitum: ergo de eo potest esse accusatio.

CONCLVSIO.

¶ Per viam accusationis procedendum est ad separationem matrimonij inter consanguineos & affines contracti.

¶RESPONDEO dicendum, quòd accusatio ad hoc est instituta, ne aliquis sustineatur innocens, qui culpam habet, sicut autem ex ignorantia facti contingit quòd aliquis homo reputatur innocens: qui in culpa est, ita ex ignoratia alicuius circunstantię contingit quòd aliquod factum reputatur licitum, quod est illicitum: & ideò sicut homo accusatur quandóq; ita & factum ipsum accusari potest. & sic matrimoniū accusatur, quando propter ignorantiam impedimenti æstimatur legitimum, quod est illegitimum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd obligatio ad pœnam talionis habet locum, quando accusatur persona de crimine: quia tunc agitur ad punitionem eius: sed quando accusatur factum, tunc non agitur ad pœnam facientis, sed ad impediendum quod est illicitum: & ideò in matrimonio accusator non se obligat ad aliquam pœnam, sed talis accusatio potest & verbis & scripto fieri ita quòd exprimatur & persona accusans matrimonium quod accusatur, & impedimentum propter quod accusatur.

¶Ad secundum dicēdum, quòd extranei nō possunt scire consanguinitatem: nisi per consanguineos, de quibus probabilius est ꝙ sciant. Vnde quando ipsi tacent: suspitio habetur contra extraneū, ꝙ ex maleuolentia procedat: nisi per consanguineos probare voluerit: vnde repellitur ab accusatione quando sunt consanguinei, qui tacent, & per quos probare non potest: sed consanguinei quantumcúnque sint propinqui, non repellētur ab accusatione, quando accusatur matrimonium propter aliquod impedimentum, quod impedit contrahendum, & dirimit contractum: sed quando accusatur ex hoc quòd dicitur nō fuisse contractum, tunc parentes tanquam suspecti sunt repellendi, nisi ex parte illius, qui est inferior dignitate & dimittis: de quibus probabiliter æstimari potest quòd libēter vellēt quòd matrimonium staret.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ si matrimonium nondum est contractum, sed sponsalia tātùm, non potest accusari, quia non accusatur quod non est: sed potest denuntiari impedimentum ne matrimonium contrahatur.

¶Ad quartum dicendum, ꝙ ille qui tacuit primò, quandóq; auditur, posteà si velit matrimonium accusare, quandóq; repellitur, quòd patet ex Decret. quæ sic dicit. Si post contractū aliquis accusator appareat, cùm non prodierit in publicum, quādo secundum consuetudinem in Ecclesia edebatur, vtrùm vox suæ accusationis debeat admitti, meritò quæri potest. Super quo respondemus, ꝙ si tēpore denuntiationis præmissæ is qui iam cōiunctos impedit, extra diœcesim existebat, vel alias denuntiatio non potuit ad eius deuenire notitiā: vt puta, si nimiæ infirmitatis feruore laborabat: seu sanæ mētis patiebatur exilium, vel in annis erat tam teneris constitutus, quòd ad cōprehensionem talium eius ætas sufficere non valebat, seu alia causa legitima fuerit impeditus, eius accusatio debet audiri: alioquin tanquàm suspectus, est procul dubiò repellendus: nisi firmauerit iuramento quòd post didicerit ea quæ obiecerit, & ad hoc ex malitia non procedat.

ARTICVLVS XI.

¶ Vtrùm ad separationem matrimonij contracti inter affines & cōsanguineos procedi debeat per testes.

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur quod in tali causa nō sit procedendum per testes: sicut in alijs causis, quia in alijs causis adducuntur, ad testificandum quicúnq; sunt omni exceptione maiores, ergo, &c.

¶Præterea. Testes suspecti de priuato odio vel amore, à testimonio repelluntur, sed maximè possunt propinqui esse suspecti de amore respectu vnius partis: & odio ad partem alteram, ergo non est audiendum eorum testimonium.

Præterea. Matrimonium est fauorabilius, quàm aliæ causæ, in quibus de rebus purè corporalibus agitur: sed in illis nō potest idem esse testis & accusator: ergo in matrimonio videtur quòd non conuenienter in causa ista per testes procedatur.

¶SED CONTRA. Testes inducuntur in causis, vt super his de quibus dubitatur fiat iudici fides, sed ita facienda est iudici fides in causa ista, sicut in alijs causis, quia non debet præcipitare sententiam de eo quod non constat: ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

514

procedendum est hic ex testibus sicut in alijs causis.

CONCLVSIO.

¶ Procedendum est per testes in matrimonij contractu separationis inter consanguineos & affines.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in hac causa oportet q̃ per testes ueritas patefiat sicut & in alijs, tamen, vt Iuristæ dicunt, in hac causa multa specialia inueniuntur, scilicet quòd idem potest esse accusator & testis, & quòd non iuratur de calumnia, cùm sit causa quasi spiritualis: & quòd consanguinei admittuntur ad testificandum, & quòd non obseruatur omnino ordo iudiciarius: quia denuntiatione facta contumax potest excommunicari lite non contestata: & valet hoc testimonium de auditu, & post publicationem testium testes possunt induci & hoc totum est vt peccatum impediatur, quod in tali coniunctione esse potest.

¶Et per hoc patet solutio ad obiecta.

QVAESTIO QVINQVAGESIMASEXTA,

De impedimento cognationis spiritualis, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de impedimento cognationis spiritualis. Circa quod quęruntur quinque.

¶Primò, vtrùm spiritualis cognatio matrimonium impediat.

¶Secundò, ex qua causa contrahatur.

¶Tertiò, inter quos.

¶Quartò, vtrùm transeat à viro in vxorem.

¶Quintò, vtrùm transeat ad filios carnales patris.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm spiritualis cognatio impediat matrimonium.

Th. 4. di. 42. q. 1. ar. 2. & sequent.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd spiritualis cognatio matrimonium non impediat. Matrimonium enim non impedit nisi quod contrariatur alicui bono matrimonij: sed spiritualis cognatio non contrariatur alicui bono matrimonij: ergo non impedit matrimonium.

¶Præterea, Impedimentum perpetuum matrimonij nõ potest stare simul cum matrimonio: sed cognatio spiritualis stat simul aliquando cum matrimonio, vt in litera dicitur: sicut cùm aliquis in casu necessitatis filium baptizat, quia tunc fit vxori suę spirituali cognatione coniunctus, nec tamen matrimonio separatur: ergo spiritualis cognatio matrimonium non impedit.

¶ Præterea, Vnio spiritus non transit in carnem: sed matrimonium est carnalis coniunctio: ergo cùm cognatio spiritualis sit vnio spiritus, non potest transire ad matrimonium impediendum.

¶ Præterea, Contrariorum non sunt idem effectus: sed spiritualis cognatio videtur esse contraria disparitati cultus, cũ spiritualis cognatio sit propinquitas proueniẽs ex datione sacramenti, vel intentione ad idem: disparitas autem cultus consistit in sacramenti carentia. vt priùs dictum est: cùm ergo disparitas cultus matrimonium impediat, videtur quòd spiritualis cognatio non habeat hunc effectum.

¶SED CONTRA, Quantò aliquod vinculum sanctius est, tantò magis est custodiendum: sed vinculum spirituale est sanctius, quam corporale: cùm ergo vinculum propinquitatis corporalis matrimonium impediat, videtur etiam quòd cognatio spiritualis idem faciat.

¶ Præterea, In matrimonio coniunctio animarum est principalior, quàm coniunctio corporum, quia præcedit ipsam: ergo multò fortiùs spiritualis cognatio matrimoniũ impedire potest, quàm carnalis.

CONCLVSIO.

¶ Sicut carnalis cognatio impedit matrimonium contrahendum ac contractum, ita & spiritualis: ex Ecclesiæ tamen statuto, si matrimonium præcedat.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut per carnalem propagationem homo accipit esse naturæ, ita per sacramenta accipit esse spiritualis gratiæ: vnde sicut vinculum, quod ex carnis propagatione contrahitur, est homini naturale, inquantum est res quædam naturæ, ita vinculum quod contrahitur ex sacramentorum susceptione, est aliquo modo naturale alicui, inquantum est membrum Ecclesiæ: & ideò sicut carnalis cognatio impedit matrimonium, ita spiritualis ex Ecclesiæ statuto. Tamen distinguendum est de spirituali cognatione, quia aut præcessit matrimonium, aut sequitur: si præcessit, impedit contrahendum, & dirimit contractum: si sequitur, tũc non dirimit vinculum matrimonij. Sed quantum ad actum matrimonij est distinguendum, quia aut spiritualis cognatio inducitur causa necessitatis, sicut pater baptizat filium in articulo mortis, & tunc non impedit actum matrimonij ex neutra parte: aut inducitur extra casum necessitatis ex ignorantia, & tunc ille ex cuius actu inducitur, diligentiam adhibuit, est eadem ratio sicut & de primo: aut ex industria extra casum necessitatis, & tunc ille ex cuius actu inducitur, amittit ius petendi debitum, sed tamen debet reddere si petatur, quia ex culpa eius non debet aliquod incommodum alius reportare.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis spiritualis cognatio non impediat aliquod de principalibus bonis matrimonij, tamen impedit aliquod de secundarijs bonis, quod est amicitiæ multiplicatio, quia spiritualis cognatio est sufficiens ratio amicitię per se: vnde oportet quòd ad alios per matrimonium familiaritas & amicitia quæratur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd matrimonium est vinculum perpetuum: & ideò nullum impedimentum superueniens potest ipsum dirimere: & sic quandóque contingit quòd matrimonium & matrimonij impedimentum stant simul, nõ autem si impedimentum præcedit.

¶Ad tertium dicendum, quòd in matrimonio non est tantum coniunctio corporalis, sed etiam spiritualis: & ideò propinquitas spiritus ei impedimentũ præstat sine hoc quòd propinquitas spiritualis transire debeat in carnalem.

¶Ad quartum dicendum, quòd non est inconueniens quòd duo contraria adinuicem contrarientur eidem, sicut magnũ & paruum æquali: & sic disparitas cultus, & spiritualis cognatio matrimonio repugnant, quia in vno est maior distantia, in altero maior propinquitas, quam matrimonium requirat. & ideò ex vtraque parte matrimonium impeditur.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm per solum baptismum spiritualis propinquitas cõtrahatur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd per solum baptismum spiritualis propinquitas contrahatur. Sicut enim se habet corporalis cognatio ad corporalem generationem, ita spiritualis ad spiritualem: sed solus baptismus dicitur spiritualis generatio: ergo per solum baptismum contrahitur spiritualis cognatio, sicut & per solam generationẽ carnalem carnalis cognatio.

¶Præterea, Sicut in cõfirmatione imprimitur character, ita in ordine: sed in susceptione ordinis non sequitur spiritualis cognatio: ergo nec ex confirmatione. & sic solùm ex baptismo.

¶Præterea, Sacramenta sunt digniora sacramentalibus: sed ex quibusdam sacramentis spiritualibus cognatio non sequitur, sicut patet in extrema vnctione: ergo multò minùs ex catechismo, vt quidam dicunt.

¶Præterea, Inter sacramentalia baptismi multa alia præter catechismum numerantur: ergo ex catechismo non magis contrahitur spiritualis cognatio quàm ex alijs.

¶ Præterea, Oratio non est minùs efficax ad promouendum in bonum, quàm instructio vel catechizatio: sed ex oratione non contrahitur spiritualis cognatio: ergo nec ex catechismo.

¶ Præterea, Instructio quæ fit baptizatis per prædicationem, non minùs valet quàm illa quæ fit nondum baptizatis: sed ex prædicatione non contrahitur aliqua cognatio spiritualis: ergo nec ex catechismo.

¶SED CONTRA, Primę Cor. 13. In Christo Iesu per Euangelium ego vos genui: & sic spiritualis generatio causat spiritualem cognationẽ: ergo ex prædicatione Euangelij & institutione fit spiritualis cognatio, & non solùm ex baptismo.

¶Præterea, Sicut per baptismum tollitur peccatum originale, ita per pœnitentiam actuale: ergo sicut baptismus causat spirituale cognationem, ita & pœnitentia.

¶Præterea, Pater nomen cognationis est: sed per pœnitentiam & doctrinam, & curam pastoralem, & multa huiusmodi aliquis dicitur alteri spiritualis pater: ergo ex multis alijs præter baptismum & confirmationem spiritualis cognatio contrahitur.

CONCLVSIO.

¶ Spiritualis cognatio ex baptismi & confirmationis sacramentis contrahitur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc est multiplex opinio, quidam dicunt quòd spiritualis regeneratio sicut per septiformem Spiritus sancti gratiam datur, ita per septem efficitur, incipiendo à primo pabulo salis sacramenti, vsque ad confirmationem per Episcopum factam, & per quodlibet horum septem spiritualis cognatio contrahitur. Sed illud non videtur rationabile, quia cognatio carnalis non contrahitur nisi per actum generationis completum: vnde etiam affinitas non contrahitur nisi facta cõmixtione seminum, ex qua potest sequi generatio carnalis: spiritualis autem generatio non perficitur nisi per aliquod sacramentum: vnde non videtur conueniens quòd

niens q̃ spiritualis cognatio contrahatur: nisi per aliquod sacramentum. Et ideò alij dicunt, q̃ per tria tantùm sacramenta spiritualis cognatio cõtrahitur, scilicet per catechismũ, baptismũ confirmationem. Sed isti propriam vocem videntur ignorare: quia catechismus nõ est sacramentũ: sed sacramentale. Et ideò alij dicunt, quòd tantùm per duo sacramenta contrahitur: scilicet per confirmationem & baptismum, & hæc est opinio communior: tamen de catechismo horum quidam dicunt, quod est debile impedimentum, quia impedit contrahendum: sed non dirimit contractum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ duplex est carnalis natiuitas. Prima in vtero in qua adhuc quod natum est, est adeò debile quòd non possit extra exponi sine periculo: & huic natiuitati assimilatur regeneratio per baptismum, in quo regeneratur aliquis adhuc quasi fouendus intra vterum Ecclesiæ. Secunda est natiuitas ex vtero, quando iam quod natum erat, in vtero tantùm roboratum est quòd potest sine periculo exponi exterioribus, quę nata sunt corrumpere: & huic assimilatur confirmatio: per quam homo roboratus exponitur in publicum ad confessionem nominis Christi: & ideo cõgruè per vtrumque istorum sacramentorum contrahitur spiritualis cognatio.

¶Ad secundum dicendum, quòd per ordinis sacramentum nõ fit alia regeneratio, sed quædam promotio potestatis, & propterea mulier non suscipit ordinem, & sic non potest aliquod impedimentum præstari matrimonio: & ideò talis cognatio non computatur.

¶Ad tertium dicendum, quòd in catechismo fit quædam professio futuri baptismi, sicut in sponsalibus quædam sponsio futurarum nuptiarum: vnde sicut in sponsalibus contrahitur quidam modus propinquitatis: ita in catechismo ad minus impediens contrahendum, vt quidam dicunt, non tamen in sacramentis alijs.

¶Ad quartum dicendum, quòd talis professio fidei non fit in alijs sacramentalibus baptismi: sicut in catechismo: & ideò nõ est similis ratio.

¶Et similiter dicendum ad quintum de oratione, & ad sextum de prædicatione.

¶Ad septimũ dicendum, q̃ Apostolus eos ad fidem instruxerat per modum catechismi, & sic aliquo modo talis institutio habebat ordinem ad spiritualem generationem.

¶Ad octauum dicendum, q̃ per sacramentum pœnitentię nõ contrahitur propriè loquẽdo, spiritualis cognatio: vnde filius sacerdotis potest contrahere cum illa, quam sacerdos in cõfessione audit: aliàs filius sacerdotis nõ inueniret in tota parochia mulierem, cum qua contrahere posset: nec obstat q̃ per pœnitentiam tollitur peccatum actuale: quia hoc non est per modũ regenerationis: sed magis per modũ sanationis. Sed tamen per pœnitentiam contrahitur quoddam fœdus inter mulierem & sacerdotem cõfitentem spirituali cognitioni simile: vt tantùm peccet: eam carnaliter cognoscens, ac si esset sua spiritualis filia: & hoc ideò: quia maxima familiaritas est inter sacerdotem & confitentem, & ob hoc ista prohibitio est inducta, vt tollatur peccandi occasio.

¶Ad nonum dicendum, quòd pater spiritualis dicitur ad similitudinem patris carnalis, pater autem carnalis: vt Philosophus dicit in 8. Ethic. tria dat filio: esse, nutrimentum, & institutionẽ, & ideò spiritualis pater aliquis alicuius dicitur ratione alicuius horum trium: tamen ex hoc quòd est spiritualis pater, non habet spiritualem cognationem: nisi conueniat cũ patre, quantùm ad generationem, per quam est esse: & sic etiam potest solui octauum, quod præcessit.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm cognatio spiritualis contrahatur inter suscipientem sacramentum baptismi, & leuantem de sacro fonte.

ADTERTIVM sic proceditur. Videtur quòd cognatio spiritualis non contrahatur inter suscipientem sacramentum baptismi, & leuantem de sacro fonte. Quia in generatione carnali contrahitur propinquitas solùm ex parte eius cuius semine generatur proles, non autẽ ex parte eius qui filium natum suscipit: ergo nec spiritualis cognatio contrahitur inter eum, qui suscipit de sacro fonte, & eum qui suscipitur.

¶Præterea. Ille qui in sacro fonte leuat, anadechus à Dionysio dicitur: & ad eius officium spectat puerũ instruere: sed instructio non est sufficiens causa spiritualis cognationis, vt dictum est: ergo nulla cognatio contrahitur inter eum & illum qui de sacro fonte leuatur.

¶Præterea. Potest contingere quòd aliquis leuet aliquem de sacro fonte antequàm ipse sit baptizatus, sed ex hoc non contrahitur aliqua spiritualis cognatio, quia ille qui non est baptizatus, non est capax alicuius spiritualitatis: ergo aliquem leuare de sacro fonte, non sufficit ad spiritualem cognationem contrahendam.

¶SED CONTRA est definitio spiritualis cognationis suprà inducta & auctoritates, quæ ponuntur in litera.

CONCLVSIO.

¶ Spiritualis cognatio inter suscipientẽ baptismi sacramentum, & ipsum leuantem de sacro fonte contrahitur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut in generatione carnali aliquis nascitur ex matre & patre: ita in generatione spirituali aliquis renascitur filius Dei sicut patris: & Ecclesiæ sicut matris: sicut autem ille qui sacramentum confert, gerit personam Dei, cuius instrumentum & minister est, ita ille qui baptizatum suscipit de sacro fonte aut confirmandũ tenet, gerit personam Ecclesiæ: vnde ad vtrunque spiritualis cognatio contrahitur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ non tantùm pater, ex cuius semine generatur proles, habet cognationem carnalẽ ad natum: sed etiam mater quę materiam subministrat, & in cuius vtero generatur: & ita etiam anadechus qui baptizandum vice totius Ecclesiæ offert & suscipit, & confirmandum tenet, spiritualem cognationem contrahit.

¶Ad secundum dicendum, q̃ non ratione instructionis debitæ, sed ratione generationis spiritualis, ad quã cooperatur, cognationem spiritualem contrahit.

¶Ad tertium dicendum, quòd non baptizatus non potest aliquem leuare de sacro fonte, cùm non sit membrum Ecclesiæ, cuius typum gerit in Baptismo suscipiens, nec tamen aliquam cognationem spiritualem contrahere potest, quia est expers spiritualis vitæ, in quam homo primò per baptismum nascitur.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm cognatio spiritualis transeat à viro in vxorem.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd cognatio spiritualis non transeat à viro in vxorem, quia spiritualis vnio & corporalis sunt disparatæ & diuersorum generum: ergo mediante carnali coniunctione quæ inter virũ & vxorem est, non transitur ad spiritualem cognationem.

¶Præterea. Magis conueniunt in spirituali generatione, quæ est causa spiritualis cognationis pater, & mater spiritualis quà vir qui est spiritualis pater, & vxor, sed pater & mater spirituales nullam ex hoc spiritualem cognationem contrahunt: ergo nec vxor contrahit aliquam spiritualem cognationem ex hoc quòd vir eius fit pater alicuius spiritualis.

¶Præterea. Potest contingere q̃ est baptizatus vir, & vxor nõ est baptizata, sicut quando est ab infidelitate conuersus sine alterius coniugis conuersione: sed spiritualis cognatio non potest peruenire ad non baptizatum: ergo non transit semper de viro ad vxorem.

¶Præterea. Vir & vxor possunt aliquem simul de fonte leuare: si ergo spiritualis cognatio à viro, transiret in vxorem, sequeretur q̃ vterque coniugium esset bis pater & mater spiritualis eius: quod est inconueniens.

¶SED CONTRA. Bona spiritualia magis multiplicabilia sunt, quàm corporalia, sed consanguinitas corporalis viri transit ad vxorem per affinitatem: ergo multò magis spiritualis.

CONCLVSIO.

¶ Transit spiritualis cognatio à viro in vxorẽ quã carnaliter cognouit, si quis per proprium actum alterius filium de sacro fonte leuat.

¶RESPONDEO dicendum, quòd aliquis potest fieri alicuius compater dupliciter. Vno modo per actum alterius, qui baptizat: vel in baptismo suscipit filium eius, & sic cognatio spiritualis non transit à viro in vxorem, nisi forte ille sit filius vxoris, quia tunc directè vxor cõtrahit cognationem spiritualem, sicut & vir. Alio modo per actum proprium, sicut cũ leuat filium alterius de sacro fonte, & sic cognatio spiritualis transit ad vxorem, quam iam carnaliter cognouit, non autem si nondum sit matrimonium consummatum, quia nondũ effecti sunt vna caro, & hoc est per modum cuiusdam affinitatis: vnde etiã pari ratione videtur trãsire ad mulierem, quæ est carnaliter cognita, quamuis non sit vxor, vnde versus.

Quę mihi, vel cuius natum mea fonte leuauit,
Hæc mea compater fieri mea non valet vxor.
Si quam mea natum non ex me fonte leuauit,
Hanc post fata mea non inde vetabor habere.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ex hoc q̃ sunt diuersorum generum vnio corporalis & spiritualis, potest cõcludi q̃ vna non est altera: non autem q̃ vna non possit esse causa alterius, vel per se vel per accidens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Ad secundum dicendum, quòd pater spiritualis & mater spiritualis eiusdem non coniunguntur in cognatione spirituali nisi per accidens, quia ad hoc vnus per se sufficeret. Vnde non oportet quòd ex hoc aliqua cognatio spiritualis inter eos nascatur, quin possit esse inter eos matrimonium: vnde versus.

Vnus semper erit compatrum spiritualis,
Alter carnalis, non fallit regula talis.

Sed per matrimonium fit & vir & vxor vna caro per se loquendo: & ideò non est simile.

¶Ad tertium dicendum, quòd si vxor nõ sit baptizata, non per hoc venit ad eam spiritualis cognatio propter hoc quòd non est capax, non ex hoc quòd non possit per matrimonium traduci spiritualis cognatio a viro in vxorem.

¶Ad quartum ergo dicendum, quòd ex quo inter patrem spiritualem & matrem non contrahitur aliqua cognatio spiritualis, nihil prohibet quin vir & vxor simul aliquem de sacro fonte leuent, nec est inconueniens quòd vxor ex diuersis causis efficiatur mater spiritualis eiusdem: sicut etiam potest esse quòd est affinis & consanguinea eiusdem per carnalem propinquitatem.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm cognatio spiritualis transeat ad filios carnales patrùm spiritualis.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur q̃ nõ trãseat ad filios carnales patris spiritualis, quia spirituali cognationi non assignatur gradus: essent autem gradus, si transirent à patre in filium, quia persona generata mutat gradum, vt supra dictum est: ergo non transit ad filios carnales patris spiritualis.

¶Præterea, Pater eodem gradu attinet filio, & frater fratri: si ergo cognatio spiritualis transit à patre in filium, eadem ratione transibit à fratre in fratrem, quod falsum est.

¶SED CONTRA est quod in litera probatur per autoritatem.

CONCLVSIO.

¶ Spiritualis cognatio transit ad filios carnales spiritualis patris, ita quod dirimit contrahendum, & iam contractum matrimonium.

¶RESPONDEO dicendum, quòd filius est aliquid patris, & non econuersò, vt dicitur in 8. Ethico. & ideò spiritualis cognatio transit à patre in filium, & non econuersò: & sic patet quòd tres sunt cognationes spirituales. Vna quæ dicitur spiritualis paternitas, quę est inter patrẽ & filium spiritualem. Alia quæ dicitur compaternitas, quæ est inter patrem spiritualem & carnalem eiusdem. Tertia autem dicitur spiritualis fraternitas, quæ est inter filium spiritualem & filios carnales eiusdem patris, & quælibet harum impedit matrimonium contrahendum, & dirimit contractum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd persona addita per carnis propagationem facit gradum respectu illius personæ quæ eodem genere attinet, non autem respectu eius quæ attinet in alio genere: sicut filius attinet in eodẽ gradu vxori patris in quo & pater, quamuis alio genere attineat: spiritualis autem cognatio est alterius generis, quàm carnalis: & ideò nõ in eodem gradu attinet filius spiritualis filio naturali patris sui spiritualis, in quo attinet ei pater eius, quo mediante cognatio spiritualis transit: & ita non oportet quòd spiritualis cognatio habeat gradum.

¶Ad secundum dicendum, quòd frater non est aliquid fratris, sicut filius est aliquid patris: sed vxor est aliquid viri, cum quo effecta est vnum corpus: & ideò à fratre in fratrem nõ transit, siue sit ante genitus, siue post fraternitatem spiritualem.

QVAESTIO QVINQVAGESIMASEPTIMA.

De cognatione legali, quæ est per adoptionem, in tres articulos diuisa.

DEINDE cõsiderandum est de cognatione legali quæ est per adoptionem. Circa quod quæruntur tria.

¶Primò, quid sit adoptio.

¶Secundò, vtrùm ex ea aliquod vinculum contrahatur matrimonium impediens.

¶Tertiò, inter quas personas contrahatur.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm adoptio conuenienter definiatur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter adoptio definiatur. Adoptio enim est extraneę personę in filium vel nepotem, vel deinceps legitima assumptio: filius enim debet esse subditus patri: sed aliquando ille qui adoptatur, non transit in potestatem patris adoptantis: ergo non semper per adoptionem aliquis in filium assumitur. *Tho. 4. dist. 42. q. 2. ar. 1. & fo.*

¶Præterea, Parentes debent filijs thesaurizare, 2. Corin. 12. Sed pater adoptans non oportet quòd semper adoptato thesaurizet, quia quandóque adoptatus non succedit in bonis adoptantis: ergo adoptio non est assumptio alicuius in filium.

¶Præterea, Adoptio, per quam aliquis in filium assumitur, similatur generationi naturali, per quam naturaliter producitur filius: ergo cui competit naturalis generatio filij, competit adoptio: sed hoc est falsum, quia ille qui non est sui iuris, & qui est minor quindecim annis, & mulier non possunt adoptare, qui tamen possunt filium naturaliter generare: ergo adoptio nõ dicitur propriè assumptio alicuius in filium.

¶Præterea, Assumptio extraneæ personæ in filium videtur esse necessaria ad supplendum defectum naturaliũ filiorum: sed ille qui non potest generare, vt spado, vel frigidus, maximè patietur defectum in filijs naturalibus: ergo ei maximè competit assumere aliquem in filium: sed nõ competit ei adoptare: ergo adoptio non est assumptio alicuius in filium.

¶Præterea, In spirituali cognatione, vbi aliquis in filium assumitur, sine carnis propagatione, potest indifferẽter maior ætate effici pater minoris: & econuersò, quia iuuenis potest senẽ baptizare, & econuersò. Si ergo per adoptionem aliquis assumitur in filium sine carnis propagatione, similiter posset indifferenter senior iuniorem, vel minor seniorem adoptare, quod non est verum: & sic idem quod prius.

¶Præterea, Adoptatus non differt secũdum aliquem gradum ab adoptante: ergo quilibet adoptatus adoptatur in filium, & sic inconuenienter dicitur quod adoptatur in nepotem.

¶Præterea, Adoptio ex dilectione procedit: vnde & Deus dicitur nos per charitatem in filios adoptasse: sed charitas maior habenda est ad proximos quàm ad extraneos: ergo non debet esse adoptio extraneæ personæ, sed magis propinquæ.

CONCLVSIO.

¶ Adoptio est extraneæ personæ in filium seu filiam, vel nepotem legitima assumptio.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ars imitatur naturam, & supplet defectum naturæ in illis, in quibus natura deficit: vnde sicut per naturalem generationem aliquis filium producit, ita per ius positiuum, quod est ars boni & æqui, potest aliquis alium sibi assumere in filium ad similitudinem filij naturalis, & ad supplendum filiorum deperditorum defectum, propter quod præcipuè adoptio est introducta: & quia assumptio importat terminum à quo propter quod assumens non est assumptum, oportet quòd ille qui assumitur in filium, sit persona extranea: ergo sicut naturalis generatio habet terminum ad quem: scilicet formam, quę est finis generationis, & terminum à quo, scilicet formam contrariam, ita generatio legalis habet terminum ad quem, scilicet filium vel nepotem, & terminum à quo personam extraneã: & sic patet quòd prædicta assignatio comprehendit genus adoptionis, quia dicitur legitima assumptio: & terminum à quo, quia dicitur extraneæ personę & terminum ad quem, quia dicitur in filium vel nepotem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd filiatio adoptionis est quædã imitatio filiationis naturalis: & ideo duplex est adoptionis species. Vna quæ perfectè naturalem filiationem imitatur, & hæc vocatur arrogatio, per quam traducitur adoptatus in potestatem adoptantis, & sic adoptatus succedit patri adoptanti ex intestato, nec potest eũ pater sine culpa priuare quarta parte hæreditatis: sic autem adoptari non potest nisi ille qui est sui iuris, qui scilicet non habet patrem, aut si habet, est emãcipatus, & hæc adoptio non fit nisi autoritate principis. Alia adoptio est quæ imitatur naturalem filiationem imperfectè, quæ vocatur simplex adoptio, per quam adoptatus non transit in potestatem adoptantis. Vnde magis est dispositio quędam ad perfectam adoptionem, quàm adoptio perfecta: & secundum hanc potest adoptari etiam ille qui non est sui iuris, & sine autoritate principis ex autoritate magistratus: & sic adoptatus non succedit in bonis adoptantis, nec tenetur ei adoptas aliquid de bonis suis in testamento dimittere nisi velit.

¶Et per hoc patet solutio ad secundum.

¶Ad tertium dicendum, quòd generatio naturalis ordinatur ad speciem consequendam: & ideò omnibus competit posse naturaliter generare, in quibus natura speciei non est impedita: sed adoptio ordinatur ad hæreditatis successionem, & ideò illis solis competit qui habent potestatem disponendi de hæreditate sua. Vnde qui non est sui iuris, vel est minor viginti quinque annorum, aut mulier, non potest adoptare aliquem nisi ex speciali concessione principis.

¶Ad quartum dicendum, quòd per eum qui habet impedimentum perpetuum ad generandum, non potest hæreditas transire in posterum. Vnde ex hoc ipso iam debetur illis, qui succedere ei debent iure propinquitatis: & ideò nõ ei competit adoptare, sicut nec naturaliter generare: & præterea maior est dolor

est dolor de filijs amissis, quàm de illis qui nunquam fuerunt habiti: & ideò habentes impedimentum generationis, non indigent solatio contra carentiam filiorum, sicut illi qui habuerũt & amiserunt, vel etiam qui habere potuerunt, sed aliquo impedimento accidentali carent.

¶Ad quintum dicendũ, quòd spiritualis cognatio contrahitur per sacramentum quo fideles renascuntur in Christo, in quo non differt masculus & fœmina, seruus & liber, iuuenis & senex: & ideò indifferenter quilibet potest effici pater spiritualis alterius: sed adoptio fit ad hæreditatis successionem & quãdam subiectionem adoptati ad adoptantem, non autem est cõueniens q̃ antiquior iuueni in cura rei familiaris subdatur, & ideò iunior non potest adoptare seniorem, sed oportet secundum leges, quod adoptatus sit in tantum adoptante iunior, q̃ possit eius esse filius naturalis.

¶Ad sextũ dicendum, q̃ sicut contingit amitti filios, ita & nepotes & deinceps: & ideò cùm adoptio fit inducta in solatium filiorum amissorum, sicut aliquis per adoptionem potest surrogari in locum filij, ita in locum nepotis, & deinceps.

¶Ad septimũ dicendũ, q̃ propinquus iure propinquitatis debet succedere: & ideò non competit ei quòd per adoptionem ad successionem deducatur: & si aliquis propinquus, cui non competat successio hæreditatis, adoptetur, non adoptatur inquantum est propinquus, sed inquantum est extraneus à iure successionis in bonis adoptantis.

ARTICVL. II.

¶ Vtrùm ex adoptione contrahatur aliquod vinculum impediens matrimonium.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ ex adoptiõe nõ contrahatur aliquod vinculũ impediẽs matrimonium: quia cura spiritualis est dignior quã cura corporalis: sed ex hoc quòd aliquis curæ alicuius subijcitur spiritualiter, non contrahit aliquod propinquitatis vinculũ, aliàs omnes qui habitant in parochia, essent propinqui sacerdotis, & cũ filio eius nõ possent cõtrahere: ergo nec adoptio quæ trahit adoptatum in curem adoptantis, hoc facere potest.

¶Præterea. Ex hoc q̃ aliquis alicui sit beneficus, non contrahitur aliquod propinquitatis vinculũ: sed nihil aliud est adoptio, quàm collatio cuiusdam beneficij: ergo ex adoptione non fit aliquod propinquitatis vinculum.

¶Præterea. Pater naturalis principaliter filio prouidet in tribus, vt Philosophus dicit: quia scilicet ab ipso habet esse, nutrimentum, & disciplinam hæreditatis autem successio est posterius ad ista: sed per hoc quòd aliquis alicui prouidet in nutrimento & disciplina, non contrahitur aliud propinquitatis vinculum, aliàs nutrientes & pædagogi & magistri essent propinqui, quod falsum est: ergo nec per adoptionem, per quam aliquis succedit in hæreditate alterius, contrahitur aliqua propinquitas.

¶Præterea, Sacramenta Ecclesiæ non subduntur humanis legibus: sed matrimonium est sacramentum Ecclesiæ, cum ergo adoptio sit inducta per legem humanam, videtur quod non possit impedire matrimonium aliquod vinculum ex adoptione contractum.

¶SED CONTRA. Cognatio matrimonium impedit sed ex adoptione quędam cognatio causatur, scilicet legalis: vt patet per eius definitionem, est enim legalis cognatio quędam proximitas prouenies ex adoptione: ergo ex adoptione causatur vinculum, per quod matrimonium impeditur.

¶Præterea. Hoc idem habetur ex auctoritatibus in litera positis.

CONCLVSIO.

¶ Humanis legibus iure decretum est, & ab Ecclesia approbatum, vt legalis cognatio matrimonium impediat.

¶RESPONDEO dicendum, quòd lex diuina illas præcipuè personas à matrimonio excludit, quas necesse erat cohabitare, ne, vt Rabbi Moyses dicit, si ad eas liceret carnalis copula, facilis pateret concupiscentiæ locus, ad quam reprimendam matrimonium est ordinatum: & quia filius adoptatus conuersatur in domo patris adoptantis, sicut filius naturalis: ideò legibus humanis prohibitum est inter tales matrimonium, si non contrahit: & talis prohibitio est per Ecclesiam approbata, & inde habet q̃ legalis cognatio matrimonium impediat.

¶Et per hoc patet solutio ad primam, quia per omnia illa nõ inducitur talis cohabitatio, quæ possit fomentum concupiscentiæ præstare: & ideò in eis non causatur propinquitas, quę matrimonium impediat.

¶Ad quartum dicendum, quòd prohibitio legis humani non sufficeret ad impedimentum matrimonij, nisi interueniret Ecclesiæ auctoritas, quæ idem etiam interdicit.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm cognatio legalis contrahatur solùm inter adoptantem patrem & filium adoptatum.

ADTERTIVM sic proceditur. Videtur quòd talis cognatio non contrahatur: nisi inter patrem adoptantem & filium adoptatum. Maximè enim videtur quòd deberet contrahi inter patrem adoptantem, & matrem naturalem adoptati: sicut accidit in cognatione spirituali: sed inter tales nulla cognatio est legalis: ergo nec inter alias aliquas personas præter adoptantem & adoptatum.

¶Præterea. Cognatio impediens matrimoniũ, est perpetuum impedimentum: sed inter filium adoptatum & filiam adoptantis non est perpetuum impedimentum, quia soluta adoptione per mortem adoptantis, vel emancipationem adoptati, potest contrahere cum ea: ergo cum ea non habuit aliquam propinquitatem, quæ matrimonium impediret.

¶Præterea. Cognatio spiritualis in nullam personam transit, quæ non possit ad aliquod sacramentum tenere vel suscipere, vnde in non baptizatũ non transit: sed mulier non potest adoptare, vt ex dictis patet: ergo cognatio legalis non transit à viro in vxorem.

¶Præterea, Cognatio spiritualis est fortior quã legalis: sed spiritualis non transit in nepotem: ergo nec legalis.

¶SED CONTRA. Plus cõcordat cognatio legalis cum coniunctione carnis vel propagatiõe, quàm spiritualis: sed spiritualis transit in alteram personam: ergo & legalis.

¶Præterea. Ad hoc sunt auctoritates, quæ in litera ponuntur.

CONCLVSIO.

¶ Legalis cognatio omnibus descendentibus, & per modum cuiusdam affinitatis cõtracta perpetuò matrimonium impedit, ea autem, quæ est inter filium adoptiuum & naturalẽ filium, tandiu impedit, quandiu manserit in adoptantis potestate.

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd triplex est legalis cognatio. Prima quasi descendentium, quæ contrahitur inter patrem adoptantem & filium adoptatum, & filium filij adoptiui, & nepotem, & sic deinceps. Secunda, quæ est inter filium adoptiuum & filium naturalem. Tertia, per modũ cuiusdam affinitatis: quę est inter patrem adoptantem & vxorem filij adoptiui, vel econtrariò inter filium adoptatũ & vxorem patris adoptantis. Prima ergo cognatio & tertia perpetuò matrimoniũ impediunt. Secunda autem non, nisi quandiu manet in potestate patris adoptantis: vnde mortuo patre vel filio emancipato, potest contrahi inter eos matrimonium.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per generationem spiritualem non trahitur filius extra potestatem patris, sicut fit per adoptionem, & sic filius spiritualis remanet filius vtriusque simul, non autem filius adoptiuus, & ideò non contrahitur aliqua propinquitas inter patrem adoptantem, & matrem, vel patrem naturalem, sicut erat in cognatione spirituali.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd cognatio legalis impedit matrimonium propter cohabitationem: & ideò quando soluitur necessitas cohabitationis non est incõueniens: si prædictũ vinculum non maneat, sicut quando fuerit extra potestatem eiusdem patris: sed pater adoptans & vxor eius semper quandam auctoritatem retinet super filium adoptatum & vxorem eius, & propter hoc manet vinculum inter eos.

¶Ad tertium dicendum, quòd etiam mulier ex concessione principis adoptare potest, vnde & in ipsum transit cognatio legalis. Et præterea non est causa quare cognatio spiritualis non transit in non baptizatum: quia non potest tenere ad sacramentum, sed quia non est alicuius spiritualitatis capax.

¶Ad quartum dicendum, quòd per generationem spiritualem filius non ponitur in potestate & cura alterius patris spiritualis, sicut in cura legali: oportet enim quòd quicquid est in potestate filij, transeat in potestatem adoptantis patris. Vnde de adoptato patre, adoptantur filij & nepotes, qui sunt in potestate adoptati.

QVAESTIO QVINQVAGESIMAOCTAVA.

Quæ agit de impedimento frigiditatis, maleficij, furiæ & amentiæ, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de quinque impedimentis matrimonij, scilicet de impedimẽto frigiditatis, maleficij, furiæ, vel amentię, incestus & defectus ætatis. Et circa hoc quęruntur quinque.

Primò, vtrũ frigiditas matrimoniũ impediat.

¶Secundò, vtrùm maleficium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Tertiò, vtrùm furia vel amentia.
¶Quartò, vtrùm incestus.
¶Quintò, vtrùm defectus ætatis.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm frigiditas matrimonium impediat.

Th. 4. di. 34. q. vnic. arti. 2. & seq.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd frigiditas matrimonium contrahendum nó impediat. Copula enim carnalis non est de essentia matrimonij, quia perfectiora sunt matrimonia hominum pari voto continentium, sed frigiditas nihil tollit de matrimonio nisi carnalem copulam: ergo non est impedimentum dirimens matrimonium contractum.

¶Præterea, Sicut nimia frigiditas impedit carnalem copulam, ita nimia caliditas quæ hominem exiccat: sed caliditas non ponitur matrimonij impedimentum: ergo nec frigiditas debet poni.

¶Præterea, Omnes senes sunt frigidi: sed senes possunt matrimonium contrahere: ergo, &c.

¶Præterea, Si scit mulier virum esse frigidum, quando cum eo contrahit, verum est matrimonium: ergo frigiditas, quantum est de se, non impedit matrimonium.

¶Præterea, Contingit in aliquo esse ficcitatẽ sufficienter moventem ad carnalem copulam cum aliqua corrupta, nó autem cum aliqua virgine, quia citò calidum euaporat ratione suę debilitatis, vt ad corrumpendum virginem non sufficiat: & similiter est in aliquo sufficiens caliditas ad pulchram, quæ magis concupiscentiam inflammat, quæ non sufficienter ad turpem mouet: ergo videtur q̃ frigiditas, etsi impediat respectu vnius, non tamen impedit simpliciter.

¶Præterea, Mulier est vniuersaliter frigidior viro: sed mulieres non impediuntur à matrimonio: ergo nec frigidi.

¶SED CONTRA est quod dicitur extra, de frigidis & maleficiatis. Sicut puer, qui non potest reddere debitum, non est aptus coniugio: sic qui impotentes sunt, minimè apti ad contrahenda matrimonia reputãtur: tales autem sunt frigidi: ergo, &c.

¶Præterea, Nullus potest se obligare ad impossibile: sed in matrimonio homo se obligat ad carnalem copulam, quia ad hoc dat alteri sui corporis potestatem: ergo frigidus qui nõ potest carnaliter copulari, non potest matrimonium contrahere.

CONCLVSIO.

¶Frigiditas, seu impotentia coeundi non quidem ex ætate, sed ex defectu naturæ, simpliciter incurabilis, dirimit matrimonium contrahendum, etiam contractum, post triennium ad minus ex Ecclesiæ statuto.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in matrimonio est contractus quidam, quo vnus alteri obligatur ad debitum carnale soluendum. Vnde sicut in alijs contractibus nõ est conueniens obligatio, si aliquis se obliget ad hoc quod non potest dare vel facere: ita non est conueniens matrimonio contractus, si fiat ab aliquo, qui debitum carnale soluere non possit: & hoc impedimentum vocatur impotentia coeundi nomine generali, quæ quidem potest esse vel ex causa intrinseca & naturali: vel extrinseca & accidentali, sicut per maleficium, de qua pòst dicetur. Si autem sit ex causa naturali, hoc potest esse dupliciter. Quia vel est temporalis, cui potest subueniri remedio medicinæ: vel per excessum ætatis, & tunc non soluit matrimonium: vel est perpetua, & tunc soluit matrimonium: ita quòd ille, ex parte cuius allegatur impedimentum perpetuò maneat absque spe coniugij, alius nubat cui vult in domino. Ad hoc autem cognoscendum vtrùm sit impedimentum perpetuum vel non, Ecclesia tempus determinatum adhibuit, in quo huius rei posset esse experimentum, scilicet triennium. Quòd si post triennium, in quo fideliter ex vtraque parte dederunt operam copulæ carnali implendæ, inueniatur matrimonium non esse consummatum, iudicio Ecclesiæ dissoluitur: & tamen in hoc quandóque Ecclesia errat, quia per triennium quandóque non sufficienter experiri potest perpetuitas impotentiæ. Vnde Ecclesia si se deceptam inueniat per hoc, quòd ille in quo erat impedimentum, inuenitur carnalem copulam, cum alia vel cum eadem perfecisse, reintegrat matrimonium præcedens, & dirimit secundum, quamuis de eius licentia sit factum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis actus carnalis copulæ non sit de essentia matrimonij: tamen sequitur ad hoc quòd est de eius essentia: quia per matrimonium datur vtrique coniugum potestas in corpore alterius respectu carnalis copulæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd caliditas superflua vix potest esse impedimentum: si tamen inueniretur quòd per triennium impediret carnalem copulam, iudicaretur perpetuum: tamen quia frigiditas magis & frequentiùs impedit, tollit enim non solùm commixtionem seminum, sed etiam vigorem membrorum, quo fit coniunctio corporum: ideò frigiditas magis hic ponitur impedimentum quàm caliditas, cùm omnis defectus naturalis ad frigiditatem reducatur.

¶Ad tertium dicendum, q̃ senes quamuis non habeat caliditatem sufficientem ad generandum, tamen habent caliditatem sufficientem ad carnalem copulam: & ideò conceditur eis matrimonium, secundum quòd est in remedium, quamuis non cõpetat eis secundum quòd est officium naturæ.

¶Ad quartum dicendum, quòd in quolibet contractu hoc vtiliter tenetur, quòd ille qui est impotens ad soluẽdum aliquid, non reputatur idoneus ad contractum illum, quo se obligat ad eius solutionem, tamen potest impotens esse tripliciter. Vno modo, quia non potest soluere de iure, & sic talis impotentia omnibus modis facit contractum esse nullum, siue sciat ille, cum quo facit talem contractum hanc impotentiam, siue non. Alio modo, quia non sit soluendo de facto, & tunc si sciat ille, cum quo contrahit hanc impotentiam, & nihilominus contrahit, ostenditur quòd alium finem ex contractu quærit: & ideò contractus stat. Si autem nescit, tunc contractus nullus est: & ideò frigiditas quæ causat talem impotentiam, vt homo non possit de facto soluere debitum, & conditio seruitutis, per quã non potest homo de facto liberè reddere, impediunt matrimonium, quando alter coniugum ignorat hoc, quòd alius non potest reddere debitum: impedimentum autem per quod quis nõ potest de iure redde redebitum, vt consanguinitas, annullat cõtractum matrimonium, siue sciat alter coniugum, siue non: & propter hoc Magister ponit, quòd hæc duo faciunt personas non omnino illegitimas.

¶Ad quintum dicendum, quòd non potest esse perpetuum impedimentum naturale viro respectu vnius personæ & non respectu alterius: sed si non possit implere carnalem actum cum virgine, & possit cum corrupta, tunc medicinaliter aliquo instrumento possunt claustra pudoris frangi & ei contingi, nec esset hoc contra naturam, quia non fieret ad delectationem, sed ad medicamentũ: abominatio autem mulieri non est causa carnalis, sed causa accidentalis extrinseca: & ideò de ea est iudicium idem, quod de maleficio, quod post dicetur.

¶Ad sextum dicendum, quòd mas est agẽs in generatione, sed fœmina est patiens: & ideò maior caliditas requiritur in mari, quàm in fœmina ad opus generationis. Vnde frigiditas facit impedimentum in viro, sed in muliere potest esse impedimentum naturale ex alia causa, scilicet arctatione: & tunc idem est iudicium de arctatione mulieris, & frigiditate viri.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm maleficium possit impedire matrimonium.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur quòd maleficium non possit matrimonium impedire. Huiusmodi enim maleficia fiunt operatione dæmonũ: sed dæmones non habent potestatem ad impediendum matrimonij actum magis, quàm corporales alios actus, quos impedire non possunt: quia sic totum mundum perimerent, si comestionem, & gressum, & alia huiusmodi impedirent: ergo per maleficia non potest impediri matrimonium.

¶Præterea, Opus Dei est fortius, quàm opus diaboli: sed maleficium est opus diaboli: ergo non potest impedire matrimonium, quod est opus Dei.

¶Præterea, Nullum impedimentum dirimit contractum matrimonium, quod non sit perpetuum: sed maleficium non potest esse impedimentum perpetuum, quia cum diabolus nõ habeat potestatem nisi super peccatores, expulso peccato tollitur maleficium, vel per aliud maleficium, vel etiam per exorcismos Ecclesiæ, qui sunt ordinati ad reprimendam vim dæmonum: ergo maleficium non potest impedire matrimonium.

¶Præterea, Carnalis copula non potest impedire nisi impediatur potentia generandi, quæ est principium eius: sed vnius virigeneratiua potentia se habet ad omnes mulieres quasi æqualiter: ergo per maleficium non potest esse impedimentum respectu vnius nisi sit respectu omnium.

¶SED CONTRA est quod dicitur in Decret. 33. q. 1. si per fornicarias vel maleficas, & infra. Si sanari non poterunt, separari valebunt.

¶Præterea, Potestas dæmonum est maior quàm potestas hominis. Iob. 1. Non est potestas super terram, &c. sed opere humano potest aliquis fieri impotẽs ad carnalem copulã per aliquã potestatem vel castraturam, & ex hoc matrimonium impeditur: ergo multò fortiùs virtute dæmonis hoc potest fieri.

CONCLVSIO.

¶Impotentes ex maleficio perpetuo, & post triennium: alteram quæ vere copulam possunt, alias minimè.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidam dixerunt quòd maleficium nihil aliud erat in mundo: nisi in æstimatione hominum, qui effectus naturales, quorum causæ sunt occultæ maleficijs imputabant. Sed hoc est contra auctoritatem sanctorum: qui dicunt quòd dæmones habent potestatem supra corpora: & supra imaginationem hominum, quando à Deo permittuntur. Vnde per eos maleficia aliqua signa facere possunt. Procedit autem hæc opinio ex radice infidelitatis, quia non credunt esse dæmones nisi in æstimatione vulgi tantùm, vt terrores quos sibi facit homo ex sua æstimatione imputet dæmoni: & quòd etiam ex imaginatione aliquæ figuræ apparent in sensu tales quales homo cogitat, & tunc creduntur dæmones videri. Sed hæc verba fides repudiat, per quam Angelos de cœlo cecidisse, & dæmones esse credimus, & subtilitate suæ naturæ multa posse quæ nos non possumus, & illi qui eos ad faciendũ talia inducunt malefici vocantur. Et ideò alij dixerunt quòd per maleficia præstari potest impedimentum carnali copulæ, sed nullum tale est perpetuum: vnde non dirimit matrimonium contractum, & dicunt iura esse reuocata quæ hoc docebant. Sed hoc est contra experimentum, & contra noua iura, quæ antiquis concordant. & ideò distinguendum est, quia impotentia coeundi ex maleficio aut est perpetua, & tunc matrimonium dirimit: aut non est perpetua, & tunc non dirimit, & ad hoc experiendum eodem modo Ecclesia tempus triennij præfixit: sicut & de frigiditate dictum est, tamen hæc differentia est inter maleficium & frigiditatem, quia qui propter frigiditatem est impotens, ita est impotens ad vnam, sicut ad aliam: & ideò quando matrimonium dirimitur, non datur licẽtia ei vt cõiungatur alteri: sed ex maleficio homo potest esse impotens ad vnam & non ad aliam, & ideò quando iudicio Ecclesiæ matrimonium dirimitur, vtrique datur licentia, vt alteram copulam quærat.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia corruptio peccati prima, per quam homo factus est seruus diaboli, in nos per actũ generatiuę deuenit, ideò maleficij potestas permittitur diabolo à Deo in hoc actu magis quàm in alijs, sicut in serpentibus magis ostenditur virtus maleficiorum, quàm in alijs animalibus, vt dicitur, quia per serpentem diabolus mulierem tentauit.

¶Ad secundum dicendum, q̃ opus Dei potest opere diaboli impediri diuina permissione, non q̃ diabolus sit Deo fortior, vt per violentiam opera eius destruat.

¶Ad tertium dicendum, quòd maleficium est ita perpetuum, q̃ non potest habere remedium humanum, quamuis Deus posset remedium præstare, dæmonem cogendo, vel etiam dæmõ desistendo: non enim semper oportet, vt id quod per maleficium factũ est: possit maleficiũ per aliud destrui, vt ipsi malefici cõtentur: & tamen si posset per maleficium remedium adhiberi: nihilominus perpetuum reputaretur, quia nullo modo debet aliquis dæmonis auxilium per maleficium inuocare. Similiter non oportet q̃ si per peccatum aliquod diabolo data est potestas in aliquem, q̃ cessante peccato cesset potestas, quia pœna interdum remaner, culpa transeũte. Similiter etiam exorcismi Ecclesię non valerent ad reprimendũ dæmones semper, quantum ad omnes molestias corporales, iudicio diuino hoc exigẽte, sed semper tamen valent contra illas infestationes dæmonum, contra quas instituti sunt.

¶Ad quartum dicendum, quòd maleficium quadóque potest præstare ad omnes impedimentum, quandóque ad vnam tantùm, quia diabolus voluntaria causa est non ex necessitate naturæ agens. Et præterea impedimentum maleficij potest esse ex impressione dæmonis & imaginatione hominis: ex qua tollitur viro concupiscentia mouens ad talem mulierem, & non ad aliam.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm furia impediat matrimonium.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd furia non impedit matrimoniũ. Matrimonium enim spirituale quod in baptismo cõtrahitur, dignius est quàm carnale: sed furiosi possunt baptizari: ergo & matrimonium contrahere.

¶Præterea. Frigiditas impedit matrimonium, inquantum impedit carnalem copulam, quæ non impeditur per furiam: ergo nec matrimonium.

¶Præterea. Matrimonium non dirimitur nisi per aliquod impedimentum perpetuum: sed de furia non potest sciri quòd sit impedimentũ perpetuum: ergo non dirimitur matrimonium.

¶Præterea. In verbis supradictis sufficienter cõtinentur impedimenta impedientia matrimonium: sed ibi non fit mentio de furia: ergo, &c.

¶SED CONTRA. Plus tollit vsum rationis furia quàm error: sed error impedit matrimonium: ergo & furia.

¶Præterea, Furiosi non sunt idonei ad aliquem contractum faciendum: sed matrimonium est contractus quidam: ergo, & cætera.

CONCLVSIO.

¶Furia matrimonium sequens, illud nullatenus dirimit, præcedens verò quandoque dirimit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd furia, aut præcedit matrimonium, aut sequitur: si sequitur nullo modo dirimit ipsum: si autem præcedit, tunc aut furiosus habet lucida intervalla, aut non: si habet, tunc quamuis dum est in illo interuallo non sit tutum quòd matrimoniũ contrahat, quia nescit ea prolem educare, tamen si contrahit est matrimonium: si autem nõ habet, vel si quando non habet contrahit, tunc quia non potest esse consensus vbi deest rationis vsus, non erit verum matrimonium.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vsus rationis non exigitur ad baptismũ quasi causa ipsius, sicut exigitur ad matrimonium: & ideò non est similis ratio, cùm de baptismo furiosorum dictum est suprà.

¶Ad secundum dicendum, quòd furia impedit matrimonium ratione suæ causæ quæ est consensus, quãuis non ratione actus vt frigiditas: sed simul Magister de ea determinat, cum frigiditate, quia vtrunque est quidam naturæ defectus.

¶Ad tertium dicendum, quod momentaneum impedimentũ quod causam matrimonij, scilicet consensum impedit, matrimonium totaliter tollit, sed impedimentum quòd impedit actum, oportet esse perpetuũ ad hoc q̃ matrimonium tollat.

¶Ad quartum dicendum, quòd impedimentum reducitur ad errorem, uia vtrobique est defectus consensus ex parte rationis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrùm incestus, quo cognouit quis sororem vxoris suæ, matrimonium dirimat.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd incestus, quo quis cognouit sororem vxoris suæ, matrimonium non dirimat, quia mulier non debet puniri pro peccato viri: sed puniretur si matrimonium solueretur, ergo, &c.

¶Præterea. Plus peccat qui propriam consanguineam cognoscit, quàm qui cognoscit consanguineam vxoris: sed primum peccatum non impedit matrimonium: ergo nec secundũ.

¶Præterea. Si in pœnam peccati hoc infligitur, videtur etiam si mortua vxore cum alia contrahat incestuosus, quòd separari debeant, quod non est verum.

¶Præterea. Hoc etiam impedimentum non connumeratur inter alia suprà enumerata: ergo non dirimit contractum matrimonium.

¶SED CONTRA est. Quia per hoc q̃ cognoscit sororem vxoris, contrahitur affinitas ad vxorem: sed affinitas dirimit matrimonium contractum: ergo & incestus prædictus.

¶Præterea. In quo quis peccat, in hoc punitur: sed talis peccauit contra matrimonium: ergo debet puniri quòd matrimonio priuetur.

CONCLVSIO.

¶Cùm ex incestu, quo quis cognouerit vxoris consanguineam, quædam contrahatur affinitas, ante contractum matrimonium, etiam post sponsalia ex tali incestu impeditur matrimonium, post contractum verò minimè, sed tantum si peccans iure priuatur petendi debitum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd si aliquis cognoscit sororem, aut aliam consanguineam vxoris suæ ante matrimonium contractum etiam post sponsalia, oportet matrimonium separari ratione affinitatis contractæ, si autem post matrimonium contractum & consummatum: non debet totaliter matrimonium separari: sed vir admittit ius petendi debitũ: nec potest sine peccato petere, sed tamen debet reddere petenti, quia vxor non debet puniri de peccato viri: sed post mortem vxoris debet omninò manere absque spe coniugij, nisi cum eo dispensetur propter fragilitatẽ suam, cum timetur de illicito coitu: si tamen præter dispensationem contrahat, peccat contra statuta Ecclesiæ faciens, non tamen matrimonium dirimitur, nec propter hoc separatur.

¶Et per hoc patet solutio ad obiecta, quia incestus ponitur matrimonij impedimentum, non tam ratione culpæ, quã ratione affinitatis quam causat: & ideò etiam non connumeratur alijs impedimentis, sed impedimento affinitatis includitur.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm defectus ætatis impediat matrimonium. Th. 4. di. 36. q. vnic. arti. 5.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd defectus ætatis impedit matrimonium. Secundum enim leges pueri accipiunt tutorem vsque ad vicesimumquintum annum:

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo videtur quòd vsqs ad tempus illud non sit confortata ratio ad cōsensum, & ita videtur quòd illud debeat esse tempus statutum matrimonium ineundi: sed ante tempus illud matrimonium potest contrahi: ergo defectus statutę ætatis non impedit matrimonium.

¶Præterea, sicut vinculum religionis est perpetuum, ita & vinculum matrimonij: sed ante decimumquartum annum non potest facere professionem, secundum nouam constitutionem: ergo nec matrimoniū contrahere, si defectus ætatis matrimonium impediret.

¶Præterea, Sicut consensus ad matrimoniū requiritur ex parte viri, ita ex parte vxoris. sed mulier ante decimumquartum annum potest contrahere matrimonium: ergo & vir.

¶Præterea, Impotentia coeundi nisi sit perpetua & ignorata, non impedit matrimonium: sed effectus ætatis non est perpetuus nec ignoratus: ergo non impedit matrimonium.

¶Præterea, Non continetur in aliquo prædictorum impedimentorum, & ita non videtur esse matrimonij impedimentum.

¶SED CONTRA, Decret. dicit quòd puer, qui non potest reddere debitum, non est aptus matrimonio: sed ante decimūquartum annum (vt in pluribus) non potest reddere debitum, vt in 9. Animalium dicitur: ergo, &c.

¶Præterea, Omnium natura constantium positus est terminus magnitudinis & augmenti, & ita videtur cùm matrimonium sit naturale, quòd debeat habere determinatum tempus, per cuius defectum impediatur.

CONCLVSIO.

¶Matrimonium ante annos pubertatis contractum nullū est, nisi fortè ætatis defectum vigor naturæ & rationis supplenerit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd matrimonium per modum contractus cuiusdam ordinationi legis positiuæ subiacet, sicut & alij contractus: vnde secundum iura determinatum est, quòd ante illud tempus discretionis quo vterque possit sufficienter de matrimonio deliberare, & debitum sibi inuicem reddere, matrimonia non contrahantur, & si non ita facta fuerunt dirimuntur: hoc autem tempus, vt in pluribus est, in masculis in quartodecimo anno. In fœmina autem in duodecimo anno: quia tamen præcepta iuris positiui sequuntur id quod in pluribus est, si aliquid ad perfectionem debitam ante tempus prædictum perueniat, ita quòd vigor naturę & rationis defectum ætatis suppleat, matrimonium non dissoluitur: & ideò si contrahentes ante annos pubertatis, ante tempus prædictum carnaliter fuerunt copulati, nihilominus matrimonium perpetuò stat indissolubile.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in illis ad quæ natura inclinat, non exigitur tantus vigor rationis ad deliberādum, sicut in aliis: & ideò antè potest deliberans in matrimonium sufficienter consentire, quàm possit in contractibus aliis res suas sine tutore pertractare.

¶Et similiter est dicendum ad secundum, quia votum religionis est eorum quę sunt sine inclinatione naturæ, quæ maiorem difficultatem habent, quàm matrimonium.

¶Ad tertium dicendum, quòd mulier citiùs ad tempus pubertatis peruenit, quàm vir, vt dicitur in 9. de Animalibus: & ideò non est simile de vtroque.

¶Ad quartum dicendum, quòd ex parte ista nō solùm est impedimentum propter impotentiam coeūdi, sed etiam propter defectum rationis, quę adhuc non sufficit ad consensum illum ritè faciendum qui perpetuò durare debet.

¶Ad quintum dicendum, quòd sicut impedimentum quod est ex furia, reducitur ad impedimentum erroris, ita etiam impedimentum quod est ex defectu ætatis, quia homo nondum habet plenum vsum liberi arbitrij.

QVAESTIO QVINQVAGESIMANONA.

De disparitate cultus, quæ matrimonium impediat, in sex articulos diuisa.

DEINDE cōsiderandum est de disparitate cultus quæ matrimonium impediat.

¶Circa quod quæruntur sex.

¶Primò, vtrùm fidelis possit contrahere matrimonium cum infideli.

¶Secundò, vtrùm inter infideles sit matrimonium.

¶Tertiò, vtrùm coniunx conuersus ad fidem possit commanere cum infideli nolente conuerti.

¶Quartò, vtrùm possit vxorem infidelem relinquere.

¶Quintò, vtrùm ea dimissa possit aliam ducere.

¶Sextò, vtrùm propter alia peccata vir possit dimittere vxorem, sicut propter infidelitatem.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm fidelis possit contrahere cum infideli. Tho. 4. dist. 39. q. vnic. arti. 1. & seq.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd fidelis possit matrimonium cùm infideli contrahere. Quia Ioseph contraxit cum Aegyptia, & Hester cum Assuero in vtroq; autem matrimonio fuit disparitas cultus, quia alter erat infidelis, & alter fidelis: ergo disparitas cultus præcedens matrimonium ipsum non impedit.

¶Præterea, Eadem est fides, quam docet vetus & noua lex: sed secundum veterem legem poterat esse matrimonium inter fidelem & infidelem, vt patet Deute. 21. Si egressus ad pugnam videris mulierem pulchram in medio captiuorum & adamaueris eam, introeas ad eam dormiens cum ea, & erit tibi vxor: ergo & in noua lege licet.

¶Præterea, Sponsalia ad matrimonium ordinantur: sed inter fidelem & infidelem possunt in aliquo casu contrahi sponsalia cum conditione futuræ conuersionis: ergo sub eadem conditione matrimonium potest contrahi inter eos.

¶Præterea, Omne impedimentum matrimonij est aliquo modo contrarium matrimonio: sed infidelitas non est contraria matrimonio, quia matrimonium est in officium naturæ, cuius dictamen fides excedit: ergo disparitas fidei non impedit matrimonium.

¶Præterea, Disparitas fidei etiam quandòque est inter duos baptizatos, sicut quando aliquis post baptismum in hæresi labitur: sed si talis cum aliqua fideli contrahat, nihilominus est verum matrimonium: ergo disparitas fidei matrimonium non impedit.

¶SED CONTRA est quod dicitur 2. Corinthiorum sexto. Quæ communio lucis ad tenebras? sed maxima communio est inter virum & vxorem, ergo ille qui est in luce fidei, non potest contrahere matrimonium cum illa, quæ est in tenebris infidelitatis.

¶Præterea, Malachiæ secundo dicitur: Contaminauit sanctificationem Domini, quoniam dilexit, & habuit filiam Dei alieni: sed hoc non esset, si inter eos posset verum matrimonium contrahi: ergo disparitas cultus matrimonium impedit.

CONCLVSIO.

¶Cultus disparitas matrimonium præcedens impedit ne contrahi possit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd principalius matrimonij bonum est proles ad cultum Dei educanda: cùm autem educatio fiat communiter inter patrem & matrem, vterque secundum fidem intendit ad cultum Dei prolem educare: & ideò si sint diuersæ fidei, intentio vnius alterius intentioni contraria erit, & ita inter eos non potest esse conueniens matrimonium, & propter hoc disparitas cultus præcedens impedit ne contrahi possit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in veteri lege de aliquibus infidelibus erat permissum, quòd cum eis possent inire coniugia, & de aliquibus prohibitum. Specialiter tamen erat de infidelibus habitantibus in terra Chanaam: tum quia Dominus præceperat eos occidi propter eorum obstinationem, tum quia maius periculum imminebat, ne coniuges filios Israel ad idololatriam perueterent, quia filij Israel ad ritus & mores eorum proniores erant propter conuersationem cum eis: sed alijs Gentibus permisit præcipuè, quia non poterat esse timor pertrahendi ad idololatriam, & sic Ioseph, & Moyses, & Hester cum infidelibus matrimonia contraxerunt. Sed in noua lege etiam, quæ per totum orbem diffunditur, simílis ratio prohibendi de omnibus infidelibus: & ideò disparitas cultus præcedens matrimonium impedit contrahendum, & dirimit contractum.

¶Ad secundum dicendum, quòd lex illa vel loquitur de alijs nationibus, cum quibus poterant inire coniugia, vel loquitur quando illa captiua ad fidem & cultum Dei conuerti volebat.

¶Ad tertium dicēdum, quòd eadem est habitudo præsentis ad præsens, & futuri ad futurum: vnde sicut quando matrimonium in præsenti contrahitur requiritur vnicus cultus in vtroque cōtrahentium, ita ad sponsalia, quibus fit sponsio futuri matrimonij, sufficit conditio appositа de vnitate cultus futuri.

¶Ad quartum dicendum, quòd iam ex dictis patet quòd disparitas cultus contraria est matrimonio ratione principalioris boni ipsius, quod est bonum prolis.

¶Ad quintum dicendum, quòd matrimoniū est sacramentum & ideò quantum pertinet ad necessitatem sacramēti, requiritur pariratem, quantum ad sacramētum fidei, scilicet baptismum magis quàm quantum ad interiorem fidem: vnde etiam hoc impedimentum non dicitur disparitas fidei, sed cultus disparitas qui respicit

qui respicit vlterius seruitium: vt in 3. li. dictum est. Et propter hoc si aliquis fidelis cum hæretica baptizata matrimoniū contrahat, verum est matrimonium, quamuis peccet contrahendo, si scit eam hæreticam: sicut peccaret si cum excommunicata contraheret, non tamen propter hoc matrimonium dirimeretur: & econtrariò si aliquis catechumenus habens rectam fidem, sed nondum baptizatus cum aliqua fideli baptizata contraheret, non esset verum matrimonium.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm inter infideles possit esse matrimonium.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd inter infideles nō possit esse matrimonium. Matrimonium enim est sacramentum Ecclesiæ: sed baptismus est ianua sacramentorum: ergo infideles qui non sunt baptizati, matrimonium cō trahere non possunt, sicut nec alia sacramenta suscipere.

¶Præterea, Duo mala sunt magis impeditiua boni, quā vnum, sed infidelitas vnius tantùm impedit bonum matrimonij: ergo multò fortiùs infidelitas vtriusque: & ita inter infideles nō potest esse matrimonium.

¶Præterea, Sicut inter infideles & fideles est disparitas cultus, ita inter duos infideles, vt si vnus sit Gentilis, & alter Iudæus: sed disparitas cultus impedit matrimonium, vt dictum est: ergo ad minùs inter infideles qui habent cultum disparem: non potest esse verum matrimonium.

¶Præterea, In matrimonio est vera pudicitia: sed sicut dicit Augustinus, & habetur in litera, non est vera pudicitia infidelis cum vxore sua: ergo nec verum matrimonium.

¶Præterea, Matrimonium verum excusat carnalem copulam a peccato: sed hoc non potest facere matrimonium inter infideles contractum, quia omnis vita infidelium peccatum est, vt dicit glossa Romanorum nono. ergo inter infideles non est verum matrimonium.

¶SED CONTRA est quod dicitur 1. Corinth. 7. Si quis frater vxorem habeat infidelem, &c. sed vxor non dicitur nisi propter matrimonium: ergo matrimonium quod est inter infideles, est verum matrimonium.

¶Præterea, Remoto posteriori, non remouetur prius: sed matrimonium pertinet ad officium naturæ, quæ præcedit statum gratiæ, cuius principium est fides: ergo infidelitas non facit quin sit inter infideles matrimonium.

CONCLVSIO.

¶Inter infideles verum matrimonium est, quamuis non ita perfectum sicut inter fideles.

¶RESPONDEO dicendum, quòd matrimonium principaliter est institutum ad bonum prolis non tantùm generandæ, sed etiam promouendæ ad perfectum statum, quia quælibet res intendit effectum suum naturaliter perducere ad perfectum: est autem in prole duplex perfectio naturæ, nō solùm quantùm ad corpus, sed etiam quatùm ad animam per ea quæ sunt in lege naturæ, & perfectio gratiæ, & prima perfectio est materialis & imperfecta respectu secundæ: & ideò cùm res quæ sunt propter finem, sint proportionatæ fini, matrimonium quod tendit in primam perfectionem, est imperfectum & materiale respectu illius quod tendit in perfectionē secundam: & quia perfectio prima communis esse potest infidelibus & fidelibus. Secunda autem tantùm est fidelium & ideò inter infideles est quidem matrimonium, sed non perfectum vltima perfectione, sicut est inter fideles.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd matrimonium non est institutum in sacramentum, sed in officium naturæ: & ideò quamuis infidelibus non competat matrimonium secundum quòd est sacramentum in dispensatione ministrorum Ecclesiæ consistens, competit tamen eis, inquantum est in officiū naturæ: & tamen etiam matrimonium tale est aliquo modo sacramentum habitualiter, quamuis non actualiter eo quòd actu non contrahunt in fide Ecclesiæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd disparitas cultus non impedit matrimonium ratione infidelitatis, sed ratione disparitatis in fide. Disparitas enim cultus nō solùm secundā perfectionis in fide. Disparitas enim cultus nō solùm secundā perfectionis prolis impedit, sed etiā primā, dum parentes ad diuersa tra nē here intendunt, quod non est quando vterque est infidelis.

¶Ad tertium dicendū, quòd inter infideles est matrimonium, prout matrimoniū est in officium naturæ. Ita autem quæ pertinent ad legem naturę, sunt determinabilia per ius positiuū: & ideò si prohibentur ab alio iure positiuo apud eos infideles contrahere matrimonium cum infidelibus alterius ritus, ex iu re diuino non prohibentur: quia apud Deum non differt quali tercúnque aliquis à fide deuiet, quantum ad hoc quòd est ex gratia alienum esse, similiter nec aliquo Ecclesiæ statuto, quæ non habet de his quæ foris sunt iudicare.

¶Ad quartum dicendū, quod pudicitię & aliæ virtutes infidelium non dicūtur esse veræ, quia non possunt attingere finem veræ virtutis, qui est vera fœlicitas: sicut non dicitur esse verū vinum quod non habet effectum vini.

¶Ad quintum dicendum, quòd infidelis cognoscens vxorem suam, non peccat, si propter bonum prolis, aut fidei qua tenetur vxori debitum reddat, cùm hic sit actus iustitiæ & temperantiæ quæ in delectabilibus tactus debitas circunstantias seruat, sicut non peccat faciens alios actus politicarum virtutum: nec dicitur omnis vita infidelium peccatum, quia quolibet actu peccent: sed quia per id quod agunt à seruitute peccati non possunt liberari.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm coniunx conuersus ad fidem possit commanere cùm vxore nolente conuerti.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd coniunx conuersus ad fidem non possit commanere cū vxore nolente cōuerti, cum qua in infidelitate cōtraxerat, vbi enim est idem periculum, oporet eandem cautelam adhiberi: sed propter periculum subuersionis fidei prohibetur ne fidelis cū infideli contrahat. Cùm ergo periculum sit si fidelis cōmaneat cum infideli, cum qua prius contraxerat, & adhuc maius, quia neophyti facilius peruertuntur, quàm illi qui sunt nutriti in fide, videtur quòd fidelis post conuersionem non possit commanere cum vxore infideli.

¶Præterea, 28. q. 1. dicitur: Non potest infidelis in eius coniunctione commanere, quæ iam in Christianam translata est fidē: ergo fidelis habet necesse vxorem infidelem dimittere.

¶Præterea, Matrimonium quod inter fideles contrahitur, est perfectius quàm illud quod contrahitur inter infideles: sed si fideles contrahant in gradu prohibito, ab Ecclesia dissoluitur eorum matrimonium: ergo & infidelium, & ita vir fidelis non potest commanere cum vxore infideli, ad minùs quando, cùm ea in infidelitate contraxit in gradu prohibito.

¶Præterea, Aliquis infidelis habet quandoque plures vxores secundum ritum suæ legis: si ergo potest commanere cum illis cum quibus in infidelitate contraxit, videtur quòd possit etiā post conuersionem plures vxores retinere.

¶Præterea, Potest contingere quòd repudiata vna vxore, aliā duxerit, & in illo matrimonio existens conuertatur: videtur ergo quòd saltem in hoc casu non possit cum vxore, quam de nouo habet commanere.

¶SED CONTRA est, quòd Apostolus 1. Cor. 7. consulit quòd commaneant.

¶Præterea, Nullum impedimentum superueniens vero matrimonio, tollit ipsum: sed matrimonium erat verum quando vterque infidelis erat: ergo quando alter conuertitur, non dirimitur per hoc matrimonium, & ita videtur quòd possit licitè commanere.

CONCLVSIO.

¶Cùm inter infideles verum matrimonium sit, non propterea dissoluitur eius vinculum quòd alter coniugum ad fidem conuertitur altero in infidelitate manente: solum tamen potest & quo ad cohabitationem, & debiti solutionem, si nulla adsit correctionis spes.

¶RESPONDEO dicendum, quòd fides eius, qui est in matrimonio non polluit, sed perficit matrimonium: vnde cùm inter infideles sit verum matrimonium, vt ex dictis patet, per hoc quòd alter eorum conuertitur ad fidem, non ex hoc ipso vinculum matrimonij soluitur. Sed aliquando vinculo matrimonij manente, soluitur matrimonium quantum ad cohabitationem & debiti solutionem, in quo pari passu currunt infidelitas & adulterium, quia vtrunque est contra bonum prolis. Vnde sicut se habet in potestate dimittendi adulteram vel cōmanendi cum ea, ita se habet in potestate dimittendi in fidelē, vel commanendi cum ea: potest enim vir innocens liberè manere cum adultera spe correctionis, non autem si in adulterij peccato fuerit obstinata, ne videatur patronus turpitudinis, quamuis etiam cum spe correptionis possit liberè dimittere: similiter fidelis conuersus potest cum infideli commanere cū spe cōuersionis, si eam in infidelitate obstinatam non viderit, & bene facit commanendo, tamen non tenetur, & de hoc est verbum Apostoli.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd faciliùs impeditur aliquid fiēdum quàm destruatur quod ritè factum est: & ideò multa sunt quę impediunt matrimonium contrahendum, si præcedant: quę tamen ipsum non possunt dissoluere, si sequantur, sicut de affinitate patet: & similiter dicendum est de disparitate cultus.

¶Ad secundum dicendum, quòd in primitiua Ecclesia tempore Apostolorum passim cōuertebantur ad fidem, & Iudei &

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gentiles,& ideò tunc fidelis vir poterat habere probabilẽ spẽ suæ vxoris cõuersione,etiam si conuersionem non promitteret. Post modũ autẽ tempore præcedente Iudæi sunt magis obstinati,quã Gentiles:quia Gentiles adhuc intrabãt ad fidem sicut tempore martyrum,& temporibus Constantini Imperatoris, & circa tempora illa: & ideò tunc non erat tutum fideli cum vxore infideli Iudæa cohabitare,nec erat spes de conuersione eius:sicut erat de conuersione vxoris Gentilis: & ideò tunc fidelis conuersus poterat cohabitare cum Gentili, sed non cum Iudæa,nisi cõuersionem promitteret,& secundum hoc loquitur Decre.illud.Sed nunc pari passu ambulant vtrique,scilicet Gentiles & Iudæi,quia vtrique obstinati sunt: & ideò nisi vxor infidelis conuerti velit,non permittetur ei cohabitare, siue sit Gentilis:siue Iudæa.

¶Ad tertium dicendum, quòd infideles nõ baptizati non sunt astricti statutis Ecclesiæ,sed sunt astricti statutis iuris diuini:& ideò si contraxerunt aliqui infideles in gradibus prohibitis secundum legem diuinam,l.euit. 18.siue vterque,siue alter ad fidem conuertatur,non possunt in tali matrimonio commanere: si autem contraxerunt in gradibus prohibitis per statutum Ecclesiæ,possunt commanere,si vterque conuertatur, vel si vno conuerso sit spes de conuersione alterius.

¶Ad quartum dicendum, quòd habere plures vxores est contra legem naturæ, cui etiam infideles sunt astricti: & ideò non est verum matrimonium infidelis: nisi cum illa, cum qua primò contraxit:vnde si ipse cum omnibus suis conuertatur, potest cum prima commanere,& alias debet abijcere. Si autẽ prima conuerti noluerit,& aliqua aliarum conuertatur, idem ius habet contrahendi cum illa de nouo, quod cum alia habet: de quo post dicetur.

¶Ad quintum dicendum,quòd repudium vxoris est contra legem naturæ,vnde infideli non licet vxorem repudiare:& ideò si conuertatur postquam vna repudiata alteram duxerit,idem iudicium est de hac,quia tenetur primam,quam repudiauerat accipere,si conuerti voluerit:& aliam abijcere.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm fidelis conuersus possit vxorem infidelem dimittere volentem cohabitare sine contumelia Creatoris.

AD QVARTVM sic proceditur.Videtur quòd infidelis conuersus non possit vxorem infidelem dimittere volentem cohabitare sine contumelia Creatoris. Maius enim est vinculum viri ad mulierem, quàm serui ad dominum:sed seruus conuersus non absoluitur à seruitutis vinculo, vt patet 1. Corinth.7.& 1.Timot.6.ergo & vir fidelis non potest vxorem infidelem dimittere.

¶Præterea. Nullus potest alteri præiudicium facere sine consensu ipsius:sed vxor infidelis habebat ius in corpore viri infidelis:si ergo per hoc q̃ vir ad fidem conuertitur, mulier præiudicium pati posset,vt liberè dimitteretur,non posset vir cõuerti ad fidem sine consensu vxoris:sicut nec ordinari,nec vouere continentiam sine consensu eius.

¶Præterea. Si aliquis contrahat cum ancilla scienter, siue sit seruus siue liber,nõ propter diuersam cõditionẽ potest ipsam dimittere:cùm ergo vir qui quando contraxit cum infideli,sciuerit eam esse infidelem,videtur à simili quòd non possit eam dimittere propter infidelitatem.

¶Præterea,Pater tenetur ex debito procurare salutem prolis: sed si discederet ab infideli vxore, filij communes matri remanerent,quia partus sequitur ventrem, & sic essent in periculo salutis:ergo non potest vxorem infidelem dimittere licitè.

¶Præterea,Adulter non potest adulteram dimittere,etiã post quam de adulterio pœnitẽtiam egit:ergo si sit idem iudicium de adulterio & infideli,nec infidelis infidelem potest relinquere,etiam postquam ad fidem est conuersus.

¶SED CONTRA est quod Apostolus dicit primę Corinthiorum septimo.

¶Præterea, Adulterium spirituale est grauius quàm carnale: sed propter carnale adulterium vir potest dimittere vxorem, quantum ad cohabitationem:ergo multò fortiùs propter infidelitatem,quæ est adulterium spirituale.

CONCLVSIO.

¶ Conuersus ad fidem potest dimittere vxorem: nec secum cohabitare, cùm conuerti non vult, nec illi debitum reddere tenetur.

¶RESPONDEO dicendum,q̃ homini secundum aliam & aliam vitam diuersa competunt & expediunt:& ideò qui moritur priori vitæ, non tenetur ad illa, ad quæ in priori vita tenebatur:& inde est quòd ille qui in vita seculari existens, aliqua vouit,non tenetur ad illa quando mundo moritur,& vitã religiosam assumens perficere. Ille autem qui ad baptismum accedit,regeneratur in Christo & priori vitę moritur,cùm generatio vnius sit corruptio alterius:& ideò liberatur ab obligatione qua vxori tenebatur reddere debitũ:& ei cohabitare non tenetur,quando conuerti nó vult,quamuis reddere debitum in aliquo casu liberè id possit facere, sicut dictũ est: ficut & religiosus potest liberè perficere vota quæ fecit in seculo, si non sunt contra religionem suam,quamuis ad ea non teneatur,vt dictum est.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd seruire non est aliquid incomperens Christianæ religionis perfectioni, quæ maximè humilitatẽ profitetur:sed obligatio mulieris siue matrimonij aliquid derogat perfectioni vitæ Christianæ, cuius summam istarum continentes possident,& ideò non est simile de vtroque.Et præterea vnus coniugum non obligatur alteri quasi possessio eius,quasi domino seruus,sed per modũ societatis cuiusdã quę non cõgruè est infidelis ad fidelem, vt patet secundæ Corinth.6.& ideò non est simile de seruo & cõiuge.

¶Ad secundum dicendum, quòd vxor non habebat ius in corpore viri nisi quãdiu in vita illa manebat,in qua contraxerat, quia etiam mortuo viro vxor soluta est à lege viri, vt patet Roma.7.& ideò si postquam vir mutat vitam moriens priori vitæ ab ea discedat,nullum sit ei præiudicium. Transiens autẽ ad religionem moritur tantùm spirituali morte, non autẽ corporali:& ideò si matrimonium sit consummatum, non potest vir sine consensu vxoris ad religionem transire. Potest autem ante carnalem copulam, quãdo est tantùm copula spiritualis, sed ille qui ad baptismum accedit, corporaliter etiam consepelitur Christo in morte: & ideò à debito reddendo etiam post matrimonium consummatũ.Vel dicendum,quòd ex culpa sua vxor præiudicium patitur,quæ conuerti contemnit.

¶Ad tertium dicendum, quòd disparitas cultus facit personam simpliciter illegitimam, non autem conditio seruitutis, sed solùm quando ignorata est:& ideò non sequitur similis ratio de infideli & ancilla.

¶Ad quartum dicendum, quòd proles aut peruenit ad perfectam ætatem, & tunc poterit liberè sequi patrem fidelem vel matrem infidelem:vel est in minori ætate constitutus, & tunc debet dari fideli, non obstante quòd indiget matris obsequio ad educationem.

¶Ad quintum dicendum,quòd adulter per pœnitentiam non transit ad aliam vitam,sicut infidelis per baptismũ:& ideò non est similis ratio.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm fidelis discedens ab vxore infideli, possit aliam ducere.

AD QVINTVM sic proceditur.Videtur quòd fidelis discedens ab vxore infideli,non possit aliam ducere in vxorẽ. Quia indissolubilitas est de ratione matrimonij, cùm repudiũ vxoris sit contra legem naturæ: sed inter infideles erat verum matrimonium:ergo nullo modo potest matrimoniũ solui, sed manente vinculo matrimonij ad vnam, nõ potest aliquis cum alia contrahere: ergo fidelis discedens ab vxore infideli, non potest cum alia contrahere.

¶Præterea, Crimen superueniens matrimonio non soluit matrimonium: sed si mulier velit cohabitare sine cõtumelia Creatoris,non soluitur vinculum matrimonij, quia vir non potest aliam ducere: ergo peccatum vxoris quæ non vult cohabitare sine contumelia creatoris, non soluit matrimonium, vt liberè possit vir aliam vxorem ducere.

¶Præterea,Vir & vxor sunt pares in vinculo matrimonij:cùm ergo vxori infideli non liceat viuente viro alium virum ducere,videtur quòd nec fideli liceat.

¶Præterea,Fauorabilius est continentiæ votum, quàm matrimonij contractus: sed viro fideli vxoris infidelis non licet, vt videtur,votum continentiæ emittere, quia tunc vxor fraudaretur matrimonio,si possimodũ conuerteretur: ergo multò minùs licet ei matrimonium contrahere cum alia.

¶Præterea, Filius qui remanet in infidelitate patre conuerso, amittit ius paternæ hæreditatis: & tamen si postea cõuertitur, redditur ei hæreditas sua,etiam si alius in possessionem eius intrauit:ergo videtur à simili quòd si vxor infidelis post conuertatur,quòd sit sibi reddendus vir suus,etiam si cum alia contraxerit, quòd non posset esse si secundum matrimonium verum esset:ergo non potest contrahere cum alia.

¶SED CONTRA,Matrimonium non est ratum sine sacramento baptismi: sed quod non est ratum,potest dissolui : ergo matrimonium in infidelitate contractum,potest solui, & ita soluto matrimoniali vinculo , licet viro aliam ducere in vxorem .

¶Præterea,Vir non debet cohabitare vxori infideli nolenti cohabitare sine contumelia creatoris:si ergo non liceret ei aliam ducere,cogeretur continentiam seruare:quod videtur inconueniens,

quia sic ex conuersione sua incommodum reportaret.

CONCLVSIO.

¶Vir discedens ab infideli vxore nolente cohabitare sine creatoris contumelia, potest illam dimittere & alteram ducere, si autem velit pacifici cohabitare,potest quidem illam dimittere.non autem aliam ducere.

¶RESPONDEO dicendum,quòd quãdo alter coniugum ad fidem conuertitur,altero in infidelitate manente,distinguẽdũ est:quia si infidelis non vult cohabitare sine cõtumelia creatoris,id est sine hoc quòd ad infidelitatẽ inducat,potest fidelis liberè discedere,sed discedens non potest alteri nubere.Si autem infidelis non velit cohabitare sine cõtumelia creatoris in verba blasphemiæ prorumpens,& nomen Christi audire nolens:tunc si ad fidelitatem pertrahere nitatur vir fidelis discedens potest alteri post matrimonium copulari.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd matrimonium infidelium est imperfectum: sed matrimonium fidelium est perfectum,& ita est firmius: semper autem firmius,vinculum soluit minùs firmum,cùm ei sit contrarium:& ideò matrimonium quod pòst in fide Christi contrahitur soluit matrimoniũ quod priùs infidelitate cõtractum fuerat:vnde matrimonium infidelium non est omninò firmum & ratum, sed ratificatur postmodum per fidem Christi.

¶Ad secundum dicendũ,quòd crimen vxoris nolentis cohabitare sine contumelia Creatoris absoluit virum à seruitute, qua tenebatur vxori, vt non posset ea viuente aliam ducere, sed nondum soluit matrimonium,quia si in blasphemia illa cõuerteretur antè,quàm ille aliud matrimonium cõtraheret: redderetur ei vir suus:sed soluitur per matrimonium sequens, ad quod peruenire non posset vir fidelis, nisi solutus à seruitute per culpam.

¶Ad tertium dicendum, quòd postquam fidelis contraxit solutum est vinculum matrimonij ex vtraque parte, quia matrimonium non claudicat,quantum ad vinculum, sed quando quę claudicat quantum ad effectum: vnde in pœnam vxoris infidelis ei indicitur,quòd non possit cum alio contrahere magis quàm virtute matrimonij præcedẽtis:sed si postea conuertatur potest ei concedi dispensatiuè vt alteri nubat, si vir eius aliam duxit.

¶Ad quartum dicendum, quòd si post conuersionem viri aliqua probabilis spes de conuersione vxoris sit,non debet votũ continentiæ vir emittere,nec ad aliud matrimonium transire, quia difficilius conuerteretur vxor viro suo sciens se esse priuatã.Si autem non sit spes de conuersione,potest ad sacros ordines vel ad religionem accedere,priùs requisita vxore quòd conuertatur,& cùm si postquam vir sacros ordines suscepit, vxor conuertatur, non est sibi vir suus reddendus, sed debet imputare sibi in pœnam tardæ cõuersionis quòd viro suo priuatur.

¶Ad quintum dicendum, quòd vinculum paternitatis non soluitur per disparem cultum sicut vinculũ matrimonij : & ideò non est simile de hæreditate & vxore.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm alia vitia soluant matrimonium.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd alia vitia soluant matrimoniũ,sicut & infidelitas. Adulteriũ enim videtur esse directiùs contra matrimoniũ, quàm infidelitas.sed infidelitas soluit matrimoniũ in aliquo casu,vt liceat ad aliud matrimonium transire:ergo & adulterium idem facit.

¶Præterea, Sicut infidelitas est fornicatio spiritualis, ita & quodlibet peccatum:si ergo propter hoc infidelitas matrimonium soluit,quia est fornicatio spiritualis, pari ratione quodlibet peccatum matrimonium soluet.

¶Præterea, Matthęi decimooctauo dicitur, Si dextra manus tua scandalizat te,abscinde eam & proiice abs te:dicit Glossa quòd in manu & dextro oculo possunt accipi frater & vxor, propinqui & filij:sed per quodlibet peccatum efficiuntur nobis impedimento : ergo propter quodlibet peccatum potest matrimonium dissolui.

¶Præterea, Auaritia idololatria est, vt dicitur Ephesi. 5. sed propter idololatriam potest mulier dimitti:ergo pari ratione propter auaritiam, & propter alia peccata quæ sunt maiora quàm auaritia.

¶Præterea,Hoc expressè Magister dicit in litera.

¶SED CONTRA est quod dicitur Matth.5. Qui dimiserit vxorem excepta causa fornicationis mœchatur.

¶Præterea,Secundum hoc tota die fierent diuortia, cum rarò inueniatur matrimonium, in quo alter coniugum in peccatum non labatur.

CONCLVSIO.

¶Coniugium,si ratificatum fuerit, quantum ad vinculum spectat, nulla ex causa solui potest:alioquin potest dirimi infidelitate non adulterio. Verùm quantum ad actum dissolui potest fornicatione cùm corporali tùm spirituali: propter catera verò vitia, nequaquam , nisi ad tempus castigandi sui causa.

¶RESPONDEO dicendum, quòd fornicatio corporalis & infidelitas specialem habent contrarietatem ad bona matrimonij:vt ex dictis patet:vnde specialem habent vim separandi matrimonia. Sed tamen intelligendum est quòd matrimonium dupliciter soluitur.Vno modo quantũ ad vinculum, & sic non potest solui postquam matrimoniũ est ratificatum, neque per infidelitatem,neq; per adulterium,sed si non est ratificatum soluitur vinculum permanente in infidelitate in altero coniugum,si alter conuersus ad fidem ad aliud coniugiũ transeat:nõ autem soluitur vinculum prædictum per adulterium, aliàs infidelis liberè posset dare libellum repudij vxori adulteræ, & ea dimissa aliam ducere,quod falsum est.Alio modo soluitur matrimonium quantum ad actum , & sic solui potest tam per infidelitatem quàm per fornicationem spiritualẽ:sed propter alia peccata non potest solui matrimoniũ etiam quantum ad actum, nisi fortè ad tempus se velit vir subtrahere à consortio vxoris ad castigationem eius,subtrahendo ei præsentiæ suæ solatium.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis adulterium magis directè opponatur matrimonio, inquantum est in officium naturæ,quàm infidelitas,tamen eccontrario est,inquantum matrimonium est sacramentum ecclesiæ:ex quo habet perfectam firmitatem,inquantum significat indissibilem coniunctionem Christi & Ecclesiæ:& ideò matrimoniũ quod non est ratum,magis potest solui quantum ad vinculum per infidelitatem,quàm per adulterium.

¶Ad secundum dicendum, quòd coniunctio primæ animæ ad Deum est per fidem,& ideò per eam anima quasi desponsatur Deo,vt patet Oseæ 2.Sponsabo te mihi in fide. Vnde in sacra Scriptura specialiter per fornicationem idololatria & infidelitas designantur:sed alia peccata magis remota significatione dicuntur spirituales fornicationes.

¶Ad tertium dicendum,quòd hoc intelligendum est quando mulier præstat magnam occasionem peccati viro suo, vt vir probabiliter sibi de periculo timeat, tunc enim vir potest se subtrahere ab eius conuersatione,vt dictum est.

¶Ad quartum dicendum, quòd auaritia dicitur idololatria per quandam similitudinem seruitutis, quia tam auarus quàm idololatria potiùs seruit creaturæ,quàm Creatori,non autem per similitudinem infidelitatis:quia corruptio infidelitatis est in intellectu,sed auaritiæ in affectu.

¶Ad quintum dicendum,quòd verba Magistri sunt accipienda de sponsalibus,quia propter crimen superueniens sponsalia solui possunt:vel si loquitur de matrimonio , intelligẽdum est de separatione a communi conuersatione ad tẽpus, vt dictum est:vel quando vxor non vult cohabitare nisi sub conditione peccandi:vt cùm dicit,Non ero vxor tua nisi mihi de latrocinio diuitias congreges,tunc enim potiùs eam debet dimittere quàm latrocinia exercere.

QVAESTIO SEXAGESIMA. DE *vxoricidio, in duos articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de vxoricidio. Circa quod quæruntur duo.

¶Primò, vtrùm in aliquo casu liceat vxorem occidere.

¶Secundò, vtrùm vxoricidium matrimoniũ impediat.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm liceat vxorem interficere inuentam in actu adulterij.

AD PRIMVM sic proceditur.Videtur q̃ liceat viro vxorẽ interficere in actu adulterij deprehẽsam. Lex enim diuina præcipit adulteras lapidari.sed ille qui legẽ diuinã exequitur, nõ peccat:ergo nec occidẽs propriã vxorẽ si sit adultera. *Tho.4. diſt.37. q. vnica, artic.1. et ſeq.*

¶Præterea,Illud quod licet legi,licet ei cui lex hoc cõmittit: sed legi licet interficere adulteram,aut quamlibet personam ream mortis:cùm ergo lex cõmiserit viro interfectionẽ vxoris in actu adulterij deprehensæ,videtur quòd ei liceat.

¶Præterea, Vir habet potestatem maiorem super vxorem adulteram quàm super eum qui cum ea adulterium commisit: sed si vir percutiat clericum quem cum propria vxore inuenit,non est excommunicatus:ergo videtur quòd etiam liceat interficere propriam vxorem in adulterio deprehensam.

¶Præterea,Vir tenetur vxorem suam corrigere,sed correctio fit per inflictionem iustæ pœnæ:cùm ergo iusta pœna adulterij sit mors,quia est capitale crimen,videtur quòd liceat viro vxorem adulteram occidere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶SED CONTRA, In litera dicitur, quòd Ecclesia Dei nũquam constringitur legibus humanis vel mundanis, gladium enim non habet nisi spiritualem: ergo videtur quòd ei qui vult esse de Ecclesia, non sit licitus actus legis illius quæ vxoricidium permittit.

¶Præterea. Vir & vxor ad paria iudicantur: sed vxori non licet interficere virum in adulterio deprehensum: ergo nec viro vxorem.

CONCLVSIO.

¶Non licet viro propria authoritate sine reatu pœnæ æternæ occidere vxorem adulteram, potest tamen Zelo iustitiæ eam iudicialiter accusare, vt in eam animadvertatur.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ virum interficere vxorem contingit dupliciter, Vno modo per iudiciũ ciuile, & sic non est dubium quòd sine peccato potest vir zelo iustitiæ, non liuore vindictæ aut odij motus, vxorem adulteram in iudicio seculari accusare criminaliter de adulterio, & pœnam mortis à lege statutam petere: sicut etiam licet aliquem accusare de homicidio, aut de alio crimine: non tamen talis accusatio potest fieri in iudicio Ecclesiastico, quia Ecclesia non habet gladium materialem, vt in litera dicitur. Alio modo posset eam per se ipsum occidere, non in iudicio conuictam, & sic extra actum adulterij eam interficere quantumcunq; sciat eã adulteram, neque secundum leges ciuiles, neque secundum legem conscientiæ licet. Sed lex ciuilis quasi licitum putat quòd in ipso actu eam interficiat, nõ quasi præcipiens, vel prohibens, sed quasi pœnam homicidij ei infligens propter maximum incitamentum, quod habet vir in tali facto ad occisionem vxoris. Sed Ecclesia in hoc non est astricta legibus humanis, vt iudicet eum sine reatu pœnæ æternæ, vel pœnæ Ecclesiastico iudicio infligendæ ex hoc quòd est sine reatu pœnę infligendæ per iudicium seculare, & ideò in nullo casu licet viro occidere vxorem propria auctoritate.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd pœnam illam infligendam non commisit personis priuatis, sed personis publicis quæ habent officium ad hoc deputatum. Vir autem non est index vxoris: & ideò non potest eam interficere, sed coram iudice accusare.

¶Ad secundum dicẽdum, q̃ lex ciuilis non cõmisit viro occisionẽ vxoris, quasi præcipiens, quia sic non peccaret, sicut non peccat minister iudicis latronem occidens condemnatum ad mortẽ: sed permisit pœnam non adhibens: vnde etiã difficultates quasdã appposuit quibus retraherentur viri ab vxoricidio.

¶Ad tertium dicendum, q̃ ex hoc non probatur quòd sit licitum simpliciter: sed quantum ad immunitatem ad aliquam pœnam, quia etiam excommunicatio quædam pœna est.

¶Ad quartum dicendum, quòd duplex est congregatio, quædam œconomica sicut familia aliqua, & quædam politica sicut ciuitas & regnum. Ille igitur qui præest secundæ cõgregationi vt Rex: potest infligere pœnam & corrigere personam, & exterminare ad purgationẽ communitatis, cuius curam gerit: sed ille qui præest in prima congregatione vt paterfamilias, non potest infligere nisi pœnam corrigentem, quæ se non extendit vltra terminos emendationis, quam transcendit pœna mortis: & ideò vir qui sic præest vxori, non potest ipsam interficere, sed aliàs accusare vel castigare.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm vxoricidium impediat matrimonium.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd vxoricidium non impediat matrimonium. Directiùs enim opponitur adulterium matrimonio quàm homicidium: sed adulterium non impedit matrimonium: ergo nec vxoricidium.

¶Præterea, Grauius est peccatum occidere matrẽ, quàm vxorem, quia nunquam licet verberare matrem, licet autem verberare vxorem: sed occisio matris nõ impedit matrimonium: ergo nec vxoris occisio.

¶Præterea, Magis peccat qui vxorem alterius propter adulterium interficit, quàm vxorem propriam, inquantum minùs habet de motiuo, & minùs ad eum spectat eius correctio: sed qui alienam vxorem occidit non impeditur à matrimonio: ergo nec ille qui propriam vxorem interficit.

¶Præterea, Remota causa, remouetur effectus: sed peccatum homicidij potest per pœnitentiam remoueri: ergo & impedimentum matrimonij, quod ex eo causatur, & ita videtur quod post peractam pœnitentiam non prohibeatur matrimonium contrahere.

¶SED CONTRA est quod Canon dicit: Interfectores suarum coniugum ad pœnitentiam redigendi sunt, quibus penitus denegatur coniugium.

¶Præterea, In eo in quo quis peccat, debet puniri: sed peccat contra matrimonium, qui vxorem occidit: ergo debet puniri vt matrimonio priuetur.

CONCLVSIO.

¶Vir qui vxorem occiderit, aliam ex statuto Ecclesiæ ducere non potest, nisi ab ea sibi permissum fuerit vitandæ fornicationis causa: si verò non dispensatus matrimonium contraxerit, non dirimetur, nisi eam, cõ qua prius mœchabatur, duxerit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd vxoricidium ex statuto Ecclesiæ matrimonium impedit: sed quandoque impedit contrahendum, & non dirimit contractũ: quando scilicet propter adulterium vir occidit vxorem, aut etiã propter odium: tamen si timetur de incontinentia ipsius potest cum eo dispensari per Ecclesiam, vt licitè matrimonium contrahat: quandoque etiam dirimit contractũ, vt quando aliquis interficit vxorem suam, vt ducat eam cum qua mœchatur: tunc enim efficitur illegitima persona simpliciter ad contrahendum cum illa, ita quòd si de facto cum ea contraxerit matrimonium, dirimitur. Sed per hoc nõ efficitur simpliciter persona illegitima respectu aliarum mulierum. Vnde si cum alia contraxerit, quauis peccet, contra statutum Ecclesiæ faciens: tamen matrimonium contractum non dirimitur propter hoc.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homicidium & adulterium in aliquo casu impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt contractum, sicut de vxoricidio dicitur hic. etiam de adulterio infrà dicetur. Vel dicendum, quòd vxoricidium est contra substantiam coniugij, sed adulterium contra bonum fidei ei debitæ: sic adulterium non est magis contra matrimoniũ, quàm vxoricidiũ: & ita ratio procedit ex falsis.

¶Ad secundum dicendum, quòd simpliciter loquẽdo grauius peccatum est occidere matrem, quàm vxorem, & magis cõtra naturam, quia naturaliter homo matrem reuereretur: & ideò minùs inclinatur ad interfectionem matris, & pronior est ad interfectionem vxoris, ad cuius pronitatis repressionem vxoricidis est matrimonium ab Ecclesiâ interdictum.

¶Ad tertium dicendum, quòd talis non peccat contra matrimonium, sicut ille qui propriam vxorem interficit: & ideò nõ est simile.

¶Ad quartum dicendum, quòd non est necessarium, quòd deleta culpa, deleatur omnis pœna, sicut de irregularitate patet. Non enim pœnitentia restituit in pristinam dignitatem, quamuis possit restituere in pristinum statum gratiæ, vt dictum est.

QVAESTIO SEXAGESIMAPRIMA, DE *impedimento matrimonij quod est votum solenne, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de impedimentis quæ superueniunt matrimonio. Et primò, de impedimento quod prouenit matrimonio, scilicet de voto solenni. Secundò, de impedimento quod prouenit matrimonio cõsummato, scilicet de fornicatione.

¶Circa primum quæruntur tria.

¶Primò, vtrùm alter coniugum altero inuito post carnalẽ copulam possit religionem intrare.

¶Secundò, vtrùm ante carnalem copulam possit intrare.

¶Tertiò, vtrùm altero intrante alter possit alteri nubere.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm alter coniugum, altero inuito post carnalem copulam possit religionem intrare. *Th. 4. dist. 27. q. 2. ar. 3. 4. & seq.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd alter coniugum etiam post carnalem copulam possit altero inuito ad religionem transire. Quia lex diuina magis debet spiritualibus fauere quàm lex humana: sed lex humana hoc permittit: ergo multò fortiùs lex diuina permittere debuit.

¶Præterea, Minus bonum non impedit maius bonum: sed matrimonij status est minus bonum, quàm status religionis, vt patet 1. Corin. 7. ergo per matrimonium non debet homo impediri, quin possit ad religionem transire.

¶Præterea, In qualibet religione fit quoddam spirituale matrimonium: sed licet de leui religione ad arctiorem transire: ergo licet de matrimonio leuiori, scilicet carnali, ad arctius, scilicet matrimonium religionis, transire etiam inuita vxore.

¶SED CONTRA est quod dicitur 1. Corin. 7. ut nec etiam ad tempus vacent orationi coniuges sine mutuo cõsensu à matrimonio abstinentes.

¶Præterea, Nullus potest facere licitè quod est in præiudicium alterius sine eius voluntate: sed votum religionis emissum ab vno coniugum est in præiudicium alterius, quia vnus habet potestatem corporis alterius: ergo vnus sine consensu alterius nõ potest votum religionis mittere.

CON-

CONCLVSIO.

¶Cùm quis non possit Deo oblationem præstare ex re aliena, non potest ingressum Deo offerre sine consensu vxoris, cuius suum corpus consummatione matrimonij esse dicitur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd nullus potest facere oblationem Deo de alieno: vnde cùm per matrimonium iam consummatum sit corpus viri factum vxoris, non potest sine consensu eius Deo ipsum offerre per continentię votum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd lex humana cõsiderat matrimonium solùm, inquantùm est in officium naturæ: sed lex diuina secundum quòd est sacramentum, ex quo habet omnimodam indiuisibilitatem: & ideò non est simile.

¶Ad secundum dicendum, quòd non est inconueniens maius bonum impediri per minus bonum, quòd habet contrarietatem ad ipsum, sicut etiam per malum bonum impeditur.

¶Ad tertium dicendum, quòd in qualibet religione contrahitur matrimonium ad vnam personam, scilicet ad Christum, cui tamen ad plura obligatur aliquis in vna religione, quàm in alia, sed matrimonium materiale & religionis non fiunt ad vnam personam: & ideò non est simile.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm alter coniugum possit altero inuito ante carnalem copulam religionem intrare.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd nec etiam ante carnalem copulam. Indiuisibilitas enim matrimonij pertinet ad matrimonij sacramentum, inquàtum scilicet significat perpetuam coniunctionem Christi ad Ecclesiam: sed ante carnalem copulam post consensum per verba de præsenti expressum est verum matrimonij sacramentum: ergo non potest fieri diuisio per hoc quòd alter ad religionem intrat.

¶Præterea, In ipso consensu per verba de præsenti expresso: vnus coniugum in alterum potestatem sui corporis transfert: ergo statim debet exigere debitum, & alter tenetur reddere: & ita non potest vnus inuito altero ad religionem transire.

¶Præterea, Mat. 19. Quos Deus coniunxit homo non separet: sed coniunctio quæ est ante carnalem copulam, diuinitùs facta est: ergo non potest separari humana voce.

¶SED CONTRA est, quòd secundum Hier. Dominus vocauit Ioannem de nuptiis.

CONCLVSIO.

¶Sicut post carnalem copulam soluitur matrimonium per mortem carnalem: ita ante copulam carnalem, quod solum est vinculum spirituale, matrimonium dirimi potest per ingressum in religionem, cùm religio sit quædam mors spiritualis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ante carnalem copulam est inter coniuges tantùm vinculum spirituale, sed postea etiam est inter eos vinculum carnale: & ideò sicut post carnalem copulam matrimonium soluitur per mortem carnalem, ita per ingressum religionis ante carnalem copulam soluitur quia religio est quædam mors spiritualis, qua aliquis seculo moriens viuit Deo.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd matrimonium ante carnalem copulam significat illam coniunctionem, quæ est ad animam, quę quidem soluitur per contrarium, scilicet per peccatum: sed per carnalem copulam significat coniũctio nem ad Ecclesiam, quantum ad assumptionem humanæ naturæ in vnitate personæ, quę omninò est indiuisibilis.

¶Ad secundum dicendum, quòd ante carnalem copulam non est omninò trãslatum corpus vnius sub potestate alterius, sed sub conditione, nisi interea alter ad frugem melioris vitę conuoleret: sed per carnalem copulam completur dicta translatio, quia tunc intrat vterque in corporalem possessionem sibi tradita potestatis. Vnde etiam ante carnalem copulam non statim tenetur reddere debitum post matrimonium contractum per verba de præsenti, sed datur ei rempus duorum mensium propter tria. Primò, vt interim possit deliberare de transeũdo ad religionem. Secundò, vt præparentur quę sunt necessaria ad solennitatem nuptiarum. Tertiò, ne vilem habeat maritus datam, quam non suspiranit dilatam.

¶Ad tertium dicendum, quòd coniunctio matrimonialis ante carnalem copulam est quidem perfecta quantum ad sacramentum: sed non consummata quantũ ad actum, secundum quòd est operatiua: & similatur possessioni corporali: & ideò non omnimodam indissibilitatem habet.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm mulier possit nubere alteri viro ante carnalem copulam, viro suo religionem ingressa.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd mulier non possit nubere alteri viro ante carnalem copulam viro suo religionem ingresso. Quia illud quod cum matrimonio stare potest, nõ soluit matrimoniale vinculum: sed adhuc manet vinculum matrimoniale inter eos qui pari voto religionem intrant: ergo ex hoc quòd vnus intrat religionem, alter non absoluitur à vinculo matrimoniali: sed quandiu manet vinculum matrimoniale ad vnum, non potest nubere alteri: ergo, &c.

¶Præterea, Vir post ingressum religionis potest ante professionem redire ad seculum: si ergo mulier posset alteri nubere viro intrante religionem, & ipse posset alteram ducere, rediens ad seculum: quod videtur absurdum.

¶Præterea, Per Decretalem nouam, professio ante annum emissa, pro nulla reputatur: ergo si post talem professionem ad vxorem redeat tenetur eum recipere: ergo neque per introitum viri in religionem, neque per votum datur mulieri potestas alteri nubendi.

¶SED CONTRA, Nullus potest alterum obligare ad ea quę sunt perfectionis: sed continentia est de his quę ad perfectionem pertinent: ergo mulier non arctatur ad continentiam ex hoc quòd vir religionem ingreditur, & sic potest nubere.

CONCLVSIO.

¶Potest mulier, mortuo viro spiritualiter per ingressum religionis, alteri nubere, sicut etiam idem ei licet, viro defuncto morte corporali.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut mors corporalis viri hoc modo vinculum matrimoniale soluit, vt mulier nubat cui vult secundum Apostoli sententiam: ita etiam post mortem spiritualem viri per religionis ingressum poterit cui voluit nubere.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quando vterq; pari voto continentiam vouet, tunc neuter coniugali vinculo abrenuntiat, & ideò adhuc manet: sed quando vnus tantum vouet, tunc, quantum est in se, abrenuntiat vinculo coniugali: & ideò alter absoluitur à vinculo illo.

¶Ad secundum dicendum, quòd non intelligitur mortuus seculo per religionis ingressum quousque professionem emiserit: & ideò vsque ad tempus illud tenetur eum vxor sua expectare.

¶Ad tertium dicendum, quòd de professione sic emissa ante tempus determinatum à iure est idem iudicium quod de voto simplici. Vnde sicut post votum simplex viri mulier ei debitum reddere non tenetur, cùm ipsi non habet potestatem alteri nubere: ita & hic.

QVAESTIO SEXAGESIMASECVNDA, *De impedimento quod superuenit matrimonio consummato, quod est fornicatio, in sex articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de impedimento quod superuenit matrimonio consummato, scilicet de fornicatione quæ impedit matrimonium præcedens quo ad actum dirimentem vinculo matrimoniali.

¶Et circa hoc quæruntur sex.

¶Primò, vtrùm liceat viro dimittere vxorem causa fornicationis.

¶Secundò, vtrùm ad hoc teneatur.

¶Tertiò, vtrùm proprio iudicio eam dimittere possit.

¶Quartò, vtrùm vir & vxor quantum ad hoc sint æqualis conditionis.

¶Quintò, vtrùm post dimortium debeant manere innupti.

¶Sextò, vtrùm post dimortium possit reconciliari.

ARTICVLVS I. *Tho. 4. dist. 35. q. vnica. arti. 1. & seq.*

¶Vtrùm propter fornicationem liceat viro vxorem dimittere.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod propter fornicationem non liceat viro vxorem dimittere. Nõ enim est malum pro malo reddendum: sed vir dimittẽdo vxorem propter fornicationem, videtur malum pro malo reddere: ergo hoc non licet.

¶Præterea, Maius peccatum est, si vterque fornicetur, quàm si alter tantùm: sed si vterque fornicetur non poterit propter hoc fieri diuortium: ergo nec si vnus tantum fornicatus fuerit.

¶Præterea, Fornicatio spiritualis & quædam alia peccata sunt grauiora, quàm fornicatio carnalis: sed propter illa non potest fieri separatio à toro: ergo nec propter fornicationem carnalem.

¶Præterea, Virium contra naturam magis remotum est à bonis matrimonij, quàm fornicatio, quæ modo naturæ sit: ergo magis debuit poni causa separationis, quàm fornicatio.

¶SED CONTRA est quod dicitur Matth. 5.

¶Præterea, Illi qui frangit fidem, non tenetur aliquis ser-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uare fidem, sed coniunx fornicando fidem frangit, quam alteri coniugi debet, ergo alter potest alterum causa fornicationis dimittere.

CONCLVSIO.

¶Cùm nullus sit obstrictus fidē eis seruare, qui eā violauerit, viro conceditur iuxta Domini verba vxorem fornicationis causa repudiare.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Dominus dimittere vxorem concessit propter fornicationē in pœnam illius qui fidem fregit: & in fauorem illius qui fidem seruauit, vt nō sit astrictus ad reddendum ei debitum qui non seruauit fidem, & propter hoc excipiuntur septem casus in quibus non licet viro vxorem dimittere fornicatricem, in quibus vel vxor à culpa immunis est, vel vtrique æqualiter culpabiles sunt. Primus est si ipse vir similiter fornicatus fuerit. Secundus, si ipse vxorem prostituerit. Tertius si vxor virum probabiliter mortuum credens propter longam eius absentiam alteri nupserit. Quartus est, si latenter cognita est ab aliquo sub specie viri lectum subintrante. Quintus, si fuerit vt oppressa. Sextus: si reconciliauit eam sibi post adulterium perpetratum, carnaliter eam cognoscens. Septimus, si matrimonio in infidelitate vtriusque contracto vir dederit vxori libellum repudij, & vxor alteri nupserit, tunc enim si vterque conuertatur tenetur eam vir recipere.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vir si dimittat vxorem fornicantem liuore vindictæ, peccat: si autem ad infamiam propriam cauendam, ne videatur particeps criminis, vel ad vitium vxoris corrigendum: vel ad vitandum prolis incertitudinem, non peccat.

Ad secundum dicendum, quòd diuortium ex causa fornicationis fit vno accusante alium: & quia nullus potest accusare, qui in simili crimine existit, quādo vterq; fornicatur diuortiū celebrari non potest, quāuis magis peccetur contra matrimonium vtroque fornicante, quàm altero tantùm.

¶Ad tertium dicendum, quòd fornicatio directè est cōtra bonum matrimonij, quia tollitur per eam certitudo prolis, & fides frangitur, & significatio non seruatur: dum vnus coniugū pluribus carnem suam diuidit: & ideò alia crimina quāuis fortè sint maiora fornicatione, non tamen causant diuortium. Sed quia infidelitas, quæ dicitur spiritualis fornicatio, etiam est cōtra bonum matrimonij, quod est proles educanda ad cultum Dei: etiam ipsa facit diuortium, sed tamen aliter quàm corporalis fornicatio, quia non propter vnum actum infidelitatis, sed propter consuetudinem quæ pertinaciam ostendit, in qua infidelitas perficitur.

¶Ad quartum dicendum, q; etiam propter vitium contra naturam potest procedi ad diuortium: sed tamen non fit ita mentio de ipso, tum quia est passio innominabilis, tum quia rarius accidit, tum quia non ita causat incertitudinem prolis.

ARTICVLVS. II.

¶Vtrùm vir teneatur ex præcepto vxorem fornicantem dimittere.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd vir teneatur ex præcepto vxorem fornicantem dimittere, vir enim cùm sit caput vxoris tenetur vxorem corrigere, sed separario à toro est inducta ad correctionem vxoris fornicātis: ergo tenetur eam à se separare.

¶Præterea, Qui consentit peccanti mortaliter, ipse etiam mortaliter peccat: sed vir retinens vxorē fornicantem, consentire ei videtur, vt in litera dicitur: ergo peccat nisi eam à se eijciat.

¶Præterea, Primę ad Corinthios 6. dicitur, qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur: sed non potest aliquis simul esse membrum meretricis & Christi, vt ibidem dicitur: ergo vir vxori fornicantis adhærens, membrū Christi esse desinit, mortaliter peccans.

¶Præterea, Sicut cognatio tollit vinculum matrimonij, ita fornicatio separat à toro: sed postquam vir nouerit consanguinitatem sui ad vxorem, moraliter peccat, eam cognoscens carnaliter: ergo & si cognoscit vxorem, postquam scit ipsam esse fornicatam, mortaliter peccat.

¶SED CONTRA, est quod dicit Glossa 1. Corint. 7. Quòd Dominus permisit causa fornicationis vxorem dimittere: ergo non ex præcepto.

¶Præterea, Quilibet potest dimittere alteri quod in se peccauit: sed vxor fornicando peccauit in virum: ergo vir potest ei parcere, vt non dimittat eam.

CONCLVSIO.

¶Si vxorem adulteram pœniteat adulterium commisisse, non tenetur vir ex præcepto illam relinquere, sin minus tenetur, ne peccato consentire videatur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd dimissio vxoris fornicantis introducta est ad corrigendum vxoris crimen per talem pœnam: pœna autem corrigens non requiritur vbi emendatio iam præcessit: & ideò si mulier de peccato pœniteat, vir non tenetur eam dimittere: si autem non pœniteat, tenetur, ne peccato consentire videatur, dum correptionem debitam non apponit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd peccatum fornicationis in vxore potest corrigi non tantum alijs pœnis, sed etiam verbis & verbere: & ideò si alias ad correctionem sit parata, non tenetur vir prædictam pœnam, ad eius correctionem adhibere.

¶Ad secundum dicendum, quòd tunc vir vxori consentire videtur quando eam tenet non cessantem à peccato præterito: si autem emendata fuerit, non ei consentit.

¶Ad tertium dicēdum, quòd ex quo de peccato fornicationis pœnituit, meretrix dici non potest: & ideò vir ei se coniūgendo, membrum meretricis non fit. Vel dicendum, quòd non cōiungitur ei quasi meretrici, sed quasi vxori.

¶Ad quartum dicendum, quòd non est simile, quia consanguinitas facit: vt non fit inter eos vinculum matrimoniale, & ideo carnalis copula fit illicita: sed fornicatio non tollit vinculum prædictum: & ideò actus remanet quantum est de se licitus, ni si per accidens illicitus fiat, inquantùm vir consentire tur pitudini vxoris videtur.

¶Ad quintum dicendum, quòd permissio illa est intelligenda per prohibitionis priuationem: & sic contra præceptum non diuiditur, quia etiam quod cadit sub præcepto, non est prohibitum.

¶Ad sextum dicendum, quòd vxor non tantùm peccat in virum, sed etiam in seipsam & in Deum: & ideò vir non totaliter potest pœnam dimittere, nisi emendatio sequatur.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm vir proprio iudicio possit fornicantem dimittere.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd proprio iudicio vir vxorem fornicantem possit dimittere. Sententiam enim à iudice latam absque alio iudicio exequi licet: sed Deus iudex iustus dedit hanc sententiam, vt propter fornicationem vir vxorem dimittere possit. non ergo requiritur ad hoc aliud iudicium.

¶Præterea, Matth. 1. dicitur quòd Ioseph cùm esset iustus, cogitauit occultè dimittere Mariam. ergo videtur quòd occultè vir possit diuortium celebrare absque iudicio Ecclesiæ.

¶Præterea, Si vir post fornicationem vxoris cognitam debitum ei reddit, amittit actionem quam contra fornicariam habebat. ergo denegatio debiti, quæ ad diuortium pertinet, debet Ecclesiæ iudicium præcedere.

¶Præterea, Illud quod non potest probari, non debet ad Ecclesiæ iudicium adduci: sed fornicationis crimen non potest probari, quia oculus adulteri obseruat caliginem: vt dicitur Iob 25. ergo non debet iudicio Ecclesiæ prædictum diuortium fieri.

¶Præterea, Accusationem debet inscriptio præcedere, qua aliquis se ad talionē obliget, si in probatione deficiat: sed hoc non potest esse in ista materia, quia qualitercúnque res iret, vir cōsequeretur intentum suum, siue ipse vxorem dimitteret siue vxor eum. ergo non debet ad iudicium Ecclesiæ per accusationem adduci.

¶Præterea, Plus tenetur homo vxori, quàm extraneo: sed homo crimen alterius etiam extranei non debet Ecclesiæ deferre nisi monitione præmissa in secreto, vt patet Matth. 19. ergo multò minùs potest crimen vxoris ad Ecclesiam deferre, si eam priùs occultè non corripuerit.

¶SED CONTRA, Nullus debet seipsum vindicare: sed si vir vxorem fornicantem proprio arbitrio dimitteret, ipse se vindicaret: ergo hoc non debet fieri.

¶Præterea, Nullus in eadem causa est actor & iudex: sed vir est actor impetēs vxorem de offensa in se commissa: ergo ipse non potest esse iudex, & sic non debet proprio arbitrio dimittere.

CONCLVSIO.

¶Vir potest quantum ad torum solum vxorem fornicariam dimittere: quantum verò ad torum & cohabitationem simul, non potest eam repudiare nisi iudicio Ecclesiæ.

¶RESPONDEO dicendum, quòd vir potest vxorem dimittere dupliciter. Vno modo quantum ad torum tantum, & sic potest eam dimittere quàm citò sibi constat de fornicatione vxoris proprio arbitrio, nec tenetur reddere debitum exigenti nisi per Ecclesiam compellatur, & taliter reddens nullum præiudicium sibi facit. Alio modo quantum ad torum & cohabitationem. & hoc modo non potest dimitti nisi iudicio Ecclesiæ: & si aliàs dimissa fuerit, debet cogi ad cohabitandum

dum, nisi posset ei vir in continenti fornicationē probare. hæc autem dimissio diuortium dicitur: & ideò concedendum est quòd diuortium non potest celebrari nisi iudicio Ecclesiæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sententia est applicatio iuris communis ad particulare factum: vnde Deus ius promulgauit, secūdū quod sententia in iudicio formari debet.

¶Ad secundum dicendum, quòd Ioseph voluit Virginem dimittere, non quasi suspectam de fornicatione, sed ob reuerentiam sanctitatis eius, timens cohabitare einec tamen est simile, quia tunc ex adulterio non solùm procedebatur ad diuortium, sed vlterius ad lapidationem, non autem nunc quando agitur in iudicio Ecclesiæ.

¶Ad tertium patet solutio ex dictis.

¶Ad quartum dicendum, quòd quandoque vir vxorem suspectam habens, ei insidiatur, vt deprehendere possit eam cum testibus in crimine fornicationis, & sic potest ad accusationem procedere. Et præterea, si de facto ipso non constat, possunt ex violentæ suspicationes fornicationis, quibus probatis videtur fornicatio probata esse, vt si inueniatur solus cum sola horis & locis suspectis, & nudus cum nuda.

¶Ad quintum dicendum, quòd maritus potest accusare vxorem de adulterio dupliciter. Vno modo ad tori separationem coram iudice spirituali, & tunc inscriptio non debet fieri cum oblatione ad legem talionis: quia sic vir consequeretur intentum suum, vt probat obiectio. Alio modo ad punitionem criminis in iudicio seculari, & sic oportet quòd præcedat inscriptio, per quam ad pœnam talionis se obliget, si in probatione deficiat.

¶Ad sextum dicendum, quòd sicut Decre. dicit, tribus modis in criminibus procedi potest. Primò, per inquisitionem, quam debet præcedere clamosa insinuatio quæ locum accusationis tenet. Secundò, per accusationem quam debet præcedere legitima inscriptio. Tertiò, per denuntiationem, quam debet præcedere trina correctio. Verbū ergo Domini intelligitur, quando agitur per viam denuntiationis, non quando agitur per viā accusationis: quia tunc non agit solùm ad correctionem delinquentis, sed ad punitionem propter bonum commune conseruandum, quod iustitia deficiente periret.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm vir & vxor in causa diuortij possint ad paria iudicari.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd vir & vxor non debeant in causa diuortij ad paria iudicari. Diuortium enim tenetur in lege noua loco repudij, quod erat in lege veteri, vt patet Matthæi 5. sed in repudio vir & vxor non iudicabantur ad paria, quia vir poterat repudiare vxorem, & non econuersò. ergo non debent ad paria iudicari.

¶Præterea, Plus est contra legem naturæ, quòd vxor plures viros habeat, quàm quòd vir plures mulieres: vnde hoc quandoque licuit: illud verò nunquam. ergo plus peccat mulier in adulterio quàm vir, & ita non debent ad paria iudicari.

¶Præterea, Vbi est maius nocumentum proximi, ibi est maius peccatum: sed plus nocet vxor adultera viro, quàm vir adulter vxori, quia adulterium vxoris facit incertitudinem prolis: nō autem adulterium viri: ergo maius est peccatum vxoris, & sic non debent ad paria iudicari.

¶Præterea, Diuortium inducitur ad crimen adulterij corrigē dum, sed magis pertinet ad virum, qui est caput mulieris, vt dicitur. primę Corinth. vndecimo, corrigere vxorem quā econtrario ergo nō debent in repudio ad paria iudicari, sed vir debet esse melioris conditionis.

¶SED CONTRA, Videtur q; in hoc vxor debeat esse melioris cōditionis. Quia quantò est maior fragilitas in peccāte, tantò magis est peccatū venia dignū: sed in mulieribus est maior fragilitas, quàm in viris, ratione cuius dicit Chrisostomus, Quòd propria passio mulierum est luxuria: & Philosophus dicit in septimo Ethicorum, Quòd mulieres non dicuntur cōtinentes, propriè loquendo, propter facilem inclinationē ad concupiscentias: quia nec bruta animalia possunt continere propter hoc quòd non habent aliquid quod concupiscentiis obuiare possit. ergo mulieribus in pœna diuortij deberet magis parci.

¶Præterea, Ponitur vir caput mulieris vt ipsam corrigat. ergo magis peccat quàm mulier, & sic debet magis puniri.

CONCLVSIO.

¶In causa diuortij vir & vxor ad paria quidem iudicantur: ita vt idem sit licitum & illicitum vni quod alteri. Sed quantum ad bonum prolis plus peccat vxor adultera, quàm vir mœchus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in causa diuortij vir & vxor ad paria iudicātur, vt idem sit licitum & illicitum vni quod alteri, non tamen parirer iudicantur ad illa, quia causa diuortij est maior in vno quàm in alio, cùm tamen in vtroq; sit sufficiens causa ad diuortium. Diuortium enim pœna est adulterij, inquantùm est contra matrimonij bona, quantùm ad bonum fidei, ad quam coniuges æqualiter sibi inuicem tenentur. Tantùm enim peccat contra matrimonium adulterium vnius, sicut adulterium alterius, & hæc causa in vtroque sufficit ad diuortium. Sed quantùm ad bonum prolis plus peccat adulterium vxoris quàm viri: & ideò maior est causa diuortij in vxore quàm in viro, & sic ad æqualia, sed non ex æquali causa obligantur, nec iniustè: quia in vtroque est causa sufficiens ad hanc pœnam: sicut est etiam de duobus, qui damnantur ad eiusdem mortis pœnam, quamuis alius altero grauiùs peccauerit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd repudium non permittebatur nisi ad euitandum homicidium: & quia in viris magis erat de hoc periculum, quàm in mulieribus: ideò viro permittebatur dimittere vxorem, non autem econuersò per legem repudij.

¶Ad secundum & tertium dicendum, quòd rationes illæ procedunt, secundum quòd in comparatione ad bonum prolis maior sit causa diuortij in vxore adultera, quàm in viro: non tamen sequitur quòd non iudicentur ad paria, vt ex dictis patet.

¶Ad quartum dicendum, quòd quamuis vir sit caput mulieris quasi gubernator, non tamen quasi iudex ipsius sicut nec econuersò: & ideò in eis quæ per iudicium facienda sunt, non plus potest vir in vxorem, quàm econuersò.

¶Ad quintum dicendum, quòd in adulterio inuenitur de ratione peccati idem quod est in fornicatione simplici, & adhuc plus quod magis grauat, scilicet matrimonij læsionem. Si autem consideretur id quod est commune adulterio & fornicationi, peccatum viri & mulieris se habent vt excedentia & excessa, quia in muliere est plus de humore: & ideò sunt magis ducibiles à concupiscentis, sed in viro est plus de calore qui concupiscentiam excitat: sed tamen, simpliciter loquendo, cæteris paribus vir in simplici fornicatione plus peccat quā mulier, quia plus habet de rationis bono, quod prævalet quibuslibet motibus corporalium passionum. Sed quantùm ad læsionem matrimonij, quam adulterium fornicationi addit, ex qua diuortium causat, plus peccat mulier quàm vir, vt ex dictis patet: & quia hoc est grauius quàm simplex fornicatio: ideò simpliciter loquendo, plus peccat mulier adultera, quàm vir adulter, cæteris paribus.

¶Ad sextum dicendum, quòd quamuis regimen quod mulier viro in mulierem, sit quædam circunstantia aggrauans, tamen ex illa circunstantia, quæ in aliam speciem trahit, magis aggrauatur peccatum, scilicet ex læsione matrimonij, quod trahit ad speciem iniustitiæ in hoc, quòd furtiuè aliena proles submittitur.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm post diuortium vir alteri nubere possit.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd post diuortium vir alteri nubere possit. Nullus enim tenetur ad perpetuam continentiam: sed vir tenetur in aliquo casu vxorem fornicantem à se in perpetuum separare, vt patet ex dictis. ergo videtur quòd ad minùs in tali casu adulteram ducere possit.

¶Præterea, Peccanti non est danda maior occasio peccandi: sed si ei, qui propter culpam fornicationis dimittitur, nō licet aliam copulam quærere, datur sibi maior occasio peccandi: non enim est probabile, quòd qui in matrimonio non continuit, quòd posteà continere possit. ergo videtur quòd liceat ei ad aliam copulam transire.

¶Præterea, Vxor non tenetur viro nisi ad debitum reddēdum & cohabitationem: sed per diuortium ab vtroque absoluitur: ergo soluta est à lege viri. ergo potest alteri nubere, & eadem ratio est de viro.

¶Præterea, Matth. 19. dicitur, Qui dimiserit vxorem, & aliam duxerit excepta causa fornicationis, mœchatur. ergo videtur quòd si causa fornicationis dimissa vxore aliam duxerit, non mœchetur: & ita est verum matrimonium.

¶SED CONTRA, Primæ Corin. 7. Præcipio nō ego, sed Dominus vxorem à viro non discedere, quòd si discesserit, manere innuptam.

¶Præterea, Nullus ex peccato debet reportare commodum: sed reportaret, si liceret adulteræ ad aliud magis desideratum connubium transire: & esset occasio adulterandi volentibus alla matrimonia quærere. ergo non licet aliam copulam quærere neque viro neque vxori.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONCLVSIO.

¶Non potest efficere adulterium, quin semper verum coniugium remaneat, quod non licet vni altero superstite ad alias nuptias transire, ratione adulterij.

¶RESPONDEO dicendum, quòd nihil adueniens supra matrimonium, potest ipsum dissoluere: & ideo adulterium nõ facit quin sit verum matrimonium. Manet enim, vt Augu. dicit inter viuentes coniugale vinculum, quod nec separatio, nec cũ aliquo iunctio potest auferre: & ideo non licet vni altero viuente ad aliam copulam transire.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis nullus obligetur ad continentiam, tamen per accidens potest esse quòd obligetur: sicut si vxor sua ægritudinem incurabilẽ incurrat, & talem quæ carnalem copulam non patiatur, & similiter etiam est si incorrigibiliter spirituali infirmitate, scilicet fornicatione laboret.

¶Ad secundum dicendum, q̃ ipsa confusio quam reportat à diuortio, debet eam cohibere a peccato, quia si cohibere non potest: minus malum est, quòd ipsa sola peccet, quàm q̃ peccati vir eius sit particeps.

¶Ad tertium dicendum, quòd quamuis vxor post diuortium non teneatur viro adultero ad debitum reddendum, & cohabitandum, tamen adhuc manet vinculum matrimonij, ex quo ad hoc tenebatur: & ideò nõ potest ad aliam copulam transire viro viuente, nisi videatur Ecclesia decepta fuisse per falsos testes sententiando de diuortio: quia in tali casu, etiam si votum professionis emisisset: restitueretur viro, & teneretur reddere debitum: sed non liceret ei exigere.

¶Ad quartum dicendum, quòd exceptio illa quæ est in verbis Domini, refertur ad dimissionem vxoris, & ideo obiectio ex falso intellectu procedit.

ARTICVLVS VI.

¶Vtrùm post diuortium vir & vxor possint reconciliari.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur q̃ post diuortium vir & vxor non possint reconciliari. Regula enim est in iure. Quod semel bene definitum est, nulla debet iteratione retractari: sed iudicio Ecclesiæ definitum est, quòd debent separari, ergo non possunt reconciliari vlteriùs.

¶Præterea. Si posset esse reconciliatio, præcipuè videretur quòd post pœnitentiam vxoris vir teneatur eam recipere, sed non tenetur, quia etiam vxor non potest pro exceptione proponere in iudicio suã pœnitentiam contra virum accusantem de fornicatione: ergo nullo modo potest fieri reconciliatio.

¶Præterea. Si posset esse reconciliatio, videtur q̃ vxor adultera teneretur redire ad virum ipsam reuocantem, sed nõ tenetur, quia iam se parati sunt iudicio Ecclesiæ, ergo, &c.

¶Præterea. Si liceret reconciliare vxorem adulterã in illo casu præcipuè deberet fieri: quãdo vir post diuortium inuenitur adulterium committere: sed in hoc casu vxor nõ potest cogere eum ad reconciliationem, cùm iustè sit diuortium celebratum: ergo nullo modo potest reconciliari.

¶Præterea. Si vir adulter occultè dimittat vxorem conuictam de adulterio per Ecclesiæ iudicium, non videtur iustè factum diuortium: sed tamen vir non tenetur vxorem sibi reconciliare, quia vxor probare in iudicio adulterium viro non potest: ergo multò minus quando diuortium iustè est celebratum reconciliatio fieri potest.

¶SED CONTRA est quod dicitur 1. Cor. 7. Quòd discedere, manere innuptam, aut viro suo reconciliari.

¶Præterea, Vir poterit eam nõ dimittere post fornicationem, ergo eadem ratione eam reconciliare sibi.

CONCLVSIO.

¶Potest vir vxorem causa adulterij dimissam reuocare, si emendata pœnitentiam de peccato egerit, secus non potest, quamadmodum nec retinere à peccato desistere nolentem.

¶RESPONDEO dicendum, quòd si vxor post diuortium de peccato pœnitentiam agens emendata fuerit, potest eam sibi vir reconciliare: si autem in peccato incorreptibilis maneat non debet assumere eam eadem ratione, qua non licebat eam nolentem à peccato desistere retinere.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sententia Ecclesiæ diuortium celebrantis non fuit cogens ad separationem, sed licentiam præbens: & ideò absq; retractatione præcedentis sententiæ potest reconciliatio fieri, vel sequi.

¶Ad secundum dicendum, quòd pœnitentia vxoris debet inducere virum vt vxorem fornicantem non accuset aut dimittat, sed tamen non potest ad hoc cogi, nec potest per pœnitentiam eum vxor ab accusatione repellere: quia cessante culpa & quantùm ad actum, & quantùm ad maculam, adhuc manet aliquid de reatu, & cessante reatu etiã quantùm ad Deũ adhuc

manet reatus quo ad pœnam humano iudicio inferendã, quia homo non videt cor, sicut Deus.

¶Ad tertium dicendum, quòd illud quod inducitur in fauorem alicuius, nõ facit ei præiudicium: vnde cùm diuortium sit inductum in fauorem viri, non aufert ei ius petendi debitum vel reuocandi vxorem. Vnde vxor tenetur reddere, & ad eum redire, si fuerit reuocara, nisi de licentia votum continentiæ emiserit.

¶Ad quartum dicendum, quòd propter adulterium quod vir priùs innocens post diuortium committit, secundum rigorem iuris non debet cogi ad recipiendum vxorem adulterã: priùs tamen secũdum æquitatẽ iuris iudex ex officio suo debet eum cogere, vt caueat periculo animæ eius, & scandalo maiorum, quamuis vxor non possit reconciliationem petere.

¶Ad quintum dicendum, quòd si adulterium viri sit occultum, per hoc non aufertur ius excipiendi contra acculationem viri vxori adulteræ, quamuis desit sibi probatio: & ideò peccat vir diuortium petens: & si post sententiam de diuortio vxor petat debitum, aut reconciliationem, vir tenetur ad vtrun que.

QVAESTIO SEXAGESIMATERTIA.

De secundis nuptijs, in duos articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de secundis nuptijs.

¶Et circa hoc quæruntur duo.

¶Primò, vtrùm sint licitæ.

¶Secundò, vtrùm sint sacramentales.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm secundæ nuptiæ sint licitæ. Tho. 4. d. 42. q. 2. ar. 1. & 2.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd secundæ nuptiæ non sint licitæ, quia iudicium de re debet esse secũdum veritatem, dicit autem Chrisostõ, quod secundum virum accipere est fornicario secundum veritatem, quæ non est licita. ergo nec secundum matrimonium.

¶Præterea, Omne quod non est bonum, non est licitum: sed Ambro. dicit quòd duplex matrimonium non est bonum: ergo non est licitum.

¶Præterea, Nullus arceri debet ne interfit illis quæ sunt honesta & licita: sed sacerdotes arcentur ne inter sint secundis nuptiis, vt in litera patet: ergo non sunt licitæ.

¶Præterea, Nullus reportat pœnam nisi pro culpa: sed pro secundis nuptiis aliquis reportat irregularitatis pœnam: ergo non sunt licitæ.

¶SED CONTRA est, quòd Abraham legitur secundas nuptias contraxisse, Gene. 25.

¶Præterea, Primæ Timo. 5. dicit Apostolus, Volo autem iuniores, scilicet viduas, nubere, filios procreare. ergo secundæ nuptiæ sunt licitæ.

CONCLVSIO.

¶Potest toties contrahi matrimonium, quoties alter coniugum mortuus est: moriente enim altero coniugum vinculũ matrimoniale tollitur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd vinculum matrimoniale non durat nisi vsque ad mortem, vt patet Romanorum quarto: & ideò moriente altero coniugum, vinculum matrimoniale cessat: vnde propter præcedens matrimonium nõ impeditur aliquis à secundo, mortuo coniuge, & sic non solùm secundæ sed tertiæ, & sic deinceps nuptiæ sunt licitæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Chri. loquitur quantum ad causam, quæ aliquando solùm ad secundas nuptias incitaret, scilicet concupiscentiam, quæ etiam ad fornicationem incitat.

¶Ad secundum dicendum, quòd secundum matrimonium nõ dicitur esse bonum, quia non sit licitum, sed quia caret illo honore significationis, qui est in primis nuptiis, vt sit vna vnius: sicut est in Christo & Ecclesia.

¶Ad tertium dicendum, quòd homines diuinis dediti, non solùm ab illicitis, sed etiam ab illis quæ habent aliquam turpitudinis speciem, arcentur: & ideò arcentur à secundis nuptiis, quæ carent honestate, quæ est in primis.

¶Ad quartum dicendum, quòd irregularitas non semper inducitur propter culpam, sed propter defectum sacramenti: & ideò ratio non est ad propositum.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm secundum matrimonium sit sacramentum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd secundum matrimonium non sit sacramentum. Qui enim iterat sacramentum, facit ei iniuriã: sed nulli sacramento facienda est iniuria: ergo si secundum matrimonium esset sacramentum, nullo modo esset iterandum.

¶Præterea,

¶Præterea. In omni sacramento adhibetur aliqua benedictio, sed in secundis nuptijs non adhibetur benedictio, vt in litera dicitur, ergo non ne ibi aliquod sacramentum.

¶Præterea. Significatio est de essentia sacramenti sed in secundo matrimonio non saluatur significatio matrimonij, quia non est vna vnius sicut Christus & Ecclesia, ergo non est sacramentum.

¶Præterea. Vnum sacramentum non impedit à susceptione alterius: sed secundum matrimonium impedit à susceptione ordinum: ergo non est sacramentum.

¶SED CONTRA. Coitus in secundis nuptijs excusat à peccato, sicut & in primis: sed per tria bona matrimonij excusatur coitus matrimonialis, quæ sunt fides, proles, & sacramentum: ergo secundum matrimonium est sacramentum.

¶Præterea. Ex secunda coniunctione viri ad mulierem modo sacramentali non contrahitur irregularitas, sicut patet ex fornicatione: sed in secundis nuptijs contrahitur irregularitas, ergo sunt sacramentales.

CONCLVSIO.

¶Secundum matrimonium est sacramentum, cũ in eo reperiũtur quæ sunt de esse sacramenti, scilicet persona legitima, tanquam materia, & expressio consensus per verba de præsenti, tanquam forma.

¶RESPONDEO dicendum, quòd vbicũq; inueniũtur illa quæ sunt de esse sacramenti, ibi est verum sacramẽtum. Vnde cùm in secundis nuptijs inueniantur omnia quæ sunt de esse sacramenti, quia debita materia quam facit persona legitima, & debita forma, scilicet expressio consensus interioris per verba de præsenti, constat quòd etiam secundum matrimonium est sacramentum, sicut & primum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc intelligitur de sacramento quod inducit perpetuum effectum, tunc enim fit iteratur sacramẽtum, datur intelligi quòd primum non fuit efficax: & sic fit primo iniuria, sicut pater in omnibus sacramẽtis quæ imprimunt characterem: sed illa sacramenta quæ habent effectum non perpetuum, possunt iterari sine iniuria sacramenti, sicut patet de pœnitentia, & quia vinculum matrimoniale tollitur per mortẽ, nulla fit iniuria sacramento si mulier post mortem viri iteratò nubat.

¶Ad secundum dicendum, quòd secundum matrimonium quamuis in se consideratum sit perfectum sacramentum, tamen in ordine ad primum consideratum habet aliquid de effectu sacramenti: quia non habet plenam significationem, cùm non sit vna vnius, sicut est in matrimonio Christi & Ecclesiæ: & ratione huius defectus benedictio à secundis nuptijs subtrahitur, sed hoc est intelligendum, quando secundæ nuptiæ sunt secundæ & ex parte viri & ex parte mulieris tantũ: si enim virgo contrahat cũ viro, qui habuit aliam vxorem nihilominus nuptiæ benedicuntur, saluatur enim aliquo modo significatio etiam in ordine ad primas nuptias. Quia Christus etiã vnã Ecclesiam sponsam habet: habet tamen plures personas desponsatas in vna Ecclesia: sed anima non potest esse sponsa alterius quã Christi, quia aliàs cum dæmone fornicatur, nec est ibi matrimonium spirituale, & propter hoc quando mulier secundò nubit nuptiæ non benedicuntur propter defectum sacramẽti.

¶Ad tertium dicendum, quòd significatio perfecta inuenitur in secundo matrimonio secundum se considerato, non autem si consideretur in ordine ad præcedens matrimonium, & sic habet defectum sacramenti.

¶Ad quartum dicendum, q̃ secundum matrimonium impedit sacramentum ordinis quantum ad id quod habet de defectu sacramenti, & non inquantum est sacramentum.

QVAESTIO SEXAGESIMAQVARTA.

De annexis matrimonio & debiti redditione, in septem articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de annexis matrimonio. Et primò, de debiti redditione. Secundò, de pluralitate vxorum. Tertiò, de bigamia. Quartò de libello repudij. Quintò, de filijs illegitimè natis.

¶Circa primum quæruntur septem.

Primò, vtrùm alter coniugũ teneatur alteri debitum reddere.

¶Secundò, vtrùm debeat aliquando reddere non poscenti.

¶Tertiò, vtrùm vir & vxor in hoc sint æquales.

¶Quartò, vtrùm vnus sine consensu alterius possit votũ emittere, per quod redditio debiti impediatur.

¶Quintò, vtrùm tempus impediat debiti petitionem.

¶Sextò, vtrùm petens tempore sacro peccet mortaliter.

¶Septimò, vtrùm reddere teneatur tempore festiuo.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm alter coniugum teneatur alteri ad redditionem debiti. Tho. 4. dist. 32. q. vnica. arti cu. 1. et seq.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd alter coniugum non teneatur alteri ad redditionem debiti ex necessitate præcepti. Nullus enim prohibetur à sumptione Eucharistiæ propter hoc quòd præceptum implet, sed ille qui vxori debitũ reddit, non potest carnes Agni edere: vt Hiero. in litera dicit: ergo reddere debitũ nõ est de necessitate præcepti.

¶Præterea. Quilibet potest licitè abstinere ab his quæ sunt sibi nociua in persona, sed aliquando reddere debitum poscenti, esset personæ nocium vel ratione infirmitatis, vel ratione solutionis iam factæ: ergo videtur quòd licitè possit debitum poscenti negari.

¶Præterea. Quicunque facit se impotentem ad faciendum id, ad quod ex præcepto tenetur, peccat, si ergo aliquis ex necessitate præcepti tenetur ad reddendum debitum, videtur quòd peccet, si ieiunando, vel aliàs corpus suum attenuando, impotentem se reddat ad debiti solutionem, quod non videtur verum.

¶Præterea. Matrimonium, secundum Philosophum, ordinatur ad procreationem prolis & educationem, & iterum ad communicationem vitæ, sed lepra est contra vtrumque matrimonij finem: quia cùm sit morbus contagiosus, mulier leprosa non tenetur cohabitare viro: similiter etiã morbus frequenter transmittitur ad prolem: ergo viro leproso vxor debitum reddere non tenetur, vt videtur.

¶SED CONTRA. Sicut seruus est in potestate domini sui, ita & vnus coniugũ in potestate alterius: vt patet 1. Cor. 7. sed seruus tenetur ex necessitate præcepti domino suo debitum seruitutis reddere: vt patet Roma. 13. Reddite omnibus debita, cui tributum, &c. ergo & vnus coniugum ex necessitate præcepti tenetur alteri debitum reddere.

¶Præterea. Matrimonium est ordinatum ad fornicationem vitandam, vt patet 1. Corinth. 7. sed hoc non posset per matrimonium fieri, si vnus alteri non teneretur debitum reddere, quando concupiscentia infestatur, ergo reddere debitum est de necessitate præcepti.

CONCLVSIO.

¶Tenentur coniuges sibi mutuũ debitum præstare, cũ sacrum coniugium institutum sit vt & vitetur fornicatio, & vt liberi opera detur, saluo tamen vtriusque incolumitate.

¶RESPONDEO dicendum, quòd matrimonium principaliter est institutum in officium naturæ, & ideò in actu ipsius seruandus est naturæ motus secundum quẽ nutritiua non ministrat generatiuæ, nisi illud quod superfluit ad cõseruationem individui, quia hic est ordo naturalis, vt priùs aliquid in seipso perficiatur, & postmodùm alteri de perfectione sua cõmunicet: & hic est etiam ordo charitatis quæ naturam perficit: & ideò cùm vxor in viro potestatem non habeat, nisi quantùm ad generationem virtutem non autem quantùm ad ea quæ sunt de conseruatione individui ordinata, vir tenetur vxori debitum reddere in his quæ ad generationem prolis spectant, salua tamen priùs personæ incolumitate.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aliquis implens aliquod præceptum, potest reddi inhabilis ad aliquod sacrum officium prosequendum, sicut iudex qui hominem ad mortem condemnans præceptum implens, irregularis efficitur, similiter etiam ille qui præceptum implens debitum soluit, redditur ineptus ad diuina officia exequenda, non quòd ille actus sit peccatum, sed ratione carnalitatis illius actus. Et sic secundum quòd Magister dicit: Hieronymus loquitur tantùm de ministris Ecclesiæ, non autem de alijs qui sunt suo iudicio relinquendi, quia possunt & ex deuotione dimittere, & sumere corpus Christi absque peccato.

¶Ad secundum dicendum, quòd vxor non habet potestatem in corpus viri: nisi salua consistentia personæ ipsius, vt dictum est. Vnde si vltrà exigit, non est petitio debiti, sed iniusta exactio, & propter hoc vir non tenetur ei satisfacere.

¶Ad tertium dicendum, quòd si aliquis redditur impotens ad debitum soluendum ex causa ex matrimonio sequuta, puta cùm priùs debitum reddidit, & est impotens ad debitum soluendum vlteriùs mulier non habet ius petendi, & in petendo vlteriùs se magis meretricem, quam coniugem exhibet: si autem reddatur impotens ex alia causa, si illa est licita, sic iterum non tenetur, nec potest mulier exigere, si non est licita, tunc peccat & peccatum vxoris, si propter hoc in fornicationem labatur aliquo modo, sibi imputatur: & ideò debet quantum potest dare operam, vt vxor contineat.

¶Ad quartum dicendum, quòd lepra soluit sponsalia, sed non matrimonium, vnde etiam vxor viro leproso tenetur reddere debitum, non tamen tenetur ei cohabitare: quia non ita citò inficitur ex coitu, sicut ex frequenti cohabitatione:

Universidad de Deusto
Biblioteca

& quamuis generetur infirma proles, tamen melius est ei sic esse, quàm penitus non esse.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrum vir teneatur reddere debitum vxori non petenti.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non teneatur vir debitum reddere vxori non petenti. Præceptum enim affirmatiuum non obligat nisi ad tempus determinatum: sed tempus determinatum solutionis debiti non potest esse, nisi quando petitur: ergo aliàs soluere non tenetur.

¶ Præterea, De quolibet debemus præsumere meliora: sed melius etiam est coniugibus continere, quàm matrimonio uti: ergo nisi expressè debitum petat, debet vir præsumere quòd ei placeat continere: & sic non tenetur debitum ei reddere.

¶ Præterea, Sicut vxor habet potestatem in virum, ita dominus in seruum: sed domino non tenetur seruus seruire, nisi quãdo sibi ab ipso imperatur: nec ergo vir tenetur vxori reddere debitum, nisi quando ab eo exigitur.

¶ Præterea, Vir potest aliquando vxorem exigentem precibus auertere, ne exigat: ergo multò magis potest non reddere, si non exigat.

¶ SED CONTRA, In redditione debiti medicamentum præstatur contra vxoris concupiscentiam: sed medicus, cui infirmus est commissus, tenetur morbo eius subuenire etiam si ipse non petat: ergo vir vxori non petenti tenetur debitum reddere.

¶ Præterea, Prælatus tenetur correctionis remedium circa peccata subditorum adhibere, etiam eis contradicentibus: sed redditio debiti est in viro ordinata contra peccata vxoris: ergo tenetur vir debitum reddere quandóque etiam non petenti.

CONCLVSIO.

¶ Cùm naturæ mulieres sint verecundæ, ita vt non audeant petere debitum à viris sibi præstari, tenetur vir etiam vxori non petenti, debitum reddere, si aliquo signo id eam velle perceperit.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd petere debitum est dupliciter. Vno modo expressè, vt quando verbis inuicem petũt. Alio modo est petitio debiti interpretata, quando scilicet vir percipit per aliqua signa quòd vxor vellet sibi debitum reddi, sed propter verecundiam tacet: & ita etiam non si expressè petat verbis debitũ, tamen vir tenetur reddere, quando expressa signa in vxore apparent voluntatis reddendi debiti.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd tempus determinatum non est quando petitur, sed quando timetur ex aliquibus signis periculum, ad quod vitandum ordinatur debiti redditio nisi tunc reddatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd vir potest talem præsumptionem habere de vxore, quando in ea contraria signa non videt, sed quando videt esset stulta præsumptio.

¶ Ad tertium dicendum, quod dominus non ita verecundatur à seruo petere debitum seruitutis, sicut vxor à viro debitum coniugij. Si tamen dominus non peteret vel propter ignorantiam, vel alia de causa, nihilominus seruus teneretur implere, si periculum immineret: hoc enim est nò ad oculũ seruire, quod Apostolus seruis mandat.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non debet vir vxorem auertere ne petat debitum, nisi propter aliquam rationabilem causam, & tunc etiam non debet cum magna instantia auerti propter pericula imminentia.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm vir & mulier sint in actu matrimoniali æquales.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd vir & mulier nõ sint in actu matrimonij æquales. Agens enim est nobilius patiente vt Augu. dicit 12. super Gen. ad literam: sed in actu coniugali vir se habet vt agens, & fœmina vt patiens: ergo non sunt in actu illo æquales.

¶ Præterea, Vxor non tenetur viro debitum reddere nisi petat: vir autem tenetur, vt dictum est: ergo non sunt pares in actu matrimonij.

¶ Præterea, In matrimonio mulier propter virum facta est, vt patet Gene. 2. Faciamus ei adiutorium simile illi: sed illud propter quod est alterum, semper est principale: ergo, &c.

¶ Præterea, Matrimonij principaliter ordinatur ad actum cõiugalem: sed in matrimonio vir est caput mulieris, vt patet 1. Corint. 7. ergo non sunt æquales in actu prædicto.

¶ SED CONTRA est quod dicitur 1. Corinthiorum 7. Vir non habet potestatem sui corporis, & similiter dicit de vxore: ergo sunt æquales in actu matrimonij.

¶ Præterea, Matrimonium est relatio æquiparentiæ, cùm sit coniunctio, vt dictum est: ergo vir & vxor sunt æquales in actu matrimonij.

CONCLVSIO.

¶ Sunt vir & vxor in actu coniugij æquales quantum ad æqualitatem proportionis, non autem quantum ad æqualitatem quantitatis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd duplex est æqualitas, scilicet quantitatis & proportionis. Aequalitas quidem quantitatis est, quæ attenditur inter duas quantitates eiusdem mensuræ, sicut bicubiti in bicubitum. Sed æqualitas proportionis est quæ attenditur inter duas proportiones eiusdem speciei, sicut dupli ad duplum. Loquendo ergo de prima æqualitate vir & vxor non sunt æquales in matrimonio, neque ad actum coniugalem, in quo id quod nobilius est, viro debetur, neque quantum ad dispensationem domus, in qua vxor regitur & vir regit, sed quantùm ad secundam æqualitatem sunt æquales in vtroque, quia sicut tenetur vir vxori in actu coniugali & dispensatione domus ad id quod viri est, ita vxor viro ad id quod vxoris est, & secundum hoc dicitur in litera, quòd sunt æquales in reddendo debitum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis agere sit nobilius quàm pati, tamen eadem est proportio patientis ad patiendum, & agentis ad agendum: & secundum hoc est ibi æqualitas proportionis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc est per accidens. Vir enim qui nobiliorem patrem habet in actu coniugali, naturaliter habet, quòd non ita erubescat petere debitum sicut vxor: & inde est quòd non ita vxor tenetur reddere debitum nõ petenti viro, sicut vir vxori.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex hoc ostenditur, quòd non sunt æquales absolutè: non autem quòd non sint æquales secundum proportionem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis caput sit principalius membrorum, tamen sicut membra tenetur capiti in officio suo, ita caput membris: & sic est ibi æqualitas proportionis.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm vir & vxor possint emittere votum contra debitum matrimonij sine mutuo consensu.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd vir & vxor possint votum emittere contra debitum matrimonij sine mutuo consensu. Vir enim & vxor æqualiter obligantur ad debiti solutionem, vt dictum est, sed licitum est viro etiam vxore prohibente accipere crucem in subsidium terræ sanctæ: ergo etiam hoc licitum est vxori: & ideò cùm per votum redditio debiti impediatur, potest alter coniugum sine consensu alterius votum prædictum emittere.

¶ Præterea, Non est expectandum in aliquo voto consensus alicuius, qui non potest sine peccato dissentire, quin alter coniugum continentiam voueat vel simpliciter vel ad tempus, quia impedire profectum spiritualem, est peccatum in Spiritumsanctum: ergo vnus potest votum continentiæ simpliciter vel ad tempus sine consensu alterius vouere.

¶ Præterea, Sicut in actu matrimoniali requiritur debiti redditio, ita debiti petitio: sed vnus potest sine consensu alterius vouere, quòd debitum non petet, cùm in hoc sit suæ potestatis: ergo pari ratione quòd debitum non reddet.

¶ Præterea, Nullus potest ex præcepto superioris cogi ad id quod non liceret sibi simpliciter vouere & facere, quia in illicitis non est obediendum: sed prælatus superior posset præcipere viro vt vxori ad tempus debitum non redderet, occupando eum in aliquo seruitio: ergo hoc etiam ipse posset facere, & vouere, per quod ad debiti redditionem impediretur.

¶ SED CONTRA est quod dicitur primę Corinthiorum 7. Ne fraudetis vos inuicem nisi ex communi consensu ad tempus, vt vacetis orationi.

¶ Præterea, Nullus potest facere votum de alieno: sed vir non habet potestatem sui corporis, sed vxor: ergo sine eius consensu non potest votum continentiæ facere vel vouere simpliciter vel ad tempus.

CONCLVSIO.

¶ Non potest vir, aut vxor absque mutuo cõsensu continentiã vouere.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd vouere voluntatis est, vt etiam ipsum nomen ostendit: vnde de illis tantùm bonis potest esse votum, quæ nostræ subiacent voluntati, qualia non sunt ea, in quibus vnus alteri tenetur: & ideò in talibus non potest aliquis votum emittere sine consensu eius, cui tenetur: vnde, cùm coniuges sibi inuicem teneantur in redditione debiti, per quam continentia impeditur, non potest vnus absque consensu alterius continentiam vouere, & si vouerit peccat, & non debet seruare votum, sed agere pœnitentiam de voto male facto.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd satis probabile est quòd vxor debeat velle continere ad tẽpus subueniendo necessitati

necessitati Ecclesiæ generalis: & ideò in fauorem negotij pro quo crux sibi datur institutum est quòd vir posit absque consensu vxoris crucem accipere: sicut etiam posset domino suo terreno, à quo feudum tenet, absque eius consensu militare, nec tamen omninò subtrahitur vxori ius suum, quia vxor potest eum sequi, nec est simile de vxore ad virum, quia cum vir debeat regere vxorem, & non econuerso, magis tenetur vxor sequi virum quàm econuerso, & præterea vxor cum maiori periculo castitatis discurreret per terras quàm vir, & cum minori Ecclesiæ vtilitate: & ideò vxor non potest hoc votum facere sine viri consensu.

¶ Ad secundum dicendum, quòd alter coniugum dissentiens voto continentiæ alterius non peccat, quia non dissentit vt bonum illius impediat, sed ne sibi præiudicium generetur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio, quidam enim dicunt quòd vnus absque consensu alterius potest vouere, quòd non petat debitum, non autem quòd non reddat, quia in primo vt eque est sui iuris, sed non in secundo. Sed quia si alter nunquam peteret debitum, ex hoc alteri matrimonium onerosum redderetur, dum oporteret votum onus semper debitum petendi subire. Et ideò alij probabiliùs dicunt, quòd neutrum potest vnus sine consensu alterius vouere.

¶ Ad quartum dicendum, quòd sicut mulier accipit potestatem in corpore viri, saluo hoc: in quo vir tenetur corpori suo, ita etiam saluo hoc in quo tenetur alij domino, & ideò sicut vxor non potest debitum petere à viro contra salutem sui corporis, ita nec ad impediendum hoc in quo domino tenetur, sed præter hoc non potest dominus prohibere quin debitum reddat.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm in diebus sacris impediatur petitio debiti.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd temporibus sacris non debeat aliquis impediri, quin debitum petat. Tunc enim est subueniendum morbo, quando inualescit, sed possibile est quod in die festo inualescat concupiscentia, ergo tunc debet ei subueniri per debiti redditionem.

¶ Præterea. Non est alia ratio quare non sit petendum debitum in diebus festiuis, nisi quia sunt orationi deputati, sed in illis diebus sunt horæ determinatæ orationi, ergo alijs horis liceret debitum petere.

¶ SED CONTRA. Sicut aliqua loca sunt sacra, quia deputata sunt sacris, ita aliqua tempora sunt sacra propter eandem rationem, sed in loco sacro non licet petere debitum, ergo nec in tempore sacro.

CONCLVSIO.

¶ Cùm actus matrimonialis propter delectationem carnis reddat hominem ineptum ad spiritualia, non licet petere debitum actus matrimonij diebus sacris.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd actus matrimonialis quamuis culpa careat, tamen quia rationem deprimit propter carnalem delectationem, hominem reddit ineptũ ad spiritualia: & ideò in diebus, in quibus spiritualibus præcipuè est vacandum, non licet petere debitum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd tempore illo possunt alia adhiberi ad concupiscentiam reprimendam, sicut oratio & multa huiusmodi, quæ adhibentur etiam illis, qui perpetuò continent.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis non teneatur omnibus horis orare, tamen tenetur tota die se conseruare idoneum ad orandum.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm petens debitum in tempore sacro mortaliter peccet.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd petens in tempore sacro mortaliter peccet. Gregor. enim dicit in primo Dialo. quòd mulier quæ in nocte cognita est à viro, manè ad processionem veniens, à diabolo est arrepta, sed hoc non esset nisi mortaliter peccasset: ergo, &c.

¶ Præterea. Quicúnque facit contra præceptum diuinum, mortaliter peccat, sed Dominus præcipit Exodi decimonono. Nolite appropinquare vxoribus vestris, quando scilicet erant legem accepturi: ergo multò magis peccant mortaliter si tempore quo sacris nouæ legis intendendum est, cum vxoribus viri commisceantur.

¶ SED CONTRA. Nulla circunstantia aggrauat in infinitum: sed in debitum tempus est circunstantia quædam: ergo nõ aggrauat in infinitũ: vt faciat mortale quod alias esset veniale.

CONCLVSIO.

¶ Non peccat mortaliter vir aut vxor, si debitum diebus festis petat, si

tamen hoc faciat sola delectationis causa, grauius peccat, quàm qui hoc facit, vt sibi de lubrico carnis cauet.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd debitum petere in die festiuo, non est circunstantia trahens in aliam speciem peccati, vnde non potest in infinitum aggrauare, & ideò non peccat mortaliter vxor: vel vir, si in die festo debitum petat, sed tamen grauius est peccatum si sola delectationis causa petatur, quàm si propter timorem, quo quis sibi cauet de lubrico carnis, debitum petat.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quod non fuit punita mulier illa propter hoc quòd debitum reddidit, sed quia postmodum se temerè ad diuina ingessit contra conscientiam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ex auctoritate illa non potest probari quòd esset peccatum mortale sed quòd sit inconguum. Multa enim ad munditiam carnis pertinentia exigebãtur de necessitate præcepti in veteri lege, quę carnalibus dabatur, quæ in noua lege non exiguntur, quæ est lex Spiritus.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrùm vnus coniunx tenetur alteri debitum reddere in tempore festiuo.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd etiam non tenetur tempore festiuo reddere. Quia peccantes & consentientes pariter puniuntur: vt pater Roma. primo, sed ille qui reddit debitum, consentit petenti, qui peccat: ergo & ipse peccat.

¶ Præterea. Ex præcepto affirmatiuo obligamur ad orandum, & ita ad aliquod tempus determinatum, ergo pro tempore illo in quo quis orare tenetur, reddere debitum non debet, sicut nec eo tempore quo tenetur temporali domino ad specialem obsequium.

¶ SED CONTRA est quod dicitur 1. Corinth. 7. Nolite fraudari inuicem: nisi communi consensu ad tempus, &c. ergo quando petit, reddendum est ei.

CONCLVSIO.

¶ Tenentur coniuges etiam diebus festis & quacunque hora sibi mutuò debitum reddere, salua tamen honestate.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd cùm mulier habeat potestatem in corpore viri, quantùm ad actum generationis spectat, tenetur vnus alteri & debitum reddere quocunque tempore: & quacunque hora salua debita honestate: quæ in talibus exigitur, quia non oportet quòd statim in publico reddat debitum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd iste quantùm in se est, non consentit: sed ad id quod ab eo exigitur inuitus, & cum dolore reddit: & ideò non peccat. Hoc enim est propter lubricum carnis diuinitùs ordinatum, vt semper petenti debitum reddatur, ne aliqua occasio peccati detur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non est aliqua hora determinata ad orandum, quin possit recompensari in alijs horis, & ideò obiectio non cogit.

QVAESTIO SEXAGESIMAquinta. *De bigamia, in quinque articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de pluralitate vxorum.

¶ Circa quod quæruntur quinque.

Primò, vtrùm habere plures vxores sit contra legem naturæ.

¶ Secundò, vtrùm aliquando fuerit licitum.

¶ Tertiò, vtrùm habere concubinas sit contra legem naturæ.

¶ Quartò, vtrùm accedere ad cõcubinã sit peccatum mortale.

¶ Quintò, vtrùm aliquando licitum fuerit habere concubinã.

ARTICVLVS. I.

¶ Vtrùm habere plures vxores sit contra legem naturæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd habere plures vxores non sit contra legem naturæ. Consuetudo enim legi naturali non præiudicat, sed habere plures vxores peccatum non erat, quando mos erat, vt ab Augustino habetur in litera, ergo habere plures vxores non est contra legem naturæ. *Tho. 4. dist. 33. q. 1. ar 1. 1. & seq.*

¶ Præterea. Quicunque facit contra legem naturæ, facit cõtra præceptum: quia sicut lex scripta habet sua præcepta, ita & lex naturæ: sed Augustinus dicit q̃ habere plures vxores non erat contra præceptum, quia nulla lege erat prohibitum: ergo habere plures vxores non est contra legem naturæ.

¶ Præterea. Matrimonium principaliter ordinatur ad prolis procreationem: sed vnus potest ex pluribus prolem accipere, plures fœcundando: ergo non est contra legem naturæ habere plures vxores.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Præterea, Ius naturale est quod natura omnia animalia docuit, vt in principio Digestorum dicitur: sed natura nō docuit hoc omnia animalia, quòd sit vna vnius, cùm vnus mas in multis animalibus pluribus fœminis coniungatur: ergo non est cōtra legem naturæ habere plures vxores.

¶Præterea, Secundum Philoso. 16. de Animalibus: in generatione prolis mas se habet ad fœminam, sicut agens ad patiens & artifex ad materiam: sed non est contra ordinem naturæ, quòd vnum agens in plura patientia agat, aut artifex ex diuersis materijs operetur: ergo nec est contra legem naturæ, quòd vnus mas plures vxores habeat.

¶Sed cōtrà, Illud præcipuè videtur esse de iure naturali quod homini in sua institutione inditum est: sed quòd sit vna vnius in ipsa institutione humanæ naturæ, est ei inditum, vt patet Gene. 2. Erunt duo in carne vna: ergo est de lege naturæ.

¶ Præterea, Contra legem naturæ est quod homo se ad impossibile obliget, & vt quod vni datum est, alteri detur: sed homo contrahens cum vna vxore, sui corporis potestatem sibi tradidit, vt necesse sit reddere debitum, cùm petierit: ergo contra legem est, si posteà alteri potestatem sui corporis tradat, quia nemo posset simul vtrique reddere debitum, si simul peterent.

¶ Præterea, De lege naturæ est, Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: sed vir nullo modo vellet quòd vxor alium virum haberet: ergo contra legem faceret naturæ, si vxorem aliam superduceret.

¶ Præterea, Quicquid est contra naturale desiderium, est contra legem naturæ, sed zelus viri ad vxorem, & vxoris ad virum naturalis est, quia in omnibus inuenitur: ergo cùm zelus sit amor non patiens consortium in amato, videtur quòd contra legem naturæ sit quòd plures vxores habeant vnum virum.

CONCLVSIO.

¶Vtrùm habere plures vxores, sit contra legem naturæ, quātum attinet & ad cōmunicationem operum inter virum & vxorem. & ad similitudinem coniunctionis Christi & Ecclesiæ, tum coniugio: quantum verò spectat ad prolis procreationem & educationem, pluralitas vxorum non est contra ius naturæ.

¶RESPONDEO dicendum, quòd omnibus rebus naturalibus insunt quædam principia, quibus non solùm operationes proprias efficere possunt, sed quibus etiam eas conuenientes fini suo reddant, siue sint actiones quæ consequantur rem aliquam ex natura sui generis, siue consequantur ex natura speciei, vt magneti competit ferri deorsum ex natura sui generis, trahere ferrum ex natura suæ speciei. Sicut autem in rebus agentibus ex necessitate naturæ sunt principia actionum ipsæ formæ, à quibus operationes propriæ prodeunt conuenientes finitita in his quæ cognitionem participant, principia sunt agendi cognitio & appetitus: vnde oportet quod in vi cognitiua sit naturalis conceptio, & in vi appetitiua naturalis inclinatio, quibus operatio conueniens generi siue speciei reddatur competens fini. Sed quia homo inter cætera animalia rationem finis cognoscit & proportionem operationis ad finem: ideò naturalis conceptio ei indita, qua dirigitur ad operandum, conuenienter lex naturalis vel ius naturale dicitur: in cæteris autem æstimatio naturalis vocatur. Brutæ enim ex vi naturę impelluntur ad agendum conuenientes actiones magis quàm regulentur quasi proprio arbitrio agentia. Lex enim naturalis nihil aliud est quàm conceptio homini naturaliter indita, qua dirigitur ad conuenienter agendum in actionibus propriis, siue competant ei ex natura generis, vt generare, comedere, & huiusmodi: siue ex natura speciei, vt ratiocinari, & huiusmodi. Omne autem illud quod actionem inconuenientem reddit fini, quē natura ex opere aliquo intendit, contra legem naturę esse dicitur: potest autem actio esse non conueniens fini vel principali vel secundario, & siue sic, siue sic, hoc contingit dupliciter. Vno modo ex aliquo quod omninò impedit finem, vt nimia superfluitàs, aut defectus comestionis, impedit salutem corporis, quasi principalem finem comestionis & bonam habitudinem in negotijs exercendis, qui est finis secundarius. Alio modo ex aliquo quod facit difficilem aut minùs decentem perventionem ad finem principalem vel secundarium, sicut inordinata comestio, quantùm ad tempus indebitum. Si ergo actio sit inconueniens fini, quasi omninò prohibens finem principalem directè per legem naturę prohibetur primis præceptis legis naturę quę sunt in operabilibus, sicut communes conceptiones in speculatiuis. Si autem sit incompetens fini secundario quocúnque modo, aut etiam principali, vt faciens difficilem vel minùs congruā perventionē ad ipsum, prohibetur nō quidem primis præceptis legis naturę, sed secundis quę ex primis diriuantur: sicut conclusiones in speculatiuis ex principijs per se notis fidem habent, & sic dicta actio contra legem naturę esse dicitur. Matrimonium ergo habet pro fine principali prolis procreationem & educationem, qui quidem finis competit homini secundum naturam sui generis: vt de & alijs animalibus est conueniens: vt dicitur in 8. Ethicorū. & sic bonum matrimonij assignatur proles, sed pro fine secundario, vt dicit Philosophus, habet in hominibus solùm communicationem operum, quę sunt necessaria in vita, & secundum hoc fidem sibi inuicem debent, quę est vnum de bonis matrimonij. Habet vlteriùs alium finem, in quantùm in fidelibus est, scilicet, significationem Christi & Ecclesię, & sic bonum matrimonij dicitur sacramentum. Vnde primus finis respondet matrimonio hominis, in quantùm est animal, secundus inquantùm est homo, tertius in quantū est fidelis. Pluralitas ergo vxorum, neque totaliter tollit, neque aliqualiter impedit primum finem, cùm vnus vir sufficiat pluribus vxoribus fœcundandis & educandis filijs ex eis natis. Sed secundum finem & si non totaliter tollit, tamen multùm impedit, eò quòd nō facilè potest esse pax in familia, vbi vni viro plures vxores iunguntur, cùm non possit vnus vir sufficere ad satisfaciendum pluribus vxoribus ad votum: quia communicatio plurium in vno officio cadit litem, sicut figuli conrixantur adinuicem, & similiter plures vxores vnius viri. Tertium autem finem totaliter tollit, eò quòd sicut Christus est vnus, ita & Ecclesia vna: & ideò patet ex dictis, quòd pluralitas vxorum quodammodò est contra legem naturę, & quodammodò non.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd consuetudo nō præiudicat legi naturę, quantùm ad prima præcepta, quę sunt ipsius, quasi communes animi cōceptiones in speculatiuis, sed ea quę ex istis trahuntur, vt conclusiones consuetudo auget: vt Tullius dicit in tertio Rhetoricorum: & similiter etiam minuit & huiusmodi est præceptum legis naturę de vnitate vxoris.

¶Ad secundū dicendum, quòd sicut Tullius dicit res à natura perfectas & à consuetudine approbatas legum virtus & religio sanxit: vnde patet, quòd illa quę lex naturalis dictat quasi ex principijs primis legis naturę derivata, non habent vim coactiuam per modum præcepti absolutè, nisi postquàm lege diuina & humana sancita sunt: & hoc est quod dicit Augustinus quòd non faciebant contra legis præcepta, quia nulla lege erat prohibitum.

¶Ad tertium patet solutio ex dictis.

¶Ad quartum dicendum, quòd ius naturale multipliciter accipitur. Primò enim aliquod ius dicitur naturale ex principio, quia à natura est inditum: & sic definit Tullius in 2. Rhetoricens. Ius naturale est quod opinio genuit, sed quod lex quędam innata inseruit. Et quia in rebus naturalibus dicuntur aliqui motus naturales, non quia sint ex principio extrinseco: sed quia sunt à principio superiori manente (Sicut motus qui sunt in elementis ex impressione corporum cœlestium, naturales dicuntur, vt Commentator dicit in tertio de Cœlo & Mundo) ideò ea quę sunt de iure diuino, dicuntur esse de iure naturali, cùm sint ex impressione & infusione superioris principij, scilicet Dei: & sic accipitur ab Isidoro, qui dicit quod ius naturale est, quod in lege & in Euangelio continetur. Tertiò, dicitur ius naturale non solū à principio, sed à natura, quia de naturalibus est, & quia natura contra rationem diuiditur, à quo homo est homo: ideò strictissimo modo accipiendo. Ius naturale est illud quod ad homines tantùm pertinet, & si sit dictamine naturalis rationis, non dicitur esse de iure naturali, sed illa tantùm quę naturalis ratio dictat de his quę sunt homini aliisque communia: & sic datur dicta definitio, scilicet. Ius naturale est quod natura omnia animalia docuit. Pluralitas ergo vxorum quamuis non sit contra ius naturale tertio modo acceptum: est tamen contra ius naturale secundo modo acceptum, quia iure diuino prohibetur: & etiam contra ius naturale primo modo acceptum, vt ex dictis patet: quia natura dictat hoc cuilibet animali secundum modum conuenientem speciei suę. Vnde etiam quędam animalia in quibus ad educationem prolis requiritur sollicitudo vtriusque, scilicet maris & fœminæ, naturali instinctu seruant coniunctionem vnius ad vnum, sicut patet in turture & columba.

¶Sed quia rationes inductę in contrarium videntur ostendere quòd pluralitas vxorum sit contra prima principia legis naturę: ideò ad eas respondeo, & dico ad quintum, quòd natura humana absque omni defectu instituta est: & ideò nō solùm sunt indita ei illa sine quibus matrimonij finis principalis esse non potest. sed etiam illa, sine quibus secundarius finis matrimonij sine difficultate haberi non posset, & hoc modo homini in ipsa sui institutione habere vnam vxorem sufficit.

¶Ad sextum

¶Ad sextum dicendum, quòd vir propter matrimonium non dat sui corporis potestatem vxori quantùm ad omnia, sed solùm ad illa quę matrimonium requirit: non autem requirit matrimonium, vt quolibet tempore vxoris petenti vir debitum reddat, nisi ad id, ad quod matrimonium principaliter est institutum, scilicet bonum prolis, & hoc est quantū sufficit ad impręgnationem. Requirit autem hoc matrimonium: inquātùm est ad remedium institutum quod est secundarius ipsius finis, vt quolibet tempore debitum petenti reddatur: & sic patet quod accipiens vxores non se obligat ad impossibile, considerato principali fine matrimonij: & ideò pluralitas vxorum non est contra præcepta legis naturæ.

¶Ad septimum dicendum, quòd illud præceptum legis naturæ. Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, debet intelligi eadem proportione seruata. Non enim si Prælatus non vult sibi resilti à subdito, ipse subdito resistere non debet. Et ideò non oportet quòd ex vi illius præcepti, quod sicut vir non vult quòd vxor sua habeat plures viros, vel alium virum, quòd ipse non habeat aliam vxorem, quia vnum virum habere plures non est contra prima præcepta legis naturæ, vt dictum est, sed vnam vxorem habere plures viros est contra præcepta prima legis naturæ, eò quòd per hoc quantum ad aliquid totaliter tollitur, & quantum ad aliquid impeditur bonum prolis quod est principalis matrimonij finis. In bono enim prolis intelligitur non solùm procreatio, sed etiam educatio. Ipsa enim procreatio prolis & si non totaliter tollatur, quia contingit, post impręgnationem primam, iterum mulierem impręgnari: vt dicitur in nono de animalibus: tamen multum impeditur, quia vix potest accidere quin corruptio accidat, quantùm ad vtrunque fœtum vel quantùm ad alterum: sed educatio totaliter tollitur, quia ex hoc quòd vna mulier plures maritos haberet, sequeretur incertitudo prolis respectu patris, cuius cura necessaria est in educando, & ideò nulla lege vel consuetudine est permissum, vnam mulierem habere plures viros, sicut econuerso.

¶Ad octauum dicendum, quòd naturalis inclinatio in appetitiua sequitur naturalem cognitionem, in cognitiõe enim: quia non ita est contra conceptionem naturalem, q̄ vir habeat plures vxores, sicut quòd vxor habeat plures viros: ideò effectus vxoris non tantùm refugit consortium in viro, sicut econuerso: & ideò tam in hominibus, quàm in alijs animalibus, inuenitur maior zelus maris ad fœminam, quam econuerso.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm aliquando licitum fuerit habere plures vxores.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quod habere plures vxores non potuerit esse aliquando licitum. Quia secundum Philosophum in secundo Ethicorum. Ius naturale semper & vbique habet naturalem potentiam eandem, sed iure naturali prohibetur pluralitas vxorum, vt ex dictis patet: ergo sicut modò non licet, ita numquam licuit.

¶Præterea. Si aliquando licuit, hoc non fuit: nisi quia per se licitum erat, vel per aliquam dispensationem licebat. Si primo modo, sic etiam nunc licitum esset. Si autem secundo modo, hoc esse non potest, quia secundum Augustinum Deus cùm sit naturæ conditor, non facit aliquid contra rationes, quas naturæ inseruit, cùm ergo naturæ nostræ Deus inseruerit, quòd sit vna vnius, videtur quòd ipse contra hoc numquam dispensauerit.

¶Præterea. Si aliquid est licitum ex dispensatione, hoc non licet: nisi illis in quibus dispensatio fit: non autem legitur aliqua dispensatio communis in lege cum omnibus facta, cùm ergo omnes communiter qui volebant plures vxores acciperent in veteri Testamento, nec ex hoc reprehendebantur a lege vel à Prophetis, non videtur quòd fuerit ex dispensatione licitum.

¶Præterea. Vbi eadem causa dispensationis, debet eadem dispensatio fieri, sed causa dispensationis non potest alia poni, nisi multiplicatio prolis ad cultum Dei, quæ etiam nunc necessaria est: ergo adhuc dicta dispensatio duraret, præsertim cùm non legatur reuocata.

¶Præterea. In dispensatione non debet prætermitti maius bonum propter minus bonum: sed fides & sacramentum, quæ non videntur posse seruari in matrimonio quo vnus pluribus vxoribus coniungitur, sunt meliora quàm prolis multiplicatio, ergo intuitu huius multiplicationis dispensatio prædicta fieri non debuisset.

¶SED CONTRA. Ad Galatas tertio dicitur, quòd lex propter præuaricatores posita est: vt scilicet eos prohiberet, sed lex vetus fecit mentionem de pluralitate vxorum sine aliqua eius prohibitione, vt patet Deutero. viceſimo. Si habuerit homo duas vxores, &c. ergo habendo duas vxores, non erant præuaricatores, & ita erat licitum.

¶Præterea. Hoc idem videtur exemplo ex sanctis Patribus qui leguntur habuisse vxores, cùm Deo essent acceptissimi, sicut Iacob, & Dauid, & plures alij, ergo aliquando fuit licitum.

CONCLVSIO.

¶Polygamia olim licita fuit antiquis Patribus & alijs, propter finem prolis multiplicandæ ad cultum Dei: nunc verò prohibetur: quia ille finis cæteraque circumstantiæ cessarunt.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut ex dictis patet, pluralitas vxorum esse dicitur contra legem naturæ, non quantùm ad prima præcepta eius, sed quantùm ad secūda, quæ quasi conclusiones à primis præceptis deriuantur. Sed quia & actus humanos variari oportet secundum diuersas conditiones personarum & temporum & aliarum circumstantiarum, ideò conclusiones prædictæ à primis legis naturæ præceptis non procedunt, vt semper efficaciam habentes, sed in maiori parte: talis est enim tota materia moralis vt patet per Philosophum in libr. Ethic. & ideò vbi eorum efficacia deficit, licitè ea prætermitti possunt. Sed quia non est facilè determinare huiusmodi varietates, ideò illi, ex cuius auctoritate lex efficaciā habet, reseruantur: vt licentiam præbeat legem prætermittendi in illis casibus, ad quos legis efficacia non extendere se debet, & talis licencia dispensatio dicitur: lex autem de vnitate vxoris non est humanitùs: sed diuinitùs instituta, nec vnquam verbis aut literis tradita: sed cordi impressa, sicut & alia quæ ad legem naturæ qualitercúnque pertinent: & ideò in hoc à solo Deo dispensatio fieri potuit per inspirationem internam, quæ quidem principaliter Patribus sanctis facta est, & per eorum exemplum ad alios deriuata est eo tempore, quo oportebat prædictum naturæ præceptum prætermitti, vt maior esset multiplicatio prolis ad cultum Dei educandæ. Semper enim principalior finis magis obseruandus est, quam secundarius. Vnde cùm bonum prolis sit principalis matrimonij finis, vbi prolis multiplicatio necessaria erat, debet negligi ad tempus impedimentum quod posset in secundarijs finibus euenire, ad quod remouendum præceptum prohibens pluralitatem vxorum ordinatur: vt ex dictis patet.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ius naturale semper & vbique quantum est de se, habet eandem potentiam, sed per accidens propter aliquod impedimentum quandóque, & alicubi potest variari, sicut ibi Philosophus exemplum ponit de alijs rebus naturalibus. Semper enim & vbique dextra est melior quàm sinistra secundum naturam: sed per aliquod accidens, contingit aliquem esse ambidextrum, quia natura nostra variabilis est, & similiter etiam de naturali iusto, vt ibidem Philosophus dicit.

¶Ad secundum dicendum, q̄ in Decret. quadam de diuortijs dicitur, quòd nunquam licuit plures habere vxores sine dispensatione per diuinam inspirationem habita, nec tamen talis dispensatio datur cōtra rationes quas Deus naturæ inseruit, sed præter eas: quia rationes illę non sunt ordinatæ ad semper, sed vt in pluribus, vt dictum est: sicut etiam non est contra naturā, quando aliqua accidunt in rebus naturalibus miraculosè præter ea quæ frequenter solent euenire.

¶Ad tertium dicendum, quòd qualis est lex, talis debet esse dispensatio legis: & quia lex naturæ est cordibus impressa, non oportuit dispensationem eorum quæ ad legem naturæ pertinent: lege scripta dari, sed per internam dispensationem fieri.

¶Ad quartum dicendum quòd veniente Christo fuit tempus plenitudinis gratiæ Christi, per quam cultus Dei in omnes gētes spirituali propagatione diffusus est: & ideò non est eadem ratio dispensationis, quæ erat ante Christi aduentum, quando cultus carnali propagatione multiplicabatur.

¶Ad quintum dicendum, quod proles, secundum quòd est bonum matrimonij, includit fidem ad Deum seruandam, quia secundum quòd proles, expectatur ad cultum Dei educanda, ponitur matrimonij bonum. Fides autem ad Deum seruanda est potior quàm fides vxori, quæ ponitur bonum matrimonij, & quàm significatio quæ pertinet ad sacramentum, quia significatio ad fidei cognitionem ordinatur: & ideo non est inconueniens, si propter bonum prolis, aliquid detrahitur alijs duobus bonis, nec tamen omninò tolluntur, quia & fides manet ad plures, & sacramentum aliquo modo: quia quamuis non significaretur coniunctio Christi ad Ecclesiam inquantùm est vna, significatur tamen distinctio graduum in Ecclesia per pluralitatem vxorum quæ quidem non solùm est in Ecclesia militante, sed etiam triumphante. Et ideò illorum matrimonia aliquo modo significant coniunctionem Christi ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecclesiam non solùm militantem, vt quidam dicunt, sed etiam triumphantem in qua sunt diuersæ mansiones.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm habere concubinam sit contra legem naturæ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd habere cõcubinam non sit contra legem naturæ. Legis enim cæremonialia non sunt de lege naturæ: sed fornicatio prohibetur Actuum xv. quæsimoquinto. inter alia cæremonialia legis, quæ ad tempus credentibus ex Gentibus imponebantur: ergo fornicatio simplex, quæ est accessus ad concubinam, non est contra legem naturæ.

¶ Præterea. Ius positiuum à naturali iure perfectum est: vt Tullius dicit: sed secundum ius positiuum fornicatio simplex nõ prohibebatur, imò potiùs in pœnam secundum antiquas leges mulieres lupanarijs traden dæ condemnabantur: ergo habere concubinam, non est contra legem naturæ.

¶ Præterea, Naturalis lex non prohibet quin illud quod datur simpliciter, possit dari ad tempus & secundum quid: sed vna mulier solata potest dare viro solato in perpetuũ sui corporis potestatem, vt ea vtatur licitè cùm voluerit: ergo non esset contra legem naturæ, si dederit ei potestatem sui corporis ad horam.

¶ Præterea, Quicunque re sua vtitur vt vult, nemini facit iniuriam: sed ancilla est res domini: ergo si dominus ea vtitur ad libitum, nulli facit iniuriam, & ita habere concubinam, non est contra legem naturæ.

¶ Præterea, Quilibet potest alteri dare quod suum est: sed vxor habet potestatem in corpore viri, vt patet primę Corinthiorum septimo: ergo si vxor velit, vir potest alteri mulieri coniungi sine peccato.

¶ SED CONTRA, Secundum omnes leges filij qui de concubina nascuntur, sunt vituperabiles: sed hoc non esset nisi concubitus, ex quo oriuntur, esset naturaliter turpis: ergo habere concubinam, est contra legem naturæ.

¶ Præterea, Matrimonium est naturale: sed hoc non esset si sine præiudicio legis naturæ homo posset coniungi mulieri præter matrimonium: ergo contra legem naturæ est, concubinam habere.

CONCLVSIO.

¶ Cùm præcipuus finis appetendæ concubinæ, sit coitus, illam habere est contra legem naturæ, illius enim finis lex naturalis aduersatur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd illa actio videtur esse contra legem naturæ, quæ non est conueniens fini debito, siue quia nõ ordinatur in ipsum per actionem agentis, siue quia de se est improportionata illi fini: finis autem, quem natura ex tali concubitu intendit, est proles procreanda & educanda, & vt hoc bonum quæreretur, posuit delectationem in concubitu, vt Constantinus dicit: quicunque ergo concubitu vtitur propter delectationẽ, quæ in ipso est, non referendo in finem à natura intentum, contra naturam facit: & similiter etiam si sit talis concubitus, qui ad illum finem conuenienter ordinari possit: & quia res à fine plurimùm nominatur, tanquàm ab optimo, sicut coniunctio matrimonij à prolis bono nomen accepit, quod per matrimonium principaliter quæritur: ita concubinæ nomen illam coniunctionem exprimit, qua solus concubitus propter seipsum quæritur. Etsi etiam aliquis quandóque ex tali concubitu prolem quærat, non tamen est cõueniens ad prolis bonum, in quo non solùm intelligitur ipsius procreatio, per quam proles esse accipit: sed etiam educatio & institutio, per quam accipit nutrimentum & disciplinam à parentibus, in quibus tribus parentes proli tenentur, secundũ Philosophum viii. Ethico. Cùm autem educatio & institutio proli à parentibus debeantur per longum tempus, exigit lex naturæ, vt pater & mater commaneant ad subueniendũ proli. Vnde aues quæ communiter pullos nutriunt, antè cõpletam nutritionem, non separantur à mutua societate, quæ incipit à concubitu vel in concumbendo. Hæc autem obligatio ad commanendum fœminam marito matrimonium facit: & ideò patet quòd accedere ad mulierem non iunctam sibi matrimonio, quæ concubina vocatur, est contra legem naturæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in Gentibus quantùm ad multa lex naturæ offuscata erat. Vnde accedere ad concubinam, malum non reputabant, sed passim fornicatione quasi licita vtebantur: sicut & alijs, quæ erant contra cæremonias Iudæorum, quamuis non essent contra legem naturæ. Et ideò Apostoli immiscuerunt prohibitionem fornicationis cæremonialibus propter discretionem, quæ erat in vtroque inter Iudæos & Gentiles.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ex prædicta obscuritate, scilicet in quam ceciderunt Gentiles, Deo debitam gloriam non reddentes: vt dicitur Rom. primo. Iex illa processit, & non ex instinctu legis naturæ: vnde prævalente Christiana religione, lex illa extirpata est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in aliquibus sicut nihil inconueniens sequitur, si rem aliquam, quam quis in potestate habet, alteri simpliciter tradat, ita etiam nec si tradat ad tempus, & sic neutrum est contra legem naturæ: non est autem ita in proposito: & ideò ratio non sequitur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd iniuria iustitiæ opponitur: lex autem naturalis non solùm prohibet iniustitiam, sed etiam opposita omnium virtutum. Sicut contra legem naturæ est, vt aliquis immoderatè comedat, quamuis talis rebus vtens suis, nulli iniuriam faciat: & præterea ancilla quamuis sit res domini ad obsequium, non est tamen res sua ad concubitum, & iterum interest qualiter quisque re sua vtatur. Facit enim talis iniuriã proli procreandæ, ad cuius bonum non sufficienter talis coniunctio ordinatur, vt dictum est.

¶ Ad quintum dicendum, quòd mulier habet potestatem in corpore viri non simpliciter, quantùm ad omnia, sed solùm quantùm ad matrimonium: & ideò non potest contra bonum matrimonij corpus viri alteri tradere.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm accedere ad concubinam sit peccatum mortale.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod accedere ad concubinam non sit peccatum mortale. Maius enim peccatum est mẽdacium, quàm fornicatio simplex: quod patet ex hoc, quòd Iudas qui fornicationem non horruit cum Thamar committere, recusauit mendacium dicens. Certè mendacio aut gueno nos poterit: sed mendacium non est semper peccatum mortale: ergo neque fornicatio simplex.

¶ Præterea, Peccatum mortale morte punitì debet: sed lex vetus non puniebat concubitum concubinę morte, nisi in aliquo casu: vt patet Deut. xxi. ergo non est peccatum mortale.

¶ Præterea, Peccata mortalia carnalia sunt minoris culpę, quã spiritualia: sed non omnis superbia aut auaritia est peccatum mortale, quæ sunt spiritualia peccata: ergo non omnis fornicatio, quæ est peccatum carnale, est mortale.

¶ Præterea, Vbi est maius incitamentum, ibi est minus peccatum, quia magis peccat qui minori tentatione vincitur: sed concupiscentia maximè instigat ad venerem: ergo cùm actus gulæ non semper sit peccatum mortale, nec fornicatio simplex erit mortale.

¶ Sed contrà, Nihil excludit à regno Dei nisi peccatum mortale: sed fornicatores excluduntur à regno Dei: vt patet primæ ad Corinthios sexto: ergo fornicatio simplex est peccatum mortale.

¶ Præterea, Sola peccata mortalia crimina dicuntur, sed fornicatio dicitur crimen, vt patet Thobiæ iv. Attende tibi ab omni fornicatione, & præter vxorem tuam nunquam patiaris crimen conscientiæ.

CONCLVSIO.

¶ Simplex fornicatio etiam ratione sui est peccatum mortale: quia tollit debitam ordinationem parentis erga liberos, ad quod maximè spectare debet coitus.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut in Secunda parte dictum est: Illi actus ex suo genere sunt peccata mortalia, per quos fœdus amicitiæ hominis ad Deum, & hominis ad hominem violatur, hæc enim sunt contra duo præcepta charitatis, quæ est animæ vita: & ideò cùm concubitus fornicarius tollat debitam ordinationem parentis ad prolem, quam natura ex concubitu intendit, non est dubium, quòd fornicatio simplex de sui ratione est peccatum mortale, etiam si lex scripta non esset.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd frequenter homo qui non vitat peccatum mortale, vitat aliquod peccatum veniale, ad quod non habet incitamentum, & ita etiam Iudas mendacium vitauit, fornicationem non vitans, quamuis illud mendacium perniciosum fuisset iniuriam habens annexam, si promissum non reddidisset.

¶ Ad secundum dicendum, quòd peccatum non dicitur mortale, quia morte temporali punitur, sed quia punitur æterna: vnde etiam furtum quod est peccatum mortale, interdum non punitur per leges temporali morte, & similiter etiam est de fornicatione.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut nõ quilibet motus superbiæ est peccatum mortale, ita nec quilibet motus luxuriæ, & huiusmodi sunt peccata venialia, & concubitus matrimonialis: interdum tamen aliqui luxuriæ actus sunt peccata mortalia, aliquibus motibus superbiæ venialibus existentibus, quia in verbis Greg. inductis intelligitur comparatio vitiorum secundum

eundum genus, non quantùm ad singulos actus.

¶ Ad quartum dicendum, quòd illa circunstantia efficacior est ad aggrauandum, quæ magis appropinquat ad speciem peccati. Vnde quamuis fornicatio ex magnitudine incitamenti diminuatur, tamen ex materia, circa quam est, grauitatem habet maiorem, quàm inordinata comestio, cùm sit circa ea quæ pertinent ad fouendum fœdus societatis humanæ, & ideò ratio non sequitur.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm aliquando licitum fuerit concubinam habere.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd aliquando licitum fuerit concubinam habere. Sicut enim habere vnam vxorem est de lege naturæ, ita non habere concubinam: sed aliquando licuit plures vxores habere, ergo & habere concubinam.

¶ Præterea. Non potest aliqua simul esse ancilla & vxor: vnde secundum legem ex hoc ipso quòd ancilla in matrimonium ducebatur, libera reddebatur: sed aliqui amicissimi Deo, legũtur ad suas accessisse ancillas, sicut Abraham & Iacob, ergo non illæ erant vxores: & sic aliquando licuit concubinas habere.

¶ Præterea. Illa quę in matrimonium ducitur, non potest eici: & filius eius debet esse hęreditatis particeps: sed Abrahã eiecit Agar, & filius eius non fuit hęres: ergo non fuit vxor Abrahæ.

¶ SED CONTRA. Ea quæ sunt contra præcepta Decalogi, nunquam licuerunt, sed habere concubinam est contra præceptum Decalogi, scilicet. Non mœchaberis: ergo nunquam fuit licitum.

¶ Præterea. Ambrosius dicit in libr. de Patriarchis. Viro non licet quod mulieri non licet, sed nunquam licuit mulieri ad alium virũ accedere, dimisso viro proprio: ergo nec viro vnquam licuit concubinam habere.

CONCLVSIO.

¶ Nunquã licuit concubinam habere, etiam ex dispensatione, nisi matrimonio iunctam, est enim contra legem naturæ, cum non sit conueniès actus ad bonum prolis.

¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd Rabbi Moyses dicit, quòd ante tempus legis fornicatio non erat peccatum, quod probat ex hoc q; Iudas cum Thamar concubuit. Sed ista ratio non cogit. Non enim necesse est filios Iacob à peccato excusari, cùm accusati fuerunt apud patrem crimine pessimo, & in Ioseph necem & venditionem consenserunt. Et ideò dicendũ est, quòd habere concubinam non matrimonio iunctam sit cõtra legem naturæ: & nullo tempore secundum se licitum fuit, nec etiam ex dispensatione. Sicut enim ex dictis patet, concubitus cum ea quæ non est matrimonio iuncta, non est conueniens actus ad bonum prolis, quod est principalis finis matrimonij, & ideò est contra præcepta legis naturæ, quæ dispensationem non recipiunt: vnde vbicunque legitur in veteri testamento, aliquos concubinas habuisse, quos necesse sit à peccato excusari: oportet eas esse matrimonio iunctas: & tamen contubinas dici, quia aliqui id habebant de ratione vxoris, & aliquid de ratione concubinæ: secundum enim quòd matrimonium ordinatur ad suum principalem finem, qui est bonũ prolis, vxor viro coniungitur insolubili coniunctione, vel saltem diuturna, vt ex dictis patet: & circa hoc non est aliqua dispensatio, sed quantùm ad finem, qui est dispensatio familiæ & cõmunicatio operum: vxor enim coniungitur viro vt socia, sed hoc deerat in his quæ concubinæ nominabantur. In hoc enim poterat esse dispensatio cùm sit secundarius matrimonij finis: & ex hac etiam parte habebant aliquid simile concubinis, ratione cuius concubinæ nominabantur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd habere plures vxores non est contra prima præcepta legis naturæ, sicut habere concubinam: & ideò ratio non sequitur.

¶ Ad secundum dicẽdum, quòd antiqui Patres ea dispensatione quam plures habebant, ad ancillas accedebant vxorio affectu, sed non erant vxores, quantum ad illam coniunctionem quæ respicit secundarium finem, cui conditio seruitutis opponitur, cùm non possit simul esse socia & ancilla.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut in lege Moysi per dispensationem licebat dare libellum repudij ad euitandum vxoricidium, vt dictum est: ita ex eadem dispensatione licuit Abraham eiicere Agar, ad significandum mysterium, quod Apostolus explicat Gal. iv. quòd etiam ille filius hæres non fuerit, ad mysterium pertinet: & quòd Esau filius liberæ hæres non fuit, vt patet Romanorum nono. Similiter etiam propter mysterium factum fuit, vt filij Iacob ex ancillis & liberis nati hæredes essent: vt Augustinus dicit: quia Christo nascuntur in baptismo filij, tam per bonos, quos libera significat, quàm per malos mi-nistros, qui per ancillas significantur.

QVAESTIO SEXAGESIMA-*sexta. De bigamia & irregularitate ex ea contracta, in quinque articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de bigamia & irregularitate ex ea contracta.

¶ Circa quod quæruntur quinque.

Primò, vtrùm illi bigamiæ, quæ est ex hoc quòd aliquis duas vxores successiuè habuerit, sit irregularitas annexa.

¶ Secundò, vtrùm irregularitatem cõtrahat, qui simul vel successiuè duas vxores habuit.

¶ Tertiò, vtrùm irregularitas contrahatur ex hoc quòd quis vxorem virginem non accipit.

¶ Quartò, vtrùm bigamia per baptismum soluatur.

¶ Quintò, vtrùm cum bigamo liceat dispensare.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm bigamia irregularitas sit annexa.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd illi bigamiæ, quæ est ex hoc quòd aliquis duas vxores successiuè habuit, non sit irregularitas annexa, quia multitudo & vnitas consequuntur ens: ergo ens & non ens non faciunt multitudinem aliquam, sed ille qui habet successiuè duas vxores, tunc vna est in esse: alia in non esse: ergo ex hoc non efficitur vir non vnius vxoris, qui secundum Apostolum ab Episcopatu prohibetur. *Tho. 4. d. 25. 27. q. 3. ar 1. 1. & seq.*

¶ Præterea. Maius signum incontinentiæ apparet in eo qui plures fornicariè cognoscit, quam qui plures vxores successiuè habet, sed ex primo non efficitur aliquis irregularis, ergo nec ex secundo.

¶ Præterea, Si bigamia irregularitatem causat, aut hoc est ratione sacramenti, aut ratione carnalis copulæ, sed non ratione primi, quia sic fi aliquis cum vna contraxisset per verbi de præsenti, & ea mortua ante carnalem copulam subsecutam duceret aliam, efficeretur irregularis, quod est contra Decretal. Innocen. III. Nec iterum ratione secundi quia secundum hoc etiam qui plures fornicario concubitu cognosceret, irregularis esset: quod falsum est: ergo nullo modo bigamia irregularitatem causat.

CONCLVSIO.

¶ Cùm bigamia tollat significationem sacramenti integram, & per consequens significationem coniunctionis Christi cum Ecclesia, quæ est vnius ad vnam meritò irregularitatem inducit.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd aliquis per sacramentum ordinis minister sacramentorum constituitur, & ille qui alij sacramenta ministrare debet, nullum defectum in sacramentis pati debet. Defectus autem in sacramento est, quando sacramenti significatio integra non inuenitur, sacramentum autem matrimonij significat coniunctionem Christi ad Ecclesiam quæ est vnius ad vnam. Et ideò requiritur ad perfectam significationem sacramenti quòd vir sit tantùm vnius vir, & vxor sit tantùm vnius vxor, & ideò bigamia quæ hoc tollit, irregularitatem inducit. Et sunt quatuor modi bigamiæ. Primus est, cùm quis plures habet vxores de iure successiuè. Secundus, cùm simul habet plures, vnam de iure, aliam de facto. Tertius, cùm habet plures successiuè, vnam de iure: aliam de facto. Quartus, quando viduam ducit vxorem, & in omnibus his est irregularitas adiuncta. Alia autem causa consequens assignatur, quia in illis qui accipiunt sacramentum ordinis, maxima spiritualitati debet apparere, tum quia spiritualia ministrant, scilicet sacramenta, tum quia spiritualia docent & in spiritualibus occupari debent. Vnde cùm concupiscentia maximè spiritualitati repugnet, per quam totus homo caro efficitur, non debet aliquod signum concupiscentiæ permanentis in eis apparere, quod quidem apparet in bigamis, qui vna vxore contenti esse noluerunt, tamen prima ratio est melior.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd multitudo plurium vxorum simul existentium est multitudo simpliciter: & ideò talis multitudo totaliter significationi sacramenti repugnat, & propter hoc totaliter sacramento. Sed multitudo vxorum successiuè est multitudo secundum quid, & ideò non tollit significationem sacramenti totaliter, nec sacramentum euacuat quantum ad sui essentiam, sed quantum ad sui perfectionem, quæ requiritur in illis qui sunt sacramentorum dispensatores.

¶ Ad secundum dicendum quòd quamuis sit in fornicarijs maioris concupiscentiæ significatio, non tamen concupiscẽtię ita adhærentis quia per fornicationem vnius alteri non in perpetuo obligatur, & iterum non est defectus sacramenti.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut dictum est, bigamia cau-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sat irregularitatem, in quantum tollit perfectam significationem sacramenti quæ quidem consistit & in coniunctione animorum, quæ fit per consensum, & in coniunctione corporum: & ideò ratione vtriusque simul oportet esse bigamiam quę irregularitatem faciat. Vnde per Decre. Inno. III. obtinatur ei quod Magister in litera dicit: scilicet quòd solus consensus per verba de præsenti sufficit ad irregularitatem inducendam.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm irregularitas sit annexa bigamiæ, quæ cõtingit ex hoc quòd homo habet duas vxores, vnam de iure, & alteram de facto.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd irregularitas non sit annexa bigamiæ, quæ contingit ex hoc quòd homo habet duas vxores, vnam de iure, aliam de facto. Quia vbi nullum est sacramentum, non potest esse defectus sacramenti: sed quando aliquis contrahit de facto cum aliqua, & non de iure, non est ibi aliquod sacramentum, quia talis coniunctio non significat coniunctionem Christi ad Ecclesiam: ergo cùm irregularitas non consequatur bigamiam nisi propter defectum sacramenti, videtur quòd talem bigamiam irregularitas non consequatur.

¶ Præterea, Aliquis accedens ad illam, cum qua contrahit de facto & non de iure, committit fornicationem, si non habeat aliquam vxorem legitimam, vel adulterium, si habeat aliam: sed diuidere carnem suam per plures per fornicationem vel adulterium non causat irregularitatem: ergo nec dictus bigamiæ modus.

¶ Præterea, Contingit quòd aliquis antequàm cognoscat carnaliter illam, cum qua de iure contraxit, cum alia cõtrahit de facto non de iure, & eam carnaliter cognoscit siue prima mortua, siue viuente: talis contraxit cum pluribus vel de iure vel de facto, & tamen non est irregularis, quia carnem suam non diuisit in plures: ergo ex prędicto modo bigamiæ non contrahitur irregularitas.

CONCLVSIO.

¶ Sine vxorem vnam qui habuerit de facto, siue alteram de iure (vbi est quædam sacramenti similitudo) irregularis efficitur, sicque bigamia vtroque modo irregularitas annexa est.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in duobus secundis modis bigamiæ contrahitur irregularitas: quia quamuis in altero non sit sacramentum, est tamen quędam sacramenti similitudo. Vnde isti duo modi sunt secundarij, & primus est principalis in irregularitate causanda.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis ibi non sit sacramentum, est tamen ibi aliqua similitudo sacramenti, quæ non est in fornicatione vel adulterino concubitu, & ideò non est simile.

¶ Et per hoc patet solutio ad secundum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd in tali casu non reputatur bigamus: quia primum matrimonium non habuit perfectam significationem suam: tamen si per iudicium Ecclesiæ compellatur ad primam redire, & eam cognoscere, statim efficitur irregularis: quia irregularitatem non facit peccatum, sed imperfectio significationis.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm contrahatur irregularitas ex hoc quòd aliquis ducit vxorem non virginem.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd non contrahatur irregularitas ex hoc quòd aliquis ducit vxorem non virginem. Quia plus impeditur aliquis defectu proprio, quàm alieno: sed si ipse contrahens non sit virgo, nõ fit irregularis: ergo multò minùs si vxor eius virgo non sit.

¶ Præterea, Potest esse quòd aliquis deflorauit aliquam, & postea ducat eam in vxorem, talis non videtur esse irregularis, quia non diuisit carnem in plures, nec etiam vxor eius, sed tamen ducit corruptam in vxorem: ergo talis modus bigamiæ non causat irregularitatem.

¶ Præterea, Nullus potest contrahere irregularitatem nisi voluntarius: sed aliquis quandóque ducit vxorem non virginem inuoluntarius, vt quando credit eam virginem esse, & postea inuenit eam corruptam fuisse, cognoscens eam: ergo talis modus non causat irregularitatem.

¶ Præterea, Corruptio sequens matrimonium est vituperabilior quàm præcedens: sed si vxor post quam est consummatum matrimonium, ab aliquo cognoscatur, non efficitur vir irregularis: aliàs puniretur pro peccato vxoris, & potest etiam esse postquam hoc sciat quod reddat ei debitum poscenti antequã de adulterio cõdemnetur accusata: ergo videtur quòd ille modus bigamiæ non causet irregularitatem.

¶ SED CONTRA est quod Grego. dicit, Præcipimus ne vnquam illicitas ordinationes facias, ne bigamus, aut qui virginem non est sortitus in vxorem, aut ignorantem literas, aut habentem quamlibet partem corporis vitiatam, vel pœnitentiæ vel curiæ, aut cuilibet conditioni obnoxium, ad sacros ordines permittas accedere.

CONCLVSIO.

¶ Ex hoc quòd vir vxorem non virginem ducit, irregularis efficitur, non autem ex hoc quòd corruptus non corruptam ducit.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in coniunctione Christi & Ecclesiæ veritas ex vtraque parte inuenitur. Et ideò siue diuisio carnis inueniatur ex parte viri siue ex parte vxoris, est defectus sacramenti. Sed tamẽ diuersimodè: quia ex parte viri requiritur, quòd aliam duxerit in vxorem, non quòd sit virgo: sed ex parte vxoris requiritur quod etiam sit virgo, cuius ratio à Decretistis assignatur. Quia Episcopus significat Ecclesiã militantem, cuius curã gerit, in qua sunt multæ correptiones: sed sponsa significat Christum, qui virgo fuit: & ideò ex parte sponsę requiritur virginitas, sed non ex parte sponsi, ad hoc quòd aliquis Episcopus fieri possit. Sed hæc ratio est expresse contra Apostolum Ephesiorum quinto, Viri diligite vxores vestras sicut & Christus Ecclesiam. Ex quo apparet quòd vxor significat Ecclesiam & sponsus Christum. & iterum: Quia vir est caput mulieris, sicut Christus Ecclesiæ. Et ideò aliqui dicunt quòd per sponsum significatur Christus, per sponsam Ecclesia triumphans in qua non est aliqua macula. Christus autem habuit primò synagogam quasi concubinam, & sic non tollitur aliquid de perfectione significationis sacramenti si priùs habuit sponsum. Sed hoc est valde absurdum, quia sicut est vna fides antiquorum & modernorum, ita vna Ecclesia. Vnde illi qui tempore synagogę Deo seruiebant, ad veritatem Ecclesię in qua Deo seruimus pertinebant. Et præterea, hoc est expresse contra illud quod habetur Ezech. 16. & Oseæ 2. vbi expresse fit mentio de desponsatione synagogæ, vnde nõ fuit sicut concubina, sed sicut vxor. Et præterea secundum hoc fornicatio esset sacramentum illius coniunctionis, quod est absurdum: & ideò Gentilitas priusquàm despõsaretur à Christo in fide Ecclesię, corrupta fuit à diabolo per idololatriam. Et ideò aliter dicendum, quòd defectus in ipso sacramento causat irregularitatem, corruptio autem extra matrimonium cõtingens, quæ præcessit matrimonium, nullum defectum facit in sacramento ex parte illius, in quo est corruptio, sed facit defectum ex parte alterius: quia actus contrahentis matrimoniũ non cadit supra seipsum, sed supra alterum: & ideò ex termino specificatur, quòd est respectu illius etiam quasi materia sacramenti. Vnde si mulier esset ordinis susceptiua, sicut efficitur vir irregularis ex hoc quòd ducit vxorem corruptam, nõ autem ex hoc quòd corruptus contrahit: ita fieret mulier irregularis si contraheret cum corrupto, non autem si cõtraheret corrupta, nisi in alio matrimonio priùs corrupta fuisset.

¶ Et per hoc patet solutio ad primum.

¶ AD SECVNDVM dicendum, quòd in tali casu sunt diuersæ opiniones, tamen probabilius est quòd non sit irregularis: quia carnem suam non diuisit in plures.

¶ Ad tertium dicendum, quòd irregularitas non est pœna inflicta, sed defectus quidam sacramentorum: & ideò non oportet quòd semper sit voluntaria bigamia ad hoc quòd irregularitatem causet: & ideò ille qui vxorem ducit corruptam, quã virginem credit, irregularis est eam cognoscens.

¶ Ad quartum dicendum, quòd si mulier fornicetur post matrimonium contractum, nõ efficitur ex hoc vir irregularis nisi post corruptionem adulterij eam iteratò cognoscat, quia aliàs corruptio vxoris nullo modo cadit sub actu matrimoniali viri: sed si etiam per ius compellatur ei reddere debitum ante cõdemnationem adulterij, irregularis efficitur, quamuis de hoc sint opiniones, sed hoc quod dictũ est, est probabilius: quia hic non requiritur quòd sit peccatum, sed significatio tantùm.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm bigamia soluatur per baptismum.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd bigamia per baptismum soluatur. Dicit enim Hieroni. in epistola ad Titum: quòd si quis ante baptismum plures vxores habuit, vel vnam ante & aliam post, non est bigamus: ergo bigamia per baptismum soluitur.

¶ Præterea, Qui facit quod maius est, facit quod minus est: sed baptismus tollit omne peccatum quod est grauius, quàm irregularitas: ergo tollit bigamię irregularitatem.

¶ Præterea, Baptismus tollit omnem pœnam ex actu proueniẽtem: sed irregularitas est huiusmodi: ergo, &c.

¶ Præterea, Bigamus est irregularis, in quantum deficit à repræsentatione Christi: sed per baptismum plenè Christo conformatur: ergo soluitur irregularitas.

¶ Præterea,

¶ Præterea, Sacramenta nouæ legis sunt magis efficacia, quàm sacramenta veteris legis, sed sacramẽta veteris legis absoluebant ir regularitates, vt in primo libro dictum est à Magistro. ergo & baptismus, qui est efficacissimum sacramentum in nouã lege, soluit irregularitatem ex bigamia contractam.

¶ SED CONTRA est quod Augustinus dicit: Acutiùs intelligunt, qui nec eum q i catechumenus aut paganus habuit alteram, ordinandum censuerunt, quia de sacramẽto agitur, non de peccato.

¶ Præterea, Sicut idem dicit: Fœmina si catechumena vel pagana vitiata est, non potest inter Dei virgines vel post baptismum velari: ergo eadem ratione, nec bigamus ante baptismum ordinari.

CONCLVSIO.

¶ Sicut baptismus non tollit coniugium, sic nec bigamiæ irregularitatem tollere potest.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd baptismus soluit culpas & non soluit coniugia, vnde cùm ex ipso coniugio sequatur irregularitas, per baptismum tolli non potest, vt Augustinus dicit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum quòd in casu isto non tenetur Hieronymi opinio, nisi fortè velimus eum exponere quòd loquitur ad sanctiorem dispensationem.

¶ Ad secũdum dicendum, quòd non oportet quòd illud quod facit maius, faciat minus, nisi sit ad illud ordinatum, & hoc deficit in proposito, quia baptismus ad irregularitatem tollendam non ordinatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hoc intelligendum est de pœnis quæ consequuntur ex actuali peccato quasi inflictæ, non in figendæ: non enim aliquis per baptismum virginitatem recuperat, nec similiter carnis indiuisionem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd baptismus conformatur Christo quantum ad virtutem mentis, sed non quantum ad statum carnis, qui consideratur in virginitate vel in diuisione carnis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd illæ irregularitates ex leuibus causis non perpetuis erant contractæ & ideò etiam per illa sacramenta auferri poterant, & iteram erant ad hoc ordinata, non autem baptismus ad hoc ordinatur.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm cum bigamo liceat dispensare.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd cum bigamo non liceat dispensare. Quia extra de bigamis dicitur: cum clericis, qui inquantum in ipsis fuit, secundas sibi mulieres coniunxerunt matrimonialiter, tanquam cum bigamis non licet dispensare.

¶ Præterea, Contra ius diuinum non licet dispensare: sed omnia quæ in Canone dicuntur, ad ius diuinum pertinent: cùm ergo Apostolus in scriptura Canonica dicat, oportet Episcopum vnius vxoris virum esse, videtur quòd in hoc non possit dispensari.

¶ Præterea, Nullus potest dispensare in his quæ sunt de necessitate sacramenti: sed nõ esse irregularem, est de necessitate sacramenti ordinis, cùm significatio quæ est sacramento essentialis, desit: ergo non potest in hoc dispensari.

¶ Præterea, Hoc quod rationabiliter factum est, non potest irrationabiliter mutari: si ergo potest rationabiliter dispensari cum bigamo, irrationabiliter est ei adiuncta irregularitas, quod est inconueniens.

¶ SED CONTRA est, quòd Lucius papa dispensauit cum Episcopo Panormitano, qui erat bigamus.

¶ Præterea, Martinus Papa dicit, Lector si viduã vxorem accipiat, in lectoratu permaneat, aut si necessitas fuerit, subdiaconus fiat, nihil autem suprà, similiter si bigamus fuerit: ergo ad minus vsque ad subdiaconatum cum eo dispensari potest.

CONCLVSIO.

¶ Cùm irregularitas bigamia nõ sit de iure naturali, sed positiuo, potest Papa cum bigamo dispensare in omnibus ordinibus: Episcopus verò solum in minoribus, nisi in quibusdam casibus.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd bigamiæ non est adiuncta irregularitas de iure naturali, sed de iure positiuo: nec ideò est de essentialibus ordinis, quòd non sit bigamus, quòd patet ex hoc quòd si aliquis bigamus ad ordines accedit, charactere accipit. Et ideò Papa potest dispẽsare in tali irregularitate totaliter, sed Episcopus, quantũ ad minores ordines. Et quidam dicunt q etiã quantũ ad maiores, in illis qui volunt Deo in religione seruire propter virandum religiosorũ discursum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd per illam Decr. ostẽditur eadem esse difficultas dispẽsandi in illis, qui de facto cũ plurib us contraxerunt, ac si de iure contraxissent, non quòd dubitrahatur simpliciter potestas Papæ dispensandi in talibus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc est verum quantum ad ea quæ sunt de iure naturali, & quantum ad ea quæ sunt de necessitate sacramentorum & fidei: sed in aliis quæ sunt de institutione Apostolorum, cùm Ecclesia habeat nunc eandem potestatem statuendi & destituendi, quam tunc habuerit, potest per eum qui primatum tenet, in Ecclesia dispensari.

¶ Ad tertium dicendum, quod non quælibet significatio est de essentia sacramenti, sed tantùm illa quæ pertinet ad officium sacramenti, & talis non tollitur per irregularitatem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd in particularibus non potest inueniri ratio, quæ omnibus competat æqualiter propter eorum diuersitatem: & ideò quòd vniuersaliter statutum est, rationabiliter consideratis his, quæ in pluribus accidunt, potest etiam per dispensationem rationabiliter remoueri in aliquo casu determinato.

QVAESTIO SEXAGESIMASEPTIMA, DE *libello repudij, in septem articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de libello repudij.

¶ Circa quod quæruntur septem.

¶ Primò, vtrùm inseparabilitas matrimonij sit de lege naturæ.

¶ Secundò, vtrùm repudiare vxorem possit esse licitum per dispensationem.

¶ Tertiò, vtrùm sub lege Moysi fuerit licitum.

¶ Quartò, vtrùm liceat vxori repudiatę aliam virũ accipere.

¶ Quintò, vtrùm liceat viro repudiatam à se iterum ducere.

¶ Sextò, vtrùm causa repudij fuerit odium vxoris.

¶ Septimò, vtrum causæ repudij deberent in libello scribi.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm inseparabilitas vxoris sit de lege naturæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd inseparabilitas vxoris non sit de lege naturæ. Lex enim naturæ cõmunis est apud omnes: sed nulla lege præter legem Christi fuit prohibitum vxorem dimittere: ergo inseparabilitas vxoris non est de lege naturæ. *Th. 4. di. 33. q. 2. ar 1. & si.*

¶ Præterea, Sacramenta non sunt de lege naturæ: sed inseparabilitas matrimonij ad sacramenti bonum pertinet: ergo non est de lege naturæ.

¶ Præterea, Coniunctio viri & fœminæ in matrimonio ordinãtur principaliter ad prolis generationem & educationem, & institutionem: sed hæc omnia aliquo certo tempore cõsumantur: ergo post illud tempus licet vxorem dimittere sine aliquo præiudicio legis naturæ.

¶ Præterea, Ex matrimonio principaliter quæritur bonum prolis: sed inseparabilitas est contra bonum prolis. quia, vt dicunt Philosophi, aliquis vir non potest ex aliqua fœmina prolem accipere, qui tamen ex alia accipere posset, & quæ etiam ab alio viro impręgnaretur: ergo inseparabilitas matrimonij magis est contra legem naturæ, quàm de lege naturæ.

¶ SED CONTRA, Illud præcipuè est de lege naturæ quod natura bene instituta accepit in sui principio: sed inseparabilitas matrimonij est huiusmodi, vt patet Matth. 19. ergo est de lege naturæ.

¶ Præterea, De lege naturę est, quòd homo Deo non contrarietur: sed homo quodammodò contrarius esset Deo, si separaret quos Deus coniunxit. cùm ergo ex hoc instituta sit inseparabilitas matrimonij, Matth. 19. videtur quòd sit de lege naturę.

CONCLVSIO.

¶ Cùm coniugij fines sint ita à lege naturæ constituti, vt perpetuò liberi educentur hæredesque instituantur, meritò eadem iure vir ab vxore separari non potest.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd matrimonium ex intentione naturę ordinatur ad educationem prolis, non solùm ad aliquod tempus, sed per totam vitam prolis. Vnde de lege naturę est quòd parẽtes filijs thesaurizent, & filij parentum hęredes sint. Et ideò cùm proles sit commune bonum viri & vxoris, oportet eorum societatem perpetuò permanere indiuisam secundum legis naturę dictamen: & sic inseparabilitas matrimonij est de lege naturę.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sola lex Christi ad perfectum humanum genus adduxit, reducens in statum nouitatis naturę. Vnde & in lege Moysi & in legibus humanis non potuit totum auferri quod contra legem naturę erat, hoc enim soli legi Spiritus & vitę reseruatum est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd inseparabilitas competit matrimonio, secundum quòd est signum perpetuę coniunctionis Christi & Ecclesię, & secundum quòd etiã in officium naturę ad bonũ prolis ordinatũ, vt dictum est: sed quia separatio matrimonij magis directè repugnat significationi quã prolis bo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

no, cui consequenter repugnat, vt dictum est: inseparabilitas matrimonij magis in bono sacramenti intelligitur quam in bono prolis, quamuis in vtroque intelligi possit, & secundum quod pertinet ad bonum prolis, effet de lege naturæ, non autem secundum, quòd pertinet ad bonum sacramenti.

¶Ad tertium patet solutio ex dictis.

¶Ad quartum dicendum, quòd matrimonium principaliter ordinatur ad bonum commune, ratione principalis finis, qui est bonum prolis: quamuis etiam ratione finis secundarij ordinetur ad bonum matrimonium contrahentis: prout per se est in remedium concupiscentiæ. Et ideò in legibus matrimonij magis attenditur, quòd omnibus expediat quam quòd vni competere possit, quamuis ergo matrimonij inseparabilitas impediat bonum in aliquo homine, tamen non est conueniens ad bonum prolis simpliciter, & propter hoc ratio non sequitur.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm potuerit esse licitum per dispensationem vxorem dimittere.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd vxorem dimittere per dispensationem esse licitum nõ potuerit. Illud enim quod est in matrimonio contra bonum prolis, est contra præcepta legis naturæ, quæ indissolubilia sunt, sed dimissio vxoris est huiusmodi, vt ex dictis patet: ergo, &c.

¶Præterea. Concubina differt ab vxore præcipuè in hoc, quòd non est inseparabiliter iuncta: sed habere concubinas fuit indispensabile: ergo & dimittere vxorem.

¶Præterea. Homines ita sunt modò receptibiles dispensationis, sicut fuerunt olim: sed modò non potest dispensari cũ aliquo, vt vxorem dimittat: ergo nec olim.

¶SED CONTRA. Agar cognita est ab Abraham vxorio affectu, vt dictum est: sed ipse eam præcepto diuino eiecit, & non peccauit: ergo potuit per dispensationem fieri licitum, quòd homo vxorem dimitteret.

CONCLVSIO.

¶Siue inseparabilitas matrimonij inter prima præcepta legis naturæ, siue inter secunda contineatur, sub dispensatione cadere potest.

¶RESPONDEO dicendum, quòd dispensatione in præceptis præcipuè quæ sunt aliquo modo legis naturæ, est sicut mutatio cursus naturalis rei, qui quidem mutari dupliciter potest. Vno modo ex aliqua causa naturali per quam alia causa naturalis impeditur à cursu suo, sicut est in omnibus quę in minori parte casualiter accidunt in natura: sed per hunc modum non variatur cursus rerum naturalium quę sunt semper, sed quæ sunt frequenter. Alio modo per causam penitus supernaturalem: sicut in miraculis accidit. Sed hoc modo potest mutari cursus naturalis: non solùm qui est ordinatus, vt fit frequenter, sed qui est ordinatus etiam vt sit semper: vt patet in stratione solis tempore Iosuę, & reditu eius tempore Ezechiæ, & de eclipsi miraculosa tẽpore passionis Christi. Hæc etiã est ratio dispẽsationis in præceptis legis naturæ, quãdo est in causis inferioribus: & sic dispẽsatio cadere potest supra secũda præcepta legis naturę, nõ autẽ supra prima, quia illa sunt quasi semper existentia, vt dictum est de pluralitate vxorum, & huiusmodi. Aliquando autem est tantùm in causis superioribus, & tunc potest dispensatio esse diuinitùs, etiam contra prima præcepta legis naturæ, ratione alicuius mysterij diuini significãdi vel ostendendi: sicut patet de dispensatiuo præcepto Abrahę facto de occisione filij innocentis. Tales autem dispensationes non fiunt communiter ad omnes, sed ad alias singulares personas, sicut etiam in miraculis accidit. Si ergo inseparabilitas matrimonij inter prima præcepta legis naturæ contineatur, solùm hoc secundo modo sub dispensatione cadere potuit. Si autem sit inter secunda præcepta legis naturæ, etiam primo modo cadere potuit sub dispẽsatione. Videtur autem magis inter secunda præcepta legis naturæ cõtineri. Inseparabilitas enim matrimonij non ordinatur ad prolis bonum, quod est principalis matrimonij finis, nisi quantũ ad hoc, quòd per parentes filiis prouideri debet in torã vitam per debitam præparationem eorum, quæ sunt necessaria in vita, huiusmodi autem præparatio non est de prima intentione naturæ, secundum quam omnia sunt communia. Et ideò non videtur esse contra primam intentionem naturæ dimissio vxoris, & per consequens nec contra prima præcepta, sed contra secunda legis naturæ: vnde etiã primo modo sub dispẽsatione videtur posse cadere.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in bono prolis, secundum quòd est de prima intentione naturæ, intelligitur procreatio & nutritio, quousque proles ad perfectam ætatem ducatur: sed quòd ei prouideatur in posterum per hæreditatis & aliorum bonorum dimissionem, videtur pertinere ad secundum legis naturæ præceptum.

¶Ad secundum dicendum, quòd habere concubinam est contra bonum prolis, quantum ad id quod natura in eo in prima intentione intẽdit: scilicet educationem & institutionem, quę requirit diuturnam commansionem parentum, quod non est in concubina, quæ ad tempus assumitur: & ideò non est simile, tamen quantum ad secundam intentionem etiam habere concubinam sub dispensatione cadere potest: vt patet Olex 1.

¶Ad tertium dicendum, quòd inseparabilitas, quamuis sit de secunda intentione matrimonij, prout est in officium naturæ, est tamen de prima intentione ipsius, prout est sacramentum Ecclesię: & ideò ex quo institutum est, vt sit Ecclesia sacramentum, manente tali dispensatione, non potest sub tali dispensatione cadere, nisi fortè secundo modo dispensationis.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm sub lege Moysi licitum fuerit vxorem dimittere.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd sub lege Moysi fuerit licitum vxorem dimittere. Vnus enim modus consentiendi est non prohibere, cùm possit: consentire autem illicito est illicitum, cùm ergo Moyses non prohibuerit vxoris repudium, nec peccauerit, quia lex sancta est, vt dicitur Rom. septimo. videtur quòd repudium fuerit aliquando licitum.

¶Præterea, Prophetæ locuti sunt Spiritusancto inspirante vt patet 2. Petri 1. sed Mala. 3. dicitur: si odio habueris eã, dimitte: ergo cùm illud quod spiritus sanctus inspirat, non sit illicitum videtur quod repudium vxoris non semper fuerit illicitum.

¶Præterea, Chrisо. dicit, quòd sicut Apostoli permiserunt secundas nuptias, ita Moyses permisit libellum repudij: sed secundæ nuptię non sunt peccatum: ergo nec repudium vxoris sub lege Moysi.

¶SED CONTRA est, quod Dominus dicit, quòd libellus repudij datus est Iudęis propter duritiam cordis eorum: sed duritia cordis eorum non excusabat eos à peccato: ergo nec lex de libello repudij.

¶Præterea, Chry. dicit super Math. 2. quòd Moyses dando libellum repudij, non iustitiam Dei monstrauit, vt quasi per legem agentibus peccatum non videatur esse peccatum.

CONCLVSIO.

¶Non licebat Dei mandato sub lege Moysi vxorem repudiare, sed propter duritiam cordis Iudæorum illis permittebatur, vt maius malum euitaretur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam dicunt quòd illi qui sub lege vxorem, dato libello repudij, dimittebant, non excusabãtur à peccato, quamuis excusarentur à pœna secundum legem infligenda: & per hoc dicitur Moyses libellum repudij permisisse: & sic ponunt quatuor modos permissionis. Vnus per priuationem præceptionis, vt quando maius bonum non præcipitur, minus bonum permitti dicitur: sicut Apostolus non præcipiẽdo virginitatem, matrimonium permisit, 1. Corin. 7. Secundus per priuationem prohibitionis, sicut venialia dicuntur permissa, quia non sunt prohibita. Tertius per priuationem cohibitionis, & peccata omnia dicuntur permitti à Deo, inquantum non impedit, cùm impedire possit. Quartus per priuationem punitionis & sic libellus repudij in lege permissus fuit, non quidem propter aliquod maius bonum consequendum, sicut fuit dispensatio de pluribus vxoribus habendis: sed propter malum cohibendum, scilicet vxoricidium, ad quod Iudęi proni erant propter corruptionẽ fragilis: sicut permissum est eis extraneis fœnerari propter corruptionem aliquam in cõcupiscibili, ne scilicet fratribus fœnerarentur: & sic propter corruptionẽ spitionis in rationali fuit permissum sacrificium zelotypiæ, ne fola suspitio apud eos indicium corrumperet. Sed quia lex vetus quamuis gratiam nõ conferret, tamen ad hoc data erat, vt peccatum ostenderet, vt communiter Sancti dicunt. Ideò aliis videtur quòd si repudiãdo vxorem peccassent, hoc saltem eis per legem ac prophetas indicari debuisset. Isaiæ 58. Annuntia populo meo scelera eorum. Aliàs videretur nimis esse negligenti, si ea quæ necessaria sunt ad salutem, quæ non cognoscebant, nunquam eis nuntiata fuissent, quod nõ potest dici, cùm iustitia legis tempore suo obseruata vitam mereretur æternã. Et propter hoc dicunt, quòd quamuis repudiare vxorem, per se sit malum, tamen ex permissione diuina licitũ fiebat: & hoc confirmant autoritate Chrysostomi, qui dicit quòd à peccato abstulit culpam legislator quando permisit repudium, & quibus hoc probabiliter dicatur, tamen primum communiùs tenetur: ideò ad vtrasque rationes respondendum est.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aliquis qui potest prohibere, non peccat si à prohibitione abstineat, non spe-

bitione occasionem sumere, & sic accidit Moysi: vnde diuina autoritate fretus, libellum repudij non prohibuit.

¶Ad secundum dicendum, quòd Prophetæ spiritusancto inspirati non dicebant dimittendam esse vxorem, quasi Spiritus sancti præceptum sit, sed quasi permissum, ne aliqua peiora fierent.

¶Ad tertium dicendum, quòd illa permissionis similitudo nõ est intelligenda quantum ad omnia, sed solùm quantum ad causam eandem: quia vtraque permissio ad vitandam turpitudinem facta est.

¶Ad quartum dicendum, quòd quamuis duritia cordis nõ excusaret à peccato, tamen permissio ex duritie facta excusat. Quædam enim prohibentur sanis, quæ non prohibentur infirmis corporaliter, nec tamen infirmi peccant permissione sibi facta vtentes.

¶Ad quintum dicendum, quòd aliquod bonum potest intermitti dupliciter. Vno modo propter aliquod maius bonum consequendum, & tunc intermissio illius boni ex ordine ad maius bonũ accipit honestatem: sicut intermittebatur singula ritas vxoris honestæ à Iacob propter bonũ prolis. Alio modo aliquod bonũ intermittitur ad vitandũ maius malũ: & tunc si autoritate eius, qui dispensare potest, hoc fiat, reatũ talis boni intermissio non habet, sed honestatem aliam non acquirit: & sic indissibilitas matrimonij in lege Moysi intermittebatur propter malum maius vitandum, scilicet vxoricidium. Et ideò Chrysostomus dicit, quòd à peccato abstulit culpam, quamuis enim ordinatio maneret in repudio, ex quo peccatum dicitur, tamen reatum pœnæ non habebat, neque temporalis neq; perpetuę, in quantum diuina dispensatione fiebat, & sic erat ab eo culpa ablata: & ideò etiam ipse ibidem dicit, quòd permissum est repudium non malum quidem, tamen licitum, quod quidem illi qui sunt de prima opinione, referunt ad hoc tantùm quod non habebat reatum temporalis pœnæ.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm liceat vxori repudiatæ alium virum habere.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd liceret vxori repudiatæ alium virum habere. Quia in repudio magis erat iniquitas viri repudiantis, quàm vxoris repudiatæ: sed vir poterat sine peccato aliam ducere vxorem: ergo vxor sine peccato alium virum ducere poterat.

¶Præterea, Aug. dicit quòd de duabus vxoribus (quando mos erat) peccatum non erat: sed tempore legis veteris erat talis consuetudo, quòd repudiata alium virum ducebat, vt patet Deut. 24. Cùm egressa virum alterum, &c. ergo non peccabat, alteri viro se iungendo.

¶Præterea, Matth. 5. Dominus iustitiam noui Testamenti ostendit superabundantem esse respectu iustitiæ veteris Testamenti: hoc autem dicit ad iustitiæ noui Testamenti superabundantiam pertinere, quòd vxor repudiata non ducit alterum virum: ergo in veteri lege licebat.

¶SED CONTRA est quod dicitur Matt. 5. Qui dimissam duxerit, mœchatur: sed mœchia nũquã fuit in veteri lege licita: ergo vxori repudiatæ non licuit alium virum habere.

¶Præterea, Deute. 24. dicitur, quòd mulier repudiata quę alij virum duceret, polluta erat, & abominabilis facta coram Domino: ergo peccabat, alium virum ducendo.

CONCLVSIO.

¶Cùm mulier quanto tempore viuit, alligata sit legi viri, non potest etiam repudiata alteri nubere, nisi ex dispensatione diuina ei permissum fuerit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd secundum primam opinionem post repudium vxor peccat alteri viro coniuncta, quia adhuc primum matrimonium non erat solutum. Mulier enim quanto tempore viuit, alligata est legi viri: vt patet Romano. 7. non autem poterat simul plures viros habere. Sed secundum aliam opinionem sicut licebat ex dispensatione diuina viro vxorem repudiare, ita vxori aliũ virum ducere: quia inseparabilitas matrimonij ex causa diuinæ dispensationis tollebatur, qua inseparabilitate manente, intelligitur verbũ Apostoli. Vt ergo ad vtrasque rationes respondeamus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum quòd viro licebat plures vxores simul habere secundum dispensationem diuinam: & ideò vna dimissa in matrimonio non soluto, poterat aliam ducere, sed nunquam vxori licuit habere plures viros: & ideò non est simile.

¶Ad secundum dicendum, quòd in illo verbo Aug. mos non ponitur pro consuetudine, sed pro actu honesto, secundum quem à more dicitur aliquis morigeratus, quia est bonorũ morum: & sic à more philosophia moralis nominatur.

¶Ad tertium dicendum, quòd Dominus Matthæi 5. ostendit nouam legem abundare per consilia ad veterem, non solùm ad ea quæ lex vetus licita faciebat, sed etiam quantũ ad ea quę in veteri lege illicita erant: sed à multis licita putabantur per non rectam præceptorum expositionem, sicut patet de odio inimici, & ita est etiam de repudio.

¶Ad quartum dicendum, quòd verbum Domini intelligitur quantum ad tempus nouę legis in quo recta permissio est sublata: & sic etiam intelligitur quoddam verbum, Chrisо. qui dicit quòd qui secundum legem dimittit vxorem quatuor facit iniquitates: quia quo ad Deum existit homicida, inquantũ habet propositum occidendi vxorem, nisi eam dimitteret: & quia dimittit non fornicantem, in quo casu lex Euangelij vxorem dimittere permittit: & similiter quia facit eam adulteram & illum cui copulatur.

¶Ad quintum dicendum, quòd quædam glo. interlinearis dicit, polluta est & abominabilis: sed illius iudicio qui quasi pollutam eam priùs dimisit, & sic non oportet quòd sit polluta simpliciter. Vbi dicitur polluta eo modo quo immundus dicebatur, qui mortuum tangebat vel leprosum, non immunditia culpæ, sed cuiusdam irregularitatis legalis: vnde & sacerdotis non licebat viduam, aut repudiatam ducere in vxorem.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm liceat viro repudiatam à se accipere.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd licebat viro repudiatam à se accipere. Licet enim corrigere quod male factum est: sed male factum erat, quòd vir vxorem repudiabat: ergo licebat hoc corrigere reducendo vxorem ad se.

¶Præterea, Semper licuit peccanti indulgere, cùm sit mortale præceptum, quod in omni lege manet: sed vir repudiando repudiatam, ei peccanti indulgebat: ergo & hoc licitum erat.

¶Præterea, Deute. 24. ponitur pro causa quare non possit accipi iterum, quia polluta est: sed repudiata non polluitur, nisi alterum virum ducendo: ergo saltem antè quàm alium virum duceret, licebat eam accipere.

¶SED CONTRA est quod dicitur Deutero. 24. quòd non poterat prior maritus accipere eam, &c.

CONCLVSIO.

¶Ne temere vir vxorem repudiaret, prohibitum fuit ne semel ab ea repudiatam denuò in vxorem accipiat.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in lege de libello repudij duo erant permissa, scilicet dimittere vxorem, & vxorem dimissam alteri iũgi: & duo præcepta, scilicet scriptura libelli repudij, & quòd iterum maritus repudians eam accipere non possit: quod quidem secundum eos qui primam opinionem tenent, factum fuit in pœnam mulieris, quæ alteri nupsit, & in hoc peccato polluta est. Sed secundum alios, vt vir non de facili vxorem repudiaret, quam postea nullo modo recuperare posset.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ad illius mali impedimentum, quod committebat aliquis, repudiando vxorem, ordinabatur quòd vir vxorem repudiatam assumere iterato non posset, vt patet ex dictis: & ideò diuinitùs ordinatum fuit.

¶Ad secundum dicendum, quòd semper licuit indulgere peccanti, quantum ad rancorem cordis, sed non quantum ad pœnam diuinitùs taxatam.

¶Ad tertium dicendum, quòd in hoc duplex est opinio. Quidam enim dicunt quòd licuit repudiatam viro reconciliari, nisi in matrimonio alteri viro esset iuncta. Tunc enim propter adulterium, cui se mulier voluntariè subdit, in pœnam dabatur ei quòd ad priorem virum nõ rediret, sed quia lex vniuersaliter prohibet: & ideò dicunt alij quòd etiam antequam alteri nuberet, non poterat reuocari, ex quo repudiata erat: quia pollutio non intelligitur quantum ad culpam, secundum quod dictum est.

ARTICVLVS VI.

¶Vtrùm causa repudij sit odium vxoris.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd causa repudij fuerit odium vxoris, secundum hoc quod dicitur Mala. 3. Si odio habueris eam, dimitte illam.

¶Præterea, Deut. 24. dicitur: Cùm non inuenerit gratiã in oculis eius propter aliquam fœditatem, &c. ergo idè quòd priùs.

¶Sed contrà, Sterilitas & fornicatio magis contrariantur matrimonio quàm odium: ergo illa potiùs debuerunt esse causa repudij, quàm odium.

¶Præterea, Odium potest causari ex virtute eius qui odio habetur: si ergo odium est sufficiens causa, tunc mulier posset repudiari propter virtutem eius, quod est absurdum.

¶Præterea, Deute. 21. dicitur: Si dimiserit vir vxorem suam, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

postea odio habuerit,& obiecerit ei stuprum ante coniugium, si in probatione defecerit,verberabitur,& centũ siclis argenti condemnabitur,& non poterit eam dimittere omni tempore vitæ suæ:ergo odium non est sufficiens causa repudij.

CONCLVSIO.

¶Inpudij proxima causa est odium viri in vxorem,quod cũ ex aliqua causa contrahatur alias esse causas,sed remotas,repudij fatendum est.

¶RESPONDEO dicendum,quòd causa permissionis repudiandi vxorem fuit vitatio vxoricidij, vt sancti communiter dicunt. Proxima autem causa homicidij est odium, & ideò proxima causa repudij est odium,sed odium ex alia causa causatur sicut & amor:& ideò oportet etiam aliquas causas repudij ponere remotas,quæ erant causa odij. Dicit autem Augu. in gloss.Deute.24. Multæ erant in lege causæ dimittendi vxorem,solam Christus fornicationem excipit, cæteras molestias iubet pro fide & castitate coniugij sustinere. Hæ autem causæ intelliguntur fœditates in corpore,puta infirmitas vel aliqua notabilis macula:vel in anima:sicut fornicatio, vel aliqua huiusmodi,quod in moribus inhonestatem facit.Sed quidam has causas magis coarctant satis probabiliter dicentes, quòd non licebat repudiare nisi propter aliquam causam polt matrimonium superuenientem,nec propter quamlibet talem, sed propter illas solùm quæ possunt bonum prolis impedire: vel in corpore, vt sterilitas, aut lepra, aut aliquid huiusmodi, vel in anima, vt si esset malorum morum, quos filij ex conuersatione ad ipsam imitarentur.Sed quædam gloss.super illud Deute. 22. Cùm non inuenerit gratiam, &c. Videtur magis arctare: scilicet ad peccatum, cùm dicit ibi,per fœditatem peccatum intelligitur,sed peccatum glossa nominat non solùm in moribus animæ,sed etiam in natura corporis.

¶Sic ergo prima duo concedimus.

¶AD TERTIVM dicendum, quòd sterilitas & alia huiusmodi,sunt causa odij,&sic sunt causæ remotæ.

¶Ad quartum dicendum, quòd propter virtutem non est aliquis odibilis, per se loquendo, quia bonitas est causa amoris,& ideò ratio non tenet.

¶Ad quintum dicendum, quòd dabatur in pœnam viri, quòd non posset in perpetuum repudiare vxorem in casu illo, sicut etiam in alio casu quando puellam deflorauit.

ARTICVLVS VII.

¶Vtrùm causæ repudij debebant in libello scribi.

AD SEPTIMVM sic proceditur.Videtur q causæ repudij debebant in libello scribi. Quia per libellum repudij scriptum à pœna legis absoluebatur:sed hoc omninò videtur iniustum nisi causis sufficientibus repudij assignatis: ergo illas oportebat scribere in libello.

¶Præterea. Ad nihil aliud illa scriptura valere videbatur:nisi vt causæ repudij ostenderentur:ergo si non inscribebantur, frustra libellus ille tradebatur sibi.

¶Præterea.Hoc Magister dicit in litera.

¶SED CONTRA Quia causæ repudij aut erant sufficientes, aut non:si sufficientes: præcludebatur mulieri via ad secundas nuptias, quæ ei secundum legem concedebantur:si insufficientes,ostendebatur iniustum repudium,& sic repudium fieri non poterat:ergo nullo modo causæ repudij ibi in speciali inscribebantur.

CONCLVSIO.

¶Causæ repudij in libello particulatim nõ scribebãtur,sed generatim.

¶RESPONDEO dicendum,quòd causæ repudij ibi in speciali non scribebãtur in libello,sed in generali,vt ostenderetur iustum repudium:sed secũdum Iosephum, vt mulier habens libellum conscriptum de repudio, alteri nubere posset, aliàs enim ei traditum non fuisset. Vnde secundum eum erat scriptura talis,Promitto tibi quòd nunquàm tecum conueniã: sed secundum Augu.ideò libellus scribebatur, vt mora interueniente,& consilio Scribarum dissuadente, vir à proposito repudiandi desisteret.

¶Et propter hoc patet solutio ad obiecta.

QVAESTIO SEXAGESIMAOCTAVA, DE *filijs illegitimè natis, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de filiis illegitimè natis.

¶Et circa hoc quæruntur tria.

¶Primò, vtrùm qui nascuntur extra verum matrimonium,sint illegitimi.

¶Secundò, vtrùm illegitimi filij debeant ex hoc damnum reportare.

¶Tertiò,vtrùm possint legitimari.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm filij qui nascuntur extra verum matrimoniũ,sint legitimi.

AD PRIMVM sic proceditur.Videtur quòd filij qui nascuntur extra verum matrimonium, sint legitimi. Quia secundum legem natus legitimus filius dicitur:sed quilibet nascitur secundum legem ad minus naturæ quæ fortissima est: ergo quilibet filius dicitur legitimus. *Th. 4. dist. 41. q. 1. vnica. art. 3. q. 1. & seq.*

¶Præterea,Communiter dicitur quòd legitimus filius est qui est de legitimo matrimonio,vel de eo quod in facie Ecclesiæ legitimum reputatur:sed contingit quandoq; quòd aliquod matrimonium legitimum reputatur in facie Ecclesiæ,quod habet impedimentum, ne sit verum matrimonium, & tamen à contrahentibus in facie Ecclesiæ scitur:& si occultè nubant,& impedimentum nesciant,legitimum videtur in facie Ecclesiæ ex quo per Ecclesiam non prohibetur:ergo filij extra verum matrimonium nati non sunt legitimi.

¶SED CONTRA, Illegitimum dicitur quòd est contra legem: sed illi qui nascuntur extra matrimonium, nascuntur contra legem:ergo sunt illegitimi.

CONCLVSIO.

¶Liberi qui nascuntur ex simplici fornicatione, non sunt legitimi, sed solùm naturales:qui vel ex stupro vel ex adulterio,nec naturales,nec legitimi sunt habendi.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quadruplex status est filiorum. Quidam enim sunt naturales & legitimi, sicut illi qui nascuntur ex vero & legitimo matrimonio. Quidam naturales & non legitimi, vt filij qui nascũtur de simplici fornicatione. Quidam legitimi & non naturales, sicut filij adoptiui. Quidam nec legitimi nec naturales, sicut spurij nati de adulterio & de stupro.Tales enim nascuntur & contra legem positiuam & contra legem naturę expresse.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis illi qui nascuntur ex illicito coitu,nascuntur secundum naturam,quę cõmunis est homini & omnibus animalibus, tamen nascuntur contra legem naturæ,quę est propria hominibus, quia fornicatio & adulterium & huiusmodi sunt contra legem naturę,& ideò tales secundum nullam legem sunt legitimi.

¶Ad secundum dicendum, quòd ignorantia excusat illicitum coitum à peccato nisi sit affectata.Vnde illi qui conueniunt bona fide in facie Ecclesiæ, quamuis sit impedimentum, dum tamen ignorent non peccant, nec filij sunt illegitimi. Si autem sciant quamuis Ecclesia sustineat quę ignorat impedimentum non excusantur à peccato,nec filij ab illegitimitate. Si autem nesciant & in occulto contrahant non excusantur, quia talis ignorantia videtur affectata.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm filij illegitimi debeant aliquod damnum reportare.

AD SECVNDVM sic proceditur.Videtur q illegitimi filij nõ debeant aliquod damnum reportare. Quia filius non debet puniri pro peccato patris, vt patet per sententiam Domini, Ezechiel. 18. sed quòd iste nascatur ex illicito coitu, non est peccatum proprium,sed peccatum patris:ergo ex hoc non debet aliquod damnum incurrere.

¶Præterea, Iustitia humana est extracta à diuina, sed Deus æqualiter largitur bona naturalia legitimis & illegitimis filijs: ergo & secundum iura humana filij illegitimi debent legitimis æquiparari.

¶SED CONTRA est quod dicitur Gen.25.quòd Abraham dedit omnia bona Isaac,& filijs concubinarum largitus est munera: & tamen illi non erant ex illicito coitu nati: ergo multò magis debent illi,qui ex illicito coitu nascuntur,hoc damnum reportare,quòd non succedant in bonis paternis.

CONCLVSIO.

¶Liberi illegitimi duplici damno afficiuntur:vnũ est,quia nõ admittuntur ad actus legitimos:alterum,quòd nõ succedũt in hæreditate paterna in septima tamẽ parte succedere possunt naturales filij,spurij verò nulla ex parte,nisi quòd eis parentes necessaria suppeditare tenentur.

¶RESPONDEO dicendum,quòd aliquis dicitur damnum ex aliquo incurrere dupliciter. Vno modo per hoc quòd ei subtrahitur,quod erat ei debitum: & sic filius illegitimus nullum damnum incurrit.Alio modo per hoc,quòd ei aliquid nõ est debitum,quod aliàs poterat esse ei debitum:& sic filius illegitimus damnum incurrit duplex: vnum, quia non admittitur ad actus legitimos,sicut ad officia & dignitates quę requiruntur aliquam honestatem in illis qui hoc exercent: aliud damnum incurrit,quia non succedit in hęreditate paterna. Sed naturales filij succedere possunt in septima parte tantùm,spurij autẽ in nulla parte, quamuis ex iure naturali parentes eis in necessarijs prouidere teneantur. Vnde pertinet ad solicitudinem Episcopi,vt vtrunq; parentum cogat ad hoc,quòd eis prouideat.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd incurrere damnum hoc secundo modo, non est pœna: & ideò non dicimus quòd sit

quod sit pœna, quòd aliquis non succedit in regno aliquo per hoc,quòd non est filius regis:& similiter non est pœna, quod alicui qui non est legitimus,non debeantur ea quæ sunt legitimorum filiorum.

¶Ad secundum dicendum,quòd communiter illegitimus non est contra legem,inquantùm est actus generatiuæ virtutis,sed inquantùm ex praua voluntate proceditur: & ideò filius illegitimus non incurrit damnum in his, quæ per voluntatẽ fiunt vel possidentur.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm filius illegitimus posset legitimari.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd filius illegitimus non possit legitimari. Quantum enim distat legitimus ab illegitimo, tantùm econuerso illegitimus à legitimo:sed legitimus in regno nunquam fit illegitimus:ergo illegitimus nunquam fit legitimus.

¶Præterea,Coitus illegitimus creat illegitimũ filium:sed coitus illegitimus nunquam fit legitimus:ergo nec filius illegitimus legitimari potest.

¶SED CONTRA est, quod per legem inducitur, per legem reuocari potest: sed illegitimitas filiorũ est per legem positiuam inductа:ergo potest filius illegiti mus legitimari ab eo qui habet autoritatem legis.

CONCLVSIO.

¶Cùm liberi dicantur illegitimi lege positiua, per eandem etiam legem legitimari possunt.

¶RESPONDEO dicendum,quòd filius illegitimus potest legitimari,non vt fiat de legitimo coitu natus,quia coitus ille transiuit,& nunquam potest fieri legitimus, ex quo semel fuit illegitimus.Sed dicitur legitimari,inquantum damna quę illegitimus filius incurrit,subtrahuntur per legis autoritatem. Et sunt sex modi legitimandi.Duo secũdum Canones:scilicet cùm quis ducit vxorem illam,ex qua filium illegitimum genauit,si non fuit adulterium,& per specialem indulgentiam& dispensationem domini Papæ. Quatuor autem modi sunt secundum leges.Primus est,si pater filium naturalem curiæ Imperatoris offerat,ex hoc enim ipso legitimatur propter curiæ honestatem.Secundus,si pater in testamento nominet eum legitimum hæredem,& filius postmodùm testamentum Imperatori offerat. Tertius est,si filius nullus sit legitimus, & ipsemet filius se principi offerat. Quartus, si pater in publico instrumento vel cum trium testium subscriptione eum legitimum nominet,nec adiiciat naturalem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd alicui potest sine iniustitia gratia fieri,sed nõ potest aliquis damnari nisi pro culpa: & ideò magis potest illegitimus fieri legitimus quàm econuersò.Et si est legitimus, aliquando hæreditate priuatur pro culpa,non tamen dicitur illegitimus filius,quia generationem legitimam habuit.

¶Ad secundum dicendum, quòd actus illegitimus habet defectum intra se inseparabilem, quo legi opponitur: & ideò non potest fieri legitimus,nec est simile de filio legitimo, qui non habet huiusmodi defectum.

QVAESTIO SEXAGESIMANONA, DE *his quæ spectant ad resurrectionem, & primò de loco animarum post mortem, in septem articulos diuisa.*

POST hoc agendum est de his, quæ spectant ad tractatum resurrectionis.Postquã enim dictum est de sacramentis,quibus homo liberatur à morte culpæ,consequenter dicendum est de resurrectione, per quam homo liberatur à morte pœnæ.

¶Circa tractatum autẽ resurrectionis tria considerանda sunt: scilicet præcedentia resurrectionem,concomitantia & sequentia. Et ideò primò dicendum est de his, quæ pro parte, quamuis non ex toto, resurrectionem præcedunt. Secundò, de ipsa resurrectione & circunstantibus eam. Tertiò de his, quæ eam sequuntur. Præcedentium autem resurrectionem prima consideratio est de receptaculis animarum post mortem eis assignatis. Secundò, de qualitate & pœnis animarum separatarum eis ab igne inflicta. Tertiò, de suffragiis quibus animæ defunctorum à viuis adiuuantur. Quartò, de orationibus Sanctorum in patria existentium. Quintò, de signis indicium generale præcedentibus. Sextò, de igne vltimæ conflagrationis mundi, qui faciem iudicis præcedet.

¶Circa primum quæruntur septem.

¶Primò, Vtrùm animabus post mortem recepracula assignentur.

¶Secundò, vtrùm statim post mortem ad ipsa animę de-

ducantur.

¶Tertiò, vtrùm de ipsis locis egredi valeant.

¶Quartò, vtrùm limbus inferni sit idem quod sinus Abrahæ.

¶Quintò, vtrùm limbus sit idem quod infernus damnatorum.

¶Sextò, vtrùm limbus patrum sit idem quod limbus puerorum.

¶Septimò, vtrùm tot receptacula debeant distingui.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm assignentur receptacula animabus post mortem.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd animabus post mortem receptacula non assignentur. Sicut enim dicit Boëtius in lib.de Hebdomadibus,communis animi conceptio est apud sapientes,incorporalia in loco nõ esse: cui concordat quod Augu.dicit 12. super Genes.ad literam: Citò quidem responderi potest,ad corporalia loca animã non ferri,nisi cum aliquo corpore:sed separata à corpore non habet aliquod corpus,sicut ibidem Aug.dicit:ergo ridiculum est animabus separatis aliqua receptacula assignare. *Th. 4. di. 45. q. 1. ar 1. & seq.*

¶Præterea, Omne quod habet locum determinatum, magis conuenit cum illo loco,quàm cum alio:sed animæ separatę,sicut etiam quælibet aliæ spirituales substantiæ, indifferenter se habent ad omnia loca: non enim potest dici quòd cum aliquibus corporibus conueniant,& cum aliis differant, cùm ab omnibus conditionibus corporalibus pœnitus sint remotæ:ergo eis receptacula determinata non sunt assignanda.

¶Præterea, Animabus separatis non assignatur aliquid post mortem nisi quod cedat in pœnam vel in præmium:sed corporalis locus non potest eis esse in pœnam, vel in præmium,cùm à corporibus nihil recipiant:ergo non sunt eis assignanda certa receptacula.

¶SED CONTRA, Cœlum empyreum est locus corporalis, & tamen ipsum factum mox sanctis Angelis est repletũ, vt Beda dicit.Cùm ergo Angeli sint incorporei,sicut & animę separatę,videtur etiam quòd animabus separatis sint certa receptacula assignanda:ergo, &c.

¶Præterea,Hoc patet per id quod Greg.dicit in 4.Dialo.scilicet animas post mortem ad diuersa loca corporalia esse deductas,vt patet de Paschasio, quem Germanus Capuanus episcopus in balneis inuenit,& de anima Theodorici regis, quam dicit ad gehennam esse deductam.ergo animę post mortem habent certa receptacula.

CONCLVSIO.

¶Sicut Deum esse in cælo dicimus, ita animabus beatis,quæ deitatis perfectæ participes sunt,loca in cœlo assignari: animabus verò, quæ huius deitatis sunt expertes,contrario loco deputari asserimus.

¶RESPONDEO dicendum,quòd quamuis substantiæ spirituales secundum esse suum à corpore non dependeant, corporalia tamen à Deo mediantibus spiritualibus gubernantur: vt dicit Augu.in 3.de Tri.& Greg.in 4.Dialo. & ideò est quædam conuenientia spiritualium substantiarum ad corporales substantias per congruentiam quãdam,vt scilicet dignioribus substantiis digniora corpora adaptentur. Vnde etiam Philosophi secundum ordinem mobilium posuerunt ordinem substãtiarum separatarum: quamuis autem animabus post mortem non assignentur aliqua corpora, quorum sint formæ vel determinati motores, determinantur tamen eis quædam corporalia loca per congruentiam quandam secundum gradum dignitatis earum,in quibus sint quasi in loco eo modo quo incorporalia esse possunt in loco, secundum quòd magis vel accedunt ad primam substantiam,cui locus superior per congruentiam deputatur,scilicet Deum,cuius sedem cœlum Scriptura esse denuntiat:& ideò animas quæ sunt in participatione perfecta deitatis, in cœlo esse ponimus, animas verò quæ à participatione huiusmodi impediuntur, loco contrario dicimus deputari.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd incorporalia non sunt in loco modo aliquo nobis noto & consuero,secundum quòd dicimus corpora propriè in loco esse: sunt tamen in loco modo substantiis spiritualibus conuenienti,qui nobis plenè manifestus esse non potest.

¶Ad secundum dicendum, quòd dupliciter est conuenientia vel similitudo. Vna est quæ est per participationem eiusdem qualitatis, sicut calida adinuicem conueniunt. Et talis conuenientia incorporalium ad loca corporalia esse nõ potest. Alia per quãdam proportionalitatem,per quam in Scripturis metaphoricè Deus dicitur esse sol,quia est principium vitæ spiritualis, sicut sol vitæ corporalis: & secundum hanc conuenientiam quędam animę quibusdam locis magis conueniunt, sicut animę spiritualiter illuminatę, cum corporalibus lumi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus sit animę verò obtenebratę per culpā,cum locis tenebrosis.

¶Ad tertium dicendum,quòd anima separata directè nihil recipit à locis corporalibus per modum quo corpora recipiunt quæ conseruant à suis locis,sed ipsæ animæ ex hoc quòd cognoscunt se talibus locis deputari,sibi gaudium ingerunt vel mœrorem:& sic locus cedit eis in pœnam vel præmium.

ARTICVL. II.

¶Vtrùm statim post mortem anima deducantur ad cœlum: vel ad infernum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd statim post mortem nullæ animæ deducantur ad cœlos vel ad infernum, quia super illud Psalmi, Adhuc pusillum, & non erit peccator, dicit Glossa, quòd sancti liberantur in fine mundi, post hanc tamen vitam non ibi erunt, vbi erunt sancti, quibus dicetur. Venite benedicti Patris mei:sed illi sancti erunt in cœlo, ergo sancti post hanc vitam non statim ascendunt ad cœlum.

¶Præterea. Augustinus dicit in Ench. quòd tempus inter hominis mortem & vltimam resurrectionem interpositum animas abditis receptaculis continet, sicut vnaquæque digna est requie vel ærumna, sed hæc abdita receptacula non possunt intelligi cœlum & infernus, quia in illis etiam post resurrectionem cum corporibus erunt. Vnde pro nihilo distingueret tempus ante resurrectionem & post resurrectionem, ergo non erunt nec in inferno nec in paradiso vsque ad diem iudicij.

¶Præterea. Maior est gloria animæ quàm corporum,sed simul omnibus redditur gloria corporum,vt sit maior lætitia singulorum ex communi gaudio, vt patet Hebræ.12.super illud Deo pro nobis aliquid melius prouidente, &c. dicit Glossa. Vt in communi gaudio omnium maius fieret gaudium singulorum, ergo multò fortius gloria animarum debet differri vsque ad finem,vt simul omnibus reddatur.

¶Præterea. Pœna & præmium quæ per sententiam iudicij redduntur, iudicium præcedere non debent,sed ignis inferni & gaudium paradisi dabuntur omnibus per sententiam iudicantis Christi, scilicet in vltimo iudicio. vt patet Matthæi vicesimoquinto:ergo ante diem iudicij nullus ascendit in cœlum,vel descendit ad inferos.

¶SED CONTRA est quod dicitur 2.Corin.25. Si terrena nostra habitatio dissoluatur,domũ habemus nõ manu factam & conseruatam in cœlis: ergo dissoluta carne, anima habet mansionem quæ ei in cœlis fuerat conseruata.

¶Præterea.Phili.1.dicit Apostolus,Cupio dissolui,& esse cum Christo:ex quo sic arguit Gregor.in quarto Dialogo. Qui ergo Christum in cœlo esse non dubitat,nec Pauli animã in cœlo esse negat,sed non est negandum Christum esse in cœlo, cũ sit articulus fidei:ergo non est dubitandum animas sanctorum ad cœlos ferri. Quòd etiam aliquæ animæ ad infernum descẽdunt statim post mortem,patet Lucæ decimosexto. Mortuus est autem diues,& sepultus est in inferno.

CONCLVSIO.

¶Sicut corpora lenitate sua aut grauitate sursum aut deorsum feruntur,nisi aliquid sit impedimento:sic etiam anima à carcere corporis liberata, præmio consequuto, in cœlum(nisi peccatum primùm depurgandum obstiterit)aut pœna debita inflicta in infernum feruntur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut in corporibus est grauitas vel leuitas, qua feruntur ad suum locum, qui est finis motus ipsorum, ita etiam est in animabus meritum vel demeritum,quibus perueniunt animæ ad præmium vel pœnam:quæ sunt fines actionum ipsarum. Vnde sicut corpus per grauitatẽ vel leuitatem statim fertur in locum suum,nisi prohibeatur,ita animæ statim soluto vinculo carnis, per quod in statu vitæ detinebantur, statim præmium consequuntur vel pœnam,nisi aliquid impediat:sicut interdum impedit cõsecutionẽ præmij veniale peccatum,quod primùm purgari oportet,ex quo sequitur quòd præmium differatur. Et quia locus deputatur animabus secundum congruentiam præmij vel pœnæ,statim vt anima absoluitur à corpore,vel in infernum immergitur,vel ad cœlos euolat,nisi impediatur aliquo reatu quo oporteat euolationem differri, vt priùs anima purgetur. Et huic veritati autoritates Scripturæ canonicæ manifestè attestantur,& documenta sanctorum Patrum. Vnde contrarium pro hæresi est habendum,vt patet 4.Dialo.& in libro de ecclesiasticis dogmatibus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,quòd glos.ipsam exponit. Quod enim dicit,Nondum eris vbi erunt sancti,&c.hoc tamen exponit subdens,id est non habebis geminam stolã, quàm habebunt sancti in resurrectione.

¶Ad secundum dicendum,quòd inter illa abdita receptacula de quibus Augustinus loquitur,etiam sunt computanda & infernus & paradisus,in quibus animæ aliquæ ante resurrectionem cõtinentur. Et ideò distinguitur tempus ante resurrectionẽ,& post: quia ante resurrectionẽ sunt ibi sine corpore,post autem erunt cum corpore: & quia in aliquibus receptaculis nunc sunt animæ, in quibus post resurrectionem non erunt.

¶Ad tertium dicendum,quòd hominũ corpora habent quandam continuationem adinuicem,quia secundum ea est verum quod dicitur Actuum 17. Quòd Deus ex vno fecit omniũ hominum genus,sed animas sigillatim finxit: vnde non est tanta congruentia vt omnes homines simul glorificentur in anima, sicut quòd glorificentur in corpore. Et præterea gloria corporis non est ita essentialis sicut gloria animæ:vnde maius detrimentum esset sanctis,si gloria animę differretur,quàm de hoc quòd gloria corporis differatur, nec posset hoc detrimentum gloriæ recompensari propter ampliationem singulorum gaudij de gaudio communi.

¶Ad quartum dicendum, quòd eandem obiectionẽ Gregorius in 4.Dialo.proponit & soluit. Si,inquit,nunc in cælo sunt animæ sanctorum,quid est quod in die iudicij pro iustitiæ retributione recipiũt?& respondet. Hoc eis nimirum crescit in iudicio, quòd nũc animæ sola singulari retributione lætantur, postmodum verò etiam corporum beatitudine perfruũtur, vt in ipsa quoque carne gaudeant,in qua dolores pro Domino cruciatúsque pertulerunt:& eodem modo dicendũ est de damnatis.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm animæ existentes in paradiso vel in inferno egredi valeãt.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd animæ in paradiso vel in inferno existentes egredi non valeant. Augustinus enim dicit in libro de cura pro mortuis agenda: Si rebus viuentium vterentur animæ mortuorum, vt de alijs taceam,meipsum pia mater nulla nocte desereret, quæ terra marique secuta est, vt mecum viueret: & ex hoc concludit quòd animæ defunctorum rebus viuentium non interfunt, sed interesse possent, si de suis receptaculis exirent:ergo de suis receptaculis non exeunt.

¶Præterea, In Psalmo dicitur. Vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meę:& Iob decimotertio. Qui descendit ad inferos, non ascendet: ergo tam boni quam mali à suis receptaculis non exeunt.

¶Præterea, Receptacula, vt dictum est, ānimabus post mortem dantur in præmium vel in pœnam: sed post mortem neque præmia sanctorum minuuntur,neque pœnę damnatorum ergo non exeunt de suis receptaculis.

¶SED CONTRA est quod dicit Hiero. contra Vigilantium,sic eum alloquens. Ais enim,in sinu Abrahæ vel in loco refrigerij vel subter aram Dei animas Apostolorum & Martyrũ conceditis,nec posse suis tumulis cùm voluerint adesse præsentes:& ita tu Deo leges ponis,tu Apostolis vincula in pedibus, vt vsque ad diem iudicij teneantur in custodia,nec sint cum Domino suo,de quibus scriptum est:Sequuntur Agnum quocúnque ierit:& si agnus vbique est:ergo & hi qui cum eo sunt, vbique esse credendi sunt,iudicium ergo est dicere quòd animæ mortuorum à suis receptaculis non recedant.

¶Præterea,Hiero.ibidem arguit sic: Cùm diabolus & dæmones vbique vagentur orbe toto,& celeritate nimia vbique præsentes sint,quare martyres post effusionem sanguinis actu obtinentur inclusi,& inde exire non potuerunt?Ex quo potest cõcludi non solùm de bonis,sed etiam de malis quod sua receptacula quandóque exeant,cùm non habeant maiorem damnationem quàm dæmones,qui vbique discurrunt.

¶Præterea, Hoc idem probari potest per Gregorium in quarto Dialogo, vbi narrat de multis mortuis, qui viuis apparuerunt.

CONCLVSIO.

¶Fieri non potest vt animæ vel de paradiso vel de inferno exeant, simpliciter vt illæ illis nullus relinquatur locus: ad tempus verò inde egredi possunt.

¶RESPONDEO dicendum,quòd aliquem exire de inferno vel de paradiso, potest intelligi dupliciter. Vno modo ita quòd simpliciter inde exeat, vt iam locus eius non sit paradisus vel infernus, & sic nullus inferno vel paradiso deputatus finaliter inde exire potest, vt infrà dicetur. Alio modo potest intelligi, vt exeat ad tempus, & in hoc distinguendum est, quid eis conueniat secundum legem naturæ, & quid eis conueniat secundum ordinem diuinæ prouidentiæ,quia vt dicit Augustinus in libro de cura pro mortuis agenda: Alij sunt humanarum limites rerum, alia diuinarum signa virtutum, alia sunt quæ naturaliter,alia quæ inuisibiliter fiunt. Secundum ergo naturalem cursum animę separatę,proprijs receptaculis deputatæ,

separatæ, à conuersatione viuentium penitus segregantur. Non enim secundum cursum naturæ homines in mortali carne viuentes substantiis separatis immediatè iungũtur,cùm omnis eorum cognitio à sensu oriatur:nec propter aliud à suis receptaculis eas exire conueniret,nisi vt rebus viuentium interessent. Sed secundum dispositionem diuinæ prouidentiæ aliquando animæ separatæ à suis receptaculis egressę conspectibus hominum præsentantur: sicut Augustinus in libro prædicto narrat de Felice martyre, qui ciuibus Nolanis visibiliter apparuit,cùm à Barbaris oppugnarentur. Et hoc etiam credi potest quòd aliquando damnatis contingat,quòd ad eruditionem hominum & terrorem permittuntur viuentibus apparere,aut etiam ad suffragia expetenda, quantùm ad illos qui in purgatorio detinentur, vt per multa quæ in 4.Dialo. narrantur,patet.Sed hoc interest inter sanctos & dãnatos,quòd sancti cùm voluerint apparere possunt viuentibus, non autem damnati. Sicut enim sancti viuentes in carne dona gratiæ gratis datæ accipiunt,vt sanitates & signa perficiant, quæ non nisi diuina virtute rationabiliter fiunt, quæ quidem signa ab aliis hoc dono carentibus perfici non possunt: ita etiam non est inconueniens vt ex virtute gloriæ aliqua potentia animabus sanctorum detur, per quam possint mirabiliter apparere viuentibus cùm volunt,quòd alij non possunt,nisi interdum permissi.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Augustinus(vt per sequentia patet) loquitur secundum communem cursum naturæ, nec tamen sequitur quòd etiam si mortui possunt vt volunt viuentibus apparere, toties appareant quoties apparent in carne viuentes: quia separati à carne vel omninò conformantur diuinæ voluntati,ità quòd non liceat eis nisi quod secundum diuinam dispositionem congruè intuentur; vel ita sunt pœnis oppressi,vt de sua miseria magis doleat quàm curent aliis apparere.

¶Ad secundum dicendum, quòd auctoritates illæ loquuntur quantum ad hoc quòd nullus de paradiso vel inferno egrediatur simpliciter,& non quòd non egrediatur ad tempus.

¶Ad tertium dicendum,quòd (sicut ex dictis patet)secundum hoc locus animæ cedit in pœnam vel præmium, quòd anima afficitur ex hoc quòd tali loco deputatur vel gaudẽdo vel dolendo. Hoc autem gaudiũ, siue hic dolor de hoc quòd talibus locis deputatur,manet in anima,etiam quando extra loca prædicta fuerit:sicut Pontifici,cui datur pro honore, vt in cathedra sedeat in Ecclesia, non minuitur gloria eius quando à cathedra recedit,quia etsi actu ibi non sedeat, locus tamen ille sibi deputatus est.

Ex eodem tertio articulo.

¶AD EA ETIAM quę contrà obiiciuntur, respondere oportet. Ad quorum primum dicendum, quòd Hiero. loquitur de Apostolis & Martyribus, secundùm quòd eis accrescit ex potestate gloriæ,& non secundũ quòd eis congruit ex debito naturę. Quòd autem dicit eos vbiq; esse:non est intelligendum quasi simul sint in pluribus locis, aut vbique, sed quia esse possunt vbi volunt.

¶Ad secundum dicendum,quòd non est simile de dęmonibus & angelis & animabus sanctorum & damnatorum. Angeli enim boni vel mali hoc officium sortiũtur, vt hominibus præsint,vel ad custodiam vel ad exercitium, quod de animabus hominum non potest dici. Sed tantùm secundum potestatem sanctorum hoc congruit, & quòd possunt esse vbi voluerint,& hoc est quod Hiero.intendit.

¶Ad tertium dicendum,quòd quamuis aliquando animę sanctorum vel damnatorum præsentialiter adsint,vt appareat,non tamen credendum est hoc semper accidere. Aliquando enim huiusmodi apparitiones fiunt vel in dormiendo vel in vigilando operatione bonorum vel malorum spirituum, ad instructionem,vel destructionem, vel deceptionem viuentium. Sicut etiam viui homines aliquando aliis apparent; & eis multa dicunt in somnis,cùm constet eos non esse præsentes:sicut Augustinus per multa exempla probat in libro de cura pro mortuis agenda.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm limbus inferni sit idem quod sinus Abrahæ.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd limbus inferni non sit idem quod sinus Abrahę:sicut enim dicit Augustinus,12.super Gene.ad literam, Nondum inueni inferos alicubi in bono posuisse Scripturam: sed sinus Abrahę in bono accipitur,vt ibidem subiungit Augustinus sic dicens: Non in bonum accipiendo sinum Abrahę,& illam requiem,quò ab angelis pius pauper allatus est,nescio vtrum quilquam possit audire:ergo sinus Abrahę non est idem quod limbus inferni.

¶Præterea,In inferno existentes non vident Deum,sed in sinu Abrahę videtur Deus: vt patet per Augustinum 9.libr. confessionum,qui loquens de Nebridio dicit, Quicquid illic est, quòd sinus Abrahę vocatur, ibi Nebridius meus viuit:& ita iam nõ ponit aurem ad os meum,sed spirituale os ad fontem: tamen & bibit quam potest sapientiam pro auiditate sua sine fine fœlix:ergo sinus Abrahę non est idem quod limbus inferni.

¶Præterea, Ecclesia non orat pro aliquo, vt ad infernum deducatur, orat autem, vt Angeli animam defuncti in sinum Abrahę ferant:ergo videtur quòd sinus Abrahę non sit idem quod limbus.

¶SED CONTRA, Sinus Abrahę dicitur, vbi mendicus Lazarus ductus est ad infernum: quia vt dicit glo.Iob 30. super illud,Vbi constituta est domus omni viuenti. Infernus domus erat omnium viuentium ante Christi aduentum: ergo sinus Abrahę non est idem quod limbus.

¶Præterea,Genes.20. dicit Iacob filiis suis, Deducetis canos meos cum dolore ad inferos: ergo Iacob sciebat se ante mortem ad inferos transferendum:ergo & eadem ratione Abraham ad inferos translatus fuit post mortem:& ita sinus Abrahę videtur esse aliqua pars inferni.

CONCLVSIO.

¶Quia sanctorum animæ ante Christi aduentũ habebant quietem per immunitatem pœnæ,limbus,sinus Abrahæ dicitur,qui fuit primum exemplum credentium: sed quantum ad id quod sanctis deerat requies desiderij,dicitur infernus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd animę hominum post mortem ad quietem peruenire non possunt nisi merito fidei: quia accedentem ad Deum oportet credere,Heb.2.Primũ exemplum credendi hominibus in Abraham datur, qui primò se à cœtu infidelium segregauit,& speciale signum fidei accepit: & ideò requies illa quę hominibus post mortem datur, sinus Abrahę dicitur: vt patet per Augustinum 12. super Genesi ad literam. Sed animę sanctorum post mortem non omni tempore eandem quietem habuerunt,quia post Christi aduentum habent plenam quietem diuina visione perfruentes, sed ante Christi aduentum habebant quietem per immunitatem pœnæ,sed non habebãt quietem desiderij per consecutionem finis:& ideò status sanctorum ante Christi aduentum potest considerari & secundum id quod habebat de requie:& sic dicitur sinus Abrahæ: potest etiam considerari quantum ad id quod eis deerat de requie, & sic dicitur limbus inferni. Limbus ergo inferni & sinus Abrahæ fuerunt ante Christi aduentum vnum per accidens, & non per se: & ideò nihil prohiber post Christi aduentum esse sinum Abrahæ, & esse omninò diuersum à limbo, quia ea quæ sunt per accidens, separari contingit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,quòd quantum ad id, quod habebat de bono status sanctorum Patrum, sinus Abrahæ dicebatur,sed quantum ad id quod habebat de defectu,dicebatur infernus: & sic nec sinus Abrahę in malum accipitur, nec infernus in bonum,quamuis quo dammodò sint vnum.

¶Ad secundum dicendum,quòd sicut requies sanctorum Patrum ante Christi aduentum dicebatur sinus Abrahæ, ita & post Christi aduentum,sed diuersimodè. Quia enim ante Christi aduentum sanctorum requies habebat defectum requiei adiunctum:dicebatur idem infernus & sinus Abrahæ, tantùm enim ibi non videbatur Deus. Sed quia post Christi aduentum sanctorum requies est complera,cùm Deum videant, talis requies dicitur sinus Abrahæ:& nullo modo infernus:& ad hũc sinum Abrahę Ecclesia orat fideles perduci. Vnde patet responsio ad tertium. Et sic etiam intelligenda est quędam glossa Lucæ decimosexto super illud, Factum est vt moreretur mendicus,& cæteta:quæ sic dicit:Sinus Abrahæ est requies beatorũ pauperum,quorum est regnum cælorum.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm limbus idem sit quod infernus damnatorum.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd limbus sit idem quod infernus damnatorum. Christus enim dicitur infernum momordisse,non absorbuisse, quia aliquos inde extraxit, non autem omnes: non autem diceretur momordisse infernum, si illi quos liberauit, non fuisset pars multitudinis in inferno contentæ. Ergo cùm illi, quos liberauit in limbo inferni continerentur, isdem continebantur in limbo & in inferno: ergo limbus vel est idem quod infernus, vel pars inferni.

¶Præterea, Christus dicitur Symboto descendisse ad infernum: sed descendit ad limbum Patrum: ergo limbus Patrum est idem quod infernus.

¶Præterea, Iob decimoseptimo dicitur: In profundissimum

Universidad de Deusto
Biblioteca

inferum descendit anima mea, sed Iob cùm esset sanctus & iustus, ad lymbum descendit: ergo lymbus est idem quod profundissimus infernus.

¶SED CONTRA, in inferno nulla est redemptio: sed à limbo sancti fuerunt redempti: ergo limbus non idem quod infernus.

¶Præterea. Augustinus dicit super Genesim ad literam. Quomodo illam requiem quam Lazarus accepit, apud inferos esse credamus non video: sed anima Lazari ad limbum descendit, ergo limbus non est idem quod infernus.

CONCLVSIO.

¶Limbus quàntum ad qualitatem loci diuersus est ab inferno damnatorum, sed quantum ad situm loci sunt loca continua, nisi quod limbus Patrum pars superior inferni esse videtur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd receptacula animarum post mortem dupliciter distingui possunt, aut secundum situm, aut secundum locorum qualitatem, prout scilicet in aliquibus locis pœnas vel præmia recipiunt animæ. Si ergo considereturlimbus Patrum & infernus secundum locorum qualitatem prædictam, sic non est dubium quòd distinguuntur, cũ quia in inferno est pœna sensibilis, quæ non erat in limbo Patrum, tum etiam quia in inferno est pœna æterna, sed in limbo Patrum detinebantur sancti temporaliter tantùm. Sed si considerentur quantum ad situm loci, sic probabile est quòd idem locus vel quasi continuus sit infernus & limbus, ita tamen quòd quædam superior pars inferni limbus Patrum dicatur, existentes enim in inferno secundum diuersitatem culpæ diuersam sortiuntur & pœnam. Et ideò secundum quòd grauioribus peccatis etiam irreiuntur damnati, secundum hoc obscuriorem locum & profundiorem obtinent in inferno, vnde & sancti Patres, in quibus minimum erat de ratione culpæ, supremum & minùs tenebrosum locum habuerunt omnibus puniendis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd secundum hoc quòd infernus & limbus sunt idem quantum ad situm, dicitur Christus infernum momordisse, & in infernum descendisse, quando Patres à limbo eripuit suo descensu.

¶Et per hoc patet solutio ad secundum.

¶Ad tertium dicendum, quòd Iob non descendit in infernum damnatorum, sed in limbum Patrum, qui quidem dicitur profundissimus locus, non quidem respectu locorum pœnalium, sed in comparatione ad alia loca, secundum quòd sub eodem includitur omnis locus pœnarum. Vel dicendum, sicut Augustinus soluit 12. super Genes. ad literam, de Iacob, sic dicens, Iacob illud quod dicit ad filios suos, deducetis senectutẽ meã cum tristitia ad inferos, videtur hoc magis timuisse, ne nimia tristitia sic perturbaretur, vt ad requiem bonorum non iret, sed ad inferos peccatorũ, & sic potest exponi quòd est potiùs verbum timentis, quàm asserentis.

ARTICVLVS VI.

¶Vtrùm limbus puerorum sit idem quod limbus Patrum.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd limbus puerorum sit idem quod limbus Patrum. Pœna enim debet respondere culpæ. sed pro eadem culpa detinebantur in limbo Patres & pueri, scilicet pro culpa originali: ergo idem debet esse vtrorúmque locus pœnæ.

¶Præterea, Augustin. dicit in Ench. Mitissima est pœna puerorum, qui cum solo originali decedunt: sed nulla est pœna mitior ea, quam sancti Patres habebant, ergo idem est locus pœnæ vtrorúmque.

¶SED CONTRA: Sicut actuali peccato debetur pœna temporalis in purgatorio, & æterna in inferno, ita & originali peccato debebatur pœna temporalis in limbo Patrum, & æterna in limbo puerorum. Si ergo infernus & purgatorium non sunt idem, videtur quòd nec limbus puerorum & limbus Patrum sint idem.

CONCLVSIO.

¶Cùm pueris in limbo nulla adsit spes beatæ vitæ, quæ Patribus aderat: qualitate præmij & pœnæ limbus puerorum differt à limbo Patrũ: non autem situ, etsi requies Patrum in superiori loco esse credatur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd limbus Patrum & limbus puerorum absq; dubio differũt secundum qualitatem præmij vel pœnæ. Pueris enim non adest spes beatę vitæ, quæ Patribus in limbo aderat, in quibus etiam lumen fidei & gratiæ refulgebat: sed quantum ad situm probabiliter creditur vtrorúmque locus idem fuisse, nisi quòd requies beatorũ adhuc erat in superiori loco, quàm limbus puerorũ, sicut de limbo & inferno dictum est.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ad culpã originalem non eodem modo se habebãt Patres & pueri. In patribus enim originalis culpa expiata est, secundum quòd erat infectiua personæ, remanebat tamen impedimentum ex parte naturæ, pro qua nondum erat satisfactum plenariè: sed in pueris est impedimentum & ex parte personę & ex parte naturæ: & ideò pueris & Patribus diuersa receptacula assignantur.

¶Ad secundum dicendum, quòd Augustinus loquitur de pœnis quæ debentur alicui ratione personæ suæ, inter quos mitissimam pœnam habent qui solo originali peccato grauantur, sed adhuc est mitior pœna eorum quos non impedit à perceptione gloriæ defectus personę, sed solùm defectus naturę, vt ipsa dilatio gloriæ quędam pœna dicatur.

ARTICVLVS VII.

¶Vtrùm debeant tot receptacula distingui.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd non debeant tot receptacula distingui: sicut enim receptacula debentur animabus pro peccato post mortem, ita & pro merito, sed ratione meriti non debetur nisi vnum receptaculum, scilicet para disus. ergo nec ratione peccatorum debetur nisi vnum receptaculum. *Tho. 4. dis. 46. arti. 3.*

¶Præterea, Receptacula assignantur animabus post mortem ratione meritorum: sed vnus est locus in quo merentur vel demerentur: ergo vnum tantùm receptaculum deberet eis assignari post mortem.

¶Præterea, Loca pœnarum debent respõdere ipsis culpis: sed nõ sunt nisi tria genera culparũ, scilicet originalis, venialis, & mortalis: ergo non debent esse nisi tria receptacula pœnalia.

¶SED CONTRA, Videtur quòd debeãt esse multò plura, quàm assignentur. Aer enim iste caliginosus est dæmonum carcer, vt patet 2. Petri 3. nec tamen computatur inter quinque receptacula, quæ à quibusdam assignantur: ergo sunt plura receptacula, quàm quinque.

¶Præterea, Alius est paradisus terrestris, & alius paradisus cœlestis: sed quidam post statum vitæ huius ad paradisum terrestrem sunt translati, sicut de Enoch & de Helia dicitur: cùm ergo paradisus terrestris inter quinque receptacula non computetur, videtur quòd sint plura, quàm quinque.

¶Præterea, Cuilibet statui peccantium debet aliquis locus respondere pœnalis: sed si ponatur aliquis in originali decedere cum solo veniali peccato nullum receptaculum assignatorum ei competeret. Constat enim quòd in paradiso non esset cum gratia carere, & eadem ratione nec in limbo Patrum. Similiter etiam nec in limbo puerorum, cùm in ipso non sit pœna sensibilis, quæ tali debetur ratione venialis peccati. Similiter nec in purgatorio, quia ibi non est nisi pœna temporalis, huic autem debetur pœna perpetua. Similiter autem nec in inferno damnatorũ, quia mortali peccato actuali caret: ergo oportet sextum receptaculum assignare.

¶Præterea, Diuersę sunt quantitates præmiorum & pœnarum secundum differentias culparum & meritorũ: sed infiniti sunt gradus meritorum & culparum: ergo infinita debẽt distingui receptacula, in quibus puniũtur vel præmiantur post mortem.

¶Præterea, Animæ quandóque puniuntur in locis, in quibus peccauerunt, vt per Gregorium patet, 4. Dialogo: sed peccauerunt in loco vbi habitamus: ergo hic locus debet computari in ter receptacula: & præcipuè cùm aliqui in hoc mundo pro peccatis puniantur suis, vt suprà Magister dixit.

¶Præterea, Sicut aliqui in gratia decedentes habent aliqua venialia, pro quibus digni sunt pœna, ita aliqui in peccato mortali decedentes, habent aliqua bona pro quibus essent digni præmio: sed decedentibus in gratia cum peccatis venialibus assignatur aliquod receptaculum, in quo puniũtur antequàm præmia consequantur: scilicet purgatorium: ergo eadem ratio ne econtrariò debet esse de illis, qui in mortali decedunt cum aliquibus bonis operibus.

¶Præterea, Sicut Patres retardabantur à plena gloria animæ, ita & nunc à gloria corporis: ergo sicut distinguitur receptaculum sanctorum ante Christi aduentum ab eo, in quo nunc recipiuntur, ita debet nunc receptaculum distingui ab eo in quo recipientur post resurrectionem.

CONCLVSIO.

¶Siue in statu consequendi pro meritis bonum, siue malum constitutæ sint animæ corporibus exutæ, conuenienter quinque loca distincta sunt, scilicet paradisus, limbus patrum, purgatorium, infernus, & limbus puerorum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd receptacula animarum distinguuntur secundum diuersos status earum. Anima autem iuncta mortali corpori, habet statũ merendi, sed exuta corpore, est in statu recipiendi pro meritis bonũ vel malũ: ergo post mortem vel est in statu recipiẽdi finale præmiũ, vel est in statu quo impeditur ab illo. Si autem est in statu recipiendi finalem retributionem, hoc est dupliciter. Vel quantùm ad bonum & sic est paradisus. Vel quantum ad malum, & sic ratione actualis culpæ est infernus, ratione autem originalis est limbus puerorum. Si verò est in statu quo impeditur à finali retributione consequenda, vel est propter defectum personę, & sic est purgatorium in quo detinentur animę, ne statim præmia consequantur propter peccata quę commiserunt: vel propter defectum naturę, & sic est limbus patrum in quo detinebantur patres à consecutione glorię propter reatum humanę naturæ, quæ nondum poterat expiari.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd bonum contingit vno modo, sed malum multifariè, vt patet per Diony. 4. cap. de diuin. no. & per Philosophum 2. Ethico. Et propter hoc non est inconueniens si locus beatę retributionis est vnus, loca verò pœnarum sunt plura.

¶Ad secundum dicendum, quòd status merendi & demerendi est vnus status, cũ eiusdẽ sit posse mereri & demereri: & ideò cõueniẽter debetur omnibus vnus locus: sed eorũ qui recipiũtur pro meritis, sunt status diuersi: & ideò non est simile.

¶Ad tertium dicẽdum, q̃ pro culpa originali potest aliquis puniri dupliciter: vt ex dictis patet, vel ratione personæ, vel ratione naturæ tantũ: & ideò illi culpæ respondet duplicitur limbus.

¶Ad quartum dicendum, quòd aer iste caliginosus non assignatur dæmonibus quasi locus in quo recipiat retributionem pro meritis: sed quasi competens officio eorum in quantum de putantur nobis ad exercitium: & ideo inter receptacula, de quibus nunc agitur, non computatur: primò enim eis deputatur ignis inferni, vt patet Matthæi 25.

¶Ad quintum dicendum, quòd paradisus terrestris pertinet magis ad statũ viatoris, quã ad statum recipientis pro meritis: & ideò inter receptacula, de quibus nunc agitur, nõ cõputatur.

¶Ad sextum dicẽdum, q̃ illa propositio est impossibilis, si tamen esset possibilis talis in inferno puniretur in æternum, q̃ enim veniale peccatũ in purgatorio tẽporaliter puniatur, accidit ei inquãtum gratiã habet adiunctã, vnde si adiũgatur mortali quod est sine gratia, pœna æterna in inferno puniretur: & quia iste: qui cum originali peccato decedit, habet veniale sine gratiã, non est inconueniens si ponitur æternaliter puniri.

¶Ad septimum dicendum, quòd diuersitas graduum in pœnis vel præmijs non diuersificat statum, secundum cuius diuersitatem receptacula distinguntur: & ideo non sequitur.

¶Ad octauum dicendum, quòd licèt animę separatę aliquando in loco nostræ habitationis puniantur, non est propter hoc quod locus iste proprius sit locus pœnarum, sed hoc fit ad nostram instructionem: vt eorum pœnas videntes retrahamur à culpis. Quòd autem animæ existentes in carne hic puniuntur pro peccatis: non pertinet ad propositum: quia talis pœna non trahit hominem extra statum merentis vel demerentis. Nunc autem agimus de receptaculis, quæ debentur animæ post statum meriti vel demeriti.

¶Ad nonum dicendum, quòd malum non potest esse purum absque commixtione boni, sicut bonum summum est absque omni commixtione mali. Et ideò illi qui ad beatitudinem summum bonum est, transferendi sunt, debet etiam ab omni malo purgari: & propter hoc oportet esse locum, in quo tales purgentur: si hinc non omninò purgati exeant. Sed illi qui in inferno detrudentur, non erunt immunes ab omni bono, & ideò non est simile: quia ibi in inferno existentes præmium bonorum suorum recipere possunt, inquantùm bona præterita eis valent ad mitigationem pœnæ.

¶Ad decimum dicendum, quòd in gloria animæ consistit præmium essentiale, sed gloria corporis eũ redundet ex anima tota, consistit in anima quasi originaliter, & ideò carentia glorię animæ diuersificat statũ, non carentia glorię corporis, & propter hoc etiam idẽ locus, scilicet cœlũ empyreũ, debetur animabus sanctis exutis à corpore & coniunctis corporibus gloriosis: non autem idem locus debetur animabus Patrum antę perceptionem gloriæ animæ, & post perceptionem ipsius.

QVAESTIO SEPTVAGESIMA.

De qualitate animæ exeuntis à corpore & pœna ei inflicta ab igne corporeo, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de qualitate animæ exeuntis à corpore, & pœna ei ab igne corporeo inflicta.

¶Circa quod quæruntur tria.

Primò, vtrùm in anima separata remaneant potentiæ sensitiuæ.

¶Secundò, vtrùm remaneãt in ea actus dictarũ potentiarum.

¶Tertiò, vtrùm anima separata possit pati ab igne corporeo.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm in anima separata remaneant potentiæ sensitiuæ.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in anima separata remaneant potentiæ sensitiuæ. Augu. enim in lib. de Spiritu & Anima sic dicit, Recedit anima à corpore, secum trahens sensum & imaginationem, rationem & intellectũ: intelligentiã, cõcupiscibilitatem, irascibilitatem: sed sensus & imaginatio, & vis irascibilis & concupiscibilis sunt vires sensitiuæ ergo in anima separata vires sensitiuæ remanent. *Tho. 4. dis. 44. q. 3. ar ti. 3. q. 1. & se quent.*

¶Præterea. Augustinus dicit in libr. de Ecclesiasticis Dogmatibus. Solùm hominem credimus animam habere subsistantificam, quæ exuta à corpore viuit, & sensus suos atque ingenia viuaciter tenet: ergo anima exuta à corpore viuit, & habet potentias sensitiuas.

¶Præterea. Potentiæ animæ vel essentialiter ei insunt, vt quidam dicunt, vel ad minùs sunt naturales proprietates ipsius sed id quod essentialiter inest alicui, non potest ab eo separari, neque subiectum aliquod deseritur à naturalibus proprietatibus: ergo impossibile est quòd anima separata à corpore, aliquas potentias amittat.

¶Præterea. Non est totum integrum, cui aliqua partium deest: sed potentiæ animæ dicuntur partes ipsius: ergo potẽtias aliquas post mortem suam anima amittit: non erit anima integra post mortem, quod est inconueniens.

¶Præterea. Potentiæ animę magis cooperantur ad meritum, quã etiam corpus, cũ corpus sit solũ instrumentum actus, potentiæ verò principia agendi: esse necesse est q̃ simul corpus præmietur cũ anima, propter hoc quòd cooperabatur in merito: ergo multò fortiùs est necesse quòd potentię animę simul præmientur cum ipsa, ergo anima separata eas non amittit.

¶Præterea. Si anima cùm separatur à corpore, potentiam sensitiuam amittit, oportet quòd illa potentia in nihilũ cadat: non enim potest dici quòd in materia aliqua resoluatur, cùm non habeat materiam partem sui: sed id quod omninò in nihilum cadit, non reiteratur idem numero: ergo anima non habebit in resurrectione eandem numero potentiam sensitiuam. Sed secundum Philosophum, sicut se habet anima ad corpus, ita se habent potentię animæ ad partes corporis, vt visus ad oculum, si autem non est eadem anima, quæ redit ad corpus, non esset idem homo: ergo eadem ratione non esset idem oculus numero, si non sit eadem numero partẽtia visua: & simili ratione nec aliqua eadem pars numero resurgeret, & per consequens nec totus homo idem numero erit: non ergo potest esse quòd anima separata potentias amittat sensitiuas.

¶Præterea, Si potentiæ sensitiuę corrũperentur corrupto corpore, oportet quòd debilitato corpore debilitarẽtur: hoc autem non contingit, quia vt dicitur in primo de Anima, Si senex accipiat oculum iuuenis, videbit vtique sicut iuuenis: ergo nec corrupto corpore sensitiuæ potentiæ corrumpentur.

¶SED CONTRA est quod Augu. in libr. de Ecclesiasticis dogmatibus dicit. Duabus substantijs homo constat, anima rãtùm & carne, anima cum ratione sua, & carne cum sensibus suis: potentię ergo sensitiuæ ad carnem pertinent: ergo corrupta carne non manent potentiæ sensitiuæ in anima.

¶Præterea. Philosophus in secũdo Meta. de separatione animæ loquens, sic dicit. Si autem aliquid remanet in posterno quærẽdum est de hoc. In quibusdam enim non est impossibile: verbi gratia, si anima est talis dispositionis non tota, sed intellectus, tota enim, forte impossibile: ex hoc videtur quòd anima tota à corpore non separetur, sed solùm potentię animæ intellectiuæ non enim sensitiuæ vel vegetatiuæ.

¶Præterea. In secundo de Anima Philosophus dicit de intellectu loquens. Hoc solùm conuenit separari, vt perpetuum à corruptibili: reliquæ autem partes animæ manifestum est ex his quòd non separabiles sunt: vt quidam dicunt, ergo potentiæ sensitiuæ non manent in anima separata.

CONCLVSIO.

¶In anima separata potentiæ sensitiuæ & aliæ similes non manẽt simpliciter, sed secundum quid, hoc est, eo modo quo principiata sunt in principijs suis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc est multiplex opinio. Quidam enim æstimantes potẽtias omnes esse in anima ad modum, quo color est in corpore, dicunt q̃ anima à corpore separata, omnes potentias suas secum trahit. Si enim aliqua deesset, oporteret animam transmutatam esse secũdum naturales proprietates, quę subiecto manente variari non possunt. Sed dicta existimatio falsa est. Cùm enim potentia sit secundum quam potentes dicimur aliquid agere vel pati, eiusdem autem sit agere & posse agere: oportet quòd eiusdem sit potentia, sicut subiecti: quod est ageus vel patiens. Vnde Philo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

losophus in principio de Somno & vigila dicit, quòd cuius est potentia, eius est actio: videmus autem manifestè quasdã operationes, quarum potentiæ animę sunt principia, non esse animæ, propriè loquendo, sed coniuncti: quia explentur mediante corpore, vt est videre, audire, & huiusmodi. Vnde oportet quòd istæ potentiæ sint coniuncti, sicut subiecti: animæ autem sicut principij influentis, sicut forma est principium proprietatum compositi. Quædam verò operationes exercentur ab anima sine organo corporali, vt intelligere, & considerare, & velle: vnde cùm hæ actiones sint animæ propriæ, & potentiæ quæ sunt horum principia, non solùm sunt animæ vt principij, sed vt subiecti: quia ergo manente proprio subiecto manere oportet & proprias passiones, necesse est illas potentias, quæ in suis actionibus non vtuntur organo corporali, remanere in anima separata: illas autem quæ vtuntur organo corporali, corrumpi corpore corrupto: & huiusmodi sunt potentiæ omnes quæ pertinent ad animam sensibilem & vegetabilem, & propter hoc quidam in potentijs animæ sensibilibus distinguunt. Dicunt enim has esse duplices: quasdam quæ sunt actus organorum, quæ sunt ab anima effluxæ in corpus, & hæ cum corpore corrumpuntur: quasdam verò originales harum, quæ sunt in anima, quia per eas anima corpus sensificat ad videndum, & audiendum, & huiusmodi: & hæ originales potentiæ manent in anima separata. Sed hoc non videtur conuenienter dici. Anima enim per suam essentiam non mediantibus aliquibus alijs potentijs est origo illarum potentiarum, quæ sunt actus organorum: sicut & forma quælibet ex hoc ipso quòd per essentiam suam materiam informat, est origo proprietatum, quę compositum naturaliter consequuntur. Si enim oporteret in animo ponere alias potentias, quibus mediantibus potentię quæ organa perficiunt, ab essentia animæ effluerent, eadem ratione oporteret ponere alias potentias, quibus mediantibus ab essentia animæ effluerent illæ mediæ potentiæ, & sic in infinitum. Si enim statur alicubi, melius est vt in primo stetur. Vnde alij dicunt quòd potentiæ sensitiuæ & aliæ similes non manent in anima separata, nisi secundum quid, scilicet vt in radice, per modum scilicet: quo principiata sunt in principijs suis. In anima enim separata manet efficacia influendi iterum huiusmodi potentias, si corpori vniatur: nec oportet hanc efficaciam esse aliquid superadditum essentiæ animæ, vt dictum est, & hæc opinio videtur magis rationabilis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum illud intelligendum est, quòd anima secum trahit aliquas illarum potentiarum in actu, scilicet intelligentiam & intellectum: quasdam verò radicabiliter, vt dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd sensus quos anima secum trahit, non sunt isti exteriores, sed interiores, qui scilicet ad partem intellectiuam pertinent, quia intellectus interdum sensus appellatur: vt patet per Basilium super Prouerbia: & Philosophum in 6. Ethico. vel si intelligit de sensibus exterioribus, dicendum sicut ad primum.

¶Ad tertium dicendum, q̃ sicut patet ex dictis, potentię sensitiuę non comparantur ad animam, sicut naturales passiones ad subiectum, sed sicut ad originem: vnde ratio non procedit.

¶Ad quartum dicendum, quòd potentiæ animæ non dicuntur partes eius integrales, sed potentiales. Talium autem totorum ista est natura, quia tota virtus totius consistit in vna parte partium perfectè. In alijs autem partialiter, sicut in anima virtus animæ perfectè consistit in parte intellectiua, in alijs autem partialiter. Vnde cùm in anima separata remaneant vires intellectiuæ partis, integra remanebit, non dimidiata: quàuis sensitiuæ potentiæ actu non remaneant, sicut nec potentia Regis manet dimidiata mortuo præposito, qui eius potentiam participabat.

¶Ad quintum dicendum, quòd corpus cooperatur ad meritum quasi pars essentialis hominis qui meretur: sic autem non cooperantur potentiæ sensitiuæ, cùm sint de genere accidentium: & ideò non est simile.

¶Ad sextum dicendum, quòd potentiæ animæ sensitiuæ non dicuntur esse actus organorum, quasi formæ essentiales ipsorum, nisi ratione animæ cuius sunt, sed sunt actus ipsorum sicut perficientes ea ad proprias operationes ipsorum: sicut calor est actus ignis perficiens ipsum ad calefaciendum. Vnde sicut ignis idem numero remaneret, etiam si alius numero in eo calor esset, sicut patet de frigore aquæ, quod non redit idem numero postquam fuerit calefacta aqua, nihilominus eadem manente: ita & organa erunt idem numero, quamuis potentiæ eędem non sint numero.

¶Ad septimum dicendum, quòd Philosophus ibi loquitur de huiusmodi potentijs, secundum quòd radicaliter in anima consistunt, q̃ patet ex hoc q̃ dicit, q̃ sensus non est in patiendo ad animam secundũ id in quo est, scilicet corpus, sic enim propter corpus neq; debilitantur nec corrumpuntur animę vitutes.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm in anima separata remanentant actus sensitiuarũ potentiarũ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd in anima separata remaneant etiam actus sensitiuarum potentiarum. Dicit enim Augu. in libro de Spiritu & anima, Anima recedens ex corpore ex his, scilicet imaginatione, concupiscibilitate, irascibilitate, secũdum merita afficitur ad delectationẽ siue dolorem: sed imaginatio & concupiscibilis & irascibilis sunt potentiæ sensitiuę: ergo secundũ sensitiuas potentias anima separata afficietur, & ita secundum eas in aliquo actu erit.

¶Præterea, Aug. super Gen. ad literam li. 12. dicit, quòd corpus non sentit, sed anima per corpus: & infrà. Quędam anima non per corpus, sed sine corpore sentit, vt est timor & huiusmodi: sed id quod animæ sine corpore contingit, potest inesse animę à corpore separatę: ergo tunc actu anima sentire poterit.

¶Præterea, Inspicere similitudines corporum, sicut in somnio accidit, ad visionem imaginariam pertinet quæ est in parte sensitiua: sed huiusmodi similitudines corporum inspicere, sicut in somnis accidit, contingit animę separatę. Vnde Augusti. 12. super Gene. ad literam sic dicit: Neque enim video cur habeat anima similitudinem corporis sui cum iacente sine sensu corpore: nondum tamen pœnitus mortuo, videt talia qualia multi ex illis viuis redditi narrauerunt, & non habeat cùm perfecta morte pœnitus de corpore exierit. Non enim potest hoc intelligi quòd anima similitudinem corporis habeat, nisi secundum quòd eam inspiciat: vnde præmisit de iacentibus sine sensu, quòd gerunt quãdam similitudinem corporis sui, per quam possunt ad locum corporalia ferri, & talia qualia vident similitudinibus sensuum experiri: ergo anima separata potest exire in actũ potentiarum sensitiuarum.

¶Præterea, Memoria est potentia sensitiuæ partis, vt probatur in lib. de Memoria & reminiscentia: sed animę separatę actu memorabuntur eorum quæ in hoc mundo gesserunt: vnde & diuiti epuloni dicitur Lucę decimosexto Recordare, quia recepisti bona in vita tua: ergo anima separata exibit in actum potentię sensitiuę.

¶ Præterea, Secundum Philosophum in 3. de Anima: Irascibilis & concupiscibilis sunt in parte sensitiua: sed in irascibili & concupiscibili sunt gaudium & tristitia, amor & odium, timor & spes: huiusmodi autem affectiones aliquas secundum istam nostram ponimus in animabus separatis: ergo animę separatę non carebunt actibus potentiarum sensitiuarum.

¶SED CONTRA est, Id quod est commune animę & corpori, non potest remanere in anima separata: sed omnes operationes potentiarum sensitiuarum sunt cõmunes animę & corpori, quod patet ex hoc quòd nulla potentia sensitiua aliquem actum habet nisi per organum corporale: ergo anima separata carebit actibus sensitiuarum potentiarum.

¶Præterea, Philosophus dicit in primo de Anima, Quòd corrupto corpore, anima non reminiscitur neque amat, & eadem ratio est de omnibus alijs actibus sensitiuarum potentiarum: ergo non procedit anima separata in aliquem actum alicuius potentiæ sensitiuæ.

CONCLVSIO.

¶Actus sensitiuarum potentiarũ nullo pacto remanent in anima soluta à corpore, nisi fortassis tanquam in radice remota.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidam distinguũt duplices actus sensitiuarum potẽtiarum: quosdam exteriores, quos per corpus exercet, & hi non remanent in anima separata: quosdam verò intrinsecos, quos anima per seipsam exercet, & hi erunt in anima separata. Hęc autem positio descendere videtur ab opinione Platonis, qui posuit animam corpori coniungi, sicut quandam substantiam perfectam in nullo a corpore dependentem, sed solùm sicut motorem mobili, quod patet ex transcorporatione quam ponebat. Quia autem secundũ ipsum nihil mouebat nisi motum: & ne abiret in infinitum, dicebat quòd primum mouens mouet seipsum, & posuit quòd anima erat seipsam mouens: & secundum hoc erat duplex motus animę, vnus quo mouebat seipsam, alius quo mouebatur corpus ab ea, & sic anima habebat actum, qui est videre primò in seipsa, secundum quòd mouebat seipsam: & secundò in organo corporali, secundum quòd mouebat corpus. Hanc propositionem Philosophus destruit in 1. de Anima, ostendens q̃ anima nõ monet seipsam, & quòd nullo modo motietur secundum istas operationes, quæ sunt videre, sentire, & huiusmodi: sed istę operationes sunt motus coniuncti tantum. Vnde oportet dicere quòd actus sensitiuarum potentiarum nullo modo manean-

meant in anima separata, nisi fortè sicut in radice remota.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd liber ille negatur à quibusdam fuisse Augustini. Dicitur enim fuisse cuiusdam Cisterciensis, qui eum ex dictis Augustini, compilauit, & quædam de suo addidit. Vnde quod ibi scribitur, pro auctoritate habendum non est. Si tamen auctoritas debeat sustineri, dicendum est quòd non debet intelligi quòd anima separata ex imaginatione & alijs huiusmodi potẽtijs afficiatur, quasi ipsa affectio fit actus potentiarum prædictarum, sed quia ex his quæ anima per imaginationem, & alias huiusmodi potentias commisit in corpore, in futurum afficietur, vel in bonum vel in malum, vt sic imaginatio & huiusmodi potentiæ non intelligantur elicere illam affectionem, sed elicuisse in corpore meritum affectionis illius.

¶Ad secundum dicendum quòd anima dicitur sentire per corpus, non quasi actus sentiendi sit animæ secundum se, sed quia est totius coniuncti ratione animæ, eo modo loquendi, quo dicimus quòd calor calefacit. Quod autẽ subiungitur, q̃ quędã anima sentit sine corpore, vt timorẽ, & huiusmodi, intelligendũ est sine exterioris corporis motu, qui accidit in actibus sensuũ proprioruũ: nõ enim timor & huiusmodi passiones sine motu corporali cõtingunt. Vel potest dici, q̃ Aug. loquitur secũdũ opinionem Platonicorum, qui hoc ponebant, vt dictum est.

¶Ad tertium dicendum, quòd Augustinus ibi inquirendo loquitur non determinando, sicut ferè per totũ illum librum patet. Patet enim quòd non est similis ratio de anima dormientis, & de anima separata. Anima ènim dormientis vtitur organo imaginationis, in qua corporales similitudines imprimuntur, quod de anima separata dici non potest. Vel dicendum quòd similitudines rerum sunt in anima & quantum ad potentiam sensitiuam, & imaginatiuam, & intellectiuam secundum maiorem & minorem abstractionem à materia, & à materialibus conditionibus: tenet ergo similitudo Augustini quantum ad hoc quod sicut similitudines rerum corporalium sunt in anima nonniantis secundum excessum mentis patientis imaginaliter, ita sunt in anima separata intellectualiter: non autem quòd in anima separata sint imaginabiliter.

¶Ad quartum dicendum, quòd sicut in libr. prędicto dictum est, memoria dupliciter sumitur. Quandóque prout est potentia sensitiuæ partis, secundum quòd concernit præteritum tempus, & hoc modo actus memoriæ in anima separata non erit. Vnde dicit Philosophus in 1. de Anima, quòd hoc corrupto, scilicet corpore, anima non reminiscitur. Alio modo accipitur memoria prout est pars imaginationis ad intellectiuam pertinens, secundum scilicet, quòd ab omni differentia temporis abstrahit, cùm non sit tantùm præteritorum, sed etiam præsentium & futurorum, vt Augustinus dicit: & secundum hanc memoriam anima separata memorabitur.

¶Ad quintum dicendum, quòd amor, & gaudium, & tristitia, & huiusmodi, dupliciter accipiuntur: quandóque quidem secundum quòd sunt passiones appetitiuæ sensibilis, & sic non erunt in anima separata. Hoc enim modo non explentur sine determinato motu cordis. Alio modo secundum q̃ sunt actus voluntatis, quæ est in parte intellectiua, & hoc modo erũt in anima separata: sicut etiam & delectatione, quæ quodã modo est passio partis sensitiuæ. Sed alium modum accipiendi ponit Philosophus in Deo, dicens in septimo Ethicor. Quod Deus vna simplici delectatione gaudet.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm anima separata pati possit ab igne corporeo.

AD TERTVM sic proceditur. Videtur quòd anima separata pati non possit ab igne corporeo. Augu. enim 12. super Genes. ad literam dicit. Non sunt corporalia, sed corporalibus similia, quibus animæ corporibus exutæ afficiuntur, seu bene, seu male: ergo anima separata igne corporeo nõ punitur.

¶Præterea. Augu. in eod. lib. dicit, quòd agens semper est nobilius patiẽte: sed impossibile est aliquod corpus esse nobilius anima separata: ergo non potest ab aliquo corpore pati.

¶Præterea. Secundum Philosophum in 1. de Generatiõe, & secundum Boetium in lib. de duabus naturis, Illa solùm agũt & patiuntur ad inuicem, quę in materia cõueniunt, sed spiritualium & corporalium non est materia communis: vnde non possunt adinuicem transmutari, vt Boetius in eodem lib. dicit: ergo anima separata ab igne non patitur.

¶Præterea. Omne quod patitur, recipit aliquid ab agente, si ergo anima patiatur ab igne corporeo, aliquid ab eo recipiet, sed omne quod recipitur in aliquo, est in eo per modum recipientis: ergo quod recipitur ab igne in anima, non est in eo materialiter: sed spiritualiter: sed formæ rerũ in anima spirituali esse existẽtes sunt perfectiões ipsius: ergo si patiatur ab igne corporeo: hoc nõ erit in eius pœnã, sed magis in eius perfectionẽ.

¶Si dicatur quòd hoc ipso anima punitur ab igne quòd ignẽ videt: vt videtur dicere Gregorius quarto Dialo. contra, si videt anima ignem inferni, non potest videre nisi visiõe intellectuali, cùm non habeat organa, quibus visio sensitiua vel imaginaria perficitur: sed visio intellectualis nõ videtur quòd possit esse causa tristitiæ: delectationi enim, quæ est in considerãdo, non est tristitia contrarium, secundum Philosophum, ergo ex tali visione anima non punitur.

¶Si dicatur quòd anima patitur ab igne corporeo, eo q̃ tenetur ab eo sicut nunc tenetur à corpore, dum viuit in corpore: contra, anima dum in corpore viuit, tenetur à corpore, inquãtum ex ea & corpore fit vnum, sicut ex materia & forma fit vnum, sed anima non erit forma illius ignis corporei, ergo supradicto modo non poterit ab illo igne teneri.

¶Præterea. Omne agens corporeum agit per contactum: sed non potest esse aliquis contactus ignis corporei & animę: cùm contactus solùm sit inter corpora, quę habent vltima simul: ergo anima ab illo igne non patitur, &c.

¶Præterea. Agens organicum non agit in remota, nisi per hoc quod agit in media: vnde per determinatam distantiam agere potest proportionatam suæ virtuti, sed animæ, vel ad minus dæmones, de quibus etiam eadem est ratio, quandóque sunt extra locum inferni, cùm quandóque etiam in hoc mundo hominibus appareant, nec tamen tunc sunt à pœna immunes: sicut enim gloria sanctorum nunquam interrumpitur, ità nec pœna damnatorum, nec tamen videmus quòd omnia intermedia ab igne inferni patiantur, nec iterum est credibile aliquid corporeum de natura elementi esse tãtæ virtutis, vt ad tantam distantiam actionem suam diffundat, ergo non videtur quòd pœnas, quas animæ damnatorum sustinent ab igne corporeo patiantur.

¶SED CONTRA. Eadem ratio est in animabus separatis & dæmonibus, quòd ab igne corporeo pati possunt, sed dæmones ab eo patiuntur, cùm puniantur ab illo igne, in quem corpora damnatorum proiiciantur post resurrectionem, quam oportet esse corpoream: & hoc patet per sententiam Domini, Matth. vicesimo quinto. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, &c. ergo & animæ separatæ ab igne corporeo pati possunt.

¶Præterea. Pœna debet respõdere culpæ, sed anima pei culpã se corpori subijcit per paruã concupiscentiam: ergo iu stũ est, vt in pœnam rei corporeæ subijciatur per passionem.

¶Præterea. Maior est vnio formæ ad materiam, quàm agentis ad patiens: sed diuersitas naturæ spiritualis & corporalis non impedit quin anima sit forma corporis: ergo nec impedit quin possit à corpore pati.

CONCLVSIO.

¶Ignis inferni, cũ vt organum diuinæ iustitiæ ab anima apprehẽdatur, propter visionem sui vere animam cruciare dicitur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd supposito ex prædictis, quòd ignis inferni nõ sit metaphoricè dictus, nec ignis imaginarius, sed verus ignis corporeus, oportet dicere quòd anima ab igne corporeo patiatur, cùm Dominus ignem illum Diabolo & angelis eius paratũ esse dicat, Matthæi. 25. Qui sunt incorporei sicut illa. Sed quomodo pati possit multiphciter assignantur. Quidam enim dixerũt quòd hoc ipsum, quod est ignem videre, sit ab igne pati. Vnde Gregor. in Dialo. dicit, Igne eo tempore patitur anima: quo videt. Sed illud nõ videtur sufficere, quia quodlibet visum ex hoc quòd videtur, est perfectio videntis: vnde non potest in eius pœnam cedere, inquantùm est visum: sed quandóque est punitiuum vel contristans per accidens, inquantum scilicet apprehenditur vt nocium. Vnde oportet dicere quòd propter hoc quòd anima ignem illum videt, sit aliqua comparatio animæ ad ignem, secundum quam animæ ignis noceat. Vnde alij dixerant, quòd quamuis ignis corporeus non possit animam exurere, tamen anima apprehendit ipsum vt nocium sibi, & ad talem apprehensionem afficitur timore & dolore, vt in eis impleatur id quod dicitur. Trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Vnde Grego. in 4. Dialo. dicit: quòd quia anima cremari se cõspicit: crematur. Sed hoc iterum non videtur sufficere: quia secundum hoc passio animę ab igne non esset secundum rei veritatem, sed secundum apparentiam tantùm, quamuis enim possit esse vera passio tristitiæ vel doloris ex aliqua falsa meditatione, vt Augustinus dicit 12. super Genes. ad literam: tamẽ non potest dici quòd secundum illam passionem verè patiatur à re: sed à similitudine rei, quàm conspicit: & iterum ille modus passiõis magis recederet à reali passione, quàm ille, qui ponitur per imaginarias visiones, cùm ille dicatur per veras imagines rerum esse, quas

Universidad de Deusto
Biblioteca

animã secum defert: iste autem per falsas conceptiones, quas animi errans fingit: & iterum non est probabile quòd animæ separatæ vel dæmones, qui in subtilitate ingenij pollent, putarent ignem corporeũ sibi nocere posse, si ab eo nullatenus grauarentur. Vnde alij dicũt quòd oportet ponere animam etiam realiter ab igne corporeo pati. Vnde & Grego. in 4. Dial. dicit, Colligere ex dictis Euangelicis possumus, quòd incendium non solùm anima videndo, sed etiam experiendo patiatur. Sed hoc tali modo fieri ponunt: dicunt enim quòd ignis ille corporeus considerari potest dupliciter. Vno modo, secũdum quòd est quędam res corporea: & hoc modo non habet quòd in animam agere possit. Alio modo, secundum quòd est instrumentum diuinæ iustitiæ: hoc enim diuinę iustitię ordo exigit, vt anima quę peccando se rebus corporalibus subdidit, eis etiam in pœna subdatur. Instrumentum autem non solùm agit virtute propriæ naturæ, sed etiam in virtute principalis agentis: & ita non est inconueniens si ignis ille, cùm agat in virtute spiritualis agentis, in spiritum agat hominis vel dæmonis, per modum etiam quo de sacramentis dictum est, quòd animam sanctificant. Sed id non videtur sufficere, quia omne instrumentum in id circa quod instrumentaliter operatur, habet propriã actionem connaturalem, & non solùm illam actionem, secundum quam agit in virtute principalis agentis: imò exercendo propriam actionem, oportet quòd efficiat hanc secundam, sicut aqua lauando corpus in baptismo sanctificat animam, & serra secando lignum, producit illud ad formam domus. Vnde oportet dare igni aliquam actionem in animam, quę sit ei connaturalis ad hoc quòd sit instrumentum diuinę iustitiæ peccata vindicantis. Et ideò dicendum quòd corpus in spiritum naturaliter agere non potest nec ei aliquo modo obesse, vel ipsum grauare, nisi secũdum quòd aliquo modo corpori vnitur: sic enim inuenimus q̃ corpus quod corrumpitur, aggrauat animam Sap. 9. Spiritus autẽ corpori vnitur dupliciter. Vno modo, vt forma materię, vt ex eis fiat vnũ simpliciter: & sic spiritus vnitus corpori, & vinificat corpus, & à corpore aliqualiter aggrauatur, sic aũt spiritus hominis vel dæmonis igni corporeo non vnitur. Alio modo sicut mouens mobili, vel sicut locatum loco, eo modo quo incorporalia sunt in loco: & secũdum hoc spiritus incorporei creati loco definiũtur, ita in vno loco existentes, quòd nõ in alio: quamuis autem res corporea ex sua natura habeat quòd spiritum incorporeum loco definiat, non tamen ex sua natura habet quòd spiritum incorporeum loco definitum detineat, vt ita alligetur illi loco, quòd ad alia diuertere non possit, cùm spiritus non sit ita in loco naturaliter, quòd loco subdatur: sed hoc superadditur igni corporeo, inquantum instrumentum est diuinæ iustitiæ iudicantis, quòd sic detinet spiritum, & ita efficitur ei pœnalis, retardans eum ab exequutione proprię voluntatis, ne scilicet possit operari, vbi vult, & secundum quòd vult: & hunc modum ponit Gregorius 4. Dialogo, exponens enim quomodo anima incendiũ experiendo patiatur, sic dicit. Cùm veritas peccatorem diuitẽ damnatum in igne perhibeat, quisnam sapiens reproborũ animas teneri ignibus neget? & hoc etiam Iulianus dicit, vt in litera Magister dicit. Si viuentis hominis incorporeus spiritus tenetur in corpore, cur etiam non tenetur post mortem corporeo igne? Augustinus etiam 21. de Ciuitate Dei dicit, quòd sicut anima in hominis conditione iungitur corpori vt dans ei vitã, quamuis illud sit spirituale & hoc corporale, & ex illa coniunctione vehemẽter concipit amorem ad corpus, sic ligatur igni vt accipiens ab eo pœnam. & ex illa coniunctione concipit errorem. Oportet ergo omnes prędictos modos in vnum colligere, vt perfectè videatur quomodo anima ab igne corporeo patiatur: vt scilicet dicamus quòd ignis ex natura sua habet quòd spiritus incorporeus ei cõiungi possit, vt loco locatum. Sed inquantum est instrumentũ diuinę iustitię habet, vt ipsum quodammodo retineat alligatum. & in hoc veraciter ignis ille est spiritui nociuus, vt sic anima ignem vt sibi nocium videns ab igne crucietur. Vnde Greg. in 4. Dialogo: omnia ista per ordinem tangit, vt ex prędictis eius auctoritatibus patet.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Augu. loquitur inquirendo: vnde etiam alium modum ponit determinando libro de Ciuitate Dei, vt ex dictis patet. Vel dicendum quòd Augustinus dicit vel intelligit, quòd ea quibus anima proximè afficitur ad dolorem vel tristitiam, sunt spiritualia, non enim afflige retur, nisi ignem vt nocium sibi apprehenderet: ignis ergo apprehensus, est proximum affligens, sed ignis corporeus extra animam existens est affligens remotum.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis anima simpliciter sit igne nobilior, ignis tamen est anima nobilior, inquantum est instrumentum diuinę iustitię.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Philosophus & Boetius loquũtur de actione illa, per quam patiens transmutatur in naturam agentis: talis autem non est actio ignis in animam: & propter hoc ratio non concludit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ignis agit in animam, non per modum influentis: sed per modum detinentis, vt ex dictis patet: & ideò ratio non est ad propositum.

¶ Ad quintum dicendum, quòd in visione intellectuali non est tristitia ex hoc ipso quòd aliquid videtur, cùm illud quod videtur, nullo modo intellectui possit esse contrarium, inquantum videtur: in sensu autem hoc quod videtur ex ipsa actione, quæ agit in visum vt videatur, potest esse corruptium visus per accidens, inquantùm corrumpit harmoniam organi. Sed tamen visio intellectualis potest esse contristans, inquantum id quod videtur, apprehenditur vt nociuum, non quasi noceat eo ipso quòd videtur, sed alio quocunq; modo: & sic anima videndo ignem affligitur.

¶ Ad sextum dicendum, quòd non est simile quantùm ad omnia, sed quantùm ad aliquid, vt ex dictis patet.

¶ Ad septimum dicendum, quòd quamuis non sit tactus corporalis inter animam & corpus: tamen est inter ea aliquis tactus spiritualis: sicut etiam motor cœli, cùm sit spiritualis, spirituali tactu tangit cœlum ipsum mouens per modum, quo dicitur contristans tangere: sicut dicitur in primo de generatione, & hic modus sufficit ad actionem.

¶ Ad octauum dicendum, quòd spiritus dãnati nunquàm sunt extra Infernum, nisi ex dispensatione diuina, vel ad instructionem, vel ad exercitium electorum. Vbicunque autẽ extra infernum sint, semper tamen vident ignem inferni, vt eis in pœnam præparatum. Vnde cùm ista visio sit immediatè affligens, vt dictum est, vbicunque sunt ab igne inferni affliguntur, sicut & captiui extra carcerẽ exillentes, à carcere affliguntur dum vident se ad carcerem damnatos: vnde sicut gloria electorum non minuitur, nec quantum ad præmium essentiale, nec quantum ad accidentale, si aliquando extra cœlum Empyreum sint, sed quodammodo in eorum gloriam cedit: ita etiam nullo modo minuitur pœna damnatorum, si extra infernum ex diuina dispensatione ponantur ad tempus. Et hoc est quod Glos. dicit super illud Ia. 2. Inflãmat rotam natiuitatis nostrę, &c. Diabolus vbicunque sit, siue sub aere, siue sub terra, secũ trahit tormenta suarum flammarum: obiectio autem procedit ac si ignis corporeus affligeret immediatè spiritus, sicut affligit corpora.

QVAESTIO SEPTVAGESIMAPRIMA, DE *suffragijs mortuorum, in quatuordecim articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de suffragijs mortuorum.

¶ Et circa hoc quæruntur quatuordecim.

¶ Primò, vtrùm suffragia quę per vnum fiũt, alijs prodesse possint:

¶ Secundò, vtrùm mortui iuuari possint ex operib⁹ viuorum.

¶ Tertiò, vtrũ suffragia per peccatores facta mortuis prosint.

¶ Quartò, vtrùm suffragia pro mortuis facta, facientibus prosint.

¶ Quintò, vtrùm suffragia existentibus in inferno prosint.

¶ Sextò, vtrùm prosint existentibus in Purgatorio.

¶ Septimò, vtrùm valeant pueris existentibus in Limbo.

¶ Octauò, vtrùm aliquo modo prosint existentibus in patria.

¶ Nonò, vtrùm oratio Ecclesię, & sacramentum altaris, & eleemosyna prosint defunctis.

¶ Decimò, vtrùm indulgentię, quas Ecclesia facit, eis prosint.

¶ Vndecimò, vtrùm cultus exequiarum eis prosint.

¶ Duodecimò, vtrùm suffragia magis prosint ei pro quo fiunt quàm alijs.

¶ Decimotertiò, vtrùm suffragia pro multis facta valeant tantùm singulis, ac si pro vnoquoque singulariter fierent.

¶ Decimoquartò, vtrùm valeant tantùm communia suffragia illis, pro quibus specialia non fiunt, quantùm illis, pro quibus fiunt valeant specialia & communia simul.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm suffragia per vnum facta, alijs prodesse possint. Thom. dist. 45. q. 2. ar. 1. q. 1. 2. Cf. 4. q. 21. ar. 2. q. 1.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd suffragia per vnum facta, alijs prodesse non possint. Galat. 7. Quę enim seminauerit homo, hęc & meter: sed si vnus ex suffragijs alterius cõsequeretur fructum, meteret ab alijs seminata: ergo ex suffragijs aliorum nullus fructum consequitur.

¶ Prætereà, Ad iustitiam Dei pertinet vt vnicuique tribuatur pro meritis: vnde Psal. Tu reddes vnicuique secundum opera sua: sed iustitiam Dei deficere est impossibile: ergo impossibile est, quòd vnus ex operibus alterius iuuetur.

¶ Prætereà,

¶ Prætereà. Secundum eandem rationem est aliquod opus meritorium & laudabile, quia scilicet, inquantùm est voluntarium, sed ex opere vnius non laudatur alter: ergo nec opus vnius potest esse alteri meritorium.

¶ Prætereà Ad iustitiam diuinã pertinet simpliciter bona reddere pro bonis: & mala pro malis: sed nullus punietur pro malis alterius, imò vt dicitur Ezech. 18. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur: ergo nec vnus iuuatur per bona alterius.

¶ SED CONTRA est quod dicitur in Psal. Particeps ego sum omnium timentium te, &c.

¶ Prætereà. Fideles per charitatem vniti sunt vnius corporis membrorum Ecclesię: sed vnum membrum iuuatur per alterum: ergo vnus homo potest ex alterius meritis iuuari.

CONCLVSIO.

¶ Non potest opus vnius alteri prodesse per viam meriti, ad statũ beatitudinis consequendum, sed per viam orationis.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd actus noster ad duo valere potest. Primò, ad aliquem statum acquirendum, sicut per opus meritorium homo acquirit statum beatitudinis. Secundò, ad aliquid consequens statum, sicut homo per aliquem actum meretur aliquod præmium accidentale: vel dimissionem pœnæ. Ad vtrumque autem horum actus noster dupliciter valere potest. Vno modo per viam meriti. Alio modo per viam orationis: & est differentia inter istas duas vias, quia meritum innititur iustitiæ, oratio misericordię. Orans enim impetrat petitam ex liberalitate eius: qui oratur. Dicendum est ergo quòd opus vnius nullo modo potest alteri valere ad statum consequendum per viam meriti: vt scilicet ex his quę ego facio, aliquis mereatur vitam æternam, quia sors gloriæ redditur secundum mensuram accipientis. Vnusquisque autem ex actu suo disponitur & non ex alieno, & dico dispositione dignitatis ad præmium: sed per viam orationis & quantum ad statum consequendum opus vnius, alteri: dum est in via: valere potest, sicut quòd vnus homo impetret alteri primam gratiam. Cùm igitur impetratio orationis sit secundum liberalitatem Dei: qui oratur: ad omnia illa impetratio orationis se potest extẽdere, quæ potestati diuinæ subsunt ordinatè: sed quantum ad aliquid, quod est consequens vel accessorium ad statum, opus vnius poterit valere alteri, non solùm per viam orationis, sed etiam per viam meriti. Quod quidem dupliciter contingit: vel propter communicantiam in radice operis, quę est charitas in operibus meritorijs. Et ideò omnes qui sibi inuicem charitate connectuntur aliquod emolumentum ex mutuis operibus reportant, tamen secundum mensuram status vniuscuiusq; is: quia in patria vnusquisque gaudebit de bonis alterius: & inde est q̃ in articulis fidei ponitur sanctorum cõmunio. Alio modo ex intentione facientis, qui aliqua opera specialiter ad hoc facit, vt talibus prosint. Vnde ilta opera quodammodò efficiuntur eorum: pro quibus fiunt quasi eis à faciente collata: vnde possunt eis valere, vel ad impletionem satisfactionis, vel ad aliquid huiusmodi, quod statum non mutat.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd messio illa est perceptio vitæ æternę: sicut habetur Ioan. 4. Et qui metit, fructum congregat in vitam æternam. Sors autẽ vitę æternę non datur alicui nisi pro proprijs operibus, quia etsi aliquis alteri impetret, vt ad vitam perueniat, nunquam tamen hoc fit nisi mediantibus operibus proprijs: dum scilicet precibus alicuius gratia alicui datur, per quam meretur vitam æternam.

¶ Ad secundum dicendum, quòd opus quod pro aliquo fit, efficitur eius pro quo fit: & similiter opus quod est eius: qui meum est, vnum quodammodò est meum: vnde non est contra dictam iustitiam, si vnus fructum percipit de operibus factis ab eo, qui est vnum secum in charitate, vel ab operibus pro se factis: hoc etiam secundum humanam iustitiam contingit, vt satisfactio vnius pro alio accipiatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd laus non datur alicui nisi secundum ordinem eius ad actum, vnde laus est ad aliquid, vt dicitur in 1. Ethico. Et quia ex opere alterius nullus efficitur, vel ostenditur benè dispositus vel malè ad aliquid: inde est quòd nullus laudatur ex operibus alterius, nisi per accidens, secundum quòd ipse est aliquo modo operum illorum causa, consilium vel auxilium præbendo, seu inducendo, vel quocunque alio modo, sed opus est meritorium alicui non solùm considerata eius dispositione: sed etiã quantùm ad aliquid consequens dispositionem vel statum eius, vt ex dictis patet.

¶ Ad quartum dicendum, quòd auferre alicui quod sibi debetur, hoc directè iustitię repugnat, sed dare aliquid alicui quod ei non debetur, hoc non est iustitiæ contrarium, sed metas iustitiæ excedit, est enim liberalitas: non autem posset aliquis laedi ex malis alterius nisi aliquid de suo subtraheretur, & ita non conuenit, quòd aliquis puniatur pro peccatis alterius, sicut quòd emolumentum accipiat ex bonis alterius.

ARTICVL. II.

¶ Vtrùm mortui possint iuuari ex operibus viuorum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd mortui non possint iuuari ex operibus viuorũ. Primò, per hoc quod dicit Apostolus 2. Corint. 5. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque propria corporis quę gessit: ergo ex his quæ post mortem hominis geruntur, quando extra corpus erit, nihil ei accrescere poterit ex aliquibus operibus.

¶ Prętereà. Hoc videtur ex hoc qđ habetur Apoc. 13. Beati mortui qui in Domino moriũtur, opera enim illorũ sequũtur illos.

¶ Prætereà. Proficere ex opere aliquo est solùm in via existentis: sed homines post mortem iam non sunt viatores, quia de his hoc intelligitur quod legitur Iob 19. Semitam meam circumsepsit, & transire non possum: ergo mortui de suffragijs alicuius iuuari non possunt.

¶ Prętereà. Nullus iuuatur ex opere alterius: nisi sit aliqua vitę communicatio inter eos: sed nulla communicatio est viuorum & mortuorum secundum Philosophum 1. Ethicor. ergo suffragia viuorum non prosunt mortuis.

¶ SED CONTRA est quod habetur 2. Maccha. 12. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur, sed hoc non esset vtile: nisi eos iuuare et ergo suffragia viuorum mortuis prosint.

¶ Prætereà. Augustinus dicit in lib. de Cura pro mortuis agenda, Non parua est vniuersæ Ecclesiæ, quę in hac consuetudine claret, auctoritas: vt in precibus sacerdotis, quæ Domino Deo ad eius altare fundũtur, locum suum habeat etiam commendatio mortuorum: quæ quidem consuetudo ab ipsis Apostolis instituta est, vt dicit Dam. in quodam sermone de suffragijs mortuorum, sic dicens, Miniitrorum conscij Discipuli Saluatoris, & Sacri Apostoli in tremendis & viuificis miniiterijs memoriam fieri eorum, qui fideliter dormierunt, fanxerunt: quod etiam per Diony. patet in vlti. cap. Eccle. Hierar. vbi ritum cõmemorat quo in primitiua Ecclesia pro mortuis orabatur, vbi etiam Diony. asserit suffragia viuorum mortuis prodesse, ergo hoc indubitanter credendum est.

CONCLVSIO.

¶ Cùm charitas nunquam excidat, opera viuorum mortuis prosunt, ad pœnæ diminutionem, non ad mutationem status mortuorum.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ charitas, quæ est vinculum, Ecclesię membra vniens, non solùm ad viuos se extendit: sed etiam ad mortuos: qui in charitate decedunt. Charitas enim vita corporis non finitur. 1. Cor. 13. Charitas nũquam excidit. Similiter etiam mortui in memorijs hominũ viuentium viuunt: & ideò intentio viuentium ad eos dirigi potest, & sic suffragia viuorum mortuis dupliciter prosunt: sicut & viuis: & propter charitatis vnionem, & propter intentionem ad eos directam: non tamen sic eis valere credẽda sunt viuorum suffragia, vt status eorum mutetur de miseria ad fœlicitatẽ: vel ecõuersò: sed valet ad diminutionem pœnæ, vel aliquid huiusmodi, quod statum mortui non transmutat.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo dum in corpore vixit: meruit vt hęc ei valerent post mortẽ: & ideò si post hanc vitã iuuantur, nihilominùs procedit ex his quæ in corpore gessit. Vel dicendũ secundũ Ioan. Dam. in sermo. prędicto, q̃ est intelligẽdus quantum ad retributionem, quę fiet in fine iudicio: quæ erit æternæ gloriæ: vel æternæ miserię: in qua quilibet recipiet solùm secundum quòd in corpore gessit, interim autem iuuari possunt viuorum suffragijs.

¶ Ad secundum dicendum, quòd auctoritas illa expressè loquitur de sequela æternę retributionis: quod patet ex hoc quod præmittitur: Beati mortui, &c. Vel dicendum quòd opera pro eis facta sunt etiam quodammodò eorum, vt dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis animæ post mortem non sint simpliciter in statu viæ: sed quantùm ad aliquid adhuc sunt in statu viæ, inquantùm scilicet eorum progressus adhuc retardatur ab vltima retributione. Et ideò simpliciter eorum via est circumsepta, vt non possint vlteriùs per aliqua opera transmutari secundum statum fœlicitatis & miserię, sed quãtum ad hoc non est circumsepta, quin quantùm ad hoc quòd detinentur ab vltima retributione possint ab alijs iuuari, quia secundum hoc adhuc sunt in via.

¶ Ad quartum dicẽdum, q̃ quãuis cõmunicatio ciuilium operũde qua Philosophus loquitur: nõ possit esse mortuorũ ad viuos: quia mortui extra vitã ciuilẽ sunt: potest tamen eorũ communicatio esse quantùm ad opera vitæ spiritualis, quæ est per charitatem ad Deum, cui mortuorum spiritus viuunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS III.

¶ *Vtrùm suffragia facta per peccatores mortuis prosint.*

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd suffragia per peccatores facta mortuis non prosint: Quia vt dicitur Ioan.9. peccatores Deus non audit: sed si orationes eorum prodessent illis pro quibus orant à Deo exaudirentur: ergo suffragia per eos facta mortuis non prosunt.

¶ Præterea. Gregorius in Pastorali dicit, quòd cùm is qui displicet, ad interpellandum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur: sed quilibet peccator Deo displicet: ergo per peccatorum suffragia Deus ad misericordiam nõ flectitur: & ideò talia suffragia non prosunt.

¶ Præterea. Opus alicuius videtur magis fructuosum facienti quàm alteri: sed peccator per opera nihil meretur sibi: ergo multò minùs potest alteri mereri.

¶ Præterea. Omne opus meritorium oportet esse viuificatum, id est, charitate informatum: sed opera per peccatores facta sunt mortua: ergo nõ possunt per ea mortui iuuari, pro quibus fiũt.

¶ SED CONTRA est, q̃ nullus potest scire de altero pro certo, vtrùm sit in statu culpæ vel gratiæ: si ergo tantùm illa suffragia prodessent, quæ fiunt per eos qui sunt in gratia, non posset homo scire per quæ suffragia subueniret suis defunctis, & ita multi à suffragijs procurandis retraherentur.

¶ Præterea. Sicut Augu. dicit in litera. Secundum hoc iuuatur aliquis mortuus ex suffragijs secũdum quod dum viueret, meruit vt iuuaretur post mortem: ergo valor suffragiorum mensuratur secundum conditionem eius pro quo fiunt: non ergo differt, vtrùm per bonos vel malos fiant.

CONCLVSIO.

¶ *Suffragia à peccatore facta, quantum ad opus operatus ratione sui mortuis non prosunt: ratione verò alterius, siue totius Ecclesiæ personam gerat, siue agat, vt instrumentum, eis prosunt. Sed semper prosunt ratione operis operati.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in suffragijs quæ per malos fiunt, duo possunt considerari. Primò, ipsum opus operatum, sicut Sacrificium altaris: & quia nostra sacramenta ex seipsis efficaciam habent absque opere operantis, quam æqualiter explent per quoscũque fiant, quantũ ad hoc suffragia per malos facta defunctis prosunt. Alio modo quantũ ad opus operans. & sic distinguendum est: quia operatio peccatoris suffragia faciẽtis, potest vno modo considerari prout est eius, & sic nullo modo meritoria esse potest, nec sibi nec alij. Alio modo inquantùm est alterius, quod dupliciter contingit. Vno modo inquantùm peccator suffragia faciens gerit personã totius Ecclesiæ, sicut facerdos dum dicit in Ecclesia exequias mortuorum: & quia ille intelligitur facere, cuius nomine vel vice fit, vt patet per Dionysium in libro Eccles. Hierar. inde est, quòd suffragia talis sacerdotis, quamuis sit peccator, defunctis prosunt. Alio modo quando agit vt instrumentum alterius: opus enim instrumenti est magis principalis agentis: vnde quamuis ille qui agit vt instrumentum alterius, non sit in statu merendi, actio tamen eius potest esse meritoria ratione principalis agentis: sicut si seruus in peccato existens, quodcunque opus misericordiæ facit ex præcepto domini sui charitatẽ habentis. Vnde si aliquis in charitate decedens præcipiat sibi suffragia fieri, vel alius præcipiat charitatem habens, illa suffragia valent defuncto, quamuis illi, per quos fiunt, in peccato existant: magis tamen valerent si essent in charitate, quia tunc ex duabus partibus opera illa meritoria essent.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd oratio per peccatorem facta quandóque non est peccatoris, sed alterius: & ideò secundum hoc digna est vt à Deo exaudiatur: tamen etiã quandóque Deus peccatores audit, quando scilicet peccatores petunt aliquid Deo acceptũ: non enim solis iustis, sed etiam peccatoribus Deus bona sua prouidet: vt patet Matthæi 5. non autem ex eorum meritis, sed ex sua clementia. Et ideò Ioan. 9. super illud, Deus peccatores non audit, Glossa dicit quòd loquitur vt inimicus, non sicut plenè videns.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis ex parte eius, qui displicet, oratio peccatoris nõ sit accepta, tamẽ ratione alterius, cuius vice vel imperio agitur, potest esse Deo accepta.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hoc quòd peccator faciens huiusmodi suffragia, nullum reportat commodum, contingit ex hoc quòd non est capax talis profectus propter propriam indispositionem, & tamen alij, qui est dispositus aliquo modo, valere potest, vt dictum est.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis opus peccatoris non sit viuum, inquantùm est eius, potest tamen esse viuum inquantum est alterius, vt dictum est.

¶ SED QVIA rationes quæ sunt in oppositum, videntur cõcludere quòd non differat, vtrùm quis suffragia procuret per bonos vel per malos: ideò etiam ad eas est respondendum.

¶ Ad primum ergo dicendum, quòd quamuis aliquis pro certo scire non possit de altero, an sit in statu salutis, potest tamen probabiliter æstimare de his quæ exteriùs de homine videt, ex fructu enim suo arbor cognoscitur: vt dicitur Matthæi 7.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ad hoc quòd suffragium alteri valeat, requiritur ex parte eius pro quo fit, capacitas huiusmodi valoris, & hanc homo acquisiuit per opera propria, quæ gessit in vita: & sic Augustinus loquitur, Requiritur nihilominus qualitas operis, quæ prodesse debet, & hoc non pendet ex eo, pro quo fit, sed magis ex eo, qui facit vel exequendo, vel imperando.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Vtrùm suffragia quæ à viuis pro mortuis fiunt, facientibus prosint.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd suffragia quæ à viuis pro mortuis fiunt, facientibus non prosint: quia si aliquis pro altero debitum solueret, secundum humanam iustitiam ipse à debito proprio non absolueretur: ergo per hoc quòd aliquis suffragia faciens, debitum soluit pro illo pro quo facit, ex hoc à debito proprio non absoluitur.

¶ Præterea. Vnusquisque quod facit, facere debet meliori modo, quo potest: sed melius est iuuare duos, quàm vnum. Si ergo qui per suffragia debitum mortui soluit, à proprio debito liberatur, videtur quòd nunquàm debet aliquis pro seipso satisfacere, sed semper pro alio.

¶ Præterea. Si satisfactio alicuius pro alio satisfacientis æqualiter prodesset sibi, vt ei pro quo satisfacit: eadẽ ratione æqualiter valebit tertio, si pro eodem satisfaciat, & similiter quarto, & sic deinceps: ergo vnus vna satisfactione posset pro omnibus satisfacere, quod est absurdum.

¶ SED CONTRA est quod dicitur in Psal. Oratio mea in sinu meo cõuerretur: ergo eadem ratione & suffragia quæ pro alijs fiunt, satisfacientibus prosunt.

¶ Præterea. Dama. dicit in sermone de his qui in fide dormierunt. Quemadmodum vnguento vel alio oleo sancto circumlinire volens infirmum, primo ille, scilicet liniens, participat vnctionem: deinde perungit laborantem: sic & quicunque pro proximi salute agonizat, primũ sibi prodest, deinde proximo: & sic habetur propositum.

CONCLVSIO.

¶ *Suffragium quod pro mortuo fit, facienti prodest, quãtum attinet ad vitam æternam: sed in quantum est expiatiuum pœnæ, vt fiat satisfactio, nullo modo prodest.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd opus suffragij quod pro altero fit, potest considerari dupliciter. Vno modo vt est expiatium pœnæ per modum cuiusdam recompensationis, quæ in satisfactione attenditur: & hoc modo opus suffragij quod cõputatur quasi eius, pro quo fit, ita absoluit eum à debito pœnæ, quòd non absoluit facientem à debito pœnæ propriæ, quia in tali recompensatione consideratur æqualitas iustitiæ. Opus autem illud satisfactorium ita potest adæquari vni reatui, quòd alteri non adæquetur: reatus enim duorum peccatorum maiorem satisfactionem requirunt, quàm reatus vnius. Alio modo potest considerari inquantùm est meritorium vitæ æternæ, quod habet inquantum procedit ex radice charitatis: & secundum hoc nõ solum prodest ei, pro quo fit, sed facienti magis, & per hoc patet solutio ad obiecta. Propriæ enim rationes procedebant de opere suffragij secundum quod est satisfactorium, sed aliæ secundum quod est meritorium.

ARTICVLVS V.

¶ *Vtrùm suffragia prosint existentibus in inferno.*

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd suffragia prosint existentibus in inferno: per hoc quod habetur 2. Macch. 12. vbi dicitur, quòd inuenerunt sub tunicis interfectorum donaria idolorum, à quibus lex prohibebat Iudæos: & ramen pòst subditur, quòd Iudas duodecim milia drachmas argenti misit Hierosolymam offerri pro peccatis eorum: constat autem illos peccasse mortaliter, contra legem agentes, & ita in peccato mortali decessisse, & sic ad inferos esse translatos: ergo existentibus in inferno suffragia prosunt.

¶ Præterea. In litera habetur ex verbis Augustini, quòd quibus valẽt suffragia, vel ad hoc prosunt, vt sit plena remissio: vel ad hoc, quòd tolerabilior sit eorum pœna vel damnatio: sed solùm illi qui in inferno sunt, damnati esse dicuntur: ergo etiam existentibus in Inferno suffragia prosunt.

¶ Præterea. Dio. vlt. c. Eccle. Hierar. dicit, Si hic iustorum orationes & secundum hanc vitam, quanto magis post mortem in illis qui digni sunt sacris orationibus operantur tanrummodò: ex quo potest accipi quòd suffragia magis prosunt mortuis, quam

tuis, quàm viuis, sed viuis prosunt etiam in peccato mortali existentibus: cùm quotidiè oret Ecclesia pro peccatoribus, vt conuertantur ad Deum: ergo etiam & mortuis in peccato mortali existentibus suffragia valent.

¶ Præterea. In vitis Patrum legitur, quod etiam Damas. in sermone suo refert, quòd Macharius, inuenta in via caluaria cuiusdam defuncti, oratione præmissa, quæ fuit cuius caput fuisset: & caput respondit, quòd fuerat sacerdotis, qui in inferno erat damnatus, & tamen confessus est oratione Macharij se & alios iuuari: ergo suffragia Ecclesiæ etiam in inferno existentibus prosunt.

¶ Præterea. Dama. in eodẽ sermone narrat q̃ Greg. pro Traiano orationẽ fundens audiuit vocẽ sibi diuinitùs dicentem. Vocem tuam audiui: & veniam Traiano do. Cuius reiuvt Dama. dicit in dicto sermone, testis est Oriens omnis & Occidens: sed constat Traianum in inferno fuisse, quia multorum martyrum necem amaram instituit, vt ibidem Dama. dicit: ergo suffragia Ecclesiæ valent etiam in inferno existentibus.

¶ SED CONTRA est quod dicit Diony. 7. cap. Eccle. Hierar. Summus sacerdos pro immundis non orat, quia in hoc auerteretur à diuino ordine: & cõmuniter ibidem dicit quòd peccatoribus non orat remissionem, quia non audiretur pro illis: ergo suffragia existentibus in inferno non valent.

¶ Præterea. Gregor. dicit in 34. libr. Moral. Eadem causa est cur non oretur tunc, scilicet post diem iudicij pro hominibus æterno igne damnatis, quæ nunc causa est quare non oretur pro Diabolo & angelis eius æterno supplicio deputatis: quæ etiam nunc causa est quare Sancti non orẽt pro hominibus infidelibus impiisque defunctis: quia de eis vtique quos æterno damnatos supplicio iam nouerint, ante illum iudicis iusti conspectum orationis suæ meritum cassari refugiunt: ergo suffragia in inferno positis non valent.

¶ Præterea. Multa habẽtur ex verbis Augustini, qui sine fide operante per dilectionẽ eiúsq; sacramentis de corpore exeũt frustra vel à suis huiusmodi officia impenduntur: ideò omnes damnati sunt huiusmodi: ergo eis suffragia non prosunt.

CONCLVSIO.

¶ *Cùm in inferno nulla sit redemptio suffragia nõ prosunt damnatis.*

¶ RESPONDEO dicendum, quòd circa damnatos fuit duplex opinio. Quidam dixerunt in hoc distinguendum esse dupliciter. Vno modo quãtùm ad tempus: dicentes quòd post diem iudicij nullus in inferno existens aliquo suffragio iuuatur, sed ante diem iudicij aliqui iuuantur suffragijs Ecclesiæ. Alio modo distinguebant quantùm ad personas in inferno detentas, inter quos aliquos dicebant esse valde malos: qui scilicet sine fide & sacramentis decesserunt, & talibus quia de Ecclesia non fuerũt nec merito nec numero: suffragia Ecclesiæ prodesse non possunt. Alij verò sunt non valdè mali, qui licet de Ecclesia fuerunt numero: & fidẽ habentes, & sacramentis abluti: & aliqua opera de genere bonorum facientes, & talibus suffragia Ecclesiæ prodesse debent.

¶ Sed occurrebat eis quedã dubitatio eos perturbãs: quia scilicet videbatur ex hoc sequi: cũ pœna inferni sit finita secundũ intentionẽ: quãuis duratione infinita existat, q̃ multiplicatis suffragijs, pœna illa totaliter auferetur, quod est error Origenis. Et ideo hoc incõueniens euadere multipliciter voluerũt. Præpositus enim dixit q̃ tantũ possunt suffragia pro damnatis multiplicari, q̃ à tota pœna reddantur imminentes: non quidam simpliciter, vt Origenes posuit, sed ad tempus, scilicet vsq; ad diem iudicij: tunc enim animæ iteratò corporibus coniunctæ in pœnas inferni sine spe veniæ detrudentur.

¶ Sed ista opinio videtur diuinæ prouidentiæ repugnare, quæ nihil in rebus inordinatum relinquit. Culpa autem non potest ordinari: niſi per pœnã, vnde non potest esse vt pœna tollatur nisi prius culpa expietur: & ideò cùm culpa continuè maneat in damnatis, eorum pœna nullatenus interrumpetur.

¶ Et ideò Porretani alium modum inuenerũt, dicentes, q̃ hoc modo proceditur in diminutiõe pœnarum per suffragia, sicut proceditur in diuisione linearum: quę cũ sint finitæ tamẽ in infinitũ diuidi possunt, & nunquã per diuisionem consumuntur, ità fit subtractio non secundum eãdem quantitatem: sed secũdum eandem proportionẽ. Velut si primo auferatur pars quarta totius, & secundo pars quarta illius quartæ, & sic deinceps in infinitũ. Et similiter dicunt quòd per primum suffragium diminuitur aliquota pars pœnæ: & per secundum pars aliqua remanentis secundum eandem proportionem.

¶ Sed iste modus multipliciter defectiuus est. Primò, quia infinita diuisio, quæ congruit continuæ quantitati, non videtur posse ad quantitatem spiritualem transferri. Secũdò, quia non est aliqua ratio quare secundum suffragium minùs de pœna diminuat, quàm primum, si sit æqualis valoris. Tertiò, quia pœna diminui non potest nisi diminuatur & culpa, sicut nec auferri nisi ablata. Quartò, quia in diuisione lineæ tãdem peruenitur ad hoc, quod non est sensibile corpus: corpus enim sensibile non est in infinitum diuisibile: & sic sequeretur quòd post multa suffragia pœna remanens propter sui paruitatem non sentiretur, & non esset pœna.

¶ Et ideò alij alium inuenerunt modũ. Cassiodorus enim dixit quòd suffragia prosunt damnatis non quidem secundum diminutionem pœnæ, vel per interruptionem, sed per cõfortationem patientis. Sicut si homo portaret graue onus & faciẽ suam perfunderet aquæ: sic enim confortaretur ad melius portandũ: cùm tamen onus suum in nullo leuius fieret.

¶ Sed hoc iterum esse non potest, quia aliquis plus vel minùs æterno igne grauatur, vt Gregorius dicit secundum meritum culpæ: & inde est quòd eodem igne quidam plus, quidam minùs cruciantur. Vnde cùm culpa damnati immutata remaneat non potest esse quòd leuius pœnam ferat. Est nihilominus & prædicta opinio præsumptuosa, vtpotè Sanctorum dictis contraria & vana, nulla auctoritate fulcita est, & irrationalis, tum quia damnati in inferno sunt extra vinculum charitatis, secundum quam opera viuorum continuantur defunctis: tum quia totaliter ad viæ terminum peruenerunt, recipientes vltimam pro meritis retributionem, sicut & sancti qui sunt in patria. Quod enim adhuc restat de pœna vel gloria corporis, hoc rationem viatoris non præbet: cùm gloria essentialiter & radicaliter consistat in anima, & similiter miseria damnatorum, & ideò non potest eorum pœna diminui, sicut nec gloria Sanctorum augeri quantùm ad præmium essentiale. Sed tamen modus qui à quibusdam ponitur, quòd suffragia prosunt damnatis, posset aliquo modo sustineri: vt si dicatur quòd non prosunt: neque quantùm ad diminutionem pœnæ vel interruptionem, vel quantùm ad diminutionem sensus pœnæ, sed quia ex huiusmodi suffragijs eis aliqua materia doloris subtrahitur: quæ eis esse posset, si ita se abiectos considerent, quod pro eis nullam curam haberent, quæ materia doloris eis subtrahitur, dum suffragia pro eis fiunt. Sed illud etiam non potest esse secundum legem communem: quia vt Augult. dicit in lib. de Cura pro mortuis agenda: quòd præcipuè de damnatis est verũ. Ibi sunt spiritus defunctorũ, vbi non videt quæcunq; agunturaut euenlunt in ista vita hominibus: & ita nõ cognoscũt quãdo pro eis suffragia fiũt, niſi supra cõmunem legem hoc remediũ diminitùs datur aliquibus dãnatorum, quod est verbũ omninò inusitatum. Vnde tutius est simpliciter dicere quòd suffragia non prosunt damnatis, nec pro eis Ecclesia orare intendit sicut ex inductis auctoritatibus apparet.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd donaria idolorum non fuerunt inuenta apud illos mortuos, vt ex eis signum accipi posset, quòd in reuerentiã idolorum eis deferret, sed ea acceperunt vt victores: quia eis iure belli debebantur, & tamẽ per auaritiam venialiter peccauerunt. Vnde non fuerũt in inferno damnati: & sic suffragia eis prodesse poterant. Vel dicẽdum secundum quosdam quòd in ipsa pugna videntes sibi periculũ imminere de peccato pœnituerunt: secundũ illud Psal. Cùm occideret eos quærebãt eum, & hoc probabiliter potest æstimari: & ideò pro eis fuit oblatio facta.

¶ Ad secundum dicendum quòd in verbis illis damnatio largè accipitur pro quacúnque punitione, & sic includit etiam pœnam Purgatorij, quæ quandóque totaliter ex tatur, quandóque autem non, sed diminuitur.

¶ Ad tertium dicẽdum, quòd quantũ ad hoc magis acceptatur suffragium pro mortuo, quàm pro viuo: quia magis indiget, cùm non possit sibi auxiliari, sicut viuis: sed quantũ ad hoc viuus est melioris conditionis, quia potest transferri de statu culpæ mortalis in statũ gratiæ, quod de mortuis dici nõ potest: & ideò non est eadem causa orandi pro mortuis & pro viuis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd illud adiutorium non erat, quod pœna eorum diminuerẽtur, sed in hoc solo, vt ibidem dicitur: quòd eo orante concedebatur eis vt mutuò se viderẽt: & in hoc aliquod gaudium non verum, sed phantasticum habebant, dum impediebatur hoc quod desiderabant. Sicut & dæmones gaudere dicuntur, dum homines ad peccatum pertrahunt: quamuis per hoc eorum pœna nullatenus minuatur, sicut non minuitur angelorum gaudium, per hoc quòd malis nostris compati dicuntur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd de facto Traiani hoc modo potest probabiliter æstimari, quòd precibus beati Gregorij ad vitam fuerit reuocatus, & ita gratiam consequutus sit per quam remissionem peccatorum habuit, & per consequens immunitatem à pœna: sicut etiam apparet in omnibus illis

qui fuerint miraculosè à mortuis suscitati, quorum plures constat idololatras & damnatos fuisse. De omnibus enim similiter dici oportet, quod non erant in inferno finaliter deputati, sed secundum præsentem propriorum meritorum iustitiam. Secundum autem superiores causas, quibus præuidebantur ad vitam reuocandi, erat aliter de eis disponendum. Vel dicendum secundum quosdam, quòd anima Traiani non fuit simpliciter à reatu pœnæ absoluta, sed eius pœna fuit suspensa ad tempus scilicet, vsque ad finem iudicij: nec tamen oportet quòd hoc fiat communiter per suffragia, quia aliqua sunt quæ lege communi accidunt, & alia quæ singulariter ex priuilegio aliquibus concedũtur: sicut alij sunt humanarum limites rerum, alia diuinarum signa virtutum, vt Augustinus dicit in libro de Cura pro mortuis agenda.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm suffragia prosint existentibus in Purgatorio.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd nec etiam existentibus in Purgatorio. Quia purgatorium pars quædam inferni est: sed in inferno nulla est redemptio. Et Psal. dicit, In inferno autem quis confitebitur tibi? ergo suffragia his qui sunt in Purgatorio non prosunt.

¶ Præterea, Pœna Purgatorij est pœna finita: si ergo per suffragia aliquid de pœna dimittitur, tantùm poterunt multiplicari suffragia quòd tota tolletur, & ita peccatum remanebit totaliter impunitum: quod videtur diuinæ iustitiæ repugnare.

¶ Præterea, Ad hoc animæ sunt in Purgatorio, vt ibi purgatæ, puræ ad regnum perueniant: sed nihil potest purgari nisi aliquid circa ipsum fiat: ergo suffragia facta per viuos pœnam Purgatorij non diminuunt.

¶ Præterea, Si suffragia existentibus in Purgatorio valent, maximè ea videntur valere quæ sunt ad imperium eorum facta: sed hæc non semper valent. Sicut si aliquis decedens disponat tot suffragia pro se fieri: quæ si facta essent, sufficerent ad totã pœnam abolendam: posito ergo quòd huiusmodi suffragia differantur quousq; ille pœnã euaserit, illa suffragia nihil ei prodessent: non enim potest dici quòd prosint antequã fiant, post quàm autem sunt facta, eis nõ indiget, quia iam pœnas euasit: ergo suffragia existentibus in Purgatorio non valent.

¶ SED CONTRA est quod dicitur in litera ex verbis Augustini, quòd suffragia prosunt his qui sunt mediocriter boni vel mali: sed tales sunt qui in Purgatorio detinentur: ergo: & cætera.

¶ Præterea, Dion. dicit 7. cap. Eccle. Hier. quòd diuinus sacerdos pro mortuis orans, pro illis orat qui sanctè vixerunt, & tamen aliquas maculas habuerit ex infirmitate humana contractas: sed tales in Purgatorio detinentur: ergo, &c.

CONCLVSIO.

¶ Suffragia viuorum auxilia sunt ijs qui in purgatorio detinentur, tùm opera vnius possint valere alteri ad satisfaciendum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd pœna Purgatorij est in supplementum satisfactionis, quæ non fuerat plenè in corpore cõsummata: & ideò sicut ex dictis patet, opera vnius possunt valere alteri ad satisfactionem, siue viuus siue mortuus fuerit: & ideò non est dubium quin suffragia per viuos facta existentibus in Purgatorio prosint.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd autoritas illa loquitur de inferno damnatorũ, in quo nulla est redemptio, quã tùm ad illos qui sunt tali pœnæ addicti. Vel dicendum secundum Damas. in sermone de dormien. quòd huiusmodi autoritates sunt exponendæ secundum causas inferiores, id est, secundum exigentiam meritorum eorum, qui pœnis deputantur, sed secundum diuinam misericordiam, qui vincit humana merita, ad preces iustorum, aliquando aliter disponitur, quàm sententia prædictarum autoritatũ continet. Deus autem mutat sententiam & non consilium, vt dicit Gregor. vnde & Damas. ponit ad hoc exempla de inimicis Achab & Ezechia, in quibus apparet q̃ sententia contra eos lata diuinitùs fuit per diuinam misericordiam commutata.

¶ Ad secundum dicendum, quòd non est inconueniens si multiplicatis suffragijs pœna existentiũ in Purgatorio annihiletur: non enim sequitur quòd peccata remaneat impunita, quia pœna vnius pro altero accepta alteri computatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd purgatio animæ per pœnas Purgatorij non est aliud quàm expiatio reatus impedientis à perceptione gloriæ: & quia per pœnam quam vnus sustinet pro alio, potest reatus alterius expiari, vt dictum est: non est inconueniens si per vnius satisfactionem alius purgetur.

¶ Ad quartum dicendũ, quòd suffragia ex duobus valent, scilicet ex opere operãte, & ex opere operato: & dico opus operatum non solum Ecclesiæ sacramentum, sed effectum accidentem ex operatione: sicut ex collatione eleemosynarum consequitur pauperũ releuatio, & eorum oratio pro defuncto apud Deum. Similiter opus operans potest accipi ex parte principalis agentis, vel ex parte exequentis. Dico ergo quòd quamcirò moriens disponit aliena suffragia sibi fieri, præmium suffragiorum plenè consequitur, antè etiam quàm fiant quantum ad efficaciam suffragij, quæ erat ex opere operãte principalis agentis: sed quantùm ad efficaciam suffragiorum, quæ est ex opere operato, vel ex opere operante exequentis non consequitur fructum antequam suffragia fiant: & si pr iùs contingat ipsum à pœna purgari, quantũ ad hoc fraudabitur fructu suffragiorum, quod redundabit in illos quorum culpa defraudatur: non enim est inconueniens quòd aliquis defraudetur per culpam alterius in temporalibus. Pœna autem Purgatorij temporalis est, quamuis quantùm ad æternam retributionẽ nullius defraudari possit nisi per propriam culpam.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrùm suffragia valeant pueris in limbo existentibus.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd suffragia valeant pueris in limbo existentibus: quia illi non detinentur nisi pro peccato alieno: ergo maximè decens est vt ipsi iuuentur suffragijs aliorum.

¶ Præterea, Ita litera habetur ex verbis August. quòd suffragia pro non valde malis propitiationes sunt: sed pueri non computantur inter valde malos, cùm sit mitissima eorum pœna: ergo suffragia Ecclesiæ eos iuuant.

¶ SED CONTRA est quod habetur in litera ab Aug. quia suffragia non prosunt illis qui sine fide operante per dilectionem hinc exierunt: ergo suffragia eis non prosunt.

CONCLVSIO.

¶ Cùm per suffragia viuorum status mortuorũ mutari non possit, illa pueris in limbo existentib. non prosunt: in quibus oporteret vt status mutaretur, quantum ad meritum essentialu meriti.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd pueri non baptizati nõ detinentur in limbo nisi quia deficiunt à statu gratiæ: vnde cùm per opera viuorum mortuorũ status murari nõ possit, maximè quantùm ad meritũ essentialis præmij vel p œnæ, suffragia viuorum pueris existentibus in limbo prodesse non possunt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis peccatum originale sit huiusmodi, quòd pro eo possit aliquis ab alio iuuari, tamen animæ puerorum in limbo existentes sunt in tali statu, quòd iuuari non possunt: quia post hanc vitam non est tempus gratiam acquirendi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Aug. loquitur de non valde malis, qui tamen baptizati sunt, quod patet ex hoc quod præmittitur: cùm ergo sacrificia siue altaris, siue quarumcúnq; eleemosynarum pro baptizatis omnibus offeruntur, &c.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrùm suffragia prosint sanctis existentibus in patria.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd aliquo modo prosint sanctis existentib. in patria, per hoc quod habetur in collecta Missæ, Sicut mortuis prosunt, ad gloriam scilicet, sacramenta, ita nobis proficiant ad medelam: sed inter alia suffragia præcipuum est sacramentum altaris: ergo suffragia prosunt his qui sunt in patria.

¶ Præterea, Sacramenta efficiunt quod figurant: sed tertia pars hostiæ, scilicet, in calice missa, significat eos qui beatam vitam in patria ducunt: ergo suffragia Ecclesiæ prosunt existentibus in patria.

¶ Præterea, Sancti nõ solùm gaudent in patria de proprijs bonis, sed etiam alienis: vnde Lucæ 15. dicitur, Gaudium est angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente: ergo ex bonis operibus viuentium sanctorum, qui sunt in patria, gaudiũ crescit, & ita etiam eis nostra suffragia prosunt.

¶ Præterea, Dama. dicit in sermone de dormientibus inducens verba Chryso. Si enim Gentiles, inquit, cum his qui abierunt, sua cõburunt, quantò magis te fidelem mittere conuenit, cum fideli ipsius propria, non vt fauilla fiant, sed hęc velut illa, & vt maiorem hinc circumponas gloriam: & si quis peccator fuerit qui mortuus est vt peccamina soluas: si autem iustus, vt appositio fiat mercedis & retributionis: & sic idem quod prius.

¶ SED CONTRA est quod in litera habetur ex verbis Aug. Iniuria est in Ecclesia pro martyre orare, cuius nos debemus orationibus commendari.

¶ Præterea, Eius est iuuari, cuius est indigere: sed sancti in patria sunt absque omni indigentia: ergo per suffragia Ecclesiæ non iuuantur.

CONCLVSIO.

¶ Cùm Sancti in cœlesti regno nullius rei indigeãt, diuina gloria inebriati, non iuuantur per nostra suffragia.

¶ RESPONDEO

¶ RESPONDEO dicendum, quòd suffragium Ecclesiæ de sui ratione importat quandam auxiliationem, quæ non competit ei qui defectum non patitur. Nulli enim iuuari competit nisi ei qui indigens est vnde cùm sancti qui sunt in patria, sint ab omni indigẽtia immunes, inebriati ab vbertate domus Dei, eis iuuari per suffragia non competit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd huiusmodi lectiones non sunt sic intelligendæ, quasi Sancti in gloria proficiant quantum ad se, quòd eorũ festa recolimus: sed quia nobis proficit, qui de eorum gloria solennia celebramus, sicut ex hoc q̃ Deum cognoscimus vel laudamus: & sic quodammodò eius gloria in nobis crescit, nihil Deo, sed nobis accrescit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis sacramẽta efficiant quod figurant, non tamen illum effectum suum ponunt circa omne id quod figurat: aliàs cùm figurent Christum, in ipso Christo hæc aliquid efficerent, quod est absurdũ: sed efficiunt circa suscipientem sacramentũ ex virtute eius, quod per sacramentum significatur: & sic non cõsequitur quòd sacrificia pro fidelibus defunctis oblata Sanctis prosint, sed quia ex meritis Sanctorum quæ recoluntur vel significantur in sacramento, prosint aliis, pro quibus offeruntur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis Sancti qui sunt in patria, de bonis nostris omnibus gaudeant, non tamen sequitur quòd multiplicatis nostris gaudiis, eorum gaudium augmentetur formaliter, sed materialiter tantùm: quia omnis passio formaliter augetur secundum rationem obiecti sui: ratio autẽ gaudendi in Sanctis de quibuscúnque gaudent, est ipse Deus, de quo nõ possunt magis & minùs gaudere: quia sic essentiale eorum præmium variaretur, quod cõstitit in hoc quòd de Deo gaudẽt. Vnde ex hoc quòd bona multiplicãtur de quibus gaudendi ratio eis Deus est, non semper sequitur quòd interiùs gaudeant, sed quod de pluribus gaudeant: & ideò non sequitur quod operibus nostris iuuentur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non est intelligendũ quòd fiat appositio mercedis vel retributionis illi bono per suffragia ab aliquo facta sed facienti. Vel dicendum, quòd ex suffragiis potest esse appositio mercedis fieri beato defuncto inquantùm de suffragiis sibi faciendis adhuc viuens disposuit.

ARTICVLVS IX.

¶ Vtrùm orationes Ecclesiæ, sacrificium altaris, & eleemosynæ prosint defunctis.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd non solùm orationibus ecclesiæ, & sacrificio altaris & eleemosynis animæ defunctorum iuuetur, vel quòd eis iuuentur præcipuè. Pœna enim debet per pœnam recompẽsari: sed ieiunium magis est pœnale, quàm eleemosyna vel oratio: ergo ieiunij magis prodest in suffragiis quàm aliquod prædictorum.

¶ Præterea, Greg. in istis tribus connumerat ieiunium, vt habetur in Can. 13. q. 2. animæ defunctorum quatuor modis soluuntur, aut oblationibus sacerdotum, aut eleemosynis charorum, aut orationibus sacerdotum, aut eleemosynis charorum, aut oratione, aut ieiunio cognatorum: ergo insufficienter connumerantur hic ab Aug. tria prædicta.

¶ Præterea, Baptismus est potissimum sacramentorum, maximè quantùm ad effectum: ergo baptismus vel alia sacramenta deberẽt vel similiter vel magis pro defunctis fieri, sicut sacramentum altaris.

¶ Præterea, Hoc videtur ex hoc quod habetur 1. Corin. 15. Si omninò mortui non resurgunt, vt quid etiam baptizantur pro illis? ergo etiam baptismus valet ad suffragia defunctorum.

¶ Præterea, In diuersis Missis est idem sacrificium altaris: si ergo sacrificium computatur inter suffragia, & non Missa: videtur quòd tantundẽ valeat quæcunque Missa pro defuncto dicatur, siue de beata Virgine, siue de Spiritu sancto, vel quęcunque alia, quod videtur esse contra Ecclesiæ ordinationem, quę specialem Missam pro defunctis instituit.

¶ Præterea, Dama. in sermone de dormientibus docet ceras & oleum & huiusmodi pro defunctis offerri: ergo non solũ oblatio sacramenti altaris, sed etiam aliæ oblationes debent inter suffragia computari mortuorum.

CONCLVSIO.

¶ Conuenienter Augustinus posuit tria præcipua subsidia viuorum pro mortuis, Eucharistiam & eleemosynam ratione charitatis, qua mortui viuentibus iuuantur: & orationem ratione intentionis directæ in mortuos.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd suffragia viuorũ prosunt defunctis, secundũ quod vniuntur viuentibus charitate, & secundũ quo d intentio viuentis fertur in mortuos: & ideò illa opera præcipuè nata sunt mortuis suffragari, quæ maximè ad communicationem charitatis pertinent, vel ad directionẽ intentionis ad alterũ. Ad charitatem autem sacramentũ Eucharistię præcipuè pertinet, cùm sit sacramentũ ecclesiasticę vnionis, continens illũ in quo tota Ecclesia vnitur & consolidatur, scilicet Christum: vnde Eucharistia est quasi quædam charitatis origo vel vinculum. Sed inter charitatis effectus est præcipuum eleemosynarum opus: & ideò ista duo ex parte charitatis præcipuè mortuis suffragantur, scilicet sacrificium Ecclesiæ & eleemosynæ, sed ex parte intentionis directæ in mortuos præcipuè valet oratio, quia oratio secundum suam rationem, non solùm dicit respectum ad orantem, sicut & cætera opera, sed directiùs ad illud pro quo oratur: & ideò ista tria ponuntur quasi præcipua mortuorum subsidia, quamuis quæcúnque alia bona quę ex charitate fiunt pro defunctis, eis valere credenda sint.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in eo qui satisfacit pro altero: ma gis est considerandum ad hoc, quòd effectus satisfactionis ad alterũ perueniat, quàm illud, quo satisfactio vnius transit in alterum, quàm etiam satisfactionis pœna: quãuis ipsa pœna expiet reatum magis satisfacientis, inquantùm est quædam medicina: & ideò tria prædicta magis valent defunctis, quàm ieiunium.

¶ Ad secundum dicendum, quòd etiam ieiunium prodesse potest defunctis ratione charitatis & intentionis in defunctos directæ, sed tamen ieiunium in sui ratione non continet aliquid quod ad charitatem vel directionem intentionis pertineat, sed ei sunt hæc quasi extrinseca: & ideò August. non posuit: sed Gregor. posuit ieiunium inter suffragia mortuorum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Baptismus est quædam spiritualis regeneratio: vnde sicut per generationem nõ acquiritur esse nisi generato, ita baptismus non habet efficaciã nisi in eo qui baptizatur, quantũ est ex opere operato, quãuis ex opere operãte vel baptizãtis vel baptizati possit aliis prodesse, sicut & cætera opera meritoria: sed Eucharistia est signum Ecclesiasticæ vnionis: & ideò ex ipso opere operato eius efficacia in alterum transire potest, quod non contingit de aliis sacramẽtis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Glossa ista autoritatem dupliciter exponit: vno modo sic: Si mortui non resurgunt, nec Christus resurrexit, vt quid etiam baptizantur pro illis? id est peccatis, cùm ipsa non dimittantur, si Christus nõ resurrexit: quia in baptismo nõ solùm Christi passio, sed resurrectio operatur, quæ est nostræ spiritualis resurrectionis quodammodò causa. Alio modo sic: fuerunt quidam imperiti, qui baptizabãtur pro his qui de hac vita sine baptismo discesserant, putantes illis prodesse: & secundum hoc Apostolus nõ loquitur nisi secundum errorem aliquorum in verbis illis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd in officio Missæ non solùm est sacrificium, sed etiam sunt ibi orationes: & ideò Missæ suffragium continet duo horum quę hic Augustinus enumerat, scilicet orationem & sacrificium. Ex parte ergo sacrificij oblati Missa æqualiter prodest defuncto de quocúnque dicatur, & hoc est præcipuum quod fit in Missa: sed ex parte orationum magis prodest illa, in qua sunt orationes ad hoc determinatę, sed tamen iste defectus recompensari potest per maiorem deuotionem, vel eius qui dicit Missam, vel eius qui iubet dici, vel iterum per intercessionem Sancti, cuius suffragium in Missa imploratur.

¶ Ad sextum dicendum, quòd huiusmodi oblatio candelarum vel olei, potest prodesse defuncto, inquantùm sunt eleemosynę quę iam quę dantur ad cultum Ecclesię, vel etiam in vsum fidelium.

ARTICVLVS X.

¶ Vtrùm indulgentia Ecclesiæ prosint mortuis.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quòd indulgentię, quas Ecclesia facit, etiam mortuis prosint. Primò, per consuetudinem Ecclesiæ quę facit prædicari crucem, vt ali quis indulgentiam habeat pro se & duobus vel tribus, & quandoque etiam decem animabus tam viuorum quàm mortuorum: quod esset deceptio nisi mortuis prodessent: ergo indulgentiæ mortuis prosunt.

¶ Præterea, Meritum totius Ecclesiæ est efficacius quàm meritum vnius personæ: sed meritũ personale suffragatur defunctis, vt patet in largitione eleemosynarũ: ergo multò fortiùs meritum Ecclesiæ cui indulgentiæ innituntur.

¶ Præterea, Indulgẽtiæ prosunt illis qui sunt de foro Ecclesiæ, sed illi qui sunt in Purgatorio, sunt de foro Ecclesię, aliàs Ecclesiæ suffragia non prodessent illis: ergo videtur quòd indulgentiæ defunctis prosint.

¶ SED CONTRA est, quòd ad hoc quòd indulgentiæ valeant, requiritur causa conuenjens, pro qua indulgẽtię dantur: sed talis causa non potest esse ex parte defuncti, quia non potest facere aliquid quod sit in vtilitatem Ecclesiæ, pro qua

Universidad de Deusto
Biblioteca

causâ præcipuè indulgentiæ dantur: ergo videtur quòd indulgentiæ defunctis non prosint.

¶Præterea. Indulgentiæ determinantur secundũ arbitriũ eas facientis: si ergo indulgentiæ defunctis prodesse possunt, esset in potestate facientis indulgentiam: vt defunctum omninò liberarem a pœna, quod videtur absurdum.

CONCLVSIO.

¶Simpliciter & directè indulgentia non prosunt mortuis, secundariò verò & indirectè sunt illis auxilio, si ea sit forma earum, vt eis prosint.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd indulgentiam alicui prodesse, potest dici dupliciter. Vno modo principaliter. Alio modo secundariò: principaliter quidè prodest ei qui indulgẽtiam accipit, scilicet qui facit hoc pro quo indulgentia datur, vt qui visitat limina alicuius Sancti: vnde cùm mortui non possint facere aliquid horum, pro quibus indulgentiæ dantur, eis directè indulgentiæ valere non possunt. Secundariò autem & indirectè prosunt ei: pro quo aliquis facit illud quod est indulgentiæ causa: quod quandòque contingere potest, quandoque autem non potest secundum diuersam indulgentiæ formam: si enim sit talis indulgentiæ forma, quicũque facit hoc vel illud habebit tantum de indulgentia: ille qui hoc facit, non potest fructum indulgentiæ in alium transferre: quia eius non est applicare ad aliquem intentionem Ecclesiæ per quem communicantur communia suffragia, ex quibus indulgentiæ valent. Si autem indulgentia sub hac forma fiat, quicunque fecerit hoc vel illud, ipse & pater eius vel quicunque alius ei adiunctus in purgatorio detentus tantum de indulgentia habebit, talis indulgentia non solùm viuo, sed etiam mortuo proderit: non enim est aliqua ratio quare Ecclesia transferre possit communia merita, quibus indulgentiæ innituntur in viuos & non in mortuos: nec tamen sequitur quòd prælatus Ecclesiæ possit pro suo arbitrio animas in purgatorio liberare: quia ad hoc vt indulgentiæ valeant, requiritur causa conueniens indulgentias faciendi, vt suprà dictum est.

ARTICVLVS XI.

¶Vtrùm cultus exequiarum defuncto prosint.

ADVNDECIMVM sic proceditur. Videtur quòd cultus exequiarum defuncto prosint. Damas. enim in sermone de dormientibus inducit verba Athanasij sic dicentis. Licet in aera qui in pietate consummatus est, dispositus fuerit, nenuas oleum & ceras Deum inuocantes in sepulchro accendere, accepta enim ista sunt Deo, & multam ab eo recipientia retributionem: sed huiusmodi pertinent ad cultum exequiarum: ergo cultus exequiarum prodest defunctis.

¶Præterea. Sicut Aug. dicit in lib. de Ciui. Dei, Antiquorum iustorum funera officiosa pietate curata sunt, & exequię celebratæ, & sepulchra prouisa: ipsique cùm viuerent de sepeliendis & transferendis suis corporibus mandauerunt: sed hoc non fecissent filijs nisi sepulchra: & huiusmodi, aliquid mortuis, cõferrent: ergo huiusmodi aliquid prosunt defunctis.

¶Præterea. Nullus facit eleemosinã circa aliquẽ: nisi ei proficiat: sed sepelire mortuos cõputatur inter opera eleemosinarũ: vnde Aug. dicit in primo de Ciuitate Dei, Tobias sepeliẽdo mortuos apud Deum promeruisse teste angelo commendatur: ergo huiusmodi sepulturæ cultus mortuis prodest.

¶Præterea, Inconueniens est dicere quòd frustretur deuotio fidelium: sed aliqui ex deuotione in locis aliquibus religiosis sepeliri disponunt: ergo sepulturæ cultus prodest defunctis.

¶Præterea, Deus pronior est ad miserandũ quàm ad condemnandum: sed aliquibus nocet in aliquibus locis sanctis sepultura, si indigni sunt: vnde dicit Greg. quos peccata grauia deprimunt, ad maiorem damnationis cumulum potiùs quàm ad solutionem eorum corpora in Ecclesiis ponuntur: ergo multò amplius dicendum est, quòd sepulturæ cultus prosint bonis.

¶SED CONTRA est quod Augustinus dicit in lib. de Cura pro mortuis agenda: Corpori humano quicquid impẽditur, non est præsidium vitę eternę, sed humanitati s officium.

¶Præterea, Gregor. dicit in 4. Dialo. Curatio funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum, magis sunt viuorum solatia, quàm subsidia defunctorum.

¶Præterea, Dominus dicit Matth. 10. Nolite timere eos qui corpus occidunt, & post hoc non habẽt amplius quid faciant: sed post mortem Sanctorum corpora possunt à sepultura prohiberi, sicut in Ecclesiastica historia legitur esse factum de quibusdam martyribus Lugduni Galliæ. ergo non nocet defunctis si eorum corpora inhumata remaneant: ergo nec cultus sepulturæ prodest.

CONCLVSIO.

¶Non per se, sed per accidens cultus exequiarum defunctis prodest: eo enim cultu admonentur fideles vt pro eis orent.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sepultura adinuenta est & propter viuos & propter mortuos: propter viuos quidem, ne eorum oculi ex turpitudine cadauerum offendantur, & corpora fœtoribus inficiantur, & hoc quantum ad corpus: sed spiritualiter etiam prodest viuis inquantũ per hoc astruitur resurrectionis fides. Sed mortuis prosunt ad hoc quòd inspicientes sepulchra memoriam retinẽt defunctorum, & pro defunctis orant: vnde & monumentum à memoria nomen accepit. Dicitur enim monumentum quasi monens mentem, vt dicit Aug. in lib. de ciui. Dei: & in lib. de cura. pro mortuis agẽda. Paganorum tamen error fuit, quòd ad hoc sepultura mortuo prosit, vt eius anima quietem accipiat: non enim credebãt animas priùs quietem posse accipere, quàm corpus sepulturæ daretur: quod omninò ridiculum est & absurdum. Sed quòd vlteriùs sepultura in loco sacrato mortuo prodest, non quidẽ est ex ipso opere operato, sed magis ex opere operante: dum scilicet vel ipse defunctus vel alius corpus tumulari in loco sacro disponẽs patrocinio alicuius Sancti eum committit, cuius precibus per hoc credendus est adiuuari: & etiam patrocinio eorum qui loco Sancto deseruiunt, qui pro tumulatis apud se frequentiùs & specialiùs orant. Sed illa quæ ad ornatũ sepulturæ adhibentur, prosunt quidem viuis inquantum sunt viuorum solatia. sed possunt etiam defunctis prodesse, non quidem per se, sed per accidens, inquantum scilicet per huiusmodi homines excitantur ad compatiendũ, & per consequens ad orandum: vel etiam quantum ex sumptibus sepulturæ vel pauperes fructum capiunt, vel Ecclesia decoratur: sic enim sepultura inter cæteras eleemosynas computatur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q⁹ oleum & cera ad sepulchrum defunctorũ prolata per accidens defuncto prosunt, vel inquantũ Ecclesiæ offeruntur, siue pauperibus dantur, vel inquantũ huiusmodi in Dei reuerentiã fiunt. Vnde & verbis præmissis subiungitur: Oleum enim & cera holocaustum sunt.

¶Ad secundum dicendum, quòd ideò Sancti patres de suis corporibus tumulandis curauerunt, vt ostenderent corpora mortuorum ad Dei prouidentiã pertinere: non quòd mortuis corporibus aliquis sensus insit, sed propter fidem resurrectionis astruendam: vt patet per Augustinum in primo de ciuit. Dei. Vnde etiam voluerunt in terra promissionis sepeliri: vbi credebant Christum nasciturum & moriturum, cuius resurrectio nostræ resurrectionis est causa.

¶Ad tertium dicendum, quòd caro est pars naturæ hominis: naturaliter enim homo ad carnem suam afficitur: secundum illud Ephes. 5. Nemo carnem suam odio habet. Vnde secundum istum naturalem affectum ineſt viuenti quædam solicitudo, quid etiam post eius mortem de corpore fit futurum, doleretque si aliquid indignum suo corpori euenire priùs sentiret. Et ideò illi qui hominem diligunt ex hoc quòd affectui eius, quẽ diligunt, conformantur, circa eius carnem curam humanitatis impendunt: vt enim dicit Aug. de ciui. Dei. Si paterna vestis & annulus, ac si quid huiusmodi, tantò charius est posteris, quantò erga parentes maior affectus, nullo modo illa spernãda sunt corpora, quæ multò familiariùs atque coniunctiùs quàm quæ libet indumenta gestamus. Vnde & inquantum affectui hominis satisfacit sepeliens eius corpus, cum ipse in hoc sibi satisfacere non possit, eleemosynam ei facere dicitur.

¶Ad quartum dicendum, quòd fidelium deuotio (vt Aug. dicit in libro de Cura pro mor. agen.) suis charis in locis sacris prouidens sepulturam, in hoc non frustratur quòd defunctum suum suffragio Sanctorum committit: vt dictum est.

¶Ad quintum dicendum, quòd sepultura in loco sacro impio defuncto non nocet, nisi quatenus hanc sepulturam sibi indignam propter humanam gloriam procurauit.

ARTICVLVS XII.

¶Vtrùm suffragia quæ fiunt pro vno defuncto, magis illi prosint pro quo fiunt, quàm alijs.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur quòd suffragia, quæ fiunt pro vno defuncto, non magis proficiãt ei pro quo fiunt, quàm alijs. Lumen enim spirituale magis est communicabile, quàm corporale lumen: sed lumen corporale scilicet candelæ, quamuis accendatur pro vno tantùm, æqualiter omnibus prodest qui simul commorantur, quamuis pro eis candela non accendatur: ergo cùm suffragia sint quædam spiritualia lumina, quamuis pro vno specialiter fiant, nõ magis valent ei, quàm alijs existentibus in Purgatorio.

¶Præterea, Sicut in litera dicitur, secundũ hoc suffragia mortuis prosunt, qui dum viuerent hic, sibi vt posteà possent prodesse meruerunt: sed aliqui magis meruerunt vt suffragia sibi prodessent, quàm illi, pro quibus fiũt: ergo eis magis prosunt, aliàs eorum meritum frustraretur.

¶Præterea,

¶Præterea, Pro pauperibus non fiunt tot suffragia, sicut pro diuitibus: si ergo suffragia facta pro aliquibus eis magis quam alijs valerent, pauperes essent peioris conditionis: quod est contra sententiam Domini, Luc. 6. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

¶SED CONTRA, Iustitia humana exemplatur à iustitia diuina: sed iustitia humana si aliquis debitum pro aliquo soluit, eũ solùm absoluit: ergo cùm ille qui suffragia facit, quo damno soluat debitum eius pro quo facit, ei soli proderit.

¶Præterea. Sicut homo faciens suffragia, quodammodò satisfacit pro mortuo, ita etiam interdum aliquis pro viuo satisfacere potest: sed quando aliquis satisfacit pro viuo, satisfactio illa non computatur nisi illi, pro quo facta est: ergo & suffragia faciens ei soli prodest, pro quo facit.

CONCLVSIO.

¶Suffragia pro vno defuncto facta alijs prosunt ratione charitatis, quæ bona sunt bonis communia: ratione verò intentionis, magis ei pro quo fiunt, prosunt, imò soli, si solùm ratio dimissionis pœnæ haberatur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc fuit duplex opinio: quidam enim, vt Prepositinus, dixerunt, quòd suffragia pro vno aliquo facta non magis prosunt ei pro quo fiunt, sed eis qui sunt magis digni. Et ponebant exemplum de candela quæ accenditur pro aliquo diuite, quæ non minùs prodest eis qui cum ipso sunt, quàm ipsi diuiti, & fortè magis si habent oculos clariores: & etiam de lectione, quæ non magis prodest ei, pro quo legitur, quàm aliis, qui simul cum eo audiunt, sed fortè aliis magis qui sunt sensũ capaciores. Et si eis obiceretur, quòd secundũ hoc ordinatio Ecclesiæ esset vana, quæ pro eis specialiter orationes instituit: dicunt quod hoc Ecclesia fecit ad excitandam deuotionem fidelium, qui proniores sunt ad faciendã specialia suffragia, quàm communia, & frequentiùs etiam pro suis propinquis orant, quàm pro extraneis. Alij econtra dixerunt, quòd suffragia magis valent eis pro quibus fiunt. Vtraque enim opinio secundum aliquid veritatẽ habet: valor enim suffragiorũ pensari potest ex duobus, valent enim vno modo ex virtute charitatis, quæ facit omnia bona communia: & secundum hoc magis valent ei qui magis charitate est plenus, quamuis pro eo specialiter non fiant, & sic valor suffragiorum attenditur magis secundum quandam interiorem consolationem: secundum quod vnus in charitate existẽs de bonis alterius delectatur post mortem quantum ad diminutionem pœnæ. post mortem enim non est locus acquirendi gratiam vel augendi, ad quod nobis in vita valent opera aliorum ex virtute charitatis. Alio modo valent suffragia ex hoc quòd per intentionem vnius alteri applicantur, & sic satisfactio vnius alteri computatur: & hoc modo non est dubium, quòd magis valent ei pro quo fiunt, imò sic ei soli valent, satisfactio enim proprie ad remissionem pœnæ ordinatur. Vnde quantùm ad dimissionem pœnæ precisè valet ad suffragiũ ei pro quo fit, & secundum hoc secunda opinio plus habet de veritate, quàm prima.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod suffragia prosunt per modum luminis, inquantùm à mortuis acceptatur, & ex hoc quandam consolationem accipiunt: & tantò maior est, quantò maiori charitate sunt prediti. Sed inquãtum suffragia sunt quædam satisfactio per intentionem faciẽtis translata in alterum, non sunt similia lumini, sed magis solutioni alicuius debiti: non autem est necesse, vt si debitum pro vno soluitur, quòd & debitum aliorum soluatur.

¶Ad secundum dicendum, quòd illud meritum est conditionale, quo sibi meruerũt quòd prodessent si pro eis fierẽt, quod nihil aliud fuit, quàm facere se habiles ad recipiendum. Vnde patet quòd non directè meruerunt illud iuuamen suffragiorum, sed per merita præcedentia se habilitauerũt vt fructum suffragiorum susciperent: & ideò non sequitur quòd meritũ eorum frustretur.

¶Ad tertium dicendum, quòd nihil prohibet diuites quantum ad aliquid, esse melioris cõditionis, quàm pauperes, sicut quantum ad expiationem pœnę: sed hoc quasi nihil est comparatũ ad possessioni regni cœlorum, in qua pauperes melioris conditionis esse ostenduntur, per autoritatem inductam.

ARTICVLVS XIII.

¶An suffragia facta pro multis, tantundem valeant singulis, ac si specialiter pro vnoquoque fierent.

AD DECIMVMTERTIVM sic proceditur. Videtur quòd suffragia facta pro multis, tantundem valeant singulis, ac si pro vnoquoq; specialiter fierent. Videmus enim quòd ex lectione quæ pro vno legitur, nihil ei deperit, si simul & alij legatur: ergo & eadem ratione nihil deperit ei, pro quo fit suffragium, si ei aliquis connumeretur: & ita si pro pluribus fiat, tantùm valet singulis ac si pro vnoquoque fieret.

¶Præterea, Secundum communem vsum Ecclesię videmus, quòd cùm Missa pro aliquo defuncto dicitur, simul etiam illic orationes adiunguntur pro aliis defunctis: hoc autem nõ fieret si ex hoc defunctus pro quo missa dicitur, aliquod detrimentum reportaret: ergo idem quòd priùs.

¶Præterea, Suffragia præcipuè orationum innituntur diuinæ virtuti: sed apud Deum sicut non differt iuuare per multos vel paucos, ita non differt iuuare multos vel paucos: ergo quantũ iuuaretur vnus ex vna oratione, si pro eo tantùm fieret, tantùm iuuabuntur singuli, si eadem oratio pro multis fiat.

¶SED CONTRA, Melius est plures iuuare, quàm vnum. si ergo suffragium pro multis factum valet singulis tantùm, ac si pro vno tantùm fieret, videtur quòd Ecclesia nõ debuit instituisse, vt pro aliquo fieret singulariter missa vel oratio, sed quod semper diceretur pro omnibus fidelibus defunctis, quod patet esse falsum.

¶Præterea, Suffragium habet finitam efficaciam: ergo distributum in multos minus prodest singulis, quàm prodesset si fieret pro vno tantùm.

CONCLVSIO.

¶Suffragia inquantùm sunt satisfactiones ex intentione facientis trãslatæ in mortuos, magis prosunt ei, pro quo singulariter fiunt, quàm quæ fiunt pro eo & communiter pro aliis: inquantum verò accipiuntur, vt valent ex virtute charitatis, tantundem singulis prosunt, ac si pro vno tantùm fierent.

¶RESPONDEO dicendum, quòd si valor Suffragiorũ consideretur secundum quod valet ex virtute charitatis viuentis, Ecclesiæ suffragia pro multis facta tantùm singulis prosunt, ac si pro vno tantùm fierent: quia charitas non minuitur si distribuatur affectus in multos, imò magis augetur: & similiter etiam gaudium quantò pluribus est commune, fit maius: vt dicit Augustinus. 8. confes. & sic de vno bono facto non minùs lxetantur multi in purgatorio quàm vnus. Si autẽ cõsideretur valor suffragiorũ, inquantùm sunt satisfactiones quædam per intentionem facientis translate in mortuos, tunc magis valet suffragium alicui quod pro eo singulariter fit, quàm quod fit pro eo communiter & multis aliis: sic enim effectus suffragij diuiditur ex diuina iustitia inter eos, pro quibus suffragia fiunt: vnde patet quòd hæc quæstio dependet ex prima: & ex hoc etiã patet quare institutũ sit, vt suffragia specialia in Ecclesia fiant.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd suffragia vt sunt satisfactiones quædam, non prosunt per modum actionis sicut doctrina prodest, quæ sicut & omnis alia actio effectum habet secundum dispositionem recipientis, sed valet per modum solutionis debiti, vt dictum est: & ideò non est simile.

¶Ad secundum dicendum, quòd suffragia pro vno facta, aliquomodo etiam aliis prosunt, vt ex dictis patet: ideò cùm pro vno missa dicitur, non est inconueniens, vt pro aliis etiam orationes fiant. Non enim ad hoc dicuntur aliæ orationes vt satisfactio vnius suffragij determinetur ad alios principaliter, sed vt illis etiam specialiter oratio fusa prosit.

¶Ad tertium dicendum, quòd oratio consideratur & ex parte orantis, & ex parte eius qui oratur, ex vtroq; eius effectus dependet: & ideò quamuis diuinæ virtuti non sit magis difficile absoluere multos, quàm vnum, tamen huiusmodi orantis oratio non ita est satisfactoria pro multis sicut pro vno.

ARTICVLVS XIIII.

¶Vtrùm tantùm valeant suffragia communia illis, pro quibus specialia non fiunt, quantùm illis, pro quibus fiunt specialia & cõmunia simul.

AD DECIMVMQVARTVM sic procedit. Videtur quòd tantùm valeant communia suffragia illis, pro quibus specialia non fiunt, quantum illis, pro quibus fiunt specialia & communia simul, vnicuiq; enim secundum propria merita reddetur in futuro: sed ille, pro quo non fiunt suffragia, meruit vt tantùm iuuaretur post mortem, quantùm ille pro quo fiunt specialia: ergo tantum iuuabitur per cõmunia, quantùm & ille per specialia & communia.

¶Præterea, Inter Ecclesiæ suffragia præcipuum est Eucharistia: sed hæc Eucharistia cùm contineat totum Christum, habet quodammodò efficaciam infinitam. ergo vna oblatio Eucharistiæ, quæ communiter pro omnibus fit, valet ad plenam liberationem eorum, qui sunt in purgatorio: & ita tãtum iuuant communia suffragia sola, quantùm iuuant specialia & communia simul.

¶SED CONTRA est, quòd duo bona vno sunt magis eligenda: ergo suffragia specialia & communia magis prosunt ei, pro quo fiunt, quàm communia tantùm.

CONCLVSIO.

¶Quantũ attinet ad velociorẽ absolutionem pœnæ, plus valet suffra-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ria specialia & communia simul, quàm communia tantùm: quantùm ve ro spectat ad finalem pœnæ liberationem æquè valent communia solum-modò, atque specialia & communia simul.

¶RESPONDEO dicendum, quòd huiusmodi etiã solutio dependet ex solutiõe primæ quæstionis. Si enim suffragia pro vno specialiter facta: indifferenter omnibus valeant, tunc omnia suffragia sunt cõmunia, & ideò tantũ iuuabitur ille pro quo nõ fiunt specialia, quantũ ille pro quo fiũt, si sit æqualiter dignus. Si autẽ suffragia pro aliquo facta, nõ indifferẽter omnibus prosunt, sed eis maximè pro quibus fiũt. tũc non est dubiũ q̃ cõmunia suffragia & specialia plus valent alicui, quã communia tantũ: & ideò etiam Magister duas opiniones in litera tangit. Vnam dum dicit, quòd æqualiter prosunt diuiti communia & specialia, & pauperi communia tantũ. quamuis enim ex pluribus iuuetur vnus, quam alter, non tamen plus iuuatur: aliam autem tangit cùm dicit, quòd ille pro quo fiunt specialia: consequitur velociorem absolutionem, sed non pleniorem, quia vterque ab omni pœna liberabitur finaliter.

¶AD PRIMVM ergo dicendum quòd iuuamen suffragiorum non cadit directè sub merito & simpliciter, sed quasi sub conditione: & ideò non sequitur.

¶Ad secundum dicendum, q̃ quamuis virtus Christi, qui continetur sub sacramento Eucharistiæ, sit infinita, tamen determinatus est effectus, ad quem illud sacramẽtum ordinatur: vnde non oportet q̃ per vnum altaris sacrificium tota pœna eorum, qui sunt in purgatorio, expietur: sicut etiam nec per vnũ sacrificium, quòd aliquis offert, liberatur à tota satisfactione debita pro peccatis: vnde & quandóque plures missæ in satisfactione vnius peccati iniunguntur: credibile tamen est, quod per diuinam misericordiã, si aliquid de specialibus suffragijs superfit his, pro quibus fiunt: vt si eis non indigeant, alijs dispẽsentur, pro quibus nõ fiunt, si eis indigeant, vt patet per Damas. in sermone de dormientibus sic dicentẽ. Deus tanquam iustus commetietur impotenti possibilitatem, tanquam suscipiens defectum & mutationem, negotiabitur, quæ quidem negotiatio attenderetur si id quod deest vni, alteri suppleat.

QVAESTIO SEPTVAGESIMA SECUNDA, *De oratione respectu sanctorum, qui sunt in patria, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de oratione respectu sanctorum, qui sunt in patria.

¶Et circa hoc quæruntur tria.

Primò, vtrùm Sancti orationes nostras cognoscant.

Secundò, vtrùm eos interpellare debeamus ad orandum pro nobis.

¶Tertiò, vtrùm orationes eorum pro nobis fusæ semper exaudiantur.

ARTICVLVS. I.

¶Vtrùm Sancti orationes nostras cognoscant.

Tho. 4. dist. 45 q. 3. ar 1. & sequent.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Sancti orationes nostras non cognoscant. Isa. 63. Pater noster es, & Abraham nescivit nos, & Israel ignoravit nos. Glossa Augusti. dicit quòd mortui Sancti nesciunt quid agant viui, etiam eorum filij, & fumitur ab Aug. de Cura pro mor. agen. vbi hanc autoritatem inducit, & sunt hæc verba Aug. ibidem. Si tanti Patriarchæ quid erga populum ab eis procreatum ageretur ignoravérunt, quomodo mortui viuorum rebus atque actibus cognoscendis adiuuandisque misceantur? ergo Sancti orationes nostras cognoscere non possunt.

¶Præterea, Quarti Reg. 22. dicitur ad Iosiam regem, Idcirco, lecliter quod fleuisti coram me, colligam te ad patres tuos, vt non videant occuli tui mala omnia, quæ ego inducturus sum in locum istum: sed in hoc nullo modo per mortem Iosiæ subuentum fuisset, si post mortem quid genti suæ eueniret cognosceret: ergo Sancti mortui actus nostros non cognoscunt, & ita non intelligunt nostras orationes.

¶Præterea, Quantò aliquis est in charitate perfectior, magis proximo in periculis subuenit: sed Sancti in carne viuentes, proximis & maximè sibi coniunctis in periculis consulunt, & manifestè auxiliantur: cùm ergo post mortem sint multò maioris charitatis, si facta nostra cognoscerent, multum aut plus suis charis sibi coniunctis consulerent & auxiliarentur in necessitatibus, quòd facere non videntur: ergo nõ videtur quòd actus nostros & orationes nostras cognoscant.

¶Præterea, Sicut Sancti post mortem vident verbum tãtùm, & angeli, de quibus dicitur Matth. 18. Angeli eorum semper vident faciem Patris mei: sed angeli verbum videntes non propter hoc omnia cognoscunt, cùm à nescientia minores à superioribus purgentur: vt patet per Diony. in 6. cap. Cæ. hier. ergo nec Sancti, quamuis verbum videant, in eo nostras orationes cognoscunt, & alia quæ circa nos aguntur.

¶Præterea, Solus Deus inspector est cordium: sed oratio præcipuè in corde consistit: ergo Solius Dei est orationes cognoscere, non ergo Sancti nostras orationes cognoscunt.

¶SED CONTRA, Super illud Iob 14. Siue nobiles fuerunt filij eius, siue ignobiles, nõ intelligent, dicit Greg. 12. lib Mor. Hoc de animabus sanctis sciendum non est, quia quæ omniporentis Dei virtutem vel charitatem vident, nullo modo credendum est, quòd sit foris aliquid quod ignorent: ergo ipsi orationes nostras cognoscunt.

¶Præterea, In 2. Dialo. Animæ videnti Creatorem angusta est omnis creatura: quantumlibet enim de luce Creatoris aspexerit, breue sit ei quod creatum est: sed hoc maximè impedire videtur, quòd animæ Sanctorum orationes & alia, quæ circa nos aguntur cognoscant. quia à nobis distant: cùm ergo distantia non impediat illa, vt ex prædicta autoritate patet, videtur quòd animæ Sanctorum cognoscant orationes & ea quæ hic aguntur.

¶Præterea, Si ea quæ circa nos aguntur, non cognoscerent, nec pro nobis oraret, quia defectus nostros ignoraret: sed hic est error Vigilantij, vt Hiero. dicit in Epistola contra eum: ergo Sancti ea quæ circa nos aguntur cognoscunt.

CONCLVSIO.

¶Sancti non omnia cognoscunt cùm essentiam Dei non comprehendant: in Verbo autem cognoscunt quæ ad nos spectant, & per consequẽs nostras orationes.

¶RESPONDEO dicendum, quòd diuina essentia est efficiens medium cognoscẽdi omnia, quod patet ex hoc quòd Deus videndo suam essentiam, omnia intuetur: non tamen sequitur quòd quicunque essentiam Dei vident, omnia cognoscant, sed solùm qui essentiam cõprehendunt: sicut nec in principio aliquo cognito, consequens est omnia cognosci, quę ex principio consequuntur, nisi tota virtus principij cõprehendatur: vnde cùm animæ Sanctorum diuinam essentiam non comprehendant, non est consequens vt omnia cognoscant quę per essentiam diuinam cognosci possunt. Vnde etiam de quibusdam inferiores angeli à superioribus edocentur, quamuis essentiam diuinam videant. Sed vnusquisque beatus tantum de alijs rebus, necessarium est, vt in essentia diuina videat, quantũ perfectio suæ beatitudinis requirit. Hoc autem ad perfectionem beatitudinis requiritur, vt homo habeat quicquid velit, nec aliquid inordinatè velit: hoc autem recta voluntate quilibet vult, vt ea quæ ad ipsum pertinent cognoscat: vnde cùm nulla rectitudo Sanctis desit, volunt cognoscere ea quæ ad nos pertinent: & ideò oportet quòd illa in verbo cognoscãt: hoc autem ad eorum gloriam pertinet, quòd auxilium indigentibus præstent ad salutem, sic enim Dei cooperatores efficiuntur, quo nihil est diuinius, vt ait Dionys. 3. cæ. Cæ. hierar. vnde patet quòd Sancti habent cognitionem eorum quæ ad hoc requiruntur, & sic manifestum est quòd in verbo cognoscunt vota & deuotiones & orationes hominum, qui ad eorum auxilium confugiunt.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum Aug. intelligendum est de cognitione naturali animarum separatarum quæ quidem cognitio in Sanctis viris non est obtenebrata, sicut est in peccatoribus: non autem loquitur de cognitione quæ est in verbo, quam constat Abraham eo tempore quo hęc dicta sunt per Isaiam, nõ habuisse cùm ante Christi passionem nullus ad visionem Dei peruenerit.

¶Ad secundum dicendum, quòd Sancti, licèt post hãc vitam cognoscant ea quæ hic geruntur, non tamen credendum est quòd afficiantur doloribus, cognitis aduersitatibus eorum, quos in hoc sęculo dilexerũt: ita enim repleti sunt gaudio beatitudinis, quòd dolor in eis locum non inuenit. Vnde & si cognoscant suorum infortunia post mortem, nihilominus dolori eorum consulitur, si ante huiusmodi infortunia de hoc sęculo subtrahantur. Sed fortè animæ non glorificatæ dolorem aliquem sentirent, si incommoda charorum suorum perciperẽt, & quia anima Iosiæ non statim glorificata fuit à corpore egressa: quantum ad hoc ex hac ratione Augustinus concludere nititur, quòd animæ mortuorum cognitionem non habeant de factis viuentium.

¶Ad tertium dicendum, quòd animæ Sanctorum habent voluntatem plenariè conformem diuinę voluntati etiam in volito: & ideò quamuis affectum charitatis ad proximũ retineãt, non tamen eis aliter auxilium ferũt, quàm secundum diuinam iustitiam vident dispositum, & tamen credendum est q̃ multũ proximos iuuant, pro eis apud Deum intercedendo.

¶Ad quartum dicendum, quòd quãuis videntes Verbum, non sit necessarium in verbo omnia videre, vident tamen ea quæ ad perfectionem beatitudinis pertinent eorum, vt dictum est.

¶Ad quintum dicendum, quòd cogitationes cordium solus Deus per ipsum nouit, sed tamen alij cognoscũt quatenus eis reuelatur vel per visionem Verbi, vel quocunque modo.

ARTICVLVS II.

Vtrùm debeamus sanctos interpellare ad orandum pro nobis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non debeamus Sanctos interpellare ad orandũ pro nobis. Nullus enim amicos alicuius interpellat ad orandum pro se, nisi quatenus credit apud eos se facilius gratiã obtinere. Sed Deus est in infinitum magis misericors quolibet Sancto: & sic volũtas eius facilius inclinatur ad nos exaudiendum, quàm voluntas alicuius Sancti: ergo videtur superfluum constituere mediatores inter eos & Deum, vt ipsi pro nobis intercedant.

¶Præterea, Si eos ad orandũ pro nobis interpellare debemus, hoc non est nisi quia scimus eorum orationem Deo esse acceptam: ergo semper debemus superiores pro nobis intercessores constituere ad Deum, & nunquam ad minores.

¶Præterea, Christus etiam secundum quod homo, dicitur sanctus sanctorum, & eum secundum quòd homo orare cõpetit: sed nunquam Christum ad orãdum pro nobis interpellamus: ergo nec alios Sanctos interpellare debemus.

¶Præterea, Quicunq; rogatus ab aliquo, vt pro eo intercedat: preces ipsius ei repræsentat, apud quem pro eo intercedit: sed superfluum est ei repręsentare aliquid, cui omnia sunt præsentia: ergo superfluum est quòd Sanctos intercessores constituamus pro nobis ad Deum.

¶Præterea, Illud est superfluũ quod fit propter aliquid, quod fine eo fieret vel non fieret: sed similiter Sancti orarent pro nobis, vel non orarent, siue nos oremus eos siue nõ oremus: quia si sumus digni, vt pro nobis orent, etiam nobis eos non orãtibus pro nobis orarent: si autem simus indigni, etiã si petamus pro nobis, non orant: ergo interpellare eos ad orandum pro nobis, videtur omninò superfluum.

¶SED CONTRÀ est quod dicitur Iob 5. Voca si est qui tibi respondeat, & ad aliquem Sanctorum conuertere. Vocare autem nostrum est (vt Gregorius dicit ibidem) humiliter Deum prece deposcere: ergo cùm volumus Deum orare, debemus ad Sanctos conuerti, vt pro nobis Deum orent.

¶Præterea, Sancti qui sunt in patria, magis sunt accepti Deo, quàm in statu viæ: sed Sanctos qui sunt in via, constituere debemus intercessores pro nobis ad Deum exemplo Apostoli, qui dicebat Romanor. 15. Obsecro vos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem Spiritus sancti, vt adiuuetis me in orationibus vestris pro me ad Dominum: ergo nos multò fortiùs petere debemus à Sanctis, qui sunt in patria, vt nos iuuent orationibus suis ad Deum.

¶Præterea, ad hoc est communis consuetudo Ecclesiæ, quæ in litaniis Sanctorum orationem petit.

CONCLVSIO.

¶Cùm Diuinæ legis ordo hoc postulet, vt nos qui longè distamus à Deo, per Sanctos, qui illi propinquissimi sunt, vt in illum reducamur, eos orare debemus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd iste ordo est diuinitùs institutus in rebus secundum Dionysium, vt per media vltima reducantur in Deum: vnde cùm sancti qui sunt in patria, sint Deo propinquissimi: hoc diuinę legis ordo requirit, vt nos qui manentes in corpore peregrinamur à Domino, in eum per Sanctos medios reducamur, quod quidem contingit dum per eos diuina bonitas in nos suum effectum infundit: & quia reditus noster in Deum respondere debet processui bonitatum ipsius ad nos, sicut mediantibus Sanctorum suffragiis Dei beneficia in nos deueniunt, ita oportet nos in Deum reduci, vt iteratò beneficia eius sumamus mediantibus Sanctis: & inde est quòd eos intercessores pro nobis ad Deum constituimus, & quasi mediatores, dũ ab eis petimus, quòd pro nobis orent.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut non est propter defectum diuinæ potentiæ, quòd mediantibus secundis causis agentibus operatur, sed est ad complementum ordinis vniuersi, & vt eius bonitas multiplicitèr diffundatur in res, dum res ab eo non solùm suscipiũt bonitates propinquas, sed insuper quòd aliis causa bonitatis existant: ita etiam non est propter defectum misericordiæ ipsius, quòd oporteat eius clementiam per orationes Sanctorum pulsare, sed est ad hoc, vt ordo prædictus seruetur in rebus.

¶Ad secundum dicendum, quòd quamuis Sancti superiores sint magis Deo accepti, quàm inferiores: vtile tamen est etiam minores Sanctos interdum orare. & hoc propter quinque rationes. Primò, ex hoc quòd quandoque aliquis habet maiorem deuotionem ad minorem Sanctum, quàm ad Sanctum maiorem, ex deuotione autem maximè dependet orationis effectus. Secundò, autem propter fastidium tollendum, quia assiduitas vnius rei fastidium parit, per hoc autem quòd diuersos Sanctos oramus, quasi in singulis nouus feruor deuotionis excitatur. Tertiò, quia quibusdam Sanctis datum est in aliquibus specialibus causis præcipuè patrocinari, sicut Antonio ad ignẽ infernalem. Quarto, vt omnibus honor debitus exhibeatur à nobis. Quinto, quia plurium orationibus quandoq; impetratur quod vnius oratione non impetratur.

¶Ad tertium dicendum, quòd oratio est actus quidam: actus autem sunt particularium suppositorum: & ideò si diceremus, Christe ora pro nobis, nisi aliquid adderemus, videretur hoc ad personam Cyrilli referri: & ita videretur esse consonũ illi errori Nestorij, qui distinxit in Christo personam Filij hominis à persona Filij Dei: vel errori Arrij, qui posuit personam Filij minorem Patre. Vnde ad hos errores euitandos Ecclesia non dicit, Christe ora pro nobis, sed Christe audi nos, vel miserere nobis.

¶Ad quartum dicendum, quòd sicut infrà dicitur, nõ dicũtur Sancti preces nostras Deo repræsentare, quasi ei incognita manifestent, sed quia eas exaudiri à Deo petunt, vel diuinam consulunt veritatem de eis, quid scilicet secundum eius prouidentiam fieri debeat.

¶Ad quintum dicendum, quòd ex hoc ipso aliquis efficitur dignus, vt Sanctus aliquis pro eo oret, quòd ad ipsum in sua necessitate cum pura deuotione recurrit: & ita non est superfluum quòd Sanctos oremus.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm orationes Sanctorum ad Deum pro nobis effusæ, semper exaudiantur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd orationes Sanctorum pro nobis ad Deum fusæ, non semper exaudiantur: si enim exaudirentur, maximè exaudirentur Sancti de his quæ ad eos pertinent, sed de his non exaudiuntur. Vnde dicitur Apocalypsis sexto, quòd martyribus petentibus vindictam de his quæ sunt super terram dictum est, vt requiescerent modicum tempus adhuc donec impleretur numerus fratrum suorum: ergo multò minùs exaudiuntur de his, quæ ad alios pertinent.

¶Præterea, Hiere. 15. dicitur, Si steterit Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum: ergo Sancti nõ semper exaudiuntur, cùm pro nobis orant ad Deum.

¶Præterea, Sancti in patria æquales angelis Dei dicuntur, vt patet Matthæi 22. sed angeli non semper exaudiuntur in suis orationibus, quod patet ex hoc quod habetur Danielis decimo, vbi dicitur: Ego veni propter sermones tuos, principe autẽ regni Persarum restitit mihi vno & viginti diebus. Non autem venerat in adiutorium Danieli angelus, qui loquebatur, nisi à Deo liberationem petendo, & tamen est impedita orationis eius impletio: ergo nec etiam alij Sancti pro nobis orantes apud Deum semper exaudiantur.

¶Præterea, Quicunque oratione impetrat aliquid, quodammodò meretur illud: sed Sancti qui sunt in patria, non sunt in statu merendi: ergo non possunt suis orationibus aliquid impetrare nobis apud Deum.

¶Præterea, Sancti per omnia conformant voluntatem suam voluntati Dei: ergo nolunt nisi quod sciunt Deum velle: sed hoc quod vult fieret etiam eis non orantibus: ergo eorum orationes non sunt efficaces ad aliquid impetrandum.

¶Præterea, Orationes totius cœlestis Curiæ, si aliquid impetrare possunt, sunt efficaciores, quàm omnia præsentis Ecclesię suffragia: sed multiplicatis præsentis Ecclesiæ suffragijs factis pro aliquo in purgatorio existẽte, totaliter absolueretur à pœna: cùm ergo Sancti qui sunt in patria, eadem oratione orent pro illis, qui sunt in purgatorio, sicut & pro nobis: si nobis aliquid impetrant, illos qui sunt in purgatorio, totaliter orationes eorum à pœna absoluerent, quod falsum est: quia sic suffragia Ecclesiæ pro defunctis facta, superflua essent.

¶SED CONTRA est quod habetur secundi Macchabæorum vltimo. Hic est qui multum orat pro populo & pro vniuersa sancta ciuitate Hieremias propheta Dei: & quòd eius oratio sit exaudita, patet per hoc quod sequitur, quòd extendit Hieremias dexteram, & dedit Iudæ gladium dicens: Accipe sanctum gladium munus à Deo, &c.

¶Præterea, Hiero. in Epistola contra Vigilantium: Dicis in libello tuo quòd dum viuimus, mutuò pro nobis orare possumus. & hoc postea improbat dicens sic: Si Apostoli & martyres adhuc in corpore constituti, possunt orare pro cæteris quando pro se adhuc debent esse soliciti, quantò magis post

Universidad de Deusto
Biblioteca

coronas, victorias, & triumphos?

¶Præterea, Ad hoc est consuetudo Ecclesiæ, quæ frequenter petit vt Sanctorum orationibus adiuuetur.

CONCLVSIO.

¶Sancti semper Deum precibus suis exorant, eis nihil desiderent, nisi quod Deus voluerit, cessante ex parte nostra defectus impediat, quominus Sanctorum orationes effectum suum sortiantur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Sancti dicuntur dupliciter orare pro nobis. Vno modo oratione expressa, dum votis suis aures diuinæ clementię pro nobis pulsant. Alio modo quasi oratione interpretatiua, scilicet per eorum meritaque in conspectu eius existentia non solùm eis cedunt ad gloriam, sed sunt nobis etiam suffragia & orationes quædam sicut etiam sanguis Christi pro nobis dicitur veniam petere. Vtroque autem modo Sanctorum orationes sunt, quantum est in eis, efficaces ad impetrandum quod petunt: sed ex parte nostra potest esse defectus, quòd non consequemur fructum orationum ipsorum, secundum quod pro nobis orare dicuntur, ex hoc quòd merita eorum nobis proficiunt, sed secundum quod orant pro nobis, votis suis aliquid nobis postulando, semper exaudiuntur: quia non volunt, nisi quod vult, nisi loquamur de voluntate antecedente, secundum quam vult omnes homines saluos fieri, quæ non semper impletur. Vnde nec est mirum si quod Sancti volunt per hunc modum voluntatis, interdum non impletur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa oratio martyrum non est aliud quàm eorum desiderium de obtinēda stola corporis & societate Sanctorum, qui saluandi sunt, & consensu quo consentiunt diuinæ iustitiæ punienti malos: vnde Apoc. 6. super illud. Vsquequò Domine, &c. dicit Glos. Desiderant gaudium maius, & consortium Sanctorum, & iustitiæ Dei consentiunt.

¶Ad secundum dicendum, quòd Dominus loquitur ibi de Moyse & Samuele secundum statum, quo fuerunt in hac vita. Ipsi enim leguntur pro populo orantes iræ Dei restitisse, vt Glossa interlinearis dicit: & tamen si in illo tempore, vt fuissent, non potuissent orationibus Deum placare ad populum, propter populi illius malitiam, & hic est illius literæ intellectus.

¶Ad tertium dicendum, quòd ista pugna bonorum angelorum non intelligitur ex hoc quòd apud Deum contrarias orationes funderent: sed quia contraria merita ex diuersis partibus ad diuinum examen referebant, diuinam sententiam expectantes, & hoc est quod Gregorius decimaseptima Mora exponens prædicta verba Danie. dicit. Sublimes spiritus gentibus principantes nequaquam pro iniustè agentibus decertant, si eorum facta rectè iudicantes examinant: cunque vnusquisque gentis vel culpæ vel iustitia ad supernæ Curiæ solium ducitur, eiusdem gentis præpositus vel obtinuisse in certamine: vel non obtinuisse perhibetur: quorum tamen omnium vna victoria est super se opificis voluntas summa, quam dum semper aspiciunt, quod obtinere non valent, nequaquam volunt nec petunt, ex quo etiam patet quòd orationes eorum semper exaudiuntur.

¶Ad quartum dicendum, quòd licèt Sancti non sint in statu merendi sibi postquam sunt in patria, sunt tamen in statu merendi alijs: vel potiùs ex merito præcedenti alios iuuandi: hoc enim apud Deum viuentes meruerunt, vt orationes eorum exaudirentur post mortem. Vel dicendum quòd oratio ex alio meretur & ex alio impetrat. Meritū enim consistit in quadam adæquatione actus ad finem, propter quem est qui ei quasi merces redditur: sed orationis impetratio innititur liberalitati eius qui rogatur, quod tamen ipse non meruit, & ita quāuis Sancti non sint in statu merendi, tamen non sequitur quòd non sint in statu impetrandi.

¶Ad quintum dicendum, quòd sicut ex autoritate Grego. inducta patet, Sancti vel angeli nolunt nisi quod in diuina voluntate conspiciunt, & etiam nihil aliud petunt, nec tamē oratio eorum est infructuosa: quia etiam sicut dicit Augustinus in libro de Prædestinatione Sanctorum, orationes Sanctorum in prædestinatis prosunt: quia fortè præordinatum est vt intercedentium orationibus saluentur: & ita etiam Deus vult, vt orationibus Sanctorum impleatur illud quod Sancti vident eum velle.

¶Ad sextum dicendum, quòd suffragia Ecclesiæ pro defunctis sunt quasi quædam satisfactiones viuentium vice mortuorum, & secundum hoc mortuos à pœna absoluunt, quam non soluerunt. Sed Sancti qui sunt in patria, non sunt in statu satisfaciendi: & ideò non est simile de eorum orationibus & Ecclesiæ suffragiis.

QVAESTIO SEPTVAGESIMATERTIA,
De signis quæ iudicium præcedent, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de signis, quæ iudicium præcedent.

¶Circa quod quæruntur tria.

¶Primò, vtrùm aduentum Domini ad iudicium aliqua signa præcedent.

¶Secundò, vtrùm secundum veritatem sol & luna obscurari debeant.

¶Tertiò, vtrùm virtutes cœlorum Domino veniente moueantur.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm aliqua signa præcedent aduentum Domini ad iudicium.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd aduentum Domini ad iudicium non præcedent aliqua signa, quia 1. Thessa. 5. Cùm dixerint pax & securitas, repentinus eis superueniet interitus: sed non esset pax & securitas si homines per signa præcedentia terrerentur: ergo signa non præcedent illum aduentum. *Th. 4. di. 48. q. 1. ar. 4. q. 3. & seq.*

¶Præterea, Signa ad manifestationem alicuius requiruntur: sed aduentus eius debet esse occultus: vnde & 1. Thessa. 5. Dies Domini sicut fur ita in nocte veniet: ergo signa non debent ipsum præcedere.

¶Præterea, Tempus primi aduentus fuit præcognitum à Prophetis, quod non est de secundo aduentu: sed primum aduentum Christi non præcesserunt aliqua huiusmodi: ergo nec secundum præcedent.

¶SED CONTRA est quod dicitur Luc. 21. Erunt signa in sole, & luna, & stellis.

¶Præterea, Hiero. ponit 15. signa præcedentia iudicium dicens: quòd primò die maria omnia exaltabuntur 15. cubitis super montes. Secundò, omnia æquora prosternentur in profundū, quod vix videri poterunt. Tertiò, redigentur in statum antiquum. Quartò, beluæ omnes & alia quę mouentur in aquis, congregabuntur, & leuabunt capita super pelagus more contentionis inuicem mugientes. Quintò, omnia volatilia cœli congregabuntur in campis inuicem plorantes, non gustantes aliquid nec bibentes. Sextò, flumina ignea surgent contra firmamentum ab Occasu solis vsque ad Ortum corruentia. Septimò, omnia sydera errantia & fixa ex se spargent igneas comas sicut cometæ. Octauò erit magnus terræ motus, vt omnia animalia prosternantur. Nonò, omnes plantæ sanguineum dabunt rorem. Decimò, omnes lapides parui & magni diuidentur in quatuor partes, vnaquaque aliam collidente. Vndecimò, omnes colles & montes & ædificia in pulueremi redigentur. Duodecimò, omnia iumenta venient ad campos de syluis & montibus rugientia & nihil gustantia. Decimotertiò, omnia sepulchra ab ortu solis vsque ad occasum solis patebūt cadaueribus ad resurgendum. Decimoquartò, omnes homines de habitaculis recedent, non intelligentes neque loquentes neque discernentes. Decimoquintò, omnes morientur & resurgent cum mortuis longè antè defunctis.

CONCLVSIO.

¶Multa signa præcedent diem iudicij, tum propter illius dignitatem, tum vt nos ad reuerentiam & subiectionem inducant.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Christus ad iudicandum veniens, in forma gloriosa apparebit propter autoritatem, quæ iudici debetur. Ad dignitatem autem iudiciariæ potestatis pertinet habere aliqua iudicia quæ ad reuerentiam & subiectionem inducant: & ideò aduentum Christi ad iudicium venientis multa signa præcedent, vt corda hominum in subiectionem venturi iudicis adducantur, & ad iudicium præparentur huiusmodi signis præmoniti, quæ autem sint ista signa, de facili sciri non potest. Signa enim quę in Euangelijs leguntur, vt Augustinus dicit ad Esutium de fine mundi, non solùm pertinent ad aduentum Christi ad iudicium, sed etiam ad tempus destructionis Hierusalē: & ad aduentum quo Christus continuè Ecclesiam suam visitat: ita q; fortè si diligenter aduertatur, nullum eorum inuenitur ad futurum aduentū pertinere, vt ipse dicit: quia signa quæ in Euangelijs tanguntur, sicut pugnę & terrores & huiusmodi, à principio humani generis fuerunt, nisi fortè dicatur quod temporis magis inualescent, sed secundum quam mensuram crescentia vicinum aduentum denuntient incertum est. Signa verò quæ Hieronymus ponit, non asserit, sed in Annalibus Hebræorum se ea scripta reperisse dicit, quæ etiam valde parum verisimilitudinis habent.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd secundum Augustinum in libro ad Esutium, quòd circa finem mundi erit persecutio malorum contra bonos: vnde simul aliqui timebunt, scilicet boni, & alij securi erunt, scilicet mali. Quod autem dicitur, cùm dixerint pax & securitas, &c. ad malos referendum est, qui signa futura iudicij paruipendent: ad bonos verò pertinet quod dicitur Luc. 12. Arescentibus hominibus &c. Vel potest dici, quòd omnia illa quæ circa iudicium erunt, infra tempus iudicij computantur, vt sic dies iudicij omnia illa contineat. Vnde quamuis ex signis apparētibus circa diem iudicij homines terreantur, antè tamen quàm signa illa apparere incipiant, in pace & securitate impij se esse credent post mortem Antichristi, non statim iudicantes mundum consummari, vt priùs existimabant.

¶Ad secundum dicendum, quòd dies Domini dicitur sicut fur venire, quia ignoratur determinatum tempus quod per signa illa cognosci nō poterit, quamuis etiam sub die iudicij cōprehendi possint omnia illa manifestissima, quæ immediatè præcedent, vt dictum est.

¶Ad tertium dicendum, quòd in primo aduentu Christus venit occultus, quamuis determinatum tempus esset priùs cognitum à prophetis: & ideò nō oportebat huiusmodi signa in primo aduentu apparere, sicut apparebunt in secundo aduentu, in quo manifestus veniet, quamuis determinatum tempus sit occultum.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm sol & luna obscurabuntur circa iudicium.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd circa iudicium secundum rei veritatem sol & luna obscurentur. Quia vt dicit Rabanus super Matth. Nihil prohibet intelligere, tunc temporis veraciter solem & lunam, cum syderibus cęteris suo lumine priuari, quomodò de sole constat factum esse tempore Dominicæ passionis.

¶Præterea, Lux corporum cælestium ad generationem inferiorum corporum ordinatur, quia per eam influunt in hæc inferiora: & non solùm per motum, sed per lumē, vt dicit Auer. in libro de substantia orbis, sed tunc generatio cessabit: ergo nec lux in cælestibus corporibus remanebit.

¶Præterea, Inferiora corpora purgabuntur, vt quibusdam videtur, à qualitatibus, quibus agunt: corpus autem cæleste non solùm agit per motum, sed per lumen, vt dictum est: ergo sicut motus cœli cessabit, ita & lumen corporum cælestium.

¶SED CONTRA est, quòd secundum Astrologos sol & luna simul eclipsim pati non possunt: sed illa obscuratio solis & lunæ simul esse dicitur Domino ad iudicium venienteer go non erit obscuratio secundum rei veritatem per modū eclipsis naturalis.

¶Præterea, Non congruit idem esse causam defectus alicuius rei & augmenti: sed veniente Domino lux luminarium augeda erit: vnde Isa. 30. Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis septempliciter: ergo non est conueniens quòd veniente Domino lux illorum corporum cesset.

CONCLVSIO.

¶Ratione mouenti aduentus Christi non est credibile, neque solem neque lunam obscurari: ratione verò temporis propinqui, poterunt obscurari, ad incutiendum terrorem hominibus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd si loquamur de sole & luna, quantum ad ipsum momentum aduentus Christi, sic non est credibile quòd obscurentur sui luminis priuatione: quia totus mūdus innouabitur Christo veniente & Sanctis resurgentibus, vt dictum est. Si autem loquamur de eis secundum tempus propinquum ante iudicium, sic esse poterit quòd sol & luna & alia cœli luminaria sui luminis priuatione obscurabuntur, vel diuersis temporibus, vel simul diuina virtute faciente ad hominum terrorem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Rabanus loquitur quantum ad tempus iudicium præcedens.

¶Ad secundum dicendum, quòd lux est in corporibus cælestibus non solùm ad causandum generationem in istis inferioribus, sed etiam ad eorum perfectionem & decorem: vnde non oportet quòd cessante generatione lux corporum cælestium cesset, sed magis augeatur.

¶Ad tertium dicendū, quòd non videtur esse probabile quòd qualitates elementares ab elementis remoueantur, quamuis quidam hoc posuerint: si tamen remouerentur, non esset simile de gis & de luce, eò quòd qualitates elementares habent adin uicem contrarietatem, vnde agunt corrumpendo. Lux autem non est principium actionis per viam contrarietatis, sed per viam principij regulantis contraria & ad concordiam reducentis, nec est simile de motu corporum cælestiū. Motus enim est actus imperfecti, vnde & tolli debet quando tollitur imperfectio, quòd de luce non potest dici.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm virtutes cœlorum Domino veniente commoueantur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd virtutes cœlorum Domino veniente non commoueantur. Virtutes enim cœlorum dici non possunt nisi angeli beati: sed immutabilitas est de ratione beatitudinis: ergo moueri non poterunt.

¶Præterea, Admirationis causa est ignorantia, vt patet in primo Metaphysicę. sed sicut ab angelis longè abest timor, ita & ignorantia: quia vt dicit Gregorius, Quid est quod non videt, qui videntem omnia videt? ergo non poterunt per admirationem moueri, vt in litera dicitur.

¶Præterea, Omnes angeli diuino iudicio astabunt: vnde Apocalypsis sexto dicitur: Omnes angeli stabāt in circuitu throni: sed virtutes nominant vnum specialem ordinem in Angelis: ergo non potiùs de eis dici potuit nec debuit quòd moueātur quàm de aliis angelis.

¶SED CONTRA est quod dicitur Iob decimosexto, Columnæ cœli pauent aduentum eius: sed columnę cœli non possunt intelligi nisi virtutes cœlorum: ergo virtutes cœlorum commouebuntur.

¶Præterea, Matth. 24. dicitur: Stellę cadent de cœlo, & virtutes cœlorum commouebuntur.

CONCLVSIO.

¶Sine virtutes accipiantur pro omnibus cælestibus corporibus, sine proprio nomine Ordinis, Domino veniente, propter rei nouitatem & splendorem mouebuntur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd virtutes in Angelis dicuntur dupliciter, vt patet per Diony. 11. cap. Cęl. hier. quandoque enim nomen Virtutum vni ordini appropriatur, qui secundum ipsum est medius medię hierarchię: secundum verò Gregor. est supremus infimę hierarchiæ. Alio modo accipitur pro omnibus Cęlestibus spiritibus, & vtroque modo potest accipi in proposito. In litera enim exponitur, prout accipitur secundo modo pro omnibus angelis, & tūc dicuntur moueri propter admirationē nouitatis quę in mundo erit, sicut in litera dicitur. Potest etiam exponi prout Virtutes est proprium nomen ordinis: & tunc ordo ille dicitur moueri præ aliis ratione effectus: quia illi ordini secundum Grego. attribuitur mirabilia facere, quę maximè circa illud tempus fient: vel quia ordo ille cùm sit de media hierarchia secundum Dionysium non habet potentiam limitatam, vnde oportet quòd eius ministeriū sit circa causas vniuersales. Vnde proprium officiū virtutū esse videtur corpora cęlestia mouere, quę sunt causa eorum quę in natura inferiori aguntur, & hoc etiam ipsum nomen sonat: quia virtutes cœlorum dicuntur. Tunc ergo mouebūtur, quia ab effectu suo cessabunt, vlteriùs corpora cęlestia non mouentes: sicut nec angeli qui sunt ad custodiam hominum deputati, vlteriùs custodię officio vacabunt.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, quòd mutatio illa non variat aliquid quod ad eorum statum pertineat, sed refertur vel ad effectus eorum qui immutari possunt sine eorum mutatione, vel ad nouam rerū considerationē, quàm priùs secundum species concreatas videre non poterant: hanc autē vicissitudinē cogitationū ab eis beatitudo nō tollit. Vnde dicit Augustinus q; Deus mouet creaturam spiritualem per tempora.

¶Ad secundum dicendum, quòd admiratio solet esse de his quę nostram conditionem excedunt vel facultatem: & secundum hoc virtutes cœlorum admirabuntur diuinam virtutem in talia facientem, inquantum ab eius imitatione & comprehensione deficiunt, per quem modum dixit Agnes quod eius pulchritudinem sol & luna mirantur: & sic non ponitur in angelo ignorantia, sed tollitur Dei comprehensio.

¶Ad tertium patet responsio ex dictis.

QVAESTIO SEPTVAGESIMAQVARTA,
De igne vltimæ conflagrationis, in octo articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de igne vltimę conflagrationis mundi.

¶Circa quod quęruntur nouem.

¶Primò, vtrū aliqua mundi purgatio sit futura.

¶Secundo, vtrùm per ignem sit futura.

¶Tertiò, vtrùm ille ignis sit eiusdē speciei cū igne elemētari.

¶Quartò, vtrùm ignis ille sit cœlos superiores purgaturus.

¶Quintò, vtrùm ille ignis sit alia elementa consumpturus.

¶Sextò, vtrùm omnia elementa sit purgaturus.

¶Septimò, vtrùm ille ignis præcedat iudicium vel sequatur.

¶Octauò, vtrùm per illum ignem consumendi sint homines.

¶Nonò, vtrùm per eum inuoluendi sint reprobi.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm mundi purgatio sit futura.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tho. 4. dist. 47. q. 2. ar. 1. & sequent.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd nulla mundi purgatio sit futura. Non enim purgatione indiget, nisi quod sit immundum: sed creaturæ Dei non sunt immundæ: vnde dicitur Act. decimo Quod Deus mundauit vel creauit, tu ne commune dixeris: id est non immundum: ergo creaturæ mundi non purgabuntur.

¶Præterea. Purgatio secundum diuinam iustitiam ordinatur ad auferendum immunditiam culpæ, sicut patet de purgatione post mortem: sed in elementis huius mundi nulla potest esse culpæ infectio: ergo videtur quòd purgatione non indigeant.

¶Præterea Vnum quódque dicitur purgari quando separatur quod est extraneum ab ipso, inducens in eo ignobilitatem, separatio enim eius quod nobilitatem inducit non dicitur purgatio, sed magis diminutio: sed hoc ad perfectionem & nobilitatem elementorum pertinet, quòd aliquid extraneę naturę est eis mixtum, quia forma corporis mixti est nobilior quàm forma simplicis: ergo videtur quòd elementa huius mundi nullo modo conuenienter possint purgari.

¶SED CONTRA. Omnis innouatio fit per aliquam purgationem, sed elementa innouabuntur: vnde Apoc. 21. dicitur. Vidi cœlum nouum & terram nouam. Primum enim cœlum & prima terra abijt: ergo elementa purgabuntur.

¶Præterea. Primo ad Corinth. 7. super illud Præterit figura huius mundi, dicit Glo. Pulchritudo huius mundi mundanorum ignium conflagratione peribit, & sic idem quod priùs.

CONCLVSIO.

¶Sicut oportet hominẽ, cùm per corporis assumptionẽ glorificabitur, purgari, vt tollatur id quod gloriæ illi abitaculo est: ita conuenientest mundum, qui aliquo modo propter hominem factus est, antequam in nouitatem gloriæ adducatur, a contrarijs dispositionibus purgari.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quia mundus propter hominem aliquo modo factus est, oportet quòd quando homo per corpus glorificabitur, etiam alia mundi corpora ad meliorem statum mutentur, vt sit locus conuenientior & aspectus delectabilior. Ad hoc autem quòd homo gloriam corporis consequatur, oportet priùs remoueri ea quæ gloriæ opponuntur, quę sunt duo, scilicet corruptio & infectio culpę: quia vt dicitur 1. Corinth. 15. Corruptio incorruptelam non possidebit: & A cuiustate gloriæ omnes immundi foris erũt. Apoc. vlti. Et similiter etiam oportet elementa mundi purgari à contrarijs dispositionibus antequam in nouitate gloriæ adducantur: proportionaliter ei quod de homine dictum est, quamuis autem res corporalis subiectum infectionis culpæ propriè esse non possit: tamen ex culpa quędam incongruitas in rebus corruptis relinquitur ad hoc quòd spiritualibus diuentur, & inde videmus quòd loca, in quibus aliqua crimina sunt commissa, non reputantur idonea ad aliqua sacra exercenda in eis, nisi purgatione quadam præmissa: & secundum hoc ex peccatis hominum quandam inidoneitatem ad gloriæ susceptionem pars mundi recipit: quæ in vsum nostrum cedit, vnde quantum ad hoc mundatione indiget. Similiter etiam circa medium locum propter elementorum contractum multæ sunt corruptiones, & generationes, & alterationes elementorum quę puritati eorum derogant: & ideò ab his oportet elementa purgari ad hoc, quòd decenter suscipiant nouitatem gloriæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cùm dicitur, omnis creatura Dei esse munda, hoc est intelligendum, quia non habet in substantia sua alicuius malitiæ commixtionem, sicut ponebant Manichæi dicentes, & malum & bonum esse duas substantias alicubi diuisas & alicubi commixtas. non autem remouetur quia aliqua creatura habeat permixtionem naturæ extraneæ, quæ etiam in se natura bona est, sed perfectioni huiusmodi creaturæ repugnat. Similiter nõ remouetur ex hoc quin malum alicui creaturæ accidat, quamuis non sit permixtum ei quasi pars substantiæ ipsius.

¶Ad secundum dicendum, quòd quamuis elementa corporea subiectum culpæ esse non possint, tamen ex culpa commissa in eis aliquam ineptitudinem consequuntur ad perfectionem gloriæ suscipiendam.

¶Ad tertium dicendum, quòd forma mixti & forma elementi possunt dupliciter considerari aut quantum ad perfectionem speciei, & sic corpus mixtum est nobilius: aut quantum ad perpetuitatem durationis, & sic corpus simplex nobilius est: quia nõ habet in seipso vnde corrumpatur nisi eius corruptio fiat ab aliquo exteriori. Corpus autem mixtum in seipso habet causam corruptionis suæ, scilicet compositionem contrariorum: & ideò corpus simplex etsi sit corruptibile secundum partem, est tamen incorruptibile secundum totum, quod de mixto dici non potest: & quia incorruptio est de perfectione gloriæ, perfectio corporis simplicis magis conuenit perfectio

ni glorię, quàm perfectio corporis mixti, nisi etiam corpus mixtum in se habeat aliquod incorruptionis principiũ, sicut humanum, cuius forma est incorruptibilis. Nihilominus tamen quamuis aliquo modo corpus mixtum sit nobilius, quàm simplex, nobilius tamen esse habet corpus simplex, secundum se existens, quàm existens in mixto: quia in mixto sunt corpora simplicia quodammodò in potentia, in seipsis autem existentia sunt in vltima sui perfectione.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm mundi purgatio sit futura per ignem.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd hæc purgatio non sit futura per ignem. Ignis enim cùm sit pars mundi, purgatione indiget sicut aliæ partes: sed non debet esse idem purgans & purgatum: ergo videtur quòd ignis non purgabit.

¶Præterea, Sicut ignis habet virtutem purgatiuam, ita & aqua cùm ergo omnia non sint purgabilia per ignem, sed quędam necesse sit aqua purgari, sicut etiam vetus lex distinguit, videtur quòd ignis non purget ad minus vniuersaliter.

¶Præterea, Purgatio ad hoc videtur pertinere, vt partes mundi segregatæ puriores reddantur: sed segregatio partium mundi ab inuicem in mũdi initio sola virtute diuina facta est, quia ex hac opus distinctionis determinatur: vnde & Anaxagoras segregationem posuit per actum intellectus mouentis omnia: ergo videtur quòd in fine mundi purgatio fiat immediatè à Deo, & non per ignem.

¶SED CONTRA est quod in Psalmo dicitur, Ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas valida: & postea sequitur de iudicio, Aduocabit cœlum de sursum, & terram discernere populum suum: ergo videtur quòd vltima purgatio mundi sit futura per ignem.

¶Præterea, Secundo Petri vltimo dicitur: Cœli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent: ergo illa purgatio per ignem fiet.

CONCLVSIO.

¶Cùm ignis sit omnium elementorum nobilissimum, & purissimum illumq; sphęra maximè distet à nostra habitatione, cõuenienter per eum fiet mundi purgatio.

¶RESPONDEO dicendum, quòd illa mundi purgatio remouebit à mundo infectionem ex culpa relictam & impuritatem cõmixtionis, & erit dispositio ad gloriæ perfectionem: & ideò quantum ad hæc tria, conuenientissimè fiet per ignem purgatio. Primò quia ignis cùm sit nobilissimum elementorum, habet naturales proprietates similiores proprietatibus gloriæ, vt maximè patet de luce. Secundò, quia ignis non ita recipit commixtionem extranei propter efficaciam virtutis actiuæ, sicut alia elementa. Tertiò, quia sphæra ignis est remota à nostra habitatione, nec ita communis est nobis vsus ignis sicut terræ, aquæ & aeris, vnde non ita inficitur: & præter hoc habet magnam efficaciam ad purgandum & ad diuidendum subtiliando.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ignis non venit in vsum nostrum prout est in materia propria, sicut enim remotus est à nobis, sed solũ prout est in materia aliena: & ideò quantum ad hoc poterit purgare mundum per ignem in sua puritate existentem: quantum verò ad hoc quòd haber de extraneo adiunctum poterit purgari: & sic diuerso respectu idem erit purgãs & purgarum, quod non est inconueniens.

¶Ad secundum dicendum, quòd purgatio mũdi quę facta est per diluuium, non respiciebat, nisi infectionem peccati, precipuè autem tunc regnabat peccatum concupiscentiæ: & ideò conuenienter per contrarium purgatio facta fuit, scilicet per aquam. Secunda purgatio respicit etiam infectionem culpę & cõmixtionis impuritatem, & quantum ad vtrumque conuenit magis quòd fiat per ignẽ. Aqua enim non habet vim disgregandi, sed magis congregandi: vnde per aquam naturalis impuritas elementorum tolli non posset sicut per ignem. Similiter etiam circa finem mundi regnabit vitium tepiditatis, quah mũdo iam senescente, quia vt dicitur Matth. 24. tunc refrigescet charitas multorum: vnde tunc conuenienter purgatio per ignem fiet, nec est aliquid quod igne purgari non possit aliquo modo. Sed quędam sunt quę sine sui corruptione per ignem non possunt purgari, sicut panni & vasa lignea & huiusmodi: & talia lex præcipit purgari per aquam: quę tamen finaliter omnia corrumpentur per ignem.

¶Ad tertium dicendum, quòd per opus distinctionis sunt rebus diuersę formę collatę, quibus adinuicem distinguuntur: & ideò hoc fieri non potuit nisi per eum qui est actor naturę: sed per finalem purgationem reducentur res ad puritatem, in qua conditę fuerunt, & in hoc poterit natura creata exhibere ministerium

nisterium Creatori: & propter hoc ministerium creaturæ cõmittitur, quia hoc ad eius nobilitatem cedit.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm ignis, quo mundus purgabitur, sit eiusdem speciei cum igne elementari.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd ille ignis non sit eiusdem speciei cum igne elementari. Nihil enim seipsum consumit: sed ille ignis quatuor elementa consumet, vt dicit Glossa 2. Petr. vltim. ergo ignis ille non erit eiusdem speciei cum igne elementari.

¶Præterea. Sicut virtus manifestatur per operationẽ: ita natura per virtutẽ: sed ille ignis habebit aliam virtutẽ ab igne, cui est elementũ: quia scilicet purgabit vniuersum, quod ignis iste facere non poterit: ergo non erit eiusdem speciei cum isto.

¶Præterea. Ea quæ sunt eiusdem speciei in corporibus naturalibus, habent eundem motum, sed ille ignis habebit alium motum, quàm ignis, qui est elementum: quia circumquaque mouebitur, vt totum purgare possit: ergo non est eiusdem speciei.

¶SED CONTRA est quod Augustinus dicit 20. de Ciui. Dei: & habetur in Glossa primæ ad Corinth. 7. quòd figura huius mũdi mundanorũ ignium cõflagratione peribit: ergo ignis ille erit de natura ignis qui nunc est in hoc mundo.

¶Præterea Sicut erit purgatio futura per ignem, ita præcedẽs fuit per aquam, & vtraque adinuicem comparantur 2. Petri 3. sed in prima purgatione fuit aqua eiusdem speciei cum aqua elementari: ergo similiter erit in secunda purgatione ignis eiusdem speciei cum igne elementari.

CONCLVSIO.

¶Sicut aqua elementari factum fuit Diluuium, sic & ignis quo mũdus purgabitur, eiusdem erit cum hoc nostro igne.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc inueniũtur tres opiniones. Quidam enim dicunt quòd elementũ, quod est in Sphęra suæ: descendet ad purgationem mundi, modũ autem descensionis ponunt per multiplicationem. Ignis enim appositus combustibili vndique augmentatur, & hoc præcipuè tunc fiet quando virtus ignis exaltabitur super omnia alia elementa. Sed contra hoc esse videtur quod ignis ille non tantũ descendet, sed etiam a Sanctis ascendere perhibetur, vt patet 2. Petri 3. Vbi dicitur quòd tantũ ascendet Iudicij ignis, quantum aquæ Diluuij, ex quo videtur quòd ille ignis sit circa locum medium generationis. Et propter hoc alij dicunt quòd ignis ille generabitur circa locum medium ex congregatione radiorum cœlestium corporum, sicut videmus quòd congregantur in speculo comburentes: tunc autem loco speculorũ erunt nubes concauæ: ad quas fiet radiorum reuerberatio. Sed hoc etiam non videtur conueniens, quia cùm effectus corporũ cœlestium sequantur determinatos situs & aspectus eorum: si ex virtute corporum cœlestium ignis ille generaretur: notum tempus illius purgationis esset considerantibus motus astrorũ. quod auctoritati scripturæ repugnat. Et ideò alij dicũt sequẽtes Augustinũ, quod sicut mundanarum aquarum innundatione factũ est Diluuium, ita mundanorum ignium conflagratione figura huius mũdi peribit: vt dicitur 20. de ciuit. Dei. Tota autem conflagratio nihil aliud est, quam congregatio omnium causarum inferiorum & superiorum, quæ ex natura sua habẽt virtutem igniendi, quæ quidem cõgregatio non naturali cursu rerum, sed virtute diuina fiet: & ex omnibus istis causis sic congregatis generabitur ignis, qui faciem huius mundi exuret. Si autem opiniones hæ directè considerentur, inueniũtur diuersificari quantum ad causam generationis illius ignis, & non quantum ad speciem eius. Ignis enim generatus à sole vel ab inferiori faciẽte est eiusdem speciei cum igne: qui est in sua Sphæra, non inquantum amittetur ei de materia aliena, quod quidem tunc oportebit: quia ignis non potest aliquid purgare nisi secundum quòd aliquid alterum efficitur materia eius aliquo modo. Vnde simpliciter concedendum est quòd ignis ille erit eiusdem speciei cum isto.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ignis ille quamuis sit eiusdem speciei cum igne, qui apud nos est, non tamen est idem numero. Videmus autem quòd duorum ignium eiusdem speciei vnus alterum destruit: maior scilicet minorem: cõsumendo materiam eius, & similiter etiam ille ignis ignem: qui apud nos est consumere poterit.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut operatio quæ procedit a virtute, est virtutis indicium, ita & virtus eius est indicium essentię vel naturę, quę procedit à principijs essentialibus rei, operatio autem: quę nõ procedit ex virtute rei operantis, non indicat virtutem ipsius: sicut patet in instrumentis. Actio enim instrumenti magis manifestat virtute mouentis, quàm instrumẽri virtutem: quia virtutem agentis manifestant, vt primum operationis principiũ: virtutem autẽ instrumenti non manifestat: nisi quatenũs est susceptiuum influentiæ principalis agentis: secundũ quòd mouetur ab eo. Similiter etiam virtus quę nõ procedit ex principijs essentialibus rei, non manifestat naturã eius: nisi quantùm ad susceptibilitatem, sicut virtus, qua aqua calefacta potest calefacere, non manifestat naturam eius, nisi quantùm ad calefactibilitatẽ. & ideo nihil prohibet quin aqua habens hanc virtutem, sit eiusdem speciei cum aqua non habente virtutem illam. Similiter non est inconueniens q ignis ille qui habebit vim purgãdi faciem mundi, sit alterius speciei cum igne: qui est apud nos, cùm vis calefactiua non oriatur in ipso ex principijs essentialibus, sed ex diuina virtute vel operatione, siue dicatur quòd illa virtus sit aliqua qualitas absoluta, sicut calor in aqua calefacta, siue sit intentio quædam sicut de instrumentali virtute in prima distinctione dictum est, & hoc probabilius est, quia ignis ille non aget, nisi vt instrumentum diuinæ virtutis.

¶Ad tertium dicendum, quòd ignis ex propria natura nõ fertur nisi sursum. sed in quantùm inlequitur materiam quam requirit: extra propriam Sphęram existens, sic sequitur materiæ combustibilis situm, & per modum illum nõ est inconueniens quòd vel in circuitu vel in deorsum moueatur, & præcipue secundum quod agit vt instrumentum diuinæ virtutis.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm ignis ille purgabit etiam orbes superiores.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd ignis ille purgabit etiam cœlos superiores, quia in Psalmo dicitur. Opera manuum tuarum sunt cœli, ipsi peribunt, tu autem permanes: sed etiam superiores cœli sunt opera manũ Dei, ergo & ipsi in finali mundi conflagratione peribunt.

¶Præterea. secundæ Petri 3. dicitur. Cœli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent. Cœli autem qui ab elementis distinguuntur: sunt cœli superiores, quibus ignea sunt sydera: ergo videtur etiam quòd illi per ignem illum purgabuntur.

¶Præterea. Ignis ille ad hoc erit vt removeatur a corporibus in dispositionem ad perfectionẽ gloriæ, sed in cœlo superiori inuenitur indispositio, & ex parte culpę, quia diabolus ibi peccauit: & ex parte naturalis defectus: quia Roma. 8. super illud. Scimus quòd omnis creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc. dicit Glo. omnia elementa cum labore explent officia sua, sicut sol & luna non sine labore statuta implent sibi spatia, ergo purgabuntur per iguem illum.

¶SED CONTRA est, quòd corpora cœlestia peregi næ impressionis receptiua non sunt.

¶Præterea. Super illud 2. Thessa. in flamma ignis dantis vindictam: dicit Glo. Ignis erit in mundo qui præcedet eum: tantùm spatium aeris occupans, quantùm occupauit aqua in Diluuio: sed aqua Diluuij nõ ascendit vsq; ad superiores cœlos, sed solũ quindecim cubitis super altitudinem montium: vt habetur Gene. 7. ergo cœli superiores illo igne non purgabuntur.

CONCLVSIO.

¶Superiores cœli, cũ nihil de eorum subitantia remoueri oporteat, nec igne, nec alia quauis actione purgabuntur: sed ipsa eorum quies & motũ cessatio vicem purgationis geret.

¶RESPONDEO dicendum, quòd purgatio mundi ad hoc erit vt remoueatur à corporibus dispositio contraria perfectioni gloriæ: quæ quidem perfectio est vltima rerum consummatio, & hæc quidem dispositio in omnibus corporibus inuenitur: sed diuersimode in diuersis. In quibusdam enim inuenitur indispositio secundũ aliquid inhærens substantiæ eorum: sicut in istis corporibus inferioribus, quæ per mutuam mixtionem decidunt à propria puritate. In quibusdam verò corporibus inuenitur indispositio non per aliquid substantiæ eorum inhærens, sicut in corporibus cœlestibus: in quibus nihil inuenitur repugnans vltimę perfectioni vniuersi, nisi motus qui est via ad perfectionem: nec motus quilibet: sed localis tantũ: qui non variat aliquid quod sit intrinsecum rei, vt substantiam: aut quantitatem: sed solùm locum, qui est extra rem, & ideò à substantia cœli superioris non oportet quod aliquid remoueatur, sed oportet quòd motus eius quietetur. Quietatio autẽ motus localis non fit per actionem alicuius contrarij agentis: sed per hoc, quòd motor desistit à mouendo: & ideò cœlestia corpora nec per ignem nec per alicuius creaturę actionem purgabuntur: sed ipsa eorum quietatio sola voluntate diuina accidens: ei loco purgationis erit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Augustinus dicit 20. de ciuitate Dei: verba illa Psalmi sunt intelligenda de cœlis aeris, qui purgabuntur per ignem vltimæ conflagrationis. Vel dicẽdum, quòd si etiam de superioribus cœlis

Universidad de Deusto
Biblioteca

intelligatur, tunc dicuntur perire quantũ ad motum, quo nunc continuè mouentur.

¶Ad secundum dicendum, quòd Petrus se exponit de quibus cœlis intelligat, præmiserat enim ante verba inducta quòd cœli priùs & terra per aquam perierant, qui nunc sunt eodem verbo repositi igni reseruati in diem iudicij: ergo illi cœli per ignem purgabuntur qui priùs per aquam diluuij sunt purgati, scilicet cœli aerij.

¶Ad tertium dicendum, q̃ ille labor & illa seruitus creaturæ quę corporibus cœlestib. secundum Amb. attribuitur, nihil est aliud, quàm vicissitudo motus, ratione cuius tempori subijciũtur & defectus vltimę cõsummationis quæ inaliter in eis erit ex culpa etiam dæmonum cœlum empyreum infectionem nõ contraxit, quia statim peccando cœlo expulsi sunt.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm ignis ille alia elementa consumet.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd ignis ille alia elementa consumet. Quia vt dicit Glo. Bedæ 2. Petri vlti. elementa quatuor, quibus mundus constitit, ignis maximus absumet, nec cuncta in tantum absumet, vt non sint, sed duo ex toto consumet, duo verò in meliorem reciituet faciem: ergo videtur quòd ad minus duo elementa per ignem illum destruenda sint totaliter.

¶Præterea, Apoca. 12. Primum cœlum & prima terra abijt, & mare iam non est: sed per cœlum aer intelligitur, vt Augusti. dicit: mare autem est aquarum congregatio: ergo videtur q̃ illa tria elementa totaliter destruentur.

¶Præterea, Ignis non purgat nisi secundum hoc quòd alia esse iuntur materia eius: si ergo ignis purgat alia elementa, oportet quòd eius materia efficiantur: ergo quòd in naturam ignis transeant, & sic à natura sua corrumpentur.

¶Præterea, Forma ignis est nobilissima formarũ, ad quam per duci possit elementaris materia: sed per illam purgationem omnia in nobilissimum statum perducentur vel mutabuntur: ergo alia elementa in ignem totaliter conuertentur.

¶SED CONTRA est quod dicitur 1. Corinthio. 7. super illud, Præterit figura huius mundi. Pulchritudo non substantia præterit: sed ipsa substantia elementorum pertinet ad perfectionem mundi: ergo elementa non consumentur secũdum suam substantiam.

¶Præterea, Illa finalis purgatio quæ fiet per ignem, respondebit primæ purgationi, quæ facta est per aquam: sed illa non corrupit elementorum substantiam: ergo nec illa quæ fiet per ignem, corrumpet.

CONCLVSIO.

¶Quatuor elementa in mundi purgatione quãtum ad substantiam & qualitates eorum proprias manebunt: sed purgabũtur à foeditatibus & infectionibus, quas ab hominum peccatis contraxerunt.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hanc quæstionẽ est multiplex opinio. Quidam enim dicunt quòd omnia elementa manebunt quantum ad materiam, omnia autem mutabuntur quantum ad imperfectionem: sed duo eorum retinebunt proprium formam substantialem, scilicet aer & terra, in duobus verò, scilicet in igne & aqua, non remanebit forma substantialis eorum, sed mutabuntur ad formam cœli, & sic tria elementa, aer scilicet, ignis & aqua, cœlum dicentur, quãuis aer retineat formam substantialem eandem quam nunc habet, quia nunc etiam cœlum dicitur. Vnde etiam Apocalypsis decimosecundo non fit mentio nisi de cœlo & terra. Vidi, inquit, cœlum nouum & terram nouam. Sed hæc opinio est omninò absurda. Repugnat enim & philosophiæ, secundũ quam poni nõ potest, quòd corpora inferiora sint in potentia ad formam cœli, cùm nec materiam habeant communem, nec contrarietatem adinuicem: & etiam Theologiæ, quia secundum hanc propositionem non saluabitur perfectio vniuersi cum integritate suarum partium, duobus elementis sublatis. Vnde per hoc quòd dicitur cœlum, intelligitur quintum corpus, omnia verò elementa intelliguntur per terram sicut in Psalmo, Laudate Dominum de terra: & sequitur, Ignis, grando, nix, glacies, &c. Et ideò alij dicũt quòd omnia elementa manebũt secundum substantiam, sed qualitates actiuæ & passiuæ ab eis remouebuntur. Sicut etiam ponunt quòd in corpore mixto elementa saluantur secundum suas formas substantiales sine hoc quòd proprias qualitates habeant, cùm sint in medium reductæ, sed medium neutrum extremorum est. Et huic etiam videtur consonare quod Augustinus dicit 20. de ciuitate Dei. Illa conflagratione mundana elementorum corruptibilium qualitates quæ corporibus nostris congruebãt, ardendo pœnitus interibunt, atque ipsa substantia eas qualitates habebit, quæ corporibus immortalibus mirabili mutatione cõueniant. Sed illud non videtur probabile, cùm qualitates propriæ elementorum sint effectus formarũ substantialium, quòd formis substantialibus manentibus, qualitates prædictæ possunt mutari nisi per actionem violentam ad tempus. Sicut in aqua calefacta videmus quòd ex vi suæ speciei frigiditatem recuperat, quam per actionem ignis amisit, dummodò species aquę remaneat. Et præterea ipsę qualitates elementares sunt de perfectione secunda elementorum, sicut propriæ passiones eorum: nec est probabile, quòd in illa finali consummatione aliquid perfectionis naturalis ab elementis tollatur. Et ideò videtur dicendum, quòd manebunt quantum ad substantiam & qualitates eorum proprias, sed purgabuntur ab infectione, quam ex peccatis hominũ contraxerunt, & ab impuritate quæ per actionem & passionem mutuam in eis accidit: quia iam cessante motu primi mobili in inferioribus elementis, mutua actio & passio esse nõ poterit & hoc Augustinus appellat qualitates elementorum: scilicet innaturales dispositiones eorum secundum quas corruptioni appropinquant.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ignis ille dicitur quatuor elementa absumere, inquantum ea aliquo modo purgabit. quod autem sequitur, quòd duo ex toto consumet, non est intelligendum quòd duo elementa secundum substantiam destruantur, sed quia duo magis remouebuntur à proprietate, quam nunc habent, quæ quidem duo à quibusdam esse dicuntur ignis & aqua, quæ maximè excedunt in qualitatibus actiuis, scilicet calore & frigore, quæ sunt maximè corruptionis principia in alijs corporibus: & quia tunc non erit actio ignis & aquæ quę sunt maximè actiua, maximè immutari videbuntur à virtute, quam nunc habent. Alij verò dicunt hęc duo esse aerem & aquam propter varios motus illorum duorum elementorum, quos consequuntur ex motu corporum cœlestium: & quia isti motus non erunt sicut fluxus & refluxus maris & commotiones ventorum, & huiusmodi: ideò ista elementa maximè mutabuntur à proprietate, quam nunc habent.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut dicit Aug. 20. de ciuitate Dei, cùm dicitur. Et mare iam non est, per mare potest intelligi præsens sęculum, de quo parũ suprà antè dixerat, mare de die mortuos suos: si tamen mare ad literã referamus, tũc est dicendum quòd in mari duo intelligũtur: scilicet substãtia aquarum & earum dispositio quantum ad salcedinem & cõmotiones fluctuum: & quantum ad hoc secundum, mare non remanebit, remanebit autem quantum ad primum.

¶Ad tertium dicendum, quòd ignis ille non aget nisi vt instrumentum prouidentię & virtutis diuinę: vnde non aget in alia elementa vsque ad eorum consumptionem, sed solùm vsque ad purgationem: nec oportet quòd illud quod efficitur materia ignis, totaliter à specie propria corrumpatur, sicut patet in ferro ignito, quòd à loco ignitionis remotũ ex virtute speciei remanentis ad proprium statum & pristinum redit: & ita etiã erit de elementis per ignem purgatis.

¶Ad quartum dicendum, quòd in partibus elementorum non oportet considerari solùm quod congruat alicui parti secundum se accepte, sed etiam quod congruat secundum ordinem ad totum. Dico ergo quòd quamuis aqua esset nobilior, si haberet formam ignis, similiter terra & aer: vniuersi tamen esset imperfectius, si tota elementorum materia formam ignis assumeret.

ARTICVLVS VI.

¶Vtrùm omnia elementa per illum ignem purgabuntur.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd nec omnia elementa per illum ignem purgabuntur, quia ignis ille, vt iam dictum est) non ascendet nisi quantum ascendit aqua diluuij: sed aqua diluuij nõ peruenit vsque ad sphęram ignis: ergo nec per vltimam purgationem elementum ignis purgabitur.

¶Præterea, Apoca. 21. dicit glos. super illud: Vidi cœlum nouum, &c. Immutatio aeris & terræ dubitabilis non est quin per ignem fiet: sed de aqua dubitatur, nam purgationem in ipsa habere creditur: ergo ad minus non est certum quòd omnia elementa purgentur.

¶Præterea, Locus qui est perpetuæ infectionis, nunquam purgatur: sed in inferno erit perpetua infectio: cùm ergo infernus inter elementa collocetur, videtur quòd elementa non totaliter purgentur.

¶Præterea, Paradisus terrestris in terra continetur: sed ille nõ purgabitur per ignem, quia etiã nec aquæ diluuij illuc ascẽderunt, vt Beda dicit: & habetur in secundo Sententiarum: ergo videtur quòd non omnia elementa totaliter purgentur.

¶SED CONTRA est glo. suprà inducta, quæ habetur 2. Petri vlt. quòd quatuor elementa ignis ille absumet.

CON-

CONCLVSIO.

¶Impuritates elementorum, quæ ex eorum permixtione proueniunt, per ignem purgabuntur.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd quidam dicunt quòd ille ignis ascendet vsq; ad summitatem spatij continentis quatuor elementa, vt sic elementa totaliter purgẽtur ab infectione peccati, quo etiam superiores partes elementorum sunt infectæ: vt pater per fumum idololatrię superiora inficientis, & etiam à corruptione, quia elementa secundum omnes partes sui corruptibilia sunt. Sed hęc opinio repugnat auctoritati Ierę, quia 2. Pet. 3. dicitur quòd illi cœli repositi sunt igni, qui fuerunt per aquam purgati. Et Augustinus dicit 20. de ciuita. Dei, quòd ille mundus qui diluuio periit igni reseruatur. Constat autem quòd aqua diluuij non ascendit vsque ad summitatem spatij elementorum, sed solùm vsque ad quindecim cubitos super altitudinem montium. Et præterea notum est quòd vapores eleuati vel fumi quicũq; non possunt pertranshire totã sphærã ignis, vt perueniant ad summitatem eius. Et ita infectio peccati non venit vsque ad spatium prædictum. A corruptibilitate etiam elemẽta non possunt purgari per subtractionem alicuius quod per ignem possit consumi: sed per ignẽ poterunt consumi impuritates elementorum: quæ ex eorum permixtione prouenjunt. Huiusmodi autem impuritates præcipuè sunt circa terram vsq; ad medium aeris interlitium, vnde vsque ad illud spatium ignis vltimæ conflagrationis elementa purgabit. Tantum enim aquæ etiam diluuij ascenderunt, quod probabiliter æstimari potest ex montium altitudine quos determinata mensura transcenderant.

¶Primum ergo concedamus.

¶AD SECVNDVM dicendum, quòd ratio dubitationis in glo. exprimitur, quia scilicet aqua vim purgationis in se habere creditur, non tamen habet vim purgatiõis talis qualis futuro statui competit, vt ex dictis patet.

¶Ad tertium dicẽdum, quòd illa purgatio præcipuè ad hoc erit: vt quicquid est imperfectionis à sanctorum habitatiõe remoueatur: & ideò in illa purgatiõe totum quod est fœdum: ad locum damnatorum congregabitur: vnde infernus non purgabitur: sed ad ipsum deducentur totius mundi purgamenta.

¶Ad quartum dicendum, quòd quamuis peccatum primi hominis in terrestri paradiso sit commissum: non tamen locus ille est locus peccãtum: sicut nec cœlum empyreum, ex vtroque enim loco homo & diabolus statim post peccatum sunt ejecti, vnde locus ille purgatione non indiget.

ARTICVLVS VII.

¶Vtrùm ignis vltimæ conflagrationis iudicium debeat sequi.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd ignis vltimæ conflagrationis iudicium debet sequi. Augustinus enim 20. de ciuitate Dei, hunc ordinem ponit eorum quę in iudicio sunt futura, dicens. Circa iudicium has res dicimus esse venturas. Heliam Thesbitem: Iudæorum conuersionem: & Antichristum persecuturum, Christum venturum vel iudicaturũ: mortuorum resurrectionem, bonorum malorũque diuisionem: mundi conflagrationem: eiusdem renouationem: ergo cõflagratio iudicium sequetur.

¶Præterea. August. dicit in eodem libro. Iudicatis impijs & æternum ignem missis: figura huius mundi mũdanorum igniũ conflagratione peribit: ergo idem quod prius.

¶Præterea. Dominus ad iudicandum veniẽs: aliquos viuos reperiet: vt patet ex hoc quod habetur 1. Thessalo. 4. vbi ex persona eorum Apostolus dicit: deinde nos qui viuimus: qui reliqui sumus in aduentu Domini, &c. sed hoc non esset si conflagratio mundi præcederet, quia per ignem resoluerentur, ergo ignis ille iudicium sequetur.

¶Præterea. Dominus dicitur iudicaturus orbem per ignem & ideò conflagratio finalis videtur esse executio sententiæ, vel diuini iudicij: sed executio sequitur iudicium, ergo ille ignis iudicium sequetur.

¶SED CONTRA est quod dicitur in Psalmo. Ignis ante ipsum præcedet.

¶Præterea. Resurrectio præcedit iudicium, alias non videret omnis oculus Christum iudicantem: sed mũdi cõflagratio resurrectionẽ præcedet, sancti enim qui resurgent, corpora spiritualia & impassibilia habebunt: ita quòd non poterunt purgari per ignem, cùm tamen in litera dicatur ex verbis August. quod per illum ignem purgabitur si quid in aliquibus sit purgandum ergo ille ignis iudicium præcedet.

CONCLVSIO.

¶Cùm mortuorum resurrectio iudicium præcederet verissimum sit, cõflagratio ignis quantum ad mundi purgationem spectat. Dies iudicium præcedat, oportet: quantum vero attinet ad illius ignis actum quo mali

inuoluet: iudicium ignis conflagrationem anteibit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd illa Conflagratio secundum rei veritatem quantum ad sui initium præcedet: quod ex hinc manifestè colligi potest, quòd mortuorũ resurrectio iudicium præcedet. quod patet 1. Thes. 4. quòd illi qui dormierunt rapientur in nubibus in aera obuiã Christo ad iudicium venient: simul autem erit resurrectio communis & corporum sanctorum glorificatio, sancti enim resurgentes corpora gloriosa resumentvt patet per illud quod dicitur primę Corinth. 12. Seminantur in ignobilitate, surgent in gloria: similiter & cũ corpora sanctorum glorificabuntur, etiam tota creatura suo modo renouabitur, vt patet per illud quod dicitur Roma. 8. q̃ ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatẽ gloriæ filiorum Dei, cùm ergo conflagratio mundi sit dispositio ad renouationem prædictam: vt ex dictis patet: manifestè potest colligi quòd illa conflagratio quo ad purgationem mũdi iudicium præcedet: sed quo ad aliquem actum, qui scilicet est inuoluere malos iudicium sequetur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Augustinus non loquitur determinando, sed opinando: quod patet ex hoc quod sequitur. Quæ quidem ventura esse credendum est, sed quibus modis & quo ordine veniant, magis docebit rerum experientia quam nunc ad perfectũ hominis intelligentia valeat consequi: æstimo tamen eo quo à me commemorata sunt ordine esse venturæ: ergo patet quòd hæc dixit opinando.

¶Et similiter dicendum est ad secundum.

¶Ad tertium dicendum, quòd omnes homines morientur & resurgent: sed tamen illi dicuntur viui reperiri qui vsq; ad tẽpus conflagrationis viuent in corpore.

¶Ad quartum dicendum, quòd ille ignis non consequitur sententiam iudicis: nisi quo ad inuolutionem malorum: & quantum ad hoc sequetur iudicium.

ARTICVL. VIII.

¶Vtrùm ille ignis habiturus sit talem effectum in hominibus, qualis designatur.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd ille ignis non habebit talem effectum in hominibus: qualis designatur. Illud consumi dicitur quod in nihilum reducitur: sed corpora impiorum non resoluentur in nihilum, sed in æternũ conseruabuntur, vt æternam pœnam sustineant: ergo ignis nõ erit malis consumptio, vt in litera dicitur.

¶Si dicatur quòd consumet malorum corpora inquantum ea resoluet in cinerem: contra. Sicut corpora malorum ita & bonorum in cinerem resolueretur: hoc enim est Christi solius privilegium: vt caro eius non viderit corruptionem: ergo etiam bonis tunc repertis erit consumptio.

¶Præterea. Infectio peccati magis habundat in elementis: secundum quod veniunt ad cõpositionem humani corporis, in quo est corruptio fomitis: etiam quantum ad bonos, quã in elementis extra corpus humanũ existentibus: sed elementa extra corpus humanum existentia purgabuntur propter peccati infectionem: ergo multò fortiùs oportet per ignem purgari elementa in corporibus humanis existentia siue bonorum sine malorum, & ita oportet vtraque corpora resolui.

¶Præterea. Quandiu status vitę duraet elementa similiter agunt in bonos & in malos: sed adhuc durabit status vitæ in illa conflagratione: quia post statum huius vitæ non erit mors naturalis: quę tamen per illam conflagrationem causabitur: ergo ille ignis æqualiter aget in bonos & malos: & ita nõ videtur quòd sit aliqua differentio inter eos quantum ad effectum illius ignis suscipiendum, sicut in litera ponitur.

¶Præterea. Illa conflagratio quasi in momento perficitur, sed multi inueniuntur viui, in quibus erunt multa purgabilia: ergo illa conflagratio non sufficiet ad eorum purgationem.

CONCLVSIO.

¶Ignis naturaliter agat ante iudicium & in bono, & in malos, ei in cinerem resoluendos: sed mali illius ignis actione cruciabuntur: boni verò omnis doloris erunt expertes.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ignis ille finalis conflagrationis quantum ad hoc quòd iudicium præcedet, aget vt instrumentum diuinæ iustitiæ, & iterum per virtutem naturalis ignis. Quãtum ergo pertinet ad virtutem naturalem ipsius, similiter aget in malos & bonos qui viui reperiẽtur, vtrosumque corpora in cinerẽ resoluẽdo: inquantũ verò aget vt instrumentum diuinę iustitię: diuersimodè aget in diuersos quãtum ad pœnam sensuum. Mali enim per actionem ignis cruciabuntur. Boni verò in quibus nihil purgandum inuenietur omninò nullum dolorem ex igne sentient, sicut nec pueri senserunt in camino ignis. Dan. 3. quamuis eorum corpora non seruentur integra, sicut puerorum seruata fuerunt, & hoc diuinã

Universidad de Deusto
Biblioteca

virtute fieri poterit, vt sine doloris cruciatu resolutionem corporum patiantur. Boni verò, in quibus aliquid purgandū reperietur sentiēt cruciatū doloris ex illo igne plus vel minus pro meritorum diuersitate, sed quantum ad actum, quem post iudicium ille ignis habebit in damnatos tantùm aget, quia corpora bonorum nō habebunt impassibilia.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd consumptio ibi accipitur non per annihilationem, sed pro resolutione in cinerem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd bonorum corpora quamuis in cinerem resoluentur per ignem, non tamen ex hoc dolorem sentient, sicut nec pueri in fornace existentes: & quantū ad hoc est dissimile de bonis & malis.

¶ Ad tertium dicendum, q̄ elementa in corporibus humanis existentia purgabūtur per ignem etiā in corporibus electorū, sed hoc per diuinam virtutem fiet sine cruciatu doloris.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ignis ille non aget tantum secundum naturalem elementorum virtutem, sed etiam vt diuinæ iustitiæ instrumentum.

¶ Ad quintum dicendā, quòd tres sunt causæ quare subitò illi, qui vini reperientur purgari poterunt. Vna est, quia in eis pauca purganda inuenientur cum terroribus & persequutionibus præcedentibus fuerint purgati. Secunda causa est, quia & viui voluntariè pœnam subitinebunt, pœna enim in hac vita volūtariè suscepta multo plus purgat quàm pœna post mortē infli cta, sicut patet in martyribus, quòd si purgandum quid in eis inuenitur, passionis falce tollitur, vt Aug. dicit, cùm tamē pœna martyrij sit brevis in comparatione ad pœnam quæ in Purgatorio sustinetur. Tertia est quia calor ille recuperabit in intentione quantùm amittit in temporis brevitate.

ARTICVLVS IX.

¶ Vtrùm ille ignis inuoluet reprobos.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd ille ignis non inuoluet reprobos, quia fu per illud Mala. 3. Purgabit filios Leui. dicit Glossa, duos ignes legimus futuros: vnum quo purgabit electos & præceder iudicium, alterum qui reprobos cruciabit, sed hic est ignis inferni qui malos inuoluet. Primus autem est ignis finalis conflagrationis: ergo ille ignis conflagrationis non erit ille qui malos inuoluet.

¶ Præterea, Ille ignis Deo obsequitur in purgatione mundi: ergo remunerari debet alijs elementis remuneratis, & præcipuè cùm ignis sit nobilissimum elementorum: non ergo videtur q̄ in infernum debeat deijci ad pœnam damnatorum.

¶ Præterea, Ignis qui malos involuet erit ignis inferni: sed ignis ille ab initio mundi præparatus est damnatis: vnde Matth. 25. dicitur. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, &c. Isa. 30. Præparata est ab heri Thophet à Rege præparata, &c. Glossa ab heri, id est, ab initio Thophet vallis gehennę: sed ignis ille finalis conflagrationis non fuit ab initio præparatus, sed ex concursu mundanorum ignium generabitur: ergo ille ignis non est ignis inferni qui reprobos inuoluet.

¶ IN CONTRARIVM est quod in Psal. de illo igne dicitur. Quòd inflammabit in circuitu inimicos eius.

¶ Præterea, Dan. 7. dicitur, Fluuius igneus rapidúsque egrediebatur à facie eius. Glossa vt peccatores traheret in gehennam. Loquitur autem autoritas de illo igne de quo nūc est mentio vt patet per quandam Gloss. quæ ibi dicit, vt malos punīat & bonos purget: ergo ignis finalis conflagrationis in infernum cum reprobis demergetur.

CONCLVSIO.

¶ Ignis conflagrationis inuoluentur reprobi, vt quicquid turpe & fœdum fuerit, in infernum detrudatur: sicut quicquid pulchrum & nobile reperietur, in regnum cœleste attolletur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd tota purgatio mundi & innouatio ad purgationem & innouationem hominis ordinabitur: & ideò oportet quòd mundi purgatio & innouatio, purgationi & innouationi hominis congruat: purgatio autem quędam erit quòd mali segregabūtur: vnde dicitur Lucæ 3. Cuius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream suam, & congregabit triticum suum, id est, electos in horreum suum: paleas autem, id est, reprobos comburet igne inextinguibili: vnde & ita erit de purgatione mundi, quicquid erit turpe & fœdum, in infernum cum reprobis remittetur: quicquid verò pulchrum & nobile, conseruabitur in superioribus ad gloriam electorū, & ita etiam erit de illo igne conflagrationis: sicut dicit Basilius super illud Psalm. Vox Domini intercedentis flammam ignis: quia quo ad calidum vltimum, & quantum ad id quod in igne grossum reperietur descendet ad inferos ad pœnam damnatorum: quod verò est ibi subtile & lucidum, remanebit superius ad gloriam electorum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ignis qui purgabit electos ante iudicium, erit idem cum igne conflagrationis mundi, quamuis quidam contrarium dicant: conuenit enim vt cùm homo sit pars mundi, eodem igne purgetur homo & mundus. Dicantur autem duo ignes, qui purgabit hos & cruciabit malos, & quantùm ad officium, & aliquo modo ad substantiam: quia non tota substantia ignis purgantis in infernum detrudetur, vt dictum est.

¶ Ad secundum dicendum, quòd in hoc ille ignis remunerabitur: quòd illud quod est grossum in eo, separabitur ab ipso, & retrudatur in infernum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut gloria electorum post iudicium est maior quàm antè, ita & pœna reproborum: & ideò sicut charitas superiori creaturæ addetur ad augmentandum gloriam electorum, ita etiam quicquid est turpe in creaturis, retrudetur in infernum ad augmentandā miseriam: & ita ignis damnatorum ab initio præparato in inferno non est inconueniens si alter ignis addatur.

QVAESTIO SEPTVAGESIMAQVINTA, DE *resurrectione, in tres articulos diuisa.*

POST hoc considerandum est de circunstantibus, & concomitantibus resurrectionem: Quorum prima consideratio est de ipsa resurrectione. Secunda de eius causa. Tertia de eius tēpore & modo. Quarta de ipsius termino à quo. Quinta de cōditionibus resurgentium.

¶ Circa primum quæruntur tria.

¶ Primò, vtrùm resurrectio corporum sit futura.

¶ Secundò, vtrùm sit omnium generabilium.

¶ Tertiò, vtrùm naturalis vel miraculosa.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm corporum resurrectio sit futura. *Tho. hic dist. 43. q. vnic. art. 1. q. 3. & 4.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd corporum resurrectio non sit futura. Iob 14. Homo cùm dormierit non resurget, donec atteretur cœlum: sed cœlum nunquam atteretur, quia terra de qua minus videtur, in æternum stat, vt patet Eccle. 1. ergo non resurget homo.

¶ Præterea, Dominus Matth. 22. probat resurrectionem per autoritatem illam. Ego sum Deus Abrahā, & Deus Isaac, & Deus Iacob, quia non est Deus mortuorum, sed viuentium: sed constat quando verba illa dicebantur, Abraham, Isaac, & Iacob, non viuebant corpore, sed solùm anima: ergo resurrectio non erit corporum, sed solùm animarum.

¶ Præterea, Apostolus 1. Corinth. 15. videtur probare resurrectionem ex remuneratione laborum, quos in hac vita sustinuerunt sancti, qui si in hac vita tantum consistentes essent, miserabiliores essent cæteris hominibus: sed sufficiens remuneratio omnium laborum hominis potest esse in anima tantùm, non enim oportet quòd instrumentum simul cum operante remuneretur. Corpus enim instrumentum animæ est: vnde etiam in Purgatorio vbi animæ punientur pro his quæ gesserunt in corpore, anima sine corpore punitur: ergo non oportet ponere resurrectionem corporum, sed sufficit ponere resurrectionem animarum, quæ est dum transferuntur de morte culpæ & miseriæ in vitam gratiæ & gloriæ.

¶ Præterea, Vltimum rei est perfectissimū in re, quia per illud attingit finem suum: sed perfectissimus status animæ est, vt sit à corpore separata: quia in hoc statu conformis est Deo & angelis & magis pura quasi separata ab omni extranea natura: ergo separatio à corpore est vltimus status eius, & ita ex hoc statu non redit ad corpus, sicut nec ex viro fit puer.

¶ Præterea, Mors corporalis in pœnam hominis est inducta pro prima præuaricatione, vt patet Genes. 3. sic & mors spiritualis quæ est separatio animæ à Deo, est inflicta homini pro peccato mortali: sed de morte spirituali nunquam redeunt ad vitam post sententiam damnationis acceptam: ergo de morte corporali ad vitam corporalem non erit regressus, & sic resurrectio non erit.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Iob 19. Scio quòd Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra resurrecturus sum, & rursus circun. pel. mea, &c. ergo resurrectio erit corporum.

¶ Præterea, Donum Christi est maius quam peccatum Adæ, vt patet Rom. 5. Sed mors per peccatum introducta est: quia si peccatum non fuisset, mors nulla esset: ergo per donum Christi à morte reparabitur ad vitam.

¶ Præterea, Membra debent esse corpori cōformia: sed caput nostrum viuit, & in æternum viuet in corpore & anima. Quia Christus resurgēs ex mortuis iam non moritur, vt patet Rom. 6. ergo & homines qui sunt eius membra, viuent in corpore & anima

& anima, & sic oportet carnis resurrectionem esse.

CONCLVSIO.

¶ Cùm homo non possit esse beatus, nisi anima corpori verè vniatur, tanquam forma materiæ: fatendum est resurrectionem esse, in qua anima iam corpori in perpetuum vnietur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd secundum diuersas sententias de vltimo fine hominis diuersificatæ sunt sententiæ ponentium vel negantium resurrectionem. Vltimus enim finis hominis, quem naturaliter omnes homines desiderant, est beatitudo, ad quam quidem hominem posse pertingere in hac vita quidā posuerunt: vnde non cogebatur ponere aliā vitam post istam, in qua homo vltimam sui perfectionem consequeretur, & sic resurrectionem negabant: & hanc opinionem latis probabiliter excludit varietas fortunæ, & infirmitas humani corporis, scientiæ & virtutis imperfectio & instabilitas, quibus omnibus beatitudinis perfectio impeditur: vt Aug. prosequitur in fine de Ciui. Dei. Et ideò alij posuerunt aliam vitam esse post hanc, in qua homo tantum secundum animam viuebat post mortem: & hanc vitam ponebant sufficere ad naturale desiderium implendum de beatitudine consequenda: vnde Porphyrius dicebat vt Aug. dicit in lib. de ciui. Dei. Quia anima ad hoc quòd beata sit, omne corpus fugiendum est, vnde tales resurrectionem non ponebant. Huius autem opinionis apud diuersos diuersa erant falla fundamenta. Quidam enim hæretici posuerūt omnia corporalia esse à malo principio, spiritualia verò à bono, & secundum hoc oportebat quòd anima summè perfecta non esset nisi à corpore separata, per quod à suo principio distrahitur, cuius participatio ipsam beatam facit: & ideò omnes hæreticorum sectæ, quæ ponunt à Diabolo corporalia esse creata vel formata, negant corporum resurrectionem. Huius autem fundamenti falsitas in principio 2. lib. ostensa est. Quidam verò posuerunt totam hominis naturam in anima constare, ita vt anima corpore vteretur sicut instrumento, aut sicut nauta nauis: vnde secundum opinionem hanc sequitur quòd sola anima beatifica homo naturali desiderio beatitudinis non frustraretur, & sic nō oportet ponere resurrectionem. Sed hoc fundamentum sufficienter Philosophus 2. de Anima destruit, ostendens animam corpori, sicut formam materię, vniri: & sic patet quòd sine hac vita, homo non potest esse beatus: & ideò est necesse resurrectionem ponere.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cœlum nunquam atteretur quantum ad substantiam, sed quantum ad effectum virtutis, per quem mouet ad generationem & corruptionem inferiorum, ratione cuius dicit Apostolus 1. Corin. 7. Praeterit figura huius mundi.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Anima Abraham, non est propriè loquendo, ipse Abraham, sed est pars eius, & sic de alijs. Vnde vita animæ Abrahæ non sufficeret ad hoc quòd Abraham sit viuens, vel quia Deus Abraham sit Deus viuentis, sed exigitur vita totius coniuncti, scilicet animæ & corporis, quę quidem vita quamuis non esset actu, quando verba proponebantur, erat tamen in ordine vtriusque partis ad resurrectionem: vnde Dominus verba illa subtilissimè & efficaciter resurrectionem probat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd anima non comparatur ad corpus solùm, vt operans ad instrumentum, quo operantur, sed etiam vt forma ad materiam: vnde operatio est coniuncti & non tantum animæ, vt patet per Philosophum in 1. de Anima. Et quia operanti debetur operis merces, oportet quòd ipse homo compositus ex anima & corpore, operis sui mercedem accipiat. Venialia autem sicut dicuntur peccata, quasi dispositiones ad peccandum, non quòd simpliciter habeant rationem peccati: ita pœna, quæ eis redditur in Purgatorio, non est simpliciter retributio, sed magis purgatio quædam, quæ eorsum fit in corpore per mortem & incinerationem, & in anima per purgatorij ignem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd cæteris partibus perfectior est status animæ in corpore, quàm extra corpus, quia est pars totius compositi, & omnis pars integralis materialis est respectu totius, & quamuis sit Deo conformis secundum quid: nō tamē simpliciter: tunc enim simpliciter loquendo, est aliquid maximè Deo conforme, quando habet quicquid conditio suæ naturę requirit, quia perfectionem diuinam tunc maximè imitatur: vnde cor animalis magis est Deo cōforme immobili, quàm quando quiescit, quia perfectio cordis est in moueri, & eius quies est eius destructio.

¶ Ad quintum dicendum, quòd mors corporalis est introducta per peccatum Adæ, quod est morte Christi deletum: vnde pœna illa non manet in æternum: sed peccatum, quod mortem æternam per impœnitentiam inducit, vltrà non expiabitur, & ideò mors illa æterna erit.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm resurrectio erit omnium generaliter.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd resurrectio non erit omnium generaliter: in Psalm. enim dicitur. Non resurgent impij in iudicio: sed resurrectio non erit hominum nisi tempore iudicij vniuersalis: ergo impij nullo modo resurgent.

¶ Præterea. Dan. 12. dicitur. Multi de his qui dormiunt in pulnere euigilabunt: sed hęc loquutio quandam particularitatem importat, ergo non omnes resurgent.

¶ Præterea. Per resurrectionem homines conformantur Christo resurgenti. Vnde 1. Cor. 15. eōcludit Apostolus. Quia si Christus resurrexit, & nos resurgemus: sed illi soli debent Christo resurgenti conformari, qui imaginem ipsius portauerūt: quod est solùm bonorum: ergo ipsi soli resurgent.

¶ Præterea. Pœna nō dimittitur nisi ablata culpa: sed mors corporalis est pœna peccati originalis: ergo cùm non omnibus sit dimissum originale peccatum, non omnes resurgent.

¶ Præterea. Sicut per gratiam Christi renascimur, ita per gratiam eius resurgemus: sed illi qui in maternis vteris moriuntur, nunquam poterunt renasci: ergo nec resurgere poterunt, & sic non omnes resurgent.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Ioan. 5. Omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent: ergo omnes mortui resurgent.

¶ Præterea. 1. Primæ Cor. 15. Omnes quidem resurgemus, &c.

¶ Præterea. Resurrectio ad hoc necessaria est, vt resurgētes recipiant pro meritis pœnam vel præmium: sed omnibus debetur vel pœna vel præmium pro merito proprio, sicut adultis, vel alieno, sicut paruulis: ergo omnes resurgent.

CONCLVSIO.

¶ Cùm nulla anima perpetuò possit à corpore separari, necesse est sicut vnum ita & omnes resurgere.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ea, quorum ratio sumitur ex natura speciei, oportet similiter inueniri in omnibus quę sunt eiusdem speciei: talis autem est resurrectio. Hæc enim est eius ratio, vt ex dictis patet, quòd anima in perfectione vltima speciei humanę esse non potest à corpore separata: vnde nulla anima in perpetuum remanebit à corpore separata: & ideò necesse est sicut vnum, ita & omnes resurgere.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd loquitur de spirituali resurrectione, qua impij non resurgent in iudicio discussionis conscientiæ, vt Gloss. exponit: vel loquitur de impijs, qui sunt animo infideles, qui non resurgent vt iudicentur: iam enim iudicati sunt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Augustinus exponit, id est, omnes, & hic modus loquendi inuenitur in sacra Scriptura, vel particulatio potest intelligi quantum ad pueros damnatos in limbo, qui quamuis resurgent, non propriè dicuntur euigilare, cùm nec sensum pœnæ nec gloriæ habituri sint, vigilia enim est solutio sensus.

¶ Ad tertium dicendum, quod omnes tam boni quàm mali conformantur Christo, viuendo in ista vita in his quę ad naturā speciei pertinent: non autē in his quæ pertinent ad gratiam: & ideò omnes ei conformabuntur in reparatione vitę naturalis: non autem in similitudine gloriæ, sed soli boni.

¶ Ad quartum dicendum, quòd mortē quę est pœna originalis peccati: qui in originali decesserūt exoluerunt moriēdo: vnde non obstante originali culpa, possunt à morte resurgere: pœna enim originalis peccati magis est mori quàm morte detineri.

¶ Ad quintū dicendum quòd renascimur per gratiam Christi nobis datā, sed resurgimus per gratiam Christi, qua factum est, vt naturam nostrā susciperet, quia ex hoc ei in naturalibus cōformantur: vnde illi, qui in maternis vteris decedunt, quamuis renati non fuerint per susceptionē gratiæ, tamē resurgēt propter conformitatem naturæ ad ipsum, quam consequuti sunt, ad perfectionem humanæ speciei pertingentes.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm resurrectio sit naturalis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd resurrectio sit naturalis: quia sicut dicit Dama. 3. lib. quod communiter in omnibus inspicitur, naturam characterizat in his quę sub ipso sunt atomis: sed resurrectio communiter in omnibus inuenitur: ergo est naturalis.

¶ Præterea. Gregorius dicit 14. Moralium. qui resurrectionis fidem ex obedientia non tenet, certè hāc ex ratione tenere debuerat. Quid enim quotidiè mūdus in elemētis suis nisi resurrectionem nostram imitatur? & ponit exemplum de luce, quæ quasi moriendo oculis subtrahitur, & rursus quasi viuendo re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

uocatur, vel resurgendo: & de arbustis quæ viriditatem amittunt, & rursus quasi resurgentia reparantur: & de seminibus quæ putrescentia moriuntur, & rursus germinando quodammodo resurgunt: quod etiam exemplum Apostolus ponit 1. Corinth. 15. sed nihil potest ex naturalibus operibus ratione cognosci nisi naturale: ergo resurrectio erit naturalis.

¶Præterea, Illa quæ sunt præter naturam, non multo tempore manent, quia sunt quasi violenta: sed vita quæ per resurrectionem reparatur in æternum manebit: ergo resurrectio erit naturalis.

¶Præterea, Illud ad quod tota naturæ reparatio intendit, maximè videtur esse naturale: sed resurrectio & glorificatio sanctorum est huiusmodi: vt patet Romanorum octauo: ergo resurrectio erit naturalis.

¶Præterea, Resurrectio est motus quidam ad perpetuam coniunctionem animæ & corporis: sed motus est naturalis qui terminatur ad quietem naturalem: vt patet 1. Physi. Perpetua autem coniunctio animæ & corporis erit naturalis, quia cùm anima sit proprius motor corporis, habet sibi corpus proportionatum, & ita in perpetuum est similiter viuificabile ab ipsa, sicut ipsa in perpetuum viuit: ergo resurrectio erit naturalis.

¶SED CONTRA, A priuatione in habitum non erit regressus secundum naturam, sed mors est priuatio vitæ: ergo resurrectio, per quam est reditus de morte ad vitam, non est naturalis.

¶Præterea, Ea quæ non sunt vnius speciei, non habent determinatum modum originis: vnde animalia quæ generantur ex putrefactione, & ex semine, nunquam sunt eiusdem speciei: vt dicit Commentarius in octauo Physi. Sed naturalis motus, vt quo homo oritur, est generatio ex simili in specie, quod non est in resurrectione: ergo non est naturalis.

CONCLVSIO.

¶Resurrectio simpliciter non est naturalis, sed miraculosa, nisi secundum quid.

¶RESPONDEO dicendum, quòd motus siue actio aliqua se habet ad naturam tripliciter. Est enim aliquis motus siue actio, cuius natura nec est principium nec terminus, & talis motus quandóque est à principio supra naturam, vt patet de glorificatione corporis: quandóque autem à principio alio quocúnque, sicut patet de motu violento lapidis sursum, qui terminatus est quietem violẽtam. Est etiam alius motus, cuius principium & terminus est natura, vt patet in motu lapidis deorsum. Est etiam alius motus, cuius terminus est natura, sed nõ principium: sed quandóque aliquid supra naturam, sicut patet in illuminatione cæci, quia visus naturalis est, sed illuminationis principium est supra naturam: quandóque autem aliquid aliud, vt patet in acceleratione florum vel fructuum per artificium facta. Quòd autem principium sit natura & non terminus, esse non potest, quia principia naturalia sunt ad determinatos effectus, vltra quos se extendere non possunt: operatio ergo vel motus primo modo se habens ad naturam, nullo modo potest esse naturalis, sed vel est miraculosa, si sit à principio supra naturam, vel violenta, si sit ab alio quocúque principio. Operatio autem vel motus secundo modo se habens ad naturam, est simpliciter naturalis, sed operatio quæ tertio modo se habet ad naturam, non potest dici simpliciter naturalis, sed secũdum quid: inquantum scilicet perducit ad id quod secundum naturam est, sed vel dicitur miraculosa, vel artificialis, aut violenta. Naturale enim propriè dicitur quod secundũ naturam est: secundum autem naturam esse dicitur habens naturam, & quæ cõsequuntur naturam, vt patet in 2. Physi. Vnde motus, simpliciter loquendo, nõ potest dici naturalis, nisi eius principium sit natura: resurrectionis autem principium natura esse non potest, quamuis ad vitam naturæ resurrectio terminetur. Natura enim est principium motus in eo, in quo est vel actiuum, vt patet in motu leuium & grauium & alterationibus naturalibus animalium: vel passiuum, vt patet in generatione simplicium corporum. Passiuum autem principium naturalis generationis est potentia passiua naturalis, quæ semper habet aliquam potentiam actiuam, sibi respondentem in natura, vt dicitur in vndecimo Metaphy. Nec differt quantum ad hoc, siue respondeat passiuo principio actiuum principium in natura respectu vltimæ perfectionis, scilicet formæ, siue respectu dispositionis, quæ est necessitas ad formam vltimam, sicut est in generatione hominis secundum positionem fidei, vel etiam de omnibus alijs secundũ opinionem Platonis & Auicennæ: nullum autem principium actiuum resurrectionis est in materia, neque respectu coniunctionis animæ ad corpus, nec respectu dispositionis, quæ est necessitas ad talem coniunctionẽ: quia talis dispositio non potest à natura in-

duci nisi determinato modo per viam generationis ex semine. Vnde & si ponatur esse etiam aliqua potentia passiua ex parte corporis, seu etiam inclinatio quæcúnque ad animæ coniunctionem, non est talis quòd sufficiat ad rationem motus naturalis: vnde resurrectio, simpliciter loquendo, est miraculosa non naturalis, nisi secundum quid, vt ex dictis patet.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Damas. loquitur de illis quæ inueniuntur in omnibus indiuiduis ex principijs naturæ creatis. Non enim si diuina operatione omnes homines dealbarentur, vel in vno loco cõgregarentur, sicut tempore diluuij factum est, propter hoc albedo esset proprietas naturalis hominis, vel esse in tali loco.

¶Ad secũdum dicendum, quòd ex rebus naturalibus non cognoscitur aliquid ratione demonstrante non naturale, sed ratione persuadente potest cognosci aliquid supra naturam: quia eorum quæ supra naturam sunt, ea quæ sunt in natura, aliquam similitudinem repræsentant: sicut vnio animæ & corporis repræsentant animæ vnionem ad Deum per gloriam fruitionis, vt Magister dicit, & simili modo exempla quæ Apostolus & Gregorius inducunt, fidei resurrectionis persuasiuè adminiculantur.

¶Ad tertium dicendum, quòd illa ratio procedit de operatione illa, quæ terminatur ad illud, quod non est per naturam, sed naturæ contrarium: hoc autem non est in resurrectione, & ideò non est ad propositum.

¶Ad quartum dicendum, quòd tota operatio naturæ est sub operatione diuina, sicut operatio inferioris artis sub operatione superioris. Vnde sicut omnis operatio inferioris artis expectat aliquem finem ad quem non peruenitur nisi operatione artis superioris inducentis formam vel vtentis artificio facto, ita ad vltimum finem ad quem tota expectatio naturæ intendit non potest peruenire opere naturæ, & propter hoc consequutio eius non est naturalis.

¶Ad quintum dicendum, quòd quamuis non possit esse motus naturalis, qui terminatur ad quietem violentam: tamen potest esse motus non naturalis qui terminatur ad quietem naturalem, vt ex dictis patet.

QVAESTIO SEPTVAGESIMASEXTA. DE *causa resurrectionis, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de causa nostræ resurrectionis.

¶Circa quod tria quæruntur.

¶Primò, vtrùm resurrectio Christi sit causa nostræ resurrectionis.

¶Secundò, vtrùm vox tubæ.

¶Tertiò, vtrùm angeli.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm Christi resurrectio sit causa nostræ resurrectionis. Tho. 4. dist. 43. q. unic. art. 2. & 1. Cor. 15.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christi resurrectio non sit causa nostræ resurrectionis. Posita enim causa, ponitur effectus: sed posita resurrectione Christi, non est sequuta statim resurrectio aliorum mortuorum: ergo resurrectio eius non est causa nostræ resurrectionis.

¶Præterea, Effectus non potest esse nisi causa præcesserit: sed resurrectio mortuorũ esset, etiam si Christus nõ resurrexisset: erat enim alius modus possibilis Deo, vt hominem liberaret: ergo resurrectio Christi non est causa nostræ resurrectionis.

¶Præterea, Idem est factiuum vnius in tota specie vna: sed resurrectio erit omnibus hominibus communis: cùm ergo resurrectio Christi non sit causa suipsius, non erit causa aliorum resurrectionis.

¶Præterea, In effectu relinquitur aliquid de similitudine causæ: sed resurrectio ad minus quorundam, scilicet malorum, nõ habet aliquid simile resurrectioni Christi: ergo resurrectionis illorum non erit causa resurrectio Christi.

¶SED CONTRA, Illud quod est primum in quolibet genere, est causa eorum quæ sunt pòst, vt patet in 2. Metaph. sed Christus ratione suæ resurrectionis corporalis dicitur primitiæ dormientium. 1. Cor. 15. & primogenitus mortuorũ, Apoc. 1. ergo sua resurrectio est causa resurrectionis aliorum.

¶Præterea, Resurrectio Christi magis conuenit cum nostra resurrectione corporali quàm cum resurrectione spirituali, quæ est per iustificationem: sed resurrectio Christi est causa iustificationis nostræ, vt patet Roman. 4. Resurrexit propter iustificationem nostram: ergo resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis corporalis.

CONCLVSIO.

¶Sicut Christus est mediator Dei & hominũ, ita decuit vt morte sua nostram aboleret, & sua resurrectione nos æterna resurrectione donaret.

¶RESPONDEO

¶RESPONDEO dicendum, quòd Christus ratione humanæ naturæ dicitur Dei & hominum mediator: vnde diuina dona à Deo in homines mediante Christi humanitate proueniunt. Sicut autem à morte spirituali liberari non possumus, nisi per donum gratiæ diuinitùs datum, ita nec a morte corporali nisi per resurrectionem diuina virtute factam: & ideò sic Christus secundum humanam naturam primitias gratiæ susceptit diuinitùs, & eius gratia est causa nostræ gratiæ, quia de plenitudine eius nos omnes accepimus: gratiam pro gratia. Ioannis primo, ita in Christo inchoata est resurrectio, & sua resurrectio causa est nostræ resurrectionis, vt sic Christus, inquantum est Deus, sit prima causa nostræ resurrectionis quasi æquiuoca: sed inquantum est Deus & homo, resurgens est causa proxima & quasi vniuoca nostræ resurrectionis. Causa autem vniuoca agens, producit effectum in similitudine formæ suæ: vnde non solùm est causa efficiens, sed exemplaris respectu istius effectus: quandóque enim ipsa forma, per quam attenditur similitudo agentis ad effectum, est directè principium actionis, quo producitur ille effectus, sicut calor in igne calefaciente: quandóque autem illius actionis, qua producitur effectus: non est principium primò per se ipsa forma, secundum quam attenditur similitudo, sed principia illius formæ: sicut si homo albus generet hominem album, ipsa albedo generantis non est principium actiuæ generationis: & tamen albedo generantis dicitur causa albedinis generatæ, quia principia albedinis in generante sunt principia generationis facientia albedinem in generato: & per hunc modum resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis: quia illud idem quod fecit resurrectionem Christi, quæ est causa efficiens vniuoca nostræ resurrectionis ad nostram resurrectionem agit, scilicet virtus diuinitatis ipsius Christi, quæ sibi & patri communis est. Vnde dicitur Roma. 8. Qui suscitauit Iesum Christum à mortuis viuificauit mortalia corpora nostra: sed ipsa resurrectio Christi virtute diuinitatis adiunctæ est causa, quasi instrumentalis, resurrectionis nostræ. Operationes enim diuinæ agebantur mediante carne Christi, quasi quodam organo, sicut ponit exemplum Damasc. in tertio libro de Tactu corporali, quo mundauit leprosum, Matthæi octauo.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd causa sufficiens statim producit effectum suum, ad quem immediatè ordinatur, non autem effectum ad quem ordinatur mediate alio quantumcúnque sit sufficiens, sicut calor quantumcúnque sit intensus, non statim in primo instanti causat calorem, sed statim incipit mouere ad calorem, quia calor est effectus eius mediante motu: resurrectio autem Christi dicitur causa nostræ resurrectionis, non quia agat resurrectionem nostram, sed mediante principio suo, scilicet diuina virtute, quæ nostram resurrectionem faciet ad similitudinem resurrectionis Christi. Virtus autem diuina operatur mediante volũtate quæ est propinquissima effectui: vnde non oportet quòd statim resurrectione Christi facta, nostra resurrectio sit sequuta: sed tunc sequatur quando voluntas Dei ordinauit.

¶Ad secundum dicendum, quòd virtus diuina non alligatur aliquibus causis secundis, quin effectus illarum posset immediatè vel alijs causis mediantibus producere, sicut posset immediatè vel alijs causis mediantibus producere, sicut posset generationem corporum inferiorum causare: etiam motu cœli non existente, & tamen secundum ordinem quem rebus instituit, motus cœli est causa generationis inferiorum corporum. Similiter etiam secundum ordinem, quem rebus humanis diuina prouidentia præfixit, resurrectio Christi est causa nostræ resurrectionis. Potuit tamen alium modum præfigere, & tunc esset alia causa nostræ resurrectionis, qualem Deus ordinaret.

¶Ad tertium dicendum, quod ratio illa procedit, quãdo omnia quę sunt in vna specie, habent eundem ordinem ad causam primam illius effectus, qui est inducendus in totam illam speciem. Sic autem non est in proposito, quia humanitas Christi propinquior est diuinitati, cuius virtus est prima causa generationis: quàm humanitas aliorum. Vnde resurrectio Christi causatur à diuinitate immediatè, sed resurrectio aliorum mediante Christo homine resurgente.

¶Ad quartum dicendum, quod resurrectio omnium hominum habebit aliqu d similitudin is de resurrectiõe Christi, quod sci licet pertinet ad vitam naturę, secundum quod omnes Christo fuerunt conformes: & ideò omnes resurgent in vitam immortalem: sed in sanctis qui fuerunt Christo conformes per gratiã erit conformitas quantum ad ea, quæ sunt gloriæ.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm vox tubæ sit causa nostræ resurrectionis.

ADSECVNDVM sic proceditur. Videtur q; vox tubæ non sit causa nostræ resurrectiõis. Dicit enim Dama. Crede resurrectionẽ futuram diuina voluntate, diuina virtute & nutu: ergo cùm hoc sit sufficiẽs causa resurrectionis nostrę, non oportet ponere causam eius vocem tubæ.

¶Præterea. Frustra vox emittitur ad eum, qui audire non potest, sed mortui non habebunt auditum: ergo nõ est conueniẽs: quòd vox aliqua formetur ad eos resuscitandum.

¶Præterea. Si vox aliqua sit causa resurrectiõis: hoc nõ erit nisi sit per virtutẽ voci diuinitùs datã: vnde super illud Psal. Dabit voci suæ vocẽ virtutis, dicit Gloss. Resuscitãdi corpora: sed ex quo potẽtia data est alicui, quãuis miraculosè detur: tñ actus, qui sequitur, est naturalis, sicut patet in cæco nato miraculosè illuminato, qui postea naturaliter videt: ergo si vox illa esset causa resurrectiõis, resurrectio esset naturalis, quod falsũ est.

¶SED CONTRA est quod dicitur 1. Thess. 4. Ipse Dominus in tuba Dei descendet de cœlo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent.

¶Præterea, Io. 5. dicitur, quòd qui in monumentis sunt, audiẽt vocem filii Dei, & qui audierint viuent: hęc autem vox dicitur tuba, vt in litera patet, ergo, &c.

CONCLVSIO.

¶Cùm Christus resurgens sit causa vniuoca nostræ resurrectionis, sic vt nostram resurrectionem operetur, tuba, hoc est sua voce imperante, dormientes excitabit.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd causam & effectum oportet aliquo modo cõiungi, quia mouens & motum, faciens & factum sunt simul: vt patet in 8. Physic. Christus autem resurgens est causa vniuoca nostrę resurrectionis: vnde oportet quòd in resurrectione corporum communi aliquo signo corporali dato, Christus resurgens operetur, quod quidẽ signum, vt quidam dicunt, erit in literam vox Christi resurrectionem inoerantis, sicut imperauit mari: & cessauit tempestas, Matth. 8. Quidam verò dicunt quòd hoc signum nihil aliud erit, quàm ipsa representatio euidens filij Dei in mundo, de qua dicitur Matthæi 24. Sicut fulgur venit ab Oriẽte, & apparet in Occidente, sic erit aduentus Filij hominis, & innituntur auctoritati Gregorij dicentis, quòd tubam sonare, nihil aliud est quàm vt mundo iudicem filium demonstrare. Et secundum hoc ipsa apparitio filij Dei vox eius dicitur, quia ei apparenti obediet tota natura ad corporum humanorum reparationem sicut imperanti, vnde in iussu venire dicitur primæ Thessalonicen. quarto, & sic eius apparitio inquantum habet vim cuiusdam imperij, vox eius dicitur, & hæc vox quæcúnque sit, quandóque dicitur clamor, quasi præconis ad iudicium citantis. Quandóque autem dicitur sonus tubæ, vel propter euidentiam, vt in litera dicitur, vel propter conuenientiam ad vsum tubę qui erat in veteri Testamento. Tuba enim cõgregabantur ad concilium, commouebantur ad prælium: & vocabãtur ad festum, resurgentes autem congregabuntur ad concilium iudicij, ad prælium quo orbis terrarum pugnabit contra insensatos, & ad festum æternæ solemnitatis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Dama. in verbis illis circa materialem causam resurrectionis tria tetigit, scilicet voluntatem diuinam, quæ imperat, virtutem quæ exequitur, & facilitatem exequendi in hoc quòd nutum adiunxit ad similitudinem eorum: quę in nobis sunt. Illud enim valdè facile est nobis facere, quod ad documẽtum nostrũ fit, sed multò apparet maior facilitas, si ante verbum prolatum ad primum signum voluntatis, quod nutus dicitur, exequutio nostræ voluntatis per ministros fiat, & talis nutus est quædam causa prædictæ exequutionis, inquantum per ipsum inducuntur alij ad nostram volũtatem explendam. Nutus autem diuinus, quo fiet resurrectio, nihil aliud est quàm signum ab ipso datum, cui tota natura obediet, vt ex dictis patet.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut formæ sacramentorum habent virtutem sanctificandi, non ex hoc quòd audiuntur: sed ex hoc quòd feruntur: ita vox quicquid sit habebit efficaciam instrumentalem ad resuscitandum, non ex hoc quòd sentitur, sed ex hoc quòd profertur: sicut etiam vox ex ipsa impulsione aeris excitat dormientem soluendo organum non ex hoc quòd cognoscatur: quia iudicium de voce veniẽte ad aures sequitur excitationem, & non est causa eius.

¶Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procederet, si virtus illi voci data esset ens perfectum in natura, quia tunc quod ex ea procederet, virtutem iam naturalem factam principium haberet: non est autem talis virtus illa, sed qualis supradicta est esse in formis sacramentorum.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm ad resurrectionem angeli operentur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd nullo modo ad resurrectionem angeli operentur. Quia maioris virtutis est ostensiua resurrectio mortuorũ, quàm generatio hominum: sed quando generantur homines, anima nõ infunditur corpori mediantibus angelis: ergo nec resurrectio, quæ est iterata cõiunctio animæ & corporis, fiet ministerio angelorum.

¶ Præterea, Si ad aliquos angelos hoc ministerium pertineat, maximè videtur pertinere ad virtutes, quarum est miracula facere: sed eis non ascribitur, sed archangelis, vt patet in litera: ergo non fiet ministerio angelorum.

¶ SED CONTRA est quod dicitur 1. Thes. 4. quòd Dominus in voce archangeli descendet de cœlo & mortui resurgẽt: ergo resurrectio mortuorum ministerio angelico cõplebitur.

CONCLVSIO.

¶ In resurrectione vtetur Deus ministerio Angelorum, in his quæ corporaliter fieri debent: quantum verò ad id, quod Deus de integro animã corpori vniet, non vtetur opera Angelorum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut Aug. dicit in 3. de Trin. quòd sicut corpora grossiora & infirmiora per subtiliora & potentiora ordine quodam reguntur, ita omninò corpora reguntur à Deo per spiritum vitæ rationalem, & hoc etiam Greg. 4. Dialo. tangit. Vnde in omnib. quæ corporaliter à Deo fiunt, vtitur Deus ministerio angelorum, in resurrectione autem est aliquid ad transmutationem corporum pertinens, scilicet collectio cinerum & eorum præparatio ad reparationem humani corporis: vnde quantum ad hoc in resurrectione vtetur Deus ministerio angelorum, sed anima sicut immediatè à Deo creata est, ita immediatè à Deo corpori iteratò vnietur sine aliqua operatione angelorum. Similiter etiam gloriam corporis ipse faciet non ministerio angelorum, sicut & animã immediatè glorificat, & illud angelorũ miniiterium dicitur vox secundum vnam expositionem quæ tangitur in litera.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ patet solutio ex dictis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ministerium istud erit principaliter vnius archangeli, scilicet Michaelis, qui est princeps Ecclesiæ, sicut fuit synagogæ, sicut dicitur Dan. 10. qui tamen agit influentia virtutum & aliorum superiorum ordinum: vnde quod ipse faciet, superiores ordines quodammodò faciũt. Similiter inferiores angeli cooperabũtur ei circa resurrectionem singulorum, quorum certo diẽ deputati fuerũt, & sic vox illa potest dici vnius vel plurium angelorum.

QVAESTIO SEPTVAGESIMASEPTIMA, DE *tempore & modo resurrectionis, in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE cõsiderandum est de tempore & modo resurrectionis.

¶ Circa quod quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm tempus resurrectionis differatur vsque ad finem mundi.

¶ Secundò, vtrùm tempus illud sit occultum.

¶ Tertiò, vtrùm resurrectio fiet in noctis tempore.

¶ Quartò, vtrùm fiet subitò.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm tempus nostræ resurrectionis differri debeat vsque ad finem mundi.

Tho. 4. dist. 43. q. vnic. ar. 3. q. 1. & 2.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd tempus resurrectionis non oporteat differri vsque ad finem mundi, vt omnes simul resurgant: maior est enim cõuenientia capitis ad membra, quàm membrorum adinuicem: sicut causæ ad effectus, quàm effectuum ad inuicem: sed Christus, qui est caput nostrum, non distulit resurrectionem suam vsque ad finem mũdi, vt simul cum omnibus resurgeret: ergo non oportet quòd priorum sanctorum resurrectio vsque ad finem mundi differatur, vt simul cum omnibus resurgant.

¶ Præterea, resurrectio capitis est causa resurrectionis membrorum: sed resurrectio quorundam membrorum nobilium propter vicinitatem ad caput, non est dilata vsque ad finem mũdi, sed statim resurrectionem Christi sequuta est, sicut piè creditur de beata Virgine & Ioanne Euangelista: ergo & aliorũ resurrectio tanto propinquior erit resurrectioni Christi, quãto per gratiam & meritum magis ei fuerunt conformes.

¶ Præterea, Status noui Testamenti est perfectior & expressiùs portat imaginem Christi, quàm status veteris Testamenti: sed quidam Patres veteris Testamenti Christo resurgente, resurrexerunt, sicut dicitur Matth. 27. Quia multa corpora sanctorum, qui dormierant, resurrexerũt: ergo videtur quòd nec sanctorum noui Testamenti resurrectio differri debeat vsque ad finem mundi, vt fiat omnium simul.

¶ Præterea, Post finem mundi non erit aliquis annorum numerus, sed post resurrectionem mortuorum adhuc computantur multi anni vsque ad resurrectionem aliorum, vt patet Apoca. 20. Dicitur enim ibi. Vidi animas decollatorum propter testimonium Iesu & propter verbum Dei. Et infrà. Et vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis, & cæteri mortuorũ non vixerunt donec consummarentur mille anni: ergo resurrectio omnium non differtur vsque ad finem mundi, vt sit simul.

¶ SED CONTRA est quod Iob 9. dicitur. Homo cùm dormierit, non resurget donec atteratur cœlum, nec euigilabit vt consurgat à somno suo: & loquitur de somno mortis: ergo vsque ad finem mundi, quando cœlum atteretur, resurrectio hominum differetur.

¶ Præterea, Heb. 11. dicitur. Homines Dei testimonio fidei probati non acceperunt repromissionem, id est plenam animæ & corporis beatitudinem Deo aliquid aliud pro nobis prouidente, ne sine nobis consummarentur, id est perficerentur. Glos. vt in communi gaudio omnium magis fieret gaudium singulorũ, sed non erit antè resurrectio, quàm corporũ glorificatio: quia reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Philip. 2. & resurrectionis filij erunt sicut angeli in cœlo: vt patet Matth. 22. ergo resurrectio differetur vsque ad finem mundi, in quo omnes simul resurgent.

CONCLVSIO.

¶ Cùm tota materia humanorum corporum subiaciatur motui cælestium corporum, conuenienter humanorum corporum resurrectio vsque ad finem mundi differetur, in quo motus cœli quiescet.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut Aug. dicit in 3. de Trinit. Diuina prouidentia statuit, vt corpora grossiora & inferiora per subtiliora & potentiora quodam ordine regantur & ideò tota materia corporum inferiorum subiacet variationi secundum modum cœlestium corporum: vnde esset contra ordinem: quem diuina prouidentia statuit rebus, si materia inferiorum corporũ ad statum incorruptionis produceretur manente motu superiorum corporum. Quia secundum positionẽ fidei erit in vitam immortalem conformiter Christo, qui resurgens à mortuis, iam non moritur: vt dicitur Rom. 6. Et ideò humanorum corporum resurrectio vsque ad finem mundi differetur in quo motus cœli quiescet. Et propter hoc etiã quidam Philosophi, qui posuerunt motũ cœli nunquam cessare, posuerunt reditum humanarum animarum ad corpora mortalia, qualia nunc habemus, siue ponerent reditum animæ ad idem corpus in fine magni anni, vt Empedocles, siue ad aliud, vt Pytagoras posuit, quamlibet animam quodlibet corpus ingredi, vt dicitur in 1. de Anima.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis caput magis conueniat cum membris conuenientia proportionis, quæ exigitur ad hoc quòd in membra fluat, quàm membra ad inuicem: tamen caput habet causalitatem quandam super membra, qua membra carent, & in hoc membra differunt à capite & conueniunt adinuicem. Vnde resurrectio Christi est exemplar nostræ resurrectionis, ex cuius fide spes nobis de nostra resurrectione consurgit, non aũt resurrectio alicuius membri Christi est causa cæterorum membrorũ: & ideò Christi resurrectio debuit præcedere resurrectionem aliorum, qui omnes simul resurgere debuerunt in consummatione sæculorum.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ quamuis inter membra sint quædam alijs digniora & magis capiti conformia, non tamen pertingunt ad rationem capitis, vt sint causa aliorũ: & ideò ex cõformitate ad Christum, non debetur eis quòd eorum resurrectio præcedat resurrectionem aliorum, quasi exemplar exemplatum, sicut dictum est de resurrectione Christi: sed quòd alicui bus sit hoc concessum, quòd eorum resurrectio non fiat vlq; ad cõmunem resurrectionem dilata, est ex speciali gratiæ priuilegio, non ex debito conformitatis ad Christum.

¶ Ad tertium dicendum, q̃ de illa resurrectione sanctorũ cum Christo, videtur dubitare Hiero. in sermone de Assumptione, Vtrùm si peracto resurrectionis testimonio, iterum mortui sint, vt sic eorum fuerit magis resuscitatio quædam, sicut Lazari, quàm vera resurrectio, qualis erit in fine mundi: an ad immortalem vitam verè resurrexerint, vt semper in corpore victuri in cœlũ cum Christo ascendentes corporaliter, vt Glos. dicit Matth. 27. & hoc videtur probabilius, quia ad hoc quòd verum testimonium de vera resurrectione Christi proferrent, congruum fuit, vt verè resurgerent, sicut Hierony. alibi dicit. Nec eorum resurrectio propter ipsos accelerata est, sed propter resurrectionem Christi testificandam, quod quidem testimonium erat ad fundandam fidem noui Testamenti. Vnde decentiùs factum est per Patres veteris Testamẽti quàm per eos qui iam nouo Testamento fundato decesserunt. Tamen sciendum est quod & side resurrectione eorum in Euangelio mentio fiat ante resurrectionem Christi: tamẽ vt per testimonium patet, intelligendum est per anticipationem esse dictum, quod frequenter historiographis accidit. Nulli enim vera resurrectione ante Christum resurrexerunt, eò quòd ipse est primitiæ dormientium: vt dicitur 1. Cor. 15. Quamuis fuerint aliqui resuscitati ante Christi resurrectionem, vt de Lazaro patet.

¶ Ad quartum dicendum, quòd occasione illorum verborum: vt Augustinus narrat decimosecũdo de Ciuitate Dei: quidam hæretici posuerunt primam resurrectionẽ futuram esse mortuorum, vt cum Christo mille annis in terra regnent: vnde vocati sunt Chiliastæ, quasi millenarij: & ideò Augustin. ibidem dicit, verba illa aliter intelligẽda esse, scilicet de resurrectione spirituali, per quam homines à peccatis dono gratiæ resurgũt. Secunda autem resurrectio corporum est. Regnum autẽ Christi dicitur Ecclesia, in qua cum Christo non solùm martyres, sed etiam alij electi regnant, vt à parte totum intelligatur: vel regnant cum Christo in gloria quantum ad omnes: & sit specialiter mentio de martyribus, quia ipsi præcipuè regnãt mortui, qui vsque ad mortem pro veritate certauerũt: millenarius autem annorum non significat aliquem certum numerum, sed designat totum tempus quod nunc agitur, in quo nunc sancti cum Christo regnant, quia numerus millenarius designat vniuersitatem magis, quàm centenarius, eò quòd centenarius est quadratum denarij: sed millenarius est numerus solidus ex duplici ductu denarij in seipsum surgens: quia decies decẽ centũ sunt, & centũ decies mille sunt: & similiter in Psalmo dicitur, Verbi quod mandauit in mille generationes, id est, in omnes.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm tempus resurrectionis nostræ sit occultum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd tempus illud non sit occultũ. Quia cuius principium est determinatum & scitum, & finis potest determinatè sciri, eò quòd omnia mensurantur quadam periodo, vt dicitur in 2. de Generatione: sed principium mundi determinatè sciturergo & finis ipsius potest determinatè sciri, tunc autem erit tempus resurrectionis & iudicij: ergo tempus illud non est occultum.

¶ Præterea, Apocalyp. 12. dicitur, quòd mulier per quam Ecclesia significatur, habet locum paratum à Deo, in quo pascatur diebus mille ducentis sexaginta. Danie. etiam 12. ponitur quidam determinatus numerus dierum, per quos anni significari videntur, secundum illud Ezech. quarto, Diem pro anno: diem inquam, pro anno dedi tibi: ergo ex sacra Scriptura potest sciri determinatè finis mundi & resurrectionis tempus.

¶ Præterea, Status noui Testamenti præfiguratus fuit in veteri Testamento: sed scimus determinatè tempus in quo vetus Testamentum statum habuit: ergo & potest sciri tempus determinatè, in quo nouum Testamentũ statũ habebit: sed nouũ Testamentũ habebit statũ in fine mundi: vnde dicitur Matth. vlti. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi: ergo potest sciri determinatè finis mũdi & resurrectionis tẽpus.

¶ SED CONTRA, Illud quod est ignoratum ab angelis etiam hominibus multò magis erit occultum: quia ea quæ homines naturali ratione pertingere possunt, multò limpidiùs & certiùs angeli naturali cognitione cognoscunt. Similiter etiã reuelationes hominibus non fiunt nisi mediantibus angelis, vt patet per Diony. 3. cap. Eccle. Hiera. sed angeli nesciunt tempus determinatè: vt patet Matthæi 24. De die illa & hora nemo scit, neq; angeli cœlorũ: ergo illud est hominibus occultũ.

¶ Præterea, Apostoli fuerunt magis conscij secretorum Dei, quàm alij sequentes, quia vt dicitur Roman. 8. Ipsi primitias spiritus habuerunt. Glossa tempore priùs. & cæteris abundantiùs: sed eis de hoc ipso quærentibus dictum est Act. 1. Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ posuit Pater in potestate sua: ergo multo magis est aliis occultum.

CONCLVSIO.

¶ Tempus futuræ resurrectionis nec ratione naturali, nec reuelatione diuina numerari cognosci ne potest.

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd sicut Aug. dicit in lib. 73. Quæstionum, quòd ætas vltima humani generis, quæ incipit ab Aduentu Domini vsque ad finem sæculi, quibus genera tionibus computetur, incertum est, sicut etiã senectus, quæ est vltima ætas hominis, non determinatum habet tempus secundum mensuram aliarum, cùm quandoq; sola tantũ teneat tempus quantùm omnes aliæ ætates. Huius autem ratio est, quia determinatus numerus futuri temporis sciri nõ potest, nisi vel per reuelationem, vel per naturalem rationem: tempus autem quod erit vsque ad resurrectionem, enumerari non potest naturali ratione, quia simul erit resurrectio & finis motus cœli, vt dictũ est. Ex motu autem accipitur numerus omnium, quæ determinato tempore per naturalem rationem futura præuidentur: ex motu autem cœli nõ potest cognosci finis eius: quia cùm sit circularis, ex hoc ipso habet quod secundum naturam suam possit in perpetuum durare. Vnde naturali ratione tempus, quod erit vsque ad resurrectionem, numerari non potest. Similiter per reuelationem haberi non potest: ideò vt omnes sint solliciti & parati ad Christo occurrendum, & propter hoc etiam Apostolis de hoc quærentibus respondit Act. 1. Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in potestate sua: in quo, vt Aug. dicit 18. de Ci. Dei: omnium de hac re calculantiũ digitos resoluit, & quiescere iubet. Quod enim Apostolis quærentibus noluit indicare, nec aliis reuelabit: vnde omnes illi qui tempus prædictum numerare voluerunt, hactenus falsò loqui sunt inuenti. Quidam enim, vt Aug. dicit ibidem, dixerunt, ab Ascensione Domini vsque ad vltimum eius Aduentum quadringentos annos posse compleri, alij quingentos, alij mille, quorum falsitas patet & patebit, similiter eorũ qui adhuc computare non cessant.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd eorum quorum finis cognoscitur principio noto, oportet mẽsuram esse nobis cognitam: & ideò cognito principio alicuius rei, cuius duratio mensuratur motu cœli, possumus cognoscere eius finem: eò q̃ motus cœli est nobis notus: sed mensura durationis motus cœli est sola diuina dispositio, quæ est nobis occulta: & ideò quantuncúnque sciamus principium, finem scire non possumus.

¶ Ad secundum dicendum quod per mille ducentos sexaginta dies, de quibus fit mẽtio in Apoc. 12. significatur omne tempus in quo Ecclesia durat, & nõ determinatus aliquis numerus annorũ: & hoc ideò quia prædicatio Christi, super quã fundatur Ecclesia, durauit tribus annis cũ dimidio, quod tẽpus ferè continet æqualem numerũ dierum numero prædicto. Et similiter etiã numerus eorum, qui in Daniele ponitur, nõ est referẽdus ad numerũ aliquẽ annorũ, qui sunt vsque ad finem mundi vel vsque ad prædicationem Antichristi, sed debet referri ad tempus, quo prædicabit, & quo persequutio eius durabit.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd quamuis status noui Testamenti in generali fit præfiguratus per statum veteris Testamenti, nõ tamen oportet, quòd singula respondeant singulis, præcipuè cùm in Christo omnes figuræ veteris Testamẽti, fuerunt completæ. Et ideò Aug. 18. de Ciui. Dei, respondet quibusdam, qui volebant accipere numerum persecutionũ, quas Ecclesia passa est, secundum numerum plagarũ Aegypti, dicẽs, Ego per illas res gestas in Aegypto istas persequutiones prophetice significatas esse nõ arbitror, quãuis ab eis, qui hoc putant exquisitè & ingeniosè illa singula his singulis cõparata videantur nõ prophetico spiritu, sed coniectura mentis humanæ, quæ aliquãdo ad aliquod verum peruenit, aliquando fallitur: & similiter videtur esse de dictis Abbatis Ioachim, qui per tales coniecturas de futuris aliqua vera prædixit, & in aliquibus deceptus fuit.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm resurrectio futura sit in noctis tempore.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd resurrectio non erit in noctis tempore. Quia resurrectio non erit donec atteratur cœlum: vt dicitur Ioan. 14. Sed cessante motu cœli, quod dicitur eius attritio, non erit tempus, nec nox, nec dies: ergo resurrectio non erit in nocte.

¶ Præterea, Finis vnius cuiusque rei debet esse perfectissimus: sed tunc erit finis perfectissimus temporis: vnde in Apoc. dicitur quòd tempus amplius non erit: ergo tunc debet esse tempus in sua optima dispositione, & ita debet esse dies.

¶ Præterea, Qualitas temporis debet respondere his quæ geruntur in tempore: vnde Ioan. 3. fit mentio de nocte, quãdo Iudas exiuit à cõsortio Iucis: sed tunc erit perfecta manifestatio omnium, quæ nunc latent, quia cùm venerit Dominus, illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: vt dicitur 1. Cor. 4. ergo debet esse in die.

¶ SED CONTRA, Resurrectio Christi est exemplar nostræ resurrectionis: sed resurrectio Christi fuit in nocte, vt Greg. dicit in Homil. Paschali: ergo & nostra resurrectio erit tẽpore nocturno.

¶ Præterea, Aduentus Domini comparatur aduentui furis in domum, vt patet Luc. 12. Sed fur in tempore noctis in domum venit: ergo & Dominus tempore nocturno veniet, sed veniente ipso fiet resurrectio, vt dictum est: ergo fiet resurrectio in tempore nocturno.

CONCLVSIO.

¶ Etsi tempus futuræ reuelationis determinatè præcognosci numeratiuè non possit: tamen probabiliter videtur, resurrectionẽ futurã in crepusculo, vt ad idem punctum redeant Sol & Luna in quo creari cœperunt.

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd determinata hora temporis, qua fiet resurrectio, sciri pro certo non potest, vt in litera dicitur: tamẽ satis probabiliter à quibusdam dicitur, quòd re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

surrectiõ erit in crepsulo lole existente in Oriente, & luna in Occidente: quia in tali dispositione sol & luna creduntur esse creata, vt sic eorũ circulatio cõpleatur penitus per reditum ad idẽ punctũ: vnde de Christo dicitur, quod tali hora resurrexit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quando resurrectio erit non erit tẽpus, seu terminus temporis: quia in eodem instãti, in quo cessabit motus cœli, erit resurrectio mortuorum & erit situs syderum secundum dispositionem, qua se habent nunc in aliqua determinata hora, & secundum hoc dicitur resurrectio futura tali vel tali hora.

¶ Ad secundum dicendum, quòd optima dispositio tẽporis dicitur esse in meridie propter illuminationem Solis: sed tũc ciuitas Dei non egebit neque sole neque luna, quia claritas Dei illuminabit eam, vt dicitur Apoc. vlti. & ideò quantùm ad hoc non refert vtrùm in die vel in nocte resurrectio fiat.

¶ Ad tertium dicendum, quod tẽpori illi cõgruit manifestatio quantum ad ea, quæ tunc geruntur, & occultatio quantum ad determinationem ipsius tẽporis: & ideò vtrumq; congruè fieri potest, vt scilicet sit resurrectio in die vel in nocte.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm resurrectio futura sit subito vel successiuè.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd resurrectio non sit subitò, sed successiuè. Quia Ezech. 37. prænuntiatur vbi dicitur. Accesserunt ossa ad ossa & vidi, & ecce super ea nerui & carnes ascenderunt, & extensa est in eis cutis desuper, & spiritum non habebant: ergo reparatio corporum præcedet tempore coniunctionem animarum & sic resurrectio non erit subita.

¶ Præterea. Illud ad quod exiguntur plures actiones se consequẽtes, nõ potest subitò fieri: sed ad resurrectionem exiguntur plures actiones se cõsequẽtes, scilicet, collectio cinerũ, reformatio corporis, & infusio animæ: ergo resurrectio nõ fit subitò.

¶ Præterea. Omnis sonus tempore mensuratur: sed sonus tubæ erit causa resurrectionis, vt dictum est ergo resurrectio fiet in tempore, & non subitò.

¶ Præterea. Nullus localis motus potest esse subitò, vt dicitur in lib. de Sensu & sensato, sed ad resurrectionẽ exigitur aliquis motus localis in collectione cinerum: ergo non fiet subitò.

¶ SED CONTRA est quod dicitur 1. Corinth. 15. Omnes quidem resurgemus in momẽto & in ictu oculi: ergo resurrectio erit subito.

¶ Præterea. Virtus infinita subitò operatur: sed sicut Dama. dicit: Credo resurrectionem futuram diuina virtute, de qua constat quòd sit infinita: ergo resurrectio fit subitò.

CONCLVSIO.

¶ Respectu eorum quæ agentur in resurrectione diuina virtute immediatè, resurrectio fiet subitò, ratione verò eorum quæ fient ministerio Angelorum, fiet successiuè.

¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd in resurrectione aliqua fient ministerio angelorũ, & aliqua virtute diuina immediatè, vt dictum est. Illud ergo quod fiet ministerio angelorũ, non erit in instanti, si instans dicat indiuisibile temporis: erit tamen instãs, si instans accipiatur pro tempore imperceptibili. Illud autẽ quod fiet virtute diuina immediatè, fiet subitò, si licet in termino temporis, quo ad angelorum opus complebitur: quia virtus superior inferiorem ad perfectionem adducit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Ezechiel loquebatur populo rudi: vnde sicut & Moyses distinxit opera sex dierum per dies, vt rudis populus capere posset, quãuis omnia simul sint facta, secundum Augustinum: ita Ezechiel, diuersa, quæ in resurrectione futura sunt, expressit, quamuis omnia simul sint futura in instanti.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quãuis illæ operationes sint se inuicem cõsequentes naturaliter: tamen simul tempore sunt, vel quia sunt simul in eodẽ instanti, vel vna est in instanti, ad quod alia terminatur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd idem videtur esse dicendum de sono illo & de formis sacramentorum, scilicet quòd in vltimo instanti sonus effectum suum habebit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd cõgregatio cinerum, quæ sine motu locali esse non potest, fiet ministerio angelorum: & ideò erit in tempore, scilicet imperceptibili propter facilitatẽ operandi quæ competit angelis.

QVAESTIO SEPTVAGESIMAOCTAVA, *De termino resurrectionum in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de termino à quo resurrectionis.

¶ Circa quod quæruntur tria.

¶ Primò, vtrùm mors sit terminus à quo resurrectio nis in omnibus.

¶ Secundò, vtrùm cineres vel pulueres.

¶ Tertiò, vtrùm illi pulueres habeant naturalem inclinationẽ ad animam.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm mors erit terminus à quo resurrectionis in omnibus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd mors non erit terminus à quo resurrectionis in omnibus. Quia quidam non morientur, sed immortalitate superuestientur. Dicitur enim in Symbolo, quòd ipse venturus est iudicare viuos & mortuos: hoc autem non potest intelligi quantum ad tempus iudicij, quia tunc erunt omnes viui: ergo oportet quòd referatur hæc distinctio ad tempus præcedens, & ita non omnes ante iudicium morientur. *Tho. 4. dist. 43. q. vnica. art. 4. q. 2. & seq.*

¶ Præterea, Naturale & commune desiderium non potest esse vacuum & inane, quin in aliquibus expleatur: sed secundum Apostolum 2. Cor. 4. Hoc est commune desiderium quòd nolumus spoliari, sed superuestiri: ergo aliqui erũt qui nunquam expoliabuntur corpore per mortem, sed superuestientur gloria resurrectionis.

¶ Præterea, Aug. in Ench. dicit, quòd quatuor vltimæ petitiones Dominicæ orationis ad præsentem vitam pertinent, quarum vna est, Dimitte nobis debita nostra: ergo Ecclesia petit in hac vita sibi omnia debita relaxari: sed Ecclesiæ oratio non potest esse cassa, quin exaudiatur, Ioan. 6. Quicquid petieritis Patrẽ in nomine meo, dabit vobis: ergo Ecclesia in aliquo huius vitæ tempore omnium debitorum remissionem consequetur: sed vnum de debitis pro quo peccato primi Parentis astringimur est, q̃ nascimur in originali peccato: ergo aliquando hoc Ecclesiæ Deus præstabit, q̃ homines sine originali peccato nascentur: sed mors est pœna originalis peccati: ergo aliqui homines erũt in fine mũdi, qui nõ morientur, & sic ide quod priùs.

¶ Præterea, Via compendiosior est semper sapienti magis eligenda: sed compendiosior via est, quòd homines qui inuenientur viui, in impassibilitatem resurrectionis transferantur, quã quòd priùs moriantur, & posteà resurgant à morte in immortalitatem: ergo Deus, qui est summè sapiens, hanc viam eliget in his, qui viui inuenientur, & sic idem quod priùs.

¶ SED CONTRA, 1. Cor. 15. Quod seminas, non viuificatur nisi priùs moriatur, & loquitur sub similitudine seminis de resurrectione corporum: ergo corpora à morte resurgent.

¶ Præterea, 1. Corin. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificabuntur: ergo in Adam omnes morientur, & sic resurrectio omnium erit a morte.

CONCLVSIO.

¶ Quia omnes homines Dei sententia morti adiudicati sunt, propter peccatum. & Scriptura testatur omnium resurrectionem fore (quæ fieri non potest nisi prius omnes moriantur) & ordini naturæ cõuenit vt nihil in nouitatem reducatur, nisi per corruptionem: necessarium est fateri, omnes morituros, & a morte resurrecturos esse.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ super hac quæstione variè loquuntur sancti, vt infra patet: tamen securior est hæc & communior opinio, quòd omnes morientur & à morte resurgent, & hoc propter tria. Primo, quia magis concordat diuinæ iustitiæ, quæ humanam naturam pro peccato primi parentis damnauit, vt omnes qui per actum naturæ ab eo originem ducerent, infectionem originalis peccati contraherent, & per eõ sequens mortis debitores essent. Secundò, quia magis concordat diuinæ Scripturæ, quæ omnium futuram resurrectionem prædicit. Resurrectio autem propriè non est nisi eius quod cecidit & dissolutum est, vt Dam. dicit. Tertiò, quia magis concordat ordini naturæ, in quo inuenimus, quòd in quod corruptum & vitiatum est, in suam nouitatẽ non reducitur, nisi corruptione mediante: sicut acetum non fit vinum, nisi aceto corrupto, & in humorem vitis transeunte: vnde cùm natura humana in defectum moriendi deuenerit, nõ erit reditus ad immortalitatem, nisi mediante morte. Conuenit etiam ordini naturæ propter aliam rationem: quia vt in 8. Physicorum dicitur, Vevita quædam natura existentibus est motus cœli, sic etiam motus cordis totius corporis vita quædam est. Vnde sicut cessante motu cordis, omnia membra mortificantur, ita cessante motu cœli, non potest aliquid viuum remanere in illa vita, quæ ex influentia illius motus conseruabatur, talis autem vita est, qua nunc degimus. Vnde oportet quòd ex hac vita discedant qui post motum cœli quiescentem victuri sint.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd distinctio illa mortuorum & viuorum non est referenda ad ipsum iudicij tempus, neque ad totum tempus præteritorum: quia omnes iudicandi aliquo tempore fuerunt viui & aliquo tempore mortui: sed ad illud tempus determinatum, quod immediatè iudicium præcedet, quando scilicet iudicij signa incipient apparere.

¶ Ad secundum dicendum, quòd perfectum desiderium sanctorum non potest esse vanum, sed nihil prohibet, desiderium conditionatum eorum vanum esse, & tale desiderium est quo nolumus expoliari, sed superuestiri, si possibile sit: & hoc desiderium à quibusdam velleitas dicitur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hoc est erroneum dicere, quòd aliquis sine peccato originali concipiatur præter Christum: quia illi qui sine peccato originali conciperentur, non indigerent redemptione, quæ facta est per Christum, & sic Christus non esset redemptor omnium: nec potest dici quòd hac redemptione non indiguerunt, quia præiitum fuit eis vt sine peccato conciperentur, quia illa gratia facta est parentibus, vt in eis vitium naturæ sanaretur, quo manente sine originali generare non possent: vel ipsi naturæ, quo sanatio est. Oportet autem ponere quòd quilibet personaliter redemptione Christi indigeat, non solùm ratione naturæ. Liberari autem à malo, vel à debito absolui non potest, nisi qui debitum incurrit vel in malum deiectus fuit: & ideò non possent omnes fructus Dominicæ orationis in ipsis percipere, nisi omnes debitores nascerentur & malo subiecti. Vnde missio debitorum, vel liberatio à malo non potest intelligi quòd aliquis sine debito vel immunis à malo nascatur, sed quia cum debito natus posteà per gratiam Christi liberatur. Nec etiam sequitur, si potest sine errore poni, quòd aliqui non moriantur, quamuis non sine originali nascantur, licèt mors sit pœna peccati originalis: quia Deus potest ex misericordia relaxare alicui pœnam, ad quam obligatur ex culpa præterita, sicut adulteram sine pœna dimisit, Ioannis 8. Sic similiter poterit à morte liberare, qui reatum mortis contraxerunt, cum originali nascendo. & sic consequentur, si non morientur, ergo nascuntur sine originali peccato.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non semper via compendiosior est magis eligenda, sed solùm quando est magis vel æqualiter accommoda ad finem consequendum: & sic non est hoc, vt ex dictis patet.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm resurrectio omnium erit à cineribus.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non omnium resurrectio erit à cineribus. Resurrectio enim Christi est exemplar nostræ resurrectionis: sed resurrectio eius non fuit à cineribus, quia caro eius non vidit corruptionẽ, vt dicitur in Psal. & Actu. 2. ergo resurrectio omnium non erit ex cineribus.

¶ Præterea, Corpus hominis non semper cõburitur: sed in cineres non potest aliquid resolui, nisi per combustionem: ergo non omnes à cineribus resurgent.

¶ Præterea, Corpus hominis mortui non statim in cinerem redigitur: sed quidam statim post mortem resurgent vt in littera dicitur, scilicet illi qui viui inuenientur: ergo non omnes resurgent à cineribus.

¶ Præterea, Termino à quo respondet terminus ad quem: sed terminus ad quem resurrectionis non est idem in bonis & malis, 1. Cor. 15. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur: ergo non est idem terminus à quo: & sic mali resurgent à cineribus, boni autem à cineribus non resurgent.

¶ SED CONTRA est quod dicit Haymo: Omnes in originali peccato natos tenet hæc sententia, Terra es, & in terram ibis: sed omnes, qui in communi resurrectione resurgent, fuerunt nati in peccato originali vel natiuitate ex vtero vel natiuitate in vtero: ergo omnes à cineribus resurgent.

¶ Præterea, Multa sunt in corpore humano quæ non sunt de veritate humanæ naturæ. sed omnia illa auferentur: ergo oportet omnia corpora in cinerem resolui.

CONCLVSIO.

¶ Et autoritate Scripturæ & ordine naturæ necessariò asseritur, resurrectionem omnium fore à cineribus.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd eisdem rationibus, quibus ostensum est, omnes à morte resurgere, est etiam ostendendum, quòd omnes resurgent à cineribus in cõmuni resurrectione, nisi aliquibus ex speciali priuilegio gratiæ sit indultum contrarium, sicut & resurrectionis acceleratio. Scriptura autẽ sacra sicut & resurrectionẽ prænũtiat, ita & corporũ reformationem: Philip. 3. & ideò oportet quòd sicut omnes moriuntur ad hoc, quod omnes verè resurgere possint: ita omniũ corpora dissoluentur ad hoc, quòd omniũ corpora reformari possint: sicut etiam in pœnã hominis mors à diuina iustitia est inflicta, ita & corporis resolutio, vt patet Gene. 3. Terra es, & in terram ibis. Similiter etiam ordo naturæ exigit, vt non solùm animæ & corporis coniunctio soluatur, sed etiã elementorum commixtio: sicut etiam acetum non potest in vini qualitatem reduci, nisi priùs facta resolutione in materiã præiacentẽ. Ipsa enim elementorũ commixtio ex motu cœli causatur & cõseruatur, quo cessante, omnia mixta in plura elementa resoluẽtur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd resurrectio Christi est exemplar nostræ resurrectionis quo ad terminum ad quem, non autem quo ad terminum à quo.

¶ Ad secundum dicendum, quòd cineres intelligũtur omnes reliquiæ, quæ remanent humano corpore resoluto, duplici ratione. Primò, quia cõmunis mos erat apud antiquos corpora mortuorum comburere, & cineres seruare. Vnde inoleuit modus loquendi, vt ea, in quæ corpus humanum resoluitur, cineres dicantur. Secundò, propter causam resolutionis, quæ est incendium fomitis, quo corpus humanum radicitùs est infectum: vnde ad purgationem huiusmodi infectionis, oportet vsque ad prima componentia corpus humanum resolui, quòd autẽ propter incendiũ resoluitur, dicitur in cineres resolui: & ideò ea, in quę corpus humanum resoluitur, cineres dicuntur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ille ignis, qui faciem mũdi purgabit, poterit ĩtatim corpora eorum qui viui inuenientur vsq; ad cineres resoluere, sicut & alia mixta resoluet in materiam præiacentem.

¶ Ad quartum dicendum, quòd motus non accipit speciem à termino à quo, sed à termino ad quem: & ideò resurrectio sanctorum, quę erit gloriosa, oportet quòd differat à resurrectione impiorum, quæ non erit gloriosa penes terminum ad quẽ, non autem penes terminum à quo. Conuenit enim frequenter non esse eundem terminum ad quem, existẽte eodem termino à quo, sicut de nigredine potest aliquid moueri in albedinem, & in pallorem.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm pulueres illi, ex quibus humanum corpus reparabitur, aliquam habeãt inclinationem naturalẽ ad animam, quæ ex eisdem getur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd pulueres illi, ex quibus corpus humanum reparabitur, aliquam habeant inclinationem naturalem ad animam, quæ eis coniungetur. Si enim nullam inclinationem habent ad animam, eodem modo se habent ad illam animam, sicut alij pulueres: ergo non esset differentia, vtrùm ex illis vel ex aliis pulueribus reficeretur corpus animæ coniungendum: quod falsum est.

¶ Præterea, Maior est dependẽtia corporis ad animam, quàm animæ ad corpus sed anima separata à corpore, adhuc habet aliquam dependẽtiam ad corpus: vnde retardatur eius motus in Deum propter appetitum corporis, vt dicit Hier. ergo multò fortiùs corpus separatum ab anima, adhuc habet naturalem inclinationem ad animam.

¶ Præterea, Iob 10. dicitur, Ossa eius implebuntur vitiis adolescentiæ suę, & cum eo in puluere dormient: sed vitia non sunt nisi in anima: ergo adhuc in illis pulueribus remanebit aliqua naturalis inclinatio ad animam.

¶ SED CONTRA, Corpus humanum potest resolui ad ipsa elementa, vel in carnes aliorum animaliũ conuerti: sed elementa sunt homogenea, & similiter caro leonis vel alterius animalis: cùm ergo in aliis partibus elementorum vel animalium non sit aliqua inclinatio naturalis ad illam animam, nec in illis partibus, in quas conuersum est corpus humanum, erit aliqua inclinatio ad animam. Prima per autoritatem Augustini patet in Ench. Corpus humanum, in quancũnq; aliorum corporum substantiam, vel in ipsa elementa vertatur, in quorumcũnque hominum seu animalium eibum cedat, carnẽque vertatur, illi animæ humanæ in puncto temporis cedet, quo vt illud priùs fieret, viueret & creseeret, animauit.

¶ Præterea, Cuilibet inclinationi respondet aliquod agens naturale, aliàs natura deficeret in necessariis: sed nullo agente naturali, possunt prædicti pulueres eidem animę iterato coniungi: ergo in eis non est aliqua naturalis inclinatio ad prędictam coniunctionem.

CONCLVSIO.

¶ Ex diuina prouidentia constitutum est, illos cineres de integro animæ coniungi in mortuorum resurrectione: & ita in illis cineribus nulla est inclinatio naturalis ad naturam.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc est triplex opinio. Quidam dicunt quòd corpus humanum nunquam resoluitur vsque ad elementa, & ita in cineribus manet aliqua vis addita elementis, quę facit naturalẽ inclinationem ad eandem animam. Sed hæc positio contrariatur autoritati Aug. inductæ, & sensui, & rationi: quia omnia composita ex contrariis, possibile est in ea resolui, ex quibus componũtur. Et ideò alij dicunt quòd illæ partes elementorum, in quas humanum corpus resoluitur, retinent plus de luce, ex hoc quòd fuerunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

animæ humanę coniunctę,& ex hoc habent quandam inclinationem ad animas. Sed hoc iterum friuolum est:quia partes elementorum sunt eiusdem naturæ: & æqualiter habent participationem lucis& obscuritatis. Et ideò aliter dicendū est,quod in cineribus illis nulla est inclinatio naturalis ad resurrectionē sed solū ex ordine diuinę prouidentiæ,quo statuit illos cineres iterum animæ coniungi, & ex hoc prouenit quòd illæ partes elementorum iteratò coniungentur,& non aliæ.

¶Vnde patet solutio ad primum.

¶AD SECVNDVM dicendū,q̄ anima separata à corpore manet in eadē natura,quā habebat,cū corpori esset vnita,quod de corpore non contingit:& ideò non est simile.

¶Ad tertium dicendum, quòd verbum illud Iob non est intelligendum, quòd vitia actu maneant in pulueribus mortuorum,sed secundum ordinem diuinæ iustitiæ quo sunt deputati cineres illi ad corporis reparationem, & quòd pro peccatis commissis cruciabuntur in æternum.

QVAESTIO SEPTVAGESIMA nona, *De conditionibus Resurgentium, & primo de eorum identitate, in tres articulos diuisa.*

CONSEQVENTER agendū est de conditionibus resurgentium. Vbi prima consideratio erit de his, quæ communiter ad bonos & malos pertinent. Secunda, de his quæ tantùm ad bonos pertinent. Tertia, de his quæ spectant tantùm ad malos. Ad bonos autem & malos communiter tria pertinent, scilicet ipsorum identitas:integritas, & qualitas. Et primò videndum est de resurgentium identitate. Secundò, de corporū integritate. Tertiò, de ipsorum qualitate.

¶Circa primum quæruntur tria.

¶Primò, vtrùm idem numero corpus resurget.

¶Secundò, vtrùm idem numero homo.

¶Tertiò, vtrùm oporteat eosdem pulueres ad easdem partes, in quibus antè fuerant, reuerti.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm in resurrectione anima idem corpus numero resumat.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non idem corpus numero anima resumat in resurrectione, 1. Cor int. 15. Non corpus quod futurum est, seminas, sed nudum granum: sed Apostolus ibi comparat mortem seminationi, & resurrectionem pullulationi: ergo non idem corpus quod per mortē deponitur, in resurrectione resumitur.

¶Præterea, Cuilibet formæ aptatur materia secundum suam cōditionem, & similiter cuilibet agenti instrumentum: sed corpus cōparatur ad animam, sicut materia ad formam, & sicut instrumentum ad agentem, cùm ergo anima in resurrectione non sit eiusdem conditionis, sicut modò est, quia vel trāsfertur totaliter in cœlestem vitam, cui inhæsit viuens in mundo: vel deprimitur in brutalē, si brutaliter in hoc mūdo vixit: ergo videtur q̄ non resumat idem corpus, sed vel cœleste vel brutale.

¶Præterea. Corpus humanum vsq; ad elementa post mortem resoluitur, vt dictum est supra, sed illæ partes elementorum, in quas corpus humanum resolutum est, non conueniunt cum humano corpore, quod in ea resolutum est, nisi in materia prima, quomodo quælibet aliæ partes elementorum cum prædicto corpore conueniunt: si autem ex aliis partibus elementorum corpus formaretur, non diceretur idem numero: ergo nec si ex illis partibus reparetur.

¶Præterea, Illud corpus non erit numero idem, cuius partes essentiales sunt alię numero: sed forma mixti, quę est essentialis pars corporis humani, sicut forma eius, non poterit eadem numero resumi: ergo corpus nō erit idem numero. Probatio media, Illud enim quod cedit in non ens, non potest idem numero resumi, quod patet ex hoc quòd non potest esse idem numero, cuius est esse diuersum: sed esse interruptum quod est actus entis, est diuersus, sicut & quilibet alius actus interruptus, sed forma mixtionis cedit penitus in non ens per mortem, cùm sit forma corporalis, & similiter qualitates contrariæ, ex quibus fit mixtio: ergo forma mixtionis non redit eadem numero.

¶SED CONTRA est quod dicitur in Iob, In carne mea videbo Deū Saluatorē meum: vbi loquitur de visione post resurrectionem, quod patet ex hoc quod præcedit. In nouissimo die de terra surrecturus sum: ergo idē numero corp⁹ resurget.

¶Præterea, Sicut Dama. dicit in 4. li. Resurrectio est eius, quod cecidit, secunda surrectio: sed hoc corpus quod nūc gerimus, per mortem cecidit: ergo idem numero resurget.

CONCLVSIO.

¶Cùm resurrectio dici non possit, nisi anima ad idem corpus redeat, in resurrectione anima idem corpus numero resumet.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hanc quæstionem Philosophi errauerūt, & quidā hæretici moderni errant. Quidam enim Philosophi posuerunt animas à corpore separatas iteratò corporibus cōiungi. Sed errauerunt in hoc quātùm ad duo. Primò quidem quantum ad modum coniunctionis, quia quidam ponebant corpori iterum coniungi naturaliter animam separatam per viam generationis. Secundò, quantum ad corpus, cui coniungebatur, quia ponebant, quòd secunda coniunctio non erat ad idem corpus, quòd per mortem depositū est, sed ad aliud, quandoque idem specie, quandoque aut rem diuersum. Ad diuersum quidē quando anima in corpore existens præter resurrectionis ordinē vitā duxerat. Vnde transibat post mortem de corpore hominis in corpus alterius animalis, cuius moribus viuendo se conformauit, sicut in corpus canis propter luxuriam, in corpus leonis propter rapinam & violentiam, & sic de aliis. Sed in corpore eiusdē speciei, quando anima benè in corpore viuens post mortem aliqua felicitate perfuncta post aliqua secula incipiebat ad corpus velle redire, & sic iterum corpori coniungebatur humano. Sed hæc opinio ex duabus radicibus falsis venit. Quarum prima est, quia dicunt quòd anima non coniūgitur corpori essentialiter, sicut forma materię, sed solùm accidentaliter, sicut motor mobili, aut sicut homo vestimento: & ideò ponere poterāt, quòd anima præexistebat antequā corpori generato infunderetur in generatione naturali, & iterum quòd diuersis corporibus vniretur. Secunda est, quia ponebant intellectum non differre à sensu nisi accidentaliter: vt si homo diceretur intellectum habere præ aliis animalibus, quia in eo propter optimam corporis complexionem vis sensitiua amplius viget: vnde poterant ponere q̄ anima hominis in corpus animalis bruti transiret, præcipuè facta immutatione animæ humanæ ad effectus brutales. Sed illæ duæ prædictæ radices destruuntur à Philosopho in lib. de Anima, quibus destructis, patet falsitas prædictæ positionis. Et simili modo destruuntur errores quorundam hæreticorum, quorū quidam in prędictas opiniones Philosophorum inciderūt. Quidam aūt posuerūt animas iteratò coniungi corporibus cœlestibus, vel etiam corporibus in modū venti subtilibus, vt Gregorius de quodam Episcopo, constantis, narrat ex ponens illud Iob. 19. In carne mea videbo Deum, & cætera: & propter hoc prædicti errores hæreticorum destrui possunt ex hoc, q̄ veritati resurrectionis præiudicant, quod sacra Scriptura profitetur. Non enim resurrectio dici potest, nisi anima ad idem corpus redeat: quia resurrectio est iterata surrectio eiusdem aūt est resurgere & cadere. Vnde resurrectio magis respicit corpus, quod post mortē cadit, quàm animā, quæ post mortem viuit, & ita si non est idem corpus, quod anima resumit, nō dicetur resurrectio, sed magis noui corporis assumptio.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd similitudo non currit per omnia, sed quātum ad aliquid. In seminatione enim grani granum seminatum & natum non est idem numero, sed nec eodem modo se habet, cùm primo seminatum fuerit absque folliculis, cum quibus nascitur: corpus autē resurgens erit idem numero, sed alio modo se habens, quin fuit mortale, & surget in immortalitate.

¶Ad secundum dicendum, q̄ differentia inter animam resurgentis & animam in hoc mundo viuentis, secundū aliquid essentiale non est, sed secundum gloriam & miseriam, quæ differentiam accidentalem faciunt: vnde non oportet quòd aliud corpus numero resurgat: sed alio modo se habēs, vt respōdeat proportionaliter differentia corporum differentiæ animarū.

¶Ad tertium dicendum, q̄ illud quod intelligitur in materia ante formam, remanet in materia post corruptionem, quia remoto posteriori, adhuc potest remanere prius, oportet autem, vt Commentator dicit in 1. Physi. & in lib. de substantia orbis, in materia generabilium & corruptibilium, ante formam substantialem intelligere dimensiones non terminatas, secundum quas attendatur diuisio materiæ, vt diuersas formas in diuersis partibus recipere possit: vnde & post separationē substantialis formę à materia adhuc dimensiones illæ manent eadē. & sic materia sub illis dimensionibus existens, quantuncūq; formam accipiat, habet maiorem identitatem ad illud, quod ex ea generatum est, quàm aliqua pars alia materiæ sub quacunque forma existens: & sic eadem materia ad corpus humanum reparandum reducitur, quæ priùs materia eius fuit.

¶Ad quartum dicendum, quòd sicut qualitas simplex non est forma substantialis elementi, sed accidens propriū eius, & dispositio per quam materia efficitur propria tali formæ: ita forma mixtionis, quæ est qualitas resultans ex qualitatibus simplicibus ad medium venientibus, non est forma substantialis corporis mixti, sed est accidens proprium & dispositio, per quam materia fit necessaria ad formā. Corpus autem humanū præter

præter hanc formam mixtionis non habet aliam formam substantialem, nisi animam rationalem: quia si haberet aliam formam substantialem priorem, illa daret ei substantiale esse, & sic per eam constitueretur in genere substantiæ: vnde anima adueniret corpori constituto in genere substantiæ, & sic comparatio animæ ad corpus esset, sicut comparatio formarum artificialium ad suas materias, quantūm ad hoc quòd constituuntur in genere substantiæ per suam materiam: vnde coniunctio animę ad corpus esset accidentalis, quod est error antiquorum à Philosopho reprobatus in lib. de Anima. Sequeretur etiam quòd corpus humanum & singulæ partes eius non æquinocē retinerent priora nomina, quod est contra Philosophum in 2. de Anima. Vnde cùm anima rationalis remaneat, nulla forma corporis humani cedit penitus in non ens. Forma rum autem accidentalium varitio non facit diuersitatem in numero: vnde idem numero resurget, cùm materia eadem numero resumatur, vt in præcedenti solutione dictum est.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm sit idem numero homo qui resurget.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd nō sit idem numero homo qui resurget. Sicut enim dicit Philosophus in 2. de Generatione. Quæcunque enim habent speciem corruptibilem moram, non reiterantur eadem numero: sed talis est substantia hominis secundum præsentem statum: ergo non potest mutatione mortis reiterari idem numero.

¶Præterea, Vbi est alia & alia humanitas, non est idem homo numero: vnde Socrates & Plato sunt duo homines, & nō vnus homo, quia alia est humanitas vtriusque: sed alia est humanitas resurgentis ab ea, quam nunc habet: ergo non est idem numero. Media probari potest dupliciter. Primò, quia humanitas, quæ est forma totius, non est forma & substantia, sicut anima, sed est forma tantùm: huius autem formæ cedūt penitus in nō ens, & sic non possunt iterari. Secundò, quia humanitas resultat ex coniunctione partium: sed nō potest eadem numero cōiunctio resumi, quæ priùs fuit, quia iteratio identitati opponitur: iteratio enim numerum importat, idētitas autē vnitatem, quæ se non compatiuntur: in resurrectione autem coniunctio iteratur: ergo non est eadem coniunctio, & sic non est eadem humanitas, nec idem homo.

¶Præterea, Idem homo non est plura animalia: ergo si non est idem animal, non est idem homo numero: sed vbi nō est idem sensus, non est idem animal, quia animal definitur per sensum primum, scilicet tactum, vt patet in 2. de Anima. Sensus autem cùm non maneant in anima separata (vt quidam dicunt) non possunt idem numero resumi: ergo in resurrectione nō erit homo resurgens idem animal numero, & sic non idem homo.

¶Præterea, Materia statuæ principalior est in statua, quàm materia hominis in homine, quia artificialia tota sunt in genere substantiæ in materia, sed naturalia ex forma, vt patet per Philosophū 2. Physi. Idē dicit in 2. de Anima. Sed si statua ex eodē reficiatur, non est eadē numero: ergo multò minùs si homo ex eisdem pulueribus reficiatur, non erit idem homo numero.

¶SED CONTRA est quod dicitur Iob 19. Quem visurus sum ego ipse, & non alius, & loquitur de visione post resurrectionem: ergo idem homo numero resurget.

¶Præterea, Aug. dicit 8. de Tri. quòd resurgere nihil est aliud, quàm reuiuiscere: si autem idem homo numero rediret ad vitam, qui mortuus est, non dicitur reuiuiscere, ergo non resurget, quod est contra fidem.

CONCLVSIO.

¶Hæreticum est dicere, eundem hominē non resurrecturum, qui mortuus est: alioquin enim homo vanè factus esset, si ad finem propter quem factus est, venire non posset.

¶RESPONDEO dicendum, quòd necessarium ponendi resurrectionem est ex hoc, vt finem vltimum, propter quem factus est homo, consequatur, quod in hac vita fieri non potest, nec in vita animæ separatæ, alias esset homo vanè constitutus, si ad finem, ad quem factus est, venire non posset. Et quia oportet quòd illud idē numero ad finem perueniat, propter quem factum est, ne in vanum esse factum videatur, oportet finem esse factum, ne in vanum esse factum videatur, oportet quòd idē homo numero resurgat: & hoc quidē sit, dum eadem anima numero eidem corpori numero coniūgitur, alias enim nō esset correctio propriè, nisi idem homo repararetur: vnde ponere quòd idem numero non sit quod resurgit, est hæreticum, derogās veritati Scripturę, quę resurrectionē prædicat.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Philosophus loquitur de reiteratione, quæ fit per motum vel mutationem naturalem. Ostendit enim differentiam circulationis, quæ est in generatione & corruptione, ad circulationem, quæ est in motu cœli: quia cœlum per motum localem redit idem numero ad principium motus, quia habet substantiā incorruptibilem moram: sed generabilia & corruptibilia per generationem redeunt ad idem specie, non ad idem numero: quia ex homine generatur semē, ex quo sanguis, & sic deinceps vsquequò perueniatur ad hominem non eundem numero, sed specie: vnde patet quòd ratio inducta secundum Philosophi intentionem non est ad propositum. Vel dicendum, quòd aliquorum generabilium & corruptibilium forma non est per se subsistens, vt post compositi corruptionem remanere valeat: sicut est de anima rationali, quæ esse quod sibi in corpore acquirit, & post corpus retinet, & in participationem illius esse corpus per resurrectionem adducitur, cùm non sit aliud esse corporis, & aliud animæ in homine, aliàs esset coniunctio animæ & corporis accidentalis: & sic interruptio nulla facta est in esse substantiali hominis, vt non possit idē numero redire homo propter interruptionem essendi: sicut accidit in aliis rebus corruptis, quarum esse omninò interrumpitur forma non remanente, materia autem sub alio esse remanente: sed tamē nec etiam homo per generationem naturalem reiteratur idem numero, quia corpus generati hominis non fit ex tota materia generantis: vnde est corpus diuersum in numero, & per consequēs anima & totus homo.

¶Ad secundum dicendum, quòd de humanitate & qualibet forma totius est duplex opinio. Quidam enim dicunt, quòd idem secundum rem est forma totius & forma partis: dicitur tamen forma partis, secundum quòd perficit materiam, totius autem secundum quòd ex ea tota ratio speciei consequitur: & secundum hanc opinionem humanitas secundum rem non est aliud, quàm anima rationalis: & sic cùm anima rationalis eadem numero resumatur, eadē numero erit humanitas, & etiā post mortem manet, quāuis non sub ratione humanitatis: quia ex ea compositum rationem speciei nō consequitur. Alia opinio est Auic. quæ verior videtur, quòd forma totius nō est forma partis tantùm, nec forma aliqua alia præter formā partis, sed est totum resultans ex compositione formę & materię cō prehendens in se & vtrunque, & hic forma totius essentialis quidditas dicitur. Quia ergo in resurrectione idē numero corpus erit & eadem numero anima rationalis, erit de necessitate eadem humanitas: ratio autem procedebat, ac si humanitas esset quædam alia forma superueniens formæ & materiæ: quod falsum est. Secunda autem ratio non potest identitatem humanitatis impedire: quia coniunctio significat actionem vel passionem, quæ quamuis diuersa sit, non potest identitatem humanitatis impedire, quia actio & passio, ex quibus erat humanitas, non sunt de essentia humanitatis. Vnde eorum diuersitas non inducit diuersitatem humanitatis. Constat enim quòd generatio & resurrectio non sunt idem motus numero, nec tamē propter hoc identitas resurgentis impeditur. Similiter etiam nec impeditur identitas humanitatis, si accipiatur coniunctio pro ipsa relatione: quia relatio illa non est de essentia humanitatis: sed concomitatur eam, eò quòd humanitas nō est de illis formis, quæ sunt compositio & ordo, vt dicitur 2. Physi., dicit sunt formæ artificiatorum. Vnde existente alia compositione numero, non est eadem numero forma domus.

¶Ad tertium dicendum, quòd ratio illa optimè concludit contra illos, qui ponunt animam sensibilem & rationalem diuersas in homine esse, & secundum hoc anima sensitiua in homine non esset incorruptibilis, sicut nec in aliis hominibus. Vnde in resurrectione non erit eadem anima sensibilis, & per consequens nec idem animal, nec idē homo: si autē ponamus, quòd eadem anima secundum substantiam in homine, sit rationalis, & sensibilis, nullas in hoc angustias patiemur: quia animal definitur per sensum, qui est anima sensitiua sicut per formam essentialem: per sensum autem, qui est eius potentia sensitiua, cognoscitur eius definitio, sicut per formā accidentalem, quę maximam partem confert ad cognoscendum quod quid est, vt in primo de anima dicitur: post mortem ergo manet anima sensibilis, sicut & anima rationalis secundum substantiam. Sed potentiæ sensitiuæ secùndum quosdam non manent: quæ quidem potentię cùm sint accidētales proprietates eorum, varietates identitatem animalis totius auferre non possunt, nec etiam partium animalis, nec dicuntur potētię perfectiones vel actus organorum, nisi sicut principia agendi, vt calor in igne.

¶Ad quartum dicendum, quòd statua dupliciter potest considerari, vel secundum quòd est substantia quædam, vel secundum quod est artificiale quoddam: & quia in genere substantiæ ponitur ratione suę materię, ideò si considerentur, secundū quòd est substantia quædam, est eadem numero statua, quæ ex eadem materia reparatur: sed in genere artificialium ponitur, secundum quod est forma, quæ accidens quoddam est, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

transfiguratus destructa: & sic nõ redit idem numero, nec statua eadẽ numero esse potest: sed forma hominis, scilicet anima: manet post dissolutionẽ corporis: & ideò non est similis ratio.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm pulueres humani corporis ad eam partem corporis quæ cum eis dissoluta est, per resurrectionem redire oporteat.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd oporteat pulueres humani corporis ad eam partẽ corporis, quę cùm eis dissoluta est, per resurrectionẽ redire. Quia secundũ Philosophum in 2. de Animæ: sicut se habet tota anima ad totũ corpus, ita pars animæ ad partẽ corporis, vt visus ad pupillã, sed oportet quòd post resurrectionem corpus resumatur ab eadem anima: ergo oportet quòd partes etiam corporis resumantur ad eadem mẽbra: in quibus eisdem partibus animæ perficiantur.

¶ Præterea. Diuersitas materiæ facit diuersitatem in numero, sed si pulueres non redeant ad easdẽ partes: singulæ partes non reficientur ex eadem materia ex qua priùs constabat: ergo nõ erunt eædem numero: sed si partes sunt diuersæ: & totum erit diuersum: quia partes comparantur ad totum sicut materia ad formam: vt patet in 2. Phys. ergo non erit idem numero homo: quod est contra veritatem resurrectionis.

¶ Præterea. Resurrectio ad hoc ordinatur, quod homo operum suorum mercedem accipiat: sed diuersis operibus meritorijs vel demeritorijs diuersę partes corporis deseruiunt: ergo oportet quòd in resurrectione quælibet pars ad suum statum redeat, vt pro suo modo præmietur.

¶ SED CONTRA, Artificialia magis dependent ex sua materia, quã naturalia: sed in artificialibus ad hoc quòd idem artificiatum ex eadem materia reparetur, non oportet quòd partes reducantur ad eundem situm: ergo nec in homine oportet.

¶ Præterea. Variatio accidentis non facit diuersitatẽ in numero: sed situs partium est accidens quoddam: ergo diuersitas eius in homine non facit diuersitatem in numero.

CONCLVSIO.

¶ In resurrectione humani corporis idem situs seruabitur: maximè quantum ad partes essentiales.

¶ RESPONDEO dicẽdum, quòd in hac quæstione differt considerare quid fieri possit sine identitatis præiudicio, & quid fiet vt congruentia seruetur. Quantum ergo ad primum sciendum est quod in homine possunt accipi diuersę partes dupliciter. Vno modo diuersæ partes totius homogenei, sicut diuersę partes carnis vel diuersę partes ossis. Alio modo diuersę partes diuersarum specierum totius homogenei, sicut os & caro. Si ergo dicatur quòd pars materię redibit ad aliam partem speciei eiusdem, hoc non faciet: nisi varietate in situ partium, situs autem partium variatus non variat speciem in totis homogeneis: & sic si materia vnius partis redeat ad aliam, nullum præiudicium generabitur identitati totius: & ita etiam est in exemplo quod ponitur in litera, quia statua nõ redit eadem numero secundum formam, sed secũdum materiam, secũdum quam est substantia quędam, sic autem statua est homogenea, cũius non secundum formam artificialem. Si autem dicatur, quòd materia vnius partis redit ad aliam partem alterius speciei, sic de necessitate variatur non solùm situs partiũ, sed etiã identitas earum: ita tamen quod tota materia aliud aut quod erat de veritate humanæ naturæ, in vnam aliam transferatur, non autem si aliquid, quod erat in vna parte superfluum, transferatur in alium: ablata autem identitate partium, auferetur idẽtitas totius, si loquamur de partibus essentialibus, non autem de accidentalibus, sicut sunt capilli & vngues, de quibus videtur loqui Augustinus. Et sic patet qualiter translatio materiæ de parte in partem tollit identitatem totius, & qualiter non: sed loquendo secundum congruẽtiam, magis probabile est quòd etiam situs partium idem seruabitur in resurrectione, præcipuè quantũ ad partes essentiales & organicas, quamuis forsẽ non quantum ad accidentales, sicut sunt vngues & capilli.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd obiectio illa procedit de partibus organicis, & non de partibus similibus.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd situs diuersus partium nõ facit diuersitatem in numero, quamuis eam faciat diuersitas materię.

¶ Ad tertium dicendum, quòd operatio proprię loquẽdo, non est partis, sed totius: vnde præmium nõ debetur parti, sed toti.

QVAESTIO OCTVAGESIMA, DE INTEGRITATE CORPORVM RESVRGENTIVM, IN QVINQVE ARTICVLOS DIVISA.

DEINDE considerandum est de integritate corporum resurgentium.

¶ Circa quod quęruntur quinque.

¶ Primò, vtrùm omnia membra corporis humani in ipso resurgant.

¶ Secundò, vtrùm capilli & vngues.

¶ Tertiò, vtrùm humores.

¶ Quarto, vtrùm totum id quod fuit in eo de veritate humanę naturę.

¶ Quintò, vtrùm quicquid in eo materialiter fuerit.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm omnia membra humana corporis resurgant.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non omnia membra corporis humani resurgant. Remoto enim fine, frustra reparatur id quod est ad finem: finis autem cuiusliber membri est eius actus: cùm ergo nihil frustra fiat in operibus diuinis, & quorundam membrorum vsus post resurrectionem non competat, præcipuè genitalium, quia tunc neque nubent neque nubentur: ergo videtur quòd omnia membra resurgent. Th. 4. di. 44. q. 1. ar. 2. q. 1. & 3ª.

¶ Præterea, Intestina quędam membra sunt, sed nõ resurgunt, plena enim resurgere non possunt, quia immũditias continet, nec vacua, quia nihil est vacuum in natura: ergo non omnia membra resurgent.

¶ Præterea, Ad hoc corpus resurget vt præmietur de opere, quod anima per ipsum gessit: sed membrũ propter furtũ amputatum ei, qui postea pœnitentiã agit & saluatur, non potest in resurrectione remunerari, nec de bono, quia ad hoc cooperatũ est, nec de malo, quia pœna membri in pœnã hominis redundaret: ergo non omnia membra resurgent cum homine.

¶ SED CONTRA, Magis pertinent ad veritatem humanę naturę alia membra, quam capilli & vngues: sed ista restituentur homini in resurrectione, vt in litera dicitur: ergo multò fortiùs alia membra.

¶ Præterea, Dei perfecta sunt opera: sed resurrectio opere diui no fit: ergo homo reparabitur perfectus in omnib. membris.

CONCLVSIO.

¶ Cùm oporteat in resurrectione corpus omni ex parte respondere animæ, oportet etiam omnia membra humani corporis, in resurrectione resurgant.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut dicitur in secundo de anima, Anima se habet ad corpus non solùm in habitudine formæ & finis, sed etiam in habitudine causæ efficientis. Est enim comparatio animæ ad corpus sicut comparatio artis ad artificiatum, vt dicitur in 2. de Animalibus: quicquid autem explicitè in artificiato ostenditur, hoc totum implicitè & artificialiter & originaliter in ipsa arte continetur: & similiter quicquid in parte corporis apparet, totum originaliter & quodammodo implicitè in anima cõtinetur. Sicut ergo artis opus non esset perfectum si artificiato aliquid deesset eorum, quæ ars cõtinet, ita nec homo posset esse perfectus, nisi totum quod in anima implicitè continetur, exterius in corpore explicaretur, nec etiam corpus animæ ad plenum proportionaliter responderet: cùm ergo oporteat in resurrectione corpus hominis esse animæ totaliter correspondens: quia non resurgeret nisi secundum ordinem, quem habet ad animam rationalẽ oportet etiam hominem perfectum resurgere, vtpotè qui ad vltimam perfectionem consequendam reparatur, oportet etiam quòd omnia membra, quæ nunc sunt in corpore hominis, in resurrectione reparentur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd membra possunt dupliciter considerari in comparatione ad animam, vel secundum habitudinem materię ad formam, vel secundum habitudinem instrumẽti ad agentem: eadem enim est comparatio totius corporis ad totam animam: & partium ad partes, vt dicitur in 2. de Anima. Si ergo membrum accipiatur secundum primam comparationẽ, finis eius non est operatio, sed magis perfectum est speciei, quod etiã post resurrectionẽ requiretur. Si autem accipiatur secundum secundam cõparationem, sic finis eius est operatio: nec tamen sequitur quòd quando deficit operatio, quòd frustra sit instrumentum: quia instrumentum non solũ seruit ad exequendam operationem agentis: sed ad ostendendam virtutem ipsius. Vnde oportebit quòd virtus potentiarũ animę in instrumentis corporeis demonstretur, & si nunquam in actum prodeant, vt ex hoc commendetur Dei sapientia.

¶ Ad secũdum dicendum, quòd intestina resurgẽt in corpore, sicut & alia membra: & plena erunt non quidem turpibus superfluitatibus: sed nobilibus humiditatibus.

¶ Ad tertium dicendũ, quòd actus: quibus meremur, non sunt proprię loquẽdo, manus vel pedis, sed totius hominis: sicut & operatio artis non attribuitur scientię, sed artifici vt principio, quamuis ergo membrum, quod ante pœnitentiam est mutilatum, non sit cooperatum homini in statu illo, quo gloriam promeretur, tamen ipse homo meretur, vt totum præmietur, qui ex toto quod habet Deo seruit.

QVAESTIO LXXX.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm capilli & vngues resurgant in humano corpore.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd capilli & vngues non resurgent in corpore humano, quia sicut capilli & vngues ex superfluitatibus cibi generantur, ita vrina & sudor. & aliæ superfluitates vel fœces: sed hæc non resurgent cum corpore: ergo nec capilli & vngues.

¶ Præterea, Inter alias superfluitates, quæ ex cibo generantur, maximè accedit ad naturæ humanæ veritatem semẽ, quod est superfluum, quo indigerum: sed semen non resurget in corpore hominis: ergo multo minùs capilli & vngues resurgent.

¶ Præterea, Nihil est perfectum anima rationali, quod non sit perfectum anima sensibili: sed capilli & vngues non sunt perfecti anima sensibili, quia eis nõ sentimus, vt dicitur in primo de anima: ergo cùm non resurgat corpus humanum nisi propter hoc quod est perfectum ab anima rationali, videtur quòd capilli & vngues non resurgent.

¶ SED CONTRA, est quod dicitur Luc. 21. Capillus de capite vestro non peribit.

¶ Præterea, Capilli & vngues sunt dati in ornamentũ homini: sed corpora hominum præcipuè electorum debent resurgere cum omni ornatu: ergo debent resurgere cum capillis.

CONCLVSIO.

¶ Quamuis capilli & vngues non sint de prima, sed de secunda perfectione corporis humanitatem cùm homo resurrecturus sit in omni perfectione naturæ, capilli & vngues resurgent in ipso.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd anima se habet ad corpus animatum, sicut ars ad artificiatum: & ad partes eius, sicut ars ad sua instrumenta: vnde & corpus animatum organicum dicitur, ars autem vtitur instrumentis ad operis intenti executionem, & hęc instrumenta sunt de prima intẽtione artis. Vtitur etiam aliis instrumentis ad conseruationem principalium instrumentorum, & hæc sunt de secunda intentione artis, sicut ars militaris vtitur gladio ad bellum, & vagina ad gladij conseruationem: ita & in partibus corporis animati quædam ordinantur ad operationes animæ exequendas, sicut cor, hepar, manus, & pes quædam autem ad conseruationẽ aliarum partium, sicut folia sunt ad cooperturam fructuum, ita etiam capilli & vngues sunt in homine ad custodiam aliarum partium: vnde sunt de secũda perfectione corporis humani, quãuis nõ de prima: & quia homo resurget in omni perfectione suę naturę, propter hoc oportet, vt capilli & vngues resurgãt in ipso.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illæ superfluitates expelluntur à natura quasi ad nihilum vtiles: vnde nõ pertinent ad perfectionem humani corporis. Secus autem est de illis superfluitatibus, quas natura sibi retinet ad generationem capillorum & vnguium, quibus indiget ad membrorum conseruationem.

¶ Ad secũ dicendũ: quòd semine nõ indiget ad perfectionẽ individui, sicut capillis & vnguibus, sed ad pfectionẽ speciei.

¶ Ad tertium dicendũ, q̃ capilli & vngues nutriũtur & augentur, & sic oportet q̃ aliqua operatione participent, quod non posset esse nisi essent partes aliquo modo ab anima perfectæ: & quia in homine nõ est nisi vna amica, scilicet rationalis, constat q̃ ab anima rationali perfecta sunt, quamuis non vsq; ad hoc quòd operationẽ sensus participant, sicut nec ossa, de quibus constat, quòd resurgent & sunt de integritate individui.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm humores in corpore resurgent.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd humores in corpore non resurgent. nam 1. Corin. 4. dicitur: Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt: sed sanguis est principalior humor: ergo nõ resurget in beatis qui regnum Dei possidebunt. & multo minùs in aliis.

¶ Præterea, Humores sunt ad restaurationem deperditi: sed post restaurationem nulla deperditio fiet: ergo corpus non resurget cum humoribus.

¶ Præterea, Illud quod est via generationis in corpore humano, nondum est ab anima rationali perfectum: sed humores ad hoc sunt in via generationis, quia sunt in potẽtia caro & os: ergo nondũ sunt perfecti anima rationali: sed corpus humanum non habet ordinem ad resurrectionem, nisi secũdum quod est anima rationali perfectum: ergo humores in eo nõ resurgent.

¶ SED CONTRA est, quia quod est de constitutione corporis humani resurget in eo: sed humores sunt huiusmodi, vt patet per Aug. qui dicit, quòd corpus constat ex membris officialibus, officialia ex consimilibus, consimilia ex humoribus: ergo humores resurgent in corpore.

¶ Præterea, Resurrectio nostra erit conformis resurrectioni Christi: sed in Christo resurrexit sanguis, aliàs nunc vinũ nõ transubstantiaretur in sanguinẽ eius in sacramẽto altaris: ergo & in nobis resurget sanguis, & eadem ratione alij humores.

CONCLVSIO.

¶ Cùm humores in corpore humano pertineant ad perfectionem humanæ naturæ, eos simul resurgere cum corpore humano, est necesse.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd quicquid pertinet ad integritatẽ humanæ naturæ in resurgente, hoc totum resurget ratione prędicta: vnde oportet quòd illa humiditas corporis resurgat in homine, quæ ad integritatem humanę naturę pertinear. Est autem in homine triplex humiditas: quædã enim humiditas est in recedendo à perfectione huius indiuidui, vel quia in via est corruptionis & à natura abiicitur, sicut vrina, sudor, & sanies, & huiusmodi: vel quia à natura ordinatur ad conseruationem speciei in aliquo indiuiduo, siue per actũ generatiuæ, sicut semen, siue per actum nutritiuæ, sicut lac, & nulla talium humiditatum resurget: eò quòd non est de perfectione indiuidui resurgentis. Secunda humiditas est, quæ nondum peruenit ad vltimam perfectionem, quam natura operatur in indiuiduo, sed est ad illam ordinata à natura: & hęc est duplex. Quia quædam est, quæ habet aliquã formam determinatam, quæ continetur inter partes corporis, sicut sanguis, & alij tres humores, quos natura ordinat ad membra, quæ ex eis generantur, sed tamen habent aliquas formas determinatas, sicut & aliæ partes corporis: & ideò resurgent cum aliis partibus corporis: quędam verò humiditas est in via transeundi de forma in formam, scilicet de forma humoris in formam membri, & talis humiditas non resurget: quia post resurrectionem partes corporis singulæ in suis formis stabilientur, vt vna in aliam non transeat: & ideò nõ resurget illa humiditas, quę est in ipsa actu transeundi de forma in formam. Hęc autem humiditas potest in duplici statu accipi, vel secundum quòd est in principio transmutationis, & sic vocatur res illa, scilicet humiditas, quę est in foraminibus parvarum venarum: vel secundum quòd est in progressu transmutationis, & incipit iam dealbari: & sic vocatur cambium, in neutro autem statu resurget. Tertium autem genus humiditatis est, quod iam peruenit ad vltimam perfectionem, quam natura intendit in corpore individui, quę iam est dealbata, & incorporata membris: & hęc vocatur gluten, & cùm hęc sit de substantia membrorum, etiam resurget & membra.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd caro & sanguis in verbis illis Apostoli non accipiuntur pro substantia carnis: sed pro operibus carnis & sanguinis quę sunt opera peccati vel opera animalis vitę: vel secundum quòd dicit Augustinus in epistola ad Consentium: Caro & sanguis accipitur ibi pro corruptione, quæ nunc dominatur in carne & sanguine. Vnde & subditur in verbis Apostoli, Neque corruptio incorruptionem.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut membra seruientia generationi erunt post resurrectionem ad integritatem humanę naturę, non ad operationem quę nunc exercetur per membra illa, ita & humores erunt in corpore non ad restaurationẽ deperditi, sed ad integritatem humanę naturę reparandam, & ad virtutis naturalis ostensionem.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut elementa sunt in via generationis respectu corporum mixtorum, quia sunt eorum materia, non autem ita quòd semper sint in transeundo in corpore mixto, ita etiam se habent humores ad membra: & propter hoc sicut elementa in partibus vniuersi habent formas determinatas, ratione quarum sunt de perfectione vniuersi, sicut & corpora mixta: ita etiam humores sunt de perfectione corporis humani sicut & aliæ partes, quamuis non perueniant ad tantam perfectionem, sicut aliæ partes, nec elementa habent ita formas perfectas sicut mixta. Sicut autem partes omnes vniuersi à Deo perfectionem consequuntur non æqualiter, sed secundum suum modum vnumquodque, ita etiam humores aliquo modo perficiuntur ab anima rationali, non tamen eodem modo sicut partes perfectiores.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm totum quod fuit in corpore de veritate humanæ naturæ, resurget in ipso.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd non totum quod fuit in corpore de veritate humanæ naturæ, resurget in ipso. Quia cibus conuertitur in veritatem humanæ naturæ: sed aliquando carnes bouis sumuntur in cibum: si ergo resurget quicquid de veritate humanæ naturæ est, resurget etiam caro bouis, quod est inconueniens.

¶ Præterea, Costa Adæ fuit de veritate humanæ naturæ in ipsa, sicut & costa nostra in nobis: sed costa Adę non resurget in eo, sed in Eua: aliàs Eua non resurgeret quæ de costa illa for

Universidad de Deusto
Biblioteca

mana est: ergo non resurget in homine quicquid fuit in eo de veritate humanæ naturæ.

¶ Præterea. Potest esse quòd aliquid fuit de veritate humanæ naturæ in diuersis hominibus, sicut si aliquis carnibus humanis vescatur: quę in substantiam eius transeant: ergo non resurget in aliquo quicquid fuit de veritate humanæ naturæ in ipso.

¶ Si dicatur quòd non quicquid est in carne comesta, est de veritate humanæ naturę: & ita aliquid eorum potest resurgere in primo, & aliquid in secundo: contra, de veritate humanę naturæ maximè videtur esse illud quod à parentibus trahitur: sed si aliquis non comedens nisi carnes humanas filiũ generet: oportet quòd illud quod filius à parente trahit, sit de carnibus aliorum hominum, quas pater suus comedit: quia semen est de superfluo alimenti, vt Philosophus probat in libro de Animalibus: ergo illud quod est de veritate humanæ naturę in puero isto, fuit etiam de veritate humanæ naturæ in alijs hominibus, quorum carnes pater comedit.

¶ Si dicatur, quòd illud quod erat de veritate humanæ naturæ in carnibus hominum comestorum, non transit in semen, sed illud quod erat ibi de veritate humanæ naturæ, non existés contra, ponatur quòd aliquis cibetur solùm embryis, in quibus nihil videtur esse quod non sit de veritate humanæ naturæ, quia totum quod est in eis, à parentibus trahitur: si ergo superfluitas cibi conuertitur in semen, oportet quòd illud quod fuit de veritate humanæ naturæ in embryis, quæ etiam ad resurrectionem pertinent, postquam animam rationalem perceperunt, sit etiam de veritate humanæ naturæ in puero, qui ex tali semine generatur, & sic cùm non possit idem resurgere in duobus, non poterit in quolibet resurgere quicquid fuit de veritate humanæ naturæ in ipso.

¶ SED CONTRA. Quicquid fuit de veritate humanæ naturæ, fuit perfectum anima rationali: sed ex hoc habet corpus humanum ordinem ad resurrectionem, quia fuit anima rationali perfectum: ergo quicquid fuit de veritate humanæ naturæ resurget in vno quoque.

¶ Præterea. Si à corpore hominis subtrahatur aliquid quod est de veritate humanę naturę, in ipso non erit corpus hominis perfectum: sed omnis imperfectio hominis tolletur in resurrectione, præcipuè ab electis, quibus promissum est Luc. 21. q̃ capillus de capite eorum non peribit: ergo quicquid fuit de veritate humanæ naturæ, resurget in homine.

CONCLVSIO.

¶ Cùm id quod se habet ad veritatem alicuius rei, ad illius esse se habeat, conueniens est vt omne id quod est de veritate humanæ naturæ, resurgat cum ipso.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd vnumquódq; sicut se habet ad veritatem: ita se habet ad esse: vt dicitur in 2. Meta. quòd illa res vera est, quę est ita vt videtur cogitari secundum actum: & propter hoc Auic. dicit quòd veritas vniuscuiusque rei est proprietas sui esse: quod stabilitum est ei, & secundum hoc aliquid dicitur esse de veritate humanæ naturæ: quia propriè pertinet ad esse humanę naturæ, & hoc est quod participat formam humanę naturę, sicut verum aurum dicitur, quod habet veram formam auri, ex qua est esse, proprium auri.

¶ Vt ergo videatur quid est illud quod est de veritate humanę naturæ, sciendũ est quòd circa hoc est triplex opinio. Quidam enim posuerunt, quòd nihil de nouo esse incipit de veritate humanę naturę, sed quicquid ad veritatem humanæ naturę pertinet, totum fuit in ipsa institutione humanæ naturæ de veritate eius: & hoc per seipsum multiplicatur, vt ex eo possit semen decidi à generante: ex quo filius generetur, in quo etiã illa pars decisa multiplicatur, vt ad perfectã quantitatem perueniat per augmentum, & sic deinceps, & ita multiplicatum est totum genus humanum. Vnde secundum opinionem hanc quicquid ex alimento generatur, quamuis videatur speciem carnis aut sanguinis habere, non tamen pertinet ad veritatem humanæ naturæ.

¶ Alij autem dixerunt, quòd aliquid de nouo additur ad veritatem humanę naturæ per transmutationem alimenti in corpus humanum, considerata veritate humanæ naturę in specie, ad cuius conseruationem ordinatur actus generatiuę virtutis. Si autem veritas humanę naturę in individuo consideretur, ad cuius conseruationem & perfectionem actus nutritiuę virtutis ordinatur, non additur aliquid per alimentũ quod sit primò de veritate humanę naturę huius individui, sed solùm secundariò. Ponunt enim quòd veritas humanæ naturę primò & principaliter consistit in humido radicali, ex quo est prima constitutio humani generis: quod autem conuertitur de alimẽto in veram carnem & sanguinem, non est principaliter de necessitate humanę naturę illius individui, sed secundariò, sed potest esse principaliter de veritate humanę naturę alterius individui, quod ex semine illius generatur. Semen enim ponit esse superfluum alimenti vel cum admixtione alicuius, quod est primò de veritate humanę naturę in generatione, vt quidã dicunt: vel sine admixtione eius, vt dicunt alij: & sic quod est humidum nutrimentale in vno, fit humidum radicale in alio.

¶ Tertia opinio est, quòd aliquid de nouo incipit esse principaliter de veritate humanę naturę etiã in isto individuo: quia non est distinctio talis in corpore humano, vt aliqua pars materialis signatã de necessitate per totam vitam remaneat, sed ad hoc indifferenter se habet quęlibet pars significata accepta, quòd manet semper quantum ad id quod est speciei in ea, sed potest fluere quantum ad id quod est materię in ipsa: & sic humidũ nutrimentale nõ distinguitur à radicali ex parte principij, vt dicatur radicale, quod est ex semine generatum, nutrimentale verò quod generatur ex cibo: sed magis distinguitur ex termino quod radicale dicitur, quod ad terminum generationis peruenit per actum generatiuę vel etiam nutritiuę virtutis, sed nutrimentale quod nondum peruenit ad hunc terminum, sed est adhuc in via nutriendi: & hę tres opiniones in 2. libro sententiarũ dist. 30. plenius positę & inuestigatę sunt: & ideò nõ oportet hic repetere, nisi quãtũ ad propositũ pertinet.

¶ Sciendum est ergo quòd secundũ has opiniones diuersimodè ad hãc quęstionẽ oportet respõdere. Prima opinio per viã multiplicationis quã ponit, potest ponere de perfectione humanę naturę, & quantũ ad numerum individuorum & quantum ad debitam quantitatem vniuscuiusque individui, absque eo quod est ex alimento generatum, quod quidem non aduit nisi ad resistendũ consumptioni, quæ posset induci per actionem caloris naturalis, sicut argento apponitur plumbũ, ne ex liquefactione consumatur. Vnde cùm in resurrectione oporteat naturam humanam in sua perfectione reparari, nec calor naturalis tunc agat ad consumptionem humidi naturalis, nulla necessitas erit q̃ resurgat aliquid in homine quod ex alimento sit generatum, sed resurget tantũ illud quod fuit de veritate humanæ naturæ individui, & per decisionẽ & multiplicationem ad prædictam perfectionem peruenit in numero & quantitate.

¶ Secunda autem opinio, quia ponit, quòd eo quod generatur ex nutrimento, indigetur ad perfectionem quantitatis individui & ad multiplicationem, quæ fit per generationem, necesse habet ponere aliquid de hoc quod conuersum est in alimentũ resurgere, non tamen totum, sed solùm quantum indigetur ad perfectam reintegrationem humanæ naturæ, fuit in omnibus suis individuis. Vnde ponit hæc opinio, quòd totũ illud quod fuit in substãtia seminis, resurget in illo homine, qui ex illo semine generatus est: quia hoc est principaliter de veritate humanæ naturæ in ipso, de eo autem quod postea aduenit per nutrimentum, tantum resurget in eo, quãtum est necessarium ad perfectionem quantitatis. Sed quia hoc humidum nutrimentale fluit & refluit hoc ordine reparabitur: quia illud quod primò fuit de substantia corporis, totum reparabitur, & de eo quod secundò & tertiò, & deinceps aduenit, quantum necessarium est ad quantitatem reintegrandam: quod patet duplici ratione. Primò quia illud quod super hoc aduenit, inductum fuit vt illud quod primo erat deperditum, repararetur, & ita non ita principaliter pertinet ad veritatem humanæ naturæ sicut præcedens. Secundò, quia adiunctio humidi extranei ad primum humidum radicale facit, quòd totum permixtum nõ ita perfectè participet virtutem speciei, sicut primũ participabat. Et ponit exemplum Philosophus in primo de Generatione, de aqua permixta vino quæ semper virtutem vini debilitat, ita quod in fine ipsum aquosum reddit: vnde sicut secunda aqua, quamuis assimatur in speciem vini, nõ tamen ita perfectè speciem vini participat, sicut prima, quæ in vinum assimebatur: ita illud quod de alimento secundo in carnem conuertitur, nõ ita perfectè attingit ad speciem carnis, sicut quod primò conuertebatur: & ideò non ita pertinet ad veritatem humanæ naturæ nec ad resurrectionem. Sic ergo patet quòd hæc opinio ponit resurgere totum id, quod est de veritate humanæ naturæ principaliter, non autem totum quod est de veritate humanæ naturæ secundariò.

¶ Tertia autem opinio, quantum aliquid differt à secunda, & quantum ad aliquid conuenit cum ea. Differt quantum ad hoc quòd ponit totum quod est, sub forma carnis & ossis eadem ratione ad veritatem humanæ naturæ pertinere: quia non distinguit aliquid materiale signatum permanens in homine toto tempore vitæ eius, quod per se pertinet ad veritatem humanæ naturæ: & aliquid fluens & refluens: quod pertinet ad veritatem humanæ naturę solùm propter quantitatis perfectionem, non propter primum esse speciei, sicut secũda opinio dicebat: sed ponit

sed ponit omnes partes quæ non sunt præter intentionem naturæ aggeneratæ, pertinere ad veritatem humanæ naturæ, quantum ad id quod habet de specie, quia sic manent, non autem quantum ad id quod habet de materia, quia sic fluunt & refluunt indifferenter: vt ita etiam intelligamus contingere in partibus vnius hominis, sicut contingit in tota multitudine ciuitatis, quia singuli subtrahuntur à multitudine per mortem, alijs in loco eorum succedentibus. Vnde partes multitudinis fluunt, & refluunt materialiter, sed formaliter manent, quia ad eadem officia & ordines substituuntur alij, à quibus priores subtrahuntur, vnde Respu. vna numero remanere dicitur. Et similiter etiam dum quibusdam partibus refluentibus aliæ reparantur in eadem figura & in eodem situ, omnes partes fluũt & refluunt secundum materiam, sed manent secundũ speciem manet nihilominus homo idem numero: sed conuenit tertia cum secunda opinione, quia ponit quòd partes secũdò aduenientes, non ita perfectè attingunt ad veritatem speciei, sicut quæ primò aduenerunt: & ideo idem quod ponit resurgere in homine secunda opinio, ponit tertia, sed non penitus eadem ratione. Ponit enim totum illud quod ex semine generatum est, resurgere, non quia alia ratione pertineat ad veritatem humanæ naturæ quam hoc quod postea aduenit, sed quia perfectiùs veritatem speciei participat, quem ordinem ponebat secunda opinio in his, quæ postea aduenunt ex alimento, in quo etiam hæc opinio concordat cum alia.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd res naturalis non est id quod est ex sua materia, sed ex sua forma: vnde quãuis illud materię quod quãdóq; fuit sub forma carnis bouinę, resurgat in homine sub forma carnis humanæ, non sequitur q̃ resurgat caro bouis, sed caro hominis: aliàs enim posset cõcludi, quod resurgeret limus de quo formatum est corpus Adę, tamen prima opinio concedit hanc rationem.

¶ Ad secũdum dicendum, quòd costa illa non fuit in Adam de perfectione individui, sed ordinata ad multiplicationem speciei: vnde non resurget in Adam, sed in Eua, sicut & semen non resurget in generante sed in genito.

¶ Ad tertium dicendum, quòd secundum primam opinionem facile est ad hoc respondere: quia carnes comestæ nunquam sunt de veritate humanæ naturæ in comedente, fuerunt autem de veritate humanę naturę in eo, cuius carnes comeduntur, & ita resurgent in primo, & non in secũdo: sed secundum secũdam opinionem & tertiam vnusquisque in illo resurget, in quo magis accessit ad perfectam participationem virtutis speciei, & si æqualiter in vtroque accesserat, resurget in illo, in quo primò habuit ordinem ad resurrectionem ex coniunctione ad animam rationalem illius hominis: & ideò si in carnibus comestis fuit aliqua superfluitas, quæ non pertineret ad veritatem humanæ naturæ in primo, resurgere poterit in secundo, aliàs illud quod pertinebat ad resurrectionem in primo, resurget in eo, & non in secundo: sed in secundo loco eius sumeretur vel aliquid de eo quod ex alijs cibis in carnem secundi conuersum est: vel si nullo cibo nunquam pastus fuisset, nisi carnibus humanis diuina virtute aliunde supplereturꝛ quantum indigeretur ad perfectionem quantitatis, sicut etiam supplet in illis qui ante perfectam ætatem decedunt, nec per hoc aliquid præiudicatur identitati in numero, sicut nec præiudicatur per hoc quòd partes secundum materiam fluunt & refluunt.

¶ Ad quartum dicendum, quòd secundum primam opinionem facile est soluere, quia ponit quòd semen non est ex superfluo alimenti: vnde carnes comestæ non transeunt in semen, ex quo puer generatur. Sed secundum alias duas opiniones dicendum est, quòd non est possibile, quòd totum quod fuit in carnibus comestis: in semẽ conuertatur: quia post multam depurationẽ cibi peruenitur ad decoctionem seminis: quod est superfluitas vltimi cibi: illud autem quod de carnibus comestis in semen conuertitur pertinet magis ad veritatem humanę naturę in eo quod ex semine nascitur, quàm in illo, ex cuius carnibus semen est generatum: & ideò secundum regulam prius datam, hoc quod in semen conuersum est, resurget in eo qui ex semine nascitur, residuum verò materiæ resurget in illo, ex cuius carnibus comestis semen est generatum.

¶ Ad quintum dicendum, quòd embrya non pertinent ad resurrectionem ante animationem: per animam rationalem, in quo statu iam multum aduenit supra substantiam seminis de substantia nutrimenti, qua puer in vtero matris nutritur, & ideò si aliquis embryis vescatur, & ex superfluo illius cibi generetur aliquis, illud quod erit in substantia seminis, resurget quidem in eo qui ex semine generatur, nisi in illo contineretur aliquid quod fuisset de substantia seminum in illis, ex quorum carnibus comestis semen generatum est, quia resurgeret in primo & non in secundo, residuum autem carnium comestarum, quod non est conuersum in semen, constat quod resurgeret in primo, vtique diuina potentia implẽte quod deest. Prima autem opinio hac obiectione non arctatur cùm non ponat semen esse ex superfluo alimenti, sed aliæ multæ rationes sunt contra eam, vt in secundo libro patuit, distinctione trigesima.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm quicquid fuit materialiter in membris hominis, totum resurget.

ADQVINTVM sic proceditur. Videtur quòd quicquid fuit materialiter in membris hominis, totũ resurget. Minùs enim videntur pertinere ad resurrectionem capilli, quã alia membra, sed quicquid fuit in capillis, totum resurget, & si non in capillis, saltem in alijs partibus corporis: vt Augustinus dicit in litera: ergo multò fortiùs quicquid in alijs membris materialiter fuit, totum resurget.

¶ Præterea. Sicut partes carnis secundum speciem perficiuntur ab anima rationali, ita partes secundum materiam: sed corpus humanum habet ordinem ad resurrectionem ex hoc, quòd fuit anima rationali perfectum: ergo non solùm partes secundum speciem, sed omnes partes secundum materiam resurgent.

¶ Præterea. Ex parte illa accedit corpori totalitas, ex qua parte accedit ei diuisio in partes: sed diuisio in partes accidit corpori secundum materiam, cuius dispositio est quantitas: secundum quam diuisuꝛ ergo & totalitas corporis attenditur secũdum partes materiæ: si ergo non omnes partes materiæ resurgent, nec totum corpus resurget, quod est inconueniens.

¶ SED CONTRA. Partes secundum materiam non manent in corpore, sed fluunt & refluunt, vt patet per illud quod dicitur in primo de Generatione. Si ergo omnes partes secundum materiam, quæ non manent in corpore, sed fluunt & refluunt, resurgerent, vel erit corpus resurgentis densissimum, vel erit immoderatæ quantitatis.

¶ Præterea. Quicquid est de veritate humanæ naturæ in vno homine, totũ potest esse pars materiæ in alio homine, qui eius carnibus vescitur: si ergo omnes partes secũdum materiam resurgãt in aliquo, sequetur quòd resurget in vno id quod est de veritate humanæ naturæ in alio, quod inconueniens est.

CONCLVSIO.

¶ Solum id, quod est in homine materialiter, pertinens ad veritatem humanæ naturæ, resurget cum ipso.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd illud quod est in homine materialiter, non habet ordinem ad resurrectionem, nisi secundum quòd pertinet ad veritatem humanæ naturæ, quia secundum hoc habet ordinem ad animam rationalem, illud autem totum quod est in homine materialiter, pertinet quidem ad veritatem humanæ naturæ, quantum ad id quod habet de specie, sed non totum considerata materiæ totalitate: quia, tota materia, quæ fuit in homine à principio vitæ vsque ad finem, excederet quantitatem debitam speciei, vt tertia opinio dicit, quæ probabilior inter cæteras mihi videtur. Et ideò totum quod est in homine, resurget, considerata totalitate speciei, quæ attenditur secundum quantitatem significantem situm & ordinem partium, non autem resurget totum considerata totalitate materiæ. Secunda autem opinio & prima non vtuntur hac distinctione, sed distinguunt inter partes, quarum vtraque habet speciem & materiam. Conueniunt autem hæ duæ opiniones in hoc quòd vtraque dicit quòd illud quod est ex semine generatum, totum resurget, etiam totalitate materiæ considerata, differunt autem in hoc quòd de eo quod ex alimento generatur, nihil resurgere ponit prima opinio. Secunda verò aliquid eius resurgere ponit & non totum, vt ex dictis patet.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut quicquid est in alijs partibus corporis, resurget considerata totalitate speciei, non autem considerata totalitate materiæ, ita etiam est de capillis. In alijs autem partibus aduenit aliquid ex nutrimento, quod facit augmentum, & hoc computatur, vt alia pars cõsiderata totalitate speciei, quia obtinet alium locum & situm in corpore, & substat alijs partibus dimensionious. Aliquid autem aduenit quod non facit augmẽtum, sed cedit in restaurationem deperditi nutriendo, & non computatur vt alia pars totius considerati secundum speciem, cùm non obtineat alium locum vel situm in corpore, quam pars, quæ defluxit, tenebat, quamuis posset alia pars computari, considerata totalitate materiæ & similiter est de capillis. Augustinus ergo loquitur de incisionibus capillorum, quæ erant partes faciẽtes augmẽtum: & ideò oportet quòd resurgant, non tamen in quantitate

Universidad de Deusto
Biblioteca

capillorum,ne sit quantitas immoderata,sed in alijs partibus, vt necessarium iudicabit diuina prouidẽtia: vel loquitur in casu illo quando alijs partibus deficiet,tunc enim eorũ defectus poterit ex superfluitatibus capillorum reparari.

¶ Ad secundum dicendum, quòd secundum tertiam opinionem eedem sunt partes secundum speciem & secundum materiam. Non enim illa distinctione vtitur Philosophus in primo de generatione,ad distinguendũ diuersas partes,sed ad ostendendum quòd eædem partes possunt considerari secundum speciem, quantum ad illud quod est formæ & speciei in ipsis, & secundum materiam quantum ad illud,quod subest formæ & speciei, constat autem quòd materia carnis non habet ordinem ad animam rationalem,nisi in quantum est sub tali forma: & ideò ratione eius habet ordinem ad resurrectionem. Sed prima & secunda opinio, quæ ponunt alias esse partes, quæ sunt secundum speciem, & alias, quæ sunt secundum materiam dicunt, quòd anima quamuis veraſque partes perficiat, tamen perficit partes secundum materiam mediantibus partibus secundum speciem: & ideò non habent æqualiter ordinem ad resurrectionem.

¶Ad tertium dicendum,quòd in materia generabilium & corruptibilium dimensiones interminatas oportet intelligere ante receptionem formæ substantialis: & ideò diuisio,quæ est secundum huiusmodi dimensiones, propriè pertinet ad materiam: sed quantitas completa & terminata aduenit materiæ post formam substantialem:& ideò diuisio, quæ est, vel sit secundum dimensiones terminatas, recipit speciem, præcipuè quando ad rationem speciei pertinet determinatus situs partium sicut est in corpore humano.

QVAESTIO OCTVAGESIMAPRIMA, DE *qualitate resurgentium, in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de qualitate resurgentium.

¶Circa quod quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm resurgant omnes in ætate iuuenili.

¶Secundò,vtrùm in æquali statura.

¶Tertiò,vtrùm omnes in eodem sexu.

¶Quartò,vtrùm in vita animali.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm omnes resurgent in eadem ætate.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non omnes resurgent in eadem ætate, scilicet iuuenili. Quia Deus resurgentibus præcipuè beatis nihil subtrahet, quod ad perfectionem hominis pertineat:sed ætas pertinet ad perfectionem hominis,cùm senectus sit venerabilis ætas: ergo senes non resurgent in ætate iuuenili. *Tho.4. dist.44. quæst.1. art.3. q. 1. & se.*

¶Præterea,Aetas computatur secundum mensuram temporis præteriti: sed impossibile est tempus, quod fuit præteritum, nõ præteriisse ergo impossibile est eos, qui maioris ætatis fuerunt,ad ætatem iuuenilem reduci.

¶Præterea,Illud quod magis fuit de veritate humanæ naturę in vnoquoque,maximè resurget in eo: sed quantò aliquid primò fuit in homine,tantò videtur magis ad veritatem humanę naturæ pertinuisse: quia in fine propter veritatem speciei debilitatem comparatur vino aquoso corpus humanum, vt patet per Philosophum in primo de generatione: ergo si omnes debent in eadem ætate resurgere,magis decet, quòd resurgant in ætate puerili,quàm iuuenili.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ephes. quarto. Donec occurramus omnes in perfectum virum in mensuram ætatis plenitudinis Christi:sed Christus resurrexit in ætate iuuenili, quæ circa 30. annos incipit, vt Augustin. dicit: ergo & alij in ætate iuuenili resurgent.

¶Præterea,Homo in maxima perfectiõe naturæ resurget:sed natura humana perfectissimum statum habet in ætate iuuenili:ergo in illa ætate resurgent omnes.

CONCLVSIO.

¶Cùm humana natura deficiat in pueris (quia nondum per fectionẽ vltimam sunt consequuti) & in senibus,(quia ab vltima perfectione recedunt) & hominẽ absque omni defectu humanæ naturæ resurgere oportet: conueniens est, vt homines resurgant in iuuenili ætate, quæ inter crementum & incrementum constituitur.

¶RESPONDEO dicendum,quòd homo resurget absque omni defectu humanę naturę: quia sicut Deus humanam naturam absque defectu instituit,ita sine defectu reparabit. Deficit autem humana natura dupliciter. Vno modo, quia nondum perfectionem vltimã est consecuta. Alio modo, quia iam ab vltima perfectione recesit. Et primo modo deficit in pueris,secundo modo deficit in senibus. Et ideò in vtrisq; reducetur humana natura per resurrectionem ad statum vltimæ perfectionis,qui est in iuuenili ætate, ad quem terminatur motus crementi,& à quo incipit motus decrementi.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,quòd ætas senectutis habet reuerentiam non propter conditionem corporis,quod in defectu est,sed propter sapientiam animæ,quæ ibi esse præsumitur,ex temporis antiquitate. Vnde in electis manebit reuerentia senectutis propter plenitudinem diuinæ sapientiæ,quæ in eis erit,sed non manebit senectutis defectus.

¶Ad secundum dicendum, quòd non loquitur de ætate quantum ad numerum annorum, sed quantum ad statum qui in corpore humano ex annis relinquitur. Vnde Adam dicitur in ætate iuuenili formatus propter talem corporis conditionem quam primo die formationis suæ habuit: & ideo ratio non est ad propositum.

¶Ad tertium dicendum, quòd virtus speciei dicitur esse perfectior in puero,quàm in iuuene,quantum ad efficaciam agendi conuersionem alimenti aliquo modo, sicut etiam est perfectior in semine quàm in homine completo, sed in iuuenibus est perfectior,quantùm ad terminum complementi. Vnde illud quod maximè ad veritatem naturæ pertinuit,ad illam perfectionem deducetur,quam habet in ætate iuuenili,non ad illam,quam habet in ætate puerili,in qua humores adhuc perue nerunt ad vltimam digestionem.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm omnes resurgent eiusdem staturæ.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd omnes resurgent eiusdem staturæ. Sicut enim homo mensuratur quantitate dimensiua, ita quantitate durationis in omnibus reducetur ad eandem mensuram,sed quantitas durationis,in omnibus reducitur ad eandẽ naturam:quia omnes in eadem ætate resurgent:ergo quãtitas dimensionis reducetur ad eandẽ mensuram,vt in eadem statura omnes resurgant.

¶Præterea, Philosophus in 2. de Anima dicit quòd omnium natura constantium terminus est & ratio magnitudinis & augmenti:sed iste terminus non est nisi ex virtute formæ, cui debet cogruere quantitas,sicut & alia accidentia:ergo cùm omnes homines habeant eandem formam specificam in omnibus debet esse secundum materiam eadem quantitatis mensura,nisi sit error:sed error naturæ corrigetur in resurrectione: ergo omnes resurgent in eadem statura.

¶Præterea, Quantitas resurgentis non poterit esse proportionata virtuti naturali,quæ primò corpus formauit,alias qui nõ potuerunt ad maiorem quantitatẽ perduci virtute naturæ, nũ quam in maiori quantitate resurgent, quod falsum est: ergo oportet quod quantitas illa proportionetur virtuti reparanti corpus humanũ per resurrectionem, & materię de qua repara turised virtus reparans omnia corpora est eadẽ numero,scilicet diuina virtus:cineres aũt omnes ex quibus reparantur humana corpora,se habent æqualiter ad susciendam actionem prædictæ virtutis:ergo ad eandem quantitatem terminabitur resurrectio omnium hominum,& sic idem quod priùs.

¶SED CONTRA,Quantitas naturalis consequitur naturam vnius cuiusq; indiuidui:sed in resurrectione non variabitur natura indiuidui: ergo nec quantitas naturalis eius: sed non est eadem quantitas naturalis omnium: ergo non omnes resurgent in eadem statura.

¶Præterea, Natura humana reparabitur per resurrectionem ad gloriam vel ad pœnam: sed non erit eadem quantitas gloriæ vel pœnæ in omnibus resurgentibus, ergo nec eadem quantitas naturæ.

CONCLVSIO.

¶Homines resurgent cùm staturæ, cuius aut erãt aut futuri erant in iuuentute.qui est terminus augmenti,si nullus naturæ error fuisset, qui si fuerit diuina potentia corrigetur.

¶RESPONDEO dicendum,quòd in resurrectione non reparabitur humana natura solùm quantũ ad idem specie,sed quantum ad idem numero: & ideò in resurrectione nõ solùm attendendum est quod competit naturæ speciei, sed quod cõpetit naturæ indiuidui. Natura autem speciei habet aliquam quantitatem,quam nec excedit nec ab ea deficit absque errore, quæ tamen quantitas habet aliquos gradus latitudinis, & non est accipienda secundum vnam mensuram determinatam. Vnumquodque autem indiuiduum in specie humana assequitur infra terminos illius latitudinis aliquem gradum quantitatis, quæ competit naturæ indiuidui, & ad hanc perducitur in termino augmenti:si nõ fuit aliquis error in opere naturæ,per quem sit aliquid additum vel subtractum prædictæ quantitati, cuius quidem mensura accipitur secundum proportionabilitatem

tatem coloris extendentis & humidi extensibilis, quod non est eiusdem virtutis in omnibus: & ideò non omnes resurgent in eadem quantitate, sed quilibet resurget in illa quantitate, in qua fuisset in termino augmenti: si natura non errasset vel defecisset,quod autem superest vel deficit in homine, reseca bit,vel supplebit diuina potentia.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,quòd iam patet ex dictis,quòd non dicuntur omnia in eadem ætate resurgere,quasi in omnibus competat eadem quantitas durationis, sed quia idem status perfectiõis erit in omnibus,qui quidem status saluari potest in magna & in parua quantitate.

¶Ad secundum dicendum, quòd quantitas huius indiuidui non solùm respondet formæ speciei, sed etiam naturæ indiuidui,& ideò ratio non sequitur.

¶Ad tertium dicendum, quòd quantitas resurgentis nõ proportionatur virtuti reparanti,quia illa non est de natura corporisneque omnibus secundum illum statum,in quo sunt ante resurrectionem,sed naturę,quàm primò indiuiduum habebat: tamen si virtus formatiua propter aliquem defectum non poterat perducere ad debitam quãtitatem,quę competit speciei: diuina virtus supplebit in resurrectione defectum, sicut patet innanis, & eadem ratio est illis:qui immoderatę magnitudinis fuerunt vlera debitum naturæ.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm omnes resurgent in sexu virili.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd omnes resurgent in sexu virili. Quia dicitur Ephe. 4. quòd omnes occurremus in virum perfectum, & cætera, ergo non erit nisi sexus virilis ibi.

¶Præterea,In futuro omnis prælatio cessabit, vt dicit glossa 1. Cor.15. sed mulier ordine naturali subdita est viro: ergo mulieres non resurgent in sexu muliebri,sed virili.

¶Præterea. Illud quod est occasionaliter & præter intentionem naturæ inductum,non resurget,quia in resurrectione omnis error cessabit vel tolletur: sed sexus muliebris est præter intentionem naturæ inductus ex defectu virtutis formatiuæ in semine, quæ non potest perducere materiam conceptus ad formam virilem, vnde dicit Philosophus decimosexto, de Animalibus, quòd fœmina est mas occasionatus: ergo sexus muliebris non resurget.

¶SED CONTRA est quod dicit Augustinus 22. de ciuitate Dei, Melius sapere videntur qui vtrúmque sexum resurrecturum esse non dubitant.

¶Præterea. Deus reparabit in resurrectione quod in homine fecit in prima conditione: sed ipse fecit mulierem de costa viri,vt patet Genesis secundo: ergo ipse sexum fœmineum in resurrectione reparabit.

CONCLVSIO.

¶Quemadmodum homines resurrecturi sunt diuersæ staturæ, ita diuersorum sexuum: aberit tamen libido ad turpes actus incitans.

¶RESPONDEO dicendum,quòd sicut considerata natura indiuidui debetur diuersa quantitas diuersis hominibus, ita cõsiderata natura indiuidui debetur diuersus sexus diuersis hominibus:& hæc etiam diuersitas competit perfectioni speciei, cuius diuersi gradus implentur per dictam diuersitatem sexus: vel quantitatis:& ideò sicut resurgent homines in diuersis staturis:ita in diuersis sexibus,& quamuis sit differentia sexuum, deerit tamen confusio mutuæ visionis,quia aberit libido incitans ad turpes actus,ex quibus confusio causatur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cùm dicitur. Omnes Christo occurremus in virum perfectum, non dicitur propter ætatem virilem:sed propter virtutem animi, quæ erit in omnibus & viris & mulieribus.

¶Ad secundum dicẽdum,quòd mulier subditur viro propter imbecillitatẽ naturę,& quantum ad vigorem animi & quantũ ad robur corporis:sed post resurrectionem nõ erit differentia in his secundum diuersitatem sexuum,sed magis secundum diuersitatem meritorum,& ideò ratio non procedit.

¶Ad tertium dicendũ,quòd quãuis fœminæ generatio sit præter intentionem naturæ particularis,est tamen de intentiõe naturæ vniuersalis:quæ ad perfectionem humanę speciei vtrúmque sexum requirit,nec ex sexu erit ibi aliquis defectus.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm omnes resurgent in vita animali.

ADQVARTVM sic proceditur. Videtur quòd resurgent in vita animali, vt scilicet vtantur actu nutritiuæ virtutis & generatiuę. Quia resurrectio nostra erit conformis resurrectioni Christi:sed Christus dicitur post resurrectionẽ comedisse:vt patet Matt.vlti.& Luc.vlti.ergo & homines post resurrectionem comedent,& eadem ratione generabunt.

¶Præterea.Distinctio sexuum ad generationẽ ordinatur,& similiter instrumenta quę deseruiunt virtuti nutritiuæ ordinantur ad comestionem,sed homo cum omnibus huiusmodi resurget:ergo vtetur actibus virtutis generatiuæ & nutritiuæ.

¶Præterea. Totus homo beatificatur & secundum animam & secundum corpus: sed beatitudo secundum Philosophum in perfecta operatione consistit:ergo oportet quòd omnes potẽtiæ animæ & omnia membra sint in suis actibus in beatis post resurrectionem,& sic idem quod priùs.

¶Præterea. In beatis post resurrectionẽ erit perfecta & beata iucunditas:sed talis iucunditas omnes delectationes includit, quia beatitudo est status omnium bonorum aggregatiõe perfectus:& perfectum est:cui nihil deest:cùm ergo in actu virtutis generatiuæ & nutritiuæ sit magis delectatio, videtur q; tales actus ad vitam animalem pertinẽtes in beatis erunt,& multò fortiùs in alijs:qui minùs spiritualia corpora habebunt.

¶SED CONTRA est quod dicitur Matth.22.in resurrectione neque nubent,neque nubentur.

¶Præterea. Generatio ordinatur ad subueniendum defectui, qui per mortem accidit ad multiplicationem humani generis, & comestio ad restaurationem deperditi & augmenti quantitatis:sed in statu resurrectionis iam humanum genus habebit totam multitudinem indiuiduorum à Deo præfinitam, quia vsque ad hoc generatio differtur, similiter etiam quilibet homo resurget in debita quantitate, nec erit vltra mors, aut aliqua deperditio fiet à partibus hominis:ergo frustra esset actus generatiuæ & nutritiuæ virtutis.

CONCLVSIO.

¶Cùm in resurrectione prima perfectio non spectetur, quæ acquiritur vita animali,sed secunda,quæ versatur circa consequutionem vltimi finis,id est aternæ beatitudinis, consequens est, vt resurrectio non futura sit vita animali.

¶RESPONDEO dicendum, quòd resurrectio non erit ne cessaria propter primam perfectionem ipsius quæ consistit in integritate eorum, quæ ad naturam spectant: quia ad hoc homo peruenire potest in statu præsentis vitæ per actionem cautarum naturalium: sed necessitas resurrectionis est ad consequendam vltimam perfectionem, quæ consistit in perquentione ad vltimum finem. Et ideò illæ operationes naturales quæ ordinantur ad primam perfectionem humanæ naturæ vel causandam: vel conseruandam, non erunt in resurrectione, & huiusmodi sunt actiones animalis vitæ in homine, & actiones mutuæ in elementis, & motus cœli, & ideò hæc cessabunt in resurrectione. Et quia comedere, bibere, & dormire & generare ad animalem vitam pertinent, cùm sint ad primam perfectionem naturæ ordinata, in resurrectione talia non erunt.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,quòd illa comestio,qua Christus comedit,non fuit necessitatis, quasi cibis indigeret humana natura post resurrectionem,sed fuit potestatis,vt ostẽderet se veram naturam sumpsisse,quàm priùs habuerat in statu illo quando cum discipulis comederat & biberat:hęc autem ostẽsio non erit in resurrectione communi, quia omnibus notum erit:& ideò dicitur dispensatiuè Christus manducasse, eo modo loquendi quo Iuristæ dicunt, dispensatio est communis iuris relaxatio:quia Christus intermisit hoc quod est communiter resurgentium,scilicet non vti cibis propter causam prædictam,& propter hoc ratio non sequitur.

¶Ad secundum dicendum, quòd differentia sexuum & membrorum varietas erit ad naturæ humanę perfectionem reintegrandam in specie, & etiam in indiuiduo: vnde non sequitur quòd sint frustra,quamuis animales operationes desint.

¶Ad tertium dicendum,quòd prędictæ operationes non sunt hominis:inquantum est homo,vt & Philosophus dicit: & ideò in eis non consistit beatitudo humani corporis,sed corpus humanum glorificabitur ex redundantia à ratione à qua homo est homo,inquantum erat ei subditum.

¶Ad quartum dicendum,quòd delectationes corporales sicut dicit Philosophus *in 7.&10.Ethic.*sunt medicinales,quia adhibentur homini ab tollendum fastidium:vel etiam ægritudines, inquantum eis homo inordinatè delectatur, ac si essent veræ delectationes,sicut homo habens infirmum gustum,delectatur in quibusdam quæ sanis non sunt delectabilia:& ideò nõ oportet quòd tales delectationes sint de perfectione beatitudinis, vt Iudæi & Sarraceni ponunt, & quidam hæretici posuerunt, qui vocantur Ciliarchæ, qui etiam secundum doctrinam Philosophi non videntur sanum habere effectum, folæ enim delectationes spirituales secundum ipsum sunt simpliciter delectationes,& propter se quærendę,& ideò ipsę ad beatitudinem requiruntur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVAESTIO OCTVAGESIMASECVNDA, DE *conditionibus beatorum resurgentium, in quatuor articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de conditionibus beatorum resurgentium. Et primò, de eorum corporum impassibilitate. Secundò, de subtilitate. Tertiò, de agilitate. Quartò, de claritate.

¶Circa quod quæruntur quatuor.

¶Primò, vtrùm Sancti resurgentes resurgant quo ad corpora impassibiles.

¶Secundò, vtrùm æqualis impassibilitas omnibus fuerit.

¶Tertiò, vtrùm illa impassibilitas sensum in actu à corporib. glorioſis excludat.

¶Quarto, vtrùm sint in eis omnes sensus in actu.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm corpora sanctorum post resurrectionem sint impassibilia.

Tho. 4. dist. 44. quæst. 1. ar. 1. q. 1. & se. AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd corpora Sanctorum post resurrectionem non sint impassibilia. Omne enim mortale est passibile: sed homo post resurrectionem erit animal rationale mortale: hæc enim est definitio hominis, quę non ab eo seperabitur: ergo corpus erit passibile.

¶Præterea, Omne quod est in potentia ad formā alterius, passibile est ab illo, quia secundum hoc aliquid est passium ab alio, vt dicitur in primo de generatione: sed corpora Sanctorum post resurrectionem erunt in potentia ad aliam formam: ergo erunt passibilia. Probatio mediæ. Quæcunque communicant in materia, vnum eorū est in potētia ad formam alterius, materia enim, secundum quòd est sub vna forma, non amittit potentiam ad aliam formam: sed corpora sanctorum post resurrectionem communicabunt cum elemētis in materia, quia ex eadem materia reparabuntur, ex qua nunc sunt: ergo erunt in potentia ad aliam formam, & sic erunt passibilia.

¶Præterea, Contraria nata sunt agere & pati adinuicem, vt in primo de generatione dicit Philosophus: sed corpora Sanctorum erunt ex contrarijs compolita, sicut & nunc sunt: ergo, &cætera.

¶Præterea, In corpore humano resurget sanguis & alij humores, vt dictum est: sed ex pugna humorum adinuicem generantur ægritudines & huiusmodi passiones in corpore: ergo erūt corpora post Sanctorum resurrectionem passibilia.

¶Præterea, Magis repugnat perfectioni defectus in actu, quā defectus in potentia: sed passibilitas importat solùm defectū in potentia. Cùm ergo in corporibus beatorum sint futuri aliqui defectus in actu, sicut cicatrices vulnerum in martyribus, vt in Christo fuerunt: videtur quòd nihil deperibit perfectioni eorum si ponantur habere corpora passibilia.

¶SED CONTRA, Omne passibile est corruptibile, quia passio magis facta abijcit à subitantia. sed corpora sanctorum post resurrectionem erunt incorruptibilia, vt dicitur primæ ad Corint. 15. Seminatur in corruptione, resurget in incorruptione: ergo erunt impassibilia.

¶Præterea, Fortius non patitur à debiliori: sed nullum corpus erit fortius corporibus Sanctorum, de quibus dicitur primæ ad Corinth. 15. Seminatur in infirmitate, resurget in virtute: ergo erunt impassibilia.

CONCLVSIO.

¶Cùm corpus humanum, & quicquid in eo est, post resurrectionē perfectè subiectum fuerit animæ, & anima Deo, sequitur, corpori glorioso non posse contingere passibilitatem.

¶RESPONDEO dicendum, quòd passio dupliciter dicitur. Vno modo communiter, & sic omnis receptio passio dicitur, siue illud quod recipit sit conueniens recipienti & perfectiuum ipsius, siue contrarium & corruptiuum: & ab huiusmodi passionis remotione corpora gloriosa impassibilia non dicuntur, cùm nihil quod est perfectionis, eis sit auferendū. Alio modo passio dicitur propriè, quam sic definit Dama. in 2. lib. Passio est motus præter naturam: vnde immoderatus motus cordis passio eius dicitur, sed moderatus dicitur eius operatio. Cuius ratio est: quia omne quod patitur trahitur ad terminos agentis, quia agens assimulat sibi patiens: & ideò patiens in quantū huiusmodi, trahitur extra terminos proprios, in quibus erat ific ergo, propriè accipiendo passionem, non erit in corporibus resurgentium Sanctorū potentialitas ad passionē: & ideo impassibilia dicuntur. Huius autem impassibilitatis ratio à diuersis diuersimodè assignatur. Quidam enim eam attribuunt conditioni elementorum, quæ aliter tunc se habebunt in corpore, quàm nunc. Dicunt enim quòd elementa remanebunt sibi secundum substantiam, sed qualitates actiuę & passiuę ab elementis auferentur. Sed hoc non videtur verum, quia qualitates actiuę & passiuę sunt de perfectione elementorum: vnde si sine eis repararentur elementa in corpore resurgentis, essent minoris perfectionis, quàm modò sint. Et præterea cùm qualitates illæ sint propria accidentia elementorum ex forma & materia ipsorum causata, videtur valde absurdum, quòd causa maneat & effectus tollatur. Et ideò alij dicunt quòd manebunt qualitates, sed non habebunt proprias actiones, diuina virtute id faciente ad conseruationem humani corporis. Sed hoc etiam non videtur posse stare, quia ad mixtionem requiritur actio & passio actiuarum & passiuarum qualitatum, & secundum prædominium vnius vel alterius mixta efficiuntur diuersæ complexionis: quod oportet ponere in corpore resurgentis: quia erunt ibi carnes & ossa, & huiusmodi partes, quibus omnibus non competit vna complexio. Et præterea secundum hoc impassibilitas non posset poni dos in eis, quia non poneret aliquam dispositionem in subitantia impassibili, sed solùm prohibitionem passionis ab exteriori, scilicet diuinam virtutem, quæ etiam posset idem facere de corpore hominis in statu huius vitæ.

¶Et ideò alij dicunt, quòd in ipso corpore erit aliquid prohibens passionem corporum glorioſorum, scilicet materia quinti corporis, quam ponunt venire in compositionē humani corporis, ad conciliandum elemēta in harmoniam quandam, per quam possunt esse debita materia animę rationalis: sed tamen in statu huius vitæ propter dominium elementaris naturę, corpus humanum patitur ad similitudinem aliorum elementorum sed in resurrectione dabitur natura quinti corporis, & id eò corpus humanum reddetur impassibile ad similitudinem corporis cœlestis. Sed hoc non potest stare, quia corpus quintum non venit materialiter ad compositionem corporis humani, vt in 2. lib. ostensum est. Et præterea impossibile est dicere, quòd aliqua virtus naturalis, qualis est virtus corporis cœlestis, transferat corpus humanum ad proprietatem glorię, qualis est impassibilitas corporis glorioſi, cùm immutationē corporis humani Apostolus attribuat virtuti Christi: quia qualis cœlestis, tales cœlestes, 1. Corinthio. 15. & Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis naturę.

¶Præterea, Non potest natura cœlestis ita dominari in corpore humano, quin natura elementaris remaneat, cui ex essentialibus suis principijs passibilitas inest. Et ideò aliter dicendum est, quòd omnis passio fit per victoriam agentis super patiens aliàs non traheret ipsum ad terminos suos: impossibile est autem, quòd aliquid dominetur supra patiens, nisi inquantum debilitatur dominium formæ proprię supra materiam patientis, loquendo de passione, quę est contra natum, de qua nunc loquimur: non enim materia subijciturvni contrariorum, sine hoc quòd tollatur dominium alterius super ipsam, vel saltem diminuatur. Corpus autem humanū & quicquid in eo est, erit perfectè subiectum animę rationali, sicut anima perfectè erit subiecta Deo: & ideò in corpore glorioso non poterit esse aliqua mutatio contra dispositionem illam, qua perficitur ab anima: & ita corpora illa erunt impassibilia.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd secundum Anselmum mortale ponitur in definitione hominis à Philosophis, qui non crediderunt hominem totum aliquando posse esse immortalem, quia non viderunt homines nisi secundum huius mortalitatis statum. Vel potest dici, quòd secundum Philosophum in octauo Metaph. quia differentię essentiales sunt nobis incognitę, vtitur quandóque differentijs accidentalibus, ad significandum differentias essentiales, quæ sunt accidentalium causę: vnde mortale in definitione hominis non ponitur quasi ipsa mortalitas ad essentiam hominis pertineat, sed quia illud quod nunc est causa passibilitatis & mortalitatis, secundum præsentem statum, scilicet compositio ex contrarijs, est de essentia hominis: sed tunc non erit causa eius propter victoriam animę super corpus.

¶Ad secundum dicendum, quòd duplex est potentia, ligata & libera, & hoc non solùm est verum in potentia actiua, sed etiā passiua. Forma enim ligat potentiam materiæ, determinando ipsam ad vnum, secūdum quòd dominatur super eam: & quia in rebus corruptibilibus nō perfectè dominatur forma supra materiam, non perfectè potest ligare ipsam, quia recipiat interdum per aliquam passionē dispositionē contrariam formę sed in sanctis post resurrectionem diuina virtute anima dominabitur supra corpus, nec illud dominium aliquo modo poterit auferri, quia ipsa erit immutabiliter Deo subiecta, quod nō fuit in statu innocentię: & in corporibus illis manet eadem potentia ad formam aliam, quæ nunc inest quantum ad substantiam potentiæ, sed erit ligata per victoriam animæ supra corpus, vt nunquam in actum passionis exire possit.

¶Ad tertium dicendum, quòd qualitates elementares sunt instrumenta

strumenta animæ, vt patet in secundo de anima, quòd calor ignis in corpore humano regulatur in actu nutrienti per virtutem animæ. Quando autem agens principale est perfectum & non est aliquis defectus in instrumēto nulla actio procedit ab instrumento, nisi secundum dispositionem principalis agentis: & ideò in corporibus sanctorum post resurrectionē nulla actio vel passio poterit prouenire à qualitatibus elementaribus, quæ sit contra dispositionem animæ, quæ intendit conseruare corpus.

¶Ad quartum dicendum, quòd secundum Augustinum in epistola ad Constantinum, diuina potentia valet in ista visibili atque contractabili natura corporum quibuslam manentibus, auferre quas voluerit qualitates. Vnde sicut ab igne fornacis Chaldæorum abstulit virtutem comburendi, quantum ad aliquid: quia corpora puerorum illæsa seruata sunt, sed mansit quantum ad aliquid, quia ignis ille ligna comburebat: ita auferet ab humoribus passibilitatem & dimittet naturam. Modus autem quo hoc fiet, dictus est.

¶Ad quintum dicendum, quòd cicatrices vulnerū non erunt in sanctis, nec in Christo fuerunt, inquantū important aliquem defectum, sed inquantū sunt signa constantissimę virtutis, qua passi sunt pro iustitia & fide, vt ex hoc & ipsis & alijs gaudium crescat. Vnde dicit Aug. 22. de Ciuita Dei Nescio quomodò sic afficimur amore martyrij beatorū, vt velimus in illo regno in eorū corporibus videre vulnerum cicatrices, quæ pro Christi nomine pertulerūt, & fortasse videbimus: non enim deformitas in eis, sed dignitas est quædam, quamuis in corpore sancto, non corporis sed virtutis pulchritudo fulgebit. Nec tamē si aliqua martyribus amputata & ablata sunt membra, sine ipsis membris erunt in resurrectione mortuorum, quibus dictum est. Capillus de capite vestro non peribit.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm impassibilitas in omnibus erit æqualis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̄ impassibilitas in omnibus erit æqualis. Quia primo ad Corinth. 15. dicit Glos. quòd æqualiter omnes habent quòd pati non possunt qui habent dotem impassibilitatis: ergo impassibilitas est æqualis in omnibus.

¶Præterea, Negationes non recipiunt magis & minùs, sed impassibilitas est quædam negatio vel priuatio passibilitatis, ergo non potest esse maior in vno, quàm in alio.

¶Præterea, Magis albū dicitur quod est nigro impermixtius, sed nulli corporum sanctorum admiscebitur aliquid de passibilitate: ergo omnia erunt æqualiter impassibilia.

¶SED CONTRA, Merito debet respondere præmium proportionaliter: sed Sanctorum quidam fuerūt alijs maiores merito, ergo cùm impassibilitas sit quoddam præmium, videtur quòd in quibusdam sit maior quam in alijs.

¶Præterea, Impassibilitas diuiditur contra dotem claritatis: sed illa non erit æqualis in omnibus, vt patet 1. Corinth. 15. ergo nec impassibilitas.

CONCLVSIO.

¶Impassibilitas quantùm ad se omnibus erit æqualis: quantùm verò ad causam suam, erit in vno maior quam in altero.

¶RESPONDEO dicendum, quòd impassibilitas potest dupliciter considerari: vel secundum se, vel secundum causam suam. Si secundum se consideretur: quia solam negationem vel priuationem importat, non suscipit magis & minùs: sed erit æqualis in omnibus beatis. Si autem consideretur secundum suam causam, sic erit in vno maior quàm in alio. Causa autem eius est dominium animæ super corpus, quod quidē dominiū causatur ex hoc quòd fruitur Deo immobiliter: vnde in illo qui perfectiùs fruitur, est maior impassibilitatis causa.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ glo. illa loquitur de impassibilitate secundum se, & non secundum causam suam.

¶Ad secundum dicendum, quòd quamuis negationes & priuationes secundum se non intendantur nec remittantur, tamen intenduntur & remittuntur ex causis suis, sicut dicitur esse locus magis tenebrosus, qui habet plura & maiora obstacula lucis.

¶Ad tertium dicendum, quòd aliqua non solùm intenduntur per recessum a contrario, sed per accessum ad terminum, sicut lux intenditur. Et præterea etiam impassibilitas est maior in vno quàm in alio, quamuis in nullo aliquid passibilitatis remaneat.

ARTICVLVS III.

¶Vtrū impassibilitas sensum in actu à corporibus glorioſis excludat.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd impassibilitas sensum in actu à corporibus glorioſis excludat. Quia sicut dicit Philosophus in secundo de Anima, sentire est quoddam pati: corpora autem glorioſa erunt impassibilia, ergo non sentient in actu.

¶Præterea. Immutatio naturalis præcedit immutationem animalem, sicut esse naturale præcedit esse intentionale. sed corpora glorioſa ratione impassibilitatis non immutabuntur immutatione naturali, ergo nec immutatione animali, quæ requiritur ad sentiendum.

¶Præterea. Quādocunq; sit sensus in actu, cū noua receptione, fit nouū iudicium: sed ibi nō erit nouū iudicium, quia erūt ibi cogitationes volubiles: ergo non sient ibi sensus in actu.

¶Præterea. Quando anima est in actu vnius potentię: remittitur actus alterius potentiæ sed anima summè erit intenta ad actum virtutis intellectiuæ, qua Deum contemplabitur, ergo non erit aliquo modo in actu virtutis sensitiuæ.

¶SED CONTRA est quod dicitur Apoc. 1. Videbit eum omnis oculus: ergo erit ibi sensus in actu.

¶Præterea. Secundum Philosophum in primo de Anima, animatum ab inanimato distinguitur sensu & motu, sed ibi erit in actu motus, quia tanquam scintillæ in arundineto discurrent: Sapien. 1. ergo & sensus in actu.

CONCLVSIO.

¶Impassibilitas non excludit sensus in actu a corporibus glorioſis, sed erunt per susceptionem à rebus quæ sunt extra animam.

¶RESPONDEO dicendum, quòd aliquem sensum esse in corporibus beatorum omnes ponunt, aliàs corporalis vita Sanctorum post resurrectionem alsimilaretur magis sumno, quàm vigiliæ, quod non competit illi perfectioni, eò quod in sumno corpus sensibile non est in vltimo actu vitæ, propter quod sumnus dicitur vitæ dimidium in primo Ethi. sed in modo sentiendi diuersi diuersa opinantur. Quidam enim dicunt quòd corpora glorioſa sunt impassibilia & propter hoc non receptibilia peregrinæ impressionis, & multò minùs quā corpora cœlestia: quia non erit ibi sensus in actu per receptionem alicuius speciei à sensibilibus, sed magis extra mittendo. Sed hoc non potest esse quia in resurrectione natura speciei manebit eadem in homine, & omnibus partibus eius: huiusmodi autem est natura sensus vt sit potentia passiua, vt in secundo de anima probat Philosophus. Vnde si in resurrectione Sancti sentient extra mittendo & non recipiendo, non esset sensus in eis virtus passiua: sed actiua: & sic non esset eiusdem speciei cum sensu, qui nunc est sed esset aliqua virtus eis data: sicut enim materia nunquam fit forma: ita potentia passiua nunquam fit actiua. Et ideò alij dicunt quòd sensus in actu fiet per susceptionem, non quidem ab exterioribus sensibus, sed per effluxū à superioribus viribus: vt sicut nunc superiores vires accipiunt ab inferioribus, ita econtrario tunc inferiores accipient, à superioribus. Sed iste modus receptionis non facit verè sentire, quia omnis potentia passiua secundum suæ speciei rationem determinatur ad aliquid actiuum speciale: quia potētia inquātum huiusmodi, habet ordinem ad illud, respectu cuius dicitur: vnde cū propriū actiuum in sensu sit res existēs extra animā: & nō in tētio eius existēs in imaginatione vel ratione, si organum sentiēdi nō moueatur à rebus extra, sed ex imaginatione vel a superioribus viribus alijs, nō erit verè sentire. Vnde non dicimus q̄ phrenitici & alij mēte capti in quibus propter victoriā imaginatiuæ virtutis fit huiusmodi defluxus specierū ad organa sentiēdi, verè sentiāt, sed quia videtur eis q̄ sentiāt. Et ideò dicendū est cū alijs, q̄ sensus corporū glorioſorum erit per susceptionē à rebus, quæ sunt extra animā. Sed sciendū est quòd organa sentiendi immutantur à rebus, quę sunt extra animam dupliciter. Vno modo immutatione naturali, quando scil icet organum disponitur eadem qualitate naturali, qua disponitur res extra animam, quæ agit in ipsis: sicut cùm manus fit calida ex tactu rei calidæ, vel odorifera ex tactu rei odoriferæ. Alio modo immutatione spirituali, quando recipitur qualitas sensibilis in instrumento secūdum esse spirituale, id est species siue intētio qualitatis & nō ipsa qualitas, sicut pupilla recipit speciem albedinis, & tamen ipsa nō efficitur alba. Prima ergo receptio nō causat sensum, per se loquendo, quia sensus est susceptiuus specierum in materia præter materiā, id est præter esse materiale, quod habebāt extra animam: vt dicitur in 2. de Anima: & hæc receptio immutat naturam recipientis: quia recipitur hoc modo qualitas secūdum esse suum materiale: vnde illa receptio non erit in corporibus glorioſis, sed secunda, quę per se facit sensum in actu, & non immutat naturam recipientis.

¶AD PRIMVM ergo dicendū (quòd iam patet ex dictis) q̄ ex hac passione, quæ est in actu sentiendi, quæ non est aliud quàm receptio prædicta, non trahitur corpus extra naturalem suam qualitatem, sed spiritualiter perficitur: vnde impassibilitas glorioſorum corporum hanc passionem non excludit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Ad secundum dicendum, q̃ omne passiuum recipit actionẽ agentis secundũ suum modũ: si ergo aliquid sit quod fit natum sic immutari ab actiuo naturali & spirituali immutatione, immutatio naturalis præcedit immutationem spiritualem, sicut esse naturale precedit esse intentionale: si autem natum sit immutari spiritualiter tantùm, non oportet quòd immutetur naturaliter: sicut de aere, qui non est receptiuus coloris secundũ esse naturale, sed solùm secundũ esse spirituale: & ideò hoc solummodò immutatur: sicut ecõtrario corpora inanimata immutantur per qualitates sensibiles solum naturaliter, in corporibus autem gloriosis non poterit esse aliqua immutatio naturalis: & ideò ibi erit spiritualis immutatio tantùm.

¶Ad tertium dicendũ, quòd sicut erit noua receptio speciei in organo sentiendi, ita erit nouum iudicium sensus communis, non autem nouum iudicium intelligens de hoc, sicut in eo qui vi det aliquid quod prius sciuit. Q̃od aũt dicit Aug. non erũt ibi cogitationes volubiles, intelligitur de cogitationibus intellectiuæ partis: vnde non est ad propositum.

¶Ad quartum dicendum, quòd quãdo vnũ duorum est ratio alterius, occupatio animæ circa vnum non impedit vel remittit occupationem eius circa aliud. Sicut medicus dum videt vrinam, non minùs non potest considerare artis regulas de coloribus vrinarum, sed magis & quia Deus apprehenditur à Sãctis, vt ratio omnium quæ ab eis agentur vel cognoscerentur: ideò occupatio eorum circa sensibilia sentienda vel quæcunque alia contemplanda in nullo impedit diuinam contemplationem, nec econtrario. Vel dicendum quòd ideò vna potentia impeditur in actu suo quando alia vehemẽter cooperatur, quia vna potentia de se nõ sufficit ad tam diuersam operationem nisi ei subueniatur per id quod erat alijs potentijs vel mẽbris influendum à principio vitæ: & quia in Sanctis erunt omnes potentiæ perfectissimæ, vna poterit intensè operari, ita quòd ex hoc nullum impedimentum præstabitur actioni alterius potentiæ, sicut & in Christo fuit.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm in Beatis post resurrectionem sint omnes sensus in actu.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd non sint ibi omnes sensus in actu. Tactus enim est primus inter omnes alios sensus, vt dicitur in lib. de Anima: sed corpora gloriosa carebunt actu tactus, quia sensus tactus fit in actu per immutationem corporis animalis, ab aliquo exteriori corpore prædominante in aliqua qualitatum actiuarum vel passiuarũ, quarum est tactus discretiuus, qualis nunc immutatio esse non poterit: ergo non erit ibi omnis sensus in actu.

¶ Præterea, Sed gustus deseruit actui virtutis nutritiuæ: sed post resurrectionem huiusmodi actus non erit: ergo frustra esset ibi gustus.

¶Præterea, Post resurrectionẽ nihil corrũpetur, quia tota creatura vestietur quadã virtute incorruptionis: sed sensus odoratus in actu suo esse nõ potest nisi aliqua corruptiõe facta, quia odor nõ sentitur sine aliqua fumali euaporatiõe, quę in quadã resolutiõe cõsistit: ergo sensus odoratus nõ erit ibi in suo actu.

¶Præterea, Auditus deseruit disciplinæ, vt dicit ar. in libro de sensu: sed nõ erit post resurrectionem beatis necessaria aliqua disciplina per sensibilia, quia diuina sapientia replebuntur ex ipsius visione: ergo non erit ibi auditus.

¶Præterea, Visio fit secundum quòd in pupilla recipitur species rei visæ: sed hoc nõ poterit esse post resurrectionẽ in beatis: ergo nõ erit ibi visus in actu, qui tamen est omnium sensuũ nobilior. Probatio mediæ. Illud quod est lucidum in actu, nõ est receptiuum speciei visibilis: vnde speculum directè positũ sub radio Solis non repræsentat speciẽ corporis apposĩti: sed pupilla sicut & totum corpus erit claritate dotata: ergo nõ recipietur ibi aliqua species colorati corporis.

¶Præterea, Secundum perspectinos omne quod videtur, sub angulo videtur: sed hoc non competit corporibus gloriosis: ergo non habebunt sensum in actu. Probatio mediæ: Quandocunque aliquid videtur sub angulo, oportet esse aliquam proportionem anguli ad distantiã rei visæ: quia quod à remotiori videtur, minus videtur & sub minori angulo: vnde posset esse ita paruus angulus q̃ nihil de re videretur: si ergo oculus gloriosus videbit sub angulo, oportet quòd videat sub determinata distantia & ita quòd nõ videat aliquid à remotiori, quàm modò videmus, quod videtur absurdum: & sic videtur quòd sensus visus actu non erit in corporibus gloriosis.

¶SED CONTRA, Potentia cõiuncta actui est perfectior quàm non coniuncta: sed natura humana erit in beatis in maxima perfectione: ergo erunt ibi omnes sensus in suo actu.

¶Præterea, Vicinius se habent ad animam potentiæ sensitiuæ, quàm corpus: sed corpus præmiabitur vel punietur propter merita vel demerita animæ. ergo & omnes sensus præmiabuntur in beatis, & punientur in malis, secundum delectationẽ & dolorem vel tristitiam quę in operatione sensus consistunt.

CONCLVSIO.

¶Sensus odoratus & auditus erunt post resurrectionem in actu, non autem gustus, nisi forte per quandam immutationem linguæ a quodam humore adiuncta.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt quòd in corporibus gloriosis erunt omnes potentiæ sensuum, non tamen erunt in actu, nisi duo sensus, scilicet tactus & visus: nec hoc erit ex defectu sensuum, sed ex defectu medij & obiecti: nec tamen erunt frustra quia erunt ad integritatem humanæ naturæ, & ad cõmendandam sapientiam Creatoris. Sed hoc non videtur verum, quia hoc quod est medium in istis sensibus, est etiam in alijs mediũ. In visu enim est medium aer, qui etiam est medium in auditu & odoratu, sicut patet in secundo de Anima. Similiter etiam gustus habet medium coniunctum sicut & tactus, cùm gustus sit tactus quidam, vt in eodem libro dicitur. Odor etiam erit ibi qui est obiectum odoratus: cùm Ecclesia cantet, quòd odor suauissimus erunt corpora sanctorum. Laus vocalis erit in patria. Vnde dicitur super illud Psal. Exultationes Dei in gutture eorum: quòd corda & linguæ non desinent laudare Deum. Et idem etiam habetur per Glos. super illud Oseæ 14. In canticis & cymbalis, & cætera.

¶Et ideò secũdum alios dicendum, quòd odoratus & auditus erunt ibi in actu, sed gustus non erit ibi, ita quòd immutetur ab aliquo cibo vel potu sumpto, vt patet ex dictis: nisi forte dicatur, quòd erit ibi gustus in actu per immutationem linguæ ab aliqua humiditate adiuncta.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd qualitates, quas tactus percipit, sunt illæ ex quibus constituitur animatum corpus vnde per qualitates tangibiles corpus animalis secundum statum præsentem natum est immutari immutatione naturali & spirituali ab obiecto tactus. Et ideò tactus dicitur maximè materialis inter alios sensus, quia habet plus de materiali immutatione adiuncta: non tamen immutatio materialis sensus habet ad actum sentiendi qui perficitur spirituali immutatione nisi per accidens. Et ideò in corporibus gloriosis, à quibus impassibilitas excludit naturalem immutationem, erit immutatio à qualitatibus tangibilibus spiritualis tãtum, sicut etiam in corpore Adæ fuit quod nec ignis nec gladius scindere potuisset, & tamen horum sensum habuisset.

¶Ad secundum dicendũ, quòd gustus secundum quod est sensus alimenti, non erit in actu, sed secundum quòd est iudicium saporum, esse poterit forte per modum prædictum.

¶Ad tertium dicendum, quòd quidam posuerunt quòd odor nihil aliud est quàm quædam fumalis euaporatio. Sed hæc propositio non potest esse vera: quod patet ex hoc quòd vultures immutantur ex odore percepto ad cadauera ex locis remotissimis: cùm tamen non esset possibile, quòd euaporatio aliqua pertingeret à cadauere ad tam remota loca, etiam si totum resolueretur in vaporem, & præcipuè cùm sensibilia in æquali distantia ad quamlibet partem immutentur. Vnde odor immutat medium quandòque & instrumentum sentiendi spirituali immutatione sine aliqua euaporatione pertingente ad organũ sed quòd aliqua euaporatio requiratur, hoc est eò quòd odor in corporib⁹ est humiditate aspersus. Vnde oportet resolutionem fieri ad hoc quòd percipiatur. Sed in corporibus gloriosis erit odor in sua vltima perfectione nullo modo per humidum repressus: vnde immutabit spirituali immutatione, sicut odor fumalis euaporationis facit & sensus odoratus in sanctis quia nulla humiditate impedietur: & cognoscet nõ solũ excellentia odoris, sicut nunc in nobis cõtingit propter nimiam cerebri humiditatem, sed etiam minimas odorum differentias.

¶Ad quartum dicendum, quòd in patria erit laus vocalis, quãuis quidam aliter dicant, quòd sola immutatione spirituali organum auditus immutabit in beatis, nec erit propter disciplinam qua scientiam acquirat, sed propter perfectionem sensus & delectationem: quomodò autem vox ibi formari poterit, dictum est in secundo libro.

¶Ad quintum dicendum, quòd incensio lumi⁹is non impedit receptionem spiritualem speciei coloris, quammodò maneat in natura diaphani: sicut patet quantũcunque illuminetur aer potest esse medium in visu, & quãto est magis illuminatus, tanto per ipsum aliquid clarius videtur: nisi sit defectus ex debilitate visus. Quia autem in speculo directè opposito radio Solis non appareat species corporis opposĩti, non est propter hoc quòd impediatur receptio, sed propter hoc quòd impeditur reuerberatio. Oportet enim ad hoc quòd forma in speculo appareat,

pareat, quòd fiat quędã reuerberatio ad aliquod corpus obscurum: & ideò plumbum vitro adiũgitur in speculo: hic autem obscuritatem radius solis repellit, vnde non potest apparere species in aliquo speculo. Claritas autẽ corporis gloriosi non aufert diaphaneitatem à pupilla, quia gloria non tollit natura: vnde magnitudo claritatis in pupilla magis facit ad acumen visus quàm ad eius defectum.

¶Ad sextum dicendum, quòd quantò sensus est perfectior, tãtò ex minori immutatione facta potest obiectum suum percipere: quantò autem sub minori angulo visus à visibili immutatur, tantò minor immutatio est: & inde est quòd visus fortior magis à remotis aliquid videre potest, quàm visus debilior: quia quantò à remotiori videtur, sub minori angulo videtur: & quia visus corporis gloriosi erit perfectissimus, ex paruissima immutatione poterit videre: vnde sub angulo multò minori videre poterit quàm modò possit, & per consequẽs multò magis à remotis.

QVAESTIO OCTVAGESIMA TERTIA, *De subtilitate corporum beatorum, in sex articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de subtilitate corporum beatorum.

¶Circa quod quæruntur sex.

¶Primò, vtrùm subtilitas sit proprietas corporis gloriosi.

¶Secũdò, vtrùm ratione huius subtilitatis possit esse in eodem loco cum alio.

¶Tertiò, vtrùm per miraculum duo corpora possint simul esse in eodem loco.

¶Quartò, vtrũ duo corpora gloriosa possint esse simul in eodem loco.

¶Quintò, vtrũ corpus gloriosum necessariò requirat æqualem sibi locum.

¶Sextò, vtrùm corpus gloriosum sit palpabile.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm subtilitas sit proprietas corporis gloriosi.

Thom. dist. 44. q. 1. a. 3. q. 2. Scot. dist. 49. q. 1. Ocham. q. 6. quæst.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd subtilitas non sit proprietas corporis gloriosi. Proprietas enim gloriæ excedit proprietatem naturæ, sicut gloriæ claritas claritatem Solis, quæ est maxima in natura: si ergo subtilitas est proprietas corporis gloriosi, videtur quòd corpus sit subtilius futurũ omni quod est subtile in natura: & ita erit ventis aereq; subtilius: quod est hæresis à Greg. in Cõstantinopolitana vrbe damnata, vt ipse narrat in 4. libr. Moral.

¶Præterea. Sicut caliditas & frigiditas sunt quædã qualitates simplicium corporum, scilicet elementorũ & subtilitas: sed calor & alię qualitates elementorũ non intenduntur in gloriosis corporibus magis quàm nunc, imò magis ad medium reducẽtur: ergo neque subtilitas in eis erit maior quàm nunc sit.

¶Præterea. Subtilitas inuenitur in corporibus propter paucitatem materię: vnde corpora quæ habẽt minus de materia sub æqualibus dimensionibus, dicimus magis subtilia vt ignẽ aere, & aerem aqua, & aquam terra: sed tantum de materia erit in corporibus gloriosis, quantum nunc est: ergo tunc non erunt magis subtilia, quàm nunc sunt.

¶SED CONTRA est quod dicitur 1. Cor. 15. Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale, id est spiritui simile, sed subtilitas spiritus excedit omnem subtilitatẽ corporis: ergo corpora gloriosa erunt subtilissima.

¶Præterea. Corpora quãto sunt subtiliora, tãtò nobiliora: sed corpora gloriosa sunt nobilissima: ergo erunt subtilissima.

CONCLVSIO.

¶Cùm ratione animæ glorificatæ corpus gloriosum dicatur spirituale, merito subtilitas est proprietas corporis gloriosi per effectum spiritualis potentiæ.

¶RESPONDEO dicendum, quòd nomen Subtilitatis à virtute est assumptum, scilicet penetrandi, vnde dicitur in secundo de Generatione, quòd subtile est repletiuum partibus & partium partibus, quòd autem aliquod corpus sit penetratiuum, contingit ex duobus. Primo, ex paritate quantitatis præcipuè secundum profunditatem & latitudinem, nõ autem secũdum longitudinem, quia penetratio fit in profundum: vnde longitudo penetrationi non obstat. Secundò, ex paucitate materiæ: vnde rara subtilia dicimus, & quia in corporibus raris forma prædominatur materiæ magis: ideò transfertur nomen subtilitatis ad illa corpora quæ optimè subsistant formæ, & perficiuntur ab ea completissimo modo, sicut dicimus subtilitatem esse naturæ in Sole & Luna & alijs huiusmodi: sicut autem huiusmodi potest dici subtile, quando perfectissimè completur in esse & virtute suæ speciei. Et quia res incorporeæ quantitate carent & materia, nomen Subtilitatis ad eas transfertur non solùm ratione suæ substantiæ, sed etiam ratione suæ virtutis: sicut enim subtile dicitur penetratiuum, quia pertingit vsque ad intima rei: ita etiam dicitur aliquis intellectus subtilis, quia pertingit ad inspicienda intrinseca principia, & proprietates naturales rei latentis. Et similiter dicitur aliquis habere visum subtilem, quia aliquod minimum potest visu pertingere, & similiter est de alijs sensibus, & secundum hoc diuersimodè subtilitarẽ corporibus gloriosis attribuerũt. Quidam etiam hæretici, vt Augu. narrat, attribuerunt eis subtilitatem secundum modum, quo spirituales substantiæ subtiles dicuntur, dicentes quòd in resurrectione corpus verterur in spiritum, & ratione huius corpora resurgentium Apostolus spiritualia nominat, 1. Cor. in. 15. Sed non potest stare. Primò, quia corpus in spiritum transire non potest, cùm non communicent in materia, quod etiam Boetius ostendit in libr. de Duabus naturis. Secundò, quia si hoc esset possibile corpore in spiritum conuerso, non resurgeret homo, qui ex anima & corpore naturaliter constat. Tertiò, quia si Apostolus sic intelligeres, sicut nominat corporalia spiritualia, pari ratione nominaret corpora animalia, quæ in animam sunt conuersa: quod patet esse falsum. Vnde quidam hæretici dixerunt, quod corpus in resurrectione remanebit, sed habebit subtilitatem secundum modum rarefactionis, ita q̃ corpora humana in resurrectione erunt aerea, vel vento similia, vt Grego. narrat in 23. libr. Moral. sed hoc etiam non potest stare, quia corpus post resurrectionem palpabile habuit Dominus: vt patet Luc. vlti. Spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere, quod præcipuè subtile credendum est. Et præterea, corpus humanum cum carnibus & ossibus resurget, sicut corpus Domini, vt dicitur Luc. vlti. Spiritus carnem & ossa nõ habet, sicut me videbitis habere: & Iob 19. dicitur. In carne mea videbo Deum saluatorem meum: natura autem carnis & ossis hanc raritatem non potest habere.

¶Et ideò est assignãdus corporibus gloriosis alius modus subtilitatis, vt dicantur subtilia propter completissimam corporis perfectionem: sed hæc completionem quidam eis attribuũt ratione quintæ essentiæ, quæ in eis tunc maximè dominabitur, quod esse non potest. Primò, quia nihil de quinta essentia potest venire in compositionem corporis, vt in tertio libr. ostensum est. Secundò, quia dato quòd veniret in compositionem corporis humani, non posset intelligi quòd dominaretur magis tunc, quàm nunc supra naturam elementarem, nisi ita quòd esset in corporibus humanis plus secundum quantitatem de natura cœlesti: & sic corpora humana non essent eiusdem staturæ, nisi fortè minueretur natura elementaris in homine, quod repugnat integritati resurgentium, vel ita quòd natura elementaris indueret proprietates naturæ cœlestis ex eius dominio in corpore, & sic naturalis virtus esset causa proprietatis gloriosæ, quod videtur absurdum.

¶Et ideò alij dicunt quòd dicta completio, ex quo corpora humana subtilia dicuntur, erit ex dominio animæ glorificatæ, quæ est forma corporis super ipsum, ratione cuius corpus gloriosum spirituale dicitur, quasi omninò spiritui subiectum. Prima autem subiectio, qua corpus animæ subijcitur, est ad participandum esse specificum prout subijcitur sibi vt materia formæ, & deinde subijcitur ei ad alia opera animæ, prout anima est motor, & ita prima ratio spiritualitatis in corpore est ex subtilitate, & deinde ex agilitate, & alijs proprietatibus corporis gloriosi. Et propter hoc Apostolus in spiritualitate tetigit dotem subtilitatis, vt Magistri exponunt: vnde Gregorius dicit decimoquarto Moralium, quòd corpus gloriosum dicitur subtile per effectum spiritualis potentiæ, & per hoc patet solutio ad obiecta, quæ procedunt de subtilitate, quæ est per rarefactionem.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm ratione huius subtilitatis competat corpori glorioso esse in eodem loco cum alio non glorioso.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd ratione huius subtilitatis competat corpori, q̃ sit simul in eodem loco cum alio non glorioso. Quia vt dicitur Philip. 3. reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ: sed corpus Christi potuit simul esse cum alio corpore in eodem loco: vt patet per hoc quòd post resurrectionẽ intrauit ad discipulos ianuis clausis, vt dicitur Ioan. 20. ergo & corpora gloriosa ratione subtilitatis poterunt esse cum alijs corporibus non gloriosis in eodem loco.

¶Præterea. Corpora gloriosa erunt nobiliora omnibus alijs corporibus, sed quædam nunc ratione suæ nobilitatis possunt esse simul cum alijs corporibus, scilicet radij solares: ergo

Universidad de Deusto
Biblioteca

multo fortius hoc conueniet corporibus glorioſis.

¶Præterea, Corpus cœleſte non poteſt diuidi ad minus, quantum ad ſubſtantiam ſphærarum: vnde dicitur Iob 27. quod cœli velut ære ſolidiſſimi firmati ſunt: ſi ergo corpus glorioſum non poteſt ſimul eſſe cum alio corpore in eodem loco ratione ſubtilitatis, nunquam ad cœlum empyreum aſcendere poterit, quod eſt erroneum.

¶Præterea, Corpus quod nõ poteſt ſimul eſſe cum alio corpore, poteſt ex alterius obſtaculo impediri in motu ſuo vel etiam includi: ſed hoc non poteſt cõtingere corporibus glorioſis: ergo poſſunt ſimul eſſe in eodem loco cum alijs corporibus.

¶Præterea, Sicut ſe habet punctus ad punctum, ita linea ad lineam, & ſuperficies ad ſuperficiem, & corpus ad corpus: ſed duo puncta poſſunt eſſe ſimul, vt patet quando lineæ ſe tangunt, & ſimiliter duę lineæ in contactu duarum ſuperficierum & de ſuperficie in contactu duorum corporum: quia contigua ſunt quorũ vltima ſunt ſimul: vt patet 6. Phy. ergo non eſt contra naturam corporis quin poſſit eſſe ſimul cum alio corpore in eodem loco: ſed quicquid nobilitatis natura corporis patitur, totum corpori glorioſo præſtabitur: ergo corpus glorioſum ex ſuæ ſubtilitatis proprietate habebit quòd poſſit eſſe ſimul cum alio corpore in eodem loco.

¶SED CONTRA eſt quod Boet. dicit in libro de Trinitate in numero differentiam varietas accidentium facit. Nam tres homines neque genere, neque ſpecie, ſed ſuis accidentib. diſtant: nam ſi omnino cuncta ab his accidentia ſeparamus, tamen locus eſt cunctis diuerſus, quem vnum fingere nullo modo poſſumus: ergo ſi ponantur duo corpora eſſe in vno loco, erit vnum corpus numero.

¶Præterea, Corpora glorioſa maiorem conuenientiam habebunt cum loco quàm ſpiritus angelici: ſed ſpiritus angelici, vt quidam dicunt, non poſſunt diſtingui numero niſi eſſent in diuerſis locis, & propter hoc ponunt quòd neceſſe eſt eſſe eos in loco & quòd ante mundum creari non potuerũt: ergo multò magis debent dicere quòd duo corpora qualiacũque non poſſunt eſſe in eodem loco.

CONCLVSIO.

¶Nullo modo cõpetere poteſt corpori glorioſo, vt ratione ſuæ ſubtilitatis poſſit eſſe ſimul cum corpore nõ glorioſo, niſi ex operatione diuinæ virtutis, quæ tolleret id quo impediebatur, ne cũ corpore glorioſo eſſe poſſet.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd non poteſt dici quòd corpus glorioſum ratione ſuę ſubtilitatis habeat quod poſſit eſſe cum alio corpore in eodem loco, niſi per ſubtilitatem auferatur id per quod prohibetur nunc eſſe ſimul cum alio corpore in eodem loco. Dicunt autem quidã quòd prohibetur ad hoc in iſto ſtatu ratione corpulentiæ, per quam habet quòd replet locum, quæ quidem corpulentia ab eo per ſubtilitatis dotem tolleretur. Sed non poteſt hoc ſtare propter duo. Primò quia corpulentia, quam dos ſubtilitatis aufert, eſt ad defectum pertinens, puta aliqua inordinatio materiæ nõ perfectè ſubſtantis ſuæ formæ. Totum enim quod ad integritatem corporis pertinet, in corpore reſurget, tam ex parte formæ quã ex parte materiæ: quia quòd aliquod corpus ſit repletiuum loci, hoc habet per illud, quod eſt de integritate naturæ eius, & non ex aliquo defectu naturæ. Cùm enim plenum opponatur vacuo, illud ſolùm non replet locum, quo poſito in loco, nihilominus manet vacuus locus. Vacuum autem definitur in 4. Phy. quòd eſt locus nõ plenus ſenſibili corpore dicitur autem aliquod corpus eſſe ſenſibile ex materia & forma & naturalibus accidentalibus, quæ omnia ad integritatem naturæ pertinent: conſtat etiã quod corpus glorioſum erit ſenſibile, etiam ſecũdum tactum, vt patet in corpore Domini, Luc. vlt. nec enim deerit materia aut forma, aut naturalia accidentia, ſcilicet calidum & frigidum, & huiuſmodi. Vnde patet quòd corpus glorioſum nõ obſtante ſubtilitatis dote replebit locũ. Inſania enim videtur dicere quòd locus vbi eſſet corpus glorioſum, eſſet vacuus. Secundò, ratio eorum prædicta non valet, quia coexiſtentiã corporis impedire in eodem loco eſt plus quàm replere locum. Si enim ponamus dimenſiones eſſe ſeparatas ſine materia, illę dimenſiones replent locum. Vnde quidam ponentes dixerunt vacuum eſſe locum, in quo ſunt huiuſmodi dimenſiones ſine aliquo ſenſibili corpore, & tamen iſtæ dimenſiones prohibentur ne ſint ſimul cum alio corpore in eodem loco, vt patet per Philoſophum in 4. Phyſic. & in 3. Metaphy. vbi habet pro inconuenienti, quòd corpus mathematicum, quod nihil eſt aliud quàm dimenſiones ſeparatæ, ſit ſimul cum alio corpore naturali ſenſibili. Vnde dato, quòd ſubtilitas corporis glorioſi aufert ab eo hoc quod eſt replere locum, non tamen ſequitur quòd propter hoc poſſet eſſe cum alio corpore in eodem loco: quia remoto eo quod minus eſt, non propter hoc remouetur quod plus eſt. Dicendum eſt ergo quòd illud quod impedit corpus noſtrum nunc, ne ſimul cum alio corpore ſit, in eodem loco, nullo modo poterit ab eo remoueri per dotem ſubtilitatis. Nihil enim poteſt prohibere corpus aliquod ne ſit ſimul ſituatum cum aliquo corpore in eodem loco, niſi in hoc quòd in eo requirit diuerſum ſitum: nihil enim eſt impedimentum identitatis niſi quòd eſt cauſa diuerſitatis. Hanc autem diſtinctionem ſitus non requirit aliqua corporis qualitas, quia corpori non debetur aliquis ſitus ratione ſuæ qualitatis: vnde remoto à corpore ſenſibili, quòd ſit calidum & frigidũ, aut graue, aut leue, nihilominus in eo remanet neceſſitas prædictæ diſtinctionis, vt patet per Philoſophum in 4. Phyſicor. & etiam per ſe planum eſt. Similiter etiam materia non poteſt inducere neceſſitatem prædictæ diſtinctionis, quia materiæ non aduenit ſitus niſi mediante quantitate dimenſiua. Similiter etiam neque forma ſitum habet niſi ex materia ſitum habente: reſtat ergo: quod neceſſitas diſtinctionis duorum corporum in ſitu cauſatur à natura quantitatis dimenſiuæ, cui per ſe conuenit ſitus. Cadit enim in definitione eius, quantitas enim dimenſiua eſt quantitas habens ſitum: & inde eſt, quòd remotis omnibus alijs, quæ ſunt in re, diſtinctionis neceſſitas inuenitur in ſola quantitate dimenſiua. Si enim accipiatur linea ſeparata, oportet quòd ſi ſint duæ lineæ vel duæ partes vnius lineæ, quòd ſint diſtinctæ in ſitu, aliàs linea addita lineæ non efficeret maiorem, quod eſt contra communem animi conceptionem: & ſimiliter eſt de ſuperficiebus & corporibus mathematicis: & quia materiæ debetur ſitus, inquantum ſubſiſtit dimenſioni, ex inde prædicta neceſſitas ad materiam ſituatam derivatur: vt ſicut non eſt poſſibile eſſe duas lineas vel duas partes lineæ, niſi ſint diſtinctæ ſecundum ſitum: ita impoſſibile eſt eſſe duas materias vel duas partes materiæ, niſi ſit diſtinctio ſitus: & quia diſtinctio materiæ eſt principium diſtinctionis indiuiduorum, inde quòd Boetius dicit in lib. de Trinita. quòd duobus corporibus, vnum locum fingere nullo modo poſſumus, vt hanc ſaltem accidentium varietatem diſtinctio indiui duorum requiratur: ſubtilitas autem à corpore glorioſo per dimenſionem non aufert ſibi prædictam neceſſitatem ſitus diſtinctionis ab alio corpore: & ideò corpus glorioſum non habebit ratione ſubtilitatis, quòd poſſit eſſe cum alio corpore, ſed poterit ſimul cum alio corpore eſſe ex operatione virtutis diuinæ: ſicut etiam corpus Petri non habuit ex aliqua proprietate indita, quòd ad vmbram eius ſanarentur infirmi, ſed hoc fiebat virtute diuina ad ædificationem fidei, ita faciet virtus diuina vt corpus glorioſum poſſit ſimul cum alio corpore eſſe ad perfectionem gloriæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd corpus Chriſti nõ habuit ex ſubtilitatis dote quòd poſſet eſſe ſimul cum alio corpore in eodem loco, ſed hoc factum eſt virtute diuina poſt reſurrectionem ſicut in natiuitate: vnde Greg. in Homilia dicit illud corpus Domini intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis, quod ad humanos oculos per natiuitatem ſuam clauſo exijt vtero Virginis. Vnde non oportet quòd ratione ſuæ ſubtilitatis hoc conueniat corporibus glorioſis.

¶Ad ſecundum dicendũ, quòd lumen non eſt corpus, vt in prima parte dictum eſt: vnde obiectio procedit ex falſis.

¶Ad tertium dicendum, quòd corpus glorioſum tranſibit ſpheras cœlorum ſine eorum diuiſione, nõ ex vi ſubtilitatis, ſed ex diuina virtute, quæ eis ad nutum in omnibus ſubuenit.

¶Ad quartum dicendum, quòd ex hoc quòd Deus eis ad nutum aderit in omnibus quæ volunt, ſequetur quòd non poſſint includi vel carcerari.

¶Ad quintum dicendum, quòd ſicut dicitur 4. Phyſico. Puncti non conuenit eſſe locum: vnde ſi dicatur eſſe in loco, hoc non eſt niſi per accidens, quia corpus cuius eſt terminus, eſt in loco ſicut autẽ totus locus reſpondet toti corpori, ita terminus loci reſpondet termino corporis. Contingit autem duorũ locorum eſſe vnum terminum, ſicut & duas lineas terminari adinuicem punctum: & ideò quamuis duo corpora nõ poſſunt eſſe niſi in diuerſis locis: tamen duobus terminis duorum corporum reſpondet idem terminus duorum locorum, & ſecundum hoc dicuntur vltima corporum ſe contingentium eſſe ſimul.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm per miraculum fieri poſſit quòd duo corpora ſint in eodem loco.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd nec etiam per miraculum fieri poſſit quòd duo corpora ſint in eodem loco. Non enim poteſt fieri per miraculum quòd duo corpora ſint ſimul duo & vnum, quia hoc eſſet facere contradictoria eſſe ſimul: ſed ſi ponantur duo corpora eſſe ſimul, ſequeretur, illa duo corpora eſſe vnũ: ergo non eſt poſſibile hoc per miraculum fieri, Probatio mediæ: Sint duo corpora in eodem loco, quorum vnum dicatur A, & aliud B, ergo dimenſiones A, erunt eædem cum dimenſionibus loci, aut aliæ: ſi aliæ, ergo erunt aliquæ dimenſiones ſeparatæ, quia non poteſt poni quòd dimenſiones, quæ ſunt inter terminos loci, non ſint in aliquo ſubiecto, niſi ſint in corpore locato: ſi ergo ſunt eędem, ergo eadem ratione dimenſiones B, erunt eædem cum dimenſionibus loci: ſed quæcũque vni & eidem ſunt eadem, ſibi inuicem ſunt eadem: ergo dimenſiones A, & B, ſunt eædem: ſed duorum corporum nõ poſſunt eſſe eædem dimenſiones, ſicut nec eadem albedo: ergo A, & B, ſunt vnum corpus & erant duo: ergo ſunt ſimul vnum & duo.

¶Præterea, Contra cõmunes animi conceptiones non poteſt aliquid miraculoſè fieri: vt ſcilicet pars nõ ſit minor toto, quia contraria communibus conceptionibus directè contradictionem includunt. Similiter nec concluſiones Geometricę quæ à communibus conceptionibus infallibiliter deducuntur, ſicut quòd triangulus non habeat tres angulos æquales duobus rectis: Similiter nec aliquid poteſt fieri in linea cõtra definitionẽ lineæ: quia ſeparare definitionẽ à definito, eſt ponere duo contradictoria eſſe ſimul: ſed duo corpora eſſe in eodem loco eſt contra concluſiones Geometriæ & contra definitionem lineæ: ergo non poteſt fieri per miraculum. Probatio mediæ: Concluſio eſt Geometriæ, quòd duo circuli nõ ſe tangunt niſi in puncto: ſi autem duo corpora circularia eſſent in eodem, duo circuli deſignati in eis ſe tangerent ſecundum totum. Similiter etiam eſt contra definitionem lineæ quòd infra duo puncta ſit plus, quàm vna linea recta: quod fieret ſi duo corpora eſſent in eodem loco, quia infra duo puncta ſignata in diuerſis ſuperficiebus loci eſſent duæ lineę rectæ duorum corporum locatorum.

¶Præterea, Hoc videtur non poſſe fieri per miraculum, quòd corpus incluſum in alio corpore, non ſit in loco, quia ſic habet locũ communem & non proprium: quod non poteſt eſſe: ſed hoc ſequeretur ſi duo corpora eſſent i eodẽ loco: ergo nõ poteſt fieri per miraculum. Probatio mediæ: Sint duo corpora in eodem loco, quorum vnum ſecundũ quãlibet dimenſionẽ ſit maius alio, corpus minus erit incluſum in corpore maiore, & locus corporis maioris erit locus eius communis: locũ autem proprium non habebit: quia non erit aliqua ſuperficies corporis actu ſignata, quæ contineat ipſum quod eſt de ratione loci: ergo non habebit locum proprium.

¶Præterea, Locus proportionaliter reſpondet locato: ſed nũquam poteſt fieri per miraculum, quòd idem corpus ſit ſimul in diuerſis locis niſi per aliquam couerſionem ſicut accidit in ſacramento altaris: ergo nullo modo poteſt fieri per miraculum quod duo corpora ſint ſimul in eodem loco.

¶SED CONTRA, Beata Virgo filium miraculoſè peperit ſed in illo partu oportuit duo corpora eſſe ſimul in eodem loco, quia corpus pueri exiẽs clauſtra pudoris nõ fregit: ergo poteſt miraculoſè fieri quòd duo corpora ſint in eodem loco.

¶Præterea, Hoc idem poteſt oſtendi per hoc, quòd Dominus ad diſcipulos intrauit clauſis ianuis, Ioannis 20.

CONCLVSIO.

¶Cùm à Deo tanquam prima cauſa res conſeruari poſſit ceſſantibus cauſis ſecundis, fatendum eſt miraculoſè fieri poſſe, vt duo corpora ſint in eodem loco.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ſicut ex dictis patet propter hoc neceſſe eſt duo corpora in duobus locis eſſe, quia diuerſitas materię requirit diſtinctionem in ſitu: & ideò videmus quòd quando conueniunt duo corpora in vnum, deſtruitur eſſe diſtinctum vtriuſque & acquiritur vtrique ſimul eſſe vnum indiſtinctum, vt patet in mixtionibus: non poteſt ergo eſſe quòd duo corpora remaneant duo, & tamen ſint ſimul, & verũq; conſeruet eſſe diſtinctum quod priùs habebat, ſecundum quòd vtrũq; erat ens indiuiſum in ſe & diuiſum ab aliis. Hoc autem eſſe diſtinctum dependet à principijs eſſentialibus rei ſicut à cauſis proximis, ſed à Deo ſicut à cauſa prima: & quia cauſa prima poteſt cõſeruare rẽ in eſſe ceſſantibus cauſis ſecundis, vt patet per primam propoſitionem libri de cauſis: ideò diuina virtute & ea ſola fieri poteſt, vt accidens ſit ſine ſubiecto, vt patet in ſacramento altaris: & ſimiliter virtute diuina fieri poteſt & ea ſola, quòd corpori remaneat eſſe diſtinctum ab alio corpore, quamuis eius materia non ſit diſtincta in ſitu ab alterius corporis materia, & ſic miraculoſè fieri poteſt quòd duo corpora ſint in eodem loco.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa eſt ſophiſtica, quia procedit ex ſuppoſitione falſi, vel petit principium. Procedit enim ratio illa ac ſi inter ſuperficies oppoſitas loci alicuius eſſet aliqua dimenſio propria loco, cui oportet quòd vniretur dimenſio corporis locati aduenientis. Sic enim ſequeretur quòd dimenſiones duorum corporum locatorum eſſet vna dimenſio, ſi vtraq; vnum fieret cum dimenſione loci. Hæc autem poſitio falſa eſt: quia ſecundum hoc quandocũq; corpus acquireret nouum locum, oporteret aliquam immutationem fieri in dimenſionibus loci vel locati. Non enim poteſt eſſe quòd aliqua duo fiant de nouo vnum, niſi altero eorum immutato: ſic autem, ſicut ſe rei veritas habet, loco non debetur aliæ dimenſiones quàm dimenſiones locati, patet quòd ratio nihil probat, ſed petit principium: quia ſecũdum hoc nihil eſt aliud dictum, quòd dimenſiones locati ſunt eædem cum dimenſionibus loci, niſi quòd dimenſiones locati cõtinentur infra terminos loci, & ſecundum eorum menſuram diſtãt termini, ſicut diſtarent propriis dimenſionibus, ſi eas haberent: & ſic dimenſiones corporum duorum eſſe dimenſiones vnius loci nihil eſt aliud quàm duo corpora eſſe in eodem loco, quod eſt principale propoſitum.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd poſito quòd duo corpora ſint ſimul in eodem loco per miraculum, non ſequitur aliquid neq; contra communem animi conceptionem, neq; contra definitionem lineæ, neq; contra cõcluſiones aliquas Geometrię. Sicut ſuprà dictum eſt, quantitas dimenſiua in hoc differt ab omnibus aliis accidentibus, quòd habet ſpecialem rationem indiuiduationis & diſtinctionis, quę eſt ſibi & omnibus accidentibus communis, ſcilicet ex materia ſubiecta. Sic ergo vna linea poteſt intelligi diuerſa ab alia, vel quia eſt in alio ſubiecto, quæ conſideratio eſt de linea naturali: vel quia diſtat in ſitu ab alia, quæ conſideratio eſt de linea mathematica, quæ intelligitur præter materiam: ſi ergo remoueatur materia, non poteſt eſſe diſtinctio linearum niſi ſecundum ſitum diuerſum, & ſimiliter nec punctorum nec ſuperficierum, aut quarumcũque dimenſionum: & ſic Geometria non poteſt ponere, quòd vna linea addatur aliæ, tanquam diſtincta ab ea niſi ſit diſtincta in ſitu ab ea. Sed ſuppoſita diſtinctione ſubiecti ſine diſtinctione ſitus ex diuino miraculo, intelligentur diuerſæ lineæ quæ non diſtant ſitu propter diuerſitatem ſubiecti: & ſimiliter diuerſa puncta: & ſic diuerſæ lineæ deſignatæ in duobus corporibus, quæ ſunt in eodem loco, trahuntur à diuerſis punctis ad diuerſa puncta, vt non accipiamus punctum in loco, ſed in ipſo corpore locato: quia linea non dicitur trahi niſi à puncto quod eſt terminus eius: & ſimiliter etiam duo circuli deſignati in duobus corporibus ſphæricis exiſtentibus in eodem loco quæ ſunt duo non propter diuerſitatem ſitus, aliàs non poſſent ſe tangere ſecũdum totum, ſed ſunt duo ex diuerſitate ſubiectorum, & propter hoc ſe totaliter tangẽtes, adhuc manent duo: ſicut etiam circulus ſignatur in corpore locato ſphærico tangit ſecundum totum alium circulum ſignatum in corpore locante.

¶Ad tertium dicendum, quòd Deus poſſet facere aliquod corpus non eſſe in loco, & tamen illa poſitione facta, non ſequitur quòd aliud corpus non ſit in loco: quia corpus maius eſt locus corporis minoris ratione illius ſuperficiei, quod deſignaretur ex contactu terminorum corporis minoris.

¶Ad quartum dicendum, quòd vnum corpus eſſe ſimul localiter in duobus locis, non poteſt fieri per miraculum. Corpus enim Chriſti non eſt in altari localiter, quãuis miraculoſè poſſit fieri quòd duo corpora ſint in eodem loco: quia eſſe in pluribus locis ſimul, repugnat indiuiduo ratione eius, q̃ eſt ens indiuiſum in ſe: ſequeretur enim quòd eſſet diſtinctũ in ſitu: ſed eſſe cum alio corpore in eodem loco, repugnat ei quãtùm ad hoc q̃ eſt diuiſum ab alio: ratio aũt vnius perficitur in diuiſione, vt patet in 4. Metaph. ſed diuiſio ab aliis eſt de cõſequentibus ad rationem vnius. Vnde quòd idem corpus ſit localiter ſimul in diuerſis locis, includit contradictionem, ſicut quòd homo careat ratione: ſed duo corpora eſſe in eodẽ loco, nõ includit contradictionem, vt ex dictis patet: & ideò non eſt ſimile.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrũ vnũ corpus glorioſum poſſit eſſe cũ alio glorioſo in eodẽ loco.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur quòd corpus glorioſum poſſit eſſe cum alio glorioſo in eodem loco. Quia vbi eſt maior ſubtilitas, ibi eſt minor reſiſtentia. ſi ergo corpus glorioſum eſt ſubtilius, quàm non glorioſum, minùs reſiſtet corpori glorioſo: & ita ſi corpus glorioſum poterit eſſe cum corpore non glorioſo in eodem loco, multò fortiùs cum corpore glorioſo.

¶Præterea, Sicut corpus glorioſum eſt ſubtilius non glorioſo, ita vnũ glorioſum erit ſubtilius alio: ſi ergo corpus glorioſum poterit eſſe ſimul cum non glorioſo, & corpus glorioſum magis ſubtile poterit eſſe cum glorioſo minùs ſubtili.

¶Præterea, Corpus cœli eſt ſubtile, & erit tunc glorificatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed corpus alicuius sancti poterit simul esse cum corpore cœli, quia poterunt ad terram descendere & ascendere pro suo libito voluntatis: ergo duo corpora subtilia vel gratiosa poterunt esse simul.

¶SED CONTRA. Corpora gloriosa erunt spiritualia, id est spiritibus quantum ad aliquid similia: sed duo spiritus nō possunt esse simul in eodē loco, vt in 1. lib. dictum est, ergo nec duo corpora gloriosa poterunt esse in eodem loco.

¶Præterea. Duorum corporum existentium simul vnum ab alio penetraturi: sed penetrari ab alio corpore, est ignobilitas, quę omninò à corporibus gloriosis aberit: ergo non poterunt esse duo corpora gloriosa simul.

CONCLVSIO.

¶Quanquam diuina virtute fieri posset vt duo corpora gloriosa esse possint in eodem loco (nam ratione suæ proprietatis hoc minimè fieri posset) tamen conueniens non est, vt vnum corpus gloriosum sit cum altero corpore glorioso.

¶RESPONDEO dicendum, quòd corpus gloriosum ratione suæ proprietatis non habet quod possit esse cum alio corpore glorioso in eodem loco, sicut nec vt sit simul cum corpore non glorioso: diuina autē virtute neri posset, vt duo corpora gloriosa essent simul, vel duo non gloriosa, sicut gloriosum & nō gloriosum. Sed tamen non est conueniens quòd corpus gloriosum sit simul cum alio corpore glorioso: tum quia in eis seruabitur debitus ordo, qui distinctionem requirit: tū quia vnum corpus gloriosum non seponet alteri, & sic nunquam duo corpora gloriosa erunt simul.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit ac si corpori glorioso inesset ratiōe suæ subtilitatis, quòd posset esse simul in eodem loco cū alio corpore quod tallum est.

¶Et similiter dicendum ad secundum.

¶Ad tertium dicendū, q̄ corpus cœli & alia corpora æquiocè dicuntur gloriosa, in quantū participabūt aliquid gloriæ: & non quòd eis conueniant dotes corporum glorificatorum.

ARTICVL. V.

¶Vtrùm ex sua subtilitate remoueatur à corpore glorioso necessitas existendi in æquali loco.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd ex sua subtilitate remoueatur à corpore glorificato necessitas existendi in æquali loco. Corpora enim gloriosa erūt conformia corpori Christi, vt patet Physic. 3. sed corpus Christi non coarctatur hac necessitate, vt sit in loco æqualissimò continetur totum sub paruis vel magnis dimensionibus hostiæ consecratæ: ergo & hoc idem erit in corporibus gloriosis.

¶Præterea. Philosophus probat in quarto Phyticorum, quòd si duo corpora sunt in eodem loco, sequatur quòd maximum corpus obtineat minimum locum, quia diuersę partes eius poterunt esse in eadem parte loci. Non enim differt vtrū duo corpora vel quęcunque sint in eodem loco: sed corpus gloriosum erit simul in eodem loco cum alio corpore, vt dicitur communiter: ergo poterit esse in quouis parvo loco.

¶Præterea. Sicut corpus ratione sui coloris videtur, ita cōmensuratur loco ratione suæ quantitatis: sed corpus gloriosum ita subiectum erit spiritui, quòd poterit videri & non videri, & præcipuè ab oculo non glorioso pro suo libito voluntatis, vt in Christo patuit: ergo ita quantitas subiicietur nutui spiritus, quòd poterit esse in paruo vel magno loco, & habere parvam vel magnam quantitatem ad libitum.

¶SED CONTRA est quod Philosophus dicit in 4. Phyticorum, quòd omne quod est in loco, in æquali sibi est: sed corpus gloriosum erit in loco: ergo erit in loco æquali sibi.

¶Præterea, Eædem sunt dimensiones loci & locati, vt probatur in 4. Physicorum: ergo si locus esset maior locato, esset idē maius & minus seipso, quod est inconueniens.

CONCLVSIO.

¶Necessitas existendi in æquali loco tolli non potest à corpore glorioso ex sua subtilitate.

¶RESPONDEO dicendum, quòd corpus non comparatur ad locum nisi dimensionibus propriis, secundum quas corpus locatum circunscribitur ex contactu corporis locantis: vnde quòd corpus aliquod sit in minori loco quā sit sua quantitas, hoc non potest esse nisi per hoc quòd quantitas corporis propria efficitur aliquo modo minor seipsa: quod quidem nō potest intelligi nisi dupliciter. Vno modo ex variatione quātitatis circa eandem materiam: vt scilicet materia quæ primò sub tanta magnæ quantitati, postea subit paruæ: & hoc quidam posuerunt in corporibus gloriosis dicentes quòd quantitas eorum subest ad nutum, ita quòd cùm voluerint, possunt habere magnam quantitatem, & cùm voluerint paruam. Sed hoc non potest esse, quia nullus motus, qui sit secundum aliquid intrinsecum rei, potest esse sine passione abiiciente à substantia, & ideò in corporibus incorruptibilibus, scilicet cœlestibus est solus motus localis qui non est secūdum aliquid intrinsecum: vnde patet, quod mutatio quantitatis circa materiam repugnaret impassibilitati corporis gloriosi & incorruptibilitati. Et præterea sequeretur quòd corpus gloriosum quandoque esset rarius & quādoque spissius: quia cùm nihil diuidi possit ab eo de materia sua, quia eadem materia esset sub paruis dimensionibus & quandoq; sub magnis, & ita rarefieret & densaretur, quod non potest esse. Alio modo potest intelligi quòd quantitas corporis gloriosi efficiatur minor seipsa per variationem situs, ita scilicet quòd partes corporis gloriosi subintrent se inuicem, & si redeat ad quancūq; paruam quantitatem. Et hoc quidam posuerunt dicentes, quòd ratione suę subtilitatis corpus gloriosum habebit, quòd possit esse simul cū alio corpore non glorioso in eodem loco. Et similiter potest vna pars esse intra aliam intantūm quòd totum corpus gloriosum poterit intrare per minimum porum vnius corporis: & sic ponunt quòd corpus quod exiuit de vtero Virginali, intrauit ianuis clausis ad discipulos. Sed hoc nō potest esse, tum quia corpus gloriosum non habebit quòd sit cū alio corpore simul ratione subtilitatis: tum quia etiam si haberet, vt esset cum alio corpore, non tamen cum corpore glorioso, vt multi dicūt: tum quia repugnaret rectæ dispositioni corporis humani, quæ requirit determinatum situm & distantiam partium. Vnde nec per miraculum hoc vnquam fiet. Et ideò dicendum, quòd corpus semper erit in loco sibi æquali.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd corpus Christi in altaris sacramento non est localiter, vt dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd probatio Philosophi procedit ex hoc quòd vna pars eadem ratione subintraret aliam, sed talis subintratio corporis gloriosi inuicem non potest esse, vt dictum est: & ideo ratio non sequitur.

¶Ad tertium dicendum, quod corpus videtur ex hoc q̄ agat in visum: quòd autem agat in visum vel non agat, nihil variat in ipso corpore: & ideò non est inconueniens si possit quando vult videri & quando vult, non videri: sed esse in loco non est actio aliqua procedens ab eo ratione suæ quantitatis, sicut videri ratione sui coloris: & ideò non est simile.

ARTICVLVS VI.

¶Vtrùm corpus gloriosum ratione suæ subtilitatis sit impalpabile.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd corpus gloriosum ratione suæ subtilitatis sit impalpabile. Gregorius enim dicit in Homilia in Octaua Paschæ: Corrumpi necesse est quod palpatur: sed corpus gloriosum erit incorruptibile: ergo erit impalpabile.

¶Præterea, Omne quod palpatur, resistit palpāti: sed quod potest simul esse cum aliquo, non resistit ei: cùm ergo corpus gloriosum possit esse simul cum alio corpore, non erit palpabile.

¶Præterea, Omne corpus palpabile est tangibile: sed omne tangibile corpus habet qualitates tangibiles excedentes qualitates tangentis: cùm ergo qualitates tangibiles non sint in excessu, sed reductæ in maximam æqualitatem, in corporibus gloriosis videtur quòd non sint palpabilia.

¶SED CONTRA est, q̄ Deus in corpore glorioso resurrexit, & tamen corpus palpabile habuit: vt patet Ioānis 20. Palpate & videte quia spiritus carnem & ossa non habet: ergo & corpora erunt palpabilia.

CONCLVSIO.

¶Cùm Dominus post resurrectionem in corpore glorioso habuerit corpus palpabile, sequitur corpora gloriosa esse palpabilia.

¶RESPONDEO dicendum, quòd omne corpus palpabile est tangibile, sed non conuertitur: omne enim corpus quod habet qualitates, quibus natum est immutari sensus tactus, vt aer, ignis, & huiusmodi, sunt corpora tangibilia: sed omne palpabile vlteriùs addit quòd resistit tangenti: vnde aer qui nunquā resistit transeunti per eum, sed est facilimæ diuisionis, tangibilis quidem est, sed non palpabilis: sic ergo patet quòd palpabile dicitur aliquod corpus ex duobus, scilicet ex qualitatibus tangibilibus, & ex hoc quòd resistit tangenti, vt non pertranseat: & quia qualitates tangibiles sunt calidum, & frigidum, & huiusmodi, quæ non inueniuntur nisi in corporibus grauib. & leuibus, quæ habent contrarietatem adinuicem, ac per hoc sunt corruptibilia: ideò corpora cœlestia, quæ sunt secundum naturam incorruptibilia, sunt sensibilia quidem visu, sed non tangibilia, & sic etiam nec palpabilia. Et hoc est quod Gregorius dicit quòd corrumpi necesse est omne quod palpatur. Corpus ergo gloriosum habet à natura sua qualitates quę sunt natę immutare tactum: sed tamen quia corpus est omnino subiectum spiritui, in potestate eius est, vt secundū eas immutet tactū, vel non immutet. Similiter etiam secundum naturam sibi competit, vt resistat cuilibet alteri corpori transeunti, ita quòd non possit esse cū eo simul in eodem loco: sed miraculosè hoc potest diuina virtute contingere ad nutum ipsius, quòd sit cum alio corpore in eodem loco, & sic non resistet ei transeunti: vnde secundum naturā suam palpabile est corpus gloriosum, sed ex virtute supernaturali hoc ei competit, vt cùm vult non palpetur à corpore non glorioso: & ideò Gregor. dicit quòd Dominus palpandam carnem præbuit, quam clausis ianuis introduxit, vt perfectè ostenderetur post resurrectionem corpus suum esse & eiusdem naturæ & alterius gloriæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd incorruptibilitas gloriosi corporis non est ex natura componentium, secundum quam omne quod palpatur, necesse est corrumpi, vt ex dictis patet: & ideò non sequitur.

¶Ad secundum dicendum, quòd quamuis aliquo modo possit fieri quòd corpus gloriosum sit cum alio corpore in eodem loco tamen corpus gloriosum habet in potestate sua resistere cuilibet tangenti, cùm voluerit, & sic palpari potest.

¶Ad tertium dicendum, quòd qualitates tangibiles in corporibus gloriosis non erunt reductæ ad medium rei secundum æqui distantiam ab extremis acceptum, sed ad medium proportionis secundum quòd optimè competit completioni humanæ in singulis partibus: & ideo tactus illorum corporum est delectabilissimus, quia potentia semper delectatur in conuenienti, & tristatur in excessu.

QVAESTIO OCTVAGESIMA QVARTA. *De agilitate corporum beatorum, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de agilitate beatorum corporum resurgentium.

¶Circa quod quæruntur tria.

¶Primò, vtrùm corpora gloriosa sint futura agilia.

¶Secundò, verum mouebuntur.

¶Tertiò, vtrùm mouebuntur in instanti.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm corpora gloriosa sint futura agilia.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd corpora gloriosa non sint futura agilia. Illud enim quod de se agile est, ad motum non indiget aliquo deferente, sed corpora glorificata deferentur post resurrectionem in nubibus obuiam Christo in aëra ab angelis, vt dicit Glossa primæ Thessalon. 4. ergo corpora gloriosa non erunt agilia.

¶Præterea, Nullum corpus quod mouetur cum labore & pœna, potest dici agile: sed corpora gloriosa hoc modo mouebuntur, cùm motor eorum, scilicet anima, moueat in contrarium naturæ eorum, aliàs mouerentur semper in vna parte: ergo non erunt agilia.

¶Præterea, Inter omnes operationes animalis sensus est nobilior & prior, quàm motus: sed non assignatur corporibus gloriosis aliqua proprietas, quæ perficiat eas ad sentiēdū: ergo nec debet eis attribui agilitas, per quā perficiūtur ad motum.

¶Præterea, Natura dat diuersis instrumēta dispositionis diuersæ: secundum diuersas virtutes ipsorum: vnde non eiusdem diversæ dispositionis dat instrumenta animali tardo & veloci: sed Deus multò ordinatiùs operatur quàm natura: cùm ergo corpus gloriosum habeat membra eiusdem dispositionis in figura & quantitate sicut modò, videtur quòd non habeat agilitatem aliam quàm modò habet.

¶SED CONTRA est quod dicitur 1. Cor. 15. Seminatur in infirmitate, surget in virtute: glo. id est mobile & viuum: sed mobilitas non potest dicere nisi agilitatem ad motum: ergo corpora gloriosa erunt agilia.

¶Præterea, Tarditas maximè videtur spiritualitati repugnare: sed corpora gloriosa maximè erunt spiritualia, vt dicitur 1. Cor. 15. ergo erunt agilia.

CONCLVSIO.

¶Cùm corpus gloriosum sit omninò subiectum animæ glorificatæ, corpus gloriosum erit agile sicut anima, vt ea sit habile ad obediendum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd corpus gloriosum erit omninò subiectum animæ glorificatæ, non solùm vt nihil in eo sit quod resistat voluntati spiritus, quia hoc fuit etiam in corpore Adæ, sed etiam vt sit in eo aliqua perfectio effluës ab anima glorificata in corpus, per quam habile redditur ad prædictam subiectionem, quæ quidem perfectio, dos gloriæ dicitur: anima autem coniungitur corpori non solùm vt forma, sed etiam vt motor, vtroque autem modo, oportet quòd corpus gloriosum animæ glorificatæ sit summè subiectum. Vnde sicut per dotem subtilitatis subiicitur ei totaliter, inquantùm est forma corporis, dans esse specificum: ita per dotem agilitatis subiicitur ei, inquantùm est motor: vt scilicet sit expeditum & habile ad obediendum spiritui in omnibus motibus & actionibus animæ. Quidam tamen causam agilitatis attribuunt quintæ essentiæ, quæ tunc in corporibus gloriosis dominabitur: sed de hoc frequenter dictum est, quòd non videtur conueniens. Vnde melius est, vt attribuatur animæ, à qua gloria in corpus emanat.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd corpora gloriosa dicuntur ferri ab angelis, & etiam in nubibus: non quasi eis indigeant, sed ad reuerentiā designandam, quę corporibus gloriosis etiam ab angelis & omnibus creaturis deferetur.

¶Ad secundum dicendum, quòd quantò virtus animæ mouentis dominatur magis supra corpus, tantò minor est labor in motu, qui etiam sit contra naturam corporis. Vnde illi in quibus virtus motiua est fortior, & illi qui habent ex exercitio corpus magis habilitatum ad obediendum spiritui mouenti, minùs laborant in motu: & quia post resurrectionem animæ perfectè dominabitur corpori, tum propter perfectionem propriæ virtutis, tum propter humilitatem corporis gloriosi ex redundantia gloriæ ab anima in ipsum, non erit aliquis labor in motu Sanctorum, & sic dici poterunt corpora Sanctorum agilia.

¶Ad tertium dicendū, quòd per dotem agilitatis corpus gloriosum redditur habile non solùm ad motum, sed etiam ad sensum & omnes alias animæ operationes exequendas.

¶Ad quartum dicendum, quòd sicut natura dat velocioribus animalibus instrumēta diuersæ dispositionis in figura & quantitate, ita Deus dabit corporibus Sanctorum aliam dispositionem, quàm nunc habeant, non quidem in figura & quantitate, sed in proprietate gloriæ, quæ dicitur agilitas.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm Sancti agilitate sua nunquā vtantur, ita quòd moueātur.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Sancti agilitate sua nunquam vtantur, ita quòd moueantur. Quia secundum Philosophum, motus est actus imperfecti: sed in illis corporibus nulla erit imperfectio: ergo nec aliquis motus.

¶Præterea, Omnis motus fit propter indigentiam: quia omne quod mouetur, mouetur propter adeptionem alicuius finis: sed corpora gloriosa non habebunt aliquam indigentiā: quia vt Augustinus dicit, sibi erit quicquid voles, non erit quicquid nolis: ergo non mouebuntur.

¶Præterea, Secundum Philosophum 2. de Cœl. & mun. Illud quod participat diuinam bonitatem sine motu, nobiliùs participat illam, quàm quòd participat illam cum motu: sed corpus gloriosum nobiliùs participat diuinam bonitatem, quàm aliud corpus: cùm ergo quędam alia corpora omninò sine motu remaneant sicut corpora cœlestia, videtur quòd multò fortiùs corpora humana.

¶Præterea, Augustinus dicit quòd anima stabilita in Deo, stabiliet corpus consequenter: sed anima ita erit in Deo stabilita, quod nullo modo ab eo mouebitur: ergo nec in corpore erit aliquis motus ab anima.

¶Præterea, Quantò corpus est nobilius, tantò debetur ei locus nobilior: vnde corpus Christi, quod est nobilissimum, habet locum eminentiorem inter cætera loca, vt patet Heb. 2. Excelsior cœlis factus: Gloss. loco & dignitate. & similiter vnumquodq; corpus gloriosum habebit eadem ratione locum sibi conuenientem secundum mensuram suæ dignitatis: sed locus est de pertinentibus ad gloriam: cùm ergo post resurrectionē gloria Sanctorum nunquam varietur neque in plus neque in minus, quia erunt omninò tunc in termino, videtur quòd corpora eorum nunquam de loco sibi determinato recedent, & ita non mouebuntur.

¶SED CONTRA est quod dicitur Isa. 40. Current, & non laborabunt: volabunt, & non deficient. & Sapientiæ 3. Tanquam scintillæ in arundineto discurrent: ergo erit aliquis motus corporum gloriosorum.

CONCLVSIO.

¶Sicut corpus Christi glorificatum in Ascensione motum est: ita & corpora gloriosa mouentur agilitate sua, vt ea libitum fuerit.

¶RESPONDEO dicendum, quod corpora gloriosa aliquando moueri necessarium est ponere: quia & ipsum corpus Christi motum est in Ascēsione: & similiter corpora Sanctorum quæ de terra resurgent ad cœlum empyreum ascendent, sed etiam postquam cœlos conscenderint, verisimile est quòd aliquando moueantur pro suæ libito voluntatis, vt illud quod habent in virtute actu exercentes diuinam sapientiam commendabilem ostendant, & vt visus eorum reficiatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulchritudine creaturarum diuersarum, in quibus Dei sapiẽtia eluminenter relucebat. Sentius enim non potest esse nisi præsentium, quamuis magis a longinquo possint sentire corpora gloriosa, quam non gloriosa: nec tamẽ per motum aliquid deperiet eorũ beatitudini, quæ consistit in visione Dei, quẽ vbiq; præsentiam habebunt: sicut & de Angelis dicit Greg. quòd intra Deum currunt quocúnque mittantur.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd localis motus nõ variat aliquid eorũ, quę sunt intranea rei: sed est secundum id quod est extra rem: scilicet, locũ: vnde illud quod mouetur motu locali est perfectũ quantũ ad ea quæ sunt intra rem, vt dicitur 4. Phys. quamuis habeant imperfectionem respectu loci, quia dũ est in vno loco, est in potentia ad alium locum, quia non potest esse actu in pluribus locis simul: hoc enim solius Dei est. Hinc autem defectus non repugnat perfectioni gloriæ, sicut nec defectus, quòd creatura est de nihilo: & ideo manebũt defectus huiusmodi in corporibus gloriosis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd aliquis dicitur indigere aliquo simpliciter, & secundum quid: simpliciter quidem indiget aliquis eo sine quo non potest conseruari in esse vel in sua perfectione, & sic motus in corporibus gloriosis non erit propter aliquam indigentiam, quia ad hæc omnia sufficiet eis sua beatitudo: sed secũdum quid indiget quis illo, sine quo non potest aliquem finem intentum habere, vel non ita bene vel tali modo, & sic motus erit in beatis propter indigentiam. Non enim poterunt manifestare virtutem motiuam in seipsis experimẽto, nisi moueantur: huiusmodi enim indigentias nihil prohibet in corporibus gloriosis esse.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procederet si corpus gloriosum non posset etiam sine motu participare diuinam bonitatem multò altiùs quàm corpora cœlestia: quod falsum est. Vnde corpora gloriosa non mouebuntur ad consequẽdam perfectam diuinæ bonitatis participationem. Hanc enim habent per gloriam: sed ad demonstrandam virtutem animæ: per motum autem corporum cœlestium non posset demonstrari virtus eorum, nisi quam habent in mouẽdo corpora inferiora ad generationem & corruptionem, quod non competit illi statui, & ideò ratio non procedit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd localis motus nihil diminuit de stabilitate ab anima stabilita in Deo, cùm non sit secundum aliquid intrinsecum rei, vt dictum est.

¶ Ad quintum dicendum, quòd locus congruus vnicuiq; glorioso corpori deputatus secũdum gradum suę dignitatis pertinet ad præmium accidentale: non tamen oportet quòd diminuatur aliquid de præmio, quandocúnque est extra locum suum, quia locus ille non pertinet ad præmium, secundum quòd actu continet corpus locatum, cùm nihil influat in corpus gloriosum, sed magis recipiat splendorem ab eo, sed secũdum quòd est debitus pro meritis: vnde gaudium de tali loco manet etiam ei, qui est extra locum suum.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm Sancti mouentur in instanti.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd moueantur in instanti. Augustin. dicit quòd vbicúnque voluerit spiritus, ibi erit & corpus: sed motus voluntatis, secundum quem spiritus vult alicubi esse, est in instanti: ergo & motus corporis est in instanti.

¶ Præterea, Philosophus in 4. Phy. probat quòd non sit motus per vacuum, quia oporteret aliquid moueri in instanti: quia vacuum non resistit aliquo modo mobili: resistit autẽ plenum & sic nulla proportio esset motus. qui fit in vacuo ad motum, qui fit in pleno, cùm proportio in velocitate sit secundum proportionem resistentiæ, quæ est in medio. Omnium autẽ duorum motuum, qui fiunt in tempore, oportet esse proportionales velocitates: quia omne tempus omni tẽpore proportionale est: sed similiter nullum spatium plenum potest resistere corpori glorioso, quod potest esse cum alio corpore in eodẽ loco, quocúnque modo fiat, sicut nec vacuum alteri corpori: ergo si mouetur in instanti mouebitur.

¶ Præterea, Virtus animæ glorificatæ quasi improportionaliter excedit virtutem animæ non glorificatæ: sed anima non glorificata mouet corpus in tempore: ergo anima glorificata monet corpus in instanti.

¶ Præterea, Omne quod mouetur æqualiter citò ad propinquum & distans, mouetur in instanti: sed motus corporis glorioſi est talis, quia ad quantũcúnque distans spatium mouetur in tempore imperceptibili mouetur. Vnde Aug. dicit in quæstionibus de resurrectione, quòd corpus gloriosum vtrãq; interualla pari celeritate pertingit vt radius Solis: ergo corpus gloriosum mouetur in instanti.

¶ Præterea, Omne quod mouetur, vel mouetur in tempore, vel in instanti: sed corpus glorioſum post resurrectionem non mouebitur in tempore: quia tunc iam non erit vt dicitur Apocal. 4. ergo motus ille erit in instanti.

¶ SED CONTRA, In motu locali spatium & motus & tempus simul diuiduntur, vt demõstratiuè probatur in 6. Phys. sed spatium quod transit corpus glorioſum per suum motum, est diuisibile: ergo & motus diuisibilis & tẽpus diuisibile: instans autem non diuiditur: ergo motus ille non erit in instanti.

¶ Præterea, Non potest esse aliquid simul totum in vno loco & partim in alio, quia sequeretur quòd altera pars esset in duobus locis simul, quod esse non potest: sed omne quod mouetur, partem est in termino à quo, & partim in termino ad quem, vt ostensum est in 6. Phys. omne autem quod motum est, totum est in termino, ad quem est motus, non autem potest esse quòd simul moueatur & motum sit: sed omne quod mouetur in instanti, simul mouetur & motum est: ergo motus localis corporis glorioſi non poterit esse in instanti.

CONCLVSIO.

¶ Corpora gloriosa mouentur in tempore, sed imperceptibili propter breuitatem.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc est multiplex opinio. Quidã dicunt q; corpus glorioſum transit de vno loco in alium sine hoc quòd transeat medium, & propter hoc potest corporis glorioſi motus esse in instanti sicut & volũtatis. Sed hoc non potest stare, quia corpus glorioſum nunquam peruenit ad dignitatem naturæ spiritualis, sicut nunquam desinit esse corpus. Et præterea voluntas, cùm dicitur moueri de vno loco in alium, non transfertur essentialiter de loco in locũ, quia neutro locorum illorum essentialiter continetur, sed dicitur in vnum locum, postquam fuerat directa per intentionẽ ad alium, & pro tanto dicitur moueri de loco ad locum.

¶ Et ideò alij dicũt quòd corpus glorioſum habet de proprietate naturæ suæ qua corpus est, quòd pertranseat medium, & ita quòd moueatur in tẽpore: sed virtute gloriæ, quam habet, infinitatem quandam supra naturam habet, quòd possit non pertranire medium, & sic in instanti moueri. Sed hoc non potest esse, quia implicant in se contradictionem, quod patet. Sit enim aliquod corpus quod moueatur ad A, in B, & corpus motum sit Z, constat quòd Z, quandiu est totum in A, non mouetur, similiter nec quando est totum in B, quia tunc motum esset ergo si aliquando mouetur, oportet, quòd neque sit totum in A, neque totum in B, ergo quando mouetur, vel nusquam est, vel est partim in A, vel partim in B, vel totũ in aliquo alio medio, puta in C, aut partim in C, partim in A, & partim in B. Sed non potest poni quòd nusquam sit, quia sic esset aliqua quantitas dimensiua, non habens situm, quod est impossibile. Neq; potest poni quòd sit partim in A, & partim in B. & non sit in medio aliquo modo: quia cum B, sit locus distans ab A, sequeretur in medio interiacente, q̃ pars C, quæ est in B, non esset continua parti, quæ est in A, ergo restat quòd vel sit totum in C, vel partim in eo, vel partim in alio loco, quod ponetur medium inter C, & A, puta D, & sic de alijs: ergo oportet quòd Z, non perueniat de A, in B, nisi prius sit in omnibus de medijs nisi dicatur quòd peruenit de A, in B, & nunquàm mouetur: quod implicat contradictionem, quia ipsa successio locorum est motus localis: & eadem ratio est de qualibet mutatione, quæ habet duos contrarios terminos, quorum vterunque est aliquid positiuè. Secus autem est de illis mutationibus, quæ habent vnum terminum tantùm positiuum, & alteram puram priuationem: quia inter affirmationem & negationem seu priuationem, non est aliqua determinata distantia. Vnde quod est in negatione potest esse propinquius vel remotius ab affirmatione vel econuerso, ratione alicuius quod causat alterum eorum: vel disponit ad ea, & sic dum quod mouetur, est eorum sub negatione, mutatur in affirmationem, & econtrariò: vnde etiam in eis mutans præcedit mutatum esse, vt probatur in 1. Phys. Nec est simile de motu angeli, quia esse in loco, æquiuocè dicitur de corpore & angelo, & sic patet quòd nullo modo potest esse quòd aliquod corpus perueniat de vno loco ad alium, nisi transeat omnia media.

¶ Et ideò alij hoc concedunt, sed tamen dicunt quòd corpus glorioſum mouetur in instanti. Sed ex hoc sequitur quòd corpus glorioſum in eodem instanti sit in duobus locis simul vel pluribus, scilicet in termino vltimo, & in omnibus medijs locis, quod non potest esse. Sed ad hoc dicunt quòd quamuis sit idem instans secundum rem, tamen differt ratione, sicut punctus ad quem terminantur diuersæ lineæ. sed hoc non sufficit: quia instans mensurat hoc quod est in instãti secundum rem, non secundũ hoc quod consideratur. Vnde diuersa consideratio instantis non facit quòd instans possit mensurare illa quæ non sunt simul tempore: sicut nec diuersa consideratio puncti potest facere quòd sub vno puncto loci contineantur quæ sunt distantia situ.

¶ Et ideò alij probabiliùs dicunt, quòd corpus glorioſum mouetur in tempore, sed imperceptibili propter breuitatem, & tamen quòd totum corpus glorioſum potest in minori tempore idem spatium pertransire, quàm aliud: quia tempus quantumcúnque parum accipiatur, est infinitum diuisibile.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illud quod parum deest, quasi nihil deesse videtur, vt dicitur in 2. Physico. & ideò dicimus, Statim facio, quod potest modicum tempus fieri, & per hunc modum loquitur Augustinus. quòd vbicúnque erit voluntas, ibi erit statim corpus. Vel dicendum quòd voluntas nunquam erit inordinata in Beatis. Vnde nunquam volent corpus suum esse alicubi in aliquo instanti, in quo non possit ibi esse: & sic quodcúnq; instans volũtas determinabit, corpus erit in illo loco, quem voluntas determinat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quidam contradixerunt illi propositioni, quàm Philosophus inducit in parte illa, vt Commentator ibidem dicit, dicẽtes, quòd non oportet esse proportiones totius motus ad totum motum secundum proportionẽ resistentis medij ad aliud medium resistens, sed oportet quòd secundum proportionem mediorum, per quæ transitur, attendatur proportio retardationum, quæ accidit in motibus ex resistentia medij. Quilibet enim motus habet determinatum tempus velocitatis & tarditatis ex victoria mouentis supra mobile, etiam si nihil resistat ex parte medij: sicut patet in corporibus cœlestibus, in quibus nõ inuenitur aliquid quod obstet motui ipsorum, & tamen non mouentur in instanti, sed in tempore determinato secundum proportionem potentiæ mouentis ad mobile: & ita patet quòd si ponatur aliquid moueri in vacuo, non oportebit quòd moueatur in instanti, sed quod nihil addatur tempori, quòd deberet motui ex proportione prædicta mouentis ad mobile, quia motus non retardatur.


¶ Sed hæc responsio, vt Commentator dicit, procedit ex falsa imaginatione, qua quis imaginatur quòd tarditas, quæ causatur ex resistentia medij, sit aliqua pars motus additi motui naturali, qui habet quantitatem secundum proportionẽ mouentis ad mobile: sicut vna linea additur lineæ, ratione cuius accidit in lineis, quòd non remanet eadem proportio totius ad totam lineam, quæ erat linearum additarum adinuicem: vt sic etiam nõ sit eadem proportio totius motus ad totum motum sensibilem, quæ est retardationum contingentium ex resistentia medij. Quæ quidẽ imaginatio falsa est, quia quælibet pars motus habet tantum de velocitate, quantum totus motus: non autem quælibet pars lineæ habet tantùm de quãtitate dimensiua, quantùm habet tota linea. Vnde tarditas vel velocitas addita motui, redundat in quamlibet partem eius, quod de lineis non contingit: & sic tarditas addita motui, nõ facit aliam partem motus: sicut in lineis accidebat, quòd additum est pars totius lineæ. Et ideò ad intelligendam propositionem Philosophi, vt Commentator ibidem exponit, sciendum est quòd oportet accipere totum pro vno, scilicet resistentiam mobilis ad virtutem mouentẽ, & resistẽtia medij, per quod est motus, & cuiuscũq; alterius resistentis: ita quòd accipiatur quantitas tarditatis totius motus secundũ proportionẽ virtutis mouentis ad mobile resistens quocũq; mouetur, vel ex se, vel ex alio extrinseco. Oportet enim semper, quòd mobile resistat aliquo modo mouenti, cùm mouens & motum, agens & patiens, inquantùm huiusmodi sint contraria. Quandoq; autem inuenitur resistere mobile mouẽti ex seipso, quia habet virtutem inclinantem ad contrarium motum, sicut patet ex motibus violentis: vel saltem, quia habet locum contrarium loco, qui est in intentione mouentis: cuiusmodi resistentia inuenitur etiã corporum cœlestium ad suos motores. Quandoq; autem mobile resistit virtuti mouentis ex alio tantùm, & non ex ipso, sicut patet in motu naturali grauium & leuium: quia per ipsum formam eorum inclinantur ad motum talem: est enim impressio generantis, quòd est motor ex parte grauium & leuium: ex parte autem materiæ non inuenitur aliqua resistentia neque virtutis inclinantis ad contrarium motum neque contrarij loci, quia locus non debetur materiæ nisi secundum quòd sub dimensionibus consistens perficitur forma naturali. Vnde non potest esse resistentia nisi ex parte medij: quæ quidem resistentia est motui eorum naturalis, quandoq; autem est ex vtroque sicut patet in motibus animalium. Quando ergo in motu non est resistentia nisi ex parte mobilis, sicut accidit in corporibus cœlestibus: tunc ipse modus mensuratur secundum proportionem motoris ad mobile, & in talibus non procedit ratio Philosophi quia remoto omni medio, adhuc manet motus eorũ in tempore. Sed in illis motibus, in quibus est resistentia ex parte medij tantùm accipitur mensura temporis secundum impedimentum, quod est ex medio solùm: vnde si subtrahatur omnino medium, nullum impedimentum remanebit: & sic vel mouebitur in instanti, vel æquali tempore mouebitur secundum vacuum spacium & plenum. Quia dato quòd moueatur in tempore per vacuum, illud tempus in aliqua proportione se habebit ad tempus in quo mouetur per plenum. Possibile est autem imaginari aliquod corpus in eadem proportione subtilius corpore, quo spatium plenum erat, quo si aliud spatium impleatur æquale, in tam paruo tempore mouebitur per illud plenum sicut per vacuum. Primò, quia quantùm additur ad subtilitatem medij, tantùm subtrahitur de quantitate temporis, & quantò est magis subtile, minùs resistit: sed in aliis motibus, in quibus est resistentia ex ipso mobili & ex medio, quantitas temporis est accipienda secundum proportionem mouentis potentiæ ad resistentiam mobilis & medij simul. Vnde dato quòd totaliter medium subtrahatur vel non impediat, non sequitur quòd motus sit in instanti, sed quòd tẽpus motus mensuratur tantùm ex resistentia mobilis, neq; erit inconueniẽs si per idem tempus moueatur per vacuum & per plenum aliquo subtilissimo corpore imaginato: quia determinata subtilitas medij quantò est maior, nata facere est tarditatem minorem in motu. Vnde potest imaginari tanta subtilitas, quòd erit nata facere minorem tarditatem, quàm sit illa tarditas, quam facit resistentia mobilis, & sic resistentia medij nullam tarditatem adiiciet ad motum. Patet ergo, quamuis medium non retinat corporibus gloriosis, secundum hoc quòd possint esse cũ alio corpore in eodem loco, nihilominus motus eorũ non erit in instanti: quia ipsum corpus mobile resistet virtuti mouenti ex hoc ipso, quia habet determinatum situm, sicut de corporibus cœlestibus dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis virtus animę glorificatæ excedit inæstimabiliter virtutem animæ non glorificatæ, non tamen excedit in infinitum, quia vtraque virtus est infinita: vnde non sequitur quòd moueatur in instanti, si tamen esset simpliciter infinitæ virtutis, nõ sequeretur quòd moueretur in instanti, nisi separaretur totaliter resistentia, quæ est ex parte mobilis. Quamuis autem resistentia, qua mobile resistit mouenti per contrarietatem, quam habet ad talem motum ratione inclinationis ad contrarium motum, possit à mouente infinitæ virtutis totaliter superari: tamen resistentia, quã facit ex contrarietate, quam habet ad locum, quem intendit motor per motum, non potest totaliter separari, nisi auferatur ab eo esse in tali loco. Sicut enim album resistit nigro ratione albedinis, & tantò magis, quàtò albedo magis distat à nigredine: ita corpus resistit alicui loco per hoc quòd habet locum oppositum, & tantò est maior resistentia quantò est distantia maior. Non autem potest à corpore remoueri quòd sit in aliquo loco vel situ nisi auferatur ei sua corporeitas per quam debetur ei locus: vnde quãdiu manet in natura corporis, nullo modo potest moueri in instanti, quantuncúnque sit virtus mouens: corpus autem glorioſum nunquam suam corporeitatem amittet: vnde nunquam in instanti moueri poterit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd par celeritas in verbis Augustini est intelligenda quantùm ad hoc quòd est imperceptibilis excessus vnius respectu alterius, sicut & tempus motus est imperceptibile.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quamuis post resurrectionem non erit tempus, quod est numerus motus cœli, tamen erit tempus consurgens ex numero prioris & posterioris in quocúnque motu.

QVAESTIO OCTVAGESIMAquinta, *De claritate corporum beatorum, in tres articulos diuisa.*



EINDE considerandum est de claritate corporum beatorum resurgentium.

¶ Circa quod quærũntur tria.

¶ Primò, vtrùm claritas inerit corporibus glorioſis.

¶ Secundò, vtrùm claritas illa videri poterit ab oculo non glorioſo.

¶ Tertiò, vtrùm corpus glorioſum videri possit à corpore nõ glorioſo.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm corporibus glorioſis claritas conueniat. *Tho. 4. di. 44. q. 2. ar 4. q. 1. & seq.*

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd corporibus glorioſis claritas non conueniat. Quia sicut dicit Auic. in 6. naturalium, omne corpus luminosum cõstat ex partibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

peruisis, sed partes corporis glorioſi non erunt peruiæ, cùm in aliquibus dominetur terra, ſicut in carnibus & oſſibus: ergo corpora glorioſa non erunt lucida.

¶Præterea. Omne corpus lucidum occultat illud quod eſt poſt ſe: vnde vnum luminare poſt aliud eclipſatur, flamma etiam ignis prohibet videri quod eſt poſt ſe, ſed corpora glorioſa non occultabunt illud quòd intra ea continetur: quia vt dicit Gregorius ſuper illud Iob. Non adæquabitur ei aurum & vitrum, ibi ſcilicet in cœleſti patria, vniuſcuiuſque mentem alterius oculis corpulentia non abſcondit, patebitque corporalibus oculis etiam corporalis harmonia: ergo corpora illa non erunt lucida.

¶Præterea. Lux & color contrariam diſpoſitionem requirunt in ſubiecto: quia lux eſt extremitas perſpicui in corpore non terminato: ſed color in corpore terminato, vt patet in libr. de Senſu & ſenſato: ſed corpora glorioſa erunt colorata, quia vt dicit Auguſtinus 19. de ciuit. Dei, pulchritudo corporis eſt partium conuenientia cum quadam ſuauitate coloris: pulchritudo autem corporibus cœleſtibus glorioſis deeſſe non poterit: ergo corpora glorioſa non erunt lucida.

¶Præterea. Si claritas erit in corporibus glorioſis, oportet q̃ ſit æqualis in omnibus partibus corporis: ſicut omnes partes erunt eiuſdem impaſſibilitatis & agilitatis, ſed hoc non eſt cõueniens, quia vna pars habet minorem diſpoſitionem ad claritatem quam alia, ſicut oculi quam manus, & ſpiritus quàm oſſa: & humores quàm caro vel nerus: ergo videtur quòd non debeant illa corpora eſſe lucida.

¶SED CONTRA eſt quod dicitur Matthæi 13. Fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno Patris mei, & Sapientię 3. Fulgebunt iuſti & tanquàm ſcintillæ, &c.

¶Præterea. Primæ Cor. 15. Seminatur in ignobilitate ſurget in gloria, quod ad claritatem pertinet: vt patet per ſequentia, vbi corporum reſurgentium gloriam comparat claritati ſtellarũ: ergo corpora Sanctorum reſurgent lucida.

CONCLVSIO.

¶Ex Scripturæ auctoritate veriſimum habetur, corpora Sanctorum poſt reſurrectionem lucida fore.

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd corpora Sanctorum fore lucida poſt reſurrectionem ponere oportet propter auctoritatem Scripturæ, quæ hoc promittit. Sed claritatis, huius cauſam quidam aſsignant vel attribuunt quintæ eſſentiæ, quæ tunc dominabitur in corpore humano: ſed quia hoc eſt abſurdum, vt ſæpè dictum eſt ideò melius eſt vt dicatur quòd claritas illa cauſabitur ex redũdãtia gloriæ animę in corpus. Quod enim recipitur ab aliquo: non recipitur per modum influentis: ſed per modum recipientis: & ideò claritas: quæ eſt in anima ſpirituali recipitur in corpore: vt corporalis: & ideò ſecundũ quòd anima erit maioris claritatis: ſecundum maius meritum, ita etiam erit differẽtia claritatis in corpore, vt patet per Apoſtolum 1. Corin. 15. & ita in corpore glorioſo cognoſcetur gloria animæ: ſicut in vitro cognoſcitur color corporis, quod contingit in vaſe vitreo. vt Grego. dicit ſuper illud Iob, Nõ adæquabitur ei aurum, vel vitrum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Auicenna loquitur de illo corpore. quod habet ex natura componentium claritatem: ſic autem non habebit corpus glorioſum, ſed magis ex merito virtutis.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd Greg. comparat corpora glorioſa auro propter claritatem, & vitro propter hoc quòd trãſ lucebunt: vnde videtur dicendum, quòd erunt ſimul peruia & clara. Quia enim aliquod clarum non ſit peruium, cõtingit ex hoc quòd claritas corporis cauſatur ex denſitate partiũ lucidarum, denſitas autem repugnat penetrati, ſed tunc claritas erit ex alia cauſa, vt dictum eſt, denſitas autem corporis glorioſi penetratem non tollit ab eis, ſicut nec denſitas vitri à vitro. Quidam tamen dicunt quòd comparãtur vitro, non quia ſint peruia: ſed propter hanc ſimilitudinem, quia ſicut aliquid quod in vitro clauditur, apparet: ita animę gloria quę corpore glorioſo clauditur, nõ latebit. Sed primum melius eſt, quia ſalnatur dignitas corporis glorioſi, & magis cõſonat dictis Gre.

¶Ad tertium dicendum, quòd corporis gloria naturam non tollit, ſed perficit: vnde color qui debetur corpori ex natura ſuarum partium, remanebit in eo, ſed ſuperadditur claritas ex gloria animæ. Sicut etiam videmus corpora colorata ex natura ſui ſolis ſplendore relucere, vel ex alia cauſa extrinſeca ſeu intrinſeca.

¶Ad quartum dicendum, quòd ſicut gloriæ claritas redundat ab anima in corpus ſecundum ſuum modum, & ibi eſt alio modo quàm ſit in anima, ita in qualibet parte corporis redundabit ſecundum ſuum modum. Vnde non eſt inconueniẽs, quòd diuerſæ partes habeant diuerſimodè claritatem, ſecundum quòd ſunt diuerſimodè diſpoſita ex ſui natura ad ipſam: nec eſt ſimile de aliis dotibus corporis, quarum partes corporis non inueniuntur habere diuerſam diſpoſitionem.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm claritas corporis glorioſi poſsit videri à non glorioſo oculo.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd claritas corporis glorioſi non poſsit videri à nõ glorioſo oculo. Oportet enim eſſe proportionẽ viſibilis ad viſum: ſed oculus non glorificatus nõ eſt proportionatus ad videndã claritatem glorię: cùm ſit alterius generis, quàm claritas naturę: ergo corporis glorioſi claritas nõ videbitur ab oculo nõ glorioſo.

¶Præterea, claritas corporis glorioſi erit maior quàm nunc ſit claritas ſolis: quia etiam ſolis erit tunc maior quam modò ſit, vt dicitur: & multò maior erit claritas corporis glorioſi propter quod Sol & totus mundus claritatem maiorem accipiet: ſed oculus non glorioſus non poteſt inſpicere Solem in rota ſua propter magnitudinem claritatis: ergo minùs poterit inſpicere claritatem corporis glorioſi.

¶Præterea, Viſibile oppoſitum oculis videntis neceſſe eſt videri, niſi ſit læſio aliqua in oculo: ſed claritas corporis glorioſi oppoſita oculis non glorioſis, non neceſſariò videtur ab eis, quod patet de diſcipulis, qui corpus Domini poſt reſurrectionem viderunt claritatem eius non intuentes: ergo claritas illa non eſt viſibilis ab oculo non glorioſo.

¶SED CONTRA eſt quod dicit Glo. Phil. 3. ſuper illud, Configuratum corpori claritatis ſuæ. Aſsimilabitur claritati, quam habuit in transfiguratione: ſed claritas illa viſa fuit ab oculis diſcipulorum non glorificatis: ergo & claritas corporis glorificati ab oculis non glorioſis viſibilis erit.

¶Præterea, Impij videntes gloriam iuſtorum ex hoc torquebuntur in iudicio, vt patet per hoc quod dicitur Sapien. 5. ſed non plenè viderent gloriam ipſorum, niſi eorum claritatem inſpicerent: ergo, &c.

CONCLVSIO.

¶Cùm lux ex eſſentia ſua nata ſit mouere viſum, & viſus ſecundum ſubſtantiam ſuam natus ſit percipere lucem, meritò aſſerendũ eſt, claritatem corporis non glorioſi, naturaliter ab oculo non glorioſo videri poſſe.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidam dixerunt quod claritas corporis glorioſi non poteſt videri ab oculo non glorioſo niſi per miraculum. Sed hoc non poteſt eſſe niſi claritas illa æquiuocè diceretur, quia lux ſecundum id quod eſt, nata eſt mouere viſum, & viſus ſecundum id quod eſt, natus eſt percipere lucem, ſicut verum ſe habet ad intellectum & bonum ad affectum: vnde ſi eſſet aliquis viſus, qui non poſſet percipere aliquam lucem omninò, vel ille viſus diceretur æquiuocè vel lux illa: quod non poteſt in propoſito dici: quia ſic per hoc quòd dicuntur glorioſa corpora futura eſſe lucida, nihil nobis notificaretur: ſicut qui dicit carnem eſſe in cœlo nihil notificat ei, qui non nouit niſi carnem, quod eſt animal. ideò dicendum eſt, quòd claritas corporis glorioſi naturaliter ab oculo glorioſo videri poteſt.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd gloriæ claritas erit alterius generis quàm claritas naturæ, quantum ad ſpeciei cauſam, ſed noui quantum ad ſpeciem: vnde ſicut claritas naturæ ratione ſpeciei ſuæ eſt proportionata viſui, ita claritas glorioſa.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut corpus glorioſum non poteſt pati aliquid paſsione naturę, ſed ſolùm paſsione animę, ita ex proprietate gloriæ non agit niſi actione animæ: claritas autem intenſa non offendit viſum, inquantum agit actione animę, ſed ſecundum hoc magis delectat: offendit autem inquantùm agit actione naturæ calefaciendo & diſſoluendo organum viſus & diſgregando ſpiritus: & ideò claritas corporis glorioſi quamuis excedat claritatem Solis, tamen de ſui natura non offendit viſum, ſed demulcet, propter quod claritas illa comparatur claritati lampadis, Apocalypſis 2.

¶Ad tertium dicendum, quòd claritas corporis glorioſi prouenit ex merito voluntatis: vnde voluntati ſubdetur, vt ſecundum eius imperium videatur vel non videatur: & ideò in poteſtate corporis glorioſi erit, oſtendere claritatẽ ſuam vel occultare, & hæc fuit opinio Præpoſitiui.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm corpus glorioſum neceſsariò videatur à corpore nõ glorioſo.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd corpus glorioſum neceſsariò videtur à corpore nõ glorioſo. Quia corpora glorioſa erunt lucida: ſed corpus lucidum manifeſtat ſe & alia: ergo corpora glorioſa neceſsariò videbuntur.

¶Præterea, Omne corpus quod occultat alia corpora poſt ſe exiſtentia de neceſsitate viſus, percipitur ex hoc ipſo q̃ alia, quæ ſunt,

quæ ſunt, pòſt occultantur: ſed corpus glorioſum occultabit viſui alia corpora poſt ſe exiſtentia, quia erit corpus coloratum: ergo & de neceſsitate videbitur.

¶Præterea, Sicut quantitas eſt de his quæ inſunt corpori, ita qualitas per quã videtur: ſed quãtitas non ſuberit volũtati, vt corpus glorioſum poſsit eſſe maioris quantitatis vel minoris: ergo nec qualitas, per quam viſibile eſt, vt poſsit non videri.

¶SED CONTRA eſt, quòd corpus noſtrum glorificabitur in conformitate corporis Chriſti poſt reſurrectionem: ſed corpus Chriſti poſt reſurrectionẽ non neceſsariò videbatur imò diſparuit ab oculis diſcipulorum in Emaus, vt dicitur Lucę vlti. ergo & corpus glorificatũ nõ neceſsariò videbitur.

¶Præterea, Ibi erit ſumma obedientia corporis ad animam: ergo corpus poterit videri vel non videri ſecundum voluntatem animæ.

CONCLVSIO.

¶Cùm corpus noſtrum glorificatum ſit conforme corpori Chriſti poſt reſurrectionem, & cùm corpus glorioſum futurum ſit maximè obediens animæ: ideò in poteſtate corporis glorificati erit, vt videatur, vel non.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd viſibile videtur, ſecundum quòd agit in viſum. Ex hoc autem quòd aliquid agit vel non agit in aliquod extrinſecum, non eſt aliqua mutatio in ipſo: vnde ſine mutatione alicuius proprietatis, quæ ſit de perfectione corporis glorificati, poteſt contingere quòd videatur vnde in poteſtate glorificati erit quòd corpus ſuum videatur vel non videatur: ſicut & quælibet actio alia corporalis in animæ poteſtate erit: aliàs non eſſet corpus glorioſum inſtrumentum ſummè obediens principali agenti.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd claritas illa obediet corpori glorioſo vt poſsit eam oſtendere vel occultare.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd color corporis non impedit penetratem ipſius, niſi inquantùm mutat viſum: quia viſus nõ poteſt immutari ſimul duobus coloribus, vt vtrunque perfectè inſpiciat: color autem corporis glorioſi erit in perfecta poteſtate animæ, vt patet per ipſum immutet viſum, vel non immutet: & ideò erit in poteſtate eius vt corpus quod eſt poſt ſe, non occultet.

¶Ad tertium dicendum, quòd quantitas eſt inhærens ipſi corpori glorioſo, neque poſſet quantitas immutari ad imperium glorioſo, neque poſſet quantitas immutari ad imperium animæ ſine mutatione intrinſeca corporis glorioſi, quæ impaſſibilitati eius repugnaret: & ideò non eſt ſimile de quantitate & viſibilitate, quia etiam qualitas illa, per quam eſt viſibile, non poteſt ſubtrahi ad imperium animæ: ſed actio illius qualitatis ſuſpendetur, & ſic occultabitur corpus ad imperium animæ.

QVAESTIO OCTVAGESIMASEXTA.

De conditionibus corporum damnatorum reſurgentium, in tres articulos diuiſa.

CONSEQVENTER conſiderandum eſt de cõditionibus damnatorum reſurgentium.

¶Circa quod quæruntur tria.

¶Primò, vtrùm corpora damnatorum cum ſuis deformitatibus reſurgant.

¶Secundò, vtrùm eorum corpora erunt corruptibilia.

¶Tertiò, vtrùm erunt impaſsibilia.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm corpora damnatorum cum ſuis deformitatibus reſurgent.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd corpora damnatorũ cum ſuis deformitatibus reſurgent. Illud enim quod in pœnam peccati inductum eſt, deſinere non debet niſi peccato remiſſo: ſed membrorum defectus qui accidunt per mutilationem, in pœnam peccati inducti ſunt, & ſimiliter etiam omnes deformitates corporales: ergo à damnatis, qui peccatorum remiſsionem non ſunt conſequuti, in reſurrectione non remouebuntur.

¶Præterea, Sicut reſurrectio Sanctorum erit ad vltimam fœlicitatem, ſi reſurrectio impiorum ad vltimam miſeriam. ſed Sanctis reſurgentibus non aufertur aliquid quod ad eorum perfectionem pertinere poſsit: ergo nec impiis reſurgentibus aliquid aufertur quod ad eorum miſeriam pertineat huiuſmodi autem ſunt deformitates, &c.

¶Præterea, Sicut ad defectum paſsibilis corporis pertinet deformitas, ita & tarditas: ſed à corporibus damnatorum reſurgentium tarditas non mouebitur, quia eorum corpora non erunt agiliaria: ergo eadem ratione nec deformitas.

¶SED CONTRA, Primę ad Corin. 15. Mortui reſurgent incorrupti, id eſt ſine aliqua diminutione membrorum. Gloſſ. mortui, id eſt peccatores vel generaliter omnes mortui reſurgent incorrupti: ergo mali reſurgent ſine deformitatibus.

¶Præterea. In damnatis non erit aliquid quod ſenſum doloris impediat: ſed ægritudo impedit ſenſum doloris, inquantũ per ea debilitantur organa ſentiendi, & ſimiliter defectus membri impediret ne eſſet vniuerſalis dolor in corpore: ergo ſine ipſis defectibus damnati reſurgent.

CONCLVSIO.

¶Cùm Deus in reſurrectionem naturam humanã integrè reparaturus ſit, nulli erunt defectus turpitudinis ex imbecillitate naturæ in corporibus damnatorum, niſi defectus, qui ex naturalibus principiis in humano corpore naturaliter conſequuntur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in corpore humano poteſt eſſe deformitas dupliciter. Primò, ex defectu alicuius membri, ſicut mutilatos turpes dicimus, deeſt enim eis debita proportio partium ad totum: & de tali deformitate nulli dubium eſt, quòd in corporibus damnatorum non erit: quia omnia corpora tam bonorum, quàm malorum integra reſurgent. Alio modo deformitas conuenit ex indebita partium diſpoſitione vel ex indebita quantitate vel qualitate vel ſitu, quæ etiam proportionem debitam partium ad totum non patitur: & de talibus deformitatibus & ſimilibus defectibus, ſicut ſunt febres, & aliæ huiuſmodi ægritudines, quæ interdum ſunt deformitatis cauſa. Auguſt. indeterminatum & ſub dubio relinquit in Enchirid. vt in litera Magiſter dicit. Sed apud Doctores modernos eſt duplex ſuper hoc opinio. Quidam tamen dicũt quòd huiuſmodi deformitates & defectus in corporibus damnatorum remanebũt, conſiderantes eorum damnationem quæ ad ſummam miſeriam deputantur, cui nihil incommoditatis ſubtrahi debet. Sed hoc non videtur rationabiliter dici. In reparatione enim corporis reſurgentis magis attenditur naturæ perfectio quàm conditio quæ priùs fuit: vnde & qui infra perfectam ætatem decedunt, in ſtatura iuuenilis ætatis reſurgent. Vnde & illi qui aliquos defectus naturales in corpore habuerunt vel deformitates ex eis prouenientes, in reſurrectione ſine illis defectibus vel deformitatibus reparabuntur, niſi peccati meritum impediret: & ita ſi aliquis cum defectibus reſurget, hoc erit ei in pœnam. Modus autem pœnæ eſt ſecundum menſuram culpæ. Contingit autem quòd aliquis peccator damnandus minoribus peccatis ſubiectus, aliquas deformitates vel defectus habeat, quas non habuit aliquis damnandus, peccatis grauioribus irretitus: vnde ſi ille qui in hac vita deformitates habuit, cum eis reſurgat, ſine quibus conſtat quòd reſurgeret alius grauiùs puniendus, qui eas in hac vita non habuit: modus pœnæ non reſponderet quantitati culpæ, ſed magis videretur aliquis puniri pro pœnis, quas in hoc mundo paſsus fuit, quòd eſt abſurdum. Et ideò aliį rationabiliùs dicũt quòd Autor qui naturam condidit, in reſurrectione naturam corporis integrè reparabit: vnde quicquid defectus vel turpitudinis ex corruptione vel debilitate naturæ ſiue principiorum naturalium in corpore fuit, totum in reſurrectione remouebitur, ſicut febris, lippitudo, & ſimilia. Defectus autem, qui ex naturalibus principiis in humano corpore naturaliter conſequuntur, ſicut ponderoſitas, paſſibilitas, in corporibus damnatorum erunt, quos defectus ab electorum corporibus gloria reſurrectionis excludet.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd cùm pœna in quolibet foro infligatur ſecundũ conditionẽ illius fori, pœnæ quæ in hac vita temporali infliguntur pro aliquo peccato, tẽporales ſunt, & vltra vitę terminũ non ſe extendũt: & ideò quãuis peccatũ non ſit remiſſum damnatis, nõ oportet q̃ eaſdem pœnas ibi ſuſtineant, quas in hoc mundo ſunt paſſi, ſed diuina iuſtitia requirit, vt ibi pœnis grauioribus in ęternum crucięntur.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd non eſt ſimilis ratio de bonis & malis, eò quòd aliquid poteſt eſſe purum bonum, non autẽ purè malum. Vnde ſanctorũ vltima fœlicitas hoc requirit, vt ab omni malo penitus ſint immunes: ſed vltima malorum miſeria non excludit omne bonum, quia malum ſi integrum ſit corrumpit ſeipſum, vt Philoſophus dicit in 4. Ethi. Vnde oportet quòd miſeriæ damnatorum ſubſternatur bonum naturæ in ipſis, quòd opus eſt Conditoris perfecti, qui ipſam naturam in perfectione ſuæ ſpeciei reparabit.

¶Ad tertium dicendum, quòd tarditas eſt de illis defectibus, qui naturaliter conſequuntur principia humani generis, non autem deformitas: & ideò non eſt ſimilis ratio.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm corpora damnatorum erunt incorruptibilia.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd corpora damnatorum erunt corruptibilia. Omne enim cõpoſitum ex contrariis, neceſſe eſt corrumpi: ſed corpora damnatorum erunt ex contrariis compoſita, ex quibus etiam nunc cõponuntur, aliàs non eſſent eiuſdem ſpeciei, & per conſequens nec eadem numero: ergo erunt corruptibilia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Præterea. Si non erunt corruptibilia, aut hoc erit per naturam, aut per gratiam: sed natura non sunt, cùm sint futura eiusdem naturæ, cuius nunc sunt, & gratiam vel gloriam non habebunt: ergo erunt corruptibilia.

¶Præterea. Illis qui sunt in summa miseria, subtrahere maximam pœnam videtur inconueniens: sed maxima pœnarum est mors, vt patet per Philosophum 3. Ethic. ergo à damnatis qui sunt in miseria, mors remoueri non debet: ergo eorum corpora corruptibilia erunt.

¶SED CONTRA est quod dicitur Apoc. 9. In diebus illis quærent homines mortem, & non inuenient eam, desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.

¶Præterea. Damnati punientur in anima & corpore pœna perpetua Matthæi 15. Ibunt hi in supplicium æternum, sed hoc esse non posset, si corpora corruptibilia essent, ergo eorum corpora erunt incorruptibilia.

CONCLVSIO.

¶Cùm corruptio sit mutatio quædam: & motus principium post resurrectionem, & desit & impediatur, nihil erit quo corpora damnatorum corrumpi possint.

¶RESPONDEO dicendum, quòd cùm in omni motu oporteat esse aliquod principium motus: dupliciter motus aliquis vel mutatio à mobili remouetur. Vno modo per hoc, quòd deest principium motus. Alio modo per hoc quòd impeditur principium motus, corruptio autem mutatio quædam est, vnde dupliciter potest contingere, vt corpus quod ex conditione suorum principiorum corruptionem habet, incorruptibile reddatur. Vno modo ex hoc quòd principium ad corruptionem mouens, totaliter tollitur, & hoc modo corpora damnatorum incorruptibilia erunt. Cùm enim primum cœlum sit alterans per motum suum localem, & alia omnia agentia secũda in virtute ipsius agant, & quasi ab ipso mota, oportet quòd motu cœli cessante, nihil sit agés, quod possit corpus per alterationem aliquam transmutare à naturali sua proprietate, & ideò post resurrectionem, cessante motu cœli, nulla qualitas erit sufficiés vt corpus humanum alterare possit à sua naturali qualitate, corruptio autem est terminus alterationis, sicut & generatio, vnde corpora damnatorum corrumpi non poterunt, & hoc deseruit diuinæ iustitiæ, vt perpetuò viuentes perpetuò puniantur, vt diuina iustitia requirit, vt infra dicetur: sicut & nunc corruptibilitas corporum deseruit diuinæ prouidentiæ, per quam ex aliquibus corruptis alia generantur. Alio modo contingit ex hoc, quòd principium corruptionis impeditur: & hoc modo corpus Adæ incorruptibile fuit: quia contrariæ qualitates in hominis corpore existentes continebãtur per gratiam innocentiæ, ne ad dissolutionem corporis agere possent: & multò plus continebuntur in corporibus gloriosis, quę erũt omninò subiecta spiritui: & sic in corporibus beatorum post resurrectionem communem coniungentur duo modi prædicti incorruptibilitatis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd contraria, ex quibus corpora componuntur, sunt secunda principia ad corruptionem agentia. Primum enim agens est motus cœlestis, vnde supposito motu cœli, necesse est vt corpus ex contrariis compositum corrumpatur, nisi sit aliqua causa potior impediens. Sed motu cœli remoto, contraria, ex quibus corpus cõponitur, non sufficiunt ad corruptionem faciendam etiam secundum naturam, vt patet ex dictis. Cessationem autem motus cœlestis non cognouerũt Philosophi: vnde pro infallibili habebant quòd corpus compositum ex contrariis corrumpatur secundum naturam.

¶Ad secundum dicendum, quòd incorruptibilitas erit per materiam, non quòd sit aliquod incorruptionis principium in corporibus damnatorum, sed per defectum primi mouentis ad corruptionem.

¶Ad tertium dicendum, quòd quamuis mors sit simpliciter maxima pœnarum, secundum quid, tamen nihil prohibet mortem esse in pœnarum remedium, & per consequens oblationem mortis in pœnarum augmentum. Viuere enim, vt dicit Philosophus 9. Ethi. videtur omnibus delectabile esse, eò quòd omnia esse appetunt, non oportet autem, vt ibidem dicitur, accipere malam vitam, neque corruptam, neque quæ est in tristitiis: sicut ergo viuere, simpliciter est delectabile, non autem vita quæ est in tristitiis: ita & mors quæ est priuatio vitæ, simpliciter est pœnosa & maxima pœnarum, inquantùm subtrahit primum bonum, scilicet esse cum quo alia subtrahuntur: sed inquantùm priuat malam vitam, & quæ est in tristitiis, est in remedium pœnarum, quas terminat: & per consequens mortis subtractio est in augmentum pœnarum, quas perpetuas facit. Si autem dicatur mors esse pœnalis propter corporalem dolorem, quem sentiunt morientes, non est dubiũ quòd multò maiorem dolorem damnati continuè sustinebũt. Vnde in perpetua morte esse dicuntur, sicut scriptum est in Psalmo, Mors depascet eos.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm corpora damnatorum sint futura impassibilia.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd corpora damnatorum futura sint impassibilia. Quia secundũ Philosophum in 6. Topi. Omnis passio magis facta abiicit à substantia: sed à finito, si semper aliquid abiiciatur, necesse est per illud randem consumi, vt dicitur in primo Physico. ergo si corpora damnatorum erunt passibilia, & semper patien tur, quandóque deficient & corrumpentur, quod falsum esse ostensum est: ergo erunt impassibilia.

¶Præterea, Omne agens assimilat sibi patiens: si ergo corpora damnatorum patientur ab igne, ignis ea sibi assimilabit: sed nõ consumit aliter ignis corpora, nisi inquantùm ea sibi assimilans resoluit. Si ergo corpora damnatorum erunt passibilia, ab igne qnandóque consumentur, & sic idem quod priùs.

¶Præterea, Animalia quæ in igne sine corruptione dicuntur viuere, vt de Salamandra dicitur, ab igne non affligu ntur: animal enim dolore capitis non affligitur, nisi corpus aliquo modo lædatur: si ergo corpora damnatorum in igne sin e consumptione remanere possunt, sicut & animalia prædicta, vt Augustin. in lib. de Ciui. Dei dicit: videtur quòd nullam afflictionem sibi sustinebunt, quod nõ esset nisi eorum corpora impassibilia essent. ergo, &c.

¶Præterea, Si corpora damnatorum sunt passibilia, dolor qui ex eorum passione proueniet, vt videtur, superare debet omnem præsentem corporum dolorem: sicut & sanctorum iucunditas superabit omnem præsentem iucunditatem: sed propter immensitatem doloris quandóque contingit, in hac vita animam à corpore separari: ergo multò fortiùs si corpora illa futura sunt passibilia ex immensitate doloris, anima à corpore separabitur, & sic corpora corrumpentur, quod falsum est: ergo corpora illa erunt impassibilia.

¶SED CONTRA est quod dicitur 1. Corinthio. 15. Et nos immutabimur. glossa. Nos boni tantummodò immutabimur gloriæ immutabilitate & impassibilitate: ergo non erunt corpora damnatorum impassibilia.

¶Præterea, Sicut corpus cooperatur animæ ad meritũ, ita cooperatur ei ad peccatum: sed propter cooperationem prædictã non solùm anima, sed corpus post resurrectionem præmiabitur: ergo simili ratione damnatorum corpora punietur, quod non esset si impassibilia forent: ergo erunt passibilia.

CONCLVSIO.

¶Corpora damnatorum futura sunt passibilia, sine mutatione naturalis dispositionis, propter iustitiam.

¶RESPONDEO dicendum, quòd principalis causa quare corpora damnatorum ab igne non consumentur, erit diuina iustitia, qua eorum corpora ad pœnã perpetuam sunt addicta: sed diuinæ iustitiæ seruit ei naturalis dispositio ex parte corporis patientis & ex parte agentium, quia cùm passibile recipere quoddam, duplex est modus passionis, secundum quod aliquid in aliquo recipi potest dupliciter. Potest enim aliqua forma recipi in aliquo subiecto secundum esse naturale materialiter, sicut calor ab igne recipitur in aere, & secundum hunc modum receptionis est vnus modus passionis, qui dicitur passio naturæ. Alio modo aliquid recipitur ab alio spiritualiter per modum intentionis cuiusdam, sicut similitudo albedinis recipitur in aere & in pupilla, & hæc receptio simulatur illi receptioni, qua anima recipit similitudines: vnde secundum hunc modum receptionis est alius modus passionis, qui vocatur passio animæ. Quia igitur post resurrectionem motu cœli cessante, non poterit aliquod corpus alterari à sua naturali æqualitate, vt dictum est: nullum corpus pati poterit passione naturæ: vnde quantum ad hunc modum passionis corpora damnatorum impassibilia erunt, sicut & incorruptibilia. Sed cessante motu cœli, adhuc remanebit passio, quæ est per modum animæ: quia & aer à Sole illuminabitur, & colorum deferet differentias ad visum: vnde & secundum hunc modum passionis corpora damnatorum passibilia erunt: & quia in tali passione sensus perficitur, ideò in corpus damnatorum sensus penè erunt sine mutatione naturalis dispositionis. Corpora verò gloriosa & si recipiant aliquid, & quodammodò patiantur in sentiendo, nõ tamen passibilia erunt, quia nihil recipient per modũ læsui, sicut corpora damnatorum quæ ob hoc passibilia dicuntur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Philosophus loquitur de illa passione, per quam transmutatur patiens à sua naturali dispositione: talis autem passio non erit in corporibus damnatorum, vt dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd similitudo agentis est dupliciter in patiente. Vno modo per modum eiusdem, quo est in agente sicut in omnibus agentibus vniuocis, vt calidum facit calidũ, & ignis generat ignem. Alio modo per modum diuersum à modo, qui est in agente: sicut est in omnibus æquiuocis, in quibus quandóque contingit quòd in agente est forma spiritualiter, quæ in patiente materialiter recipitur, sicut forma quæ est in domo facta per artificem, est materialiter in ipsa, & in mente artificis est spiritualiter. Quandóq; verò econtrario est materialiter in agente: & recipitur spiritualiter in patiẽte, sicut albedo materialiter est in pariete à quo recipitur, spiritualiter in pupilla, & in medio deferẽte, & similiter est in proposito: quia species quæ materialiter est in igne, recipitur spiritualiter in corporibus damnatorum, & sic ignis sibi assimilabit eorum corpora, nec tamen ea consumet.

¶Ad tertium dicendum, quòd secundum Philosophum in libro de proprietatibus elementorum nullum animal in igne viuere potest. Galenus etiam in libro de simplicibus medicinis dicit, quòd nullum corpus est quod randem ab igne non consumatur, quamuis quandóque quædam corpora sint, quæ ad horam in igne sine læsione permaneant, vt patet de libeno. Quod autem dicitur de Salamandra, non potest omninò esse simile, quia non posset perseuerare finaliter in igne sine corruptione: siue corpora damnatorum in inferno: neque tamen oporter quod quia corpora damnatorum ab igne inferni per corruptionem aliquam non lædantur, quod propter hoc ab igne non affligantur: quia sensibile non solùm natum est delectare vel affligere sensum, secundum quòd agit actione naturæ confortando vel corrumpendo organum, sed etiam secundum quòd agit actione spirituali, quia quando sensibile est in debita proportione ad sentiendum, delectat: econtrario autem quando se habet in superabundantia vel defectu: vnde & colores medij & voces consonantes sunt delectabiles, inconsonantes autem offendunt audiũm.

¶Ad quartum dicendum, quòd dolor non separat animam à corpore secundum quòd manet tantum in potentia animæ cuius est dolere, sed secundum quod ad passionem animæ mutatur corpus à sua naturali dispositione secundum modum, qua videmus quòd ex ira corpus calescit, & ex timore frigescit: sed post resurrectionem non poterit transmutari à sua naturali dispositione, vt ex dictis patet: vnde quantescúnque sit dolor, animam à corpore non separabit.

QVAESTIO OCTVAGESIMA.

septima, De cognitione quam habebunt resuscitati in iudicio respectu meritorum & demeritorum, in tres articulos diuisa.

POST HOC agendum est de his quæ sequuntur resurrectionem. Quorum prima consideratio est de cognitione, quam habebunt resuscitati in iudicio respectu meritorum & demeritorum. Secundò, de ipso iudicio in g enerali, tempore & loco in quo erit. Tertiò, de iudicantibus & iudicatis. Quartò, de forma in qua iudex veniet ad iudicandũ. Quintò, de statu mundi & resurgentium post iudicium.

¶Circa primum quæruntur tria.

¶Primo, vtrùm cognoscat quilibet homo in iudicio omnia peccata sua.

¶Secundò, vtrùm possit quilibet legere cõscientiam alterius.

¶Tertiò, vtrùm omnia merita & demerita vno intuitu quis videre possit.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm post resurrectionem quilibet cognoscat peccata quæ fecit.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod post resurrectionem non cognoscat quilibet omnia peccata quæ fecit. Omne enim quod cognoscimus, vel de nouo per sensum accipimus, vel de thesauro memoriæ educitur: sed homines post resurrectionem sua peccata non poterunt sensu percipere, quia iam transierunt, sensus autem est tantum præsentium: multa etiam peccata à memoria excidunt peccantis, quę non poterunt de thesauro memoriæ educi: ergo non omnium peccatorum quæ fecit resurgens, cognitionem habebit.

¶Præterea. Sicut in litera dicitur. Libri conscientiæ quidam sunt, in quibus merita singulorum leguntur, sed in libris non potest aliquid legi nisi eius nota contineatur in libro, notæ autem quædam remanent peccatorum in conscientia, vt patet Roma. 1. in Gloss. quæ non videntur aliud esse, quàm reatus vel macula, cùm ergo multorum peccatorum macula & reatus à multis sit delerus per gratiam, videtur quòd non omnia peccata quæ fecit: possit aliquis in sua conscientia legere, & sic idem quod priùs.

¶Præterea. Crescente causa, crescit effectus, sed causa quæ facit nos dolere de peccatis, quæ ad memoriam reuocamus, est charitas: cùm ergo in sanctis resurgentibus sit perfecta charitas, maximè de peccatis dolebunt si ea ad memoriam reuocabuntur, quod non potest esse, quia fugiet ab eis dolor & gemitus. Apocalip. vigesimoprimo, ergo peccata prima ad memoriam non reuocabuntur.

¶Præterea. Sicut se habebunt resurgentes damnati ad bona quæ aliquãdo fecerũt, ita se habiebunt resurgẽtes boni ad peccata, quæ aliquando cõmiserunt: sed resurgentes damnati, vt videtur cognitionem de bonis quæ aliquãdo fecerũt, non habebũt, quia per hoc eorum pœna multùm alleuiaretur: ergo nec beati habebunt cognitionem peccatorum, quæ commiserunt.

¶SED CONTRA est quod Augustin. dicit 20. de Ciuita. Dei, quòd quædam diuina vis aderit, qua fiet vt cuncta peccata ad memoriam reuocentur.

¶Præterea. Sicut se habet humanum iudicium ad testimonium exterius, ita se habet diuinum iudicium ad testimoniũ conscientiæ: vt patet 1. Reg. 16. Homines vident ea quæ apparẽt. Deus autem intuetur cor: sed non posset perfectè iudicium humanum esse de aliquo, nisi testes de omnibus, de quibus iudicãdum est, testimonium deponerent: ergo oportet cùm diuinum iudicium sit perfectissimum, quòd conscientia teneat omnia, de quibus iudicandum est: sed iudicandum est de omnibus bonis operibus & malis. 2. Corinc. 4. Omnes astabimus ante tribunal Christi, &c. ergo oportet quòd conscientia vnius cuiusque retineat omnia opera, quæ fecit siue bona siue mala.

CONCLVSIO.

¶Cùm in die iudicij conscientia vnicuique testimonij reditura sit & cogitationes vnumquemque accusaturæ aut defensura sint, & in illo omnia opera hominũ in iudicium sunt uentura, oportet vt quisque omnium operum suorum notitiam habeat.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dicitur Rom. 2. In die illo cũ iudicabit Dominus: testimonium vnicuiq; suæ conscientiæ reddet, & cogitationes erunt accusantes, & defendentes: quia oportet quòd testis accusator & defensor in quoliber iudicio habeat eorũ notitiam quæ in iudicio versantur, in illo autem communi iudicio: quia omnia opera hominum in iudicium venient, oportet quòd omnium operum suorũ quisque tunc notitiam habeat, vnde conscientiæ singulorum erunt quasi qui dam libri continentes res gestas: ex quibus iudicium præcedet: sicut etiam in iudicio humano regũtris vtuntur, & isti sunt libri de quibus Apoca. 20. dicitur. Libri aperti sunt, & alius liber apertus est qui est vitæ, & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum: vel per libros qui dicuntur sic aperti, vt Augustinus exponit 20. de ciui. Dei, significentur Sancti noui & veteris Testamenti in quibus Deus ostendit quæ mandata fieri iussisset. Vnde Richardus de sancto victore dicit. Erunt corda eorum quasi quædam Canonum statuta. Sed per librum vitæ, de quo subiungitur, intelliguntur conscientiæ singulorum, quæ dicuntur singulariter liber vnus, quia vna virtute diuina fier, vt conctis ad memoriam sua facta reuocentur, & hæc vis inquantum ad memoriam homini reducet sua facta, liber vitæ dicitur: vel per primos libros, conscientiæ intelliguntur: per secundum, sententia iudicis in eius prouidentia descripta.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis multa merita & demerita à memoria excidant, nullum eorum erit quod non aliquo modo maneat in suo effectu, quia merita quæ non sunt mortificata, manebunt in præmio quod eis redditur, quæ autem mortificata sunt, manent in reatu ingratitudinis, quæ augetur ex hoc quòd homo post gratiam suscepram peccauit. Similiter etiam demerita quæ non sunt per pœnitentiam deleta, manent in reatu pœnæ, quæ eis debetur, quæ autem pœnitentia deleuit, manent in pœnitentiæ memoria, quam simul cum alijs meritis in notitiam habebunt: vnde in quolibet homine erit aliquid ex quo possit ad memoriam sua opera reuocare, & tamen vt Augustinus dicit, principaliter ad hoc diuina vis operabitur.

¶Ad secundum dicendum, quòd aliquæ notæ manent in conscientijs singulorum de operibus à se factis, nec oportet quòd notæ istæ sint reatus tantùm, vt ex dictis patet.

¶Ad tertium dicendum, quòd quãuis charitas sit nũc causa dolendi de peccato tamẽ sanctí in patria erũt ita perfusi gaudio, q; dolor in eis locũ habere non poterit: & ideò de peccatis nõ dolebunt, sed potiùs gaudebunt de diuina misericordia qua eis peccata sunt relaxata, sicut etiam nunc angeli gaudent de

Universidad de Deusto
Biblioteca

diuinâ iustitia, qua fit vt deserti à gratia, in peccato ruant illi quos sustinuit, quorum tamen saluti solicitè inuigilant.

¶ Ad quartum dicendum, quòd mali cognoscunt omnia bona quæ fecerunt, & ex hoc non minuetur eorum dolor, sed augmentabitur: quia maximus dolor est multa opera perdidisse: propter quod dicit Boetius in 2. de Consolat. Quia summum infortunij genus est fuisse fœlicem.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm quilibet possit legere omnia quæ sunt in cõscientia alterius.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd nõ quilibet possit legere omnia quæ sunt in conscientia alterius. Resurgentium enim non erit simplicior cognitio, quàm nunc sit angelorum, quorum æqualitas resurgentibus promittitur Matth. 22. sed angeli non possunt inuicem in suis cordibus videre ea quæ dependent à libero arbitrio: vnde indigent locutione ad ea inuicem innotescenda: ergo resurgentes non poterunt inspicere ea quæ continentur in conscientijs aliorum.

¶ Præterea, Omne quod cognoscitur, aut cognoscitur in se, aut in sua causa, vel in suo effectu: sed meritavel demerita, quæ continentur in conscientia alicuius, non poterit alius cognoscere in seipsis: quia solus Deus cordi illabitur, & secreta intuetur. Similiter nec in causa sua: quia non omnes videbunt Deũ, qui solus potest imprimere in affectum, ex quo procedunt merita vel demerita. Similiter etiã nec in effectu: quia multa demeriea erunt, quorum nullus effectus remanebit eis tollendo per pœnitentiam abolitis: ergo non omnia quæ sunt in conscientia alicuius, poterit quilibet alius cognoscere.

¶ Præterea, Chrysostomus dicit in litera: Nunc autem si recorderis peccatorum tuorum, & frequenter ea in conspectu Dei pronũties, & pro eis deprecaris, citius illa delebis: si verò obliuisceris, tunc eorum recordaberis nolens volens quando publicabuntur, in conspectu omnium amicorum & inimicorum sanctorum pariter angelorum proferentur. Ex hoc accipitur quod illa publicatio pœna est negligentiæ, qua homo confessionem prætermittit: ergo illa peccata, de quibus homo confessus est, non publicabuntur alijs.

¶ Præterea, Solatium est alicui, si scit se habere multos socios in peccato, & minus verecundatur inde: si ergo quilibet peccatum alterius cognosceret, e iusiibet peccatoris erubescentia multum minueretur, quod non competit: ergo non omnes omnium peccata cognoscent.

¶ SED CONTRA, Super illud 1. Corin. 10. Illuminabit abscondita tenebrarum: dicit glos. Gesta & cogitata bona & mala tunc aperta erunt omnibus & nota.

¶ Præterea, Omnium bonorũ peccata præterita æqualiter erũt abolita: sed quorundam Sanctorũ peccata scimus, sicut Magdalenæ & Petri & Dauid: ergo pari ratione aliorum peccata electorum scientur, & multò magis damnatorum.

CONCLVSIO.

¶ Cùm oporteat, in vltimo iudicio iustitiam diuinam omnibus apparere, necesse est etiam, vt cuilibet sua & aliorum præmiatio vel condemnatio manifesta sit, & per cõsequens omnium merita vel demerita, cùm ea proferri oporteat in iudicio.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd in vltimo & in communi iudicio oportet quod diuina iustitia omnibus euidenter appareat, quæ nunc in plerisque latet, sententia autem condemnantis vel præmiantis iusta esse non potest nisi secundũ merita vel demerita proferatur: & ideò sicut oportet quòd iudex & assessor iudicis merita causæ cognoscant, ad hoc quòd iusta sententiam proferant: ita oportet ad hoc quòd iusta sententia appareat, quòd omnibus sententiã cognoscentibus merita innotescant. Vnde quia, sicut cuilibet nota erit sua præmiatio & sua damnatio, ita omnibus alijs innotescent: oportet, quòd sicut quilibet sua merita vel demerita reducet ad memoriam, ita etiã & aliena sint cognitioni subiaceant: & est probabilior & communior opinio, quamuis contrarium Magister in litera dicat: scilicet quòd peccata quæ sunt per pœnitentiam deleta, in iudicio alijs nõ patefient: sed ex hoc quidem sequitur, quòd nec etiam pœnitentia de peccatis illis perfectè cognoscatur, in quo multum detraheretur Sanctorum gloriæ & laudi diuinæ, quæ tam misericorditer Sanctos liberauit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd omnia merita præcedentia vel demerita facient aliquam quantitatem in gloria vel miseria hominis resurgentis: & ideò exterioribus visus poterunt cuncta in conscientijs videri, & præcipuè diuina virtute ad hoc operante, vt sententia iudicis iusta omnibus appareat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd merita vel demerita poterũt alijs ostendi in suis effectibus, vt ex dictis patet: vel etiam in seipsis per diuinam virtutem, quamuis ad hoc virtus intellectus creati non sufficiat.

¶ Ad tertium dicendum, quòd publicatio peccatorum ad ignominiam peccantis est effectus negligentiæ, quæ committitur in omissione confessionis: sed quòd peccata Sanctorum reuelentur, non poterit eis esse erubescentia, vel verecundia: sicut nec Maria Magdalena est in confusione sua quòd peccata sua publicè in Ecclesia recitantur, quia verecundia est timor ingloriationis: vt Damascenus dicit, quæ in beatis esse non potest. Sed talis publicatio erit eis ad magnam gloriam propter pœnitentiam quam fecerunt: sicut & confessor approbat eum qui magna scelera sua confitetur. Dicuntur autem peccata esse deleta, quia Deus non videt ea ad puniendum.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ex hoc quòd peccator aliorum peccata inspiciens, in nullo sua cõfusio minuetur, sed magis augebitur in alieno vituperio suum vituperium magis agnoscens: quòd ex tali causa confusio minuatur contingit ex hoc quòd verecundia respicit æstimationem hominum, quæ ex consuetudine redditur leuior: sed tunc confusio respiciet æstimationem rei quæ est secundũ veritatem de quolibet peccato, siue vt vnius tantum, siue multorum.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm omnia merita vel demerita, propria vel aliena, vno intuitu ab aliquo videantur.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd non omnia merita vel demerita propria & aliena ab aliquo vno intuitu videantur. Ea enim quæ sigillatim considerantur, non videntur vno intuitu: sed damnati sigillatim considerabunt sua peccata, & ea plangent. Vnde dicit Sapientiæ 5. Quid nobis profuit superbia? ergo non omnia videbunt vno intuitu.

¶ Præterea, Philosophus dicit in secundo Topic. Quòd non contingit simul plura intelligere: sed merita & demerita propria & aliena non videbuntur nisi in intellectu: ergo non poterunt simul omnia videri.

¶ Præterea, Intellectus damnatorum non erit post resurrectionem eluatior quàm nunc sit beatorum & angelorum, quantùm ad cognitionem naturalem, qua cognoscunt res per species innatas: sed tali cognitione angeli non vident plura simul ergo nec tunc damnati poterunt omnia facta simul videre.

¶ SED CONTRA, Super illud Iob 8. Induetur confusione: dicit glossa. Vitò iudice, mala omnia ante oculos mẽtis versantur: sed iudicem subitò videbunt: ergo similiter mala, quæ commiserunt, & eadem ratione omnia alia.

¶ Præterea, Augustinus 20. de Ciuitate Dei, habet pro incõuenienti, quòd legatur aliquis liber materialis in iudicio, in quo facta singulorum sunt scripta, eò quòd nullus valeat æstimare illius libri magnitudinem, vel quanto tempore legi posset: sed similiter etiam non posset æstimari tempus, quantum oportet ponere ad considerandum omnia merita & demerita sua, & aliena ab aliquo hominũ, si successiuè diuersa videat: ergo oportet ponere quòd omnia simul videat vnusquisque.

CONCLVSIO.

¶ Etsi in instanti aliquis visurus non sit singula, tamen brevissimo tempore auxilio diuinæ virtutis omnia particularia considerabit.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt quòd omnia merita & demerita simul aliquis videbit sua & aliena in instanti, quod quidem de beatis facile credi potest, quia omnia in vno videbunt: & sic non est inconueniens quòd simul plura videant. Sed de damnatis: quorum intellectus non est eleuatus, vt possint Deum videre, & in eo omnia alia, est magis difficile. Et ideò alij dicunt quòd mali simul omnia videbunt in genere peccata sua, & hoc sufficit ad accusationem illam quę debet esse in iudicio, vel ad absolutionem: non autem videbunt omnia simul descendendo ad singula. Sed hoc etiam non videtur consonum dictis Aug. 20. de Ciuit. Dei, qui dicit quòd omnia mentis intuitu enumerabunt, quod autem in genere cognoscitur non enumeratur: vnde potest eligi media via quòd singula considerabunt, non tamen in instanti, sed in tempore brevissimo diuina virtute ad hoc adiuuante: & hoc est quod dicit Aug. ibidem, quòd miraculo celeritate enumerabũtur, nec est hoc impossibile, quia in quolibet paruo tempore sunt infinita instantia in potentia. Et per hoc patet solutio ad vtramque partem.

QVAESTIO OCTVAGESIMAOCTAVA, DE *iudicio generali, tempore & loco in quo fiet.*

in quatuor articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de iudicio generali, tempore & loco in quo fiet.

¶ Circa quod quæruntur quatuor.

¶ Primò, vtrùm generale iudicium sit futurum.

¶ Secundò,

¶ Secundò, vtrùm quantum ad disceptationem fiet per vocalem locutionem.

¶ Tertiò, vtrùm fiet tempore ignoto.

¶ Quartò, vtrùm fiet in valle Iosaphat.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm generale iudicium sit futurum.

Mod. di. 47. q. 1. ar. 1. q. 1. & 3. hũg.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd generale iudicium non sit futurum. Quia vt dicitur Naum. 1. Non iudicabit Deus bis in idipsum: sed nunc Deus iudicat de singulis hominum operibus, cùm post mortem pœnas vel præmia pro meritis tribuit, & dum etiam quosdam in hac vita pro bonis vel malis operibus præmiat vel punit: ergo videtur quòd non sit aliud iudicium futurum.

¶ Præterea. In nullo iudicio executio sententiæ præcedit iudicium: sed sententia diuini iudicij quo ad homines est de adeptione regni, vel exclusione à regno, vt patet Matthęi vigesimoquinto. Ergo cùm modo aliqui adipiscãtur regnum æternum, & quidam excludantur ab ipso perpetuo, videtur quòd aliud iudicium non sit futurum.

¶ Præterea. Propter hoc aliqua in iudicium oportet adduci, quia dubium est quid de eis diffiniendum sit: sed ante finem mundi determinata est vnicuiq; sua damnatio, & cuique Sanctorum sua beatitudo: ergo, &c.

¶ SED CONTRA. Matth. 12. dicitur. Viri Niniuitæ resurgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam: ergo post resurrectionem aliquod iudicium fiet.

¶ Præterea. Io. 5. dicitur. Procedent qui bona egerunt in resurrectionem vitę, qui verò mala in resurrectionem iudicij: ergo videtur q; post resurrectionem aliquod iudicium sit futurum.

CONCLVSIO.

¶ Quemadmodũ in prima rerũ productione immediatè omnia processerunt à Deo, ita vniuersale iudicium futurum est, respondens primæ illi rerum productioni, quo dabitur vltima completio mundo.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut operatio pertinet ad rerum principium, quo perducuntur in esse, ita iudicium pertinet ad terminum: quo res ad finẽ suum perducitur. Distinguitur autem duplex Dei operatio: vna, qua res primitùs in esse perduxit, instituens naturam, & distinguens ea quæ ad completionem pertinent, à quo quidem opere Deus dicitur quieuisse Genes. 1. Alia eius operatio est, qua operatur in gubernatione creaturarum, de qua Ioan. 5. Pater meus vsque modo operatur & ego operor: ita etiam duplex eius iudicium distinguitur, ordine tamen conuerso. Vnum quod respõdet operationi gubernationis quæ sine iudicio esse non potest, per quod quidem iudicium vnusquisq; singulariter pro suis operibus iudicatur, non solùm secundum quòd sibi competit, sed secundum quòd competit gubernationi vniuersi: vnde differtur vnius præmiatio pro vtilitate aliorum, vt patet Hebr. 11. & pœnæ vnius ad profectum alterius procedunt: vnde necesse est vt sit aliud iudicium vniuersale correspondens ex aduerso primæ rerum productioni in esse: vt videlicet sicut tũc omnia processerunt immediatè à Deo, ita tunc vltima completio mundo detur, vnoquoque accipiẽte finaliter quod ei debetur secundum seipsum: vnde in illo iudicio apparebit manifestè diuina iustitia quantum ad omnia, quæ nunc ex hoc occultantur, quòd interdum de vno disponitur ad vtilitatem aliorum aliter quàm manifestè opera exigere videantur. Vnde etiam & tunc erit vniuersalis separatio bonorum à malis, quia vltrà non erit locus, vt mali pro bonis, vel boni pro malis proficiant, propter quem profectum interim commixti inueniuntur boni malis quo aduſque status huius vitæ per diuinam prouidentiam gubernatur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quilibet homo & est singularis quædam persona, & est pars totius generis humani: vnde & duplex ei iudicium debetur. Vnum singulare, quod de eo fiet post mortem quando recipiet iuxta ea quę in corpore gessit, quamuis non totaliter, quia non quo ad corpus, sed quo ad animam tantùm. Aliud iudicium debet esse de eo, secundum quòd est pars totius humani generis: sicut aliquis iudicari dicitur secundum humanam iustitiam, quando etiam iudicium datur de communitate, cuius ipse est pars: vnde & tunc quãdo fiet iudicium totius humani generis per vniuersalem separationem bonorum à malis, etiam quilibet per consequens iudicabitur: nec tamen Deus iudicabit bis in idipsum, quia non duas pœnas pro vno peccato infert, sed pœna quæ ante iudicium complete inflicta non fuerat, in vltimo iudicio complebitur, postquam impij cruciabuntur quo ad corpus & ad animam simul.

¶ Ad secundum dicendum, quòd propria sententia illius generalis iudicij est vniuersalis separatio bonorum à malis, quę illud iudicium non præcedet: sed etiam nũc quo ad particularẽ sententiam vnuiscuiusq; non plenè præcessit iudicij effectus, quia etiam boni ampliùs post iudicium præmiabuntur, tum ex gloria corporis adiuncta, tum ex numero sanctorum completo: & mali etiam plus torquebuntur ex adiuncta pœna corporis: & incompleto in pœnis numero damnatorum, quanto cum pluribus ardebunt, magis ardebunt.

¶ Ad tertium dicendum, quòd vniuersale iudicium magis directè respicit vniuersalitatem hominum, quàm singulos iudicandorum: quamuis ergo cuilibet homini ante iudicium sit certa notitia de sua damnatione vel præmio, non tamen omnibus damnatio vel præmium innotescet, vnde iudicium necessarium erit.

ARTICVL. II.

¶ Vtrùm iudicium fiet per locutionem vocalem.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd iudicium illud quantum ad disceptationem & sententiã fiet per locutionem vocalem. Quia, vt Augu. dicit 20. de Ciui. Dei. Per quot dies futurum hoc iudicium tendatur, hoc incertũ est, sed non esset incertum, si illa quæ in iudicio dicuntur futura, tantùm mentaliter complerentur: ergo iudicium illud vocaliter fiet, & non solùm mentaliter.

¶ Præterea. Greg. dicit, & habetur In litera. Illi saltẽ verba iudicis audient, qui eius fidem verbo tenuerunt: hoc autẽ non posset intelligi de verbo interiori, quia sic omnes verba iudicis audient, quia omnibus bonis & malis nota erunt omnia aliorũ, ergo videtur quòd iudicium illud vocaliter peragetur.

¶ Præterea. Christus secundũ formã hominis iudicabit, in qua corporaliter ab omnibus possit videri: ergo eadẽ ratiõe videtur quòd corporali voce loquatur, vt ab omnibus audiatur.

¶ SED CONTRA. Augustinus dicit 20. de Ciui. Dei, quòd liber vitæ de quo Apoc. 20. vis quædam intelligenda est diuina, qua fiet: vt cuique opera sua bona vel mala ad memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur, vt accuset vel excusset conscientia, atq; ita simul & omnes homines & angeli iudicentur, sed si vocaliter discuterentur merita singulorum, non possent omnes & singuli iudicari: ergo videtur quòd illa discussio non erit vocalis.

¶ Præterea. Sententia proportionaliter debet testimonio respondere: sed testimonium & accusatio & excusatio erit mentalis, vnde Rom. 2. Testimonium illis reddente conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium in die, cùm iudicabit Deus occulta hominum: ergo videtur quòd illa sententia & totum iudicium mentaliter compleatur.

CONCLVSIO.

¶ Cùm propè infinitum tempus requireretur in iudicio vniuersali si per loquutionem fieret vocalem: probabilius est, non per loquutionẽ vocalem, sed mentaliter vltimum futurum iudicium.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd quid circa hãc quæstionem sit verum, pro certo diffiniri non potest, tamen probabilius æstimatur quòd totum illud iudicium & quo ad discussionem & accusationem malorum: & commendationem bonorum, & quo ad sententiam de vtrisq; mentaliter perficietur. Si enim vocaliter singulorum facta narrarentur, in æstimabilis magnitudo temporis ad hoc exigeretur, sicut etiam Augustinus dicit 20. de ciuitate Dei, quòd si liber, ex cuius scriptura omnes iudicabuntur, vt dicitur Apoc. 20. carnaliter cogitetur, quis enim magnitudinem aut longitudinem vlleat æstimare, aut quanto tempore legi poterit liber in quo scriptæ sunt vniuersæ vitę vniuersorum? Non autem minus tempus requiritur ad narrandum ore tenus singulorum facta, quam ad legendum si essent in libro materiali scripta. Vnde probabile est quòd illa quæ dicuntur Matthæi 25. non vocaliter, sed mentaliter intelligenda sunt esse perficienda.

¶ AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd pro tanto dicit Augusti. quòd incertum est per quot dies hoc iudicium tendatur, quia non est determinatũ vtrùm mentaliter vel vocaliter perficiatur. Si enim vocaliter perficeretur, prolixum tẽpus ad hoc exigeretur: si autem mentaliter, in momento fieri poterit.

¶ Ad secundum dicendum, quòd etiam si iudicium fiat mentaliter tantùm, verbũ Gregor saluari poterit: quia etsi omnibus innotescent sua & aliorum facta diuina virtute hoc faciente, quæ in Euangelio locutio dicitur: tamen illi, qui fidem habuerunt, quam ex verbis Dei conceperunt, ex verbis iudicabũtur: quia dicitur Rom. 2. Qui in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Vnde quodã speciali modo dicetur aliquid his, qui fuerunt fideles, quod non dicetur infidelibus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Christus corporaliter apparebit vt ab omnibus corporaliter iudex cognoscatur, quod qui-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem subiectō fieri poterit: sed locutio quæ tempore mensuratur, requireret immensam temporis longitudinem, si vocali locutione iudicium perageretur.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm tempus futuris iudicij sit ignotum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd tempus futuri iudicij non sit ignotum. Sicut enim sancti Patres expectabant primum aduentum, ita nos expectamus secundum: sed sancti Patres sciuerunt tempus primi aduentus, sicut patet per numerum hebdomadarū, qui describitur Dani. vnde & reprehenduntur Iudæi, quòd tempus aduentus Christi non cognouerunt: vt patet Luc. 12. hypocritę faciem cœli & terræ nostis probare, hoc autem tempus quomodò non probastis: ergo videtur nobis esse determinatum tempus secundi aduentus, quo Deus ad iudicium venier.

¶ Præterea, Per signa deueniemus in cognitionem signatorū: sed de futuro iudicio multa signa nobis proponuntur in Scriptura, vt patet Matth 24. & Luc. 21. & Marc. 13. ergo in cognitionem illius temporis possumus peruenire.

¶ Præterea, Dicit Apostolus 1. Corinth. 10. Nos scimus in quos fines sæculorum deuenerunt. & 1. Ioan. 3. Filioli, nouissima hora est, &c. cùm ergo iam longum tempus transierit ex quo dicta hæc sunt, videtur quòd saltem nunc scire possimus, quòd vltimum iudicium sit propinquum.

¶ Præterea, Tempus iudicis non oportet esse occultum nisi propter hoc, quod quilibet solicitus se ad iudicium præparet, dum determinatè tempus ignoret: sed eadem solicitudo remanet etiam si certum esset, quia cuique incertum est tempus suę mortis: & sicut dicit Augustinus in epistola ad Esitium, in quo quemcúnque inuenerit suus nouissimus dies, in hoc eum comprehendet mundo nouissimus dies: ergo non est necessarium tempus iudicij esse occultum.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Matth. 13. De die illa vel hora nemo nec angeli in cœlo nec Filius scit, nisi Pater, dicitur autem Filius nescire, in quantùm nos scire non facit.

¶ Præterea, 1. Thessal. 5. Dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet: ergo videtur cùm aduentus furis in nocte sit omninò incertus, quòd dies vltimi iudicij sit omninò incertus.

CONCLVSIO.

¶ Cùm quæ soli potestati diuinæ subiacentur, soli Deo cognita sint (operatur enim ea in quibus nulla creatura ei cooperatur) conueniens est vt cognitio finis mundi soli Deo reseruetur, iuxta Domini sententiam.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd Deus per scientiam suam est causa rerum, vtrumque autem creaturis communicatum & rebus tribuit virtutem agendi alias res, quarum sunt causæ, & quibusdam etiam cognitionem rerum præbet, sed in vtroque aliquid sibi reseruat. Operatur enim quædam, in quibus nulla creatura ei cooperatur, & similiter cognoscit quædam, quæ à nulla pura creatura cognoscuntur. Hæc autem nulla alia magis esse debent, quàm illa quæ soli diuinæ subiacent potestati, in quibus nulla creatura ei cooperatur & huiusmodi est finis mundi, in quo erit dies iudicij. Non enim per aliquam causam creatam mundus finietur, sicut etiam mundus esse incipit immediatè à Deo. Vnde decenter cognitio finis mundi soli Deo reseruatur, & hanc rationem videtur ipse Dominus assignare Actu. 1. Non est inquit vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate: quasi diceret, quæ soli potestati eius reseruata sunt.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in primo aduentu Christus venit occultus, secundum illud Isaiæ 45. Verè tu es Deus absconditus, sanctus Israel saluator: & ideò vt à fidelibus cognosci posset, oportuit determinare tempus determinatè, sed in secundo aduentu veniet manifestè, vt dicitur in Psal. Deus manifestè veniet, &c. & ideò circa cognitionem aduentus ipsius error esse non poterit, & propter hoc non est simile.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut dicit Augustinus in epistola de die iudicij ad Esitium: Signa quæ in Euangeliis ponuntur, non omnia pertinent ad secundum aduentum, qui erit in fine, sed quædam eorum pertinent ad tempus Hierusalem destructionis, quæ iam præteriit, quædam verò & plura pertinent ad aduentum quo quotidie venit in Ecclesiam eam visitans spiritualiter: prout nos inhabitat per fidē & amorē. Nec illa quæ in Euangeliis vel Epistolis ponuntur ad vltimum aduentū spectantia ad hoc possunt valere, vel determinatè tēpus iudicij possit agnosci: quia illa pericula, quæ pronuntiantur, nuntiantia vicinum Christi aduentum, etiam à tempore primitiuę Ecclesiæ fuerunt, quandóque intensiùs, quandóque remissiùs: vnde & ipsi dies Apostolorum dicti sunt nouissimi dies, vt patet Act. 2. vbi Petrus exponit illud Ioel. 2. Erit in nouissimis diebus, &c. pro tēpore illo. & tamen ex illo iam tēpore tempus plurimum transiit, & quandóq; plures, & quandóque pauciores tribulationes in Ecclesia fuerunt. Vnde non potest determinari, quātùm tempus sit futurum, nec de mense nec de anno, nec de centum, nec de mille annis, vt Augustinus in eodem libro dicit. Etsi credantur in finē huiusmodi pericula magis abundare, non potest tamen determinari, quæ sit illa quantitas periculorum, quæ immediatè diem iudicij præcedet vel Antichristi aduentum: cùm etiam circa tempora primitiuæ Ecclesiæ fuerint persecutiones aliquæ adeò graues, & corruptiones errorum adeò abundarent, quòd ab aliquibus tunc vicinus expectaretur vel imminens Antichristi aduentus, sicut dicitur in ecclesiastica historia: & Hieronymus in libro de Viris illustribus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ex hoc quòd dicitur nouissima vel ex similibus locutionibus: quæ in Scriptura leguntur, non potest aliqua determinata quantitas temporis sciri. Non enim est dictum ad significandum aliquam breuem horam temporis, sed ad significandum nouissimū statum mundi, qui est quasi nouissima ætas, quæ quanto temporis spatio duret, non est definitum, cùm etiam nec senio, quòd est vltima ætas hominis, sit aliquis certus terminus definitus, cùm quandóque inueniatur durare quantum omnes præcedentes ætates vel plus: vt dicit Augustinus in libro 83. Quæstionum. Vnde etiam Apostolus secundæ ad Thessalonicenses secundo, excludit falsum intellectum, quem quidam ex suis verbis conceperant, vt crederent diem Domini iam instare.

¶ Ad quartum dicendum, quòd etiam suppositā mortis incertitudine dupliciter ad vigilantiam valet incertitudo iudicij. Primò ad hoc quòd ignoratur vtrùm etiam tantū differatur, quantùm est hominis vita, vt sic ex duabus partibus incertitudo maiorem diligentiam faciat. Secundò, quantùm ad hoc quòd homo non gerit solùm solicitudinem de persona sua, sed de familia, vel ciuitate, vel regno, aut tota Ecclesia, cui nō determinatur tempus durationis secundum hominis vitam, & tamen oportet vnumquēque horum hoc modo disponi, vt dies Domini inueniat paratos.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm iudicium fiat in valle Iosaphat.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd iudicium non fiet in valle Iosaphat, aut in loco circumstante. Quia ad minus oportet iudicandos in terra stare, eos autem tantùm eleuari in nubibus, quorum erit iudicare: sed tota terra promissionis capere nō posset multitudinem iudicandorum: ergo nō potest esse, quòd circa vallem illam fit iudicium.

¶ Præterea, Christo in humanitate datum est iudicium vt iustè iudicet, quia iniustè iudicatus est in prætorio Pilati, & sententiam iniusti iudicij in Golgotha suscepit: ergo loca illa magis debent ad iudicium terminari.

¶ Præterea, Nubes fiunt ex resolutione vaporum: sed tunc nulla erit euaporatio vel resolutio: ergo non poterit esse quòd iusti in nubibus obuiam Christo in aera rapiantur, & sic oportebit & bonos & malos esse in terra, & ita multò amplior locus requireretur quàm sit vallis illa.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Ioel. 3. Congregabo omnes gentes, & educam eas in valle Iosaphat, & disceptabo ibi cum eis.

¶ Præterea, Actu. 1. dicitur: Quemadmodum vidistis eum ascendentem in cœlum, ita veniet: sed ipse ascēdit in cœlum in monte Oliueti, qui præeminet valli Iosaphat: ergo & circa loca illa ad iudicandum veniet.

CONCLVSIO.

¶ Sicut Christus ex monte Oliueti in cœlum ascendit, sic & circa illū locum eum descensurum probabile est.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd qualiter illud iudicium sit futurum, & quomodò homines ad iudicium conueniant, non potest multum per certitudinem sciri: tamen probabiliter potest colligi ex Scripturis, quòd circa locum montis Oliueti descendet, sicut & in de ascendit, vt idem esse ostenda tur qui descendit & ascendit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd magna multitudo in paruo spatio comprehendi potest. Sufficit autem ponere quantuncúnque spacium circa locum illum ad capiendū multitudinem iudicandorum, dummodò ab illo spatio Christum videre possint, qui in aere præeminens, & maxima claritate refulgens, à longinquo inspici poterit.

¶ Ad secundum dicendū, quòd quamuis per hoc q; iudicatur est, iustè iudicariam potestatem meruit, non tamen iudicabit in forma infirmitatis, in qua iniustè iudicatus est: sed in forma gloriosa in qua ad Patrem ascendit. Vnde locus ascēsionis magis competit iudicio, quàm locus vbi condemnatus est.

¶ Ad ter-

¶ Ad tertium dicendum, quòd nubes hic appellantur (vt dicūt quidam) densitates lucis resplendentis à corporibus sanctorū, & non aliquæ euaporationes ex terra & aqua. Vel potest dici quòd nubes illæ generabuntur diuina virtute ad ostendēdum conformitatem in aduentu ad iudicium & ascensionem, vt qui ascendit in nube, ad iudicium veniat, nubes etiam propter refrigerium indicat misericordiam iudicantis.

QVAESTIO OCTVAGESIMA-NONA, *De iudicantibus & iudicatis in iudicio generali, in octo articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de iudicantibus & iudicatis in iudicio generali.

¶ Circa quod quæruntur octo.

¶ Primò, vtrùm aliqui homines iudicaturi sunt cum Christo.

¶ Secundò, vtrùm voluntariæ paupertati correspondeat iudiciaria potestas.

¶ Tertiò, vtrùm angeli sint etiam iudicaturi.

¶ Quartò, vtrùm dæmones exequentur sententiam iudicis.

¶ Quintò, vtrùm omnes homines in iudicio comparebunt.

¶ Sextò, vtrùm aliqui boni iudicandi sint.

¶ Septimò, vtrùm aliqui mali.

¶ Octauò, vtrùm etiam angeli sint iudicandi.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm aliqui homines iudicabunt cum Christo.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd nulli homines iudicabunt cum Christo. Ioann. 5. Pater omne iudicium dedit Filio, vt omnes homines, &c. sed honorificentia talis non debetur alicui nisi Christo: ergo, &c.

¶ Præterea. Quicúnq; iudicat, habet auctoritatem super illud quod iudicat: sed ea, de quibus debet esse futurum iudicium, sicut merita & præmia humana, solū diuinę auctoritati subsunt, ergo nulli competit de his iudicare.

¶ Præterea. Iudicium illud non exercebitur vocaliter, sed mētaliter: vt probabilius æstimatur: sed hoc quòd cordibus hominum omnium notificentur merita & demerita, quod est quasi accusatio vel commendatio vel retributio pœnæ & præmij, quod est quasi sententiæ prolatio, sola diuina virtute fiet: ergo nulli alij iudicabunt nisi Christus qui est Deus.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Matth. 19. Sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel: ergo, &c.

¶ Præterea. Isa. 3. Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui: ergo videtur q; etiam alij iudicabunt cum Christo.

CONCLVSIO.

¶ Iudicabunt perfecti viri cum Christo, inquantum in eis continētur decreta diuinæ iustitiæ, in quibus homines iudicabuntur: non quidem ex propria authoritate, sed Christi sententiam in aliorum nationem ducendo.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd iudicare multipliciter dicitur. Vno modo quasi causaliter, vt dicatur illum iudicare: vnde apparet aliquis iudicandus, & secundum hoc aliqui dicuntur iudicare comparatione, inquantum ex comparatione aliorum aliqui iudicandi ostenduntur, sicut patet Matthæi 12. Viri Niniuitę surgent in iudicio, &c. sed sic iudicare in iudicio communiter & bonorum & malorum est. Alio modo dicitur iudicare quasi interpretatiuè: interpretamur enim aliquem facere: qui facienti cōsentit: vnde isti qui consentiunt iudici, eius sententiam approbando, iudicare dicuntur: & sic iudicare est omnium electorum. Vnde dicitur Sapien. 3. Iudicabunt Sancti nationes. Tertio modo dicitur iudicare, & quasi per similitudinem: quia scilicet similitudinem iudicis habet inquantum sedet in loco eminēti: sicut iudex, & sicut assessores dicuntur iudicare: & secundum hunc modum dicunt quidam quòd perfecti viri, quibus iudiciaria potestas promittitur Matth. 19. iudicabunt, scilicet per honorabilē assessionem, quia superiores cæteris apparebūt in iudicio obuiantes Christo in aera. Sed istud non videtur sufficere ad promissionem Domini complendam: qua dicitur. Sedebitis iudicantes. Videtur enim iudicium confessioni superaddere. Et ideò est quartus modus iudicādi, qui perfectis viris cōuenit, inquantum in eis continentur decreta diuinæ iustitiæ, ex quibus homines iudicabuntur, sicut si liber in quo continetur lex, iudicare dicatur. Vnde Apoca. 20. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Et per hunc modum hanc iudicationem Richardus de sancto Victo exponit. Vnde dicit. Quid diuinæ contemplationi assistunt, qui in libro Sapientiæ quotidiè legunt, velut in cordium voluminibus transcribunt quicquid perspicua veritatis intelligentia comprehendunt. Et ita quid sunt nota iudicantium corda, diuinitùs in omnem veritatem edocta, nisi quædam Canonum decreta? sed quia iudicare importat actionem in alium procedentem, ideò propriè loquendo, iudicare dicitur qui sententiam loquēdo in alterum profert. Sed hoc dupliciter contingit. Vno modo ex propria auctoritate, & hoc est illius qui habet dominium in alios & potestatem: cuius regimini subdūtur qui iudicatur. Vnde eius est in eos ius ferre, sic iudicare est solius Dei. Alio modo iudicare est sententiam alterius auctoritate prolatam in aliorū notitiam ducere, quod est sententiam latam pronuntiare, & hoc modo perfecti viri iudicabunt, quia alios ducent in cognitionem diuinæ iustitiæ, vt sciant quòd iustè pro meritis eis debeatur, vt sic ipsa reuelatio iustitiæ dicatur iudicium. Vnde dicit Richardus de Sancto victore. Iudices coram iudicandis Decretorum libros apperire, est ad cordium suorum inspectionem inferiorum quorumlibet, sensúmque suum in his quæ ad iudicium pertinent, reuelare.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd obiectio illa procedit de iudicio auctoritatis quod Ioli Christo conuenit.

¶ Et similiter dicendum ad secundum.

¶ Ad tertium dicendū, quòd non est inconueniens, aliquos Sanctorum alijs quædam reuelare, vel per modum illuminationis sicut superiores angeli inferiores illuminant: vel per modum locutionis, sicut inferiores superioribus loquuntur.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm iudiciaria potestas correspondeat voluntariæ paupertati.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd iudiciaria potestas non correspondeat voluntariæ paupertati. Hæc enim solutio duodecim Apostolis est promissa, Matthæi 19. Sedebitis super sedes, iudic. &c. cùm ergo non omnes voluntariè pauperes sint Apostoli, videtur quòd non omnibus iudiciaria potestas respondeat.

¶ Præterea. Maius est offerre sacrificium Deo de proprio corpore, quàm de exterioribus rebus: sed martyres & virgines obtulerunt de proprio corpore sacrificium Deo, voluntarie autem pauperes de exterioribus rebus: ergo sublimitas iudiciariæ potestatis magis respondet martyribus & virginibus quā voluntariè pauperibus.

¶ Præterea. Ioā. quinto. Est qui accusat vos Moyses, in quo speratis vos. Gloss. quia voci eius non creditis. Et Ioan. decimo secundo. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die, ergo ex hoc quod aliquis proponit legem, vel verbum exhortationis ad institutionem morum, habet quòd iudicet contemnentes: sed hoc est doctorum: ergo doctoribus magis competit quàm pauperibus.

¶ Præterea. Christus ex hoc q; iniustè iudicatus est, inquantum homo meruit vt sit iudex omnium in humana natura Ioā. 5. Potestatē dedit ei & iudicium facere, quia Filius hominis est: sed qui persecutionem patiuntur propter iustitiam iniustè iudicantur: ergo talis potestas magis competit eis quàm pauperibus.

¶ Præterea. Superior non iudicatur ab inferiori, sed multi licitè diuitijs vtentes erunt maioris meriti multis voluntariè pauperibus: ergo voluntariè pauperes non iudicabunt, vbi alij iudicabuntur.

¶ SED CONTRA. Iob. 36. Non saluat impios & iudicium pauperibus tribuet: ergo pauperum est iudicare.

¶ Præterea. Matthæi nono, super illud. Vos qui reliquistis omnia, &c. Dicit Gloss. Qui reliquerunt omnia, & secuti sunt Deum, hi iudices erunt: qui licita habentes rectè vsi sunt iudicabuntur, & sic idem quod priùs.

CONCLVSIO.

¶ Non cuilibet pauperi datur iudiciaria potestas, sed ei qui omnibus relictis Christum sequutus fuerit, iuxta perfectionem vitæ.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd paupertati datur iudiciaria potestas specialiter propter tria. Primò, ratione congruitatis, quia voluntaria paupertas est eorum, qui omnibus, quæ mundi sunt, contēptis, soli Christo inhærent: & ideò non est eis aliquid quod eorum iudicium à iustitia deflectat. Vnde idonei ad iudicandum reddentur quasi veritatem iustitiæ præ omnibus diligentes. Secundò per modum meriti, quia humiliati respondet exaltatio pro merito, inter omnia autem, quæ hominem in hoc mundo despectum faciunt, præcipuè est paupertas: vnde & pauperibus excellentia iudiciariæ potestatis promittitur, sic qui propter Christum se humiliat exaltetur. Tertiò, quia paupertas disponit ad prædictum modum iudicandi. Ex hoc enim aliquis Sanctorum iudicare dicetur, vt ex dictis patet, quia cor habebit edoctum omni diuina veritate, quam alijs potens erit manifestare, in progressu autem ad perfectionem primùm quod derelinquendum occurrit, sunt exteriores diuitiæ, quia hæc sunt vltimò acquisita, quod autem vltimum in generatione est, est primum in destructione, vnde & inter beatitudines, quibus est progressus ad perfectionem, prima ponitur paupertas, & sic paupertati respondet

Universidad de Deusto
Biblioteca

iudiciaria potestas, inquantum est prima dispositio ad potestatem prædictam. Et hinc est quòd non quibuscunque pauperibus eriam veritatis repromittitur potestas prædicta, sed illis qui relinquentes omnia, sequuntur Christum secundum perfectionem vitæ.

AD PRIMVM ergo dicendum quòd sicut Augustinus dicit 20. de Ciuitate Dei: Nequaquam super 12. senes sessuros esse 12. solos homines, cũ illo iudicaturos putare debemus, alio quin quia in locum Iudæ proditoris Apostolum Matth. legimus ordinatum, Paulus qui plus alijs laborauit, vbi ad iudicãdum sedeat, non habebit vnde duodenario numero significata est vniuersa iudicantium multitudo, propter duas partes septenarij, scilicet tria & quatuor: quæ in se ductæ faciunt duodenarium. Septenarius autem est numerus perfectus: vel propter hoc quòd constitit in duplici senario, qui est numerus perfectus: vel quo ad literam 12. Apostolis loquebatur, in quorũ persona hoc omnibus eorum sequacibus promittebat.

¶ Ad secundum dicendum, quòd virginitas & martyrium non ita disponunt ad retinendum in corde decreta diuinę iustitiæ, sicut paupertas, sicut econtrario exteriores diuitiæ ex sua soli citudine suffocant verbum Dei: sicut dicitur Lucæ 8. Vel dicendum quòd paupertas non solùm sufficit ad meritum iudiciariæ potestatis, sed quia est prima pars perfectionis, cui respondet iudiciaria potestas: vnde inter ea quæ sequuntur ad paupertatem, ad persecutionem spectantia, possunt computari & virginitas & martyrium, & omnia perfectionis opera, non tamen sunt ita principalia sicut paupertas, quia principiũ est maxima pars rei.

¶ Ad tertium dicendum, quòd ille qui legem proposuit, aut exhortatus est, ad bonum iudicabit, causaliter loquendo, quia per comparationem ad verba ab ipso prolata, vel proposita alij iudicabuntur: & ideò non respondet proprie potestas iudiciaria prædicationi vel doctrinę: Vel dicendum secundum quòdam, quòd tria requiruntur ad potestatem ordinariam. Primò abdicatio temporalium curarum, ne impediatur animus à sapientiæ perfectione. Secundò requiritur habitus cõtinens diuinam iustitiam scitam & obseruatam. Tertiò, quòd illam iustitiam alios docuerint, & sic doctrina erit perfectio cõplens meritum iudiciariæ potestatis.

¶ Ad quartum dicendum, quòd Christus in hoc quòd iniustè iudicatus est, seipsum humiliauit, oblatus est enim, quia voluit: & meritum humilitatis est iudiciaria exaltatio, qua ei omnia subduntur, vt dicitur Philip. 3. & ideo magis debetur iudiciaria potestas illis qui voluntariè se humiliant, bona temporalia abijciendo, propter quæ homines à mundanis honorantur, quàm his qui ab alijs humiliantur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd inferior non potest iudicare superiorem autoritate propria, sed tamen autoritate superioris potest, sicut patet in iudicibus delegatis: & ideò non est inconueniens, si hoc quasi accidentale præmium pauperibus detur vt iudicent alios, etiam qui sunt excellentioris meriti respectu præmij essentialis.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm Angeli debeant iudicare.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd angeli debeãt iudicare. Matth. 24. Cùm venerit Filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo: sed loquitur de aduẽtu ad iudicium: ergo videtur quòd angeli etiam iudicabuntur.

¶ Præterea, Angelorum ordines nomina sortiuntur ex officio quod exercent: sed quidam ordo angelorum est ordo thronorum, quod videtur pertinere ad iudiciariam potestatem, throni enim sedes iudicis, solum regis, cathedra doctoris: ergo alij qui angeli iudicabunt.

¶ Præterea, Sanctis post hanc vitam promittitur angelorum æqualitas: Matthæi 22. Si ergo homines hanc habebunt potestatem vt iudicent, multo fortius & angeli.

¶ SED CONTRA, Ioan. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia Filius hominis est: sed angeli non communicant in humana natura: ergo nec in iudiciaria potestate.

¶ Præterea, Non est eiusdem iudicare & esse iudicis ministrũ: sed angeli erunt in iudicio suo vt ministri, vt dicitur Matth. 13. Mittet Filius hominis angelos, & colligent de regno eius omnia scandala: ergo angeli non iudicabunt.

CONCLVSIO.

¶ Cùm angeli non sint humanæ naturæ participes, non competit eis iudicare: sed Christo, qui verè homo est.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd assessores iudicis debẽt iudici esse conformes: iudicium autem Filio attribuitur, quia secundum humanam naturam omnibus apparebit tam bonis quàm malis, quamuis tota Trinitas iudicet per autoritatem: & ideò etiam oportet vt assessores iudicis humanam naturam habeant, in qua possint ab omnibus bonis & malis videri, & sic angelis non competit iudicare, quamuis angeli etiam aliquo modo possint dici iudicare per sententiæ approbationem.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut ex glossa ibidem patet, angeli cum Christo venient non iudices, sed vt sint testes humanorum actuum, sub quorum custodia homines bene vel male egerunt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd nomen throni attribuitur angelis ratione illius iudicij quod Deus semper exercet, omnia iustissimè gubernãdo, cuius iudicij angeli sunt quodãmodo executores & promulgatores: sed iudiciũ quod de hominibus per hominem Christum fiet, etiam requirit homines assessores.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hominibus promittitur angelorum æqualitas quantum ad præmiũ essentiale, nihil tamen prohibet aliquod præmium accidẽtale exhiberi hominibus, quod angelis non dabitur, vt patet de aureola virginum aut martyrum, & similiter potest dici de iudiciaria potestate.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm dæmones exequantur sententiam iudicij in damnatos.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd post diẽ iudicij dæmones non exequentur sententiam iudicis in damnatos: quia secundum Apostolum 1. Corinth. 15. tunc euacuabit omnem principatum & potestatem & virtutem: ergo cessabit omnis prælatio, sed exequi iudicis sententiam, quãdam denotat prælationem: ergo dæmones post diem iudicij non exequentur sententiam iudicis.

¶ Præterea, Dæmones magis peccauerũt quàm homines: ergo non est iustum quòd homines per dæmones torqueantur.

¶ Præterea, Sicut dæmones suggerunt hominibus mala, ita angeli suggerunt bona: sed præmiare bonos, non est officium angelorum, sed hoc erit ab ipso Deo immediatè: ergo nec punire malos erit officium dæmonum.

¶ SED CONTRA est, quòd homines peccatores se diabolo subdiderunt peccando: ergo iustum erit vt eis subijciantur in pœnis, quasi ab eis puniendi.

CONCLVSIO.

¶ Quemadmodum beati beatos mutuò illuminant vt angeli, per quos diuinæ illuminationes deferuntur: ita probabile est, quòd dæmones, damnatos torquebunt.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc tangitur à Magistro in litera duplex opinio, & veraque videtur Dei iustitiæ competere: ex hoc enim quòd homo peccat, iustè dæmoni subijcitur, sed dæmõ iniustè ei præest. Opinio ergo illa quę ponit dæmones, in futurum post diem iudicij hominibus non præesse in pœnis, respicit ordinem diuinæ iustitiæ ex parte dæmonum punientium. Contraria verò opinio respicit ordinem diuinæ iustitiæ ex parte hominum punitorum: quæ autem earum verior sit, certum nobis esse nõ potest. Verius tamen æstimo quòd sicut ordo seruabitur in saluatis, quòd quidam à quibusdam illuminabuntur & perficientur, eo quòd ordines cœlestis hierarchiæ perpetui erunt, ita seruabitur ordo in pœnis, vt homines per dæmones puniantur, ne totaliter diuinus ordo, quo angelos medios inter naturam humanam & diuinam constituit, annulletur. Dicit enim Hierony. Sicut vtiq; per angelos bonos diuinæ illuminationes deferuntur, ita etiam dæmones sunt executores diuinæ iustitię in malos, nec ob hoc minuitur aliquid de dæmonum pœna, quia in hoc etiam quòd alios torquent, ipsi torquebuntur. Ibi enim miserorum societas miseriam non minuet, sed augebit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd prælatio illa, quę dicitur euacuanda per Christum in futuro, est accipienda secundum modum prælationis, quæ est secundum statum huius mundi, in quo & homines hominibus principantur, & angeli hominibus, & angeli angelis, & dæmones dæmonibus, & hoc totum ad perducendum ad finem vel abducendum à fine: tunc autem cùm omnia ad finem illum peruenerint, non erit prælatio abducens, sed conseruans in fine boni vel mali.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis meritum dæmonũ non requirat quòd hominibus præferatur, quia iniustè sibi homines subiecerunt, tamen hoc requirit ordo naturæ ipsorum ad naturam humanam. Bona enim naturalia in eis integra manent, vt Dio. dicit 4. de Diu. nominibus.

¶ Ad tertium dicendum, quòd angeli boni non sunt causa principalis præmij electis, quia hoc omnes immediatè à Deo percipiunt: sed tamen quorundam accidentalium præmiorum angeli hominibus sunt causa, inquantum per superiores angelos inferiores & angeli & homines illuminantur de aliquibus secretis diuinorum, quæ ad substantiam beatitudinis non pertinent: & similiter principalem pœnam damnati excipient immediatè à Deo: scilicet exclusionem perpetuam à visione Dei, alias autem pœnas sensibiles non est inconueniens hominibus per dæmones infligi. In hoc tamen est differẽtia, quia meritum exaltat, sed peccatum deprimit, vnde cùm natura angelica sit altior quam humana, quidam propter excellentiam meriti in tantum exaltabuntur, quòd talis exaltatio excedet altitudinem naturæ & præmij in quibusdam angelis. Vnde quidã angeli per quosdam homines illuminabuntur, sed nulli homines peccatores propter aliquem gradum malitiæ peruenient ad illam eminentiam, quæ debetur naturæ dæmonum.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm omnes homines in iudicio comparebunt.

Psal. 1. ad. 47. 5. 1. 47 ad 3. 5. 1. 67 ad 5.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd nõ omnes homines in iudicio cõpareant. Quia dicitur Matth. 19. Sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus Israel: sed nõ omnes homines pertinẽt ad illas tribus duodecim: ergo videtur quòd non omnes in iudicio compareant.

¶ Præterea. Idem videtur per hoc quod dicitur in Psalmo. Nõ resurgent impij in iudicio: sed multi sunt tales: ergo videtur quòd non omnes compareant.

¶ Præterea. Ad hoc aliquis ad iudicium dicitur, vt eius merita discutiantur, sed quidam sunt qui nulla merita habuerũt, sicut pueri ante perfectam ætatem decedentes: ergo illos in iudicio comparere necesse non est.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Actuum quarto. Quòd Christus est constitutus à Deo iudex viuorum & mortuorum: sed sub istis differentijs comprehenduntur omnes homines, qualitercúnq; viui à mortuis distinguantur: ergo omnes in iudicio comparebunt.

¶ Præterea. Apoc. 1. dicitur. Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus: hæc autem non essent, si non omnes in iudicio comparerent: ergo, &c.

CONCLVSIO.

¶ Sicut Christus pro omnibus passus est (etsi non omnes passionis suæ effectũ sentiant) sic congruum est, vt omnes iudicio illius sistant ad videndam suam exaltationem.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd potestas iudiciaria Christo homini collata est in præmium humilitatis, quam in passione exibuit: ipse autem sua passione sanguinem pro omnibus fudit, quantum ad sufficientiã, licèt non in omnibus effectum habuit propter impedimentum in aliquibus inuẽtum: & ideò congruum est vt omnes homines in iudicio congregẽtur ad videndum eius exaltationem in humana natura, secundum quam constitutus est iudex à Deo viuorum & mortuorum.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut dicit Augustinus 20. de ciuita Dei. Non quia dictum est. Iudicãtes duodecim tribus Israel, tribus Leui, quæ tertiadecima est, iudicanda non erit, aut solùm illum populum, sed etiam gentes cæteras iudicabunt, ideò autem per duodecim tribus omnes aliæ gentes intelliguntur, quia in sortem duodecim tribuum per Christum sunt vocatæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd hoc quod dicitur. Non resurgent impij in iudicio: si referatur ad omnes peccatores, sic intelligendum est, quòd non resurgent ad hoc quòd iudicent. Si autem impij dicantur infideles: sic intelligendum est quòd non resurgent ad hoc quòd iudicentur: quia iam iudicati sunt: sed omnes resurgent, vt in iudicio compareant ad gloriam iudicis intuendam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd etiam pueri ante perfectam ætatem decedentes, in iudicio comparebunt, non vt iudicẽtur, sed vt videant gloriam iudicis.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm boni in iudicio iudicentur.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd nulli boni in iudicio iudicentur. Quia Ioan. terrio. Qui credit in eum, non iudicatur, sed omnes boni crediderunt in eum: non ergo iudicabuntur.

¶ Præterea. Illi non sunt beati, quibus est incerta sua beatitudo, ex quo Augustinus probat dæmones nunquam fuisse beatos: sed sancti homines nunc sunt beati: ergo certi sunt de sua beatitudine: sed quod certum est, non adducitur ad iudicium, ergo boni non iudicabuntur.

¶ Præterea. Timor beatitudini repugnat, sed extremum iudicium quod tremendum maximè dicitur, non poterit fieri sine timore eorum, qui sunt iudicandi: vnde etiam Gregorius dicit super illud Iob 40. Cùm sublatus fuerit, timebunt angeli, & cætera. Consideremus quomodò tunc iniquorum conscientia concutietur, quando etiam iustorum vita turbatur: ergo beati non iudicabuntur.

¶ SED CONTRA. Videtur quòd omnes boni iudicentur: quia dicitur 2. Cor. 5. Omnes astabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit, siue sit bonũ siue malũ: sed nihil est aliud iudicari: ergo omnes iudicabũtur.

¶ Præterea. Vniuersale omnia comprehendit: sed illud iudiciũ dicitur vniuersale: ergo omnes iudicabuntur.

CONCLVSIO.

¶ Beati omnes quantum ad præmiorum retributionem iudicabuntur, quantum verò ad meritorum discussionem qui notabilem alicuius mali meriti habent, non iudicabuntur: ut illi qui negotijs terrenis sunt impliciti, ita tamen vt sua peccata per eleemosinas expiarint, iudicabuntur.

¶ RESPONDEO dicendũ, quòd ad iudicium duo pertinent, scilicet discussio meritorum, & retributio præmiorum. Quantum ergo ad receptionem præmiorum omnes iudicabũtur, & vnusquisque recipiet ex diuina sententia præmium merito respondens: sed discussio meritorũ non fit nisi vbi est quędam meritorum commixtio bonorum cum malis. Illi autem qui ædificant supra fundamentum fidei aurum & argentum & lapides pręciosos, diuinis seruitijs totaliter insistentes, qui nullam admixtionem notabilem alicuius mali meriti habent, in eis discussio meritorum locum non habet, sicut illi qui rebus mundi penitus abiectis, solicitè cogitant solùm quę Dei sunt: & ideò saluabuntur, sed non iudicabuntur: illi verò qui ædificant super fidei fundamentum ligna, fœnum, stipulam, qui adhuc scilicet amant secularia, & terrenis negotiis implicantur, ita tamen quòd nihil Christo præponunt, sed studentes peccata eleemosinis, habent quidem commixtionem bonorum meritorum cum malis: & ideò discussio meritorum in eis locum habet, vnde tales quantum ad hoc & iudicabuntur, & tamen saluabuntur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia punitio est effectus iustitiæ, præmiatio autem misericordiæ: & ideò magis iudicio, quod est actus iustitiæ antopomaficè punitio attribuitur, vt interdũ iudicium pro ipsa cõdemnatione accipiatur, & sic intelligitur auctoritas inducta, vt per Glos. ibidem patet.

¶ Ad secundum dicendum, quòd discussio meritorum electis non erit ad tollendum certitudinem beatitudinis à cordibus ipsorum iudicandorum, sed vt præeminentia bonorum meritorum ad mala ostendatur omnibus manifestè, & sic Dei iustitia comprobetur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Gregorius loquitur de iustis in carne mortali existentibus. Vnde suprà præmiserat, Hi qui in corporibus reperiri poterunt, quamuis iam fortes atq; perfecti adhuc in carne sint positi, non possunt in tanti terroris turbine nulla formidine concuti: vnde patet quòd terror ille referendus est ad tempus, immediatè iudicium præcedens, timendum quidem, maximè malis: non autem bonis, quibus nulla erit mali suspitio.

¶ Rationes autem quę sunt ad oppositum, procedũt de iudicio quantum ad retributionem præmiorum.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrùm mali iudicabuntur.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd nulli mali iudicabuntur. Sicut contingit in fideliũ damnatio, ita & eorum, qui in mortali decedũt: sed propter dãnationis certitudinem dicitur Ioan. 3. Qui non credit, iam iudicatus est: ergo eadem ratione nec alij peccatores iudicabuntur.

¶ Præterea. Vox iudicis est valdè terribilis eis, qui per iudicium condemnantur: sed sicut in litera ex verbis Grego. habetur, ad infideles locutio iudicis non fiet si ergo fieret ad fideles damnandos, ipsi infideles de sua infidelitate commodum reportarent, quod est absurdum.

¶ SED CONTRA. Videtur quòd omnes mali sint iudicandi, quia omnibus malis infligetur pœna secundum quantitatem culpæ: sed hoc sine definitione iudicij esse non potest: ergo mali iudicabuntur.

CONCLVSIO.

¶ Infideles condemnabuntur, cùm in eis nullum sit fidei fundamentum.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd iudicium quod est pœnarũ retributio, pro peccatis omnibus competit: iudicium autem quod est discussio meritorum solùm fidelibus, quia infidelibus non est fidei fundamentum, quo sublato: omnia opera sequentia perfecta rectitudine intentionis carent, vnde non est in eis aliqua permixtio bonorum operum vel meritorum ad mala, quę discussionem requirat, sed fideles in quibus manet fidei fundamentum, ad minus fidei actum laudabilẽ habent, quamuis non sit meritorius sine charitate tamen quantũ est de se, est ordinatus ad meritum: & ideò in eis iudicium di-

Universidad de Deusto
BibliotecaBiblioteca

scusionis locum habet: vnde ipsi fideles qui fuerunt salvē numero ciuis ciuitatis Dei, iudicabuntur vt ciues in quos sine discussione meritorum sententia mortis non feretur: sed infideles condemnabuntur, vt hostes qui consueuerunt apud homines absq; meritorum audacia æstimari.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ quamuis eis, qui in mortali decedunt, pro certo constet de eorum damnatione: quia tamen aliqua quæ pertinent ad bene merendum, habent annexa oportet ad manifestationem diuinę iustitiæ, vt discussio de eorum meritis fiat, per quam ostendatur, eos iustè à Sanctorum ciuitate excludi, cuius esse ciues numero exteriùs videbantur.

¶Ad secundum dicendum, q̄ allocutio illa spiritualiter intellecta non erit aspera fidelibus condēnandis: quia in eis aliqua sibi placentia manifestabit quæ in infidelibus inueniri nō possunt, quia sine fide impossibile est Deo placere. Heb. 11. Sed sentētia cōdēnationis, quæ in omnes fertur, omnib. terribilis erit.

¶Ratio verò in contrarium adducta procedebat de iudicio retributionis.

ARTICVLVS VIII.

¶Vtrùm angeli in futuro iudicentur.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd angeli in futuro iudicentur. Quia dicitur 1. Corint. 6. Nescitis, quia angelos iudicabimus: sed hoc non potest referri ad statum præsentis temporis: ergo referri debet ad futurum.

¶Præterea, Iob 40. dicitur de Behemoth, per quem diabolus intelligitur: Cunctis videntibus præcipitabatur: & Marc. 1. exclamauit dæmon ad Christum: Venisti ante tempus perdere nos. & Glos. dicit ibidem, quòd Dæmones in terra Dominum cernentes, se continuò iudicādos esse credebant: ergo videtur quòd eis finale iudicium reseruetur.

¶Præterea, Secundæ Petri 2. dicitur: Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarū tradidit cruciandos in iudicium reseruari: ergo videtur quòd angeli iudicabuntur.

¶SED CONTRA, Deus non iudicabit bis in idipsum: sed mali angeli iam iudicati sunt. Vnde Ioan. 16. Princeps mundi iam iudicatus est: ergo in futuro angeli non iudicabuntur.

¶Præterea, Perfectior est bonitas vel malitia angelorū, quàm aliquorum hominum in statu viæ: sed quidam homines boni & mali non iudicabuntur, vt dicitur in litera: ergo nec angeli boni vel mali iudicabuntur.

CONCLVSIO.

¶Cùm in bonis angelis nihil mali inueniri possit, neq; in malis Angelis aliquid boni, nullo modo iudicium discussionem eis competit. Sed quātum ad propria merita tam iudicati sunt: iudicio tamen retributionis iudicabuntur, quantum ad merita, ad eos quæ alios incitarunt.

¶RESPONDEO dicendum, quòd iudicium discussionis nullo modo habet locum neque in bonis angelis, neque in malis: quia neque in bonis potest aliquid mali inuentri, neque in malis aliquid boni ad iudicium pertinens. Sed si loquamur de iudicio retributionis, sic est distinguenda duplex retributio. Vnde respondens proprijs meritis angelorum, & hæc à principio fuit vtrisq; facta: vnde quidā in beatitudine sublimati sunt quidam in miseria demersi. Alia retributio est, quæ respondet meritis bonis vel malis per angelos procreatis, & hæc retributio in futuro iudicio fiet, quia boni angeli amplius gaudiū habebunt de salute eorum, quos ad meritum induxerunt, & mali amplius torquebuntur, multiplicata malorum ruina, qui per eos ad mala sunt incitati. Vnde directè loquēdo, iudicium nec ex parte iudicantium neque iudicandorū erit angelorum, sed hominum: sed indirectè quodāmodò respiciet angelos, inquātum actibus hominum fuerunt commixti.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illud verbum Apostoli est intelligendum de iudicio comparationis, quia quidam homines quibusdam angelis superiores inuenientur.

¶Ad secundum dicendum, quòd ipsi dæmones cunctis videntibus præcipitabuntur, quia in perpetuum in inferni carcerem detrudentur, vt iam non sit eis liberum egredi exterā, quia hoc eis non concedebatur nisi secundū quòd ordinabatur ex diuina prouidentia ad hominum vitam exercendam.

¶Et similiter dicendum est ad tertium.

QVAESTIO NONAGESIMA, DE FORMA *iudicii venientis ad iudicium, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de forma iudicis venientis ad iudicium.

¶Circa quod quæruntur tria.

¶Primo, vtrùm Christus in forma humanitatis sit iudicaturus.

¶Secundò, vtrùm apparebit in forma humanitatis gloriosa.

¶Tertiò, vtrùm diuinitas possit sine gaudio videri.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm Christus in forma humanitatis sit iudicaturus. Tho. 4. dist. 43. quæst. 1. arti. 2. & seq.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Christus in forma humanitatis non sit iudicaturus. Iudicium enim auctoritatem requirit in iudicante: sed auctoritas super vivos & mortuos est in Christo, secundum q̄ est Deus: sic enim est & Dominus & creator omnium: ergo in forma diuinitatis iudicabit.

¶Præterea, In iudice requiritur potestas inuincibilis: Vnde Eccle. 7. Noli quærere fieri iudex nisi valeas virtute disrumpere iniquitates: sed virtus inuincibilis conuenit Christo, secundū quòd est Deus: ergo in forma diuinitatis iudicabit.

¶Præterea, Ioan. 5. dicitur. Omne iudicium dedit Filio, vt omnes honorificent Filium sicut honorificant Patrem: sed honor æqualis patri non datur filio secundum humanam naturam: ergo non iudicabit secundum formam humanam.

¶Præterea, Dani. 7. dicitur, Aspiciebā donec throni positi sunt & Antiquus dierum sedit: throni autem iudiciariam potestatē designant, antiquitas aūt de Deo dicitur ratione æternitatis: vt Diony. dicit in libro de diui. nomi. ergo iudicare cōuenit Filio prout est æternus: ergo non secundum quod homo.

¶Præterea, Augustinus dicit. & habetur in litera, quòd per Dei verbum fit animarum resurrectio, per verbum factum in carne Filium hominis fit resurrectio corporum: sed iudicium illud finale pertinet magis ad animam quàm ad carnem: ergo magis conuenit iudicare Christo, secundum quòd est Deus, quàm secundum quòd est homo.

¶SED CONTRA, Ioan. 5. Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est.

¶Præterea, Iob 16. Causa tua quasi impij, iudicata est: Glossa à Pilato: ideò iudicij causāmque recipies: Glo. Vt iustè iudices. sed Christus secundum humanam naturam est iudicatus à Pilato: ergo secundum humanam naturam iudicabit.

¶Præterea. Eius est iudicare, cuius est legem cōdere: sed Christus in humana natura apparens nobis legem Euangelij dedit: ergo secundum eandem naturam iudicabit.

CONCLVSIO.

¶Cùm vltimum iudicium hanc ob causam ordinetur, vt boni recipiāt in regnum cœleste, mali verò ab eo arceantur, congruum est vt Christus secundum humanam naturam sit mundum iudicaturus, cuius redemptionis beneficio ad regnum cœlorum admittitur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd iudicium aliquod dominium in iudicando requirit: vnde Roma. 14. Tu quis es qui iudicas alienum seruum? & ideò secundum hoc Christo competit iudicare, quòd dominium super homines habet, de quibus principaliter erit finale iudicium. Ipse autem est noster dominus, non solum ratione creationis, quia dominus ipse est Deus, Ipse fecit nos. & non ipsi nos, sed etiam ratione redemptionis quod ei competit secundum humanam naturam, vnde Roma. 14. in hoc Christus mortuus est & resurrexit, vt & mortuorū dominetur. Ad præmium autem vitæ æternę nobis creationis bona nō sufficerent, nisi redemptionis beneficium adderetur, propter impedimentum quod naturæ creatæ superuenit ex peccato primi parentis. Vnde cùm finale iudicium ad hoc ordinetur, vt aliqui admittantur ad regnum, & aliqui excludantur à regno, conueniens est vt ipse Christus secundum humanam naturam, cuius redemptionis beneficio ad regnum admittimur, illi iudicio præsideat: & hoc est quod dicitur actum 10. quòd ipse constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorū, & quia per redemptionem humani generis non solùm homines reparauit, sed vniuersaliter totam creaturam, secundum quòd tota creatura, reparato homine, melioratur, vt habetur Colossen. 1. Pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in cœlis, siue in terris: & ideò non solū super homines, sed super vniuersam creaturam Christus per suam passionem dominiū promeruit & potestatem iudiciariam. Matth. vlt. Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in Christo secundum diuinam naturam est autoritas diuina respectu vniuersalis creaturæ ex iure creationis, sed in Christo secundum humanam naturam est autoritas dominij, quam promeruit per passionem, & est quasi autoritas secundaria & acquisita, sed prima est naturalis & æterna.

¶Ad secundum dicendum, quòd quamuis Christus, secundum quòd homo, nō habeat à se inuincibilem potestatem ex naturali virtute humanæ speciei, tamen ex dono diuinitatis etiam in humana natura inuincibilem habet potestatem, secundum quòd omnia sunt subiecta pedibus eius, vt dicitur 1. Corinthiorum 15. & Hebræ. 2. & ideò iudicabit in humana natura, sed ex diuinitatis virtute.

¶Ad ter-

¶Ad tertium dicendum, quòd Christus non sufficisset ad humani generis redemptionem, si purus homo fuisset: & ideò ex hoc ipso quòd secundū humanam naturam genus humanū redimere potuit, ac per hoc iudiciarium potestatem consecutus est, manifestè ostenditur q̄ ipse est Deus, & ita æqualiter honorandus cum Patre, non inquantū homo, sed inquantùm Deus.

¶Ad quartum dicendum, quòd in illa visione Dani. manifestè totus exprimitur ordo iudiciarię potestatis, quę quidem sicut in prima origine est in ipso Deo, & specialiùs in patre, qui est fons totius deitatis: & ideò præmittitur primò quòd antiquus dierum cederet: sed à Patre iudiciaria potestas traducta est in Filium non solùm ab æterno secundum diuinam naturam, sed etiam in tempore secundum humanam, in qua eam meruit: & ideò subditur in visione prædicta, Ecce cum nubibus cœli quasi Filius hominis veniebat, & vsque ad Antiquum dierum peruenit, & dedit ei potestatem & honorem & regnum.

¶Ad quintum dicendum, quòd Augustinus loquitur, vt per appropriationem quandam reducantur effectus, quos in humana natura fecit ad causas aliquo modo similes, & quia secundum animam sumus ad imaginem & similitudinem Dei, secundum autem carnem sumus eiusdem speciei cum homine Christo: ideò ea quæ in animabus nostris Christus fecit, diuinitati attribuit, quæ verò in carne fecit vel facturus est, attribuit eius carni: quamuis caro eius, inquantū est diuinitatis organū, vt dicit Dama. habeat etiam effectū in animabus nostris, iecundū id quod dicitur Hebr. 10. quòd sanguis eius emundauit conscientias nostras ab operibus mortuis, & sic etiam verbū caro factum est causa resurrectionis animarum. Vnde etiam secundum humanam naturam conuenienter est iudex, non solùm corporalium, sed etiam spiritualium bonorum.

ARTICVLVS II.

¶Vtrū Christus in iudicio apparebit in forma humanitatis gloriosa.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christus in iudicio non apparebit in forma humanitatis gloriosa. Ioan. 19. Videbunt in quem transfixerunt. Glos. Quia in ea carne venturus est, in qua crucifixus est: sed crucifixus est in forma infirma: ergo in forma infirmitatis apparebit, non in forma gloriosa.

¶Præterea, Matth. 24. dicitur, quòd apparebit signum Filij hominis in cœlo, id est, signum crucis: vt Chrysost. dicit, videlicet quòd veniet in iudicio Christus non solùm vulnerum cicatrices, sed etiam ipsam mortem exprobratissimam ostendens: ergo videtur quòd non apparebit in forma gloriosa.

¶Præterea, Secundum hanc formam Christus in iudicio apparebit, quæ ab omnibus conspici possit: sed Christus secundum formam humanitatis gloriosa non poterit videri ab omnibus bonis & malis, quia oculus non glorificatus non videtur esse proportionatus ad videndam claritatem glorioſi corporis: ergo non apparebit in forma gloriosa.

¶Præterea, Illud quod promittitur iustis in præmium, nō conceditur iniustis: sed videre gloriam humanitatis promittitur iustis in præmium, Ioan. 10. Ingredietur & egredietur & pascua inueniet, id est, resurrectionē in diuinitate & humanitate: vt Augustinus exponit. & Isaiæ 33. Regem in decore suo videbūt: ergo in iudicio nō apparebit omnibus in forma gloriosa.

¶Præterea, Secundū illam formam Christus iudicabit in qua iudicatus est. Vnde super illud Ioan. 5. Sicut Filius quos vult glorificat: dicit Glossa, In qua forma iniustè iudicatus est, iustè iudicabit, vt possit ab impijs videri: sed iudicatus est in forma infirmitatis: ergo & in eadem in iudicio apparebit.

¶SED CONTRA est quod dicitur Lucæ 21. Tunc videbunt Filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate: maiestas autem & potestas ad gloriam pertinent: ergo in forma gloriosa apparebit.

¶Præterea, Ille qui iudicat, debet eminere illis qui iudicātur: sed electi qui iudicabuntur à Christo, corpora gloriosa habebunt: ergo multo fortiùs iudex in forma gloriosa apparebit.

¶Præterea, Sicut iudicari est infirmitatis, ita iudicare est autoritatis & gloriæ: sed in primo aduentu, quo Christus venit ad hoc quod iudicaretur, in forma infirmitatis apparuit: ergo in secundo aduentu ad hoc quod iudicet, apparebit manifestè in forma gloriosa.

CONCLVSIO.

¶Sicut decuit, Christum vt pro nobis apud Patrem satisfaceret, formam serui accipere: sic conueniens est, vt in iudicio vltimo in gloria sua appareat, iustitiam Patris in homines demonstraturus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Christus dicitur Dei & hominum mediator, inquantùm pro hominibus satisfecit & interpellat apud Patrem, & ea quæ sunt Patris, hominibus communicat: secundum quòd dicitur Ioannis 17. Claritatem quam dedisti mihi, dedi eis: secundum hoc autem vtrumque ei conuenit, quod cum vtroque communicat extremorū. Inquātùm enim cum hominibus communicat, vices hominum gerit apud Patrem, inquantùm verò eum Patre communicat, dona Patris transmittit ad homines. Quia ergo in primo aduentu ad hoc venit, vt pro nobis satisfaceret apud Patrem, in forma nostræ infirmitatis apparuit: quia verò in secundo aduentu ad hoc venit, vt iustitiam patris in homines exequatur, demonstrare gloriam habebit, quæ inest ei ex communicatione ad Patrem: & ideò in forma gloriosa apparebit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in eadem forma apparebit, sed non similiter se habente.

¶Ad secundum dicendum, quòd signum crucis apparebit in iudicio non ad iudicium tunc existentis infirmitatis, sed præteritæ, vt per hoc iustior condemnatio eorum appareat, qui tantam misericordiam neglexerunt, & eorum præcipuè qui Christum iniustè persequuti sunt. Cicatrices autem quæ in eius corpore apparebunt, non pertinebunt ad aliquam infirmitatem, sed erunt indicia maximæ virtutis, qua Christus per passionem & infirmitatem de hostibus triumphauit. Etiam exprobratissimam mortem ostendet, non sensibiliter eam oculis ingerens, ac si tunc eam pateretur, sed ex his quæ apparebunt, scilicet indiciis præteritæ passionis homines in recogitationem præteritæ mortis adducet.

¶Ad tertium dicendum, quòd corpus gloriosum habet in potestate sua vt se demōstret oculo non glorioso, vt patet ex his quæ dicta sunt: & ideò in forma gloriosa Christus ab omnibus poterit videri.

¶Ad quartum dicendum, quòd sicut amici gloria est delectabilis, ita gloria & potestas eius qui odio habetur maximè contristat: & ideò sicut visio humanitatis Christi erit iustis in præmium, ita inimicis Christi erit in supplicium: vnde Isaiæ 26. Videant & confundantur zelantes populi, & ignis, id est, inuidia, hostes tuos deuoret.

¶Ad quintum dicendum, quòd forma accipitur ibi pro natura humana, in qua iudicatus est, & etiam iudicabit: non autem pro qualitate naturæ, quæ non erit eadem in iudicante, scilicet infirma, quæ in iudicato fuit.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm diuinitas a malis sine gaudio videri possit.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd diuinitas à malis sine gaudio videri possit. Constat enim quòd impij manifestissimè cognoscent Christum esse Deum: ergo diuinitatem eius videbunt: & tamen de visione Christi non gaudebunt: ergo sine gaudio videri poterit.

¶Præterea, Voluntas impiorum peruersa non magis aduersatur humanitati Christi, quàm eius diuinitati: sed in hoc quòd videbunt gloriam humanitatis, cedet eis in pœnam, vt dictum est: ergo multò fortiùs si diuinitatem eius viderent, magis contristarentur, quàm gauderent.

¶Præterea, Ea quæ sunt in affectu, non de necessitate sequuntur ad ea quę sunt de intellectu. Vnde Augustinus dicit, Procedit intellectus, & sequitur tardus aut nullus affectus: sed visio ad intellectum pertinet, gaudium autem ad effectum: ergo potest esse diuinitatis visio sine gaudio.

¶Præterea, Omne quod recipitur in aliquo, recipitur per modum accipientis, & non per modum recepti: sed omne quod videtur, quodammodò in videntē recipitur: ergo quāuis in se diuinitas sit delectabilissima, tamen visa ab illis qui sunt tristitia absorpti, non delectabit, sed magis contristabit.

¶Præterea, sicut se habet sensus ad sensibile, ita intellectus ad intelligibile: sed ita est in sensibus, quòd palato nō sano pœna est panis, qui sano est suauis, vt dicit Aug. & similiter accidit in aliis sensibus: ergo cùm damnati habeant intellectum indispositum, videtur quòd visio lucis increatę magis afferat eis pœnam, quàm gaudium.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ioan. 17. Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deū, ex quo patet q̄ essentia beatitudinis in Dei visione consistit: sed de ratione beatitudinis est gaudium: ergo diuinitas sine gaudio videri nō poterit.

¶Præterea, Ipsa essentia diuinitatis est essentia veritatis: sed vnicuique est delectabile videre verum. Nam omnes homines natura scire desiderant, vt dicitur in 1. Metaphi. ergo diuinitas sine gaudio videri non potest.

¶Præterea, Si aliqua visio non semper est delectabilis, contingit eam quandóque esse tristabilem: sed visio intellectiua nunquam est contristabilis, quia delectationi, quæ est in intelligēdo, non opponitur aliqua tristitia, vt dicit Philosophus: cùm ergo diuinitas videri non possit nisi per intellectum, videtur quòd diuinitas sine gaudio videri non possit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

CONCLVSIO.

¶Cũ Deus sit essentialiter ipsa bonitas, non potest sine gaudio videri.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in quolibet appetibili duo possunt considerari, scilicet id quod appetitur, vel quod est delectabile, & id quod est ratio appetibilitatis in ipso: sicut autem secundum Boet. in libr. de Hebdo. Id quod est, habere aliquid præterquam quòd ipsum est, potest, ipsum vero esse nihil aliud præter se habet admixtum, ita id quod est appetibile vel delectabile, potest habere aliquid aliud admixtum, vnde non sit delectabile vel appetibile: sed id quod est ratio delectabilitatis, nihil habet admixtum, vel habere potest propter quod non sit delectabilis, vel appetibilis: res autem quæ sunt delectabiles per participationem bonitatis, quæ est ratio appetibilitatis & delectabilitatis, possunt apprehensa non delectare: sed id quod per essentiam suam est bonum, impossibile est quòd eius essentia apprehẽsa non delectet. Vnde cùm Deus essentialiter sit ipsa bonitas, non potest sine gaudio videri.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd impij manifestè cognoscent Christum esse Deum, non per hoc quòd diuinitatẽ eius videant, sed propter manifestissima diuinitatis indicia.

¶Ad secundum dicendum, quod diuinitatem secundum quòd est in se, nullus potest odio habere, sicut nec ipsam bonitatem, sed quantum ad aliquos diuinitatis effectus dicitur ab aliquibus odio haberi, inquantum scilicet aliquid agit vel præcipit quod est contrarium voluntati: & ideò visio diuinitatis nulli potest esse non delectabilis.

¶Ad tertium dicendum, quòd verbum Aug. est intelligendum quando id quod apprehenditur per intellectum præcedẽtem, est bonum per participationẽ, & non per essentiam, sicut sunt omnes creaturę, vnde potest in eis esse aliquid, quare affectus non moueatur. Similiter etiam in via Deus cognoscitur per effectus: & intellectus non attingit ad essentiam ipsius bonitatis: vnde non oportet quòd affectus intellectum sequatur, sicut sequeretur si essentiam eius videret, quæ est ipsa bonitas.

¶Ad quartum dicendum, quòd tristitia non nominat dispositionem, sed magis passionem: omnis autem passio a contraria causa fortiori superueniente tollitur, & non aliam tollit, & ita tristitia damnatorum tolleretur, si Deũ per essentiam videret.

¶Ad quintum dicendum, quòd per dispositionem organi tollitur proportio naturalis ipsius organi ad obiectum, quod natũ est delectare, & propter hoc delectatio impeditur: sed dispositio, quæ est in damnatis, non tollit naturalem proportionem, quia sunt ordinati ad diuinam bonitatem, cũ imago semper in eis maneat: & ideò non est simile.

QVAESTIO NONAGESIMAPRIMA, DE *qualitate mundi & resurgentium post iudicium, in quinque articulos diuisa.*

CONSEQVENTER agendum est de qualitate mundi & resurgentium post iudicium, vbi triplex consideratio occurrit. Prima, de statu & qualitate mundi. Secũda, de statu beatorum. Tertia, de statu malorum.

¶Circa primum quæruntur quinque.
¶Primò, vtrùm innouatio mundi sit futura.
¶Secundò, vtrùm motus corporum cœlestium cessabit.
¶Tertiò, vtrùm corpora cœlestia tunc magis fulgeant.
¶Quartò, vtrùm elementa maiorem claritatem recipiant.
¶Quintò, vtrùm animalia & plantæ remanebunt.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm mundus innouabitur.

Tho. 4. dist. 48. quæst. 1. art. 1. & seq.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ mũdus nunquã innouabitur. Nihil enim est futurum, nisi quod aliquando fuerit secundum speciem. Eccles. 1. Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est: sed nunquam aliam dispositionem habuit, quàm nunc habet quantùm ad partes essentiales, & ad genera & species: ergo nunquam innouabitur.

¶Præterea, Innouatio alteratio quædam est: sed impossibile est vniuersum alterari: quia etiam alteratum reducitur ad aliquod alterans non alteratum, quod tamen secundum locum mouetur, quòd non est extra vniuersum ponere: ergo non potest esse quòd mundus innouetur.

¶Præterea, Genes. 1. dicitur, quòd Deus die septimo requieuit ab omni opere quod patrãrat: & exponunt Sancti, quòd requieuit à nouis creaturis condendis. Sed in illa prima conditione non fuit alius modus rebus impositus, quàm ipse, quem nunc naturali ordine tenent: ergo nunquam alium habebunt.

¶Præterea, Illa rerum dispositio, quę nunc inest rebus, naturalis est: si ergo aliam dispositionem transmutentur, illa dispositio erit eis innaturalis. Sed illud quod est innaturale & per accidens, non potest esse perpetuum, vt patet in 2. Cœl. & mun. ergo etiam illa dispositio nouitatis quandóq; ab ipso remouebitur, & ita erit ponere circulationem quandam in mundo: sicut Empedocles & Origenes posuerunt: & quòd post hunc mundum sit alius mundus iterum, & post illum iterum alius.

¶Præterea, Nouitas glorię in præmiũ rationali creaturę datur: sed vbi non est meritũ, nõ potest esse præmiũ: cùm ergo creaturæ insensibiles nil meruerint, videtur q̃ non innouabuntur.

¶SED CONTRA est quod habetur Isai. 66. Ecce, ego creo nouos cœlos & terram nouam, & non erunt in memoria priora. & Apoc. 21. Vidi cœlum nouum & terram nouam: primum enim cœlum & prima terra abiit.

¶Præterea, Habitatio debet habitatori congruere: sed mundus factus est vt sit habitatio hominis, sed homo innouabitur: ergo similiter & mundus.

¶Præterea, Omne animal diligit sibi simile, Eccles. 13. ex quo patet quòd similitudo est ratio amoris: sed homo habet aliquã similitudinem cum vniuerso, vnde minor mundus dicitur: ergo homo vniuersum mundum diligit naturaliter: ergo & eius bonum concupiscit: & ita vt satisfiat hominis desiderio, debet etiam vniuersum meliorari.

CONCLVSIO.

¶Cùm mundus propter hominem factus esse creditur: conueniens est vt sicut homo glorificatus erit, sic & mundum innouari.

¶RESPONDEO dicendum, quòd omnia corpora propter hominem facta esse creduntur: vnde & omnia dicũtur ei subiecta. Sequuntur autem homini dupliciter. Vno modo ad sustentationem corporalis vitæ: alio modo ad profectum cognitionis diuinæ, inquantum homo per ea quæ sunt facta inuisibilia Dei cõspicit, vt dicitur Rom. 1. ergo ministerio primo creaturarum homo glorificatus nullo modo indigebit, cùm eius corpus sit futurum omninò incorruptibile, diuina virtute id faciente per animam, quam immediatè glorificat. Secundo etiã ministerio non indigebit homo quantum ad cognitionẽ intellectiuam, quia tali cognitione Deum Sancti videbunt immediatè, per essentiam. Sed ad hanc visionem essentialem oculus carnis attingere non poterit: & ideò vt eius etiam solatiũ sibi congruens de visione diuinitatis præbeatur, inspiciet diuinitatem suis effectibus corporalibus, in quibus manifesta indicia diuinæ maiestatis apparebunt, & præcipuè in carne Christi: & post hoc in corporibus beatorum, & deinceps in omnibus alijs corporibus: & ideò oportebit vt etiam alia corpora maiorem influentiam à diuina bonitate suscipiant: non tamen speciem variantem, sed addentem cuiusdam gloriæ perfectionem, & hæc erit mundi innouatio: vnde simul mundus innouabitur, & homo glorificabitur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Salomon ibi loquitur de cursu naturalium: quod patet ex hoc quod subditur, Nihil sub Sole nouum: cùm enim Sol circulariter moueatur, oportet ea quæ Solis virtuti subsunt, circulationem aliquam habere, quæ consistit in hoc quòd illa quæ priora fuerunt, iterum redeunt specie eadem, numero diuersa: vt dicitur in fine libri de Generatione: ea verò quæ ad statum gloriæ pertinent, Soli non subsunt.

¶Ad secundum dicendum, quòd illa ratio procedit de alteratione naturali, quæ habet agens naturale quod ex necessitate naturæ agit. Non enim potest tale agens variam dispositionem inducere nisi ipsum alio modo & alio se habeant: sed ea quæ diuinitus fiunt, procedunt ex libertate voluntatis; vnde sine aliqua immutatione Dei volentis, potest nunc hæc nunc illa dispositio ab illo in vniuerso existere: & sic renouatio non reducitur in aliquod principium motum, sed in principium immobile, scilicet Deum.

¶Ad tertium dicendum, quòd pro tanto dicitur Deus die septimo à nouis creaturis cõdendis cessasse, quia nihil postea factũ est quod priùs non præcesserit in aliqua similitudine, secundum genus vel speciem, vel ad minus sicut in principio seminali, vel etiam sicut in potentia obedientiali. Dico ergo quòd nouitas mundi futura præcesserit in operibus sex dierum, in quadam remota similitudine, scilicet in gloria & in gratia angelorũ, præcesserit etiam in potentia obedientiæ, quæ tunc creaturæ est indita ad talem nouitatem suscipiendam à Deo agente.

¶Ad quartum dicendũ, quòd illa dispositio nouitatis non erit naturalis nec contra naturam, sed erit supra naturam: sicut gratia & gloria sunt supra animæ naturam, & erit à perpetuo agẽte quod eam perpetuò conseruabit.

¶Ad quintum dicendum, quòd quamuis corpora sensibilia nõ meruerint illam gloriam, propriè loquendo: homo tamen meruit, vt illa gloria toti vniuerso cõferretur, inquantùm hoc cedit in augmẽtum gloriæ hominis: sicut aliquis homo meretur, vt ornatio-

vt ornatioribus vestibus induatur, quem tamen ornatum ipsa vestis nullo modo meretur.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm motus corporum cœlestium cessabit.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd motus corporum cœlestiũ in illa mundi innouatione non cessabit. Quia Genes. 8. dicitur, Cunctis diebus terræ frigus & ęstus, æstas & hyems, nox & dies non requiescent: sed nox & dies, & æstas & hyems efficiuntur per motum Solis: ergo nunquam motus Solis cessabit.

¶Præterea, Hierem. 31. dicitur, Hæc dicit Dominus, qui dat Solem in lumine diei, ordinem Lunæ & stellarum in lumine noctis, qui turbat mare & sanat fluctus eius. Si iterint leges istæ coram me, tunc & semen Israël nunquam deficiet, sed in perpetuum permanebit: ergo leges diei & noctis & fluctuum maris quæ ex motu cœli causantur, in perpetuum erunt: ergo motus cœli nunquam cessabit.

¶Præterea, Subitantia corporum cœlestium semper erit: sed frustra est ponere aliquid, nisi ponatur illud propter quod est factum: corpora autem cœlestia ad hoc sunt facta, vt diuidãt diem & noctem, & sint in signa & tempora, dies & annos: Genesis primo: quod non possunt facere nisi per motum: ergo motus eorum semper manebit.

¶Præterea, In illa mũdi innouatione totus mundus meliorabitur: ergo nulli corpori remanenti auferetur quod est de sui perfectione: sed motus est de perfectione corporis cœlestis: quia, vt dicitur in secũdo de Cœlo & mundo, illa corpora participant diuinã bonitatẽ per motũ: ergo motus cœli non cessabit.

¶Præterea, Sol successiuè illuminat diuersas partes mundi, secundum quòd circulariter mouetur: si ergo motus circularis cœli esset, sequetur quòd in aliqua superficie terrę erit perpetua obscuritas, quod non conuenit illi nouitati.

¶Præterea, Si motus cessaret, hoc non esset nisi inquantùm motus aliquam imperfectionem in cœlo ponit, vtpotè lassitudinis, vel laboris, quod non potest esse, cùm motus ille sit naturalis, & cœlestia corpora sint impassibilia: vnde in suo motu non fatigatur, vt dicitur in secundo Cœli & mundi: ergo motus cœli nunquam cessabit.

¶Præterea, Frustra est potentia, quę non reducitur in actum: sed in quocũnque situ ponatur corpus cœli, est in potentia ad alium situm: ergo nisi reduceretur in actum: illa potentia frustra remaneret, & semper esset imperfecta: sed non potest reduci in actum, nisi per motũ localem: ergo semper mouebitur.

¶Præterea, Illud quod se habet indifferenter ad plura, aut vtrunque attribuetur ei, aut nullum: sed Sol indifferenter se habet ad hoc quòd sit in Oriente vel Occidente: alias motus eius non esset vniformis per totum, quia ad locum vbi naturaliùs esset, velociùs moueretur: ergo vel neuter situs attribuitur ei, scilicet Soli, vel vterque: sed nec vterque nec neuter potest ei attribui nisi successiuè: oportet enim si quiescit, quòd in aliquo situ quiescat: ergo corpus Solis in perpetuum mouebitur, & eadem ratione omnia corpora cœlestia.

¶Præterea, Motus cœli est causa temporis: si ergo motus cœli deficiat, oportet tempus deficere: quod si deficeret, deficeret in instanti: definitio enim instantis est in octauo Physi. quod est initium futuri & finis præteriti: & sic post vltimum instans temporis esset tempus, quod est impossibile: ergo motus cœli nunquam cessabit.

¶Præterea, Gloria non tollit naturam, sed motus cœli est naturalis ei: ergo per gloriam ei non tollitur.

¶SED CONTRA est quod dicitur Apocalypsis decimo, quòd angelus qui apparuit, iurauit per Viuentem in secula, quòd tempus amplius non erit, scilicet postquam vnus angelus tuba cecinerit, qua canente, mortui resurgent: vt dicitur 1. Corinth. decimo quinto. sed si non est tempus, non est motus: ergo motus cœli cessabunt.

¶Præterea, Isa. 60. Non occidet vltrà Sol tuus, & Luna tua non minuetur: sed occasio Solis & diminutio Lunæ ex motu cœli causatur: ergo motus cœli quandóque cessabit.

¶Præterea, Vt probatur in secundo de Generatione, motus cœli est propter continuam generationem in istis inferioribus: sed generatio cessabit completo numero electorum: ergo motus cœli cessabit.

¶Præterea, Omnis motus est propter aliquem finem, vt dicitur in secundo Meta. sed omnis motus, qui est propter finem, habito fine, quiescet: ergo vel motus cœli nunquam consequetur finem suum, & sic esset frustra, vel aliquando quiescet.

¶Præterea, Quies est nobilior, quàm motus, quia secundum hoc quod res sunt immobiles, Deo assimilantur, in quo est summa immobilitas: sed corporum inferiorum motus terminatur naturaliter ad quietẽ: ergo cũ corpora cœlestia sint multò nobiliora, eorũ motus naturaliter ad quietem terminatur.

CONCLVSIO.

¶Homine glorificato motus cœli cessabit, diuina voluntate id faciẽte.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa istam quæstionem est triplex positio. Prima est Philosophorum, qui dicunt quòd motus cœli semper durabit: sed hoc non est consonum fidei nostræ, quæ ponit certum numerum electorũ præfinitum à Deo, & sic oportet quòd generatio non in perpetuum duret, & eadem ratione nec alia quæ ad generationem hominum ordinantur, sicut est motus cœli & variationes elementorum. Alij verò dicunt quòd motus cœli cessabit secundum naturam: sed hoc etiam est falsum. Quia omne corpus quod naturaliter quiescit, & naturaliter mouetur, habet locum, in quo naturaliter quiescit, ad quẽ mouetur naturaliter, & a quo non recedit nisi per violentiam: nullus autem talis locus potest assignari corporis cœlestis, quia non est magis naturalis Soli accessus ad punctum Orientis quàm recessus ab eo: vnde vel motus eius non esset naturalis totaliter, vel motus eius non terminaretur naturaliter ad quietem.

¶Vnde dicendum est secundum alios, quòd motus cœli cessabit in illa mundi innouatione, non quidem ex aliqua naturali causa, sed diuina voluntate faciente. Corpus enim illud, sicut & alia, in ministerium hominis facta sunt dupliciter, vt priùs dictum est: altero autem horum ministeriorum homo potest tam gloriæ indigebit, scilicet secũdum quòd corpora ei deseruiunt ad sustentationem corporalis vitæ. Hoc autem modo seruit ei corpus cœleste per motum, inquantum per motum cœli multiplicatur genus humanum, & generantur plantæ & animalia, quæ vsui hominum sunt necessaria, & etiam temperies in aere elicitur conseruans sanitatem: vnde homine glorificato, motus cœli cessabit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verba illa intelligũtur de terra secundum statum istum, in quo potest esse generationis principium, & corruptionis plantarum, quod patet ex hoc quod ibi dicitur, Cunctis diebus terræ sementis & messis: & similiter hoc concedendum est, quòd quandiu terra erit sementibus & messibus apta, motus cœli non cessabit.

¶Et similiter dicendum est ad secundum, quòd Dominus loquitur ibi de duratione seminis Israel secundum præsentem statum, quod patet ex hoc quod dicit, Et semen Israël deficiet, vt non sit gens coram me cunctis diebus. Vicissitudo enim dierũ post istum statum non erit: & ideò leges, de quibus fecerat mentionem, post istum statum non erunt.

¶Ad tertium dicendum, quod finis, qui ibi assignatur corporibus cœlestibus, est finis proximus, quia est proprius eorum actus: sed iste actus vlteriùs ordinatur ad alium finem, scilicet ad ministeriũ humanum, vt patet per id quod habetur Deute. 4. Ne forte oculis eleuatis ad cœlum videas Solem & Lunam & omnia astra cœli, & errore deceptus adores ea quæ creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub cœlo sunt: & ideò magis debet fieri iudiciũ de corporibus cœlestibus secundũ ministerium hominũ, quàm secundum finem in Genesi assignatum: corpora autẽ cœlestia per modũ alium in ministerium hominis glorificati cedent, sicut priùs dictum est: & ideò non sequitur quòd frustra remaneant.

¶Ad quartum dicendum, quòd motus non est de perfectione corporis cœlestis, nisi inquantùm per hoc est causa generationis in istis inferioribus, & secũdum hoc etiam motus ille facit corpus cœleste participare diuinã bonitatẽ, per quandã similitudinem causalitatis: non autẽ motus est de perfectione substantiæ cœli, quę remanebit: & ideò nõ sequitur q̃ motu cessante, aliquid de perfectione cœli tollatur, secũdũ quòd remanebit.

¶Ad quintum dicendum, quòd omnia corpora elementorum habebunt in semetipsis quandã gloriæ claritatem: vnde quamuis aliqua superficies terræ nõ illuminetur à Sole, nullo tamen modo remanebis ibi obscuritas.

¶Ad sextum dicendum, quòd Rom. 8. super illud, Omnis creatura ingemiscit, &c. dicit Gloss. Ambros. expressè, quòd omnia elementa cum labore explent sua officia, sicut Sol & Luna non sine labore inclinata sibi implẽt spatia, quod est causa nostri: vnde quiescent nobis assumptis: labor autem ille, vt credo, nõ significat aliquam fatigationem vel passionem illis corporibus accidentem ex motu, cùm motus ille sit naturalis, nihil habet de violentia, vt probatur in primo de cœlo & mundo: sed labor ibi intelligitur defectus ab eo, quòd aliquid intẽditur: vnde quia motus ille ordinatus est ex diuina prouidentia ad completum numerum electorum, illo non completo, nondum assequitur illud ad quod ordinatus est: & ideò similitudinari dicitur labor, sicut homo qui nõ habet quod intẽdit: & hic etiã

Universidad de Deusto
Biblioteca

defectus à cœlo tolletur, impleto numero electorum. Vel potest referri ad desiderium futuræ innouationis, quam ex diuina dispositione expectat.

¶Ad septimum dicendum, quòd corpori cœlesti non inest aliqua potentia, quæ perficiatur per locum, vel quę facta sit propter hunc finem, qui est esse in tali loco: sed hoc modo se habet potentia artificis ad hoc quòd faciat diuersas domos vnius modi, quarũ si vnam faciat: non dicitur frustra potentiam habere: & similiter in quocũque statu ponatur corpus cœleste, potentia quæ est in ipso ad vbi: non remanebit incompleta, nec frustra.

¶Ad octauum dicendum, quòd quamuis corpus cœleste secũdum suam naturã æqualiter se habeat ad omnem situm, qui est ei possibilis: tamen si comparetur ad ea quæ sunt extra ipsum, non æqualiter se habet ad omnes situs, sed secundum vnum situm nobilius disponitur Sol in die quàm in nocte: & ideò probabile est cùm tota innouatio mundi ad hominem ordinetur, quòd cœlum habeat in illa nouitate nobilissimum situm, qui est possibilis in respectu ad noctium habitabilem. Vel secundum quosdam cœlum quiescet in illo situ in quo factum fuit, alias aliqua reuolutio remaneret incõpleta. Sed ista ratio non videtur conueniens: quia cùm aliqua reuolutio sit in cœlo quæ non finitur nisi in trigintà millibus annorum, sequeretur quòd mundus deberet tandiu durare, quod non videtur probabile.

¶Et præterea secundũ hoc posset sciri quãdo mundus finiri debet. Probabiliter enim colligitur ab Astrologo, in quo situ corpora cœlestia sunt facta considerato numero annorũ, qui computantur ab initio mundi, & eodem modo posset sciri certus annorum numerus, in quo ad dispositionem similem reuerteretur: tempus autem finis mundi potiùs esse ignotum.

¶Ad nonum dicendum, quòd tempus quandoq; deficiet motu cœli deficiente: nec illud nunc vltimum erit principium futuri: dicta enim definitio nõ datur de nunc, nisi secundũ quòd est continuans partes temporis, non secundum quòd est termi nans totum tempus.

¶Ad decimum dicendum, quòd motus cœli non dicitur naturalis, quòd sit pars naturę, eo modo quo principia naturę naturalia dicũtur, nec iterum quòd habeat principium actiuum in natura corporis, sed receptiuum tantũ: principium autẽ actiuũ huiusmodi est in substantia spirituali, vt dicit Cõmen. in princip. Cœl. & mun. Et ideò non est inconueniens, si per nouitatem gloriæ motus ille tollatur: non enim eo ablato, natura corporis cœlestis variabitur.

¶Alias rationes concedimus, scilicet tres primas, quæ sunt ad oppositum, quia debito modo concludunt. Sed quia aliæ duæ videntur concludere quod motus cœli naturaliter cesset: ideò respondendum est ad eas.

¶Ad primam ergo earum dicẽdum, quòd motus cessat eo habito propter quod est, si illud sequatur motum & non concomitetur ipsum. Illud autẽ propter quod est motus cœlestis secundum Philosophos, concomitatur motum, scilicet imitatio diuinæ bonitatis in causalitate, quam habet super inferiora, & ideò non oportet quòd naturaliter motus ille cesset.

¶Ad secundam rationem dicendum, quòd quamuis immobilitas sit simpliciter nobilior, quàm motus: tamen motus in eo, quòd potest consequi aliquam perfectam participationem diuinæ bonitatis, est nobilior quàm quies in illo, quòd nullo modo per motum posset illam perfectionem cõsequi: & ratione huius terra quæ est infimum elementorum, est sine motu, quãuis ipse Deus qui est nobilissimus rerum sine motu sit, à quo corpora nobiliora mouentur: & inde est quòd motus corporum superiorum possent poni secundum viam naturæ perpetuari, nec vnquam ad quietem terminari, quamuis motus inferiorum corporum ad quietem terminentur.

ARTICVLVS III.

¶Vtrũ in corporibus cœlestibus claritas augeatur in illa innouatione.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd in corporibus cœlestibus claritas non augeatur in illa innouatione. Innouatio enim in corporibus superioribus erit per ignis purgationem: sed ignis non pertingit ad corpora cœlestia: ergo non innouabuntur per maioris claritatis susceptionem.

¶Præterea, Sicut corpora cœlestia per motum sunt causa generationis in istis inferioribus, ita & per lucem: sed cessante generatione, cessabit motus: vt dictum est: ergo similiter cessabit lux cœlestium corporum magis quàm augeatur.

¶Præterea, Si innouato homine, corpora cœlestia innouantur oportet quòd eo deteriorato, fuerint etiam ea deteriorata: sed hoc non videtur probabile, cùm illa corpora sint inuariabilia quantùm ad eorum substantiam: ergo nec innouato homine, innouabuntur.

¶Præterea, Si tunc deteriorata fuerunt, oportet quòd tantum deteriorata fuerunt, quantum dicuntur esse melioranda in hominis innouatione: sed dicitur Isa. 30. quòd erit lux Lunæ sicut Solis: ergo & in primo statu ante peccatum Luna lucebat quãtùm nunc lucet Sol: ergo quandocũque Luna erat super terram, faciebat diem sicut nunc Sol, & hoc manifestè apparet esse falsum per id quod dicitur Genes. 1. quòd Luna facta est vt præesset nocti: ergo homine peccante nõ sunt cœlestia corpora diminuta lumine, & ita nec eorum lumen augebitur in hominis glorificatione.

¶Præterea, Claritas corporum cœlestium ordinatur ad vsum hominum, sicut alię creaturæ: sed post resurrectionem claritas Solis nõ cedet in hominis vsum. Dicitur enim Isa. 60. Non erit tibi amplius Sol ad lucendum per diem, nec splendor Lunæ illuminabit te. & Apoc. 21. Ciuitas illa non eget Sole neque Luna, vt luceant in ea: ergo eorum claritas non augebitur.

¶Præterea, Non esset sapiens artifex, qui maxima instrumenta faceret ad aliquod modicum artificium construendum: sed homo est quoddam minimũ comparatione cœlestium corporum, quæ sua ingenti magnitudine, quasi incõparabiliter hominis quantitatem excedũt: imò etiam totius terræ quantitas se habet ad cœlũ, vt punctus ad sphæram, vt Astrologi dicunt: cùm ergo Deus sit sapientissimus, non videtur quòd finis creationis cœli sit homo, & ita non videtur quòd eo peccante, cœlum deteriorarum sit, nec eo glorificato melioretur.

¶SED CONTRA est quod dicitur Isa. 30. Erit lux Lunæ sicut Solis lux, & lux Solis septempliciter.

¶Præterea, Totus mundus innouabitur in melius: sed cœlum est nobilior pars mundi corporalis: ergo in melius mutabitur: sed hoc non potest esse nisi maiori claritate resplendeat: ergo crescet eius claritas.

¶Præterea, Omnis creatura, quæ ingemiscit & parturit, expectat renelationem gloriæ filiorum Dei, vt dicitur Romano. 8. Sed corpora cœlestia sunt huiusmodi, vt ibidem dicit Glossa. Expectant gloriam Sanctorum: sed non expectarent, nisi ex hoc eis aliquid accresceret: ergo claritas eis per hoc accresceet, quia præcipuè decorantur.

CONCLVSIO.

¶Corpora cœlestia maiorem claritatem accipient in illa innouatione vt quasi sensibiliter Deus ab homine videatur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ad hoc innouatio mundi ordinatur, vt mundo innouato manifestius iudicijs, quasi sensibiliter Deus ab homine videatur. Creatura autem præcipuè in Dei cognitionem ducit: sua specie & decore, quæ manifestat sapientiam facientis & gubernantis. Vnde dicitur Sapientiæ 13. A magnitudine speciei cognoscibiliter poterat videri Creator earum: pulchritudo autem cœlestium corporum præcipuè consistit in luce. Vnde Eccles. 43. dicitur, Species cœli gloria stellarum mundum illuminans in excelsis Dominus. Et ideò præcipuè quantùm ad claritatẽ corpora cœlestia meliorabuntur: quantitas autem & modus meliorationis illi soli cognita est, qui erit meliorationis autor.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ignis purgans non causabit innouationis formam, sed disponet tantùm ad eam, purgando à fœditate peccati, & ab impuritate commixtionis quæ in corporibus cœlestibus non inuenitur: & ideò quamuis corpora cœlestia per ignem non sint purganda, sunt tamen diuinitùs innouanda.

¶Ad secundum dicendum, quòd motus non importat aliquam perfectionem in eo quòd mouetur, secundum quòd in se consideratur, cùm sit actus imperfecti, quamuis possit pertinere ad perfectionem corporis lucentis, inquantùm est causa alicuius: sed lux pertinet ad perfectionem corporis lucentis, etiam in substantia sua considerati: & ideò postquàm corpus cœleste desinet esse causa generationis, remanebit claritas eius & non remanebit motus.

¶Ad tertium dicendum, quòd super illud Isa. 30. Erit lux Lunæ sicut lux Solis, dicit Glossa, Omnia propter hominem facta, sunt in eius lapsu peiorata, & Sol & Luna suo lumine minorata, quæ quidem minoratio à quibusdam intelligitur secundum realem minorationem luminis. Nec obstat, quòd corpora cœlestia secundum naturam sunt inuariabilia, quia illa variatio facta est à diuina virtute. Alij verò probabilius intelligunt minorationem illam esse, dicentes non secundum realem luminis defectum, sed quod ad vsum hominis, qui non tantùm beneficium ex lumine corporum cœlestium post peccatum consequutus est, quantùm antè fuisset, per quem etiam modum dicitur Genes. 3. Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi: quæ tamen antè spinas & tribulos germinasset, sed non in hominis pœnam.

Nec tamen

Nec tamen sequitur, si lux cœlestium corporum per essentiam minorata non est homine peccante, quòd realiter non sit agenda in eius glorificatione: quia peccatum hominis non immutat statum vniuersi, cùm etiam homo priùs & pòst animalem vitam habuerit, quæ motui & generatiõe corporalis creaturę, indigeat: sed glorificatio hominis statum totius corporalis creaturæ immutabit, vt dictum est: & ideò non est simile.

¶Ad quartum dicendum, quòd minoratio illa, vt probabiliùs æstimatur, non fuit secundum substantiam, sed secundum effectum. Vnde non sequitur quòd Luna exiitens super terrã, diem faceret, sed quòd tantùm commodum ex lumine Lunę homo habuisset, sicut nunc habet ex lumine Solis: sed post resurrectionem quando lux Lunę augebitur secundum rei veritatem non erit alicubi nox super terram, sed solùm in centro terrę, vbi erit Infernus: quia tunc, vt dicitur, Luna lucebit quãtùm lucet nunc Sol: Sol autem in septuplum quàm nunc: corpora autem beatorum septies magis Sole, quamuis hoc non sit aliqua autoritate vel ratione probatum.

¶Ad quintum dicendum, quòd aliquid plus cedere in vsum hominis est dupliciter. Vno modo propter necessitatem, & sic nulla creatura cedet in vsum hominis, quia ex Deo plenam sufficientiam habebit, & hoc significatur Apoca. 21. autoritate inducta, quę dicit quòd ciuitas illa non indiget Sole vel Luna. Alius vsus est ad maiorem perfectionem, & sic homo altis creaturis vtetur non quasi necessariis ad perueniendum in finem, sicut nunc eis vtitur.

¶Ad sextum dicendum, quòd ratio illa est Rabbi Moysi, qui omninò improbare nititur, mundum propter hominem esse factum. Vnde & hoc quod in veteri Testamento de innouatione mundi legitur, licut patet in autoritatibus Isaię inductis, dicit esse metaphoricè dictum, vt sicut alicubi dicitur obtenebrari Sol, quando in magnam tristitiam incidit, vt nesciat quid faciat, qui est modus loquendi in Scriptura: ita etiam est econuerso. Dicitur enim Sol magis lucere & totus mundus innouari, quando ex statu tristitię in maximam exultationem conuertitur. Sed hoc dissonat ab autoritatibus & opinionibus Sanctorum. Vnde rationi illi inductę hoc modo respondendum est, quòd quamuis corpora cœlestia maximè excedant corpus humanum, tamen multò plus excedit anima rationalis corpora cœlestia, quàm ipsa excedit corpus humanum. Vnde non est inconueniens, ea propter hominem esse facta, non sicut ad principalem finem, quia principalis finis omnium est Deus.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm elementa innouabuntur per receptionẽ alicuius claritatis.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd elementa non innouabuntur per receptionem alicuius claritatis. Sicut enim lux est claritas corporis cœlestis propria, ita calidum, & frigidum, & humidum, & siccum, sunt qualitates elementorum: ergo sicut cœlum innouatur per augmentum claritatis, ita debent innouari elementa per augmentum qualitatem actiuarum & passiuarum.

¶Præterea, Rarum & densum sunt qualitates elementorum, quas elementa in illa innouatione non amittent: sed raritas & densitas elementorum resistere videntur claritati; cùm corpus clarum oporteat esse condensatum: vnde raritas aeris nõ videtur quod possit claritatem pati: & similiter nec densitas terrę, quæ perfectionem tollit: ergo non potest esse, quòd elementa innouentur per alicuius claritatis additionem.

¶Præterea, Constat quòd dánati erunt in terra: sed ipsi erũt in tenebris nõ solùm interioribus, sed etiã exterioribus: ergo terra nõ dotabitur claritate, & eadem ratione nec alia elementa.

¶Præterea, Multiplicatio claritatis in elementis multiplicat calorem. Si igitur in illa innouatione erit maior claritas elementorum, quàm nunc sit, erit etiam per consequens maior caliditas, & sic videtur quòd transmutabuntur à suis naturalibus qualitatibus quæ insunt eis secundum certam mensuram, quod est absurdum.

¶Præterea, Bonum vniuersi quod consistit in ordine & harmonia, dignius est quàm aliquod bonum alicuius naturę singularis: sed si vna creatura efficiatur melior, tollitur bonũ vniuersi, quia non remanebit eadem harmonia: ergo si corpora elementaria, quæ secundum gradum suæ naturæ, quem tenent in vniuerso, claritatis debent esse expertia, claritatem accipiant, magis ex hoc deperibit perfectio vniuersi, quàm accresceret.

¶SED CONTRA est quod dicitur Apocal. 21. Vidi cœlum nouum & terram nouam: sed cœlum innouabitur per maiorem claritatem: ergo & terra, & similiter alia elementa.

¶Præterea, Corpora inferiora fuerunt in vsum hominis, sicut & superiora: sed creatura corporalis remunerabitur per ministerium, quod homini exhibuit, vt videtur dicere Glos. Roma. 8. ergo etiã elementa clarificabũtur sicut corpora cœlestia.

¶Præterea, Corpus hominis est ex elementis compositum: ergo partes elementorum, quæ sunt in corpore hominis, glorificato homine, glorificabuntur per receptionem claritatis: sed eandem conuenit esse dispositionem totius, & partis: ergo & ipsa elementa conuenit claritate dotari.

CONCLVSIO.

¶Cùm oporteat corpora inferiora maximè perfici secundum claritatem, in qua communicabunt cum cœlestibus corporibus, elementa inuentur claritate quadam, non tamen æqualiter.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut est ordo cœlestium spirituum ad terrenos spiritus, scilicet humanos, ita etiam est ordo cœlestium corporum ad corpora terrestria: cùm autem creatura corporalis sit facta propter spiritualem, & per eam regatur, oportet similiter disponi corporalia sicut & spiritualia disponuntur. In illa autem vltima rerum consummatione spiritus inferiores accipient proprietates superiorum spirituum, quia homines erunt sicut angeli in cœlis, sicut dicitur Matth. 22. & hoc erit in quantùm ad maximam perfectionem peruenient, secundum quod humanus spiritus cum angelico conuenit. Vnde etiam similiter cùm corpora inferiora cum cœlestibus non communicẽt nisi in natura lucis & diaphani: vt dicitur in 2. de Anima: oportet corpora inferiora maximè perfici secundum claritatem. Vnde omnia elementa claritate quadam veltientur, non tamen æqualiter, sed secundum suum modum. Dicitur enim quòd terra erit in superficie perusta sicut vitrũ, aqua sicut chrystallus, aër vt cœlum, ignis vt luminaria cœli.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd innouatio mundi ordinatur ad hoc, quòd homo etiam sensu in corporibus quodammodo per manifesta indicia diuinitatem videat. Inter sensus autem nostros spiritualior est visus & subtilior: & ideò quantùm ad qualitates visuas, quarum principium est lux, oportet omnia corpora inferiora meliorari, qualitates autem elementares pertinent ad tactum, qui est maximè materialis, & earum excessus contrarietatis magis est contristatiuus quã delectatiuus: excessus autem lucis est delectabilis, cùm contrarietatem non habeat, nisi propter organi debilitatem quæ tunc non erit.

¶Ad secundum dicendum, quòd aër non erit clarus sicut radios proficiens, sed sicut diaphanum illuminatum. Terra verò quamuis ex natura sui opacitatem habeat propter defectũ lucis: tamen ex diuina virtute in superficie gloria claritatis vestietur sine præiudicio densitatis ipsius.

¶Ad tertium dicendum, quòd in loco Inferni non erit terra glorificata per claritatem, sed loco huius gloriæ habebit pars illa terræ spiritus rationales hominum & dæmonum, qui quamuis ratione culpæ sint infimi: tamen ex dignitate naturæ sunt qualibet qualitate corporali superiores. Vel dicendum, quòd etiam si sit tota terra glorificata, nihilominus reprobi in tenebris exterioribus erunt, quia etiam ignis Inferni, qui quãtùm ad aliquid eis lucebit: quantùm ad aliud, eis lucere non poterit.

¶Ad quartum dicendum, quòd claritas illa erit in istis corporibus in quibus caliditatem non causat: quia corpora ista tunc inalterabilia erunt, sicut modò sunt cœlestia.

¶Ad quintum dicendum, quòd non tolletur propter meliorationem elementorum ordo vniuersi: quia etiam omnes aliæ partes meliorabuntur, & sic remanebit eadem harmonia.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm plantæ & animalia remanent in illa innouatione.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd plantæ & animalia remaneant in illa innouatione. Elementis enim non debet aliquid subtrahi quod ad eorũ ornatum pertinet: sed animalibus & plantis elementa ornari dicuntur: ergo non auferentur in illa innouatione.

¶Præterea, Sicut elementa homini seruierunt, ita etiam animalia, & plantæ & corpora mineralia: sed elementa propter prædictum ministerium glorificabuntur: ergo similiter animalia, & plantæ, & corpora mineralia.

¶Præterea, Vniuersum remanebit imperfectum, si aliquid quod est de perfectione eius, auferatur: sed species animalium & plantarum & corporum mineralium sunt de perfectione vniuersi: cùm ergo non debeat dici, quòd mundus in sua innouatione imperfectus remaneat, videtur quòd oporteat dicere plantas & alia animalia remanere.

¶Præterea, Animalia & plantæ habent nobiliorem formam quàm ipsa elementa: sed mundus in illa innouatione in melius immutabitur: ergo magis debẽt remanere animalia & plantæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam elementa, cùm sint nobiliora.

¶Præterea. Inconueniens est dicere, quòd naturalis appetitus frustretur: sed secundũ naturalem appetitum animalia & plãtæ appetunt esse perpetua, & si non secundũ individuum, saltem secundum speciem, & ad hoc ordinatur eorum generatio continua, vt in secũdo de Generatione dicitur: ergo inconueniens est dicere quòd illæ species aliquando deficiant.

¶SED CONTRA. Si plantę & animalia remanebunt, aut omnia, aut quædam. Si omnia, oportebit etiam bruta quæ fuerunt mortua, resurgere, sicut & homines, quod dici nõ potest: quia cùm forma eorum in nihilum cedat, non potest eadẽ numero resumi. Si autem non omnia, sed quædam, cùm non sit maior ratio de vno quàm de alio, quòd in perpetuum maneat, videtur quòd nullum eorum in perpetuum remanebit: sed quicquid remanebit post mũdi innouationem, in perpetuum erit generatione & corruptione cessante: ergo plantæ & animalia penitus post mundi innouationem non erunt.

¶Præterea, Secundum Philosophum in 1. de Generatione, animalibus & plantis & huiusmodi corruptibilibus speciei perpetuitas non conseruatur, nisi ex continuatione motus cœlestis: sed tunc ille cessabit: ergo non poterit perpetuitas in illis speciebus conseruari.

¶Præterea, Cessante fine, cessare debet id quod est ad finem, sed animalia & plantæ, facta sunt ad animalem vitam hominis sustentandam: vnde dicitur Genes. 9. Sicut olera virentia dedi vobis omnem carnem: sed post illam innouationem animalis vita in homine non erit: ergo nec plantæ nec animalia remanere debent.

CONCLVSIO.

¶Cùm plantæ & animalia non possint ordinari ad incorruptionẽ, non remanebunt in illa mundi innouatione.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd cùm innouatio mundi propter hominem fiat, oportet quòd innouationi hominis cõformetur. Homo autem innouatus de statu corruptionis in incorruptionem transibit, & perpetuæ quietis, primæ ad Corinth. 15. Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem: & ideò mundus hoc modo innouabitur abiecta omni corruptione, vt perpetuò maneat inquietè. Vnde ad illam innouationem nihil ordinari poterit, nisi quod habet ordinem ad incorruptionem: huiusmodi autem sunt corpora cœlestia elemẽta, & homines. Corpora autem cœlestia secundũ sui naturam incorruptibilia sunt, & secundum totum & secundum partes: elementa verò sunt corruptibilia secundum partes, sed in corruptibilia secundum totum: homines verò corrumpuntur & secundum totum & secundum partes: sed hoc ex parte materiæ, non ex parte formæ, scilicet animæ rationalis, quæ post corruptionem hominis remanet incorrupta. Animalia verò & plantæ & mineralia & omnia corpora mixta corrumpuntur & secundum totum & secundum partem, sed hoc ex parte materiæ, quæ formam amittit: & ex parte formæ, quæ actu non manet: & sic nullo modo habent ordinem ad incorruptionem: vnde in illa innouatione non manebunt, sed sola ea quæ dicta sunt.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd huiusmodi corpora dicuntur esse ad ornatum elementorum, inquantùm virtutes actiuæ & passiuę, quæ sunt in elemẽtis ad speciales actiones conferuntur: & ideò sunt ad ornatum elementorũ in statu actionis & passionis: sed hic status in elementis remanere non potest vnde nec animalia nec plantas remanere oportet.

¶Ad secundum dicendum, quòd nec animalia nec plantæ nec alia corpora in ministrando homini aliquid meruerunt, cùm libertate arbitrij careant: sed pro tanto dicuntur quædam corpora remunerari, quia homo hoc meruit, vt illa innouarentur quæ ad innouationem ordinem habent: plantæ autem & animalia non habent ordinem ad innouationem incorruptionis. Vnde ex hoc homo non meruit vt innouaretur: quia nullus potest alteri mereri nisi id cuius est capax, nec etiam ipse sibi ipsi. Vnde etiam dato quòd animalia bruta mererentur in ministerio hominis, non tamen essent innouanda.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut perfectio hominis multipliciter assignatur: est enim perfectio naturæ conditæ, & naturæ glorificatæ: ita etiam perfectio vniuersi est duplex. Vna secundum statum huiusmodi immutabilitatis, altera secundum statum nouitatis. Plantæ autem & animalia sunt de perfectione eius secundum statum istum: non autem secundum statum nouitatis, cùm ordinem ad eam non habeant.

¶Ad quartum dicendum, quòd quamuis animalia & plantæ quantum ad quædam alia sint nobiliora quàm ipsa elementa, tamen quantum ad ordinem incorruptionis elementa sunt nobiliora vt ex dictis patet.

¶Ad quintum dicendum, quòd naturalis appetitus ad perpetuitatem in animalibus & plantis est accipiendus secundum ordinem ad motum cœli, vt tantùm scilicet, in esse permaneat quantùm motus cœli durabit: Non enim est appetitus in effectu vt permaneant vltra causam suam: & ideò si cessante primi mobilis motu plantæ & animalia non remanent secundum speciem, non sequitur, appetitum naturalem frustrari.

QVAESTIO NONAGESIMASECVNDA, DE *visione diuinæ essentiæ per comparationem ad beatos, in tres articulos diuisa.*

CONSEQVENTER considerandum est de his quæ spectant ad beatos post iudicium generale. Et primò, de visione eorum respectu diuinę essentiæ, in qua eorum beatitudo principaliter consistit. Secundò, de eorum beatitudine & eorum mansionibus. Tertiò, de modo quo se erga damnatos habebũt. Quartò, de dotibus ipsorum, quæ in beatitudine eorum continentur. Quintò, de aureolis, quibus eorum beatitudo perficitur & decoratur.

¶Circa primum quæruntur tria.

¶Primò, vtrùm Sancti videbunt Deum per essentiam.

¶Secundò, vtrùm videbunt eum oculo corporali.

¶Tertiò, vtrùm videndo eum, videant omnia quę Deus videt.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm intellectus humanus possit peruenire ad videndum Deũ per essentiam.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd intellectus humanus non possit pernenire ad videndum Deũ per essentiam. Quia Ioan. 1. dicitur, Deum nemo vidit vnquam, & exponit Chrys. q̃ nec ipsæ cœlestes essentiæ, ipsã dico Cherubim & Seraphim, ipsum vt est nunquam videre potuerunt: sed hominibus non promittitur nisi æqualitas Angelorum. Matth. 22. Erunt sicut Angeli Dei in cœlo: ergo nec Sancti in patria Deum per essentiam videbunt.

¶Præterea. Dionys. sic argumentatur 1. c. de Diui. nominibus: Cognitio nõ est nisi existentiũ: omne autẽ existens finitum est, cùm sit in aliquo genere determinatum, & sic Deus cũ infinitus sit: est super omnia existẽtia: ergo eius non est cognitio, sed est super omnia existentia, & omnem cognitionem.

¶Præterea. Dionys. in 1. de mystica Theolog. ostendit q̃ perfectissimus modus, quo intellectus noster Deo coniungi potest, est inquantùm coniungitur ei ignoto: sed illud quod est visum per essentiam, non est ignotum: ergo impossibile est quòd intellectus per essentiam Deum videat.

¶Præterea. Dionys. in epistola ad Caium Monachum dicit, q̃ suppositæ Dei tenebræ, quas habundãtiam lucis appellat, cooperiuntur omni lumini, & absconduntur omni cognitioni. Et si aliquis videns Deum intellexit quod vidit, non ipsum videtur: sed aliquid eorũ quæ sunt eius: ergo nullus intellectus creatus poterit Deum per essentiam videre.

¶Præterea. Sicut Diony. dicit in epistola ad Hierotheum. Non visibilis quidem est Deus existens propter excedentem claritatem: sed claritas eius sicut excedit intellectum hominum in via, ita excedit intellectum hominis in patria: ergo sicut inuisibilis est in via, sic erit in patria.

¶Præterea. Cũ intelligibile sit perfectio intellectus, oportet esse proportionẽ inter intelligibile & intellectũ, visibile & visum, sed nõ est accipere proportionẽ aliquã inter intellectũ nostrũ & essentiã diuinã, cũ in infinitũ distẽt: ergo intellectus noster non potest pertingere ad essentiam diuinam videndam.

¶Præterea. Plus distat Deus ab intellectu nostro, quã intelligibile creatum à sensu: sed sensus nullo modo potest pertingere ad creaturã spiritualem videndam: ergo nec intellectus noster poterit pertingere ad videndam diuinam essentiam.

¶Præterea. Quandocúnque intellectus intelligit aliquid in actu: oportet quòd informetur per similitudinem intellecti, quæ est principium intellectualis operationis in tale obiectum determinatæ, sicut calor est principium calefactionis: si ergo intellectus noster Deum intelligat, oportet quòd fiat per aliquam similitudinem informantem ipsum intellectum. Hoc autem non potest esse ipsa diuina essentia, quia formæ & formati oportet esse vnum: diuina autem essentia ab intellectu nostro differt secundum essentiam & esse. ergo oportet quòd forma, qua informatur intellectus noster in intelligendo Deũ, sit aliqua similitudo impressa à Deo in intellectum nostrum: & similitudo illa cùm sit quid creatum, non potest ducere in Dei cognitionem nisi sicut effectus in causam: ergo impossibile est vt intellectus noster Deum videat, nisi per effectum ipsius: sed visio Dei, quæ est per effectus, non est visio Dei per essentiam: ergo intellectus noster non poterit Deum per essentiam

essentiam videre.

¶Præterea, Diuina essentia magis distat ab intellectu nostro, quàm quicunque angelus vel intelligẽtia: sed sicut dicit Auicenna in sua Metaph. intelligentiam esse in nostro intellectu, non est essentiam intelligentem esse in intellectu nostro, quia sic essentia quam de intelligentia habemus, esset substantia & non accidens: sed hoc est impressionem intelligentiæ esse in nostro intellectu: ergo & Deus nõ est in intellectu nostro: sed illa impressio non potest ducere in cognitionem diuinæ essentiæ, quia cùm in infinitum differt à diuina essentia, degenerat in aliam speciem multò ampliùs quam si species albi degeneraret in speciem nigri: ergo sicut ille, in cuius visu species albi degenerat in speciem nigri, propter indispositionem organi non dicitur videre album: ita nec intellectus noster, qui solùm per huiusmodi impressionem Deum intelligit, eum per essentiam poterit videre.

¶Præterea, In rebus separatis à materia idem est intelligens & quod intelligitur, vt patet in 3. de Anima: sed Deus est maximè à materia separatus: cùm ergo intellectus qui est creatus, non possit ad hoc pertingere, vt fiat essentia increata, non poterit esse quòd intellectus noster Deum per essentiam videat.

¶Præterea, Omne illud quod videtur per essentiam, de eo scitur quid est: sed de Deo intellectus noster nõ potest scire quid est, sed solùm quid non est, sicut Diony. dicit & Damas. ergo intellectus noster Deum per essentiam videre non potest.

¶Præterea, Omne infinitũ, inquantùm infinitũ est, ignotũ est: sed Deus est modis omnibus infinitus: ergo est omninò ignotus: ergo per essentiam ab intellectu creato videri nõ poterit.

¶Præterea, August. dicit in lib. de videndo Deo: Deus est natura indiuisibilis: sed ea quæ insunt Deo per naturam, non possunt aliter se habere: ergo non potest esse quòd per essentiam videatur.

¶Præterea, Omne quod est alio modo, & alio modo videtur, non videtur secundum id quod est: sed Deus alio modo est, & alio modo videtur à Sanctis in patria: est enim per modum suum. sed videtur à Sanctis per modum eorum: ergo non videtur à Sanctis secundum illud quod est, & sic non videbitur per essentiam.

¶Præterea, Illud quod per medium videtur, non viderur per essentiam: sed Deus in patria videbitur per medium, quod est lumen gloriæ, vt patet in Psalmo, In lumine tuo videbimus lumen. ergo non videbitur per essentiam.

¶Præterea, Deus in patria videbitur facie ad faciem, vt dicitur 1. Cor. 13. sed hominem quem facie ad faciem videmus, videmus per similitudinem: ergo Deus in patria videbitur per similitudinem, & non per essentiam.

¶SED CONTRA est quod dicitur 1. Cor. 13. Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: sed id quod videtur facie ad faciem, videtur per essentiam: ergo Deus per essentiam videbitur à Sanctis in patria.

¶Præterea, Ioan. 3. Cùm apparuerit, similes ei erimus & videbimus eum sicuti est: ergo videbimus eum per essentiam.

¶Præterea, Primæ Corinth. decimoquinto, super illud, Cùm tradiderit regnum Deo & patri: dicit Glossa, vbi, scilicet in patria, essentia Patris & Filij & Spiritus sancti videbitur, quod solùm mundis cordibus dabitur, quæ est summa beatitudo: beati ergo Deum per essentiam videbunt.

¶Præterea, Ioannis decimoquarto dicitur, Si quis diligit me, diligetur à Patre, & ego diligam eum, & manifestabo meipsum ei: sed illud quod manifestatur, per essentiam videtur: ergo Deus à Sanctis in patria essentialiter videbitur.

¶Præterea, Exod. 33. super illud, Non videbit me homo, & viuet: Gregorius improbat opinionem illorum qui dicebant, quòd in illa regione beatitudinis Deus in claritate sua conspici potest, sed in natura videri non potest, quia aliud non est eius claritas & eius natura: sed natura eius est essentia eius: ergo videbitur per essentiam suam.

¶Præterea, Sanctorum desiderium nõ potest omninò frustrari: sed Sanctorum desiderium commune est vt Deum per essentiam videant, vt patet Exo. 33. Ostende mihi gloriam tuam. & in Psal. Ostende faciem tuam, & salui erimus. & Ioan. 14. Ostende nobis Patrem, & sufficit nobis: ergo Sancti per essentiam Deum videbunt.

CONCLVSIO.

¶Quia finis vltimæ vitæ humanæ est videre Deum, quod est illius summæ felicitatis, beati in regno cœlesti videbunt Deum facie ad faciem.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut secundum fidẽ ponimus, finem vltimum humanæ vitæ esse visionem Dei, ita Philosophi posuerũt vltimam hominis fœlicitatem esse intelligere substantias à materia separatas secundum esse: & ideò circa hanc quæstionem eadem difficultas & diuersitas inuenitur apud Philosophos & apud Theologos. Quidam enim Philosophi posuerunt quòd intellectus noster possibilis nunquam potest ad hoc peruenire, vt intelligat substantias separatas, sicut Alpharabius in fine suę Ethicæ, quamuis contrarium dixerit in libro de intellectu, vt Commentator refert in tertio de Anima. Et similiter quidam Theologi posuerũt quòd intellectus humanus nunquam potest ad hoc peruenire, vt Deum per essentiam videat, vtrosque ad hoc mouet distantia inter intellectum nostrum & essentiam diuinam, & alias subitantias separatas. Cùm enim intellectus in actu sit quodammodò vnum cum intelligibili in actu, videtur difficile quòd intellectus creatus aliquo modo fiat essentia increata. Vnde Chrysostomus dicit, Quomodò creabile videt increabile? Et maior difficultas est illis adhuc, qui ponunt intellectum possibilem esse generabilem & corruptibilem, vtpote virtute à corpore dependentem, nõ solùm respectu visionis diuinæ, sed respectu visionis quarumcúnque substantiarum separatarum. Sed hoc ipsum stare omino non potest. Primò, quia repugnat autoritati sacræ scripturę Canonicæ, vt Augustinus dicit in libro de Videndo Deo. Secundò, quia cùm intelligere sit maxime propria operatio hominis, oportet quòd secundum eam assignetur sibi sua beatitudo, cùm hæc operatio in ipso perfecta fuerit. Cùm autem perfectio intelligentis, inquantùm huiusmodi sit ipsum intelligibile, si in perfectissima operatiõe intellectus homo non peruenit ad videndum essentiam diuinam, sed aliquid aliud, oportebit dicere, quòd aliquid aliud sit beatificans ipsum hominem quàm Deus: & cùm vltima perfectio cuiusliber sit in coniunctione ad suum principium, sequitur quòd aliquid aliud sit principium effectiuũ hominis quàm Deus, quòd est absurdum. Et similiter est absurdũ apud Philosophos, qui ponunt animas nostras à substantiis separatis emanare, vt in fine eas possimus intelligere. Vnde oportet ponere secundum nos, quòd intellectus noster quandoque perueniat ad videndam essentiam diuinam, & secundum Philosophos quod perueniat ad videndam essentiam substantiarum separatarum: quomodò autem hoc possit accidere, restat inuestigandum. Quidam enim posuerunt, vt Alpharabius & Auempace, quòd ex hoc ipso quòd intellectus noster intelligit quęcúnque intelligibilia, pertingit ad videndam essentiam substantiæ separatæ, & ad hoc ostendendum procedit duobus modis. Quorum primus est, quòd sicut natura speciei non diuersificatur in diuersis individuis, nisi secundũ quòd coniungitur principiis individuãtibus, ita forma intellectiua hominis nõ diuersificatur apud me & te, nisi secundum quòd coniungitur diuersis formis imaginabilibus: & ideò quando intellectus separat formam intellectam in formis imaginabilibus, remanet quidditas intellecta, quæ est vna & eadem apud diuersos intelligẽtes, & huiusmodi est quidditas substantiæ separatæ. Et ideò quando intellectus noster ad summam abstractionem quidditatis cuiuscúnque peruenit, intelligit per hoc quidditatem substantię separatæ, quæ est ei similis. Secundus modus est, quia intellectus noster natus est abstrahere quidditatem ab omnibus intelligibilibus habẽtibus quidditatem. Si ergo quidditas quam abstrahit ab hoc singulari habente quidditatem, sit quidditas non habens quidditatem, intelligendo eam, intelligit quidditatem substantiæ separatæ, quæ est talis dispositionis, eò quòd substantiæ separatæ sunt quidditates subsistentes quæ non habent quidditates: quidditas enim simplicis est ipsum simplex, vt Auic. dicit. Si autem quidditas abstracta ab hoc particulari sensibili sit quidditas habens quidditatem: ergo quidditatem illam intellectus natus est abstrahere. & ita cùm non sit abire in infinitum, erit deuenire ad quidditatem non habentem quidditatem, per quam intelligitur quidditas separata. Sed iste modus non videtur esse sufficiens. Primò, quia quidditas substantiæ materialis, quam intellectus abstrahit, non est eiusdem rationis cum quidditatibus substantiarum separatarum: & ita per hoc quòd intellectus noster abstrahit quidditates rerum materialium, & cognoscit eas, non sequitur quòd cognoscat quidditatem separatæ substantiæ, & præcipuè diuinam essentiam, quę maximè est alterius rationis ab omni quidditate creata. Secundò, quia dato quòd esset vnius rationis: tamen cognita quidditate rei compositę, non cognosceretur quidditas substantię separatę nisi secundum genus remotissimum quod est substantia. Hęc autem cognitio est imperfecta nisi deueniatur ad propria rei. Qui enim cognoscit hominem solùm, inquantùm est animal, non cognoscit eum nisi secundum quid, & in potentia, & multò minus cognoscit eum, si non cognoscat nisi substantię naturam in ipso. Vnde sic cognoscere Deum vel alias substantias separatas, non est

Universidad de Deusto
Biblioteca

videre essentiam diuinam,vel quidditatem substantiæ separatæ:sed est cognoscere per effectum & quasi in speculo.

¶Et ideò alius modus intelligendi substantias separatas ponitur ab Auicenna in sua Metaphysic. scilicet quòd substantiæ separatæ intelliguntur à nobis per intentiones suarum quidditatum, quæ sunt quædam earum similitudines non abstractæ ab eis, quia ipsæmet sunt immateriales, sed impressæ ab eis in animabus nostris. Sed hic modus etiam non videtur nobis sufficere ad visionem diuinam quam quærimus. Constat enim quòd omne quod recipitur in aliquo, est per modum recipientis in eo: & ideò similitudo diuinæ essentiæ impressa ab intellectu nostro, erit per modum nostri intellectus: modus autem intellectus nostri deficiens est à perfecta receptione diuinæ similitudinis: defectus autem diuinæ similitudinis potest tot modis accidere quot modis dissimilitudo inuenitur. Vno enim modo est deficiens similitudo quando participatur forma secundum eandem rationem speciei, sed non secundum eundem perfectionis modum,sicut est similitudo deficiens eius qui parum habet de albedine ad illum, qui multum habet. Alio modo adhuc magis deficiens, quando non peruenitur ad eandem rationem speciei, sed tantum ad eandem rationem generis:sicut similitudo inter illum qui habet colorem citrinum, & illum qui habet colorem album. Alio modo adhuc est magis deficiens, quando ad rationem eius generis non pertingit, sed solùm secundum analogiam siue proportionem, sicut est similitudo albedinis ad hominem in eo quòd vtrúmque est ens, & hoc modo est deficiens omnis similitudo:quæ est in creatura recepta respectu diuinæ essentiæ.Ad hoc autem quòd visus cognoscat albedinem,oportet quòd recipiatur in eo similitudo albedinis secundum rationem suæ speciei, quamuis non secundum eundem modum essendi :quia habet alterius modi esse forma in sensu & in re extra animam. Si enim fieret in oculo forma citrini, non diceretur oculus videre albedinem.Et similiter ad hoc quòd intellectus intelligat aliquam quidditatem, oportet quòd fiat in eo similitudo eiusdem rationis secundum speciem, quamuis forte non sit idem modus essendi vtrobique: non enim forma existens in intellectu vel sensu est principium cognitionis secundum modum essendi, quem habet vtrobique, sed secundum rationem,in qua communicat cum re exteriori.Et ita patet quòd per nullam similitudinem recepta in intellectu creato potest Deus intelligi,ita quòd essentia eius videatur immediatè. Vnde etiam quidam ponentes, diuinam essentiam per hunc modum videri,dixerunt quòd ipsa essentia non videbitur:sed quidam fulgor quasi radius ipsius. Vnde nec iste modus sufficit ad visionem diuinam,quam quærimus.

¶Et ideò accipiendus est alius modus, quem scilicet quidam Philosophi posuerunt, scilicet Alexander & Auerrois in 3. de Anima.Cùm enim in qualibet cognitione sit necessaria aliqua forma qua res cognoscatur aut videatur, forma ista qua intellectus perficitur ad videndas substantias separatas, non est quidditas quam intellectus abstrahit à rebus compositis, vt dicebat prima opinio, neque alia impressio relicta à substantia separata in intellectu nostro, vt dicebat secũda:sed est ipsa substantia separata quę coniungitur intellectui nostro, vt forma,vt ipsa sit quod intelligitur, & quicquid sit de aliis substantiis separatis:tamen istum modum oportet nos accipere in visione Dei per essentiam, quia quacúnque alia forma informaretur intellectus noster, non posset per eam duci in essentiam diuinam: quod quidem non debet intelligi, quasi diuina essentia sit vera forma intellectus nostri, vel quia ex ea & intellectu nostro efficiatur vnum simplex, sicut in naturalibus ex forma & materia naturali:sed quia proportio essentię diuinæ ad intellectũ nostrũ est,sicut proportio formæ ad materiã. Quandocúnque aliqua duo quorum vnum est altero perfectius,recipiuntur in eodem receptibili,proportio vnius duorum ad alterum, scilicet magis perfecti ad minus perfectum est sicut proportio formæ ad materiam : sicut lux & color recipiuntur in diaphano, quorum lux se habet ad colorem sicut ad materiam: & ita cùm in anima recipiatur vis intellectiua, & ipsa diuina essentia inhabitans, licèt non per eundem modum, essentia diuina se habebit ad intellectum sicut forma ad materiam. Et quòd hoc sufficiat ad hoc quòd intellectus per diuinam essentiam possit videre ipsam diuinam essentiam, hoc modo potest ostendi : Sicut enim ex forma naturali, qua aliquid habet esse, & materia efficitur vnum ens simpliciter, ita ex forma qua intellectus intelligit & ipso intellectu fit vnum in intelligendo. In rebus autem naturalibus res per se subsistens non potest forma esse alicuius materiæ, si illa res habeat materiam partem sui: quia non potest esse, vt materia sit forma alicuius:sed si illa res per se subsistens sit forma tantùm, nihil prohibet eam effici formam alicuius materiæ, & fieri quo est ipsius compositi : sicut patet de anima. In intellectu autem oportet accipere ipsum intellectum in potentia quasi materiam,& speciem intelligibilem quasi formam,& intellectus in actu intelligens erit quasi compositum ex vtroque.Vnde si sit alia res per se subsistens, quæ non habeat aliquid intra se præter id quod est intelligibile in ipsa,talis res poterit esse forma qua intelligit intellectus : res autem quælibet est intelligibilis secundum id quod habet de actu, non secundum id quod habet de potentia: vt patet in 9.Metaphysi.& huiusmodi signum est quòd oportet formam intelligibilẽ abstrahere à materia,& ab omnibus proprietatibus materiæ: & ideò cùm diuina essentia sit actus purus, poterit esse forma,qua intellectus intelligit,& hæc erit visio beatificans: & ideò dicit Magister, quòd vnio animæ ad corpus est quoddam exemplum beatæ vnionis, qua ipse homo vnitur Deo.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,quòd autoritas illa potest tripliciter exponi, vt patet per Augustinum in libro de Videndo Deum. Vno modo vt excludatur corporalis visio, qua nemo visurus est Deum in essentia sua. Alio modo vt excludatur etiam intellectualis visio Dei per essentiam ab his qui in ista mortali carne viuunt. Alio modo, vt excludatur visio comprehensionis ab intellectu creato, & sic intelligit Chrysо. Vnde subdit : Notitiam huiusmodi dicit Euangelista certissimam considerationem & comprehensionem tantam, quantam habet pater de Filio: & hic est intellectus Euangelistæ.Vnde subdit,Vnigenitus,qui est,&c. per comprehensionẽ volens probare filium esse Deum.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut Deus excedit omnia existentia, quæ habent esse determinatum per essentiam suam infinitam,ita cognitio sua qua cognoscit est super omnem cognitionem:vnde quæ est proportio cognitionis nostræ ad essentiam creatam,ea est proportio cognitionis diuinæ ad essentiam suam. Ad cognitionem autem duo concurrunt, scilicet cognoscens & quo cognoscitur. Visio autem illa qua Deum per essentiam videmus,est eadem cum visione, qua Deus se videt ex parte eius quo videtur:quia sicut ipse se videt per essentiam suam, ita & nos videbimus : sed ex parte cognoscentis inuenitur diuersitas quæ est inter intellectum diuinum & nostrum. In cognoscendo autem id quod cognoscitur, sequitur formam,qua cognoscimus, quia per formam lapidis videmus lapidem : sed efficacia in cognoscendo sequitur virtutem cognoscentis,.sicut qui habet visum fortem,acutiùs videt & ideò in illa visione nos videbimus quod Deus videt, scilicet essentiam suam.sed non ita efficaciter.

¶Ad tertium dicendum, quòd Dionys. loquitur ibi de cognitione qua Deum in via cognoscimus per aliam formam creatam, qua intellectus noster formatur ad Deum videndum: sed sicut dicit Augustinus. Deus omnem formam intellectus nostri subterfugit : quia quàcúnque formam intellectus noster concipiat, illa forma non pertingit ad rationem diuinæ essentiæ : & ideò ipse non potest esse peruius intellectui nostro, sed per hoc eum perfectissimè cognoscimus in statu viæ,quòd scimus esse eum super omne id quod intellectus noster concipere potest, & sic ei coniungimur quasi ignoto : sed in patria idipsum per formam,quæ est essentia sua, videbimus, & coniungemur ei quasi noto.

¶Ad quartum dicendum, quòd lux est Deus, vt dicitur Ioan. 1. Lumen autem est impressio lucis in aliquo illuminato : & quia essentia diuina est alterius modi, quàm omnis similitudo ipsius impressa intellectu : ideò dicit quòd diuinæ tenebræ cooperiuntur omni lumine:quia scilicet essentia diuina,quam tenebras vocat propter claritatis excessum, manet indeterminata propter impressionem intellectus nostri, & per hoc sequitur quòd abscondatur omni cognitioni:& ideo quicúnque videntiũ Deum aliquid mente concipit,hoc non est Deus, sed aliquid diuinorum effectuum.

¶Ad quintum dicendum, quòd claritas Dei quamuis excedat omnem formam,qua nunc intellectus noster informatur,non tamen excedit ipsam essentiam diuinam,quæ erit quasi forma intellectus nostri in patria:& ideò licèt nunc sit inuisibilis, tamen tunc erit visibilis.

¶Ad sextum dicendum , quòd quamuis finiti ad infinitum nõ possit esse proportio : quia excessus infiniti supra finitum non est determinatus: potest tamen esse inter ea proportionalitas quæ est similitudo proportionum.Sicut enim finitum æquabitur alicui finito,ita infinito infinitum:ad hoc autem quòd aliquis totaliter cognoscatur , quandóque oportet esse proportionem inter cognoscentem & cognitum: quia oportet virtutem cognoscẽtis coęquari cognoscibilitati rei cognitę:æqualitas autem proportio quædam est:sed quandóque cognoscibilitas rei excedit virtutem cognoscentis: sicut cùm nos cognoscimus Deum,aut ecõuerso sicut cùm ipse cognoscit creaturas, & tunc non oportet esse proportionem inter cognoscentem & cognitum,sed proportionalitatem tantùm:vt scilicet : sicut se habet cognoscens ad cognoscendum , ita se habet cognoscibile ad hoc quòd cognoscatur:& talis proportionalitas sufficit ad hoc quòd infinitum cognoscatur à finito, vel econuerso.Vel dicendũ,quòd proportio secundum propriam nominis institutionem significat habitudinem quantitatis ad quantitatem secundum aliquem determinatum excessum, vel adæquationem: sed vlteriùs est translatum ad significandum omnem habitudinem cuiuscúnque ad aliud , & per hunc modum dicimus quòd materia debet esse proportionata ad formam,&hoc modo nihil prohibet intellectum nostrum,quamuis sit finitus,dici pròportionatum ad videndum essentiam diuinam, non tamen ad comprehendendum eam,& hoc propter suam immensitatem.

¶Ad septimum dicendum, quòd duplex est similitudo & distantia. Vna secundum conuenientiam in natura,& sic magis distat Deus ab intellectu creato,quàm intelligibile creatum à sensu. Alia secundum proportionalitatem,& sic est econuersò: quia sensus non est proportionatus ad cognoscendum aliquod immateriale , sicut intellectus est proportionatus ad cognoscendum quodcúnque immateriale:& hæc similitudo requiritur ad cognoscendum, non autem prima. Quia constat quòd intellectus intelligens lapidem non est similis ei in naturali esse : sicut etiam visus apprehendit mel rubeum & fel rubeum, quamuis non apprehendat mel dulce. Fellis enim rubedo magis conuenit cum melle , inquantùm est visibile,quàm dulcedo mellis cum melle.

¶Ad octauum dicendum,quòd in visione qua Deus per essentiã videbitur,ipsa diuina essentia erit quasi forma intellectus, qua intelligit : nec oportet quòd efficiantur vnum secundum esse simpliciter, sed solùm quòd fiant vnum quantum pertinet ad actum intelligendi.

¶Ad nonum dicendum,quòd dictum Auicennæ quantum ad hoc non sustinemus, quia ei etiam ab alijs Philosophis in hoc contradicitur , nisi forte velimus dicere quòd Auicenna intelligit de cognitione substantiarum separatarum , secundum quòd cognoscuntur per habitus scientiarum speculatiuarum & similitudinibus aliarum rerum . Vnde hoc introducit ad ostendendum quòd scientia non est in nobis substantia, sed accidens : & tamen diuina essentia quamuis plus distet secundum proprietatem naturæ suæ ab intellectu nostro , quàm substantia angeli, tamen plus habet directæ intelligibilitatis: quia est actus purus cui non amiscetur aliquid de potentia , quod non contingit in alijs substantijs separatis . Nec illa cognitio qua Deum per essentiam videbimus, ex parte eius quod videbitur , erit in genere accidentis, sed solũ quantùm ad actum ipsius intelligentis , qui non erit ipsa substantia intelligentis vel intellecti.

¶Ad decimum dicendum, quòd substantia separata à materia se intelligit, & intelligit alia,& vtroque modo potest verificari auctoritas inducta.Cùm enim ipsa substantia naturæ separatæ essentia sit : per seipsam est intelligibilis in actu eò quòd est à materia separata:constat autem quòd quando substantia separata intelligit se,quòd omninò est idem intelligẽs , & intellectum.Non enim intelligit se per aliquã intentionem abstractã à se,sicut nos intelligimus res materiales:&hic videtur esse intellectus Philosophi in tertio de Anima , vt per Cõmentaria ibidem patet.Secundum autem quòd intelligit res alias, intellectum in actu fit vnum cum intellectu in actu, inquãtum forma intellecti fit forma intellectus,inquantum est intellectus in actu,non quòd sit ipsamet essentia intellectus,vt Auicẽna probat 6. de Naturalibus, qui essentia intellectus manet vna sub duabus formis, secundum quòd intelligit res duas successiuè ad modum quo materia prima manet vna sub diuersis formis.Vnde etiam Commentator in tertio de Anima comparat intellectum possibilem quantum ad hoc primæ materiæ : & sic nullo modo sequitur quòd intellectus noster videns Deum: fiat ipsa essentia diuina , secundum quòd ipsa comparatur ad ipsum quasi perfectio & forma.

¶Ad undecimum dicendum , quòd auctoritates illę & omnes similes sunt intelligendę de cognitione,qua cognoscimus Deũ in via ratione priùs posita.

¶Ad duodecimum dicendum , quòd infinitum priuatiuè dictum est ignotum, inquantùm huiusmodi: quia dicitur per remotionem complementi, à quo est cognitio rei. Vnde infinitum reducitur ad materiam subiectam priuationi, vt patet in tertio Physicorum. Sed infinitum negatiuè acceptum dicitur per remotionem materiæ terminantis : quia forma etiam quodammodò terminatur per materiam . Vnde infinitum hoc modo est maximè de se cognoscibile , & hoc modo infinitus est Deus.

¶Ad decimumtertium dicendum , quòd Augustinus loquitur de visione corporali , qua nunquam videbitur , quod patet ex hoc quod præmittitur . Sicut enim videntur ista quæ visibilia nominantur: Deum nemo vidit vnquam , nec videre potest , & est natura inuisibilis sicut & incorruptibilis. Sicut autem secundum naturam suam est maximè ens, ita & secundum se est maximè intelligibilis : sed quòd à nobis quandóque non intelligatur, est ex defectu nostro. Vnde quòd videatur postquam visus non fuit à nobis, non est ex mutatione sua,sed nostra.

¶Ad decimumquartum dicendum , quòd Deus in patria videbitur à Sanctis sicuti est : si hoc referatur ad modum ipsius visi . Videbitur enim à Sanctis Deus habere illum modum quem habet. Sed si referatur motus ad ipsum cognoscentem , non videbitur sicuti est , quia non erit tanta efficacia intellectus creati ad videndum, quanta est efficacia essentiæ diuinæ ad hoc,quòd intelligatur.

¶Ad decimumquintum dicendum, quòd medium in corporali visione & intellectuali inuenitur triplex . Primum est medium sub quo videtur,& hoc est quod perficit visum ad videndum in generali , non determinans visum ad aliquod speciale obiectum:sicut se habet lumen corporale ad visum corporale, & lumen intellectus agentis ad intellectum possibilem secundum quòd est medium. Secundum est medium quo videtur : & hæc est forma visibilis qua determinatur vterque visus ad speciale obiectum : sicut per formam lapidis ad cognoscendum lapidem . Tertium est medium, in quo videtur, & hoc est id per cuius inspectionem ducitur visus in aliam rem: sicut inspiciendo speculum ducitur in ea quæ in speculo spectantur , & videndo imaginem ducitur in imaginatum, & sic etiam intellectus per cognitionem effectus ducitur in causam vel econuersò . In visione igitur patriæ non erit tertium medium , vt scilicet Deus per species aliorum cognoscatur , sicut nunc cognoscitur : ratione cuius dicimur nunc videri in speculo : nec erit ibi secundum medium, quia ipsa essentia diuina erit,qua intellectus noster videbit Deum:sed erit ibi tantùm primum medium quod eleuauit intellectum nostrum ad hoc quòd posset coniungi substantiæ increatæ modo prædicto:sed ab hoc medio non dicitur cognitio mediata , quia non cadit inter cognoscentem & rem cognitam,sed est illud quod dat cognoscenti vim cognoscendi.

¶Ad decimumsextum dicendum , quòd creaturæ corporales non dicuntur immediatè videri , nisi quando id quod est in eis cognoscibile , visui ei coniungitur : non sunt autem cognoscibiles per essentiam suam ratione materialitatis, & ideò tunc immediatè videntur quando eorum similitudo intelectui coniungitur : sed Deus per essentiam suam coniungibilis est intellectui: vnde non immediatè videtur: nisi essentia sua coniungeretur intellectui , & hæc visio immediatè dicitur visio faciei . Et præterea similitudo rei corporalis recipitur in visu secundum eandem rationem , qua est in re , sed non secundum modum essendi : & ideò similitudo illa ducit in illam rem directè , non autem potest hoc modo ducere aliqua similitudo intellectus nostri in Deum , vt ex dictis patet , & propter hoc non est simile.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm Sancti post resurrectionem Deum oculis corporalibus videbunt.

AD SECVNDVM sic proceditur . Videtur quòd Sancti post resurrectionem Deum corporalibus oculis videbunt. Oculus enim glorificatus maioris erit virtutis, quàm aliquis oculus non glorificatus:sed Beatus Iob oculo suo Deũ vidit:Iob trigesimonono. Auditu auris audiui te, nunc oculus meus videt te: ergo multò fortiùs oculus glorificatus per essentiam Deum videre poterit.

¶Præterea . Iob decimonono . In carne mea videbo Deum Saluatorem meum: ergo in patria Deus corporalibus oculis videbitur.

¶Præterea. Augustinus 22. de Ciuitate Dei , loquens de visu oculorum glorificatorum , sic dicit . Vis præpollentior erit oculorum illorum,non vt acriùs videant , qua quidam perhibentur videre serpentes vel aquilæ , quantalibet enim acrimonia cernendi eadem animalia vigeant,nisi aliud quàm cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pora possunt videre: sed vt videant incorporalia: quæcúnque autem potentia cognoscitiua est incorporalium, potest eleuari ad videndum Deum: ergo oculi glorioſi Deum videre poterunt.

¶Præterea, Quæ est differentia corporalium ad incorporalia, eadem est conuersò: sed oculus incorporeus potest corporalia videre: ergo oculus corporeus potest videre incorporalia, & sic idem quod priùs.

¶ Præterea, Gregorius in sexto Moralium super illud Iob 4. Stetit quidam, cuius non cognoscebam vultum, &c. sic dicit, Homo qui sic præceptum seruare voluisset, carne spiritualis futurus fuerat, factus est peccando etiam carnalis mente: sed ex hoc quòd est mente factus carnalis, vt ibidem dicit, solum ea cogitat, quæ ad animum per corporum imagines trahit, ergo etiam quando carne spiritualis erit, quod post resurrectionem Sanctis promittitur etiam carne spiritualia videre poterit, & sic vt priùs.

¶Præterea, Homo à solo Deo potest beatificari: beatificatur autem non solùm quantùm ad animam, sed etiam quantùm ad corpus: ergo non solùm intellectu, sed etiam carne Deum videre poterit.

¶ Præterea, Sicut Deus est præsens per suam essentiam in intellectu: ita etiam erit præsens in sensu, quia erit omnia in omnibus, vt dicitur primæ Corinthiorum 15. sed videbitur ab intellectu ex hoc quòd sua essentia ei coniungetur: ergo poterit videri etiam à sensu.

¶SED CONTRA, Ambrosius dicit super Lucam, Nec corporalibus oculis Deus quæritur, nec circunscribitur visu, nec tactu tenetur: ergo nullo corporali sensu Deus videbitur.

¶Præterea, Hierony. dicit. Non solùm diuinitatem patris, sed nec Filij, nec Spiritus sancti oculi carnis possunt aspicere, sed oculi mentis, de quibus dicitur, Beati mundo corde.

¶ Præterea, Idem Hieronymus dicit, Res incorporalis corporalibus oculis non videtur: sed Deus est maximè incorporeus: ergo, &c.

¶Præterea, Aug. de videndo Deum: Deum nemo vidit vnquà, vel in hac vita, sicut ipse est, vel in angelorum vita, sicut visibilia ista, quæ corporali visione cernuntur: sed vita angelorum dicitur vita beata, in qua resurgentes viuent: ergo, &c.

¶Præterea, Secundum hoc homo dicitur factus ad imaginem Dei quòd Deum conspicere potest: vt Aug. dicit, sed homo est ad imaginem Dei secundum mentem non secundum carnem: ergo mente & non carne Deum videbit.

CONCLVSIO.

¶Beati post resurrectionem nullo modo videre poterunt Deũ visu corporali, tanquam Deus esset per se visibilis, nisi per accidens.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sensu corporali aliquid sentitur dupliciter. Vno modo per se, alio modo per accidens. Per se quidem sentitur illud quod per se passionem sensui corporali inferre potest: per se autem potest passionem inferre aut sensui, inquantùm est sensus: aut huic sensui, inquantùm est hic sensus: quod autẽ secundo modo infert per se passionem sensui, dicitur sensibile proprium, sicut color respectu visus, & sonus respectu auditus: quia autem sensus inquantum est sensus, vtitur organo corporali, non potest in eo aliquid recipi nisi corporaliter: cùm omne illud quod recipitur in aliquo, sit in eo per modum recipientis: & ideò omnia sensibilia inferunt passionem sensibus, inquantum est sensus, secundum quòd habent magnitudinem: & ideò magnitudo & omnia consequentia, vt motus, quies, & numerus, & huiusmodi dicuntur sensibilia communia per se tantùm, per accidens tamen sentitur illud quod non infert passionem sensui, neque inquantum est sensus, neque inquantum est hic sensus, sed coniungitur his quæ per se sensui inferunt passionem: sicut Socrates & filius Darij, & amicus, & alia huiusmodi quæ per se cognoscuntur in vniuersali intellectu, in particulari autem virtute cogitatiua in homine, æstimatiua autem in aliis animalibus. Huiusmodi autem tunc sensus exterior dicitur sentire, quamuis per accidens, quando ex eo quòd per se sentitur vis apprehensiua, cuius est illud cognitum per se cognoscere, statim & sine dubitatione & discursu apprehendit: sicut videmus aliquẽ viuere ex hoc quòd loquitur, quando autem aliter se habet, non dicitur illud sensus videre etiam per accidens. Dico ergo quòd Deus nullo modo potest videri visu corporali, aut aliquo alio sentiri sensu sicut per se visibile, nec hic nec in patria: quia si à sensu remoueatur id quod conuenit sensui, inquantũ est sensus, non erit sensus. Et similiter si à visu remoueatur illud quod est visus, inquantum est visus, non erit visus. Cùm ergo sensus inquantum est sensus, percipiat magnitudinem, & visus inquantum est talis sensus, percipiat colorem, impossibile est quòd visus percipiat aliquid quod non est color nec magnitudo, nisi sensus diceretur æquiuocè. Cùm ergo visus & sensus sit futurus idem specie in corpore glorioso, non poterit esse quòd diuinam essentiam videat sicut visibile per se. Videbit autem eam sicut visibile per accidens, dum ex parte visus corporalis tantam gloriam Dei inspiciet in corporibus, & præcipuè gloriosis, & maximè in corpore Christi: & ex parte alia, intellectus tam clarè eum videbit quod in rebus corporalibus visis Deus percipietur, sicut in locutione percipitur vita: quãuis enim intellectus noster non videat eum ex creaturis, tamẽ videbit Deum in creaturis corporaliter visis. Et hunc modum quo Deus corporaliter possit videri, Augustinus ponit in fine de ciuitate Dei, vt patet eius verba intuenti, dicit enim sic, Valde credibile est sic nos visuros mundana corpora tunc cœli noui & terræ nouæ, vt Deum vbique præsentem & vniuersa corporalia gubernantem clarissima perspicuitate videamus, non sicut nunc inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta, conspiciuntur, sed sicut homines mox vt aspicimus viuere non credimus, sed videmus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum illud Iob intelligitur de oculo spirituali, de quo dicit Apostolus Ephe. 1. Illuminatos habere oculos cordis nostri.

¶Ad secundum dicendum, quòd illa autoritas non intelligitur, quòd per oculos carnis Deum sumus visuri, sed quia in carne existentes Deum videbimus.

¶Ad tertium dicendum, quòd Augustinus loquitur inquirendo in verbis illis & sub conditione: quod patet ex hoc quod præmittitur, Longè itaque alteriùs potentiæ erunt, si per eos videbitur incorporea illa natura: & posteà subdit: Vis itaque, &c. Postmodum determinat, vt dictum est.

¶Ad quartum dicendum quòd omnis cognitio fit per aliquam abstractionem à materia: & ideò quantò forma corporalis magis abstrahitur à materia, magis est principium cognitionis & inde est quòd in materia existens nullo modo est cognitionis principium. In sensu autem aliquo modo prout à materia separatur, & in intellectu nostro adhuc meliùs: & ideò oculus spiritualis, à quo remouetur impedimentum cognitionis, potest videre rem corporalem: non autem sequitur quòd oculus corporalis, in quo deficit vis cognitiua, secundum quòd participat de materia, possit cognoscere perfectè cognoscibilia, quæ sunt in corpore.

¶Ad quintum dicendum, q̃ quamuis mens facta carnalis non possit cogitare nisi accepta à sensibus, tamen ea cogitat immaterialiter: & similiter oportet quòd visus illud quod apprehendit, semper apprehendat corporaliter. Vnde nõ potest cognoscere illa, quæ corporaliter apprehendi non possunt.

¶Ad sextum dicendum, quòd beatitudo est perfectio hominis, inquantum est homo: quia homo non habet quòd sit homo ex corpore: sed magis ex anima: corpora autem sunt de essentia hominum, inquantum sunt perfecta per animam: ideò beatitudo hominis non consistit principaliter nisi in animæ actu, & ex ea deriuatur ad corpus per quandam redundantiam, sicut patet ex his quæ dicta sunt. Quædam tamen beatitudo corporis nostri erit inquantum Deum videbit in sensibilibus creaturis, & præcipuè in corpore Christi.

¶Ad septimum dicendum, quòd intellectus est perceptiuus spiritualium, non autem visus corporalis: & ideò intellectus poterit cognoscere diuinam essentiam sibi coniunctam, non autem visus corporalis.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm Sancti Deum videntes, omnia videant quæ Deus videt.

ADTERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Sancti videntes Deum per essentiam, omnia videant quæ Deus in seipso videt, sicut Isidor. in libro de Summo bono dicit, Angelis in verbo Dei omnia sciunt antequam fiant: sed sancti angelis æquales erunt, vt patet Math. vigesimosecundo: ergo & sancti videndo Deum, omnia vident.

¶Præterea, Gregorius 4. Dialogo dicit quòd illic omnes communi claritate Deum conspiciunt: quid est quod ibi nesciant, vbi scientem omnia sciunt? loquitur autem de beatis qui Deum vident per essentiam: ergo qui vident Deum per essentiam, omnia cognoscunt.

¶Præterea, Sicut dicitur in 3. de Anima, intellectus cùm intelligit maxima, magis potest intelligere minima: sed maximũ intelligibile est Deus: ergo maximè auget virtutem intellectus in intelligendo: ergo intellectus eum videns, omnia intelligit.

¶Præterea, Intellectus non impeditur ab intelligendo aliquid nisi inquantum id superat ipsum: sed intellectum Deum videntem nulla creatura superat, quia dicit Gregorius in 1. Dialogo, Animæ videnti Creatorem angusta fit omnis creatura: ergo videntes Deum per essentiam omnia cognoscunt.

¶Præterea. Omnis passiua potentia quæ non est reducta ad actum, est imperfecta, sed in intellectu possibili animæ humanæ est potentia quasi passiua ad cognoscẽdum omnia, quia intellectus possibilis est, quo est omnia fieri, vt dicitur in 3. de Anima: si ergo in illa beatitudine non intelligeret omnia, remaneret imperfectus, quod est absurdum.

¶Præterea. Quicúnque videt speculum, videt ea quæ in speculo resultant, sed in verbo Dei omnia sicut in speculo resultant, quia ipse est ratio & similitudo omnium: ergo Sancti qui vident verbum per essentiam, vident omnia creata.

¶Præterea. Vt dicitur Prouerb. 11. Desiderium suum iustis dabitur: sed Sancti desiderant omnia scire, quia omnes homines natura scire desiderant: & natura per gloriam non auferetur: ergo dabitur eis à Deo quòd omnia cognoscant.

¶Præterea. Ignorantia est quædam pœnalitas præsentis vitæ: sed omnis pœnalitas per gloriã à sanctis aufertur, ergo & omnis ignorantia, & ita omnia cognoscent.

¶Præterea. Beatitudo Sanctorum prius est in anima quàm in corpore: sed corpora sanctorum formabuntur in gloria ad similitudinem corporis Christi, vt patet Phili. 3. ergo & animæ perficientur ad similitudinem animæ Christi, sed anima Christi in verbo omnia videt: ergo & omnes animæ Sanctorum videbunt omnia in verbo.

¶Præterea. Sicut sensus, ita intellectus cognoscit omne illud, cuius similitudine informatur: sed diuina essentia expressiùs indicat quãlibet rẽ, quã aliqua similitudo alicuius rei: ergo cũ in illa beata visione essentia diuina fiat, quasi forma intellectus nostri: videtur quod Sancti videntes Deum, omnia videant.

¶Præterea Commentator. dicit in tertio de Anima, quod si intellectus agens esset forma intellectus possibilis, intelligeremus omnia: sed diuina essentia clariùs representat omnia, quàm intellectus agens: ergo intellectus videns Deum per essentiam omnia cognoscit.

¶Præterea. Propter hoc quòd inferiores angeli nunc nõ omnia cognoscunt, illuminãtur de ignotis à superioribus: sed post diem iudicij angelus non illuminabit angelum, tũc enim prælatio cessabit, vt dicit gloss. primæ Corinthior. decimoquinto: ergo inferiores angeli omnia scient, & eadem ratione omnes sancti Deum per essentiam videntes.

¶SED CONTRA. Sicut dicit Dionysius in sexto Cœlestis hierar. Angeli superiores inferiores à nescientia purgant: angeli autem inferiores vident essentiam diuinam: ergo angelus videns essentiam diuinam, potest aliqua nescire: sed anima non perfectiùs videbit Deum quàm angelus: ergo animæ videntes Deum non oportet quòd omnia videant.

¶Præterea. Solus Christus habet spiritũ non ad mẽsuram, vt dicitur Ioan. 3. sed Christo inquantum habet spiritũ non ad mensuram, competit quod in verbo omnia cognoscat: vnde ibidẽ dicitur, quòd pater omnia dedit in manu eius: ergo nulli alij competit cognoscere omnia in verbo nisi Christo.

¶Præterea. Quantò aliquod principium perfectiùs cognoscitur: tantò plures eius effectus cognoscũtur per ipsum: sed quidam videntur Deum per essentiam perfectiùs aliis cognoscere, qui est rerum omnium principium: ergo quidam alijs plura cognoscent, & ita non omnes omnia scient.

CONCLVSIO.

¶Cùm sancti in paradiso non sint comprehensuri Dei essentiam, videntes Deum, non omnia videbunt, quæ Deus videt.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Deus vidẽdo suam essentiam, cognoscit omnia quæ sunt, vel erunt, vel fuerunt, & hæc dicitur cognoscere notitia visionis: quia ad similitudinem visionis corporalis cognoscit ea quasi præsentia. Cognoscit insuper videndo suam essentiam: omnia quę potest facere, quãuis nunquam fecerit, nec facturus sit, alias non perfectè cognoscerет potentiam suam. Non enim potest cognosci potentia nisi sciantur potentię obiecta, & hæc dicitur cognoscere scientia vel notitia simplicis intelligentiæ. Impossibile est autem quòd aliquis intellectus creatus cognoscat omnia, videndo diuinam essentiam, quę Deus potest facere: quia quantò aliquod principium perfectiùs cognoscitur, tantò plura sciuntur in illo. Sicut in vno demonstrationis principio, ille qui est perspicacioris ingenij plures conclusiones videt, quàm alius, qui est ingenij tardioris, cùm ergo quantitas potentiæ diuinæ attendatur secũdum, ea, in qua potest, si aliquis intellectus videret in diuina essentia omnia quæ Deus potest facere, eadem esset quantitas perfectionis in intelligendo, quæ est quantitas diuinæ potentiæ in producendo effectus, & ita cõprehenderet diuinam essentiã, quod est impossibile omni creato intellectui. Illa autem omnia quæ Deus scit notitia visionis, aliquis intellectus creatus cognoscit in verbo, scilicet anima Christi. Sed de alijs videntibus diuinã essentiam duplex est opinio. Quidam enim dicunt quod omnes videntes Deum per essentiam, vident omnia quæ Deus videt scientia visionis. Sed hoc repugnat Sanctorũ dictis, qui ponunt angelos aliqua ignorare, quos tamen cõstat secundum fidem omnes Deum per essentiam videre. Et ideò alij dicunt q̃ alij à Christo, quamuis videant Deum per essentiam, non tamen omnia videnteque Deus videt, eò quòd essentiam diuinam non comprehendunt. Non est enim necessarium quòd sciens causam, sciat omnes eius effectus, nisi causam comprehendat, quod non competit intellectui creato, & ideò vnusquisq; videntium Deum per essentiam, tãtò plura in eius essentia conspicit, quantò clariùs diuinam essentiam intuetur, & inde est quod de his potest vnus alium instruere, & sic scientia angelorum & animarum sanctarum potest augeri vsque ad diem iudicij: sicut & alia quæ ad præmium accidentale pertinẽt, sed vlteriùs non proficiet: quia tunc erit vltimus status rerum, & in illo statu possibile est quòd omnes omnia cognoscant eteque Deus scientia visionis nouit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc quod Isidor. dicit quòd angeli sciunt in verbo omnia antequam fiant, non potest referri ad ea quæ Deus scit scientia simplicis intelligentiæ tantùm, quia illa nunquam fient: sed referendum est ad ea tantùm quæ Deus scit scientia visionis, de quibus etiam non dicit quòd omnes angeli ea omnia cognoscant, sed forte aliqui: & illi qui cognoscunt non perfectè cognoscunt omnia. In vna enim re est multas rationes intelligibiles considerare, sicut diuersas eius proprietates & habitudines ad res alias: & possibile est quòd eadem re scita à duobus communiter, vnus alio plures rationes percipiat, & has rationes vnus ab alio percipiat. Vnde & Diony. dicit 4. c. de Diui. nomin. quòd inferiores angeli docẽtur à superioribus rerum scibiles rationes, & ideò etiã angeli qui omnes creaturas cognoscunt, non oportet quòd omnia quæ in eis intelligi possunt percipiant.

¶Ad secundum dicendum, quòd ex verbo illo Gregorij ostenditur quòd in illa beata visione est sufficientia ad omnia intuenda ex parte diuinæ essentiæ, quæ est medium quo videtur, per quam Deus omnia videt: sed quòd non omnia videantur, est ex defectu intellectus creati, qui diuinam essentiam non comprehendit.

¶Ad tertium dicendum, quòd intellectus creatus non videt diuinam essentiam secundum modum ipsius essentiæ, sed secundum modum proprium, qui finitus est: vnde nõ oportet quòd eius efficacia in cognoscendo ex visione prædicta amplietur in infinitum ad omnia cognoscenda.

¶Ad quartũ dicendum, quòd defectus cognitionis non solùm procedit ex excessu cognoscibili super intellectum, sed etiã ex hoc quòd intellectui non coniungitur id quod est ratio cognoscibilis, sicut visus non videt lapidem quandóque ex hoc quòd species lapidis non est ei coniuncta: quãuis autem intellectui videtis Deum coniungatur ipsa diuina essentia quæ est omnium ratio, non tamen coniungitur ei prout est omnium ratio: sed secundum quòd est ratio aliquorum, & tantò plurium: quantò quisque pleniùs diuinam essentiam intuetur.

¶Ad quintum dicendum, quòd quando potentia passiua est perfectibilis pluribus perfectionibus ordinatis, si perfecta secundum vltima perfectione sua, non dicitur imperfecta, etiam si aliquæ dispositiones præcedentes ei desint. Omnis enim cognitio quæ intellectus creatus perficitur, ordinatur sicut ad finem ad Dei cognitionem: vnde videns Deum per essentiam, etiam si nihil aliud cognosceret, perfectum intellectũ haberet, nec est perfectio ex hoc, quia aliquid aliud cum ipso cognoscit, nisi quatenus ipsum pleniùs videt. Vnde Aug. in 5. Confes. Infelix homo qui scit omnia illa creata, te autem nescit: beatus autẽ qui te scit, etiam si illa nescit. Qui verò te & illa nouit, non propter illa beatior, sed propter te tantùm beatus.

¶Ad sextum dicendum, quòd speculum illud est voluntarium, & sicut ostendet se cui vult, ita in se ostendet quæ vult, nec est simile de speculo materiali, in cuius potestate non est quòd videatur, vel non videatur. Vel dicendum, quòd in speculo materiali tam res quàm speculũ videtur sub propria forma, quãuis speculum illud videatur per formam à re accepeam. Lapis verò per propriam formam resultãtem in re alia: & ideò propter quam rationem cognoscitur vnum, & aliud. Sed in speculo increato videtur aliquid per formam ipsius speculi, sicut effectus videtur per similitudinem causę, & econtrario: & ideò non oportet quòd quicúnque videt speculum æternum videat omnia quę in speculo resultant, non enim necesse est q̃ videns causam, videat omnes effectus eius nisi comprehẽdat causam.

¶ Ad septimum dicendum, quòd Sanctorum desiderium, quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnia scire desiderant, implebitur solùm ex hoc quòd Deum videbunt, sicut desiderium eorum quo omnia bona habere cupiunt, complebitur in loco quòd Deum habebunt. Sic enim Deus in hoc quòd habet perfectam bonitatem, sufficit affectui, & eo habito, omnia bona habentur quodammodò, ita eius visio sufficit intellectui, Ioan. 14. Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis.

¶Ad octauum dicendum, quòd ignorantia propriè accepta in priuationem cadat, & sic pœna est: sic enim ignorantia est nescientia aliquorum quæ sciri debent, vel quæ necesse est scire: nullius autem horum scientia Sanctis deerit in patria: quandóque autem ignorantia cõmuniter accipitur pro omni nescientia, & sic Angeli & Sancti in patria quædam ignorabunt. Vnde Dionysius dicit quòd angeli à nescientia purgantur: sic autem ignorantia non est pœnalitas, sed defectus quidam: nec est necesse quòd omnis talis defectus per gloriam auferatur, sic enim etiam posset dici quòd defectus esset in papa Lino, qui non peruenit ad gloriam Petri.

¶Ad nonum dicendum, quòd corpus nostrum conformabitur corpori Christi in gloria secundum similitudinem, non secundum æqualitatem: erit enim clarum sicut & corpus Christi, sed non æqualiter. Et similiter anima nostra habebit gloriã ad similitudinem animæ Christi, sed non ad æqualitatem: & ita habebit scientiam sicut anima Christi, sed non tantam, vt scilicet sciat omnia sicut anima Christi.

¶Ad decimum dicendum, quòd quamuis essentia diuina sit ratio omnium cognoscibilium, non tamen coniungetur cuilibet intellectui creato, secundum quòd est ratio omnium: & ideò ratio non sequitur.

¶Ad vndecimum dicendum, quòd intellectus agens est forma proportionata intellectui possibili: sicut & potentia materiæ est proportionata potentiæ agentis naturalis, vt omne quod est in potentia passiua materiæ & intellectus possibilis, sit in potentia actiua intellectus agentis vel naturalis agentis: & ideo si intellectus agens fiat forma intellectus possibilis, oportet quòd intellectus possibilis cognoscat omnia ad quæ se extendit virtus intellectus agentis: diuina autem essentia non est forma hoc modo nostro intellectui proportionata: & ideò non est simile.

¶Ad duodecimum dicendum, quòd nihil prohibet dicere quòd post diem iudicij quando gloria hominum & angelorum erit pœnitus consummata, quòd omnes beati scient omnia quæ Deus scientia visionis nouit, ita tamen quòd non omnes omnia videant in essentia diuina, sed anima Christi ibi plenè videbit omnia, sicut & nunc videt. Alij autem videbant ibi plura vel pauciora secundum gradum quo Deum cognoscent, & sic anima Christi de his quæ præ alijs videt in verbo, omnes alias illuminabit. Vnde dicitur Apoc. 21. quòd claritas Dei illuminat ciuitatem Hierusalem, & lucerna eius est agnus. Et similiter alij superiores illuminabunt inferiores, non quidem noua illuminatione, vt scientia inferiorum per hoc augeatur, sed quadã continuatione illuminationis, sicut si intelligatur quòd Sol quiescens illuminat aerem: & ideò dicitur Dan. 12. quòd qui ad iustitiam eruditi sunt plurimos fulgebunt quasi stellæ in perpetuas æternitates. Prælatio autem ordinum dicitur cessatura quantum ad ea quæ nunc circa nos per eorum ordinata ministeria exercentur, vt patet per glossam ibidem.

QVAESTIO NONAGESIMATERTIA, DE *Sanctorum beatitudine & eorum mansionibus, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de Sanctorum beatitudine & eorum mansionibus.

¶Circa quod quæruntur tria.

¶Primò, vtrùm sanctorum beatitudo augeatur post iudicium.

¶Secundò, vtrùm gradus beatitudinis appellentur mansiones.

¶Tertiò, vtrùm diuersæ mansiones distinguantur penes diuersos gradus charitatis.

ARTICVLVS I.

¶An beatitudo Sanctorum sit maior futura post iudicium quàm ante.

Tho. A. di. 49. quæs. 1. art. 4. quæs. 1. & seq.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd beatitudo Sanctorum non sit maior futura post iudicium quàm antè. Quantò enim aliquid accedit ad similitudinem diuinam, tantò perfectiùs beatitudinem participat: sed anima à corpore separata Deo similior est, quàm corpori coniuncta: ergo maior est beatitudo ante corporis resumptionem quàm post.

¶Præterea, Virtus vnita est magis potens, quàm multiplicata: sed anima extra corpus est magis vnita, quàm cùm est corpori coniuncta: ergo virtus est maior ad operandum, & ita perfectiùs beatitudinem participat, quæ in actu consistit.

¶Præterea, Beatitudo consistit in actu intellectus speculatiui: sed intellectus in suo actu non vtitur organo corporali, & sic corpus resumptum non efficit vt anima perfectiùs intelligat: ergo beatitudo animæ non erit maior post resurrectionem.

¶Præterea, Infinito non potest esse aliquid maius, & ita infinitum cum aliquo finito non sunt maius quàm infinitum ipsum: sed anima beata ante corporis resumptionem beatitudinem habet de hoc quòd gaudet de bono infinito, scilicet Deo: post resurrectionem autem corporis non habebit de alio gaudium nisi fortè de gloria corporis quæ est quoddam bonum finitum, ergo gaudium eorum post corporis resurrectionẽ nõ erit maius quàm antè.

¶SED CONTRA est quòd dicitur Apoc. 6. super illud, Vidi sub altare animas interfectorũ, &c. dicit glo. Modò animæ Sanctorũ sunt existentes sub altare, id est minori dignitate quàm sint futuræ: ergo maior erit eorum beatitudo post mortem.

¶Præterea, Sicut bonis beatitudo redditur pro præmio, ita & malis miseria: sed miseria malorum post resumptionem corporum erit maior quàm ante, quia non solùm in anima: sed in corpore punientur: ergo beatitudo Sanctorum erit maior post resurrectionem corporum quàm ante.

CONCLVSIO.

¶Cùm beatitudo Sanctorũ sit in anima & corpore, extensiuè angelorum post iudicium, sicque Sancti beatiores erunt post iudicium, quã ante.

¶RESPONDEO dicendum, quòd beatitudinem Sanctorum post resurrectionem augeri quidem extensiuè manifestum est, quia beatitudo tunc erit non solùm in anima, sed etiã in corpore. Et etiam ipsius animæ beatitudo augebitur extensiuè inquantum anima non solùm gaudebit de bono proprio, sed etiam de bono corporis. Potest etiam dici quòd ipsius animæ beatitudo intensiuè augebitur. Corpus enim hominis dupliciter potest considerari. Vno modo secundum quòd est ab anima perfectibile. Alio modo secundum quòd est in eo aliquid repugnans animæ in suis operationibus, prout non perfectè corpus per animam perficitur. Secundum autem primã considerationem corporis, coniunctio ipsius ad animam addit animæ aliquam perfectionem, quia omnis pars imperfecta est & completur in suo toto: vnde & totum se habet ad partem vt forma ad materiam. Vnde & anima perfectior est in esse suo naturali, cùm est in toto, scilicet in homine coniuncto ex anima & corpore, quàm cùm est per se separata. Sed vnio corporis quantum ad secundam ipsius considerationem impedit animæ perfectionem. Vnde dicitur quod corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Sapientiæ nono. Si ergo à corpore removeatur omne illud, per quod animæ actioni resistit, simpliciter anima erit perfectior in corpore tali existens, quàm per se separata: quantò autẽ est perfectius in esse, tantò potest perfectiùs operari. Vnde & operatio animæ coniunctæ tali corpori erit perfectior quàm operatio animæ separatæ. Huiusmodi autem corpus est corpus glorioſum, quod omninò subdetur spiritui: vnde cùm beatitudo in operatione consistat, perfectior erit beatitudo animę post resumptionem corporis quàm ante. Sicut enim anima separata à corpore corruptibili perfectiùs potest operari, quàm ei coniuncta, ita postquam fuerit coniuncta corpori glorioso, perfectior est eius operatio, quàm quando erat separata: omne autem imperfectum appetit suam perfectionem: & ideò anima separata naturaliter appetit corporis coniunctionem, & propter hunc appetitum ex imperfectione procedentem eius operatio, qua in Deum fertur, est minùs intensa. Et hoc est quod dicit Hierony. quòd ex appetitu corporis retardatur ne tota intentione pergat in illud summum bonum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd anima coniuncta corpori glorioso est magis Deo similis, quàm ab eo separata, inquantum coniuncta habet esse perfectius. Quantò enim est aliquid perfectius, tantò est Deo similius: sicut cor cuius vitæ perfectio in motu consistit est Deo similior quando mouetur, quàm quando quiescit, quamuis Deus nunquam moueatur.

¶Ad secundum dicendum, quòd virtus, quæ de sua natura habet quòd sit in materia, magis est potens in materia existens, quàm à materia separata, quamuis, absolutè loquendo, virtus à materia separata sit potentior.

¶Ad tertium dicendum, quòd quamuis in actu intelligendi anima corpore non vtatur, tamen perfectio corporis quodammodò ad perfectionem operis intellectualis cooperabitur, in quantum ex coniunctione corporis glorioſi anima erit in natura perfectior, & per consequens in operatione efficacior, & secundum hoc ipsum bonum corporis cooperabitur quasi instrumentaliter ad operationem, in qua beatitudo consistit, sicut etiam Philosophus ponit in 1. Ethico. quòd bona exteriora cooperantur instrumentaliter ad felicitatem vitæ.

¶Ad quartum dicendum, quòd quamuis finitum infinito additum non faciat maius, tamen facit plus: quia finitum & infinitum sunt duo, cùm infinitum per se acceptum sit vnum, extensio autem gaudij non respicit maius sed plus. Vnde extensiuè augetur gaudium, secundum quod est de Deo & de gloria corporis respectu gaudij, quod erat de Deo, gloria autem corporis operabitur ad gaudij intentionem, quod est de Deo, inquantum cooperabitur ad perfectionem operationum, qua anima in Deum fertur. Quantò enim operatio conuenientiùs fuerit perfectiori: tantò delectatio erit maior, vt patet ex hoc quod dicitur quarto Ethicorum.

ARTICVL. II.

¶Vtrùm beatitudinis gradus mansiones dici debeant.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd beatitudinis gradus mansiones dici non debeant. Beatitudo enim importat rationem præmij: sed mansio nihil significat quod ad præmium pertineat: ergo diuersi gradus beatitudinis mansiones dici non debent.

¶Præterea. Mãsio locum significare videtur: sed locus quo Sancti beatificabuntur, non est corporalis, sed spiritualis: scilicet Deus qui vnus est: ergo non est nisi vna mansio: & ita diuersi gradus beatitudinis mansiones dici non debent.

¶Præterea. Sicut in patria erunt homines diuersorum meritorum, ita nunc sunt in purgatorio, & in limbo patrum fuerunt, sed in purgatorio & limbo non distinguuntur mansiones: ergo similiter nec in patria.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ioan. 14. In domo Patris mei mansiones multæ sunt, &c. quod Aug. exponit de varijs gradibus præmiorum.

¶Præterea. In qualibet ciuitate est ordinata mansionum distinctio: sed cœlestis patria ciuitati cõparatur, vt patet Apoca. 21. ergo oportet ibi diuersas mansiones distinguere secundum diuersos beatitudinis gradus.

CONCLVSIO.

¶Sicut in rebus naturalibus, vnumquodq; tendens ad eundem locum sursum, proprius appropinquat, secundum quòd est leuius: ita in Beatis erunt gradus beatitudinis, qui dimensiones appellantur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd motus localis est prior omnium aliorum motuum: ideò secũdum Philosophum nomen Motus & Distãtiæ, & omnium huiusmodi, deriuatum est à motu locali ad omnes alios motus: finis autem motus localis est locus, ad quem cũ aliquis peruenerit, ibi manet quiescẽs, & in eo cõseruatur: & ideo in quolibet motu ipsam quietem in finem motus dicimus collocationem vel mansionem, & ideò cùm nomen Motus deriuetur vsque in actum appetitus & voluntatis, ipsa affectio finis appetitiui motus dicitur mansio aut collatio in fine: & ideò diuersi modi consequendi finem vltimum diuersæ mansiones dicuntur, vt sic vnitas domus respondeat vniuersitati beatitudinis, quæ est ex parte obiecti, & pluralitas mansionum respõdeat differentiæ, quæ in beatitudine inuenitur ex parte Beatorum, sicut etiam videmus in rebus naturalibus quòd est idem locus sursum, ad quem tendunt omnia leuia, sed vnumquodque pertingit propriquiùs, secundum quod est leuius, & ita habent diuersas mansiones secundum differentiam leuitatis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd mansio importat rationem finis, & per consequens rationem præmij, quod est finis meriti.

¶Ad secundum dicendum, quòd quamuis sit vnus locus spiritualis, tamen diuersi sunt gradus appropinquandi ad locum illum, & secundum hoc constituuntur diuersæ mansiones.

¶Ad tertium dicendum, quòd illi qui erant in limbo, vel nunc sunt in purgatorio, nondũ peruenerunt ad suum finem, & ideò in purgatorio vel in limbo nõ distinguũtur mãsiones, sed solũ in paradiso & in inferno vbi est finis bonorum & malorum.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm diuersæ mansiones distingantur penes diuersos gradus charitatis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd diuersæ mansiones non distingantur penes diuersos gradus charitatis. Quia Matth. 25. dicitur. Dedit vnicuique secundum propriam virtutem: propria autem vniuscuiusque virtus est eius vis naturalis: ergo & dona gratiæ & gloriæ distribuuntur secũdum diuersos gradus virtutis naturalis.

¶Præterea. In Psalmo dicitur. Tu reddes vnicuique secundum opera sua: sed illud quod redditur, est beatitudinis mensura: ergo gradus beatitudinis distinguuntur secundum diuersitatem operum, & non secundum diuersitatem charitatis.

¶Præterea. Præmium debetur actui & non habitui: vnde fortissimi non coronantur, sed agonizantes, vt patet 1. Ethi. & secũdæ Timoth. secũdo. Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit. Sed beatitudo est præmium: ergo diuersi gradus beatitudinis erunt secundum diuersos gradus operum, & nõ secundum diuersos charitatis gradus.

¶SED CONTRA est quod quantò aliquis est Deo magis coniunctus, tantò erit beatior: sed secundum modum charitatis est modus coniunctionis ad Deum: ergo secundum differentiam charitatis erit & diuersitas beatitudinis.

¶Præterea, Si simpliciter sequitur ad simpliciter, & magis ad magis: sed habere beatitudinem sequitur ad habere charitatem: ergo & habere maiorem beatitudinem sequitur ad habere maiorem charitatem.

CONCLVSIO.

¶Siue iuxta charitatem patriæ, siue iuxta charitatem viæ, quæ duo sunt principia distinctiua mansionum: vel graduum beatitudinis, in regno cœlesti diuersæ mansiones distinguuntur penes diuersos gradus charitatis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd principium distinctiuum mansionum siue graduum beatitudinis est duplex, scilicet propinquum & remotum. Propinquum est diuersa dispositio quæ erit in beatis, ex qua contingit diuersitas perfectionis apud omnes in operatione beatitudinis, sed principium remotum est meritum, quo talem beatitudinem consecuti sunt. Primò autem distinguuntur mansiones secundum charitatem patriæ, quæ quantò in aliquo erit perfectior, tantò eum reddet capaciorem diuinæ claritatis secundum cuius argumentum augebitur perfectio visionis diuinæ. Secundo verò modo distinguuntur mansiones secundum charitatem viæ. Actus enim noster non habet quòd sit meritorius ex ipsa substantia, sed solùm ex habitu virtutis, quo informatur: eius autem meretum in omnibus virtutibus est ex charitate, quæ habet ipsum finem pro obiecto: & ideò diuersitas in merendo tota reuertitur ad diuersitatem charitatis, & sic charitas viæ distinguet mãsiones per modum meriti.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd virtus ibi non accipitur solùm pro naturali capacitate, sed pro naturali capacitate simul cum conatu ad habendam gratiam: & virtus hoc modo accepta erit quasi materialis dispositio ad mensuram gratiæ & gloriæ suscipiendæ: sed charitas est formaliter compleus gloriam ad meritum: & ideò distinctio gradus in gloria accipitur penes gradus charitatis potiùs, quam penes gradus virtutis prædictæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd opera non habent quòd eis retributio gloriæ reddatur, nisi inquantùm sunt charitate informata: & ideò secundum diuersos charitatis gradus erunt diuersi gradus in gloria.

¶Ad tertium dicendum, quòd quamuis habitus charitatis vel cuiuscúnq; virtutis non sit meritum, cui debeatur præmium, est tamen principium & tota ratio merendi in actu charitatis, & ideò secũdum eius diuersitatem præmia distinguuntur: quãuis etiam ex ipso genere actus possit aliquis gradus in merendo considerari: non quidem respectu præmij essentialis quod est gaudium de Deo, sed respectu alicuius accidentalis præmij, quod est gaudium de aliquo bono creato.

QVAESTIO NONAGESIMAQVAR. *ta, De modo quo sancti se habebunt erga damnatos, in tres articulos diuisa.*

DEINDE considerandum est de modo quo se Sancti habebunt erga damnatos.

¶Circa quod quæruntur tria.

¶Primò, vtrùm Sancti pœnas damnatorum videant.

¶Secundò, vtrùm eis compatiantur.

¶Tertiò, vtrùm de eorum pœnis lætentur.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm Beati qui erunt in patria, videbunt pœnas damnatorum.

Tho. 4. dist. 50. q. 2. ar tic. 4. q. 1. & seq.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Beati qui erunt in patria, non videant pœnas damnatorum. Maior enim est distantia damnatorum à Beatis, quàm viatorum, sed viatorum facta non vident, vnde Isa. decimonono, Abraham nescit nos: dicit Glossa. Nesciunt mortui etiam Sancti quid faciunt viui etiam eorum filij: ergo multò minùs vident pœnas damnatorum.

¶Præterea. Perfectio visionis dependet à perfectione visibilis: vnde Philosophus dicit decimo Ethicorum, quod perfectissima sensus operatio est sensus maximè dispositi ad pulcherrimum sub visu cadentium: ergo econtrario turpitudo

Universidad de Deusto
Biblioteca

visibilis redundat in imperfectionem visionis: sed imperfectio nulla erit in beatis: ergo non videbunt miserias damnatorum, in quibus est summa turpitudo.

¶SED CONTRA est quod dicitur Isaiæ vltim. Egredientur, & videbũt cadauera virorum, qui preuaricati sunt in me. glos. Electi egredientur intelligentia vel visione manifesta, vt ad laudem Dei magis accendantur.

CONCLVSIO.

¶Cùm contraria iuxta se posita magis eluescant, Beati in regno cæ lesti videbunt pœnas damnatorum, vt beatitudo illis magis complaceat.

¶RESPONDEO dicendum, quòd à Beatis nihil subtrahi debet quo ad perfectionem beatitudinis eorum pertinet. Vnum quòdque autem ex comparatione contrarij magis cognoscitur: quia contraria iuxta se posita, magis elucescunt: & ideò vt beatitudo Sanctorum eis magis complaceat, & de ea vberiores gratias Deo agant, datur eis vt pœnam impiorum perfectè videant.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd glossa illa loquitur de Sanctis mortuis secundum possibilitatem naturæ. Non enim oportet, vt naturali cognitione cognoscant omnia quæ erga viuos aguntur, sed Sancti qui sunt in patria, omnia clarè cognoscunt quæ aguntur: etiam apud viatores & apud damnatos. Vnde Gregorius dicit 12. lib. Morali. De animabus sanctis sentiendum non est, scilicet quod Iob dicit, siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, nescient, &c. quia intus habent Dei claritatem, nullo modo credendum est quòd sit foris aliquid quod ignorent.

¶Ad secundum dicendum, quòd quamuis pulchritudo visibilis ad perfectionem faciat visionis visibilis, tamen turpitudo sine visionis infectione esse potest. Species enim rerum in anima, per quas contraria cognoscuntur, non sunt contrariæ: vnde etiam Deus qui perfectissimam cognitionem habet, omnia pulchra & turpia videt.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm Beati compatiantur miserijs damnatorum.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Beati miserijs damnatorum compatiantur. Compassio enim ex charitate procedit: sed in Beatis erit perfectissima charitas: ergo maximè miserijs damnatorum compatiuntur.

¶Præterea, Beati nunquam erunt elongati tantùm à compassione, quantum Deus est: sed Deus quodammodò miserijs nostris compatitur, vnde & misericors dicitur, & similiter angelus: ergo Beati compatientur miserijs damnatorum.

¶SED CONTRA, Quicúnque alicui compatitur, fit miseriæ eius quodammodò particeps: sed Beati non possunt esse participes alicuius miseriæ: ergo miserijs damnatorum non compatiuntur.

CONCLVSIO.

¶Cùm damnati non possint transferri à sua miseria, Beati non compatientur eorum miserijs.

¶RESPONDEO dicendum, quòd misericordia vel compassio potest in aliquo inueniri dupliciter. Vno modo per modum passionis, alio modo per modum electionis. In Beatis autem non erit aliqua compassio in parte inferiori, nisi consequens electionem rationis: vnde non erit eis compassio vel misericordia nisi secundum electionem rationis. Hoc autem modo ex electione rationis misericordia vel compassio nascitur, scilicet prout aliquis vult malum alterius repelli: vnde in illis quæ secundum rationem repelli non volumus, compassionem talem non habemus. Peccatores autem quandiu sunt in hoc mundo, in tali statu sunt, quòd sine præiudicio diuinæ iustitiæ possunt in beatitudinem transferri in statu miseriæ & peccati: & ideò Beatorum compassio ad eos locum habet, & secundum electionem voluntatis, prout Deus, angeli, & beati eis compati dicuntur: & eorum salutem volendo, & secundum passionem, sicut compatiuntur eis homines boni in statu viæ existentes, sed in futuro non poterunt transferri à sua miseria: vnde ad eorum miserias non debet esse compassio secundum electionem rectam: & ideò Beati qui erunt in gloria, nullam compassionem ad damnatos habebunt.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd charitas tunc est compassionis principium, quando possumus ex charitate velle remotionem miseriæ alicuius: sed Sancti ex charitate hoc velle non possunt de damnatis, cùm diuinæ iustitiæ repugner, vnde ratio non sequitur.

¶Ad secundum dicendum, quòd Deus dicitur esse misericors, inquantum subuenit illis quos secundum ordinem sapientiæ & iustitiæ suæ conuenit à miseria liberari: non quòd damnatorũ misereatur, nisi fortè puniendo citra condignum.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm beati lætentur de pœnis impiorum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Beati non lætentur de pœnis impiorũ. Lætari enim de malo alterius, ad odium pertinet: sed in Beatis nullum erit odium: ergo non lætabuntur de miserijs damnatorum.

¶Præterea, Beati in patria erunt summè Deo conformes: sed Deus non delectatur in pœnis nostris: ergo Beati non delectabuntur in pœnis damnatorum.

¶Præterea, Illud quod est vituperabile in viatore, maximè est culpabile, quòd reficiatur aliorum pœnis, & maximè laudabile, vt de pœnis doleat: ergo Beati nulli modo lætantur de pœnis damnatorum.

¶SED CONTRA est quod in Psalmo dicitur: Lætabitur iustus cùm viderit vindictam.

¶ Præterea, Isa. vlti. Erunt vsque ad satietatem visionis omni carni, satietas autem refectionem mentis designat: ergo Beati gaudebunt de pœnis impiorum.

CONCLVSIO.

¶Sancti in regno cælesti non gaudebunt per se de pœnis damnatorum, sed per accidens, contemplando in eis diuinam iustitiam, & suam ab eis liberationem.

¶RESPONDEO dicendum, quòd aliquid potest esse materia gaudij dupliciter. Vno modo per se, quando scilicet de aliquo gaudetur inquantum huiusmodi: & sic Sancti non lætabuntur de pœnis impiorum. Alio modo per accidens, id est ratione alicuius adiuncti: & hoc modo Sancti de pœnis impiorum gaudebunt, considerando in eis diuinæ iustitiæ rectitudinem, & suam liberationem de qua gaudebunt. Et sic diuina iustitia & sua liberatio erit per se causa gaudij beatorum, sed pœnæ damnatorum per accidens.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd lætari de malo alterius, inquantum huiusmodi, pertinet ad odium, non autem lætari de malo alterius ratione alicuius adiuncti: sic autem aliquis de malo proprio quando lætatur, sicut cùm quis gaudet de proprijs afflictionibus secundum quòd prosunt ei ad meritum vitæ. Iacob. 1. Omne gaudium existimate fratres, cùm in tentationes varias incideritis.

¶Ad secundum dicendum, quòd quamuis Deus non delectetur in pœnis, inquantum huiusmodi, delectatur tamen in eis in quantum sunt per suam iustitiam inordinatæ.

¶Ad tertium dicendum, q̃ in viatore non est laudabile, si delectetur de aliorum pœnis secundũ se, est tamen laudabile, si delectetur de eis quantũ habent aliquid boni annexũ, tamen alia ratio est de viatore & cõprehensore. Quia in viatore passiones frequenter insurgunt sine iudicio rationis, & tamen tales passiones interdũ sunt laudabiles, secundum q̃ bonam dispositionem mentis indicãt: sicut patet de verecundia & misericordia & pœnitentia de malo: sed in comprehensoribus non potest esse passio, nisi iudicium rationis consequens.

QVAESTIO NONAGESIMAQVINTA.

De dotibus beatorum, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de dotibus beatorum.

¶Circa quod quæruntur quinque.

¶Primò, vtrùm Beatis sint assignandæ aliquæ dotes.

¶Secundò, vtrùm dos à beatitudine differat.

¶Tertiò, vtrùm Christo insint dotes.

¶Quartò, vtrùm angelis.

¶Quintò, vtrùm conuenienter assignentur dotes.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm ponendæ sint aliquæ dotes in hominibus Beatis.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non sint ponendę aliquę dotes in hominibus beatis. Dos enim secundũ iura datur sponso ad sustinenda onera matrimonij: sed Sancti non gerunt figuram sponsi, sed magis figuram sponsæ, inquantum sunt Ecclesiæ membra: ergo eis dotes non dantur. *Thom. dist. 49. quæst. 1. art. 1.*

¶Præterea, Dotes non dantur secundum iura à patre spõsi, sed à patre sponsæ: omnia autem bona beatitudinis dantur Beatis à patre sponsi, scilicet Christi 1. Iaco. 1. Omne datum optimũ, & omne donum perfectum, &c. ergo huiusmodi dona, quæ Beatis dantur, non sunt dotes appellandæ. *quæst. 2. & seq.*

¶ Præterea, In matrimonio carnali dantur ad faciliùs toleranda onera matrimonij: sed in matrimonio spirituali nõ sunt aliqua onera, maximè secundum statum Ecclesiæ triumphantis: ergo non sunt ibi aliquæ dotes assignandæ.

¶Præterea, Dotes non dantur nisi causa matrimonij: sed matrimonium spirituale contrahitur cum Christo per fidem secundum statum

dum statum Ecclesiæ militantis: ergo eadẽ ratione si Beatis aliquę dotes conueniunt, conuenient etiam Sanctis existentibus in via: sed istis non conueniunt: ergo nec Beatis.

¶Præterea, Dotes ad bona exteriora pertinent quæ dicuntur bona fortunæ: sed præmia Beatorum erunt de interioribus bonis: ergo non debent dotes nominari.

¶SED CONTRA, Ephe. 5. dicitur, Sacramentum hoc magnum est, dico autem in Christo & Ecclesia: ex quo habetur q̃ spirituale matrimonium per carnale significatur, sed in carnali matrimonio spõsa dotata traducitur in domum sponsi: ergo cùm Sancti in domum Christi traducuntur cùm beatificantur, videtur quòd aliquibus dotibus dotentur.

¶Præterea, Dotes in matrimonio corporali assignãtur ad matrimonij solatium: sed matrimonium spirituale delectabilius est quam carnale: ergo ei sunt dotes maximè assignandæ.

¶Præterea, Ornamenta sponsarũ ad dotem pertinent: sed Sancti ornati in gloriam traducuntur, vt dicitur Isa. 6. Induit me vestimentis salutis, & quasi sponsam ornatam monilibus: ergo Sancti in patria dotes habent.

CONCLVSIO.

¶Aliquibus donis, quæ à Theologis dotes appellantur, ornabuntur Beati in paradiso.

¶RESPONDEO dicendum, quòd absq; dubio Beatis quando in gloriam transferuntur, aliqua dona diuinitùs dantur ad eorum ornatum, & hi ornatus à magistris dotes sunt nominati. Vnde dantur quædam definitiones de dote, de qua nunc loquimur tales: Dos est perpetuus animę & corporis ornatus vitę sufficiens in æterna beatitudine iugiter perseuerãs. Et sumitur hæc descriptio ad similitudinem doris corporalis, per quam sponsa ornatur, & prouidetur viro, vnde possit sufficienter sponsam & liberos nutrire, & tamen inamissibiliter dos sponsæ conseruatur ad eam, separato matrimonio. Sed de ratione nominis diuersi diuersimodè opinãtur. Quidam enim dicunt quòd dos non accipitur ex similitudine ad matrimonium corporale, sed secũdum modum loquendi, quo omnem perfectionẽ: seu ornatum cuiuscúnq; hominis dotes nominamus. Sicut aliquis dicitur esse dotatus scientia, qui scientia pollet. Et Ouidius vsus est nomine Dotis dicens, Et quacúnque potes dote placere, place.

¶Sed hoc non videtur vsquequáque conueniens. Quia quandocúnq; aliquod nomen est impositum ad aliquid principaliter significandum, non consueuit ad alia transferri, nisi secundum aliquam similitudinem vnde cùm secundum primam institutionem nominis dos ad carnale matrimonium pertineat, oportet quòd in qualibet acceptione attẽdatur aliqua similitudo ad principale significatũ. Et ideò alij dicunt quòd secundum hoc similitudo attenditur quòd dos propriè dicitur donum quod in matrimonio corporali datur sponsæ ex parte spõsi, quando ita ducitur in domum sponsi ad ornatum sponsæ pertinẽtes: quod patet ex hoc quod dixit Sichem Iacob & filij eius, Genesis. 34. Augete dotem, & munera postulate. Et Exo vigesimosecũdo, Si seduxerit quis virginem dormieritque cùm ea, dotabit eam, & accipiet eam in vxorem. Vnde & ornatus qui à Christo Sanctis exhibetur, quando traducuntur in domum gloriæ, dos nominatur. Sed hoc manifestè est contra id quod Iuristæ dicunt, ad quos pertinet de his tractare. Dicunt enim quòd est dos propriè quædam datio ex parte mulieris facta his qui sunt ex parte viri pro onere matrimonij quod sustinet vir: sed illud quod sponsus dat sponsę, vocatur donatio propter nuptias, & secundum hunc modum accipitur dos 4. Regũ nono, vbi dicitur quòd Pharao Rex Aegypti cœpit Gazo, & dedit eam in dotem filiæ suæ vxori Salomonis: nec contra hoc faciunt auctoritates inductæ. Quamuis enim dotes à parente puellæ cõsueuerunt assignari, tamẽ quãdóque conuenit, quòd sponsus vel pater sponsi assignet dotes vice patris puellæ, quod contingit dupliciter. Vel pro nimio affectu ad sponsam, sicut fuit de Sichem, qui voluit assignare dotem, quam debebat accipere propter vehementem amorem filij sui ad puellam, vel hoc in pœnam sponsi, vt virgini à se corruptę dotem de suo assignet, quod pater puellæ deberat assignare, & in hoc casu loquitur Moyses in auctoritate inducta. Et ideò secundum alios dicendum est quòd dos in matrimonio corporali propriè dicitur, quando datur ab his qui sunt ex parte mulieris: his autem qui sunt ex parte viri, ad sustentanda onera matrimonij, vt dictum est. Sed tunc remanet difficultas: quomodò hîc assignatio possit apparari ad propositum, cùm ornatus qui sunt in beatitudine, dentur sponsæ spirituali à parte sponsi: quod manifestabitur respondendo ad argumenta.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dotes quamuis assignentur sponso in carnali matrimonio ad vsum, tamẽ proprietas & dominium pertinet ad sponsam, quod patet ex hoc quòd soluto matrimonio, dos remanet sponsæ secũdum iura: & sic etiam in matrimonio spirituali ipsi ornatus, qui sponsæ spirituali dantur, scilicet Ecclesiæ in membris suis, sunt quidẽ ipsius sponsi inquantum ad eius gloriam & honorem cedunt, sed sponsæ inquantum per eas ornatur.

¶Ad secundum dicendum, quòd pater sponsi, scilicet Christi, est sola persona Patris, pater autem sponsæ est tota Trinitas, effectus autem in creaturis ad totam Trinitatem pertinet. Vnde huiusmodi dotes in spirituali matrimonio, propriè loquendo, magis dantur à parte sponsæ, quam à parte sponsi, Sed tamen hæc collatio quamuis ab omnibus personis fiat singulis personis potest appropriari per aliquem modum. Personæ quidem patris vt danti, quia in ipso est auctoritas, ei etiam paternitas respectu creaturæ appropriatur, vt sic idem sit pater sponsi & sponsæ: Filio verò appropriatur inquantum propter ipsum dantur. Sed Spiritui sancto inquantum in ipso & secundum ipsum dantur, amor enim est communis dationis ratio.

¶Ad tertium dicendum, quòd doribus per se conuenit illud quod per dotes efficitur, scilicet solatium matrimonij: sed per accidens illud quod per eas remouetur, scilicet onus matrimonij, quod per eas leuigatur. Sicut gratiæ conuenit per se facere iustum, sed per accidẽs quod de impio faciat iustum. Quãuis ergo in matrimonio spirituali non sint aliqua onera, est tamen ibi summa iucunditas: & ad hanc perficiendam iucunditatem dotes sponsæ conferuntur, vt scilicet delectabiliter per eas sponso coniungatur.

¶Ad quartum dicendum, quòd dotes non consueuerunt assignari sponsæ, quando despõsatur, sed quando in domũ sponsi traducitur, vt præsentialiter sponsum habeat: quandiu enim in hac vita sumus, peregrinamur à Domino 2. Corin. 5. & ideo dona quæ Sanctis in hac vita conferuntur, non dicũtur dotes, sed illa, quæ conferuntur eis, quando transferuntur ad gloriam, in qua sponso præsentialiter perfruuntur.

¶Ad quintum dicendum, q̃ in spirituali matrimonio interior decor requiritur, vt in Psalmo: Omnis gloria eius filia Regis ab intus, &c. sed in matrimonio corporali requiritur decor exterior: vnde non oportet quòd dotes huiusmodi assignentur in matrimonio spirituali, sicut assignantur in corporali.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm dos sit idem quod beatitudo.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd dos sit idem quod beatitudo. Vt enim ex definitione dotis prædicta patet, Dos est ornatus corporis & animæ in æterna beatitudine iugiter perseuerans: sed beatitudo animæ est quidam ornatus eius: ergo beatitudo est dos.

¶Præterea, Dos dicitur illud per quod sponsa delectabiliter sponso coniungitur: sed in spirituali matrimonio beatitudo est huiusmodi: ergo beatitudo est dos.

¶Præterea, Visio secundum Augustinum est tota substantia beatitudinis: sed visio ponitur vna de dotibus: ergo beatitudo est dos.

¶Præterea, Fruitio beatum facit, fruitio autem est dos: ergo dos facit beatum, & sic beatitudo est dos.

¶Præterea, Secundum Boetium in libro de Conso. Beatitudo est status omnium bonorum congregatione perfectus: sed status Beatorum perficitur ex dotibus: ergo dotes sunt beatitudinis partes.

¶SED CONTRA, Dos datur sine meritis: sed beatitudo non datur, sed redditur: ergo beatitudo non est dos.

¶Præterea, Beatitudo est vna tantùm, dotes verò sunt plures: ergo beatitudo non est dos.

¶Præterea, Beatitudo inest homini secũdum id quod est potissimum in eo, vt dicitur 1. Ethic. sed dos etiam in corpore ponitur: ergo dos & beatitudo non sunt idem.

CONCLVSIO.

¶Beatitudo & dos realiter inter se differunt.

¶RESPONDEO dicẽdum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicunt quòd beatitudo & dos sunt idẽ re, sed differunt ratiõe. Quia dos respicit spirituale matrimonium, quod est inter Christum & animam, nõ autem beatitudo. Sed hoc non potest esse: vt videtur, cùm beatitudo in operatione consistat: dos autẽ non sit operatio, sed magis sit qualitas vel dispositio quædam. Et ideò secũdum alios dicendum quòd beatitudo & dos realiter differunt vt beatitudo dicatur ipsa operatio perfecta, qua anima beata Deo coniungitur: sed dotes dicãtur habitus vel dispositiões vel quecúnq; alię qualitates, quæ ordinãtur ad huiusmodi perfectam dispositionem

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel operationem, vt sic dotes ordinentur ad beatitudinem magis quam sint in beatitudine vt partes eius.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd beatitudo, propriè loquendo, non est animæ ornatus, sed est aliquid quod ex ornatu animæ prouenit, cùm sit operatio quædam: ornatus verò dicitur aliquis decor ipsius beati.

¶Ad secundum dicendum, quòd beatitudo non ordinatur ad coniunctionem, sed ipsa coniunctio animæ cum Christo, quæ est per operationem: sed dotes sunt homini disponentia ad huiusmodi coniunctionem.

¶Ad tertium dicendum, quòd visio dupliciter potest accipi. Vno modo actualiter, id est pro ipso actu visionis: & sic visio non est dos, sed est ipsa beatitudo. Alio modo potest accipi habitualiter, id est pro habitu, à quo talis operatio eliciturid est pro ipsa gloriæ claritate, qua anima diuinitùs illustratur ad Deum videndum: & sic est dos & principium beatitudinis, non autem est ipsa beatitudo.

¶Et similiter dicendum ad quartum de fruitione.

¶Ad quintum dicendum, quòd beatitudo colligit omnia bona, non quasi partes essentiæ beatitudinis, sed quasi aliquo modo ad beatitudinem ordinata.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm competat Christo habere dotes.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christo competat habere dotes. Sancti enim ex Christo per gloriã conformantur, vnde dicitur Philippen. 3. Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ: ergo eriam Christus dotes habet.

¶ Præterea, In spirituali matrimonio assignantur dotes ad similitudinem matrimonij corporalis: sed in Christo inuenitur quoddam matrimonium spirituale, quod est sibi singulare, scilicet duarum naturarum in vna persona, secundum quòd dicitur natura humana in ipso esse desponsata à verbo, vt patet ex glos. super illud Psal. In sole posuit tabernaculum, &c. & Apoc. 21. Erit tabernaculum Dei cum omnibus: ergo & Christo competit habere dotes.

¶Præterea, Vt dicit Augustinus in libro de doctrina Christiana: Christus secundum regulam Thiconij propter vnitatem corporis mystici, quæ est inter caput & membra, nominat se sponsum & sponsam: vt patet Isa. 61. Quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis: cùm ergo debeantur dotes sponsæ, oportet, vt videtur, in Christo dotes ponere.

¶Præterea, Omnibus membris Ecclesiæ debetur dos cùm Ecclesia sit sponsa: sed Christus est Ecclesiæ membrum, vt patet 1. Corinth. 12. Vos estis corpus Christi, & membra de membro glos. id est de Christo: ergo Christo debentur dotes.

¶Præterea, Christus habet perfectam visionẽ, fruitionem, & delectationem: hæc autem ponuntur dotes: ergo, &c.

¶SED CONTRA, Inter sponsum & sponsam exigitur distinctio personarum: sed in Christo non est aliquid personaliter distinctum à filio Dei, qui est sponsus: vt patet Ioan. 3. Qui habet sponsam, est sponsus: ergo cùm dotes sponsæ assignentur, vel pro sponsa, videtur quòd Christo non competat habere dotes.

¶ Præterea, Non est eiusdem dare & recipere dotes: sed Christus est qui dat dotes spirituales: ergo non Christo competit dotes habere.

CONCLVSIO.

¶Si Christo aliquo modo competat habere dotes, nõ ita propriè sicut aliis sanctis competit: cùm tamen ea quæ dotes vocantur, excellentissimè ei conueniant.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicũt quòd in Christo est triplex vnio. Vna, quę dicitur consentanea, qua vnitur Deo per connexionem amoris: alia condignitiua, qua humana natura vnitur diuinę: tertia, qua ipse Christus vnitur Ecclesiæ. Dicunt ergo quod secundum duas primas vniones competit Christo habere dotes sub ratione dotis, sed quantum ad tertiam cõuenit ei id quòd est dos excellentissimè, non tamen sub ratione dotis: quia in tali coniunctione Christus est vt sponsus, sed Ecclesia vt sponsa, dos autem datur sponsæ quantum ad proprietatem & dominium, quamuis detur sponso ad vsum. Sed hoc non videtur esse conueniens. In illa enim coniunctione, qua Christus vnitur patri per consensum amoris, etiam inquãtum est Deus, non dicitur aliquod matrimonium esse, quia nõ est ibi aliqua subiectio, quam oportet esse sponsæ ad sponsum. Similiter etiam nec in coniunctione humanę naturę ad diuinam, quæ est in vnione personę, vel etiam per conformitatem voluntatis potest esse ratio dotis propter tria. Primò, quia exigitur conformitas naturæ inter sponsum & spõsam in matrimonio illo in quo dantur dotes, & hoc deficit in coniunctione humanę naturę ad diuinam. Secundò, quia exigitur ibi distinctio personarum: humana autem natura non est personaliter distincta à Verbo. Tertiò, quia dos datur quando sponsa de nouo traducitur in domum sponsi, & sic videtur ad sponsam pertinere quod de non coniuncta sit coniuncta. Humana autem natura, quę est assumpta in vnitate personę à Verbo, nunquam fuit quin esset perfectè coniuncta. Vnde secundum alios dicendũ, quòd vel omninò non conuenit Christo ratio dotis, vel non ita propriè sicut aliis Sanctis, ea tamen quæ dotes dicuntur, excellentissimè ei conueniunt.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd conformatio illa est intelligenda secundum id quòd est dos, & non secundum rationem dotis, quę sit in Christo. Non enim oportet quòd illud in quo Christo conformamur, sit eodem modo in Christo & in nobis.

¶Ad secundum dicendum, quòd natura humana non propriè dicitur sponsa in coniunctione illa qua Verbo coniungitur, cùm non seruetur ibi personarum distinctio, quæ inter sponsum & sponsam requiritur. Sed quòd quandoque dicatur desponsata humana natura, secundum quòd Verbo coniuncta est, hoc est inquantum habet aliquem actum sponsę, quia scilicet inseparabiliter coniungitur: & quia in illa coniunctione humana natura est Verbo inferior, & per Verbum regitur sicut sponsa per sponsum.

¶Ad tertium dicendum, quòd hoc, quòd aliquando dicitur Christus sponsa, non est quia ipse verè sit sponsa, sed inquantum sibi assumit personam sponsę suę, scilicet Ecclesię, quæ est ei spiritualiter coniuncta: vnde nihil prohibet, quin per illum modum loquendi possit dici habere dotes, non quòd ipse habeat, sed quia Ecclesia habet.

¶Ad quartum dicendum, quòd nomen Ecclesię dupliciter accipitur. Quandoque nominat tantummodò corpus, quod Christo coniungitur sicut capiti: & sic tantum Ecclesia habet rationem sponsę, sic verò Christus non est Ecclesię membrum, sed est caput influens omnibus Ecclesię membris. Alio modo accipitur Ecclesia secundum quòd nominat caput & membra coniuncta: & sic Christus dicitur membrum Ecclesię, inquantum habet distinctum officium ab omnibus alijs: scilicet influere vitam, quamuis non multum propriè dicatur membrũ: quia membrum importat particularitatem quandam, in Christo autem bonum spirituale non est particulatum, sed est totaliter integrum. Vnde ipse est totum esse Ecclesię bonum, nec est aliquid mains ipso & alijs, quàm ipse solus. Sic autem loquendo de Ecclesia, non solum nominat sponsam, sed sponsum & sponsam, prout per coniunctionem spiritualem est ex eis vnum effectum: vnde licèt, Christus aliquo modo dicatur membrum Ecclesię, nullo tamen modo potest dici membrũ sponsę. & sic ei non conuenit ratio dotis.

¶Ad quintum dicendum, quòd in processu illo est fallacia accidentis. Non enim illa Christo conueniunt, secundum quòd habent rationem dotis.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm angeli habeant dotes.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd angeli habeant dotes. Quia super illud Cant. 6. Vna est colũba mea dicit glos. Vna est Ecclesia in hominibus & angelis: sed Ecclesia est sponsa, & sic membris Ecclesię conuenit habere dotes: ergo angeli dotes habent.

¶Præterea, Lucæ 12. super illud. Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptijs: dicit glossa: Ad nuptias Dominus iuit, quando post resurrectionem nouus homo angelorum sibi multitudinem copulauit: ergo angelorum multitudo est sponsa Christi: & sic angelis debentur dotes.

¶Præterea, Spirituale matrimonium in spirituali coniunctione consistit: sed spiritualis coniunctio nõ est minor inter angelos & Deum, quàm inter homines beatos & Deum: ergo cùm dotes, de quibus nunc agimus, ratione spiritualis matrimonij assignentur, videtur quòd angelis conueniant dotes.

¶Præterea, Spirituale matrimonium requirit spirituale sponsum & spirituale sponsam: sed in Christo, inquantum summus spiritus, magis sunt conformes in natura angeli, quàm homines: ergo magis potest esse spirituale matrimonium angelorum ad Christum, quam hominum.

¶Præterea, Maior conuenientia exigitur inter caput & membra, quàm inter spõsum & sponsam: sed cõformitas quæ est inter Christũ & angelos, sufficit ad hoc quòd Christus dicatur caput angelorum: ergo eadem ratione sufficit ad hoc, quòd dicatur sponsus respectu eorum.

¶SED CONTRA, Origenes super Cantica, distinguit quatuor personas, scilicet sponsum & sponsam, adolescentulas & sodales sponsi, & dicit quòd angeli sunt sodales sponsi: cùm ergo dotes non debeantur nisi sponsæ, videtur quod angelis dotes non conueniant.

¶Præterea, Christus desponsauit sibi Ecclesiam per incarnationem & passionem. Vnde figuratur per hoc quod dicitur Exod. quarto, Sponsus sanguinum tu mihi es, sed Christus per passionem & incarnationem non aliter fuit coniunctus angelis quàm prius erat: ergo angeli non pertinent ad Ecclesiam, sed quòd Ecclesia dicitur sponsa: ergo angelis non conueniunt dotes.

CONCLVSIO.

¶Dotes propriè non competunt Angelis, sicut & hominibus, sed metaphoricè.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ea quæ ad dotes animæ pertinent, non est dubium, angelis sicut & hominibus conuenire: sed secundum rationem dotis non ita eis sicut hominibus conueniunt, eò quòd non ita propriè conuenit angelis ratio sponsæ sicut hominibus. Exigitur enim inter sponsum & spõsam naturæ conformitas, vt sint eiusdem speciei. Hoc autem modo homines cum Christo conueniunt, inquantùm naturam humanam assumpsit, per quam assumptionem factus est conformis in natura speciei humanę omnibus hominibus: angelis autem non est conformis secundum vnitatem speciei, neque secundum naturam humanam: & ideo ratio dotis non ita propriè conuenit angelis sicut hominibus: cùm tamẽ in his quæ metaphoricè dicuntur, non requiratur similitudo quantum ad omnia, non potest ex aliqua dissimilitudine concludi quòd metaphoricè aliquid de aliquo non prædicetur, & sic ex ratione inducta non potest simpliciter haberi, quòd angelis dotes non conueniant: sed solùm quòd non ita propriè, sicut hominibus ratione dissimilitudinis prædictæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod quamuis angeli pertineant ad vtilitatem Ecclesiæ, non tamen sunt membra Ecclesiæ, secundum quòd Ecclesia dicitur sponsa per conformitatem naturæ, & sic non conuenit eis propriè habere dotes.

¶Ad secundum dicendũ, q. desposatio illa largè accipitur pro visione, quæ non habet conformitatem naturæ in specie: & sic etiam nihil prohibet, largè accipiendo dotes, ponere dotes in angelis.

¶Ad tertium dicendum, quòd quamuis in matrimonio spirituali non sit nisi coniunctio spiritualis, tamen illos qui coniunguntur ad perfectam matrimonij rationem, oportet in specie naturæ conuenire, & propter hoc desponsatio propriè ad angelos non pertinet.

¶Ad quartum dicendum, quòd illa conformatio, qua angeli conformantur Christo, inquantùm est Deus, non est talis quę sufficiat ad perfectam rationem matrimonij, cùm non sit secundum conuenientiam in specie, sed magis adhuc remanet infinita distantia.

¶Ad quintum dicendum, quòd nec etiam Christus propriè dicitur caput angelorum, secundum illam rationem qua caput requirit conformitatem naturæ. Tamen sciendum, quòd licèt caput & alia membra sint partes individui & vnius speciei, si tamen vnumquodque per se consideretur, non est cum alio eiusdem speciei: manus enim habet aliam speciem partis à capite. Vnde loquendo de mẽbris secundum se, non requiritur inter ea alia conueniẽtia, quã proportionis, vt vnũ ab alio accipiat, & vnum alij subseruiat: & sic conuenientia, quæ est inter Deum & angelos, magis sufficit ad rationem capitis, quàm ad rationem sponsi.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm conuenienter ponantur tres animæ dotes.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter ponantur tres esse animæ dotes, scilicet visio, dilectio, & fruitio. Anima enim coniungitur Deo secundũ mentem, in qua est imago Trinitatis, secundum memoriam, intelligentiam & voluntatem: sed dilectio ad voluntatem pertinet, visio ad intelligentiam: ergo debet aliquid poni quod memoriæ respondeat, cùm fruitio non pertineat ad memoriam, sed magis ad voluntatem.

¶Præterea, Dotes beatitudinis dicũtur respondere virtutibus viæ, quibus Deo coniungimur, quæ sunt fides, spes, charitas, quibus est ipse Deus obiectum: sed dilectio respondet charitati, visio autem fidei: ergo debet aliquid poni, quod pertineret ad spem, cùm fruitio magis pertineat ad charitatem.

¶Præterea, Deo non fruimur nisi per dilectionẽ & visionem: illis enim dicimur frui, quæ diligimus propter se, vt patet per Augustinum in libro de doctrina Christiana: ergo fruitio non debet poni alia dos à dilectione.

¶Præterea, Ad perfectionem beatitudinis requiritur comprehensio, 1. Corint. 9. Sic currite vt comprehendatis: ergo debet adhuc quarta dos poni.

¶Præterea, Anselmus dicit quòd pertinent ad beatitudinem animæ, sapientia, amicitia, concordia, potestas, honor, securitas, gaudium: & sic videntur prædictæ dotes inconuenienter assignari.

¶Præterea, August. in fi. de Ciui. Dei, dicit quòd Deus in illa beatitudine sine fide videbitur, sine fastidio amabitur, sine fatigatione laudabitur, ergo laus præassignatis dotibus annumerari debet.

¶Præterea, Boëtius ponit 5. ad beatitudinem pertinentia in 3. de Consola. quæ sunt hęc, Sufficientia, quam promittunt diuitiæ iucunditas, quam promittit voluptas: celebritas, quã promittit fama: securitas, quam promittit potentia: reuerentia, quam promittit dignitas: & sic videtur quòd potiùs ista deberent assignari quam prædicta.

CONCLVSIO.

¶Conuenienter tres assignatæ sunt animæ dotes, scilicet visio, quasi dos comprehensio, quæ fit per fruitio, quæ charitati respondet.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ab omnibus communiter tres ponuntur animæ dotes, diuersimodè tamen: Quidam enim dicunt, quòd tres dotes animæ sunt, visio, dilectio, & comprehensio: quidam verò dicunt quòd sunt visio, fruitio, & comprehensio: omnes tamen hæ assignationes reducuntur in idem, & eodem modo earum numerus assignatur. Dictum enim est, quòd dos est aliquid animæ inhærens, per quod ordinatur ad operationem, in qua consistit beatitudo. In qua quidem operatione duo requiruntur, scilicet ipsa substantia operationis, quæ est visio, & perfectio eius, quæ est delectatio. Oportet enim beatitudinem esse operationem perfectam. Visio autem aliqua est delectabilis dupliciter. Vno modo ex parte obiecti, inquantùm id quod videtur, est delectabile. Alio modo ex parte visionis, inquantùm ipsum videre, delectabile est, sicut delectamur in videndo mala, quamuis mala non delectent nos: & quia operatio illa, in qua vltima beatitudo consistit, debet esse perfectissima: ideò requiritur quòd visio illa sit vtroque modo delectabilis. Ad hoc autem quòd visio illa sit delectabilis, requiritur quòd sit facta connaturalis videnti per aliquem habitum: sed ad hoc quòd sit delectabilis ex parte visibilis, requiruntur duo, scilicet quòd ipsum visibile sit conueniens, & quòd sit coniunctum. Sic ergo ad delectabilitatem visionis ex parte sui requiritur habitus, qui visionem eliciat, & sic est vna dos, quæ dicitur ab omnibus visio: sed ex parte visibilis requiruntur duo, scilicet conuenientia, quæ est per affectum, & quantùm ad hoc ponitur à quibusdam dos, dilectio, & à quibusdã fruitio, secundum quòd fruitio ad affectum pertinet. Illud enim quòd summè diligimus, conuenientissimum æstimamus. Requiritur etiam ex parte visibilis coniunctio, & sic ponitur à quibusdam comprehensio, quæ nihil est aliud quàm in præsentia Deum habere, & in seipso tenere. sed Secundum alios, fruitio prout est non spei, sicut est in via: sed iam rei, sicut est in patria. Et sic dotes respondent tribus virtutibus Theologicis, scilicet visio, fidei, spei verò comprehensio vel fruitio secundum vnam acceptionem: charitati verò fruitio vel dilectio secundum assignationem aliam. Fruitio enim perfecta qualis in patria habebitur, includit in se delectationem & comprehensionem: & ideò à quibusdam accipitur pro vno, à quibusdam verò pro alio. Quidam verò attribuunt has tres dotes tribus animæ viribus: visionem, rationali: delectationem, concupiscibili: fruitionem verò irascibili. Inquantùm talis fruitio est per quandam victoriam adepta, sed non propriè dicitur: quia irascibilis & concupiscibilis non sunt in parte intellectiua, sed in parte sensitiua, dotes autem animæ ponuntur in ipsa mente.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd memoria & intelligentia non habent nisi vnam operationem: vel quia ipsa intelligentia est operatio memoriæ: vel si intelligentia dicatur esse potentia quædam, memoria non exit in operationẽ nisi mediante intelligentia, quia memoriæ est notitiam tenere: vnde etiam memoriæ & intelligentię non respondet nisi vnus habitus, scilicet notitia: & ideo vtrique respõdet tantùm vna dos, scilicet visio.

¶Ad secundum dicendum, quòd fruitio respõdet spei inquantum includit comprehensionem, quæ spei succedet: quod enim speratur, nondum habetur: & ideò spes quodammodò affligit propter distantiam amati, & propter hoc in patria non re-

Universidad de Deusto
Biblioteca

manet,sed succedet ei comprehensio.

¶Ad tertium dicendum,quòd fruitio, secundum quòd comprehensionem includit, distinguitur à visione & dilectione, alio tamen modo quam dilectio à visione. Dilectio enim & visio diuersos habitus nominant, quorum vnus pertinet ad intellectum, alter verò ad effectum. Sed comprehensio vel fruitio, secundum quòd ponitur comprehensio non importat alium habitum ab illis duobus, sed importat remotionem impedimentorum, ex quibus efficiebatur, vt non posset mens Deo quasi præsentialiter coniungi. & hoc quidem sic per hoc quòd ipse habitus gloriæ animam ab omni defectu liberat, sicut quòd facit eam sufficientem ad cognoscendum sine phantasmatibus, & ad prædestinandum corpori, & alia huiusmodi, per quæ excluduntur impedimenta, quibus sit vt nunc peregrinemur à Domino.

¶Ad quartum patet responsio ex dictis.

¶Ad quintum dicendum, quòd propriè dotes sunt immediata principia illius operationis, in qua perfecta beatitudo consistit, per quam anima Christo coniungitur. Alia autem quæ Anselmus enumerat, non sunt huiusmodi, sed sunt qualitercúnque beatitudinem concomitantia: vel consequentia, non solùm in comparatione ad sponsum, ad quem sola sapientia inter enumerata ab eo pertinet, sed etiam in comparatione ad alios pares, ad quos pertinet amicitia, quantum ad vnionem affectuum: & concordia quantum ad consensum in agendis, vel inferiores, ad quos pertinet potestas, secundum quòd à superioribus inferiora disponuntur: & honor, secundum id quod ab inferioribus & superioribus exhibetur, & etiam per comparationem ad seipsum, ad quos pertinet securitas, quantum ad remotionem mali, & gaudium, quantum ad adeptionem boni.

¶Ad sextum dicendum, quòd laus quæ ab Augustino ponitur tertium eorum, quæ in patria erunt, non est dispositio ad beatitudinem, sed magis ad beatitudinem consequens: ex hoc enim ipso quòd anima Deo coniungitur, in quo beatitudo consistit, sequitur quòd in laudem prorumpat, vnde laus non habet rationem dotis.

¶Ad septimum dicendum, quòd illa quinque quæ enumerat Boetius, sunt quædam beatitudinis conditiones, non autem dispositiones ad beatitudinis actum: eò quòd beatitudo ratione suæ perfectionis sola & singulariter habet per seipsam quicquid ab hominibus diuersis quæritur, vt patet per Philosophum in primo & decimo Ethicorum, & secundum hoc ostendit Boetius illa quinque in vera beatitudine esse: quia hæc sunt quæ ab hominibus in vera felicitate temporali quæruntur, quæ vel pertinent ad immunitatem à malo, sicut est securitas: vel ad consecutionem boni conuenientis, sicut iucunditas, & perfectio sicut sufficientia: vel ad manifestationem boni, sicut celebritas, inquantum illius notitiæ: vel boni signum aliquod exhibetur: reuerentia enim consistit in exhibitione honoris, qui est testimonium virtutis. Vnde patet quòd ista quinque non debent dici dotes, sed quædam beatitudinis conditiones.

QVAESTIO NONAGESIMASEXTA,
de aureolis, in tredecim articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de aureolis.

¶Circa quod quæruntur tredecim.

¶Primò, vtrùm aureola differat à præmio essentiali.

¶Secundò, vtrùm differat à fructu.

¶Tertiò, vtrùm fructus soli virtuti continentiæ debeatur.

¶Quartò, vtrùm conuenienter assignentur tres fructus tribus partibus continentiæ.

¶Quintò, vtrùm virginibus debeatur aureola.

¶Sextò, vtrùm debeatur martyribus.

¶Septimò, vtrùm debeatur doctoribus.

¶Octauò, vtrùm Christo aureola debeatur.

¶Nonò, vtrùm angelis.

¶Decimò, vtrùm corpori humano debeatur.

¶Vndecimò, vtrùm conuenienter tres aureolæ assignentur.

¶Duodecimò, vtrùm aureola virginum sit potissima.

¶Decimotertiò, vtrùm vnus alio intensiùs eandem aureolam habeat.

ARTICVLVS I.
¶Vtrùm aureola sit aliud à præmio essentiali, quod aurea dicitur.

Tho.4. di.49. q.5. ar 1.c.1. AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd aureola non sit aliquod aliud præmium à præmio essentiali, quod aurea dicitur. Præmium enim essentiale est ipsa beatitudo: sed beatitudo secundum Boë. est status omnium bonorum congregatione perfectus: ergo præmium essentiale includit omne quod habetur in patria, & sic aureola includitur in aurea.

¶Præterea, Magis & minùs non diuersificant speciem: sed illi qui seruant consilia & præcepta, magis præmiantur, quam illi qui seruant præcepta tantùm: nec in aliquo præmium eorum videtur differre, nisi quòd vnum est altero maius, cùm aureola nominet præmium, quod debetur operibus perfectionis: ergo videtur quòd aureola non dicat aliquid distinctum ab aurea.

¶Præterea, Præmium respondet merito: sed radix totius meriti est charitas: cùm ergo charitati respondeat aureola, videtur quòd in patria non erit aliquod præmium ab aurea distinctum.

¶Præterea, Omnes homines assumuntur ad angelorum ordines, vt dicit Greg. Sed in angelis, licèt quædam data sint quibusdam excellenter, nihil ibi possidetur singulariter: omnia enim in omnibus sunt, non quidem æqualiter, quia alia aliis sublimiùs possident, quæ tamen omnes habent: vt Gregorius dicit: ergo in beatis non erit aliquod aliud præmium nisi omnium commune: ergo aureola non est præmium distinctum ab aurea.

¶Præterea, Excellentiori merito excellens præmium debetur: si ergo aurea debetur operibus, quæ sunt in præcepto, aureola verò his quæ sunt in consilio: aureola ergo erit perfectior, quàm aurea: & ita non deberet diminutiuè significari, & sic videtur quòd aureola non sit præmium distinctum ab aurea.

¶SED CONTRA, Exod. 25. Facies alteram coronam aureolam, dicit glos. Ad coronam pertinet canticum nouum, quòd virgines tantùm coram sponso canent: ex quo videtur quòd aureola sit quædam corona nõ omnibus, sed quibusdam specialiter reddita, aurea autem omnibus beatis redditur: ergo aureola est aliud quam aurea.

¶Præterea, Pugnæ quam sequitur victoria, debetur corona. 2. Timothei. 2. Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit: ergo vbi est specialis ratio certaminis, ibi debet esse corona specialis: sed in aliquibus operibus est specialis ratio certandi: ergo præ alijs aliquam coronam habere debent: & hanc dicimus aureolam.

¶Præterea, Ecclesia militans descendit à triumphante, vt pater Apocalypsis 21. Vidi ciuitatem sanctam, &c. sed in Ecclesia militante specialia opera habentibus redduntur specialia præmia, sicut victoribus corona: currentibus brauium: ergo simili ter debet esse in Ecclesia triumphante.

CONCLVSIO.
¶Ex ratione operis meritorij quoddã accidentale præmium (quod aureola dicitur) debetur essentiali præmio, quod aurea appellatur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd præmium essentiale hominis, quod est eius beatitudo, consistit in perfecta coniunctione animæ ad Deum, inquantum eo perfectè fruitur, vt viso & amato perfectè: hoc autem præmium metaphoricè corona dicitur vel aurea, tum ex parte meriti, quod cum quadam pugna agitur. Militia enim est vita hominis super terram, Iob 7. tum ex parte præmij per quod homo efficitur quodammodò diuinitatis particeps, & per consequens regiæ potestatis, Apocalypsis quinto, Fecisti nos Deo nostro regnum, & cæt. ra. Corona autem est proprium signum regiæ potestatis, & eadem ratione præmium, quod essentiali additur, coronæ rationem habet. Significat etiam corona perfectionem quandam ratione figuræ circularis, vt ex hoc etiam perfectioni cõpetat beatorum. Sed quia nihil potest superaddi, quin sit eo minus: ideò superadditum præmium aureola nominatur. Huic autem essentiali præmio, quod aurea dicitur, aliquid superadditur dupliciter. Vno modo ex cõditione naturæ eius, qui præmiatur, sicut supra beatitudinem animæ gloria corporis adiungitur. Vnde & ipsa gloria corporis interdum aureola nominatur. Vnde super illud Exod. 25. Facies alteram coronam aureolam: dicit quædam glos. Quasi in fine aureola supponatur, cùm in Scriptura dicatur, quod eis sublimior gloria in receptione corporum seruetur, sicut aũt nunc de aureola non agitur. Alio modo ex ratione operis meritorij, quod quidẽ rationem meriti habet ex duobus, ex quibus etiam habet bonitatis rationem, scilicet ex radice charitatis, quare fertur in finẽ vltimum: & sic debetur ei essentiale præmiũ, scilicet peruentio ad finem, quæ est aurea, & ex ipso genere actus, quod laudabilitatem quandam habet ex debitis circunstantiis & ex habitu eliciente ex proximo fine, & sic debetur ei quoddam accidentale præmium, quod aureola dicitur: & hoc modo de aureola ad præsens intendimus. Et sic dicendum est quod aureola dicit aliquid aureæ superadditum, id est quoddam gaudium de operibus à se factis, quæ habent rationem victoriæ excellentis, quod est aliud gaudium ab eo quo de coniunctione ad Deum quis gaudet, quod gaudium aurea dicitur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd beatitudo includit omnia bona, quæ sunt necessaria ad perfectam hominis vitam, quæ consistit in perfecta hominis operatione, sed quædam possunt superaddi nõ quasi necessaria ad perfectam operationem, vt sine quibus esse non possit, sed quia his additis est beatitudo clarior. Vnde pertinent ad bene esse beatitudinis & ad decentiam quandam ipsius, sicut & felicitas politica ornat nobilitatem & corporis pulchritudinem, & huiusmodi, sine quibus esse potest, vt patet in 1. Ethic. & hoc modo se habet aureola ad beatitudinem patriæ.

¶Ad secundum dicendum, quòd ille qui seruat consilia & præcepta, semper meretur magis, quàm ille qui seruat præcepta tantùm: secundum quòd ratio meriti consideratur in operibus ex ipso genere operum, non autem semper secũdum quòd ratio meriti pensatur ex radice charitatis: cùm quãdóq; ex maiori charitate aliquis seruet præcepta tantùm, quàm aliquis præcepta & consilia: sed & pluries accidit econtrariò: quia probatio dilectionis exhibitio est operis, vt Gregorius dicit. Nõ ergo ipsum essentiale intensum magis dicitur aureola, sed id quod præmio essentiali superadditur indifferenter, siue sit maius præmium essentiale habentis aureolam, siue minus, siue æquale præmio essentiali non habentis.

¶Ad tertium dicendum, quòd charitas est principium merendi, sed actus noster est quasi instrumentum, quo meremur: ad effectum autem consequendum non solùm requiritur debita dispositio in primo mouente, sed etiam recta dispositio in instrumento: & ideò in effectu aliquid consequitur ex parte primi principij, quod est principale, & aliquid ex parte instrumenti, quod est secundarium: vnde & in præmio aliquid est ex parte charitatis, scilicet aurea, & aliquid ex genere operationis, scilicet aureola.

¶Ad quartum dicẽdum, quòd angeli omnes in eodem genere actus suam beatitudinem meruerunt, scilicet in hoc quod sunt conuersi ad Deum: & ideò nullum singulare præmium inuenitur in vno quod alius non habeat aliquo modo, homines autem diuersis generibus actuum beatitudinem habent: & ideò non est simile. Tamen illud quod vnus videtur specialiter habere inter homines, quodammodò omnes communiter habent, inquantùm scilicet per charitatem perfectam vnusquisque bonum alterius suum reputat: non tamen hoc gaudium, quo vnus alteri congaudet, potest aureola nominari, quia non datur in præmium victoriæ eius, sed magis respicit victoriam alienam: corona enim ipsis victoribus redditur, non victoriæ congaudentibus.

¶Ad quintum dicendum, quòd maior est excellentia meriti, quæ surgit ex charitate, quàm illa quæ consurgit ex genere actus: sicut finis, ad quem ordinatur charitas, est potior his quæ sunt ad finem, circa quæ actus nostri consistunt. Vnde & præmium respondens merito ratione charitatis quantumcúnque paruum, est maius quolibet præmio respondente actui ratione sui generis: & ideò aureola diminutiuè dicitur respectu aureæ.

ARTICVLVS II.
¶Vtrùm aureola differat à fructu.

1.Sent. di.49. q.3. ar.1. q.1. AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd aureola non differat à fructu. Eidem enim merito non debentur diuersa præmia: sed eidem merito respõdet aureola & fructus centesimus, scilicet virginitatis: vt patet in glossa Matth. 13. ergo aureola est idem quod fructus.

¶Præterea, Augustinus dicit in libro de virginitate: Quod centesimus fructus debetur martyri, & idem debetur virgini: ergo fructus est quoddam præmium commune virginibus & martyribus, sed eisdem etiam debetur aureola: ergo aureola est idem quod fructus.

¶Præterea, In beatitudine non inuenitur nisi duplex præmium: scilicet essentiale, & accidentale, quod essentiali superadditur: sed præmio essentiali superadditur, vt dicitur, aureola: quod patet ex hoc quòd Exodi vigesimoquinto, aureola coronę aureę superponi dicitur: sed fructus non est præmium essentiale, quia sic deberetur omnibus Beatis: ergo est idem quod aureola.

¶SED CONTRA, Quęcúnque non sunt eiusdem diuisionis, non sunt eiusdem rationis: sed fructus & aureola non similiter diuiduntur, quia aureola diuiditur in aureolam virginum, martyrum, & doctorum: fructus autem in fructum coniugatorum, viduarum, & virginum: ergo fructus & aureola non sunt idem.

¶Præterea, Si fructus & aureola essent idem, cuicúnque debentur, fructus deberetur & aureola, hoc autem patet esse falsum: quia fructus debetur viduitati, non autem aureola: ergo, &c.

CONCLVSIO.
¶Cùm fructus hoc loco consistat in gaudio dispositionis operum, & aureola in gaudio perfectionis operis, nõ est idem fructus quod aureola.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ea quæ Metaphoricè dicuntur, possunt variè accipi secundũ adaptationes ad diuersas proprietates eius, vnde fit transumptio. Cùm autem fructus propriè in rebus corporalibus dicatur de terræ nascẽtibus secundum diuersas conditiones quæ in fructibus corporalibus inueniri possunt, diuersimodè fructus spiritualiter accipitur. Fructus enim corporalis dulcedinem habet, quia reficit secundum quòd in vsu hominis venit. Est etiam vltimum, ad quod operatio naturæ peruenit: est etiam id quod ex agricultura expectatur per seminationem vel quoscúnque alios modos. Quandóque igitur fructus spiritualiter accipitur pro eo quod reficit quasi vltimus finis: & secundum hanc significationem dicimur Deo frui perfectè in patria, imperfectè autem in via: & ex hac significatione accipitur fruitio, quę est dos: si autem nunc de fructibus non loquimur. Quandò que autem sumitur spiritualiter pro eo quod reficit: tãtùm, quamuis non sit vltimus finis: & sic virtutes fructus dicuntur, inquantũ mentẽ syncera dulcedine reficiũt: vt Ambros. dicit: & sic accipitur fructus Galat. 5. Fructus autẽ spiritus, gaudiũ, &c. sic autem de fructibus nunc etiã non quæritur. Potest autem alio modo sumi fructus spiritualis ad similitudinem corporalis: in quantùm corporalis fructus est quoddam commodum quod ex labore agriculturæ expectatur: vt sic dicatur illud præmium quod homo consequitur ex labore, quo in hac vita laborat, & sic omne præmium quod in futuro habebitur ex nostris laboribus, fructus dicitur: & sic accipitur fructus Romanorum sexto. Habetis fructum vestrum in sanctificatione, finem verò vitam æternã: sic etiã nunc nos de fructu non agimus, sed agimus de fructu secundum quẽ ex semine consurgit. Sic enim de fructu Dominus loquitur Matthæi decimotertio. vbi fructum diuidit in tricesimum, sexagesimum, & centesimum. Fructus autem secundum hoc potest prodire ex semine, quòd vis sementina est efficax ad conuertendũ humores terræ in suam naturam, & quantò hæc virtus est efficacior & terra ad hoc paratior, tãtò fructus sequitur vberior: spirituale autem semen quod in nobis seminatur, est verbum Dei: vnde quantò aliquis magis in spiritualitatẽ conuertitur à carne recedens, tantò in eo est maior fructus Verbi. Secũdum hoc igitur fructus verbi Dei differt ab aurea, & ab aureola: quia aurea consistit in gaudio quod habetur de Deo: aureola verò in gaudio quod habetur de operum perfectione, sed fructus in gaudio quod habetur de ipsa dispositione operantis secundum gaudium spiritualitatis, in quem proficit ex semine verbi Dei. Quidam distinguunt inter aureolam & fructus, dicentes quòd aureola debetur pugnanti, secundum illud secundæ Timothei secundo. Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit. Fructus autem laboranti, secundum illud quod dicitur Sapientiæ quarto, bonorũ laborum gloriosus est fructus. Alij verò dicunt quòd aurea respicit conuersionem ad Deum, sed aureola & fructus consistunt in his, quę sunt ad finẽ: ita tamen quòd fructus principaliùs respicit voluntatem, aureola autem magis corpus: sed cùm in eodem sit labor & pugna, & secundum idem & præmium corporis ex præmio animæ dependeat secundum prædicta non esset differentia inter fructum, aureum, & aureolam nisi ratione tantùm, & hoc non potest esse, cùm quibusdam assignentur fructus, quibus non assignatur aureola.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non est inconueniens eidem merito secundum diuersa, quę in ipso sunt diuersa præmia respondere: vnde & virginitati respõdet aurea, secundum quod propter Deum seruatur imperio charitatis: aureola verò, secundum quòd est perfectionis opus habens rationem victoriæ excellentis: fructus verò, secundum quod per virginitatem homo in quandam spiritualitatem transit, à carnalitate recedens.

¶Ad secundum dicendum, quòd fructus secundum propriam acceptionem, prout nunc loquimur: non dicit præmium commune martyrio & virginitati, sed tribus continẽtię gradibus: Glossam autẽ quæ ponit fructum centesimũ martyribus respõdere, largè accipit fructum, secundũ quòd quælibet muneratio dicitur fructus: vt sic per cẽtesimum fructum remuneratio designatur, quæ quibuslibet operibus perfectionis debetur.

¶Ad tertium dicendum, quòd quamuis aureola sit quoddam accidentale præmium essentiali superadditum, nõ tamen omne accidentale præmium est aureola, sed præmium de operi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus perfectionis, quibus homo maximè Christo conformatur: secundum præmissam victoriam: vnde non est inconueniens quòd abstractioni à carnali vita aliquod accidentale præmium debeatur, quod fructus dicitur.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm fructus debeatur soli virtuti continentiæ.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd fructus non debeatur soli virtuti continentiæ. Quia 1. Corinth. de imo quinto, super illud. Alia claritas Solis, &c. dicit Glos. quòd claritati Solis illorum dignitas comparatur, quæ vincecesimum fructum habent: Lunari autem quæ visexagesimum: stella verò, quæ vicesimum: sed illa diuersitas claritatum secundum intentionem Apostoli pertinet ad quamcúnque beatitudinis differentiam: ergo diuersi fructus non debẽt respondere soli continentiæ.

¶ Præterea. Fructus à fruitione dicuntur: sed fruitio pertinet ad præmium essentiale, quod omnibus virtutibus respondet: ergo, &c. cætera.

¶ Præterea. Fructus labori debetur. Sapientiæ quarto, Bonorum laborum gloriosus est fructus: sed maior est labor in fortitudine quàm in temperantia, vel in continentia: ergo fructus non respondet soli continentiæ.

¶ Præterea. Difficilius est modum non excedere in cibis qui sunt necessarij ad vitam, quam in venereis, sine quibus vita conseruari potest: & sic maior est labor parsimoniæ, quam continentiæ: ergo parsimoniæ magis respondet fructus, quam continentiæ.

¶ Præterea. Fructus refectionem importat: refectio autem præcipuè est in fine: cùm ergo virtutes Theologicæ finem habeant pro obiecto, scilicet ipsum Deum, videtur quòd eis fructus maximè debeat respondere.

¶ SED CONTRA est quòd habetur in Glo. Matth. 13. quę fructus assignat virginitati: viduitati, & continentiæ cõiugali, quæ sunt continentiæ partes.

CONCLVSIO.

¶ Continentiæ magis debetur fructus, quàm alijs virtutibus, cùm ea virtus præcipuè hominem liberet à subiectione carnis, ratione cuius fructus ei respondet.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd fructus est quoddã præmium quod debetur homini ex hoc quòd à carnali vita in spiritualem transit: & ideò illi virtuti præcipuè fructus respondet, quæ hominem præcipuè à subiectione carnis liberat: hoc autem facit continentia: quia per declarationes Venereas anima præcipuè carni subditur: adeò vt in actu carnali secundum Hieron. nec spiritus prophetiæ corda tangat prophetarum, nec in illa delectatione est possibile aliquid intelligere, vt Philosophus dicit 7. Ethicor. Et ideò continentiæ magis respondet fructus, quàm alij virtuti.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Glos. illa accipit fructum largè secundum quòd quælibet remuneratio fructus nominatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd fruitio non sumitur à fructu secundum illam similitudinem, qua nunc de fructu loquimur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd fructus, secundum quod nunc loquimur, non respondet labori ratione fatigationis, sed secundum quòd per laborem semina fructificant. Vnde & ipsæ segetes labores dicuntur inquãtùm propter eas laboratur, vel labore acquiruntur. Similitudo autem fructus, secũdum quòd oritur ex semine, magis aptatur continentiæ, quàm fortitudini: quia per passionem fortitudinis homo non subditur carni, sicut per passionem, circa quas est continentia.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis delectationes, quæ sunt in cibis, sint magis necessariæ illis, quę sunt in venereis: non tamen sunt ita vehementes: vnde per eas anima non ita subditur carni.

¶ Ad quintum dicendum, quòd fructus non sumitur hic, secundum quòd frui dicitur qui reficitur in fine, sed alio modo: & ideò ratio non sequitur.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrùm conuenienter assignentur tres fructus tribus continentiæ partibus.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur q; inc̃ouenienter assignentur tres fructus tribus continentię partibus. Quia Gal. quinto ponuntur duodecim fructus, gaudium, pax, &c. & ideò videtur quòd non debeant poni tres tantùm.

¶ Præterea, Fructus nominat aliquòd præmium speciale: sed præmium quod assignatur virginibus, viduis, & coniugatis, non est speciale: quia omnes saluandi continentur sub aliquo horum trium: cùm nullus fluctuet qui continentia careat: & continentia per has tres sufficienter diuidatur: ergo inconuenienter tribus prędictis tres fructus assignantur.

¶ Præterea, Sicut viduitas excedit continentiam coniugalem, ita virginitas viduitatem: sed non similiter excedit sexagenarius tricenarium, & centenarius sexagenarium: nec secundum Arithmeticam proportionem, quia sexagenarius excedit tricenarium in 30. & centenarius sexagenarium in 40. Neque etiam secundum proportionalitatem Geometricam: quia sexagenarius se habet in dupla proportione ad tricenarium: centenarius verò ad sexagenarium in superabundantia, quia continet totum & duas tertias eius: ergo inconuenienter aptantur fructus tribus continentiæ gradibus.

¶ Præterea, Ea quæ in sacra Scriptura dicuntur, perpetuitatem habent: Lucæ 21. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt: sed ea quæ ex institutione hominum sunt facta, quotidie possunt mutari: ergo ex his quæ ex institutione hominum sunt, non est accipienda ratio eorum quę in Scriptura dicuntur: & sic videtur quòd inconueniens sit ratio, quam Beda assignat de istis fructibus dicens, quòd fructus tricesimus debetur coniugatis, quia in repræsentatione, quæ fit in abaco, 30. significantur per contactum pollicis & indicis secundum suam summitatem: vnde ibi quodammodò osculantur se, & sic tricenarius numerus significat coniugatorum osculo. Sexagenarius verò numerus significatur per tactum in dicis super medium articulum pollicis, & sic per hoc quòd index iacet super pollicem opprimens ipsum, significat oppressionem, quam viduæ patiuntur in mundo: cùm autem numerando, ad centenarium peruenimus, ad dexteram à læua transimus: vnde per centenarium virginitas designatur: quæ habet proportionem angelicæ dignitatis, quæ sunt in dextra, scilicet in gloria: nos autem in sinistra propter imperfectionem præsentis vitæ.

CONCLVSIO.

¶ Conuenienter assignãtur tres fructus tribus continentiæ partibus, coniugali enim cõtinentiæ tricesimus, viduali, sexagesimus, virginali centesimus fructus debetur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd per continentiam, cui fructus respondet, homo in quandam spiritualitatem adducitur, carnalitate abiecta. Et ideò secundum diuersum modum spiritualitatis, quam continentia facit, diuersi fructus distinguuntur. Est enim quædam spiritualitas necessaria, & quædam superabundans. Necessaria est in hoc quòd rectitudo spiritus ex delectatione carnis non peruertatur: quod fit cùm aliquis per rectum ordinem rationis vtitur delectationibus carnis, & hæc est spiritualitas coniugatorum. Spiritualitas verò superabundans, est per quam homo ab huiusmodi delectationibus carnis spiritum suffocantibus omninò se abstrahit. Sed hoc contingit dupliciter. Vel respectu cuiuslibet temporis præteriti, præsentis, & futuri, & hæc est spiritualitas virginum. Vel secundum aliquod tempus, & hæc est spiritualitas viduarum: seruantibus ergo continentiam coniugalem datur fructus trigesimus, vidualem, sexagesimus, virginalem centesimus, ratione illa quam Beda assignat: quamuis possit alia ratio assignari ex ipsa natura numerorum: tricenarius enim numerus ex ductu trinarij in denarium surgit: trinarius enim est numerus omnis rei, vt dicitur primo de Cœlo & mun. & habet in se perfectionem quandam omnibus communem, scilicet principij, medij, & finis: vnde conuenienter tricenarius numerus coniugatis assignatur, in quibus supra obseruationem Decalogi, qui per denarium significatur, non additur aliqua perfectio nisi communis, sine qua non potest esse salus. Senarius autem, ex cuius ductu in denarium sexagenarius surgit, habet perfectionem ex partibus, cùm constet ex omnibus partibus suis simul aggregatis: vnde conuenienter viduitati respondet, in qua inuenitur perfecta abstractio à delectationibus carnis, quantum ad omnes circumstantias, quæ sunt quasi partes virtuosi actus: cum nulla enim persona & in nullo loco viduitas carnis vtitur delectationibus, & sic de alijs circumstantijs, quòd non erat in continentia coniugali. Sed centenarius conuenienter respondet virginitati: quia denarius, ex cuius ductu centenarius surgit, est limes numerorum: & similiter virginitas tenet spiritualitatis limitem, quia ad eam nihil de spiritualitate adijci potest. Habet enim centenarius, inquantum est numerus quadratus, perfectionem ex figura: figura enim quadrata secundum hoc perfecta est, quòd ex omni parte æqualitatem habet, vtpote habens omnia latera æqualia: vnde competit virginitati, in qua quantùm ad omne tempus æqualiter incorruptio inuenitur.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ibi fructus non accipiuntur hoc modo, sicut hic de eis loquitur.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd nihil cogit, ad ponendum fructum esse

præmium non omnibus saluandis commune. Non solùm enim essentiale præmium commune est omnibus, sed etiam aliquòd accidẽtale, sicut gaudium de operibus illis, sine quibus non est salus. Potest tamen dici quòd fructus nõ omnibus conueniunt saluandis, sicut patet de his qui in fine pœnitent, & incontinenter vixerunt. Eis enim non fructus, sed essentiale præmium debetur tantùm.

¶ Ad tertium dicendum, quòd distinctio fructuum magis accipitur secundum species & figuras numerorum quàm secundum quantitates ipsorum, tamen etiam quantùm ad quantitatis excessum potest aliqua ratio signari. Coniugatus enim abstinet tantùm à non sua: vidua verò à suo & non suo: & sic inuenitur ibi quædam ratio duplicis, sicut sexagenarius est duplex ad tricenarium: centenarius verò supra sexagenarium addit quadragenarium, qui cõsurgit ex ductu quaterni in denarium. Quaternarius autem est primus numerus solidus & cubicus, & sic contingit talis additio virginitati, quę supra perfectionem viduitatis perpetuam incorruptionem adiungit.

¶ Ad quartum dicendum, quòd quamuis illa repræsentatio numerorum sit ex humana institutione, tamen fundatur aliquo modo super rerum naturam, inquantùm secundum ordinem dictorum articulorum & contactuum numeri gradatim designantur.

ARTICVLVS V.

¶ Vtrùm aureola debeatur ratione virginitatis.

Tho. 4. dist. 49. Scot. ibi. q. 1. & seq.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd ratione virginitatis non debeatur aureola. Vbi est enim maior difficultas in opere, ibi debetur maius præmium: sed maiorem difficultatem patiuntur in abstinendo à delectationibus carnis viduę quàm virgines. Dicit enim Hieronymus, Quia quanto maior est difficultas ex parte quorundam à voluptatis illecebris abstinere, tanto maius est præmium: & loquitur in commendatione viduarum. Philosophus enim dicit in libro animalium, Quia iuuenes corruptæ magis appetũt coitum propter rememorationẽ delectationis: ergo aureola, quę est maximũ præmium, debetur magis viduis quã virginibus.

¶ Præterea, Si virginitati debetur aureola, vbi esset perfectissima virginitas, maximè inueniretur aureola: sed in beata Virgine est perfectissima virginitas: vnde & Virgo virginum nominatur, & tamen ei non debetur aureola, quia nullam pugnam sustinuit in continendo, cùm corruptione fomitis non fuerit infestata: ergo virginitati aureola non debetur.

¶ Præterea, Ei quod non est secundum omne tempus laudabile, non debetur præmium excellens: sed virginitatem seruare in statu innocentię, non fuisset laudabile, cùm tunc præceptũ esset, Crescite & multiplicamini, & replete terram: nec etiam tempore legis, cùm steriles erant maledictę: ergo virginitati aureola non debetur.

¶ Præterea, Non debetur idem præmium virginitati seruatæ & virginitati amissæ: sed pro virginitate amissa quandòq; debetur aureola, vt si aliqua inuita prostituatur à tyranno, quia Christum confiteatur: ergo virginitati aureola non debetur.

¶ Præterea, Excellens præmium non debetur ei quod ineſt nobis à natura: sed virginitas innascitur cuilibet homini & bono & malo: ergo virginitati aureola non debetur.

¶ Præterea, Sicut se habet viduitas ad fructum sexagenarium, ita virginitas ad fructum centesimum, & ad aureolam: sed nõ cuilibet viduæ debetur fructus sexagenarius, sed solùm viduitatem vouenti, vt quidam dicunt: ergo videtur quòd non cuilibet virginitati aureola debeatur, sed solùm virginitati ex voto seruatæ.

¶ Præterea, Præmium non respondet necessitati, cùm omne meritum in voluntate consistat: sed quædam sunt virgines ex necessitate, vt naturaliter frigidi & eunuchi: ergo virginitati non semper debetur aureola.

¶ SED CONTRA est quod habetur Exodi 25. Facies & alteram coronam aureolam. Glos. ad coronam pertinet canticum nouum quod virgines coram agno concinunt, scilicet qui sequuntur Agnum quocúnq; ierit: ergo præmium, quod virginitati debetur, dicitur aureola.

¶ Præterea, Isaiæ 56. dicitur, Hoc dicit Dominus Deus eunuchis, & sequitur, Dabo eis nomen melius à filijs & à filiabus: Glos. propriam gloriam excellentẽmque significat: sed per eunuchos, qui seipsos castrauerant propter regnum cœlorũ, virgines designantur: ergo sequitur quòd virginitati debetur aliquod excellens præmium, & hoc vocatur aureola.

CONCLVSIO.

¶ Cùm per virginitatem singularis quædam victoria contra carnem obtineatur virginibus, quibus propositum fuit virginitatis perpetuò seruandæ, aureola ex merito debetur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd vbi est præcedens ratio victoriæ, ibi debetur aliqua specialis corona: vnde cùm per virginitatem aliquis singularem quandam victoriam obtineat de carne, contra quam continuè bellũ geritur, vt patet ad Galatas 5. Spiritus concupiscit aduersus carnem, &c. virginitati spiritualis corona debetur, quæ aureola nominatur, & hoc quidem communiter ab omnibus tenetur. Sed cui virginitati debeatur aureola, non similiter omnes dicunt. Quidã enim dicunt aureolam actui deberi. Vnde illa quæ actu virginitatem seruat, aureolam habebit, si sit de numero saluandorum. Sed hoc non videtur esse conueniens. Quia secundum hoc illę quæ habent voluntatem nubendi, & cùm antè quàm nupserint decedunt, habebunt aureolam. Vnde alij dicunt quòd aureola debetur statui & non actui: vt illę tantùm virgines aureolam mereantur, quæ in statu virginitatis perpetuæ seruandæ per votum se posuerunt. Sed hoc etiam non videtur conueniẽs, quia aliquis ex pari voluntate potest seruare virginitatem non vouens, sicut aliquis alius vouens. Et ideò aliter dici potest quòd meritum actui virtutis debetur à charitate imperato: virginitas autem secundum hoc ad genus virtutis pertinet, secũdum quòd perpetua incorruptio mentis & corporis sub electione cadit, vt patet ex his quæ dicta sunt: & ideò illis tantùm virginibus aureola propriè debetur, quæ propositum habuerunt virginitatem perpetuò conseruandi, siue hoc propositum voto firmauerunt, siue non. Et hoc dico secundum quòd aureola propriè accipitur, vt præmium quoddam merito redditum, quamuis hoc propositum aliquando fuerit interruptum, integritate tamen carnis manente, dũmodo in fine vitæ inueniatur: quia virginitas mẽtis reparari potest, quãuis non virginitas carnis. Si autem aureolam largè accipiamus pro quocúnq; gaudio, quod in patria habebunt super gaudium essentiale: sic etiam incorruptis carne aureola respondebit, etiam si propositum non habuerunt perpetuò virginitatem seruandi. Non enim est dubium, quòd de incorruptione corporis gaudebunt sicut & innocentes de hoc quòd immunes à peccato fuerunt, quamuis peccandi opportunitatem non habuerunt, vt patet in pueris baptizatis. Sed hæc non est propria acceptio aureolæ, sed valde communis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in continendo secundum aliquid, maiorem pugnam sustinẽt virgines, & secundum aliquid viduæ cæteris paribus. Virgines enim concupiscentia inflammat & experiendi desiderium, quod ex quasi quadam curiositate procedit, quia scilicet fit vt homo libẽtiùs videat quæ nunquam vidit, & etiam quandòque in eis concupiscentiam auget æstimatio maioris delectationis, quàm sit secundum veritatem, & etiam consideratio eorum incommodorum, quę delectationi huiusmodi adiunguntur: & quantùm ad hoc viduę minorẽ sustinent pugnam: maiorem autem propter delectationis memoriam, & in diuersis vnum alteri præiudicat secundum diuersas hominis dispositiones. Quia quidam magis mouentur hoc, quidam illo: quicquid autem sit de quanticate pugnæ, hoc tamen certum est quòd perfectior est victoria virginum quàm viduarum. Perfectissimum enim genus victoriæ est & pulcherrimũ, hosti nunquam cessisse: coronæ autem non debetur pugnę, sed victoriæ de pugna.

¶ Ad secundum dicendum, quòd duplex circa hoc est opinio. Quidam enim dicunt quòd beata Virgo pro virginitatis præmio non habet aureolam, si aureola propriæ accipiatur, secũdum quòd respicit pugnam: tamen habet aliquid maius aureola propter perfectissimum propositum virginitatis seruandę. Alij verò dicunt quòd etiam aureolam sub propria ratione aureolæ habet & excellentissimam: quamuis enim pugnam non senserit, pugnam tamen carnis aliquam habuit: sed ex vehementia virtutis quam habuit à Deo, habuit carnem subditam quòd huiusmodi pugna ei insensibilis erat. Sed istud videtur inconuenienter dici, quia cùm Virgo beata credatur omninò immunis fuisse à fomitis inclinatione propter eius sanctificationem perfectam, nõ est pium ponere aliquam pugnam à carne fuisse in ea: cùm talis pugna non sit nisi à fomitis inclinatione, nec tentatio, quæ est à carne, sine peccato esse possit, vt patet per Glos. 2. Corint. 12. super illud, Datus est mihi stimulus carnis meæ, &c. Vnde dicendum est, quòd aureolam propriè habet, vt in hoc membris aliis Ecclesiæ conformetur, in quibus virginitas inuenitur: & quamuis nõ habuit pugnam per tentationem, quæ est à carne: habuit tamen pugnam per tentationem, quæ est ab hoste, qui nec etiam ipsum Christum reueritus fuit, vt patet Matth. 4.

¶ Ad tertium dicendum, quòd virginitati non debetur aureola nisi inquantùm addit quandam excellentiam super alios continentiæ gradus. Si autem Adam non peccasset, virginitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

nullam perfectionem supra continentiam cõiugalem habuisset qui à nullum tunc honorabiles nuptiæ, & torus immaculatus nulla concupiscentiæ fœditate existente, vnde virginitas tunc seruata non fuisset, nec ei tunc aureola deberetur: sed mutata humanæ naturę cõditione virginitas specialem decorem habet: & ideò ei speciale redditur præmium. Tempore etiam legis Moysi, quando culeus Dei per carnalem actum propagandus erat, non erat omninò laudabile à commixtione carnis abstinere. Vnde nec tali proposito speciale præmium redderetur: nisi ex diuino processisset instinctu, vt creditur de Hieremia & Helia, quorum coniugia non leguntur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd si aliqua per violentiam oppressa fuerit, propter hoc non amittit aureolam, dùmodò propositum virginitatem seruandi inuiolabiliter seruet, illi actui nullo modo consentiẽs: non tamen per hoc virginitatem perdit: & hoc dico siue pro fide, siue pro quacũq; alia causa corrumpatur violenter. Sed si hoc pro fide sustineat, hoc ei erit ad meritum, & ad genus martyrij pertinebit. Vnde Lucia dicit. Si me inuitam violare feceris: castitas mihi duplicabitur ad coronam. Non quòd habeat duas virginitatis aureolas, sed quia duplex præmium reportabit: vnum pro virginitatis custodia, aliud pro iniuria quam passa est, dato etiam quòd taliter oppressa concipiat, nec ex hoc meritum virginitatis perdit, nec tamen matri Christi æquabitur: in qua fuit cum integritate mentis etiam integritas carnis.

¶ Ad quintum dicendum, quòd virginitas nobis à natura innascitur quantùm ad id quod est materiale in virginitate: sed propositum perpetuæ incorruptionis seruandæ, ex quo virginitas meritum habet, non est innatum, sed ex munere gratiæ proueniens.

¶ Ad sextum dicendum, quòd non cuilibet viduæ fructus sexagenarius debetur, sed ei solùm quæ propositum viduitatis seruandæ retinet, quamuis etiam votum non emittat, sicut etiam de virginitate dictum est.

¶ Ad septimum dicendum, quòd si frigidi & eunuchi voluntatem habeant perpetuam incorruptionem seruare, etiam si facultas esset coeundi, virgines sunt dicendi & aureolam merentur. Faciunt enim de necessitate virtutem. Si verò voluntatem habeant ducendi coniugem, si possent, aureolã non merentur. Vnde dicit Augu. in libr. de Sancta virginitate. Quibus ipsum virile membrum debilitatur, vt generare non possint, vt sunt eunuchi, sufficit cùm Christiani sunt, & Dei præcepta custodiunt: eo tamen proposito sunt, vt coniuges si possent haberent: coniugatis fidelibus adæquari.

ARTICVLVS VI.

¶ Vtrùm martyribus aureola debeatur.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd Martyribus aureola non debeatur'. Aureola enim præmium est quod operibus supererogationum redditur. Vnde dicit Beda super illud Exod. 25. Facies & aliam coronam, &c. de eorum præmio potest rectè intelligi, qui generalia mandata sp̃ōtaneæ vitæ perfectioris electione, transcendunt: sed mori in confessione fidei, quandóque est necessitatis: non supererogationis, vt patet ex hoc quod dicitur Romano. 10. Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem: ergo martyrio non semper debetur aureola.

¶ Præterea, Secundum Greg. seruitia quantò sunt magis libera, tantò sunt magis grata: sed martyrium, minimum habet de liberalitate, cùm sit pœna ab alio inflicta violenter: ergo martyrio aureola non debetur, quę respondet merito excellenti.

¶ Præterea, Martyrium non solùm consistit in exteriori passione mortis, sed etiam in voluntate: vnde Bernard. distinguit tria genera martyrum, scilicet voluntate, non nece, vt Ioannes: voluntate & nece, vt Stephanus: nece & non voluntate, vt Innocentes: si ergo martyrio aureola debetur, magis deberetur martyrio voluntatis quàm exteriori martyrio, cùm meritum ex voluntate procedat: hoc autem nõ ponitur: ergo martyrio aureola non debetur.

¶ Præterea, Afflictio corporis est minor quàm afflictio mẽtis, quę est per dolores & interiores animę passiones: sed interior passio quoddam etiam martyrium est, vnde dicit Hieronymus in sermone de Assumptione: Ratione rectè dixerim, Dei genitrix Virgo & martyr fuit, quãuis in pace vitam finierit: vnde, Tuam ipsius animam pertransibit gladius, scilicet dolor de morte Filij: cùm ergo interiori dolori aureola non respondeat, nec exteriori respondere debet.

¶ Præterea, Pœnitentia martyrium quoddam est: vnde dicit Greg. Quamuis occasio persequutionis desit, habet tamen pax nostra martyrium suum, quia etsi carnis colla ferro non subiimus, spirituali tamen gladio carnalia desideria in mente trucidamus: pœnitentiæ autem quæ in exterioribus operibus cõsistit, aureola non debetur: ergo nec etiam omni exteriori martyrio debetur aureola.

¶ Præterea, Illicito operi non debetur aureola: sed illicitũ est, sibiipsi manus iniicere, vt patet per Augustinum in primo libro de Ciuitate Dei: & tamen quorundam martyria in Ecclesia celebrata sunt, qui sibi manus iniecerunt, tyrannorum rabiem fugientes, vt patet in Ecclesiastica Historia de quibusdã mulieribus apud Alexandriam: ergo non semper martyrio debetur aureola.

¶ Præterea, Contingit aliquando aliquem pro fide vulnerari, & postmodùm aliquo tempore superuiuere, hùc constat martyrem esse: & & tamen ei aureola nõ debetur, quia eius pugna non duravit vsq; ad mortem: ergo non semper martyrio debetur aureola.

¶ Præterea, Quidam magis affliguntur in amissione rerum temporalium, quàm etiam in propria afflictione, quod patet ex hoc quòd multas afflictiones sustinent ad lucra acquirẽda: si ergo eis propter Christum temporalia bona diripiantur, videtur quòd sint martyres: nec tamen eis vt videtur debetur aureola: ergo vt prius.

¶ Præterea, Martyr videtur esse tantùm ille qui pro fide occiditur: vnde dicit Isido. Martyres Græcè, testes Latinè, quia propter testimonium Christi passiones sustinuerunt, & vsque ad mortem pro veritate certauerunt: sed aliquæ aliæ virtutes sunt fide excellentiores, vt iustitia, & charitas, & huiusmodi: quæ sine gratia esse nõ possunt, quibus tamen non debetur aureola: ergo videtur quòd nec martyrio aureola debeatur.

¶ Præterea, Sicut veritas fidei est à Deo, ita & quælibet alia veritas, vt dicit Ambro. Quia omne verum à quocũq; dicatur, à Spiritu sancto est: ergo si sustinenti mortem pro veritate fidei debetur aureola, eadem ratione & sustinentibus mortem pro alia qualibet veritate, quod tamen non debetur.

¶ Præterea, Commune est potius bono particulari: sed si aliquis pro conseruatione reipublicæ moriatur in bello iusto, nõ debetur ei aureola: ergo etiam si occidatur pro conseruatione fidei in seipso, & sic idem quod prius.

¶ Præterea, Omne meritũ ex libero arbitrio procedit: sed quorundam martyria celebrat Ecclesia, qui vsum liberi arbitrij non habuerunt: ergo aureolam non meruerunt, & sic in omnibus martyribus non debetur aureola.

¶ SED CONTRA, Augustinus dicit in libro de sancta Virginitate, Nemo, quantum puto, ausus fuit præferre virginitatem martyrio: sed virginitati debetur aureola: ergo & martyrio.

¶ Præterea, Corona debetur certanti, sed in martyrio est spiritualis difficultas pugnæ: ergo ei debetur spiritualis aureola.

CONCLVSIO.

¶ Quemadmodum virginibus, sic & martyribus aureola debetur, tã propter victoriam passionum martyrij, tum propter causam pugnæ.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut inest quædam pugna spiritui contra interiores concupiscentias, ita etiã inest homini quædam pugna contra passiones exteriùs illatas: vnde sicut perfectissimæ victoriæ, qua de cõcupiscentijs carnis triũphatur, scilicet virginitati, debetur spiritualis corona, quæ aureola dicitur: ita etiam perfectissimæ victoriæ, quæ habetur de impugnatione exteriori, debetur aureola: perfectissima autem victoria de exterioribus passionibus cõsideratur ex duobus. Primò ex magnitudine passionis: inter omnes autem passiones illatas exteriùs præcipuum mors locum tenet, sicut & in passionibus interioribus præcipuæ sunt venereorum concupiscentiæ: & ideò quando quis obtinet victoriam de morte & ordinatis ad mortem, perfectissimè vincit. Secundò, perfectio victoriæ consideratur ex causa pugnæ, quando videlicet ex honestissima causa pugnatur, quæ scilicet est Christus, & hęc duo in martyrio considerantur, quòd est mors suscepta propter Christum, martyrem verò non facit pœna, sed causa: & ideò martyrio aureola debetur, sicut & virginitati.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sustinere mortem propter Christum, quantum est de se, est opus supererogationis, non enim quilibet tenetur fidem suam coram persequutore confiteri: sed in casu est de necessitate salutis: quando scilicet à persequutore deprehensus de fide sua requiritur, quam confiteri tenetur, nec tamen sequitur quòd aureolam non meretur. Aureola enim non debetur operi supererogationis, inquantum est superogatio, sed inquantum perfectionem quandam habet: vnde tali perfectione manente, etiam si non fit supererogatio, aureolam aliquis meretur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd martyrio non debetur aliquod præ-

quod præmium, secundum hoc quòd ab exteriori infligitur, sed secundum hoc quòd voluntariè sustinetur: quia non meremur nisi per ea quæ sunt in nobis, & quantò id quod aliquis sustinet voluntariè, est difficilius, & magis natum voluntati repugnare, tantò voluntas, quę propter Christum illud sustinet, ostenditur firmiùs fixa in Christo: & ideò ei excellentius præmium debetur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quidam actus sunt, qui in ipso actu habent quandam vehementiam delectationis vel difficultatis, & in talibus actus semper addit ad rationem meriti vel demeriti, secundum quòd in actu oportet voluntatem variari vel vehementia actus à statu, in quo priùs erat: & ideo, cæteris paribus, actu luxuriam exercens, plus peccat quàm qui solùm in actum consentit, quia in ipso actu voluntas augetur. Similiter & cùm actus martyrij maximam difficultatem habeat: voluntas tamen martyrij non pertingit ad illud meritum, quod actui martyrij debetur ratione difficultatis: quamuis etiam possit peruenire ad alterius præmium consideratæ radicę merendi, quia aliquis ex maiori charitate potest velle sustinere martyrium, quàm alius sustineat. Vnde voluntariè martyr potest mereri sua voluntate præmiũ essentiale, æquale vel maius eo quod martyri debetur, sed aureola debetur difficultati, quæ est in ipsa pugna martyrij: vnde aureola voluntariè tantùm martyribus debetur.

¶ Ad quartum dicẽdum, quòd sicut delectationes tactus, circa quas est temperantia, præcipuum locum tenent inter omnes delectatiões interiores & exteriores, ita dolores tactus omnibus aliis doloribus præeminent: & ideò difficultati illi, quæ accidit in sustinendo dolores tactus, puta qui sunt in verberibus & huiusmodi, debetur aureola magis quàm difficultati sustinendi interiores dolores, pro quibus tamen non propriè dicitur aliquis martyr, nisi secundum quandam similitudinem: & hoc modo Hiero. loquitur.

¶ Ad quintum dicendum, quòd afflictio pœnitentiæ propriè loquendo, non est martyrium: quia non consistit in his quæ ad mortem inferendam ordinantur, cùm ordinetur solùm ad carnem domandam: quam mensuram si quis excedat, erit afflictio culpanda. Dicitur tamen propter similitudinem afflictionis martyrium, quæ quidem afflictio excedit martyrij afflictionem diuturnitate, sed exceditur intentione.

¶ Ad sextum dicẽdum, quòd secundum Aug. in 1. de Ciui. Dei, Nulli licitum est sibiipsi manus inicere quacũq; ex causa, nisi fortè diuino instinctu fiat ad exemplum fortitudinis extẽdendum, vt mors contemnatur: illi autem, de quibus obiectum est, diuino instinctu mortem sibi intulisse creduntur, & propter hoc eorum martyria Ecclesia celebrat.

¶ Ad septimum dicendum, quòd si aliquis propter fidem vulnus mortale accipiat & superuiuat, non est dubium quòd aureolam meretur, sicut de beata Cecilia patet, quæ triduò supernixit, & de multis martyribus, qui in carcere sunt defuncti: sed etiã si vulnus nõ mortale accipiat, & tamẽ exinde mortem incurrat, creditur aureolam mereri. Quamuis quidam dicant quòd aureolam non meretur si ex incuria vel negligẽtia propria mortem quis incurrat: non enim ista negligentia eum ad mortem induxisset nisi præsupposito vulnere, quod pro fide acceptũ est, & ita vulnus quod pro fide acceperat, est prima occasio mortis: vnde propter hoc aureolam non videtur amittere, nisi sit talis negligentia, quæ culpam mortalem inducat, quæ ei auream aufert & aureolam. Si verò ex mortali vulnere suscepto non moriatur aliquo casu cõtingẽte, vel etiã vulnera non mortalia susceperat, & adhuc carceres sustinens moriatur, adhuc aureolam meretur. Vnde quorundam sanctorum martyria in Ecclesia celebrantur, qui in carcere mortui sunt, aliquibus vulneribus longè antè susceptis, sicut patet de Marcello Papa. Qualiscũque igitur afflictio propter Christũ illata vsque ad mortem continuatur, siue mors inde sequatur, siue non, aliquis martyr efficitur, & aureolam meretur. Si verò non continuatur vsque ad mortem, nõ propter hoc aliquis dicetur martyr, sicut patet de Syluestro, de quo non solennizat Ecclesia, sicut de martyre, quia in pace vitam finiuit, quamuis ptiùs aliquas passiones sustinuerit.

¶ Ad octauum dicendum, quòd sicut temperantia non est circa delectationes in pecuniis, vel in honoribus & huiusmodi, sed solùm in delectationibus tactus quasi præcipuis: & ita etiã fortitudo est circa pericula mortis, sicut circa præcipua: vt dicitur in tertio Ethicorum. Et ideò soli iniurię quę irrogatur circa corpus proprium, ex qua nata est mors, sequi debetur aureola, Siue etiam aliquis propter Christum res temporales, siue famam, vel quicquid huiusmodi amittat, nõ efficitur propter hoc propriè martyr, nec meretur aureolam. Nec aliquis potest ordinatè res exteriores plus diligere, quàm proprium corpus: amor autem inordinatus non coadiuuat ad meritum aureolæ: nec etiam potest dolor de amissione rerum coæquari dolori de corporis occisione: & aliis huiusmodi.

¶ Ad nonum dicendum, quòd causa sufficiens ad martyrium non solùm est confessio fidei, sed quæcũque alia virtus non politica, sed infusa quæ finem habeat Christũ. Quolibet enim actu virtutis quis rectis Christi efficitur, inquãtùm opera quæ in nobis Christus perficit, testimonia bonitatis ipsius sunt. Vnde aliquæ virgines sunt occisæ pro virginitate, quam seruare volebant: sicut beata Agnes, & quædam aliæ, quarum martyria in Ecclesia celebrantur.

¶ Ad decimum dicendum, quòd veritas fidei habet Christum pro fine & pro obiecto. Et ideò cõfessio ipsius aureolam meretur, si pœna addatur, non solùm ex parte finis, sed etiam ex parte materiæ. Sed confessio cuiuscũq; alterius veritatis nõ est causa sufficiens ad martyrium ratione materię, sed solùm ratione finis: vtpote si aliquis vellet priùs occidi, quàm quodcũque mendacium dicendo, contra ipsum peccare.

¶ Ad vndecimum dicendum, quòd bonum increatum excedit bonum omne creatum: vnde quicũque finis creatus, siue sit bonum commune, siue priuatum, non potest actui tantam bonitatem præstare, quantam finis increatus, cùm scilicet aliquid propter Deum agitur: ideò cùm quis propter bonum commune non relatum ad Christum mortem sustinet, aureolam non meretur, sed si hoc referatur ad Christum, aureolam merebitur, & martyr erit, vtpote si rempub. defendat ab hostium impugnatione, qui fidem Christi corrumpere moliuntur, & in tali defensione mortem sustineat.

¶ Ad duodecimum dicendum, quòd quidam dicũt quòd innocentibus occisis pro Christo, virtute diuina acceleratus est vsus rationis, sicut & in Ioanne Baptista, dum adhuc esset in matre no vtero, & secundum hoc verè martyres fuerunt, & actu & voluntate, & aureolam habent. Sed alij dicunt quòd fuerunt martyres actu tantùm, & non volũtate: quod videtur sentire Bernar. distinguens tria genera martyrum, vt dictum est: & secundum hoc innocentes sicut non pertingũt ad perfectã rationem martyrij, sed aliquid martyrij habent ex hoc quòd passi sunt pro Christo: ita etiam & aureolam habent, nõ quidem secundum perfectam rationem, sed secundum aliquam participationem, inquantùm scilicet gaudent se in obsequium Christi occisos esse, vt dictum est de pueris baptizatis, quòd habebunt aliquod gaudium de innocentia & carnis integritate.

ARTICVLVS VII.

¶ Vtrùm Doctoribus aureola debeatur.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd Doctoribus aureola non debeatur. Omne enim præmium quod in futuro habebitur, alicui actui virtutis respondet: sed prędicare vel docere, non est actus alicuius virtutis: ergo doctrinæ vel prædicationi non debetur aureola.

¶ Præterea, Docere & prędicare, ex studio doctrinæ proueniunt: sed ea quę præmiantur in futuro, non sunt acquisita per humanum studium, quia naturalibus & acquisitis non meremur: ergo pro doctrina & prædicatione nullus in futuro aureolam promerebitur.

¶ Præterea, Exaltatio in futuro respondet humilitati in præsenti, quia qui se humiliat exaltabitur: sed in docendo & in prædicando non est humiliatio: imò magis superbię occasio: Gloss. dicit Matth. 4. quòd Diabolus multos decepit honore magisterij inflatos: ergo videtur quòd prędicationi & doctrinę aureola non debeatur.

¶ SED CONTRA, Ephe. 1. super illud, Vt sciatis quę sit supereminens &c. dicit Gloss. quoddã incrementũ habebunt sancti Doctores vltra id quòd alij communiter habebunt: ergo, &c. Et præterea Cant. 4. super illud, Vinea mea coram me est: dicit Gloss. ostendit quid singularis præmij Doctoribus eius disponit: ergo Doctores habebunt singulare præmium, & hoc vocamus aureolam.

CONCLVSIO.

¶ Sicut virgines & martyres, ita doctores aureolam consequuntur, propter victoriam quam obtinent aduersus diabolum per prædicationem & doctrinam.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sicut per martyrium & virginitatem aliquis perfectissimam victoriam obtinet de carne & mundo, ita etiam perfectissima victoria contra Diabolum obtinetur, quando aliquis non solùm Diabolo impugnanti non cedit, sed etiam expellit eum, & nõ solùm à se, sed etiam ab aliis: hoc autem fit per prædicationem & doctrinam: & ideò prędicationi & doctrinę aureola debetur & virgini-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ract & martyrio. Nec est dicendum; vt quidam dicunt, quòd debeatur tantùm prælatis quibus competit ex officio prædicare & docere: sed quibuscúnque qui licitè hunc actum exercent. Prælatis autem non debetur, quamuis habeant officium prædicandi, nisi actu prædicent, quia corona non debetur habituì, sed pugnæ actuali, secundum illud 2. Timoth. 2. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd prædicare & docere sunt actus alicuius virtutis, scilicet misericordiæ, vnde & inter spirituales eleémosinas computantur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quamuis facultas prædicãdi & docendi quandoq; ex studio proueniat, tamen vsus doctrinæ ex voluntate procedit, quæ per charitatem informatur à Deo infusam, & sic actus eius meritorius esse potest.

¶ Ad tertium dicendum, quòd exaltatio in hac vita non diminuit alterius vitæ præmium nisi ei qui in tali vita propriam gloriam quærit. Qui autem talem exaltationem in vtilitatem aliorum conuertit, ex ea sibi mercedem acquirit. Cùm autem dicitur quòd doctrinæ debetur aureola, intelligendum est de doctrinis pertinentibus ad salutem, per quas Diabolus à cordibus hominum expugnatur, sicut quibusdam spiritualibus armis, de quibus dicitur 2. Corinth. 10. Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed spiritualia.

ARTICVLVS VIII.

¶ Vtrùm Christo aureola debeatur.

Tho. 4. di. 49. q. 5. ar. 1cu. 4. q. 1. & seq.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd Christo aureola debeatur. Debetur enim aureola virginitati, & martyrio, & doctrinæ, sed in Christo hæc præcipuè fuerunt: ergo ipsi præcipuè aureola competit.

¶ Præterea. Omne quod est perfectissimum in rebus humanis, Christo est attribuendum: sed præmium aureolæ debetur excellentissimis meritis: ergo & Christo debetur.

¶ Præterea. Cyprianus dicit, quòd imaginẽ Dei virginitas portat. virginitatis igitur exemplar in Deo est: & sic videtur quòd Christo etiam, inquantum est Deus aureola competat.

¶ SED CONTRA est quod aureola est gaudium de cõformitate ad Christum, vt dicitur: sed nullus conformatur: vel assimilatur sibiipsi, vt patet per Philosophum: ergo Christo aureola non debetur.

¶ Præterea. Christi præmium nunquam augmentatur, sed Christus ab instanti suæ conceptionis non habuit aureolam, quia tunc nunquam pugnauerat: ergo nunquàm posteà aureolam habuit.

CONCLVSIO.

¶ Quanquam competat Christo aurea, cùm strenuè pugnauerit, & vicerit, non tamen aureola ei debetur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam dicunt, quòd in Christo est aureola secundum propriam aureolæ rationem, cùm in eo pugna inueniatur & victoria, & per consequens corona secundum propriam rationem. Sed diligenter considerando, quamuis Christo competat ratio aureæ vel coronæ: non tamen ei competit ratio aureolæ. Aureola enim ex hoc quòd diminutiuè dicitur, importat aliquid quod participatiuè & nunquam secundum sui plenitudinem possidetur. Vnde illis competit aureolam habere, in quibus est aliqua perfectionis, victoriæ participatio secundum imitationem eius, in quo perfectæ victoriæ ratio plena consistit. Et ideò cùm in Christo inueniatur huiusmodi principalis & plena ratio, per cuius victoriam omnes victores cõstituuntur, vt patet Ioan. 16. Confidite, ego vici mundum. & Apoc. 5. Ecce vicit Leo de tribu Iuda: Christo non competit aureolam habere, sed aliquid aliud, vnde omnes aureolæ originantur: vnde dicitur Apoca. 3. Qui vicerit, faciam eum sedere in throno meo, sicut ego vici, & sedeo in throno Patris mei. Vnde secundum alios dicendum est, quòd quamuis id quod est in Christo, non habeat rationem aureolæ, tamen est excellentius omni aureola.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Christus fuit verissimè Virgo martyr, & Doctor: sed cùm præmium accidentale his respondens in Christo nõ habet aliquem nobilẽ quantitatem, in comparatione ad magnitudinem essentialis præmij: vnde non habet aureolam sub ratione aureolæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd aureola quamuis debeatur operi perfectissimo, quo ad nos, tamen aureola, inquantùm diminutiuè dicitur, significat quandam participationem perfectionis ab aliquo, in quo plenariè inuenitur: & secundum hoc ad quandam minorationem pertinet: & sic in Christo non inuenitur, in quo omnis perfectio plenissimè inuenitur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd quamuis virginitas habeat aliquo modo exemplar in Deo, nõ tamen habet exemplar vnius rationis. Incorruptio enim Dei quam virginitas imitatur, non eadem ratione est in Deo & in aliquo virgine.

ARTICVLVS IX.

¶ Vtrùm angelis aureola debeatur.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd angelis aureola debeatur. Quia vt dicit Hierony. de virginitate loquens, In carne præter carnem viuere potiùs est vita angelica quàm humana. & 1. Corint. 7. dicit Glossa, Quia virginitas est portio angelica. cùm igitur virginitati respondeat aureola, videtur quòd angelis debeatur.

¶ Præterea. Nobilior est incorruptio spiritus, quàm incorruptio carnis: sed in angelis inuenitur incorruptio spiritus, quia nunquàm peccauerunt: ergo eis magis debetur aureola, quàm hominibus incorruptis carne, qui aliquando peccauerunt.

¶ Præterea, Doctrinæ debetur aureola: sed angeli nos docent purgando, illuminando, & efficiendo: vt Dion. dicit: ergo eis debetur aureola saltem Doctorum.

¶ SED CONTRA, Secundæ Timo. 2. Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit: sed in angelis non est pugna: ergo eis aureola non debetur.

¶ Præterea, Aureola non debetur illis, qui per corpus non exercentur: vnde amantibus virginitatem, martyrium, & doctrinam, si exteriùs eis hæc non insunt, aureola non debetur: sed angeli sunt spiritus incorporei: ergo aureolam non habent.

CONCLVSIO.

¶ Angelic non competit habere aureolam, cùm aureola respondeat cuilibet perfectioni ex merito, & id quod hominibus ex merito obtingit, angelis est connaturale.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd angelis aureola non debetur: cuius ratio est, quia aureola respondet cuilibet perfectioni excellenti in merito: ea verò quæ in hominibus ad perfectionem meriti pertinent, angelis connaturalia, vel etiam spectant ad cõmunem statum eorum, aut etiam ad ipsum præmium: & ideò ratione eorum, qua hominibus aureola debetur, angeli non habent aureolam.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd virginitas dicitur esse vita angelica, inquantum per gratiam virgines imitantur id quod angeli habent per naturam. Non enim virtutis est in angelis, quòd omninò à delectabilibus carnis abstinent, cùm huiusmodi delectationes in eis esse non possint.

¶ Ad secundum dicendũ, quòd perpetua incorruptio spiritus in angelis præmiũ essentiale meretur: est enim de necessitate salutis, cùm in eis non possit subsequi reparatio post ruinam.

¶ Ad tertium dicendum, quòd illi actus secundũ quòd angeli nos docent pertinent ad gloriam eorum & cõmunem eorum statum: vnde per huiusmodi actus aureolam non merentur.

ARTICVLVS X.

¶ Vtrùm aureola etiam corpori debeatur.

AD DECIMVM sic proceditur. Videtur quòd aureola etiam corpori debeatur. Præmium enim essentiale est prius quàm accidentale: sed dos quæ ad præmium essentiale pertinet, non solum est in anima, sed etiam in corpore: ergo & aureola quæ pertinet ad præmium accidentale.

¶ Præterea, Peccato quod per corpus exercetur, respondet pœna in anima & corpore, ergo & merito, quod exercetur per corpus, debetur præmium & in anima & in corpore: sed meritum aureolæ per corpus exercetur: ergo aureola etiam debetur corpori.

¶ Præterea, In corporibus martyrum quædam virtus apparebit in ipsis cicatricibus corporis. Vnde Augustinus dicit 22. de Ciuit. Dei. Nescio quomodò sic afficiamur amore martyrum beatorum, vt velimus in illo regno in eorum corporibus videre vulnerum cicatrices, quas pro Christi nomine pertulerunt, & fortasse videbimus. Non enim erit deformitas in eis, sed dignitas quædam, quamuis in corpore, non corporis, sed virtutis pulchritudo fulgebit: ergo videtur quòd aureola martyrum etiam in corpore sit, & eadem ratione de alijs.

¶ SED CONTRA, Animæ, quando sunt in Paradiso, habent aureolas, nec tamen habent corpora: ergo proprium subiectum aureolæ non est corpus, sed anima.

¶ Præterea, Omne meritum est ab anima: ergo præmium totum in anima esse debet.

CONCLVSIO.

¶ Cùm aureola sit gaudium de his operibus, quorum gratia ea debetur, propriè in mente esse dicitur, quamuis etiam aliquis decor ex gaudio aureolæ in corpore resultet.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd aureola propriè est in mente. Est enim gaudium de operibus illis, quibus aureola debetur. Sed sicut ex gaudio essentialis præmij, quod est aureola, redundat quidam decor in corpore, qui est gloria corporis ita ex gaudio aureolæ resultat aliquis decor in corpore, vt sic aureola principaliter sit in mente, sed per quandam etiam redundantiam refulgeat in corpore vel in carne. Et per hoc patet responsio ad obiecta. Tamen sciendum est quòd decor cicatricum, quæ in corporibus martyrum apparebunt, non potest dici aureola: qua aliqui martyres aureolam habebunt, in quibus huiusmodi cicatrices non erunt, vtpote illi qui sunt submersi, aut famis inedia, aut squalore carceris interempti.

ARTICVLVS XI.

¶ Vtrùm conuenienter assignentur tres aureolæ, virginum, martyrum, & prædicatorum.

Th. 4. d. 49. Sent. q. 1. a. 2. q. 1. & seq.

AD VNDECIMVM sic proceditur. Videtur quòd inconuenienter designentur tres aureolæ, virginum scilicet martyrum, & prædicatorum. Aureola enim martyrum respondet virtuti fortitudinis eorum: aureola verò virginum virtuti temperantiæ: aureola verò Doctorum virtuti prudentiæ: ergo videtur quòd debeat esse quarta aureola, quę respõdeat virtuti iustitiæ.

¶ Præterea, Exod. 25. dicit Glossa quòd corona aurea additur cùm per Euangelium his qui mandata custodiunt, via æterna promittitur. Matthæi decimonono, Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Huic aureola superponitur, cùm dicitur. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus: ergo paupertati debetur aureola.

¶ Præterea, Propter votum obedientiæ aliquis se subijcit Deo totaliter: ergo in voto obedientię maxima perfectio consistit: & ita videtur quòd ei aureola debeatur.

¶ Præterea, Multa sunt alia supererogationis opera, de quibus homo in futuro speciale gaudium habebit: ergo multæ sunt aliæ aureolæ præter tres præfatas.

¶ Præterea, Sicut aliquis diuulgat fidem prædicando & docendo, ita scripta compilando: ergo & talibus quarta aureola debetur.

CONCLVSIO.

¶ Cùm virgines, martyres & doctores in perpetua pugna sint, & victoriam ex ea consequantur, merito eis conuenienter assignata sunt tres aureolæ.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd aureola est quoddam priuilegiatæ præmium priuilegiatæ victoriæ respondens. Et ideò secundum priuilegiatas victorias in tribus pugnis, quæ cuilibet homini imminent, tres aureolæ sumuntur. In pugna enim quæ est contra carnem, ille potissimam victoriam obtinet, qui à delectabilibus venereis, quę sunt præcipua in hoc genere, omninò abstinet: & ideò virginitati aureola debetur. In pugna verò, qua contra mundum pugnatur, illa est præcipua, cùm à mundo persecutionem vsque ad mortem sustinemus. Vnde & martyribus, qui in ista pugna victoriam obtinent, secunda aureola debetur. In pugna, qua contra Diabolum pugnatur, illa est præcipua victoria, cùm aliquis hostem non solùm à se, sed à cordibus aliorum remouet, quod fit per doctrinam & prædicationem: & ideò Doctoribus & prædicatoribus tertia aureola debetur. Quidam verò distinguunt tres aureolas secundum tres vires animæ, vt dicantur tres aureolæ respondere potissimis trium virium animæ actibus. Potissimus enim actus rationalis est veritatem fidei etiam in alijs diffundere, & huic actui debetur Doctorum aureola. Irascibilis verò actus potissimus est, mortem propter Christum superare, & huic debetur aureola martyrum. Concupiscibilis etiam actus potissimus est à delectabilibus carnis maximis abstinere pœnitus, & huic debetur aureola virginum. Alij verò aureolas tres distinguunt, secundum ea, à quibus Christo nobilissimè conformamur. Ipse enim mediator fuit inter Patrem & mundum. Fuit ergo Doctor, secundum quòd veritatem, quam à Patre acceperat, mundo manifestauit. Fuit autem martyr, secundum quòd à mundo persequutionem sustinuit. Fuit verò virgo, inquantum puritatem in seipso seruauit. Et ideò Doctores, martyres, & virgines ei perfectissimè conformantur: vnde talibus debetur aureola.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in actu iustitiæ non attenditur aliqua pugna sicut in actibus aliarum virtutum. Nec tamen verum est quòd docere sit actus prudentiæ: imò est potiùs actus charitatis vel materiæ, secundum quòd ex tali habitu inclinamur ad huiusmodi actus exercitium, vel etiam sapientiæ vt dirigentis. Vel potest dici secundum alios, quòd iustitia circuit omnes virtutes: & ideò ei specialiter aureola non debetur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd paupertas quamuis sit opus perfectionis, non tamen tenet summum locum in aliqua spirituali pugna. Quia amor temporaliũ minùs impugnat, quàm concupiscentia carnis, vel persequutio inflicta in corpus proprium. Vnde paupertati nõ debetur aureola, sed debetur ei iudiciaria potestas ratione humiliationis, quæ consequitur paupertatem Glos. autem inducta largè accipit aureola pro quolibet præmio, quod redditur merito excellenti.

¶ Et similiter dicendum, ad tertium & quartum.

¶ Ad quintum dicendum, quòd etiam scribentibus sacram Scripturam debetur aureola: sed hæc non distinguitur ab aureola Doctorum: quia scripta componere quidam modus docendi est.

ARTICVLVS XII.

¶ Vtrùm aureola virginum sit potissima inter alias.

AD DVODECIMVM sic proceditur. Videtur quòd aureola virginum sit inter alias potissima. Quia Apocalypsis septimo de virginibus dicitur, quòd sequuntur Agnum quocúnque ierit, & quod nemo poterat dicere canticum, quod virgines cantabant: ergo virgines habent excellentiorem aureolam.

¶ Præterea, Cyprian. de virginibus dicit, q̃ sit illustrior portio gregis Christi: ergo eis maior aureola debetur.

¶ Item, Videtur quòd potissima sit aureola martyrum. Quia dicit Aymo, quòd non omnes virgines coniugatas præcedunt, sed hi specialiter qui in tormento passionis virginitate insuper custodia coæquantur martyribus coniugatis: ergo martyrium dat virginitati præeminentiam super alios status: ergo martyrio potior aureola debetur.

¶ Item, Videtur quòd potissima debeatur Doctoribus, primæ Thimothei. quinto: Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maximè autem qui laborant verbo & doctrina: ergo in Ecclesia triumphante talibus potior aureola debetur.

CONCLVSIO.

¶ Simpliciter loquendo aureola martyrum est omnium potissima.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd præeminentia aureolæ ad aureolam potest dupliciter considerari vel attendi. Primò, ex parte pugnæ, vt dicatur aureola potior quæ fortiori pugnæ debetur, & per hũc modum aureola martyrum alijs aureolis supereminet quodammodò, & aureola virginum alio modo: pugna enim martyrum est fortior secundum seipsam & vehementiùs affligens, sed pugna carnis est periculosior, inquantum est diuturnior, & magis nobis eminet è vicino. Secundò, ex parte eorum de quibus est pugna: & sic aureola Doctorum inter omnes est potior, quia huiusmodi pugna vertatur circa intelligibilia: aliæ verò pugnæ circa sensibiles passiones. Sed illa eminentia quæ attenditur ex parte pugnæ, est aureolæ essentialior, quia aureola secundum propriam rationem respicit victoriam & pugnam. Difficultas enim pugnę attenditur ex parte ipsius pugnæ, inquantum est nobis vicinior: & ideò simpliciter loquendo, aureola martyrum inter omnes est potior. Et ideò dicitur Matth. 5. in Glossa, quòd in octaua beatitudine, quæ ad martyres pertinet, scilicet qui persequutionem patiuntur, &c. omnes aliæ perficiuntur: & propter hoc etiam Ecclesia in connumeratione Sanctorum martyres Doctoribus, virginibus præordinat, sed quantùm ad aliquid nihil prohibet, alias aureolas excellentiores esse.

¶ Et per hoc patet solutio ad obiecta.

ARTICVLVS XIII.

¶ Vtrùm vnus alio aureolam excellentiùs habeat.

AD DECIMVMTERTIVM sic proceditur. Videtur quòd vnus aureolam virginitatis vel martyrij vel Doctori excellentiùs alio non habeat. Quia ea quæ sunt in termino, nõ intenduntur & remittũtur: aureola autem debetur operibus, quæ sunt in termino perfectionis: ergo aureola non intenditur neque remittitur.

¶ Præterea, Virginitas non suscipit magis & minùs, cùm importet priuationem quandam, & negationes, non intendantur nec remittantur: ergo nec præmiũ virginitatis, scilicet aureola virginum intenditur & remittitur.

¶ SED CONTRA, Aureola supponitur aureę: aurea est in tenfior in vno, quàm in alio: ergo & aureola.

CONCLVSIO.

¶ Cùm meritum sit causa præmij, consequens est, vt sicut præmio præmium est maius, sic aureola vna maior altera esse dicitur.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ cùm meritum sit quodãmodò præmij causa, oporter diuersificari præmiũ, secundũ q̃ merita diuersificantur: aliquid enim intenditur & remittitur per intẽtionem & remissionẽ suę causę: meritũ aũt aureolę potest esse maius & minꝰ: vnde & aureola potest esse maior & minor. Sciendũ tamẽ q̃ meritũ aureolę potest intẽdi dupliciter. Vno modo ex parte radicis: alio modo ex parte operis. Contingit

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim esse aliquos duos, quorum vnus ex minori charitate maius cōsequentum martyrij sustineat, vel magis præparationi inhæreat: aut etiam magis a delectabilibus carnis elongatur intensiōne: ergo meriti quæ attenditur penes radicem, non respondet intentio aureolæ: sed intentio aureæ, intentioni meriti quæ fit ex genere actus, respondet intentio aureolæ. Vnde potest esse quòd aliquis, qui minùs in Martyrio meretur, quantum ad essentiale præmium, habebit pro martyrio maiorem aureolam.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd merita quibus debetur aureola, non attingunt ad terminum perfectiōis simpliciter: sed secundum speciem, sicut ignis est subtilissimus corporum. Vnde nihil prohibet vnā aureolam alia esse excellentiorem, sicut vnus ignis est alio subtilior.

¶Ad secundum dicendum, quòd vna virginitas potest esse maior alia propter maiorem recessum a virginitatis contrario, vt dicatur in illa esse maior virginitas, quæ magis occasiones corruptionis vitat. Sic enim priuationes intendi possunt: vt cum dicitur homo magis excus: quia magis elongatur a visu.

QVAESTIO NONAGESIMASEPTIMA.

De pœna damnatorum, in septem articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de pertinentibus ad damnatos post iudicium. Et primò de pœnis damnatorum & igne quo eorū corpora cruciabuntur. Secundo, de his quæ pertinent ad eorum affectū & intellectū. Tertio, de iustitia & misericordia Dei respectu damnatorum.

¶Circa quod quæruntur septem.

¶Primo, vtrùm damnati in Inferno solā pœna ignis affligantur.

¶Secundò, vtrùm vermis quo affliguntur, sit corporalis.

¶Tertiò, vtrùm fletus in eis existens sit corporalis.

¶Quartò, vtrùm tenebræ eorum sint corporales.

¶Quintò, vtrùm ignis quo affliguntur sit corporalis.

¶Sextò, vtrùm sit eiusdem speciei cum igne nostro.

¶Septimò, vtrùm ignis ille sit sub terra.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm damnati in Inferno sola pœna ignis affligantur.

Tho.4. dis. 50. q.2. ar. 3. q. 1. & seq.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd damnati in Inferno sola pœna ignis affligantur. Matth. 25. vbi eorū damnatio exprimitur, fit mentio solùm de igne, cùm dicitur, Ite maledicti in ignem æternum.

¶Præterea. Sicut pœna purgatorij debetur peccato veniali, ita pœna Inferni debetur peccato mortali: sed in purgatorio non dicitur esse nisi pœna ignis, vt patet per hoc quod dicitur 1. Cor. 3. Vniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit: ergo nec in Inferno erit nisi pœna ignis.

¶Præterea. Pœnarum varietas refrigerium præstat, sicut calido, cùm transfertur ad frigidum: sed nullum refrigerium est ponere in damnatis: ergo non erunt diuersæ pœnæ, sed sola pœna ignis.

¶SED CONTRA est quod dicitur in Psal. Ignis, sulfur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.

¶Præterea. Iob trigesimo tertio, Transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium.

CONCLVSIO.

Sicut per multa & varia damnati peccarunt, conueniens est, vt multipliciter, & ex multis affligantur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd secundum Basilium in vltima mundi purgatiōe fiet separatio in elemētis, vt quicquid est purum & nobile, remaneat superiùs ad gloriam beatorum, quidquid verò est ignobile & fœculētum, in Infernum proijciatur ad pœnam damnatorum: vt sicut omnis creatura erit beatis materia gaudij, ita damnatis ex omnibus creaturis tormentum accrescat, secundum illud Sap. 5. Pugnabit cū illo orbis terræ contra insensatos. Hoc etiam diuinæ iustitiæ cōpetit, sicut ab vno recedentes per peccatum in rebus materialibus, quæ sunt multa & varia: finem suum constituerunt: ita eriā multipliciter & ex multis affligantur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quia ignis est maximè afflictiuus propter hoc q; abundat in virtute actiua: ideò nomine ignis omnis afflictio designatur: si sit vehemens.

¶Ad secundum dicendum, quòd pœna purgatorij non est principaliter ad affligendum, sed ad purgandum: vnde per solum ignem fieri debet, qui maximè habet vim purgatiuam: sed damnatorum pœna non ordinatur ad purgandum: vnde non est simile.

¶Ad tertium dicendum, quòd damnati transibunt ex vehementiss imo calore ad vehementissimum frigus, sine hoc quòd in eis fit aliquod refrigerium: quia passio ab exterioribus non erit per trāsmutationem corporis à sua pristina naturali dispositione, vt contraria passio ad æqualitatem vel temperiem, reducendo refrigerium causet, sicut hūc accidit: sed erit per actionem spiritualem, secundum quòd sensibilia agunt in sensum, prout sentiuntur imprimendo formas illas secundum esse spirituale in organum, & non secundum esse materiale.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm vermis damnatorum sit corporalis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd vermis, quo affliguntur damnati, sit vermis corporalis. Quia caro nō potest affligi per vermem spiritualem: sed caro damnatorum affligetur per vermem. Iudith. 16. Et dabit ignem & vermes in carnes eorū, & Eccles. 7. Vindicta carnis impij ignis & vermis: ergo vermis ille erit corporalis.

¶Præterea. Aug. dicit 21. de ciui. Dei, Vtrumq; id est ignis & vermis, pœna erunt carnis: ergo, &c.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit 20. de ciui. Dei, In pœnis malorum inextinguibilis ignis, & viuacissimus vermis. Ab alijs autem aliter exponitur. Alij vtrumq; ad corpus, alij vtrumq; ad animam recensent, alij propriè ad corpus ignem, tropicè ad animam vermem, quod credibilius videtur.

CONCLVSIO.

¶Cùm post diem iudicij nullum corpus mixtum remansurum sit, vermis qui damnatis assignatur, non erit materialis sed spiritualis, qui cōsentia remorsus dicitur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd post diem iudicij in mundo innouato, non remanebit aliquod animal: vel aliquod corpus mixtum: nisi corpus hominis tantùm, eò quòd non habeat aliquem ordinem ad incorruptionem, nec post illud tempus sit futura generatio & corruptio. Vnde vermis qui in dānatis ponitur, non debet intelligi esse materialis, sed spiritualis qui est conscientiæ remorsus, qui dicitur vermis, inquantum oritur ex putredine peccati, & animam affligit: sicut corporalis vermis ex putredine ortus affligit pungendo.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ipsæ animæ dānatorum dicuntur carnes eorum pro eò quòd carni subiectæ fuerunt. Vel potest dici etiam quòd per vermem spiritualem caro affligetur, secundum quòd passiones animæ redundant in corpus, & hic & in futurum.

¶Ad secundum dicendum, quòd Augustinus loquitur sub quadam comparatione. Non enim vult simpliciter asserere, quòd ille vermis sit materialis, sed quòd potiùs esset asserendum ignem & vermem materialiter intelligi, quàm quòd vtrumque spiritualiter intelligatur: quia sic nullam pœnam corporalem damnati sustinerent, vt patet seriem verborum eius ibidem inspicienti.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm fletus qui erit in damnatis, sit corporalis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q; fletus, qui erit in dānatis, erit corporalis. Quia Luc. 13. dicit quędam glo. quod per fletum quem Dominus reprobis comminatur, potest probari vera corporum resurrectio, quod non esset, si fletus ille tantùm esset spiritualis: ergo, &c.

¶Præterea. Tristitia quæ est in pœna, respondet delectationi, quæ fuit in culpa, secūdum illud Apocalyp. 18. Quantùm glorificauit se & in delicijs fuit, tantū date illi tormentum & luctum: sed peccatores in culpa habuerunt delectationem interiorem: ergo habebunt fletum etiam exteriorem.

¶SED CONTRA Fletus corporalis fit per quandam resolutionē lachrymarum: sed à corporibus damnatorū non potest fieri perpetua resolutio, cū nihil in eis per cibū restaurētur, omne enim finitum consumitur, si aliquid ab eo continuè abstrahatur: ergo in damnatis non erit corporalis fletus.

CONCLVSIO.

¶Ratione lachrymarum resolutionis fletus non erit in damnatis, ratione verò commotionis & turbationis capitis in damnatis fletus esse poterit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in fletu corporali duo inueniuntur, quorum vnum est lachrymarum resolutio, & quantùm ad hoc fletus corporalis in damnatis esse non potest: quia post diem iudicij quiescēte motu primi mobilis, non erit aliqua regeneratio vel corruptio vel corporalis alteratio: in lachrymarum autem resolutiōe oportet esse illius humoris generationem, qui per lachrymas distillat: vnde quantùm ad hoc corporalis fletus in damnatis esse non poterit. Aliud quod inuenitur in corporali fletu, est quædam commotio & turbatio capitis & oculorum, & quantùm ad hoc fletus in damnatis esse poterit post resurrectionem: corpora enim damnatorum non solùm ab exterioribus affligentur, sed etiam ab interiori, secundum quod corpus immutatur ad passionem animæ bonum vel malam, & quantùm ad hoc fletus carnis resurrectionem inducat, & respondet delectationi culpæ, quæ fuit in anima & in corpore.

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm damnati sint in tenebris corporalibus.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd damnati non sint in tenebris corporalibus. Quia, vt dicit Gregorius in 1. libro Moral. super illud Iob 10. Sempiternus horror inhabitat: quamuis ignis ille ad consolationem non luceat, sed vt magis torqueat aliquid lucet. Nam sequaces, quos secum traxerunt de mundo reprobi, flamma illustrati visuri sunt: ergo non erunt ibi tenebræ corporales.

¶Præterea, Damnati vident pœnam suam, hoc enim est eis ad augmentum pœnæ: sed nihil videtur sine lumine: ergo nō sunt ibi tenebræ corporales.

¶Præterea, Damnati ibi habebunt potentiam visiuam post corporum resumptionem: sed frustra in eis esset, nisi aliquid videretur: ergo cùm nihil videatur, nisi in lumine, videtur quòd non sint omninò in tenebris.

¶SED CONTRA est quod dicitur Matthei 22. Ligatis manibus eius & pedibus, proijcite eum in tenebras exteriores: ex quo dicit Gregorius. Si ignis ille lucem haberet, in tenebras exteriores nequaquam deferretur.

¶Præterea, Basilius dicit super illud Psalmistæ. Vox Domini intercidentis flammam ignis, quòd virtute Dei separabitur claritas ignis ab eius virtute adiutiua, ita quòd claritas cedet in gaudium beatorum, & vtilitum ignis in tormentum damnatorum: ergo damnati habebunt tenebras corporales, quædam verò alia quæ ad pœnam damnatorum pertinent determinata sunt.

CONCLVSIO.

¶Vt dispositio inferni miseriæ damnatorum conueniat, erunt in eo tenebræ corporales, cum quadam tamen luce: vt videat damnatus ea quæ animam torquere possunt.

¶RESPONDEO dicendum, quod dispositio Inferni erit talis, quòd vt maximè miseriæ damnatorum comperat. Vnde secundum hoc sunt ibi lux & tenebræ, prout maximè spectant ad miseriam damnatorum: ipsa autem visio secundū se delectabilis est: vt enim dicitur in principio Metaphysicæ sensus oculorum est maximè diligibilis, eò quod per ipsum plura cognoscimus: sed per accidens contingit visionem esse afflictiuam, inquantùm videmus aliqua nobis nociua vel nostræ voluntati repugnantia: & ideò in Inferno hoc modo debet esse locus dispositus ad videndum secundum lucem & tenebras, vt nihil perspicuè videatur, sed solummodò sub quadam vmbrositate videantur ea quæ afflictionem cordi ingere possunt. Vnde simpliciter loquendo locus est tenebrosus. Sed tamen ex diuina dispositione est ibi aliqui d luminis: quantum sufficit ad videndum illa quæ animā torquere possunt, & hoc ad hoc satisfacit naturalis situs loci, quia in terræ medio vbi Infernus ponitur, non potest esse ignis nisi fœculentus & turbidus, & quasi fumosus. Quidam enim tenebrarum harum caligines assignant ex commixtione corporum damnatorum, quæ præ multitudine ita replebunt locum Inferni, quod ibi nihil de aere manebit: & sic non erit ibi aliquid de Diaphano quod possit esse subiectum lucis & tenebræ, nisi oculi damnatorum, qui erunt obtenebrati.

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm ignis Inferni sit corporalis.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd ignis Inferni quo cruciabuntur corpora damnatorum, non sit corporeus. Dicit enim Damascenus in quarto libro in fine. Tradetur Diabolus & dæmones, & homo eius, scilicet Antichristus cum impijs & peccatoribus in ignem æternum, non materialem, qualis est qui apud nos est, sed qualem nouit Deus: sed omne corporeum est materiale: igitur ignis Inferni non erit corporeus.

¶Præterea, Animę damnatorum à corpore separatæ ad ignem Inferni deferuntur: sed Aug. dicit 12. super Genes. ad literam, Spiritualem arbitror esse, scilicet locū ad quem anima defertur post mortem, non corporalem: ergo, &c.

¶Præterea, Ignis corporeus in modo suæ actionis non sequitur modum culpæ in eo qui igne crematur, sed magis ad modum humidi & ficti. In eodem enim igne corporeo videmus affligi iustum & impium: sed ignis Inferni in modo suę afflictionis vel actionis sequitur modum culpæ in eo, qui punitur. Vnde dicit Gregorius in 4. Dialogo. Vnus quidem est gehennæ ignis, sed non vno modo omnes cruciat peccatores. Vnusquisque enim quantū exigit culpa, tantum sentiet de pœna: ergo non est corporeus.

¶SED CONTRA est quod dicitur quarto dialogo. Ignē gehennæ corporeum esse non ambigo, in quo certum est corpora cruciari.

¶Præterea, Sapientiæ 5. dicitur, Pugnabit orbis terrarum contra insensatos: sed non totus orbis terrarum contra insensatos pugnaret, si solummodò spirituali pœna & non corporali punirentur: ergo punientur igne corporeo.

CONCLVSIO.

¶Cùm corpori non possit adaptari pœna nisi corporea, ignis inferni erit corporeus, maximè cum dicatur, reprobos post resurrectionem detrudendos esse.

¶RESPONDEO dicendum, quòd de igne Inferni multiplex fuit opinio. Quidam enim Philosophi, vt Anic. Resurrectionem non credentes, solius animæ post mortem pœnam esse crediderunt. Et quia eis inconueniens videbatur vt animæ cùm sint incorporeæ, igne corporeo punirentur, negauerunt ignem corporeum esse, quo mali punirentur, volentes quòd quicquid dicitur de pœna animarum post mortem per aliqua corpora futura, metaphoricè dicatur. Sicut enim bonarum animarum delectatio & tuc inutis non erit in aliqua re corporali, sed spirituali tantùm: erit in consequutione sui finis: ita afflictio malorum spiritualis erit tantùm in hoc, scilicet quod cruciabuntur de hoc quòd separabuntur à fine, cuius inest eis desiderium naturale. Vnde sicut omnia quæ de delectatione animarum post mortem dicuntur, quæ videntur ad delectationem pertinere corporalem, vt quòd reficiantur vel rideant, vel huiusmodi: ita etiam quicquid de earum afflictione dicitur, quod in corporalem punitionem sonare videtur, per similitudinem debet intelligi, sicut quòd in igne ardeant, vel fortiùs affligantur, & huiusmodi. Spiritualis enim delectatio & tristitia, cùm sit ignota multitudini, oportet quòd per delectationes & tristitias corporales figuraliter manifestetur, vt homines magis moueantur ad desiderium vel timorem. Sed quia in pœna damnatorum non solùm erit pœna damni quæ respondeat auersioni quæ fuit in culpa, sed etiam pœna sensus, quæ respondeat conuersioni: ideò non sufficit prædictum modum punitionis ponere: & ideò etiam ipse Auicenna alterum modum superaddit dicens, quòd animæ malorum post mortem non per corpora, sed per corporum similitudines puniuntur: sicut in somnis propter similitudines prædictas in imaginatione existentes, videtur homini quòd torqueatur pœnis diuersis. Et huic etiam modum videtur ponere Augustinus in duodecimo super Genesim ad literam, sicut ibidem manifestè patet. Sed hoc videtur inconuenienter dictum esse. Imaginatio enim potentia est quædam vtens organo corporali: vnde non potest esse quòd visiones huiusmodi imaginariæ fiant in anima separata à corpore, sicut in anima somniantis. Vnde etiam Auicenna: vt hoc inconueniens euitaret, dixit quòd animæ separatæ à corpore vrebantur pro organo quasi alqua parte cœlestis corporis, cui corpus humanum oportet esse conforme ad hoc quod perficiatur anima rationali, quæ est similis motoribus cœlestis corporis, in hoc sequutus quodammodò opinionem antiquorum Philosophorum, qui posuerunt animas redire ad orbes stellarum. Sed hoc est omninò absurdum secundum doctrinam Philosophi: quia anima vtitur determinato organo corporali, sicut ars determinatis instrumentis: vnde non potest transire de corpore ad corpus, quod Pythagoras posuit, vt dicitur in primo de anima. Qualiter autem ad dictum Augustini sit respondendum, infra dicetur. Quicquid autem dicatur de igne qui animas separatas cruciat, de igne tamen quo cruciabuntur corpora damnatorum post resurrectionem, oportet dicere quòd sit corporeus, quia corpori non potest conuenienter adaptari pœna nisi sit corporea. Vnde Gregorius in quarto Dialogo, ex hoc ipso probat ignem Inferni esse corporeum, quòd reprobi post resurrectionem detrudentur. Augustinus enim, vt habetur in litera, manifestè confitetur ignem illum, quo cruciabuntur corpora, esse corporeum. Et de hoc ad præsens est quæstio. Sed hoc suprà dictum est, qualiter animæ damnatorum ab igne isto corporeo puniantur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Damascenus non negat simpliciter illum ignem materialem esse, sed quòd non est materialis talis, qualis apud nos est, eò quòd quibusdā proprietatibus ab hoc igne differt. Vel etiam dicendum est, quòd quia ignis non materialiter alterat corpora, sed qua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam spirituali actione agit in ea punitionem: ideò dicitur non materialis esse, non quantum ad substantiam, sed quantum ad punitionis effectum in corporibus, & maxime amplius in animabus.

¶Ad secundum dicendum, quòd dictum Augustini potest hoc modo accipi vt pro tanto dicatur locus ille, ad quem animæ deferuntur post mortem, non esse corporeus, quia anima in eo corpori aliter non existit per modum scilicet quo corpora existunt in loco: sed alio modo spirituali, sicut angeli in loco sunt. Vnde dicendum quòd Augustinus loquitur opinando & non determinando, sicut sæpe facit in libro illo.

¶Ad tertium dicendum, quòd ignis ille est instrumentum diuinæ iustitiæ punientis. Instrumentum autem non solum agit in virtute propria, & per proprium modum, sed etiam in virtute principalis agentis, & secundum quòd est regulatum ab eo. Vnde quamuis secundum propriam virtutem non habeat quòd aliquos cruciet secundum magis vel minus, secundum modum prædictum, habet tamen hoc secundum quòd eius actio modificatur ex ordine diuinæ iustitiæ. Sicut etiam ignis fornacis modificatur ex iustitia fabri in sua actione, secundum quòd competit ad effectum artis.

ARTICVLVS VI.

¶Vtrùm ignis inferni sit eiusdem speciei cum igne nostro.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd ignis ille non sit eiusdem speciei cum igne isto corporeo, quem videmus. Augu. enim dicit, & habetur in litera. Ignis æternus est iusmodi sit arbitror neminem scire, nisi cui Spiritus diuinus oste dit sed naturam illius ignis omnes, vel fere omnes, fciunt: ergo ignis ille non est eiusdem speciei cum isto.

¶Præterea. Gregorius dicit 15. Moral. exponens illud Iob vigesimo secundo. Deuorabit eum ignis, qui non succenditur, ignis corporeus vt esse valeat, corporeis indiget fomentis, nec valet nisi succensus, esse, & nisi reforus subsistere. At contra gehennæ ignis, cùm sit corporeus, & in semetipso reprobos corporaliter exurat, nec studio humano succenditur, nec ignis nutritur, sed ignis semel durat inextinguibilis, & successione non indiget, & ardore non caret: ergo non est eiusdem naturæ cum eo, quem videmus.

¶Præterea. Æternum & corruptibile non sunt eiusdem, rationis, cùm nec etiam in genere comm unicent, secundum Philosophum 10. Metaphysicæ: sed iste ignis est corruptibilis, ille autem æternus, Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum: ergo non est eiusdem naturæ.

¶Præterea. De natura huius ignis nostri est vt luceat, sed ignis Inferni non lucet: vnde Iob decimonono. Nonne lux imoli extinguetur: ergo vt prius.

¶SED CONTRA. Secundum Philosophum in 1. Topic. Omnis aqua omni aquæ est idem specie: ergo eadem ratione, omnis ignis omni igni est idem specie.

¶Præterea. Sapient. 11. dicitur. Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur: sed homines peccant per res sensibiles huius mundi: ergo iustum est, vt per easdem puniantur.

CONCLVSIO.

¶Ignis quo torquentur damnati in inferno, erit eiusdem speciei cum igne qui apud nos est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ignis propter hoc quòd est maximè virtutis in agendo inter reliqua elementa, alia corpora pro materia habet, vt dicitur in 4. Metaphysi. Vnde & ignis dupliciter inuenitur, scilicet in materia propria, prout est in propria sua sphæra: vel in materia aliena, siue terrestri, vt patet in carbone: siue aera, vt patet in flamma: quocúque autem modo ignis inueniatur, semper est idem in specie, quantùm ad naturam ignis pertinet. Potest autem esse diuersitas in specie quantùm ad corpora quæ sunt materia ignis. Vnde flamma & carbo differunt specie, & similiter ignium ignei, & ferrum ignitum: nec differt quantùm ad hoc, suę ignita sint per violentiam, vt in ferro apparet: suę ex principio intrinseco naturali, vt accidit in sulfure. Quia ergo ignis Inferni quantùm ad hoc quod habet de natura ignis, sit eiusdem speciei cũ igne, qui apud nos est, manifestum est: verùm aut ille ignis sit in propria materia existens, aut si in aliena, in qua materia sit, nobis ignotum est: & secundum hoc potest ab igne, qui apud nos est, in specie differre materialiter consideratus, quasdam tamen proprietates differentes habet ab igne isto, vt quòd successione non indiget nec ignis nutritur. Sed istæ differentiæ non ostendunt diuersitatem in specie, quantũ ad id quod pertinet ad naturam ignis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Augustinus loquitur, quantùm ad id quod est materialiter in igne illo, non autem quantùm ad ignis naturam.

¶Ad secundum dicendum, quòd ignis qui apud nos est, ignis nutritur, & ab homine succenditur, quia est artificialiter & per violentiam in aliena materia inductus: sed ignis ille ignis non indiget, quibus foueatur: quia vel in propria materia est existens, vel est in materia aliena non per violentiam, sed per naturam a principio intrinseco. Vnde non est ab homine succensus, sed a Deo qui naturam illam instituit, & hoc est quod dicitur Isaiæ trigesimo. Flatus Domini sicut torrens sulfuris succendens eam.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut corpora damnatorum erũt eiusdem speciei, cuius & modo sunt, quamuis modo sint corruptibilia, tunc autem incorruptibilia ex ordine diuinæ iustitiæ, & propter quietem motus cœli ita est de igne Inferni quo corpora illa punientur.

¶Ad quartum dicendum, quòd lucere non conuenit igni secũdum quemlibet modum existẽdi, quia in propria materia existens non lucet. Vnde non lucet in propria sphęra, vt Philosophus dicit: etiam in aliqua materia ignis existens non lucet, sicut cùm est in materia opaca terrestri, vt in sulfure: & similiter est etiam quandò ex aliquo grosso fumo eius claritas obfuscatur. Vnde quòd ignis Inferni non luceat, non est sufficiens argumentum ad hoc quod non sit eiusdem speciei.

ARTICVLVS VII.

¶Vtrùm ignis Inferni sit sub terra.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd ignis ille non sit sub terra, Iob 18. de homine damnato dicitur. Et de orbe transferet eum Deus: ergo ignis ille quo damnati punientur, non est sub terra, sed est extra orbem.

¶Præterea. Nullum violentum & per accidens, potest esse sempiternum: sed ignis ille erit in Inferno in sempiternum: ergo non erit ibi per violentiam, sed naturaliter: sed sub terra non potest esse ignis: nisi per violentiam: ergo ignis ille non est sub terra.

¶Præterea. In igne Inferni omnia corpora damnatorum post diem iudicij cruciabuntur: sed illa corpora locum replebunt: ergo cùm futura sit maxima multitudo damnatorum, quia stultorum infinitus est numerus. Eccles. 1. ergo maximum oportet esse spatium, in quo ignis ille continetur: sed inconueniens videtur dicere, infra terram esse tantam concauitatem, cùm partes terræ naturaliter ferantur ad medium: ergo ignis ille non est sub terra.

¶Præterea. Sapientiæ 11. Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur: sed mali super terrã peccauerunt: ergo igni eos punies non debet esse sub terra.

¶SED CONTRA Dicitur Isaiæ quarto, Infernus subtus conturbatus est in occursum tui: ergo ignis Inferni sub nobis est.

¶Præterea. Grego. dicit 18. Dialo. Quid obstat nõ video, quòd Infernus esse sub terra credatur.

¶Præterea. Ioannis secundo, super illud. Proiecisti me in corde maris Gloss. Interlinearis, i. est, in Inferno: pro quo dicitur in Euangelio, Matthæi vigesimo secundo, in corde terræ, quia sicut cor est in medio animalis, ita Infernus in medio terræ perhibetur esse.

CONCLVSIO.

¶Etsi nullus scit vbi Infernus sit constitutus, nisi qui de hoc à Spiritu Sancto edoctus fuerit, conuenientius tamen est, vt sub terra esse credatur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut Augustinus dicit, & habetur in litera, in qua parte mundi Infernus sit, scire neminem arbitror nisi cui diuinus Spiritus reuelabit. Vnde Gregorius in 4. Dialog. super hac quæstione interrogatus respondit. Hac de re temere definire nihil audeo. Nonnulli namque in quadam terrarum parte Infernum esse putauerũt. Alij verò hunc sub terra esse existimant. Et hanc opinionem probabiliorem ostendit dupliciter. Vno modo ex ipsa nominis ratione, sic dicens. Si idcirco Infernum dicimus, quia inferiùs iacet, quòd terra ad cœlum est, hoc esse inferiùs debet ad terram. Secundò, ex hoc quòd dicitur Apocalypsis 10. Nemo poterat neque in cœlo, neque in terra, neque subtus terram aperire librum: vt hoc quod dicitur in cœlo, referatur ad angelos: hoc quod dicitur in terra, referatur ad homines viuentes in corpore: hoc quod dicitur sub terra, referatur ad animas existentes in Inferno. Augustinus etiam in libro 12. super Genes. ad literam duas rationes tangere videtur, quare congruum sit, Infernum esse sub terra. Vna est, vt quoniam defunctorum animæ carnis amore peccauerant, hoc eis exhibeatur, quod ipsi carni mortuæ solet exhiberi: vt scilicet sub terram retrudantur. Alia est, quòd sicut grauitas in corporibus, ita tristitia in spiritibus, & lętitia sicut leuitas. Vnde sicut secundum corpus si ponderis sui ordinem teneant, inferiora sunt omnia grauiora, ita secundum spiritum inferiora sunt omnia tristiora: & sicut conueniẽs locus gaudio electorum est cœlum empyreum, ita conueniẽs locus cruciatiuæ damnatorum est infimum terræ. Neque mouere debet quod Augustinus ibidem dicit, quòd Inferi sub terris esse dicuntur vel creduntur, quia vt in libr. Retractionum hoc retractans dicit. Mihi videor dicere debuisse magis, quòd sub terris sunt Inferi, quàm rationem reddere cur sub terris esse dicuntur siue creduntur. Quidam tamen Philosophi posuerunt quòd locus inferni erat sub orbe terrestri, tamen supra terræ superficiem ex parte opposita, & hoc videtur Isidorus sensisse cùm dicit, quòd Sol & Luna in ordine quo creati sunt, stabunt, ne impij in tormentis positi fruantur luce eorum: quæ ratio nulla esset, si Infernus infra terram esse dicatur, qualiter & hæc verba possint exponi, patuit supra. Pythagoras verò posuit locũ pœnarum in sphæra ignis, quam in medio totius orbis esse dixit, vt patet per Aristotel. in secundo cœli & mundi. Sed tamen conuenientiùs his, quæ in Scriptura dicuntur est, vt sub terra credatur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum illud Iob De orbe transferet eum Deus, intelligendum est de orbe terrarum id est, de hoc mundo, & hoc modo exponit Gregorius dicens, De orbe quippè transfertur, cum superno apparente iudice, de hoc mundo tollitur in quo peruersè gloriatur. Nec est intelligẽdum quòd orbis hic accipiatur pro vniuerso, quasi extra totum vniuersum sit locus pœnarum.

¶Ad secundum dicendum, quòd in loco illo conseruatur ignis in æternum ex ordine diuinæ iustitiæ, quauis secundum naturam non posset extra suum locum aliquod elementum in æternum durare, præcipuè statu generationis & corruptionis manente in rebus. Ignis autem erit ibi fortissimæ caliditatis, quia calor eius erit vndiq; congregatus propter frigus terræ ipsum vndique circunstans.

¶Ad tertium dicendum, quòd infernus nunquam deficiet in amplitudine, quin sufficiat ad damnatorum corpora capiẽda. Infernus enim, Prouerbior. 30. inter tria insatiabilia ponitur, nec est inconueniens quòd inter viscera terræ tanta concauitas conseruetur diuina virtute, quæ damnatorum omnium corpora posit capere.

¶Ad quartum dicendum, quòd hoc quod dicitur: Per quę peccat quis, per hæc & torquetur, non est necessarium: nisi in principalibus instrumentis peccandi, quia enim homo in anima peccat & in corpore, in vtroque punietur: non autem oportet quòd in loco, quo quis peccauit, in eodem puniatur, cùm alius sit locus, qui viatoribus & damnatis debetur. Vel dicendum, quòd hoc intelligitur de pœnis, quibus homo punitur in via, secundum quòd quælibet culpa suam pœnam habet annexam, prout quisque inordinatus animus sibi est pœna, vt dicit Augustinus.

QVAESTIO NONAGESIMAOCTAVA.

De voluntate & intellectu damnatorum, in nonem articulos diuisa.

CONSEQVENTER considerandum est de pertinentibus ad affectum & intellectum damnatorum.

¶Circa quod quæruntur nouem.

¶Primò, vtrùm damnato rum volunt as sit mala.

¶Secundò, vtrùm aliquando pœniteant de malis quæ fecerunt.

¶Tertiò, vtrùm magis vellent non esse quàm esse.

¶Quartò, vtrùm vellent alios non esse damnatos.

¶Quintò, vtrùm impij habeant Deum odio.

¶Sextò, vtrùm ipsi demereri possint.

¶Septimò, vtrùm possint vti scientia hic acquisita.

¶Octauò, vtrùm cogitent aliquando de Deo.

¶Nonò, vtrùm ipsi videant gloriam beatorum.

ARTICVLVS I.

¶Vtrùm omnis voluntas damnatorum sit mala.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd non omnis voluntas damnatorum sit mala. Quia vt dicit Dionys. 4. c. de Diui. nomin. dæmones bonum & optimum concupiscũt esse, viuere, & intelligere: cùm ergo damnati homines non sint peioris conditionis, quàm dæmones, videtur quòd ipsi bonam voluntatem habere possint.

¶Præterea. Malum, vt dicit Dionys. est omnino inuoluntarium: ergo si damnati aliquid volunt, illud volunt inquantum est bonum: vel apparens bonum: sed voluntas quæ per se ordinatur ad bonum, est bona: ergo damnati possunt habere voluntatem bonam.

¶Præterea. Aliqui erunt damnati, qui in hoc mundo existentes: aliquos virtutum habitus secum detulerũt, vtpotè Gentiles, qui habuerũt virtutes politicas, sed ex habitibus virtutum elicitur laudabilis voluntas: ergo in aliquibus damnatis poterit esse laudabilis voluntas.

¶SED CONTRA. Obstinata voluntas nunquam potest flecti: nisi ad mala: sed damnati homines erunt obstinati sicut dæmones, ergo voluntas eorum nunquam poterit esse bona.

¶Præterea. Sicut se habet voluntas damnatorum ad malum, ita voluntas Beatorum ad bonum: sed Beati nunquam habent voluntatem malam: ergo nec damnati aliquam habent voluntatem bonam.

CONCLVSIO.

Quamuis damnati voluntate naturali aliquod bonum velle possint, tamen voluntate deliberatiua non bene volunt illud.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in damnatis potest duplex voluntas considerari, scilicet voluntas deliberatiua, & voluntas naturalis. Naturalis quidem non est eis ex ipsis, sed ex actione naturæ, quæ in natura hanc inclinationem posuit, quæ naturalis voluntas dicitur: vnde cùm natura in eis remaneat, secundum hoc bona poterit in eis esse voluntas naturalis. Sed voluntas deliberatiua est eis ex seipsis, secundum quòd in potestate est eorum inclinari per affectum ad hoc vel illud, & talis voluntas est in eis solũ mala: & hoc ideo, quia sunt perfectè auersi à fine vltimo rectæ voluntatis, nec aliqua voluntas potest esse bona nisi per ordinem ad finem prædictum. Vnde etiã cùm aliquod bonum volunt, non tamen benè volunt illud, vt ex hoc voluntas eorum bona dici possit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum Dionysij intelligitur de voluntate naturali, quæ est inclinatio naturæ in aliquod bonum: sed tamen ista naturalis inclinatio per eorum malitiam corrumpitur, inquantùm hoc bonum quod naturaliter desiderant, sub quibusdam malis circumstantijs appetunt.

¶Ad secundum dicendum, quòd malũ inquantum est malum, non mouet voluntatem, sed inquantum est æstimatum bonum, sed hoc ex eorum malitia procedit, quòd ill quod est malũ æstimant vt bonum: & ideò voluntas eorum mala est.

¶Ad tertium dicendum, quòd habitus virtutum politicarum non remanent in anima separata, eò quòd virtutes illæ perficiunt solùm in vita ciuili, quæ non erit post hanc vitam: si tamen remanerent, nunquàm in actum exirent: quasi ligatæ ex obstinatione mentis.

ARTICVLVS II.

¶Vtrùm damnati pœniteant de malo quod fecerunt.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd damnati nunquam pœniteant de malis quę fecerunt. Quia dicit Bernardus in Canticis, quòd damnatus semper vult iniquitatem suam quàm fecit: ergo nunquam de peccato commisso pœnitent.

¶Præterea. Velle se non peccasse, est bona voluntas: sed damnati non habebunt bonã voluntatem: ergo damnati nunquàm volent se non peccasse: & sic idem quod priùs.

¶Præterea. Secundum Damas. hoc est hominibus mors, quod angelis casus: sed angeli voluntas post casum est inuertibilis hoc modo, vt non possit recedere ab electione, qua priùs peccauit: ergo damnati non possunt pœnitere de peccatis à se commissis.

¶Præterea. Maior erit peruersitas damnatorum in inferno, quàm peccatorum in hoc mũdo: sed aliqui in hoc mundo non pœnitent de peccatis commissis, vel propter excæcationem mentis, sicut hæretici: vel propter obstinationem, sicut qui lętantur, cùm malè fecerint, & exultant in rebus pessimis, vt dicitur Prouerb. 2. ergo, &c.

¶SED CONTRA. Sapien. 5. de damnatis dicitur, Intra se pœnitentiam agentes.

¶Præterea. Philosophus nono Ethicorum dicit, quòd pœnitudine replentur mali, mox enim tristantur de hoc in quo priùs delectati sunt: ergo damnati cùm sint praui maximè, magis pœnitent.

CONCLVSIO.

¶Damnati per se non pœnitebunt de peccatis, sed per accidens, inquantum affligentur à pœna, quam pro peccato sustinent.

¶RESPONDEO dicendum, quòd pœnitere de aliquo, contingit dupliciter. Vno modo per se, & alio modo per accidens. Per se quidem de peccato pœnitet, qui peccatum in eo, quod est peccatum abominatur. Per accidens verò, qui illud odit ratione alicuius adiuncti, vtpotè pœnæ alicuius. Mali igitur non pœnitebunt, per se loquendo, de peccatis, quia voluntas malitiæ peccati in eis remanet: pœnitebunt autem per accidens, inquantùm affligentur de pœna, quã

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro peccato sustinent.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd damnati iniquitatem volunt, sed pœnam refugiunt: & sic per accidens de iniquitate omissa pœnitent.

¶Ad secundum dicendum, quòd velle se non peccasse propter turpitudinem iniquitatis, est bona voluntas: sed hoc non erit in damnatis.

¶Ad tertium dicendum, quòd sine aliqua auersione voluntatis contingit quòd damnati de peccatis pœniteant: quia non hoc refugiunt in peccatis quòd priùs appetierunt, sed aliquid aliud, scilicet pœnam.

¶Ad quarrum dicendum, quòd homines in hoc mundo quantuncunque obstinati, per accidens de peccatis suis pœnitent si proæis puniantur: quia vt dicit August. in libro 83. Quæstionum, quòd videmus etiam ferocissimas bestias dolore pœnarum à maximis voluptatibus abstinere.

ARTICVLVS III.

¶Vtrùm damnati recta ratione vellent non esse.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd damnati recta ratione & deliberatiua non vellent non esse. August. enim dicit in libro de Libero arbitrio, Considera quantum bonum est esse, quod beati & miseri volunt. Maius enim est miseris esse, quàm omninò non esse.

¶Præterea, Augustinus sic ibidem arguit, prælectio supponit electionem: sed non esse non est eligibile, cùm non habeat apparentiam boni, cùm nihil sit: ergo non esse, non potest esse magis appetibile damnatis, quàm esse.

¶Præterea, Maius malum magis est fugiendum: sed non esse est maximum malum, cùm tollat totaliter bonum, ita quòd nihil relinquit: ergo non esse est magis fugiendum, quàm miserum esse: & sic idem quod prius.

¶SED CONTRA est quod dicitur Apocalypsis nono. In diebus illis desiderabunt homines mori, & fugiet mors ab eis.

¶Præterea, Damnatorum miseria omnem huius mundi miseriam excedit: sed ad vitandum miseriam huius mundi appetibile est aliquibus mori. Vnde dicitur Eccles. 19. O mors quàm bonum est iudicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus, & deficit ætate, & cui de omnibus cura est, & incredibili qui perdit sapientiam: ergo multò fortiùs est damnatis appetibile non esse secundum rationem deliberatiuam.

CONCLVSIO.

¶Non vellent damnati non esse, inquantum non esse consideratur secundum se, quia illud non est appetibile: inquantum verò consideratur vt est ablatiuum pœnalis vitæ aut alicuius miseriæ, non esse potest desiderari à damnatis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd non esse, potest dupliciter considerari: Vno modo secundum se: & sic nullo modo est appetibile, cùm non habeat rationem boni, sed sit boni pura priuatio. Alio modo potest considerari, inquantum est ablatiuum pœnalis vitæ, seu alicuius miseriæ, & sic non esse accipit rationem boni: carere enim malo est quoddam bonum, vt dicit Philosophus in quinto Ethicorum: & per hunc modum melius est damnatis non esse, quàm miseros esse. Vnde Matth. 26. Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille: & Hieremiæ 20. super illud, Maledicta dies in qua natus sum, &c. dicit Glossa, Hierony. Melius est non esse quàm malè esse: & secundum hoc damnati possunt eligere non esse secundum deliberatiuam rationem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum est, quòd verbum Augustini est intelligendum quod non esse, per se non est eligibile, sed per accidens: inquantum scilicet est miseriæ terminatiuum: quod enim dicitur quòd esse & viuere ab omnibus appetitur naturaliter, non oportet hoc accipere quantùm ad malam vitam, & corruptam, & eam quæ est in tristitijs, vt dicit Philosophus in 9. Ethicorum.

¶Ad secundum dicendum, quòd non esse non est eligibile per se, sed per accidens tantùm, vt dictum est.

¶Ad tertium dicendum, quòd licet nō esse, maximè sit malū, est tamen valde bonum, inquantum priuat miseriam, quæ est maximum malorum, & sic non esse eligitur.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm damnati vellent esse in inferno alios damnatos.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd damnari in inferno non vellent alios esse damnatos, qui non sunt damnati. Quia Lucæ 16. dicitur de diuite, qui orabat pro fratribus suis, ne irent in locum tormentorum: ergo & eadem ratione, & damnati alij non vellent ad minùs carnales suos amicos in inferno damnari.

¶Præterea, Affectiones in inferno inordinatæ à damnatis non auferuntur: sed aliqui damnati inordinatè aliquos non damnatos dilexerunt: ergo non vellent eorum malum, quod est esse damnatos.

¶Præterea, Damnati non desiderant augmentum suæ pœnæ: sed si plures damnarentur, maior esset eorum pœna, sicut etiā multiplicatio beatorum amplificat eorum gaudium: ergo dānati nollent saluos damnari.

¶SED CONTRA est quod dicitur Isaiæ 14. super illud, Surrexerunt de solijs, dicit Glossa: Solatium est malorum, multos socios habere pœnarum.

¶Præterea, In damnatis maximè regnat inuidia: ergo dolent de fœlicitate beatorum, & eorum damnationem appetunt.

CONCLVSIO.

¶Sicut beati propter perfectam charitatem gaudent de bono omniū: ita damnati propter consummatum odium gaudent de malis & dolent de bono: & sic vellent secum alios esse damnatos.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut in Beatis erit perfectissima charitas, ita in damnatis perfectissimum odium. Vnde sicut Sancti gaudebunt de omnibus bonis, ita & ipsi de omnibus bonis dolebunt, vnde & fœlicitas Sanctorum considerata maximè eos affligit: vnde dicitur Isa. 26. Videant & confundantur zelantes populi, & ignis hostes tuos deuoret: vnde vellent omnes bonos esse damnatos.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd tanta erit inuidia in damnatis, quòd etiam propinquorum gloriæ inuidebunt, cùm ipsi sint in summa miseria, cùm etiam in hac vita hoc accidat crescente inuidia. Sed tamen minùs inuident propinquis, quàm alijs: & maior esset eorum pœna, si omnes propinqui dānarentur, & alij saluarentur, quàm si aliqui de suis propinquis saluarentur. Et exinde fuit quòd diues petijt fratres suos à dānatione eripi. Sciebat enim quòd aliqui eriperētur, maluisset tamen cum fratribus suis omnes alios damnari.

¶Ad secundum dicendum, quòd dilectio quæ non fundatur super honestum, facilè rescinditur, & præcipuè in malis hominibus, vt Philosophus dicit in 9. Ethico. Vnde damnati non seruabunt amicitiam ad eos quos inordinatè dilexerunt. Sed in hoc voluntas eorum remanebit peruersa, quòd causam inordinatæ dilectionis adhuc diligent.

¶Ad tertium dicendum, quòd quamuis de damnatorum multitudine pœna singulorum augeatur in tantum, tamen supercrescent odium & inuidia, quòd magis eligent torqueri cum multis quàm minùs soli.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm damnati odio habeant Deum.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd damnati non habeant Deum odio. Quia, vt dicit Dionys. 4. cap. de Diui. nominibus, omnibus diligibile est pulchrum & bonum, quod est omnis boni & pulchritudinis causa, hoc autem est Deus, ergo Deus à nullo odio haberi potest.

¶Præterea, Nullus potest ipsam bonitatem odio habere, sicut nec ipsam malitiam velle: malum enim est omninò inuoluntarium, vt Dionys. dicit 4. c. de Diui. nomi. Deus autem est bonitas ipsa: ergo nullus ipsum odio potest habere.

¶SED CONTRA est quod dicitur in Psal. Superbia illorum qui te oderunt, ascendit semper.

CONCLVSIO.

¶Damnati Deum odio prosequuntur, cùm illum non percipiant in se, sed in effectu suæ iustitiæ, qui est illis in pœnam.

¶RESPONDEO dicendum, quòd affectus mouetur ex bono vel malo apprehenso. Deus autem apprehenditur dupliciter: in se, sicut à Beatis, qui eum per essentiam vident: & per effectus, sicut à nobis & damnatis. Ipse igitur in seipso cùm sit per essentiam bonitas, non potest alicui voluntati displicere. Vnde quicúnque eum per essentiam vident: eum odio habere non possunt, sed effectus eius aliqui sunt voluntati repugnantes, inquantum contrariantur alicui, & secundum hoc aliquis non in seipso, sed ratione effectuum Deum odire potest. Damnati ergo Deum percipientes in affectu iustitiæ, qui est pœna, eum odio habent, sicut & pœnas, quas sustinent.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum Dionysij, est intelligendum de appetitu naturali, qui tamen in damnatis peruertitur, per id quod additur ex deliberata voluntate, vt dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procederet, si damnati Deum in seipso conspicerent, inquantum est per essentiam bonus.

ARTICVLVS VI.

¶Vtrùm damnati demereantur.

AD SEXTVM sic proceditur. Videtur quòd damnati demereantur. Damnati enim habent voluntatem malam, vt dicitur

dicitur in litera: sed per malam voluntatem, quàm hic habuerunt, demeruerunt: ergo si ibi non demerentur, ex sua damnatione commodum reportant.

¶Præterea, Damnati sunt eiusdem conditionis cum dæmonibus: sed dæmones demerentur post suum casum: vnde serpēti: qui hominem ad peccandum induxit, est à Deo pœna inflicta, vt dicitur Genes. 3. ergo & damnati demerentur.

¶Præterea, Actus inordinatus ex libertate arbitrij procedēs, non excusatur quin sit demeritorius: etiam si aliqua necessitas adsit, cuius aliquis sit sibi causa: ebrius enim meretur duplicē maledictionem, si ex ebrietate aliquod aliud peccatum committat, vt dicitur in 3. Ethico. Sed ipsi damnati fuerūt sibi causa propriæ obstinationis, per quam necessitatem patiūtur peccandi: ergo cùm eorum actus inordinatus ex libero arbitrio procedat: non excusantur à demerito.

¶SED CONTRA, Pœna contra culpam diuiditur: sed peruersa voluntas in damnatis ex obstinatione procedit, quæ est eorum pœna: ergo peruersa voluntas in damnatis non est culpa, per quam demereantur.

¶Præterea, Post vltimum terminum non relinquitur aliquis motus siue profectus in bonum: vel in malum: sed damnati maximè post diem iudicij ad vltimum terminum suæ damnationis peruenient, quia tunc finem habebunt duæ ciuitates: vt Augustinus dicit: ergo damnati post diem iudicij peruersa voluntate non demerebuntur, quia sic crescerent eorum damnatio.

CONCLVSIO.

¶Cùm meritum vel demeritum ordinētur ad aliquod bonum vel malū consequendum, neq; boni merebuntur (quia bona voluntas in eis nū erit meritum, sed præmium) neque mali demerebuntur, quia eorum mala voluntas non erit demeritum, sed pœna.

¶RESPONDEO dicendum, quòd de damnatis ante diem iudicij & post distinguendum est. Omnes enim communiter confitētur quòd post diem iudicij nō erit aliquod meritū vel demeritum: & hoc ideò est, quia meritum vel demeritum ordinatur ad aliquod bonum: vel malum vlteriùs consequendum: post diem autem iudicij erit & vltima consummatio bonorum & malorum, ita quòd nihil erit vlteriùs addendum de bono: vel de malo. Vnde & bona voluntas in Beatis non erit meritum, sed præmium: & mala voluntas non erit in damnatis demeritum, sed pœna tantum. Operationes enim virtutis sunt præcipuè in fœlicitate, & eorum contrariæ sunt præcipuè in miseria, vt dicitur in primo Ethicorum. Sed ante diem iudicij quidam dicunt, & Beatos mereri, & damnatos demereri. Sed hoc non potest esse respectu præmij essentialis vel pœnæ principalis, cùm quātum ad hoc vtrique ad terminum perueniant. Potest tamen hoc esse respectu præmij accidentalis, vel pœnæ secundariæ quæ possunt augeri vsque ad diem iudicij: & hoc præcipuè in dæmonibus vel angelis bonis, quorum officio aliqui trahūtur ad salutem, ex quo beatorum angelorum gaudium crescit, vel ad damnationē, ex quo crescit pœna dæmonum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd est summum incommodum ad summum malorum peruenisse: ex quo cōtingit in damnatis quòd demereri non possunt, vnde patet quòd ex peccato commodum non reportant.

¶Ad secundum dicendum, quòd ad damnatorum hominum officium non pertinet ad damnationem alios pertrahere, sicut pertinet ad officium dæmonum, ratione cuius demerentur, quantum ad secundariam pœnam.

¶Ad tertium dicendum, quòd propter hoc non excusantur à demerito, quia necessitatē habeāt peccandi, sed quia ad summum malorum peruenerunt: tamen necessitas peccandi, cuius causa sumus, excusat à culpa, inquantum est necessitas quædam, quia omne peccatum oportet esse volūtarium: sed quod non excuset hoc est inquantum à voluntate præcedente processit: & sic totum demeritum sequentis culpę videtur ad primam culpam pertinere.

ARTICVLVS VII.

¶Vtrùm dānati possint vti notitia quam in hoc mundo habuerūt.

ADSEPTIMVM sic proceditur. Videtur quòd damnati non possint vti notitia quam in hoc mundo habuerunt. In consideratione enim scientiæ est maxima delectatio, sed in eis nullam delectationē est ponere: ergo non possunt vti scientia priùs habita secundum aliquam considerationem.

¶Præterea, Damnati sunt in maioribus pœnis, quàm sint aliquæ pœnæ huius mundi: sed in hoc mundo, dum aliquis est in maximis tormentis constitutus, non potest cōsiderare aliquas intelligibiles conditiones, quas abstractus à pœnis patitur: ergo multò minùs in inferno.

¶Præterea. Damnati sunt subiecti tempori: sed longitudo tēporis est causa obliuionis, vt dicitur 1. Physico. ergo damnati obliuiscentur eorum quæ hic habuerunt.

¶SED CONTRA est quod Luc. 16. dicitur diuiti damnato. Recordare quia recepisti bona, &c. ergo considerabunt ea quæ hic scierunt.

¶Præterea. Species intelligibiles in anima sep arata remanent in eis: vt supra dictum est: si ergo eis vti nō possent, frustra remanerent in eis.

CONCLVSIO.

¶Damnati habebūt actualem considerationem eorum quæ scierūt, vt inde tristitia, non vt letitia afficiantur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut propter perfectam Sanctorum beatitudinem nihil erit in eis quod non sit gaudij materia, ita nihil erit in damnatis quod non sit eis materia & causa tristitiæ, nec aliquid quod ad tristitiam possit pertinere: deeris, vt sit eorum miseria consummata. Consideratio enim aliquorum notorum quantum ad aliquid, inducit gaudium: vel ex parte cognoscibilium, inquantum diligunturi: vel ex parte ipsius cognitionis, inquantum est conueniens & perfecta. Potest etiam tristitiæ esse ratio, & ex parte cognoscibilium quæ nata sunt constristari, & ex parte ipsius cognitionis, prouc eius imperfectio consideratur: vtpote cùm aliquis considerat se deficere in cognitione alicuius rei, cuius perfectionem appeteret: sic etiam in damnatis erit actualis consideratio eorum quæ priùs scierunt: vt materia tristitiæ, non autem vt delectationis causa. Considerabunt enim & mala quæ gesserunt, ex quibus damnati sunt, & bona delectabilia, quę amiserunt, & ex vtroque torquebuntur, de hoc quòd considerabunt notitiam, quàm de rebus spiritualibus habuerunt imperfectam esse, & amisisse summam eius perfectionem, quàm poterant adipisci.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis cōsideratio sit per se delectabilis, tamen ex aliquo accidēte potest esse tristitiæ causa: & sic erit in damnatis.

¶Ad secundum dicendum, quòd in hoc mundo anima coniungitur corruptibili corpori, vnde per hoc quòd corpus affligitur, cōsideratio animæ impeditur: sed in futuro anima nō ita trahetur à corpore, sed quantumcunq; corpus affligatur, tamen anima semper considerabit lucidissimè illa quæ ei potuerunt esse causa mœroris.

¶Ad tertium dicēdum, quòd tempus est causa obliuionis per accidens, inquantum motus, cuius est mensura, est causa transmutationis, sed post diem iudicij non erit motus cœli, vnde nec obliuio esse poterit ex quacunque diuturnitate, sed ante diem iudicij anima separata non mutatur à sua dispositione per motum cœli.

ARTICVLVS VIII.

¶Vtrùm damnati aliquando cogitabunt de Deo.

AD OCTAVVM sic proceditur. Videtur quòd aliquando damnati cogitabunt de Deo. Quia non potest haberi odio actu: nisi id de quo cogitatur: sed damnati Deum odio habebunt, vt in litera dicitur: ergo de Deo aliquando cogitabunt.

¶Præterea. Damnati habebunt remorsum conscientiæ, sed cō scientia patitur remorsum de actis contra Deum: ergo de Deo aliquando cogitabunt.

¶SED CONTRA, Perfectissima hominis cogitatio est quę cogitat de Deo: sed damnati non erunt in statu perfectissimo: ergo de Deo non cogitabunt.

CONCLVSIO.

¶Damnati nullo modo possunt cogitare de Deo per se, hoc est tanquam totius bonitatis principio: per accidens verò, hoc est per Dei effectus, inquantum punit & alia id genus, poterit Deus à damnatu cogitari.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Deus potest considerari dupliciter. Vno modo secundum se, & secundum id quod est ei proprium, scilicet esse totius bonitatis principium, & sic nullo modo cogitari potest sine delectatione: vnde sic nullo modo à damnatis cogitabitur. Alio modo secundum aliquid quod est ei quasi accidentale in effectibus eius, vtpotè puniri vel aliquid huiusmodi: & secundum ho c consideratio de Deo potest tristitiam inducere, & hoc modo dānati de Deo cogitabunt.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd damnati non habent Deum odio: nisi ratione punitionis & prohibitionis eius quod malæ eorum voluntati consonat: vnde non considerabunt eum: nisi vt punitorem & prohibitorem.

¶Et per hoc patet etiam solutio ad secundum: quia conscientia non remorder de peccato, nisi inquantum est diuino

Universidad de Deusto
Biblioteca

præcepto contraria.

ARTICVLVS IX.

¶ Vtrùm damnati gloriam Beatorum videant.

AD NONVM sic proceditur. Videtur quòd damnati gloriam beatorum non videant. Magis enim distat ab eis gloria Beatorum, quàm ea quæ in hoc mundo aguntur: sed ipsi non vident quę circa nos aguntur: vnde dicit Gregorius duodecimo Moralium super illud Iob, Siue fuerint nobiles filij eius, &c. Sicut hi qui adhuc viuunt, mortuorum animæ quo loco habeantur, ignorant: ita mortui qui corporaliter vixerunt vita in carne positorum, qualiter circa eos disponatur ignorant: ergo multò minùs possunt videre gloriam bonorum.

¶ Præterea, Illud quod conceditur Sanctis in hac vita pro magno munere, nunquà concederetur damnatis: sed Paulo pro magno est concessum videre vitam illam, qua sancti æternaliter cum Deo viuunt: vt dicitur primæ Corinth. 12. in glos. ergo damnati Sanctorum gloriam non videbunt.

¶ SED CONTRA est quòd dicitur Lucę decimosexto. Quòd dives in tormentis positus vidit Abraham & Lazarum in sina eius.

CONCLVSIO.

¶ Damnati ante diem iudicij bonos in gloria sua vident, sed post diē iudicij visione Beatorum priuabuntur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd damnati ante diem iudicij vident bonos in gloria, non hoc modo quòd gloriam eorum, qualis sit, cognoscant, sed solùm cognoscunt eos esse in gloria quadam inæstimabili: & ex hoc turbantur, tum propter inuidiam dolentes de fœlicitate eorum, tum propter hoc quòd ipsi talem gloriam amiserunt: vnde dicitur Sapientię 5. de impijs: Videntes turbabuntur timore horribili. Sed post diem iudicij omninò bonorum visione priuabùtur, nec tamen ex hoc eorum pœna minuetur, sed augebitur: quia memoriam habebunt gloriæ bonorum, quam in iudicio videbunt, vel ante iudicium, & hoc erit eis in tormentum: sed vlterius affligentur in hoc quòd videbunt se indignos reputari etiam videre gloriā, quam Sancti merentur habere.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ea quę in hac vita aguntur, non ita affligerent damnatos in inferno si viderentur, sicut Sanctorum gloria inspecta. Vnde non ita ostendū tur damnatis ea quę hic aguntur. Sicut sanctorum gloria, quamuis etiam eorum quę hic aguntur ostendantur eis ea, ex quibus tristitiam habere possunt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Paulus inspexit vitam illam, in qua Sancti cum Deo viuunt eam experiendo, & in futurum perfectiùs sperando, quod non est de damnatis. Et ideò non est simile.

QVAESTIO NONAGESIMANONA,

De misericordia Dei respectu damnatorum, in quinque articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de misericor dia & iustitia respectu damnatorum.

¶ Circa quod quæruntur quinque.

¶ Primo, vtrùm ex diuina iustitia inferatur peccatoribus pœna æterna.

¶ Secundò, vtrùm per diuinam misericordiam omnis pœna tam hominum quàm dęmonum terminetur.

¶ Tertiò, vtrùm saltem pœna hominum terminetur.

¶ Quartò, vtrùm saltem pœna Christianorum.

¶ Quintò, vtrùm illorum qui opera misericordię fecerunt.

ARTICVLVS I.

¶ Vtrùm ex diuina iustitia inferatur pœna æterna peccatori.

Tho. 4. di. 46. quæs. 1. art. 3.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd ex diuina iustitia nō inferatur peccatoribus pœna æterna. Pœna enim non debet excedere culpam: Deuteron. 25. Secundum mensuram delicti erit & plagarum modus. Sed culpa est temporalis: ergo pœna non debet esse æterna.

¶ Præterea, Duorum peccatorum mortalium vnum est altero maius: ergo vnum debet maiori quàm alterum pœna puniri: sed nulla pœna est maior quàm æterna, cùm sit infinita: ergo non cuilibet peccato mortali debetur pœna æterna: & si vni non debetur, nulli debetur, cùm eorum distantia non sit infinita.

¶ Præterea, A iudice non infertur pœna nisi ad correctionem: vnde 2. Ethicorum dicitur, quòd pœnæ sunt quędam medicinę: sed quod impij in æternum puniantur, hoc non est ad correctionem eorum: nec aliquorum aliorum, cùm tunc non sint alij qui futuri qui per hoc corrigi possint: ergo secundum diuinā iustitiam non infertur pœna æterna.

¶ Præterea, Omne quod non est per se volitum, nullus vult nisi propter aliquam vtilitatem: sed pœnæ à Deo non sunt propter se volitæ, non enim delectatur in pœnis: cùm ergo nulla vtilitas accidere possit ex perpetua ratione pœnę, videtur q talem pœnam pro peccato inferre non debeat.

¶ Præterea, Nihil quod est per accidens, est perpetuum, vt dicitur primo Cœli & mundi, sed pœna est eorum quæ sunt per accidens, cùm sit contrà naturam: ergo non potest esse perpetua.

¶ Præterea, Iustitia Dei hoc exquirere videtur, vt peccatores ad nihilum redigantur, quia propter ingratitudinem videtur quis beneficia amittere, inter cætera autem Dei beneficia est ipsum esse: vnde videtur iustum, vt peccator qui ingratus Deo existit, ipsum esse amittat: sed si in nihilum redigantur, eorum pœna non potest esse perpetua: ergo non videtur esse consonum diuinæ iustitiæ, vt peccatores perpetuò puniantur.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Matth. 25. Ibunt hi, id est peccatores, in supplicium æternum.

¶ Præterea, Sicut se habet præmium ad meritum, ita pœna ad culpam: sed secundum diuinam iustitiam merito temporali debetur præmium æternum. Ioan 6. Omnis qui videt Filium, & credit in eum, habet vitam æternam: ergo & culpæ temporali secundum diuinam iustitiam debetur pœna æterna.

¶ Præterea, Secundū Philosophum in quinto Ethicorum, pœna taxatur secundum dignitatem eius, in quem peccatur: vnde maiori pœna punitur qui percutit alapa principem, quàm alium quemcúnque. Sed quicúnque peccat mortaliter peccat contra Deum, cuius præcepta transgreditur, & cuius honorem alij impartitur, dum in alio finem constituit: maiestas autem Dei est infinita: ergo quicúque peccat mortaliter, dignus est infinita pœna, & ita videtur quòd iustè pro peccato mortali quis perpetuò puniatur.

CONCLVSIO.

¶ Cùm peccatores peccent contra Deū, qui æternus est, conueniens est, vt pœna æterna eis ex diuina iustitia inferatur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd cùm pœna duplicem habeat quantitatem, scilicet secundum intensionem acerbitatis, & secundum durationem temporis, quantitas pœnæ respondet quantitati culpæ secundum intensionem acerbitatis, vt secundum quod grauiùs peccauit, secundum hoc grauior pœna ei infligatur. Vnde Apocalyp. 18. Quantum se glorificauit & in delitijs fuit, tantum date ei tormentum & luctum: non autem respondet duratio pœnæ durationi culpę, vt dicit Augustinus 11. de ciuitate Dei. Non enim adulterium quod in momento temporis perpetratur, momentanea pœna punitur etiam secundum leges humanas: sed duratio pœnæ respicit dispositionem peccati: quandóque enim ille qui peccat in aliqua ciuitate, ex ipso peccato efficitur dignus vt totaliter à ciuitatis consortio repellatur, vel per exilium perpetuum, vel etiam per mortem: quandóque verò non redditur dignus, vt totaliter à societate excludatur, & ideò vt possit esse conueniens membrum ciuitatis, pœna ei prolongatur, vel breuiatur, secundum quòd expedit eius curationi, vt in ciuitate conuenienter & pacificè viuere possit: ita etiam secundum diuinam iustitiam aliquis ex peccato redditur dignus pœnitus à ciuitatis Dei consortio separari, quod sit per omne peccatum, quo contra charitatem peccat, quæ est vinculum ciuitatem prædictam vniens: & ideò pro peccato mortali, quod est contrarium charitati, aliquis in æternum à societate Sanctorum exclusus, æternæ pœnæ adijcietur. Quia vt Augustinus dicit in libro prædicto, quod est de ciuitate ista mortali homines supplicio primæ mortis, hoc est de ciuitate illa immortali homines supplicio secundæ mortis auferre: quòd autem pœna quam ciuitas mundana infligit, perpetua non reputatur, hoc est per accidens, vel inquantum perpetuò homo non manet, vel inquantum etiam ipsa ciuitas deficit. Vnde si homo in perpetuum viueret, pœna exilij vel seruitutis quæ per legem humanam infertur, in eo perpetuò maneret: qui verò hoc modo peccant, vt inde non reddantur digni totaliter separari à sanctæ ciuitatis consortio, sicut peccantium veniāliter, tantò eorum pœna erit breuior, vel diuturnior, quantò magis vel minùs purgabiles erunt, secundum quòd eis peccata plus vel minùs inhæserunt: quod in pœnis huius mundi & purgatorij secundum diuinam iustitiam seruatur. Inueniuntur etiam & aliæ rationes à Sanctis assignatæ, quare iustè pro peccato temporali aliqui pœna perpetua puniantur. Vna est quia peccauerunt contra bonum æternum, dum contempserunt æternam vitam, & hoc etiam est quod Augustinus in prædicto libro dicit, Factus est malo dignus æterno, quia hoc in se peremit bonum, quod esse posset æternum. Alia ratio est, quia

est, quia homo in suo æterno peccauit. Vnde Gregorius dicit in quarto Dialog. Ad magnam iustitiam iudicantis pertinet, vt nunquam careant supplicio qui nunquam voluerunt carere peccato. Et si obiiciatur quòd quidam peccantes mortaliter proponunt vitam suam in melius commutare, & ita secundum hoc non essent digni æterno supplicio: vt videturi dicendum secundum quosdam quod Gregorius loquitur de voluntate quæ manifestatur per opus: qui enim in peccatum mortale labitur, propria voluntate se ponit in statum, à quo erui non potest, nisi diuinitùs. Vnde ex hoc ipso quòd vult peccare, consequenter vult in peccato manere perpetuò. Hoc enim est spiritus vadens in peccatum, & non rediens per seipsum. Sicut si aliquis se in foueam proiceret, vnde exire non posset nisi adiutus, posset dici quòd in æternum ibi manere voluit, quantumcúnque aliud cogitaret. Vel potest dici & melius, quòd ex hoc ipso quòd mortaliter peccat, finem suum in creatura constituit: & quia ad finem vitæ tota vita ordinatur: ideò & ex hoc ipso totam vitam suam ordinat ad illud peccatum, & vellet perpetuò in peccato manere, si hoc sibi esset impune. Et hoc est quod Gregorius in 33. libro Moralium, super illud Iob 41. Aestimabunt abyssum quasi senescentem iniqui: ideò cum fine deliquerūt, quia cum fine vixerunt. Voluissent quippe sine fine viuere: vt sine fine potuissent in suis iniquitatibus permanere, nam magis appetunt peccare quàm viuere. Potest & alia ratio assignari quare pœna peccati mortalis sit æterna: quia per eam contra Deum, qui est infinitus, peccatur. Vnde cùm non posset esse infinita pœna per intensionem, quia creatura non est capax alicuius qualitatis infinitæ, requiritur quòd sit saltem duratione infinita. Est etiam quarta ratio ad hoc idem, quia culpa manet in æternum, cùm culpa non possit remitti sine gratia quam homo non potest post mortem acquirere, nec debet pœna cessare, quandiu culpa manet.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd pœna non debet æquari culpæ secundum quantitatem durationis, vt videtur etiam per leges humanas accidere. Vel dicendū, sicut Gregorius soluit, quòd quamuis culpa sit actu temporalis, voluntate tamen est æterna.

¶ Ad secundum dicendum, quòd quantitati peccati respondet quantitas pœnę secundum intensionem, & ideò peccatorum mortalium inæqualium erunt pœnę inæquales intensione, æquales autem durationę.

¶ Ad tertium dicendum, quòd pœnę quę infliguntur his, qui à ciuitatis societate non penitus eiiciuntur, sunt ad correctionem eorum ordinatę: sed illę pœnę, per quas aliqui totaliter à ciuitatis societate exterminantur, non sunt ad correctionem eorum, possunt tamen esse ad correctionem & tranquillitatem aliorum, qui in ciuitate remanēt: & ita damnatio æterna impiorum est ad correctionem eorum qui nunc sunt in Ecclesia. Non enim pœnę sunt ad correctionem solùm, quando infliguntur, sed etiam quando determinantur.

¶ Ad quartum dicendum, quòd impiorum pœnę in perpetuum durature non erunt omninò inutiles. Sunt tamen vtiles ad duo. Primò ad hoc quòd in eis diuina iustitia conseruatur quę est à Deo accepta propter seipsum. Vnde Gregorius in Dialogo: Omnipotens Deus, quia pius est, miserorum cruciaru non pascitur: quia autem iustus est, ab iniquorum vltione in perpetuum non sedatur. Secundò, ad hoc sunt vtiles, vt de his electi gaudeant, dum in his Dei iustitiam contemplantur, & dum se euasisse cognoscant. Vnde Psalmus: Lętabitur iustus cùm viderit vindictam, & cętera. & Isaię vltimo: Erunt, scilicet impij, vsq; ad facietatem visionis, scilicet Sanctis, vt gloss. dicit. Et hoc est quod Gregorius dicit 4. Dialog. Iniqui omnes æterno supplicio deputati, sua quidem iniquitate puniantur, & tamen ad aliquid ardebunt, scilicet vt iusti omnes & in Deo videant gaudia quę perceperunt & in illis percipiant supplicia quę euaserunt: quatenus tantò magis in æternum diuinę gratię debitores se esse cognoscat, quātò in æternum mala puniri conspiciunt, quę eius adiutorio vicerunt.

¶ Ad quintum dicendum, quòd quamuis pœna per accidens respondeat animę, tamen per se respondet animę culpa infectę: & quia culpa in perpetuum in ea manebit: ideò & pœna perpetua erit.

¶ Ad sextum dicendum, quòd quamuis pœna respōdeat culpę, propriè loquendo, secundum inordinationem quę inuenitur in ipsa, & non secundum dignitatem ipsius, in quem peccatur, quia sic cuilibet peccato responderet pœna infinita intensione: quamuis ergo ex hoc quòd aliquis peccat cōtra Deum, qui est actor essendi, mereatur ipsum esse amittere, cōsiderata tamen ipsius actus inordinatione, non debetur ei à missio esse quia esse præsupponitur ad meritum & demeritum, nec per inordinationem peccati esse tollitur vel corrumpitur: & ideò non potest esse debita pœna alicuius culpæ, priuatio ipsius esse.

ARTICVLVS II.

¶ Vtrùm per diuinam misericordiam omnis pœna terminetur tam hominum quàm dæmonum.

Tho. 4. di. 46. q. 2. ar 1. 2. et sequit.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd per diuinam misericordiam omnis pœna terminetur tam hominum quàm etiam dæmonum. Sapientiæ 11. Misereris omnū Domine, quoniam omnia potest: sed inter omnia etiam dęmones continentur qui sunt Dei creaturæ: ergo & ipsorum dæmonum pœna finietur.

¶ Præterea, Romanorum decimoprimo, Conclusit Deus omnia sub peccato, vt omnium misereretur: sed Deus dæmones sub peccato cōclusit, id est claudi permisit: ergo videtur quod etiam dæmonum aliquando misereatur.

¶ Præterea, Sicut dicit Anselmus in libro, Cur Deus homo: Non est iustum vt Deus creaturam, quam fecit ad beatitudinem, omninò perire sinat: ergo videtur cùm quælibet creatura rationalis creata fuerit ad beatitudinem, non esse iustum, vt omninò perire permittatur.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Matthæi 25. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius: ergo æternaliter punientur.

¶ Præterea, Sicut boni angeli effecti sunt beati per conuersionem ad Deum, ita mali angeli effecti sunt miseri per auersionem à Deo. Si ergo miseria malorum angelorum finiatur quandóque, & beatitudo bonorum finem habebit, quod est inconueniens.

CONCLVSIO.

¶ Nulla pœna tam hominum quàm dæmonum per diuinam misericordiam terminabitur, tum ex Scriptura testimonio, tum ex hac ratione, quòd aliequin ex vna parte diuina misericordia nimis extēderetur, ex altera verò nimis abbreuiaretur.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd error Origenis fuit (vt August. vicesimoprimo de Ciuitate Dei dicit) quòd dæmones quandóqi per Dei misericordiam liberandi sunt à pœnis. Sed iste error est ab Ecclesia reprobatus propter duo. Primò, quia manifestè autoritati sacræ Scripturę repugnat, quę habetur Apocalypsis vicesimo: Diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulfuris, vbi bestię & pseudoprophetę cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum: per quod in Scriptura significari crebrius consueuit. Secundò, quia ex vna parte nimis misericordiam extendebat, & ex alia parte nimis eam coarctabat. Eiusdem enim rationis esse videtur bonos angelos in æterna beatitudine permanere, & malos angelos in æternum puniri. Vnde sicut ponebat dęmones & animas damnatorum quandóque à pœna liberandas, ita ponebat angelos & animas bonorum quandóque à beatitudine in huius vitę miserias deuoluendas.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Deus quantùm in ipso est, misereatur omnibus: sed quia eius misericordia sapientię ordine regulatur, inde est quòd ad quosdam non se extendit, qui se misericordię fecerunt indignos, sicut dęmones & damnati qui sunt in malitia obstinati. Tamen potest dici quòd etiam in eis misericordia locum habet, inquantùm citra condignum puniuntur, non quòd à pœna totaliter absoluantur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ibi intelligenda est distributio pro generibus singulorum, & non pro singulis generum, vt intelligatur autoritas de hominibus secundum statum viæ, qua scilicet & Iudęorum & Gentilium, misertus est, sed non omnium Gentilium, vel omnium Iudęorum.

¶ Ad tertium dicendum, quòd Anselmus intelligit non esse iustum quantùm ad decentiam diuinę bonitatis, & loquitur de creatura secundum genus suum. Non enim est conueniens diuinę bonitati, vt totum vnum genus creaturę deficiat à fine, propter quod est factum. Vnde nec omnes homines nec omnes angelos damnari conuenit, sed nihil prohibet quin aliqui vel ex hominibus vel ex angelis in æternum pereant: quia voluntatis intentio impletur in aliis, qui saluantur.

ARTICVLVS III.

¶ Vtrùm diuina misericordia patiatur hominem in æternum puniri.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd diuina misericordia non patiatur saltem homines in æternum puniri. Genesis sexto: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est: & accipitur ibi spiritus pro indi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnatione, vt patet per glo. ibidem. Cùm ergo indignatio non sit aliud quàm eius pœna, non punietur æternaliter.

¶Præterea. Charitas Sanctorum in præsenti hoc facit, vt pro inimicis exorent: sed tunc habebunt perfectiorem charitatem: ergo tùc orabunt pro inimicis damnatis: sed orationes eorum esse cassę nó poterunt cùm sint maximè Deo acceptę: ergo in precibus Sanctorum diuina misericordia damnatos quandóque à pœna liberabit.

¶Præterea. Hoc quòd Deus pœnam damnatorum æternam prædixit, ad prophetiam comminationis pertinet: sed prophecia comminationis non semper impletur, quod patet per hoc quod dictum est de Ninive, quia non fuit subuersa, sicut prædictum fuerat per Prophetam, qui ex hoc etiam contristatus fuit: ergo videtur quòd multò ampliùs per diuinam misericordiam comminatio pœnæ æternæ mutabitur in mitiorem sententiam, quando in nullius tristitiam, sed in omnium gaudium cedere poterit.

¶Præterea. Ad hoc facit quod in Psalmo dicitur. Nunquid in æternum irascetur Deus? sed ira Dei est eius punitio: ergo, &c.

¶Præterea. Isaiæ decimoquarto, super illud. Tu autem proiectus es, &c. dicit Glossa. Etsi omnes animæ aliquando habebunt requiem, tu nunquam: & loquitur de Diabolo: ergo videtur quòd omnes animæ humanæ aliquando requiem habebunt de pœnis.

¶SED CONTRA est quod dicitur Matthæi vigesimoquinto: simul de electis & reprobis. Ibunt hi in supplicium æternum, iusti autem in vitam æternam: sed inconueniens est ponere quòd iustorum vita quandóque finiatur: ergo inconueniens est ponere quòd reproborum supplicium terminetur.

¶Præterea. Sicut dicit Damasc. hoc est hominibus mors, quod est angelis casus: sed angeli post casum irreparabiles fuerunt: ergo & homines post mortem. & sic reproborum supplicium nunquam terminabitur.

CONCLVSIO.

¶Sicut dæmonibus pœna infernus erit perpetua, ita & hominibus, qui vti qui sunt in malitia obstinati.

¶RESPONDEO dicendum, quòd (sicut Augustinus dicit vigesimoprimo de Ciuitate Dei) quidam in hoc ab errore Origenis declinauerunt, quòd dæmones posuerunt in perpetuum puniri, sed omnes homines quandóque liberari à pœna, etiam infideles. Sed hæc positio omninò est irrationabilis. Sicut enim dæmones sunt in malitia obstinati, & ita perpetuò puniendi, ita & hominum animæ qui sine charitate decedunt: cùm hoc hominibus sit mors, quod est angelis casus, vt Damasc. dicit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbum illud est intelligendum de homine secundum genus suum: quia ab humano genere quãdóq; Dei indignatio est remota per Christi aduentum: sed illi qui in hac reconciliatione, quæ facta est per Christum, noluerunt permanere, in seipsis diuinam iram perpetrauerunt: cùm non sit nobis aliquis modus reconciliationis concessus, nisi per Christum.

¶Ad secundum dicendum, quòd sicut Augustinus dicit 21. de Ciuitate Dei. Et Gregorius 25. Moralium, & 4. Dialog. quòd Sancti in hac vita omninò pro inimicis exorant vt conuertantur ad Deum, cùm adhuc conuerti possint. Si enim essent præsciti ad mortem, non magis pro eis quàm pro dæmonibus oraremus: & quia post hanc vitam decedentibus sine gratia tempus conuersionis non erit, nulla pro eis fiet oratio, nec ab Ecclesia militante, nec triumphante. Hoc enim pro eis orandum est, vt Apostolus dicit secundæ Timothei secundo, vt det illis Deus pœnitentiam, & resipiscant à diaboli laqueis.

¶Ad tertium dicẽdum, quòd prophetia comminatoria pœnæ tunc solùm immutatur, quando variantur merita eius, in quem comminatio facta est. Vnde Hieremiæ decimooctauo dicitur: Repentè loquar aduersus gentem & aduersus regnum, vt eradicem & destruam & disperdam illud: si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, agam & ego pœnitentiam super malo quod cogitaueram ei. Vnde cùm damnatorum merita mutari non possint, comminatio pœnæ semper in eis implebitur: nihilominus tamen prophetia comminationis semper quantùm ad aliquem intellectum impletur: quia vt dicit Augustinus in prædicto libro, euersa est Ninive, quę mala erat, & bona edificata est, quæ non erat: stantibus enim mœnibus atque domibus, euersa est ciuitas in perditis moribus.

¶Ad quartum dicendum, quòd illud verbum Psalmi pertinet ad vasa misericordię, quę se indignos misericordia non fecerunt: quia in hac vita, quæ quædam ira Dei est, propter vitæ miseriam, vasa misericordiæ mutat in melius. Vnde sequitur in Psalmo, Hæc mutatio dexteræ Excelsi. Vel dicendum quod hoc intelligitur de misericordia aliquid relaxante, non demi sericordia totaliter liberante, si extendatur etiam ad dãnatos. Vnde non dicit, cõtinebit ab ira misericordias suas, sed in ira: quia non totaliter pœna tolletur, sed ipsa pœna durante misericordia operabitur, eam diminuendo.

¶Ad quintum dicendum, quòd glos. illa non loquitur simpliciter, sed sub hypothesi impossibilis, ad exaggerandum peccati magnitudinem ipsius diaboli vel Nabuchodonosor.

ARTICVLVS IIII.

¶Vtrùm pœna Christianorum damnatorum per diuinam misericordiam terminetur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd saltem Christianorum pœna per diuinam misericordiam terminetur. Quia Matt. vlti. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: sed hoc est omnium Christianorum: ergo omnes Christiani finaliter saluabuntur.

¶Præterea, Ioan. 6. dicitur: Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: sed hic est communis cibus & potus Christianorum: ergo omnes Christiani finaliter saluabuntur.

¶Præterea, Primæ ad Corinthios 3. Si cuius opus arserit, detrimentum patientur, ipse autem saluus erit sic quasi per ignem: & loquitur de illis in quibus fuit fundamentum fidei Christianæ: ergo omnes tales finaliter saluabuntur.

¶SED CONTRA est quod dicitur primæ ad Corinthios 9. Iniqui regnum Dei non possidebunt: sed quidam Christiani sunt iniqui: ergo non omnes Christiani ad regnum peruenient, & ita perpetuò punientur.

¶Præterea, Secundæ Petri 2. dicitur: Melius erat eis viam veritatis non cognoscere, quàm post agnitã retroire ab eo quod traditum est illis sancto mandato: sed illi qui viam veritatis nó cognouerunt, æternaliter punientur: ergo & Christiani qui ab agnita retrocesserunt.

CONCLVSIO.

¶Christiani soli qui in fide catholica finaliter perseuerabunt, & ab aliis criminibus reperientur finaliter absoluti, à pœna æterna erunt immunes.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidam fuerunt (vt dicit Aug. in prædicto libro) qui nó omnibus hominibus promiserunt absolutionem à pœna æterna, sed solis Christianis: & in hoc respectu diuersificati sunt. Quidam enim dixerũt quod quicúnq; sacramenta fidei perceperint, ab æterna pœna erũt immunes: sed hoc est contrarium veritati: quia quidam sacramenta fidei recipiunt, & fidem non habent, sine qua impossibile est placere Deo: Hebr. 11. Et ideò alij dixerunt quòd solũ illi ab æterna pœna erunt immunes qui sacramenta fidei sunt consecuti, & fidem catholicam tenuerunt.

¶Sed contrà hoc esse videtur, quòd aliquando aliqui catholicam fidem tenent, & posteà resipiscunt, qui non minori pœna sunt digni, sed maiori: quia 2. Petri 2. melius erat eis viam veritatis non cognoscere, quam post agnitam retroire. Planum est etiam peccare plus hęresiarchas qui de fide catholica recedentes nouas hæreses fingunt, quàm illos, qui à principio aliquam hæresim sunt secuti.

¶Et ideò alij dixerunt, quòd illi soli ab æterna pœna immunes, qui in fide catholica finaliter perseuerant, quantumcúnque alijs criminibus inuoluantur. Sed hoc manifestè contrariatur Scripturæ, quia Iacobi primo dicitur: Fides sine operibus mortua est. & Matthæi septimo. Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est: & in multis alijs locis Scriptura peccantibus, æternas pœnas comminatur. Vnde non omnes finaliter in fide persistentes, à pœna æterna erunt immunes, nisi & ab alijs criminibus inueniantur finaliter absoluti.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Dominus ibi loquitur de fide formata, quæ per dilectionem operatur, in qua quicúnque decesserit, saluus erit. Sed huic non solũ opponitur infidelitatis error, sed quodlibet peccatum mortale.

¶Ad secundum dicendum, quòd verbum Domini intelligitur non de illis, qui tantùm sacramentaliter edunt, qui indignè quandóque sumentes, iudicium sibi manducant & bibunt, vt dicitur primæ ad Corinth. 2. sed loquitur de manducantibus spiritualiter, qui per charitatem ei incorporantur, quam incorporationẽ facit sacramentalis comestio, si quis dignè accedat. Vnde quantum est ex virtute sacramenti, ad vitam æternam perducit, quamuis possit tali fructu priuari per peccatum, etiam

etiam postquam dignè consumpserit.

¶Ad tertium dicendum, quòd fundamentum in verbis Apostoli intelligitur fides formata, supra quam qui peccata venialia ædificauerit, detrimentum patietur: quia pro eis punitur à Deo: ipse tamen saluus erit finaliter, quasi per ignem vel temporalis tribulationis, vel pœnæ purgatoriæ, quæ post mortem erit.

ARTICVLVS V.

¶Vtrùm omnes illi qui operantur misericordiæ opera, puniantur æternaliter.

AD QVINTVM sic proceditur. Videtur quòd illi omnes qui opera misericordiæ faciunt, non puniuntur æternaliter, sed solùm illi qui opera misericordiæ negligunt. Iaco. 2. Iudicium sine misericordia fiet ei qui non fecit misericordiam: & Matth. 5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.

¶Præterea, Matth. 25. ponitur disceptatio Domini cum reprobis & electis: sed illa disceptatio non est nisi de operibus misericordiæ: ergo solùm pro operibus misericordiæ omissis aliqui æternaliter punientur, & sic idem quod priùs.

¶Præterea, Matth. 6. dicitur: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus, &c. & sequitur: Si enim dimiseritis hominibus, &c. ergo videtur quòd misericordes, qui aliis peccata dimittunt, ipsi veniam peccatorum consequentur, & sic non æternaliter punientur.

¶Præterea, Primæ Timot. 4. super illud, Pietas ad omnia valet, dicit gloss. Ambro. Omnis summa disciplinæ Christianę in misericordia & pietate est, quam aliquis sequens, si lubricum carnis patitur, sine dubio vapulabit, sed non peribit: si quis autem solùm exercitium corporis habuerit, perennes pœnas patietur: ergo illi qui insistunt operibus misericordiæ, qui peccatis carnalibus detinentur, non in æternum punientur, & sic idẽ quòd priùs.

¶SED CONTRA est quod dicitur, primæ ad Corinth. 6. Neque fornicarij, neque adulteri regnum Dei possidebunt: sed multi qui se exercent in operibus misericordię, sunt tales: ergo non omnes misericordes ad regnum æternũ peruenient, & ira aliqui eorum æternaliter punientur.

¶Præterea, Iaco. 2. Quicúnque totam legem seruauerit, offendat autem in vno, est factus omnium reus: ergo quicúnque seruat legem quo ad opera misericordiæ, & negligit alia opera, reatum de transgressione legis incurret, & ita æternaliter punietur.

CONCLVSIO.

¶Nec fides, nec opera misericordiæ eripient à pœna æterna eos, qui cũ peccato mortali decedunt.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut Augustinus dicit in libro prædicto: quidam posuerunt, non omnes qui catholicam fidem tenent, à pœna æterna esse liberandos, sed solùm illos qui operibus misericordiæ insistunt, quãuis etiam aliis criminibus sint subiecti. Sed istud non potest stare, quia sine charitate non prodest aliquid ad vitam æternam. Cõtingit autem aliquos operibus misericordiæ insistere, qui charitatem nõ habent: vnde his nihil prodest ad vitam æternam promerendam vel ad immunitatem æternæ pœnæ, vt patet primæ ad Corin. 13. Et præcipuè hoc apparet absurdum in raptoribus, qui multa rapiunt, & tamen misericorditer largiuntur. Et ideò dicendum, quòd quicúnque cum peccato mortali decedunt, nec fides, nec opera misericordiæ eos liberabit à pœna æterna, etiã post quantumcúnque spatium temporis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illi misericordiam consequentur, qui misericordiam ordinatè impendunt: non autem ordinatè misericordiam impendunt, qui seipsos in miserendo negligunt, sed magis se impugnãt malè agendo: & ideò tales misericordiam penitus absoluentem non cõsequentur, etsi consequentur misericordiam de peccatis debitis aliquid relaxantem.

¶Ad secundum dicendum, quòd non propter hoc ponitur disceptatio de operibus misericordiæ solùm, quia pro eorum negligentia tantummodò aliqui puniantur æternaliter: sed quia illi æterna pœna liberabuntur post peccata, qui per opera misericordiæ sibi veniam impetrauerunt, facientes amicos sibi mammona iniquitatis.

¶Ad tertium dicendum, quòd illud à Domino dicitur his qui petunt sibi debitum relaxari, non illis qui in peccato perstitũt: & ideò soli pœnitentes per opera misericordię consequuntur veniam penitus liberantem.

¶Ad quartum dicendum, quòd glos. Ambro. loquitur de lubrico venialis peccati, à quo aliquis post purgatorias pœnas, quas vapulationem dicit, per opera misericordiæ absoluetur: vel si loquamur de lubrico mortalis peccati, est intelligendum quòd adhuc in vita ista existentes illi qui ex fragilitate in carnalia peccata incidunt, per opera misericordiæ ad pœnitentiam disponuntur. Vnde talis nó peribit, id est, disponetur per talia opera ad non pereundum.

¶ADDITIONVM AD TERtiam Summæ Sacræ Theologiæ D. Thomæ Partem, accuratissimè emaculatissimęque, vt ità antehac nunquam, impressarum,

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

QVODLIBETALES
QVAESTIONES SANCTI THOMAE DE AQVINO.

QVAESTIO PRIMA. ARTICVL. I.

QVAESITVM est de Deo, Angelo, & homine. De Deo quæsitum est & quantum ad diuinam naturam, & quantum ad naturam humanam assumptam. Quantum ad diuinam naturam quæritũ est. Vtrũ Beatus Benedictus in visione qua vidit totum mundum, diuinam essentiã viderit. Et ostendebatur quòd sic. Dicit enim Gregor. 4. Dialogorum, de hac visione loquens Animæ videnti Deum, angusta sit omnis creatura. Sed videre Deũ est videre diuinã essentiam: ergo beatus benedictus vidit diuinam essentiam.

22.q.180. ar.5. ad 3.

¶Præterea. Ibidem subdit Grego. quòd totum mundum vidit in diuino lumine. Sed non est aliud lumen vel claritas Dei quàm ipse Deus: vt idem Grego. dicit, & habetur in Glo. Exo. 33. super illud. Non videbit me homo & viuet: ergo beatus Benedictus vidit Deum per essentiam.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ioan. 1. Nemo vidit vnquam, vbi dicit Gloss. quòd nullus in mortali carne viuens, Dei essentiam videre potest.

¶RESPONDEO dicendum, corpus corruptibile aggrauat animam: vt dicitur Sap. 9. Summa autem eleuatio mentis humanæ est vt ad diuinam essentiam videndam pertingat. vnde impossibile est vt mens humana cor pori vnita, Dei essentiam videat: vt Augu. dicit 12. super Gene. ad literam: nisi huic vitę mortali funditus homo intereat: sic vel alienetur à sensibus, vt nesciat vtrùm sit in corpore an extra corpus: sicut de Paulo legitur 2. ad Cor. 12. Beatus autem Benedictus quando illam visionem vidit nec huic vitæ funditus mortuus erat nec à corporeis sensibus alienatus, quod patet per hoc quòd dum adhuc in eadem visione perstiteret, alium ad idem videndum aduocauit: vt idem Grego. refert. vnde manifestum est, quòd Dei essentiam non vidit.

1.p.q.12. ar.4.o. ad 3. artic.11. ad 2. 22.q.175. art.3.4.o. & veri.q. 13.art.3.o. & 4.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Grego. ex quadam proportione argumentari intendit in verbis illis. Si enim videntes Dei essentiam in eius comparatione totam creaturam reputant paruum quid ad videndum, non est mirum si beatus Benedictus per lumen diuinum, aliud amplius videre potuit, quàm homines communiter videant.

¶Ad secundum dicendum, quòd lumen Dei quandóque dicitur ipse Deus: quandóque verò aliud lumen deriuatum ab ipso secundum illud Psalmistæ. In lumine tuo videbimus lumen: hic autem accipitur pro lumine deriuato à Deo.

Psalm.35.

QVAESTIO II.

DEINDE quærebantur duo, circa humanam naturam in Christo. Primò, vtrùm fuerit in Christo vna filiatio qua refertur ad patrem & ad matrem, an duæ. Secúdò de morte eius: vtrùm in cruce mortuus fuerit.

ar.182.o.et 3.p.q.35.ar 1.ic.5. & 5. di.8.ar.5.o. opus3.c.28.

ARTICVLVS II.

CIRCA PRIMVM sic procedebatur. Videtur quòd in Christo sint duæ filiationes. Multiplicata enim causa relationum, multiplicantur relationes. Generatio autem est causa filiationis. Cùm ergo alia sit generatio qua Christus natus est æternaliter à patre. Et alia qua natus est temporaliter à matre, erit etiam alia filiatio qua refertur ad patrem, & alia qua refertur ad matrem.

¶Præterea, quòd recipit ex tẽpore aliquid absolutũ absq; sui mutatione, multò magis absque sui mutatione potest recipere temporaliter aliquam proprietatem relatiuam: sed filiatio Dei ex tempore recipit aliquid absolutũ absq; sui mutatiõe: quia super illud Lucæ 1. Magnus erit & filius altissimi vocabitur, dicit Ambr. Non ideo erit magnus, quia ante partum virginis magnus non fuerit: sed quia potentiam quam Dei filius naturaliter habet, homo erat ex tempore accepturus: ergo multo magis ex tempore potuit accipere filius Dei absq; sui mutatione nouam filiationem, vt sic ei conueniant duæ filiationes: vna æterna, & alia temporalis.

Luc.1. Ambro.

¶SED CONTRA. A quo aliquid habet quòd sit tale: ab eius virtute habet, quòd sit vnum tale: sed filiatione aliquis habet quòd sit filius: ergo vna filiatiõe est vnus filius: sed Christus est vnus filius & nõ duo: ergo in Christo nõ sunt duæ filiationes, sed vna tantum.

Relatio quæ differt ab aliis generibus 1.p.q.2. 8.ar.1.2. duplex relatio. 5. realis Creatiuis. 1.p.q.4.ar. 2.ad 1.

¶RESPONDEO dicendum, quòd relationes differũt in hoc ab omnib. alijs rerum generibus: quia ea quę sunt aliorum generũ, ex ipsa ratione sui generis habent quòd sint res naturæ: sicut quantitates ex ratione quantitatis: & qualitates ex ratione qualitatis. Sed relationes non habent quòd sint res naturæ ex ratione respectus ad alterũ: Inueniuntur enim quidam respectus qui non sunt reales: sed rationales tantùm: sicut scibile refertur ad scientiam: non aliqua reali relatione in scibili existente: sed potius quia scientia refertur ad ipsum secundum philosophum in 5. Metha. (T.c.20.) Sed relatio habet quòd sit res naturę ex sua causa per quam vna res naturalem ordinem habet ad alteram: qui quidem ordo naturalis & realis est ipsis ipsa relatio: vnde dextrum & sinistrum in animali, sunt relationes reales: quia cõsequitur quasdam naturales virtutes. In columna autem sunt respectus rationis tantùm secundum ordinem animalis ad ipsam: ex eodem autem habet aliquid quod sit ens & quòd sit vnum: & ideò contingit quòd est vna relatio realis tantùm propter vnitatem causæ: sicut patet de æqualitate: propter vnam enim quantitatem est in vno corpore vna æqualitas tãtum: quamuis sint respectus plures: secundum quos diuersis corporibus dicitur esse æquale. Si autem secundũ omnes illos respectus multiplicarentur realiter relationes in vno corpore sequeretur quòd in vno essent accidentia infinita vel indeterminata: & similiter magister est vna relatione magister omnium quos idem docet: quamuis sint multi respectus: sic etiam vnus homo secundum vnam realem filiationem, est filius patris sui & matris suæ: quia vna natiuitate vnam naturam ab vtroque accepit. Sequendo ergo hanc rationem, videtur dicendum quòd alia sit filiatio realis in Christo: qua refertur ad patrem: & alia qua refertur ad matrem: quia alia generatione nascitur ab vtroq; & alia est natura, quã habet à patre: & alia quam habet à matre. Sed alia ratio infringit pactũ: hoc enim est vniuersaliter tenendũ, q̃ nulla relatio Dei ad creaturã realiter in Deo existit: sed est respectus rationis tantũ: quia Deus est supra omnem

unitas causæ facit vnã relationem realem.

Reprobatio

3.p.q.6.ar. 2.ad 2. 3.p.q.13.ar. 2.ad 6. 3.p.q.2.ar. 2.& 3. & 3.p.q.27.a.3.c.

omnem ordinem creaturæ & mensura omnis creaturæ à qua dependet omnis creatura: & non econuerso: multò magis quàm hoc conueniat scibili respectu scientiæ: in quo propter has causas, non est relatio realis ad scientiam. Est autem considerandum, quòd subiectum filiationis nõ est natura vel naturæ pars aliqua. Non enim dicimus, quòd humanitas sit filia vel caput aut oculus. In Christo autem non ponimus nisi vnum suppositum & vnam ypostasim sent & vnam personam: quod est suppositum æternum, in quo nulla relatio realis ad creaturam esse potest, vt iam dictum est: vnde relinquitur quòd filiatio qua Christus refertur ad matrẽ, est respectus rationis tantùm. nec propter hoc sequitur, quòd nõ sit realiter filius virginis. sicut enim Deus est realiter dominus propter realem potentiã qua continet creaturam, sic realiter est filius virginis propter realem naturam quam accepit à matre. Si autem essent in Christo plura supposita, oporteret ponere in Christo duas filiationes, sed hoc reputo erroneum: & in concliis inuenitur damnatum. vnde dico quòd in Christo est vna relatio realis tantùm qua refertur ad patrem.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod non negamus non esse in Christo realem filiationẽ qua refertur ad matrem: quia causa relationis deficiat: sed quia deficit subiectum talis relationis: cùm non sit in Christo aliquod suppositum creatum vel ypostasis.

¶Ad secundum dicendum, quòd eo modo quo ille homo accepit ex tempore Dei potentiam, eo modo accepit filiationem æternam, inquantùm scilicet factum est vt vna esset persona Dei & hominis: vt Ambro. ibidem subdit. Hoc autem nõ est factum per aliquid realiter absolutum vel relatiuum temporaliter inhærens filio Dei: sed per solam vnionem quæ realiter existit in natura creata: non autem est realiter in ipsa persona assumente.

Ambro. 3.p.2.ar.7. ad 3.

¶Quòd verò in contrarium obiicitur, necessitatem non habet. Dicitur enim aliquando vnus qualis, propter vnitatem substantialem subiecti: licèt sint multæ qualitates: vt colòr & sapor in pomo.

ARTICVLVS III.

3.p.q.46. ar.2.o. & 3.p.q.50.ar. 6. & 16.

CIRCA secundum sic procedebatur: videtur quòd Christus in cruce mortuus non fuerit. Si enim non fuerit mortuus, aut hoc fuit quia ipse animam à corpore separauit, aut propter vulnera. Sed non primo modo. Sic enim sequeretur, quòd Iudei Christum non occidissent: sed quòd ipse suipsius fuisset homicida, quod est inconueniens. Et similiter nec secundo modo: quia mors quæ accidit propter vulnera, prouenit homini ex summa debilitate præueniente, quòd in Christo non fuit: quia clamans expirauit: ergo Christus in cruce nullo modo mortuus fuit.

¶Præterea, Natura humana non fuit in Christo debilior, quàm in aliis hominibus. Sed nullus alius homo tam citò moreretur propter vulnera manuum & pedum. Vulnus autem lateris fuit ei inflictum post mortem Christi: ergo in cruce mortuus non fuit: cùm nulla causa mortis eius esse videatur.

¶SED CONTRA est quod dicitur Ioan. 19. quòd Christus in cruce pendens, inclinato capite tradidit spiritum, mors autem est per separationem animæ à corpore: ergo Christus in cruce mortuus fuit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd absque omni dubio confitendum est Christum in cruce verè mortuum fuisse. Sed ad videndum causam mortis eius: considerandum est quòd cùm Christus fuerit verus Deus & homo, eius potestati suberat quicquid pertinet & humanam naturam in Christo: quod in alijs puris hominibus non contingit. Voluntati enim eorum non subiacent quæ naturalia sunt. Vnde hęc causa assignatur quare anima Christi simul patiebatur & fruebatur, quia scilicet eo volente hoc factum est, vt non fieret redundantia à superioribus viribus in inferiores, nec impedirentur superiores virtutes à suo actu propter passionem inferiorum: quod in alijs hominibus contingere non potest, propter naturalem coniunctionem potentiarum adinuicem. Et similiter in proposito est dicendum. Mors enim violenta accidit ex hoc quòd nocumento illato natura cedit: & quandiu natura resistere potest, tandiu mors retardatur. Vnde in quibus natura est fortior: ex æquali causa tardiùs moriuntur. Erat autem subiectum voluntati Christi, quod natura resisteret nocumento illato & quandóque cederet. Vnde eo volente natura resistit nociuo illato vsque ad finem plus quã in alijs hominibus posset: ita quòd in finem post multã sanguinis effusionem quasi integer viribus clamauit voce magna: & stat in eo voluẽte natura cessit: & tradidit spiritũ: vt se dominum naturæ & vitæ & mortis ostenderet. vnde hoc admirans Centurio, dixit. Verè hic homo filius Dei erat. Sic ergo & Iudæi Christum occiderunt nocumentum mortiferum inferentes: & tamen ipse animam suã posuit & tradidit spiritum: quia quando voluit natura nocumento illato totaliter cessit. Nec tamen culpabilis est: quasi sui homicida, est enim corpus propter animam: & non econuerso. Vnde iniuria fit animæ, cùm propter nocumẽtum corpori illatum de corpore expellitur contra naturalem appetitum animæ: sed fortè non propter depraua tam voluntatem se interficientis: sed si anima in sui potestate haberet recedere à corpore quando vellet: & iterum aduenire non maioris esset culpæ, si corpus desereret, quàm quòd habitator deseruerit domum, culpa tamen est quòd inde expellatur iniurius.

3.p.q.46.ar 1.ic.3. ad 2.

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

QVAESTIO III.

DEINDE quærebantur duo de angelo. Primò, vtrũ angelus dependeat à loco corporali secundum suam essentiam: an sit in loco secundum operationem tantum. Secundò de motu angeli: vtrùm possit moueri de extremo in extremum sine medio.

ARTICVLVS IIII.

1.p.q.52.ar. 1.et 2.et 3.a.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd angelus non sit in loco secundum operationem tantùm. Prius est enim esse quam operari: ergo prius est esse in loco, quàm operari in loco: sed posterius non est causa prioris: ergo operari in loco non est causa quare angelus sit in loco.

¶Præterea, duo angeli possunt operari in vno loco: si ergo angelus esset in loco solũ per operationẽ: sequeretur quòd plures angeli essent similiter in vno loco: quod reputatur impossibile.

¶SED CONTRA, Nobilius non dependet ab ignobiliori, sed essentia angeli est nobilior quàm locus corporeus: ergo non dependet à loco corporeo.

art.124.c. fi.& 4.

¶RESPONDEO dicendum, quòd qualiter angelus sit in loco corporeo, considerari potest ex modo quo corpus est in loco. Est enim corpus in loco per contactũ loci. Contactus autem corporis est per quantitatem dimensiuam: quæ in angelo non inuenitur cum sit incorporeus: sed loco eius est in eo quantitas virtualis. Sic ergo corpus est in loco per contactum dimensiuæ quantitatis: ita angelus est in loco per contactum virtutis. Si quis autem velit, virtutis contactum operationem vocare, propter hoc quòd operari est proprius effectus virtutis, dicatur, quòd angelus est in loco per operationẽ: ita tamen quòd per operationem intelligatur sola motio: sed quęcúnque vnitio qua sua virtute se corpori vnit, præsidendo, vel cõtinendo, vel quocúnque alio modo.

art.148.c. fi.4.dist.10. ar.1.5.ar.2. q.3.secundũ

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd nihil prohibet aliquid esse prius simpliciter, quod non est prius quantũ ad hoc: sicut corpus subiectum est simpliciter prius superficie: sed non quantum ad hoc quod est colorari: & similiter prius simpliciter est corpus quàm tactus: tamẽ ipsum est in loco per tactum dimensiuæ quantitatis: & similiter angelus per contactum virtutis.

1.p.q.8.ar. 2.1.2.q.53. artic.1.

¶Ad secundum dicendum, quòd si aliquid mouetur perfectè ab vno motore, non conuenit quòd ab alio simul immediatè moueatur: vnde ratio magis valet ad oppositum, quàm ad propositum.

1.p.q.52.ar 11.3.9.

ARTICVLVS V.

¶AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ angelus non possit moueri de extremo ad extremum, quia pertranseat medium. Omne enim quod mouetur, prius est in mutari quàm in mutatum esse: vt probatur in 6. Physicorum. (T.c.8.) Sed si angelus mouetur de extremo in extremum, puta de a. in b. cùm est in b. est in mutatũ esse: ergo prius erat in mutari. Sed nõ quando erat in a. quia tũc nondum mouebatur: ergo quando erit in c. quod est medium inter a. & b. & sic oportet quod pertranseat mediũ.

1.p.q.53.ar. 2.o.

¶Præterea, si angelus mouetur de a. in b. sine hoc q̃ pertranseat medium, oportet q̃ corrumpatur in a. & terminetur in b. Sed hoc est impossibile: quia sic non esset idem angelus: ergo oportet quòd pertranseat medium.

¶SED CONTRA, omne quod pertransit medium, oportet q̃ prius pertranseat æqualẽ sibi aut minus quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

matuerit dicit in 4. Phys. (T.c.89.) & ad sensum apparet: sed nō potest esse minus spaciū quā angelus qui est indiuisibilis: ergo oportet q̄ pertranseat æquale: quod est locus indiuisibilis, & punctalis. Infinita autem pūcta sunt inter quoslibet duos terminos motus. Si ergo necesse esset, q̄ angelus in suo motu pertransiret medium, oportet quòd pertransiret infinita, quod est impossibile. 3.p.q.53.ar 1ic.1.

¶RESPONDEO dicendum, quòd angelus si vult potest moueri de vno extremo ad aliud, absque hoc quòd pertranseat medium, & si vult potest pertransire omnia media. Cuius ratio est, quia corpus est in loco, sicut cōtentum ab eo. Et ideò oportet quòd in mouendo se quatur loci conditionem, vt scilicet pertranseat media priusquàm ad extrema loci perueniat: sed cū angelus sit in loco per contactum virtutis, non subditur loco, vt contentus ab eo: sed magis continet locum sua virtute superemineus in loco: vnde non habet necesse, vt sequatur in suo motu conditiones loci, sed voluntati suæ subest: quòd applicet se per contactum virtutis huic loco, & illi: & si vult absq; medio, sicut etiam intellectus potest applicari intelligendo vni extremo, puta albo: & postea nigro indifferenter vel cogitando vel non cogitando de mediis coloribus, quamuis corpus subiectum colori non possit moueri de albo in nigrum, nisi per medium. ar.4.o. 1.p.q.52.ar 1ic.1.& q. 53.art.1. 1. p. q. 113. ar.6.ad 3.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbū Philosophi & eius probatio locum habet in motu continuo. Sed motus angeli nō oportet quod sit continuus, sed ipsa successio applicationum prædictarum motus eius dicitur: sicut & successio cogitationum vel affectionum dicitur motus spirituales creaturæ, secundum Augu. 2. super Gene. ad literam. ar.215.prin cip. ar.26 1. & ar.27. c. & 1.p.q.12. ar 1ic.10.ad 2.

¶Ad secundum dicendum, quòd hoc non accidit per corruptionem angeli, aut nouam creationem: sed quia eius virtus supereminet loco.

¶Ad illud verò quod in contrarium obiicitur, dicendum quòd angelus non est in loco per cōmēsurationem: sed per applicationem suæ virtutis ad locum: quæ quidem potest esse indifferenter & ad locum diuisibilem & indiuisibilem. Vnde potest continuè moueri, sicut aliquid in loco diuisibili existens continuè intercipiendo spacium: secundum verò quòd in loco indiuisibili est, non potest eius motus esse continuus, nec pertransire omnia media. ar.4.& 5. c.& ar.4.

QVAESTIO IIII.

DEINDE quærebatur de homine. Et primò quantùm ad bonum naturæ. Secundò, quantùm ad bonum gratiæ. Tertiò, quantùm ad bonum gloriæ. Circa primum quærebantur tria. Primò, de vnione animæ ad corpus, vtrùm scilicet anima adueniente corpori corrumpantur omnes formæ quæ prius inerant & substātiales & accidentales. Secundò, de potestate liberi arbitrij, vtrū scilicet homo absque gratia possit se ad gratiam præparare. Tertiò, de dilectione naturali, vtrùm scilicet homo in statu innocentiæ dilexerit Deū plusquā in omnia & supra seipsum.

ARTICVLVS VI.

AD PRIMVM sic procedebatur. Videtur quòd per aduentum animæ non excludantur omnes formæ quæ prius inerant: Dicitur enim Gen.2. Formauit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Frustra autem formasset corpus, si inspirando animam forma quam formando indiderat, excluderetur. Non ergo adueniente anima tolluntur omnes formæ præcedentes. 1.p.q.66.ar tic.1.4.& 6.ad 1.q. 118.ar.2.

¶Præterea, Necesse est quòd anima sit in corpore formato & dispōsito multis dispositionibus. Si ergo adueniens anima omnes præcedentes formas & dispositiones amouet, sequitur quòd in instanti anima totum corpus formet quod videtur esse solius Dei.

¶Præterea, Anima non est nisi in corpore mixto. Sed mixtio elementorum non fit solùm secūdum materiam, sed etiam secundum formas: alioquin esset corruptio. ergo anima non excludit omnes formas in materia inuentas.

¶Præterea, Anima est perfectio. Perfectionis autem non est corrumpere, sed perficere. Non ergo aduenies corpori corrumpit formas præexistentes.

¶SED CONTRA. Omnis forma aduenies existēti in actu, est forma accidētalis. Forma enim substātialis facit esse actu simpliciter. Sed si anima aduenies nō destrueret præexistentes formas, sed ei superadderetur, sequeretur quòd a duobus existenti in actu quia quælibet forma cū sit actus, facit esse in actu: ergo anima aduenies excludit formas præexistentes. ar.126.c.

¶RESPONDEO dicendum, quòd impossibile est in vno & eodem esse plures formas substantiales: & hoc ideò quia ab eodem habet res esse & vnitatem. Manifestum est autem quòd res habet esse per formam. Vnde & per formam res habet vnitatem. & propter hoc vbicūque est multitudo formarum, non est vnum simpliciter: sicut homo albus nō est vnum simpliciter, nec animal bipes esset vnum simpliciter, si ab alio esset animal: & alio bipes, vt Philosophus dicit. Sed sciendum est, quòd formæ substātiales se habent ad inuicem, sicut numeri: vt dicitur in 8. Metaph. (T.c.10.) vel etiam sicut figuræ vt de partibus animæ dicit Philosophus in 2. de anima. (T.c.11.) Semper enim maior numerus vel figura, virtute continet in se minorem, sicut quinarius quaternarium, & pentagonus tetragonum. Et similiter perfectior forma virtute continet in se imperfectiorem, vt maximè in animalibus patet. Anima enim intellectiua habet virtutem vt conferat corpori humano, quicquid confert sensitiua in brutis: & similiter sensitiua facit in animalibus, quicquid nutritiua in plātis, & adhuc amplius. frustra ergo esset in homine alia anima sensitiua præter intellectiuam, ex quo anima intellectiua virtute continet sensitiuam & adhuc amplius. sicut frustra adderetur quaternarius posito quinario. Et eadem ratio est de omnibus formis substantialibus vsque ad materiam primam: ita quòd non est in homine diuersas formas substantiales inuenire: sed solùm secundum rationē, sicut consideramus eum vt viuentem per animam nutritiuam, & vt sentientem per animam sensitiuam: & sic de aliis. Manifestum est autem, quòd semper adueniente forma perfecta, tollitur forma imperfecta, sicut etiam adueniente figura pentagoni, tollitur figura quadrati. vnde dico q̄ aduenīente anima humana, tollitur forma substantialis quæ prius inerat, alioquin generatio esset sine corruptione alterius, quod est impossibile. Formæ verò accidentales quæ prius inerant disponentes ad animam, corrūpuntur quidem non per se, sed per accidens ad corruptionem subiecti: vnde manent eędem specie, sed non eędem numero: sicut etiam contingit circa dispositiones fōrmarū elementariū, quę primitus materię aduenire apparent. 1. art.234.& 1.p.q.76. 4.q. 3.p.q.6.& art.3.ad 1. 1.p.q.76. 3.ad 3. q.3.ar.3.ad 1. 16.1.Spiritu ar.1.ad 1.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd secundum Basilium, spiraculum vitę dicitur ibi gratia sancti spiritus: & sic obiectio cessat. Si autem vt Aug. dicit, spiraculum vitę sit ipsa anima: non oportebit dicere, quòd alia forma formatū sit corpus hominis de limo terræ, quàm ipso spiraculo vitę diuinitus inspirato: non enim illa formatio tempore præcessit inspirationem: nisi forte velimus dicere illam formationem referri ad dispositiones accidentales: puta figuram & alia huiusmodi, quę quodam rationis ordine p̄intelliguntur in corpore ante animam intellectiuam, sicut materiales dispositiones quibus tamen præintelligitur ipsa anima intellectiua: non inquantùm est intellectiua, sed inquantùm continet in se virtutem aliquam de imperfectioribus formis. 1.

¶Ad secundum dicendum, quòd anima cùm aduenit corpori, non facit esse corpus esse actu: sed formaliter tantùm. Effectiuè autem facit corpus esse illud quod dat corpori formam vt perficiēs, vt disponens autem illud quod præoperatur ad formam paulatim autem, & ordine quodam inducendo materiam ad propinquiorem formā ante dispositionem, quantò enim propinquior fuerit forma aut dispositio, tantò minor est resistētia ad introductionē formę & dispositionis complety. Faciliùs enim fit ignis ex aēre, quàm ex aqua, quamuis vtraque forma immediatę adsit materię. Ad secundū anima corpori aduenit, non facit esse corpus, sed formaliter tantum.

¶Ad tertium dicendum, quòd Auicen. posuit formas elementorum actū remanere in mixto, quod non potest esse: quia formę elementorum non possunt esse in vna parte materię simul. & sic oportet quòd sint in diuersis materię partibus quę distinguuntur secundum dimensiuę quantitatis diuisionē: & sic oportebit quòd vel plura corpora sint simul, vel quòd non sit mixtio vera totius ad totum: sed mixtio ad sensum secundum minima iuxta se posita. Auerroys autem in 3. de cœlo. (Co.63.) dicit quòd formæ elementorū sunt mediæ inter formas accidentales & substātiales & quod recipiunt magis & minus, & se formis elementorū remissis: & quodammodò ad mediū reductis, quodammodò sit mixtio. Sed hoc est minus possibile quàm primum: nam forma substantialis est terminus quidem esse specificiuum: vnde in indiuisibili est ratio formę sicut ratio numeri & figuræ: nec est possibile vt intendatur, vel remittatur. Sed omnis additio, vel subtractio facit aliam speciem. Auicen. 3.p.q.6.& art.3.ad 1. Auerroys.

¶Et ideò aliter dicēdum secundum Philosophum, in 1. de generatione: quòd formæ misibilium non manent in mixto actu sed virtute, prout, scilicet virtus formæ subtā tialis manet in qualitate elementari: licet remissa & quasi ad medium redacta: qualitas enim elemetaris, agit in virtute formæ substantialis: alioquin actio quæ est per calorem ignis non terminaretur ad formam substantialem. Philosophum.

¶Ad quartum dicendū, quòd anima cū sit forma, est quidem perfectio quædam particularis: non autem vniuersalis: & ideò ea aduenīente sic aliquid perficitur vt tamē aliquid corrumpatur.

ARTICVLVS VII.

AD SECVNDVM sic procedebatur. Videtur quòd homo absque gratia per solam naturalem arbitrij libertatem possit se ad gratiam præparare: quia vt dicitur Prouer. 16. Hominis est præparare animum. Hoc autem dicitur esse alicuius, quod est in eius potestate conistitutum: ergo in potestate hominis conistitutum est, quòd possit se ad gratiam præparare. Non ergo indiget auxilio gratiæ. 1.q.109.ar 3.c. & 2. 4.q.1.ar. 2.q.dis. 9. ar.4.& ve 1ic.14. ar. 11.c.

¶Præterea. Anselm. dicit in lib. de casu Diaboli, quod non ideò aliquis caret gratia: quia Deus non vult dare: sed quia ipse non vult accipere. Si ergo vellet accipere, possent accipere. Potest ergo si vult se ad gratiam præparare absque exteriori auxilio. Anselm.

¶Sed dicebat q̄ homo indiget in hoc auxilio gratiæ quātum ad exterius mouens. Sed contra, Homo potest moueri ad conuersionem non solùm ex bonis, sed etiam ex peccatis: sicut si aliquis videat aliquem enormiter peccantem & ex horrore peccati ad Deum conuertitur: sed peccatum non est à Deo: ergo absque Dei operatione potest se homo ad gratiam præparare. Essso.

¶SED CONTRA. Per hoc ad gratiam præparamur, quòd ad Deum conuertimur: sed ad hoc indigemus auxilio diuinæ gratiæ. Dicitur enim Tren. 4. Conuerte nos domine ad te & conuertemur: ergo homo indiget auxilio gratiæ diuinæ, ad hoc quod se ad gratiam præpararet. Tren.

¶Præterea. Ad nihilum non potest homo se præparare, nisi cogitando: sed ad hoc ipsum indiget homo auxilio gratię. Dicitur enim secundæ Corinthiorū. 3. Non sufficientes sumus cogitare aliquid à nobis: quasi ex nobis: ergo indigemus auxilio diuinæ gratię, ad hoc quòd nos ad gratiam præparemus. Petrus Pau

¶RESPONDEO dicendum quòd in hac quæstione cauendus est error Pelagij, qui posuit quòd per liberū arbitrium homo poterat adimplere legē, & vitam æternam mereri: nec indigebat auxilio diuino: nisi quantum ad hoc quòd sciret quod facere deberet: secundum illud Psal. Doce me facere voluntatem tuam. Sed quia hoc nimis parum videbatur vt solam scienti i haberemus à Deo: charitatem autem qua præcepta legis impleuntur, haberemus à nobis. Ideò postmodum Pelagiani posuerunt quòd initium boni operis est homini ex seipso: dum consentit fidei per liberum arbitrium: sed consummatio est hominis à Deo: præparatio autem ad initium boni operis pertinet. Vnde ad errorem Pelagianum pertinet dicere, quòd homo possit se ad gratiam præparare absque auxilio diuinę gratię: & est cōtra apostolum, qui dicit ad Phil. 1. Qui cœpit in nobis opus bonum, ipse perficiet. Pelag. 1.p.q.95.ar.1.c. & q.100. art.1. & 3.q.27.ar.3. ad 3. Scotus in 2.dist.28.q. 1.ar.3. Durandus in 2.dist.28.q. 2.ar.3. Gabriel. in 2.dist.28.q. 1.ar.1. Ocham in 2.q.4. ad 7. Marsilius in 2.q.4. ad 1. Aureolus in 2.dist.28.q. 1.ar.2. Aegidius in 2.dist.28.q. 1.ar.1. Hugo in 2.dist.28.q. 1.ar.1. Alexander 3.p.q.109.ar 1.c.5.6. Ricardus in 2.dist.28.ar.1.q. 5.

¶Dicendum est ergo quòd homo indiget auxilio gratiæ, non solùm ad merendum, sed etiā ad hoc quòd se ad gratiam præparet, aliter tamen & aliter. Nam meretur homo per actum virtutis, cum non solùm bonum agit, sed bene: id quod requiritur habitus, vt dicitur in 2. Ethi. Et ideò ad merendum, requiritur habitualiter gratia. Sed ad hoc q̄ homo præpararet se ad habitum consequendum, non indiget alio habitu, quia sic esset procedere in infinitum. Indiget autem diuino auxilio non solùm quantùm ad exteriora mouentia, prout scilicet ex diuina prouidentia procurantur homini occasiones salutis: puta prædicationes, exępla, & interdum ęgritudines & flagella, sed etiam quantùm ad interiorem motum, prout Deus cor hominis intetius mouet ad bonum, secundum illud Prou. 19. Cor regū in manu Dei ad quodcunq; voluerit vertet illud. & quod hoc necessarium sit, probat Philosophus in quodam. c. de bono fortunæ. Hoc enim agit voluntate: voluntatis autem principium est electio, & electionis consilium. Si

autem quæratur qualiter consiliari incipiat, non potest dici quòd ex cōsilio consiliari inceperit: quia sic esset in infinitum procedere. Vnde oportet aliquod exterius principium esse, quod moueat mentem humanam ad consiliandum de agendis. Hoc autem oportet esse aliquod melius humana mente: non ergo est corpus cœleste: quod est infra intellectualē virtutem, sed Deus vt Philosophus ibidē concludit. Sicut ergo omnis motus inferiorum corporū quæ non semper monētur principium est motus cœli, ita omnium motuum interiorum mentium, principium est à Deo mouente. Sic ergo nullus potest se ad gratiam præparare, nec aliquid boni facere, nisi per diuinum auxilium. 12.q.9.arti. 4.& q.17. ar 5.secūdū. 1.p.q.62.ar tic.2.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per hoc q̄ hominis est se ad gratiam præparare per liberum arbitriū non excluditur necessitas auxilij diuini: sicut nec per hoc quòd ignis est calefacere, excluditur necessitas cœlestis motus.

¶Ad secundum dicendum, quòd Deus mouet omnia secundum modum eorum: & ideò diuina motio à quibusdam participatur cum necessitate, à natura autem rationali cum libertate. propter hoc quòd virtus rationalis se habet ad opposita. & ideò sic Deus mouet mentem humanam ad bonum: quod tamen potest huic motioni resistere. & sic ex Deo est vt homo se ad gratiam præparet, sed quòd gratia careat, non habet causam à Deo: sed ab homine: secundum illud Osee 13. Perditio tua ex te Israel, tantummodo ex me auxilium tuum.

¶Ad tertium dicendum, quòd licèt peccatum non sit à Deo, tamen Deus peccatum quandoque ordinat ad hoc, vt sit alicui salutis occasio. 1.p.q.49.ar 2.o.

ARTICVLVS VIII.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd primus homo in statu innocentię, non dilexerit Deum super omnia & plusquam seipsum. Sic enim diligere Deum meritorium est maximè. Sed primus homo in statu illo non habuit, vnde posset proficere per meritum: vt dicitur in 22. distinctione secundi libri sententiarum: ergo primus homo in statu illo non dilexit Deum plusquam seipsum, & super omnia. 1.p.q.60.ar 3.& 5.

¶Præterea, sic diligere Deum, est maxima præparatio mētis humanæ ad gratiam consequendam. Primus autem homo in statu illo ponitur gratiam non habuisse: sed sola naturalia: ergo non dilexit Deum plusquam seipsum, & super omnia.

¶Præterea, natura in se recurua est. quia scilicet omnia quæ amat, recorquet ad se. Sed propter quod vnumquod que tale & illud magis: ergo naturali dilectione plus diligebat seipsum quàm Deum. Non ergo diligebat Deum super omnia.

¶SED CONTRA. si non diligebat Deum plus quàm seipsum, aut ergo minus se aut æqualiter sibi: & vtroque modo sequitur quòd seipso homo frueretur: dum se non referret in Deum. Frui autem seipso, inducit peruersitatē peccati: vt Aug. dicit: ergo primus homo in statu innocentiæ, iam erat peruersus per peccatum: quod est impossibile. Sequitur ergo vt diligeret Deum super omnia. 1.p.q.95.ar. 1.o. & q. 100. arti.3. ad 3. 22.q. 5.ar.1.c. 22.q.26.ar. 3.o. Opinio fā.

¶RESPONDEO dicendum, quòd si homo fuit factus in gratia: vt ex verbis Basilij & Augustini haberi potest, quæstio ista locum non habet. Manifestum est enim quòd existens in gratia, per charitatem diligit Deum supra seipsum: sed quia possibile fuit Deo, vt hominem faceret in puris naturalibus: vtile est considerare ad quantum se dilectio naturalis extendere possit. Dixerunt ergo quidam quòd homo vel angelus in puris naturalibus existens, diligit Deum plusquam seipsum, naturali dilectione, secundum amorem concupiscentiæ: quia scilicet bono diuino magis frui desiderat tanquam maiori & suauiori: sed secundum amorem amicitiæ naturaliter homo plus diligit seipsum quàm Deum. Est enim amor concupiscentię quo dicimur amare illud quo volumus vti vel frui: sicut vinū vel aliquid huiusmodi. Amor autem amicitiæ, est quo dicimur amare amicum, cui volumus bonum. Sed ista positio stare non potest. Dilectio enim naturalis, est quædam naturalis inclinatio indita naturę à Deo. nihil autem naturale est peruersum. Impossibile est ergo quòd aliqua naturalis inclinatio vel dilectio sit peruersa: peruersa autē dilectio est vt aliquis dilectione amicitię diligat plus se quàm Deū. Non potest ergo talis dilectio esse naturalis. Amor duplex 12. q. 26.ar.4.o. Reprobatio opi.

¶Dicendum est ergo, quòd diligere Deum super omnia plus quàm seipsum, est naturale, non solùm angelo & ho-

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.p.q.62.ar 11.2.ad 1.q. 63.art.1.ad tertiu.3.di. 3.q.4.o.

mini,sed'etiam cuilibet creaturæ:secundum quòd potest amare aut sensibiliter aut naturaliter. Inclinationes enim naturales maximè cognosci possunt in his quę naturaliter aguntur absq; rationis deliberatione. Sic enim agit vnũquòdq; in natura,sicut aptũ natum est agi. Videmus autẽ quòd vnaquæque pars naturali quadam inclinatione operatur ad bonum totius,etiam cum periculo aut detrimento proprio: vt patet cùm aliquis manum exponit gladio ad defensionem capitis:ex quo dependet salus totius corporis.Vnde naturale est, vt quælibet pars suo modo plus amet totum quàm seipsam. Vnde & secundum hanc naturalem inclinationem, & secundum politicam virtutem, bonus ciuis,mortis periculo se exponit pro bono cõmuni.Manifestum est autem, quòd Deus est bonum commune totius vniuersi,& omnium partium eius.vnde quælibet creatura suo modo naturaliter plus amat Deum quàm seipsam . Insensibilia quidem naturaliter: bruta verò animalia sensitiuè:creatura verò rationalis per intellectualẽ amorem,quæ dilectio dicitur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd diligere Deum prout est principiũ totius esse ad naturalẽ dilectionem pertinet.Sed diligere Deum prout est obiectum beatitudinis est gratuitæ dilectionis, in qua meritum cõsistit: nec tamen necessarium est vt in hoc sustineamus sententiam magistri dicentis,quòd homo in primo statu non habuit gratiam per quam mereri posset.

¶Ad secundum dicendum,quòd naturali dilectione qua Deus super omnia naturaliter diligitur, potest aliquis magis & minùs vti& quando in summo fuerit,tunc est summa præparatio ad gratiam habendam.

Nota bene. ¶Ad tertium dicendum,quòd inclinatio rei naturalis est ad duo,secundum ad moueri & ad agere:illa autem inclinatio naturę quæ est ad moueri,in seipsa recurua est,sicut ignis mouetur sursum propter sui conseruationem:sed illa inclinatio naturæ quæ est ad agere, non est recurua in seipsa: non enim ignis agit ad generãdum ignem propter seipsum,sed propter bonũ generati, quod est forma eius, & vlterius propter bonum commune quod est conseruatio speciei:vnde patet quòd non vniuersaliter verum est, quòd omnis dilectio naturalis sit in se recurua.

2.di.3.q.4. ad 2.3.dist. 3.q.4. ad secundum.

QVAESTIO V.

DEINDE quærebatur de his quæ pertinent ad bonum gratiæ.Et primò de his quæ pertinent ad ipsum bonum gratiæ. Secundò,de his quę pertinent ad malum culpæ,quod ei opponitur.

¶Circa bonum gratiæ quærebatur. Primò quidem de eo quod pertinet ad omnes. Secundò, de eo quod pertinet ad clericos. Tertiò de eo quod pertinet ad religiosos.

¶Circa ea verò quæ ad omnes pertinent, quærebatur de duabus partibus pœnitentiæ. Primò de contritione, vtrũ scilicet cõtritus teneatur velle magis esse in inferno, quã peccare.Secundò,de confessione.

ARTICVLVS IX.

ar.220. & 4.dis.15.q. 2.ar.3.q.3. tertium.

AD PRIMVM sic procedebatur.Videtur quòd contritus non debeat magis velle esse in inferno quã peccare.Pœna enim inferni est æterna & irremediabilis. De peccato autem potest liberari per pœnitentiam:ergo magis debet peccare, quàm in inferno esse.

¶Præterea,Pœna inferni includit culpam , vna enim de pœnis inferni est vermis, id est conscientiæ remorsus de culpa.Culpa autem non includit pœnam inferni:ergo magis est eligenda culpa quàm pœna inferni.

Ansel. ¶SED CONTRA est quod Ansel.dicit in libro de similitudinibus,quòd aliquis debet magis eligere esse in inferno sine culpa,quàm in paradiso cum culpa , quia innocens in inferno non sentiret pœnam:& peccator in paradiso non ganderet de gloria.

¶RESPONDEO dicendum,quòd contritus tenetur in generali velle pati magis quæcũnque pœnã quàm peccare:& hoc ideò , quia contritio non potest esse sine charitate,per quam omnia dimittuntur peccata. Ex charitate enim plus homo diligit Deum quàm seipsum: peccare autem est facere cõtra Deum:puniri autem est aliquod pati cõtra seipsum.Vnde charitas hoc requirit, vt quamlibet pœnam homo contritus præeligat culpæ.Sed in speciali descendere ad hanc pœnam vel ad illam nõ tenetur: quinimò stultè faceret,si quis seipsum vel alium solicitaret super huiusmodi particularibus pœnis. Manifestũ est enim,quòd sicut delectabilia plus mouent in particulari considerata quàm in communi,ita terribilia plus terrent si in particulari considerentur, & aliqui sunt qui minori tentatione non cadunt, quæ fortè maiori caderent: sicut aliquis audiens adulterium,nõ incitatur ad libidinem:sed si per considerationem descendit ad singulas illecebras, magis moueretur.Et similiter aliquis non refugeret pati mortem pro Christo:sed si descenderet ad considerandũ singulas pœnas, magis retraheretur. Et ideò descendere in talibus ad singula,est inducere hominem in tentationẽ: & præbere occasionem peccandi. Eticorum lec.3.

¶AD PRIMVM ergo dicendum,quòd culpa etiam mortalis de se perpetua est, sed ex sola Dei misericordia remedium habet. 4.dist.17.q. 2.ar.3.q.3. quartum.

¶Præterea,Plus præpõderat bonum diuinum cõtra quod agit culpa bono naturæ creatæ,cui opponitur pœna, quã perpetuitas pœnæ temporalitati culpæ.

¶Ad secundum dicendum , quòd remorsus conscientiæ non est culpa,sed cõsequens ad culpam, & posset esse sine culpa,vt in eo qui habet conscientiam errantem de præterito commisso, sicut si aliquis credat aliquid à se prius cõmissum esse illicitum, quod tamen licitum erat: & ipse dum faceret licitum reputabat. 1.p.q.79. artic.13. & ver.q.17. 1.c.fi.

QVAESTIO VI.

DEINDE circa confessionem quærebantur tria.Primò,vtrùm sufficiat quòd aliquis scripto confiteatur, an oportet quòd confiteatur in verbo. Secũdò, an aliquis teneatur statim confiteri habita opportunitate , vel. possit expectare vsque ad quadragesimam.Tertiò,vtrùm presbyter parrochialis debeat credere suo parrochiano dicenti se alteri confessum,& dare ei eucharistiam vel non.

ARTICVLVS X.

AD PRIMVM sic procedebatur. Videtur q̃ sufficiat si aliquis confiteatur scripto. Confessio enim requiritur ad manifestationem peccati,sed peccatum manifestari potest scripto sicut & verbo : ergo sufficit si confiteatur scripto. 4.dist.17.q. 3.artic.4.q. 3.o.

¶SED CONTRA est quod dicitur Roma.10.Ore cõfessio fit ad salutem.

¶RESPONDEO dicendum,quòd cõfessio est quoddam sacramentale,sicut enim in baptismo aliquid requiritur ex parte ministri,scilicet vt abluat,&proferat,& aliquid ex parte suscipientis sacramentum vt scilicet intendat & abluatur,ita in sacramento pœnitentiæ,ex parte sacerdotis requiritur quod absoluat sub aliqua forma verborum.Ex parte verò pœnitentis requiritur, quòd se cluibus ecclesiæ subiiciat peccata sua per confessionem manifestans,de necessitate ergo sacramenti est quòd sua peccata manifester: & contra hoc nullus dispensare posset, sicut nec contra baptismum. Sed quòd fiat manifestatio verbo, non est de necessitate sacramenti : alioquin nulla necessitate posset aliter aliquis effectum huius sacramenti percipere, nisi ore confitendo, quod patet esse falsum. Nam mutis vel quibuscũque qui verbo confiteri nõ possunt,sufficit scripto vel nutibus confiteri. Nulla autẽ necessitate potest aliquis baptizari,nisi aqua,propter hoc q̃ aqua est de necessitate sacramenti.Sed ex institutione ecclesiæ tenetur homo qui potest,vt verbo confiteatur, non solùm propter hoc vt ore cõfitens confitendo magis erubescat,vt qui ore peccat ore purgetur : sed etiam semper in omnibus sacramẽtis accipitur id cuius est cõmunior vsus , sicut in sacramentali ablutione baptismi, accipitur aqua, qua homines communiùs vtuntur ad abluendum: & in eucharistia panis qui est communior cibus . vnde & in manifestatione peccatorum, conuenit vti verbis quibus homines communiùs & expressiùs suos conceptus significare consueuerunt. Et attendendum est quòd in hoc sacramento non imprimitur caracter , sed solùm conseruatur gratia ad remissionem peccati : quam remissionem nullus consequitur peccando . Peccat autem qui ordinationem ecclesiæ prætermittit:vnde in baptismo qui seruat ea quę sunt de necessitate sacramẽti prætermittẽs statura ecclesiæ,consequitur caracterem sacramẽti, sed non sacramenti effectum:nec autem nihil consequitur. 4.dist.4.q. 3.artic.1.q. 3.o. 3.p.q.66. ar.1.ad 3. 7.ad 2.q. 66.ar.3.o. & 4.dist.3. q.3.ar.2. ar.2.o. ar. 79. & 4. 27.q.3. ar.5.q.2.o.

¶Rationes autem quę ad vtrang; partem inducuntur,non multum cogunt : nam neq; manifestatio ita expressè potest fieri scripto, sicut verbo:neque quod dicitur, ore confessio fit ad salutem,intelligitur de confessione peccatorum,sed de confessione fidei.

ARTICVLVS XI.

CIRCA secundum sic proceditur. Videtur quòd aliquis possit differre confessionem vsque ad quadragesimam:

sima, quicũque enim seruat præceptum ecclesiæ,non delinquit , sed Ecclesia statuit quòd semel in anno homines propria peccata confiteantur , ergo si aliquis expectat vsque ad terminum ab ecclesia constitutum,non peccat.

¶ Præterea , baptismus est sacramentum necessitatis , sicut & pœnitentia, sed cathecuminus non peccat si differat baptismum vsque ad sabbatum sanctum : ergo pari ratione nec contritus peccat , si differat confessionem vsq; ad quadragesimam.

¶Præterea , maioris necessitatis est contritio quàm confessio.Sed confessio sine contritione , non valet ad salutem. Contritio autem sine confessione potest in aliquo casu valere,sed ille qui est in peccato,non tenetur statim conteri contritione quæ delet peccatum : alioquin peccator,per singula momenta peccaret:ergo nec contritus tenetur statim confiteri,ita quòd peccet si secus agat.

¶SED CONTRA, Magis est subueniendum morbo spirituali, quàm morbo corporali. Sed aliquis subiectus morbo corporali,periculo se committeret, nisi remedii medicinę quæreret quã citò posset & ex negligentia peccaret. Multo ergo magis peccat qui differt remedium confessionis adhibere cõtra spirituale morbum peccati.

¶RESPONDEO dicendum,quòd laudabile est quòd peccator quàm citius commodè potest peccatum suum confiteatur,quia per sacramentum pœnitentiæ, confertur gratia quæ hominem reddit magis firmum ad resistendum peccato. Quidam autem dixerunt quòd tenetur cõfiteri quàm cito oportunitas confitendi se, obtulerit : ita quòd si differat,peccat. Sed hoc est contra rationem præcepti affirmatiui , quod licèt obliget semper, non tamen obligat ad semper,sed pro loco & tempore.Tempus autem implendi præceptum de confessione videtur, quando imminet aliquis casus in quo necesse est homini quòd fit confessus,puta si immineat ei mortis articulus, vel necessitas accipiendi eucharistiam,aut sacrum ordinem,vel aliquid huiusmodi : ad quod oportet hominem per confessionem purgatũ prę parari: vnde si aliquid horum imminear,& aliquis conteri prætermittat, peccat dummodò debita oportunitas adsit,& quia ex præcepto ecclesię omnes fideles tenentur saltem semel in anno in festo Paschæ præcipuè sacramenti communionem accipere , ideò ecclesia ordinauit , vt semel in anno quando imminet tempus accipiendi eucharistiam,omnes fideles confitean tur.Dico ergo quòd differre confessionem vsque ad hoc tempus,per se loquendo licitum est,sed per accidens potest fieri illicitum : puta si immineat aliquis articulus, in quo confessio requiratur.Vel si aliquis propter contemptum confessionem differat,& similiter per accidens posset esse talis dilatio meritoria , si ad hoc differret, vt prudentiori confiteretur , vel deuotiùs propter sacrum tempus. 4.d.17.q. 3.ar.1.q.1. o. & circa 4.c.17.q.3. 3.p.q.66. ar.12.q.3.c. 4.q.3.ar.3 ad rationes.

¶Primas ergo rationes concedimus.

¶Ad illud verò quod in contrarium obijcitur,dicendum quòd morbus corporalis nisi per medicinæ remediũ extinguatur,semper inualescit in peius,nisi fortè etiam virture naturę fuerit extinctus:morbus autem peccati extinguitur per contritionem,vnde non est simile.

ARTICVLVS XII.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd sacerdos parrochialis non debeat credere suo subdito dicenti se alteri esse confessum : vt propter hoc ei eucharistiam det.Frequenter enim sola confessione aliqui conteruntur,qui prius contriti non fuerunt.Sed sacerdos debet subditum suum quantum potest ad bonum inducere: ergo videtur quòd omninò ab eo expetere debeat,quòd sibi confiteatur. 4.d.17.q.3. ar.2.q.1.ad 4. & 5.

¶Præterea , Prouerbio. vigesimoseptimo dicitur pastori ecclesiæ.Diligenter agnosce vultum pecoris tui. Sed hoc nullo modo melius potest,quàm per confessionem:ergo debet ab eo exigere quòd sibi confiteatur.

¶SED CONTRA. Si sibi confiteretur, posset dicere quæ vellet & crederetur ei: ergo etiam de hoc sibi debet credi,quòd sit confessus.

¶RESPONDEO dicendum , quòd in foro iudiciali, creditur homini contra se,sed non pro se. In foro autem pœnitentiæ,creditur homini pro se & contra se.Est ergo distinguendum, quòd dupliciter sit impedimentum quo aliquis à perceptione eucharistiæ impediatur , si enim sit impedimentum ad forum iudiciale pertinens, puta excõmunicatio,nõ tenetur sacerdos suo subdito credere: quę excommunicatum nouit;nisi ei de absolutione constet.Si autem impedimentum quod ad forum pœnitentiæ pertineat,scilicet peccatum tenetur ei credere,& iniustè agit, si deneget eucharistiam ei qui prohibet se confessum & absolutũ ab eo qui absoluere potuit,vel auctoritate apostolica vel autoritate Episcopi.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illud bonum quod in confessione homines consequuntur, iam confectus est ille qui confessum se dicit, si verum dicit. Si autem falsum dicit,pari ratione posset falsum dicere confitendo,nec posset aliquis alicuius hominis auctoritate cõpelli ad confitendum peccatũ : quod alteri confessus est, qui absoluere potuit,quia sicut iam dictum est, & confessio peccatorum quoddam sacramentale est diuino imperio subiacens,non humano. Opus 12.q 6.c.m. 4.di.17.q. 3.ar.3.q.5. ad 4.ar.10.

¶Ad secundum dicendum, quòd spiritualis pastor vultum pecoris sui debet diligenter agnoscere , considerando exteriùs vitam eius, sed per modum confessionis non potest diligentiùs scrutari,sed oportet q̃ credat ea quę sibi à suo subdito dicuntur.

QVAESTIO VII.

DEINDE quærebantur duo de his : quæ pertinent ad clericos.

¶Primò,de officio ecclesię, vtrùm ille qui est præbendatus in duabus ecclesijs in die quo diuersum officium fit in vtraque ecclesia,debeat vtrumque officium dicere.

¶Secundò de studio theologiæ , vtrùm aliquis teneatur dimittere studium theologię,etiam si sit aptus ad alios docendum,ad hoc quòd intendat saluti animarum.

ARTICVLVS XIII.

AD PRIMVM sic procedebatur. Videtur quòd aliquis in tali casu debeat vtrunque officium dicere.Onus enim debet respondere emolumento . Ille ergo qui habet emolumentum prębendę in duabus ecclesijs,debet onus sufferre vtriusque,vt scilicet vtriusque ecclesię officium dicat. arti.67.& 129.c.

¶Præterea,iustum esse videtur, vt si habet maius emolumentum ab vna ecclesia in qua fortè cantatur prolixiùs officium , quòd etiam maius onus subeat prolixius officium dicendo.Non ergo ad eum pertinet electio,sed vel debet vtrunque dicere, vel debet dicere officium ecclesiæ in qua habet pinguius beneficium.

¶Sed incontrarium inducebatur consuetudo.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd supposito quòd aliquis licitè sit præbendatus in duabus ecclesijs, scilicet ex dispensatione,considerandum est quòd ille qui in aliqua ecclesia præbendam accepit , duobus obligatur , scilicet Deo,vt ei debitas laudes exoluat pro eius beneficijs , & ecclesię de qua accipit sumptus. Ea verò quæ ad ecclesiã pertinent, subiacent dispensationi prælatorum ecclesiæ: & ideò hoc debitum quod habet,ecclesiæ debet exoluere secundum quòd statum est, vel per seipsum si sit præbenda quæ requirat residentiam,vel per vicarium, si hoc sufficiat secundum ecclesiæ statum : ac consuetudinem. Sed debitum quod debet Deo, per seipsum debet exoluere,non refert autem quantum ad Deum , quibus Psalmis, & hymnis Deum laudet, vt puta vtrum dicat in vesperis: Dixit Dominus,vel Laudate pueri dominum , nisi quantum ad hoc quòd homo debet sequi maiorum traditiones,& quia laudes Deo debet quasi vnus homo,sufficit q̃ semel officium dicat secundum consuetudinem alicuius ecclesiarum,quarum est clericus.Sed de electione officij rationabiliter videtur quòd debeat dicere officium illius ecclesiæ in qua maiorem gradum habet , puta si in vna sit decanus: & in alia simplex canonicus, debet dicere officium ecclesiæ in qua est decanus. Quod si in vtraque ecclesia fuerit simplex canonicus , debet dicere officium dignioris ecclesiæ,quamuis fortè in minori ecclesia habeat opulentiorem prębendam, quia temporalia nullius momenti sunt spiritualibus comparata. Si verò ambæ ecclesiæ sunt æqualis dignitatis,potest eligere quodcũque officium magis voluerit , si fuerit ab vtraque ecclesia absens. Si autem fuerit in aliqua earum præsens,debet se cõformare illis cum quibus conuersatur. 12.q.2.ar.1. 6.c.fi. & q. 87.ar.7.ad 2.22.q.36. ar.2.c.fi.

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS XIIII.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd aliquis qui potest saluti animarum curam impendere peccet , si circa studium tempus occupat. Dicitur enim ad Galat. vlti. Dum tempus habemus operemur 22.q.182.o. principe. ar.2.& 4.dist. 13.q.1.artic. 2.q.ad 2a.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bonum, nulla etiam est grauior iactura quàm temporis. Non debet ergo aliquis totum tempus in studio expendere differens saluti animarum curam impendere.

¶Præterea, perfecti tenentur ad id quod melius est. Sed religiosi sunt perfecti: ergo maximè religiosi debent dimittere studium vt saluti animarum insistant.

¶Præterea, Peius est errare in via morum, quàm in via pedum. Sed prælatus tenetur reuocare suum subditum, si videat eum errare in via pedum, ergo multo magis tenetur eum reuocare ab errore qui est in via morum. Est autem error si homo prætermittat quod melius est: ergo prælatus debet subditum cogere vt saluti animarum intendat studio prætermisso.

¶IN CONTRARIVM inducebatur consuetudo pro ratione.

Cõparatio vtriusque vitæ.

¶RESPONDEO dicendum, quòd aliqua duo possunt comparari adinuicem: & simpliciter & secundum aliquid casum, nihil enim prohibet id quod est melius simpliciter in aliquo casu esse minus eligendum, sicut philosophari est simpliciter melius quàm ditarisari in tempore necessitatis, ditari est magis eligendum, & aliqua præciosa margarita est carior vno pane: & tamen in aliquo casu famis, panis præeligeretur: secundum illud Treu. quarto. Dederunt præciosa quæq; pro cibo ad refocillandas animas. Est autem considerandum, quòd in quolibet artificio simpliciter melior est qui disponit de artificio, & dicitur architector, quàm aliquis manualis qui opera exequitur secundum quòd ei ab alio disponitur. Vnde & ædificijs construendis maiori mercede conducitur qui disponit de ædificio, licèt nihil manibus operetur, quàm manuales artifices, qui dolant ligna, & incidũt lapides. In ædificio autem spirituali sunt quasi manuales operarij, qui particulariter insistunt curæ animarum, puta sacramenta ministrando, vel aliquod huiusmodi particulariter agendo, sed quasi principales artifices sunt Episcopi qui imperant & disponunt qualiter prædicti suum officium exequi debeãt propter quod & Episcopi, idest superintendentes dicuntur: & simpliciter theologiæ doctores sunt quasi principales artifices, quę inquirunt & docent qualiter alij debeãt salutem animarum procurare. Simpliciter ergo melius est docere sacram doctrinam & magis meritorium si bona intẽtione agatur, quàm impendere particularem curam saluti huius & illius, vnde Apostolus de se dicit primę ad Corinth. primo. Non enim misit me Christus baptizare, sed Euangelizare, quamuis baptizare sit opus maximè conferens saluti animarum, & secundæ ad Thimo. 2. idem Apostolus commendat fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Ipsa etiam ratio demonstrat, quòd melius est erudire de pertinentibus ad salutem eos qui & in se & in alijs perficere possunt, quàm simplices qui in se tantum perficere possunt. In aliquo tamen casu necessitate imminente deberent & Episcopi & doctores intermisso proprio officio particulariter intẽdere saluti animarũ.

art. 55. c. & 2. q. 184. art. 4. c. ar. 93. ad 2. 22. q. 184. ar. 1. 0. & 2. 3.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd nullam iacturam tẽporis patitur, qui quod est melius operatur docendo sacram doctrinã: vel qui ad hoc per studiũ se disponit.

¶Ad secundum dicendum, quòd perfectus dicitur aliquis dupliciter. Vno modo quia habet perfectionem. Alio modo quia habet statum perfectionis. Perfectio autem hominis in charitate consistit, quę hominem Deo coniungit. Vnde quantum ad dilectionem Dei dicitur Genes. decimoseptimo. Ambula coram me & esto perfectus, quantum verò ad dilectionem proximi, postquam dominus dixerat Diligite inimicos vestros contulit Matthęi quinto, Estote ergo perfecti. Statum autem perfectionis habere dicuntur, qui soleniter obligantur ad aliquid perfectioni annexum. Est autem aliquid annexum perfectioni charitatis dupliciter. Vno modo, sicut præambulum & præparatorium ad perfectionem, vt paupertas, castitas & huiusmodi, quibus homo retrahitur à curis secularium rerum, vt liberiùs vacet his quæ Dei sunt. Vnde huiusmodi magis sunt quædam perfectiõis instrumẽta: propter quod Hieronymus exponens illud verbum Petri dicentis. Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, dicit quòd non sufficit Petro dicere. Ecce nos reliquimus omnia: sed addidit quod perfectum est, & secuti sumus te. Quicũque ergo vel voluntariam paupertatem, vel castitatem seruãt habent quidem præparatorium perfectionis, sed non dicuntur habere statum perfectionis, nisi qui se ex solemni professione ad huiusmodi obligant. Aliquid enim solemne & perpetuum dicitur habere statum, sicut patet in statu libertatis, vel matrimonij & similium. Alio verò modo aliquid est annexum perfectioni charitatis: vt effectus: vt scilicet aliquis curam animarũ suscipiat. Est enim perfectæ charitatis, vt aliquis propter Dei amorem prætermittat dulcedinem cõtemplatiuæ vitæ, quam magis amaret & accipiat actiuæ vitę occupationes, ad procurandum proximorum salutem. Quicũque ergo hoc modo saluti proximorum intendit, habet quidem aliquem perfectionis effectum, sed non habet perfectionis statum, nisi Episcopus qui cum quadam solemni consecratione suscipit animarum curã. Archidiaconi verò & parochiales presbyteri, magis habent commissa quædam officia, quàm q̃ per hoc in aliquo perfectionis statu ponantur. Soli ergo religiosi & Episcopi dicuntur perfecti, quasi statum perfectionis habentes, vnde religiosi fiunt Episcopi, sed non Archidiaconi vel problebani. Cũ ergo dicitur quòd perfecti tenentur ad id quod melius est, verum est si intelligatur de his qui dicuntur perfecti propter perfectionẽ charitatis. Huiusmodi enim obligantur ex lege interiori quæ inclinando obligat, vnde ad hoc obligantur secundũ mensuram suæ perfectionis quod implent. Si autẽ intelligatur de his qui dicuntur perfecti propter statũ: sicut Episcopi & religiosi non est verum. Non enim tenentur Episcopi, nisi ad ea ad quæ se extẽdit cura suscepti regiminis. Et religiosi non tenentur, nisi ad ea ad quę obligantur ex voto suæ professionis, alioquin esset obligatio ad infinitum, cũ tamen natura & ars & omnis lex certos terminos habeãt, dato tamẽ q̃ perfecti semper tenentur ad id quod melius est non esset ad propositum, sicut ex supradictis apparet.

art. 22. 4. & 184. 4. 0. 22. q. 184. art. 5. 0.

art. 157. ad 10. & 22. q. 186. art. 1. ad tertium.

¶Ad tertium dicendũ, quòd licèt prælatus teneatur subditum suũ reuocare ab omni malo, non tamen tenetur eũ inducere ad omne melius. Hæc etiam ratio in proposito locum non habet, sicut nec aliæ, &c.

QVAESTIO VIII.

DEINDE quærebantur duo de his quæ pertinent ad religiosos. Primò, vtrùm religiosus teneatur obedire suo prælato, vt reuelet sibi aliquod secretũ: quod fidei suę est cõmissum. Secũdò, vtrùm teneatur sibi obedire, vt reuelet occultam culpam fratris quam nouit.

ARTICVL. XV.

CIRCA primũ sic proceditur. Videtur quòd religiosus teneatur aliquod secretum fidei suæ commissum, reuelare prælato præcipienti. Ad obediendum enim prælato obligauit se religiosus professione solemni, ad tenẽdum autem secretum obligauit se simplici promissione, ergo magis debet obedire prælato quam seruare secretũ.

23. 3. 8. ar. 1. ad 3. 33. ar. 7. ad 5. 7. 70. ar. 1. 2. & ad 4.

¶SED CONTRA est quod Bernar. dicit. Id quod est institutum propter charitatem, non militat contra charitatem. Sed professio obedientiæ quam religiosus facit prælato, instituta est propter charitatem: ergo non militat contra charitatem, qua quilibet tenetur seruare fidem proximo.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut Bernard. dicit in lib. de dispensatione & præcepto. Sufficiens obedientia est: vt religiosus obediat suo prælato de his quę ad regulam pertinent, vel directè: sicut ea quæ sunt scripta in regula: vel indirectè: sicut ea quæ ad hæc reduci possunt, sicut ministeria exhibenda fratribus & pœnæ pro culpis inflictæ, & huiusmodi. Perfecta autẽ obedientia est, vt simpliciter in omnibus obediat quæ non sunt contra regulã: vel contra Deum. Sed quòd aliquis obediat prælato in his quæ sunt contra Deum, vel contra regulã, est obedientia incauta & illicita. Est ergo considerandum in proposito vtrùm sit licitum religioso secretum fidei suæ cõmissum reuelare. Circa quòd distinguendum est de secreto. Est enim aliquod secretum, quod illicitũ est celare, sicut quod in periculum vergit aliorum, quibus aliquis cauere tenetur. Vnde & in iuramento fidelitatis continetur quòd huiusmodi seruii secreta debeat dominis reuelare. Ad præceptum ergo prælati tenetur religiosus tale secretum pãdere, etiam si promisit se non reuelare dicente Isido. In malis promissis rescinde fidem, nisi forte in confessione audierit, quia tunc nullo modo esset reuelandum. Est autem aliud secretum, quod de se celari potest sine peccato: & tale secretum, religiosus nullo modo prælato præcipiente pandere debet: si sit fidei suæ commissum: peccaret enim frangendo fidem commisso.

art. 104. & 2. q. 104. art. 5. ad 3. 186. art. 5. ad 4.

4. dist. 21. q. 3. ar. 1. q. 2. ad secundum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd solemnior est obligatio ad seruandum ea quæ sunt fidei & charitati, quæ est ex lege naturali & ex promissione in baptismo facta, quàm quæ est ex professione religionis.

4. dist. 21. q. 3. ar. 3. q. 1. 0. & 3. 3. 0.

ARTICVLVS XVI.

CIRCA secundum, sic proceditur. Videtur quòd subditus debeat prælato præcipienti reuelare culpam occultam alterius fratris, quia vt Hieronymus dicit. Non debet occultari culpa vnius, in præiudicium multorum. Sed præsumendum, est quòd prælatus culpam vnius cognoscere velit, propter multitudinis bonum: ergo prælato percipienti, debet culpa alterius reuelari.

¶SED CONTRA est quod Gregorius dicit, quòd & si aliquando propter obedientiam debemus aliqua bona dimittere, nullo tamen modo propter obedientiam debemus aliquod malum perpetrare. Sed malum esse videtur culpam occultam detegendo, alium infamare: ergo hoc propter obedientiam fieri non debet.

22. q. 33. ar. 7. ad 1. & 107. q. 3. ar. 1. ad 13.

¶RESPONDEO dicendum, quòd religiosus prælatus in capitulo præest, sicut Iudex ecclesiasticus in foro iudiciali. Vnde ad ea potest ex præcepto subditos obligare, vt ei pandantur propter quæ potest Iudex ecclesiasticus in foro iudiciali iuramentum exigere. Est ergo sciendum quòd in criminibus triplex est modus procedendi, vnus per denunciationem, alius per inquisitionem, alius per accusationem. In via ergo denunciationis, intenditur correctio delinquentis, & ideò secundum præceptum domini Matthæi decimo octauo. Debet præcedere fraterna correctio vt scilicet corripias eum inter te & ipsum solum, quòd si non audierit, coram duobus vel tribus testibus, & vltimò dicatur ecclesiæ. Charitatis enim est, vt aliquis parcat fratri quantum potest, vnde prius debet niti, vt corrigat conscientiam fratris seruata fama solitariè admonẽdo: & postmodum coram duobus vel tribus, tandem negligenda est fama, vt emendetur cõscientia: & dicendum est ecclesiæ, in quo etiam processu consulitur conscientiæ. Nam peccator si à principio videret se publicatum, amitteret verecundiam, & obstinatior fieret ad peccandum. In inquisitione verò debet præcedere infamia. In accusatione verò debet præcedere inscriptio, per quam ipse obligat se ad talionem In inquisitione autem & accusatione, intenditur pœna peccantis propter multitudinis bonum. Si ergo appareat accusator in capitulo qui se obliget ad talionem, potest prælatus præcepto veritatis confessionem exigere, sicut & iudex ecclesiasticus iuramentũ. Et similiter si præcedat infamia, potest prælatus præcepto veritatem exquirere, & subditi tenentur obedire: si autem procedatur per viam simplicis denunciationis, non tenetur religiosus prælato præcipienti culpam fratris reuelare, nisi præcedente monitione eum videat incorrectũ: imò magis peccaret, si ad præceptum prælati reuelaret: quia plus tenetur obedire euangelio, quàm prælato: & multo magis prælatus peccaret, si subditum induceret ad peruertendum ordinem euangelij.

22. 33. ar. 7. & 107. q. 3. ar. 1. ad 4.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd de peccato præterito de quo iam aliquis correctus est ad secretam admonitionem, vel de quo potest separari corrigendus nisi contrarium inueniatur, non potest imminere periculum multitudinis. Sed de peccato futuro, quod est periculosum multitudini vel spiritualiter vel corporaliter procedit obiectum: tunc enim nõ oportet admonitionem secretam expectare: sed statim periculo occurrere, vnde & dominus nõ dicit. Si peccare intendat in futuro, sed si peccauerit in præterito.

QVAESTIO IX.

DEINDE quæruntur quatuor ad culpam pertinentia. Primò vtrùm peccatum sit natura aliqua. Secundò vtrùm periurium sit grauius peccatum quàm homicidium. Tertiò vtrùm peccet qui propter ignorantiam constitutionem Papæ non seruat. Quartò vtrùm monachus peccet mortaliter comedendo carnes.

ARTICVLVS XVII.

AD PRIMVM sic procedebatur. Videtur quòd peccatum non sit aliqua natura. Dicitur enim Ioannis primo, sine ipso factum est nihil, id est, peccatum. Sed quod est natura aliqua, non potest dici nihil, ergo peccatum nõ est natura aliqua.

¶SED CONTRA. Si peccatum non est natura aliqua oportet q̃ sit priuatio pura, sed priuatio pura non dicitur secundũ magis & minus, vt mors & tenebra; ergo vnum non esset grauius alterò, quod est inconueniens.

12. q. 72. ar. 1. ad 2. malo 9. 2. arti. 9. ad 26. 14. 22. q. 98. de periurio.

¶RESPONDEO dicendum, quòd peccatum maximè transgressionis, est actus inordinatus. Ex parte ergo actus, peccatum est natura aliqua, sed inordinatio est priuatio: & secũdum hanc, peccatum dicitur nihil. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

ARTICVLVS XVIII.

CIRCA secundũ sic procedebatur. Videtur quòd periurium sit grauius peccatum, quàm homicidium, dicit enim Bernardus quòd contra præcepta primæ tabulæ nõ potest dispensare, nec Deus nec homo. Contra præcepta autem secundæ tabulæ, potest dispensare Deus: sed non homo, ex quo potest accipi, quòd grauius sit peccare contra præcepta primæ tabulæ, quàm contra præcepta secundæ. Sed periurium est contra præceptum primæ tabulæ, quod est. Non assumes nomen Dei tui in vanum, homicidium autem est contra præceptum secundæ tabulæ: Non occides: ergo grauius peccatum est periurium quàm homicidium.

12. q. 100. art. 8. 0. ar. 113. 0.

¶Præterea, grauius est peccare in Deum, quàm in hominem. Sed periurium est peccatum in Deum: homicidium in hominem: ergo grauius peccatum est periurium quàm homicidium.

¶SED CONTRA Pœna proportionatur culpæ. Sed grauiùs puniũtur homicidium quàm periurium: ergo est grauius peccatum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut Aposiolus dicit ad Hebræos sexto. Homines per maiores sui iurant & omnis controuersiæ eorum iuramentum finis est, irrita autem in causa homicidij cõtrouersiæ finis esset iuramentum, si homicidium esset grauius peccatum quàm periurium, præsumeretur enim quòd qui maiorem culpam homicidij commisisset, non veretur minorem periurij incurrere: vnde ex hoc ipso quòd in causa cuiuslibet peccati defertur iuramentũ, manifestè ostenditur quòd periurium pro maximo peccato debet haberi: nec immeritò, quia periurare nomen Dei, videtur quidam diuini nominis denegatio, vnde secundum locum prius allegatum idololatriam peccatum periurij tenet: vt ex ordine præceptorum apparet: sed & apud gentiles, iusiurandum erat honorarissimum: vt dicitur in 1. Metaph.

Ad rationes.

¶Primas autem rationes concedimus.

4. d. 20. ar. 2. q. 1. c. & ma. q. 2. ar. 10. ad 4.

¶Ad illud verò q̃ in cõtrarium obiicitur dicendũ quòd in iudicio humano non semper quantitas pœnæ, respondet quantitati culpæ. Interdum enim infligitur maior pœna pro minori culpa, quando grauius nocumentum imminet hominibus ex minori culpa, sed secundum Dei iudicium, grauior culpa, grauiori pœna punitur, vnde vt ostendatur granitas idololatriæ & periurij, postquam in primo præcepto dixerat. Non adorabis ea neque coles: subditur Exodi vigesimoprimo. Ego sum Dominus Deus tuus visitans iniquitates patrum in filios: & postquàm dixerat. Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum, subditur. Nec enim habebit insontem Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini frustra.

ARTICVLVS XIX.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd qui facit contra constitutionem Papæ per ignorantiam, non peccet. Vt enim Augustinus dicit. Peccatum adeò est voluntarium, quòd si non est voluntarium, non est peccatum. Sed ignorantia causat inuoluntarium: vt dicitur in tertio Ethicor. ergo quod fit per ignorantiam, non est peccatum.

q. de malo. q. 3. ar. 7. 8. 0. & 12. q. 90. 4. c. & ad 2. 3. verti. q. 17. ar. 3. c.

¶Præterea, secundum iura Dominus potest repetere seruum suum ordinatum post certum tempus, hoc autem debet comparari à tẽpore ordinationis, non à tempore notitiæ: ergo obligatio constitutionis Papæ, obligat à tempore notitiæ.

¶SED CONTRA. Ignorantia iuris non excusat. Sed constitutio Papæ facit ius, ergo qui facit contra constitutionem Papæ per ignorantiam, non excusatur.

arti. 173. 0 2. 11. q. 76. ar. 2. 0.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ignorantia quę est causa actus, causat inuoluntarium. Vnde semper excusat: nisi ipsa ignorantia sit peccatũ. Est autem ignorantia peccatum, quando ignorat quis quæ potest scire & tenetur. Constitutionẽ enim Papæ, omnes suo modo scire tenentur. Si ergo aliquis nesciat per negligentiam, non excusatur à culpa, si contra constitutionem agat. Si verò aliquis habeat sufficiens impedimentum, propter quod scire

Universidad de Deusto
Biblioteca

re non potuerit, puta si fuit in carcere: vel in terris extraneis: ad quas constitutio non peruenit: vel propter aliquod simile: talis ignorantia excusat: vt non peccet contra constitutionem Papæ agens.
22.q.76.ar. 2. ad 5. 11. q.76. artic.
¶Et per hoc patet solutio ad obiecta.

ARTICVLVS XX.

CIRCA quartum sic proceditur. Videtur quòd monachus peccet mortaliter comedendo carnes. Dicit enim canon de consecratione dist. quinto ca. carnẽ, quòd monachi non debent comedere carnes, & si contra fecerint debent incarcerari. Sed talis pœna non infligitur: nisi pro peccato mortali: ergo monachi comedentes carnes peccant mortaliter.
22.q.185.8. 2.q.186.ar ticulo 9.

¶Præterea. facere contra votum est peccatum mortale, sed monachi ex voto obligantur ad seruandam regulam beati Benedicti: in qua continetur, quòd monachi à carnibus abstineant: ergo monachi peccant mortaliter comedendo carnes.

¶SED CONTRA. Nullum peccatum mortale conceditur alicui ratione cuiuscunque infirmitatis. Sed comedere carnes conceditur monacho ratione infirmitatis: ergo comedere carnes non est peccatum mortale monacho.

¶RESPONDEO dicendum, quòd nihil est peccatum mortale monacho: vel religioso cuicunque per se loquendo, quod non sit peccatum mortale alteri: nisi sit contrarium ei ad quod se voto professionis obligauit: per accidens tamen vt ratione scandali: vel alicuius huiusmodi posset aliquid ei esse peccatum, quod non esset alij peccatum. Est ergo considerandum quid sit illud ad quod religiosus voto professionis se astringit: & siquidem religiosus profitendo voueret se regulam seruaturum, videretur se obligare voto ad singula: quæ continentur in regula: & sic contra quodlibet eorum agendo peccaret mortaliter. Et ex hoc sequeretur quòd religionis status esset religiosis in laqueũ peccati mortalis: quod vix aut nunquam possent declinari. Sancti ergo patres qui ordines instituerunt: nolentes hominibus injicere damnationis laqueum: sed magis viam salutis: ordinauerunt talem professionis formam in qua periculum esse non posset, sicut in ordine fratrum prædicatorum est cautissima & securissima forma profitendi, qua non promittit se seruare regulam: sed obedientiam secundum regulam, vnde ex voto obligantur ad seruanda ea quæ ponuntur in regula tanquam præcepta: & quæ prælatus secundum tenorem regulæ sibi præcipere voluerit. Cætera verò quæ non continentur in regula sub præcepto non cadunt directè sub voto, vnde ea prætermittens non peccat mortaliter. Beatus verò Benedictus statuit monachum profiteri non quidem obseruare regulam: sed quòd profitens promittit conuersionem morum suorum secundum regulam, hoc est dictu, vt secundum regulam dirigat mores suos, contra quod facit si vel ea quæ sunt præcepta in regula transgrediatur: vel etiam contemnat regulam secundum eã dirigere actus suos omninò recusans, non autem omnia quæ in regula continentur sunt præcepta: quædam enim sunt monitiones siue consilia, quædam verò ordinationes siue statuta quædam, vt quòd post completorium nemo loquatur. Huiusmodi autem statuta quæ in regula continentur non habent vim præcepti, sicut nec prælatus statuens aliquid intendit semper ad peccatum mortale obligare per præceptum. Est autem prælatus quasi quædam regula animata: vnde stultum esset putare, quòd monachus frangẽs silentium post completorium peccaret mortaliter, nisi fortè faceret hoc contra præceptum prælati, vel ex contemptu regulæ. Abstinere autem à carnibus non ponitur in regula beati Benedicti, vt præceptum, sed vt statutum quoddam, vnde monachus comedens carnes non ex hoc ipso peccat mortaliter, nisi in casu propter inobedientiam, vel contẽptum.
22.q.186. art.9.ad 1.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd pœna illa infligitur monacho contumaciter & inobedienter carnes comedendi.

¶Ad secundum dicendum, quòd comedere carnes non est contra votum monachi, nisi quando comederet ex inobedientia: vel ex contemptu. Quod verò in contrarium obijcitur efficaciam non habet, procedit enim de his quæ sunt secundum se mala, sicut homicidium, adulterium: & huiusmodi quæ sunt omnibus illicita, tam sanis quàm infirmis. Non autem procedit de his quæ sunt mala, quia prohibita: aliquid enim potest prohiberi sano, quod non prohibetur infirmo.

QVAEST. X.

DEINDE circa bonum gloriæ quærebantur duo de corporibus glorioſis.

¶Primò, vtrùm corpus glorioſum naturaliter poſsit eſſe cum alio corpore non glorioſo in eodem loco.

¶Secundò, vtrùm hoc fieri poſsit miraculo.

ARTICVLVS XXI.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd corpus glorioſum naturaliter poſsit eſſe cum alio corpore in eodem loco. Sicnim prohibetur eſſe cum alio corpore in eodem loco, aut eſt propter groſsitiem, ſiue corpulentiam, aut propter dimenſiones: ſed non propter groſsitiem ſeu corpulentiam, quia corpus glorioſum erit ſpirituale ſecundum Apoſtolum primæ ad Corinth. decimoquinto. Similiter nec propter dimenſiones, quia cùm tangentia ſint quorum vltima ſunt ſimul, neceſſe eſt quòd punctum vnius corporis naturalis ſit ſimul cùm puncto alterius: & linea cum linea: & ſuperficie. Pari ergo ratione & corpus cùm corpore. Non ergo prohibetur corpus glorioſum quin naturaliter poſsit eſſe ſimul cum alio corpore in eodem loco.
ar.22.4.d. 44.q.2.ar. 2.q.2.0.3. q.5.4.fin.

¶Præterea. Commentator dicit in octauo Phyſicorũ (Topicorum octuageſimoſecundo.) Quod partes aeris & aquæ partim ſubintrant ſeinuicem propter hoc quòd partim ſunt naturæ ſpiritualis, ſed corpora glorioſa omninò erunt ſpiritualia, vt iam dictum eſt: ergo totaliter poterunt ſubintrare alia corpora, & ſui eſſe cum eis.
4.di.44.q. Lect.1.q.1. cor contra 4.d.34. ar.22.at 40. 43.q.54. artic.ad 2. 54.ar.4. ad 3.

¶SED CONTRA Glorificatio non tollit naturam, ſed corpus humanum non poteſt naturaliter eſſe ſimul cum alio corpore in eodem loco in ſtatu iſto, ergo neque poſtquam erit glorificatum.
1.p.q.69. ar.2.c.& 3. 3.q.54.ar. 2.ad 1.

¶RESPONDEO dicendum, quòd manifeſtum eſt quòd corpus humanum in ſtatu iſto non poteſt eſſe cum alio corpore in eodem loco. Si ergo corpus glorioſum naturaliter poſsit eſſe cum alio corpore in eodem loco propter aliquam proprietatem inditam: illa proprietas auferet hoc propter quod corpus humanum in ſtatu iſto prohibetur eſſe cum alio corpore in eodem loco. Eſt ergo conſiderandum quid ſit huiuſmodi, prohibens. Dicunt autem quidam hoc eſſe groſsitiem: vel corpulentiam quandam quæ tolletur per dotem gloriæ, quàm nominant ſubtilitatem, ſed hoc non eſt intelligibile, non enim inuenitur quid ſit huiuſmodi corpulentia vel groſsities, non enim eſt aliqua qualitas: quia nulla qualitas dari poteſt, qua quidem remota corpus poſſit eſſe cum alio corpore in eodem loco. Similiter nec poteſt eſſe forma nec materia quæ ſunt partes eſſentiæ, quia tunc integra eſſentia corporis humani non remaneret cum gloria: quod eſt hæreticum.
3.di.33.q.3. 4.q.35.ar.6. 2.cr q.55. artic.6.

¶Et ideò dicendum eſt, quòd hoc prohibens nihil eſt aliud quàm dimenſiones quibus ſubſtat materia corporalis, neceſſe eſt enim vt id quod eſt per ſe ſit cauſa in vnoquóque genere. Diſtinctio autem ſecundum ſitum primò & per ſe conuenit quantitati dimenſiuæ, quæ diffinitur eſſe quantitas poſitionem habens. Vnde & partes in ſubiecto ex hoc ipſo diſtinctionem habent ſecundum ſitum, quòd ſunt ſubiectæ dimenſioni, & ſicut eſt diſtinctio diuerſarum partium vnius corporis ſecundum diuerſas partes vnius loci per dimenſiones, ita propter dimenſiones diuerſa corpora diſtinguntur, ſecundum diuerſa loca. Duo enim corpora facit actualis diuiſio materiæ corporalis. Duas autem partes vnius corporis diuiſibilitas potentialis, vnde & Philoſophus dicit in quarto Phyſicorum (Topicorum capite ſeptuageſimoſexto) quòd ſicut ſubintrante cubo ligneo aquam vel aerem, oportet quòd cedat tantum de aqua: vel aere, ita oportet quòd cederent dimenſiones ſeparatæ, ſi vacuum poneretur. Cùm ergo gloria non tollat dimenſiones corporis, dico quòd corpus glorioſum non poteſt naturaliter eſſe cum alio corpore in eodem loco propter aliquam proprietatem inditam.
ver. 1.q.10. 4.d.10.ar. 2.q.3.ad 2. ar.3.q.5.ad quartum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum quòd ſicut dictũ eſt corpus humanum in ſtatu illo prohibetur eſſe cum alio corpore in eodem loco, non propter corpulentiam aut groſsitiem quæ per gloriam tollatur, ſpiritualitatẽ enim Apoſto-

Apoſtolus opponit animalitati: ſecundum quam corpus eſt alimonia indigens: vt Auguſtinus dicit. Non autem opponit groſsitiei vel corpulentiæ, ſed impeditur propter dimenſiones. Reſpondeo verò quæ in contrarium obijcitur, ponitur inter ſophiſticas rationes à philoſopho in 4. Phiſicorum. Puncto enim & lineæ & ſuperficiei, non debetur locus: ſed corpori, vnde non ſequitur. Si termini corporum ſe tangentium ſunt ſimul, quòd propter hoc plura corpora poſſunt eſſe in eodem loco.
¶Ad ſecundum dicendum, quòd ſicut ibidem commentator exprimit: ſubintratio illa fit per condenſationem: & dicuntur habere ſpiritualem virtutem propter raritatem. Eſſet autem erroneum dicere hoc modo, quòd ſunt aeri ventriſque ſimilia: vt patet per Gregorium in decimo nono moraliũm.

ARTICVLVS XXII.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd corpus glorioſum nullo modo poſsit eſſe ſimul cum alio corpore in eodem loco. ſicut enim ſe habet corpus vnum ad vnum locum, ita duo corpora ad duo loca: ergo commutatim ſicut vnum corpus ad duo loca: ita duo corpora ad vnum locum. Sed vnum corpus nullo modo poteſt eſſe in duobus locis. Ergo nec duo corpora in vno loco.
¶Præterea, ſi duo corpora ſint in vno loco, ſumantur duo puncta in duabus extremitatib. loci. Sequitur ergo quòd inter iſta duo puncta, erunt duæ lineæ rectæ duorum corporum in eodem loco exiſtentium: quod eſt impoſsibile: ergo impoſsibile eſt duo corpora eſſe in eodem loco.
¶SED CONTRA eſt, quòd Chriſtus intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis: vt habetur Ioannis vigeſimo, quod eſſe non poteſt, niſi corpus eius ſimul cum corpore portarum fuiſſet in eodem loco. Poteſt ergo corpus glorioſum cum alio corpore eſſe in eodem loco.
¶RESPONDEO dicendum, quod ſicut iam dictum eſt, duo corpora eſſe in eodem loco prohibentur ex dimenſionibus: quia materia corporalis ſecundum dimenſiones diuiditur: dimenſiones autem diſtinguntur ſecundum ſitum. Deus autem qui eſt omnium cauſa prima, poteſt conſeruare effectus in eſſe ſine cauſis proximis: vnde ſicut conſeruat in ſacramento altaris accidentia ſine ſubiecto, ita poteſt conſeruare diſtinctionem materiæ corporalis & dimenſionum in ea abſque diuerſitate ſitus. Miraculosè ergo fieri poteſt, quòd duo corpora ſint in eodem loco: vnde corpori Chriſti attribuitur à ſanctis, quòd exiit per clauſum virginis vterum: & quòd intrauit ianuis clauſis per virtutem diuinam: & ſimul dico quòd corpus glorioſum, quod erit configuratum corpori claritatis Chriſti, poterit eſſe cum alio corpore in eodem loco: non propter aliquam virtutem creatam inditam, ſed ſola diuina virtute aſsiſtente: & hoc operante, ſicut corpus Petri ſua vmbra & ſanabit infirmos: ſed diuina virtute aſsiſtente miracula faciente.
¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd proportione commutata ſic eſt vtendum, ſicut ſe habet primum ad ſecundum: vt duo ad tria: ita ſe habet tertium ad quartũ, id eſt, tria ad ſextum, & ſecundum hoc ratio ſic deberet procedere: ſicut ſe habet vnum corpus ad vnum locum, ita duo corpora ad duo loca. Ergo ſicut vnum ad duo corpora, ita vnus locus ad duo loca: & ſic non ſequitur, quòd ſi vnum corpus non poteſt eſſe in duobus locis, quòd duo corpora non poſſint eſſe in vno loco, vnum enim corpus eſſe localiter in duobus locis implicat contradictionem: quia de ratione loci eſt, quòd ſit terminus locati, terminus autem eſt extra quem nihil eſt rei: vnde nihil locati poteſt eſſe in loco exteriori: quòd ſi ponatur eſſe in duobus locis, ſequitur quòd ſit extrà ſuum locum: & ita ſequitur quòd ſit locatum & non locatum: nec eſt inſtantia de corpore Chriſti: quia non eſt in ſacramento altaris localiter: ſed per conuerſionem.
¶Ad ſecundum dicendum, quòd duas lineas rectas mathematicas eſſe infra duo puncta, eſt impoſsibile: quia in eis nulla alia ratio diſtinctionis poteſt intelligi, niſi ex ſitu: ſed duas lineas naturales eſſe infra duo puncta: eſt impoſsibile quidem per naturam: ſed poſsibile per miraculum: quia remanet alia ratio diſtinctionis in lineis duabus ex diuerſitate corporum ſubiectorum quæ conſeruatur virtute diuina, etiam remota diuerſitate ſitus.
contra ſcũ. vnũ corpus non poteſt eſſe in 2. loco.
4.di.44.q. Lect.1.q.1. 2. cr ad 2. 3.q.54.art.3. ad 1.

INCIPIT QVODLIBET SECVNDVM.

QVAESTIO I.

QVAESITVM est de Chriſto: de angelis, & de hominibus. Circa Chriſtum quæſita ſunt duo de paſsione eius. Primò vtrùm in triduo mortis, fuerit idem homo in numero. Secundò vtrùm quælibet paſsio Chriſti ſuſſeciſſet ad redemptionem humani generis ſine morte.

ARTICVLVS I.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Chriſtus fuerit idem homo in triduo. Dicitur enim Math. 12. Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ: ſed nõ fuit alius filius hominis in corde terræ, niſi filius hominis qui loquebatur ſuper terram, alioqui Chriſtus fuiſſet duo filij: ergo fuit idem homo in triduo mortis.
art.77.& c. 42.1.& ad 3.q.50.art. 45.0.

¶Præterea, Ionas fuit idem homo in vẽtre ceti, qui prius fuerat. Sed ſicut Ionas fuit in ventre ceti, ita Chriſtus in corde terræ: ergo etiam Chriſtus fuit idem homo.

¶SED CONTRA, remota forma partis, remouetur forma totius quæ reſultat ex compoſitione formæ & materiæ. Sed in triduo mortis anima fuit ſeparata à corpore Chriſti, ergo deſijt eſſe humanitas. Nõ ergo fuit idem numero homo in triduo mortis.
¶RESPONDEO dicendum, quòd in Chriſto fuerunt tres ſubſtantiæ vnitæ: ſcilicet corpus, anima, & diuinitas. Sed corpus & anima fuerunt vnita, non ſolum in vnam perſonam: ſed in vnam naturam. Diuinitas autem in natura quidem non potuit vniri, nec animæ nec corpori, quia ſic perfectiſsima natura non poteſt eſſe pars alicuius naturæ. Sed fuit vnita corpori & animæ in perſona: in morte autem ſeparata fuit anima à corpore: alioquin non fuiſſet vera mors Chriſti: de cuius ratione eſt quod ſeparetur anima à corpore: quod per animam viuificatur: ſed diuinitas non fuit ſeparata nec ab anima nec à corpore: quod patet ex ſimbolo fidei: in quo de filio Dei dicitur, quòd ſepultus eſt & deſcendit ad inferos, corpore autem iacente in ſepulchro & anima ad inferos deſcendente, non attribuerentur iſta filio Dei, niſi hæc duo eſſent ei copulata in vnitate hypoſtaſis vel perſonæ. Et ideò de Chriſto in triduo mortis dupliciter loqui poſſumus. Vno modo quantum ad hypoſtaſim, vel perſonam: & ſic eſt idem numero ſimpliciter qui fuit. Aut quantum ad naturam humanam. Et hoc dupliciter vno modo quãtum ad totam naturam, quæ humanitas dicitur, & ſic Chriſtus non fuit homo in triduo mortis: vnde nec idem homo, ſed eadem hypoſtaſis. Aut quantum ad partem humanæ naturæ: & ſic anima quidem fuit omninò eadem numero, eo quòd non eſt tranſmutata, ſecundum ſubſtantiã, corpus verò fuit idem numero ſecundum materiam: ſed non ſecundum formam ſubſtantialem quæ eſt anima: vnde non poteſt dici quòd ſimpliciter fuerit idem numero: quia quælibet differentia ſubſtantialis excludit idem ſimpliciter: animatum autem eſt differentia ſubſtantialis & ideò mori eſt corrumpi non alterari tantum: nec iterum poteſt dici quòd ſimpliciter non ſit idem vel aliud: quia non eſt ſecundum totam ſubſtantiam non idem aut aliud.
ar.3.q.50. ar.1.& 2. 3.p.q.50.ar ticu.2.& 3. 0.& 3.d.6. q.1.ar.3.0. & opus 60. ar.16.a.ſin
¶Dicendum eſt ergo quòd fuit ſecundum quid idem ſecundum quid non: idem ſecundum materiam enim idem, ſecundum formam verò non idem.
¶AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ homo eſt nomen naturæ, ſed filius eſt nome hypoſtaſis: & ideò magis in triduo mortis, Chriſtus poteſt dici filius hominis quam homo.
ar.183.ar 3. p.q.23.art. 4.0.
¶Ad ſecundum dicendum, quòd ſimilitudo non attenditur ibi quantum ad omnia: ſed ſolùm quantum ad occupationem. Nam Chriſtus fuit mortuus in corde terræ: nõ autem Ionas in ventre ceti.
ar.3.0.

ARTICVLVS II.

CIRCA ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd alia paſsio Chriſti non ſuffeciſſet ad redemptionem humani generis ſine morte. Dicit enim Apoſtolus ad Galat. 2. Si ex lege eſt iuſtitia, ergo Chriſtus mortuus eſt gratis ideſt inutiliter & ſine cauſa. Sed ſi alia paſsio ſuffeciret, Chriſtus gratis mortuus eſſet: ſed hoc habet Apoſtolus pro inconuenienti: ergo alia paſsio Chriſti non ſuf-
3.p.q.46 ar.2.& 3. 0.& 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuisset ad redemptionem humani generis.

¶Præterea. Illud enim dicitur, quod iusto precio compa ratur. Sed iustum precium pro peccato primi parentis quo venditum est in seruiturem genus humanum esse non potuit aliud quàm vita Christi, quæ valet omnium hominum vitas, quæ per illud peccatum priuatur. Nam per peccatum primi hominis mors in omnes intrauit: vt dicitur ad Romanos quinto: ergo non potuisset humanum genus redimi per aliam passionem Christi absq; morte.

¶Præterea. Gregorius dicit in tertio Moralium, quòd nisi Christus mortem indebitam suscepisset, nequaquam nos à morte debita liberaret, ergo passio alia non sufficisset ad liberationem humani generis sine morte.

¶Præterea. Apostolus dicit ad Hebræos decimo, quòd Christus vna oblatione consumauit in æternum sanctificatos, & ideò non est locus secundæ oblationis. Sed manifestum est quòd Christus ante mortem multas passiones sustinuit esuriens, laborans, consputus & flagellatus. Si ergo istæ passiones sufficiunt, non oportuisset seipsum ad mortem, obtulit autem seipsum hostiam Deo pro peccatis nostris, vt dicitur ad Ephes. quinto, & hoc per mortem: ergo passio Christi absque morte non sufficisset.

¶SED CONTRA. Iniuria: vel passio alicuius, mensuratur ex dignitate personæ. Maiorem enim iniuriam patitur Rex si percutiatur in facie, quam aliqua priuata persona, sed dignitas personæ Christi est infinita: quia est persona diuina, ergo quælibet passio eius quantumcunque sit minima, est infinita, quælibet ergo passio eius sufficisset ad redemptionem humani generis: etiam sine morte.

¶Præterea. Bernard. dicit. Quod minima gutta sanguinis Christi sufficisset ad redemptionem humani generis: potuisset autem aliqua gutta sanguinis Christi effundi: sine morte: ergo etiam sine morte potuisset per aliquam passionem humanum genus redimere.

¶RESPONDEO dicendum, quod ad emptionem duo requiruntur: scilicet quàtitas precij, & deputatio eius ad aliquid emendum. Si enim aliquis det precium non æquale ad rem aliquam acquirendam: non dicitur esse simpliciter emptio, sed partim emptio, partim donatio, puta si aliquis emat librum qui valet viginti libras pro decem libris, partim emeret librum: & partim sibi daretur. Rursus si daret etiam maius precium & non deputaret ad emendum: non diceretur emere librum. Si ergo loquamur de redemptione humani generis quantum ad quantitatem precij, sic quælibet passio Christi etiam sine morte sufficisset ad redemptionem humani generis propter infinitam dignitatem personæ, & sic procedunt duæ vltimæ rationes. Si autem loquamur quantum ad deputationem precij: sic dicendum est, quòd non sunt deputata ad redemptionē humani generis à Deo patre & Christo aliæ passiones Christi absq; morte: & hoc triplici ratione. Primò quidem vt precium redemptionis humani generis non solùm esset infinitum valore: sed etiam esset eiusdem generis: vt scilicet nos de morte per mortem redimeret. Secundò, vt mors Christi non solum esset precium redemptionis, sed etiam exemplum virtutis: vt videlicet homines non timerent pro veritate mori. Et has duas causas assignat Apostolus ad Hebreos secundo, dicens, Vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, quantum ad primum: Et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti, quantum ad secundum. Tertiò, vt mors Christi esset etiam sacramentum salutis: dum nos virtute mortis Christi morimur peccato, & carnalibus concupiscentijs, & proprio affectui: & hæc causa assignatur primæ Petri tertio: Christus semel pro peccatis nostris mortuus est iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu, & ideò humanum genus non est redēptum per aliam passionē absq; morte Christi.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non sine causa deputata est mors Christi ad redemptionem humani generis: quamuis minor passio sufficere potuisset: vt dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd Christus non soluendo vitam suam: sed etiam quancunque passionem patiendo sufficiens precium exoluisset pro redemptione humani generis, si minor passio ad hoc diuinitus deputata fuisset, & hoc propter infinitam dignitatem personæ Christi, vt dictum est.

¶Aliæ duæ rationes procedunt ex hoc quòd aliæ passiones Christi non fuerunt deputatæ ad hoc, quòd per eas absque morte Christi redimeretur humanum genus.

QVÆSTIO II.

DEINDE quærebatur de Angelis. Et primò quantum ad compositionem ipsorum, secundò quàtum ad tempus motus ipsorum. Circa primum quærebantur duo. Primo, vtrùm Angelus subsistantialiter sit compositus essentia & esse. Secundò, vtrùm in Angelo sit aliud suppositum & natura.

ARTICVLVS III.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Angelus subsistantialiter non componatur ex essentia & esse. Essentia enim Angeli est ipse Angelus, quia quidditas simplicis est ipsum simplex. Si ergo Angelus componeretur ex essentia & esse, componeretur ex seipso & alio: hoc autem est inconueniens. Non ergo subsistantialiter componitur ex essentia & esse.

¶Præterea. Nullum accidens cadit in subsistantialem compositionē substātiæ. Sed esse Angeli est accidens, propriè enim Deo attribuitur secūdum. Hil. in lib. de trinitate patet, q̄ esse non sit accidēs eius: sed subsistēs veritas: ergo Angelus non est essentialiter compositus ex essentia & esse.

¶SED CONTRA est quod dicitur in commento libri de causis, quòd intelligentia quem dicimus Angelum habet essentiam & esse.

¶RESPONDEO dicendum, quòd dupliciter aliquid de aliquo prędicatur. Vno modo essentialiter. Alio modo per participationem. Lux enim prædicatur de corpore illuminato participatiuè. Sed si esset aliqua lux separata, prædicaretur de ea essentialiter. Secundum ergo hoc dicendum est quòd ens prædicatur de solo Deo essentialiter: eò quòd esse diuinum est esse subsistens & absolutum. De qualibet autem creatura prædicatur per participationem. Nulla enim creatura est suum esse: sed est habēs esse. Sic & Deus dicitur bonus essentialiter quia est ipsa bonitas: creaturæ autem dicuntur bonæ per participationem: quia habent bonitatem, vnumquodque enim inquātum est, bonum est: secundum illud Augu. in primo doctrina Christiana, quòd inquantum sumus: boni sumus: quandocunque autem aliquid prædicatur de altero per participationem oportet ibi aliquid esse præter id quod participatur, & ideo in qualibet creatura est aliud ipsa creatura, quæ habet esse: & ipsum esse eius: & hoc est quod Boe. dicit in lib. de Hebdomadi. Quod in omni eo quod est citra primum aliud est esse & quod est. Sed sciendum est quod aliquid participatur dupliciter. Vno modo quasi exiſtens de subſtantia participantis, ſicut genus participatur à ſpecie. Hoc autē modo eſſe non participatur à creatura. Id enim eſt de ſubſtantia rei, quod cadit in eius diffinitione. Ens autem non ponitur in diffinitione creaturæ: quia nec eſt genus nec differentia, vnde participatur, ſicut aliquid non exiſtens de eſſentia rei. Et ideò alia quæſtio eſt, an eſt, & quid eſt, vnde cum omne quod eſt præter eſſentiam rei dicatur accidens, eſſe quod pertinet ad quæſtionem an eſt, eſt accidens, & ideò commentator dicit in quinto Meraphyſic. Quod iſta propoſitio Sortes eſt, eſt de accidentali prædicato: ſecundum quòd importat entitatem rei, vel veritatem propoſitionis: ſed verum eſt quòd hoc nomen ens ſecundum quòd importat rem: cui competit huiuſmodi eſſe, ſic ſignificat eſſentiam rei, & dividitur per decem genera, non tamen vniuocè, quia non eadē ratione competit omnibus eſſe. Sed ſubſtantiæ quidem per ſe, alijs autem aliter. Si ergo in Angelo eſt compoſitio ex eſſentia & eſſe, non tamen eſt compoſitio ſicut ex partibus ſubſtantiæ, ſed ſicut ex ſubſtantia: & eo quod adhæret ſubſtantiæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aliquando ex his quæ ſimul iunguntur relinquitur aliqua res tertia, ſicuti ex anima & corpore conſtituitur humanitas: quæ eſt homo, vnde homo componitur ex anima & corpore. Aliquando autem ex his quæ ſimul iungūtur, non reſultat res tertia, ſed reſultat quædā ratio cōpoſita, ſicut ratio hominis albi reſolaitur in rationē hominis: & in rationē albi: & in talibus aliquid componitur ex ſeipſo & alio: ſicut album componitur ex eo quod eſt album: & ex albedine.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd eſſe eſt accidēs: non quaſi per accidens ſe habens: ſed quaſi actualitas cuiuſlibet ſubſtan-

ſubſtātiæ, vnde ipſe Deus qui eſt ſua actualitas eſt ſuū eſſe.

ARTICVLVS IIII.

CIRCA ſecundum ſic proceditur. Videtur quòd in angelo idem ſit ſuppoſitum & natura. In his enim quæ ſunt compoſita ex materia & forma differt ſuppoſitum & natura: quia ſuppoſitum addit ſupra naturam ſpeciei materiam individualem, quod non poteſt eſſe in angelo: ſi angelus non ſit compoſitus ex materia & forma: ergo in Angelo non differt ſuppoſitum & natura. Sed dicebat quòd ſuppoſitum in Angelo differt à natura inquantum ſuppoſitum intelligitur: vt habens eſſe: non autem natura.

¶SED CONTRA. Sicut eſſe non ponitur in diffinitione naturæ: ita non poneretur in diffinitione ſuppoſiti: vel ſingularis: ſi ſuppoſitum vel ſingulare diffiniretur. Ergo ſuppoſitum per eſſe à natura non differt. Nullo ergo modo differunt ſuppoſitum & natura.

¶SED CONTRA. In omnibus creaturis, natura conſtituit ſuppoſitum. Sed nihil conſtituit ſeipſum, ergo in nulla creatura eſt idem ſuppoſitum & natura.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ad huius quæſtionis intelligentiam: oportet conſiderare quid ſit ſuppoſitum: & quid natura. Natura autem quamuis multipliciter dicatur: tamen vno modo dicitur natura ipſa ſubſtantia rei: vt dicitur in quinto Metaphyſi. 3. (Topico, capite quinto) ſecundum quòd ſubſtantia ſignificat eſſentiam: vel quidditatem rei: vel quid eſt. Illud ergo ſignificatur nomine naturæ: prout hic loquimur de natura quod ſignificat diffinitio, vnde Boetius dicit in libro de duabus naturis, quòd natura eſt vnumquodque informans ſpecifica differentia, differentia enim ſpecifica eſt completiua diffinitionis. Suppoſitum autem eſt ſingulare in genere ſubſtantiæ: quod dicitur hypoſtaſis: vel ſubſtantia prima: & quia ſubſtantiæ ſenſibiles compoſitæ ex materia & forma ſunt magis nobis notæ: ideò in eis primò videamus quomodo ſe habet eſſentia: vel natura ad ſuppoſitum.

Dicunt autem quidam, quòd forma partis eſt idem cum forma totius: quæ dicitur eſſentia: vel natura ſecundum rem: ſed differt ſolā ratione, nam forma partis dicitur inquantum facit materiam eſſe in actu: forma autem totius: inquantum conſtituit ſpeciem: ſicut anima dicitur forma partis inquantum facit corpus eſſe in actu: & ſimiliter dicitur anima forma totius: inquantum conſtituit ſpeciem humanam: & ſic dicitur humanitas & ſecundum hoc in rebus compoſitis ex materia & forma natura eſt pars ſuppoſiti. Nam ſuppoſitum eſt individuum compoſitum ex materia & forma: vt dictum eſt. Sed prædicta poſitio non videtur eſſe vera: quia vt dictum eſt: natura vel eſſentia dicitur id quod ſignificat diffinitio. Diffinitio autem in rebus naturalibus non ſolùm ſignificat formam: ſed etiam materiam: vt dicitur in 6. Metha. (T.c.12.) Nec poteſt dici quòd materia ponatur in diffinitione rei naturalis: ſicut non exiſtens de eſſentia eius. Hoc enim eſt proprium accidentis: vt diffiniatur per aliquid quod non eſt de eſſentia eius, ſcilicet per ſubiectum, & ideò habet eſſe ſiam incompletè: vt dicitur in 6. Meth. (T.c.14.) Relinquitur ergo quòd in rebus compoſitis ex materia & forma, eſſentia vel natura non ſit ſola forma: ſed compoſitum ex materia & forma. Reſtat ergo conſiderandum cum ſuppoſitum: vel individuum naturale ſit compoſitum ex materia & forma, vtrùm ſit idem eſſentiæ vel naturæ. Et hāc quæſtionem mouet Philoſophus in 7. Metha. (T.c.11.) vbi inquirit, vtrùm ſit idem vnumquódque & quod quid eſt eius, & determinat quòd in his quæ dicuntur per ſe, idem eſt res & quod quid rei: in his autem quæ dicuntur per accidens, non eſt idē. Homo enim nihil eſt aliud quā quod quid eſt hominis. Nihil enim aliud ſignificat homo quàm anima greſſibile bipes. Sed res alba non eſt idem omninò ei quod quid eſt album, quod ſcilicet ſignificatur nomine albi. Nam album nihil ſignificat niſi qualitatem: vt dicitur in prædicamentis, res autē alba eſt ſubſtantia habens qualitatem. Secundum hoc ergo cuicunque poteſt aliquid accidere, quod non ſit de ratione ſuę naturæ in eo differtes, & quod quid eſt ſiue ſuppoſitum & natura, nam in ſignificatione naturæ includitur ſolùm id quod eſt de ratione ſpeciei: ſuppoſitum autem non ſolum habet hæc quæ ad rationem ſpeciei pertinent: ſed etiam alia quæ ei accidūt, & ideò ſuppoſitum ſignatur per totum: natura autem ſiue quidditas, vt pars formalis. In ſolo autem Deo non inue-

nitur aliquod accidens, præter eius eſſentiam: quia ſuum eſſe eſt ſua eſſentia: vt dictum eſt: & ideò in Deo eſt omninò idem ſuppoſitum & natura. In angelo autem non eſt omninò idem: quia aliquid accidit ei præter id quod eſt de ratione ſuæ ſpeciei: quia & ipſum eſſe angeli eſt præter eius eſſentiam: ſeu naturam: & alia quædam ei accidunt quæ omninò pertinēt ad ſuppoſitū, non autē ad naturam.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non ſolùm in compoſitis ex materia & forma inuenitur aliquod accidens præter eſſentiam ipſius ſpeciei: ſed etiam in ſubſtantijs ſpiritualibus: quæ non componūtur ex materia & forma. Et ideò in vtriſque ſuppoſitum non eſt omninò idem quod ipſa natura. Hoc tamen eſt aliter & aliter in vtriſq;. Dupliciter autem aliquid accipitur: vt accidens præter rationem rei. Vno modo: quia non cadit in diffinitione ſignificante eſſentiam rei: ſed tamen eſt deſignatiuum: vel determinatiuum alicuius eſſentialium principiorum: ſicut rationale accidit animali: vtpotè præter diffinitionē eius exiſtens, & tamen eſt determinatiuum eſſentiæ animalis: vnde eſt eſſentiale homini & de ratiōe eius exiſtens. Alio modo accidit aliquod alicui, quia nec eſt in eius diffinitione: nec eſt determinatiuum alicuius eſſentialium principiorum: ſicut albedo accidit homini. His ergo quæ ſunt compoſita ex materia & forma accidit alia præter rationem ſpeciei exiſtens vtroque modo. Cùm enim de ratione ſpeciei humana ſit quòd componatur ex anima & corpore, determinatio corporis & animæ eſt præter rationē ſpeciei, & accidit homini inquantum eſt homo, quòd ſit ex hac anima & ex hoc corpore. Sed hoc conuenit per ſe huic homini, de cuius ratione eſſet, ſi diffiniretur, quòd eſſet ex hac anima & ex hoc corpore: ſicut de ratione hominis communis eſt, quòd ſit ex anima & corpore. Accidunt etiam compoſitis ex materia & forma præter rationē ſpeciei, multa alia quæ non ſunt determinatiua eſſentialium principiorum. Subſtārijs verò in materialibus creatis accidunt quidem aliqua præter rationem ſpeciei: quæ non ſunt determinatiua eſſentialium principiorum: vt dictum eſt, non tamen accidunt eis aliqua quę ſunt determinatiua eſſentiæ ſpeciei: quia ipſa natura ſpeciei non individuatur per materiam: ſed per ſe ipſam: ex hoc quòd talis forma non eſt nata recipi in aliqua materia: vnde per ſeipſam nō eſt multiplicabilis, neq; prædicabilis de pluribus: ſed quia non eſt ſuum eſſe, accidit ei aliquid præter rationem ſpeciei: ſcilicet ipſum eſſe: & alia quædam quæ attribuuntur ſuppoſito & non naturæ, propter quod ſuppoſitum in eis non eſt omninò idem cum natura.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd non omne quod accidit alicui præter rationem ſpeciei eſt determinatiuum eſſentiæ ipſius: vt oporteat illud poni in ratione eius: ſicut dictū eſt: & ideò licet ipſum eſſe non ſit de ratiōe ſuppoſiti: quia tamen pertinet ad ſuppoſitum: & non eſt de ratione naturæ, manifeſtum eſt quòd ſuppoſitum & natura non ſunt omninò idem in quibuſcunque res non eſt ſuum eſſe.

¶Ad illud verò quod in contrarium obijcitur dicendum quòd natura dicitur conſtituere ſuppoſitum, etiam in cōpoſitis ex materia & forma: non quia natura ſit vna res: & ſuppoſitum alia res. Hoc enim eſt ſecundum opinionem dicentium, quòd natura ſpeciei ſit forma tantum: quæ cōſtituit ſuppoſitum ſicut totum: ſed quia ſecūdum modum ſignificandi natura ſignificatur: vt pars ratione ſupradicta. ſuppoſitum verò vt totum natura ſignificatur: vt conſtituens: & ſuppoſitum vt conſtitutum.

QVAEST. III. ARTICVL. V.

DEINDE quæſitum eſt de tempore per quod Deus mouet creaturam ſpiritualem ſecundū Aug. vtrùm ſit idem cum tempore quod menſurat motus corporalium rerum. Et videtur quòd ſic, quia neque Auguſt. diuerſitatem hanc temporum aſſignauit neq; aliquis Philoſophus. Vanū ergo videtur hanc diuerſitatem temporum aſſignare.

¶Præterea. Omne quod eſt inquātum eſt: vnum eſt. Si ergo non ſit vnum tempus: ſed diuerſa non erit ens: quod eſt inconueniens. Oportet ergo ponere vnum tempus tantū.

¶SED CONTRA. Tempus quo menſurantur corporales motus eſt numerus motus primi cœli: ſecundum Philoſophum in 4. Phyſic. (T.c.98.) Sed tempus per quod mouentur angeli non habet aliquem ordinem ad motum: ergo illud tempus eſt aliud à tempore corporalium rerū.

¶Præterea. Perpetuò & corruptibili nihil eſt commune, niſi ſecundum nomen: vt dicitur in 10. Metha. (T.c.26.) ſed angeli ſunt perpetui: corpora autem ſunt corruptibilia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

non ergo idem tempus est vtrorúmque.

philosophus

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut Augustin. dicit in 11. de ciuitate Dei. Tempora non fuissent, nisi creatura fieret: quę aliquid aliqua motione mutaret: cuius mutationis cùm aliud atque aliud: quæ simul esse non possunt: cedit atque succedit: sequitur tępus ex quo accipitur: quòd etiam philosophus dicit in 4. Phisic. (T.c.97.) quod oportet loqui de tempore secundum rationem motus. nam tẽpus est numerus motus secundum prius & posterius. Omnes ergo motus qui possunt mensurari vna mensura, habent vnu tempus. Si qui verò motus sunt qui non possunt vna mensura mensurari, necesse est quòd eorum sit diuersum tempus. Cùm autem mensura sit homogenea mensurato: vt dicitur in 10. Metaphisic. manifestum est quòd omnia quæ sunt vnius generis, possunt habere vnam mensuram communem: non autem quæ sunt generum diuersorum. Omnes autem motus continui conueniunt in vno genere: in quantum sunt cõmensurabiles: & ideò possunt habere vnam mensuram communem: mensurantur enim omnes simplicissimo sui generis: scilicet velocissimo motu primi cœli. vnde omnium motuum continuorum, potest esse vnum tempus commune: quod quidem tempus licèt videatur esse secundum genus de numero discretorum: quia est numerus harum rerum continuarum: scilicet motuum: sic & ipsum continuum: sicut decem simpliciter, dictum est aliquid discretum. Sed decem vlnæ panni, est aliquid continuum: discretorú autem & continuorum non potest esse vna mensura communis: cum sint diuersorum generum: inquantum sunt mensurabilia: & ideò necesse est: si sint aliqui motus non continui, quòd tempus eorum aliud sit à motu quo mensurantur motus continui: manifestum est autem: quòd motus spiritualium creaturarum de quibus Augustinus loquitur: dicens creaturam spiritualem moueri per tempus & non per locum, non sunt motus continui: sed vicissitudines quædam discretę. Dicit enim quòd per tempus mouetur animus: vel rem nisi scendo quod oblitus erat: vel discendo quod nescibat vel volendo quod volebat: vnde manifestum est, quòd cum tempus non habeat continuitatem: nisi ex motu, quòd tale tempus nõ est continuũ: & quòd est aliud à tempore corporalium rerum.

Augustin.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Augu. ex ipsa differentia motuum, dat intelligere differentiam temporum.

¶Ad secundum dicendum, quòd eo modo aliquid est vnum: quo est & dicitur esse: quod enim dicitur esse secũdum speciem, est vnum specie: non autem vnum numero: vnde non sequitur si sint plures homines, quòd nó sit homo. & similiter non sequitur si sint plura tempora, quòd non sit tempus.

QVAESTIO IIII.

DEINDE quæritur de homine. Et primò quantum ad virtutes. Secundò quantum ad peccata. Tertiò quantum ad pœnas. Circa virtutes autẽ fuit quæstium & quantum ad res diuinas. & quantum ad res humanas. Quantum ad res diuinas, quæsita sunt tria. Primò circa fidem: vtrum aliquis teneretur credere Christo visibilia miracula non facienti. Secundò circa fidei sacramentum: vtrùm paruuli Iudęorum sint baptizandi inuitis parentibus. Tertiò circa decimas: quæ debẽtur ministris sacramentorum: vtrùm aliquis propter consuetudinẽ possit excusari, ne decimas soluat.

28

ARTICVLVS VI.

art. 28. 3. p. 3. 43. art 1. 4. & opus. 60. art 11. de civ. mirac.

AD PRIMVM sic procedit. Videtur quòd Christo non facienti visibilia miracula, homines credere non teneantur. Quicúnque enim non facit hoc ad quod tenetur, peccat. Sed si homines non crederent Christo miracula non facienti, non peccarent. Dicit enim ipse in Ioanne 15. Si enim opera non fecissem in eis quæ nullus alius fecit, peccatum non haberent: & loquitur de peccato infidelitatis secundum Aug. ergo Christo si non fecisset miracula: homines credere non tenerentur.

¶Præterea, Nullus potest mutare legẽ, nisi legislator vel eo superior. Sed Christus prædicabat quædam quæ videbantur pertinere ad veteris legis abolitionem: sicut quod cibi non coinquinauerunt hominem: & quòd licet in sabbato operari. Si ergo non probasset se esse legislatorem, non fuisset ei credendum. Sed hoc fieri non potuisset nisi per miracula: cum legislatorem multa miracula præcesserint: ergo Christo nõ est credendũ nisi miracula fecisset.

¶SED CONTRA. magis obligantur homines ad credendum primæ veritati, quàm ad credendum visibilibus signis. Sed licèt Christus miracula nõ fecisset: ipse tamen verus Deus existens, prima veritas erat: ergo etiam si miracula non fecisset, adhuc erat ei credendum.

¶Præterea, gratia vnionis est maior quàm gratia gratũ faciens per adoptionem. Sed miracula non sufficienter probant gratiam gratum facientem: quia vt habetur Matth. 7. his qui Christo in iudicio dicent. Domine in nomine tuo virtutes multas fecimus: respondebitur: non noui vos: ergo multo minus miracula sufficiunt ad probandũ gratiam vnionis. Si ergo sine miraculis Christo homines credere non tenerentur, neque etiã miraculis factis tenebantur credere dicenti se esse Deum: quod patet esse falsum.

Matth.

¶RESPONDEO dicendum, quòd nullus tenetur ad hoc quod est supra vires suas nisi per hunc modum quo fit sibi possibile, credere autem est super potentiam hominis naturalem: vnde ex dono Dei prouenit: sed illud Apostoli ad Ephesios 2. Gratia saluati estis per fidem: & hoc non ex nobis, Dei enim donum est: & ad Philippenses 1. dicit. Vobis datum est non solum vt in ipsum credatis: sed vt pro ipso patiamini. Homo ergo tenetur credere secundum hoc, quòd adiuuatur à Deo ad credendum. Adiuuatur autem à Deo aliquis ad credendũ tripliciter. Primò quidem per interiorem vocationem: de qua dicitur Ioannis 6. Omnis qui audit à patre & didicit, venit ad me: & ad Roman. 8. Quos prædestinauit, hos & vocauit. Secundò per doctrinam & prædicationem exteriorem: secundũ illud Apostoli ad Ro 10. Fides ex auditu: auditus autem per verbum Christi. Tertiò per exteriora miracula, vnde dicit 1. Corinthiorum decimoquarto quòd signa data sunt infidelibus: vt scilicet per ea prouocentur ad fidem. Si autem Christus visibilia miracula non fecisset, adhuc remanebant alij modi attrahendi ad fidem: quibus homines acquiescere tenerentur.

22. q. 5. art. 1. a. & 4. d. 10. art. 4. q. 4. c. & d. 16. q. 3. artic. 7. q. 2. c. Ioannes.

¶Tenebantur enim homines credere actori legis & prophetarum.

¶Tenebantur etiam interiori vocationi non resistere: sicut Isaias de se dicit. Dominus Deus aperuit mihi aurem: ego autem non contradico: retrorsum non abij. Isaiæ quinquagesimo, sicut de quibusdam dicitur Act. 7. Vos semper spiritui sancto restitistis.

Io 15. Iustine 5. decreti cit. Isai.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd inter illa opera quę Christus in hominibus fecit, annumerari etiam debet vocatio interior qua quosdam attraxit: sicut Gregorius dicit in quadam homelia, quod Christus per misericordiam Magdalenam traxit interius: qui etiam per clementiam suscepit foris. Annumerari etiam debet eius doctrinæ cum etiam ipse dicat. Si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum non haberent.

Gregorius.

¶Ad secundum dicendum, quòd Christus poterat se ostendere esse legislatorem: non solum faciendo visibilia miracula, sed etiam per auctoritatem scripturę: & per interiorem instinctum.

¶Ad tertium dicendum, quòd interior instinctus quo Christus poterat se manifestare sine miraculis exterioribus, pertinet ad virtutem primæ veritatis: quę interius hominem illuminat & docet.

¶Ad quartum dicendum, quòd miracula visibilia sunt virtute diuina, ad confirmationem virtutis fidei: vnde dicitur Marci vltimo de Apostolis, quòd prædicauerunt vbique Domino cooperante, & sermonem confirmante, sequentibus signis. Non autem sunt miracula semper ad demonstrandum gratiam eius per quem miracula siunt: & ideò potest contingere quòd aliquis gratiam gratum facientem non habens miracula faciat: sed hoc contingere non potest, quòd aliquis falsum doctrinam annuncians, vera miracula faciat, quæ nisi virtute diuina fieri non possunt. Sic enim Deus esset falsitatis testis, quòd est impossibile. Cùm ergo Christus se filium Dei diceret, & æqualem Deo, hanc eius doctrinam comprobat miracula quæ faciebat & ideo non debebatur Christus per miracula quæ faciebat, esse Deus. Petrus autem licèt eadem vel maiora miracula faceret, non probabatur esse Deus: sed per ea etiam probabatur, quòd Christus esset Deus: quia Petrus non prædicabat seipsum, sed Iesum Christum esse Deum.

Marc.

ARTICVLVS VII.

AD SECVNDVM sic procedebatur. Videtur q. pueri Iudæorum sint baptizandi inuitis parentibus.

Maius

Maius enim est vinculum matrimoniale, quàm ius paternæ potestatis: quia paterna potestas potest per hominem solui, cùm filius familias emancipatur: vinculum autem matrimoniale non potest solui per hominem, secũdum illud Matth 19. Quos Deus coniunxit, homo non separet: sed propter infidelitatem soluitur vinculum matrimoniale. Dicit enim Apostolus 1. ad Corinth. 7. quòd si infidelis discedit, discedat: non enim seruituti est subiectus frater aut soror & huiusmodi. & canon di. quòd si coniunx infidelis non vult cohabitare sine cõtumelia creatoris, quod alter coniugum nõ debet ei cohabitare: ergo multò magis propter infidelitatem tollitur ius paternæ potestatis: sic ergo infideles Iudæi non habent ius paternæ potestatis in suos filios. Possunt ergo eorum filij baptizari eis inuitis.

Paulus.

¶Præterea, Magis debet homini subueniri contra periculum mortis æternæ, quam contra periculum mortis temporalis. Sed si aliquis videret hominem in periculo mortis temporalis, & ei non ferret auxilium, peccaret. Cùm ergo pueri Iudæorum & aliorum infidelium sint in periculo mortis æternę, si parentibus relinquantur qui eos in sua infidelitate informant, videtur quòd sint eis auferendi & baptizandi, & in fide instruendi.

¶Præterea, Filij seruorum sunt serui & in potestate dominorum. Sed Iudæi sunt serui regum & principum, ergo & filij eorum. Reges ergo & principes habent potestatem de filiis Iudæorũ facere quod voluerint. Nulla ergo esset iniuria, si baptizarentur inuitis parentibus.

¶Præterea, Quilibet homo magis est Dei a quo habet animam, quam patris carnalis, à quo habet corpus. Nõ est ergo iniustum si pueri Iudæorum carnalibus parentibus auferantur, & Deo per baptismum conseruentur.

¶Præterea, Baptismus est efficacior ad salutem, quàm prædicatio, quia per baptismum statim tollitur peccati macula & reatus pœnæ, & aperitur ianua cœli. Sed si periculũ sequatur ex defectu prædicationis, imputatur ei qui non prædicauit, vt habetur Eze. 3. & 33. De eo qui videt gladiũ venientem, & non insonuerit tuba: ergo multò magis si pueri Iudæorum damnẽtur propter defectum baptismi, imputatur ad peccatum eis, qui potuerunt baptizare & non baptizauerunt.

¶SED CONTRA, Nemini facienda est iniuria. Fieret autem Iudæis iniuria, si eorum filij baptizarentur eis inuitis, quia amitterẽt ius paternæ potestatis in filios iam fideles: ergo eis inuitis non sunt baptizandi.

¶RESPONDEO dicendum, quòd maximam authoritatẽ habet ecclesiæ cõsuetudo, quę semper est in omnibus emulanda: quia & ipsa doctrina catholicorum doctorum ab ecclesia authoritatem habet: vnde magis est stãdum consuetudini ecclesię vel authoritati Aug. vel Hier. vel cuiuscúnque doctoris. Hoc autem ecclesię vsus nunquam habuit, quòd Iudęorum filij inuitis parentibus baptizarẽtur, quamuis fuerint retroactis temporibus multi catholici principes potentissimi: vt Constantinus, Theodosius, & alij plures quibus familiares fuerunt sanctissimi Episcopi: vt Siluester Constantino, & Ambrosius Theodosio, quę nullo modo prętermisissent ab eis impetrare, si hoc esset consonum rationi: & ideò periculosum videtur hanc assertionem de nouo inducere, vt pręter cõsuetudinem in ecclesia hactenus obseruatam Iudęorum filij inuitis parentibus baptizentur. Et huius ratio est duplex, vna quidem propter periculum fidei. Si enim pueri nondum vsum rationis habentes baptismum susciperent, postmodùm cùm ad perfectam ætatem peruenirent, de facili possent à parentibus induci, vt relinquerent quod ignorantes susceperunt, quod verteretur in fidei detrimentum. Alia verò ratio est, quia repugnat iustitiæ naturali. Filius enim naturaliter est aliquid patris: & primò quidem à parente non distinguitur secundũ corpus, quandiu in matris vtero continetur. Postmodùm verò postquã ex vtero egreditur antequam vsum liberi arbitrij habeat, continetur sub parentum cura, sicut sub quodam spirituali vtero, quandiu enim vsum rationis non habet puer, nõ differt quantũ ad ea quæ agit ab animali irrationali. vnde sicut bos vel equus iure gentium vel ciuili est possessoris vt vtatur eo cùm voluerit, sicut proprio instrumento, ita de iure naturali est quòd filius antequam habeat vsum rationis sit sub cura patris: vnde contra iustitiam naturalem esset, si puer antequam haberet vsum liberi arbitrij à cura parentum subtraheretur, vel de eo aliquid ordinetur inuitis parentibus. Postquam autem incipit habere vsum liberi arbitrij iam incipit esse suus: & potest quantùm ad ea quę sunt iuris diuini vel naturalis sibiipsi prouidere: & tunc est inducendus ad fidem non coactione, sed persuasione: & potest etiam inuitis parentibus consentire fidei & baptizari: non autem antequàm habeat vsum rationis. vnde de pueris antiquorum patrum dicitur, quòd saluabantur in fide parentum: per quod datur intelligi, quòd ad parentes pertinet prouidere filiis de sua salute, præcipuè antequàm habeant vsum rationis.

art. 125. ad 1. 3. p. 9. 60. ar. 4. ad 2.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in vinculo matrimoniali vterque coniugum habet vsum liberi arbitrij, & vterque potest inuito altero fidei assentire: sed hoc non habet locum in puero antequam habeat vsum rationis, sed postquàm habet vsum rationis: tunc tenet similitudo si conuerti voluerit.

22. q. 59. ar. 4. ad 3.

¶Ad secundum dicendum, quòd à temporali non est aliquis eripiendus contra ordinem iuris ciuilis: pura si aliquis à suo iudice condemnetur ad mortem, nullus debet eum violenter eripere: vnde nec aliquis debet irrumpere ordinem iuris naturalis, quo filius est sub cura patris, vt eum liberet à periculo mortis æternæ.

3. p. 9. 68. ar. 10. ad 2.

¶Ad tertium dicendum, quòd Iudęi sunt serui principum seruitute ciuili, quæ non excludit ordinem iuris naturalis vel diuini.

¶Ad quartum dicendũ, quòd homo ordinatur ad Deum per rationem, per quam Deum cognoscere potest: vnde puer antequam vsum rationis habeat, naturali ordine ordinatur in Deum per rationem parentum, quorum curæ naturaliter subiacet, & secundum eorum dispositionem sunt circa ipsum diuina agenda.

¶Ad quintum dicendum, quod periculum quod sequitur ex prædicatione omissa, nulli imminet nisi ei cui est commissum prædicationis officium. vnde in Ezech. præmittit. Speculatorem dedi te filiis Israël: prouidere autem pueris infidelium de sacramentis saluris, pertinet ad parentes eorum: vnde eis imminet periculum propter subtractionem sacramenti: ũ, si eorũ paruuli detrimentũ patiantur.

30. 22. q. 87. ar ti. 1. & art. 131. 1. Silim lib.

ARTICVLVS VIII.

AD TERTIVM sic procedebatur. Videtur quòd propter consuetudinẽ aliqui deobligentur à iure reddendi decimas. Magis enim est accipere decimas, quàm non dare. Sed propter consuetudinem in aliquibus terris aliqui milites accipiunt decimas, & hoc ab ecclesia tolerantur: ergo multò magis propter consuetudinem aliqui deobligantur vt decimas non soluant, neque soluere teneantur.

ar. 193. c. 5 & 12. q. 97 art. 3. c. & 22. q. 79. ar. 2. ad 2.

¶SED CONTRA. Ius diuinum non aboletur per dissuetudinem. Sed decimæ debentur de iure diuino. ergo per dissuetudinem non aboletur ius reddẽdi decimas. Tenentur ergo homines reddere decimas contraria consuetudine non obstante.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ea quæ sunt de iure positiuo, per dissuetudinem abolentur. Ea verò quæ sunt à iure naturali vel de iure diuino, nulla dissuetudine aboleri possunt. Nulla enim dissuetudine fieri potest, vt sit licitum furari vel mœchari. Est ergo considerandum ad propositam quæstionem, verùm dare decimas, sit de iure diuino vel de iure positiuo humano. Ius autem diuinum in nouo & veteri testamento continetur. Et quidem non apparet in nouo testamento aliquod præceptum datũ de decimis soluendis: in doctrina dicto Euangelica: vel Apostolica. Quod enim dicitur Matthæi 23. de solutione decimarum, hoc oportuit facere & illa non omittere: & quod dicit Pharisæus Luc. 18. Decimas do omnium quæ possideo, magis videtur ad statum veteris testamenti pertinere quam obseruantiæ noui testamenti formam imponere. In veteri autem testamento triplex genus præceptorum erat, quidam enim erant præcepta moralia: quædam iudicialia: quædam cerimonialia. præcepta moralia sunt quæ sunt indita naturali rationi: ad quæ homines omni tempore obligantur, vt honora patrem & matrem, nõ mœchaberis, non furtum facies, & similia. Præcepta autem iudicialia sunt per quæ iudicia exercebantur, puta si quis furaretur vnam ouem: redderet quatuor: & huiusmodi præcepta nõ sunt indita rationi naturali, non enim ratio naturalis habet, quòd ille qui furatur ouem magis reddat quatuor quàm tres vel vnam. Sed tamen per huiusmodi præcepta determinatur morale præceptum, habet enim ratio naturalis quòd ille qui su-

Matth. Lucæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

12.q.99.ar 1.3.c. & 4. 5.c. & 21. q.1.3.ar.1. ad 2.

ratur debeat puniri: sed quòd tali pœna puniatur, hoc determinatur per præceptum iudiciale. Præcepta autem cerimonialia veteris legis sunt, quę pertinent ad obseruantiam diuini cultus: & sunt ordinata ad figurandū aliquod futurū: sicut immolatio agni Paschalis figurabat occisionem Christi. Est ergo considerandum, vtrùm præceptum de decimis persoluendis, sit morale, vel iudiciale: vel cerimoniale. Si enim morale est, ad hoc omnes tenentur & omni tempore: nulla obstante contraria consuetudine: sed hoc non videtur: quia ratio naturalis non dictat magis q̄ homo ministris Dei det decimam, quàm vndecimam: vel nonam partem fructuum. Si autem sit præceptum iudiciale: non tenentur ad decimas dādas, sicut non tenētur omnes ad iudicandum secundum iudicia in lege veteri conscripta: quia illa iudicialia præcepta sunt specialiter illi populo data consideratis conditionibus eius, non enim eadem omnibus expediunt. Si autem sit præceptum cerimoniale, non solum non obligaret: sed etiam obseruantum induceret in peccatum, peccaret enim si quis agnū Paschalem immolaret: quia post aduentum veritatis, cessauerunt figurę.

Diuersitas præceptorū.

¶ Dicendū est ergo sicut antiqui magistri dixerunt, quòd quædam præcepta legis sunt purè moralia, vt nō occides, non furtū facies: quædam autem purè sunt cerimonialia, vt immolatio Paschalis agni & circuncisio, quædam autē sunt media secundum aliquid moralia, & secundum aliquid cerimonialia, sicut præceptum de obseruatione sabbati est morale quantum ad hoc quòd aliquod tempus quieti deputetur ad vacandum diuinis. Hoc enim ratio naturalis habet q uòd dies septima sit deputata, hoc est ex determinatione Dei propter aliquam figuram, vnde hoc est cerimoniale. Sic ergo præceptum de decimis persoluendis, est quidem secundum aliquid morale, vt scilicet qui pro toto populo diuino obsequio vacant stipendijs populi sustententur: sicut & qui in alijs officiis reipublicæ seruiunt, a populo sustentantur: & secundum hunc modum proponitur hoc præceptum in nouo testamēto. Dicit enim dominus Matt. 7. Dignus est operarius cibo suo: & apostolus dicit 1. ad Corint. 9. Dominus ordinauit, vt qui euangelium enunciant, de euangelio viuant: & qui altari deseruiunt, de altari viuant. Sed quantùm ad determinatum numerum decimæ, non est de iure naturali, neque est præceptum morale, sed est cerimoniale, inquantùm refertur ad figurandum aliquid circa Christum: vel etiam est iudiciale secundum conuenientiā ad illum populum, in quo multitudo ministrorum talia taxatione opus erat ad ministrorū Dei sustentationē. Sic ergo hoc commune quod est prouidere ministris Dei in necessariis vitæ, est de iure diuino, quasi morale præceptum & de iure naturali existens. Ad quemlibet autem principē qui potest leges condere, pertinet ius naturale commune per ius positiuum determinare: nihil enim est aliud ius positiuum, quàm determinatio iuris naturalis, sicut ius naturale habet quòd malefactor puniatur, sed quòd tali pœna puniatur hoc determinatur per ius positiuum. Quia ergo ecclesia habet potestatem condendi legem in his quæ pertinent ad cultum Dei: potuit per ecclesiæ statutum taxari quantitas eorum quæ sunt danda ministris Dei a populo, & vt esset quædam consuetudo noui & veteris testamenti, statuit ecclesia vt taxatio veteris testamenti seruaretur etiam in nouo. Vnde omnes tenentur ad decimas, velint nolint, posset autem ecclesia statuere, si causa subesset, vel in maiori vel in minori numero puta quòd daretur octaua vel duo decima, sicut & quod detur decima. Patet ergo quòd nulla consuetudo contraria soluit hominem ab obligatione reddendi decimas quia hæc obligatio fundatur supra ius diuinum, & supra ius naturale, vnde semper tenentur homines reddere decimas, si ecclesia exigat: etiam contraria consuetudine non obstante, & in terris in quibus est consuetudo, quòd decimæ soluantur: ipsa consuetudo quasi expostulat decimas, vnde peccaret qui nō redderet, sed in terris in quibus non est consuetudo committis quod decimæ dentur, & ecclesia non petit, videtur ecclesia remittere dum dissimulat: & ideo homines in terris illis non peccant decimas non dando. Durum enim est dicere, quod omnes homines Italiæ & orientalium partium damnarentur, qui decimas non soluunt. Et huiusmodi argumentum possumus ab apostolo accipere, cui cum deberentur necessaria victus ab his quibus prædicabat, tamen non accipiebat, nec tamen peccabant qui ei non dabant. alioquin malè cum eis egisset, non accipiendo: præsertim cum ipse dicat Act. 20. Nō enim subterfugi qui minus annunciarem vobis omne consilium Dei: & ideo apostolus non exigebat quod sibi debebatur, ne daretur aliquod offendiculū euangelio, vt ipse ibi dicit. vnde non bene facerent rectores ecclesiarum, si in terris illis decimas exigerent, in quibus non est consuetudo dari, si probabiliter crederent quòd ex hoc scandalum nasceretur.

¶ Ad illud ergo quod in contrarium obiicitur, dicendum quod milites qui accipiunt decimas in aliquibus terris, non habent accipere ius decimas, hoc enim ius est spirituale debitum ministris Dei: vnde non cadit in laicā personam: sed res illę temporales quę a iure eximuntur ex cōcessione ecclesiæ datę sunt aliquibus militibus propter aliqua seruitia quæ fecerunt ecclesiæ: sicut & ecclesia potest remittere ipsos fructus qui debentur pro decima: non tamen remittit ius exigendi decimas: nec tollit debitum reddendi.

22.q.43.ar ti.3. ad 5.2. ad 1.

QVAESTIO V.

22.q.87.ar. 3.c.2. ad 3. q.100. ar. 4. ad 3.4.d. 25.q.3.arti. 2.q.3.ad 4.

DEINDE quæritur est de his quæ pertinent ad virtutes, circa res humanas. Et circa hoc quæsita sunt duo. Primo vtrùm filius teneatur obedire parentibus carnalibus in indifferentibus. Secundò vtrùm venditor teneatur dicere emptori vitium rei venditæ.

ARTICVLVS IX.

Philos. 1.q.77. artic.1.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd filius teneatur obedire parentibus carnalibus quantum ad omnia. Dicitur enim Deut 21. Si genuerit homo filium contumacem, & proterum: qui non audiat patris aut matris imperium, lapidibus eum obruet populus ciuitatis. Sed pœna talis nō infligeretur, nisi grauiter peccaret nō obediendo: ergo filij tenentur obedire parentibus carnalibus per omnia.

32.q.104. ar.5.o.

¶ Præterea, Apostolus dicit ad Colossen. 3. Filij obedite parentibus per omnia.

¶ Præterea, præcepta moralia affirmatiua, quamuis non ad semper obligent, tamen nunquam contrarium facere licet. Sed præceptum morale affirmatiuum, est de honoratione parentum: ergo nō licet irreuerentem esse parenti quod esset si eius mandato non obediretur, tenetur ergo filius in omnibus parentibus obedire.

¶ SED CONTRA. Non minus obediendū est patribus spiritualibus quàm carnalibus: sed magis: vt habetur per Apostolum ad Heb. 12. Sed patribus spiritualibus non tenētur subditi obedire in indifferentibus. Religiosi enim qui obedientiam profitentur: non tenentur obedire suis prælatis: nisi in his quę sunt secundum regulam. vt Ber. dicit in libro de dispensatione & præcepto: ergo nec parentibus carnalibus filij tenentur in indifferentibus obedire.

¶ RESPONDEO dicendum, quod cum obedientia prælato debeatur, ad illa se extendit debitum obedientiæ ad quæ se extendit ius prælationis: Habet autem pater carnalis ius prælationis in filiū. Primò huiusmodi quidē ad domesticam conuersationem. Sic enim est pater familias in domo, sicut Rex in regno: vnde sicuti subditi regis tenentur obedire regi in his quæ pertinent ad gubernationem regni: ita etiam filij & alij domestici tenentur obedire patri familias in his quæ pertinent ad dispensationem domus. Secundò quantum ad morum disciplinam: vnde Apostolus dicit ad Hebr. 12. Patres quidē carnis nostræ habuimus eruditores: & optemperabamus eis: debet enim parere filio non solum educationem: sed etiam disciplinā: vt Philosophus dicit. In his ergo filius tenetur obedire patri carnali: & non alijs.

22.q.104. ar.6.o. & 2.d.44.q. 1.artic.2.o. Paulus.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd loquitur ibi Moyses de immerito paterno, quo 1 pertinet ad disciplinam morum: vnde ibidem dicitur. Monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat: & lux iræ atq; cōmixis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd Apostolus dicit obediēdum esse parentibus per omnia, ad quæ se ius prælationis extendit.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non exhibet irreuerentiam præcipienti: si non obedit ei in his in quibus obedire non tenetur.

ARTICVLVS X.

22.q.77.ar. 2.3.o.

CIRCA secundum proceditur. Videtur quòd venditor non teneatur dicere vitium rei venditę emptori: quia secundum leges ciuiles, venditor & emptor se inuicem decipere possunt, nulla autē posset fieri deceptio, si venditor rei venditæ vitium emptori dicere teneretur: ergo non

Lusso.

ergo non tenetur.

¶ Sed dicebat quòd leges non loquuntur secūdum forum conscientiæ, sed quòd nunc loquimur est secundum forū contentiosum. Sed contra secundum Philosophū in secūdo Ethi. Intentio legislatoris est ciues facere bonos, quod ergo licet secundum leges non est contrarium virtuti: & ita etiam non contrarium conscientiæ.

¶ SED CONTRA est quia secundum leges ciuiles si aliquis vendat animal morbidum tenetur de vitio: ergo tenetur dicere vitium emptori.

¶ Præterea. Tullius dicit in lib. de officijs, quòd ad officiū boni viri pertinet, vt dicat emptori illud pro quo res minus venderetur, huiusmodi autem est vitium rei venditæ: ergo venditor tenetur dicere emptori vitiū rei venditæ.

¶ RESPONDEO dicendum quòd aliquid pertinet ad bonum virum, ad quod tamen homines non tenentur, sicut ad bonū virum pertinet, quod liberaliter amico sua bona largiatur: quamuis ad hoc non teneatur. Sed aliquid pertinet ad bonum virum, ad quod tenetur, scilicet quòd reddat alicui quod iustum est: nā actus iustitiæ est vt reddatur alicui: quod ei debetur. Et ideò vnusquisque venditor ad hoc tenetur, vt iustam venditionem faciat, non autem vt faciat venditionem liberalem, dimittens aliquid de precio iusto. Iustitia autem æqualitas quędam est, vt dicitur in 5. Ethico. est ergo iusta venditio quando precium acceptum ab habente æquatur rei venditæ, iniusta autē si non æquetur: sed plus accipiat. Si ergo vitium rei venditæ faciat rem minus valere quàm precium impositum à venditore: iniusta erit venditio, vnde peccat occultans vitium. Si autem non faciat rem minus valere quàm precium impositum: quia fortè venditor minus precium imponit propter vitium: tunc non peccat tacens vitium: quia venditio non est iniusta, & fortè esset sibi damnosum, si vitiū diceret, quia emptor vellet habere rem etiam pro minori precio quam valeret. Liberaliter tamen faceret, si damnosum proprium contineretur vt satisfaceret voluntati alterius: licet ad hoc non teneatur.

Philos. 1.q.77. artic.1. 2.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd per illud dictum legis, non habetur quòd licitum sit simplici venditori decipere emptorem, & eōuersō: sed dicitur aliquid esse licitum secundum legem, quod per legem non punitur, sicut secundū legem veterem licebat libellus repudij.

¶ Ad secundum dicendum, quòd præcepta legis sunt dictiua ad perfectam virtutem: tamen actus perfectæ virtutis non cadunt sub præcepto legis humanę: sed prohibet quędam grauiora, vt gradatim homines retracti à malis per seipsos ad virtutem exerceantur: permittit autē quędam minora peccata eis pœnam non infligens, quia sine his non facilè inuenitur hominum multitudo: & de talibus est deceptio, quæ est inter vendentes & ementes: quia plurimi sunt qui volunt vili emere, & carè vendere: vt Aug. dicit in lib. de trini.

¶ Ad illud verò quod primò in contrarium obiicitur, dicendum quòd illud intelligendū est, quando morbus pecoris facit pecus minus valere quàm vendatur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ea ratione Tullius dicit, quòd vir bonus non tacet vitium rei venditæ, quia ad virum bonum non pertinet decipere aliquem: deceptio autem non est si id quod tacetur de re vēdita, non facit rem minus valere quàm precium, quod pro ea accipitur.

QVAESTIO VI.

DEINDE quæritur est de peccatis. Et circa hoc quæsita sunt duo. Primò, vtrùm peccatum sit appetere prælationem. Secundò, vtrùm peccatum sit prædicatori habere oculum ad rem temporalem.

ARTICVLVS XI.

33

22.q.185. ar.2.o. et ar.47. & 3.q.42. a.unico li.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd peccatum sit appetere prælationem. Nō enim videtur quòd posit appeti sine peccato, id quod non fuit in statu naturæ integræ, sed solùm in statu naturæ corruptæ. Sed prælatio non fuit in statu naturæ integrę, sed incepit esse post peccatum, quando dictum est mulieri. Sub viri potestate eris: ergo peccatum est prælationem appetere.

¶ Præterea, Appetitus videtur esse de his quæ pertinēt ad statum futurę gloriæ. Sed in futuro cessabit omnis prælatio, vt dicit quædam Glo. 1. ad Corinth. 15. ergo peccatum est appetere prælationem.

¶ SED CONTRA est quod dicitur 1. ad Thi. 5. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur. Sed non est peccatum appetere illud, cui debetur honor, qui non debetur nisi virtuti: ergo non est peccatum appetere prælationem.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd hanc quæstionē soluit August. 19. de ci. Dei, vbi dicit quòd locus superior sine quo populus regi non potest: etsi administretur vt decet, tamen indecenter appetitur. Cuius ratio est, quia qui appetit prælationem, aut est superbus aut iniustus. Iniustitia enim est, quòd aliquis velit sibi plus de honore accipere, aut de potestate, aut de aliis bonis, nisi sit maioribus dignus: vt dicitur in 5. Ethic. quòd autem aliquis esti mer se esse magis dignum prælatione omnibus illis super quos prælationem accipit, superbię & presumptionis est. vnde patet, quòd quicunq; prælationem appetit, aut est iniustus: aut superbus: & ideò nullus suo appetitu debet ad prælationem peruenire, sed solùm Dei iudicio, secundum illud Apostoli ad Heb. 5. Nemo sibi assumit honorē, sed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron, potest tamen aliquis licitè appetere se esse dignum prælatione, vel opera boni prælati, pro quibus debetur honor. ar.47.

¶ VNDE PATET responsio ad vltimum. Primæ verò duæ rationes non rectè concludunt: quia etiam ea quę nō fuerūt in statu innocētię, nec erūt in statu gloriæ, possunt licitè appeti, sicut subijci, pœnitere: & alia huiusmodi: quamuis prælatio quantum ad aliquid, fuisset in statu innocentiæ: & futura sit in statu glorię, scilicet quantum ad superioritatem gradus: & quantum ad gubernationem vel regimen. non autem quantum ad coactam seruitutem. Ad rationes.

ARTICVLVS XII.

34

Art.34.22. q.100.art. 3. ad 2. q. 188.art.4. ad 4.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd peccatum sit prædicatori habere oculū ad rēporalia. Dicitur enim Luc. 12. Quærite primò regnum Dei. Glos. i. bona æterna, & hæc omnia adijcientur vobis. Glos. etiā non quærentibus: ergo non licet prædicatori habere oculum ad terrena.

¶ SED CONTRA est quod dicitur 1. Corinth. 9. Debet qui arat in spe arare. Glo. stipendiorum temporalium ergo licet prædicatori: de quo ibi loquitur, habere oculū ad terrena.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd habere oculum ad terrena, contingit dupliciter: vno modo sicut ad mercedem vel præmium: & sic prædicatori nō licet habere oculum ad terrena: quia sic faceret euangelium venale. Alio modo sicut ad stipendia pro necessitate sustentationis vitæ: & sic licet habere prædicatori oculum ad terrena, vnde 1. ad Thim. 5. super illud. Qui bene præsunt presbyteri &c. dicit Glos. Augu. necessitatis est accipere, vnde vinit: charitatis est præbere: non tamen venale euangelium pro his. Si enim sic vendunt magnam rem, vili vendunt, accipiant ergo sustentationem necessitatis à populo, mercedem dispensationis à domino.

4.1.d.25.q. 3.arti. 2.q. 2. ad 4. & quintum.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta.

QVAESTIO VII.

DEINDE quæritur est de pœnis peccatorum. Et primò de ipsis pœnis. Secundò de remissione pœnarum.

¶ Circa primum quæsita sunt duo. Primò vtrùm anima separata possit pati ab igne corporeo. Secundò vtrùm duorum qui eadem pœna sunt digni, vnus diutius moretur in purgatorio quam alius.

ARTICVLVS XIII.

35

ar.61.& 4. d.44.q.3. ar.3.q.3.o. et anime ar. 21.o.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd anima à corpore separata, non possit pati ab igne corporeo: quia secundum philosophum, quod non tangit, non agit: sed ignis corporeus non tangit animam separatam à corpore: cùm non habeat terminos corporales: quę autem se tangunt, habent vltima simul: ergo anima separata nō patitur ab igne corporeo.

¶ Præterea, illa quæ patiuntur adinuicem, inuicem conuerti possunt, sed anima non potest conuerti in ignē corporeum: nec econuersō: ergo anima non potest pati ab igne corporeo.

¶ Præterea, Ber. dicit, quòd nihil ardet in inferno: nisi propria voluntas, sed propria voluntas cum sit quoddam spirituale, non potest esse materia ignis corporalis: ergo alia à corpore separata, non potest ab igne corporeo pati.

1.p.q.14.ar. 11.2.ad.2.q. 75.ar.2.c.28

¶ SED CONTRA est quod dicitur Isa. vlti. Ignis eorum non extinguetur,

12.q.22.ar. 1.c. et q.42. art.1.c.

¶ RESPONDEO dicendum, q̄ pati multipliciter dicitur: vno modo pati communiter idem est quod recipere: sed q̄ sentire & intelligere est quoddā pati: & hoc modo

Universidad de Deusto
Biblioteca

anima coniuncta corpori patitur à rebus corporeis sentiendo & intelligendo: sed an separata à corpore possit hoc modo à rebus corporeis pati, alterius quæstionis est propter quosdam: qui dicunt quòd anima separata à corpore, & etiam angelus potest accipere cognitionem à rebus sensibilibus: sed si etiam hæc opinio esset vera, tamen pati sentiendo & intelligendo, est perfici non puniri, nisi forte per accidens: inquantum id quod sentitur vel intelligitur repugnat voluntati: sed ipsum sentire vel intelligere secundum se consideratum, pœnale non est. Alio modo dicitur pati propriè loquendo secundum contrarietatem agentis ad patiens: prout scilicet pati dicimur, cùm aliquid nobis aduenit, quod est contrarium naturæ vel voluntati nostræ, & secundum hoc infirmitas & tristitia passiones dicuntur. Et hæc quidem passio dupliciter esse potest, vno modo per receptionem formæ contrariæ, sicut aqua patitur ab igne quantũ calefit, & per cõsequẽs diminuitur qualitas naturalis eius: hoc modo separata anima non potest pati ab igne corporeo: quia nec calefieri potest, nec deficcari, nec secundum formam aut qualitatẽ quancũque ignis corporei immutari. Alio modo dicitur pati omne illud quod quocũque modo impeditur à suo proprio impetu vel inclinatione, sicut si dicimus lapidem descendentem pati, cùm impeditur ne deorsum perueniat: & sicut dicimus hominem pati, cùm detinetur vel ligatur ne vadat quò vult: & ita per modum ligationis cuiusdam, anima patitur ab igne corporeo: vt Augu. dicit 21. de Ciui. Dei. Non enim hoc est contra naturam spiritus, corpori alligari, cùm videamus animam naturaliter alligari corpori ad vinificandum ipsum. Dæmones etiam per nigromantiam potestate superiorum dæmonum alligantur aliquibus imaginibus vel aliquibus aliis rebus: vnde multò magis possunt spiritus alligari diuina virtute igne corporeo, non vt dent vitam, sed vt accipiant pœnã: sicut Aug. dicit. Sed quia quod est minoris virtutis, non potest sua virtute ligare id quod est maioris virtutis, inde est q̃ nullum corpus potest ligare spiritum qui est maioris virtutis, nisi aliqua superiori virtute: & propter hoc dicitur, quòd ignis corporeus agit in animam separatam non virtute propria, sed inquantùm est instrumentum diuinę iustitię vindicantis.

verí. q. 26. ar. 1. c. & veri. q. 1. ar. 2. ad 7cimũ.

ar. 61. ca. fi.

contra 4. c. 90. & anima. 21. ca. fi. & opus. 3. c. 284.

in ordine. 36. 4. dist. 21. q. 1. arti. 2. q. 3. ad 2. & dist. 45. q. 1. ar. 1. q. 1. & 2.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ignis tãgit animam, non quidem tactu mathematico, qui attenditur secundum terminos quantitatiuos, sed magis cõtactu virtutis non propriæ, sed quam habet inquantùm est instrumentum diuinæ iustitiæ.

¶Ad secundum dicendũ, quòd ratio illa procedit de passione quæ est per susceptionem formæ contrariæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd propria voluntas dicitur ardere in inferno, quia meretur ardorem.

36

ARTICVLVS XIIII.

AD SECVNDVM sic procedebatur. Videtur q̃ duorum qui sunt digni æquali pœna vnus non possit citiùs à purgatorio liberari quàm alius. Iudiciũ enim post mortem non est hominis sed Dei, qui secundum veritatẽ iudicat: vt dicitur ad Roma. 2. sed contra veritatem iudicaret, si vni eorum qui sunt digni æquali pœna, infligeretur grauior pœna sensus quàm alteri. Dilatio autem gloriæ, est maior pœna quàm acerbitas pœnę sensus: quia sicut dicit Chrisо. super Mat. carere visione diuina, est maior pœna quam quælibet pœna sensibilis: ergo vnus eorum qui digni sunt æquali pœna, non maiorem dilationem gloriæ patietur altero citiùs liberato.

¶Præterea, Malum secundum Aug. dicitur quia nocet: nocet autem quod adimit bonum: dilatio autem gloriæ adimit maius bonum, scilicet bonum increatum: ergo maius malum: & sic idem quod prius.

¶SED CONTRA est quod magister dicit in quarto senten. dist. 45. quòd ille pro quo fiunt plura suffragia, citiùs à pœnis purgatorij liberatur. Contingit autem quòd pro vno eorum qui digni sunt æquali pœna, fiũt plura suffragia quàm pro alio: ergo vnus citiùs liberabitur.

¶Præterea, In fine mundi inueniuntur aliqui, cremabilia quędam habentes, quorum dilatio à gloria non erit iam diuturna, sicut eorum qui modo cremabilia deferunt ad purgatorium, quia breuis mora erit inter mortem & resurrectionem vt Augustꝰ dicit: ergo pari ratione & nunc eorum qui æqualia cremabilia deferunt, vnus potest minus differri à gloria quàm alius, & sic erit citiùs liberatus à pœnis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ista quæstio fundatur supra virtutem suffragiorum, verùm scilicet suffragia facta pro aliquo, valeant illi solùm pro quo fiunt ad liberationem, vel etiam aliis. Circa quod aliqui dixerunt, quòd non magis valent illi quàm aliis: imò fortè magis valent aliis, si sint meliùs dispositi ad recipiendum suffragiorum virtutem: & ponunt exemplum, sicut si accendatur cereus in domo pro aliquo diuite qui sit cęcus, illuminat omnes in domo existentes: & fortè alios magis illuminat si habeant limpidiorem visum: & secundum hanc opinionem duorum qui ob æquales culpas in purgatorio detinentur, vnus nõ potest citiùs liberari quàm alter. Sed hanc opinionem non reputo veram. Cuius ratio est, quia suffragiũ vnius valet alteri propter duo. Vno modo, propter vnitatem charitatis, quia omnes qui sunt in charitate, sunt quasi vnum corpus: & ita bonum vnius redundat in omnes: sicut manus deseruit toti corpori: & similiter quodlibet corporis membrum, & secundum hoc quodcũque bonum factum ab aliquo, valet cuilibet in charitate existenti, secundum illud Psalm. Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. Alio modo secundum quòd per intentionem alicuius actus eius transfertur in alterum: puta si aliquis pro altero soluat aliquod debitum, pro eodem habetur ac si ille solueret pro quo soluitur. Primo ergo modo valet opus bonum per modum meriti, cuius radix est charitas. Sed secundo modo, opus vnius valet alteri per modum satisfactionis, prout vnus pro altero satisfacere potest, si hoc intendat: & talis valor attenditur in suffragiis, quę ad hoc fiunt, vt per ea homines liberẽtur à debito pœnæ. Et ideò dicendum est, quòd suffragia per istum modum non valent, nisi illis pro quibus fiunt: & secundum hoc si pro aliquo fiunt multa suffragia, citiùs liberatur à pœna purgatorij, quàm alij pro quibus non fiunt, etiam si æqualia peccata dereliquerint. Concedendum tamen est, quòd suffragia pro vno facta omnibus valent, inquantùm scilicet omnes qui sciunt gaudent ex charitate de bonis, quę ex charitate fiunt: & secundum hoc verum est, quòd illis pro quibus non fiunt, plus valent suffragia, si sint maioris charitatis.

opinio.

Reprobatur opi.

Suffragia qualiter & ad quid valeant.

4. dist. 45. q. 2. arti. 4. q. 1.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd peccato veniali cùm non habeat auersionem à Deo per se loquendo, non debetur pœna carentię visionis diuinę, nec simpliciter, nec ad tempus. Sed quòd ad tempus retardentur à visione diuina: hoc contingit per accidens, quia scilicet quandiu digni sunt aliqua pœna, non possunt participare summam fœlicitatem, quæ in visione consistit: iustitia autem respicit pœnam per se debitam peccato, nõ autem ea quę per accidens consequitur.

¶Per hoc patet responsio ad secundum, tertium concedimus & quartum similiter. Illi tamen qui in fine mundi viui reperientur, parum habebunt de cremabilibus præcedentibus tribulationibus præpurgari: poterit etiam fieri, vt acerbitas pœnę modici temporis, recompenset diutur nitatem pœnę in aliis.

ad alia tria

QVAESTIO VIII.

4. di. 47. q. 2. ar. 3. q. 2. ad 5.

37

DEINDE quęritur fuit de remissione peccatorum.

¶Et circa hoc quęsita sunt duo. Primò, verùm peccatum in spiritum sanctum sit irremissibile. Secundò, verùm cruce signatus qui moritur antequàm iter arripiat transmarinum plenam habeat peccatorum remissionem.

In or. 37.

ARTICVLVS XV.

22. q. 14. ar tic. 3. o. & q. 118. ar. 5. ad 5. & ma lo. 3. matth. 15. o.

AD PRIMVM sic procedebatur. Videtur quòd peccatum in spiritum sanctum non sit irremissibile. Vna est enim dignitas & maiestas patris & filij & spiritus sancti. Sed peccatum in filium non est irremissibile. Dicitur enim Matth. 12. Quicũque verbum contra filium hominis dixerit, remittitur ei: ergo peccatum in spiritũ sanctum non est irremissibile.

Ar. 36.

3. q. 46. ar ticu. ad ter tium. 4. di. 20. ar ti. 3. q. 1. o. & opus 7. ca. 6. ca. fi.

¶SED CONTRA est quod ibidem dicitur. Qui dixerit contra spiritum sanctum verbum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro.

22. q. 17. ar. 1. o. & 2. d. 43. ar. 4. o.

¶RESPONDEO dicendum, quòd de peccato in spiritum sanctũ tripliciter aliqui sunt locuti. Doctores enim ante Augu. intellexerunt peccatum in spiritum sanctum esse blaphemiam dictam cõtra spiritum sanctum, aut opera eius: vel etiam contra diuinitatem Dei patris, aut filij: quia etiam pater & filius communiter sumendo spiritus sanctus est Deus, quia Deus spiritus est: vt dicitur Ioan. 4. Peccatum autem in filium hominis, intelligunt blasphemiam in Christum secundum humanam naturã, & vtroq; modo

modo peccabant Iudæi in Christum, primo enim modo contra eum peccabant miracula quæ per spiritum sanctũ & virtute suæ diuinitatis faciebat principi dæmoniorum attribuendo. Secundò autem modo contra eum peccabãt dicendo. Ecce homo vorax potator vini: & publicanorũ amicus, vt dicitur Matth. 11. Hãc ergo secundam blasphemiam dicit remissibilem: quia habebant aliquam excusationem propter infirmitatem carnis, quam in Christo videbant: aliam verò blasphemiam dicit irremissibilẽ: quia nullam excusationem habebant videntes manifesta indicta spiritus sancti & diuinitatis, propter hoc secundum Chryso. perseuerantibus non fuit remissa hæc blasphemia: neque in hoc sæculo: neque in futuro: quia in hoc sæculo puniti sunt pro ea per Romanos: & in futuro cruciabuntur in Inferno. Secundum Augustinum verò spiritui sancto, qui est charitas patris & filij attribuitur remissio peccatorum. Ille ergo cõtra spiritum sanctum peccat: vel blasphemat: vel verbum dicit corde ore, aut opere, qui hoc agit per impœnitentiam vsque ad finem vitæ suæ, vt non fiat ei remissio peccatorum, & tunc planum est, quòd hoc peccatum in spiritum sanctum non remittitur: neque in hoc sæculo: neque in futuro. Doctores verò moderni dixerunt, quòd quia patri attribuitur potentia, filio sapientia, spiritui sancto bonitas, peccatũ ex infirmitate est peccatum in patrem, peccatum ex ignorantia est peccatũ in filium, peccatum ex certa malitia est peccatum in spiritum sanctum. Quia ergo ignorantia: vel infirmitas excusat peccatum, vel in toto, vel in parte: dicunt quòd peccatum in patrem, vel in filium, remittitur: quia vel totaliter culpa caret, vel culpa diminuitur: malicia verò non excusat peccatum, sed aggrauat: & ideò peccatum in spiritum sanctum non remittitur, neque in toto, neq; in parte: quia non habet in se aliquam rationem veniæ, per quam diminuatur culpa: & si aliquando remittatur, hoc magis est ex misericordia Dei remittentis, qui etiam morbos incurabiles curat, quàm ex remissibilitate peccati.

Matth. 11.

Chrysosto.

ar. 7. q. 86. ar. 1. ad 2. 3.

3. q. 34. ar ti. 2. & 3. arti. 6. ad 2. 22. q. 14. ar ticu. 1. 3. c.

12. q. 78. ar ti. 4. o.

malo. q. 3. ar. 2. & 1. p. q. 69. ar. 2. c.

38

In 17. 38.

¶Et per hoc patet solutio ad obiecta.

ARTICVLVS XVI.

Hug. in lect. 2. & 4. dist. 20. q. 1. arti. 3. q. 3. ad 2. & art. 107.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd cruce signatus qui moritur antequàm iter arripiat, habeat plenam indulgentiam peccatorum: ad hoc enim, quòd indulgentia alicui valeat, requiritur quòd sit verè pœnitens & confessus, vt continetur in litera papali. Sed cruce signatus decedens ante iter assumptum, habet hæc omnia quæ requiruntur secundum formam literæ ad percipiendam plenam indulgentiam peccatorum. ergo plenè percipit eam.

¶Præterea, Solus Deus remittit peccatum quantùm ad culpam. Cùm ergo Papa dat indulgentiam omnium peccatorum, hoc non est referendum ad culpam, sed ad vniuersitatem pœnarum. Ille ergo qui accipit crucem secundum formam literæ papalis, nullam pœnam patietur pro suis peccatis: & sic statim euolabit plenam remissionem peccatorum consecutus.

¶SED CONTRA Aug. dicit in 15. de Tri. quòd non est idem abstrahere telum & sanare vulnus. Telum enim peccati abstrahitur per remissionem peccati, vulnus autem sanatur per reformationem imaginis, qui quidem fit per opera satisfactionis. Sed cruce signatus decedens ante iter arreptum, nullum laborem sustinuit ad reformationem imaginis: ergo nondum est sanatum vulnus, & sic non poterit ad gloriam statim peruenire antequàm pœnas purgatorias patiatur.

¶Præterea, Quilibet sacerdos vtitur talibus verbis, ego absoluo te ab omnibus peccatis tuis. Si ergo cruce signatus decedens euolaret, pari ratione quilibet alius à quoque sacerdote absolutus, quod est inconueniens.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ad euidentiam huius quæstionis sicut supra dictũ est, opus vnius potest esse satisfactorium pro alio ad quem per intentionem facientis refertur. Christus autem pro ecclesia sua sanguinẽ suũ fudit: & multa alia fecit & sustinuit, quorum æstimatio est infiniti valoris propter dignitatem personæ: vnde dicitur Sap. 8. quòd infinitus est in illa thesaurus omnibus. Similiter etiam & omnes alij sancti intentionem habuerunt in his quæ passi sunt, & fecerunt propter Deum: vt hoc esset ad vtilitatem non solùm sui, sed etiam totius ecclesiæ. Totus ergo iste thesaurus est in dispensatione eius qui præest generali ecclesiæ. Vnde Petro dominus claues regni cœlorum commisit Matth. 16. Quando ergo vtilitas vel necessitas ipsius ecclesię hoc exposcit, potest ille qui præest ecclesię de ista infinitate thesauri communicare alicui, qui per charitatem sit membrum ecclesię de prædicto thesauro quantùm sibi visum fuerit oportunum, vel vsque ad totalẽ remissionem pœnarum, vel vsque ad aliquam certam quantitatem: ita scilicet quòd passio Christi & aliorum sanctorum ei imputetur: acsi ipse passus esset quantum sufficeret ad remissionem sui peccati: sicut contingit cùm vnus pro alio satisfacit: vt dictum est. Ad hoc ergo quòd indulgentia alicui valeat tria requiruntur. Primo causa pertinens ad honorem Dei: vel ad necessitatem aut vtilitatem Ecclesiæ. Secũdò auctoritas in eo qui facit. Papa enim potest principaliter, alij verò inquantum potestatem ab eo accipiũt: vel ordinariam vel commissam: seu delegatam. Tertiò requiritur, vt sit in statu charitatis ille qui indulgentiam percipere vult. Et hæc tria designantur in litera papali. Nam causa conueniens designatur in hoc quòd præmittitur de subsidio terræ sanctæ. Auctoritas verò in hoc, quòd fit mentio de auctoritate Apostolorum Petri & Pauli, & ipsius Papæ. Charitas autem recipiẽtis in hoc quòd dicitur. Omnibus verè pœnitentibus & confessis, non dicit & satisfacientibus: quia indulgentia non excusat à contritione & confessione: sed cedit in locum satisfactionis. Est ergo dicẽdum in quæstione propositæ: quòd si secundum formam Papalis literæ indulgẽtia concedatur accipientibus crucem in subsidium terræ sanctæ, cruce signatus statim habet indulgentiam: etiam si decedat ante quam iter arripiat: quia sic causa indulgentiæ erit non iter: sed votum itineris. Si autem in forma literę contineatur quòd indulgentia debetur his qui transierint vltra mare, ille qui decedit antequam transeat, nõ habet indulgentiam: quia non habet indulgentię causam.

articul. 36. 4. d. 20. ar. 3. q. 2. o. & ar. 3. q. 1. c.

4. d. 20. ar. 3. q. 1. ad 4.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in hoc vltimo casu deficit in cruce signato decedente, illud quod est principalius, scilicet indulgentiæ causa.

¶Ad secundum dicendum, q̃ per autoritatem solus Deus culpam remittit, sed ministerio etiam sacerdos, inquantũ exhibet sacramentum remissionis peccati: puta in baptismo vel pœnitentia: & tamen indulgentia non se extendit ad remissionem culpæ. quia non est sacramentalis: vnde non sequitur ordinem, sed iurisdictionem: potest enim & non sacerdos indulgentiam facere, si sit ei commissum, & ideò pœna totaliter remittitur, si causa subsit, non autem si causa desit.

3. p. q. 84. arti. 3. ad 3. 4. d. 20. art. 3. q. 2. ad 1. artic. 4. q. 2. 3. o.

¶Ad tertium dicendum, quòd satisfactio & est pu nitiua inquantum est actus vindicatiuæ iustitiæ, & est etiam medicatiua: inquantum est quoddam sacramentale. Indulgentia ergo supplet locum satisfactionis, inquantum est punitiua: quia scilicet pœna, quam aliius sustinuit, imputatur ille: acsi ipse sustinuisset: & ideò reatus pœnæ tollitur, sed non succedit in locum satisfactionis inquantũ est medicatiua, quia adhuc remanent pronitates ad peccandum derelictę ex priori peccato, ad quas sanandas, necessarius est labor satisfactionis, & ideò cruce signatis, dum viuũt, consulendum est, vt non prętermittant satisfactionis opera, inquantũ sunt præseruatiua à peccatis futuris, licèt reatus pœnæ sit totaliter solutus: nec ad hoc requiritur aliquis labor: quia sufficit labor passionis Christi: morientibus autem non est necessaria huiusmodi præseruatio, sed solum liberatio à reatu pœnæ.

4. d. 20. ar. 3. q. 1. ad 4.

¶Ad quartum dicendum, quòd verbum sacerdotis dicentis Absoluo te ab omnibus peccatis tuis, non refertur ad pœnam, sed ad culpam: cuius absolutioni ministerium impendit. Non potest autem aliquis absolui ab vna culpa, quin absoluatur ab omnibus, pœna verò potest totaliter dimitti vel particulariter, particulariter quidẽ in absolutione sacramentali pœna dimittitur, totaliter verò in spirituali gratia indulgentiæ, sicut etiam dominus dicit Io. 8. mulieri adulterę. Non te condemnabo, vade & amplius noli peccare.

arti. 66. & 4. d. q. 2. ar. 1. q. 1. ad 1. ar. 5. q. 2. c. & ad 2. & d. 18. arti. 3. q. 2. o.

INCIPIT QVODlibet tertium.

QVAESTIO I.

QVAESITVM est de Deo, de angelis, de hominibus, & de creaturis purè corporalibus. De Deo quæritur est, & quantũ ad naturam diuinã: & quantum ad naturam humanam assumptam.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Circa diuinã naturam quæsita sunt duo de potentia Dei. Primò, vtrũ Deus possit facere quòd materia sit sine forma. Secundo, vtrum possit facere quod idem corpus simul localiter sit in duobus locis.

ARTICVLVS I.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Deus possit facere quòd materia sit sine forma. Sicut enim materia secundum suum esse dependet à forma, ita accidens a subiecto. Sed Deus potest facere quòd accidens sit sine subiecto, vt patet in sacramento altaris: ergo potest facere quod materia sit sine forma.

¶SED CONTRA, Deus non potest facere cõtradictoria esse simul. Sed materiam esse sine forma, implicat contradictionem, eo quòd esse materiæ importat actum qui est forma. Non ergo Deus potest facere, quòd materia sit sine forma.

¶RESPONDEO dicendum, quòd vniuscuiusq; rei virtus actiua est estimanda secundum modum essentiæ, eo quòd vnumquódque agit in quantùm est ens actu: vnde si in aliquo inueniatur forma aliqua vel natura non limitata seu contracta, erit virtus eius se extendens ad omnes actus vel effectus conuenientes illi naturæ: puta si intelligeretur esse calor per se subsistẽs vel in aliquo subiecto, quod reciperet ipsum secundum totum eius posse, sequeretur quòd haberet virtutem ad producendum omnes actus & effectus caloris. Si verò aliquod subiectum non reciperet calorem secũdum eius totum posse: sed cũ aliqua contractione & limitatione, non haberet virtutem actiuam respectu omnium actuum vel effectuum caloris. Cùm autem Deus sit ipsum esse subsistens, & manifestum est quòd natura essendi conuenit Deo infinitè absq; omni limitatione & contractione: vnde eius virtus actiua se extendit infinitè ad totum ens, & ad omne id quod potest habere rationem entis. Illud ergo solùm poterit excludi à diuina potentia, quod repugnat rationi entis: & hoc nõ propter defectum diuinæ potentiæ, sed quia ipsum nõ potest esse ens. Vnde non potest fieri. Repugnat autem ratio entis, non ens simul & secundum idem existens: vnde q aliquis simul sit & non sit, adeò fieri non potest, nec aliquid contradictionem includens: & de huiusmodi est materiam esse in actu sine forma: omne enim quod est actu, vel est ipse actus, vel est potentia participans actum: esse autem actu repugnat actioni materiæ, quæ secundũ propriam rationem est ens in potẽtia. Relinquitur ergo quòd non possit esse in actu, nisi inquantùm participat actum: actus autem participi partis à materia nihil est aliud quàm forma: vnde idem est dictum materiam esse in actu, & materiam habere formã. Dicere ergo quòd materia sit in actu sine forma, est dicere contradictoria esse simul: vnde à Deo fieri non potest.

¶Ad illud ergo quod in contrarium obijcitur, dicendum quod accidens secundum suum esse dependet à subiecto, sicut à causa sustentante ipsum: & quia Deus potest producere omnes actus secundarium causarum absque ipsis causis secũdis, potest conseruare inesse accidẽs sine subiecto, sed materia secundũ suum esse actuale depẽdet à forma, inquantũ forma est ipse actus eius: vnde nõ est simile.

ARTICVLVS II.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q; Deus possit facere vnum corpus simul esse localiter in duobus locis. Difficilius enim est, quòd hæc substantia mutetur in illam substantiam, quàm quòd hoc accidens mutetur in illud accidens. Sed in sacramento altaris ex hoc q; diuina virtute substãtia panis remanẽtibus eius dimensionibus, secundum quas commensuratur loco, conuertitur in substantiam corporis Christi: sequitur idẽ corpus Christi si non localiter secundum commensurationẽ propriarum dimensionum, sed sacramentaliter in pluribus locis simul: ergo potest facere quòd conuertatur dimensio huius corporis in dimensionem alterius corporis: & sic erit idem corpus localiter in duobus locis simul.

¶SED CONTRA, Omnia duo loca distinguuntur adinuicem secundum aliquam loci contrarietatem, quæ sunt sursum & deorsum, ante & retro, dextrum & sinistrum. Sed Deus non potest facere quòd duo cõtraria sint simul: hoc enim implicat contradictionem: ergo Deus non potest facere quòd idem corpus localiter sit simul in duobus locis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd aliquod corpus esse localiter in aliquo loco, nihil est aliud quàm corpus circunscribi, & comprehendi à loco secundum commensurationem propriarum dimensionum, quod aũt contingit intelligi à loco aliquo sic est in ipso loco, quòd nihil eius est extra locum illum: vnde ponere quòd sit localiter in hoc loco, & tamen sit in alio loco, est ponere contradictoria esse simul: vnde secundum præmissa hoc à Deo fieri non potest.

¶Ad illud ergo quod in contrarium obijcitur, dicendum difficilius est hoc accidens mutari in illud accidẽs, quàm hanc substantiam mutari in illam substantiam. Tum quia duæ substantiæ conueniunt in subiecto materiali, quod est pars essentialis vtriusq; substantiæ. Tum quia substantia habet indiuiduationẽ per seipsam. Accidens verò non est individuabile per seipsum, sed per subiectum: vnde non potest ei conuenire quòd hoc accidens conuertatur in hoc accidens: dato tamen quòd hæc dimensio conuerteretur in illam dimensionem, nõ sequeretur quòd idem corpus esset in duobus locis simul, sed in vno tantùm: quia sicut postquàm substantia panis conuersa est in substantiam corporis Christi, iam non sunt ibi duæ substãtiæ, sed vna tantùm: ita etiam si hæc dimensio huius corporis conuertatur in illam dimensionem alterius corporis, iam non erunt duæ dimensiones, sed vna tantùm: & sic non commensuraretur diuersis locis, sed vno tantùm.

QVAESTIO II.

DEINDE quæritum est de Deo, quantùm ad humanam naturam assumptam.

¶Et circa hoc quæsita sunt tria. Primò, quantùm ad animã vtrum scilicet anima Christi sciat infinita. Secũdò, quantùm ad corpus, vtrum scilicet oculus Christi post mortẽ, dicatur equinocè oculus vel vniuocè. Tertiò, quantùm ad actum coniuncti qui est comestio, vtrum scilicet post resurrectionem Christus verè comedit incorporando sibi cibum.

ARTICVLVS III.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd anima Christi possit scire infinita. Nullum enim donum creatum cùm sit infinitum potest eleuare creaturam ad id quod est proprium Dei, quia tale est infinitum, sed grãtia vnionis est donum creatum, cognoscere autẽ infinita est proprium Dei, cuius sapientiæ non est numerus: ergo anima Christi per gratiam vnionis non potest eleuari ad cognoscendum infinita.

¶Præterea, Dio. 11. ca. cœle. ierar. ponit tria sibi proportionata, quæ sunt substantia, virtus, & operatio: sed substãtia animæ Christi non potest esse infinita: ergo neque virtus eius, neq; operatio põt esse infinita, vt infinita cognoscat.

¶SED CONTRA, Intellectus animæ Christi nõ est minor quàm voluntas eius. Sed meritum Christi quod est actus voluntatis animæ eius, est infinitum, quia fuit sufficiens ad infinitorum peccatorum abolitionem: est enim propiciatio pro peccatis totius mundi: vt dicitur 1. Ioan. 1. ergo & actus intellectiuus animæ Christi, potest esse infinitus vt infinita cognoscat.

¶RESPONDEO dicendum quòd hic est opus multiplici distinctione. Primò enim considerandum est, quòd infinitum potest dici & secundum formam & secundum materiam. Dicitur enim infinitum ex eo quòd nõ finitur. Finitur autem & materia per formam, inquantùm materia quæ est in potentia ad diuersas species, determinatur ad vnam speciem per formam, & forma per materiam: in quantùm forma speciei quæ nata est esse in pluribus individuis, secundum quòd recipitur in hac materia determinatur ad individuum. Sicut ergo materia sine forma habet rationem infiniti, ita & forma sine materia: & ideò quia ipsa essentia diuina non est recepta alicuo materiali, nec habet permixtionem alicuius potentiæ, sed est purus actus subsistens, ideò dicitur infinita: & quia vnumquódque cognoscitur per formam, & secũdum quòd est in actu, ideò infinitum secundum materiam, est secundum se ignotum: vt dicitur in 3. Phy. Infinitum autem secũdum formam est secundum se notissimum: sed quo ad nos, est ignotum, quia excedit nostri intellectus proportionem: & quia quantitas est dispositio materiæ, & infinitũ quantitatis attenditur secundũ potentiam in assumẽdo vnũ post alterum: ideò infinitum quãtitatis est secundũ se ignotũ, & nõ potest aliquis intellectus cognoscere infinitũ quantitatis in post assumendo vnum post alterum, scilicet numerando partem post partem. Item considerandum est, quòd vtroque modo contingit aliquid esse infinitum simpliciter, aliquid secundum quid. Si enim aliquod corpus sit infinitum secundum longitudinem, non autem secundum latitudinem est infinitum secundum quid. Si verò fuerit infinitum secundum omnes dimẽsiones, erit infinitum simpliciter. Similiter si intelligatur forma alicuius speciei esse non in materia, vt Platonici posuerũt, erit infinita secundum quid, quantùm scilicet ad indiuidua illius speciei: tamen erit finita inquantùm scilicet determinatur ad genus & speciem. Sed diuina essentia est simpliciter infinita: quia est absoluta ab omni circunscriptione generis vel speciei. Item considerandum est, quòd duplex est scientia: vna dicitur scientia visionis, per quam cognoscuntur ea quæ sunt, erunt vel fuerunt. Alia simplicis notitiæ, per quam cognoscuntur ea quæ nec sunt nec erunt, nec fuerunt, sed esse possunt.

¶Dicendum est ergo quòd Deus cognoscẽdo suam essentiam, quia cõprehendit eam, cognoscit scientia simplicis notitiæ infinita simpliciter: quia cognoscit omnia quæ ipse facere potest, non tamen cognoscit ea in post assumẽdo, scilicet numerando vnum post aliud, sed omnia simul. Anima verò Christi non comprehendit essentiam Dei: & per consequens, neque virtutem eius: vnde non potest cognoscere omnia quæ Deus facere potest: & ideò non cognoscit infinita simpliciter: comprehendit autem anima Christi totam potentiam creaturæ. In potentia autẽ creaturæ sunt infinita non simpliciter, quia potentia creaturæ non se extendit ad omnia quæ Deus potest, sed secũdum aliquod genus, sicut continuum est in potentia ad infinitas diuisiones: vnde anima Christi scientia simplicis notitiæ cognoscit infinita secundum quid, quæ sunt in potentia creaturæ.

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta. Nam primæ duæ rationes procedunt de cognitione infinitorũ simpliciter.

¶Ad tertium dicendum, quòd voluntas animæ Christi est virtus finita simpliciter, sicut & intellectus eius: meritum autem Christi habet infinitatem ex dignitate, inquantùm scilicet est meritum Dei & hominis.

ARTICVLVS IIII.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd oculus Christi post mortem non fuerit equinocè oculus. Corpus enim Christi & quælibet partium eius, substãtificatur per hypostasim Dei verbi. Sed hypostasis verbi Dei mansit vnita corpori Christi & partibus eius post mortem: ergo fuit idem secundum substantiam corpus Christi post mortem & ante secundum totum, & secundum omnes partes eius. Non ergo oculus Christi fuit æquinocè oculus post mortem.

¶Præterea, Philosophi loqui non nouerunt nisi de homine puro. Sed Christus non fuit purus homo, sed homo & Deus: ergo quòd Philosophus dicit oculum hominis mortui esse æquinocè oculum, non habet locum in Christo.

¶SED CONTRA, Christus est vniuocè homo cũ aliis hominibus, & mors eius fuit vera sicut & aliorum hominum mors. Cùm ergo oculus cuiuslibet hominis mortui æquinocè oculus dicatur: videtur quòd etiam oculus Christi post mortem sit æquinocè oculus.

¶RESPONDEO dicendum quòd æquinocum & vniuocum dicitur secundum diffinitiuam rationem eandem vel non eandem: ratio autẽ diffinitiua cuiuslibet speciei sumitur à forma specifica ipsius. Forma autem specifica hominis est anima rationalis: vnde remota anima rationali nõ potest remanere homo vniuocè, sed æquinocè tantum, oportet autem idẽ accipere in partibus quod est in toto: nam sicut anima se habet ad totũ corpus, ita pars animæ se habet ad partem corporis, vt visus ad oculũ, vt dicitur in secundo de anima, vnde separata anima à corpore, sicut non dicitur homo, nisi æquinocè, ita nec dicitur oculus nisi æquinocè, & hoc indifferenter, siue præsupponatur alia forma substantialis in corpore, ante animã rationalem, vt quidam volunt, siue non, vt magis videtur consonum veritati: quodcúnque enim essentialium principiorum subtrahatur iam non remanebit eadẽ ratio speciei: vnde nec nomen vniuocè dicetur. Solo autem hoc modo anima recedente remaneret corpus humanum & partes eius secundum eandem rationem speciei, si anima non vniretur corpori vt forma, sed tunc sequeretur quòd nec per vnionem animæ esset substantialis generatio: nec per separationẽ corruptio, quod quidẽ ponere in corpore Christi est hæreticũ. Dicit enim Dama. in 3. lib. Quod corruptiõis nomẽ duo significat, significat enim humanas has passiones, famem, sitim, laborem, clauorum perforationem, mortem, scilicet separationem animæ à corpore, & quæcúnque talia. Significat etiam corruptio perfectã corporis in ea ex quibus compositum est elementa destructionem & dissolutionem, huiusmodi experimentum corpus diuinum non habuit, vt ait Propheta. Non dabis sanctum tuum videre dyastoram, ideſt, destructionem. Incorruptibile autem secundum insipientem Iulianum & Galanum corpus domini dicere secundum primum corruptionis significatum ante resurrectionem impium est. Si enim incorruptibile non omnino, scilicet substantiale nobis & non veritate facta sunt quæ facta esse Euangelium ait: & opinione & non veritate saluati sumus. Sicut ergo Christus in triduo mortis propter separationem animæ à corpore, quæ est vera corruptio, non dicitur fuisse homo vniuocè, sed homo mortuus: ita nec oculus eius in triduo mortis fuit vniuocè oculus, sed æquiuocè, sicut oculus mortuus, & eadẽ ratio de alijs partibus corporis Christi.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd substantia dicitur dupliciter. Quandóque enim sumitur pro hypostasi, & sic verum est quòd corpus Christi substantificatũ mansit per hypostasim Dei verbi, non enim per mortem soluta est vnio verbi, neque ad animam, neque ad corpus, & sic remanet simpliciter idem corpus numero, secũdum hypostasim, siue suppositum, quod est persona verbi. Alio modo accipitur substantia pro essentia vel natura, & sic corpus Christi substãtificatur per animam, sicut per suam formam, non autem per verbum, quia verbum non vnitur corpori vt forma, hoc enim est hæreticum, secundum hæresim Arrij & Apollinaris: qui posuerunt verbũ esse in Christo loco animæ. Sequeretur etiam quòd esset vnio Dei & hominis facta in natura, quod pertinet ad hæresim Euticis. Sic ergo corpus Christi post mortem est simpliciter idem secundum substantiam quæ est hypostasis, non autem secundum substantiam quæ est essentia vel natura. Vnionis autem & æquiuocatio, non respicit suppositum: sed essentiam vel naturam: quam significat diffinitio.

¶Ad secundum dicendum, quòd etsi Christus non fuit purus homo, est tamen verus homo, & mors eius fuit vera mors: vnde quicquid est verum de homine inquantum est homo, & de morte hominis, totum est verum de Christo & de morte eius.

ARTICVLVS V.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Christus post resurrectionẽ verè comederit cibum sibi incorporando: quia vt August. dicit in libro 83. quæstionũ. Si fallit, veritas non est. Vnde nulla fictio decet Christum qui est veritas. Esset autem fictio, si non verè sibi cibum in corpora ret: quẽ ipse comedere videbatur. Verè ergo comedit incorporando sibi cibum.

¶SED CONTRA est quod Damas. dicit in 2. libro quòd Christus & si gustauit cibum post resurrectionem, sed non lege naturæ: sed dispensationis modo: veritatem credere faciens resurrectionis, & quòd hæc eadem caro est quæ passa est: & resurrexit.

¶RESPONDEO dicendum, quod aliquid dicitur esse verum dupliciter, vno modo veritate significationis. Alio modo veritate naturalis speciei, sicut vox est vera veritate significationis, quando significat esse quod est. Veritas autem naturalis speciei, dependet ex principijs speciei, non autem ex effectibus, vel ex his quę quocúnque modo consequuntur, vnde vox dicitur vera veritate naturalis speciei, quando formatur debitis instrumentis, & ex ore animalis profertur cum quadam imaginatione, etiam si à nullo audiatur: quod est effectus consequens vocem. Leguntur autem in scripturis absque necessitate & angeli comedisse, & Christus post resurrectionẽ: & vtra que comestio fuit vera: vt August. dicit 11. de ciuitate Dei. Aliter tamen & aliter. In angelis enim fuit vera veritate significationis, quia vt August. dicit ibidem, angeli comederunt non quia indigebant, sed quia volebant & poterant vt hominibus quadam sui ministerij humanitate congruerent. In Christo autem fuit vera comestio veritate naturalis speciei: fuit enim exercita naturalibus instrumentis ad hunc actum ordinatis: & etiam fuit vera veritate significationis: quia significabat veritatem humanæ naturæ in corpore resurgente: quòd autem cibus conuertatur in corpus: est quoddam consequens comestionem. Vnde etiam in nobis si cibus non conuer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tatur sed statim per vomitum eiiciatur, nihilominus vera fuit comestio quæ præcessit. Non autem conueniebat vt in corpus Christi cibus conuerteretur, quod iam erat extra statum generationis & corruptionis: vnde cibus ille fuit virtute Christi resolutus in præcedentem materiam. Non autem in Christi corpus conuersus: & tamen fuit vera comestio absque aliqua fictione.

¶Vnde patet responsio ad obiecta.

QVAESTIO III.

3.p.q.51.ar 2.2.ad 5.2. di.6.art.4. ad 1.

DEINDE quæritur est de angelis. Et circa hoc quæritur tria. Primò, vtrùm aliquo modo angelus sit causa animæ rationalis. Secùdò, vtrùm angelus influat in animã humanam. Tertiò, vtrùm angelus malus id est diabolus, inhabitet substantialiter hominem in quolibet peccato mortali.

ARTICVLVS VI.

1.p.q.90. art.3.o.& q.65.ar.3. o.& po.q. 3.arti.1.4. & 9.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd angelus sit causa animæ rationalis. Quæcúnque enim qualificantur in natura: ita tamen quod vnum eorum est prius altero in ordine naturæ, id quod est prius est causa eius, quod est posterius. Sed anima & angelus qualificantur in natura, sunt enim homo & angelus in natura pares, officio dispares, angelus tamen prius est in ordine naturę quàm anima humana, quia est simplicior: ergo angelus est causa animæ rationalis.

¶SED CONTRA, Anima rationalis educitur in esse per creationem. Sed creare cùm sit potentiæ infinitæ, est solius Dei. Non ergo angelus potest esse causa animæ rationalis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd impossibile est id quod per creationem producitur, ab alio causari quàm à prima omnium causa, cuius ratio est secundum Platonicos: quia quantò aliqua causa est superior, tantò eius causalitas ad plura se extendit. Vnde oportet vt in effectibus id quod ad plura se habet, ad superiorem causam referatur. Manifestum est autem quòd in ordine principiorum essentialium quantò aliqua forma est posterior, tantò est magis contracta, & ad pauciora se extendit. Quantò autẽ forma est prior & propinquior subiecto primo, tantò oportet quòd ad plura se extendat. Sequitur ergo ꝙ formæ posteriores sunt ab inferioribus agentibus, priores verò & communiores à superioribus. Et sic relinquitur, quod id quod est primum subsistens in vnoquóque sit à prima omnium causa. Quælibet ergo alia causa prærer primam, oportet quòd agat præsupponẽdo subiecto quòd est effectus causæ primæ. Nulla ergo causa alia potest creare nisi prima causa quæ est Deus. Nam creare est producere aliquid non præsuppositio subiecto. Quæcúnque ergo nõ possunt produci in esse nisi per creationem, à solo Deo creantur. Hæc autem sunt illa quæ cùm sint subsistẽtia, vel non sunt composita ex materia & forma, sed sunt formæ in suo esse subsistentes, sicut sunt angeli, vel sunt ea quæ si sint composita ex materia & forma: tamẽ materia eorum non est in potentia, nisi ad vnam formam, sicut est in corporibus cœlestibus. Vtraque enim hæc producũtur absq; productione primi subsistẽtis in eis possunt autem produci in actum absque productione primi subiecti, tam composita ex materia & forma: quorum materia est in potentia ad diuersas formas, & sic in eadẽ materia possunt sibi diuersæ formæ succedere, tam etiam formæ quæ nõ sunt subsistentes in suo esse, quæ quidem nõ dicuntur esse, quia ipsa habeant esse, sed quia subiecta habent aliqualiter esse secundum ea: vnde nec ipse secundum se dicitur fieri vel corrumpi sed inquantùm subiecta fiunt entia in actu vel non entia secundum ipsas. Anima autem rationalis est subsistens in suo esse: alioquin non posset habere operationẽ absq; communione suæ materiæ. Vnde relinquitur quod anima rationalis non possit produci in esse nisi per creationem: & ita patet quòd angelus nullo modo sit causa eius, sed solus Deus.

1.p.q.65.ar ticu.3.c.& po.q.2. ar. 6.ad 2. ma lo q.16.ar. 6.c.

2.p.q.45. ar.5.o.2.d. 1.q.1.artic. 3.o. 1.p.q.65.ar 3.c. 1.p.q.61.ar ti.1.o. 2.p.q.86.ar ticu.3. ad 5. ar. 2.o.

arti.189.ad 2. 1.p.q.5.ar. 5. ad 2. q. 45. arti.4. 8.o. arti. 189.c. po.q.3. artic.9.

¶Ad illud verò quod in contrarium obiicitur, dicendum quòd prima propositio inducta videtur includere opposita. Si enim anima & angelus parificantur in natura, angelus non est prior anima secundum ordinem naturæ, nisi dicantur parificari in natura: quia conueniunt in natura, non quidem speciei, sed generis. Non autem oportet ꝙ omnium quæ conueniunt in natura generis vel speciei, id quod est prius sit causa omnium aliorũ: & quidem in eadem specie non potest vnum esse prius altero propriè loquendo in ordine naturæ: quia species prædicatur æqualiter de omnibus indiuiduis: vt dicitur in 2. Met. (Tex.cõ. 10.) In generibus autem non est sic. Nã inter species vnius generis vna est naturaliter prior & perfectior altera. Ilst autem in indiuiduis vnius speciei vnum altero tempore prius: & quamuis aliquod indiuiduũ, quod est prius tempore, sit causa cuidam alij, quod est posterius: vt pater est causa filij, sicut in obiicièdo tãgebatur, nõ tamen hoc est vniuersaliter verũ: nõ enim omnes antiquiores sunt causa omnium iuniorum. Similiter etiam contingit id quod est prius inter species eiusdem generis esse aliorum principium & causam, sicut motus localis aliorum motuum, & binarius aliorum numerorum, & triãgulus aliarum figurarum rectilinearum, non tamen hoc est vtiliter verum. Non enim homo qui est perfectissima species animalis, est causa actiua aliarum specierum: vnde non oportet ꝙ angelus sit causa factiua animæ. Procedit autem hęc ratio secundum opinionem quorundam ponẽtium Deum agere per necessitatem naturæ: & quòd ab vno simplici non fit nisi vnum immediatè, quod sit causa alterius: & sic vsq; ad vltima rerum. Nõ autem ponimus Deum agere omnia per suam sapientiam, per quam ordinem rerum disponit: & sic ab ipso diuersi gradus rerum immediatè per creationem producuntur.

Aristotele. 1.p.q.19.ar tic.4.& q. 25.ar.5.c.

ARTICVLVS VII.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd angelus non possit influere in animam humanã. Duorum enim distantium, vnum non influit in alterũ, nisi per aliquod medium. Sed angelus & anima distãt abinuicem, cùm non sit dare aliquod medium, per quod influat influxus ab angelo in animam, videtur quòd angelus non possit influere in animam.

1.p.q.m.& 9.& 2.5.4. c.& ma.q. 16.ar.12.o. & ad 3.

¶SED CONTRA, Dio. dicit 8. ca. cœle. ierar. Homines purgantur, illuminantur, & perficiuntur ab angelis: sed hoc non fit nisi per quendam influxum: ergo angelus potest influere in animam humanam.

¶RESPONDEO dicendum, quòd vnumquódq; agẽs agit secundum modum suæ naturæ: & ideò vbi ignoratur modus naturæ rei, necesse est etiã vt modus actionis eius ignoretur. Modus autem naturæ angelicæ est nobis ignotus secundum quod in se est. Non enim in hac vita scire possumus de eis quid sunt, sed aliqualem cognitionem de eis habere possumus per similitudinem sensibilium rerum: vt Dio. dicit primò. & 2. ca. cœle. ierar. Vnde & modum actionis ipsorum cognoscere non possumus nisi per similitudinem sensibilium agentium. Inuenimus autem in sensibilibus agentibus, quòd id quod est in actu, agit in id quod est in potentia: & quòd oportet quòd agens coniungatur patienti secundum situm per corporalem contactum. Quantò autẽ natura intellectualis est superior, tantò est magis actualis: vt potè Deo similior, qui est actus purus: vnde superiores angeli possunt agere in inferiores angelos, & in animas nostras, sicut id quod est in actu, agit in id quod est in potentia: & huiusmodi actio dicitur influxus. Quod autem est in corporalibus situs, est in spiritualibus ordo: nam situs est quidam ordo partium corporalium secundum locum: & ideò ipse ordo substãtiarum spiritualium adinuicem, sufficit ad hoc quòd vna influat in alteram: nec requiritur ibi mediũ corporale vel locale: quia huiusmodi actiones sunt supra locum & tempus quę in corporalibus sunt.

pot q.3.ar. 17.ad 12.& q.8.artic.3. ad 6. 1.p.q.88.ar 2.2.o.& 2. p.q.2.ar.2. ad 2.& q. 30.ar.2.ad 1.& peri.q. 18.ar.5.o. 1.p.q.106. art.1.c. 1.p.q.110. art.1.& ad 2.et q.3.ar ticu.2.o.& 12.q.9.ar. 6.ad 2.

¶Et per hoc patet solutio ad obiecta.

ARTICVLVS VIII.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Diabolus semper substantialiter inhabitet hominem quãcúnque peccat mortaliter. Culpa enim mortalis opponitur gratiæ. Sed spiritus sanctus semper inhabitat hominem cum gratia: secundum illud 1. ad Corinth. 3. Templũ Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis: ergo etiam spiritus immundus semper inhabitat hominem cum culpa mortali.

1.p.q.114. arti.3.c.& ma.q.16.ar tic.12.ad 2. in oppos.

¶SED CONTRA est quòd Diabolus per peccatum inhabitat hominẽ, sicut per suum effectum. Sed nõ omne peccatum mortale est à Diabolo, sed quandóque à carne & mundo: ergo Diabolus non semper inhabitat hominẽ cum culpa mortali.

¶RESPONDEO dicendum, quòd Diabolum inhabitare hominem potest intelligi dupliciter. Vno modo quantùm ad animam. Alio modo quantùm ad corpus. Quantùm ad animam quidem, non potest Diabolus inhabitare hominem substantialiter: quia solus Deus illabitur mentì:

12.q.75.ar. 3.& q.80. ar.1.& 3.p. 3.q.ar.7.et ma.q.3.ar. 4.o.

mentì: nec ita diabolus causat culpã sicut spiritussanctus gratiam. Spiritus enim sanctus interiùs operatur, sed diabolus exteriùs suggerit, vel quantũ ad sensum, vel quantũ ad imaginẽ. Dicitur tamẽ inhabitare affectũ hominis per effectũ malicię, non solũ quando ex eius suggestione peccatum perpetratur, sed etiã per quodcúnq; peccatũ mortale, quia ex quocúque peccato mortali, homo seruituti diaboli addicitur. Sed quantũ ad corpus, diabolus potest hominẽ substantialiter inhabitare, sicut patet in arreptícijs, sed hoc magis pertinet ad rationẽ pœnę quã ad rationem culpæ. Pœnę aũt corporales huius vitæ, non semper cõsequũtur culpã, sed quandóq; peccantib. nõ inferũtur: & quãdóq; nõ peccantib. inferũtur. vt dicitur Ioan. 9. de cæco nato, & hoc est secundũ altitudinẽ incõprehensibiliũ iudiciorũ Dei, vnde nõ cũ qualibet culpa mortali diabolus inhabitat hominẽ substãtialiter etiã quantũ ad corpus.

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

QVAESTIO IIII.

DEINDE quæritur est de hominibus. Et primò quæsita sunt quædã pertinentia ad quosdã homines excellentioris status. s. ad doctores & religiosos. Secundò quędam pertinẽtia ad homines inferioris status. s. laicos. Tertiò quædã pertinentia communiter ad omnes homines.

¶De doctoribus sacrę scripturæ quæsita sunt duo. Primò vtrũ liceat ꝙ aliquis per se petat licentiã in theologia docendi. Secùdò vtrũ auditores diuersorũ magistrorũ theologię habentiũ cõtrarias opiniões, excusentur à peccato: si sequantur falsas opiniones magistrorum suorum.

Supra 19.q. 2.& 22.q. 1.ar.2.ad 2. quod sit repetendũ.

ARTICVLVS IX.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur ꝙ nemini liceat pro se petere licentiã in theologia docendi. Doctores sacræ scripturæ adhibentur ministerio verbi Dei, sicut & prælati. Sed nõ licet alicui petere prælationẽ, imò vt Gre. dicit in regist. Recusantib. dignitates eccles. sunt conferendæ, petentibus aũt, sunt denegandę: ergo neq; alicui licet petere cathedrã magistralẽ ad docẽdũ in sacra scrip.

¶Præterea, Aug. dicit 19. de ciui. Dei. Locus superior sine quo populus regi nõ potest, etsi administrẽt vt decet, incõuenienter tamen appetit: ergo & incõuenienter petitur. Pari ergo ratione cathedra magistralis quæ est etiã locus superior. Sed cõtra est: qđ Gre. dicit in pastorali, ꝙ gradus magistrorũ est periculosus, gradus aũt discipulorum est securus. Sed hoc videtur ad perfectionẽ pertinere, vt aliquis propter aliquod bonũ periculis se exponat: ergo videtur esse laudabile, ꝙ aliquis cathedram magistralem appetat & pro se petat.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ ad euidentiam huius quæstionis, oportet triplicem differentiã considerare cathedræ magistralis, ad cathedrã pontificalem. Quarũ prima est, ꝙ ille qui accipit cathedrã magistralem, nõ accipit aliquam eminentiã, quam prius nõ habuerit, sed solũ opportunitatem cõmunicandi scientiã quam prius non habebat. Non enim ille qui licẽtiat aliquem dat ei scientiã, sed auctoritatem docendi. Ille verò qui accipit cathedrã episcopalem, accipit eminentiam potestatis, quam prius non habebat, sed quantũ ad hoc in nullo ab alijs differebat. Secunda differentia est, ꝙ eminentia scientię quę requiritur ad cathedrã magistralem, est perfectio hominis secundũ seipsum: eminentia verò potestatis quæ pertinet ad cathedrã pontificalem, est hominis per cõparationem ad alium. Tertia differentia est, ꝙ ad cathedrã pontificalem sit homo idoneus per charitatẽ excellentẽ, vnde dominus antequã Petro sua rũ ouiũ curam cõmitteret, quæsiuit ab eo. Symon Ioan. diligis me plus his? vt dicitur Io. vlt. Ad cathedram aũt magistralem redditur homo idoneus ex sufficientia scientiæ. His ergo consideratis, manifestũ est ꝙ appetere aliquid ꝙ pertinet ad perfectionem suiipsius, est laudabile, vnde appetitus sapientiæ est laudabilis. Dicitur enim Sapientiæ 6. ꝙ cõcupiscentia sapientiæ perducit ad regnum perpetuũ. Appetitus aũt potestatis super alios est vitiosus, quia vt Gre. dicit, cõtra naturã superbire, est hominem homini velle dominari, vnde si ille qui dat licentiã ad cathedrã magistralẽ posset eminentiam sapientiæ dare, sicut ille qui promouet ad cathedrã pontificalem dat eminentiam potestatis, esset simpliciter exposcenda: cùm tamen petere excellẽtiam potestatis sit turpe. Cùm aũt ille qui accipit licentiã ad cathedram magistralẽ, accipiat solam opportunitatẽ cõmunicandi quod licet petere huiusmodi licentiã quantũ in se est nulla videtur turpitudinem cõtinere, quia cõmunicare alijs scię

Sapien. 8. 1.Pet.4.

ar.33.

ad rationes

Augustinus

tiam quam quis habet, laudabile est & ad charitatem pertinens, secundum illud Sap. 8. Quam sine fictione didici, & sine inuidia communico. Et primo Pet. 4. dicitur. Vnusquisque sicut accipit gratiam, in alterutrum illam administrantes. Potest tamen turpitudinẽ continere ratione præsumptionis, quæ esset si ille qui non est idoneus ad docendum, peteret docendi officium. Sed hæc præsumptio non æqualiter est in petentibus licentiam ad docendum, & in petentibus pontificatum. Nam scientia per quam aliquis est idoneus ad docendum, potest aliquis scire per certitudinem se habere. Charitatem aũt per quam aliquis est idoneus ad officium pastoralem, non potest aliquis per certitudinem scire se habere. Et ideò semper est vitiosum pontificarum petere, non semper autẽ vitiosum est petere licentiam docendi, quamuis honestius sit quod per alium peratur, nisi forte aliquando ex causa aliqua spirituali.

¶Per hoc ergo patet responsio ad primas duas rationes.

¶Ad tertium dicendum, quod quicúnque non cauet pericula, videtur contemnere id cuius detrimentum pericula inducere possunt, & quia laudabile est quòd homo contemnat bona corporalia propter bona spiritualia, laudabile est ꝙ aliquis periculis corporalibus se exponat propter spiritualia bona, sed contenere spiritualia bona, est valde vitiosum, & ideò ꝙ aliquis periculis spiritualibus se exponat, est valde vituperandũ. Imminẽt aũt pericula spiritualia his qui habẽt magisterij locũ. Sed pericula magisterij cathedræ pastoralis, deuitat sciẽtia cum charitate quam nemo nescit se per certitudinem habere, pericula aũt magisterij cathedræ magistralis vitat homo per scientiam, quam potest homo scire se habere, vnde non est similis ratio de vtróque.

ar.50.ad 4.

ARTICVLVS X.

4.d.49.q. 1.art.1.q.1. ad 1.& ar. 83.huius libri.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur ꝙ auditores diuersorum magistrorũ tenentiũ diuersas opiniones, excusentur à peccato erroris, si opiniones magistrorum suorum sequãtur. Dicit enim dominus Matth. 23. Super cathedram Moysi sederunt scribæ, & pharisęi, omnia quæ dicunt vobis seruate & facite. Multo ergo magis seruanda sunt illa quæ traduntur à doctoribus sacræ scripturæ ergo non peccant qui eorum opiniones sequuntur.

¶SED CONTRA est quod dicitur Matth. xv. Si cęcus ducatum cæco præstet, ambo in foueam cadunt. Sed quicúnque errat cæcus est inquantum errat, ergo quicúnq; sequitur opinionẽ errãtis magistri in foueã peccati cadit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd diuersę opiniones doctorum sacræ scripturę si quidẽ non pertineant ad fidẽ & bonos mores, absque periculo audiores vtrãque opinionem sequi possunt. Tunc enim habet locũ quod apostolus dicit ad Ro. 14. Vnusquisq; in suo sensu abundat. In his verò quæ pertinent ad fidem & bonos mores, nullus excusatur si sequatur erroneam opinionẽ alicuius magistri, in talibus enim ignorantia nõ excusat, alioquin immunes à peccato fuissent, qui secuti sunt opinionẽ Arrij, Nestorij, & aliorum hæresiarcharũ, nec potest excusationem habere propter simplicitatem auditorũ, si in talibus erroneam opinionem sequatur. In rebus enim dubijs, non est de facili præsumendus assensus, quinimo, vt Aug. dicit in li. 3. de doctrina christiana. Consulere debet quis regulam fidei, quam de scripturarũ planioribus locis & ecclesiæ auctoritate percepit. Qui ergo assentit opinioni alicuius magistri contra manifestum scripturæ testimoniũ siue contra id quod publicè tenetur secundum ecclesiæ auctoritatem, non potest ab erroris vitio excusari.

B. Paulus. 1

¶Ad illud ergo quod in contrarium obijcitur, dicendum quòd ideò præmisit, super cathedrã Moysi sederunt scribæ & pharisæi, vt quod postea subdit. omnia quę dixerint vobis seruate & facite, de illis intelligatur quæ ad cathedram pertinent, ad quam non pertinent ea quæ sunt contra fidem vel bonos mores.

QVAESTIO V.

DEINDE quæritur est de his quæ pertinent ad religiosos. Et primò quantum ad ingressum religionis. Secundò quantum ad ea quæ conueniunt iam in religione existentibus.

¶ Circa primum quæsita sunt quatuor. ¶ Primò vtrùm, liceat iuuenes inducere ad religionis ingressum per obligationem voti vel iuramenti. ¶Secundò vtrùm sic obligati voto vel iuramento, possint absque peccato in sæculo remanere. ¶ Tertiò vtrùm liceat peccatores ad religionem inducere. ¶ Quartò vtrùm peccent,

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui aliquem iurare faciunt ne religionem ingrediatur.

ARTICVLVS XI.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄ non liceat iuuenes inducere ad religionē voto vel iuramento. Illicitū enim est cōtra Ecclesię prohibitionē agere. Sed Innocentius prohibuit in quibusdā literis ad religiosos directis LIIII. prohibuit in quibusdā literis ad religiosos directis huiusmodi voti susceptionem: ergo peccant qui voto, vel iuramento aliquos ad religionem obligare præsumunt.

¶Præterea. Extra de regularibus & transeuntibus ad religionē. c. . dicitur. Nullus tondeatur, nisi legitima ætate & spōtanea volūtate. Sed quīdo adolescētes obligati voto, vel iuramēto ad religionē suscipiūtur tōsurātur nō in legitima ætate: neque propria voluntate. Sed necessitate obligationis voti, vel iuramenti: ergo hoc videtur esse illicitum.

¶Præterea. Magis est necessariū vt aliqui adducātur ad fidē Christi imā, quā ad aliquā religionē. Sed ad nullā Christianā non sunt aliqui inducēdi necessitate, sed voluntate. Dicitur enim 45. dist. cap. de Iudæis. Quod non vi, sed libera animi volūtate, & facultate vt cōuertātur suadēdi sunt. Ergo multō minus imponenda est necessitas voti: vel iuramenti, vt aliqui ad religionem adducantur. Ité hoc esse videtur cōtra honestatē rel. giōis. Adolescentū enim sicut facilis est ingressus ad religionē: ita etiā facilis est egressus. Sed ex hoc religio dehonestari videtur, q̄ de facili recipiant eos qui de facili exeunt: ergo inconueniens videtur adolescentes ad religionem recipere.

¶Præterea. Non sunt faciēda bona, vt veniāt mala. Sed ex isto bono q̄ iuuenes inducūtur ad religionē sequūtur multa mala, quia apostarant & illegitimas nuptias contrahunt, & multa alia illicita committunt: ergo non sunt ad religionem aduocandi.

¶Præterea. Mat. 23. dicit dominus. Vę vobis Scribę & Pharisæi, qui circuitis mare & aridam, vt faciatis vnū proselytū, & cū fuerit factus, facitis eū filiū gehēnæ duplo quam vos: quod proposito videtur cōperire. Efficitur enim sic intrātes filij gehēnę dupliciter. Primō quidē quia malē intrāt. s. cōtra prohibitionem Ecclesiæ. Secundō, quia etiam malē exeunt apostatando: ergo qui eos inducunt, vę diuinæ maledictionis incurrunt.

¶Item hoc videtur esse contra necessitatem probationis. Dicitur enim primæ Ioannis quarto. Nolite omni spiritui credere: sed probate spiritus, si à Deo sunt. Hoc autem nō videtur esse à Deo, vt tales religiones ingrediātur, cū frequēter exeāt post ingressum. Dicitur enim Act. 5. Si est ex hominibus cōsiliū hoc & opus dissoluetur. Si verò ex Deo est consilium, non poteris dissoluere: ergo videtur quòd contra Deum faciant qui eos inducunt.

¶SED CONTRA. Quicūq; pōt se obligare diabolo: potest etiā se obligare Deo. Sed pueri possunt se obligare diabolo peccādo, vt dicitur extra de delictis puerorum. c. Pueris: ergo etiam possunt se obligare voto: vel iuramentō ad seruiendum Deo in religione.

¶Præterea. 20. q. 1. dicitur, q̄ firma erit virginitatis professio ex quo adulta iā ætas esse incōperit: & quę solet apta nuptijs deputari: ergo possunt etiam in tali ætate aliqui obligari ad religionem voto: vel iuramento.

¶RESPONDEO dicendū, q̄ humani actus propter diuersos casus vni formæ iudiciū habere nō possunt, nec tamē si contingit aliquid in aliquo casu esse malum propter hoc iudicādū est esse simpliciter illicitū. Posset ergo contingere aliquis casus in quo aliquē adolescētē ad religionē obligare: vel etiā recipere illicitū esset: puta si constaret: vel probabiliter crederetur de eius incōstātia: vel si quid aliud esset huiusmodi: quæ diligēter cōsiderantur in religionibus bene institutis. Dicere autē q̄ malū est recipere adolescētes ad religionem est diabolicū, quia super illud Exo. 5. Quare Moyses & Aarō sollicitatis populū ab operibus suis, dicit Gl. Orige. Hodie quoq; si Moyses & Aarō. i. Propheticus & sacerdotalis sermo animam sollicitet ad seruitiū Dei: exire de seculo: renūtiare omnibus quæ possidet: atrēdere legi & verbo Dei: cōtinuē audies vnanimes & amicos Pharaonis dicentes. Videte quomodò seducūtur homines & peruertuntur adolescentes: & posteà, hæc erant tunc verba Pharaonis: & nunc amici eius loquuntur. Est etiam contra Christi præceptum. Dicitur enim Matthæi decimonono, quòd oblati sunt ei paruuli, vt manus eis imponeret & oraret, discipuli autem increpabant eos Iesus autem ait eis. Sinite parvulos: & nolite prohibere eos venire ad me. Quod exponens Origenes super Matthæū, dicit quòd discipuli Iesu prinsquam discant rationem iustitiæ reprehendunt eos qui pueros & infantes offerunt Christo. Dominus autem exhortatur discipulos suos condescendere vtilitatibus puerorum. Hoc ergo attendere debemus, ne per æstimationem sapientiæ excellentioris contemnamus quasi magni pusillos Ecclesiæ, prohibeantes pueros venire ad Iesum. Si tamen pueri intantum essent, vt nondum vsum rationis haberent, illicitum esset eos ad religionem attrahere absque consensu parentum, non quin etiam infra annos pubertatis pueri in religione recipi non possint de consensu parentum, quia vt dicitur decima quæstione primo capit. Addidisti. & monachi & quicunque etiam pueri in infantiæ annis à parentibus monasterio tradi possunt. Sed hoc ideò dictum est: quia pueri quousque ad annos discretionis peruenerint sunt secundum ius naturale in potestate parentum: vnde sicut inuitis parentibus non sunt infidelium filij ad baptismum rapiendi, ita etiam non sunt religioni applicandi. Iam verò postquàm vsum rationis habuerint, per liberum arbitrium habent sui ipsius potestatem in his quæ ad animæ spectant salutem, vnde inuitis parentibus possunt & ad baptismum & ad religionem induci. De voluntate autem parentum, etiam in infantia ad baptismum recipiuntur ex ordinatione Apostolorum, vt Dionisius dicit vltimo capitul. Cœle. Hierarchiæ. vt in rebus diuinis pueri nutriantur, & non habeant aliam vitam, nisi diuinam contemplationem. Et eadem ratione in infantiæ annis monasterijs pueri à parentibus offeruntur, vt dictum est. Sed quia in quæstione additur de obligatione iuramenti & voti, ne hoc remaneat indiscussum, considerari debet quòd secundum diuersam conditionem iuuenum, est in talibus procedendum. Si enim essent adeò firmi quòd non timerentur à religionis proposito resilire non esset necessarium eos iuramento, vel voto obligare. Et similiter si essent adeò nobiles, quòd nec etiam crederentur iuramento, vel voto posse firmari: sed vt plurimum contingit quòd simplex propositum de facili mutant: obligationem autem voti: vel iuramenti omninò obseruant, vnde cum voto vel iuramento ad frugem melioris vitæ obligantur, magnum beneficium eis præstatur. Vnde Augustinus dicit in epistola ad Armarium & Paulinum. Non te vouisse pœniteat, imò gaude iam tibi non licere, quod cum tuo detrimento licuisset. Fœlix est necessitas quæ in meliora compellit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Innocentius in quibusdam literis ad religiosos directis quæ incipiunt: Non solùm in fauorem: sic dicit. Vobis de fratrum nostrorum consilio, in virtute obedientiæ sub pœna excommunicationis auctoritate præsentium distinctius inhibemus: ne ante annum probationis elapsum, qui est maximè in subsidium fragilitatis humanæ regulariter institutus: quenquam ad professionem vestri ordinis seu ad renuntiationem seculi faciendam recipere præsumatis. Quod autem ad probationem non recipiantur iuuenes: vel quòd voto vel iuramento non obligentur ad intrandum sine præiudicio temporis probationis nunquam inuenitur prohibitum.

¶Ad secundum dicendum, quòd legitima ætas iudicatur tempore pubertatis: vt patet per capitulum inductum. Tunc enim maximè incipit homo liberum vsum rationis habere de his quæ pertinent ad suam salutem. Est autem sciendum quod est duplex necessitas. Vna quæ excludit voluntatem, scilicet necessitas coactionis: & alia quæ ex voluntaria obligatione causatur, & voluntatem non excludit, & huiusmodi est obligatio iuramenti, vel voti. vnde per coactionem non sunt trahendi homines, vel ad fidem vel ad religionem, sed voto vel iuramento ad hoc eos obligare nihil prohibet. & de hac necessitate Augustinus dicit. Fœlix necessitas quæ in meliora compellit.

¶Et per hoc patet solutio ad tertium.

¶Ad quartum dicendum, quòd in rebus voluntarijs sicut & naturalibus non est iudicandum facilè quod contingit in paucioribus: sed quod contingit, vt in pluribus. Quod autem intrantes religionem exeant, hoc contingit vt in paucioribus: multò enim plures de intrantibus remanent vt experimento probatur, quam exeant.

¶Ad quintū dicendū q̄ cū dicitur. Nō sunt faciēda bona, vt veniāt mala: si ly vt, teneatur causaliter est omninò verum: peccaret enim si quis ea intentione aliquē ad intrandum religionem induceret, vt postmodum apostataret. Si verò ly vt, tenetur consecutiuè, sic ab omnibus bonis esset abstinendum, quia vix sunt aliqua humana bona ex quibus occasionaliter non possint sequi aliqua mala. Vnde dicitur Eccle. 11. Qui obseruat ventum, non seminat, & qui considerat nubes, nunquam metet. Tunc aūt solū aliquod bonū esset prætermittendū propter cōsequens malum, quando malum cōsequens esset multo maius quā bonum, & vt frequentiùs accideret. Dominus aūt non prætermisit eligere duodecim discipulos, ex quibus vnus erat futurus diabolus vt dicit Ioan. 6. nec apostoli prętermisere eligere septem diacones propter vnum Nicolaū, qui ex eis perijt. Multo ergo minus religiosi debent prætermittere multorum salutem, propter paucos qui apostatare inueniuntur.

¶Ad sextum dicendum, q̄ illi qui obligati iuramento vel voto religionem intrant, non faciunt contra prohibitionem ecclesię, vt ostensum est, vnde ex hoc q̄ intrant, non efficiuntur filij Gehennæ, sed filij vitę eternæ, quam dūs promittit. Matth. 19. relinquentibus temporalia propter ipsum, sed ex hoc q̄ exeunt post professionē, efficiunt Gehennę filij, sed hoc nō prēiudicat recipientib. eos, nisi eorum malis exēplis sint peruersi, vnde signanter dūs dicit. Faciti s eum filiū Gehennę duplo quā vos, quia vt Chrisō. dicit. Malorum magistrorum prouocatus exemplo fiebat peior magistris.

¶Ad septimū dicēdum, q̄ ratio illa sapit Manichæorū hęresim, qui hanc rationē ad duas erroneas cōclusiones adducunt. Primò quidē ad hoc q̄ omnia corpora corruptibilia non sunt à Deo. Si enim inquiūt à Deo essent, nō dissoluerentur. Secundò ad hoc q̄ charitas semel habita nūquam amittatur, ita q̄ qui peccat mortaliter, nunquā gratiam habuit. Si enim inquiunt gratiam habuisset, hoc fuisset opus Dei, & ita dissolutum non fuisset, q̄d etiam hæc ratio intendit, vt s. si aliquis nō perseuerat in religione, q̄ propositum de intrando religionem à Deo non fuerit.

¶Est ergo sciendum, q̄ verba illa non dicuntur ad ostendendum q̄ illa quæ sunt à Deo, in perpetuū maneant, & corrumpi nō possint, sed ad ostendendū infallibilitatem diuinæ prouidentiæ. Non enim potest esse vt Dei prouidentia fallatur, vnde signanter non dicit opus Dei esse in dissolubile, sed consiliū. Secundum ergo diuinā prouidentiam, quibusdam datur donum gratię ad prēsentem iustitiam, & tamen non datur eis donum perseuerantiæ. Quibusdam aūt datur etiā donum perseuerātiæ, vt patet per Aug. in libro de bono perseuerantiæ.

ARTICVLVS XII.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̄ illi qui obligati sunt voto, vel iuramento ad intrandum religionem, non teneantur intrare. Omnis enim Christi actio nostra est instructio. Sed dominus non imponebat hominibus necessitatem, sed hoc relinquebatur eorum liberę voluntati, vnde dicebat cuidam, vt habetur Mat. 19. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et iterum. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Et Apo. 1. ad Cor. 7. de virginibus autem, præceptum domini nō habeo, consilium aūt do, ergo videtur q̄ non ex necesitate teneantur aliqui religionem intrare propter iuramentum vel votum.

¶Præterea, Nullus potest iuramento vel voto obligari ad aliquid, in quo detrimētum perfectionis patiatur. Sed per hoc q̄ aliqui religionem intrant, detrimentū perfectionis patiuntur. Impediuntur enim propter religionis obseruantiam, à visitatione infirmorū, & collectione ecclesiarum, & alijs operib. pietatis, in qua summa Christianæ religionis consistit. vt Amb. dicit super illud primę ad Thi. 5. Pietas ad omnia vtilis est. Ergo illi qui iuraueruntvel vouerunt religionem intrare non tenentur.

¶Præterea, Prosper dicit in 2. de vita contēplatiua. Sic abstinere vel ieiunare debemus, vt non nos ieiunandi, vel abstinendi necessitati subdamus. Sed illi qui sunt in religione ex necesitate ipsius voti vel obedientiæ abstinent vel ieiunāt: ergo minus merētur. Non ergo ad religionis statum potest aliquis iuramento vel voto obligari.

¶Præterea, virtus est circa difficile & bonum. Sed difficilius est bene viuere quā in religione: ergo magis est virtuosum. Non ergo ad statū religionis aliquis iuramento: aut voto obligari potest.

¶Præterea, communis vtilitas præferenda est bono priuato. Sed per hoc q̄ aliqui religionē intrant, derogatur cōmuni vtilitati. Si enim omnes religionē intrarent, non essent qui plebiū curam agerent, & ita populus sine rectoribus remaneret: ergo meliùs faciunt, si non intrant religionem quàm si intrent.

¶SED CONTRA est quod dicitur in Psal. Vouete & reddite dño Deo vestro, vbi dicit Glosa q̄ vouere voluntati consulitur, sed post voti promissionem, redditio necessariò exigitur. Ité Eccle. 5. dicit. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere, displicet. n. infidelis & stulta promissio.

¶Præterea. Aug. dicit in epistola ad Armariū & Paulinā. Quia iam vouisti, iam te obstrinxisti, aliud tibi facere nō licet, prinsquam esses voti reus, liberum fuit q̄ esses inferior, quānis non sit gratulanda libertas, qua fit vt non debeatur, quod cum lucro redditur.

¶RESPONDEO dicendum, q̄ dicere q̄ illi qui voto vel iuramento sunt obligati ad intrandum religionē, non teneantur intrare, est manifestè hæreticum. Quicunque enim dicit non esse peccatum id quod est contra præceptum Dei, hæreticus iudicatur, sicut hæreticus iudicatur quicunque diceret, quòd fornicatio simpliciter non sit peccatum mortale, est enim cōtra hoc præceptū. Non mechaberis, vt sancti exponūt. Sunt aūt excellētiora præcepta primæ tabulæ, quæ ordinātur ad dilectionem Dei, quàm præcepta secundæ tabulæ quæ ordinantur ad dilectionē proximi, vnde quicūq; dicit q̄ sine peccato prēteriri possit aliquid pertinēs ad præcepta primæ tabulæ, est manifestè hæreticus. Cum autem impletio voti pertineat ad latriam, manifestū est q̄ quicunq; dicit votum nō esse implendū, loquitur contra primū præceptū primæ tabulę, quod est de cultu latrię soli Deo exhibendo. Qui verò dicit iuramentū non esse implendum, loquitur contra secundum præceptū primæ tabulæ, quod est. Non assumes nomen Dei tui in vanū. Vnde manifestè est hæreticus quicunque hoc dicit, nisi forte dicat q̄ intrare religionē sit illicitum. Iuramenta enim vel vota facta de rebus illicitis non sunt obligatoria, secundū illud Isidori. In malis promissis, rescinde vitā. Sed hoc iterum est hæreticū dicere, q̄ non sit licitum intrare religionē. Est enim expressè cōtra Christi cōsilia, vnde quicunq; dicit q̄ ille qui est obligatus voto vel iuramento ad intrandū religionem, potest absq; peccato in sęculo remanere, est manifestè hæreticus, si tamen in hoc pertinaciter perseueret.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ necessitas voti vel iuramenti, nō excludit voluntatē, vt supra dictū est. Sicut. n. aliquis ex lege cōmuni obligatur ad obseruanda Dei præcepta, quæ tñ volūtariè seruat, vnde & dūs dicit. Si vis ad vitam ingredi, serua mādata, sic ille qui emisit iuramentū vel votū, obligat ex quadā priuata obligatione, & tñ voluntariè implet iuramentū, vel votum, ita tñ q̄ ante iuramentum, vel votū, licitū erat ei facere, vel nō facere, vnde & dūs dixit. Si vis perfectus esse, & Paulus de virginitate consilium dat, sed post iuramentum vel votum, illicitum est non implere.

¶Ad secundū dicendum, q̄ illa ratio cōtinet hæresim dānatam. s. q̄ melius sit in sæculo remanere, & operib. pietatis vacare, quā religionē intrare. Cōtinetur enim inter errores Vigilantij, cōtra quē Hier. scribens dicit, Ista venena perfidię catholicę fidei sociatę conāt impugnare virginitatē, odisse pudicitiā, incōuiuio sęculariū cōtra sanctorum ieiunia declamare. Et posimodū cōtra singulos articulos à Vigilantio ꝓpositos disputans, venit ad istū articulum dicens. Quod aūt asserit eos melius facere qui vtunē rebus suis, & paulatim fructus possessionū pauperib. diuidūt, quā illos qui possessionib. venūdatis semel omnia largiunt, nō à me ei, sed à Deo rūdebit. Si uis esse perfectus, vade & vēde oia quę habes, & da pauperib. & veni sequere me. Iste quē tu laudas, 2. aut 3. gradus est, quē & nos recipimus, dūmodē sciamus prima secūdis & tertijs pferenda. Et ideò in li. de eccles. dogmatib. cum alijs erroribus etiā iste dānatur, cū dicitur: Bonū est facultates cū dispensatione pauperibus erogare, melius est pro intentione sequēdi Deū, simul donare & absolutū in sollicitudine egere cum Christo. Nec solus iste status religionis prefertur eleemosynis, quas quis facit in sęculo, seu etiam virginitati in sæculo obseruate, dicit enim Aug. in li. de virginitate. Nemo quantum puto ausus fuit virginitatem præferre monasterio.

¶Ad tertiū dicendū q̄ idē opus factū ex voto laudabilius & magis meritoriū est, quā si fiat sine voto, q̄ ex hoc patet

Universidad de Deusto
Biblioteca

22.q.88.ar 11.6.10.cr opus.17.c6. 12.

quia cũ omnis actus de se tantò est magis laudabilis & meritorius, quàtò ex digniori virtute procedit, sicut opus iustitiæ si fiat ex charitate laudabilius erit. Manifestũ est autẽ q̃ cùm aliquis ieiunat absq; voto facit actũ virtutis, qui est abstinentia. Cũ autem ieiunat implens votũ, actũ abstinẽtiæ facit, ex latria, quæ cũ ordinet nos ad Deũ, est nobilior virtus quã abstinentia, vel quęcũnq; alia virtus, quæ ordinat nos circa bona creata, propter quod Aug. dicit in lib. de virginitate, q̃ nec virginitas, quia virginitas eius honoratur, sed quia est Deo dicata, quã vouet & seruat cõtinẽtia pietatis, q̃ ergo Prosper. dicit sic abstinere vel ieiunare debemus, vt nõ nos ieiunãdi vel abstinendi necessitati subdamus, intelligendũ est de necessitate coactiõis, quę voluntatẽ excludit. Vnde subdit. Ne iã non deuoti, sed inuiti rẽ voluntariã faciamus. Necessitas autem voti & iuramenti, non excludit voluntatem, vt dictum est.

art. 49. ad 2. & opus. 17.c.12.

¶Dicendũ autem est vlteriꝰ, q̃ si illi qui ieiunat ex voto nõ placet secundũ se ieiunium, placet tamen sibi impletio voti: magis meretur exteris paribus, quã ille ieiunans cui placet secundũ se ieiunium, quia magis est meritoriũ delectari in actu latriæ quàm in actu abstinentiæ.

12.q.114. ar.4.ad 2. & 22.quæ. 155.art. 4. ad 2.veri.q. 26.ar.6.ad 12.15. ar.47.ad 3. ad 2.huius. & opus.17. c.14.15.16. & opus.18. c.13.

¶Ad quartũ dicendũ, q̃ duplex est difficultas. Vna quę est ex arduitate operis sicut virginitatẽ seruare & huiusmodi: & talis difficultas facit ad augmentũ virtutis. Alia difficultas est ex impedimẽtis & periculis imminẽtibus. Et talis difficultas nõ facit ad augmẽtum virtutis, sed ad diminutionẽ ipsius. Non enim videtur esse prudens, nec multũ amare bonũ virtutis qui pericula non cauet, & talis difficultas ad bene viuendum imminet in sęculo remanẽtibus. Ad quintum dicendũ q̃ illa fuit ratio Vigilantij hæretici: vt patet per Hiero. qui dicit in lib. contra Vigilantiũ. Non sunt à studio suo monachi deterrendi, quãuis à re linguæ viperææ morsus semissimos patiantur: quibus argumentanꝭ & dicis, si omnes se clauserint & fuerint in solitudine quis celebrabit Ecclesias? quis seculares homines lucrifaciet? quis peccãtes ad virtutes poterit exorare? Hoc enim modo si omnes tecũ fatui sint, sapiens esse quis poterit & virginitas non erit approbanda? Si enim omnes virgines fuerint nuptiæ non erũt, & interibit humanum genus. Rara est virtus, nec à pluribus appetitur. Stultus est ergo huiusmodi timor cum religionis bonum sit tam difficilẽ & arduum, vt pauci religionem intreat in cõparatione multitudinis in sęculo remanentis, sicut si quis timeret haurire aquam, ne flumen deficeret.

ARTICVL. XIII.

22.q.189. ar.1.ad 2. & ar.10.c.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd illi qui sunt in sęculo peccatores, non sint ad religionẽ attrahendi. Oportet enim prius exercitari in operibus præceptorum, quã intrare ad implerionẽ consiliorũ, vt de minori perueniatur ad maius. Sed illi qui sunt peccatores in sęculo, nõ sunt exercitati in operibus præceptorũ, ergo non sunt attrahendi vel recipiendi in religione: in qua oportet seruari consilia.

¶SED CONTRA est quod dominus Matthæũ Publicanum ad statũ perfectionis vocauit: vt habetur Matth. 9.

arti.114.o.

Omnis autẽ Christi actio nostra est instructio, ergo etiam & nos debemus peccatores qui sunt in sęculo ad religionem aduocare & susc̃ipere.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ maximè vtile est peccatoribus, vt ad religionẽ trãseant. Peccatoribus enim duo sunt necessaria ad salutẽ. Primò quidẽ, vt de peccatis præteritis pœnitẽtiã agãt. Secũdò, vt de cætero à peccatis abstineãt. Ad vtrũq; aũt horũ maximè operatur religio. Primò enim status religionis est status perfectę pœnitentiæ, & nulla satisfactio adæquari põt pœnitentię religiosorũ, qui & se & sua totaliter Deo dãt, vnde pro nullo peccato imponi põt homini pro pœnitẽtia, vt religionẽ introeat, in cõmutationẽ satisfactiõis quãtũcũnq; grauis, cõsulitur tamẽ religiõis ingressus: vt patet 33.q.2.c.admonere, vbi Stephanus Papa quẽdã qui vxorẽ interfecerat inducit vt ingrediatur monasterium, & humiliatus sub manu Abbatis cũcta obseruet quæ sibi fuerint imperata, alioquin iniungit ei grauissimã pœnitentiã: si eligit in sęculo remanere. Similiter etiã ad vitãda peccata plurimũ valet religionis status. Difficilẽ enim est q̃ in sęculo commorãtes à rebus mũdi nõ alliciatur: propter quod Matth. 19. secundũ expositionẽ Chrisõ. dominus hoc dicit esse impossibile: q̃ diues qui scilicet diuitijs inhęret per amorẽ, intret in regnũ cœlorũ: sed q̃ diues qui habet diuitias intret, est valdè difficile, vnde & Eccl. 31. dicitur: beatus diues, qui inuẽtus est

ar.92.ad 7. 21.q.189. arti.3.ad 3. veri.q.2.ar 2.ad 5. 4.di.16.in expo.text. ad.4.

Chrisõs.

Ecclesia.31.

fine macula. Et huiusmodi difficultatem subdit dicẽs, quis est hic & laudabimus eũ, propter quod, vt Gre. dicit, Sãcti viri vt ab illicitis abstineãt, etiã licita prætermittũt, vnde manifestũ est q̃ nõ peccant, sed laudãdi sunt qui peccatores ad religionẽ trahũt. Nã & dominus de seipso dicit. Nõ veni vocare iustos sed peccatores ad pœnitentiam.

¶Ad illud ergo quod in contrariũ obijcitur, dicendum q̃ illa ratio procedit & cõtra rationẽ doctrinę Euãgelicę & cõtra rationẽ philosophiæ. Cõtra doctrinã quidẽ Euãgelicã, quia cõsilia Euãgelica ad hoc dantur, vt per ea homo faciliùs saluẽ cõsequatur. Vnde ſtarus seculariũ periculosior esse dicitur, quã religiõis status. Stultũ est autẽ dicere: quòd alicui qui debilior est propter peccata quæ commisit, non sit ad securiorem vitam fugiendum. Fit etiam contra doctrinam philosophicam, quæ docet illos qui sunt ad viria pronis: incontrarium debere reflecti, sicut faciunt illi qui tortuosa lignorum dirigunt.

ad cõtrariũ

ARTICVLVS XIIII.

52

ar. 120. & 22.q.68.ar. 5.c.fi. & ad 2.c.ar.92. huius.

CIRCA quartũ sic proceditur. Videtur quòd aliquis absq; peccato possit aliquem iuramẽto astringere ad hoc q̃ religionẽ nõ intret. Quod enim licitũ est fieri, licitũ est iurare. Sed licitũ est alicui seculari, quòd nunquã religionem intret, ergo licitè potest hoc iurare. Qui ergo tali iuramento aliquem astringit, non peccat: quia non facit eum iurare aliquid illicitum.

¶SED CONTRA. Propositũ intrãdi religionẽ à spiritu sancto est, vt habetur 19.q.1.c.Due. Sed resistere instinctui spiritus sancti graue est peccatũ: de quo Stephanus reprehẽdit Iudæos Act. 7. dicens. Vos semper (spiritui sancto resistitis, ergo ille qui aliquẽ iuramẽto astringit ad nõ intrandum religionem grauiter peccat.

ar.49.prin.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut supra dictum est in actibus humanis non est aliquid simpliciter iudicãdũ licitum vel illicitũ propter id quod accidit in aliquo particulari casu: sed propter id quod est vt in pluribus, sicut etiam in rebus naturalibus cõsideratur, quod in pluribus est. Contingit autem in aliquo casu, quòd absq; peccato aliquis potest astringere aliquem iuramento ad hoc q̃ religionem non intret, puta si esset matrimonio ligatus: & vellet absq; consensu vxoris religionem intrare: vel in casibus similibus. Simpliciter autem loquendo inducere aliquem ad iurãdum quòd religionem non intret, graue est peccatum. Si enim aliquis vellet religionẽ intrare, & immineret oportunitas temporis: & omnes circunstantiæ conuenirent, grauiter peccaret qui eum ab ingressu religionis prohiberet, vnde dominus Matth. 23. comminatur Pharisæis, qui nec ipsi intrabant in regnum cœlorum: nec alios intrare sinebant. Cùm autem aliquis facit aliquem iurare, quòd religionem non intrabit: impedit eum quantum in se est ab ingressu religionis secundum quodcũnq; tempus: & secundum quancũnque circunstantiam oportunam: quia in vniuersali includuntur omnia particularia. Vnde manifestum est quòd grauiter peccat.

4.d.27.q.3. ar.3.c.

ad cõtrariũ

¶Ad id verò quòd obijcitur in contrarium dicendum, q̃ quamuis licitum sit ab aliquo bono opere abstinere, tamẽ illicitum est vel sibi: vel alij impedimentum opponere, quo minus in illud bonum opus procedere possit, sicut licitum est non dare eleemosinam huic pauperi, illicitum tamen est se vel alium iuramento astringere ad hoc quòd alicui eleemosina non detur, cuius ratio est, quia præmittere actum virtutis potest aliquis absq; peccato: eò quòd præcepta affirmatiua: quæ sunt de actibus virtutum, non obligant ad semper. Sed impedimentum boni operis directè virtuti contrariatur, & ideò cadit sub prohibitione præcepti negatiui, quod obligat ad semper. Vnde omnia talia iuramenta sunt illicita: nec sunt obseruanda: sed illi qui hoc iurant iurando periuri fiunt, quia iuramẽtum hominem obligare non potest cõtra charitatem Dei & proximi, vnde quamuis licitum sit alicui religionem non intrare, illicitum tamen est impedimentum iuramenti apponere sibi vel alij. Est enim contra perfectionem vitę: & contra consilium Christi.

2.ar.2.ad 2. q.33.ar.2.c. & q.79.ar. 3.ad 3. & q. 140.ar.2. ad 2.

QVAEST. VI.

DEINDE quęsita sunt tria de his quæ cõpetunt in religione existẽtibus. Primò, vtrùm religiosus qui nihil debet habere in proprio vel communi possit eleemosinã facere de his quæ sibi ab alijs in eleemosinã dantur. Secũdò, vtrũ aliquis in religione existẽs sciens patrẽ suũ graui necessitate opprimi possit exire absq; licentia prælati sui, vt subueniat patri. Tertiò, vtrũ status religiõis sit pfectior quàm

12.q.32.ar. 1.c. & ad 1. & 4.di.15. 3.ar.3.q. 4.o.

quàm status sacerdotũ parochialiũ & archidiaconorum.

ARTICVLVS XV.

CIRCA primũ sic proceditur. Videtur quòd religiosi qui nihil habent in proprio vel communi, nõ possint eleemosynam facere quæ eis proficiat: non enim proficit eleemosyna facienti, nisi debito modo fiat. Sed tales religiosi non possunt eleemosynam debito modo facere, debet enim eleemosyna de proprio fieri, secundum illud Thobię quarto. Si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si autem modicum, isipsum libẽter impertiri stude: ergo tales religiosi qui nihil suum habent: nec in proprio, nec in communi, non possunt eleemosynam facere quæ eis proficiat. Sed si quam eleemosynam de eleemosynis sibi factis faciunt, eis proficit à quibus eleemosynam perceperunt.

¶SED CONTRA. Inter alia opera, eleemosynarum largitio plurimum inuenitur esse fructuosa. Dicitur enim Dani. 5. Peccata tua eleemosynis redime. Si ergo religiosi eleemosynas facere non possunt, quæ eis proficiant, videtur esse peioris conditionis quàm alij, etiam in spiritualibus bonis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd religiosi, quamuis proprium habere non possint, possunt tamen aliquarum rerum dispensationem habere, siue de fructibus possessionum communium, siue etiam de eleemosynis particulariter eis collatis, nec refert quantum ad propositum pertinet, vtrùm huiusmodi dispensationem habeant auctoritate sui ordinis, vel auctoritate alicuius superioris prælati. His ergo quibus dispensatio cõmissa est, possunt meritoriè eleemosynam facere de bonis quæ eorum dispensationi committuntur, secundum quòd eis committitur, & huiusmodi eleemosyna meritoria est, & eis qui minimè ministerium exequuntur: & illis quorum huiusmodi res deputatę noscuntur. Si verò aliquis religiosus sit, cui non sit huiusmodi rerum dispensatio commissa, ei nõ licet eleemosynam facere.

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ar.203.q.ar 2.q.101. a.4.o.c. 3.dis.9.arti. 2.o.

ARTICVLVS XVI.

52

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd religiosus si videat patrem suum esse in necessitate, etiam absque prælati sui licentia, possit clausturum exire ad subueniendum patri. Non enim prætermittendum est mandatum Dei, propter hominum traditiones. Vnde dominus Matthæi 15. contra quosdam dicit. Irritum fecistis mandatum Dei, propter traditiones vestras. Sed ad subueniendum parentibus, homo astringitur per præceptum diuinum. Honora patrem tuum & matrem tuam, in quo quidem honore, intelligitur necessariorum subuentio, ergo videtur quòd non obstantibus religionis obseruantijs: quæ sunt hominum statuta, debeat aliquis religiosus exire clausturum ad subueniendum parentibus secundum præceptum Dei.

¶SED CONTRA. Spiritualia semper præferẽda sunt carnalibus. Sed religiosi se obligauerunt ad obsequium spiritualis patris, scilicet Dei, cui magis tenemur, secundum illud ad Hebræos duodecimo. Quanto magis obtẽperabimus patri spirituali & viuemus? Non ergo debent dimittere sui ordinis obseruantias, vt parentibus carnalibus ministrent.

¶RESPONDEO dicendum, quòd aliter est dicendũ, de illo qui non dum religionem intrauit, & aliter de illo qui iam in religione est professus. Ille enim qui nondum religionem intrauit, si videat patrem suum in magna necessitate, cui per alium subueniri non possit, non debet religionem intrare, sed tenetur ministrare parentibus, maximè si absque periculo peccati possit in sęculo remanere. Siverò per alium possit eius parentibus ministrari, potest si vult religionem intrare, vnde Chrisostomus exponens illud. Dimitte mortuos sepelire mortuos suos, dicit quòd malum est abducere hominẽ à spiritualibus, & maximè cùm fuerint, qui ministerium parentũ compleant. Erant enim alij qui complere possent illius funeris sepulturam. Postquam verò aliquis est iam in religione professus, est mortuus mundo. Vnde per spiritualem mortẽ deobligatur à cura impendenda parentibus, sicut etiam deobligaretur per mortẽ corporalem, & ideò nõ peccat nec contra præceptũ Dei agit, si in clausturo remaneat sub prę cepto prælati sui, parẽtum ministratione prætermissa. Est enim factus impotens ad reddendũ debitum ministeriũ, absque propria culpa. Debet tamen quantum potest sal-

na ordinis obediẽtia satagere, vt per se vel per alium suis parentibus subueniatur, si in necessitate fuerint cõstituti.

¶Ad illud verò quod in contrarium obijcitur, dicendum quòd religiosus tenetur ad implendum id quod ad religionem pertinet, non solũ ex traditione humana, sed etiã ex præcepto diuino. Obligatur enim ex voto emisso, ad obediendum prælatis suis. Impletio autem voti cadit sub præcepto diuino.

55

ARTICVLVS XVII.

22.quæ.184. arti.8.o. & ar.14.ad 2. huius.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd presbyteri, parrochiales, & archidyaconi, sint maioris perfectionis quàm religiosi. Dicit enim Chrisostomus in suo dialogo. Si talem mihi aliquem adducas monachum, qualis, vt secundum exaggerationem dicam, Helias fuit, non tamen illi comparandus est, qui traditus populis, & multorum peccata ferre compulsus, immobilis perseuerauit & fortis. Et parum post dicit. Si quis mihi proponeret optionem, vbi mallem placere, inofficio sacerdotali, an in solitudine monachorum, sine cõparatione eligerẽ illud quod prius dixi, nec cessabam laudans & beatos pronuncians eos qui officium ecclesiæ bene administrare potuissent, & quod laudabam tanto studio, & beatũ pronunciabam non vtiq; defugerẽ, si idoneũ me ad huiusmodi gubernationẽ viderem. Et in sequenti c. postmodum dicit. Bene inquam admonuisti dulcissimè. Illorum enim. s. secularium, nec recordari oportet, ceũ de sacerdotio sit quę stio. Vtrùm si quis in conuersationem multorum positus potest imperturbatum illum nitorem plenę sanctitatis & continentiæ splendorem, & alia monachorũ bona incorrupta & inconcussa seruare, omnibus est præferendus. Ex quibus omnibus videtur, quòd presbyteri, parrochiales, & archidyaconi, si bene in ministerio ecclesiæ viuãt, sint omnibus etiam religiosis præferendi.

Nota bene

¶Præterea, Chri. in eodem lib. dicit. Si quis administrato sacerdotio illius propositi. s. monachalis sudores cõferat, tantũ eos distare reperies, quantum inter priuatũ distat & regẽ, sed multo maius est bene exercere regis officiũ, quàm cuiuscũnq; personę priuatę, ergo multo maius est, q̃ sacerdos parrochialis vel archidiacon⁹ bene se habeat in suo officio, quàm religiosus in suo.

ar.14.ad 2.

¶Præterea, Episcopi sunt in statu perfectiori quàm religiosi, alioquin non liceret de religione ad episcopatũ trãsire. Sed presbyteri parrochiales & archidyaconi, similiores sunt episcopis quàm religiosi, quia sicut episcopus habet curam animarum in suo episcopatu, ita presbyteri in sua parrochia, & archidyaconus in suo archidyaconatu, ergo archidyaconi & plebani, sunt magis in statu perfectionis quàm religiosi.

¶Præterea, bonum publicum præferendũ est bono priuato, & vita actiua est magis fructuosa quàm cõtemplatiua, nullúque sacrificium est à Deo acceptius, quàm zelus animarum. Sed archidyaconi & plebani intendũt vtilitati cõmuni multitudinis zelo salutis animarum in actiua vita fructificantes: ergo præferendi sunt religiosis qui saluti proprię studẽt in vita contemplatiua Deo seruientes.

¶Præterea, cui amplius à Deo commissum est, magis meretur si bene administret. Sed sacerdoti vel archidyacono amplius cõmissum videtur: quia plus ab eo requiretur in iudicio: ergo bene administrando amplius meretur.

¶SED CONTRA est quod dicitur 19. q. 1. c. Duæ. Si quis in ecclesia sua ab ipso populũ retinet & sæculariter viuit, si afflatus spiritu sancto in aliquo monasterio vel regulari canonicę saluare se voluerit, quia lege priuata dicitur, nulla ratio exigit vt publica constringatur. Sed lex priuata quæ est lex spiritus sancti: vt ibidem subditur, nunquam ducit hominẽ de statu magis perfecto, ad statũ minus perfectum, sed facit hominem ascensiones in corde suo disponere, vt in Psal. dicitur: ergo status religiosorũ, est perfectior quàm status plebanorum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd perfectio spiritualis vitę ex charitate pensanda est: qua qui caret spirituali ter nihil est, vt dicitur 1. ad Corin. 13. Ab eius autem perfectione simpliciter aliquis dicitur esse perfectus. Vnde dicitur ad Col. 3. Super omnia charitatem habete, quæ est vinculum perfectionis. Amor autem vim transformatiuam habet, qua amans in amatum quodãmodo transfertur. Vnde Dionysius quarto capite de diuinis nominibus. Est aũt extasim faciens diuinus amor, non sinens sui ipsorum amantes esse, sed amatorum. Quia ergo totum & perfectum est idem, vt dicitur in 3. Phy. ille perfectè charitatẽ

ar.14.ad 2. ar.93.ad 2. & 22.quæ. 186.arti.7. ad 1. & veri.q. 2.ar. 2.ad 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

haber qui totaliter in Deum per amorem transformatur seipsum & sua omnino postponens propter Deum. Vnde Augustinus dicit decimoquarto de ciuit. Dei, quòd sicut ciuitatem Babylonis facit amor sui vsque ad contemptum Dei, ita ciuitatem Dei facit amor Dei vsque ad contemptum sui. Et in libro octuagesimoterrio quæst. quòd perfectio charitatis est nulla cupiditas. Gregorius etiam super Ezech. dicit quòd cùm quis aliquid suum Deo vouet, ad aliquid non vouet sacrificium est. Cùm verò omne quod habet, omne quod viuit, omne quod sapit omnipotenti Deo vouet holocaustum est, quod latina lingua dicitur totum incensum. Cuiscúnque ergo mens sic est affecta interiùs: vt seipsum & omnia sua contemnat propter Deum, secundum illud Apostoli ad Philip. tertio, quę mihi aliquando fuerunt lucra, arbitratus sum vt stercora, vt Christum lucrifaciam, iste perfectus est, siue sit religiosus, siue secularis, siue clericus, siue laicus etiam matrimonio iunctus. Abraham enim matrimonio iunctus erat & diues cui dominus dicit Genes. decimoseptimo, Ambula coram me & esto perfectus. & Ecclesiast. trigesimoprimo dicitur. Beatus diues qui inuentus est sine macula, & post aurum non abijt. Et post pauca subditur. Qui probatus est in illo, & perfectus inuentus est. Sed aduertendum: quòd illud est esse perfectum & aliud esse in statu perfectionis. Sunt enim aliqui in statu perfectionis, qui non duna sunt perfecti, sed interdum etiam peccatores, sunt etiam aliqui perfecti, qui in statu perfectionis non sunt. Et quamuis status multa significet, & rectitudinem & firmitatem, & si qua sunt alia huiusmodi, tamen cùm dicimus aliquos esse in statu perfectionis accipitur pro conditione secundum quòd libertas vel seruitus dicitur status, prout consueuit dici quòd error personæ aut conditionis, vel status impedit matrimonium, non autem error fortunæ aut qualitatis: & hoc modo accipitur status secundo quæstione sexta. Si quando in causa capitali, vel causa status interpellatum fuerit non per exploratores, sed per procuratores, sed per seipsos est agendum. Sic ergo accipiendo statum, illi proprie in statu perfectionis esse dicuntur, qui se seruituti subijciunt ad opera perfectionis implenda. Manifestum est autem quòd seruitus libertati opponitur. Libertas autem faciendi quodlibet per votum tollitur: quia voluntatis est vouere, necessitatis est reddere, vt supra dictum est. Vnde qui se ad aliquid voto obligat, inquantum necessitati se subijcit: quodammodò constituit se seruum libertate se priuans. Si quidem ergo aliquis se voto obliget ad aliquod particulare opus implendum, constituit se quodammodò seruum non simpliciter, sed secundum quid respectu scilicet illius ad quod se obligauit. Si verò simpliciter per votum totam vitam suam dedisset Deo ad implenda ea quæ sunt opera perfectionis, propter Deum simpliciter seipsum seruum constituit, & per hoc ponitur in statu perfectionis, vnde & totum se Deo vouendo holocaustum offerre dicitur, vt Gregorius dicit. Hoc autem modo obligant totam vitam suam ad ea quæ sunt perfectionis Episcopi in sua consecratione professionem quandam facientes, qua obligantur ad curam gregis suscepti, secundum illud primæ Thimot. vltimo. Bonum certamen fidei apprehendere vitam æternam in qua vocatus es, & confessus bonam confessionem coram multis testibus, vel in ordinatione, vel in prædicatione, vt Gloss. dicit. Religiosi etiam in sua professione totam vitam suam obligant Deo ad ea quæ sunt perfectionis, vnde & vterque seruì dicuntur. Dicitur enim secundæ ad Corinth. quarto. Non enim prædicamus nosmetipsos, sed Iesum Christum, nos autem seruos vestros propter Iesum quod pertinet ad Episcopos, religiosi etiam serui, vel famuli nominantur, vt dicit Dionis. 6. ca. Eccles. Hierar. Et ideò tam religiosi quàm Episcopi, sunt in statu perfectionis, vnde & vtrisque in assumptione huiusmodi status solemnis benedictio adhibetur, vt patet per Dionysium 5. & 6. ca. Eccles. Hierar. Archidiaconi autem vel plebani non obligant voto totam vitam suam ad id quod cura gregis requirit, vnde nec in eorum institutione aliqua eis benedictio adhibetur, quæ exhibetur monachis propter perfectionem assumptam, vt dicitur sexto ca. Eccles. Hierar. Et ideò ex hoc quòd committitur eis cura parochiæ: vel Archidiaconi constituuntur quidem in aliquo officio, non autem assumuntur ad statum perfectionis, alioquin essent apostatæ dimittendo parochias & præbendas sine cura in Ecclesijs cathedralibus accipiendo. Nullus enim in statu perfectionis discedere posset, nisi mortaliter peccando & apostatando. Et inde est quòd Dionysij in Eccles. Hierar. perfectionem attribuit solis Episcopis, quasi perfectioribus: & monachis quasi perfectis: illuminationem verò attribuit presbyteris tanquam illuminatoribus per sacramentorum administrationem, & sacro populo tanquam illuminandis, purgationem verò diaconibus tanquam purgatoribus, & ordini immundorum tanquam purgandis.

Beatus Paulus. ar. 93. ad 3. ar. 14. ad 2. 22. q. 186. art. 2. 22. q. 182. artic. 1. 4. d. 30. q. 1. art. 1. & 2. 0. & ad 5. August. Origo. 22. 5. 182. art. 2. 0. & q. 188 ar. 5. 0. Matth. 1. p. q. 108. ar. 1. c. 5. ad 218. huius & 3. p. q. 64. ar. 2. ad 1. & q. 61. art. 1. ad 2. & 2. ri. q. 9. arti cul. 3. 0. 22. q. 184. art. 6. ad 1. Cæter. 2. Paulus. Hugo. monachi maxima laus quæst. 1. 2. q. 19. ar. 5. & Ma. 3. 2. art. 13. prin.

¶AD PRIMVM ergo dicédum, quòd ad omnes illas Christo. auctoritates bi euiter responderi posset, quòd non loquitur de sacerdote parochiali, sed de Episcopo anthonomaticè sacerdos dicitur, quasi summus sacerdos, & hic modus loquendi est plurimum consuetus, vt sacerdotes Episcopi nominentur. Et hæc responsio videtur congruere secùdum intentionem operis, in quo Chrysostomus Basilium consolatur de sua promotione, vter q; enim erat in Episcopum electus. Vt tamen particulariter ad singula respondeamus.

¶AD PRIMVM dicendum, quòd si quis consideret verborum circunstantiam nihil ad propositum faciũt; præmittit enim si illi qui in secretis habitant multorum sermonibus non mouentur digna quidem laude est patientia, non tamen idoneum argumentum virtutis, cum verò fuerit in medijs fluctibus & de tempestate nauem liberare potuerit, tunc merito testimonium perfecti gubernatoris ab omnibus promeretur, & tunc concludit. Ita ergo & nunc mihi si talem aliquem adduceas monachum, qualis vt secundum exaggerationem dicam. Helias fuit, tamen quandiu solus est si non perturbatur, neque grauiter peccat, quippè qui non habet quibus stimuletur atque exasperetur, non tamen illi comparandus est, qui traditus populis & multorum peccata ferre compulsus immobilis perseuerat & fortis, quia sicut in tranquilitate, ita in tempestate gubernauit semetipsum, vbi manifestum est quòd non comparat statum statui, sed impeccabilitatem impeccabilitati, quòd enim monachus inclaustro habitans non peccet, non est ita euidens argumentum virtutis, sicut si presbyter vel Episcopus vel quicúnque rector populi in medijs perturbationibus abstinet a peccato, sicut non est argumentum tantæ industriæ, si gubernator absque periculo naniget in mari tranquillo, ac si nauigaret in mari tempestuoso, & tamen ad industriam nautæ pertinet, vt mare tempestuosum deuitet. Sic ergo ex præmilsis verbis nihil aliud ostendi potest, nisi quòd periculosior est status habentis curam animarum quàm monachi, & in maiori periculo innocentem se seruare maioris virtutis est argumentum, vnde maior virtus requiritur ad hoc quòd aliquis cõseruet se à peccato immunem inter populos, quàm in religione, sed maioris virtutis est vitare pericula religionem intrando, quàm pericula non vitare. Quantò enim aliquis magis amat suã salutem, tanto magis euitat suæ salutis pericula.

¶Et per hoc etiam patet responsio ad secundum. Nõ enim dicit quòd maller esse in officio sacerdotali, quàm in solitudine monachorum, sed quòd maller placere in hoc, quàm in illo. Quilibet enim sapiens magis vellet habere tantam virtutem, per quam posset etiam inter pericula securus existere, quam talem virtutem qua posset extra pericula seruari, sed quia præsumptuosum est, vt aliquis talem virtutem se habere præsumat, per quam possit etiam inter pericula esse tutus virtuosus est quòd se extra pericula ponat. Vnde ipse subdit. Quod laudabam tanto studio & bonum pronunciabam, scilicet officium administrationis Ecclesiasticæ: non vtique defugerem, si idoneum ad eius gubernationem me viderem. Prudenter ergo refugiebat, quia tantam virtutem per quam idoneus esset non sibi superbè asscribebat.

¶Et, similiter responsio patet ad tertium. Si quis enim in conuersatione multorum positus potest imperturbatum illum nitorem plenæ sanctitatis & continentiæ splẽdorem & alia monachorum bona incorrupta & incõcussa seruare, omnibus præferendus est. Maioris enim virtutis indicium est, vt puritatem perfectam aliquis conseruet etiam inter pericula puritatis, quàm si eam extra pericula conseruaret. Sed tamen parum amare puritatem suam conuincitur, qui puritatis pericula non euitat, inter quæ difficillimum est & rarissimum omnimodam puritatem seruare, sicut maxima puritas fuit beatæ Agnetis

Agnetis, quæ etiam in lupanari posita, virginalem puritatem seruauit: & tamẽ quia puritatis amatrix erat, nunquã in lupanari hanc suam virtutem ostendere elegisset, sed quantò magis puram mentem habebat, tantò minus lupanar propria voluntate elegisset, & simile est in omnibus talibus.

¶Ad quartum dicendum, quòd auctoritas illa non pertinet ad perfectionem vitæ, sed ad differentiam dignitatis. Sic enim priuatus differt à rege, sicut non habens prælationem ab habente, hoc autem in quæstione non vertitur, an sit maior dignitate prælationis quicúnque habens curam animarũ, religiosũ curam animarum non habente.

¶Ad quintum dicendum, quòd alia ratio est de episcopis & plebanis. Nam episcopi principalem populi curam habent: plebani autem & archidyaconi sunt subministratores & coadiutores eorum. Vnde dicitur 16. q. 1. Omnibus presbiteris & dyaconibus, & reliquis clericis attendendum est, vt nihil absque episcopi proprij licentia agant: non vtique missas sine suo iussu quisquam presbyterorũ in sua parrochia agat, non baptizet, nec quicquam absq; eius præmissa faciet, & primę ad Corin. 12. dicitur in Glo. quòd opitulationes sunt qui maioribus fuerunt opus: vt Titus Apostolo: vel archidyaconi episcopi, gubernationes verò sunt minorum personarum, vt sunt presbyteri, vnde si quis rectè cõsideret, hoc modo in regimine ecclesię comparantur archidyaconi & plebani ad episcopum, sicut in regimine temporali præpositi & baliui ad regem & ideò sicut rex coronatur & inungitur in regno, non autem præpositi vel baliui, ita etiam Episcopus in ecclesia: non autem archidyaconi vel plebani, & propter hoc episcopatus est ordo in comparatione ad corpus mysticum, non autem plebanatus vel archidyaconatus, sed officium tantum. Episcopis ergo similes sunt archidyaconi, & plebani sicut coadiutores & ministri, sed religiosi sunt episcopis similes in perpetua obligatione, quæ facit statum perfectionis.

¶Ad sextum dicendum, quòd aliqua duo opera vel in bono vel in malo possint multipliciter adinuicem comparari, vno modo secundum suum genus, sicut dicimus continentiam virginalem præeminere in bono continentię viduali, in malo verò homicidium furto, & hoc modo vita actiua est fructuosior, quàm contemplatiua, sed contemplatiua meritò maior est quàm actiua: vt Grego. dicit in 7. morali. zelus etiam animarum est sacrificium Deo acceptissimum, si tamen ordinatè fiat, vt licitum est primò homo habeat curam salutis suæ, & postmodũ aliorum, alioquin nihil prodest homini, si vniuersum mundum lucretur animæ verò suę detrimentum patiatur, vt dicitur Mathei 16. Alio modo potest opus operi comparari in bono vel in malo, non secundum se, sed in ordine ad alium actũ sicut abstinentia præfertur in bono sumptioni cibi; tamen assumere cibum cum aliquo propter charitatem, præfertur abstinentiæ, & in malo, adulterium præfertur furto, tamen furari gladium ad occidendum, est grauiùs quàm adulterium. Tertiò præfertur opus operi in bono vel malo ex voluntate facientis. Quod enim promptiori voluntate fit, melius vel peius iudicatur. Si ergo comparemus opera plebani vel archidyaconi, operibus religiosorum, tertio modo comparationis vel secundum promptitudinem voluntatis, tunc incertum iudicium est, quia ille qui ex feruentiori charitate operatur, opera magis meritoria habet. Si verò comparentur secunda cõparatione per ordinem ad aliquod aliud opus: sic opera religiosi sunt in comparabiliter eminẽtia operibus archidyaconi, vel plebani: ea enim quæ religiosi agunt, ad illam radicem referuntur qua totam vitam suam Deo deuouerunt, vnde nõ est pensandum quid faciant, sed magis quòd ad quælibet facienda se deuouerunt, & sic quodammodò comparantur ad eos qui aliquod singulare bonum opus faciunt: sicut infinitum ad finitum. Qui enim dat se alicui ad faciendum omnia quæ iubet, in infinitum magis se dat ei quàm ille qui dat se ei ad aliquod opus faciendum. Vnde supposito quòd religiosus secundum exigentiam suę religionis faciat quod opus quod sit paruum secundum se, tamẽ recipit magnã intentionem ex ordine ad primam obligationem, qua se totum Deo vouit. Si verò comparentur ipsa opera secundum se: secundum primum modũ comparationis, sic aliqua particularia opera quæ plebani faciunt: vel Archidiaconi, sunt maiora aliquibus particularibus operibus, quæ religiosi faciunt: sicut maius est intendere saluti animarum, quàm ieiunare: vel silentium tenere: vel aliqua huiusmodi. Si tamen omnia omnibus cõparentur, multo maiora sunt opera religiosorũ. Etsi enim procurare salutem aliorum sit maius quàm intendere sibi soli loquendo in genere, tamen non quocúnque modo intendere saluti aliorum præfertur ei, quod est quocúnque modo intendere suæ saluti. Si enim aliquis totaliter & perfectè intẽdit suæ saluti, multo maius est quàm si aliquis multa particularia opera agat ad salutẽ aliorum: si saluti proprię & si sufficienter, non tamen perfectè intendat.

¶Ad septimum dicendum, quòd bene administrare aliquid est plus & minus. Vnde si illius cui commissum est, tantò sit melior administratio, quantò maius est quod ei committitur absque dubitatione plus meretur. Si verò ille cui minus committitur, multo plus facit quàm ille cui maius committitur, etiam si bene faciat, tamen alius plus meretur, quod etiam in rebus humanis apparet: qui minus beneficium percipit, si plus seruiat: magis debet esse acceptus. Quamuis autem habenti curam animarum sit plus commissum quantum ad dignitatem, quia tamen religiosus maiora opera facit vt dictum est magis meretur.

QVAESTIO VII.

DEINDE quæritũ est de his quæ pertinent ad laycos. Et primò de matrimonio, vtrũm sit licet mulier quæ post votum continentiæ remissum contraxit matrimonium in facie ecclesiæ, possit absq; peccato viro suo carnaliter commisceri. Secundò de vsura, vtrùm aliquis possit licitè retinere illud, quod acquiritur licitis mercimonijs de pecunia vsuraria.

ARTICVLVS XVIII.

CIRCA primum sic proceditur. Videtur quòd mulier quæ post votum continentiæ emissum in facie ecclesiæ contraxit cum aliquo, possit ei postmodum absque peccato carnaliter commisceri. Quod enim fit auctoritate ecclesiæ, caret peccato: cum fiat auctoritate christi: secundũ illud apostoli ad Cor. 2. Nam & ego quod donaui, siquid donaui propter vos in persona Christi. Sed prędicta mulier ex hoc ipso quòd in facie ecclesiæ contraxit matrimonium auctoritate ecclesiæ, potestatem accepit ad matrimonij actum, qui est carnalis copula: ergo non peccat si viro suo carnaliter commisceatur.

¶SED CONTRA. Votum continentiæ est excellentius quàm votum abstinentiæ, quia non est digna ponderatio continentis animæ, vt dicitur Ecclesiastici vigesimosexto. Sed qui facit contra votum abstinentiæ, peccat mortaliter, puta si aliquis frangeret ieiunium sextæ feriæ qui semper se in sexta feria ieiunaturum vouisset: ergo multo magis semper peccat mortaliter persona quæ contra votum continentię emissum alteri personæ carnaliter commiscetur.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ votum cõtinentiæ est duplex, simplex scilicet & solemne. Solemne aũt votum continentiæ, impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractum, id est facit vt non sit matrimoniũ quod contrahitur post votum solemne. Vnde matrimonium post votum solemne non excusatur à peccato, etiam si quis matrimonium in facie ecclesiæ de facto contrahat & carnali copula vtatur. Votum verò simplex impedit quidem matrimonium contrahendum, sed non dirimit iam contractum. Non enim facit quòd matrimonium sẽ quens sit nullum, sed solùm quòd matrimonium contrahens mortaliter peccat. Matrimonio autem existente, mulier non habet sui corporis potestatem, sed vir, & similiter econuerso, nullus autem potest alteri denegare, quod eius est, & ideò mulier matrimonio coniuncta, etiam si simplex votum præcesserit, non potest denegare viro sui corporis vsum præcipiẽ postquam fuerit matrimonium per carnalem copulam consummatum, nemo autem faciens quod debet peccat. Vnde communiter ab omnibus dicitur, quòd mulier quæ post votum simplex continentiæ, matrimonium contractum carnali copula consummauit, tam non peccat reddendo debitum viro, sed an peccet exigendo debitum dubium vi letur, quibusdam dicentibus, quòd etiam absque peccato exigere potest, ne intolerabile sit sibi matrimonij onus, sed verius dici videtur, quòd non peccat reddendo: quia hoc necessitatis est, peccat autem exigendo: quia hoc est voluntatis: qua tenetur astricta per obligationem præcedentis voti. Huius autem diuersitatis sit ratio est: quia votum solemne habet promissionem, cum

4. d. 27. q. 2. ar. 3. & d. 28. q. 1. art. 1. d. 38. q. 1. ar. 3. 0. & ad 1. 22. q. 147. art. 3. ad 1. ar. 50. ad 2. Votũ continẽtiæ est duplex. 4. d. 38. q. 1. ar. 3. q. 2. & 3. 0.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàd traditione, vnde votum continentiæ non solēnisatur, nisi per susceptionem ordinis sacri, per quem homo actualiter domino cultui mancipatur: vel per professionē ad certam regulam, & susceptionem habitus professorū: quia sic etiam homo actualiter mancipatur ad seruiendū Deo in religione. Votum autem simplex habet promissionem sine traditione. Manifestum est autem, quòd postquam aliquis rem quæ erat suæ potestatis alicui non solum promittit, sed etiam tradit, non potest eam vlteriùs dare, puta equum vel vestem, & similia, etiam si postmodum alteri donare voluerit: secunda donatio non valet. Vnde postquam aliquis per votum solemne continentiæ corpus suum Deo non solùm promisit, sed etiam tradidit ad celibem vitam agendam non potest illud vlterius coniugi dare, vt sic ex necessitate reddere debitum teneatur. Qui verò promittit aliquid alicui, nondum tamen tradit illud, si postmodum alteri actualiter illud tradat, licèt promissionis fidem frangat, tamen secunda donatio valet, ita quòd ille cui datur potest re data vti vt vult. Sic ergo persona quæ per simplex votum Deo corpus suum promisit ad celibem vitam ducendam, si postmodum corporis sui potestatem tradat coniugi actualiter per matrimonium consummatum: peccat quidem frangens fidem voti, tamē donatio tenet: & coniunx habet in eius corpus potestatem: vnde non peccat debitū reddens, vnde oportet ad vtrumque respondere.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd mulier quæ emisit votum continentiæ contrahens in facie Ecclesiæ non accipit ab Ecclesia auctoritatem, vt carnali copula vtatur, quia si Ecclesiæ conitaret de voto emisso matrimonium inhiberet. Si autem sciret & dispensaret in voto simplici continentiæ auctoritate Apostolica, post dispensationem non peccaret mulier: neque exigendo neq; reddendo debitum.

¶Ad secundum quod est in contrarium, dicedum quòd eadem ratio est & in voto continentiæ & in voto abstinentiæ. Sicut enim persona quæ post votum simplex continentiæ emissum sui ipsius potestatē coniugi tradit, absque peccato carnali copula vtitur debitum reddens: ita si post votum abstinentiæ suiipsius potestatem alteri tradit religionem intrādo absque peccato potest ieiunium soluere secundum obedientiam prælati ex obseruantia religiois: quia per votū solēnisatum ab alijs votis absoluitur.

ARTICVLVS XIX.

22.q.88.ar 1ic.7.o. 22.q.189. art.2.ad 1. 2.art.5.c.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd quicquid aliquis de pecunia vsuraria lucratus fuerit reddere teneatur. Dicit enim Apostolus ad Roma.11. Si radix sancta & rami: ergo econuerso si radix infecta & rami. Sed radix huius lucri est infecta & vsuraria: ergo totum est infectum & vsurarium. Non ergo potest licitè hui⁹ lucrum retinere.

¶SED CONTRA, quilibet potest licitè retinere id quod legitimè acquisiuit, sed quod acquiritur de pecunia vsuraria interdum legitimè acquiritur: ergo licitè potest retineri.

¶RESPONDEO dicendum, quòd huius quæstionis veritas poterit apparere, si consideretur ratio quare vsuram accipere sit peccatum, non enim est peccatum solùm quia est prohibitum: sed quia est contra rationem naturalem: vt etiam Philosophus dicit in primo Politicorū.

12.q.105.ar ticu 3.ad 3. & 22.q.78. art.1.o.

¶Ad cuius euidentia considerādum quòd rerum in vsum hominis venientium quædam sunt quarum vsus non est ipsius rei cōsumptio: etsi cōtingat rē deteriorari vel consumi per vsum, hoc est per accidens, sicut domus, vestis, liber, equus, & huiusmodi, non enim vti libro est delere ipsum: neq; vti domo est destruere ipsam, & in talibus aliud est dare vsum rei: & aliud est dare substantiam rei, & propter hoc quando per accommodationem vsus talis rei alteri conceditur, non propter hoc dominiū rei trāsfertur, & propter hoc etiam potest vendi vsus rei dominio rei remanente apud dominum, sicut patet in conductione & locatione qui sunt cōtractus liciti. Quędam verò res sunt quarū vsus nihil est aliud quā consumptio ipsarum rerū, sicut pecunia qua vtimur expendendo, vinum quo vtimur bibendo, & sic de alijs huiusmodi, in quibus vti re nihil aliud est quā consumere ipsam, & ideo in talibus quando cōceditur vsus rei per mutuū transfertur etiam rei dominiū: quia ergo vsus rei non est separabilis ab ipsa re quicū que vendit vsum taliū rerum retinendo sibi obligationē au sorte reddendā, manifestū est q̄ idem vendit bis: quod

22.q.78.ar ticu.3.c. & ad tertium.

est contra naturalē iustitia, & ideò exigere vsuram est secundū se iniustū. Tenetur ergo aliquis id quod accipit vltra sortē restituere: quia nimirū accipit, & per consequens damna & interesse sed cū ipsius pecuniæ vsura tiæ non sit alius vsus, quā ipsa eius substātia ratiōe iam dictā patet cō sequenter q̄ ex quo pecuniā vsurariā reddit de vsu pecuniæ, nihil reddere tenetur, teneretur autē reddere aliquis id quod lucratus esset de domo aliena vel de equo vel aliquo huiusmodi, etiam postquā res huiusmodi reddidisset: quia in talibus appreciatur res & vsus rei.

3.d.37.ar. 6.o.& ibi. 9.23.ar.1. & opus 73 cap.

¶Ad illud ergo quod in contrariū obijcitur dicendū, q̄ pecunia vsurāria nō se habet per modū radicis ad lucrum quod de ea fit, sed solū per modū materiæ: radix enim aliqualiter habet virtutē causæ actiuæ inquātū ministrat alimentū toti plantæ: vnde in humanis actibus volūtas & intentio cōparantur radici, quæ si peruersa fuerit opus erit peruersum, non autē hoc est necessariū in eo, quod est materiale. Potest enim aliquis interdum malo bene vti.

4.d.15.q.2. ar.4.q.2.3

QVAEST. VIII.

DEINDE quę̄ritū est de his quæ pertinent cōmuniter ad omnes homines, & primo quantū ad animā. Secundò quantū ad corpus. Tertiò quantum ad actum hominis.

¶Circa animam quæsita sunt tria. Primo quantū ad substātiā eius, vtrū sit compositus ex materia & forma. Secundò quantum ad cognitionem eius. Tertio quantum ad pœnam ipsius.

58

ARTICVLVS XX.

1.p.q.75.ar 11.c.o.& de anima. ar. 11.c.6.o.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd anima sit cōposita ex materia & forma. Intellectus enim humanus cōparatur ad substātias intellectuales superiores per recessum simplicitatis: sed omne quod recedit à simplici incidit in aliquā cōpositionem, prima autem cōpositio est ex materia & forma: ergo anima humana est composita ex materia & forma.

¶SED CONTRA est quod Philosophus dicit in 3. de anima. (T.c.16.) quòd species rerum materialium prout sunt in ipsis rebus non sunt intelligibiles actu: quia sunt in materia, sed prout sunt in anima intellectiua humana sunt intelligibiles actu: ergo nō sunt in materia. Non ergo anima humana est composita ex materia & forma.

¶RESPONDEO dicendum, quòd si materia dicatur omne illud quod est in potentia quocūq; modo & forma dicatur omnis actus, necesse est ponere q̄ anima humana, & quælibet substātia creata, sit cōposita ex materia & forma. Omnis enim substantia creata, est composita ex potētia & actu. Manifestum est enim q̄ solus Deus est suum esse quasi essentialiter existens inquantū, scilicet suum esse est eius substātia, quod de nullo alio dici potest. Esse enim subsistens non potest esse nisi vnum, sicut nec albedo subsistens non potest esse nisi vnum. Oportet ergo q̄ quælibet alia res sit ens participatiue, ita q̄ aliud sit in eo substātia participās esse, & aliud ipsum esse participatum. Omne autem participans se habet ad participatum, sicut potentia ad actū: vnde substantia cuiuslibet rei creatæ, se habet ad suū esse sicut potentia ad actū. Sic ergo omnis substantia creata est cōposita ex potentia & actu, idest ex eo quod est: & esse, vt Boet. dicit in lib. de hebdo. sicut album componitur ex eo quod est album & albedine. Si verò materia propriè accipiatur pro illo quod est potentia tantū, sic impossibile est quòd anima humana sit cōposita ex materia & forma: & hoc potest manifestari dupliciter. Primò quidem ex eo quod est intellectualis substantia: manifestum est enim quòd intellectus in actu est intellectum in actu, Intellectum autem in actu est aliquid inquantum est immateriale. Est enim aliquid Perfectè cognoscibile inquantum est actu, non autem inquantum est in potentia: vt dicitur in nono Metaphysicorum, vnde cum materia sit ens in potentia, forma in materia existens non potest esse perfectè cognita, vt intellecta in actu, vnde sequitur quòd nulla substantia intellectiua cuius perfectio est ipsum intellectum in actu sit materialis, eò quòd oportet perfectionem proportionari perfectibili. Secundò apparet idem ex hoc quod anima est forma. Cùm enim forma sit actus & id quod est in potentia non possit esse actus, impossibile est quòd aliquid compositum ex materia & forma secundum se totū sit forma. Si ergo anima quę ponitur cōponi ex materia & forma sit forma secundū aliquam sui partem, quæ est actus: cuius nulla pars est materia, sequitur quòd animæ pars non sit materia, hoc enim dicimus animam quod est actus corporis animati.

1.p.q.79. ar.1.& 2.& 3.& 4.& 5.c.

¶Ad illud

¶Ad illud verò quod in contrarium obiicitur dicendum, quòd potētia & actus sunt prima principia in genere substantiæ materia autem & forma sunt prima principia in genere substantiæ mobilis: vnde non oportet omnem cō positionem in genere substātiæ esse ex materia & forma: sed hoc solùm necesse est in substantiis mobilibus.

1.p.q.5.art. 1.o.

QVAESTIO IX.

DEINDE quæritur est de anima quantùm ad eius cognitionem.

¶Et circa hoc quæsita sunt duo. Primò, vtrùm anima separata à corpore cognoscat aliam animam separatā. Secundò, vtrùm liceat ab aliquo moriente exigere, vt statū suum post mortem denuncìet.

59

ARTICVLVS XXI.

1.p.q.89.ar 11.1.& ani me art.17. & 18.o.

CIRCA PRIMVM sic proceditur. Videtur q̄ anima separata à corpore, non cognoscat aliam animam hominis, quàm in hac vita cognouit. Omnis enim cognitio per aliquam fit similitudinem: sed in vna anima non fuit expressa alterius animæ similitudo in hac vita, quæ posśit in ea post mortem remanere: ergo vna anima separata non potest aliam cognoscere.

¶Præterea, Philosophus dicit in tertio de anima. (T.c.20.) quòd corrupto corpore anima non reminiscitur: non ergo recognoscit animā hominis, quā in hac vita cognouit.

¶SED CONTRA est quod dicitur Luc.16. quòd dives in inferno secundum animam positus, recognouit Lazarum in sinu Abrahæ secundum animam existentem.

¶RESPONDEO dicendum, quòd cùm nulla substantia propria operatione destituatur, necesse est ponere cū anima intellectiua post mortem remaneat, quod aliquo modo intelligat: necesse est autem ei attribuere alterum trium modorum intelligendi, vt scilicet intelligat vel abstrahendo species intelligibiles à rebus, sicut nunc intelligit corpori vnita, vel per species intelligibiles in corpore acquisitas, & in ea cōseruatas post mortem, vel etiam per aliquas species concreatas vel qualitercúnque desuper influxas. Quidam ergo dicunt, quòd animæ separatæ intelligunt abstrahendo species intelligibiles à rebus. Sed hoc esse non potest. Abstractio enim speciērum intelligibilium à rebus sensibilibus, fit mediante sensu & imaginatione, quorum operationes cùm sint per organa corporalia, animę separatæ attribui non possunt: vnde alij hoc negantes dicunt vlterius, quòd nec etiam per species acquisitas à rebus sensibilibus dum esset in corpore anima separata intelligit. Ponunt enim Auicennam sequētes quòd species intelligibiles non conseruantur in intellectu possibili, nisi dum actu intelligit: sed conseruātur species particulares rerum sensibilium solùm in imaginatiua & memorativa: ad quas dum intellectus possibilis se conuertit, de nouo influunt in ipsum species intelligibiles ab intellectu agente. Cùm ergo vis memorativa & imaginativa corrumpatur corpore corrupto, eo quòd est virtus organi corporalis: sequitur quòd anima post mortem nullo modo intelligere possit per aliquas species à rebus sensibilibus acceptas, vnde relinquitur, secundum eos quòd anima separata intelligat per species concreatas: sicut & Angeli. Sed hæc quidem positio irrationalis videtur quātum ad vtrumque dictorum, quòd enim species intelligibiles in intellectu possibili non conseruentur, est contra rationē. Quod enim in aliquo recipitur est in eo per modum recipientis. Vnde cum intellectus possibilis habeat esse stabile & immobile, oportet quòd species intelligibiles in eo recipiantur stabiliter & immobiliter. Est etiam contra Aristot. qui dicit in 3. de anima. (T.c.8.) quòd intellectus possibilis cum sciat singula: hoc est accipiens species singulorum, vt sciens, idest sicut contingit in scientia, vel in eo qui habet scientiam, tunc dicitur secundum actū, hoc autem cōfestim accidit cum possit operari per seipsum. Est quidem ergo & tunc potentia quodammodo, nō tamē simpliciter, sicut ante adiscere, aut inuenire. Ex quibus verbis apparet quòd species intelligibiles quandoq; sunt habitu in intellectu possibili, quamuis actu non operetur. Illud etiam quod dicunt animam humanam habere species intelligibiles concreatas, irrationabiliter dicitur. Si enim potest eis vti dū est corpori vnita, sequitur quòd possit homo intelligere ea quorum sensum non accepit, vtputa quòd cæcus intelligat colores: quod patet esse falsum. Si autem per vnionem corporis totaliter impeditur anima humana, vt speciebus intelligibilibus concreatis vti non possit, sequitur quòd vnio corporis & animæ nō

Reprobatio.

de anima art.15.o.

ortic.237.

fit naturalis. Id enim quod est in natura rei non totaliter impeditur per aliquid quod est rei naturale: alioquin natura faceret alterum illorum frustra. Sic ergo dicendum est, quòd anima separata intelligere potest quædam per species intelligibiles: quas per sensus à rebus acquisiuit: dū esset in corpore. Sed ine modus cognoscendi non sufficit: quia multa cognoscit anima separata quæ nos in hac vita non cognoscimus maximè quia inconueniens videtur, quod animæ illorum qui in maternis vteris moriūtur: quæ fortè nullum intellectus vsum habuerunt: & per consequens, nec aliquas species intelligibiles acquisitas, nihil post mortem intelligant. Vnde oportet addere, quòd anima in sui separatione à corpore recipit influxum specierum intelligibilium à natura superiori, scilicet diuina, secundum naturalem ordinem quo experimur, quòd anima humana quantò magis à corporeis sensibus abstrahitur, tantò magis potest esse particeps superioris influxus, sicut patet in dormientibus & alienatis qui etiam quædā futura prænident. Sic ergo anima separata potest animam aliam cognoscere, tam per notitiam, quam de ea acquisiuit in hac vita per aliquam similitudinem effectus ipsius qui est vita hominis: siue per aliquam similitudinem influxam à Deo naturali influxu.

veri.quæst. 19.art.1.o.

¶Et per hoc patet responsio ad primum.

¶Ad secundum dicendum, q̄ Philosophus loquitur quantum ad memorari & reminisci, quod est per actus cuiusdam potentiæ sensitiuæ vtentis organo corporali, quo corrupto, cessat actus talis potentiæ.

1.p.q.86.ar 11.1.ad 2. 22.q.172. ar.1.ad 1.2.

3. Ad rationes.

ARTICVLVS XXII.

60

CIRCA secundum sic proceditur. Videtur quòd non liceat ab aliquo moriente requirere quod reuelet statum suum post mortem. Non enim licet inquirere quæ Deus vult esse absconsita, secundum illud Eccle. 1. Altiora te ne quæsieris. Sed Deus vult esse absconditum statū animæ post mortem: quod patet ex hoc quòd ipsi petenti vt Lazarus mitteretur ad fratres suos viuentes, est hoc denegatum, sicut dicitur Lucæ 16. Non ergo licet hoc à morientibus inquirere.

artic. 85.c.

¶SED CONTRA est quod dicitur 2. Macha. 12. Sancta & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, Sed ad hoc homo prouocatur per hoc quòd cognoscit necessitatem eorum, quam habent post mortem: ergo licitū est & sanctum, hoc à morientibus requirere.

12.q.71.ar. 2.c.

¶RESPONDEO dicendum, quòd cum peccatum sit contra naturam, vt patet per Damas. in 2. libro, requirere per implectionem rei naturalis desiderij non est peccatū: nisi aliqua inordinatio adiungatur, sicut patet in sumptione cibi & potus: homo autem naturaliter scire desiderat. Vnde si requiratur alicuius rei noticia, non est peccatum; nisi forte per accidens, hoc est per aliquam inordinationem adiunctam, puta si per studium & inquisitionem alicuius scientiæ, aliquis impediatur ab his quibus tenetur intendere, puta si prædicator impediatur ab officio doctrinæ prædicationis propter studium Geometriæ, aut etiam si aliquis inquirat aliquid cognoscere superbe & præsumptuosè de sua facultate confidens, vel si qua alia huiusmodi inordinatio circa hoc contingatur. Nulla autem inordinatio in hac inquisitione videtur, si aliquis requirat à moriente cognoscere statum suum post mortem, fultum tendo tamen hoc diuino iudicio. Vnde nulla ratio videtur quare debeat dici hoc esse peccatum, nisi forte ex dubitatione fidei de futuro statu quasi tentando inquirat.

art.85.o.& 1.p.q.22.ar tic.3.ad 3.

¶Ad illud verò quòd in contrarium obiicitur, dicendū quòd Deus vult multa nobis sic esse abscondita, quorum notitiam proprijs viribus aut merito acquirere non possumus, quæ tamen vult reuelari humiliter, & pie quærentibus: secundum illud Math. 11. Abscondisti hoc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, vnde non est mirum si superbis fratribus superbi diuitis Deus aliqua noluit reuelari, quæ tamen vult reuelari fidelibus, pie & humiliter requirentibus.

Ad contrarium.

QVAESTIO X.

DEINDE quęritur est de anima quantùm ad pœnam.

¶Et circa hoc quęsita sunt duo. Primò vtrū anima possit pati ab igne corporeo. Secundò vtrūm damnati in inferno gaudeant de pœnis inimicorum suorum, quos vident secum puniri.

61

ARTICVLVS XXIII.

CIRCA primū sic proceditur. Videtur q̄ anima separata nō possit pati ab igne corporeo. Actio.n. agēs est

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.7.35.a.4. dist.44.q.3. ar.3.q.3. proportionata passioni parientis. Sed actio ignis cùm sit corpus physicum, est actio naturalis quæ consistit in movere: ergo nihil patitur ab igne corporeo, nisi quod movetur. Sed anima non movetur cùm sit impartibilis: nihil autẽ impartibile movetur, vt probatur in 6. Physic. (T.c.32.) ergo anima non patitur ab igne corporeo.

¶SED CONTRA est quòd dines in inferno secundum animam existens dicit, Crucior in hac flamma, vt dicitur Luc.16.

1.p.q.64. ar.4.ad 1. ¶RESPONDEO dicendum, quòd anima patitur pœnam ab igne corporeo sicut fides catholica docet, q autem ignis corporeus agat in animam separatam, hoc non habet ex natura sua, sed inquantùm est instrumẽtum diuinæ iustitiæ, vt dicitur communiter.

4.di.44.q.3.ar.2.q.1. ad 3. ¶Aduertendum tamen est, quòd nullum instrumentum agit in virtute superioris agentis, nisi exercendo aliquam actionem sibi cõnaturalem: alioquin frustra adhiberetur ad effectũ, sicut serra inquantùm est instrumentũ artis, facit archam secando & aqua baptismalis abluit animam: vt in strumentum diuinæ misericordiæ corporaliter abluẽdo.

1.p.q.45. ar.5.c. 4.di.1.q.1. ar.4.q.1.c. Si ergo ignis corporeus agit in animam, vt est instrumentum diuinæ iustitiæ puniẽtis: necesse est quòd hoc fiat per aliquam actionem igni corporeo connaturalem. Nõ autẽ potest dici, quòd ignis alreret animam calefaciendo vel desiccando aut igniendo ipsam. Vnde relinquitur modus quem August. ponit 1. de ciuitate Dei, vt scilicet anima separata vel spiritus dæmonis patiatur pœnam per alligationem quandam ab igne corporeo. Videmus enim spiritum corpori alligari quandóq; quidem naturaliter, sicut anima alligatur corpori: quandóque autem quadam superiori virtute, sicut per virtutem superiorum dæmonũ, inferiores dæmones alligantur arte nigromantica, imaginibus vel annulis, vel aliis huiusmodi rebus. Multò ergo magis virtute diuina dæmones vel etiam animæ alligari possunt igni corporeo, vt ab eo assumant pœnam.

art.35.c. Ad rõnes. ¶Vnde patet responsio ad illud quod in contrariũ obijciebatur, q̃ procedit de actione ignis quę est p alterationẽ.

ARTICVLVS XXIIII.

62 AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd damnati in inferno gaudeant & consolentur de pœnis inimicorum suorum, quos secum videt in inferno puniri: quia super illud Isa.14. Omnes principes terræ surrexerunt de solijs suis, dicit Glo. Hiero. quòd solatiũ est malis, inimicos suos socios habere pœnarum.

4.di.44.q.3.arti.3.q.2.ad 5. & q.3.ad 5. quaeliter gaudeat vel doleant. ¶SED CONTRA, Omne gaudium diminuit dolorem, vt patet per Philosophum in 7. Ethi. Sed dolor dãnatorum est finitus intensiuè: tantùm ergo possent multiplicari inimici alicuius dãnati in inferno, quòd totaliter dolor eius deleretur: quod est contra diuinam iustitiam.

¶RESPONDEO dicendum, quòd nihil prohibet idem secundum diuersas rationes esse delectabile & tristabile: tamen simpliciter dicitur tale ab eo, quod præmineratio verò quod est minus denominatur secũdũ quid. Dicendum est ergo quòd pœna inimici cõsiderata ab eo qui est in inferno habet quodammodò rationem delectabilis, & quodammodo rationem tristabilis. Rationẽ quidem delectabilis habet, inquantùm impletur voluntas dãnati de malo inimici sui. Descendunt enim ad infernũ dãnati cum armis, id est, cum affectionibus pranis: vt dicitur Ezech.32. Sed ex alia parte habet rationem tristabilis propter duo. Primò quidem inquantùm in pœna inimici impletur diuina iustitia, quam oderunt & blasphemant dãnati in inferno, secundum illud Apocal.16. Estuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen domini. Secundo, propter vermem cõscientiæ. Sic enim in eis præ uæ affectiones remanent, quòd & ramen de eis dolent ad punitionem non ad purgationem, secundum illud Sap.5. Pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes:

v.p.q.64. ar.3.ad 1.et 3.p.q.84. ar.9.ad secundum. vnde sicut pœnitentes in hac vita dolẽt, & de dolore gaudent, ita damnati in inferno gaudent de pœnis inimicorum suorum, & tamen de ipso gaudio magis dolent: & præcipuè si præ titerint eis damnationis causam.

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

QVAEST. XI. ARTIC. XXV.

63 DEINDE quæritum est de homine quantùm ad corporis sexum: vtrùm scilicet si primus homo non peccasset, tot fuissent nati mares quot fœminæ: & videtur q̃ sic. In paradiso enim, vbi secundum Augu. fuisset thorus immaculatus, & nuptiæ honorabiles, nullus continuisset: sed oẽs matrimonio vsi fuissent, vt impleretur præceptũ

2.q.99.ar 1.2.ad 3. domini primis hominibus datum. Crescite & multiplicamini & replete terram: vt habetur Gen.1. Sed in statu innocentiæ nullos masculos habuisset plures vxores, nec aliqua mulier plures viros, nec aliquis aut aliqua mortem sensisset: ergo sequitur quòd tot mares nascerentur quot fœminæ. ar.101.c.

¶SED CONTRA est quod dicit Greg. 4. mora. super illud. Nũc enim dormiẽs sileret, dicit si par tẽ primũ nulla putredo peccati corrũperet, nequaquã ex se filios gehennæ generaret: sed hi qui nunc per redemptionẽ salvãdi sũt, soli ab eo electi nascerentur. Sed qui nunc saluandi sunt, nõ sunt æqualiter mares & fœminæ. Ergo neq; in statu innocentiæ æqualiter fuissent mares & fœminæ. ar.101.a.

¶RESPONDEO dicendum, quòd si Adam non peccasset nec aliquis de stirpe eius, satis probabiliter videtur concedendum, quòd tot nascerentur mares quot fœminæ, sicut ratio probatur.

¶Ad illud verò quòd in contrarium obiicitur potest dici, quòd cùm soli Deo sit certus numerus electorum, incertum est, vtrùm inæquales saluentur mares & fœminę, vel æqualiter tot mares quot fœminę: sed si supponitur q̃ non in æquali numero mares saluentur & fœminę, potest dici quòd cùm dicitur, hi qui nunc per redemptorem saluandi sunt &c. pronomen non facit personalem demonstrationem, sed simplicem, sicut cùm dicitur. Hæc herba crescit in horto meo, vt intelligatur nihil aliud significari, quã quòd soli saluandi ab eo nascerentur, quia nullus nascendo ab eo traheret damnationis causam. Nõ autem potest dici, quòd idem homines numero nascerentur, qui nunc nascuntur. Manifestum est enim quòd nõ potest esse idem homo numero, si ab alio patre vel alia matre nascatur. Cùm autem multi sint ex pluribus vxoribus filios suscipiunt qui saluantur, si in statu innocẽtiæ pluralitas vxorum non fuisset, impossibile esset quòd idem homines numero tunc nascerentur, qui nunc saluantur. 2.dist.20.q.1.arti.1.ad 1. art.101.f.

QVAESTIO XII.

DEINDE quæritur de actibus communibus omnibus hominibus. Et primò de conscientia. Secundò, de pœnitentia.

64 ¶Circa primum quæsita sunt duo. Primò, vtrùm cõscientia possit errare. Secundò, vtrũ conscientia erronea liget.

ARTICVLVS XXVI.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd cõscientia errare non possit: quia ad Rom.2. dicit Glos. quòd conscientia est lex intellectus nostri, quę est lex naturę. Sed lex naturalis errare non potest: ergo nec conscientia. 22.q.19.ar.5.& 2.dist.2.q.2.arti.4.

¶Præterea, Basilius dicit, quòd conscientia est naturale iudicatorium: sed naturale iudicatorium non potest errare, vt patet in primis principijs indemonstrabilibus, de quibus homo naturaliter iudicat: ergo conscientia non potest errare.

¶SED CONTRA est quod dominus dicit Ioan. 16. discipulis loquens. Venit hora, vt omnis qui interfecerit vos, arbitretur se obsequium præstare Deo. Sed hoc non est nisi conscientia errante: ergo conscientia potest errare.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ conscientia (sicut ipsum nomen sonat) importat applicationem scientię vel notitię humanę ad aliquem proprium actum. Omnis aũt notitia quam homo habet, potest ad suum actum applicare, siue memoriam: prout homo dicitur habere conscientiam testificantem quòd fecerit aliquid vel non fecerit: siue etiam scientiam vniuersalem vel particularem, per quam homo potest cognoscere, vtrùm aliquid sit faciendum vel non faciendum: & secundum hoc conscientia dicitur vrgere vel impedire. Manifestum est autem, quòd si accipiamus diuersas hominis cognitiones, in aliqua potest esse error, & in aliqua non. In primis enim principiis naturaliter cognitis, siue sint speculatiua siue sint operatiua, nullus potest errare: sicut in hoc est, omne totũ est maius sua parte, vel nulli iniuriam esse faciendam. In aliis aũt humanis cognitionibus magis particularibus, siue pertineant ad partem sensitiuã, siue ad rationẽ inferiorem, quę considerat humana: siue ad rationem superiorem, quę cõsiderat diuina, potest multipliciter error accidere. Manifestum est autem, quòd in applicatione multarum cognitionum ad actum pertenit error: quecúnque cognitionũ fuerit erronea: sicut patet quòd falsitas accidit in conclusione quecúnque præmissarum fuerit falsa. Sic ergo licèt in cognitione primorum principiorum iuris naturalis nõ sit 1.p.q.79.ar 11.13.& ver.q.17.ar.2.o. 1.p.q.79.ar 11.13.ad 3. ar.162.principio.

sit error, tamen quia in alijs principijs iuris humani: vel diuini potest error accidere, ideò conscientia hominis errare potest, sicut patet quòd hæreticus qui habet conscientiam nunquam iurandi habet conscientiam erroneã, propter hoc quòd credit omne iuramentum esse contra præceptum Dei, licèt in hoc non erret quòd æstimat nihil esse faciendum contra præceptum diuinum. ver.q.17. ar.2.o.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd principia particularia habent virtutem concludendi ex primis principijs vniuersalibus, vnde conclusio attribuitur principaliter primis principijs, sicut effectus causæ primæ, & eadem ratione, quia virtus conscientiæ principaliter dependet ex principijs iuris naturalis, sicut ex primis & per se notis principaliter conscientia dicitur lex naturalis vel etiã naturale iudicatoriũ. Vnde patet solutio ad secundũ. ver.q.17. ar.1.ad 1.

ARTICVLVS XXVII.

CIRCA secundum sic proceditur. Videtur quòd cõscientia erronea non liget ad peccatum. Vę enim Aug. dicit. 12. contra Faustum. Omne peccatum est contra legẽ æternam, quę est lex Dei. Sed quandóque conscientia errans prohibet id quod non est contra legem Dei, sicut patet in hæreticis, qui cõscientia erronea prohibẽte, nolunt iurare nec comedere carnes aut bibere vinum. Non ergo est eis peccatum, si contra conscientiam hoc faciant, & ita conscientia erronea non obligat ad peccatum. 12.q.19.ar.1.& 6.o.2.d.39.q.3.ar1.

¶Præterea. Conscientia erronea quandóque dictat homini quòd faciat id quod est contra legẽ Dei, sicut hæretico sua conscientia erronea dictat, quòd prædicet cõtra fidem catholicam, sed faciendo contra legem Dei peccat mortaliter, si ergo etiam faciendo contra conscientiam erroneam peccaret mortaliter, sequeretur quòd vtrobique esset peccatum, siue prædicaret contra legem Dei, siue non, & ita esset perplexus, quod videtur esse inconueniens, quia sequeretur quòd non pateret ei via salutis, cũ tamen omnibus pateat per pœnitentiam in hac vita, non ergo conscientia erronea ligat. ar.171.173.193.huius.

¶SED CONTRA, est quod ad Roma.14. super illud, omne quod non est ex fide peccatum est, dicit Glos. q̃ qui facit contra conscientiam ædificat ad gehennam. 2.q.59.ar 1.ad 2.& 12.q.54.ar 1.ad 1.

¶RESPONDEO dicendum, quòd cum actus recipiat speciem ab obiecto non recipit speciem ab eo secundum materiam obiecti, sed secundum rationem obiecti: sicut visio lapidis non recipit speciem à lapide, sed à colorato, quod est per se obiectum visus. Omnis autem actus humanus habet rationem peccati vel meriti, inquantũ est voluntarius, obiectum autem voluntatis secundum propriam rationem est bonum apprehensum, & ideò actus humanus iudicatur vt rectus, vel vitiosus secundum bonum apprehensum, in quod per se voluntas fertur, & non secundum materiale obiectum actus, sicut si aliquis credens occidere patrem, occidat seruum, incurrit parricidij peccatum, & econtrariò si quis venator putans occidere seruum debita diligentia adhibita occidat casualiter patrem, immunis est à parricidij crimine. Si ergo aliquid quod secundum se non est contra legem Dei vt leuare festucam de terra, vel iurare apprehendatur errante conscientia: vt contra legem Dei existens, & sic voluntas in ipsum feratur: manifestum est, quòd voluntas fertur per se loquẽdo & formaliter in id quod est cõtra legem Dei. materialiter autem in id quod non est contra legem Dei: imò fortè in id quod est secundum legem Dei: & ideò manifestum est quòd est ibi cõtemptus legis Dei: & ideò necesse est quòd sit ibi peccatum. Et ideò dicẽdum est, quòd omnis conscientia siue recta siue erronea, siue in per se malis, siue in indifferentibus est obligatoria: ita quòd qui cõtra conscientiam facit, peccat. 12.q.8.ar 6.o.& q.19.ar1.ad 3.o. 1.p.q.79.ar 11.13.& ver.q.17.ar.2.o. ar.171.173.193.huius.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licèt hæreticus qui iurat conscientia erronea contradicente materialiter loquendo, non faciat contra legem Dei: tamẽ formaliter loquendo contra legem Dei facit, vt ostẽsum est. ¶Ad secundum dicendum, quòd si alicui dictat conscientia, vt faciat illud quod est contra legem Dei, si non faciat peccat, & similiter, si faciat peccat: quia ignorãtia iuris nõ excusat à peccato, nisi forte sit ignorantia inuincibilis, sicut est in furiosis & amentibus, quæ omninò excusat, nec tamen sequitur quòd sit perplexus simpliciter, sed secundum quid: potest enim erroneam cõscientiam deponere, & tunc faciens secundum legem Dei non peccat. Non est autem inconueniens, quòd aliquo posito aliquis homo sit perplexus, sicut sacerdos qui tenetur cantare, si sit in peccato peccat cantando & non cantando: nec tamen est simpliciter perplexus, quia potest pœnitentiam agere, & absque peccato cantare, sicut etiam in sillogisticis: vno quodã inconuenienti dato, alia contingunt, vt dicitur in primo Physicorum. T.c.9. ar.171.173.193.huius. 2.q.59.ar 1.ad 1.& 12.q.54.ar 1.ad 1. 12.q.45.ar 4.ad 1.& 12. 41. ar.1.ad 2. 12.q.76.ar 3.q.4.o.

QVAESTIO XIII.

DEINDE quæritur est de pœnitentia. Et circa hoc quęsita sunt duo. Primò, vtrùm si aliquis sacerdos pœnitenti dicat quicquid boni feceris, sit tibi in remissionẽ peccatorum, sit satisfactio sacramentalis. Secũdò, vtrùm ei qui prætermisit diuinum officium dicere, cùm tenetur ad ipsum, possit imponi alia pœnitentia pro tali omissione, vel sit ei imponendum quòd iteret quod omisit.

ARTICVLVS XXVIII.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd prædicta satisfactio non sit sacramẽtalis. Sacramẽtalis enim satisfactio ad aliquid ligat. Sed ille cui prædictus modus satisfactionis indicitur, ad nihil ligatur: ergo videtur q̃ non sit sacramentalis satisfactio. 4.di.15.ar.4.o. de satisfactione.

¶SED CONTRA. Illa videtur esse sacramentalis satisfactio, qua perfecta ad nihil aliud homo tenetur. Sed pœnitens cui sic satisfactio iniungitur à sacerdote, nihil aliud tenetur implere, cùm nihil sit aliud sibi mandatum: ergo huiusmodi satisfactio est sacramentalis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd hic est quadruplici distinctione vtendum. Primò enim considerandum est, q̃ peccator est debitor alicuius satisfactionis dupliciter. Vno modo ex iniunctione sacerdotis. Alio modo ex peccato commisso, vnde si contingat quòd sacerdos minorẽ satisfactionem imponat pœnitenti quàm sit illa ad quam obligatur ex quantitate sui peccati: subtracto eo quod remittitur virtute clauium, & contritionis præcedentis, nihilominus pœnitens ad aliquid vlterius obligatur, quod si in hac vita non perficiet, in purgatorio exoluet, & econuersò, si sacerdos imponat maiorem pœnitentiam quam pœnitens facere teneatur pensata remissione, quæ est facta per vim clauium & contritione præcedente, nihilominus pœnitens tenetur facere quod sibi iniunctum est si adsit facultas. Secundò cõsiderandum quòd opus quod quis facit ex iniunctione sacerdotis dupliciter valet pœnitenti, vno modo ex natura operis, alio modo ex vi clauium. Cùm enim satisfactio à sacerdote absoluente iniuncta sit pars pœnitentiæ, manifestum est quòd in ea opera tur vis clauium, ita quòd amplius valet ad expiandũ peccatũ, quàm si proprio arbitrio homo faceret idem opus. Tertiò considerandum est quòd satisfactio ad duo valet. Valet enim ad expiationem culpæ præteritę, valet & ad cautelam culpæ futurę, sicut cùm homo ieiunat per hoc præbetur ei remediũ contra futuras concupiscentias carnis. Item quartò cõsiderandum est quòd sacerdos potest pœnitenti satisfactionem iniungere, vel ex proprio arbitrio, vel etiam ex cõsilio alieno. Est ergo dicendum quòd sicut potest sacerdos iniungere satisfactionem pœnitenti ex arbitrio alieno, ita & ex arbitrio ipsius pœnitentis: sicut si dicat, facias hoc si potes, & si non potes facias hoc, & simile videtur cùm sacerdos dicit, quicquid boni feceris, sit tibi in remissionem peccatorum, videtur autem satis conueniens quòd sacerdos non oneret pœnitentẽ gravi põdere satisfactionis, quia sicut paruus ignis à multis lignis suppositis de facili extinguitur, ita posset contingere quòd paruus affectus contritionis in pœnitente nuper excitatus propter graue onus satisfactionis extingueretur, peccatore totaliter desperãte. Vnde melius est quòd sacerdos pœnitenti indicet quanta pœnitentia esset sibi pro peccatis iniungenda, & iniungat sibi nihilominus aliquid, quod pœnitens tolerabiliter ferat, ex cuius implẽtione assuefiat vt maiora impleat, quæ etiam sacerdos sibi iniungere non attentasset, & hæc quę præter iniunctio nẽ expressam facit, accipiunt maiorẽ vim expiationis culpæ præteritæ ex illa generali iniunctione qua sacerdos dicit, quicquid boni feceris sit tibi in remissionem peccatorum. Vnde laudabiliter consueuit hoc à multis sacerdotibus dici, licèt non habeant maiorem vim ad præbendum remedium contra culpam futuram, & quantum ad hoc talis satisfactio est sacramentalis inquantum virtute clauiũ est culpæ commissæ expiatiua. 4.di.14.q.1.arti.1.q.6.ad 4. 4.di.18.q.2.ar.3.q.4.o.

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS XXIX.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ ei qui omisit dicere diuinũ officiũ, sit iniungendũ q̃ iteratò 67 ar.122.c.ad 1.de tempore officij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ar.12.c.ad 2. de 3 pare officij.

dicat. Qui enim tenetur ad aliquid debitum speciale implendum, non potest liberari nisi debitum soluat. Si ergo aliquis teneb̃atur ad hoc debitum: vt scilicet diuinum officium diceret, videtur quod non possit absolui, nisi hoc debitum soluat.

¶SED CONTRA est quòd pœnitentiæ sunt arbitrariæ: ergo pro peccato talis omissionis quæcúnque pœna secundum arbitrium sacerdotis potest imponi.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in omni diuino officio est hoc commune quod pertinet ad laudem Dei & ad suffragium fidelium. Sed distinguitur vnum officium ab alio secundum diuersitatem temporum & locorũ. Rationabiliter enim institutum est vt diuersimodè Deus laudetur secundum congruentiam temporum & locorum: & ideò sicut in officiis diuinis exolitis obseruanda est cõgruitas loci, ita etiam congruitas temporis, quæ quidẽ obseruari non posset, si oporteret iniungere omittenti, quòd horas diceret quas omisit. Forte enim in completorio diceret, Iam lucis orto sydere, & in tempore paschali diceret officium dominicæ passionis, quod esset absurdum: & ideò non videtur esse iniungendum ei, qui omisit diuinũ officium, quòd horas easdem repetat: sed aliquid ad diuinam laudem pertinens: puta vt dicat septem psalmos: vel vnum psalterium, vel aliquid amplius secundum quantitatem delicti.

distinctio officiorum ab inuicẽ.

¶Ad illud verò quod in contrarium obijcitur, dicendum quòd tempore debito officij prætereunte, iam est impoteus ad soluendum debito: & ideò quia hoc non potest facere iniungenda est ei alia pœnitentia.

QVAESTIO XIIII.

DEINDE quæritur de creatura purè corporali. Et circa hoc quęsita sunt duo. Primò, de arcu nubium qui dicitur iris, vtrùm sit signum diluuij non futuri. Secundò vtrùm possit demonstratiuè probari, quòd mundus non sit æternus.

68

ARTICVLVS XXX.

CIRCA primum sic proceditur. Videtur quòd arcus nubium non sit signum diluuij non futuri. Illud enim quod fit ex necessitate naturæ non videtur esse institutũ ad aliud significandum: sed arcus nubium prouenit ex necessitate naturę propter oppositionem solis ad nubem roridam: ergo non videtur esse significatiuum diluuij non futuri.

vide bene ad 2. huius.

¶Præterea, Huiusmodi apparitiones aëris sicut iris & halo, id est, circulus continens solem & lunã & alia huiusmodi, causantur præcipuè ex vaporibus humidis in aëre existentibus, ex quibus sequuntur pluuiæ quæ diluuium faciunt: ergo apparitio iridis magis est signum diluuij futuri quàm diluuij non futuri.

¶Præterea, Si est signum diluuij nó futuri, aut est signum diluuij punquam futuri, aut est signum diluuij non futuri vsque ad aliquod tempus. Si autem est signum diluuij nũquam futuri, nó oportuisset quòd apparuisset nisi semel. Si autem diluuij non futuri vsque ad aliquod tempus, oporteret tempus esse determinatum, quòd quidem determinari non potest nec authoritate scripturæ, nec ratione humana: ergo frustra huiusmodi signum datur.

¶SED CONTRA est quod dicitur Gen. 8. Arcũ meũ ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me & inter terram, & postea subditur: & non erunt vltra aquæ diluuij ad delendum vniuersam carnem.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in his quæ in veteri testamento dicuntur, primò quidem obseruanda est veritas literalis. Sed quia vetus testamentum est figura noui, plerunque in veteri testamento sic aliqua proponũtur, vt ipse modus loquendi aliquid figuratè designet. Dicendum est ergo, quod quia causæ rerum multis latent, effectus autem sunt manifestiores, proponũtur effectus in designatione causarum. Est autem considerandum, quòd pluriarum causa efficiens quibus est sol: naturalis verò vapor humidus eleuatus ex terra & aquis per virtutẽ solis: hæc autẽ duo in triplici dispositione se possunt habere. Quandóque enim calor solis omninò superuincit vapores & exiccat eos: & tunc pluuiæ sequi non possunt: vnde in Egypto & in terris multum calidis non sunt pluuiæ. In æstate etiam propter propinquitatem solis, sunt pluuię rariores: in hyeme verò frequẽtiores. Quandóq; verò ecõtrariò virtus solis ad hoc viq; valet, q̃ vapores multiplicat, sed tamen non potest eos deiccare: & tunc superabundant pluuiæ, & est ratio diluuij aquarum. Quandoq; verò medio modo se habet, vt scilicet virtus solis non solùm operetur ad eleuationem vaporum, sed etiam habet victoriam super eos, vt non tantùm multiplicentur quòd diluuium inducere possint, neque etiam vapores omninò deficcentur vt pluuia non sequatur: & ex hac media dispositione vel comparatione solis ad vapores causatur iris, quæ non apparet vaporibus omninò deiccatis: neque etiam eis omninò in aëre superabundantibus: & ideò iris est signum diluuij non futuri: inquantùm procedit ex tali causa, quæ repugnat diluuio. Ideò autem scriptura tali modo loquendi vtitur, quia per iridẽ significatur Christus per quem protegimur à spirituali diluuio.

3.p.q.55.ar. 2.ad 3.

Iris significat Christum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd iris procedit naturaliter ex talibus causis quæ repugnant diluuio: & ideò conuenienter iris dicitur esse signum diluuij non futuri.

2

¶Ad secũdum dicendum, quòd iris potest significare pluuias, sed non superabundantes vsque ad hoc quòd faciãt diluuium.

¶Ad tertium dicendum, quòd iris semel apparens significat quòd tandiu non erit diluuium quamdiu sol & vapores in eadem dispositione cõsistunt: & ideò non est superfluum quòd frequenter apparet.

69

ARTICVLVS XXXI.

AD SECVNDVM sic procedit. Videtur quòd demonstratiuè probari possit mundum non esse æternum. Si enim mundus esset æternus, non posset computari numerus annorum ab initio mundi. Hic autem numerus ascribitur paschali cereo. Sic ergo non posset paschalis cereus in ecclesia benedici.

1.p.q.46. ar.1.2.3.4. ad 8. & 10 tra.2.c.31. vsq; ad 39. et opus.27.

¶Præterea, Epactæ computantur secundum excrescentiam annorum lunarium super annos solares. Sed talis excrescentia computari non posset, si mundus esset æternus: ergo mundus non est æternus: ergo demonstrari potest q̃ mundus non sit æternus.

0.

¶SED CONTRA. Id quod est fidei demonstrari non potest: quia fides est non apparentium: vt dicitur ad Hebræos vndecimo. Sed mundum ex quodam principio temporis esse creatum, est fidei articulus. Vnde & propheticè à Moyse dictum est. In principio creauit Deus cœlum & terram: vt Gregorius dicit in prima homel. Ezech. ergo mũdum non esse æternum non potest demonstratiuè probari.

1.p.q.1.art. 8.c.ad 1.& 32.art.1.c.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ea quæ simplici voluntati diuinæ subsistunt, demonstratiuè probari non possunt: quia vt dicitur primæ ad Corintheos secundo. Quæ sunt Dei, nemo nouit nisi spiritus Dei. Creatio autem mundi non dependet ex alia causa, nisi ex sola Dei voluntate: vnde ea quę ad principium mundi pertinent, demonstratiuè probari non possunt: sed sola fide tenẽtur propheticè per spiritum sanctum reuelata: sicut apostolus post præmissa verba subiungit. Nobis autem reuelauit Deus per spiritum sanctum. Est autem valde cauendum, ne ad ea quæ fidei sunt, aliquas demonstratiões adducere præsumat propter duo. Primò quidẽ quia in hoc derogat excellẽtiæ fidei, cuius veritas omnẽ rationem humanã excedit secundum illud Ecclesiast. 3. tertio. Plurima supra sensum hominis ostensa sunt tibi, quæ autem demonstratiuè probari possunt, rationi humanæ subduntur. Secundò, quia cùm plerunque tales rationes friuolè sint, dant occasionem irrisionis infidelibus, dum putant quòd propter rationes huiusmodi, his quæ sunt fidei assentiamus: & hoc expressè apparet in rationibus hic inductis, quæ derisibiles sunt & nullius momenti.

ar.2.3.c. & 4.q. 1.ar.4.ad tertium.

1.p.q.32.ar. 1.ad 2.

1.p.q.46. arti.2.c.& contra.1.2. 9.& opus. 2.c.2.

¶Quod enim primò inducit de cereo paschali, non habet robur, nisi authoritatis: probare autem per authoritatem, non est demonstratiuè probare, sed fidem vel opinionem facere: & tamen multò esset validior authoritas sacræ scripturæ quàm benedictio paschalis cerei, præsertim cùm fine ascriptione annorum mundi, cereus paschalis benedici posset. Non enim est de necessitate paschalis cerei talis ascriptio. Vnde in multis terris non est consuetum, quòd aliquid cereo ascribatur.

4.di.43.ar. tio.3.q.2.c.

¶Quod etiam secundò opponitur, derisibile est, nõ enim excrescentiæ annorum lunarium ad solares computantur ab initio mundi, sed ab aliqua determinata radice: puta ab aliqua oppositione solis & lunæ, vel ab aliqua coniunctione, vel ab aliquo huiusmodi: sicut est in omnibus aliis computationibus astronomicis.

Incipit

INCIPIT QVODLIBET QUARTUM.

ARTICVLVS I.

70

QVAESITVM est de rebus diuinis & humanis. Circa res diuinas quæsitum est. Primò de essentialibus. Secundò de personalibus. Circa essentialia quæsitum est. Primò de scientia Dei. Secũdò de eius potẽtia.

¶Circa scientiam quæsitum est vtrùm in Deo sint plures ideæ. Et videtur quòd sic. Dicit enim Augustinus lib. 83. q. quòd Deus singula proprijs rationibus creauit: & alia ratione hominem, & alia ratione equum. Sed rationes rerum in mente diuina dicuntur ideæ, vt patet per Augu. ibidem. ergo sunt plures ideæ.

1.p.q.15.ar. 2.ad 3.

¶Præterea. secundum hoc sunt aliqua distincta, q̃ Deus earum distinctionem cognoscit. Cognoscit autem earum distinctionem in seipso, ergo distinctarum rerum sunt in Deo plures & distinctæ ideæ.

¶SED CONTRA. Omne nomen quod in diuinis dicitur, aut est essentiale vt Deus, aut personale vt pater, aut notionale vt generans. Sed hoc nomen idea neque est personale neque notionale, quia non conueniret tribus personis: ergo est nomen essentiale, sed nullum essentiale multiplicatur in diuinis: ergo non possumus dicere quòd in Deo sint plures ideæ.

¶RESPONDEO dicendum, quòd duplex est pluralitas. Vna quidem est pluralitas rerum, & secundum hoc non sunt plures ideæ in Deo. Nominat enim idea formã exemplarem. Est autem vna res quæ est omnium exẽplar, scilicet diuina essentia, quam omnia imitantur, inquãtum sunt & bona sunt. Alia verò pluralitas est secundum intelligentiæ rationem. Et secundum hoc sunt plures ideæ, licèt enim omnes res inquantum sunt diuinam essentiam imitẽtur, non tamen vno & eodem modo omnia imitãtur ipsam, sed diuersimodè; & secundum diuersos gradus. Sic ergo diuina essentia secũdum quòd est imitabilis hoc modo ab hac creatura est propria ratio, & idea huiusmodi creaturæ, & similiter de alijs, vnde secundum hoc sunt plures ideæ secundum quòd intelligitur diuina essentia secũdum diuersos respectus quos res habent ad ipsam eam diuersimodè imitantes, huiusmodi autem respectus non solùm intelligũntur ab intellectu creato, sed etiam ab intellectu increato ipsius Dei. Scit enim Deus & ab æterno scibat, quòd diuersæ creaturæ diuersimodè essent eius essentiam imitaturæ, & secundum hoc ab æterno fuerunt in mente diuina plures ideæ, sicut rationes proprię rerũ intellectæ in Deo. Hoc enim signific at nomen ideæ, vt sit, scilicet quædã forma intellecta ab agente, ad cuius similitudinẽ exterius opus producere intendit, sicut ædificator in mente sua præconcipit formam domus, quę est quasi idea domus in materia fiendæ.

1.p.q.35.ar. 2.ad 1. 1.p.q.6.ar. 4.c.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Aug. intelligit esse aliam & aliam rationem secundum diuersitatem respectuum, vt dictum est.

¶Ad secundum dicendum, quòd cùm dicitur secundum hoc res sunt distinctæ: prout Deus earum distinctionẽ cognoscit, hæc locutio est duplex: quod enim dicitur secundum quòd Deus cognoscit, potest referri ad cognitionẽ diuinam ex parte cogniti, vel ex parte cognoscentis. Si ex parte cogniti, sic vera est locutio: est enim sensus quòd hoc modo res sunt distinctæ, sicut Deus cognoscit eas esse distinctas. Si verò referatur ad cognitionem ex parte cognoscentis, sic locutio falsa est: erit enim sensus quòd res cognitæ illum modum distinctionis habent in intellectu diuino, quem habent in seipsis, quod falsum est: quia in seipsis res sunt diuisæ essentialiter, non autem in intellectu diuino, sicut etiam res in seipsis sunt materialiter: in intellectu autem diuino immaterialiter: & in hoc vltimo sensu procedebat obiectio.

14.35.q.2. arti.160. ar.259.

¶Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procedit de pluralitate reali: talis enim pluralitas in nominibus essentialibus non inuenitur, sed solùm pluralitas quæ est secundũ intelligentiæ rationem.

ARTICVLVS II.

71

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in Deo non sit virtus: quia vt philosophus dicit in primo de cœlo. (T.c.116.) Virtus est vltimum potẽtiæ, sed diuina potentia non habet vltimum, cùm sit infinita: ergo in Deo non est virtus.

1.p.q.25.ar 11.2.et cõtra.1.c.93. q.4.

¶SED CONTRA, Omne immediatum operationis principium, virtus est. Operatio enim omnis à virtute aliqua procedit, sed in Deo est aliquod immediatum operationis principium: quia Deus immediatè aliqua operatur: ergo in Deo est virtus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd virtus qualitercúnque accipiatur, significat potentiæ complementũ. Et inde est quòd virtus vnusquisque rei est quæ bonum facit habentem, & opus eius bonum reddit: vt dicitur in 2. Ethic. tunc enim ostenditur potentia esse cõpleta, quando & agẽs est perfectum & actio perfecta. Cùm ergo potentia Dei sit maximè completa, potissimè in Deo virtus inuenitur: vnde dicitur Sapien. 12. Virtutem ostendis tu qui non crederis in virtute consumatus. & in Psalm. Magnus dominus & magna virtus eius.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quandóque virtutes notificantur non per aliquod quod de virtute essentialiter prædicetur, sed per id ad quod virtus ordinatur. Ab eo enim speciem habet, sicut Augustinus dicit, quod fides est credere quod non vides. Credere enim non est ipsa fides, sed actus ad quem fides ordinatur. Et hoc modo philosophus diffinit virtutem cùm dicit, quòd virtus est vltimum potentiæ: quia scilicet virtus rei attenditur in ordine ad hoc, in quod vltimo potest: sicut virtus eius qui potest ferre centum libras, vt ipse ibidem dicit, non consistit in hoc vt ferat decem, sed in hoc quòd ferat illud vltimum in quod vltimo potest scilicet centũ. Sic ergo virtus cuiuslibet rei nõ attenditur in vno eorum quæ potest, sed respectu totius quod potest. Virtus ergo diuina non potest attendi secundum aliquod vnum opus ipsius, quia nullũ opus eius est quod adęquet eius virtutẽ, vt Deus amplius facere nõ possit, sed virtus eius attenditur secundũ totum in quod potest, hoc autem est infinitũ, quia scilicet Deus infinita facere potest, vnde & virtus Dei est infinita, & hoc est vltimum ei infinita posse, sicut virtuti finitæ est vltimum aliqua determinata posse.

12.q.55.ar. 1. ad 1.& 22. q.23.art.3. ad 2.

ar.22.c.& po.q.6.art. 3. & q.7. 72

ARTICVLVS III.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd aquę habentes veram speciem aquę elementaris super cœlos existant. Homo enim dicitur minor mundus propter similitudinem quam habet cum mundo maiori. Sed videmus quòd in corpore humano superponitur cerebro, quod habet naturam aquæ: cordi, quod habet proprietatem ignis, inquantum est fons naturalis caloris: ergo etiã in mundo maiori aqua superponitur alijs elementis. Et hæc ratio videtur Augu. in 11. de ciui. Dei, vbi dicitur de quibusdam, quòd ponderibus elementorũ mouentur, & ideò non putant aquarum fluidam grauémque naturam in superioribus mundi locis potuisse constitui, qui secundum rationes suas si ipsi hominẽ facere potuissent: non ei pituitam, quod græcè flegma dicitur, & tanquam in elementis corporis nostri aquarum vicem obtinet, in capite ponerent.

ar.7.c. art.140.& 1.p.q.68.ar tic.2.o.

¶SED CONTRA partes mundi sunt optimè & ordinatissimè dispositæ secũdum suam naturam. Sed id quod habet speciem aquæ, naturaliter est põderosum, & ita naturaliter subsidet corporibus leuibus aeri & igni. Non ergo aliquid habẽs veram speciẽ aquæ supra cœlos existit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in sacra scriptura quæ mẽtiri non potest expressè dicitur aquas esse supra cœlum. Dicitur enim Gen. 1. Quod diuisit aquas quę sunt sub firmamento ab aquis quę sunt supra firmamentum. Et in Psal. dicitur. Aquæ quæ super cœlos sunt, laudent nomen domini, & ideò sicut Aug. dicit in 2. super Gen. ad literam. Quoquo modo vel qualescúnq; aquę ibi sint, esse ibi eas minimè dubitemus. Maior quippe est scripturæ huius auctoritas, quàm omnis humani generis capacitas. Sed sicut Augustinus primo eiusdem libri dicit, Turpe est nimis & pernicioſum atque maximè cauendũ, vt Christiani de his rebus, scilicet naturalibus, quasi secundum christianas literas loquentem ita delirare quelibet infidelis audiat, vt quemadmodũ dicitur toto cœlo errare conspiciens risum tenere vix possit, & non tam molestũ est q̃ errans homo deridetur, sed quòd auctores nostri ab eis

Psal.148

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui foris sunt talia sensisse creduntur,& cum magno eorum exitio de quorum salute satagimus tanquam indocti reprehenduntur atque respuuntur: & ideò sicut ipse subiungit, multiplices expositiones ipse posuit in verbis Geneſis, vt sic accipiatur vna expositio, quòd alteri expositioni non iudicetur: quæ fortè melior est. Sic ergo quod dicitur de aquis supra cœlos existentibus, multipliciter intelligi potest. Vno modo vt per firmamentū vel per cœlos non intelligamus firmamentū vel cœlum, in quo sunt sydera: sed aërem in quo aues volare dicuntur: supra quē aërem aquæ vaporabiliter elevantur: & exinde pluuiæ generantur. Et de hac expositione dicit Augustinus in secundo super Geñ. ad literam. Hanc considerationem dignissimam iudico. Quod enim dicitur, neque contra fidem est & promptu posito documento credi potest. Si autem per firmamētum vel cœlos intelligatur firmamentū vbi sunt sydera positæ: sic sciendum est quòd de hoc firmamēto diuersæ opiniones fuerūt. Quidam enim posuerunt firmamentum illud ex quatuor elementis compositum, quę videtur esse positio Empedoclis: & secundum hoc nihil prohibet dicere supra hoc cœlum sydereum esse aquas elementares tanquam simpliciores, & super eas etiā ignem, à quo vocetur cœlum empireum. Aliorum autem positio est, quòd cœlum vel sit ignea naturæ: sicut posuit Plato, vel non sit de natura quatuor elementorum, sed habens altiorem naturam, sicut posuit Arist. Vtroq; istorum supposito inconueniens videtur supra firmamentum illud aquam elementarem materialiter esse dispositam. Nunc enim sicut Aug. dicit in secundo super Geñ. Quemadmodum Deus instituerit naturas rerum nos conuenit quærere, nunquid in eis vel ex eis miraculum potentiæ suę velit operari. Sed tamen aliquales aquas supra huiusmodi firmamentum ponere possumus: vno modo vt per aquas intelligamus totam materiam corporalem: sicut accipitur in principio Geñ. secundum expositionem Augu. Et ideò secundum hunc intellectum, non est aliud dicere quā aliquid de materia corporali super hos cœlos existere: & hoc etiam à dictis philosophorum modernorum non discordat: qui ponūt supra octauam spherā, in qua sunt stellæ, aliam spherā in qua nulla est stella: & hanc expositionem ponit Aug. super Geñ. contra Manichæos. Alio modo potest dici, quòd sicut cœlū empireum dicitur igneū, non quia habeat speciem ignis: sed propter splendorē, ita etiam aquę super cœlos dicuntur: non quia habeāt speciē aquæ, sed quia habent dyaphaneitatem ad modum aquæ. vt sic supremum cœlum secundum quòd empireum dicitur: sit totum splendidum: secundum autem quòd aqueum dicitur, sit totum dyaphanum. Tertium autē cœlum quod dicitur sydereum, sit partim lucidum, partim dyaphanum. Sic ergo secundum quancúnque opinionem potest veritas sacræ scripturæ saluari diuersimodè. Vnde nō est coārtādus sensus sacræ scripturæ ad aliquid horū.

Aquas esse super cœlos, qualiter sit intelligēdū.

Opinio Empedoclis.

Opini. Ari.

Opinia Augusti.

1.p.q.91.ar 1.c.1.c.& q. 96.ar.2.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd homo assimilatur maiori mundo quantùm ad aliquid, inquantùm constat ex corporali & spirituali natura, sicut & totū vniuersum, non tamen quantùm ad omnia assimilatur vniuerso. Ordo enim partium in homine, non est secundū quòd exigit eorum natura, sed prout exigit ratio finis. Ponitur enim cor in medio, vt ex eo diffundantur operationes vitæ de facili per totum corpus. Cerebrum autem ponitur in supremo, vt operationes animales quæ ibi quodāmodò perficiuntur, non impediantur per diuersas corporis transmutationes, sicut etiā ordo cognitionis humanę non est secundum ordinem naturalem cognoscibilium, sed quo ad nos. Aug. autem non induxit hoc asserendo, sed obviando his qui scripturam praue interpretantur.

2.di.14.ar. ad 2.

QVAESTIO III.

DEINDE considerandum est de his ad quæ diuina potentia se extendere potest. Et circa hoc quæruntur duo. Primò, vtrùm Deus possit aliquid in nihilum redigere. Secundò, si aliquid esset in nihilum redactum, vtrùm Deus possit illud reparare idem numero.

73

ARTICVLVS IIII.

1.p.q.9.ar. 2.c. & q. 104.arti.3. & 4.o.ad 2.ar.22.

AD PRIMVM sic procedebatur. Videtur quòd Deus possit aliquid in nihilū redigere. Aequalis enim est distantia nō entis ad ens, & entis ad non ens. Sed Deus potest ex nihilo aliquid facere: ergo Deus potest ex aliquo facere nihil.

¶SED CONTRA, Deus non potest esse causa defectiua. Sed causa quæ facit tendere in non esse, est causa defectiua: ergo Deus non potest redigere aliquid in nihilum.

1.p.q.25.ar 11.5.ad 1.& poſt.q.1.arti. 5.ad 1.& q. 5.ar.3.ad 1. vers.q.5.ar. 2.ad sextū.

¶RESPONDEO dicendum, quòd de potentia Dei dupliciter loqui possumus. Vno modo absolutè considerando eius potentiam. Alio modo considerando ipsam in ordine ad sapientiā vel præscięntiam suam. Loquēdo ergo absolutè de Dei potentia, sic Deus potest vniuersam creaturam redigere in nihilum. Cuius ratio est, quia creatura nō solū producitur in esse Deo agēte, sed etiam per actionem Dei conseruatur in esse, secundum illud ad Hebr. 1. Portans omnia verbo virtutis suæ. Vnde Augustinus dicit 4. super Geñ. ad literam, quòd virtus Dei si aliquādo ab eis quæ creata sunt regendis cessaret, simul & illorum cessaret species, omnisque natura concideret. Si autem Deus propria voluntate agit & non ex necessitate naturæ ad rerum productionem, ita etiam ad earum conseruationem: & ideò potest subtrahere suam actionem à rebus conseruandis: & hoc ipso omnia in nihilum deciderent. Si verò loquamur de potentia Dei in ordine ad eius sapientiam & prescientiam, sic non potest fieri quòd res in nihilū redigatur, quia non habet hoc diuina sapiętia. Creauit enim Deus vt essent omnia, vt dicitur Sap. 1. non vt in nihilum cederēt.

¶PRIMVM ergo concedimus, secundum quòd procedit de potentia absoluta.

¶Ad secundum dicendum, quòd causa defectus alicuius, potest esse aliquid dupliciter. Vno modo ex propria intētione, sicut cùm aliquid subtrahendo lumen causat tenebras: & hoc modo nō oportet q̄ sit causa defectiua illud quod causat defectū. Sic aūt Deus potest esse alicuius defectus causa, vel execationis, vel obdurationis, vel etiā an nihilationis si vellet. Alio modo aliquid potest esse causa defectus præter intentionem, & sic semper oportet quod causa defectus sit defectiua, quia ex defectu agentis contingit quòd non inducat perfectionem in suo effectu: & sic Deus nullo modo potest esse causa defectus, vel tendendi in non esse.

1.p.q.25.ar. 3. ad 2. & 11.q.76.ar 1.c.3.o.

22.q.24.ar 1.c.1.o.

74

ARTICVLVS V.

CIRCA secundum sic proceditur. Videtur quòd Deus non possit id quod in nihilum redactum est idem numero reparare. Dicit enim Philosophus in 2. de generatione. (T.c.70.) quòd ea quorum subſtantia corrumpitur non reiterantur eadem numero. Sed eorum quæ in nihilū rediguntur, subſtantia corrumpitur: ergo eadem numero iterari non possunt.

arti.96.& 3.p.q.13.ar. 2.c.& q.ult.a.2.

9.ca.82.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit 4. de ci. Dei. Si caro humana omnibus periisset modis, nec vlla eius materies in vllis latebris remansisset: vnde si vellet eum reparare omnipotens. Sed si nulla materia remanente de corrupta, quod corrumpitur in nihilum redigitur: ergo Deus id quod in nihilum est redactum potest idem numero reparare.

¶Præterea, Differentia est causa numeri, sicut Dam. dicit. Sed nihilū non facit aliquam differentiam: quia non entis non sunt species & differentiæ secundum philosophum: ergo id quod reparatur à Deo, potest esse vnum & idem numero, quamuis in nihilum fuerit redactum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in his quæ in nihilum redigi possunt, est quædam differentia attendenda, quędam enim sunt, quorum vnitas in sui ratione habet durationis continuitatem sicut pater in motu & tempore. & ideò interruptio talium indirectè contrariatur vnitati eorum secundum numerum. Ea verò quę contradictionē implicant, non continētur sub numero Deo possibilium: quia deficiunt à ratione entis: & ideò si huiusmodi in nihilum redigantur, Deus ea non potest eadem numero reparare. Hoc enim esset facere contradictoria simul esse vera: puta si motus interruptus esset vnus. Alia verò sūt quorum vnitas non habet in sui ratione continuitatem durationis sicut vnitas rerum permanentium nisi per accidēs: inquantùm eorum esse subiectum est motui. Sic enim & mensurantur huius tempore, & eorum esse est vnū & continuum secundum vnitatem & continuitatem temporis: & quia naturale agens non potest ista producere sine motu: inde est quòd naturale agens non potest huiusmodi reparare eadem numero, si in nihilum redacta fuerint, vel si fuerint secundum subſtantiam corrupta: sed Deus potest reparare huiusmodi & sine motu, quia in eius potestate est q̄ producat effectus sine causis mediis: & ideò p̄ter ea eadē numero reparare, etiam si in nihilum elapsa fuerint.

contra 4.c. 80.& 81.4. dis.44.q.1. ar.1.q.2.

Vnde

¶Vnde patet responsio ad primum & secundum.

¶Ad tertium dicendū, quòd nihilum non est differentia alicuius entis: si per hoc quòd aliquis reducatur in nihilū inrerrumpatur continuatio essendi, quæ pertinet ad vnitatem motus, & eorum quæ consequuntur ad motum.

QVAESTIO IIII.

DEINDE quæritum est de personalibus quæ pertinēt ad personam filij. Primò quantum ad naturam diuinā. Secundò, quantum ad naturam assumptam.

¶Circa primum quæsita sunt duo. Primo, vtrū pater eodē verbo dicat se & creaturam. Secundo, verùm filius sua filiatione distinguatur à spiritusanctō.

ARTICVLVS VI.

75

1.p.q.34.ar 1.c.2.ad 3. 37.ar.1.o. 3.q.17.ar.2. ad 3.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd pater non eodem verbo dicat se & creaturam. Dicere enim se soli patri conuenit, vt Augustinus dicit 7. de Tri. Sed dicere creaturam conuenit toti trinitati, ea enim quæ important respectum ad creaturam toti trinitati conueniunt, vt pater per Diony. 2. de di. no. ergo pater non eodem verbo dicit se & creaturam.

¶Præterea. Creatura procedit a Deo per modum voluntatis. Filius autem qui est verbū quo pater dicit seipsum, procedit à Deo per modum naturæ, quia vt Hil. dicit in libro de synodis. Omnibus creaturis subſtantiam voluntas Dei artexit. Filio autem naturam dedit natiuitas: ergo non est idem verbum quo pater dicit seipsum, & quo dicit creaturam.

¶SED CONTRA est quod Augustinus dicit 2. super Genes. ad literam, quia dixit & facta sunt, ideſt verbū genuit ia quo erat vt fieret creatura. Sed verbum genuit dicens seipsum: ergo idem est verbum quo dicit seipsum, & quo dicit creaturam.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut Augustinus dicit 15. de Tri. Verbum Dei representatur aliqualiter per verbum nostri intellectus, quod nihil est aliud quam quędam acceptio actualis nostræ notitiæ, cùm enim id quod scimus actu considerando concipimus, hoc verbum nostri intellectus est. Et hoc est quod verbo exteriori significamus, sed quia nos non totum id quod habitu scimus actu mente concipimus, sed de vno intelligibili mouemur ad aliud inde est quòd in nobis nō est vnum solū verbum mentale secundum multa, quorum nullum adæquat nostram scientiam. Sed Deus quicquid scit actu intelligit. Et ideò in mente eius non succedit verbum verbo: & sicut eadem scientia scit se & omnia alia, ita etiam eodem verbo exprimit seipsum & omnia alia. nec esset eius verbum perfectum: vt Augustinus in eodem lib. dicit, si aliquid minus esset in eius verbo quàm in eius sciētia, vnde quicquid pater scit totū vnico suo verbo dicit, & sic necesse est quod idem verbum sit: quo dicit seipsum: & quo dicit creaturā.

1.p.q.27.ar 1.c.3.ad 3. & 12.q.93. ar.1.ad 2.

1.p.q.34.ar 1.c.3.o. & vers.q.4.ar 1.c.2.ad 4.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dicere si propriè sumatur est producere verbū quod soli patri conuenit, & ideò si dicere in diuinis propriè sumatur, solus pater dicit: quia solus ipse genera verbum. Hoc enim verbo exprimitur quicquid tota trinitas scit, quia trium personarum est vna scientia: & ex hac ratione verbū importat respectum ad creaturam inquātùm est expressio quędam scientiæ quam pater communiter habet cum aliis personis de creatura.

¶Ad secundum dicendum, quòd aliud est verbum, & id quod dicitur verbo: hoc enim verbo quod est lapis, significatur res quæ nō est verbum, sed corpus: vnde nihil prohibet creaturam procedere à Deo per modum volūtatis. Verbum autem quo dicitur creatura per modum naturæ.

76

ARTICVLVS VII.

1.p.q.40. artic.2.& opus.9.c. 4.

CIRCA secundum sic proceditur. Videtur quòd filius distinguatur filiatione à spiritusancto. Eodē enim modo aliquis constituitur & ab alio distinguitur. Sed persona filij constituitur filiatione: quę proprietas est personalis, id est constituens personam filij: ergo filiatione distinguitur à spiritusancto.

¶SED CONTRA est quod Boëtius dicit in lib. de Trini. quòd sola relatio in diuinis multiplicat trinitatem. Et Ansel. dicit in lib. de processione spirituſſanctī, quòd ibi solùm distinguuntur personę diuinæ, vbi occurrit relationis oppositio. Sed filius non opponitur relatiuè spiritusancto filiatione, sed solùm patri: ergo filius non distinguitur filiatione à spiritusancto, sed solùm à patre.

¶RESPONDEO dicendum, quòd hoc modo se habent proprietates personales in diuinis ad distinguēdum personas, sicut se habent in rebus naturalibus formæ substantiales ad distinguēdas species rerum: sic tamen quòd *distinctio* à creaturis exempla ad Deum assumpta non omninò similia sunt. In rebus autem naturalibus distinguitur aliquid per formam suam ab alio dupliciter. Vno modo secundū directam oppositionem formæ ad formam: & hoc modo distinguitur vnaquæq; res naturalis ab omnibus speciebus sui generis, quæ habent formas oppositas, secundum quòd genus diuiditur oppositis differētiis, sicut saphirus distinguitur sua forma ab omnibus aliis speciebus lapidū. Alio modo distinguitur res naturalis per suā formā secūdū habere, & nō habere: & hoc modo quod habet aliquā formam naturalem, distinguitur ab omnibus non habentibus formam illam, sicut saphirus per suam formam naturalem distinguitur non solùm ab aliis generibus lapidum, sed à speciebus animalium & plantarum. Sic ergo dicendum, quòd filius sua filiatione distinguitur quidem à patre secundum oppositionem relatiuam filiationis ad paternitatem, sed à spiritusancto distinguitur filiatione, per hoc quòd spiritusſanctus nō habet filiationem, quam filius habet. ¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

per formam in rebus naturalibus fit dupliciter.

Filius quatenus à patre distinguitur.

QVAEST. V. ARTIC. VIII.

77

DEINDE quæritum est de filio quantùm ad naturam assumptam. Et circa hoc quæritum est, vtrùm sint vnū numero corpus Christi affixum cruci, & iacens in sepulchro. Et videtur quòd non, quia quæcúnque differunt specie, differūt numero: sed corpus Christi appensum in cruce & iacēs in sepulchro, differt specie eo modo quo mortuum & viuum differunt specie, ergo non est vnum & idem numero.

3.p.q.50.ar 1.c.5.o.

¶SED CONTRA. Quæcúnque sunt vnum & idem suppositō vel hypostasi, sunt vnum & idem numero. Sed corpus Christi iacens in sepulchro & appensum cruci, est vnum & idem suppositō siue hypostasi, quia hypostasis verbi Dei nunquā separata est ab eius corpore. Ergo corpus Christi est vnum & idem numero appensum cruci & iacens in sepulchro.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc canē dæ sunt duæ damnatæ hæreses, quarum vna est Arrianorum, qui cum ponerent Christum animam non habuisse, sed verbum fuisse corpori loco animæ, per consequens potuerunt quòd verbum separatum est in morte & corpore, sicut manifestè patet in quodam sermone Arriano rum contra quem Augustinus disputat. Alia verò est hæresis Galanicarū, quæ fuit in sexta synodo damnata. Qui cum ponerent vnam naturam compositam ex diuinitate & humanitate, posuerunt illam naturā simpliciter incorruptibilem, & ita posuerunt corpus Christi simpliciter incorruptum non solum corruptione putrefactionis, quod fides catholica tenet, secundum illud Psal. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, sed etiam corruptione quæ pertinet ad rationem mortis, quod est impium, vt patet per Damas. in 3. lib. Sic ergo ad excludendam primam hæresim oportet nos ponere identitatem secundum suppositum in corpore Christi appenso cruci, & posito in sepulchro. Ad excludendum verò secundam hæresim, oportet nos ponere veram differentiam mortis & vitæ. Sed quia prima vnitas maior est quàm secunda differentia, dicendum est quòd est idem numero corpus Christi appensum cruci & iacens in sepulchro.

art.23.42. ad 1. 3. p.q. 5.ar.3.o.& contra 4.c. 32.

ar.42.ca.fi.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa non tenet in corpore Christi propter vnitatem hypostasis.

78

QVAEST. VI. ART. IX.

DEINDE quæritum est de rebus humanis. Et primò de gratia. Secundò de sacramentis. Tertiò de actibus humanis.

Opus9.c.38.

¶Circa primum quærebatur, vtrùm Deus semper faciat nouam gratiam. Et videtur quòd sic. Augustinus enim 8. super Gen. ad literam comparat infusionem gratiæ illuminationi. Sicut inquit aer pretente lumine nō factus est lucidus, sed fit, quia si factus esset, non fieret, sed etiam absente lumine lucidus maneret, & sic homo Deo præsente illuminatur, absente autem continuè tenebratur, à quo non locorum interuallis, sed volūtaris auersione discedit. Sed sol semper facit nouum lumen in aere: ergo Deus semper facit nouam gratiam in anima.

¶SED CONTRA. Nobilioris creaturę nobilius est esse; sed gratia est nobilissima creatura, quia est perfectio naturæ rationalis creatę, ergo eius esse est nobilissimum, non ergo durat solum in momento, & ita non semper

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deus facit nouam gratiam.

3.dist.17. ¶RESPONDEO dicendum, quòd duplex est actio. Quædam quæ fit cum motu: & talis actio semper est cum aliqua innouatione, quia semper in motu aliquid fit, & aliquid definit esse: inquantùm acceditur ad terminum, & receditur à termino: & propter hoc philosophus dicit in 8.Phy.(T.c.56.) quod in omni motu est quodámodo fieri & corrumpi. Alia autem actio est quæ est sine motu per simplicem communicationem formæ, inquantùm scilicet agens suam similitudinem imprimit recipienti disposito: & talis actio in principio quidem est cum innouatione, secundum quòd de nouo acquiritur forma in subiecto. Sed continuatio ipsius actionis, sicut nullum habet motũ adiũctum, sed simplicem influxum siue communicationem, ita etiam nullam habet innouationem: & hoc modo causatur gratia à Deo in anima.

¶Vnde dicendũ est quòd quandiu durat gratia in anima, Deus in anima operatur causans eam: non tamen ita quòd faciat semper nouam gratiam: & quòd singulis momentis existens corrumpatur: sed quia eandem gratiam quã primò infudit, semper operatur in anima conseruãs ipsam: quod quidem difficile est ad intelligendum non valentibus abstrahere considerationem suam ab actionibus quæ sunt cum motu: in quibus semper aliquid innouatur, vt dictum est.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd lumẽ semper fit in aëre: quia semper actione solis illuminantis conseruatur, non quòd semper fiat aliud & aliud lumen.

QVAESTIO VII.

2.d.15.q.3. ar.1.ad 4. DEINDE quæritur de sacramentis gratiæ. Et primò de sacramento pœnitentiæ, vtrũm per absolutionem sacerdotis remittatur culpa. Secũdò de sacramento matrimonij, vtrũm vir possit accipere crucem, si timeatur de incontinentia vxoris non valentis virum sequi.

ARTICVLVS X.

79 AD PRIMVM sic procedebatur. Videtur quòd per absolutionẽ sacerdotis, culpa remittatur. Dicit enim Hugo de sancto victore in libro de sacramentis, quòd sententiam Petri sequitur sententia cœli. Sed sententia cœli est de remissione culpæ: ergo remissio culpæ sequitur per sententiam Petri, quæ est sacerdotis absoluentis.

ar.38.ad 2. 4.& 4.di. 18.q.1.ar.3. q.1.o.et q. 3.c. & 3.p. q.84.ar.3. ad 3.

¶Præterea, Sacramenta sunt medicinæ contra peccata, sed per medicinam sanantur vulnera vel ægritudines: ergo ægritudo vel vulnus peccati sanatur per sacramentum pœnitentiæ. Sed sacramentum pœnitentiæ consummatur in hoc quòd dicit: Ego te absoluo, sicut sacramentum baptismi in hoc quòd dicit: Ego te baptizo: ergo per absolutionem sacerdotis dimittitur culpa.

¶SED CONTRA est quòd per solam contritionem dimittitur peccatum, secundum illud Psalm. Dixi confitebor aduersum me iniustitias meas domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Sed contritio præcedit absolutionem sacerdotis: quia sacerdos non debet aliquem absoluere nisi estimet eum contritum: ergo remissio culpæ præcedit absolutionem sacerdotis. Non ergo per absolutionem sacerdotis culpa remittitur.

4.dist.17.q. 2.arti.5.q. 1.o. ¶RESPONDEO dicendum, quòd sacramenta dupliciter operantur. Vno modo secundum quòd exhibentur in actu: alio modo secundum quòd habentur in voto: & hoc ideò quia sacramenta operantur vt instrumenta diuinæ misericordiæ iustificãtis. Dei autem est respicere ad hominis cor, secundum illud 1.Reg.16. Homines vident ea quæ patent: Deus autem intuetur cor: & ideò quamuis res naturales non agant nisi præsentialiter adhibitæ, sacramẽta tamen agunt etiã secundum q̃ sunt in voto, sed plenius sacramentale effectum inducunt, quando actu exhibẽtur, sicut in baptismo. Nam cathecuminus si sit adultus & habeat baptismum in voto, iam consecutus est effectum baptismi quantum ad emundationem à peccato, & consecutionem gratiæ quæ est proprius effectus Dei. Sed quando actu baptismum suscipit, consequitur plenius quoddam sacramentales effectus: quia suscipit caractẽrẽ & remissionem totius pœnæ. Si quis tamen esset qui non prius haberet baptismum in voto quàm actu, baptizaretur: sicut præcipuè patet in pueris, si simul recipit per baptismũ gratiã remittentem culpam & omnẽ alium sacramenti effectũ: & hoc etiam contingeret in adulto, si simul cùm baptizaretur, votum baptismi habere inciperet: & idem est etiã in sacramento pœnitentiæ, quod consummatur in dispensatione ministri absoluentis. Cùm enim aliquis actu absolutur, consequitur plenariè sacramenti effectum: sed si antequã absoluatur habeat hoc sacramentum in voto: quando scilicet proponit se subiicere clauibus ecclesiæ, iã virtus clauium operatur in ipso, & consequitur remissionẽ culpæ. Si quis tamen in ipsa absolutione incipit conteri, & claues ecclesiæ habere in voto: in ipsa absolutione sacerdotis culpa ei dimittitur per gratiam quæ infunditur in hoc sacramento sicut & aliis sacramentis nouæ legis. vn de quandóq; contingit, quòd aliquid non perfectè contriti virtute clauium gratiam contritionis consequitur: dummodò non ponãt obicẽ spiritui sanctο: & idem est in aliis sacramentis nouæ legis, in quibus gratia cõfertur: videtur tamen esse differentia inter baptismum & pœnitentiam: propter hoc quòd sacramentum pœnitẽtiæ semper exhibetur adultis, in quibus vt plurimum cõtritio præcedit tempore confessionem & absolutionem, baptismus autem multotiens confertur pueris, in quibus votum baptismi non præcedit: omninò autem simile appareret, si etiam baptismus exhiberetur adultis.

4.di.18.q.1. ar.3.q.2.c. & ad 4. ar.2.q.2. q.1.ar.1. q.3.c. & 2.q. 3.ar.2. 100.arti.2. & 3.o. 3.p.q.88. ar.8.q.c. 4.di.4.q.3. ar.1.q.1.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verbũ Hugonis non est sic intelligendum, quasi sententia Petri in sacerdote absoluẽte præcedat tẽpore sententiã cœli, id est Dei remittentis culpam, sed quia sententia Petri approbat sententiam Dei.

¶Ad secundum sic dicendum, quòd medicina sacramentalis operatur non solùm actu adhibita, sed etiam in proposito existens: & ideò quidoque sanatio vulneris præcedit sacramẽtalem absolutionem.

4.dist.17.q. 2.ar.1.q.1. c.ad 6. ¶Ad tertium dicendum, quòd nunquam potest esse vera contritio, sine voto clauium ecclesiæ, quantumcúnque sit dolor de peccato præterito, & de proposito abstinendi in futurum: & ideò in contritione culpa remittitur.

ARTICVLVS XI.

80 AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd vir possit accipere crucem ad transferendũ vltra marin olente vxore, si de eius incõtinentia timeatur. Nõ debet enim homo prætermittere propriam salutem pro salute aliena. Sed homo procurat salutem propriã per hoc quòd cruce signatur, consequens plenam remissionẽ peccatorum: ergo non debet hoc prætermittere, vt prouideat saluti vxoris.

4.di.3.arti. 3.ad 1.

¶SED CONTRA est quod Augustinus dicit. Si abstines sine vxoris voluntate tribuis ei fornicationis licentiã: & peccatum illius tuæ imputabitur abstinẽtiæ, sed accipiendo crucẽ impeditur à reddition debiti: ergo videtur q̃ peccatum vxoris si contingat viro imputetur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ea quæ sunt necessitatis, non sunt prætermittenda propter ea quæ sunt propriæ voluntatis. Vnde etiam dominus Matth.15. reprehendit pharisæos qui docebant prætermittere mãdatum de honoratione parentum, vt aliquę voluntariè oblationes Deo offerrentur. Ex necessitate autem viro imminet, vt gerat curam vxoris, quia caput mulieris est vir, vt dicitur 1.ad Cor.11. Sed quod accipiat crucem ad transfretãdum, subiacet propriæ volũtati. Vnde si vxor sit talis quę sequi non possit propter aliquod legitimum impedimentum, & de eius incontinentia timeatur, non est ei consulendum vt accipiat crucem & dimittat vxorem: secus autem est si vxor continere voluntariè proponat, vel velit, & possit sequi virum suum.

1.Paralip.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd etiam ad salutem propriam viri pertinet vt gerat curam de salute vxoris, quæ viri regimini committitur.

QVAESTIO VIII.

DEINDE quæritur de actibus humanis. Et primò de actibus pertinentibus ad prælatos. Secundò de actibus quæ possunt pertinere ad omnes. Pertinet autẽ ad prælatos præcipere, dispensare in præcepto, excommunicare rebellantes præceptis, & beneficia ecclesiastica conferre. Vnde circa primum quærũtur quatuor. Primò de obedientia ad præcepta prælatorum: vtrũm scilicet religiosus teneatur obedire prælato suo præcipienti ei in virtute obedientiæ, quòd reuelet ei crimen fratris occulti. Secundò circa dispensationem, vtrũm Papa possit dispẽsare sine bigamia. Tertiò circa excommunicationẽ, vtrũ aliquis teneatur vitare excommunicatos illos, de quorũ excommunicatione etiam inter peritos est diuersa sententia, quibusdam dicentibus eos excommunicatos esse, & aliis non esse. Quartò circa collationem beneficiorum, vtrũm prælatus ecclesiæ licitè possit dare beneficiũ consanguineo

sanguineo suo idoneo existenti, si æqua facultate occurrat ei alius magis idoneus.

ARTIC. XII.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd subditi nõ teneatur obedire prælato præcipienti reuelationem criminis occulti. Nullus enim tenetur obedire alicui in hoc quod non subditur eius iudicio. Sed occulta nõ subduntur iudicio humano: sed soli iudicio diuino: ergo circa eorum reuelationem nullus tenetur obedire prælato præcipienti.

¶SED CONTRA est quod prælatus in capitulo religiosorũ potest præcipere id de quo iudex secularis, vel ecclesiasticus potest exigere iuramentum. Sed quandóq; iudex secularis vel ecclesiasticus exigit iuramentum ab aliquo, vt reuelet id quod scit de aliquo occulto: vt dicit quædam decretalis de purgationibus: ergo pari ratione ipse prælatus in capitulo potest etiã religiosis præcipere in virtute ipsius obedientiæ, vt dicant ei si quid sciunt de aliquo crimine occulto.

¶RESPONDEO dicendum, quòd peccatum dupliciter potest esse occultũ. Vno modo simpliciter: ita scilicet q̃ ad multorũ notitiã nullo modo perueniat: & tale peccatũ occultũ nocet soli facienti, & ideo qui tale peccatũ occultũ fratris scit solũ hoc debet intẽdere vt fratris peccatis salutẽ procuret, vnde institutus est à domino ordo correctiõis fraternæ: vt primo quidẽ corripiat aliquis fratrẽ occultè peccãtẽ inter se, & ipsum solũ: postmodum adhibeat duos vel tres testes, & tũc tãdẽ si nõ corrigatur dicat Ecclesiæ, & ótra quẽ ordinẽ si prælatus præcipiat, vt peccatũ fratris occulrũ ei dicatur, nõ est obediendũ: & ipse peccat præcipiẽdo, quia oportet Deo magis quã hominibus obedire. Si autẽ peccatũ fratris nõ sit adeò occultũ, quin per aliquas suspitiões in multitudinis notitiã veniat, vnde multorũ scãdalũ oriatur, iã peccatũ nõ solũ nocet illi: sed multis: & quia bonũ multitudinis præfertur bono vnius, ideò prælatus debet diligenter inquirere veritatẽ de factο, vt scandalũ multitudinis cesset, vel per pœnam peccatis, vel per eius excusationẽ. Et ideò in tali casu potest præcipere sciẽti crimẽ fratris, q̃ manifestet: & ille cui præcipitur tenetur prælato obedire. Sic enim cũ non sit omnino occultũ crimen pertinet ad iudicium prælati: & in hoc casu loquitur decretalis, non autem in primo.

¶Vnde patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS XIII.

82 AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ Papa nõ possit dispẽsare in bigamię irregularitate, nõ enim potest ab homine dispẽsari in his quę sunt diuinitùs instituta vt Ber. dicit in libr. de dispẽsatione & præcepto. Sed doctrina Apostoli in qua cõtinetur q̃ bigamus nõ promoueatur: vt patet 1.Thi.3. & ad Titũ.1. diuinitus promulgata secundum illud Apostoli 2.ad Thimo.vltimo. An experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus: ergo Papa non potest cum bigamis dispensare.

¶SED CONTRA est quod in decretis dist.5. dicitur, quòd Papa cum quodam bigamo dispensauit.

¶RESPONDEO dicẽdum, q̃ Papa habet plenitudinẽ potestatis in Ecclesia, ita scilicet q̃ quæcũq; sunt instituta per Ecclesiã: vel Ecclesię prælatos sunt dispẽsabilia à Papa. Hęc enim sunt quę dicũtur esse iuris humani: vel iuris positiui. Circa ea verò quæ sunt iuris diuini: vel iuris naturalis dispẽsare nõ pòt, quia ista habẽt efficaciã ex institutiõe diuina. Ius aũt diuinũ est quod pertinet ad legẽ nouã: vel veterẽ. Sed hęc differẽtia est inter legẽ vtrãq;, quia lex vetus determinabat multa tã in præceptis cerimonialibus pertinentibus ad cultũ Dei, quã etiã in præceptis iudicialibus pertinẽtibus ad iustitiã inter homines cõseruandã, sed lex noua quę est lex libertatis, huiusmodi determinatiões nõ habet, sed est cõtenta præceptis moralibus naturalis legis & articulis fidei & sacramẽtis gratiæ, vnde & dicitur lex fidei & lex gratiæ, propter determinationẽ articulorũ fidei & efficaciã sacramentorũ. Cætera verò quæ pertinẽt ad determinationẽ humanorũ iudiciorũ, vel ad determinationẽ diuini cultus liberè permisit Christus: qui est nouę legislator: prælatis Ecclesiæ & principibus Christiani populi determinanda, vnde huiusmodi determinationes pertinẽt ad ius humanũ, in quo Papa pòt dispẽsare. In solis vero his quæ sunt de lege naturæ & in articulis fidei, & sacramẽtis nouæ legis dispẽsare nõ potest. Hoc enim non esset posse pro veritate, sed cõtra veritatẽ. Manifestum est autẽ q̃ bigamũ nõ promoueri, neq; est de lege naturę: ne-

que pertinet ad articulos fidei: neq; est de necessitate sacramẽti: quod patet ex hoc q̃ si bigamus ordinetur, recipit ordinis sacramentum, sed hoc pertinet ad quandã determinationem diuini cultus. Vnde circa hoc potest Papa dispẽsare, licèt dispẽsare nõ debeat nisi ex magna & euidẽti causa, sicut etiã posset dispensare circa hoc quòd aliquis sacerdos nõ indutus vestibus sacris consecraret corpus Christi. Et eadem ratio est de omnibus alijs huiusmodi: quæ ex institutione humana processerunt.

4.d.27.q. 3.arti.3.o.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Apostolus dupliciter in doctrina sua aliqua proposuit: quædã quidẽ sicut promulgans ius diuinum: sicut illud quod habetur ad Gal.1. Si circũcidimini Christus vobis nihil p̃derit, & multa alia huiusmodi, & in hoc papa nõ potest dispẽsare, quædã verò sicut propria auctoritate aliqua statuẽs. Nã ipse dicit.1.ad Corin. Cætera cũ venero disponam, & infra.16. mandauit, vt collectæ quæ fiunt in sanctos per vnã sabbati fiant, quod non pertinet ad ius diuinum. Et similiter etiam quod dicitur de bigamo non promouendo, non est iuris diuini, sed institutio auctoritatis humanæ diuinitùs homini concessæ.

ARTICVL. XIIII.

83 AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ non debeant vitari illi excõmunicati, circa quorum excõmunicationem sapiens contraria opinatur. Quia secundum iura Episcopus non potest auferre beneficiũ, quod clerico cõcessit sine culpa. Sed non minus debetur communio fidelium cuilibet fideli, quã beneficiũ clerico sibi ab Episcopo collatũ: ergo nec communio fidelium est alicui subtrahenda sine culpa. Sed quando dubitatur, an causa subsit, prõptior debet esse animus boni viri ad interpretandũ in mitiorẽ partẽ, ergo ex quo dubitatur de excommunicatione aliquorũ, magis debet aliquis per hoc fiare, q̃ non sint excommunicati. Et ita non debet eos vitare.

ar.48.c.& 4.d.18.q.2. art.4.q.2. c.3. De participio in patiente ex excõmunicatione.

¶SED CONTRA est quòd si aliquis percussus in bello moriatur si ignoretur quis eum percusserit propter duũ quilibet qui in bello interfuit, irregularis habetur secundum iura: ergo a simili videtur quòd ex quo dubium est de aliquibus an sint excommunicati, quòd propter maiorem cautelam sint vitandi.

¶RESPONDEO dicendum, quòd dubitatio de excõmunicatione aliquorum, aut præcedit sententiam iudicij aut sequitur. Si præcedit puta cùm nondum est declaratũ per iudicum consensum aliquos esse excommunicatos, non sunt vitandi quousque certo iudicio terminetur. In hoc enim casu certum est quòd in mitiorem partẽ interpretari debemus. Vnde & Deuteronomij vigesimoseptimo dicitur. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse perspexeris, & iudicium intra portas tuas videris verba variari, venies ad sacerdotes & ad iudicem quærẽsq; ab eis, & facies quodcúnque dixerint. Sed si ambiguum oriatur post concordem iudicum determinationem magis standum est sententiæ iudicum duplici ratione. Primò quidem: quia iudices sollicitiùs discutientes negotium, plenius possunt percipere veritatem: etiam si sint minus periti quàm alij qui perfunctoriè constituuntur & extraordinariè. Secundò quia hoc esset magnum nocumentum vtilitatis communis status hominum si sententię non staretur, sed quilibet pro suo libitu veller sententiæ calumniam ingerere, quia si litigia essent interminabilia, & ideò in tali casu magis est standum sententiæ iudicũ, nisi fortè sit per appellationem suspensa.

Deuteronom. ad rationẽ.

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

84

ARTICVLVS XV.

22.q.63.ar 1.2.ad 2.3. & ar.& ad 3.& q.185. ar.3. CIRCA quartum sic proceditur. Videtur quòd prælatus Ecclesiæ non possit Ecclesiæ curam committere suo consanguineo qnamuis idoneo, post posito meliori. Pater enim suæ filiæ quærit sponsum quam magis potest idoneum, & sponsus suæ sponsæ quærit fidelissimum custodem pro posse. Sed maior prælatus ad Ecclesiam sibi subiectã comparatur: vel sicut pater ad filiam: vel sicut sponsus ad spõsum: ergo debet ei de persona idonea prouidere, quantum ad melius potest.

¶Præterea. Ioannes Euangelista maximè fuit idoneus, & tamen quia cõsanguineus Christi erat secundũ carnẽ, prę tulit ei Petrũ in regimine Ecclesię, ergo etiã prælatus si habeat consanguineum æquè idoneum non debet ei prouidere in Ecclesia magis quàm alij æquè idoneo. Multò ergo minus si sit minus idoneus.

80 ¶SED CONTRA est quod secundum ordinem

Universidad de Deusto
Biblioteca

22.q.26.ar. 6.q.31. art. 3. & q. 32. ar.9.o.

rectum charitatis homo plus debet diligere sibi magis cõiunctos. Sed his quos magis ex charitate diligimus, etiam magis debemus prouidere, vnde eorum meritum crescat. Cùm ergo ex bona dispensatione ecclesię crescat meritum bene administrantis, videtur quòd prælatus magis debeat suis quàm extraneis prouidere, etiam si sint minus idonei.

¶RESPONDEO dicendum, quòd aliter est dicendũ de consanguineo prælati æquè idoneo, & aliter de minus idoneo. Si enim sit æquè idoneus, potest prælatus suũ consanguineum præferre, nisi fortè ex hoc scandalum oriatur, vel aliqui exinde malum exemplum accipiunt, vt pro habiliter præsumi possit, quòd alij prælati hoc exẽplo inducantur ad dandum suis consanguineis etiam minus dignis, & hoc ideò, quia ex quò nihil deperit vtilitati ecclesiæ cum æquè idoneo prouidetur, licet circa huiusmodi prouisionem etiam amori naturali satisfacere qui nõ est contrarius charitati, sed magis charitate informatur. Et hoc significatur Gen. 48. Vbi Pharao dixit ad Ioseph de fratribus suis. Si nosti in eis viros industrios, cõstitue eos magistros pecorũ meorũ. Si verò sit minus idoneus cõsanguineus prælati, non debet eum præficere ad curam ecclesiæ postposito meliori, duplici ratione. Primò quidem quia hoc videtur esse cum fidelitate quam in bono dispẽsatore dominus requirit. Non enim faceret fideliter negocium alicuius domini qui posset rẽ eius meliorare, si hoc prætermitteret vt suis consanguineis satisfaceret. Secundò quia hoc videtur ad personarum acceptionem pertinere, quæ consistit in hoc quòd aliquis accipit pro causa conditionem personæ quæ non facit ad negocium, sicut si aliquis daret sententiam pro aliquo, quia dives est, & non quia iustitiam habet, quæ est conditio faciens ad negotium. Esse autem consanguineum, non est aliqua conditio pertinens ad curam ecclesiæ, quæ non obtinetur iure sanguinis, sed diuino munere. Esset autem conditio faciens ad negotium circa dispẽsationem patrimonialium bonorũ, vnde si episcopus de patrimonialibus bonis magis prouideat suo consanguineo minus idoneo, non est acceptio personarum. Sed si ratione consanguinitatis ei prouideat in patrimonio crucifixi, non caret vitio personarum acceptionis, quam Aug. dicit in ecclesiasticis gradibus dispensandis, exponens illud quod habetur Iacob. 1. Nolite in personarum acceptione habere fidem domini nostri Iesu Christi, Hieroni. etiam dicit, & habetur 8. q.1. Extraneus ex alia tribù Moyse eligitur, vt signaret principarum in populos non sanguini deferendum esse, sed vitæ, ac nunc cernimus plurimos hanc rem beneficio facere, vt non quærant eos in ecclesia columnas eligere, quos plus cognoscant ecclesiæ prodesse. sed quos vel ipsi amãt, vel quorum sunt obsequijs deliniti.

q.vlt.116. & 22.q.63.ar. 3.c.& veri. q.2.arti.9. ad 14.

Acceptio personarum in quocũq; statu. ar.106.c.

Iacobi 2. Canon.

QVAESTIO IX.

DEINDE quæritur de actibus qui possunt ad omnes homines pertinere. Et primò de actibus pertinentibus ad vim intellectiuam. Secundò de actibus pertinentibus, ad vim appetitiuam. Circa primũ quæsita sunt tria. Primò vtrùm possit aliquis sine peccato appetere scire scientias magicas. Secundò vtrùm enunciabile quod semel est verum semper sit verum. Tertiò vtrùm magister determinando quæstiones theologicas magis debeat vti ratione vel auctoritate.

85

ARTICVLVS XVI.

art.60.1.& 2.d 30.q.1. dil 5.ar.2.

AD PRIMVM sic procedebatur. Videtur quòd homo sine peccato possit appetere scire scientias magicas. Non enim est peccatum appetere illud per quod ponitur intellectus hominis in optio. Sed per quãlibet scientiam ponitur intellectus hominis in optimo, quia verum est bonum intellectus, vt dicitur in sexto Ethi. Scientia autem verorũ est, ergo hoc potest licitè appetere scire quãcũque scientiam, & ita sine peccato potest homo appetere scire scientias magicas.

¶SED CONTRA. Prohibitio non est nisi de illicito. Sed scientiæ magicæ sunt prohibitæ: ergo illicitum est appetere eas scire.

22.q.13.ar. 2.& 2.o.et 2.d.36.art. 5.o.

¶RESPONDEO dicendum, quòd actus humanus potest dici dupliciter. Vno modo ex genere. Alio modo ex circunstantia. Ex genere quidem dicitur esse actus bonus ex eo quòd actus cadit sub debitam materiam, debita autem materia appetitus est bonum vnde appetere quodcũque bonum est bonum in genere, omnis autem scientia siue quæcũque cognitio bonum aliquid est, aliquin Deus cui nihil mali inest, non haberet omnem scientiam tam bonorum quàm malorũ, vnde appetere quamcũque scientiam vel notitiam, quarumcũque rerum siue bonarum siue malarum, est bonum in genere. Sed tamen secundum diuersas circũstantias additas potest esse bonum vel malum, & præcipuè hęc diuersificantur secundum intentionem finis. Nam si aliquis appetat scire scientias magicas vt eis etiam vtatur, est malum. Si autem appetat eas scire vt eas confuret & reprobet, sic est bonũ & licitum. Similiter etiam ex conditione personæ potest hoc diuersificari, vel etiam ex modo appetendi. Si enim sic aliquis appetat scire huiusmodi scientias vt earum notitiam præferat aliis vtiliorib. rebus, inordinatus est appetitus, & similiter si sit talis persona ad quam non pertineat hoc scire, inordinatè hoc appetit.

1.p.q.22.ar.2. & 3.ad 2.& 3.

22.q.1.arti. 3.ad 2.& 3.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd omnis scientia ponit intellectũ in aliquo sui bono, quia omne verum est quoddam bonum intellectus, sed non omnis scientia ponit intellectum in sui optimo, sed illa sola quæ est circa primã veritatem, nec etiam verum est q̃ magicę artes sint scientiæ, sed potius sunt quędam fallaciæ dæmonum.

57.ar.3.ad 1.& 22.q. 95.ar.2.ad 2.86.

¶Ad secundum dicendũ, quòd huiusmodi artes sunt prohibitæ quantum ad suum vsum. Si verò prohiberetur alicui etiam earum studium propter periculum vtendi tũc esset malum quia prohibitum.

86

ARTICVLVS XVII.

1.p.q.14.ar. 15.ad 3.& 1.ad.41.ar. 5.c.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ non oporteat enunciabile quod semel est verũ semper futurum esse verum. Si enim hoc esset verum in alijs enunciabilibus, pari ratione hoc esset verum in enũciabilibus de futuro. Sed in illis hoc non est verum, quia vt dicit philosophus in 2.de generatione. (T.c.64.) Futurus quis incedere non incedet: ergo non oportet enunciabile quod semel est verum, semper esse futurum verum.

¶Præterea, si partes sunt eædem, & totũ est idem. Sed partes enunciabilis sunt prædicatum & subiectum & cõpositio, ergo idem est enũciabile existente eodem prædicato & subiecto & compositione, sed taliter existente eodem enunciabili contingit quòd sit quandóque verum & quandóque falsum, sicut hoc enũciabile sor. sedere est verum eo sedente, & falsum eo non sedente, secundum illud philosophi in prædicamentis. Ex eo quòd res est, vel non est, oratio est vera vel falsa: ergo enunciabile quod semel est verum, non propter hoc semper est verum.

¶SED CONTRA ista enunciabilia. Sortẽ currere & & sortem cucurrisse, & sortem fore cursurum non differunt nisi secundum diuersam consignificationem temporis. Sed diuersa consignificatio non tollit identitatem nominis. Idem enim nomen dicitur esse per omnes casus & in singulari & in plurali numero: ergo etiam prædicta tria enunciabilia sunt idem enunciabile. Sed si vnum horum semel sit verum semper oportet quòd aliquod eorũ sit verum, quia si semel est verũ quòd sortes currit, prius erat verum quòd sortes curret, & posteà erit verũ quòd sortes cucurrit: ergo si enunciabile aliquod semel est verum, semper erit verum.

1.dist.1.q.1. ar.1.c.& po 45.q.3.arti. 6.c.

3.d.24.ar. 1.q.2.ad 5. & verit.q. 14.ar.12.

¶RESPONDEO dicendum, quòd huius dubitationis vis, in hoc consistit vt sciatur vtrùm sit idem enunciabile quod est de præsenti præterito & futuro. Si enim hoc verum sit, consequens erit quod enunciabile quod semel est verum semper erit verum, licèt fortè hoc dubitationem aliquam habere possit circa enunciabilia de futuro contingenti, sed hoc est altioris inquisitionis. Si verò sint diuersa enunciabilia de præsenti præterito & futuro, est autem idem enunciabile quod est de præsenti qualitercũque res se habeat, manifestum est quòd idẽ enunciabile quandóq; est verũ, quandóq; falsum, secundũ q̃ philosophus dicit in prædicamentis. Quod eadem oratio & opinio quãdóq; est vera quandóq; falsa. Ad cuius euidẽtiam, sciendum est quòd secundum philosophum in 1. Periermenias, tria quædam per ordinem inueniuntur. Nam voces sunt signa intellectus, intellectus autem sunt rerum similitudines, manifestum est autem quòd vnitas vocis significatiuæ rei diuersitas non dependet ex vnitate vel diuersitate vel significatę, alioquin non esset aliquod nomẽ æquiuocum. Secundum hoc enim si sint diuersæ res essent diuersa nomina & nõ idẽ nomẽ. Depẽdet ergo vnitas, vel diuersitas vocis significatiuæ siue complexè siue incomplexè ex vnitate vel diuersitate vocis, vel intellectus, quorum vnum scilicet vox est signum & non signatum tãtum: intellectus autem signum & signatum, sicut & res. Potest ergo nomen vel enunciabile esse aliud & aliud vel propter diuersitatẽ vocis tantũ: sicut est in synonimis: in quibus est diuersa vox, sed idem significatũ omninò, vel etiã cũ diuersitate vocis potest esse diuersitas intellectuũ, siue propter diuersitatem rei intellectæ, siue propter diuersitatem modi intelligendi, & hoc cõtingit quãdocũq; est diuersitas cõsignificatiõis, q̃ cõsequitur diuersum modũ intelligendi vnã & eandẽ rẽ, & præcipuè hoc apparet in tẽpore: quod per se cõmiscetur operationi intellectus humani cõponentis & diuidentis: vt dicitur in 3. de anima. Et ideò dicendum est, q̃ non est idẽ enunciabile Sortẽ sedere & sortẽ sedisse: vel sessurum esse: sed Sortẽ sedere est idem enunciabile, quia est eadem vox & idem modus significandi: & ideò patet quòd idem enunciabile potest quandóq; esse verum quandóque falsum.

1.p.q.13.ar. 4.ad 1.po. q.9.ari. 7. ad 13.

verit.q.2.ar. 6.c.ad 2. & 1.Peri.lect.

¶Vnde duo prima concedimus.

¶Ad tertiũ dicendũ, q̃ diuersitas consignificationis tollit nominis identitatẽ, intantũ q̃ obliqui secũdũ Philosophũ nõ sunt nomina sunt tamen vnũ nomen non simpliciter: sed inquantum conueniunt in vno ordine declinationis.

87

Contra gentiles lib.1.c. 2.8.& 9.

ARTICVLVS XVIII.

CIRCA tertiũ sic proceditur. Videtur q̃ magister determinãs quæstiões theologicas magis debeat vti auctoritatibus, quã rationibus, quia in qualibet sciẽtia quæstiones optimè determinantur per prima principia illius sciẽtiæ. Sed prima principia scientię theologicę sunt articuli fidei: qui nobis per auctoritates innotescũt ergo maxime q̃stiões theologicę sũt determinãdæ per auctoritates.

¶SED CONTRA est quod dicitur ad Titũ. 1. vt sint potẽtes exhortari in doctrina sana & cõtradicẽtes reuincere. Sed cõtradicentes meliùs reuincũtur rationibus quã auctoritatibus: ergo magis oportet determinare quæstiones per rationes, quàm per auctoritates.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ quilibet actus exequendus est secundũ q̃ cõuenit ad suum finẽ, disputatio autẽ ad duplicẽ finẽ potest ordinari. Quędã enim disputatio ordinatur ad remouendũ dubitationẽ an ita sit, & in tali disputatiõe theologica maximè vtendũ est auctoritatibus quas recipiunt illi cũ quibus disputatur, puta si cũ Iudęis disputetur, oportet inducere auctoritates veteris Testamẽti. Si cũ Manichæis qui vetus testamẽtum respuũt, oportet vti solũ auctoritatibus noui Testamẽti. Si autẽ cũ scismaticis qui recipiunt verus & nouum testamẽtũ, non autẽ doctrinã sanctorũ nostrorum, sicut sunt Græci, oportet cum eis disputare ex auctoritatibus noui vel veteris Testamẽti, & illorũ doctorũ, quos ipsi recipiunt. Si autem nullã auctoritatẽ recipiunt, oportet ad eos conuincendos ad ratiões naturales cõfugere. Quædã verò disputatio est magistralis in scolis non ad remouẽdum errorẽ, sed ad instruendũ auditores, vt inducantur ad intellectũ veritatis quã intẽdit, & tunc oportet rationibus initi inuestigãtibus veritatis radicẽ, & facientibus scire quomodò sit verũ quod dicitur, alioquin si nudis auctoritatibus magister quæstionẽ determinet certificabitur quidẽ auditor q̃ ita est, sed nihil scientiæ, vel intellectus acquiret, sed vacuus abscedet.

4.d.49.q. 1.ar.3.q.2. ad 7.& 22. q.13.a.4.o. & martyr. 88

¶Et per hæc patet responsio ad obiecta.

QVAESTIO X.

DEINDE quæritur de rebus pertinẽtibus ad vim appetitiuã. Et primò de bonis. Secũdò de malis.

¶Circa primũ quæruntur duo de martyrio. Primò, vtrùm aliquis absque perfecta charitate possit se ad martyrium offerre. Secundò, vtrùm sustinere martyrium pro Christo sit in præcepto.

ARTICVLVS XIX.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ aliquis absque perfecta charitate possit se martyrio offerre: quia super illud Psal. Ideò dilexi mandata tua super aurum & topaziõ. dicit Glos. q̃ minima charitas plus diligit Dei legẽ quã milliaria auri & argẽti: & eadẽ ratiõe quã omnia tẽporalia. Sed id qd minus diligimus exponimus pro eo, qd magis diligimus: ergo & omnia tẽporalia, & etiã propriam vitam potest exponere pro Christo, qui habet minimam charitatem.

¶SED CONTRA. Si aliquis absq; perfecta charitate põt se offerre martyrio: ergo pari ratiõe poterit martyriũ sustinere absq; charitate perfecta. Sed hoc videtur esse falsum secũdũ illud Io. 3. Maiorẽ charitatẽ nemo habet quã vt animã suã ponat quis pro amicis suis, ergo aliquis absque charitate perfecta non potest se ad martyrium offerre.

¶RESPONDEO dicẽdũ in operibus virtutũ duo sunt attẽdenda. I. id quod fit: & modus faciẽdi. Cõtingit autem idẽ factũ, quod fit secundũ aliquã perfectam virtutẽ, fieri etiã nõ solũ ab habẽte paruã virtutẽ: sed etiã à nõ habente virtutẽ, sicut aliquis nõ habẽs iustitiã põt facere aliquod opus iustũ. Sed si attendamus ad modũ faciẽdi, ille qui nõ habet virtutẽ non põt operari, sicut ille qui habet: nec ille qui habet paruã, sicut ille qui habet magnã: qui operatur faciliter & prõptè & delectabiliter, quod nõ ita facit ille qui caret virtute: vel qui paruã habet. Sic ergo dicẽdũ est, q̃ hoc opus quod est offerre se martyrio vel etiã martyriũ sufferre põt facere non solũ charitas perfecta: sed etiã imperfecta, & quod plus est etiã ille qui caret charitate. Secundũ illud Apostoli 1. ad Corin. 13. Si tradidero corpus meũ ita vt ardeã, charitatẽ autẽ non habeã, &c. Sed charitas perfecta hoc facit prõptè & delectabiliter: sicut patet de Laurẽtio & Vincẽtio, qui in tormentis hilaritatẽ ostẽderunt, hoc autem non potest facere charitas imperfecta: vel etiam ille qui charitate caret.

2.q.2.44. ar.4.5.& 8.4.

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

89

ARTICVLVS XX.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ pati martyrium propter Christũ nõ sit in præcepto. Minus enim videtur q̃ homo det suã, quã q̃ proprium corpus ponat, vt dicit Gre. in illa Omel. Ego sum pastor bonus. Sed dimittere omnia sua propter Christum nõ cadit sub præcepto, sed sub consilio, ergo etiam exponere corpus suũ martyrio non cadit sub præcepto.

22.q.124. art.1.ad 3. & ar.3.ad 1.& 4.dist. 49.q.5.ar. 3.q.2.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit 13. de ciui. Deĩ: Cũ dictum est homini morieris si peccaueris, non dicitur martyri morere ne pecces. Sed illud quod oportet nos facere ne peccemus, cadit sub præcepto: ergo mors martyrum cadit sub præcepto.

3.q.2.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ aliquid cadit sub præcepto dupliciter. Vno modo absolutè. Alio modo secundũ animi præparationẽ, quia enim præceptũ importat rationẽ debiti, illud absolutè cadit sub præcepto, quod est debitũ propter aliquod præexistẽs, sicut præceptũ de honoratione parentũ: vel de amãdo Deũ. Sed quãdóq; contingit, q̃ id quod facit aliquid esse debitum, nondũ præcessit, sed potest occurrere. Vnde hoc cadit sub præcepto non absolutè, sed secundũ præparationẽ animi, ita scilicet vt homo habeat animum paratum ad faciẽdum illud, quod debitum redditur ex aliqua causa occurrẽte, & hoc modo exponit Aug. illa domini præcepta quæ ponuntur Mart. 5. Si quis percusserit te in vnã maxillã, præbe ei & aliã, quia scilicet si opus esset, & hoc exigeret salus aliorum, homo debet esse paratus ad hoc faciẽdum, & per hunc modum sustinere martyrium propter Christum cadit sub præcepto, quia si homo debet habere animum paratum vt prius permitteret se occidi, quã Christũ negaret vel mortaliter peccaret: & sic etiam relinquere bona propria cadit sub præcepto: quia debet esse paratus animus Christiani magis sustinere rapinam bonorum suorum quã Christũ negare, vel mortaliter peccare.

ar.113.c.& 12.q.99.ar. 1.5.c.& po. q.10.ar.4. ad 8.

Matth. 22. vbi supra.

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

QVAEST. XI.

DEINDE quæritur de actibus malis, scilicet de primis motibus.

¶Circa quos quę̃ ita sunt duo. Primò, vtrùm primi motus semper sint peccata. Secundò, vtrùm in infidelibus sint peccata mortalia.

90

ARTIC. XXI.

AD PRIMVM sic procedebatur. Videtur q̃ primus motus semper sit peccatũ, dicit enim Magister 22. distẽcũdi libri Sentẽtiarũ, q̃ tẽtatio à carne nõ põt esse sine peccato. Sed quãdocũq; est primus motus est tentatio à carne: ergo primus motus non potest esse sine peccato.

1.p.q.19.ar. 11c.9.

¶SED CONTRA est quod ad Rom. 6. super illud. Nõ ergo regnet peccatũ in vestro mortali corpore. dicit glo. Non prohibet concupiscentiam quæ vitari nõ potest; sed illud quod non potest vitari non est peccatum, ergo concupiscentia quæ est primus motus non est peccatum.

¶RESPONDEO dicendum quòd motus importat inclinationem quãdam ad terminum, quæ quidem inclinatio pertinet ad appetitum in humanis actibus. Est autem in homine triplex appetitus: vnus quidem naturalis, secũdum quòd vis appetitiua pertinet ad animam vegetabilem, sicut & vis digestiua & expulsiua & retentiua. Secundus appetitus est sensualitatis, qui mouetur secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum apprehentionem sensus. Tertius appetitus est voluntatis, qui mouetur secundū iudicium rationis. Peccatū q̄ habet rationem culpæ de quo nunc loquimur, nō potest esse nisi in actu volūtario, qui scilicet est aliqualiter in potestate peccantis, actus autem appetitus naturalis nō subiacet imperio rationis, sicut nec actus aliarum potentiarum vegetabilis animæ, & ideò in actu talis appetitus nō potest consistere culpa, sicut quòd homo esuriat vel sitiat absque culpa est, & idem dicendū est in alijs huiusmodi. Sed actus appetitus sensitiui subiacet imperio rationis, quia ratio præueniens ipsum, potest eum imperare vel etiam impedire: & ideò talis motus potest iam habere rationem culpæ: & si sequatur iudiciū rationis, poterit etiā esse peccatum mortale: sicut & motus exteriorū membrorum imperati à ratione: Si autem præueniat iudicium rationis, est quidem peccatum: si tendat in aliquid illicitum quia in potestate hominis fuit ipsum cohibere, est tamen veniale peccatum & leuissimum: vt patet per Aug. 12. de tri. & hoc dicitur primus motus peccati motus autē superioris appetitus, idest voluntatis consequens iudicium rationis, iam potest esse peccatum mortale.

¶PRIMVM ergo concedimus.

¶Ad secundum dicendum quòd concupiscentia non potest vitari sic, quòd nullus concupiscentię motus surgat: quidam resistitur vni, insurgit alius, possunt tamen vitari singuli: & ex hoc quilibet habet aliquid de ratione peccati: licèt non habeat rationem perfecti peccati: quod est peccatum mortale.

ARTICVLVS XXII.

CIrca secundum sic proceditur. Videtur quòd primi motus in infidelibus sint peccata mortalia. Quia sicut Ansel. dicit in lib. de gratia & lib. ar. Eos qui non sunt in Christo Iesu, sequitur damnatio si sentiunt concupiscentiam: etiam si non consentiant: sed sentire concupiscentiam est habere primum concupiscentię motum: ergo fideles qui non sunt in Christo Iesu peccant mortaliter, secundum primos motus, quia damnatio non debetur nisi peccato mortali.

¶Præterea, quilibet homo debet habere originalem iustitiam: secundum quam concupiscentia reprimebatur: sed contra hoc debitum est quilibet cōcupiscentię motus: ergo quilibet concupiscentiæ motus est peccatum mortale. Omne enim quod est contra debitum, habet peccati mortalis rationem. Sed contra. Quanto est gradus altior, tanto est casus grauior. Sed altior est gradus fidelis, quàm infidelis. Cùm ergo primi motus fidelium non sint peccata mortalia, multo minus primi motus infidelium.

artic.90. ¶RESPONDEO dicendum, quòd primus motus sicut dictum est, est motus sensualitatis præueniens deliberationem rationis: eadem autem natura sensualitatis est & rationis in fidelibus & in infidelibus. Ad naturam autem sensualitatis & rationis pertinet quòd motus sensualitatis quę est absque deliberatione rationis non possit esse peccatum mortale, quia peccatum mortale est quod consistit in auersione à Deo ad quem conuerti non potest
12.q.15.ar. homo nisi per rationem: & per consequens auersio à
1.& 4. Deo quæ constituit peccatum mortale, nō potest esse nisi
22. q. 158. in ratione: vt patet per Aug. 12. de trini. & ideò dicendum
art. 2. ad 3. est quòd primi motus infidelium non sunt peccata mortalia sed venialia.
& verit. q. 26. ar. 6. ad 16. ¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd dictum Anselmi dependet ex verbo Apostoli, qui concludit ad Ro. 8. quòd nihil est damnationis his qui sunt in Christo Iesu: qui non secundum carnem ambulant. Videtur ergo quòd his qui non sunt in Christo Iesu sit aliquid damnationis: etiam si non secundum carnem ambulent motibus carnis consentientes: alioquin nihil plus haberent hi qui sunt in Christo Iesu quàm alij. Est ergo aliquid damnationis his qui nō sunt in Christo Iesu, si sentiant motus carnis: quamuis non consentiant: quod quidem qualiter sit intelligendum, ex processu apostoli apparet: premiserat enim reparationē gratię inchoatā esse in his qui sunt in Christo Iesu quātū ad mentē, licèt nō quantū ad carnē. Pręmiserat enim Ego ipse mente quidē seruio legi Dei, carne aūt legi peccati. s. propter legem fomitis: qui adhuc manet in corporis membris. Ne ergo hi qui sunt in Christo Iesu viderentur adhuc pristinę, damnationi subiacere propter fomitis motus, concludit apostolus quòd nihil est damnationis his qui sunt in Christo Iesu: si non secundum carnem ambulant: quia damnatio originalis peccati: soluta est per gratiam Christi: quāuis actu remaneat fomes peccati: damnationem verò actualis peccati non incurrunt: quia non ambulant secundum carnem. In infidelibus verò manet peccatū originale nō solū actu: sed etiā reatu, ideò est in eis aliquid damnationis ex parte originalis peccati, non autem ex parte actualis, si concupiscentijs non consentiant. Ex hoc ergo non sequitur quòd in infidelibus primus motus inducat damnationem peccati mortalis: sed sequitur quod habeat annexam damnationem originalis peccati.

12.q.74.ar 3.ad 2.& q. 81.art.3.ad 2. ¶Ad secundum dicendum quòd debitum originalis iustię pertinet ad ipsam personam infidelem ratione humanę naturę: quam à primo parente traxit: cui collata est originalis iustitia: & ideò id quod pertinet ad defectum originalis iustitię pertinet ad peccatum naturę, scilicet ad peccatum originale, non autem ad peccatum actuale. quale est peccatum mortale.

92

QVAEST. XII. ART. XXIII.

22.q.189. 3.ar.1.ad 2. & q. 190. ar. 3. ad 4. & ad 17. huius. QVAESTIO est, verùm pueri non exercitati in præceptis, sint recipiendi vel obligandi voto vel iuramento: vel beneficijs alliciendi ad ingressum religionis: Et videtur quòd non. Perfectio enim consiliorum ad quā ordinantur religiones, à Christo exordium sumpsit. Sed Christus primò consilium perfectionis dedit adolescenti qui præcepta seruauerat: vt patet Mat. 19. ergo soli illi qui sunt exercitati in præceptis, sunt ad religionem obligandi vel recipiendi.

¶Præterea. Greg. dicit super Ezech. Nemo repentè fit summus. Sed in bona conuersatione à minimis quis incipit, vt ad magna perueniat. Sed magna sunt consilia quæ pertinent ad perfectionem vitę: minora autem sunt præcepta quæ pertinent ad omnem iustitiam: ergo prius debent pueri exercitari in præceptis, quàm ad consilia inducantur.

¶Præterea, Exo. 21. dicitur. Si quis aperuerit cisternam, de cideritque bos vel asinus in eam, dominus cisternę reddet præcium iumentorum. Sed ille qui aliquem puerum nondum in præceptis exercitatum ad religionem inducit quodammodo aperit ei cisternam: quia plerique tales religione n ingredientes egrediuntur: & in desperationem incidunt quasi in quandam spiritualem cisternam: ergo videtur quòd ille qui eum inducit hoc ei, imputetur ad peccatum.

¶Præterea, illud quod est expediens communi vtilitati, non est tollendum. Sed expedit communi vtilitati, quòd homines propria libertate vtantur ad bonum faciendum ergo non est aliquibus auferenda talis libertas per obligationem voti vel iuramenti.

¶Preterea, Beatus Benedictus monachorum instituit almificus in sua regula statuit quòd venientibus ad religionem, non sit facilis præbendus ingressus, sed probandū sit an spiritus à Deo sit, ergo multo minus sunt aliqui muneribus vel beneficijs alliciendi.

¶Præterea Gregorius dicit & habetur in decretis distinctione 48. Scimus quòd ædificati parietes non prius tignorum pondus accipiunt, nisi natiuitatis suæ humore siccentur, ne si ante pondera quam solidentur accipiant cuncta simul ad terram fabricam deponant. Sed pueri qui nondum sunt exercitati in præceptis, sunt quasi parietes nondum desiccati: ergo non sunt eis imponenda tigna. idest grauia religionis instituta.

¶Præterea, status religionis, est status pœnitētię. Sed pueri excipiuntur ab omni pœnitentię coertione: vt habetur in decretis de pœnitentia. di. 4. ergo non sunt ad religionem inducendi.

¶Præterea, sicut dicitur. 20. q. 3. Quod quis non optat nec eligit profectò non diligit: quod autem non diligit facilè contemnit. Sed pueri antequam sint exercitati, non habent firmam electionem: ergo nec firmam dilectionem, facilè ergo religionem contemnent, si in tali ętate ad religionem inducantur.

¶Præterea, Prou. 14. dicitur, Substantia festinata minuetur: sed videtur esse nimia festinantia quòd aliquis ad consilia conuolet nondum in præceptis exercitatus: ergo videtur quòd bonorum spiritualium substantia de facili minuatur: ergo non sunt ad religionem inducendi.

¶Præterea. non minor cura est adhibenda in ingressu religionis, quàm in susceptione ordinis. Sed in ordinibus prohibentur ad maiores accedere, qui minores non acceperunt

perunt, ergo etiam nec debet aliquis ad obseruantiam cō filiorum religionē trāfire: nisi prius præceptis obseruatis.

¶Præterea. Duo sunt homini necessaria, scilicet intelligere verum & operari bonum: sed intelligendo verum stultus reputaretur, qui prius ad difficiliora se transferret, quàm leuiora intelligeret: ergo stultum est in comparatione boni, quòd aliquis prius transeat ad consilia, quàm in præceptis exerciteur.

¶Præterea. Cuilibet in religione existenti conuenit curā agere aliorum vel saltē suipsius: sed in his qui eliguntur ad aliquam curam Ecclesiasticam: oportet eligere meliores: ergo oportet eos qui ad religionem assumūtur eligere meliores, hi autem sunt qui sunt exercitati in præceptis: ergo tales sunt ad religionem inducendi.

¶Præterea. Illud quod est in se bonū: si ex eo sumatur peccati occasio, est abijciēdum: sicut serpens eneus quē Moyses fecerat ex mandato domini ad sanandum filios Israel, vt habetur Numeri. 21. Ezechias combussit: quia ex eo sumebatur idolatriæ occasio: similiter etiam quamuis benedictio sit secundum se bona: tamen reprehenditur si minor præsente maiore benedicit, cùm ergo aliqui inexercitati in præceptis sumant occasionem peccati ex ingressu religionis ab ea recedentes, quamuis religio sit secundū se bona: tamen videtur quòd inexercitatos ad religionem inducere sit vitandum.

¶Præterea. Grego. dicit, & habetur in decretis distinctione 48. Casum appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abruta quærit ascensum, sed procedere ad consilia non obseruatis præceptis est postponere gradum: ergo videtur quòd hoc sit casum quærere, & ita ad hoc non sunt aliqui inducendi.

¶Præterea. Damas. dicit in 2. libr. quòd non est inutile inexpertum existētem & improbatum incorruptione frui, vt non in superbiam incidat & iudicium diaboli: ergo pari ratione non est inutile improbatos & inexpertos in præceptis ad statum contemplationis assumi, ad quem religio ordinatur.

¶Præterea. Greg. dicit in 6. Moral. Post Lyę amplexus, ad Rachelē Iacob peruenit: quia perfectus quisq; antè actiuæ vitæ ad fœcunditatem iungitur: & post contemplatiuę ad requiem copulatur. Sed actiua vita consistit in obseruantia præceptorum: status autem religionis pertinet ad vitam contemplatiuam, ergo non sunt aliqui ad religionē inducendi, antequàm sint in præceptis exercitati.

¶Præterea. Nulla promissio est facienda, cuius solutio nō est licita. Sed soluere aliquid alicui pro ingressu religionis non est licitum, vnde dicitur. 22. q. 2. c. quampio. Nunquā legimus Deum discipulos vel eorum ministerio conuersos quempiam ad Dei cultum aliquo muneris interuentu prouocasse: ergo non sunt aliqui promissionibus ad religionem alliciendi.

¶Præterea. Nullus qui non est exercitatus in armis, secūdum leges est admittendus ad militiam corporalē. Sed religio est status militiæ spiritualis: ergo non sunt aliqui recipiendi ad religionem: nisi prius exercitati in præceptis quasi in quibusdam spiritualibus armis.

¶Præterea. Qui non potest se obligare ad minus, nō potest se obligare ad maius nisi fit necessariū. Sed puer ante decimūquartum annum non potest se obligare ad matrimonium quod minus est: ergo multo minus ad religionem.

¶Præterea, legitur Marci 5. quòd dominus demoniacum curatum nō permisit secum intrare nauim: quæ significat crucem & religionem, per demoniacum autem curatum signantur homines à peccatis conuersi: ergo non sunt ad religionem accipiendi peccatores statim conuersi antequàm in præceptis exercitentur.

¶Præterea, bonorū operū fructus habere debemus, quādo de Aegipto eximus, vt dicit quędā Gl. Exo. 11. Sed exire de Aegipto, est exire de mundo religionē intrando, ergo illi qui volunt religionē intrare debent prius fructum bonorum operum habere per obseruantiam præceptorū.

¶Præterea. Augu. dicit in lib. de sermone domini in mōte, quòd omnis præsumptio est coercenda, sed magna præsumptio videtur esse ꝙ aliquis velit ascendere ad arcē cō filiorū, nondū obseruatis præceptis, ergo tales sunt coercendi: & non alliciendi ad religionis ingressum.

¶Præterea. Augustinus dicit in eodem lib. quòd maiora maioribus: & minora minoribus sunt exhibenda. Sed consilia sunt maiora: ergo non sunt pueris inexercitatis exhibēda, & ita pueri nondum exercitati in præceptis non sunt ad religionem trahendi.

¶SED CONTRA est quòd dicitur 20. q. 2. Si in qualibet & infra. Parentibus sanè filios suos ad religionem trādere non ampliùs quā vltra decimūquartum annum ætatis suæ linea esse poterit. Posteà verò aut cū voluntate parentum eorum aut si suæ deuotionis sit sollicitarium votum erit filijs licitum religiōis assumere cultum. Sed post quartūdecimū annū nō statim sunt homines in præceptis exercitati: ergo possunt religionē ingredi pueri antequā sint in præceptis exercitati.

¶Præterea, maius est quòd aliquis assumatur ad regimen sui & aliorum, quàm quòd recipiatur in religione in qua sub regimine alterius viuit. Sed Salomon adhuc puer existens assumptus est ad regnum sui & aliorum. Vnde dicitur 1. Paralip. 29. Locutus est Dauid Rex ad omnem Ecclesiam. Salomonē filium meum elegit Deus adhuc puerum & tenellum: ergo multò magis possunt pueri non exercitati in præceptis ad religionem recipi, vel induci. *Salomō puer ad regnū est assumptus.*

¶Præterea. Illud votum non est illicitum, ex quo nō reduntur aliqui rei si soluant, sed sicut dicit Ambrosius. Illæ quæquè in puerilibus annis continentiam vouerunt, non constituuntur reę si votum exoluant: ergo quòd aliqui voto astringantur ad religionem in puerilibus annis non est illicitum. *Ambro.*

¶Præterea, nihil est illicitum per quod aliquis à bono nō retrahitur. Sed qui pronocatur ad meliora non retrahitur à bono: ergo cùm status religionis sit melior quo obseruantur consilia, quàm status vitæ secularis: in quo simpliciter obseruantur præcepta: videtur quòd non sit illicitū inducere pueros ad religionem voto, vel iuramento: aut etiam beneficio antequàm in præceptis exercitati.

¶Præterea. 20. quęstio. 1. dicitur. Firma tunc erit virginitatis professio, ex quo adulta iam ætas esse cœperit: & quę solet apta nuptijs deputari: sed non statim in hac ætate viri vel mulieres sunt in præceptis exercitati, ergo antequàm aliqui in præceptis exercitentur, licitè possunt religioni astringi voto, vel iuramento. *Canon.*

¶Præterea, si talis obligatio esset illicita, scilicet qua pueri non exercitati in præceptis voto: vel iuramento ad religionem obligantur, aut hoc esset quia est secundum se mala: aut quia est prohibita: sed non est secundum se mala: quia sic executio siue adimpletio promissionis esset peior & perseuerantia pessima. Cuius contrarium videmus: quia adimplentes ea quæ promiserant in puerilibus annis, & in promissis perseuerantes maximè commendantur. Similiter etiam non est illicita talis obligatio, quia prohibita. Non enim prohibetur lege veteri. Dicitur enim Numeri trigesimo. Mulier si quippiam vo- *Numeri30.*
uerit & se constrinxerit inramento quæ in domo patris sui & in ætate adhuc puellari: si cognouerit pater vorum quod pollicita est, & iuramentum quo obligauit animam suā: & tacuerit, voti rea erit, & quicquid pollicita est, & iurauit, opere complebit: si autem vt audierit contradixerit pater, & vota & iuramenta eius irrita erunt nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo quod contradixerit pater. Similiter etiam non est prohibitum in iure canonico: quia in decreto Leonis Papæ, hæc eadem auctoritas inducitur. Similiter etiam non est prohibitum lege Euā- *Leo papa.*
gelij quæ maximè inducit homines à recedendo à mundo & ad sequendū perfectiōis operā: ergo licitū est obligare votos vel iuramento pueros nondum excercitatos in præceptis ad religionem.

¶RESPONDEO dicendū, quòd hoc quod pro quęstione hic inducitur dubitationē nō habet nisi quòd quidam contentioni studentes veritatem obnubilare conantur. Vnde hic locum habent verba quę Augustinus dicit in *Augustī.*
secundo de ciuitate Dei. Quoniam ille est maior & deterior insipientium morbus animarum, quo instabiles motus suos etiam post rationem plenè redditam, siue nimia cęcitate: qua nec aperta cernūtur: siue obstinatissima peruicacia: qua & ea quæ cernuntur non ferunt, tanquam ipsam rationem veritatémque defendunt sit necessitas copiosiùs dicendi plerúmque res claras velut eas non solùm spectantibus intuendas: sed quodammodo tangendo palpantibus offeramus: & tamen quis disceptandi finis erit si respondendum esse ipsis respondentibus nos æstimemus. Nam qui vel non possint intelligere quod vel tam duri sunt aduersitate mentis, vt etiam si intellexerint non obediant & respondētes loquuntur iniquitatē atq; infatigabiliter vani sunt: quorū dicta cōtrarja: si totiēs

Universidad de Deusto
Biblioteca

velimus refellere quotiens obnixa fronte statuerint non cogitare quid dicant: dum quocúnque modo nostris disputationibus contradicant quàm sit infinitum & erumnosum & infructuosum vides. Erit ergo hic modus seruandus, vt veritas manifestè & quasi palpabiliter ostendatur & si qui in cõtrarium dicta fuerint quę aliud pondus nõ habeant contemnantur: ne semper oporteat inutiliter eadem replicare. Sed si quis contrarium dicere voluerit, scribat quod dicit: vt alij intelligentes dijudicare possint an doceat veritatem.

¶Primò ergo circa propositam quæstionem vt singula discutiamus, considerandum est pueros etiam infra annos pubertatis in religionem recipi non est secundum se malum: immò est expediens & fructuosum: quia illud quod
Prouer. 22. à pueritia assuescimus, semper perfectiùs & firmiùs tenemus. secundum illud Prouer. 22. Adolescens iuxta viam suam graditur, & etiam cùm senuerit non recedet ab ea:
B. Dionisius & ideò Apostoli instituerunt: vt pueri etiam infantes ad Christianam religionem reciperentur: vt in ea nutriti, firmiùs & perfectiùs ei inhærerent. Et hoc est quod Dio. dicit in vltimo. capit. eccles. Hierar. Secundum legem sanctam confirmati infantes ad habitum sanctum habebunt consuetudinem ab omni remoti errore & immundę vitę expertes hoc diuinis nostris ducibus, idest Apostolis adhærentem venit, & visum est suscipere infantes. Multò autem magis excedit christianam infidelium vitam, quàm vita religiosorum vitam sæcularium, præsertim cùm in primitiua ecclesię omnium christianorum erat perfectissimus religionis status, secundum illud Actuum quarto.
Actuum. 4. Multitudinis credẽtium erat cor vnum & anima vna: nec quisquam eorum quæ possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia, ad cuius vitæ exemplar, omnes religiones sunt institutæ. Et ideò religionum institutores ex eadem causa qua Apostoli moti sunt ad recipiendum infantes in religione, vt patet de beato Benedicto, qui vt in 2. dialogorum legitur, recipit nutriendum in religione Maurum duodennem, & Palcidum septennem. Est tamen quædã differentia circa hoc attendenda. Nam pueri ante annos pubertatis ex naturali iure sunt sub cura parentum propter hoc quod patiũtur discretionis defectum, secundum quem possint bene regere seipsos: ideò in hac ætate possunt quidem religioni tradi, si à parentibus offerantur, & erit rata traditio, præcipuè si cùm ad annos pubertatis peruenerint ratã habuerint paternam oblationem, vnde Gregorius dicit & habetur 20. q. 1. addidisti. Si pater vel mater filium filiámue intra septa monasterij in infantiæ annis sub regulari tradiderint disciplina: vtrùm liceat eis postquam pubertatis impleuerint annos, egredi, & matrimonio copulari, hoc omnino dubitamus, quia nephas est vt oblatis à parẽtibus Deo filijs voluntaris frena relaxentur. Si aũt in hac ætate propria sponte se religioni tradiderint, potest hoc per assensum vel dissimulationem parentum ratum esse, vnde dicitur 20. quæstio. Si in qualibet minori ætate vel religionis tonsuram, vel religioni vestem debitam, in vtroque sexu filijs, aut vnus aut ambo parentes dederint, aut forte vel nolentibus vel nescientibus, scilicet parentibus à se susceptam non mox visam in filijs abdicauerint, sed vel coram se vel Episcopo palámque in conuentu eodem filios talia habere permiserint ad sæcularem reuerti habitum filijs ipsis quandóque pœnitus non licebit. Si verò pueri annos pubertatis transcenderint, possunt etiam inuitis parentibus ad religionem transire, nec sunt repellendi, imò magis aduocandi. Vt enim Gregorius dicit in quadam Omelia. Ad vitam bonam alius in pueritia, alius in adolescentia, alius in iuuentute, alius in senectute, alius in decrepita ætate perducitur. Et cùm in nulla ætate sint repellendi, minus tamen sunt repellendi in pueritia. Dicit enim Chrisostomus super Matthæũ. Quis meretur appropinquare Christo, si repelleretur ab eo simplex infantia: nam si sancti futuri sunt, quid vetatis filios ad patrem venire? Si autem peccatores futuri sunt, vt quid sententiam condemnationis profertis antequam culpam videatis? quàm quidem damnationis sententiam proferũ aliqui, cùm dicunt, non sunt recipiendi pueri ad religionem, quia exibunt & peiores efficientur. Sed quod addunt quidam, quòd oportet pueros prius excitari in præceptis & postea transire ad consilia obseruanda in religione, ex falso intellectu procedit. Arbitrantur enim quòd præcepta præparent viam ad consilia. Non est autem sic, imò potius consilii a parant viam ad præcepta seruanda, quia per consilia remouetur homo à rebus sæculi, circa quas occupatus, difficile est quòd innocentiam seruet. Vnde Hylarius dicit super Matthæum. Graue onus innocentia subit incrementis opum occupata. Rem enim solius famulatus Dei non sine sæculi vitijs asse quetur. Et ideò dominus dicit Matthei decimonono. Quod difficile est qui pecunias habent intrare in regnum cœlorum, quia difficile est quòd homo præcepta seruet, quibus intratur in regnum, nisi sequens consilia diuitias relinquat: & ideò pueri ad hoc quòd innocentiam seruare possint in obseruantia mandatorum sunt præparandi, & quodammodò præmunien in exercitio consiliorum, nec sunt repellendi, quamuis ineruditi videantur in præceptis. Dicit enim Origenes super Matthæum. Quidam puerilem sermonem habentes offerunt saluatori pueros & infantes. Qui autem videntur perfectiores, priusquam discant ad rationem iustitiæ reprehendi: eos qui pueros & infantes adhuc minus eruditos offerunt Christo. Dominus autem hortatur discipulos suos condescendere vtilitatibus puerorum. Hoc ergo debemus attendere, ne æstimatione sapientiæ excellentioris contemnamus, quasi magni pusillos ecclesiæ prohibentes pueros venire ad Iesum. Sed quod vlterius quæritur ante religionis ingressum, sint voto vel iuramento ad religionem obligandi, manifestè patet quòd sic. Sicut enim in malo quantò voluntas est magis affirmata ad malum, tantò peior est, sicut in obstinatis patet, & qui ex malicia peccant. Ita etiam in bonis tantò voluntas melior est, quantò est magis firmata & astricta ad bonum. Cùm ergo bonum sit quòd pueri ad religionem veniant, multo melius est quòd eorum voluntas sit ad hoc firmata, quod sit voto vel iuramento, vnde & Dauid dicebat. Iurani & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. & Augustinus dicit in epistola ad Pauliam & Armentarium. Fœlix necessitas, quæ ad meliora compellit. Vltimo autem considerandum restat, an sint beneficijs aliciendi, & si quidem conuentione vel pacto præcium alicui detur, vel quocúnque terrenum beneficium vt religionem intret, hoc est illicitum. Si autem aliquis ei aliqua beneficia temporalia conferat, vt auferat impedimenta, quibus impeditur à religionis ingressu, vel etiam vt eum nutriat vel doceri faciat, ad hoc quòd sit religionis apcus, hoc non est illicitum, sed est laudabile. Similiter si beneficijs temporalibus aliquis aliquem alliciat, vt eum fauorabilem sibi reddat, non intendens gloriam propriam, sed gloriam Dei, & proximi salutem, laudabile est, sicut & Apostolus de seipso dicit primæ Corinthiorum decimo. Per omnia omnibus placeo. Deus etiam aliquos temporalibus beneficijs allicit ad bene agendum. In ecclesijs etiam quibusdam temporalium distributionibus alliciuntur aliqui ad ecclesiæ deseruiendum, non quòd præmium accipiant, sed sunt quædam secundariò illecticia ad seruiendum Deo, sicut & dominus dicit Matthæi sexto. Primò quærite regnum Dei, & iusticiam eius, & hæc omnia, scilicet necessaria vitæ adijcientur vobis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Christus ad consilia inuitauit adolescentem in præceptis exercitum, ita etiam vocauit Matthæum publicanum non exercitatum in præceptis, sed peccatis implicatum, ex quo accipere possumus, quòd ad consilia obseruanda, in religione aduocandi sunt non solùm exercitati in præceptis, sed etiam non exercitati.

¶Ad secundum dicendum, quòd diuersitas graduum dupliciter attendi potest. Vno modo in diuersis statibus seu conditionibus, & sic non oportet qui tendit ad maiorem statum vel conditionem, quòd prius exerceatur in minori statu vel conditione, sicut videmus quòd illi qui volunt fieri milites, nõ prius exercitantur in lanificio, sed à pueritia exercentur in militiam. Similiter qui volunt fieri clerici, non prius exercentur in vita laycali, sed à pueritia instruuntur in vita clericali, & hoc modo qui volunt religiosi fieri, non oportet quòd prius exerceantur in vita sæculari, sed optimum est eis si à pueritia exerceantur in vita religionis, quia magis poterunt in ea proficere. Vnde dicitur Trenorum tertio. Bonum est viro cùm portauerit iugum domini ab adolescentia sua. Alio modo possunt accipi diuersi gradus in eodem statu, vel conditione, & hoc modo dicit Gregorius, quòd in qualibet bona

bona conuersatione incipiendum est à minoribus, vt ad maiora perueniatur. Sicut enim milites à rudimentis militiæ, & clerici à rudimentis clericaturæ, ita etiam & religiosi incipiunt à rudimentis religionis: vt proficiant vsque ad summum.

¶Ad tertium dicendum, quòd duplex est occasio, scilicet data & sumpta. Tunc quidem dat aliquis occasionem alicui ruendi, vel in cisternam cadendi, quando facit aliquid, vel dicit minus rectum: ex quo datur proximo occasio ruinæ, & tunc ruina proximi imputatur danti occasionem. Aliquando autem non est occasio data, sed sumpta, puta cùm aliquis inducit aliquem ad bonum: & ipse ex hoc fit deterior: non est relinquenda monitio bona, propter hoc quòd ille sumit inde occasionem ruinæ. Vnde & dominus non dimisit prædicationem veritatis, propter scandalum Pharisæorum, vt habetur Mathæi decimoquinto. Et Augustinus dicit in Epistola ad Bonifacium: & habetur vigesimotertio quæstione quarta. Ipse pietas, & infra. Quod si plurimi essent in domo ruitura: & inde saltem vnus liberari posset: atque id quia facere conaremur: alij semetipsos præcipitatione vetarent: doleremus de cæteris: verum de vnius saltem salute consolaremur.

¶Ad quartum dicendum, quòd libertas necessitati coactionis opponitur: quæ est necessitas absoluta: & talis necessitas est cohibenda. Sed necessitas quæ est ex suppositione finis non opponitur libertati: & tali necessitate expedit vti ad communem vtilitatem, alioquin nec pacta promissionibus firmata, nec iuramenta in rebus humanis fieri deberent. Multò autem magis per huiusmodi expedit homines obligari ad diuina, quæ sunt meliora.

¶Ad quintum dicendum, quòd difficultas ingressus obseruatur in religionibus, per hoc quòd datur intrantibus annus probationis: in quo difficultates religionis experiuntur.

¶Ad sextum dicendum, quòd parieti nondum desiccato non est onus tignorum imponendum, tamen non prohibetur quin sit paries desiccandus. Desiccatur autem paries à prauo humore seculari affectus per religionem, & ideò contingit quòd prius exercitentur aliqui in religione, quàm eis onus prælationis aut sacrorum ordinum imponatur, de hoc loquitur Gregorius, vt patet per ea quæ præcedunt in illo capitulo, & in secunda Omelia Ezech.

¶Ad septimum dicendum, quòd status religionis est status pœnitentiæ: & est exercitium siue scola perfectionis, vnde ad religionem recipiendi sunt peccatores propter pœnitentiam: & recipiendi sunt pueri innocentes quasi in scola quadam perfectionis: vt perfectiùs innocentiam conseruent.

¶Ad octauum dicendum, quòd si omninò inuiti pueri in religionẽ inducerentur: timendum esset de casu futuro, sed ex quo propria voluntate se obligant ad religionem ingrediuntur, non habet locum ratio inducta.

¶Ad nonum dicendum, quòd sicut magnum & paruum multum & paucum: secundum Philosophum dicuntur relatiuè, ita & festinatum siue velox & tardum. Nam festinatum siue velox est quod in paruo tempore multum mouetur. Illa ergo substantia minuitur quæ est festinata in respectu ad debitum modum, puta si aliquis aliquem statum aggressus statim à principio contemptis rudimentis illius status ea quæ sunt perfectorum in statu illo attentare vellet. Non est autem substantia festinata, si exercitium perfectionis & quasi quandam scolam quæ est religio à pueritia aliquis aggrediatur. Tantum est enim culmen perfectionis, vt etiam si à pueritia quis huiusmodi perfectionem aggrediatur, semper habet vbi proficiat, sicut & Augustinus dicit ad Volusianum de doctrina Christiana. Tanta est inquit Christianorum profunditas literarum, vt in eis quotidiè proficerem, si eas solas ab ineunte pueritia vsque ad decrepitam senectutem summo studio meliore ingenio conarer adiscere.

¶Ad decimum dicendum, quòd diuersi ordines sunt quasi diuersi gradus vnius clericalis vitæ, & ideò oportet vt à minoribus incipiat qui ad maiores tendit. Non autem oportet quòd qui tendit ad sacros ordines, quòd exerciteur in his quæ pertinent ad inferiorem statum laicalis scilicet vitæ, & similiter in vita religionis oportet quòd à rudimentis eius incipiat, qui religionem ingreditur, vt ad summum apicem religionis pertingere possit: non tamen oportet eum prius esse exercitatum in seculari vita.

¶Ad vndecimum dicendum, quòd intelligibilibus etiam oportet quòd aliquis à minoribus in eadem scientia incipiat: vt ad maiora perueniat: non tamen oportet quòd quicúnque vult adiscere aliquam scientiam maiorem, quòd exercitetur in qualibet minori, sicut qui volunt adiscere liberales artes, non oportet quòd prius exerciteutur in mechanicis: sed solùm hoc oportet quando minor scientia parat viam ad maiorem. Vita autem secularis non parat viam ad religionem: sed magis ab ea abducit, vnde Gregorius dicit in principio Moralium. Gregorius. Cùm adhuc me cogeret animus præsenti mundo quasi specietenus deseruire cœperunt multa ex eiusdem mundi cura succrescere, vt in eorum iam non specie: sed quod est grauius mente retinerer. Econuersò autem obseruantia consiliorum parat viam ad rutiùs & perfectiùs præcepta diuina obseruanda: quæ necesse est in seculari vita obseruari.

¶Ad duodecimum dicendum, quòd ratio illa in multis deficit, primò quidem quia ille qui religionem intrat, non ad hoc eligitur: vt sui vel alterius curam gerat magis quàm antè: sed magis vt sit sub cura & obedientia alterius. Secundò quia hoc non conceditur ab omnibus, quòd necesse sit eligere meliorem ad regimen prælationis: sed secundum quosdam sufficit eligere bonum. Tertiò: quia si oportet eligere meliorem ad prælationem non quidem oportet similiter meliorem eligere: sed meliorem, idest magis idoneum ad hoc, pueri autem etsi non sint meliores simpliciter quàm adulti: sunt tamen magis idonei ad hoc, vt in religione nutriantur, vnde ar. 130. c. et Anselmus in libro de similitudinibus comparat eos qui ars. 164. ce à pueritia nutriuntur in religione Angelis, alios autem 22. q. 63. ar. hominibus: quia Angeli à principio homines processu tẽporis ad vitam æternam perueniunt. Quartò, quia ad Episcopatum non eligitur nisi vnus: & ideò maior necessitas est quòd melior assumatur, quàm de intrantibus religionem: qui plures accipi possunt.

¶Ad tredecimum dicendum, quòd non solùm illud quod est peccatum præbet occasionem ruinæ: sed etiam illud quod habet speciem mali. Vnde & Apostolus dicit primæ ad Thessalonicenses vltimo. Ab omni specie mala abstinete vos: & quia serpens eneus etsi secundum se esset bonus ex sui institutione: tamen speciem habebat mali propter similitudinem idololatriæ, ideò apud eos qui erant ad idololatriam proni non erat dimittendus: sed laudabiliter fuit subtractus.

¶Introitus autem religionis, nec est secundum se malum, nec habet speciem mali. Benedictio autem & si sit de genere suo bona, tamen ad hoc quòd sit actus virtutis, exigitur quòd sit vestita debitis circumstantijs, vt sit conueniens & personæ, & loco, & tempori. Non est autem conueniens personæ quando minor præsente maiore benedicit, quia sicut dicitur ad Hebræos septimo. Sine vlla contradictione, quod minus est à maiore benedicitur. Benedictio quando sit laudabilis.

¶Ad decimumquartum dicendum, quòd ille qui accedit ad consilia non quærit ascensum per abrupta postpositis gradibus: sed magis resecat quæ possunt hominem impedire ab obseruatione præceptorum, sicut dictum est.

¶Ad decimumquintum dicendum, quòd secundum dictum Damasce. magis esset contrarium concludendum, ideò enim Deus de hominibus etiam post regenerationem incorruptibilitatem non statim addit: quia hoc non esset eis vtile, sed superbiendi occasio. Abundantia enim temporalium & corporalium bonorum est materia superbiæ, & ideò vtile est homini ad superbiam vitandam, vt ad consilia transeat temporalium bonorum superabũdantiam derelinquens. abundãtia tẽporalium est materia superbiæ.

¶Ad decimumsextum dicendum, quòd amplexus Rachelis significat quietem contemplationis: ad quam etiam consilia sequentes non statim à principiõ peruenire possunt: sed post longum exercitium bonorum operum, faciliùs tamen ad prædictã quietem peruenitur per obseruantiam consiliorum, quàm per exercitium mandatorum in vita seculari.

¶Ad decimumseptimum dicendum, quòd si beneficijs tẽporalibus aliqui alliciantur ad religionem cum pacto: si cut patet in emptione & venditione, est illicita solutio,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si autem aliquis alicui prouideat sine pacto, non est illicita solutio, vnde post præmissa verba in eodem capite sub iungitur. Nisi forte de pauperum alimento quis in contigue proponat. Et iterum subdit. Dum tamen absit pactio, & omnis cesset conuentio.

¶Ad decimumoctauum dicendum, quòd status religionis quantum ad eos qui in eo profecerint, est spiritualis malitia, quantum verò ad eos qui de nouo intrant, est quasi cuiusdam tyrocinij exercitium, & oportet ad maiorem profectum, quòd à principio aliquis huiusmodi exercitium subeat, sicut & de exercitio militiæ temporalis Vegetius docet in libro de re militari.

¶Ad decimumnonum dicendum, quòd obligatio perficiens matrimonium corporale, non potest fieri ante annos pubertatis, cui obligationi similis est professio quæ fit in religione ad perpetuò remanendum in ea, sed ante annos pubertatis, potest fieri aliqua sponsio futuri matrimonij, sicut est in sponsalibus, cui assimilatur obligatio quæ fit ad religionem.

22.q.189. arti.5.c.& ad 2. & 3. & 4.ad 36. ar.5.o.1.ad 27.q.2.ar. 2.o. ¶Ad vigesimum dicendum, quòd sicut Glos. ibidem exponit per hoc quòd dæmoniacus curatus volebat esse in naui cum Christo, significatur desiderium eorum qui sunt à peccato mundati, in quo cupiunt dissolui & esse cum Christo, hoc non statim eis conceditur, sed oportet quòd prius in hac vita laborent, annunciando verbum Dei. Vnde patet quòd non est ad propositum.

¶Ad vigesimumprimum dicendum, quòd quantò aliquis magis exercitatus in bono ex Aegipto, id est ex sæculo ad religionem transit, tantò facilius in ea proficere potest, sed quia in sæculari vita imminent multa pericula: quibus huiusmodi exercitium virtutis impeditur, tutius est quòd à principio impedimenta dirumpat per obseruantiam consiliorum.

¶Ad vigesimumsecundum dicendum, quòd difficilius est obseruare præcepta in vita sæculari, quàm in vita religiosa. Magna enim virtus requiritur ad hoc quòd aliquis in sæculo viuens, se immaculatum à vitijs sæculi conseruet. Vnde dicitur Ecclesiastici trigesimoprimo. Beatus diues qui inuentus est sine macula. Et posteà subditur. Quis est hic & laudabimus eum. Fecit enim miracula in vita sua. Et ideò maioris præsumptionis esse videtur. Si tamen sit præsumptio quòd aliquis in sæculo viuens confideret se immaculatum quàm quòd tantę virtutis se non existimans ad religionem transeat, vt faciliùs à peccati macula conseruetur ad modum Zachæi, qui cùm statura pusillus esset, ad hoc quòd Christũ videret, ascendit arborem ficcomorum, id est, ficum fatuam, per quam religio designatur.

Religio. per arbo. ficcomorum intelligitur.

¶Ad vigesimumtertium dicendum, quòd in vnoquoque statu, maiora maioribus sunt attribuenda, & tamen qui ad maiorem statum proficere vult, oportet quòd dum minor est, primordia illius status accipiat, secundum illud Ecclesiastic. vigesimoquinto. Quæ in iuuentute tua non congregasti, in senectute quomodò metes? Et ideo ad hoc quòd aliquis perueniat ad perfectionem religionis, oportet quòd à principio ætatis suæ ad huiusmodi assuescat.

Eccles.25.

ARTICVLVS XXIIII.

ar.92.c.& ar.11.& 22. 9.189. SECVNDO quæritur vtrùm consilia ordinentur ad præcepta. Et videtur quòd non. Illud enim ad quod ordinatur aliud posterius est, quia finis est prior in intentione, & posterior in executione. Sed obseruationem præceptorum constat esse priorem in executione quàm impletionem consiliorum, vt patet Matthęi decimonono de adolescente qui dixerat se seruasse legis præcepta à iuuentute sua, cui datur consilium perfectionis, ergo videtur quòd consilia non ordinentur ad præcepta sicut ad finem, sed potius econuersò.

Matth. 19.

¶Præterea, finis est perfectior his quæ sunt ad finem. Sed consilia sunt perfectiora præceptis, quia consilia pertinent ad perfectionis statum, præcepta autem pertinent ad communem iustitiam, vnde & consilia præceptis superadduntur, vt patet per hoc quòd Matthæi decimonono Dominus dicit adolescenti qui præcepta seruauerat. Adhuc vnum tibi deest, si vis perfectus esse, &c. ærera: ergo consilia nõ ordinantur ad præcepta: sed potius ecõuersò.

Matth. 19.

¶Præterea, secundum philosophum. (To. cap. 8.) Sicut se habent principia ad conclusiones, ita se habent fines ad ea quæ sunt ad finem, sed talis est habitudo principiorum ad conclusiones, quòd positis principijs ponuntur conclusiones, non autem econuersò, quia contingit ex falsis syllogizare verum. Ergo talis est habitudo finium ad ea quæ sunt ad fines. Sed positis præceptis non ponuntur consilia. Multi enim obseruant præcepta qui non obseruant consilia, ergo consilia non ordinantur ad præcepta sicut ad finem.

Philosoph°.

August.

¶Præterea, Augustinus dicit in libro de sancta virginitate. Mirabiliter desipiunt qui propter presens sęculum virginitatem esse solùm obseruandam sentiunt. Sed obseruatio præceptorum pertinet ad presens sęculum. Ergo consilium virginitatis non est implendum propter præcepta, & eadem ratio est de alijs consilijs.

¶Præterea, præcepta pertinere videntur ad vitam actiuam, consilia autem ad vitam contemplatiuam. Vnde Matthęi decimonono, vbi enumerantur præcepta legis, dicit Glosa. Ecce vita actiua: vbi autem posteà subditur. Si vis perfectus esse, &c. dixit. Ecce vita contemplatiua. Sed vita actiua ordinatur ad contemplatiuam, & non econuersò, ergo præcepta ordinantur ad consilia, & non econuersò.

Matth. 16. 14.5000. q. uel quidem signant.

¶Præterea, Dominus bis miraculosè legitur turbas refeciśe. Primò quidem quando satiauit quinque millia hominum, ex quinque panibus & duobus piscibus, vt legitur Matthęi 14. Secundò quando de septem panibus & paucis pisciculis, satiauit quatuor millia hominum, vt habetur Matthęi 16. & sic dicit glos. Mat. 14. Quinque millia pro quinque sensibus corporis, ita sunt qui in sęculari habitu exterioribus rectè vti nouerint. Hi quinq; panibus, id est legalibus præceptis, adhuc necesse est vt instruantur. Nam qui mundo integrè renunciant, quatuor millia sunt, & septem panibus, id est, euangelica perfectione sunt similes: & spirituali gratia reficiuntur, sed primò pauit dominus quinque millia hominum ex quinque panibus quàm quatuor millia ex septem, ergo præcepta sunt præuia consilijs, & non econuersò.

Gregorius.

¶Præterea, dispositiones præcedunt perfectionem & ordinantur ad ipsam. Sed præcepta sunt dispositiones ad consilia, dicit enim Glos. Hiero. in principio Marci. Quatuor sunt qualitates, de quibus sancta euangelica contexũtur præcepta, mandata testimonia exempla. In præceptis iustitia. In mandatis charitas. In testimonij fides. In exemplis perfectio, ad quam pertinent consilia, & non econuersò.

¶Præterea, primo non est aliquid prius. Sed sicut dicit quędam Glos. super Psalmist. Charitas primò mouet pedem ad reditum vitę, de actu autem charitatis dantur præcepta, ergo nihil est prius in vita spirituali, quàm præcepta. Non ergo consilia ordinantur ad præcepta, sed potius econuersò.

22.q.44.ar 1.c.1. Psal.130.

¶Præterea, super illud Psal. Sicut ablactatus super matrẽ suam &c. dicit Glos. Sicut quinque tempora notantur in procreatione carnali, ita & in spirituali. Primum ergo tempus est conceptionis. Secundum est in vtero altionis tertiũ emissionis, quartũ portationis & lactationis, 5. ablactationis, ita & in vtero matris ecclesiæ, primò concipimur dum fidei rudimentis instruimur. Inde quasi in vtero alimur in eisdem primordijs proficientes. Deinde manibus ecclesiæ portamur & lacte nutrimur, donec, iam grandiusculi à lacte matris accedamus ad mensam patris, & postea subditur. Multi verò hunc ordinem perueniunt, vt hæretici & chismatici se ante tempus à lacte separantes, vnde extinguuntur. Sed separari à lacte, est facilioribus dimissis ad difficiliora transire. Cùm ergo consilia sint difficiliora quàm præcepta, videtur quòd periculo extinctionis se exponant, qui ad consilia accedunt, nisi prius educati in præceptis. Præcepta ergo ordinantur ad consilia, & non econuersò.

Gregorius.

¶Præterea, Gregorius dicit super Ezech. quod est præcepto bonum facere inchoandum est. Sed id quod est incipientium ordinatur ad id quod perfectionis est, & non econuersò: ergo præcepta ordinantur ad consilia, & non econuersò.

¶Præterea, virtus imitatur naturam. Sed natura operatur prius in corpore animalis ea quę pertinent ad esse, sicut mẽbra principalia, quã ea quę sunt de bene esse, ergo in processu virtutis priora sunt præcepta quę sunt de esse virtutis, quam consilia quę sunt de bene esse ipsius: & sic idem quod prius.

¶Præterea, sicut est ordo in adiscendo, ita etiã operando, Sed in adiscendo, oportet incipere à faciliorib. vt ad difficiliora

ficiliora perueniatur: ergo in operando oportet prius implere præcepta quæ sunt faciliora, & sic trãsire ad cõsilia.

¶Præterea, Matth. 5. dicitur in Gloss. quòd sermo diuinus est nobis in via qua currimus, sed sermo diuinus præordinat præcepta consiliis, vt patet Matth. 5. vbi primò ponitur id quod præceptum est antiquis, & posteà superaddit ur à domino id quod perfectionis est: ergo videtur quod obseruantia præceptorum sit præordinanda obseruationi consiliorum.

¶Præterea, Illud quod est minimum in aliquo genere, ordinatur ad id quod est maximum in genere illo. Sed nihil est minus in vita Christiana, quàm obseruantia præceptorum, nihil autem maius quàm obseruantia consiliorum: ergo præcepta ordinantur ad consilia.

¶Præterea, Hiero. dicit super Matth. Qui præcepta legis implere negligit perfectiora implere non potest: ergo oportet quòd prius aliqui impleant præcepta quàm consilia: & sic præcepta ordinantur ad consilia.

¶Præterea, Prius est à quo non conuertitur consequentia essendi, sed à præceptis non conuertitur consequentia essendi ad consilia. Non enim sequitur. Si aliquis seruat præcepta, quòd seruet consilia: ergo obseruatio præceptorum naturaliter procedit & ordinatur ad obseruantiam consiliorum.

¶SED CONTRA est quod August. dicit in Ench. Quæcúnque mandat Deus ex quibus vnum est. Non mœchaberis, & quæcúnque non iubentur, sed spirituali consilio monentur: ex quibus vnum est. Bonum est homini mulierem non tangere: tunc rectè fiunt cùm referuntur ad diligendum Deum & proximum propter Deum: sed hęc duo cadunt sub præcepto: vt patet Matth. 22. ergo consilia ordinantur ad præcepta.

¶Præterea, Illud quod est electiõis, ordinatur ad id quod est necessitatis: quia electio est eorum quæ sunt ad finem: sed consilia sunt electionis, præcepta autem necessitatis: ergo consilia ordinantur ad præcepta.

¶Præterea, Illud per quod aliquid plenius perficitur, ordinatur ad illud, sed per consilia & tutiùs conseruantur præcepta: ergo consilia ordinantur ad præcepta.

22.q.91.ar. 4.c. & q. 93.arti.1.c. & 3.di.40. ar.1.c. ¶RESPONDEO dicendum, quòd præcepta dantur de actibus virtutum. Duplex autem est virtutis actus, scilicet interior & exterior, & vterqi actus sub legis præcepto cadit: vnde August. dicit contra Faustum, quòd quia Iudei non intelligebãt homicidium nisi per interemptionem corporis humani, aperuit dominus omnem iniquum motum ad nocendum fratri in homicidij genere deputari. Similiter etiam tantummodò corporalem cum fœmina illicitam cohabitationem vocari mœchiam, quæ erat in lege prohibita: sed dominus demonstrauit etiam interiorem concupiscentiam ad hoc pertinere. Vnde manifestum est q; etiã interiores actus virtutum sub præcepto cadunt. Consilia ergo ordinantur ad præcepta. Et secundum quòd sunt de interioribus virtutum actibus, & secundum quòd sunt de exterioribus actibus, sed diuersimodè. Nam ad interiores actus virtutum ordinantur sicut in finem. Omnes enim interiores actus virtutum moralium, pertinent ad mentis puritatem, vt scilicet mens hominis à passionibus inordinatis, & ab exteriorum rerum cupiditate sit libera. Et vlterius omnes virtutes tam morales quàm theologicę ordinentur ad dilectionem Dei & proximi. Et ad hęc duo omnia consilia ordinantur, sicut ad finem, scilicet ad charitatem Dei & proximi, & ad mentis puritatem: vnde dicitur in collationibus patrum. Quicquid nos ad virtutem cordis potest dirigere, tota virtute sectandum est: quicquid autem ab hac retrahit vt pernicioſum & vitium deuitandum est. Pro hac enim vniuersa agimus atque toleramus, pro hac patria parentes dignitates, diuitię, delitię mundi huius, & voluptas vniuersa contẽnitur: vt scilicet puritas cordis perpetua retineatur. Et posteà subdit. pro hac ieiuniorum inediam, vigilias, labores, corporis nuditatẽ, lectionem, cęteráque virtutes debere nos suscipere nouerimus: & per illas ab vniuersis passionibus noxijs illęsas præparet cor nostrum, & seruare possimus, & ad perfectionẽ charitatis istis gradibus imitando conscendere. Et hoc idem August. dicit de moribus ecclesię. Non reiiciendis inquit generibus ciborum quasi pollutis, sed concupiscentię perdomandæ, & dilectioni fratrum retinendę inuigilat omnis intentio. Et ibidem dicitur, charitas præcipuè custoditur, si charitati vir tus, charitati sermo, charitati habitus, charitati vultus aptatur: vnde & apostolus, prime ad Corin. septimo, virginitatis consilium ad hoc ordinandum docet, vt mulier inupta cogitet quę sunt Dei, quomodò placeat Deo. Et dominus Matth. 19. paupertatis consilium ad hoc ordinat vt homo Deum sequatur, quod fit per rectitudinem & puritatem interioris affectus. Sic ergo consilia ordinantur sicut in finem ad præcepta, secundum quod sunt de interioribus actibus virtutum. Sed secundum quòd sunt de actibus exterioribus, puta non occides, nõ furtum facies, &c. ordinantur consilia ad præcepta non sicut ad finem. Non enim propter hoc homo virginitatem seruat, vt ab adulterio abstineat: neque hoc fine aliquis suis abrenunciat, vt non furetur aliena, cùm exteriora opera consiliorum sint maiora quàm exteriora opera præceptorum. Or dinantur tamen ad ea inquantùm faciunt ea tutiùs & firmiùs conseruari. Qui enim sua dimittit, multò magis abstinet à rapiendis alienis. Vnde & Augustinus dicit in 19. libro contra Faustum. Omnia ex Hebręorum lege commemorata dominus commendauit, vt quicquid ex persona sua insuper loqueretur, vel ad expositionem commendam valeret si quid illa obscurum posuisset, vel ad tutiùs conseruandum quod illa voluisset. Et in libro de sermone domini in monte dicit. Quod dum fiunt illa quę adduntur ad perfectionẽ, multò magis fiunt illa quę præmissa sunt ad inchoationem. Sic ergo patet quòd consilia ordinantur sicut ad finem ad præcepta, prout sunt interioribus actibus virtutum. Sed ad præcepta secundum quod sunt de exterioribus actibus ordinantur consilia, ad hoc quòd tutiùs & firmiùs conseruentur per modum remouentis prohibens, & primum horum est causa secundi: firma enim exteriorum actuum obseruatio causatur ex interiori effectionis bene dispositę.

B. Paulus. Articulo 1. sto ad 2.

¶AD PRIMVM ergo dicendum quòd secundum quosdam, dines ille mentitus est, dicens se præcepta obseruasse: & præcipuè quantùm ad vnum præceptum quod ibidem commemoratur, pertinens ad interiorem actum: scilicet: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Vnde Origenes dicit super Matthæum. Scriptum est in euangelio secundum Hebræos. Quod cum dominus dixisset ei. Vade & vende omnia quæ habes. Cœpit enim dives scalpere caput suum, & non placuit ei. Et dixit ad eum dominus. Quomodò dicis, feci legem & prophetas: scriptum est in lege, diliges proximũ tuũ sicut teipsum: & ecce multi fratres tui filij Abrahę amicti sunt stercore morientes præ fame: & domus tua plena est multis bonis, & non egreditur ex ea omninò aliquid ad eos: impossibile enim est implere prædictum mãdatum & esse diuitẽ: & maximè habere tantas possessiones. Et hoc idẽ confirmatur per Hieroni. qui dicit super Matth. Mentitur adolescens. Si enim quod positum est in mandatis, diliges proximum tuum sicut teipsum, opere complesset, quomodò postea audiens vẽde omnia quæ habes, & da pauperibus, tristis abiisset? Sed quia Chrisostomus & alij expositores dicunt adolescentem illum non fuisse mentitũ, vtrúnque saluari potest. Nam hoc præceptum, Diliges proximum tuũ sicut teipsum, dupliciter potest obseruari. Vno modo imperfectè: vt scilicet aliquis nõ faciat contra proximum quod non vult sibi fieri, vt sine detrimento proximo subueniat. Alio modo, vt scilicet ad subuenien dum necessitatibus proximorum corporalibus, ita se habeat sicut ad subueniendum necessitatibus propriis: hoc enim modo non implet hoc præceptum, qui cùm multas diuitias habeat sibi eas reseruat permittens proximum egere. Consilia autem ad hoc ordinantur, vt præcepta perfectius custodiantur. Et ideò dominus obseruanti præcepta imperfectè superaddit consilia, per quę præcepta perfectius obseruentur.

arti.14.ad 2.& 55.c. principio.

¶Ad secundum dicendum, quòd perfectio vitę in præceptis secundum quod sunt de interioribus virtutum actibus, consistit essentialiter. Nam charitas est vinculum perfectionis: sicut apostolus dicit ad Col. tertio. Et ideò cum dominus præcepta charitatis poluisset Matthęi quinto subiungit. Estote ergo perfecti. Sed in consiliis quę sunt de quibusdam exterioribus actibus, consistit perfectio instrumentaliter: quia scilicet huiusmodi consilia sunt quasi quædam instrumenta per quæ faciliùs ad perfectionem perueniitur. Vnde in collationibus patrum dicitur. Ieiunia, Vigiliæ, meditatio scripturæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum, nuditas ac priuatio omnium facultatū non perfectio sed perfectionis instrumenta sunt, quia in ipsis cōsistit disciplinæ illius finis: sed per illa peruenitur ad finē. Vnde Aug. dicit in lib. de perfectione iustitiæ. Sic audiamus præcepta perfectionis ne currere negligamus ad perfectionem charitatis. Et Hieronymus super Matthæum dicit exponens illud, Ecce nos reliquimus omnia & secuti sumus te, Quia inquit, non sufficit tantum relinquere: iungit quod perfectum est: & secuti sumus te, quid ergo erit nobis? quasi diceret fecimus quod iussisti, quid ergo dabis præmij? Præcepta ergo imperfectè obseruata pertinent ad communem iustitiam. Sed perfectio vitę consistit in ipsa plena obseruantia præceptorum.

ar.24.ad2. & opus 18. c.12. & 22. q.186.ar.7. c.ad 1. & ar 110.8.c.

Hieron.

¶Ad tertium dicendum, quòd aliquid ad finem ordinatur dupliciter. Vno modo vt necessarium ad finem: sine quo finis esse non potest: sicut cibus ad vitam corporis obseruandam. Alio modo sicut necessarium ad finem sine quo ad finem non ita bene peruenire potest: sicut equus ordinatur ad iter. Non quia sine equo aliquis ire non possit, sed quia in equo melius vadit. Similiter & consilia ordinantur ad præcepta. Non quia sine consilijs præcepta obseruari non possint, & quantum ad interiores actus, & quantum ad exteriores. Nam Abraham qui & coniugio & diuitijs vtebatur, fuit coram Deo perfectus secundum illud Genes. decimoseptimo. Ambula coram me, & esto perfectus, sed quia per consilia faciliùs & expeditiùs ad perfectam præceptorum obseruātiam peruenitur.

ar.112.c. & 3.q.1.art.2. c.veri q.22. art.1. c. & 2.d.21.q.1. art.3.c. ar.91.a.m. arti.9 2.ad 22. & 22.q. 186.art.4. ad 2. & opus. 18.c.8. 9. Genes.17. ad 9.huius.

¶Ad quartum dicendum, quòd Augustinus in verbis illis intendit excludere quorumdam dictum, qui credebant virginitatem esse necessariam solùm ad carendum tribulatione corporis quæ in matrimonio sustinetur, obseruatio autem præceptorum etsi in hoc seculo fiat, non tamen pertinet ad hoc seculum, sed futuro seculo coniungit.

¶Ad quintum dicendum, quòd præcepta pertinent & ad actiuam & contemplatiuam vitam. Consilia verò sunt instrumenta contemplatiuæ vitæ, sed ibi præcessit mentio de præceptis ordinātibus ad proximum: quę pertinent ad vitam actiuam.

¶Ad sextum dicendum quòd etiam in ipso exercitio præceptorum contingit inueniri differentiam perfectionis. Vnde non potest dici quòd numerus quinque milliū pertineat ad præcepta, & numerus quatuor millium ad consilia. Sed primum pertinet ad imperfectam obseruantiam præceptorum: qualis etiam in seculari vita interdum habetur. Secundum verò pertinet ad perfectam obseruantiam præceptorum, ad quam ordinantur consilia. Nec tamen quia primò dominus dixit quinque millia quā quatuor millia, oportet quòd aliquis prius exerceatur in vita seculari quàm transeat ad religionem: quia etiam religionem intrantes, non statim perfectionem adipiscuntur, sed ad perfectionem assequendam se exercitant, sicut & intrantes scholas logicæ, non statim efficiuntur logici, sed ad hoc se exercitant. Vnde & religio quædā perfectionis schola est.

¶Ad septimum dicendum, quòd exempla quæ traduntur in euangelio, sunt exempla Christi, quæ pertinent non solùm ad consilia, sed etiam ad perfectam obseruātiam præceptorum: vnde & ibidem subdit exempla vt hic. Discite à me quia mitis sum & humilis corde.

¶Ad octauum dicendum, quòd charitas habet multos gradus. Nam primò est charitas incipiens, & postea perficiens, & vltimò perfecta: vnde charitas in spirituali vita, est principium & finis.

arti.92.ad 7.

22.q.24.ar ti.9. & q. 183. arr 4. 9.

¶Ad nonum dicendum, quòd obseruantia consiliorum est difficilior quàm obseruatio præceptorum, quantùm ad exteriores actus: tamē obseruatio præceptorum perfecta quantùm ad interiores actus est longè difficilior. Difficilius enim est deponere amici cupiditates quàm possessiones: & tamen difficilius est obseruare exteriores actus præceptorum sine consiliis, quàm cum consiliis, sicut ex præmissis patet.

¶Ad decimum dicendum, quòd incipientes sunt sine ordine instituendorum ab aliis: & ideò præcepto mouentur ad aliquid faciendum tam in vita seculari quàm in religione, sed quando iam perficiuntur, operantur ab interiori habitu, quasi ex seipsis non solùm consilia, sed etiam præcepta.

¶Ad vndecimum est dicendum, quòd sicut dictum est, charitas & est principium spiritualis vitę & finis: & ideò & ipsa præcedit inchoata tanquam deesse existens spiritualis vitæ: & ipsa sequitur tanquam pertinens ad perfectum esse spiritualis vitę: & tamen ea quæ sunt de bene esse, ordinantur ad conseruationem eorum quæ sunt de esse rei.

¶Ad duodecimum est dicendum, quòd etiam in disciplinis prius addiscuntur ea per quæ alia perfectiùs intelliguntur, quamuis illa facilius sit intelligere vel habere secundum communem modum, sicut facilius est scire argumentari eo modo quo etiam idiotæ vtuntur dialectica quadam, quàm scire regulas logicæ: & tamen primò addiscuntur regulæ logicæ, ad hoc quòd aliquis perfectiùs argumentari valeat, quàm communiter idiotæ argumentantur, & similiter facilius est obseruare præcepta secundum imperfectum modum, quàm obseruare consilia, & tamen qui tendunt ad perfectam præceptorum obseruationem, oportet quòd incipiant à consilijs, sicut à quibusdam instrumentis.

¶Ad decimumtertium est dicendum, quòd illa quæ ibi dominus superaddit, non sunt consilia, sed præcepta, vt patet ex ipsis verbis domini quæ ibi ponuntur. Tunc etiā ex expositione Augustini in libro de sermone domini in monte.

¶Ad decimumquartum dicendum, quòd obseruantia præceptorum secundum imperfectum modum est minimum in vita spirituali, sed est maximum si obseruentur perfectè.

¶Ad decimumquintum dicendum est, quòd perfectiora euangelij non solùm sunt consilia, sed etiam præcepta, vt ex dictis patet.

¶Ad decimumsextum est dicendum, quòd illud à quo cōuertitur consequentia essendi, etsi sit prius natura quodammodo, non tamen oportet quòd semper sit prius tempore. Non enim in angelis viuere præcedit intelligere, quamuis non omne viuens sit intelligens, quia statim à principio angeli vitam perfectam habent, quæ est intellectualis. Et similiter qui volunt plenius præcepta custodire, statim à principio consilia assumere debent: licèt non omnes obseruantes præcepta, obseruent consilia.

¶Finis quarti quodlibeti.

INCIPIT QVODLIBET QVINTVM.

QVAESTIO I.

QVAESITVM est de Deo & angelis & hominibus. De Deo quæsitum est, & quantum ad naturam diuinam, & quantum ad naturam assumptam, quantum ad naturam diuinam, quæritur est de scientia & de potētia Dei. Circa scientiā Dei, quęsita sunt duo. Primò vtrū Deus sciat primum instās in quo potuit creare mundum. Secundò vtrùm præsciti à Deo, possint demereri.

ARTICVLVS I.

AD PRIMVM sic procedebatur. Videtur quòd Deus sciat primum instans in quo potuit mundum creare, Deus enim potuit creare mundum antequam creauerit, non autē potuit creare ipsum in infinitū ante, quia sic esset ei coæternus, ergo est dare aliquod instans, in quo primò potuit creare mundum, sed Deus sua scientia totum comprehendit: ergo Deus scit primum instans in quo potuit creare mundum.

¶SED CONTRA. Deus nihil scit quod eius omnipotentiæ præiudicet, præiudicaret autem eius omnipotentiæ, si esset aliquod instās in quo primò potuit creare mūdum, quia sic eius potentia ad illud instans limitaretur: ergo Deus nescit primū instās in quo potuit creare mūdū.

¶RESPONDEO dicendum, q̄ dupliciter dicitur aliquid fieri in aliqua mensura loci vel tēporis. Vno modo præsupposita ipsa mēsura, & sic particulares effectus producuntur à Deo vel ab alijs agentib. in loco vel tēpore. Alio modo vt simul cū eo q̄ fit, p̄ducatur mēsura loci vel tēporis. Et hoc modo mūdus à Deo ineffe, p̄ducitur, non quidem quasi in aliquo loco vel tēpore præexistente: sed quia simul cum mundo & locus & tempus producitur. Vnde aliter est intelligendum, cùm dicitur, quòd Deus potuit facere aliquē particularem effectum, puta equum vel hominem antequam fecerit, vel etiam alibi quàm fecerit: & aliter cum hoc de mundo dicitur. Nam cū de homine vel equo hoc dicitur, signatur aliquod tempus vel locus aliquis esse, in quo homo à Deo fieri potuerit. Sed cum de hoc mūdo dicitur, non signatur quòd sit aliquod tempus ante mundum, nec aliquis locus extra ipsum, sed significatur quòd Deus potuit mensuram loci aut temporis mundi facere maiorem. Si ergo quęratur vtrùm potuerit mundum facere in infinitum antequam fecerit. Si hoc quidem referatur ad potentiam facientis, manifestum est quòd in infinitum ante facere potuit. Dei enim potentia est ęterna cui nihil accrescere potuit, vt inciperet quandóque facere mundum, cùm prius non potuerit. Si verò referatur ad ipsum mundum, sic non potuit fieri, vt esset semper suppositā catholicæ fidei veritate, quæ habet mundum quandóque non fuisse. Sicut enim Deus non potest facere vt quod fuit non fuerit, vt infra dicetur: ita nō potest facere, vt quod fuit, quandóque nunquam non fuerit. Secundum hunc ergo sensum dicitur quòd Deus non potuit mundum facere in infinitum antequam faceret. Sed adhuc intelligendum est quod infinitum dicitur dupliciter. Vno modo in actu, & sic dicitur secundum modū prædictum, quòd Deus non potuit facere mundum in infinitum antequam fecerit, id est quòd duratio mundi in infinitum ante præcesserit. Alio modo dicitur infinitum secundum potentiam: & sic potuit Deus in infinitum mundum facere antequam fecerit, quia quantumcúnque ante detur eum fecisse, adhuc potuit eum prius facere. Et sic non est dare primum instans, in quo Deus potuit facere mundum. Est autem dare primum instans in quo fecerit, sicut etiam est dare supremum vbi vsque quo Deus mundum fecerit, non tamen est dare supremum: vlera quod facere non potuerit. Et sic patet quòd quæstio cessat.

1.p.q.46. art.3.ad 1. & 2.dis.1.q. 1.arti.6.ad tertium.

1.p.q.9. ar. 1.ad 4 46. ar.1.ad 1. & 2.dis.1. q.1. art.3.ad 4. arti.96.& 198.ad 1.

ar.198. ad 1.& 227.o.

ARTICVLVS II.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd præsciti à Deo, non possint demereri. Sicut enim aliqui sunt electi à Deo ab æterno ad gratiam habendam, ita etiam aliqui sunt præsciti à Deo, ad hoc quòd suæ naturę relinquantur. Sed naturalibus non meremur neque demeremur: ergo præsciti à Deo non demerentur.

¶SED CONTRA, Nullus damnatur à Deo, nisi propter demeritum, cum Deus sit iudex iustus. Sed præsciti damnantur à Deo: ergo demerentur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd scientia Dei comparatur ad res creata, sicut ars ad artificiata. Vnde sicut ars non solùm est cognoscitiua, sed factiua eorum quę secundum artem fiunt. Eorum verò quæ ab artis regulis deuiantur, est cognoscitiua: ita etiam scientia Dei est factiua & cognoscitiua omnium bonorum: malorū verò siue peccatorum quæ sunt deuiationes quædam ab æterna lege ipsius sciētia Dei est cognoscitiua, nō aūt causatiua. Et sic patet quòd boni qui per gratiam iustificantur, non solùm sunt à Deo ab æterno prænogniti, sed etiam electi ad gratiam habendam: peccatores autem qui non iustificantur per gratiam, non sunt electi vel prædordinati à Deo ad culpam: sed solùm præsciti quòd non sint per gratiam habituri, sed suæ naturæ sint relinquendi. Quia verò omne agens potest in id quod est infra se, non autem in id quod est supra se natura sibi relicta non potest in actum meritorium qui est supra facultatem naturæ. Potest autē in actū peccati, qui est demeritorius, sicut in aliquid infra naturam humanam existens: homo enim peccando descendit à dignitate suę naturæ. Et sic patet quòd præsciti possunt demereri.

1.p.q.14.ar. 8.o. & 9.ad 3. & 16.ad 2.

1.p.q.23. ar 3.c.3.ad 2. art.213.hu- ius.1.p.q. 24.ar.10.o. & ar.15.ad 2.dis.40. q.4.ar.1.ar 1.c.7. huius art.127.ad 2.

11.q.55.ar. 2.ad 3.

4.dis.17.q. 1.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hoc quod dicitur, quòd naturalibus non meremur neque demeremur, potest intelligi dupliciter. Vno modo sic quòd naturalia ipsa non sunt merita vel demerita: & sic verum est, quòd merita sunt supra naturā, & demerita sunt contra naturam. Alio modo potest intelligi, quòd sic naturalia non sint principia merendi vel demerendi: & sic falsum est. Naturalia enim adiuta per gratiam, sunt principia merendi, sibi autem relicta possunt esse principia demerendi, vt dictum est.

QVAESTIO II.

DEINDE circa potentiam quæsita sunt duo. Primò, vtrùm Deus possit virginem corruptam reparare. Secundò, vtrùm Deus possit peccare si vult.

ar.2.q.1.a.

ARTICVLVS III.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Deus possit virginem reparare. Ad omnipotentiam enim Dei pertinet, quòd non sit impossibile apud eum omne verbum: vt dicitur Lucæ primo. Sed hoc est quoddam verbum, virginem reparare post lapsum: ergo Deus potest virginem reparare post lapsum.

art.73.139. c.& 22.q. 152.ar.3.ad 2.3.& 3.p. q.89.ar.3. ad 2.

¶SED CONTRA est, quòd Hieron y. dicit. Cùm Deus cætera possit, non potest reparare virginem post ruinam, vt habetur in Decreto. 32. quæstio. 5.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in virginitate duo possumus considerare, quorum vnum est ipsa integritas mentis & corporis. Et sic Deus virginem potest reparare post ruinam. Potest enim mentem reintegrare per gratiam, & corpus consolidare per miraculum. Alia autem est causa integritatis prædictæ, quia scilicet mulier virgo non fuisset cognita viro. Et quantùm ad hoc Deus non potest virginem post ruinam reparare. Non enim potest facere vt iam ea quæ est cognita à viro, non fuerit cognita, sicut nec de aliquo quod factum est, potest facere quod factum non fuerit. Potentia enim Dei se extendit ad totum ens. Vnde solùm id à Dei potentia excluditur, quod repugnat rationi entis. Et hoc est simul esse & non esse. Et eiusdem rationis est, quod fuit non fuisse. Vnde Augustinus dicit 26. contra Faustum. Quisquis dicit si omnipotens est Deus, faciat vt ea quæ facta sunt, facta non fuerint, non videt se hoc dicere, faciat vt ea quæ vera sunt eo ipso quo vera sunt, falsa sint.

art.189. ad 1.art.39.& 226.o.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cùm verbum sit conceptus mentis, nihil quod contradictionem implicatur, verbū dici potest: quia non cadit in conceptu mentis, vt probatur in 4. Metaph.

ARTICVLVS IIII.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd hæc sit falsa: Deus potest peccare si vult. De quocūqs enim possum dicere quòd homo potest facere si vult: potest etiam dici simpliciter quòd homo potest facere illud. Si ergo hæc propositio est vera: Deus potest peccare si vult, sequitur quòd hæc sit vera. Deus potest peccare: sed hoc est erroneum: ergo & primum.

pot.q.1.art 6.o. & ve ri.q.24.ar 7.c.ad 2.& Malo.q.3. art.1.o. et 2. p.q.93.ar.1. c. & 22.q. 6.ar.2.ad 2.

¶SED CONTRA, Quicúnque vult peccare peccat. Sed sequitur si Deus peccat, potest peccare: ergo sequitur si vult potest peccare.

1.p.q.19.ar. 4.o.

¶RESPONDEO dicendum, quòd hæc coniunctio si, ordinem quendam importat, potest autem in proposito duplicem ordinem importare. Vno quidem modo ordinem causæ siue principij, & hoc modo propositio falsa est: voluntas enim Dei est principium & causa respectu creaturarum, non autem respectu eorum quæ pertinent ad diuinam naturam: vnde non dicimus, quòd pater genuerit filium voluntate, sed naturaliter: vt patet per Hylarium in libro de fyno. Potentia autem Dei ad ipsam naturam diuinam pertinet. Vnde hoc ipsum quod est posse peccare, non est subiectum diuinæ voluntati: alioquin voluntas Dei esset principium immmutationis diuinæ naturæ, quod est impossibile. Alio modo potest importare ordinem consequentiæ: & sic hæc locutio est vera. Si Deus vult peccare, potest peccare. Sequitur enim sine conditione, si argumentamur ex impossibili posito. Deus vult peccare: ergo potest peccare. Omnia enim quę vult potest, sed non econuersò.

1.p.q.25.ar 1.c.3.ad 2. et 9.44.ar.1. ad 2. et pot. 9.1.artic.6. ad 3.

¶AD PRIMVM ergo dicendum quòd cùm dicitur, Si homo vult currere, antecedens est impossibile: & ideò consequens est simpliciter possibile. Sed cum dicitur sic. Si Deus vult peccare, potest peccare, antecedens est impossibile: vnde nihil prohibet conditionem esse veram, consequente existente impossibili.

QVAESTIO III.

DEINDE quantùm ad naturam assumptam, quæsita sunt duo.

¶Primò, vtrùm totus sanguis quem Christus in sua passione effudit, in resurrectione ad corpus eius redierit.

¶Secundò in quo Christus nobis maius signum dilectionis exhibuerit: vtrùm in hoc quòd Christus passus est pro nobis: vel in hoc quòd corpus suum dedit nobis sub sacramento in cibum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ARTICVLVS V.

3.p.q.54. art.1. ad 1. & 4.d.44. q.1.arti.2. q.2.

CIRCA primum sic procedit. Videtur quòd totus sanguis Christi qui est in passione eius effusus ad corpus eius in resurrectione redierit. Resurrectio enim nostra conformis erit resurrectioni Christi secundum illud ad Phillip.tertio. Reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Sed ad corpus nostrum in resurrectione redibit totum quod fuit de veritate humanæ naturæ. Sanguis autem Christi in passione effusus fuit de veritate humanæ naturæ, & sacer dicitur, secundum illud. Quem sacer cruor perunxit fusus agni corpore, ergo videtur quòd ille sanguis Christi in passione effusus in resurrectione ad corpus eius redierit. ¶Præterea. Verbum Dei nunquam deposuit, quod in nostra natura assumpsit partibus humanæ naturæ ab invicem in passione separatis: sed verbum Dei assumpsit in natura nostra non solùm corpus, sed etiam sanguinem ergo sanguis ille nunquam fuit à verbo depositus, redijt ergo ad ipsum in resurrectione.

ar.163.t.& 4.d.44.q. 2.arti.2.o.

¶SED CONTRA est quòd in aliquibus Ecclesijs sanguis Christi vsque hodie dicitur seruari.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in resurrectione tam Christi, quàm nostra, totum quod fuit de veritate humanæ naturæ reparabitur, non autem illa quæ de veritate humanæ naturæ non fuerunt, & quamuis circa ea quæ sunt de veritate humanæ naturæ sit diuersa diuersorum opinio, secundum quamlibet opinionem non totus sanguis nutrimentalis, idest qui ex cibis generatur pertinet ad veritatem humanæ naturæ. Cùm ergo Christus ante passionem comederit & biberit, nihil prohibet in eo fuisse aliquem sanguinem nutrimentalem, qui ad veritatem humanæ naturæ non pertinet, & quem oporteret ad corpus eius in resurrectione redire. Sed quia specialiter fit quæstio de sanguine in passione effuso pro redemptione humani generis, de hoc magis dicendum videtur, quòd totus in resurrectione ad corpus Christi redierit triplici ratione. Quarum prima accipi potest ex ætate Christi patientis. Passus est enim in perfectissima ætate: in qua maximè ea quæ in homine inueniuntur, ad veritatem humanæ naturæ pertinere videntur tanquam ad maximam perfectionem adducta. Secunda sumitur ex merito passionis. Si enim sanctorum martyrum illę partes in quibus passionem pro Christo sustinuerint, quendam prærogatiuum fulgorem in resurrectione habent, vt Augustinus dicit vigesimoprimo de Ciuitate Dei, ergo multò magis sanguis Christi quem pro salute humani generis effudit, ad gloriosam resurrectionem reparatus est. Tertia ratio potest sumi ex ipsa virtute passionis. Sanguis enim ille in passione effusus humanum genus sanctificabit, secundum illud ad Hebræos vltimo, Iesus vt sanctificaret per sanguinem suum populum extra portam passus est. Humanitas autem Christi salutiferam virtutem habuit ex virtute verbi sibi vniti, vt Damascenus dicit in tertio libro. Vnde manifestum est quòd sanguis in passione effusus qui maximè fuit salubris: fuit diuinitati vnitus. Et ideò oportuit quòd in resurrectione iungeretur aliis humanitatis partibus. Sanguis autem Christi, qui in quibusdam ecclesijs ostenditur, dicitur ex quadam imagine Christi percussa miraculosè fluxisse. Vel etiam alia ex corpore Christi.

3.p.q.54.ar ti.4.c.& 4. di.44 q.2. ar.1.q.1. ad quintum.

3.p.q.48. ar.4.ad 3. & arti.5.c.

3.p.q.52.ar ti.3.ad 1.

3.p.q.54.3. ad 3.

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS VI.

ar.specialiter.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Christus maius dilectionis signum nobis ostendit tradendo corpus suum in cibum, quàm patiendo pro nobis. Charitas enim patriæ perfectior est, quàm charitas viæ. Sed beneficium illud quo nobis Christus contulit corpus suum dans nobis in cibum, magis assimilatur charitati patriæ, in qua plenè fruemur Deo. Passio autem quam pro nobis subiit, magis assimilatur charitati vię, in qua nobis pro Christo imminet patiendum. Ergo maius est dilectionis signum quòd Christus corpus suum tradidit nobis in cibum, quàm quod Christus passus est pro nobis.

¶SED CONTRA est, quod dicitur Io.15. Maiorem charitatem nemo habet, quàm vt animam suam ponat quis pro amicis suis.

¶RESPONDEO dicendum quòd illud quod est potissimum in vnoquóque genere, est mensura omnium eorum quæ sunt illius generis: vt patet per philosophum in 10. Meth. potissimum autem in genere amoris hominum est amor quo quis amat seipsum. Et ideò ex hoc amore necesse est mensuram accipere omnis amoris quo quis alium amat. Vnde & in 9. Ethi. philosophus dicit. Quod amicabilia quę sunt ad alterũ, veniũt ex amicabilibus q̃ sunt ad seipsum. Pertinet autẽ ad amorẽ quo quis amat seipsũ, vt velit sibi bonum: vnde tantò aliquis alium magis amare probatur, quantò magis bonum quod sibi vult propter amicum prętermittit, secundum illud Prouer.12. Qui negligit damnum propter amicum iustus est. Vult autem homo sibi triplex bonum particulare quę sunt animæ, corpus, & res exteriores. Est ergo aliquod signum amoris, quòd aliquis in rebus exterioribus propter alium detrimentum patiatur, maius autem amoris signum, si etiã corporis proprij detrimentum patiatur, vel labores, vel verba pro amico sumendo: maximum autem dilectionis signum, si etiam animam suam deponere velit pro amico moriendo. Quo fit ergo Christus pro nobis patiendo animam suã posuit, maximum fuit dilectionis signum: quòd autẽ corpus suum dederit in cibum sub sacramento, ad nullum detrimentum ipsius pertinet vnde patet quòd primum est maius dilectionis signum: vnde hoc sacramentum est memoriale quoddam & figura passionis Christi. Veritas autem præeminet figuræ, & res memoriali.

12.q.84.ar. 4.c. & 22. 4.73.art.3. & 4.c.83.ad 2.verti.q.3. ar.2.c.

& in or. 100.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd exhibitio corporis Christi in sacramento habet quidem figuram quandam charitatis qua diligit nos Deus in patria, sed passio eius pertinet ad ipsum Dei dilectionem, nos à perditione ad patriam reuocantem: dilectio autem Dei non est maior in patria quàm sit in præsenti.

1.p.q.63.ar tic.7. & 9. ad 3. de eorum superioritate. Opus 390.

QVAESTIO IIII.

ARTICVLVS VII.

DEINDE circa angelos quæritur est vnum, scilicet vtrum Lucifer sit subiectum æui. Et videtur quòd sic. Sicut subiectum temporis est primum temporale simplicissimum: ita subiectum æui videtur esse simplicissimum quiternum: hoc autem est Lucifer qui inter angelos supremus fuit secundum suam naturam creatus. Aeuum autem non respondet gratię sed naturę: alioquin corpora cœlestia quæ non sunt susceptiua gratiæ æuo mensurari non possent. Cum ergo dona naturalia integra remanserint in dæmonibus post peccatum, sicut Dio. dicit quarto capite de di. no. videtur quòd æuum sit in Lucifero sicut in subiecto.

Opus 390.

arti.63. sed contra. & ad 2.

¶SED CONTRA, æuum est quędam æternitatis participatio. Sed angeli beati magis sunt in participatione æternitatis quàm Lucifer: qui est beatitudinis expers. Ergo Lucifer non est subiectum æui: sed magis supremus beatorum angelorum.

1.d.19.q.1. ar.1.ad 1.2. 2.d.2.q.2. ar.1.c.fi.& ar.2.ad 5.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ex ignorantia linguę græcę prouenit, quòd cõmuniter apud multos æuum ab æternitate distinguitur: ac si distingueretur antropos ab homine: quod enim in greco. dicitur æuum, in latino æternitas. Et sic etiam Dio.10.ca.de di.no. pro eodem vel-tur æternitate & æuo: sed quia nominibus vtendum est vt plures: si verunque distinguamus abinuicem: æuum nihil aliud erit quàm æternitatis participatio: vt scilicet essentialis æternitas ipsi Deo attribuatur, æuum autẽ quasi participata æternitas substantijs spiritualibus quę sunt supra tempus: quia verò id quod per essentiam dicitur, super est mensura ipsius quod dicitur per participationem potest dici quòd prima mensura omnium æuiternorum, est ipsa Dei æternitas: sicut etiam substantia Dei est mensura omnis substantię, vt dicit commentator in x. Metaphy. Si quis tamen velit accipere mensuram homogeneam: id est eiusdem generis, dicunt quidam quòd non est vna mensura communis: sed quodlibet æuiternum habet suũ æuum. Sed hi propriam vocem ignorant. Sic enim esset verum quod dicunt, si omnia æuiterna essent æqualia. Sic enim vnum eorum non esset mensura alterius: hoc autem non est verum: quia in angelis est accipere primum medium & vltimum non solùm secundum diuersas hierarchias & ordines, sed etiam secundum diuersos angelos in eodem ordine: vt patet per Dionisium decimo capite cœlestis Hierarchiæ. Et quia semper illud quod est simplicissimum, est mensura in quolibet genere: sicut dicitur in decimo Metaphysicorum. (Topicorum capite secundo.) Ideò necesse est vt duratio simplicissimi æuiterni sit æuum

sit æquum omnium quiternorum: & ita simplicissimum quiternum est subiunctum æui. Sed attendendum quòd substantiæ spirituales mensurantur æuo, non solùm quantũ ad earum subsistentiam, sed etiam quantùm ad earum propriam operationem. Vnde in lib. de causis dicitur q̃ sunt in momento æternitatis secundũ subsistantiam & operationem: & sic oportet, quòd ille angelus qui est subiectũ qui, sit simplicissimus, non solùm quantùm ad essentiam, sed etiam quantum ad operationem. Talis autẽ est supremus omnium angelorum bonorum, cuius operatio maximè est in vno, quod est Deus, vnita. Vnde supremus omnium angelorum est subiectum æui. Non autem Lucifer.

1.p.q.10.ar tic.6. & 2. ad 3.q.1. ar tic.2.

1.p.q.10.ar.4.ad 1.ar. 6.c.& 2.di. 3.q.1.art.1. ad 4.

1.dist.2.q.1. art.2.ad 5.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd aliqui posuerunt Luciferum non fuisse supremum angelorũ. Sed sicut Dama. dicit fuit primus eorum qui præerant ordini terrestri. Si verò concedamus secũdum Gregorium, quòd fuerit supremus omnium: tunc dicendum est, quòd sua operatio auersa est ab vno primo, & conuersa ad multitudinem inferiorum rerũ, quarum primatum appetiit. Et secundum hoc dæmones decidũt à summa simplicitate qui vnde Dio. dicit 4.c. de diui. no. quòd dæmones dicuntur mali, propter hoc quòd infirmantur circa operationem naturalem.

1.p.q.63.ar tic.6.ad 3. ma q.16.ar tic.1.ad 12.

QVAESTIO V.

DEINDE quæritur est de hominibus. Et primò quantùm ad ea quæ possunt omnibus esse communia. Secundò quantùm ad ea quæ pertinent ad quosdam horum status. Circa communia verò, quæritur est quadrupliciter. Primò quidem de his quæ pertinent ad naturam hominis. Secundò, de his quæ pertinent ad sacramenta. Tertiò, de his quæ pertinent ad virtutes. Quartò: de his quæ pertinent ad præcepta.

¶Circa primum quæsita sunt tria. Primò, quantùm ad personas hominum: vtrùm scilicet si Adam non peccasset, idẽ homines numero saluarentur qui nunc saluantur. Secundò quantùm ad intellectum, vtrùm scilicet verbum cordis sit species intelligibilis. Tertiò, quantum ad voluntatem, vtrũ scilicet ea quæ per timorem fiũt, sint volũtaria.

ARTICVLVS VIII.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ si Adam non peccasset, non iidem homines numero saluarentur qui nunc saluantur. Si enim Adam non peccasset, soli electi nascerentur: ergo non fuissent nati illi peccatores qui finaliter sunt reprobati: & per consequens nec eorum filij, quia si non sunt idem patres, consequens est neque filios esse eosdem: multi autem nunc saluantur ex reprobis parentibus nati. Ergo si Adam non peccasset, non iidẽ saluarentur, qui nunc saluantur.

¶Præterea, Secundum philosophum semen est superfluũ alimenti, sed aliis cibis homo vsus fuisset in paradiso, si nõ peccasset ab his quibus nunc vtitur: ergo aliud fuisset semen, & per consequens alij filij.

¶SED CONTRA est quod Grego. dicit 4. moral. Si primum parentem nulla putredo peccati corrumperet, nequaquam ex se filios gehennę generaret: sed hi qui nũc per redemptorem saluandi sunt, soli ab eo electi nascerentur.

¶RESPONDEO dicẽdum, q̃ cùm in generatione hominis sicut & aliorũ animaliũ semen patris sit agens: materia verò à matre ministrata sit sicut patiens: ex quo corpus humanum formatur: impossibile est eundẽ filiũ nasci, siue sit alius pater, siue sit alia mater, sicut etiam nõ est idẽ numero sigillum: siue sit alia cera, siue sit aliud corpus sigilli: ex cuius impressione cera sigillatur. Et quamuis superfluũ alimenti sit semẽ secundũ philosophũ: diuersitas tamen alimentorum non sufficeret ad diuersificadum filios qui ex semine nascuntur: quia ex illis cibis non sumitur semen, nisi quatinus aliqualiter in substantiam parentũ conuertuntur. Dicunt quidam sequentes Ansel. quòd si homo non peccasset in illa prima tẽtatione, statim confirmatus fuisset & ipse & omnes qui ab eo nascerentur: ita q̃ omnes qui nascerẽtur fuissent electi. Vnde cũ nunc multi qui saluãtur ex peccatoribus nascãtur, sicut in obiiciẽdo tangebatur, cõsequẽs est quòd essent alij parẽtes saluãdorũ, & per consequens alij filij. Sed hæc positio nõ videtur esse vera, quia secundũ Aug. 14. de ci. Dei. Status corporis in homine proportionaliter respõdet statui animæ: quãdiu ergo homo habuit corpus animale potẽs mori & nõ mori indigens alimentis, tandiu habuit animã potentẽ peccare, & non peccare: habuit autem corpus animale quãdiu fuit in statu generandi: quod eriam fuisset, si post illam primã tentationem non peccasset. Et ideò possibile fuisset, si primus homo tunc non peccasset, quòd etiam ipse vel eius posteri postmodùm peccarent: vt Hugo. de sanct. Vict. dicit. Vnde ex hoc non sequitur parẽtum diuersitas, quòd nunc sunt aliqui peccatores, tunc autem non essent, sed est aliud: vnde necesse est ponere diuersitatem parentum: quia in primo statu vnus homo non habuisset plures vxores: nec etiam aliqui ex fornicatione vel adulterio nascerentur, quod nunc cõtingit etiam in his qui saluãtur: multi enim filij vnius parentis ex pluribus vxoribus nati saluantur, sicut patet de filiis Iacob. Multi etiam ex fornicatione vel adulterio nati, alioquin eis frustra sacramenta salutis adhiberentur. Vnde relinquitur quòd aliqui nunc saluantur, qui si primus homo non peccasset, non nascerentur: & per consequens non saluarentur, nec tamen Dei prædestinatio falleretur: quia Deus prædestinauit homines habens scientiam futuri euentus. Quod verò Grego. dicit, quòd si primus homo non peccasset, nequaquam ex se filios gehennæ generaret, indubitanter verum est. Non enim in filios transfunderet peccatum originale, secundum quòd homines filij iræ nascuntur: quòd autem subdit quòd hi soli qui nunc saluandi sunt nascerenturintelligendum est quòd pronomen facit simplicem demonstrationem: quia scilicet soli electi nascerentur quantùm est ex ratione originis, non autem demonstrationem personalem: quia aliæ personæ essent hominũ qui saluarẽtur. ¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Gregorius. Not. bene.

art.63.ad 1.

ARTICVLVS IX.

1.p.q.34. arti.1.& q. 84.art.4.c. ad 1. q.85. arti.2.opus. 53.c.

AD SECVNDVM sic procedebatur. Videtur q̃ verbum cordis sit species intelligibilis: verbum enim cordis est quo intellectus videt: hoc autem est species intelligibilis: ergo verbum cordis est species intelligibilis. ¶Præterea, Cognitio intellectiua à sensu oritur. Sed illud quod sensus sentit, est species intelligibilis: ergo verbum cordis quo intellectus intelligit, est species intelligibilis. ¶SED CONTRA, Verbum cordis interius est quod exteriori verbo significatur. Sed verbum exterius non significat speciem intelligibilem: ergo verbum interius nõ est ipsa species intelligibilis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd secundum Augustinum de Trini. Verbum cordis importat quoddam procedens à mente siue ab intellectu. Procedit autem aliquid ab intellectu, inquantùm est constitutum per operationẽ ipsius. Est autem duplex operatio intellectus, secundum philosophum in tertio de anima. (T.c.21.) Vna quidem quæ vocatur indiuisibilium intelligentia: per quam intellectus formatur in seipso diffinitionem, vel conceptum alicuius incomplexi. Alia autẽ operatio est intellectus componentis & diuidentis, secundum quam format enunciationem. Et verũq; illorum per operationem intellectus constitutorum vocatur verbum cordis, quorum primum significatur per terminum incomplexum: secundum verò significatur per orationem. Manifestum est autem, quòd omnis operatio intellectus procedit ab eo, secundũ quòd est factus in actu per speciem intelligibilem: quia nihil operatur, nisi secundum quòd est actu. Vnde necesse est q̃ species intelligibilis quæ est principium operationis intellectualis differat à verbo cordis, quod est per operationem intellectus formatũ, quamuis ipsum verbum possit dici forma vel species intelligibilis: sed sicut per intellectum constituta: prout sicut forma artis quam intellectus adinuenit, vt dicitur quædam species intelligibilis.

1.p.q.27.ar ti.1.c.ma.et q.28.ar.4. ad 1. ver.q.14.ar 1.c.principio & spiritu art.9. ad 6. & ar.vl. ad 7. & 1. dist.19.q.5. ar.1.ad 7.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd intellectus intelligit aliquid dupliciter. Vno modo formaliter & sic intelligit specie intelligibili qua fit in actu. Alio modo sicut instrumento quo vtitur ad aliud intelligendum: & hoc modo intellectus verbo intelligit: quia format verbum ad hoc quòd intelligat rem.

¶Ad secundum dicendum, quòd cognitio sensus exteriorís perficitur per solam immutationem sensus à sensibili. Vnde per formam quæ sibi à sensibili imprimitur, sentit: non autem ipse sensus exterior format sibi aliquam formam sensibilem, hoc autem facit vis imaginatiua: cuius formæ quodammodò simile est verbum intellectus.

arti.26i.& 1.p.q.85. ar ti.2.ad 3.

ARTICVL. X.

CIRCA tertium sic proceditur. Videtur q̃ ea quę fiũt ex timore nõ sint voluntaria. Necessitas enim volũtatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

contrariatur, vt dicitur in 5. Metaphy. (T. capi. 6.) Sed ea quæ sunt ex timore dicũtur ex necessitate fieri: nõ ergo sunt voluntaria.

22.q.6.art. 6.o.&77.ad 1. & 2. & 22.q.110. ar.3.ad3. & 4.d.29. art.2.

¶SED CONTRA. omne quod quis operatur propter finẽ est volũtariũ: sed ea quæ quis operatur ex timore opẽratur propter finem, scilicet ad vitandum malum quod timet, sicut qui proijcit merces in mare vitat submersionem nauis: ergo huiusmodi sunt voluntaria.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ cũ bonum sit voluntatis obiectũ hoc modo se habet aliquid ad hoc q̃ sit voluntariũ, quo modo se habet ad hoc q̃ sit bonum. Contingit autẽ aliquid in vniuersali cõsideratũ esse bonũ: quod tamẽ secundũ aliquas particulares circũstantias redditur malũ, sicut generare filios est bonũ, sed generare filios ex nõ sua vxore est malũ, & similiter cõtingit aliquid in vniuersali cõsideratũ esse malũ, quod tamẽ secundũ aliquas particulares circũstantias fit bonũ: sicut occidere secundũ se est malũ, sed occidere hominẽ pernicioſum multitudini, est bonũ, & quia actiones circa singularia iudicãtur bonę vel malę, & per cõsequẽs volũtarię vel inuolũtarię, simpliciter quidẽ cõsideratis singularibus circũstãtijs, secundũ quid autẽ secundũ q̃ in vniuersali cõsiderãtur: ea verò quæ ex timore fiũt in vniuersali quidẽ cõsiderata, sunt mala & inuolũtaria: sed si cõsiderẽtur secundũ singularia quę circũstant, sic sunt bona: & volũtaria, sicut proijcere merces in mare secundũ se cõsideratũ est malũ & nõ voluntariũ: sed in tali casu est bonũ & voluntariũ, vnde & Philosophus dicit in 3. Ethicor. quod huiusmodi mixta sunt ex voluntario, & inuoluntario: simpliciter autem sunt voluntaria, secundum quid autem inuoluntaria & ex necessitate facti.

22.q.125. ar.4.22.q. 108.art.4. ad 4. & 4. dist.29.q.1. ar.2.

¶Et per hoc patet responſio ad obiecta.

QVAEST. VI.

DEINDE circa ſacramentũ quæritũ est. Primò de ſacramẽto euchariſtiæ. 2. de ſacramẽto pœnitẽtiæ. 3. de ſacramento matrimonij.

¶Circa euchariſtiam quæſita ſunt duo. Primò, vtrũm forma panis annihiletur. Secundò, vtrũm ſacerdos dare debeat hoſtiam non conſecratam peccatori hoc petenti.

ARTICVLVS XI.

108 AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd forma panis in ſacramẽto euchariſtię annihiletur. Illud enim annihilari videtur, quod definit eſſe & in nihil cõuertitur. Sed forma panis facta cõſecratiõe definit eſſe, nec eſt dare in quod conuertatur. Nõ enim cõuertitur in materiam corporis Chriſti: nec etiam in formam eius quę eſt anima alioquin anima eſſet ibi ex vi ſacramenti: ergo forma panis annihilatur.

3.p.q.75.ar ti.4.o.&c. 2.c.&ad3.

¶Præterea. Aug. dicit ſuper illud Ioã. 17. Clarifica me pater, &c. Si humana natura cõuertitur in verbũ ſi diligẽtiùs cogitamus, homo periret in Deo. Sed illud annihilari dicitur quod perit: ergo ſi panis conuertitur in corpus Chriſti, videtur quòd annihiletur.

¶SED CONTRA eſt, quia ſicut Augu. dicit lib. 83. q. Deus non eſt actor tendendi in non eſſe. Eſt autem actor ſacramenti euchariſtiæ: ergo in illo ſacramento nihil annihilatur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd annihilatio quędam motũ importat. Omnis autem motus denominatur à termino ad quem. Vnde terminus annihilationis eſt nihil. Conſecratio tamen panis in ſacramento euchariſtiæ, non terminatur ad nihil: ſed ad Corpus Chriſti: alioquin non eſſet dare quomodò corpus Chriſti incipiat eſſe ſub ſacramento. Non enim incipit ibi eſſe per motum localẽ: alioquin deſineret eſſe in cœlo. Relinquitur ergo, quòd in conſecratione panis non eſt aliqua annihilatio, ſed tranſubſtantiatio panis in corpus Chriſti.

4.di.11.q.1. ar.2.o. 3.p.q.75.ar ti.2.& 4. & 4.di.10. ar.1.ad 4. 183.ad3.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut in generatione naturali, neq; forma, neque materia generatur aut corrumpitur, ſed totum compoſitũ: ita etiã in ſacramẽto altaris non eſt quærendum ſeorſum de forma aut materia in quid conuertatur: ſed totus panis conuertitur in totum corpus Chriſti, inquantùm eſt corpus: quia ſi in triduo mortis Chriſti fuiſſet conſecratio facta, nõ fuiſſet ibi anima, ſed corpus exanime, ſicut in ſepulchro iacebat.

3.p.q.75.ar ti.6.ad2.et 4.di.11.q.1. ar.1.q.3.ad 2.

¶Ad ſecundum dicendum, quòd perire diceretur natura humana, ſi conuerteretur in verbum quantum eſſe deſineret, quod pertinet ad terminum à quo: non autem ſi annihiletur quantùm ad terminum ad quem.

3.p.q.81.art. 4.105.

ARTICVLVS XII.

CIRCA ſecundum ſic procedebatur. Videtur quòd ſacerdos non debeat dare hoſtiam non conſecratã peccatori occulto hoc petenti. Non enim debet ſacerdos peccatum occultum publicare. Publicaret autem ſi ei daret hoſtiam non conſecratam, cùm aliis ſociis daret conſecratam: ergo ſacerdos non debet dare hoſtiam non conſecratam peccatori occulto hoc petenti.

¶Præterea, Hoſtia conſecrata à ſacerdote alicui fideli porrecta à circunſtantibus adoratur. Si ergo exhibet hoſtiã non conſecratã, loco conſecratæ, quantùm eſt in ſe faciet populum idololatrare, quod eſt graue peccatum: non ergo ſacerdos debet peccatori occulto petenti dare hoſtiam non conſecratam.

¶SED CONTRA eſt, quia ſacerdos eſt medicus animarum. Sapiens autem medicus vitat quãtum poteſt periculum infirmi quem accepit in cura. Peccatori autem eius curam habet imminẽt magnũ periculum, ſi in cõſcientia moralis peccati corpus Chriſti acciplat: quia qui manducat & bibit indignè, iudicium ſibi manducat & bibit: vt dicitur primæ. Corinthiorum 11. ergo ſacerdos bene facit, ſi eius periculum euitet porrigens ei hoſtiã non conſecratam.

¶RESPONDEO dicendum, quòd veritati nõ eſt aliqua fictio adiungenda: qui enim nulla eſt conuentio lucis ad tenebras: vt apoſtolus dicit 2. ad Corin. 6. & propeer hoc Aug. probat in lib. 83. q. quòd corpus Chriſti non fuit fantaſticum: quia veritas quę eſt Chriſtus, non potuit fallere: & ideò in ſacramentis eccleſiæ nihil eſt per fictionẽ agendum, & præcipuè in ſacramẽto altaris, in quo totus Chriſtus continetur. Eſſet autem quædam fictio: ſi hoſtia non conſecrata loco conſecratę daretur. Et cum etiam ſacerdos quantũ in ſe eſt, populo ſieret idololatrandi occaſio, qui quamuis peccatum idolatriæ non incurreret, æſtimãs probabiliter hoſtiam eſſe conſecratam, tamen ſacerdos in hoc ipſo quòd hoſtiam non conſecratam, populo exhiberet adorãndam, idolatriæ crimẽ incurreret. Vnde hoc in nullo caſu eſt faciendum, vt hoſtia non conſecrata exhibeatur vni vel pluribus tanquam conſecrata. Debet ergo ſacerdos peccatorem occultum primò quidem monere, vt pœnitentiam agat, & ſic ad ſacramentum accedat, quòd ſi pœnitere noluerit, debet ei occultè inhibere, ne alijs communicantibus in publico ſe immiſceat, quòd ſi ſe immiſcuerit, debet ei dare hoſtiam conſecratam.

3.d.9.q.1. arti.2.q.6. ad2.

22.q.1.arti 2.ad2.

3.q.80.art. 6.& q.81. arti.2.c.& ad 2.& 4. di.9.art.4 q.10.

¶Vnde prima duo concedimus.

¶Ad tertium dicendum, quòd ſtultus eſſet medicus qui cum maiori ſuo periculo minus periculum infirmi vellet impedire, puta ſi vellet ipſe venenum bibere, ne infirmus biberet vinum. Multo autẽ magis peccat ſacerdos fictionem faciens in ſacramento Chriſti, quàm peccator indignè ſumens. Vnde ſtultus eſſet ſacerdos, ſi vt vitaret peccatum ſubditi, ipſe grauiùs peccaret, fictionem faciens in ſacramento veritatis.

QVAESTIO VII.

DEINDE circa ſacramentũ pœnitentiæ quæſita ſunt duo. Primò verùm prælatus debeat ſubditum ſuum ab adminiſtratione remouere, propter aliquid quod ab eo in confeſſione audiuit. Secundò vtrùm in meliori ſtatu moriatur ille qui moritur via eundi vltra mare, quàm ille qui moritur in redeundo.

ARTICVLVS XIII.

CIRCA primum ſic proceditur. Videtur quòd prælatus poſſit ſubditum ſuum ab adminiſtratione remouere, propter aliquid quod ab eo in confeſſione audiuit. Secundò verùm in meliori ſtatu moriatur ille qui moritur via eundi vltra mare, quàm ille qui moritur in redeundo.

4.d.21.q.3. artic.1.q.1. ad 3.

ARTICVLVS XIII.

CIRCA primum ſic proceditur. Videtur quòd prælatus poſſit ſubditum ſuum ab adminiſtratione remouere, propter aliquid quod ab eo in confeſſione audiuit. Secundò verùm in meliori ſtatu moriatur ille qui moritur via eundi vltra mare, quàm ille qui moritur in redeundo: quamuis ire ſit magis meritorium quàm redire genus operis conſiderando.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illud propoſitum exponendi ſe morti propter Chriſtum, habuit etiã iſte in eundo: nec hoc meritum perdidit, ſi ſe à peccato immunem cuſtodiuit.

QVAESTIO VIII.

DEINDE circa matrimonium quæſita ſunt duo. Primò ſi aliquis deſpondeat aliquam per verba de futuro, & poſtea carnaliter cognoſcat: non quidem quaſi conſentiens in matrimonium, ſed ſolummodò volens fraudulenter ſurripere copulam carnalem, ſi poſtmodùm contrahat cum alia per verba de præſenti, verùm ſecunda ſit vxor eius. Secundò, ſi vir accuſet vxorem de adulterio occulto, vtrùm mulier teneatur in iudicio ſuum peccatum confiteri.

ARTICVLVS XV.

CIRCA primum ſic procedebatur. Videtur q̃ ille qui cognouit carnaliter quàm deſpondeat per verba de futuro, non poſſit habere vxorem illam cum qua poſtea contrahit per verba de præſenti. Iudicio enim eccleſię cõpellitur ſtare cum prima quam carnaliter cognouit: ſed

artic.15.& 41.

¶RESPONDEO dicendum, quòd id quod per confeſſionem auditur, nullo modo eſt manifeſtandũ, nec verbo, nec ſigno, nec nutu: nec etiam aliquid eſt faciendum, vnde in ſuſpitionem peccati aliquis poſſit deuenire. Si ergo amotio ſubditi ab adminiſtratione poſſit inducere ad manifeſtandum peccatum in confeſſione auditum, vel ad aliquam probabilem ſuſpitionem habendam de ipſo, nullo modo prælatus deberet ſubditum ab adminiſtratione remouere: puta ſi in aliquo monaſterio eſſet conſuetum, q̃ priores non amouerentur de ſuis prioratibus niſi propter culpam: manifeſtaretur autem peccatum confitentis per remotionem ab adminiſtratione. Vnde ſi abbas hoc faceret, grauiter peccaret tanquam confeſſionem reuelans. Poſſet tamen eum ſecretò charitatiuè admonere, vt cum inſtantia peteret ceſſionẽ, ſi hoc videret ſaluti eius expedire. Si verò per admonitionem ab adminiſtratione peccatum nullatenus manifeſtaretur: puta ſi in aliquo monaſterio eſſet conſuetum quòd abbas pro ſuo libitu de facili aliquos ab adminiſtratione remoueret: tunc alia occaſione accepta poſſet ſubditum ſibi confeſſum ab adminiſtratione remouere, & deberet hoc facere, cum debita tamen cautela, ſi talis adminiſtratio eſſet ſubdito periculoſa in poſterum: quamuis etiam & in hoc caſu melius eſſet quòd eum induceret ad ceſſionem petendam. Si verò periculũ in poſterum nõ timeretur, non oporteret quòd pro peccato præteritorum pœnitentiam deleto eum ab adminiſtratione remouere: ſicut etiam Auguſt. dicit in li. de adulterinis coniugiis. Cùm adhuc deputamus adulteros quos credimus pœnitẽtia eſſe ſanatos: quãdóq; enim pœnitentes innocentibus meliores ſunt.

¶Et per hoc patet responſio ad obiecta.

ARTICVLVS XIIII.

107 AD SECVNDVM ſic procedebatur. Videtur q̃ melius moriatur cruce ſignatus qui moritur in via eũdi vltra mare, quàm ille qui moritur redeũdo. Qui enim moritur in eundo quaſi proſequendo votum ſuum, vt ſe exponat morti pro Chriſto: & ita moritur tanquàm martyr: qui autem moritur redeundo, non moritur in propoſito exponendo in Chriſto, & ita moritur quaſi confeſſor. Sed maior eſt ſtatus martyrum quàm confeſſorum: ergo in meliori ſtatu moritur, qui moritur in eundo, quàm qui moritur in redeundo.

ar.38.et 4. di.20.q.1. arti.3.q.3. ad2.

¶SED CONTRA, Qui moritur in redeũdo, iam conſummauit vorum ſuum: qui autem moritur in eundo, nondum conſummauit, ſed eſt quaſi in principio. Perfectum autem melius eſt imperfecto, & finis principio: ergo melius moritur in redeundo, quã qui moritur in eũdo.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quãtò aliquis cum pluribus meritis moritur, tantò melius moritur: merita autem manent homini non ſolùm illa quę actu agit: ſed etiam illa quę iam fecit, quaſi apud Deum depoſita: ſecundum illud 2. ad Thi. 2. Scio cui credidi, & certus ſum, quia potens eſt depoſitum meum ſeruare. Manifeſtum eſt autem, quòd ille qui moritur in redeundo de vltra mare cęteris paribus cum pluribus meritis moritur, quàm ille qui moritur in eundo. Habet enim meritum ex aſſumptione itineris: & vlterius ex proſecutiõe, in qua fortè multa grauia eſt paſſus: & ideò cęteris paribus melius moritur ille qui moritur redeundo: quamuis ire ſit magis meritorium quàm redire genus operis conſiderando.

4.di.14.q. 2.arti.3.q. 3.o.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illud propoſitum exponendi ſe morti propter Chriſtum, habuit etiã iſte in eundo: nec hoc meritum perdidit, ſi ſe à peccato immunem cuſtodiuit.

QVAESTIO VIII.

DEINDE circa matrimonium quæſita ſunt duo. Primò ſi aliquis deſpondeat aliquam per verba de futuro, & poſtea carnaliter cognoſcat: non quidem quaſi conſentiens in matrimonium, ſed ſolummodò volens fraudulenter ſurripere copulam carnalem, ſi poſtmodùm contrahat cum alia per verba de præſenti, verùm ſecunda ſit vxor eius. Secundò, ſi vir accuſet vxorem de adulterio occulto, vtrùm mulier teneatur in iudicio ſuum peccatum confiteri.

108 4.di.27.ar. 2.q.2.3. 4.dist.28. ar.2.3.o. de contractu matrimo. 99.

ARTICVLVS XV.

CIRCA primum ſic procedebatur. Videtur q̃ ille qui cognouit carnaliter quàm deſpondeat per verba de futuro, non poſſit habere vxorem illam cum qua poſtea contrahit per verba de præſenti. Iudicio enim eccleſię cõpellitur ſtare cum prima quam carnaliter cognouit: ſed eccleſia poteſt facere perſonas illegitimas ad contrahendum: ergo videtur quòd talis non poſſit eum alia muliere habere matrimonium: & ita illa cum qua ſecundò cõtraxit per verba de præſenti non erit vxor ſua.

¶SED CONTRA eſt, q̃ error hominis non præiudicat veritati matrimonij. Sed ex errore hominis præſumentis eſſe conſenſum vbi fuit carnaliter copula, cõtingit q̃ per iudiciũ eccleſię compellitur aliquis illam habere, quam cognouit carnaliter poſt contractum per verba de futuro: ergo non præiudicat veritati ſecundi matrimonij, quod eſt ritè contractum per verba de præſenti.

4.dist.26.q. 2.ar.4.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ ſicut Leo Papa dicit. Cauſa matrimonij eſt conſenſus per verba de præſenti expreſſus: ſine quo cętera etiam cum coitu ſubſecuta fruſtrantur. Remota autem cauſa, remouetur effectus: vnde cum in primo matrimonio ponatur non fuiſſe conſenſus, manifeſtum eſt quod non fuit matrimonium. Et quia poſita cauſa ponitur effectus: conſequens eſt vt ſecundum fuerit matrimonium in quo ponitur fuiſſe mutuus conſenſus per verba de præſenti expreſſus, inter perſonas à matrimonio ſolutas.

22.q.64. art.6.ad 3. et q.67.ar. 2.o.& 4. dist.26.q.2.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ eccleſia in his quę ad matrimoniũ pertinẽt, tripliciter ſe habet. Vno quidem modo per modũ iudicis: & quia homines videt ea, quę apparẽt: ſecundũ q̃ dicitur 1. Regũ 16. Oportet q̃ iudex eccleſiaſticus iudicet ſecundũ ea quę ſibi apparẽt per cõfeſſiones partiũ: & per idoneos teſtes & per alia legitima documẽta, quibus in omnibus adhibitis cõtingit, quãdoq; veritatẽ latere: & præcipuè in his quę pertinent ad interiora cordis, quę humano teſtimonio probari nõ poſſunt: etſi per aliqua ſigna exteriora de his poſſit aliqua coniectura haberi: & ideò iudicium eccleſię circa ea quę ad matrimonium pertinent, ſi veritas lateat, nõ impedit ſequens matrimonium cõtrahendũ, nec dirimit iam contractũ. Alio modo ſe habet per modũ prohibẽtis vel puniẽtis: & hoc quidẽ impedit matrimoniũ cõtrahendũ, ſed nõ dirimit iam contractũ: puta vxoricidę pœnã imponit eccleſia, vt vlterius à matrimonio abſtineat. Si tamẽ cõtraxerit matrimoniũ non dirimitur ter tio modo ſe habet per modũ ſtatuẽtis, quod ſit ſolũ authoritate ſummi põtificis: & ſecundũ hoc perſonę aliquę redduntur illegitimę ad cõtrahendũ, ita q̃ ſi etiam contrahat, matrimoniũ dirimit: vt patet in quibuſdã gradibus cõſanguinitatis & affinitatis, vel etiã de adultera, cũ quis dedit ei fidem de contrahendo, vel cùm machinatus eſt in mortem vxoris.

109 4.dist.37.q. 2 arti.2.o. & dist.42. arti.4.q.3. ad 2.

ARTICVLVS XVI.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur q̃ mulier accuſata de adulterio, nõ teneatur ſuũ peccatũ in iudicio cõfiteri. Nullus enim tenetur ſuũ peccatũ occultũ publicare. Sed adulteriũ mulieris eſt occultũ. Si ergo in iudicio cõfiteretur ipſũ, veniret ſi publicũ: ergo nõ tenetur mulier accuſata de adulterio ſuũ peccatũ in iudicio cõfiteri.

4.dist.19.q. 2.arti.3.ad 4.& 5.

¶SED CONTRA eſt, quia debet præſtare iuramentum de veritate dicenda, ſed nullo modo debet deierare: ergo debet veritatem confiteri de ſuo peccato.

B.Paulus

¶RESPONDEO dicendum, q̃ circa hoc eſt diſtinguendũ. Si enim adulterium ſit omninò occultum, nõ debet peccatũ ſuum in iudicio confiteri: nec debet ab ea exigi iuramentum de veritate dicenda, quia occulta ſoli diuino iudicio reſeruantur, ſecundũ illud 1. ad Cor. 4. Nolite ante tempus iudicare, quouſque veniat dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum. Sed quando ex adulterio procedit infamia vel aliqua ſigna euidentia apparent quæ vehementem ſuſpitionem facere poſſunt, vel quãdo eſt ſemiplenè probatum: tunc debet ab ea exigi iuramentũ de veritate dicenda, & ipſa tenetur confiteri veritatẽ.

¶Et per hoc patet responſio ad obiecta.

QVAESTIO IX.

DEINDE circa virtutes quæſita ſunt duo. Primò circa iuſtitiam, ſcilicet ſi aliquis incidens in latrones, promittat eis pecuniam pro ſua liberatione, ſi mutuò eam accipiat ab aliquo ſuo amico, vtrùm reſtituere teneatur. Secundò circa abſtinentiam, vtrùm aliquis peccare poſſit nimis ieiunando vel vigilando.

22.q.69.ar ti.1.o.q.dist. 17.q.3.ar.2. q.2.ad 1.3.

ARTICVLVS XVII.

110 AD PRIMVM ſic procedebatur. Videtur quòd ille qui pecuniam accepit mutuò, vt redimere ſe latronibus, non teneatur eam reſtituere: quia vt Auguſtinus dicit. Tempore neceſſitatis omnia ſunt communia. Sed nullus debet quaſi propriũ petere id quod eſt cõmune: vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ambro. Ambro dicit, & habetur in decretis. distin. 4. Cùm ergo ille qui in latrones incidit fuerit in maxima necessitate constitutus, vtpotè in periculo mortis existens, videtur q factum sit sibi commune aliquid quod erat alterius, & ita non teneatur ei restituere, qui mutuauit acsi esset proprium eius

¶Præterea. Nullus tenetur facere recompensationem alicui pro eo quod ille facere tenebatur. Sed ille qui mutuauit pecuniam tenebatur proximum suum à mortis periculo liberare, secundum illud Prouerb. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem, ergo videtur quòd ille qui est liberatus, non teneatur ei restituere pecuniam mutuatam.

¶SED CONTRA est quod dominus Mat. 7. dicit. Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Sed ille qui liberatus est à latronibus vellet sibi restitui si quid mutuasset: ergo etiã ipse debet restituere quod mutuo accepit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd iustitiæ actus est vnicuique reddere quod sibi debetur. Vnde cum ratione contractus bonæ fidei qui fuit inter mutuantem & mutuo accipientem restitutio debeatur ex iustitiæ præcepto, tenetur ille qui mutuo accepit pecuniam eam reddere creditori, & tanto magis quanto in maiori necessitate creditor sibi subuenit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd tunc in necessitate sunt omnia communia, cùm homo non potest sibi de suo subuenire, ridiculum enim esset si quis famem patiens nollet accipere panem quem haberet in arca: & diceret se accipere panem alienum quasi communem: quę aliter per amicos possumus per nos aliqualiter possumus, vt dicit philosophus in tertio Ethicorum. Iste autem qui in latrones incidit potest se per amicos liberare mutuum accipiendo. Et ideò non fiunt ei omnia communia.

¶Ad secundum dicendum, quòd vnusquisque tenetur ad liberandum proximum à morte secundum suam conditionem & modum, & hoc quidem conuenienter impleuit ille qui pecuniam mutuauit: non autem tenebatur eã donare in casu quo ille poterat per mutuum liberari.

111

ARTICVLVS XVIII.

22.q.88.ar 1.cu.2.ad 3. & q.147. art.3.ad 1. CIRCA secundum sic proceditur. Videtur quòd homo non possit peccare nimis ieiunando, vel vigilãdo. Deus enim non potest nimis ab homine diligi. Sed probatio dilectionis est exhibitio operis, vt Gregorius dicit in Omel. quadam: ergo videtur q̃ non possit aliquis peccare nimis ieiunando: vel vigilando propter Deum.

¶SED CONTRA est quòd Bernar. confitetur se peccasse de hoc quòd nimis corpus suum ieiunio & vigiliis debilitauit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd secundũ Philosophum in primo Politi. Aliter est iudicandum de fine, aliter de his quæ sunt ad finem. Illud enim quod quæritur, tanquam finis absque mensura quærendum est. In his autem quæ sunt ad finem est adhibenda mensura secundum proportionem ad finem: sicut medicus sanitatem quæ est finis eius, facit quantumcunque potest maiorem, sed adhibet medicinam, secundũ quòd conuenit ad sanitatem faciendam. Est ergo considerandum quòd in spirituali vita, dilectio Dei est sicut finis. Ieiunia autem & vigiliæ & alia exercitia corporalia, non quęruntur tanquam finis. Quia sicut dicitur ad Ro. 14. non est regnum Dei esca & potus: sed adhibentur tanquam necessaria ad finem, id est ad domandas concupiscentias carnis, secundum illud apostoli. ad Corinth. 9. Castigo corpus meum & in seruitutem redigo &c. Et ideò huiusmodi sunt adhibenda cum quadã mensura rationis: vt scilicet concupiscentia deuitetur: & natura non extinguatur, secundum illud ad Ro. 12. Exhibeatis corpora vestra hostiam viuẽtem, & postea subdit, Rationabile obsequium vestrum. Si verò aliquis intantũ virtutem naturæ debilitet per ieiunia & vigilias & alia huiusmodi, quòd non sufficiat debita opera exequi: puta prædicator prædicare, doctor docere, cantor cantare: & sic de aliis, absque dubio peccat, sicut & peccaret vir qui nimia abstinentia se impotentem redderet ad debitũ vxori reddendum. Vnde Hiero. dicit. De rapina holocaustum offert, qui vel ciborum nimia egestate, vel somni penuria immoderatè corpus affligit. Et iterum rationalis hominis dignitatem amittit, qui ieiunium charitati, vigilias sensus integritati præfert.

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Re. Paulus. 4. dist. 15. q. 3. ar. 1. q. 2 ad 3. & dist. 17. q. 1. art. 3. q. 2. c. 21. q. 1. 41. ar. 6. 0. & q. 147. art. 3. ad 2. & 3.

QVAESTIO X.

possunt: & hęc cadunt sub præcepto: sicut non habebis Deos alienos. Non furtum facies, &c. Quædam autẽ sunt sine quibus ad prædictos fines peruenire non potest, vnde non cadunt sub præcepto. Sed quia per huiusmodi faciliùs & meliùs peruenitur ad fines prædictos dantur de eis consilia: sicut patet de paupertate, virginitate, & alijs huiusmodi. & est simile si aliquis deberet ex præcepto esse Romæ certo die: teneretur etiam ex debito præcepti Romam ire: non autem teneretur ex præcepto ire eques: quia sine hoc posset Romam peruenire, tamen caderet hoc sub consilio, inquantum equitando faciliùs & meliùs perueniret ad finem.

11.q.108.1. 47.4.0 ctar 11.93.hus. ar.14.ad 2. 11.ar.55.c.et 47.93.ad 2. 47.93.

12.q.108. artic.4.

¶His ergo visis, patet de facili id quod quærebatur. Si enim comparemus consilia ad præcepta finalia: quæ sunt de dilectione Dei & proximi, de interiori cordis puritate, manifestum est quòd præcepta sunt priora consilijs naturaliter: ordine perfectionis: sicut naturaliter prior est potentia & finis his quæ sunt ad finem: sed consilia erant priora naturaliter ordine generationis & temporis inquantum scilicet per consilia ad puritatem perfectã cordis, & perfectam dilectionem Dei & proximi peruenimus. Si autem comparemus consilia ad alia præcepta quę ordinantur ex necessitate in prædictos fines sic erit duplex consideratio. Nam in consilijs necesse est vt includantur præcepta. Qui enim omnia dimittit non rapit aliena: & qui virginitatem seruat non mœchatur: sicut etiam qui equitat vadit: sed non conuertitur. Erit ergo vna comparatio consiliorum ad præcepta absolutè considerata, & sic hoc modo præcepta erunt ordine naturæ priora cõsilijs: sicut genus est naturaliter prius specie, consilia autem econuerso priora naturaliter præceptis: sicut species sunt priores secundum naturam quàm genera, vt patet per Philosophum in primo Physicor. (Topic. capite quinto.) comparatur enim genus ad speciem, sicut potentia ad actum: præcepta autem absolutè sumpta se habent per modum generis ad obseruantiam præceptorum cum consilijs & sine consilijs: sicut non mœchari ad non mœchari cum virginitate: & ad non mœchari cum matrimonio: & ire commune est ad ire equitem & ad ire peditem. Alia verò comparatio est consiliorum ad præcepta sine consilijs obseruata: sicut si comparemus eumtem in equo, ad eum qui vadit pedibus. Similis enim est comparatio virginis seu continentis ad matrimonium: & pauperis propter Christum ad eum qui in seculo suis contentus est. Et sic simpliciter ordine naturæ consilia sunt priora præceptis tanquam perfecta imperfectis: nec oportet quòd præcepta sic accepta præcedant naturaliter ordine generationis & temporis consilia. Non enim oportet quòd ille qui vult continentiam, vel virginitatem seruare prius matrimonio iungatur: neque etiam oportet quòd ille qui vult esse pauper propter Christum, prius secularem vitam agat: in qua suis diuitijs sit contentus: sicut etiam non oportet quòd ille qui vult ire eques Romam prius vadat pedes: & postea eques: sed melius est si à principio eques vadat.

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS XX.

113 AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd peccata quæ sunt contra præcepta secũdæ tabulæ sint grauiora peccatis quæ sunt contra præcepta primę tabulę. Peccatum enim contra præcepta secundæ tabulæ est cõtempto bono incommutabili commutabili bono adhærere: sicut patet in furto & adulterio: & alijs huiusmodi. Sed contemptus incommutabilis boni est peccatum cõtra præcepta primæ tabulæ quibus ordinamur ad adhibendã reuerentiam Deo: ergo peccata quæ sunt contra præcepta secundæ tabulæ includũt peccata quæ sunt contra præcepta primæ tabulæ: & aliquid addunt: ergo sunt grauiora.

9.18.argo tertiũ 2. & 11.q.110.ar 1.6.c.

¶Præterea. Symonia est maximum peccatum. Sed Symonia cum sit species auaritiæ: est contra præcepta secundæ tabulę, ergo peccata quę sunt contra præcepta secundę tabulæ sunt grauiora.

¶SED CONTRA est quod peccata contra præcepta primæ tabulę sunt infidelitas: desperatio: & alia huiusmodi quę sunt grauissima peccata: ergo peccata quę sunt cõtra præcepta primæ tabulæ sunt grauiora.

11.q.75.ar. 1.ad 2. et ar 11.5.et 22. 9.10.artic. 3.c. 22.q.34. art.2.

¶RESPONDEO dicendum, quòd formalis ratio peccati mortalis consistit in auersione à Deo. Si enim esset inordinata conuersio ad bonum commutabile sine auersione à Deo: non esset peccatum mortale: præcepta autem primæ tabulæ secundum se ordinant directè hominem in Deum. Vnde dicuntur ad dilectionem Dei pertinere. Et ideo peccata quę sunt contra præcepta primæ tabulæ, directè & secundum se important auersionem à Deo, peccata autem quę sunt contra præcepta secundę tabulę per se quidem deordinant nos principaliter circa bona communia tabulæ: circa quæ ordinamur per præcepta secundę tabulæ, ex consequenti autem deordinant nos à Deo. In vnoquóque autem genere potissimum est id quod est per se. Vnde peccata quæ sunt contra præcepta primæ tabulæ, secundũ suũ genus sunt grauissima in genere peccatorũ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd contemptus Dei per se intentus est in peccatis quę sunt contra præcepta primę tabulę: sic autem non ex necessitate includitur in peccatis quę sunt contra præcepta secundę tabulę, non enim ille qui fornicatur intendit hoc agere in contemptũ Dei. Sed intendit principaliter delectari: ad quod consequitur quòd Deum cõtemnat præter principalem intentionem: mandata eius trangrediens.

22.q.100. de sym. ar. 4. dist. 25. q. 93. artic. 1.

¶Ad secundum dicendum, quòd symonia non est maximum peccatum simpliciter: sed maximum inter illa quæ committuntur circa contractus pecuniarios, ex hoc etiã est quòd irreuerenter se habet homo ad res sacras in quo attingit peccata quæ sunt contra præcepta primæ tabulæ.

112

QVAEST. XI.

DEINDE quæritum est de his quę pertinent specialiter ad quosdam hominum status. Et primò de his quę pertinent ad prælatos. Secundò, de his quę pertinent ad doctores. Tertiò, de his quę pertinẽt ad religiosos. Quartò, de pertinentibus ad clericos.

¶Circa primum quæsita sunt tria. Primò, vtrùm Beatus Matthæus vocatus fit statim a theloneo ad statũ Apostolatus & perfectionis. Secundò, vtrùm ille qui eligitur canonicè in Episcopum meliùs faciat consentiẽdo electioni de se factæ: vel eam recusando. Tertiò, vtrùm prælatus qui dat beneficium Ecclesiasticum alicui suo consanguineo sperans per hoc suum genus exaltari & ditari committit symoniam.

& in ordi. 11.4.

ARTIC. XXI.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd beatus Matthæus non fuit vocatus statim de Theloneo ad statum Apostolatus & perfectionis. Dicit enim Gregorius super Ezechielem. Nemo repente fit summus. Sed status Apostolatus & perfectionis Euangelicę est summus status humanę vitę: ergo Matthęus nõ fuit statim vocatus ad statum perfectionis & Apostolatus.

ar.51.arg ui tur.

¶SED CONTRA est quod Hieronymus dicit super Matthęum, quòd de Publicano repente fit Apostolus. Et Beda dicit super Lucam, quòd de Publicano in Apostolũ, de Theloneo in Euangelistam mutatus est. Et quędam glo. dicit Lucę 5. Quod nullam prorsus cogitationem vel respectum huius vitę sibi reseruauit: quod est perfectionis Euangelicę: ergo statim vocatus est ad statum Apostolatus: & perfectionis.

Testimoniũ Euangelistarum de beato Matth. Intellectum Hieronis. & Bedæ.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quęstio ista ex verbis Euangelij determinari potest. Si enim loquamur de Apostolatu: manifestum est secundum narrationem Matthei Marci & Lucę, quod dominus post vocationem Matthei aliquanto spacio temporis interiecto ex suis discipulis duodecim Apostolos elegit inter quos vnus fuit Matthęus. Et sic patet quòd statim à principio fuit vocatus ad discipulatum Christi: non autem ad Apostolatum nisi secundum præordinationem Christi qui eum in Apostolũ sumendum disponebat, & secundum hoc intelligẽda sunt verba Hieronymi & Bedę. Si autem loquamur de perfectione Euangelica: sic manifestum est quòd statim à principio vocatus est ad statum perfectionis. Dicitur enim Lucę quinto, quòd surgens relictis omnibus secutus est eum, quòd etiam ad discipulatum Christi pertinebat, secundũ illud quod dicitur Lucę decimoquarto. Nisi quis renunciauerit omnibus his quę possidet, non potest esse discipulus meus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd summum in vita humana potest accipi dupliciter: vno modo secundum comparationem status ad statum, secundum quòd in humana vita vnus status maior alio, & aliquis est summus, & sic nihil prohibet aliquem fieri repẽte summũ: sidest attingere ad statũ summum. Et hoc apparet tam in spirituali, quã in seculari. Inueniuntur enim aliqui statim à pueritia

ar.92.ad 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad statum religionis qui est perfectissimus cõuolasse, vel proprio arbitrio, sicut beatus Ioan. baptista, & beatus Benedictus, vel etiam deuotione parentum sicut illi qui monasterijs traduntur à parentibus. Sic non oportet vt aliquis sæculari vita exerceatur antequam ad religionem transeat, sicut non oportet quòd aliquis exerceatur, in laycali vita antequam clericus fiat, similiter etiam aliqui repentè assumuntur ad regnum, vel ab ipsa pueritia, sicut Salomon & Iosias reges Iuda, vel etiam in vltimo statu, sicut Saul. & Eccles. 6. dicitur quòd de carcere cathenisque interdum quis ad regnũ progreditur. Alio modo potest accipi summum per comparationem graduum qui sunt perfectio vnius hominis, & sic intelligit Grego. quòd nemo repente fit summus. Dicit enim Augustinus super canonicam Ioan. quòd charitas nõ mox vt nascitur perfecta est. Nam vt perficiatur nascitur, cum fuerit nata nutritur cum fuerit nutrita roboratur, cum fuerit roborata perficitur. Contingit tamen quandóq; quòd vnus homo repente incipit ab altiori gradu sanctitatis quàm sit summũ ad quod pertingit perfectio alterius hominis, vt patet de beato Benedicto de quo Grego. dicit in Grego. 2. Dya. quòd præsentes & secuturi omnes agnoscant Benedictus puer conuersationis gratiam à perfectione cœpisse.

22. q. 186. ar. 1. c. opus 17. c. 13 ar. 49. c. et 50. c.

A pueritia salomõ et Iosias ad regnum sunt assumpti August.

115

ARTICVLVS XXII.

21. q. 185. ar 1. ad 1. 3. & ar. 2. 0. 2. 4. d. 29. ar. 4. ad 4.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur & meliùs faciat qui cõsentit electioni canonicę de se factæ, quã qui eam recusat. Dicit enim Greg. 12. moral. potestas cum percipitur non ex libidine amanda est, sed quando aliquis per canonicam electionem episcopalem dignitatem adipiscitur, non percipit eã ex libidine, ergo debet eã amare. Non ergo debet eam recusare.

opus 38. ca. 22.

¶SED CONTRA est, quod Grego. dicit 28. moraliũ quòd prælatio per meliorem intentionem fugienda est.

¶RESPONDEO dicendum, quod in eo qui electioni canonicæ de se factæ consentit cõsiderari præcipuè debet quid intendit. Si enim intendit aliquid temporale: puta honorem, diuitias, excutere se à iugo religionis, aut aliquid huiusmodi, manifestum est, quòd est praua intentio. Vnde meliùs faceret si non assentiret. Si aũt intendit profectum ecclesiæ, sic planum est quòd bona est intẽtio. Vnde Aug. dicit 19. de ciui. Dei. In actione non amandus est honor in hac vita siue potentia, sed opus ipsum si rectè atque viriliter fit, id est, vt valeat ad salutẽ subditorum. Et inducit illud Apostoli quod habetur 1. ad Thi. 3. Si quis episcopatum desiderat bonum opus desiderat. Sed tamen sciendum est, quòd ad hoc opus maxima requiritur idoneitas, quia vt Grego. dicit in pastora. Tantũ actionem populi debet actio transcendere præsulis, quantùm distare solet à grege pastoris vita, ad q̃ humana fragilitas secundũ proprias vires sufficiẽs nõ est, secundũ illud Apostoli 2. ad Cor. Et ad hæc quis tam idoneus, sed tamẽ ex auxilio gratiæ diuinæ homines idonei & sufficientes reddũtur, sicut ipse postmodum subdit. Idoneos nos fecit ministros noui testamenti. Potest ergo aliquis laudabiliter cõsiderans proprium defectum ex humilitate officium prælationis recusare: Sicut Iere. dicit. Nescio loqui quia puer ego sum, potest etiam laudabiliter consentire ex charitate fraterna vt salutem proximorum procuret, sicut Isaias qui dicit. Ecce ego, mitte me. Sed sicut Grego. dicit in pasto. In vtroque est subtiliter intuendum, quia & is qui recusauit plenè non restitit, & is qui mitti voluit ante se per altaris calculum purgatum vidit, ne aut non purgatus adire quisque sacra ministeria audeat. Aut quem superna gratia elegit sub humilitatis specie supernę dispositioni contradicat. Quia ergo valde difficile est purgatum se quemlibet posse agnoscere, prælationis officium tutiùs declinatur, non tamen pertinaciter, cùm ad suscipiendum hoc superna voluntas agnoscitur.

Paulus.

Iremias. Isaias. Gregorius.

3. d 39. ar. 3. q. 2. ad 3.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ illud verbũ Gre. non debet sic intelligi: Potestas cùm ex libidine percipitur, amanda est, sed ita, Potestas cum percipitur non est amanda ex libidine, subdit enim, sed ex longanimitate toleranda.

August.

¶Ad secundum dicendum, quòd melior est intentio prælationem fugientium secundum propriũ desiderium, dũmodo non adsit necessitas ex parte imponentis hoc onus. Vnde Aug. dicit 19. de civi. Dei. Superior locus sine quo populus regi non potest, & si ita teneatur vt decet, tamen indecenter appetitur. Otium enim sanctũ quærit charitas veritatis, negotium iustum suscipit necessitas charitatis.

et inor. 116.

ARTICVLVS XXIII.

CIRCA tertiã sic proceditur. Videtur quòd prælatus qui dat beneficium ecclesiasticũ alicui suo consanguineo vel amico, vt alij eius consanguinei exaltentur symoniam committat. Est enim symonia studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquid spirituale aut spirituali annexum. Sed in casu prædicto videtur esse emptio, & venditio in quibus est liberalitas. Hic autem separatur, vt liberaliter recompensetur ergo est ibi symonia.

4. d. 25. q. 1. ar. 3. Quot modis symonia committitur.

¶SED CONTRA est quod Isa. 33. super illud, Beatus qui excutit manus suas ab omni munere. Dicit glos. quòd triplex est munus, à manu, à lingua, ab obsequio, quorum nullum est in proposito casu, ergo non est ibi symonia.

22. q. 100. art. 5. 0. & 2 ad 2. 4. d. 25. q. 3. ar. 2.

¶RESPONDEO dicendum, quòd cum symonia circa emptionem & venditionem consistat, hic distinguendum videtur, quia si prælatus intendit obligare eum cui dat beneficium ecclesiasticum ad aliquam recõpensationem faciendam sibi vel suis consanguineis, intentio symoniaca est. Intendit enim quãdam taciram venditionem. Si verò non intendat ad eum obligare, sed intendat quòd ille sibi vel sua propria sponte temporaliter recompenset, est quidem praua intentio & carnalis, sed non symoniaca.

22. q. 117. ar. 3. 4. 0.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd secundum philosophum in 4. Ethic. Liberalitas non est circa quemlibet vsum pecuniæ, sed est circa dationes & sumptus, symonia autem est circa emptionem & venditionem.

22. q. 100.

QVAESTIO XII.

DEINDE circa doctores quæsita sunt duo. Primò si doctor semper prædicauit aut docuit principaliter propter inanem gloriam, vtrùm habeat aureolam, si in morte pœniteat. Secundò vtrùm, si ex doctrina alicuius doctoris aliqui renouentur à meliori bono, vtrũ ille doctor teneatur illam doctrinam renocare.

117

ARTICVLVS XXIIII.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd ille qui semper propter inanem gloriam docuit per pœnitentiam aureolã recuperet. Aureola enim doctrinæ debetur fructui, scilicet conuersioni fidelium, secundum illud ad Phil. 4. Gaudium meum & corona mea. Sed potuit cõtingere, quòd ex prædicatione eius qui propter inanem gloriam principaliter prædicauit secutus est fructus conuersionis fidelium, ergo si pœniteat debetur ei aureola.

& in arti. ne 117. 4. d. 33. q. 3. ar 3. ad 3. et d. 49. q. 5. de aureola.

¶Præterea, sicut virginitati debetur aureola, ita & doctrinæ. Sed si illa quæ cũ virgo sit carne, mente tamen est corrupta, pœnitentiam agit, recuperat aureolam. Ergo pari ratione & doctor qui propter inanẽ gloriam prædicauit.

¶SED CONTRA est, quòd opera mortua per pœnitentiam non reuiniscunt. Sed opera illius doctoris propter inanem gloriam prædicantis fuerant mortua, id est, cum peccato facta. Ergo non reuiniscunt per pœnitentiam ad præmium consequendum.

¶RESPONDEO dicendũ, quòd cum aureola importet quandam singularem excellentiam præmij, necesse est quòd præsupponat auream, sicut comparatiuus præsupponit positiuum, & hoc figuratur Exodi. 25. vbi dicitur. Facias super coronam auream alteram aureolam. Et ideò qui non meretur auream, id est, præmium essentiale, non meretur aureolam, qui autem propter inanem gloriam operantur, non merentur primum essentiale, quia recepe runt mercedem suam, vt dicitur Matth. 6. vnde nec meren tur aureolam: pœnitentia autem restituit homini præmia priùs habita. Non autem confert ei ea quæ non habuit nisi inquantum ipse motus pœnitentię est meritorum, vnde talis non meretur aureolam.

4. d. 49. q. 5. artic 2. ad 3.

Matthæus

¶AD PRIMVM iam præsupposito merito essentialis præmij in eo qui prædicauit, alioquin locum habet quod dicitur Matth. 16. Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ verò detrimentum patiatur?

¶Ad secundum dicendum, quòd aureola virginitatis debetur integritati carnis quæ manet post pœnitentiam, & ideò debetur virgini pœnitenti aureola. Sed aureola doctrinæ debetur actui doctoris qui transit, & ideò post pœnitentiã nõ debetur aureola doctori nisi actus reiteretur.

118

ARTICVLVS XXV.

CIRCA secundum sic proceditur. Videtur quòd si per doctrinam alicuius aliqui retrahantur à meliori bono quòd ille teneatur suam doctrinam renocare. Talis enim doctor in sua doctrina facit scandalum actiuum quia doctor informat intellectum, intellectus autem informat affectum & per consequens actum. Sed scandalum actiuum tenetur

tenetur quilibet remouere: ergo talis doctor tenetur suã doctrinam renocare.

August.

¶Præterea. Spiritualia sunt temporalibus potiora. Sed in temporalibus, vt August. dicit, non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, ergo multo magis doctori: qui facit damnum in spiritualibus: non dimittitur peccatum nisi restituatur ablatũ: quod fit per renocationẽ doctrinę.

¶SED CONTRA est quod Gre. dicit, veritas nõ est dimittenda propter scandalum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd hic distinguendum videtur. Si enim doctor doceat falsam doctrinam tenetur eam modis omnibus renocare. Et maximè si ex ea spirituale damnum sequatur. Si verò doceat veram doctrinam, potest ex ea sequi detrimentum spirituale in auditoribus dupliciter. Vno modo ex defectu ipsius: qui docet vno modo quia doctrinam subtilem & aliam proponeret rudibus: qui non essent illius doctrinæ capaces: qui ex hoc detrimentum salutis incurrerent contra exemplum

Distinctio tenenda.

1. Paulus.

Apostoli: qui dicit primæ ad Corinth. tertio. Tanquam paruulis in Christo lac potum dedi vobis non escã. Alio modo quia confusè & inordinatè præferens maiora minoribus contra id quod Gregorius dicit in Pastorali. Sic laudanda sunt bona summa: ne despiciantur vltima sic nutrienda sunt bona vltima ne dum sufficere creduntur: nequaquam tendatur ad summa. Et in his casibus tenetur doctor ex cuius doctrina damnum spirituale accidit, contrà hoc damnum remedium ponere inquantum potest exponendo falsam doctrinam suam. Alio modo potest contingere ex defectu aliorum, puta si aliqui dicendo aliqua erronea in lucerent homines ad aliquam religionem. Vt potè si dicerent, quòd quicũque intrat talem religionem statim erit æqualis meriti sicut beatus Petrus. Et in hoc casu non tenetur cessare à sua doctrina. Intrare enim religionem propter errorem non est bonum. Vnde sic non retrahit homines à meliori bono talis doctor: & hoc est quod Gregorius dicit in Pastorali. Sicut incauta locutio in errorem protrahit ita indiscretum filẽtium eos qui eruditi potuerant errorem derelinquit.

1. Petrus.

Gregorius.

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

QVAESTIO XIII.

DEINDE circa religiosos quæsita sunt duo. Primò, vtrùm religiosi teneantur patienter tolerare iniurias sibi factas. Secundò, vtrùm ille qui iurat se non intraturũ religionem possit licitè religionem intrare.

ARTICVLVS XXVI.

119

CIRCA primum sic proceditur. Videtur q̃ religiosi non debeant tolerare suos impugnatores. In impugnatione enim perfectorum virorum Deus impugnatur, vnde dominus Saulo persequenti discipulos Christi dixit Actuum nono. Saule Saule quid me persequeris? Sed perfecti viri non debent impugnatores Dei tolerare: ergo neque impugnatores proprios.

22. q. 108. ar. 1. ad 2. et q. 188. ar. 2. ad 1. et opus. 19. c. 20.

Matthæus Paulus.

¶Præterea. Quilibet perfectus debet obuiare his quæ statui perfectionis præiudicant, vnde Apostolus dicit secundæ ad Corinth. sexto. Vt non vituperetur ministerium nostrum. Sed per hoc quòd perfecti impugnantur statui perfectionis derogatur, ergo perfecti viri non debent tolerare suos impugnatores.

¶SED CONTRA est quod Gre. dicit. Non sumus perfecti si aliorum inordinationes ferre non possumus.

¶RESPONDEO dicendum, quòd perfecti viri dupliciter impugnari possunt. Vno qui dem modo quantũ ad personas proprias: vtpotè cùm inferuntur eis iniuriæ personales. Alio modo impugnari quantum ad statum eorum: vtputa cùm aliquis verbis: vel factis perfectionis statui derogat. Et hæc duo tanguntur Iaco. secũdo. Nonne diuites opprimunt vos per potentiam: quod pertinet ad personales iniurias. Nonne ipsi blasphemant bonum nomen quod inuocatum est super vos: quod pertinet ad religionem: vel statum. In iniurijs ergo personalibus decet perfectos viros esse maximè patientes: vt sint etiam parati plura sufferre: secundum illud Matthæi quinto. Si quis percusserit in dextera maxilla, præbe ei alteram. Statum verò suum impugnari nõ debent pati quãtum resistere possunt: hoc enim vergeret in iniuriam Dei: vnde contra quosdam dicitur Ezech. decimoquarto. Non ascendistis ex aduerso nec opposuistis vos murum pro domo Israel. Et ideò dominus soluit asinas, quæ contra humanitatem eius inferebantur patienter tolerauit; sicut cùm Iudæi dicebant. Ecce homo vorax & potator vini: vt habetur Matthæi sexto, & sicut diabolus dixit ei. Mitte te deorsum, quod vitabatur ad propriam iniuriam pertinere. Sed iniurias Dei non tolerabat: vnde Pharisæos durè redarguit Matthæi 12. Quia dicebant quòd in Belzebub eijceret dæmonia: quod pertinebat ad iniurias spiritussancti. Et similiter cùm diabolus ei dixit. Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me. Quod ad iniuriam Dei pertinebat. Statim enim eum repulit dicens, Vade sathana, vt habetur Matthæi quarto, vbi dicit Chrisostomus. Illius discamus exemplo nostras quidem iniurias magnanimiter sustinere: Dei autem iniurias nec vsque ad auditum sufferre: quoniam in proprijs iniurijs esse quemlibet patienrem laudabile est. Iniurias autem Dei dissimulare nimis est impium.

ar. 207. & 22. q. 72. ar 3. 0. et opus. 19. c. 19. & 22. Matth. 6. Matth. 12. Chrisost. Nota bene.

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS XXVII.

120

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd ille qui iurauit se non intraturum religionem nõ possit licitè intrare. Omnis enim obligatio licita est adimplenda. Sed licitum erat ei non intrare religionem: ergo cum ad hoc iuramento se obligauit: videtur quòd teneatur non intrare.

¶SED CONTRA est, quia nullum impedimentum spiritualis profectus est ex Deo. Sed iuramentum est ex Deo: ergo per iuramentum non impeditur spiritualis profectus intrandi religionem.

¶RESPONDEO dicendum, quòd obligatio iuramenti tripliciter se potest habere. Quandóque enim est illicita obligatio & de re illicita: puta cùm aliquis iurat se fornicaturum, & tale iuramentum non tenetur homo adimplere: nec étiam est licitum impleri. Quandóque verò est obligatio licita: & de re licita, puta cùm aliquis iurat se eleemosinam daturum, & tale iuramentum præterire nõ licet. Quandóque verò est obligatio illicita: sed de re licita, puta cùm aliquis iurat se non facturum aliquid I malus bonum: quod tamen facere non tenetur, puta non ieiunare vel non dare aliquam eleemosinam: vel religionem nõ intrare. Tunc enim id ad quod se iuramento obligat licitum est, sed tamen obligatio est illicita: quia per hoc homo quantum in se est obfirmat se contra gratiam spiritussancti, quæ facit hominem in suo corde ascensiones disponere, vnde tale iramentum licitè potest homo implere: abstinendo ab illo bono quod facere non tenetur, non tamen cogitur ex illo iuramẽto ad hoc quòd impleat quod iurauit: quia iuramentum ad hoc quòd sit obligatorium debet habere tres comites, iudicium: iustitiam, & veritatem, vt habetur Iere. 4. Huic autem iuramento deest iudicium discretionis, quia vergit in deteriorem exitum, retrahendo à meliori bono.

22. q. 89 ar 11. 7. 0. et ad 2. et art. 9. ad 3. & q. 98. ar. 1. ad 1. et ar. 2. ad 1. & 2. 22. q. 89 ar 11. 3. 0. et 7. et q. 98. ar tium. 1. ad 1. 124

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

121

ARTICVLVS XXVIII.

DEINDE circa clericos quæsitum est vnum, vtrũ scilicet liceat clerico, qui tenetur ad horas canonicas dicere matutinas sequẽtis diei de sero. Et videtur quòd nõ. Dicitur enim Eccles. 1. Lasciuus & imprudens non seruabit tempus. Sed iste in dicendo matutinas nõ obseruat tẽpus. Cùm enim dies incipiat à media nocte: videtur quòd matutinas sequentis diei dicat in die præcedenti, ergo videtur quòd hoc ad lasciuiam & imprudentiam pertineat, & ita videtur esse peccatum.

ar. 67. 3. p. q. 80. ar. 8. ad 5.

¶SED CONTRA. Deus clementior est quolibet homine. Sed homo non imputat debitori in culpam, si debitum sibi reddat ante tempus, ergo multò minus Deus.

¶RESPONDEO dicẽdũ, quod hic cõsiderãda est intentio eius qui præuenit tempus in matutinis dicẽdis: vel in quibuscũq; horis canonicis. Si enim hoc facit propter lasciuiam, vt scilicet quietiùs somnolentię & voluptati vacet: nõ est absq; peccato. Si verò hoc faciat propter necessitatẽ legitarũ honestarũ occupationũ, puta si clericus aut magister debet videre lectiones suas de nocte: vel propter aliquid aliud huiusmodi licitè põt de sero dicere matutinas: & in alijs horis canonicis tẽpus præuenire, sicut etiam hoc in solẽnibus Ecclesijs fit: quia melius est Deo vtrumq; reddere, scilicet & debitas laudes & alia honesta officia, quàm quòd per vnum aliud impediatur.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdum, q̃ quantũ ad cõtractus & alia huiusmodi dies incipit à media nocte, sed quãprimũ ad ecclesiasticũ officiũ & solẽnitatum celebritates incipit dies à vesperis, vnde si aliquis post dictas vesperas & cõpletor iũ dicat matutinas iam hoc pertinet ad diẽ sequẽtẽ.

4. d. 11. q. 2. artic 2. q. 3. ad 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INCIPIT QVODlibet sextum.

QVAEST. I. ARTIC. I.

122

VAESITVM est de Deo, de angelo, de homine, & de creaturis purè corporalib. ¶Circa Deum quæsitum est vnum, verùm scilicet vnitas essentiæ ponat in numerum cum vnitate personę. Et videtur quòd nó sunt enim tres personæ diuinæ. Si ergo vnitas essentiæ poneret in numerum cum vnitate personę sequeretur quòd in Deo esset quaternitas, quod est hęreticum. Non ergo vnitas essentiæ ponit in numerum cum vnitate personæ.

¶SED CONTRA, Si vnitas essentię sit pœnitus idem cum vnitate personæ non ponens cum ea in numerum sequeretur quòd de quocúnque prædicatur vnum prædicatur & reliquum. Sed vnitas essentię, prædicatur de tribus personis. Dicimus enim quòd pater & filius & spiritussanctus sunt vnum: ergo vnitas personalis prædicabitur de eis, vt dicatur quòd pater & filius, & spirituſſanctus sunt vnus, quod patet esse falsum.

1.p.q.30.ar 3. & q. 31.

¶RESPONDEO dicendum, quòd vnumquodque inquantum est vnum, intantú est ens, vnde ens & vnum conuertuntur. Est autem vnumquódque ens per suam formá, vnde & vnumquódque per suam formam habet vnitatẽ, & inde est quòd est comparatio formæ ad formá eadem

verí.q.1.ar. 1.& 21.ar. 2.& 2.

est comparatio vnitatis ad vnitatem. Deus autem est formaliter Deus per suam essentiam, proprietas autem personalis est quasi forma constituens personam, quę quidem realiter diſſinguitur ab alia persona propter oppositionẽ relationum, sed proprietas personalis non diſtinguitur realiter ab essentia, alio quia sequeretur quòd in Deo esset

metha 4.le. art. 58.1.q. 28.arts 3.c. q.40. ar.2. 1.p.q.28.ar 2.o.

compositio, & quod aliquid adueniret ei per modũ accidentis. Nam omne quod est extra essentiam rei accidentaliter aduenit, differt tamen proprietas personalis ab essentia secundũ modum intelligendi & significandi. Nam essentia dicitur absolutè, proprietas vero personalis importat relationem, vnde patet quòd vnitas personæ non ponit numerum cum vnitate essentiæ, quasi realiter ab ea differens, sed solùm secundum modum intelligendi.

1.q.28. art. 3.c. q. 40. ar.1. 1.p.q. 28.ar.2.o.

ad rationes

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta: nam primum procedebat secundum differentiam rei, quæ quia nó est in diuinis inter vnitatem essentiæ & personæ, ideò non potest poni quaternitas in Deo. Secundum verò procedebat secundum differentiam, quæ est ex modo intelligendi & significandi, ex qua prouenit quòd dicimus quòd pater & filius & spirituſſanctus dicuntur vnum, sed non vnus.

1.p.q.31.ar 2.ad 4.

QVAESTIO II.

Ma. q. 16. arti. 1.ad 1. ad 14.15.

DEINDE circa angelos quærebantur duo. Primò de actione ipsorum, vtrùm scilicet quicquid agunt agãt per imperium voluntatis. Secundò de loco ipsorum, vtrú scilicet possint esse in connexo cœli empyrei quod etiá quærebatur circa corpora glorioſa.

123

ARTICVLVS II.

CIRCA secundum sic proceditur. Videtur quòd non quicquid agit angelus agat per imperium voluntatis: voluntas enim æqualiter se habet ad propinqua & remota. Si ergo angelus ageret per solũ imperiũ voluntatis, sequeretur quòd non differret ad hoc quòd angelus aliquid ageret, quòd esset propinquum vel remotũ illud in quod agit & sic nunquam oporteret quòd de cœlo ad terrã descenderet ad aliquid hic agendum, quod est contra traditionem sacræ scripturæ.

¶Præterea, quantum ad voluntatem non differt vnitas & multitudo. Sicut enim aliquis potest velle monere vnam rem, ita potest velle mouere plures res, vel etiá totũ vniuersum. Si ergo angelus ageret solũ per imperiũ voluntatis, sequeretur, quod posset mouere totũ vniuersum quod est impossibile, cum ipse sit pars vniuersi. Non ergo angelus agit solo imperio voluntatis.

¶SED CONTRA. Omnis actio est ab aliqua virtute. Sed in angelo non est alia virtus quàm intellectus & volũtas, intellectus non agit nisi per voluntatem; ergo omnis actio angeli est per imperium voluntatis.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ omnis actio cuiuscúnque rei est per formam naturæ illius rei. Nam & ſint aliquæ formæ accidentales principia actionum alicuius rei oportet quòd huiusmodi actiones reducãtur sicut in primum principium in formam specificam illius rei agentis, sicut actio coloris ignis reducitur sicut in primum principium in formam substantialem ipsius quę est etiam principium omnium accidẽtium propriorũ ignis: & ideò oportet se aliter habere in actionibus alicuius rei habẽtis naturam simplicem quã in actionibus rei habentis naturã compositã. Si enim fuerit aliquid habens naturam simplicem: omnis actio eius erit secundũ proprietatem ſcmodũ illius naturæ, quod non contingit si habeat naturam compositam. Omnis enim actio ignis est secundum proprietatem naturæ ignis in cultello autem ignito est quædam actio non pertinens ad proprietatẽ ignis, scilicet incisio. Et hoc etiam considerandum est in subitantiis spiritualibus. Anima enim humana nõ est totaliter intellectus, sed participat intellectualitatem: vnde est in ea aliqua virtus & actio quæ non perrinet ad intellectualẽ naturam, sicut præcipuè patet in his quæ pertinent ad animam vegetabi lem: sed angelus est totaliter intellectualis naturæ: & ideò oportet q̃ omnis eius actio sit secundũ intellectũ: vñ bea. Dyo. dicit 4.c. de di.no. q̃ angeli habent subitãtias & virtutes & operationes intellectuales: intellectus aũt nó agit nisi mediante voluntate, quia motus voluntatis est inclinatio sequẽs formã intellectã. Vnde oportet q̃ quicquid angelus agit agat per imperium volũtatis. Sed tamen considerandum est q̃ cùm virtus sit media inter essentiam & operationẽ: oportet q̃ virtus & operatio cuiuslibet rei proportionetur essentiæ eius: vnde superioris angeli cuius est essentia nobilior est etiam virtus efficacior, sicut ad intelligendũ, ita etiã ad agendum in res exteriores: & secundum hoc actio angeli limitatur ad aliquem effectum: quia nec virtutem nec essentiam habet infinitam.

1.d.37.q.3. ar.2.& 4.& di. 43.q.1.ar. 2.c. ar.188.ad 2

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ actio voluntatis angelicæ ra dicatur in essentia eius à qua procedit eius virtus & operatio: oportet autem mouens esse simul cum mobili, quod ab eo mouetur: vt habetur in 7. phy. (T.c. 12.) & ideò oportet substantiam angeli aliqualiter coniungi in rebus quas mouet.

¶Ad secundum dicendum, quòd quia actio voluntatis limitatur secundum modum essentiæ non oportet quòd angelus posit agere omnia quæ potest velle.

124

ARTICVLVS III.

ar.4.& 5. p.q.61.ar. 4.ad 2.q. 102.ar.1.& ad 2.q.110. ar.1.ad 2.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ angelus nó possit esse in cõnexo cœli empirei. Dicit enim Anſel. In nihilo nihil esse potest. Sed extra cœlum empireum nihil est: ergo angelus non potest esse in connexo cœli empirei: sic enim esset extra cœlum empireum.

¶Itẽ videtur quòd nec corpus glorioſum ibi possit esse. Omne enim corpus necesse est in loco esse. Sed extra cœlum empireum non est aliquis locus: ergo non potest esse corpus glorioſum extra cœlum empireum.

¶SED CONTRA, Si non potest ibi esse aut angelus aut corpus glorioſum, aut hoc est quia nõ potest ibi ascendere, aut quia non potest penetrare profunditatem cœli empirei: aut quia indiget loco continente, aut quia indiget conseruante. Sed omnia hæc sunt remota a perfectione corporis glorioſi, multò magis à conditione angelorum: ergo corpus glorioſum & angelus possunt esse in connexo cœli empirei.

¶RESPONDEO dicendum ad euidentiam huius quæstionis quòd apud antiquos de loco fuerunt duæ opiniones maximè probabiles, quarum vna fuit quòd locus sit quoddam spacium siue dimensiones per se exeuntes, quæ quidem opinio si vera esset corpori deberetur locus ex hoc ipso quòd corpus est dimensiones habens, aquas necesse est aliquas dimensiones occupare. Sed hæc opinio de loco est à philosopho in 4. phy. reprobata. Vnde alia opinio est eius, q̃ locus sit superficies corporis cõtinentis, nõ quidem inquantũ est huiusmodi corporis, quod immediatè continet: alioquin sequeretur q̃ corpus quiescens non semper esset in eodem loco puta si homo staret in fluuio: per cuius decursum semper renouarentur diuersæ superficies aquæ circa ipsum, sed superficies corporis immediatè cõtinentis habet quòd sit locus ex ordine ad primũ continens, vnde accipitur idem locus secundum eundem situm ad primum continens & propter hoc locus est immobilis, secundum ergo hanc opinionem quæ vera est, necesse est exeundi in loco conuenit corpori ex hoc quòd dependet à primo continente, & propter hoc primum continens non est in loco nisi per accidens & secundũ partes: vt dicitur

2.di.10.ar. 5.ad 1.-3.

vt dicitur in 4. Physi. T. (c. 45.) Angelus autẽ non depẽdet à primo cõtinente nec etiã corpus glorioſum: quod perficitur per animã ex diuina fruitione beatificatã, & ideò nulla necessitas est q̃ corpus glorificatũ: aut Angelus ab aliquo locali corpore ambiatur: & propter hoc nihil prohibet corpus glorificatum: vel etiam Angelum in connexo cœli empyrei esse.

2.di.2.q.2. ar.1.ad 4.ar 3.ad 3.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ verbũ illud Anſel. intelligendũ est in vi affirmationis, nõ enim possibile est q̃ aliquid sit in nihilo tanquã in continente, sed iste intellectus non facit ad propositum.

1.p.q.112. ar.1.ad 2.et 3.q.57.art. 4.ad 1.2.

¶Ad secundum dicendũ, quòd ratio ista procedit de corpore dependente à primo continente.

QVAESTIO III.

DEINDE quæritũ est de his quæ pertinẽt ad hominẽ. Et primò de spiritualibus. Secundò de corporalibus.

¶Circa spiritualia quæritũ est. Primò de sacramẽtis. Secũdò, de virtutibus. Tertiò, de peccatis.

¶Circa sacramẽta quæsita sunt duo de baptismo. Primò, de necessitate baptismi, vtrú. S. puer qui nascitur in deserto: vbi non potest aqua haberi moriens sine baptismo saluari possit in fide matris fidelis. Secundò de impedimẽto matrimonij, quod prouenit ex baptismo. Vtrú si Christianus qui baptizat Iudæam cui primò dederat fidem de contrahendo si baptizaretur: cognoscens eam posteà carnaliter consumet matrimonium.

ARTICVLVS IIII.

125

CIRCA primũ sic proceditur. Videtur q̃ puer ille in deserto natus posit absq; baptimo saluari in fide parẽtũ. Nõ enim est minoris efficacię fides tẽpore gratiæ quã tpe legis naturę. Sed tẽpore legis naturę saluabatur pueri in fide parẽtũ, vt Greg dicit, ergo etiã nũc tẽpore gratiæ.

3.p.q.68. ar.2.o.et q. 72.artic.6. ad 1.

¶Præterea. Per Christũ nõ est arctata hominibus via salutis cùm ipse dicat Ioan. 10. Ego veni vt vitam habeant & abundantiũs habeant. Sed ante Christi aduentum saluabantur aliqui pueri in fide parentum: ergo multò magis nunc post Christi aduentum.

¶SED CONTRA est quod dominus dicit Ioan. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non potest intrare in regnum cœlorum.

Ioan.10.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ ab illa dãnatione quã humanũ genus incurrit propter peccatũ primi parentis: nullus põt liberari: nisi per Christũ qui solus ab illa dãnatione immunis inuenitur: ita scilicet vt ei incorporetur sicut capiti mẽbrũ, hoc autẽ triplicitèr fieri potest. Primò quidẽ per susceptionẽ baptismi, secundũ illud ad Gal. 3. Omnes qui in Christo baptizati estis: Christũ induistis. Secũdò per sanguinis effusionẽ propter Christũ: quia per hoc etiã aliquis passioni Christi cõformatur: aqua efficaciã fortitur baptismus. Vnde dicitur de martyribus Apoc. 7. quod lauerunt stolas suas in sanguine agni. Tertio modo per fidẽ & dilectionẽ: secundũ illud Prouer. 15. Per misericodiã & fidẽ purgantur peccata. & Act. 15. fide dicitur purificãs corda eorũ. Et per fidẽ Christus habitat in cordibus nostris: vt habetur ad Ephe. 3. Vnde & ipse baptismus dicitur fidei sacramentũ, & secundũ hoc dicitur esse triplex baptismus, scilicet aquæ: spiritus, & sanguinis: quia alia duo supplent vicẽ baptismi aquę, si tamẽ adfit propositũ suscipiẽdi talẽ baptismũ, ita scilicet q̃ articulus necessitatis nõ autẽ contẽptus religionis sacramentũ excludat: manifestũ est aũt q̃ in pueris nondũ habentibus vsum rationis nõ potest esse motus fidei & dilectionis, aut propositũ suscipiẽdi baptismũ: & ideò nõ possunt saluari nisi per baptismũ aquæ: vel per baptismũ sanguinis: si propter Christum occidantur: ex quo nõ solũ Christiani: sed etiã martyres fiũt: & Aug. dicit de innocẽtibus. Et sic patet q̃ puer ille in deserto moriens sine baptismo salutem non consequitur.

3.p.q.66. ar.11.o. 4.distinct.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q̃ secundũ quosdã tẽpore legis naturæ nõ sufficiebat ad salutẽ paruulorum solus motus fidei in parẽtibus: sed requirebatur aliqua exterior protestatio fidei per aliquod sensibile signũ. Et secundum hoc nihil differebat id quod tũc requirebatur ab eo quod nũc requiritur ad salutẽ: nisi q̃ nũc illud signum sensibile est determinatũ: tũc erat indeterminatũ: & pro voto abhibebatur. Aliorũ opinio est q̃ solus interior motus fidei relatus ad salutẽ pueri sufficiebat ad salutẽ pueri: nec tamen nũc diminuta est fidei virtus: sed augmẽtatur gradus salutis: quia nũc qui saluãtur per Christũ statim introducũtur in regnũ cœlorũ: quod tũc nõ erat: vnde nõ est incõueniẽs si ad hoc amplius aliquid requiratur, scilicet baptismus,

3.p.q.49. ar.1.ad 1. q.52.ar. 7.ad 2.

4.d.3.ar.2. 3.ad 8.

vt dicitur Ioann. trigesimoseptimo.

¶Ad secundũ dicendũ, q̃ per Christũ in hoc ipso est ampliata hominibus via salutis: q̃ nũc per eum aperta est eis ianua vitæ æternæ, quæ antè clausa erat per peccatum primi parentis.

ARTICVLVS V.

126

4.d.42.q.1. ar.1.o.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ non possit esse matrimoniũ inter Christianũ & Iudæã baptizatã ab eo: quã carnaliter cognouit post fidẽ de cõtrahẽdo datã. Dicitur enim in decretis. 20.q.1.q̃ filius sacerdotis nõ potest ducere in vxorẽ puellã, quã pater eius baptizauit, ergo multò minus si ipsemet baptizasset eam, nõ posset eam habere in vxorem. Si ergo iste Christianus baptizauit Iudæam non potest eam in vxorem accipere.

¶SED CONTRA est quia secundum iura quãdo post fidẽ datã de cõtrahendo per verba de futuro sequitur copula carnalis: est matrimoniũ præsumptũ præsumptione iuris: contra quam non admittitur probatio. Sed ita est in proposito: ergo est verum matrimonium.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ spiritualis cognatio impedit matrimoniũ cõtrahendũ & dirimit iam contractũ, manifestũ est aũt q̃ ex hoc qđ Christianus baptizauit Iudeã, cõtrahitur iter eos spiritualis cognatio: quia illa fit filia eius spiritualis, vnde nullũ est matrimoniũ sequẽs: etiã si expressè contrahat per verba de præsenti: & etiã subsequatur carnalis copula.

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta. Nam quod dictũ est de præsumptione iuris intelligendum est quando non interuenit aliquod impedimentum matrimonij.

QVAESTIO IIII.

DEINDE quæritũ est de virtutibus. Et primò quãtum ad fidẽ, vtrú scilicet certitudo adhæsiõis quæ est in hæretico, vel malo catholico sit actus ipsius fidei virtutis. Secũdò de quibusdam pertinẽtibus ad religionẽ sue ad latriam. Tertiò, de quibusdam pertinẽtibus ad charitatem.

ARTIC. VI.

127

verí.q.14. ar.6.et 7.et 22.q.4.ar. 1.c.7.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ certitudo adhæsionis in hæretico: vel malo catholico sit actus fidei virtutis: quia secundũ Philosophũ in 2. Erhi. Tria sunt in anima: potẽtia: passio & habitus: sed illa certitudo adhesiõis nõ potest attribui potẽtiæ: quia est meritoria, potẽtijs autẽ nõ meremur neq; demeremur. Similiter nõ potest pertinere ad passiões: quia passiões pertinẽt ad appetitũ sensitivũ: qui nõ potest extẽdi ad hoc q̃ inhæreat veritati diuinæ: ergo relinquitur q̃ pertineat ad aliquẽ habitũ. Sed habitus: ad quẽ pertinet certitudo adhesionis est virtus fidei: ergo certitudo adhęsiõis in hęretico: vel malo catholico est actus ipsius fidei.

¶Præterea. Omne quod agit ad similitudinẽ alicuius videtur agere in virtute illius. Sed hæreticus per certitudinẽ adhærẽs his quę credit, agit secundũ similitudinẽ fidei, quia intãtũ certitudinaliter inhæret inquantũ æstimat se rectã fidẽ habere: ergo operatur in virtute fidei: & ita videtur q̃ illa certitudo adhæsionis sit actus virtutis fidei.

¶Præterea. Tota firmitas spiritualis ædificij est à fide secũdũ illud Matth. 7. Venerũt flumina: flauerũt vẽti: & nõ potuerunt mouere eam. Fundata enim erat supra firmam petram, scilicet supra fidem. Sed certitudo adhæsionis ad firmitatẽ spiritualem pertinet: ergo est actus virtutis fidei.

Matthæu.

¶SED CONTRA. Quod nõ est nõ potest agere. Sed in hæretico: vel malo catholico non est virtus fidei: ergo certitudo adhesionis non potest in eis esse actus virtutis fidei.

¶RESPONDEO dicendũ q̃ si aliquis id quod est commune multis accipiat: vt propriũ vni necesse est q̃ decipiatur. Certitudo autẽ adhæsionis nõ est propria virtutis fidei. Primò quidẽ: quia cõuenit virtutibus intellectualibus puta sapiẽtiæ, sciẽtię, & intellectui. Secũdò, quia cõuenit nõ solũ fidei verę, sed etiã falsæ. Sicut enim est opinio vera & falsa: ita & fides: nec minus firmiter inhæret aliquis veritati quã falsitati, vt Philosophus dicit in 7. Eth. Tertiò quia certitudo inhęsiõis nõ semper prouenit ex aliquo habitu: sed ex proprio arbitrio aliquis põt assensum suũ firmare ad aliquid verũ, vel falsum antequã habeant habitũ. Quartò: quia certitudo inhęsiõis nõ solũ cõpetit fidei formatę, quę est virtus, sed etiã fidei informi: quę nõ est virtus.

verí.q.14. ar.6.o.

¶Dicendũ est ergo q̃ in hæretico certitudo inhęsionis est actus falsæ fidei. In malo autẽ catholico est actus fidei informis: & sic in neutro est actus virtutis fidei.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q̃ diuisio illa datur de his qui sunt in anima per modum principij actus. Nam omnis

Universidad de Deusto
Biblioteca

operatio animæ aut est ex aliqua passione, aut ex aliquo habitu, aut ex pura potentia, huiusmodi aũt certitudo inhæsionis non potest esse ex passione. In malo aũt catholico est ex habitu fidei informis. Sed in hæretico est vel ex habitu peruerso fidei, vel ex pura potentia, sicut in principio antequã habitum acquisierit. Nõ enim potest dici q̃ peruersa fides sit habitus infusus, q̃ autem dicitur q̃ poté tijs non meremur neque demeremur, si sic intelligatur, q̃ non meremur neque demeremur, hoc ipso q̃ habemus potentias verum est. Si autem sic intelligatur q̃ pura potentia nõ possit esse principium merendi neque demerendi, verum esse quantum ad meritum, quod non potest esse sine gratia. Non est autem verum q̃ tantum ad demeritum, alioquin ille qui à principio peccat, antequã acquirat habitum vitiosum non demeretur.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ aliquid potest agere secundum similitudinem alicuius dupliciter. Vno modo secundum similitudinẽ veram, & sic verè agit aliqualiter in virtute illius. Alio modo secundũ similitudinem apparentẽ, & sic agit in apparentia virtutis illius, & ita est in proposito, vnde in hæretico certitudo adhæsionis est actus fidei apparentis, non autem fidei veræ.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut ex fide vera dependet firmitas spiritualis ædificij, ita etiam ex fide falsa procedit firmitas diabolici ædificij.

QVAESTIO V.

DEINDE quantum ad actus latriæ siue religionis quæsita sunt quatuor. Primò de celebratione festorũ, vtrũ s. liceat celebrare festum conceptionis dominæ nostræ. Secundò de solutione officiorum, vtrũm s. clericus habẽs beneficiũ cum cura, vel sine cura existens in scolis teneatur dicere officium mortuorũ. Tertio de collatione beneficiorum, vtrũm s. episcopus teneatur dare beneficiũ meliori. Quartò de solutione decimarum, vtrũm scilicet aliquis pauper teneatur decimas dare diuiti sacerdoti.

ARTICVLVS VII.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ liceat celebrare conceptionem dominę. Si enim nõ licet, hoc nõ est, nisi quia fuit cõcepta in originali peccato. Sed nõ fuit concepta in originali peccato, vt videtur quia beata virgo facta est, vt spirituali modo esset habitaculũ Dei, ergo debuit ad hoc spiritualiter præparari, nõ aũt præparata est spiritualiter secundum corpus quod conceptum est ex sexuum commixtione, nec etiam quãtum ad animam, quia alij etiam leguntur sanctificati in vtero, & ita relinquitur q̃ fuerit specialiter præparata per immunitatem ab originali peccato, & sic licet eius conceptionem celebrare.

¶ SED CONTRA est quod hoc priuilegiũ soliusChristi dicitur esse q̃ sine originali peccato est conceptus. Nõ ergo competit beatæ virgini, & ita eius conceptio non est celebranda.

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ hic inducuntur duę quæstiones, vna principalis & altera accessoria, scilicet an beata virgo fuerit concepta cum originali, quod oportet primò determinari. Est ergo considerandum q̃ vnusquisque peccatum originale contrahit ex hoc q̃ fuit in Adam secundum seminalem rationem: vt Augu. dicit super Gene. ad literam. Omnes autem illi in Adam fuerunt secundum seminalem rationem, qui non solũ ab eo carnem acceperunt, sed etiam secundum naturalẽ modum originis ab eo sunt propagati, & sic autem processit ab Adam beata virgo, quia nata fuit per commixtionem sexuũ sicut & cæteri, & ideò concepta fuit in originali peccato, & includitur in vniuersitate illorum, de qua Apostolus dicit ad Ro. 5. In quo omnes peccauerũt, à qua vniuersitate solus Christus excipitur, qui in Adam nõ fuit secundum seminalem rationem, alioquin si hoc alteri non conueniret quã Christo nõ indigeret Christi redẽptione, & ideò nõ tantũ debemus dare marri q̃ subtrahat aliquid honori filij, qui est saluator omniũ hominũ, vt dicit Apostolus 1. ad Thi. 4. Quãuis aũt beata virgo in originali cõcepta fuerit, creditur tamen in vtero fuisse sanctificata antequã nata. Et ideò circa celebrationẽ conceptionis eius diuersa consuetudo ecclesiarum inoleuit. Nam Romana ecclesia & plurimę aliæ considerantes cõceptionem virginis in originali peccato fuisse, festum conceptionis non celebrant, illi verò qui cõsiderantes sanctificationem eius in vtero, cuius tempus ignoratur, celebrant conceptionem, creditur enim q̃ citò post conceptionẽ & animæ infusionẽ fuerit sanctificata. Vnde illa celebritas non est referenda ad conceptionem

ar. 95. ad 1.

A. d. 17. q. 1. ar. 2. q. 1. o.

1. d. 44. ar. 3. ad 3 oppositum ideò hoc est problema in doctore. B. Paulus.

ratione conceptionis sed potius ratione sanctificationis. Sic ergo non est ideò celebrãda conceptio prædicta, quia fuerit sine peccato originali concepta. Non enim per hoc tollitur quin fuerit specialiùs cæteris præparata: eò quòd in ipsa sanctificatione copiosiùs cæteris munus gratiæ accepit: non solùm vt purgaretur à peccato originali: sed vt tota eius vita redderetur immunis ab omni peccato tam mortali quam veniali: vt dicit Anselmus.

3. p. q. 27. ar 1. q. 4. o. 1. 2. 129

ARTICVLVS VIII.

CIRCA secundum sic proceditur. Videtur quòd clericus beneficiatus teneatur in scolis existens dicere officium mortuorum. Ille enim qui recipit bona temporalia alicuius tenetur ei in spiritualibus recompensare. Sed iste clericus accipit bona quæ fuerunt defunctorum: ergo tenetur pro eis dicere officium mortuorum.

¶ SED CONTRA. Ille qui minus recipit minus tenetur. Sed clericus qui in scolis moratur minus recipit quàm alij qui in Ecclesia residentiam faciunt qui recipiũt quotidianas distributiones: ergo non tenetur dicere officium mortuorum sicut illi.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd clericus ex hoc ipso quòd est clericus: & præcipuè in sacris ordinibus cõstitutus tenetur dicere horas canonicas. Videntur enim tales specialiter esse assumpti ad laudem diuinam: secundũ illud Esa. 42. Omnem qui inuocat nomen meum in laudem meam creaui illum. Sed inquantum est clericus beneficiatus in hac Ecclesia tenetur dicere officium secundum modum illius Ecclesiæ. Est ergo considerandum quod officiũ mortuorum quandòque in Ecclesia dicitur, sicut ordinariè pertinens ad Ecclesiæ officium, sicut in tota Ecclesia in die animarum dicitur officium pro mortuis & in qualibet Ecclesia est aliqua super hoc specialis consuetudo, puta vt dicatur ordinariè officium mortuorum semel in septimana: vel qualitercunque aliter secundum certum tempus. Et ad huiusmodi officium mortuorũ tenetur clericus beneficiatus in aliqua Ecclesia, etiam in scolis existens, & per hoc satisfacit mortuis: quorum recipit bona. Aliquãdo verò dicitur officium mortuorum in Ecclesia extraordinariè, propter aliquam causam spiritualiter emergentem, puta ad preces alicuius personæ: vel propter aliquid huiusmodi.

4. d. 15. q. 4. ar. 1. q. 3. 6.

diuersũ est officiũ mortuorum.

ad quãdocũque mor. tenetur clericus beneficiatus etiã in scolis existens.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS IX.

ADTERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Episcopus peccet dans beneficium bono: si prætermittat meliorem: quia qui facit contra scientiam ædificat ad gehennam. Sed iste Episcopus prætermittens meliorem videtur facere contra conscientiam: ergo peccat mortaliter ædificans ad gehennam.

ar. 34. et 22. q. 185. ar. 3.

¶ SED CONTRA est quod etiam secundum iura sufficit dare bono: si sit idoneus ad seruiendum in Ecclesia.

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ aliquis potest dici melior dupliciter. Vno modo simpliciter qui est sanctior plus habẽs de charitate. Alio modo dicitur aliquis melior quo ad aliquid. Contingit aũt quandóq; aliquem esse meliorẽ simpliciter, tamen non est melior quantũ ad hoc q̃ beneficium percipiat, quia alius fortè potest ecclesiam magis iuuare, vel per consilii sapientiæ vel per auxilium potentiæ vel quia seruiuit in ecclesia. Non ergo episcopus tenetur semper dare meliori simpliciter, sed tenetur dare meliori quo ad hoc, non enim potest esse q̃ vnum præferat alteri: propter aliquam causam, quæ si quidem pertineat ad honorem Dei, & vtilitatem ecclesiæ, iam quantum ad hoc iste est melior. Si autem illa causa ad hoc nõ pertineat erit acceptio personarum, quę tantò est grauior, quantò in rebus diuinis committitur. Vnde super illud Iaco. 2. Tu sede hic bene &c. Dicit glo. Aug. si hanc dixerit tantùm sedendi & stãdi ad honores ecclesiasticos referamus, non est putandum leue esse peccatũ in acceptione personarũ habere fidẽ domini gloriæ. Quis enim ferat eligi diuitẽ ad sedẽ honoris ecclesię contẽpto paupere sanctiore & instructiore?

ar. 164. & 1. arti. 92. ad 2. 12. & 22. q. 63. ar. 4. & ar. 116. & art. 84.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS X.

ADQVARTVM sic proceditur. Videtur quòd pauper nõ teneatur decimas soluere diuiti sacerdoti. Ideò instituendum est, vt decimæ soluantur ad sustentationem ministrorũ ecclesiæ. Sed sacerdos diues habet alias vnde sustentetur, ergo non tenetur ei decimæ soluendæ: & præcipuè à paupere.

ar. 2. q. 87. ar. 1.

¶ Prætereà. In multis terris decimæ nõ soluuntur, quod tamen

mẽ prælati corrigerẽt: si homines ex necessitate iuris diuini decimas soluere tenerẽtur. Nõ ergo videtur q̃ præsertim pauperes teneãt soluere decimas diuitib⁹ sacerdotib⁹.

¶ SED CONTRA est quod dominus Matth. 23. dicit hæc oportuit facere, scilicet iudicium, & veritatẽ, & illa non omittere. s. ea quæ pertinent ad decimarũ solutionem.

¶ Prætereà. Luc. 18. Pharisæus dicit. Decimas do omnium quæ possideo.

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ sicut Philosophus docet in 5. Ethi. Mediũ iustitię accipitur non solũ quo ad nos: sicut in cæteris virtutibus: sed etiã secũdũ rẽ, quia. s. in alijs virtutibus attẽduntur diuersæ cõditiones personarũ, secũdũ quas medium diuersificatur, sicut circa cibos: quod est multũ vni est paucũ alteri: vel moderatũ: sed in iustitia nõ variatur mediũ secundũ diuersas personę cõditiones, sed attenditur solũ ad quantitatẽ rei. Qui enim emit rem aliquã debet tantũ soluere quãtũ valet: siue à paupere siue à diuite emat: reddere autẽ debitũ est actus iustitiæ: & ideo ad hoc q̃ alicui reddatur q̃ ei debetur, nõ refert vtrũ sit diues: vel pauper. Decimę autẽ sacerdotibus debẽtur in cõmuni quidẽ secundũ ius naturale. Naturalis aũt ratio dictat: vt illi qui pro populo in spiritualibus laborãt à populo stipẽdia suæ sustẽtationis accipiãt. Et secundũ hoc etiã in nouo testamẽto est iure diuino sancitũ. Nã vt dicitur 1. ad Cor. 9. Dominus ordinauit his qui Euãgeliũ annũciant: vt de Euãgelio viuãt: sed in lege veteri iudiciali præcepto taxata est quãtitas eius quod ministris Dei est populo soluẽdũ. s. decima: & hoc etiã Ecclesia statuit in populo Christiano soluendũ: vnde cũ sacerdotibus decimæ debeantur tũ de iure naturali, tũ de iure diuino, tum etiam ex statuto Ecclesiæ, quamuis sacerdos sit diues: nihilominus pauper tenetur ei decimas soluere.

22. q. 64. ar. 2. o. 22. q. 58. ar. 10. o. & q. 61. ar. 2. ad 1.

art. 3. c. in.

Beatus Paulus.

¶ AD PRIMVM ergo oportet respondere dupliciter. Vno modo, vt dicatur q̃ decimarũ solutio instituta est nõ solũ ad subsidium sustẽtationẽ ministrorũ Ecclesię: sed etiã ad sustẽtationẽ pauperum, quibus debet de domo Dei prouideri, vnde dicitur Mal. 3. Inferte omnẽ decimationẽ: vt sit cibus in domo mea: & sic sacerdoti, qui nõ solũ sibi: sed pauperibus prouidere debet, quãtũcũq; diuiti sint decim ę necessarię. Alio modo põt dici quod necessitas sustẽtationis ministrorũ fuit ratio Ecclesiasticæ institutiõis de decimarũ soluẽdo. Sed ex quo officiũ est alicui debitũ per statutum Ecclesiæ, nihilominũs ei debetur, quamuis sit diues.

Malachias.

22. q. 87. ar 1. ad 4. et ar. 3. ad 1. et art. 4. ad 4.

¶ Ad secũdum dicẽdũ, q̃ sicut Paulus laudabiliter nõ exigebat sumptus qui sibi propter prędicationẽ Euãgelij debẽbãtur: ne quod impedimẽtũ fieret Euãgelio: aut scãdalũ fidelibus Christi, nõ tamẽ illi peccabãt nõ ministrantes sumptus quos Apostolus sibi debitos remittebat: ita etiam prælati Ecclesiæ laudabiliter faciũt non exigẽdo decimas in terris illis in quibus propter diffuetudinẽ timẽt scãdalũ generari: nec peccãt illi qui nõ soluũt decimas in terris illis in quibus nõ est cõsuetũ: peccarẽt aũt si obstinatè exigeribus dare recusarẽt, & ideò vt huic peccato obuient sacerdotes in terris illis non exigunt decimas.

art. 30. c. fi.

art. 30. c. fi.

QVAESTIO VI.

DEINDE quæsitũ est de actibus charitatis. Et primò, de obedięntia, vtrũ sit magis meritorium obedire prælato: vel facere aliquid ad dictum fratris. Secundò, de eleẽmosina.

ARTICVLVS XI.

CIRCA primum sic proceditur. Videtur q̃ magis sit meritoriũ obedire prælato, quã facere aliquid ad dictũ fratris. Maiori enim merito maius detrimẽtũ opponitur. Sed magis demeretur ille qui est inobediens prælato, quã ille qui nõ assentit dicto fratris: ergo & magis meretur aliquis obediẽdo prælato quã assentiẽs dicto fratris.

12. q. 104. ar. 3. de obedientia extra.

¶ SED CONTRA. Vbi est maior humilitas ibi videtur esse maius meritum: quia humilibus dat Deus gratiã, vt dicitur Iaco. 4. Sed maioris humilitatis videtur esse quòd aliquis æquali se subijciat faciens aliquid ad dictum eius quã quòd aliquis subijciat se superiori obediens prælato: ergo magis videtur esse meritorium: quòd aliquis faciat ad dictum fratris, quàm quòd obediat prælato.

Iacobus.

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ aliquis actus potest dici magis meritorius dupliciter. Vno modo ex genere operis, & sic ille actus est magis meritorius qui est excellentioris virtutis. Manifestum est autem quòd latria per quam aliquis seruit Deo est excellentior virtus quàm beneficentia: qua quis satisfacit proximo, sicut & diligere Deum est magis meritorium, quàm diligere proximum,

Quòd autem aliquid fiat ad dictũ fratris pertinet ad amicitiam: vel beneficentiam, qua quis diligit proximũ, quòd autem obediatur prælato inquantum est Dei minister, pertinet ad religionem qua quis colit & diligit Deum, & ideò magis est meritoriũ quòd aliquis faciat aliquid obediens prælato: vel seruans votum: quàm si aliquid faciat ad dictum fratris. Alio modo potest dici aliquis actus magis meritorius ex eo quòd procedit ex maiori charitate, licet sit minor ex suo genere: & sic nihil prohibet magis meri illum qui facit aliquid ad dictum fratris.

22. q. 27. ar 11. 8. o. et q. 182. ar. 2. c. & 3. di. 30. art. 4. o.

¶ Primum ergo concedimus.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ille qui facit aliquid ad dictum fratris facit propria sponte, vnde minoris humilitatis esse videtur, quàm quòd aliquis obediat prælato tanquam superiori.

ad ratiõem.

QVAESTIO VIII.

DEINDE quæritur de eleẽmosina. Et primò de eleẽmosina clericorum. Secundò, de eleẽmosinis quæ fiunt pro mortuis.

ARTICVLVS XII.

CIRCA primum sic proceditur. Videtur quòd clerici peccent mortaliter, si ea quæ eis superfluunt in eleẽmosinis non largiantur, quia super illud Lucę tertio. Qui habet duas tunicas det vnam non habenti dicit Glos. De duabus tunicis diuidendis datur præceptum, quia si vna diuidatur, nemo vestitur in dimidia tunica & nudus remanet: qui accipit: & qui dedit, sed per largitionem vnius tunicæ intelligitur largitio eorum quæ superfluunt ad necessitatem vitæ, vt patet per ea quæ in eadem Glos. permittuntur, ergo dare superflua est in præcepto, sed qui transgreditur præceptum peccat mortaliter, ergo ille qui non dat superflua pauperibus peccat mortaliter.

¶ Prætereà. Præceptum plus obligat, quàm consilium. Sed dare omnia quæ quis possidet est consilium, & tamen ad hoc homo obligatur in casu extremæ necessitatis: ergo etiam extra casum extremę necessitatis tenetur aliqua superflua dare pauperibus, cùm hoc sit in præcepto, & ita qui non largitur peccat mortaliter.

¶ Prætereà. Quicũque cõsumit quod est alterius tenetur ad restitutionem. Sed bona clericorum sunt pauperum, vt patet per Glos. Hieronimi super illud Isaiæ secundo. Rapina pauperum in domo vestra: ergo si clerici inutiliter bona Ecclesiastica consumunt tenentur restituere pauperibus aliundè si habuerint.

Hieroni.

¶ Prætereà. Quicũque facit se impotentem ad id quod tenetur facere peccat mortaliter, sed clerici faciendo superfluas expensas faciunt se impotentes ad subueniendum pauperibus ad quod tenentur, ergo videtur quòd peccent mortaliter.

¶ SED IN CONTRARIVM videtur esse consuetudo quæ apud multos prævaluit.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd aliter videtur se habere circa bona patrimonialia & circa bona Ecclesiastica. Nam bonorum patrimonialium: vel licitè acquisitorum homo vere est dominus, vnde quantum pertinet ad conditionem ipsius rei potest re sua vti, vt vult, & ex hac parte non accidit peccatum: potest tamen peccatum accidere ex inordinato modo vtendi: vel per superabundantiam, dum scilicet inutiliter consumit bona propria in ea in quæ non oportet, vel secundũ defectum, inquantum scilicet non erogat ea in quæ oportet. Vtróque enim modo corrumpitur virtus, vt dicitur in secũdo Ethicor. bonorum verò Ecclesiasticorum clerici nõ sunt vere domini: sed dispensatores, secundum illud primę ad Corint. 7. Dispensatio autem mihi credita est. Pertinet autem ad dispensatorem, vt fideliter distribuat ea quæ eius dispensationi cõmittuntur, secundum illud primę ad Corint. 4. Hic iam quæritur inter dispẽsatores vt fidelis quis inueniatur. In his ergo potest dupliciter peccatum cõtingere, vno modo ex cõditione ipsius rei, dum scilicet vsurpat sibi quasi re propriã, & in vsus suos conuertit id quod esset alijs erogandum. Alio modo ex inordinato vsu eorũ, quæ in partem suam cedũt, sicut etiam de alijs dictum est. Verum quia horum dispensatio fidei dispensatoris committitur, vt dictum est, si quis bona fide dispenset Ecclesiastica bona inde accipiens quod sibi conuenit: secundũ cõditionem status & personę, & alijs largitur, secundũ quòd sibi videtur bona fide expedire nõ peccat mortaliter: etiã si fortè aliquid plus in suos vsus conuertat, quàm oportet. Talia enim quia in singularibus est eorum iudicium,

ad 4. huius. et 4. di. 32. q. 2. ar. 2. ad 3. 22. q. 63. ar. 1. c. et ar. 2. ad 3. et q. 119. ar. 3. ad 1. & q. 185. arti. 1. c. & ad 1.

Aristo. post. 1. auctoritas tem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

non possunt per omnimodā certitudinem diffiniri. Vnde non si multus excessus potest compari bonam fidem dispensatoris, si verò multus excessus fiat, non potest latere, & ita non potest cum bona fide dispensatoris hoc agi, si autem non conseruet bonam fidem in dispensando, peccat mortaliter.

Augus. ¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut Aug. dicit in lib. de sermone domini in monte. Illa præcepta quæ dominus tradidit Matth. 5. Qui percusserit te in vtram maxillam præbe ei & aliam, & quæ ibi sequuntur, sunt intelligenda secundum præparationem animi, vt scilicet homo sit paratus hoc facere quando necessitas hoc requirit. Vnde non semper est peccatum mortale, quando homo hoc non facit, sed quando videt necessitatem imminere, si nō faciat, tunc peccat mortaliter, & eadē ratio est de hoc præcepto, qui habet duas tunicas det non habenti, & de omnibus similibus. Vnde nō semper peccat mortaliter quotiescunque non dat pauperi qui superfluum habet, sed quando necessitas imminet. Quando autem sit talis necessitas, quòd obliget ad peccatum mortale, nō potest ratione determinari, sed committitur prudentiæ & fidei dispensantis, vnde si bona fide det, quando sibi videtur expedire, immunis est à peccato, alioquin mortaliter peccat.

4.d.15.q.2. ar.1.q.4.et 3.q.2.ad 1.

¶Ad secundum dicendum, quòd illa eadem quæ sunt consilia cadunt sub præcepto secundum animi præparationē nullum enim consilium est perfectius, quam quòd homo tradat animam suam pro fratribus suis, & tamē hoc cadit sub præcepto secundum animi præparationem, secūdum illud 1.Io.3. Et nos debemus pro fratribus animam ponere & similiter dare omnia sua pauperibus, cadit sub præcepto secundum animi præparationem, vt scilicet homo sit paratus hoc facere si necessitas immineat. Minor tamē necessitas requiritur ad superflua erogāda quàm ad omnia exhibenda, tamen hoc totum ratione vniuersali determinari nō potest, sed committitur prudentiæ, vt dictum est.

Iosiaunes.

¶Ad tertium dicendum, quòd bona ecclesiastica non solùm sunt dispensanda pauperibus, sed etiam ecclesię ministris: vnde secundum canones debent diuidi hoc modo vt aliqua pars cedat in vsus pauperum, & aliqua pars in vsus ministrorum, & in cultum ecclesiæ.

22. q. 185. ar.7.c.

¶Aliter ergo dicēdum est de illis ecclesiasticis bonis, quę principaliter sunt attribuenda necessitatibus pauperum, & ex consequenti necessitatibus ministrorum, sicut sunt bona hospitalium & aliorum huiusmodi. Et aliter de illis bonis quæ sunt principaliter attributa vsibus ministrorū: sicut sunt præbende clericorum, & alia huiusmodi. Nam in primis bonis peccatum cōmittitur, non solùm ex abusu, sed etiam ex ipsa rerū conditione, dum aliquis in suos vsus assumit quod est alterius. Et ideò tenetur ad restitutionem tanquam defraudator rei alienę. In secundis verò bonis nō committitur peccatum nisi per abusum, sicut & de bonis patrimonialibus dictum est, vnde non tenetur quis ad restitutionem, sed solum ad pœnitentiam peragendā.

¶Ad quartum dicendum, quòd neque moderatus vsus diuitiarum, neque bona fides dispēsatorum saluari videtur in eo qui scienter superfluas expensas facit in voluptuosis conuiuijs, & alijs huiusmodi superfluitatibus, & sic nō est dubium quòd in talibus peccat mortaliter. Vnde dicitur Matth. 24. Si dixerit malus seruus ille in corde suo, morā facit dominus meus venire, & cœperit percutere conseruos suos, quod pertinet ad superbum & crudele dominiū, manducet autem & bibat cum ebriosis quod pertinet ad superflua & voluptuosa conuiuia, veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet scilicet à societate sanctorum, partemque eius ponet cum hipocritis, scilicet in inferno. Vnde ibi subditur. Ibi erit fletus & stridor dentium. Si autem aliquis non multum in talibus excedat potest bona fide fieri ab aliquo, qui vult secundum decentiam sui status mortem gerere his quibus conuiuit.

a.et 4.d.33. q.1.ar.3.q.2.ad 4.

QVAESTIO VIII.

DEINDE quæritum est de eleēmosynis quæ fiunt pro mortuis.

¶Et circa hoc quæsita sunt duo.

¶Primò vtrùm mortuus patiatur aliquod detrimentum, si executor eius differat le dare eleēmosynas, quas ipse in testamento dari mandauit.

& in ordi. 134.

¶Secundò vtrùm executor licitè possit differre distributionem eleēmosynarum a d hoc quòd res defuncti meliùs venda ntur in posterum.

137

4.d.45.q.2.ar.2.q.2. ad 4.

ARTICVLVS XIII.

CIRCA primum sic proceditur. Videtur quòd mortuus nullum detrimentum sentiat ex hoc quod eleēmosynæ, quas mandauit dari retardantur. Huiusmodi enim retardatio prouenit ex negligentia executoris. Sed negligentia vnius non imputatur alteri, ergo nullum detrimentum mortuus patitur ex huiusmodi tarditate.

¶SED CONTRA est, quòd propter huiusmodi tardi tatem retardantur orationes & sacrificia, quæ fierent pro anima defuncti, ex quibus plurimum iuuaretur, ergo ex huiusmodi tarditate patitur detrimentum.

Apo. Paul?

¶RESPONDEO dicendum, quòd hic est opus duplici distinctione. Primò quidem ex parte ipsius detrimenti. Distinguendum est enim duplex detrimentum. Nam quoddam detrimentum est, quod pertinet ad tolerantiam pœnę, secundum illud primæ Corinthiorum tertio. Si cuius opus arserit detrimentum patietur. Aliud autem quod pertinet ad subtractionem remedij. Secundò etiam distinguendum est ex parte eleēmosynæ. Circa quam potest considerari etiam detrimentum ipsius eleēmosynæ & effectus ipsius. Quantum ergo ad meritum eleēmosynæ nullum detrimentum patitur defunctus ex prædicta tarditate, maximè si quantum in ipso fuit curam adhibuit, vt huiusmodi eleēmosynæ citò darentur, quia meritum principaliter ex voluntate & intentione depen det. Sed quantum ad effectum eleēmosynæ patitur detrimentum, non quidem vt pro huiusmodi tarditate puniatur, sed quia remedium ei non adhibetur, dum suffragia differuntur, ex quibus plurimum iuuaretur.

et in or.339

4.d.45.q.2.ar.2.q.2.ad 4.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd negligentia vnius non imputatur alteri ad pœnam, potest tamen redundare in alterum quantum ad defectum remedii secundum quòd vnus homo ab alio iuuari potest.

135

ARTICVLVS XIIII.

CIRCA secundum sic proceditur. Videtur quòd executor debet tardare distributionem eleēmosynarum ad hoc quòd res defuncti meliùs vendantur. Quia ex hoc sequitur quòd plures eleēmosynas poterit facere pro defuncto, ex quibus defunctus magis iuuabitur: ergo si differat, videtur quòd laudabiliter, & fideliter hoc faciat.

Tardare distributionē testamenti quando est licitum.

¶SED CONTRA est, quia ex tarditate eleēmosynarum sequitur retardatio remedij quo forte defunctus indiget, ergo videtur quod huiusmodi retardatione grauetur defunctus potius quam iuuetur.

¶RESPONDEO dicendum. In mora modici temporis non videtur esse magnum periculum. Vnde si executor per modicum tempus eleēmosynam dare differat: vt rebus defuncti meliùs venditis ampliores eleēmosynas dare possit, laudabiliter hoc facit. Si verò econuerso per multum tempus differat eleēmosynas distribuere, vt non multo ampliores eleēmosynas faciat, non videtur esse absque culpa, quia forte defunctus à purgatorio liberaretur in quo existenti remedium suffragiorum maximè necessarium erat, hoc autem requirit prudentis executoris examen, vt scilicet consideratis dilatione temporis & conditione personæ quæ creditum citiùs vel tardiùs libranda, & etiam quantitate augmenti eleēmosynarum faciat, quod videbitur expedire defuncto.

QVAESTIO IX.

DEINDE quæritum est de peccatis.

¶Et circa hoc quæsita sunt tria.

¶Primò de peccato originali, vtrùm scilicet ille qui baptizatus est, transmittat peccatum originale in prolem.

¶Secundò de peccato actuali in generali, quid scilicet sit prius, vtrùm auersio a Deo: vel conuersio ad commutabile bonum.

136

et in or.136 de ma.q.4. ar.1.& 3. & 12.q.81. ar.3.& 4.

¶Tertiò spiritualiter de mendacio: quod mendacium sit grauius, vtrùm illud quod fit verbo, vel illud quod fit facto.

ARTICVLVS XV.

CIRCA primum sic proceditur. Videtur quòd ille qui est baptizatus non transmittat peccatum originale in prolem. In eo enim qui nascitur tria possunt considerari, scilicet corpus, anima, & vnio vtriusque, sed non contrahit peccatum originale, secundum corpus quod contrahit à parentibus, quia parētes erant totaliter à peccato originali mundati, similiter etiam nec secundum animam quam habet ex creatione Dei: in quem peccatum non

non cadit secundum visionem vtriusque: ergo ille qui nascitur ex baptizatis nullo modo contrahit peccatum originale.

¶SED CONTRA est, quia remedium non adhibetur nisi vulneri. Sed baptismus qui est medicinale remedium contra vulnus originalis peccati adhibetur paruulis baptizatorum filiis secundum communem ecclesiæ consuetudinem: ergo paruuli baptizatorum filij cum originali peccato nascuntur.

Rom.

apostolus.

¶RESPONDEO dicendum, quia peccatum quod ex transgressione primorum parentum in omnes posteros originaliter deriuatur: non aboletur nisi per gratiā Christi, qui de peccato damnauit peccatum in carne, vt dicitur ad Romanos 8. sed hoc quodā ordine peragitur. Nam primò in statu presentis vitę per sacramenta gratiæ Christi remouetur peccatum originale quantum ad inquinationem animę, vt scilicet non imputetur homini ad culpam. Remanet tamen interim quantum ad corruptionē fomitis in carne: vnde Apostolus ad Romanos 7. Ego ipse mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati: inquantum scilicet concupiscit aduersus peccatum: vnde homo baptizatus secundum mentem viuit in nouitate spiritus, sed secundum carnem adhuc retinet vetustatem Adę. Et ideò sicut per spiritualem generationem, quę scilicet per euangelium alios producit filios in Christo absque peccato ita etiam secundum generationem carnalem producit filios in vetustatem Adę cum peccato originali.

apostolus.

ar.113.c.& 2.q.20. ar 1.3.c.& 3. q.86 ar.4. ad 1.

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

137

ARTICVLVS XVI.

ADSECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd in peccato actuali priùs sit auersio quā conuersio. Auersio enim importat recessum à termino: conuersio autem accessum ad terminū. Sed in motu corporali priùs est recessus à termino, quàm accessus ad terminum: ergo & in spirituali motu priùs est auersio quàm conuersio. Sed est quod Dion. dicit 4. cap. de di.no. Nemo intendens ad malum operatur: sed intendens ad bonum: ergo priùs animus peccantis conuertitur per appetitum ad bonum commutabile, quàm auertatur à Deo.

12.q.73.ar 5.c.

12.q.77.ar 1.6.ad 1.et ar.8.ad 2. & 22. q. 46.arti.2. ad 2.

22.q.20. ar.1.ad 1.

¶RESPONDEO dicendum, quòd peccatum principaliter in voluntate consistit: vt Aug. dicit. Quantū autem ad voluntatē illud est priùs, quod principaliter intēditur: & ideò in peccatis in quibus principaliter intenditur fruitio boni commutabilis sicut in luxuria, auaritia, & similibus: prius est naturaliter conuersio quam auersio, quæ nō est principaliter intenta, sed præter intentionem consequitur ex inordinata conuersione. In peccatis aūt in quibus directè intenditur auersio à Deo, sicut est infidelitas, desperatio, & alia huiusmodi. priùs est auersio ab incommutabili bono, & posteà est conuersio ad commutabile bonum, sicut patet in illis qui desperantes seipsos tradunt impudicitiæ, vt dicitur ad Ephe. 4.

138

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd quamuis in moribus operabilibus recessus à termino prior sit in executione: accessus tamen ad terminum prior est in intentione in qua principaliter consistit peccatum.

ARTICVLVS XVII.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd maius peccatum sit cùm aliquis mentitur facto, quàm cū aliquis mentitur verbo. Maius enim peccatum esse videtur cū aliquis mentiendo abutitur eo cui magis creditur. Sed sicut Anselmus dicit in lib. de veritate. Magis creditur factis quàm verbis: ergo grauiùs peccat qui mentitur factis quàm verbis.

¶SED CONTRA est quod Augu. dicit in lib. de doctrina Christiana. Inter omnia signa præcipuum locum tenent verba: his autē abutitur ille qui verbo mentitur: ergo videtur quòd grauiùs peccat ille qui mentitur verbo quā ille qui mentitur facto.

¶RESPONDEO dicendū, q̄ sicut Ambr. dicit in quodā sermone. Non solū in falsis verbis, sed etiā in simulatis operibus mendaciū est. Peccatū autē mendacij principaliter quidē consistit in intētione fallēdi: vnde ille qui dicit falsum, quod putat esse verū non mēritur. Magis aūt est reus mēdacij ille qui dicit verū, quod putat esse falsū: vt patet per Aug in li. de mēdatio. Vnde cum eadē intētio fallēdi sit in eo qui mētitur verbo, & in eo qui mētitur facto: vterq; æqualiter peccat verbū enim & factū assumūtur vt instrumenta fallendi: vnde non refert quantùm ad peccatū mendacij, vtrū aliquis verbo vel scripto vel nutu, vel quocūq; facto mēdatur: sicut non refert quantùm ad peccatum homicidij, vtrùm quis gladio vel securi interficiat hominē. ¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

art.96.& 22.q.152. art.

139

QVAEST. III. ARTIC. XVIII.

DEINDE quæritum est circa corpora hominis, vtrū scilicet aliquis possit esse naturaliter vel miraculosè simul virgo & pater: & videtur q̄ hoc possit esse miraculosè, quia pater & mater simul sunt generatiōis principia. Sed aliqua mulier miraculosè fuit simul virgo & mater: ergo pari ratione aliquis vir miraculosè potest simul esse virgo & pater.

¶Item videtur q̄ hoc possit esse absq; miraculo: quia de mō incubus pōt furari semen viri virginis in somnis polluti & transfundere in matricē mulieris: ex quo quidem semine potest concipi proles, cuius pater non est demon incubus, sed ille ex cuius semine generatur, quod agit in virtute eius à quo est resolutum: ergo videtur, q̄ etiā absq; miraculo possit aliquis simul esse virgo & pater.

¶SED CONTRA, Mulier absq; miraculo non potest simul esse virgo & mater: ergo pari ratione nec vir absq; miraculo potest simul esse virgo & pater.

Aeua non fuit filia Adæ.

¶Item videtur q̄ nec per miraculum, quia si filius Dei qui est natus miraculosè de virgine ex aliqua parte corporis virginalis carnem assumpsisset, quām ex illa: vnde mulier naturaliter concipit, puta de manu aut pede, nō diceretur filius virginis, sicut nec Aeua dicta est filia Adæ quāuis sit formata de costa ipsius: sed nō posset cōtingere salua virginitate viri, q̄ ex eadem parte corporis & in eodē loco prolem generaret, sicut naturaliter generatur: ergo nec etiā miraculosè fieri posset quòd aliquis simul esset virgo & mater.

Ad perfectionē virginitatis. 3. requirūtur.

¶RESPONDEO dicendū, q̄ ad huius euidentiā videre oportet quid ad virginitatē requiratur. Requirūtur aūt tria ad eius perfectionē, quorū primum est principale & formale, scilicet electio siue intētio voluntatis, sicut & in omnibus moribus: vnde illud ex necessitate ad virginitatē requiritur, q̄ ad hoc alicui assidua voluntas nunquā experiendi delectationem veneream. Secundum autē est materiale, scilicet passio appetitus sensitiui, scilicet delectatio, quā quis reperitur in actu venereo cuius priuatio requiritur ad perfectā virginitatē materialiter. Nam passiones sensitiuæ sunt materia virtutum moralium. Si tamen præter electionē propriæ voluntatis hoc contingat, puta cū quis in somno polluitur, vel cū mulier per violentiā ab hoste opprimitur, non perit virtus virginitatis: vt patet per Aug. in primo de Ciui. Dei. Tertium autē est quasi per accidēs & concomitanter se habens ad virginitatem, scilicet corporalis integritas. Vnde si claustra pudoris aliter corrumpantur quàm per venereum actum: puta si obstetrix, vel medicus ferro incidat ad sanandum nihil virginitati depe rit: sicut Aug. dicit in primo de Ciui. Dei. Sic ergo si virginitas accipiatur secundū perfectum suū esse prout ad virginitatem tria prædicta concurrunt: mulier quidem salua virginitate non potest esse mater: ita quod concipiat & pareat nisi miraculosè: quia proles egredi non potest, cum hoc quòd permaneant claustra pudoris inuiolata, nisi per miraculum: sicut accidit in matre Dei. Posset tamen fortè absque miraculo mulier salua omnimoda virginitate concipere: sicut dicitur accidisse de quadam puella pubescente, quam propter pudoris custodiam in lecto suo pater habebat, qui dum somno polluereturr, semen ad matricem descendit, & puella concepit. Vir autem absque omni seminis resolutione non potest esse pater, neque naturaliter, neque miraculosè: quia si de corpore eius proles aliter miraculosè formaretur, non posset dici pater. Si verò virginitas largiùs accipiatur, prout solùm requirit interiorem electionem mentis: sic patet de muliere quidem quòd naturaliter potest esse mater virginitate tali manente, sicut si aliqua per violentiam opprimeretur ab hoste, & inde conciperet: & multò magis hoc posset miraculosè fieri. Vir autem salua tali virginitate posset esse pater naturaliter propter pollutionem nocturnam, quæ quocúnque casu ad matricem mulieris peruenirent. Non autem ita congrueret quòd miraculosè vir fieret pater sicut quòd virgo fieret mater: tum quia virgo miraculosè facta est mater, spiritusancto formāte corpus prolis ex purissimis sanguinibus eius: vt Damas. dicit. Resolutio autem seminis sine qua vir pater esse non posset non

12.q.59.ar tic.4.& 5.

3.p.q.28. ar.2.ad 1. Virgo pōt concipere cō naturaliter. Vir non potest esse virgo et pater etiam miraculosè.

Universidad de Deusto
Biblioteca

congruit operationi spiritussanctitum quia vir in generatione est sicut agens, mulier sicut patiens. Deo autem competit agere & non pati: vnde magis congruit vt Deus miraculose suppleat id quod deest ex parte viri, quàm id quod deest ex parte mulieris.

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

QVAEST. II. ARTIC. XIX.

DEINDE vltimò quæritur vtrum scilicet cœlum empireum habeat influere super alia corpora. Et videtur quod non, quia omne corpus quod naturaliter influit in alia corpora per prius influit in propinqua quàm in remota. Si ergo cœlum empireum influeret in corpora inferiora, per prius influeret in cœlum aqueum, quod est sibi propinquius quàm in cœlum sydereu, sed hoc videtur esse inconueniens: quia cœlum sydereum similius est cœlo empireo cũ neutrum sit de natura quatuor elementorum, quàm cœlum aqueum quod est de natura quatuor elementorum: quia illæ aquæ dicũtur ibi positæ ad refrigerandum calorem prouenientem ex motu cœli: ratione cuius Saturnus qui est altior inter planetas dicitur habere frigiditatem. Non ergo cœlum empireum influit in corpora inferiora.

¶SED CONTRA est quod in lib. de intelligentiis dicitur quòd omne quod influit in alia est lux vel lucem habens, & in commento dicitur, quòd omnis influentia est per virtutem lucis, sed cœlum empireum maximè habet lucem inter alia corpora: ergo in alia corpora influit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidam ponũt cœlum empireum non habere influentiam in reliqua corpora, quia non est institutũ ad effectus naturales, sed ad hoc quòd sit locus beatorum. Et hoc quidem mihi aliquando visum est, sed diligentiùs considerans magis videtur dicẽdum quòd influat in corpora inferiora, quia totum vniuersũ est vnũ vnitate ordinis: vt patet per philosophũ 12. meta. (T.c.52.) Hæc autem vnitas ordinis attenditur secundum quòd quodam ordine reguntur corporalia per spiritualia, & inferiora corpora per superiora: vt Augu. dicit in 3. de trini. Vnde si cœlum empireũ non influeret in corpora inferiora cœlum empireũ non cõtineretur sub vnitate vniuersi, quod est inconueniẽs. Videtur aũt proprius effectus eius esse perpetuitas & permãsio in inferioribus corporibus. Nam secundũ philosophum in xj. mera. (T.c. 42.) In cœlo sunt principaliter duo motus, quorum vnus est ab Oriẽte in Occidẽtẽ, qui vocatur diurnus: & est super polos æquinoctialis, & quia iste est vniformis causat perpetuitatem in inferioribus motibus. Alius autem motus est ab Occidẽte in Oriẽtẽ, quo mouetur sol & alij planetæ, qui est super polos zodiaci, per quem planetæ accedunt & recedunt à nobis: vnde iste motus propriè causat differentiã generationis & corruptionis & cæterorũ motuum in istis inferioribus: & sic continuatur generatio & corruptio horũ inferiorũ quousque Deus vult, quę quidẽ quãtũ ad continuitatẽ causatur à primo motu, quantũ autem ad contrarietatem à secundo. Sicut autem vniformitas motus precedit difformitatem, ita etiam vnitas quietis præcedit vniformitatẽ motus, quia moueri est se aliter habere nũc quàm prius: quiescere aũt est eo modo se habere nunc vt prius, & sic quies habet puram vnitatẽ: vniformitas aũt motus habet vnitatem cum diuersitate, & ideò primum cœlum, scilicet empyreũ singulariter per suam quietem influit. Secundum aũt cœlum est quod dicitur aqueũ per suum motum vniformem. Tertium aũt cœlum s. sydereum per suũ motum difformẽ, hoc aũt est proprium huic corpori, quòd influat absque motu inquantum est supremum attingens quodãmodò ordinem substantiarum spiritualium. pront Diony. dicit 2. c. de di. no. quòd diuina sapientia coniungit principia secũdorum finibus primorũ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ cœlum empyreũ magis influit in cœlum aqueum quàm in inferiora corpora, inquantum scilicet cœlum aqueum plus recipit de influentia cœli empyrei, vt vniformitas motus ostendit, vnde etiam magis conuenit cum cœlo empyreo ratione suę vniformitatis quam cœlũ sydereum. Est autem de cœlestibus corporalibus duplex opinio. Vna scilicet quòd sint de natura elemẽtorum secundum quam cœlũ empyreum esset de natura ignis cœlum aqueũ de natura aquę vel aeris, cœlum autem sydereum est compositum ex vtraq; natura, quia in parte est lucidum in parte dyaphanum. Et ad hanc opinionem pertinet quòd dicitur aquam esse ibi ad infrigidandum. Alia autem est opinio quòd corpora cœlestia nõ sunt de natura quatuor elementorum, sed quinta essentia secundum quam etiam cœlum aqueum nõ est de natura quatuor elementorũ, sed dicitur aqueum propter diaphaneitatẽ, sicut dicitur cœlum empyreũ, id est igneũ, propter lumen. Contrariũ concedimus, quamuis liber de intelligentiis nõ sit auctoritatis alicuius, nec etiam verum sit quòd omnis influxus sit ratione lucis, nisi lux metaphoricè accipiatur pro omni actu, prout omnem agens agit inquantum est ens actu, vel hoc potest esse verum in solis corporalibus propriè dicitur lux inquantum scilicet lux corporalis est formà primi corporis agentis, scilicet cœli cuius virtute omnia corpora inferiora agunt. Et hæc ad præsens dicta sufficiant.

INCIPIT QVODlibet septimum.

QVAESTIO I.

QVAERITVR, M est de tribus. Primò quædam pertinentia ad substãtias spirituales. Secundò quędã pertinentia ad sacramentum altaris. Tertiò quædam pertinẽtia ad corpora damnatorum.

¶Circa substãtias spirituales quęrebatur. Primò de cognitiõe earũ. Secundò de fruitiõe animę Christi tempore passionis. Tertiò de pluralitate in substantijs spiritualibus inuenta.

¶Circa primũ quærebãtur quatuor. Primò vtrùm aliquis intellectus creatus possit diuinã essentiã videre immediatè. Secundò, vtrùm intellectus creatus possit simul plura intelligere. Tertiò, vtrùm intellectus angelicus possit intelligere singularia. Quartò verùm noticia quam August. dicit prolem mentis sit accidens vel non.

ARTICVLVS I.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd nullus intellectus creatus possit diuinam essentiam immediatè videre. Intellectus enim creatus cum indifferenter se habeat ad omnia intelligibilia, non potest cognoscere determinatè aliquid nisi per obiectum suum determinetur. Sed diuina essentia non est obiectum quod possit intellectum determinare, quia est summum in entibus & maximè generalitatis & nullo modo determinatum: ergo intellectus creatus ipsam videre non potest.

¶Prętereà, Ad hoc ꝙ intellectus cognoscat aliquid oportet ꝙ fiat in actu. Nihil enim operatur secundũ ꝙ est in potentia, sed secundũ ꝙ est actu. Intellectus aũt nõ fit in actu nisi secundũ ꝙ intelligibili informatur. Cũ ergo essentia diuina nõ possit per seipsam informare intellectũ vt formaliter faciat ipsum esse in actu, oportet si debet per intellectum cognosci, ꝙ per aliquã sui similitudinẽ intellectũ informet ad hoc quòd cognoscatur, & ita non poterit immediatè nisi per similitudinem videri.

¶Prætereà, ad hoc ꝙ intellectus creatus essentiã diuinam videat, oportet ꝙ per lumen gloriæ perficiatur, sed lumẽ gloriæ est mediũ distans, & ab ipso intellectu & ab ipsa essentia diuina, quæ est beatitudo increata, cũ lumen prædictum dicatur creatura: ergo intellectus creatus nõ potest videre diuinam essentiam immediatè.

¶Prætereà. Secundũ philosophũ in 3. de anima. (T.c.1.) Sicut sensus se habet ad sensibile, ita se habet intellectus ad intelligibile, sed ad hoc ꝙ sensus visus suum obiectũ percipiat duplici medio indiget. s. lumine & specie quę est similitudo rei visæ, ergo hoc idem est necessariũ intellectui in visione diuinæ essentię, & sic nõ immediatè eã videbit.

¶SED CONTRA est quod dicitur 1. Io. 3. Videbimus eum sicuti est.

¶Prætereà, ad hoc ꝙ intellectus intelligat nihil aliud videtur requiri nisi ꝙ intelligibile fiat in actu, & ꝙ intellectui coniungatur, sed essentia diuina per seipsam est intelligibilis in actu, cum sit immaterialis intellectui etiã præsens est quia vt dicit Augusti. Deus vnicuique rei est vicinior, quàm ipsa res sibi, ergo intellectus creatus essentiam diuinam poterit immediatè videre.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ absque dubio tenendum est, quòd diuina essentia in patria immediatè ab intellectu glorificato videatur. Ad cuius euidentiam sciendum est quòd in visione intellectiua triplex medium contingit esse. Vnum sub quo intellectus videt: quod disponit eum ad videndum: & hoc est in nobis lumen intellectus agentis: quod se habet ad intellectum possibilem

2. p. q. 66. ar. 3. ad 2. philosophi. 4. lec. 7. o. & 1. di. 3. q. 2 artic. 3. o.

1. p. q. 67. ar. 1. ad 3.

2. p. q. 68. ar. 1. a. c. Diuersitates cœlorum. Dionysius

ar. 72.

Ad contrarium.

1. p. q. 2. ar. 3. c. quæ. 4. arti. 1. c. 1. q. 67. artic. 1. o.

1. p. q. 12. ar. 2. o. & ar. 4. ad 3. 2. veri. q. 9. ar. 4. d. 49. q. 2. arti. 1. & 22. q. 1. ar. 3.

ar. 1. c. & 1. p. q. 12. ar. 4. o.

1. p. q. 12. ar. 11. c. 1. o. et 11. o. & 22. q. 1. ar. 4.

2. dis. 2. q. 2. 3. & dis. 13. ar. 4. ad 1.

2. p. q. 103. art. 6. & q. 115. ar. 3. o. & veri. q. 5. artic. 8. c. & 9. o.

1. p. q. 67. ar. 4. ad 3.

Psal. 35. Lumen gloriæ.

Ad quid sit necessariũ.

ar. 246.

1. p. q. 3. ar. 2. ad 3. & veri. 4. ad 1. & q. 7. art. 2. ad 3. & veri. q. 21. ar. 4. ad 9.

Augustin.

ar. 221. et 1. p. q. 12. art. 2. c. 1. q. 1. ar. 5. o.

bilem nostrum, sicut lumen solis ad oculum. Aliud medium est quo videt: & hoc est species intelligibilis quæ intellectum possibilem determinat, & habet se ad intellectum possibilem, sicut species lapidis ad oculum. Tertium medium est in quo aliquid videtur: & hoc est res aliqua per quam in cognitionem alterius deuenimus, sicut in effectu videmus causam. Et in vno similium vel cõtrariorum videtur aliud: & hoc mediũ se habet ad intellectũ sicut speculum ad visum corporalẽ, in quo oculus aliquã rem videt. Primum ergo medium & secundum nõ faciunt mediatã visionem: immediatè enim dicitur aliquis videre lapidem, quamuis eum per speciem eius in oculo receptam & per lumen videat, quia visus non fertur in hæc media tanquã inuisibilis: sed per hæc media fertur in vnũ visibile, quod est extra oculum. Sed tertium medium facit visionem mediatã: visus enim fertur prius in speculũ sicut in visibile, quo mediante accipit speciem rei visæ in specie vel speculo: similiter intellectus cognoscẽs causam cansato fertur in ipsum causatum sicut in quoddam intelligibile, ex quo transit in cognitionẽ causæ. Et quia essentia diuina in statu vel in effectibus suis cognoscitur nõ videmus eã immediatè. Vnde in patria vbi immediatè videbitur, tale mediũ pœnitus subtrahetur. Similiter etiã non est ibi mediũ secundum, scilicet aliqua species essentiæ diuinæ intellectum informans: quia qũ aliquid videt immediatè per speciẽ suã: oportet ꝙ species illa repræsentet rẽ illam secundum completum esse suæ speciei: alias non diceretur res illa immediatè videri, sed quædã vmbra eius sicut si similitudo lucis in oculo fieret per modum coloris qui est lux obumbrata. Cùm autem omne quod recipitur in aliquo recipiatur in eo per modum recipientis: impossibile est in intellectu creato similitudinem diuinæ essentiæ recipi, quæ eam perfectè secundum totam suam rationem repræsentet. Vnde si per aliquam similitudinẽ talem essentia diuina à nobis videretur immediatè non videremus essentiam diuinam: sed quãdam vmbram eius. Restat ergo quòd solùm primum medium erit in illa visione, scilicet lumen gloriæ quo intellectus perficietur, ad videndum essentiam diuinam, de quo in psalm. In lumine tuo videbimus lumen. Hoc autem lumen non est necessarium ad hoc quod faciat intelligibile in potentia esse intelligibile in actu ad quod est nobis necessarium lumen intellectus agẽtis, quia ipsa diuina essentia cum sit à materia separata est per se actu intelligibilis. Sed erit necessarium tantùm ad perficiendum intellectum: ad quod etiam nunc lumen intellectus agentis valet: prædictum autem lumen gloriæ sufficienter perficiet intellectum ad videndum diuinam essentiã eo ꝙ ipsa essentia diuina totaliter lux intelligibilis est. Vnde lumen gloriæ ab ea in intellectum defcẽdens facit hoc respectu diuinę essentię in intellectu, quod facit respectu aliorum intelligibilium, quæ non sunt lux tantùm species rei intellectæ simul & lumen, sicut si lux sensibilis per se existeret ad eius visionem sufficeret lumen oculum perficiens sine aliqua similitudine.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ aliquid dicitur determinatum dupliciter. Primò ratione limitationis. Alio modo ratione distinctionis. Essentia autem diuina non est quid determinatum primo modo, sed secũdo modo: quia forma non limitatur nisi ex hoc quòd in alio recipitur, cui materia commensuratur. In essentia autem diuina non est aliquid in alio receptum, eo quòd esse eius est ipsa diuina natura subsistens quod in nulla re alia contingit. Nam qualibet res alia habet esse receptum & sic limitatũ: & inde est quòd essentia diuina ab omnibus distinguitur per hoc quòd est in alio non recipit, sicut si esset aliqua albedo existens nõ in subiecto: ex hoc ipso distingueretur à qualibet albedine in subiecto existente, quamuis in ratione albedinis non esset recepta, & sic nec limitata. Patet ergo quòd essentia diuina non est quid generale in essendo, cùm sit ab omnibus aliis distincta, sed solũ in causando: quia id quod est per se causa eorum quę per se non sunt. Vnde esse per se subsistẽs est causa omnis esse in alio recepti: & ita essentia diuina est intelligibile, quod potest determinare intellectum.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ intellectus creatus sit actu ad videndum diuinam essentiam per lumen gloriæ: & hoc sufficit vt dictum est.

¶Ad tertium dicendum, quòd illud lumen gloriæ quamuis & ab essentia diuina & ab intellectu sit differẽs per essentiã, non tamen facit mediatã visionẽ, vt ex dictis patet.

¶Ad quartum dicendum, quòd visibilia non sunt lux tantùm: & ideò oportet ad hoc quòd visus determinetur ad ea, ꝙ nõ solũ sit ibi lumẽ, sed etiã species rei visæ. Essentia autẽ diuina est purè lux: & ideò non requirit aliquã speciem quàm ipsum lumen vt videatur sicut ex dictis patet.

ARTICVLVS II.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd intellectus creatus possit simul plura intelligere. Potentia enim sensitiua cum sit materialis est inferior & magis cõtracta intellectiua, sed sensus potest simul, plura sentire, sicut sensus communis simul sentit album & dulce: ergo multò fortiùs potest simul plura intelligere.

¶Prætereà, Plura intelligibilia possunt simul cognosci inquantum sunt vnum. Sed omnia intelligibilia sunt vnum inquantùm sunt intelligibilia: ergo omnia intelligibilia possunt simul cognosci.

¶Prætereà, Sicut se habet intellectus in habitu ad intelligibile in habitu: ita se habet intellectus in actu ad intelligibile in actu: Sed intellectus in habitu simul plura intelligibilia cognoscit in habitu: ergo intellectus in actu simul plura intelligit in actu.

¶Prætereà, Ad cognitionẽ intellectus sufficit species rei intelligibilis in intellectu existens. Sed species intelligibiles non se impediunt, quia simul sint in intellectu, cũ non sint contrariæ, eo quòd sunt à materia separatæ: ergo intellectus non impeditur quin possit simul plura intelligere.

¶Prætereà, Capacitas intellectus est maior quam cuiuscũque corporis. Sed aliquod corpus est in quo simul possunt plures species etiam contrariorum fieri, sicut patet quod in vno puncto aeris in quo se intersecant duæ lineæ directæ à duobus visibilibus ad duos videntes, est species vtriusque visibilis: ergo multò fortiùs plures species actu possunt simul esse in intellectu, & ita intellectus potest simul plura tangere.

¶SED CONTRA est quod dicit philosophus in 2. Topico. Contingit plura scire, intelligere verò vnũ solũ.

¶RESPONDEO dicendum, quòd intellectus dupliciter aliquid intelligit, scilicet primo & ex consequenti. Ex consequenti quidem contingit plura simul intelligere inquantùm habent ordinem ad vnum intelligibile primum, & hoc contingit dupliciter. Vno modo ex vnitate eius quo intelligitur, sicut quando plura intelligibilia per vnam speciem intelliguntur sicut intellectus diuinus omnia simul videt per vnam essentiam suam: & eodẽ modo intellectus creatus videns essentiam diuinam potest simul omnia videre quæ per essentiam diuinam videt. Alio modo ex vnitate eius quod intelligitur scilicet quãdo plura intelliguntur vt vnum: totum enim vnum est primo intellectum & illa plura sunt intellecta ex consequenti in illo, sicut cùm intellectus intelligit lineam, simul intelligit partes lineæ: vt dicitur in 3. de anima. (T.c.23.) Et similiter cùm intelligit propositionem, intelligit simul subiectum & prædicatum, & cùm intelligit similitudinem vel differentiam aliquorum simul intelligit ea quorum est similitudo vel differentia. Sed quòd intellectus simul intelligat plura intelligibilia primo & principaliter est impossibile. Cuius ratio est, quia intellectus secundũ actum est omninò, idest perfectè res intellectæ: vt dicitur in 3. de anima. (T.c.36.) Quod quidem intelligendum est non quòd essentia intellectus fiat res intellecta vel species eius: sed quia completè informatur per speciem rei intellectæ, dũ eam actu intelligit. Vnde intellectum simul plura actu intelligere primo idem est ac si res vna simul esset plura. In rebus enim materialibus videmus quòd vna res numero non potest esse simul plura in actu, sed plura in potentia: vel secundum dispositionem potest esse vnum & idem. Idem enim aër est simul potentia aqua & ignis & possunt etiam simul dispositiones ad vtrúnque quantũ ad aliquid inesse eidem, sicut si aër ex vna parte calefieret, & ex alia inspissaretur, sed quòd aër simul actu sit ignis & aqua: est impossibile: & similiter etiam quòd aliquid sit simul actu lapis & ferrum, quæ non vident contraria, sed disparata. Intellectus autem ex ipsa ratione suæ potentiæ est simul potentia omnia intelligibilia: sicut & sensus omnia sensibilia. Potentia autem sensitiua per similitudines sensibilium reducitur in actum dupliciter. Vno modo incomplete per modum dispositionis, quando scilicet species sensibiles sunt in ea vt dispositiones, quod appellat Auicenna esse, vt in thesauro. Alio modo

1. p. q. 12. artic. 10. & q. 58. art. 2. & q. 85. ar. 4. o.

1. p. q. 58. artic. 2. o. & 12. q. 13. ar. 7. ad 2.

Idem aër est simul potentia aqua et ignis.

Potẽtia sensitiua reducitur in actũ duplicitẽr per similitudinẽ sensibilium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

perfectè, quando scilicet species sensibiles actus informãt potentiam sensitiuam: & hoc vocat Auicenna apprehensionem sensus distinguens potentias sensitiuas appræhendentes ab illis in quibus sunt formæ sensibiles: vt in thesauro: & similiter in intellectu in habitu sunt similitudines intelligibilium: vt dispositiones, sed quando sunt actu intellectæ: sunt in eo vt formæ perficientes: & tunc intellectus fit omninò res intellecta: & hoc contingit per intentionem quæ coniungit intellectum intelligibili & sensum sensibili, vt dicit Augustinus. Vnde patet quòd sicut vna res materialis non potest esse simul plura actu, ita vnus intellectus non potest simul plura intelligere primò. Et hoc est quod Alga. dicit quòd sicut vnum corpus non potest simul figurari pluribus figuris: ita vnus intellectus non potest simul plura intelligere. Nec potest dici quòd intellectus informetur perfectè simul pluribus speciebus intelligibilibus, sicut vnum corpus simul informatur figura & colore: quia figura & color non sunt formæ vnius generis, nec in eodem ordine accipiuntur, quia non ordinantur ad perficiendum inesse vnius rationis: sed omnes formæ intelligibiles inquantum huiusmodi sunt vnius generis: & in eodem ordine se habent ad intellectum: inquantum perficiunt intellectum in hoc quod est esse intellectum. Vnde plures species intelligibiles se habent sicut figuræ plures: vel plures colores, qui simul in actu in eodem esse non possunt secundum idem.

vnus intellectus potest plura prõme intelligere.

1.p.q.85.ar.4.c.veri.q.8.art.14.c.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd similiter dicendum est de potentia sensitiua, idest quòd non potest plura simul sentire, sed ex consequenti, inquantum plura accipiuntur vt vnum: sicut plura sensibilia vniuntur in vna differentia: & plura sensibilia quæ sunt partes vniuntur in vno toto. Vnde quando sentitur totum sentiuntur simul plures partes ex consequenti: & tunc intentio sensus non fertur ad aliquam partium principaliter: sed ad totum: quia si ad aliquam partium ferretur, vt ad sensibile principale, non simul sentiretur alia: & iterum sensus communis: quamuis sit vna potentia secundum essentiam, tamen aliquo modo multiplicatur secundum esse, inquantum coniungitur diuersis sensibus proprijs: sicut vnum centrum coniungitur pluribus lineis. vnde immutationes omnium sensibilium simul terminantur ad sensum communem, sicut motus qui esset per omnes lineas posset simul terminari ad centrum, scilicet intellectus non multiplicatur modo prædicto in plures potentias. Et ideò non est simile.

Potẽtia sensitiua solã ex generali plura sentire dicitur.

¶ Ad secundum dicendum, quòd cognoscibilia quæ simul cognoscuntur oportet quòd accipiantur: vt cognoscibile vnum numero, omnia autem intelligibilia inquãtum huiusmodi sunt vno genere non numero, & ideò ratio non sequitur.

¶ Ad tertium dicendum, quòd iam patet ex prædictis quòd non eodem modo se habet intellectus in habitu ad intelligibilia in habitu quæ sunt in ipso vt dispositiones & intellectus in actu intelligibilia in actu quę sunt in ipso vt vltimæ perfectiones.

¶ Ad quartum dicendum, quòd nõ solum prohibetur res aliqua esse plura contraria actu simul, sed etiam plura esse disparata vt patet ex dictis, vnde quamuis formæ intelligibiles in intellectu nõ sunt contrarię, nihilominus tamẽ intellectus prohibetur simul plura intelligere, vt ex dictis patet.

¶ Ad quintum dicẽdum, quòd species sensibiles quæ sunt in medio deferente sunt ibi per modum dispositionis & non per modum vltimæ perfectionis, quia sunt ibi sicut in quodam fluxu, & ideò non est simile.

193

ARTICVLVS III.

1.p.q.57.ar 2.c. et veri. q.8.arti.11. c. & q.10. ar.5.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd intellectus angelicus non possit cognoscere singularia. Si enim cognoscit aut cognoscit per speciem acquisitam aut per concreatam, non per acquisitam quia vel illa esset particularis, & per consequens materialis, & ita in intellectu angeli immateriali esse non posset, vel esset vniuersalis, & sic per eã singulare cognosci nõ posset. Similiter nec per cõcreatum, quia species concreata angelo à principio suę creationis, fuit in ipso ad cognitionem autem alicuius sufficit quòd species eius sit in intellectu, & ita si per speciẽ concreatam, posset aliquod particulare cognosci dum est præsens à principio creationis suæ illud cognouisset, quã do adhuc erat futurum, quod non potest esse, quia futura cognoscere solius Dei est. Isa. 41. Annunciate quę ventura sunt in futurum, & scimus quoniam dij estis vos: ergo angelus singularia cognoscere non potest.

¶ Si dicatur quòd species illę concreatę faciunt cognitionem præsentium non autem futurorum. Contra. Non potest aliqua cognitio noua fieri nisi fiat aliqua innouatio in cognoscente, sed per hoc quòd particulare quod erat futurum fit præsens, nõ fit aliqua innouatio in intellectu angelico, cum nihil recipiat à re extra: ergo si prius dũ erat futurum non cognoscebat, nec dum fit præsens cognoscere poterit.

1.p.q.55.ar 2.c.

¶ Si dicatur quòd quamuis nihil recipiat, tamen formam quam apud se habebat prius applicat ad particulare quod de nouo fit. Contra. Intellectus nõ potest aliquid ad aliud applicare nisi præcognoscat, & quod applicat & cui applicatur, quia prius est cognoscere duo secundum se, quàm comparationem vnius ad alterum, ergo applicatio prædicta sequeretur cognitionem singularium, & sic non posset esse causa eius.

¶ Præterea, si angelus cognoscit singularia aut cognoscit vna specie, aut pluribus, sed non pluribus, quia sic oportet quòd infinitas species apud se haberet, cũ infinita sint particularia ad minus in potentia, similiter nec vna, quia sic intellectus angelicus æquaretur intellectui diuino, qui vno scilicet essentia diuina plura intelligit: ergo intellectus angelicus singularia cognoscere non potest.

¶ Si dicatur quòd non cognoscit per vnam speciem omnia, sed per vnam speciem omnia indiuidua vnius speciei: & non alia. Contra, Illa vna species non se habet magis ad vnum indiuiduum quàm ad aliud, sed oportet quòd per speciem intelligibilem intellectus determinetur ad determinatum cognoscibile: ergo per speciem illam nõ poterit cognoscere hoc particulare determinatè.

¶ SED CONTRA est, quod dicitur ad Hebræos primo. Omnes sunt administratorij spiritus & cætera: quod non posset esse nisi cognoscerent singulares homines.

1.p.q.3.artic. 2. ad 3. & veri.q.2.ar 14.5. & 6.c.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd angelus absque dubio singularia cognoscit. Vt autem videamus modum quo hoc possibile sit, sciendum est quòd ad hoc quòd singulare aliquod cognoscatur oportet quòd in potentia cognoscitiua sit similitudo eius inquantum particulare est. Omnis autem forma de se communis est. Vnde additio formæ ad formam non potest esse causa indiuiduationis, quia quotcúnque formæ simul aggregentur, vt album, bicubitum, crispum, & huiusmodi non constituunt particulare: quia hæc omnia simul sunt in vno, & ita in pluribus potentijs est possibile inueniri. Sed indiuiduatio formæ est ex materia per quam forma cõtrahitur ad hoc determinatũ vnde ad hoc q̃ particulare cognoscatur, oportet q̃ in cognoscẽre nõ solũ sit similitudo formæ, sed aliqualiter materiæ. Similitudo aũt rei cognitæ dupliciter est in cognoscente. Vno modo sicut causata à re sicut in his quę cognoscũtur per speciem abstractã à rebus. Alio modo sicut causa rei. vt patet in artifice qui cognoscit artificiatum per illam formam, per quam ipsum facit. Species autem quę est in sensu causata à re sensibili inquantum non est omnino à conditionibus materialibus deputata est similitudo formæ secundum quòd est in materia, & ideò per eam cognoscitur particulare. Sed quia secundum quòd in intellectu nostro recipitur species rei sensibilis, est omninò iam à materialibus conditionibus depurata, non potest intellectus noster per eam, directè particulare cognoscere, sed per quandam reflexionem intellectus, ad potentias sensitiuas, à quibus species intelligibiles abstrahuntur. Per formam autem quæ est causa re in hoc modo cognoscitur res: secundum quòd forma illa est causa eius: & quia artifex homo per formam artis non producit materiam, sed materia præsupposita inducit formam artis: forma artis quæ est in mente artificis non est similitudo artificiati nisi quo ad formam tantum. vnde per eam non cognoscit artificiatum in particulari: nisi formam artificiati per sensum accipiat. Artifex autẽ increatus, scilicet Deus: non solum producit formam, sed etiam materiam. Vnde rationes ideales in mente ipsius exeuntes non solum sunt efficaces ad cognitionem vniuersalium, sed etiam ad singularia cognoscenda à Deo. Sicut aũt illę rationes ideales effluunt in res producendas inesse suo naturali, in quo particulariter vnũquódq; subsistit in

ar.160.

ar.160.

ar.236.c.2. 1.q.56.art. 1.ad 2.et q. 86.ar.1.c.

ar.160.et 1.c.38.art.3. & veri. 3.q.3.ar.8.q

sit in forma & materia: ita procedunt in mentes angelicas vt sint in eis principiũ cognoscendi res secundũ suum totum esse in quo subsistunt, & sic per species influxas sibi ab arte diuina angeli non solũ vniuersalia, sed etiã particularia cognoscunt, sicut & Deus. Est tamen differentia in duobus. Primò, quia ydeæ quæ sunt in mente diuina, sunt formę factiuę rerũ, & non solũ principia cognoscẽdi, sed species quæ recipiũtur in mẽte angelica, sunt solũ principia cognoscẽdi & nõ sunt factiuę, sed exẽplatè à factiuis. Secundò, quia intellectus quantò est altior & perspicacior tanto ex vno potest plura cõgnoscere. Et quia intellectus diuinus est altissimus per vnam simplicem essentiam suam omnia cognoscit. nec est ibi aliqua pluralitas formarum ydealium nisi secundũ diuersos respectus diuinæ essentiæ ad res cognitas, sed in intellectu creato multiplicatur secundum rem quod est vnum secundũ rem in mente diuina, vt non possit omnia per vnum cognoscere: ita tamen q̃ quanto intellectus creatus est altior tanto pauciores habet formas ad plura cognoscenda efficaces. Et hoc est quod Dio. dicit 12.c.de.ier. q̃ superiores ordines habent scientiã magis vniuersalẽ in inferioribus. Et in li. de causis dicitur, q̃ intelligentiæ superiores habẽt formas magis vniuersales: hoc tñ obseruato, q̃ in infimis angelis sunt formæ adhuc vniuersales intantũ, q̃ per vnã formã possunt cognoscere oia indiuidua vnius speciei: ita q̃ illa spẽs sit propria vniuscuiusq; particularium secundũ diuersos respectus eius ad particularia, sicut essentia diuina efficitur propria similitudo singulorum secundum diuersos respectus, sed intellectus humanus qui est vltimus in ordine substantiarũ intellectualium habet formas in tantũ particulatas q̃ non potest per vnam speciem nisi vnũ quid cognoscere. Et ideò similitudo speciei existẽs in intellectu humano non sufficit ad cognoscenda plura singularia: & propter hoc intellectui adiuncti sunt sensus quibus singularia accipiat.

1.p.q.58.ar 1.c.2.o.

1.p.q.55.ar. 3. q.2.o.

2.dist.3.q.2. ar.2.

malo.q.10. ar.7.o.1. p. 3.14.ar.13. c. & q.86. ar.3.c.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ angelus nullo modo cognoscit singularia per speciem acquisitam: quia nec per speciem acceptam a re. Sic enim res agerẽt in intellectum eius quod est impossibile. neque per aliquã speciẽ de nouo influxam à Deo reuelante ipsi angelo aliquid de nouo, quia species quas angelus habet apud se cõcreatas sufficiunt ad omnia cognoscibilia cognoscenda, sed secundũ q̃ per altius lumen intellectus angeli eleuatur in altiores conceptiones ex illis speciebus prodire põt, sicut etiã ex eisdẽ fantasmatũ speciebus intellectus prophetæ lumine prophetiæ adiutus aliquam cognitionem accipit, ad quam non sufficiebat naturale lumen intellectus agentis. Restat ergo vt angelus cognoscat singularia per species concreatas. Sicut autẽ per vnam speciem cõcreatam põt cognoscere diuersa indiuidua: ita etiã multò ampliùs põt per vnã cognoscere quicquid est in vno indiuiduo: vt non oporteat eum aliam speciem habere non qua cognoscit colorem & odorem vnius pomi: sed simul cognoscendo hoc pomum cognoscit quicquid est in pomo illo, & essentialiter & accidentaliter. Effectus autẽ non est in causa sua vt in ea possit cognosci, nisi sit causa determinata ad effectum illum sicut patet in causis necessariis, quibus cognitis cognoscuntur effectus earum. Sed causa contingẽs non determinatur ad effectũ suum, nisi quãdo actu producit ipsum: vnde in causa contingente non est effectus eius vt in ea possit cognosci, nisi quãdo iã actus productus est. Et ideò angelus per species concreatas cognoscens causas vniuersales omnium singulariũ contingentium non cognoscit naturali cognitione effectus earum antequam sint in actu, sed statim cum actu sunt.

¶ Ad secundum dicendum, q̃ quando aliquid incipit esse præsens angelus de nouo cognoscit illud nõ facta aliqua innouatione in ipso angelo, sed in re cognoscibili, in qua ex aliquid quod prius non fuit, quod sine ea cognita non cognoscitur.

¶ Ad tertium dicendum quòd applicatio illa est intelligenda per modum illum quo Deus ydeas ad res cognoscendas applicat, non sicut mediũ cognoscibile ad aliud sed sicut modus cognoscendi ad rem cognitã; aliàs nihil valeret ad propositum, sicut ostensum est in obiciendo.

¶ Ad quartum dicendum, quòd intellectus angeli neque vna specie cognoscit omnia, neq; tot species habet quot sunt indiuidua vt ex dictis patet.

sũ. & m.q. 6.art.1. ad 144.

¶ Ad quintum dicendum, quòd illa vna species efficitur ratio cognoscendi quodlibet indiuiduum secundum respectum ad ipsum, vt ex dictis patet.

ARTICVLVS IIII.

CIRCA quartum sic proceditur. Videtur quòd notitia quæ ab Aug. dicitur proles mentis, non sit in mente sicut accidens in subiecto. Nullum enim accidens excedit suum subiectum. Sed notitia excedit mentem: quia mens non solùm seipsam, sed & alia per notitiam nouit: ergo notitia non est accidens mentis.

¶ Præterea, Nullum accidens est equale suo subiecto. Sed notitia est equalis menti, aliàs in notitia mente & amore non consisteret imago trinitatis: quod Augu. ponit: ergo notitia non est accidens mentis.

¶ Præterea, Hoc idem videtur ex verbis Aug. qui in 9. lib. de Trini. dicit, quòd notitia & amor in anima existũt substantialiter, vel vt ita dicam essentialiter, non tanquam accidens in subiecto vt color aut figura in corpore.

¶ SED CONTRA, Notitia mẽtis nihil aliud esse videtur quàm scientia. Sed scientia est accidens, cum sit in prima specie qualitatis: ergo & notitia.

Notitia 4. modis accipitur. Sensus 3. non tam.

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ notitia quatuor modis accipi põt. Primò pro ipsa natura cognoscitiua: secundò, pro potentia cognitiua: tertio, pro habitu cognoscitiuo: quartò, pro ipso cognitionis actu. Sicut etiã hoc nomen sensus quãdoq; nominat naturã sensitiuã: prout scilicet est principiũ huius naturæ, quòd est sensibile. Qñq; verò nominat ipsam potentiã, qñq; verò actũ. Loquendo ergo de notitia primo modo accepta constat q̃ non est in subst itia mentis, sicut accidens in subiecto, sed substãtialiter & essentialiter, sicut dicitur q̃ rationale est in viuo, & viuum in ente. Si autẽ loquamur de notitia tribus aliis modis accepta, sic dupliciter põt considerari, vel secundũ q̃ cõparatur ad cognoscente: & sic ineſt cognoscẽti sicut accidens in subiecto, & sic non excedit subiectũ, quia nunquã inuenitur inesse alicui nisi menti. Vel secundũ q̃ comparatur ad cognoscibile: & ex hac parte non habet q̃ insit sed q̃ ad aliud sit. Illud autem quod ad aliquid dicitur non habet rationem accidentis ex hoc q̃ est ad aliquid: sed solùm ex hoc q̃ inest: & inde est q̃ sola relatio secundum rationem sui generis cum substantia remanet in diuinis, nec tamen ibi est accidens. Et propter hoc notitia secundũ considerationẽ istã non est in anima, sicut in subiecto: & secundũ hanc comparationẽ excedit mentem inquantũ alia à mente per notitiã cognoscũtur, secundũ hãc etiam considerationẽ ponitur trinitatis imago: quia etiã personæ diuinę distinguũtur secundũ q̃ ad alterũ sunt: & secundũ hoc etiã est quędã æqualitas notitię ad mentẽ inquantũ se extẽdit ad omnia ad quę põt se extẽdere mens.

1.p.q.29.ar 11.4.c.& q. 39.ar.1.

¶ Et sic patet responsio ad obiecta.

QVAEST. II. ARTIC. V.

195

DEINDE quæritur de fruitione animæ Christi in passione. Et videtur q̃ illa fruitio peruenerit vsq; ad essentiam animæ. Anima enim Christi perfectè fruebatur, sed non esset perfecta fruitio si ad essentiã animæ nõ peruenit, sed consisteret tantũ in vna potẽtia, scilicet in superiori ratione. Ergo peruenichat vsque ad essentiam animæ.

3.p.q.46. ar.7.o.ver. q.26.ar.10. o. et 9.opus 3.c.48. & opus.60.de uno passione.

¶ Præterea, Anima Christi perfectiùs fruebatur quã animæ sanctorum in patria. Sed fruitio sanctorum in patria pertingit vsque ad essentiam animæ: ergo multò fortiùs in Christo.

¶ SED CONTRA, Nihil fruitur nisi cognoscit quia secundum Aug. fruimur cognitis in quibus propter se voluntas delectata conquiescit. Sed cognoscere non est essentiæ animæ sed potentiæ: ergo fruitio ad essentiam animæ non perueniebat.

1.p.q.75.ar tic.2.3.c.& 3.p.q.19.ar 1.c.1.ad 3. Et p.q.9.ar. 1.ad 3.

¶ RESPONDEO dicendũ, q̃ fruitio in actu quodã cõsistit, quo Deus videtur & amatur: actus autẽ non est nisi rei subsistentis: vnde propriè loquẽdo neque potẽtia animæ fruitur neq; essentia: sed homo vel anima per se subsistẽs: sed tamẽ potẽtiæ animæ sunt principia operationũ vitæ, sicut essentia animæ & principiũ esse viuentis. & secundũ hoc oportet dicere q̃ superior ratio cuius obiectũ est res æterna, quo fruendum est, & principium fruitionis quo scilicet anima fruitur, ad alias autem vires vel ad animæ essentiam fruitio pertinere non potest, nisi per quandam redundantiam, prout scilicet ex illa fruitione superioris rationis aliquis effectus in essentia animæ: vel in potentijs inferioribus relinquitur: & sic aliquo modo peruenichat fruitio ad essentiam animæ Christi in passione: & aliquo modo non. Si enim consideretur essentia ani

22.q.1.ar.1. ar.3.c.et 12. q.3 art.3.c. & ad 3.22. q.175.ar.4. ad 1.& 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mæm passionem Christi, prout est actus corporis sic fruitio ad eam non perueniebat, alias corpus eius gloriosum factum fuisset. Similiter nec ad essentiam secundum quòd est radix inferiorum virium: quia sic fruitionis gaudium dolorem passionis qui erat in viribus inferioribus totaliter euacuasset, perueniebat autem ad essentiam animæ, secundum quòd erat radix superioris rationis, & quia essentia animæ est simplex & est tota in qualibet sua potentia, ideò dicitur quòd tota anima fruebatur in Christo, inquarũ. est radix superioris rationis: & tota patiebatur inquantũ scilicet est actus corporis & radix inferiorũ virtũ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non impeditur perfectio rei nisi per hoc quòd tollitur aliquid de essentialibus, rei gloria autem corporis & inferiorum virium pertinet ad gaudiũ accidentale beatitudinis. Et ideò quamuis in Christo fruitio non peruenerit ad essentiam animæ secundum quòd est actus corporis, & secundum quòd est radix inferiorum virium: non sequitur quòd fruitio fuerit imperfecta in Christo siue beatitudo.

¶Ad secũdum dicẽdum, q̃ anima Christi perfectiùs fruebatur, quã animę sanctorũ in patria, loquẽdo intensiuè, nõ autẽ loquendo extensiuè: quia in patria gaudiũ fruitionis ad inferiores vires & etiam ad corpus glorificatũ peruenit, quod si in Christo fuisset viator non fuisset.

QVAESTIO III.

DEINDE quæritur de pluralitate in substãtijs spiritualibus inuẽta. Et quæritur duo. Primò, vtrũ immensitas diuina excludat pluralitatẽ personarũ. Secundò, vtrũ angelica simplicitas patiatur compositionem ex subiecto accidente. ARTICVLVS VI.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ immẽsitas diuina excludat pluralitatem personarũ. Omne enim immẽsum cũ sit indeterminatũ, stat in vno. Sed quicquid est in diuinis est immensum. Cũ ergo persona sit in diuinis stabit in vno, ita quòd non erunt ibi plures personæ.

¶Si dicatur q̃ persone hoc modo in vno stãt, quòd omnes sunt vna essentia. Cõtra. Sicut se habet essentia ad personã. Sed immẽsitas essentię facit q̃ sit vna essentia tantũ, ergo immensitas personę facit q̃ sit vna persona tantũ.

¶Si dicatur q̃ persona nõ est immẽsa, nisi immẽsitate essentię. Cõtra. Persona secundũ intellectũ addit aliquid supra essentiam. Sed quicquid intelligitur in diuinis intelligitur vt immensum: ergo præter immensitatem essentiæ est in Deo immensitas personæ, quæ faciet in diuinis vnam tantum personam.

¶SED CONTRA est quod dicitur primæ Io. quarto. Tres sunt qui testimonium dant in cœlo.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ immẽsitas non excludit pluralitatẽ nisi secundũ q̃ tollit determinationẽ, quæ est pluralitatis principiũ primum. Sicut autẽ dictũ est prius: duplex est determinatio, scilicet limitatiõis & distinctionis. In diuinis autẽ nullo modo cadit determinatio limitationis, cadit autẽ ibi determinatio distinctionis dupliciter. Vno modo secundũ q̃ distinguitur per essentiã ab omnibus creatis, vt non limitatum à limitato. Alio modo secundum quòd persona distinguitur à persona per relationẽ originis: quæ quidem distinctio non est propter aliquam limitationem, sed ratione oppositionis, quæ est in relatione: vnde hanc distinctionem immensitas diuina nõ excludit: & per cõsequens nec pluralitatẽ personarum.

¶ET PER hoc patet responsio ad primum.

¶Ad secundũ dicendum, q̃ quamuis persona sit immensa, tamẽ immẽsitas est essentialis: nõ personale, sicut persona est bona bonitate essentiali: vnde nõ oportet q̃ immẽsitas faciat indistinctionẽ in personis, sed tolũ in esse naturæ.

¶Ad tertium dicendum, q̃ persona nõ dicitur aliquid secundũ intellectum addere supra essentiam quasi intellectus debeat intelligere aliquid addirum essentiæ. Esset enim intellectus falsus, sed quia intelligendo personam intelligo essentiam de necessitate, sed non econuerso: vnde obiectio non procedit.

ARTICVLVS VII.

CIRCA secundũ sic proceditur. Videtur q̃ in angelis non sit cõpositio accidẽtis & subiecti: quia esse accidentale causatur ab esse substãtiali: ergo & cõpositio accidẽtalis à cõpositiõe substãtiali. Sed in angelis nõ est cõpositio substantialis, quia sunt substãtię simplices: vt Dio. dicit: ergo nec compositio accidentalis.

¶Præterea, Boe. dicit in lib. de Tri. q̃ forma simplex subiectum esse non potest. Sed angeli sunt formæ simplices secundum Dio. ergo non possunt esse subiectũ accidẽtis.

¶SED CONTRA est, quòd Aug. substantias spirituales ponit deficere à simplicitate diuina per hoc quòd est in eis compositio accidentis & subiecti.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ ex hoc aliquid est susceptiuum formæ substãtialis vel accidẽtalis, q̃ aliquid habet possibilitatis: quia de ratione potentiæ est vt actui subiaceat: natur qui forma dicitur. De angelis autem diuersi diuersa sentiunt. Quidam enim dicunt quòd sunt ex materia & forma compositi. Alij dicunt quòd sunt compositi ex esse & quod est vt Boetius dicit. Et vtroque modo oportet ponere potentialitatem in angelo. De primo enim modo patet, similiter patere potest de secundo: quia omne quod non est suum esse, oportet quod habeat esse receptum ab alio, quod est sibi causa essendi. Et ita in se consideratũ est in potentia respectu illius esse quod recipit ab alio, & hoc modo ad minus potentialitatem ponere oportet in angelo, quia angelus non est suum esse, hoc enim solius Dei est. Et ita relinquitur quod angelus possit esse secundum accidentalis formæ.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ substantialis simplicitas in angelis excludit compositionem materiæ & formæ, non aũt compositionẽ essẽ & quod est, quam cõpositionem ad minus accidentalis compositio in angelis præsupponit & iterum non oportet q̃ si esse accidentale causatur à substantiali q̃ compositio accidentalis à compositione substantiali causetur: quia substantia aliquo modo simplex potest esse subiectum accidentis vt dictum est.

¶Ad secundum dicendum, q̃ Boetius loquitur de illa forma simplici quæ est actus cui nihil potentialitatis admiscetur, & talis est solus Deus.

QVAESTIO IIII.

DEINDE queritur de sacramento altaris. Et circa hoc quæruntur tria. Primò vtrũm corpus Christi secundũ totam suã quantitatẽ contineatur sub speciebus panis. Secundò vtrũm in eodem instanti sit panis & corpus Christi. Tertiò vtrũm, Deus possit facere q̃ albedo & aliæ qualitates sint sine quantitate, sicut facit quòd quantitas in sacramento altaris sit sine subiecto.

ARTICVLVS VIII.

CIRCA primum sic proceditur. Videtur q̃ non possit totum corpus Christi sub illis speciebus panis contineri. Non enim potest etiam per miraculum fieri vt duo contradictoria sint simul vera: vt Aug. dicit contra Faustum. Hoc aũt sequeretur, si totũ corpus Christi subesset illis speciebus si enim est sub illis speciebus totum, non est maius ill's speciebus cum non excedat etiam per miraculũ fieri, q̃ sub illis speciebus cõtineatur totũ, vel amplius. Et sic erit eodẽmaius, & nõ maius. Ergo nõ eas, & tamen secundum rei veritatem est maius, cum sit bicubitum.

¶SED CONTRA. vbicũq; est pars alicuius corporis etiã totũ corpus niſi corpus sit diuisum, sed corpus Christi nõ est diuisum cũ sit impalsibile, ergo cũ aliquid corporis Christi sit sub illis speciebus: vt dicitur Matth. 26. Hoc est corpus meum, oportet quòd sub illis speciebus totũ corpus Christi contineatur.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ sub illis speciebus absq; dubio cõtinetur totũ corpus Christi & tota quãtitas eius. Ad cuius euidentiã sciendũ est q̃ in sacramento altaris dupliciter aliquid cõtinetur. Vno modo ex vi sacramẽti, alio modo ex naturali cõcomitãtia, verbi gratia. Sub specieb' panis cõtinetur & corp' & sanguis Christi: sed corpus ex vi sacramenti, sanguis ex cõcomitantia naturali, quia corpus Christi nõ est sine sanguine, sub speciebus aũt vini est econuersò. Illud aũt cõtinetur sub sacramento ex vi sacramenti quod est transubstantiationis terminus, & propter hoc anima & diuinitas nõ cõtinetur in sacramento ex vi sacramenti, cũ panis & vinũ in ea non cõuertantur, sed ex naturali concomitantia qua anima inseparabiliter vnitur illi corpori, & diuinitas humanitati. Cum aũt ex parte panis substãtia trãseat, & quãtitas maneat cũ reliquis accidẽtibus, patet q̃ directè trã subſtantiationis terminus est substãtia corporis Christi, & sic ipsa substãtia corporis Christi est ibi ex vi sacramenti: sed quantitas ex naturali cõcomitantia. Vnde patet q̃ substantia corporis Christi immediatè habet ordinem ad dimensiones panis remanentes: quantitas aũtẽ corporis Christi quasi ex consequenti. Econuerso autem est in ordine locati ad locum: quia substantia locati ordinatur ad locum mediantibus dimensionibus propriis: & inde est quòd oportet dimensiones locati cõmensurari dimensionibus loci continentis, non autem dimensionem corporis Christi commensurari dimensionibus specierum: & ideò sub cuiuscũque paruis dimensionibus panis potest esse totum corpus Christi, sicut tota natura substantiæ alicuius corporis saluatur in qualibet parte illius corporis.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non sequitur ex hoc corpus Christi non esse maius illis speciebus quia non continetur sub eis quasi commensuretur, & sic non sequitur contradictoria esse simul.

ARTICVLVS IX.

CIRCA secundum sic proceditur. Videtur quòd in eodem instanti sub speciebus illis substantia panis & corpus Christi: accipiatur enim vltimum instans in quo est panis: & primum instans in quo est corpus Christi. Aut ergo sunt duo instantia, aut vnum, si non duo: quia cum inter quælibet duo instantia sit tempus medium, esset aliquod tempus dare in quo non esset ibi nec corpus Christi nec substantia panis: ergò oportet quòd sit vnum instans, & sic in eodem instanti ibi est panis & corpus Christi. Si dicatur quod non est dare vltimum instans in quo est panis. Contra. Esse panis mensuratur quodam tempore. Sed mensura propria q̃ quatur mensurato: ergo in quolibet instanti illius temporis est ibi panis, & sic in vltimo instanti.

¶Præterea, Sicut se habet tempus ad motum continuum, ita se habet instans ad mutationem instantaneam. Sed tempus includit vtrũque terminorum motus continui: ergo & vnum transubstantiationis, quæ est mutatio instantanea. Eius autem termini sunt panis & corpus Christi: ergo in eodem instanti est panis & corpus Christi.

¶Præterea, In qualibet mutatione instãtanea simul est verum dicere, quod fit & factum est quia in instanti non est accipere prius & posterius: ergo cum transubstantatio sit mutatio instantanea simul verum est dicere quòd fit ibi corpus Christi & factũ est. Ergo corpus Christi simul est ibi & non est. Sed quando non est ibi corpus Christi est ibi substantia panis. Ergo simul in eodem instanti est ibi corpus Christi & substantia panis.

¶SED CONTRA, Duæ formæ substantiales disparatæ non possunt in eodem instanti eidem inesse. Sed forma panis & corpus Christi sunt huiusmodi: ergo non possunt simul eidem inesse & in eodem instanti.

¶RESPONDEO dicendum, quòd nullo modo in eodem instanti est ibi corpus Christi & substantia panis: nec est assignare vltimum instans, in quo est ibi panis: sed vltimum tẽpus quod continuatur ad instans illud in quo primò est ibi corpus Christi. Ad cuius euidentiam sciendum est quòd in rebus naturalibus mutationes instantaneæ sunt termini motus sẽper, cuius ratio est: quia huiusmodi mutationes habent pro terminis formam & priuationem, sicut generatio ignis ignem & non ignem. Inter formam autẽ & priuationẽ non potest esse aliquod medium nisi per accidens: inquantũ scilicet illud quod priuatur forma magis & minus appropinquat ad formam ratione alicuius dispositionis ad formam, quæ intenditur vel remittitur per motum continuũ. Et ideò oportet præexistere motũ alterationis, qui terminetur ad generationem: & sic alteratio habet duos terminos: vnum sui generis, scilicet vltimam dispositionem quæ est necessitas ad formam, quia alteratio est motus in qualitate: & alium alterius generis, scilicet formam substãtialem. Et eodẽ modo illuminatio est terminus motus localis solis, qui est mutatio instantanea existens inter formã luminis & priuationem eius, scilicet tenebras. Cuiuslibet autem motus qui mensuratur aliquo tẽpore: oportet quòd vltimus terminus sit in vltimo instanti temporis. Vnde cũ forma substãtialis sit quidam terminus alterationis: oportet quòd in vltimo instanti illius temporis introducatur forma substantialis: corruptio autẽ & generatio simul currũt: quia generatio vnius est corruptio alterius: oportet ergo q̃ in vltimo instanti illius tẽporis sit terminus corruptionis vnius vt aeris, & terminus generationis alterius vt ignis. Terminus autem corruptionis est non esse. Oportet ergo quòd in vltimo instanti illius tẽporis sit primò non aer & primò non ignis, sed ante vltimum instans alicuius temporis non potest accipi vltimum, quia inter quælibet duo instãtia est tempus medium secundũ philosophũ: & sic non est accipere vltimũ instans in quo sit aer, sed in toto tempore mensurante motũ alterationis erat aer. Et in vltimo instãti eius est primò non aer, & primò ignis, & similiter transubstantiatio est terminus cuiusdam motus qui cõsistit in prolatione verborum: vnde in vltimo instanti temporis mensurantis illam prolationẽ est primò non panis, & primò corpus Christi: & sic non est vltimũ instans in quo est panis, sed vltimum tempus. Inter tempus autem & instans non oportet quòd aliquid cadat medium sicut nec in terlineam & punctũ: & sic non oportet quòd aliquando neque sit panis, neque corpus Christi.

¶ET ITA patet solutio ad primum.

¶Ad secundum dicendum, quòd punctũ additum vel subtractum lineæ non facit maius vel minus: & similiter est de instanti appositio tempori vel subtracto ab eo. Vnde quamuis in vltimo instanti temporis mensurantis esse panis, non sit panis: tamen non sequitur, quòd tempus illud sit maius quam duratio esse panis: & sic quòd mensura nõ æquetur mensurato.

¶Ad tertiũ dicendũ, quòd instans dicitur mensurare mutationẽ aliquam instantaneam inquantũ mensurat terminum eius ad quẽ: quia terminus eius à quo iungitur cum toto motu præcedenti: & ita mensuratur tempore mensurante motum præcedentem: sed tempus mẽsurat motum ratione vtriusque termini: & ideò non est simile.

¶Ad quartum dicendum, q̃ fieri dicitur dupliciter: vno modo moueri ad esse illud quod generatur in toto tẽpore alterationis præcedentis dicitur fieri: & hoc modo loquitur philosophus de fieri in 6. phy. vbi ostẽdit q̃ omne factũ esse præcedit fieri, & omne fieri præcedit factũ esse: & sic non est verum q̃ aliquid fiat & factum sit: sed sic est verũ quòd illud quod fit non est. Alio modo dicitur fieri res quando introducitur forma, & sic fieri nõ est moueri, sed terminari motũ: vnde sicut simul motus terminatur & terminatus est, ita simul aliquid fit & factum est: sed hoc modo illud quod fit est, quia terminus factionis est esse: in quo ponitur esse, illud esse q̃ dicitur hoc modo moueri.

ARTICVLVS X.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd Deus non possit facere quòd albedo aut aliqua qualitas corporalis sit sine quantitate: quia quantitas est prima dispositio corporis ex eo quod immediatè adhæret subſtãtiæ: vt dicit Boetius. Sed primum in quolibet genere est causa eorum quæ sunt posti: vt dicitur in 2. Metha. (T. c. 3.) ergo à quantitate habent omnia alia accidentia quòd sint dispositiones corporales: ergo remota quantitate nulla qualitas corporalis remaneret.

¶Præterea, Qualitas spiritualis vt scientia vel virtus est nobilior quàm qualitas corporalis. Sed qualitas spiritualis etiam miraculosè nõ posset esse sine subiecto vt videtur: ergo multò minus qualitas corporis posset esse sine subiecto ad minus quod est quantitas.

¶Præterea, Magis est remotum à natura, q̃ qualitas corporalis, sit omninò sine obiecto quã q̃ sit in subiecto spirituali: quia esse in subiecto spirituali est qualitas spiritualis quæ est in prædicamẽto eodẽ cũ qualitate corporali, sed esse õnino sine obiecto est substãtiæ quæ est aliud prædicamentũ. Sed non posset miraculosè fieri q̃ qualitas corporalis esset in subiecto spirituali, vt albedo in angelo: ergo multò minus potest fieri, quòd qualitas corporalis nõ habeat subiectum ad minus quantitatem.

¶Præterea magis depẽdet qualitas à substãtia quã econuersò. Sed Deus non posset facere aliquã substãtiã creatã absq; omni accidẽte: quia ad minus oportet, quòd creaturæ insit relatio ad suum creatorem: ergo multò minus potest fieri quòd qualitas sit absque omni subiecto.

¶SED CONTRA, Propter hoc potest fieri, q̃ in sacramẽto altaris quantitas sit sine subiectãria: quia quantitas per essentiã à subſtantia differt. Sed similiter qualitas differt per essentiã à quantitate: ergo eadem ratione fieri posset vt qualitas esset sine quantitate.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ diuinę potentię ratione suæ immensitatis attribuendum est quicquid in defectum non sonat: tamen aliqua sunt quæ natura creata nõ patitur vt fiat propter aliquam repugnantiam, quã importat ratione contradictionis implicitè: & de talibus consueuit à quibusdam dici, quòd Deus potest ea facere quamuis fieri non possint. Vt ergo videamus vtrũm fieri possit à Deo, quòd albedo sit sine quantitate: sciendum est, quòd in ordine & qualibet alia qualitate corporali est duo considerare, scilicet ipsam naturam albedinis per quam speciem sortitur, & individuationem

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius secundum quòd est hæc albedo sensibilis ab alia albedine sensibili distincta. Posset ergo fieri miraculo vt natura albedinis subsisteret absque omni quantitate: tamen illa albedo non esset: sicut hic albedo sensibilis: sed esset quædam forma intelligibilis ad modum formarum separatarum quas Plato posuit, sed quòd hæc albedo sensibilis indiuiduata esset sine quantitate fieri non posset, quānis fieri possit quòd quantitas indiuiduata sit sine substantia: quia quantitas non indiuiduatur solum ex subiecto, sicut alia accidentia: sed etiam ex situ qui est de ratione ipsius quantitatis dimensiuæ: quæ est quantitas positionem habens. Et ideò possibile est imaginari duas lineas separatas eiusdem speciei numero diuersas secundum diuersum situm aliàs linea non esset diuisibilis ex ipsa ratione sui generis. Non enim diuiditur linea nisi in lineas. Plures autem albedines eiusdem speciei sine subiecto imaginari est impossibile & sic patet albedo non indiuiduatur nisi ex subiecto, & propter hoc non posset esse indiuiduata nisi esset in aliquo subiecto ad minus in quantitate, sed quantitas habet vnde indiuiduetur etiam absque subiecto. Et ideò potest per miraculum esse hæc quantitas sensibilis etiam absque subiecto, sicut patet in corpore Christi.

1.d.47.ar. 4.c.ma. & contra 4.c. 65.

1.d.43.q.2.ar. 1.c.1.c.et q. 39.ar.3.22. 9.2.1.ar.5. ad 1.et 3.& 4.d.12.q.1. ar.1.q.3.ad tertium.

ad rationē.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd albedo si sine quantitate esset iam non esset corporalis qualitas, sed spiritualis, vt ex dictis patet.

¶ Ad secundum dicendum, quòd de qualitate spirituali omninò idem dicendum videtur: quod de qualitate corporali dictum est.

¶ Ad tertium dicendum, quòd cum substantia spiritualis quantitate careat, non potest fieri quòd qualitas corporalis sit in substantia spirituali, nisi per modum illum quo potest esse sine quantitate, vt dictum est.

¶ Ad quartum dicendum, quòd ex hoc ipso quòd substātia creata comparatur ad Deum, consequitur ipsam aliquod accidens, sicut ipsa relatio creationis aut seruituris, aut alia similis ratio, vnde sicut Deus non potest facere q̄ creatura non depēdeat ab ipso, ita non posset facere quod esset absque huiusmodi accidentibus, posset autem facere quòd esset absque alijs accidentibus. Accidens autem nō habet subiectum ex hoc quòd comparatur ad Deum, & ideò nihil prohibet quin Deus facere possit aliquod accidens esse sine subiecto.

post.q.5.ar. 2.o.ar.1.79. principio.et 1.p.q 14.ar 11.1.ad 2.et 2.ad 1. 4.d.10.ar1. 2.q.3.et ar. 183.ad 3.

¶ Ad quintum quod obijcitur contra, patet quòd non est eadē ratio de quantitate & qualitate, vt ex dictis patet.

QVAEST. V.

DEINDE quæritur de corporibus damnatorum. Et circa hoc quærūtur tria. primò vtrùm corpora damnatorum sint incorruptibilia. Secundò, vtrùm resurgent cum suis deformitatibus. Tertiò, vtrùm puniētur in inferno verme & fletu corporali.

151

ARTIC. XI.

4.di.44.q. 3.ar1.3.q.2. o. & contra 4.c.89.o.et opus. 10.c. 25. & opus 11.c.19.& 20.

AD PRIMVM sic proceditur, Videtur quòd corpora damnatorum non erunt incorruptibilia. Corpus enim non potest esse incorruptibile nisi per naturam vt coelestē: vel per gratiam innocentiæ vt corpus hominis in primo statu, vel per gloriam, sicut corpus Christi in resurrectione. Sed nullum istorum competit corporibus damnatorum: ergo corpora damnatorum non erunt incorruptibilia.

¶ Si dicatur quòd erunt incorruptibilia ex decreto diuinæ iustitiæ vt perpetuò puniantur. Contrà, culpæ non debetur pœna perpetua nisi secundum quòd habet aliquid perpetuitatis: sed perpetuitas culpæ non est ex parte corporis, sed ex parte voluntatis quæ eligit perpetuò in peccato manere: ergo diuina iustitia non requirit quòd corpus æternaliter puniatur.

¶ Præterea, Corpus non punitur pro peccato animæ nisi inquantùm est organum animæ operantis peccatum. Sed in aliquibus actibus potest esse peccatum mortale in quibus corpus non communicat, sicut patet in peccatis spiritualibus: ergo si aliquis pro eis solum damnetur corpori eius non debetur pœna perpetua.

¶ Præterea, Sicut aliquis damnatur propter peccatū trāsgressionis, ita damnatur propter peccatū omissionis. Sed in omissione nihil cooperatur corpus: ergo non debetur sibi pœna perpetua, si propter peccatum omissionis aliquis damnetur: & sic diuina iustitia non requirit corpora damnatorum esse incorruptibilia.

¶ SED CONTRA, Remota causa remouetur & effectus. Sed post resurrectionē cessabit motus cœli, qui est causa corruptionis in corporibus: ergo cessabit corruptio, & sic corpora dānatorum erunt incorruptibilia.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd corpora damnatorum erunt incorruptibilia, quamuis sint passibilia. Incorruptibilitatis autem prima causa & principalis est iustitia diuina, quæ conseruabit corpora damnatorum in perpetuis pœnis. Sed causa secundaria & quasi coadiuuans erit quies motus cœli, quo quiescente nulla actio vel passio poterit esse in corporibus pertinens ad transmutationem naturæ. Vnde & corpora damnatorum non patiuntur ab igne passione naturæ, qua natura corporis humani transmutetur à natura sua, sed patientur passione animæ sicut organum sensus sā sensibili suscipiendo similitudinem qualitatis sensibilis.

2.p.q.97.ar 1.&c.& pot.q.5.art. 10.c. art.176.ad 1.pot.q.5. art.7.& 8. o.& 2.dist. 11.artic.6. ad 3.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa procedit ex insufficienti diuisione. Est enim hic alia causa incorruptionis à rebus quæ tanguntur in obiectione scilicet decretum diuinę iustitiæ, quamuis possit dici aliquo modo, quòd etiam per naturam erunt incorruptibilia, inquantùm scilicet remouetur naturale corruptionis principium, scilicet motus cœli.

¶ Ad secundum dicendum, quòd peccatum & rationem culpæ, & perpetuitatis habet ex anima non ex corpore. Vnde sicut corpus punitur ex peccato, inquantùm est instrumentum peccati rationem culpæ habentis ab anima: ita perpetuò puniri debet inquantùm est instrumentum peccati quod habet perpetuitatem ex voluntate.

¶ Ad tertium dicendum, quòd hæc non est ratio principaliter quare corpus punitur pro peccato animæ, quia est instrumentum animæ operantis peccatum, sed magis quia est pars essentialis hominis quę operatur, proprie enim loquendo homo est qui peccat per animam, & ideò si puniretur anima tantum, non puniretur qui peccauit, scilicet homo. Nec tamen est verum quòd aliquis actus sit hominis in vita præsenti in quo corpus non communicet, quia quamuis in actibus intellectiuæ partis non communicet corpus sicut instrumentum actus, communicat tamen sicut repræsentans obiectum, quia obiectum intellectus est fantasma, & sicut color visus, vt dicitur in 3. de anima. (T. c.30.) Fantasma autem non est sine organo corporali, & sic patet quòd etiam intelligendo, & in alijs actibus animæ vtimur aliquo modo corpore.

12.q.50.ar. 4.ad 1.et 2. th.q.10.ar. 2.ad 7.ar1. 200.ad 2.

¶ Ad quartum dicendum, quòd pro peccato omissionis non damnatur aliquis, quia aliquid agatur, sed quia omittitur illud quod est debitum fieri ab anima & à corpore, inquantum corpus communicat actibus animæ, & ita eodem modo peccatum transgressionis & amissionis pertinet ad corpus & animam.

152

ARTICVLVS XII.

4.d.44.q. 3.ar.1.q.1. o. & citra 4.c.88.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd corpora damnatorum resurgent sine deformitatibus. Resurrectio enim fiet diuina virtute quæ est perfectissima. Sed virtutis perfectæ perfecta est operatio & effectus: ergo corpora resurgentium erunt perfecta, & ita corpora damnatorum resurgent sine deformitatibus.

¶ SED CONTRA est sapientię 11. Per quę peccat quis per hæc & torquetur. Sed damnati peccauerunt per corpora deformitatem habentis, ergo resurgent cum deformitatibus.

4.d.44.q. 1.art.3.q.1. o. & q. 3. ad 2.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd deformitas in corpore potest esse duobus modis, vno modo ex defectu alicuius membri, & talis deformitas, vt communiter dicitur in corporibus damnatorum non erit, quia omnes resurgent incorrupti, id est sine defectu alicuius membri, vt sic totum corpus puniatur in reprobis, & præmietur in electis. Alio modo potest esse deformitas vel defectus corporis ex indebita proportione partium, sicut febris accidit ex indebita proportione humorum, & sicut gibbus accidit ex superabundantia carnis in aliqua parte, de tali deformitate vel defectu est duplex opinio. Quidam enim attendentes damnationem reproborum vt nihil eis mali deesset, dixerunt quòd talibus deformitatibus non carebūt. Alij verò attendentes virtutem resuscitantis, qui sicut naturam condidit in opere creationis ita naturam in resurrectione reparabit, dicunt quòd omnes defectus qui ex vitio naturæ acciderunt, autor naturæ amouebit, vt febrem & huiusmodi. Sed defectus qui ex prana voluntate processerunt in reprobis remanebunt, sicut sunt maculæ & reatus

2.opinio de qualitate reprobū. 22.genūin. contra 4.c 88.c.

Augustin. reatus peccatorum. Quid autem horum verius sit Augustinus in Ench. sub dubio relinquit dicēs, quòd nulla debet esse quæstio de pulchritudine illorum quorum est certa damnatio.

¶ His visis facilè patet solutio ad obiecta.

153

ARTICVLVS XIII.

ar.176.& 4.di.50.q. 1.ar.3.q.3. 6.& opus. 20.c.40. et 41.& 42.

ADTERTIVM sic proceditur. Videtur quòd corpora damnatorum puniantur vermibus & fletu corporalibus. Dicitur enim Iudith vltimo. Dabit ignem & vermes in carnes eorum. Sed vermis spiritualis non datur in carnem: sed magis in animam: ergo vermis quo reprobi puniuntur, non est tantum spiritualis, sed etiam corporalis.

¶ Item Lucæ decimotertio dicit quędam Gloss. Quod per fletum quem dominus reprobis comminatur potest probari vera corporum resurrectio, quod non esset si fletus ille esset tantum spiritualis, ergo, &c.

¶ SED CONTRA est quod vermis quo punientur reprobi est immortalis. Isaiæ vltimo. Vermis eorum non morietur Sed nullum animal habet ordinem ad immortalitatem, nisi homo: ergo vermis ille non erit materialis.

¶ Præterea. in fletu corporali fit quędam resolutio lachrymarum. Sed omne corpus finitum à quo aliquid continuē resoluitur, nisi fiat aliqua restauratio, tandem consumitur. Cùm ergo in corporibus dānatorum nulla restauratio fiat de perditi, videtur q̄ fletus qui erit in eis perpetuus non erit materialis.

3.p.q.1.art. 3.ad 2. & ar.10.ad 1. 4.q.102.ar 1.& 2.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc Augustinus libr. 20. de ciuitate Dei, ponit diuersas opiniones, sic dicens: In pœnis malorum & inextinguibilis ignis & viuacissimus vermis ab alijs atque alijs aliter atq; aliter est expositus. Alij quippè vtrumque ad animum retulerunt, alij vtrumque ad corpus, alij ad corpus ignem, ad animam tropicè vermem, quod esse credibilius videtur. Vnde sequentes Augustinum dicimus quòd vermis ille erit spiritualis, vt ipse remorsus conscientiæ interius animam corrodens vermis dicatur: & similiter fletus erit spiritualis, vt ipse dolor fletus dicatur. Aliquo tamen modo posset dici corporalis fletus etiam sine lachrymarum emissione, vt fletus dicatur non solum dolor animæ, sed dispositio qua corpus disponitur anima dolente.

4.d.44.q 1 ar.3.q.3.o & contra 4 c.89.c.fi.ad secundum.

¶ AD PRIMVM ergo dicēdum, q̄ locutio illa tropica est, & sic possumus per carnes exponere animas impiorū qui carnales fuerunt.

¶ Ad secundum dicendum, quòd fletus corporalis modo prædicto sine lachrymarum emissione sufficit ad veritatem resurrectionis insinuandam, si tamen sustineretur q̄ vermis & fletus essent corporales, posset dici quòd diuina virtute & vermis ille sustentaretur & lachrymarum deperditio restauraretur.

QVAESTIO VI.

DEINDE quæritur de sensibus sacræ scripturæ. ¶ Et circa hoc quæruntur tria. Primò, vtrùm præter sensus literales in verbis sacræ scripturæ alij sensus lateant. Secundò de numero sensuum sacræ scripturæ. Tertiò, vtrùm isti sensus inueniantur in alijs scripturis.

154

ARTIC. XIIII.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in eisdem verbis sacræ scripturæ non lateant plures sensus; quia dictionibus semel sumptis non est vtendū æquiuocè, vel multipliciter. Sed pluralitas sensuum facit multiplicem locutionem: ergo in eadem locutione sacrę scripturæ non possunt plures sensus latere.

¶ Præterea, Sacra scriptura ordinata est ad intellectum, secundum illud Psalmi, Declaratio sermonum tuorum dat intellectum. Sed multiplicitas sensuum obnubilat intellectum: ergo non debent in sacra scriptura multi sensus esse.

¶ Præterea. Id quod potest esse occasio erroris debet in sacra scriptura vitari. Sed ponere alios sensus præter literalem in scriptura potest esse occasio erroris: quia quilibet posset exponere sacram scripturam secundum quòd ipse vellet ad cōfirmationem opinionis suæ, ergo non debent esse plures sensus in sacra scriptura.

¶ Præterea, Augustinus dicit secundò super Genes. ad literam. Quod maior est sacræ scripturæ auctoritas quàm omnis humani ingenij perspicacitas, ergo ille sensus qui non habet auctoritatem ad aliquid confirmandum non est conueniens sensus sacræ scripturæ. Sed nullus sensus præter literalem habet robur ad aliquid confirmandum, vt patet per Dionisium in Epistola ad Titum. Dicit enim quòd simbolica theologia, id est quæ ex similibus procedit, non est argumentatiua, ergo sacra scriptura alios sensus præter literalem non habet.

¶ Præterea. Quicúnque sensus ex verbis alicuius scripturæ trahitur, quem auctor non intendit, non est sensus proprius, quia auctor per vnam scripturam non potest intelligere nisi vnum, quia non contingit plura simul intelligere: secundum Philosophum: ergo nō possunt esse plures sensus proprij sacræ scripturæ.

¶ SED CONTRA est quod dicitur Danielis 12. pertransibunt plurimi & multiplex erit scientia.

¶ Præterea. Hieronimus dicit in prologo Bibliæ loquens de Apocalipsi. In verbis singulis multiplices latent intelligentiæ.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd sacra scriptura ad hoc diuinitùs est ordinata: vt per eam nobis veritas manifestetur necessaria ad salutem, manifestatio autem vel expressio alicuius veritatis potest fieri de aliquo rebus & verbis, inquantum scilicet verba significant res, & vna res potest esse figura alterius. Actor autem rerum non solùm potest verba accommodare ad aliquid significandum: sed etiam res potest disponere in figura alterius, & secundum hoc in sacra scriptura manifestatur veritas dupliciter. Vno modo secundum quòd res significantur per verba: & in hoc consistit sensus literalis. Alio modo secundum quòd res sunt figuræ aliarum rerum, & in hoc cōsistit sensus spiritualis, & sic sacræ scripturę plures sensus comprehendunt.

1.p.q.1.ar. 10.ad 1.et 3.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd varietas sensuum: quorum vnus ab alio non procedit, facit multiplicitatem locutionis: sed sensus spiritualis semper fundatur super literalē, & procedit ex eo. Vnde ex hoc quòd sacra scriptura exponitur literaliter & spiritualiter, non est in ipsa aliqua multiplicitas.

¶ Ad secundum dicendum, quòd secundum quòd Augustinus dicit in libro de doctrina Christiana. Vtiliter est à Deo dispositum, vt veritas in sacra scriptura cum aliqua difficultate manifestetur. Est enim hoc vtile ad tollendum fastidium, quia ad ea quæ sunt difficilia maior surgit attentio: quæ tedium tollit. Similiter ex hoc tollitur superbiendi occasio: dum homo difficulter veritatem sacræ scripturæ capere potest. Similiter per hoc veritas fidei ab irrisione infidelium defenditur. Vnde dominus Matthæi septimo. Nolite inquit sanctum dare canibus. Et Dionisius Thimotheum monebat: vt sancta ab immundis incontaminata seruaret. Et ita patet quòd expedit veritatem fidei sub diuersis sensibus in sacra scriptura tradi.

Augustin. Matthæ. Dionisius.

¶ Ad tertium dicendum, quòd sicut dicit Augustinus in libro de doctrina Christiana. Nihil est quod occultè in aliquo loco sacræ scripturæ tradatur, quod non alibi manifestè exponatur. Vnde spiritualis expositio semper debet habere fulcimentum ab aliqua literali expositione sacræ scripturæ: & ita vitatur omnis erroris occasio.

Augustin. 1.p.q.1.art. 9.ad 2. ad 1.huius. veri.q.12. ar.11.ad 3. 1.ma.q.13. ar.4.ad 16.

¶ Ad quartum dicendum, quòd non est propter defectū auctoritatis, q̄ ex sensu spirituali non potest trahi efficax argumentū, sed ex ipsa natura similitudinis in qua fundatur spiritualis sensus. Vtia enim res pluribus simul esse potest, vnde non potest ab illa, quando in scriptura sacra proponitur procedi ad aliquam illarum determinatè, sed est fallacia consequentis. Verbi gratia, leo propter aliquam similitudinem significat Christum & Diabolū. Vnde per hoc quòd aliquid de leone dicitur in sacra scriptura ad neutrum potest fieri processus in sacra scriptura argumentando.

¶ Ad quintum dicendum, quòd actor principalis sacræ scripturæ est spiritus sanctus: qui in vno verbo sacrę scripturæ intellexit multo plura quàm per expositores sacræ scripturæ exponantur: vel discernantur, nec est etiam inconueniens, quòd homo qui fuit actor instrumentalis sacrę scripturę in vno verbo plura intelligeret, quia Prophetæ vt Hieronimus dicit super Oseæ, ita loquebātur de factis præsentibus quòd etiam intenderunt futura significare. Vnde non est impossibile simul plura intelligere, inquantum vna est figura alterius.

Hieron. ar.142.155.

155

ARTICVLVS XV.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd non debeant distingui quatuor sensus sacrę scripturæ, scilicet historialis: vel literalis: allegoricus, moralis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& anagogicus. Sicut enim in sacra scriptura aliqua figurâ
1.p.q.1.art. 10. et po. 3.4.ar.1.c. tè dicuntur de Christo: ita etiam figuratè dicũtur de mul tis alijs hominibus sicut Daniel.8. per hircum caprarum si gnificatur rex Græcorum. Sed huiusmodi figuratiuę locu tiones non faciunt aliquē sensum præter literalem in sa cra scriptura: ergo nec sensus alegoricus per quem exponuntur de Christo ea quæ in figura ipsius præcesserunt debet alius sensus ab historico poni.

¶Præterea, vna est ecclesia capitis & membrorũ. Sed sensus allegoricus videtur pertinere ad caput ecclesiæ scilicet Christum: sensus moralis videtur pertinere ad membra eius scilicet fideles: ergo sensus moralis non debet ab alegorico distingui.

¶Præterea, moralis sensus est qui ad morum instructionẽ pertinet. Sed sacra scriptura in pluribus locis secundum literalem sensum mores instruit: ergo moralis sensus non debet distingui à literali.

¶Præterea, sicut Christus est caput ecclesiæ militantis, ita est caput triumphantis, nec est alius & alius Christus: ergo nec sensus anagogicus per quem aliqua exponuntur de ecclesia triumphante debet esse alius ab alegorico quo aliqua exponuntur de Christo & ecclesia militante.

¶Præterea, Si isti quatuor sensus essent de necessitate sacrę scripturæ, quælibet pars sacræ scripturæ deberet hos quatuor sensus habere, sed hoc falsum est. Vt enim Augustinus dicit super Genes. ad literam. In quibusdam sensus literalis quærendus est solus: ergo hi quatuor sensus non sunt de necessitate expositionis sacræ scripturæ.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit in 1. super Gene. ad literam. In omnibus libris sanctis oportet intueri quę ibi æterna intuentur, quæ ibi facta narrantur, quæ futura prænunciantur, quæ agenda præcipiuntur. Primum autem pertinet ad sensum anagogicum. Secundum ad historicum. Tertium ad allegoricum. Quartum ad moralem ergo quatuor sunt sensus sacræ scripturæ.

¶Præterea, Beda super Genes. in princ. dicit. Quatuor sunt sensus sacræ scripturæ, historia quæ res gestas loquitur, allegoria in qua aliud ex alio intelligitur, tropologia, id est moralis locutio in qua de moribus ordinandis tractatur, anagogia per quam de summis & cœlestib. tractaturi ad superiora reducimur.

artic.154.c. ¶RESPONDEO dicendum, quòd distinctio istorum quatuor sensuum hoc modo accipi debet. Sicut enim dictum est, sacra scriptura veritatem quam tradit dupliciter manifestat per verba, & per rerum figuras. Manifestatio autem quæ est per verba, facit sensum historicum siue literalem vnde totũ id ad sensum literalem pertinet, quod ex ipsa verborum significatione rectè accipitur. Sed sensus spiritualis vt dictum est, accipitur vel consistit in hoc quòd quędam res per figuram aliarum rerum exprimuntur, quia visibilia solent esse figuræ inuisibilium: vt Dionisius dicit. Inde est quòd sensus iste qui ex figuris accipitur spiritualis vocatur, veritas autem quam sacra scriptura per figuras rerum tradit, ad duo ordinatur, scilicet ad rectè credendum & ad rectè operandum. Si ad rectè credendum, oportet distinguere secundum ordinem credibilium, vt enim Dionisius dicit quarto capite cœlestis Hierarc. Status ecclesiæ medius est inter statum synagogæ, & statum ecclesiæ triumphantis. Vetus ergo testamentum figura fuit noui, vetus simul & nouum figura sunt cœlestium. Sensus ergo spiritualis ordinatus ad rectè credendum potest fundari in illo modo figurationis, quo vetus testamentũ figurat nouũ, & sic est allegoricus sensus vel tipicus, secũdum quòd ea quæ in veteri testamento contigerunt exponũtur de Christo & ecclesia: vel potest fundari in illo modo figurationis, quo nouum simul & vetus significant ecclesiam triumphantẽ, & sic est sensus anagogicus.

ar.154.c.fi. ¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd hircus vel alia huiusmodi per quæ aliæ personæ à Christo in scriptu ris designantur, non fuerunt res aliquæ, sed similitudines imaginarię ad hoc solum ostensę vt illæ personæ significa rentur. Vnde illa significatio qua per illas similitudines personę illæ aut regna designantur, nõ pertinet nisi ad historicum sensum. Sed ad Christum designandum etiam illa quæ in rei veritate contigerunt ordinãtur sicut vmbra ad veritatem, & ideò talis significatio qua per huiusmodi res Christus aut eius membra significãtur, facit alium sensum præter historicum scilicet alegoricum. Si alicubi verò inueniatur quòd Christus significatur per huiusmodi imaginarias similitudines, talis significatio nõ excedit sensum literalem, sicut Christus significatur per lapidem qui excisus est de monte sine manibus Dan. 2.

¶Ad secundum dicendum, quòd sensus alegoricus nõ solum pertinet ad Christum ratione capitis, sed etiam ratione membrorum, sicut quòd per duodecim lapides electos de Iordane, Iosuæ septimo significantur duodecim Apostoli. Sed moralis sensus pertinet ad membra Christi quantum ad proprios eorum actus, & nõ secundum quòd considerantur vt membra.

¶Ad tertium dicendum, quòd moralis sensus non dicitur omnis sensus per quem mores instruuntur, sed per quem instructio morum sumitur ex similitudine aliquarum rerum gestarum. Sic enim moralis sensus est pars spiritualis: ita quòd nunquam est idem sensus moralis & literalis.

¶Ad quartum dicendum, quòd sicut sensus allegoricus pertinet ad Christum secundum quòd est caput ecclesiæ militantis iustificans eam & gratiam infundens, ita & sensus anagogicus pertinet ad eum secũdum quòd est caput ecclesiæ triumphantis glorificans eam.

Non quilibet pars scripturæ sacræ 4. sensus habet.

¶Ad quintum dicendum, quòd quatuor isti sensus non attribuuntur sacræ scripturæ vt in qualibet eius parte sit istis quatuor sensibus exponenda, sed quandóque istis quatuor, quandóque tribus, quandóque duobus, quandóque vno tantum. In sacra enim scriptura præcipuè ex prioribus posteriora significantur, & ideò quandóque in sacra scriptura secundum sensum literalem dicitur aliquid de priori quod potest spiritualiter de posterioribus exponi, sed non conuertitur. Inter omnia autem quæ in sacra scriptura narrantur, prima sunt illa quæ ad vetus testamentum pertinent, & ideò quæ secundum literalem sensum ad facta veteris testamenti spectant, possunt quatuor sensibus exponi. Secunda verò sunt illa quæ pertinent ad statum præsentis ecclesiæ, in quibus illa sunt priora quæ ad caput pertinent respectu eorum quæ pertinent ad membra, quia ipsum corpus verum Christi, & ea quæ in ipso sunt gesta, sunt figura corporis Christi mistici, & eorum quæ in ipso geruntur, vt in ipso scilicet Christo exemplum viuendi sumere debeamus. In Christo etiam futura gloria nobis præmonstrata est, vnde ea quæ ad literam de ipso Christo capite dicuntur, possunt exponi & allegoricè referendo ab corpus eius misticum, & moraliter referendo ad actus nostros qui secundũ ipsum debẽt reformari, & anagogicè, inquantum in Christo est nobis iter gloriæ demonstratum. Sed quando secundum literalem sensum dicitur aliquid de ecclesia, non potest exponi alegoricè nisi fortè ea quæ dicuntur de primitiua ecclesia exponantur quantum ad futurum statum ecclesiæ præsentis, possunt tamen exponi moraliter & anagogice. Ea verò quæ moraliter dicuntur secundum sensum literalem non consueuerunt exponi nisi allegoricè. Illa verò quæ secundum sensum literalẽ pertinent ad statum glorię nullo alio sensu consueuerunt exponi, eo quòd ipsa non sunt figura aliorum, sed ab omnibus alijs figurata.

pluralitas sensuum sacræ scripturæ distincte declarat.

ARTICVLVS XVI.

lii po. q. 4. ar. 13. c.

ADTERTIVM sic proceditur. Videtur quòd in alijs scripturis vrædicti sensus distingui debeant. Sensus enim spirituales in sacra scriptura accipiuntur ex quibusdam similitudinib. sed in alijs scientijs procedit etiã ex quibusdam similitudinibus: ergo in scripturis aliarũ scientiarum possunt sensus plures inueniri.

¶Præterea, poeticę artis est veritatem rerum aliquibus similitudinibus fictis designare: ergo videtur quòd & in dictis poetarum sensus spirituales inueniantur, & non solum in sacra scriptura.

¶Præterea, philosophus dicit, quòd qui dicit vnum quodammodò multa dicit: ergo videtur quòd in alijs scientijs in vno sensu possint designari plures: & sic non solum sacra scriptura hos sensus spirituales habet.

¶SED CONTRA est quod dicit Gregorius vigesimo secundo moralium. Sacra scriptura omnes scientias atque doctrinas ipso etiam locutionis suæ more transcendit: quia vno eodémque sermone dum narrat gestum, prodit misterium.

¶RESPONDEO dicendum, quòd spiritualis sensus sacræ scripturæ accipitur ex hoc quòd res cursum suum peragentes significant aliquid aliud quod per spirituale sensum accipitur. Sic autem ordinãtur res in cursu suo, vt ex eis talis sensus possit accipi, quod eius solius est qui sua prouidentia res gubernat, qui solus Deus est. Sicut enim homo potest adhibere ad aliquid significandum aliquas voces, vel aliquas similitudines fictas, ita Deus adhibet ad significationem aliquorum ipsum cursum rerum suæ prouidentiæ subiectarum. Significare autem aliquid per verba: vel per similitudines fictas ad significandum tantum ordinatas: non facit nisi sensum literalem, vt ex dictis patet. Vnde in nulla scientia humana industria inuenta propriè loquendo potest inueniri ni
arti. 155. ponq. 4. ar. 1. 2. Psal. 44. si literalis sensus: sed solùm in ista scriptura: cuius spiritus sanctus est actor: homo verò instrumentum secundum illud Psalmi. Lingua mea calamus scribe. &c.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in alijs scientijs proceditur ex similibus argumentando, non quòd ex verbis quibus vna res significatur signiũcetur & alia res.

¶Ad secundum dicendum, quòd fictiones poeticæ non sunt ad aliud ordinatę nisi ad significandum, vnde talis significatio non supergreditur modum literalis sensus.

¶Ad tertium dicendum, quòd qui dicit vnum quodammodò dicit multa, scilicet in potentia: secundum quòd conclusiones sunt potentia in principijs. Ex vno enim principio multæ conclusiones sequuntur, non quòd in alijs scientijs per modum significationis quod dicitur de vna re simul de alijs intelligatur vt significatum, licèt inde trahi possit per argumentationem, &c.

QVAESTIO VII.

QVAESTIO est de opere manuali, circa quod quæruntur duo.

¶Primò, vtrùm operari manibus sit in præcepto.

¶Secũdò, vtrùm ab hoc præcepto excusentur illi qui spiritualibus operibus vacant.

ARTICVLVS XVII.

159

ADPRIMVM sic proceditur. Videtur quòd operari manibus sit in præcepto. secundę ad Thessalonicẽses tertio. Si quis non vult operari non manducet. Audiuimus enim, &cætera. Glos. Quod ideò præcipio quia audiuimus ergo, &c.

¶Præterea. Augustinus in libro de opere monachorum. Audiant ergo quibus hoc præcepit Apostolus qui non habent hanc potestatem.

¶Præterea. Nullus debet excommunicari vt iura dicunt nisi pro mortali. Sed nullus peccat mortaliter nisi contra præceptum faciens. Cùm ergo ille qui cessat ab opere manuali iure possit excommunicari: vt patet per illud
2. Paulus. quod dicitur secundæ ad Thessalonicenses tertio. Si quis non obedierit verbo nostro per Epistolam, hunc notate, & ne commisceamini cum illo vt confundatur: videtur ergo quòd operari manibus sit in præcepto.

¶Præterea. Ille qui peccauit tenetur pœnam debitam pro peccato subire ex necessitate præcepti. Sed omnes in Adam peccauerunt. ad Romanos quinto. Pœna autem peccati Adæ est labor manualis. Genes. tertio. In sudore vultus tui vesceris pane tuo: ergo omnibus est præceptũ manibus laborare.

1. Paulus. ¶Præterea. ad Ephesios quarto. Qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret operando manibus suis. Glo. Laboret operando non solum per seruos sed etiam manibus. Illud autem quod ad omnes pertinet est præceptum non consilium: ergo, &c.

¶Præterea. Labor manualis necessarius est ad sustentationem vitæ corporalis: sicut actus virtutum sunt necessarij ad sustentationem vitæ spiritualis. Sed actus virtutum sunt in præcepto: ergo & laborare manibus.

¶Præterea. Illud ad quod sequitur peccarum mortale non potest sine peccato mortali fieri. Sed ad non laborare sequitur non manducare: quod quandóque est peccatum mortale. secundæ ad Thessalonicẽses tertio. Qui non
Apostolus. operatur non manducet: ergo non operari manibus est peccatum mortale: ergo eius oppositum est in præcepto.

Matthæus. ¶SED CONTRA. Non est contrarium præcepto, vel consilio præceptum domini, vel consilium. Sed dominus, vel præcipiendo: vel consulendo dicit Matthæi sexto. Nolite solliciti esse animæ vestræ, &c. Huic autem contrariatur labor manuum, quia qui laborant manibus solliciti sunt de necessarijs corporis: ergo labor manuum non est in præcepto.

¶Præterea. Lex vetus quantum ad præcepta moralia sufficienter continebat quæ necessaria sunt ad salutem. Vnde dominus Matthæi decimooctauo. Si vis ad vitam ingredi serua mandata, & loquitur de mandatis decalogi. Vnde subdit. Non homicidium facies: non furaberis, sed in præceptis veteris legis nihil continetur de labore manuum: ergo labor manuum non est in præcepto.

¶Præterea. Ad præcepta seruanda omnes tenentur. Sed ad labores manuum non omnes tenentur, aliàs qui sunt diuites & manibus non laborant mortaliter peccarent: ergo labor manuum non est in præcepto.

¶Præterea, Ad præcepta non magis tenentur religiosi quàm seculares. Sed ad laborandum manibus videntur magis teneri religiosi quàm seculares. Vnde Augustinus in lib. de operibus monachorum, monachos reprehendit: *ar. 137. ad 2.* quia non laborant: non autem alios: ergo, &c.

¶Præterea, Vsus liberalium artium nobilior est quàm mechanicarum, qui in opere manuali consistit. Sed vsus liberalium artium non est in præcepto: ergo multò minùs labor manuum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd iudicium de vnaquaque re sumendum est secundum finem ad quem ordinatur. Labor autem manuum ad tria esse vtilis inuenitur. Primò ad ocium tollendum. Vnde Hieronimus *Hieron.* ad rusticum monachum. Semper aliquid operis facito: vt te Diabolus inueniat occupatum, & quod intelligat de opere manuali patet per illud quod subiungit. Vel fi scellam texe iunco, & postea subdit in desiderijs est omnis otiosus. Secundò ad corpus domandum, vnde secun- *Apostolus Paulus.* dæ ad Corinthios sexto, Alijs carnis macerationibus con iungit vbi dicitur in laboribus: scilicet operum: quia manibus suis operabatur. Et subiungit. In vigilijs & ieiunijs & cætera. tertiò ordinatur ad quærendum victum. *Lucæ.* Actuum secundo. Ad ea quæ mihi opus erant: & his qui mecum erant ministrauerunt manus istæ. Si ergo consideretur labor manuum secundum quòd ordinatur ad tollendum otium: vel corpus domãdum, sic idem iudicium est de labore manuum: & de alijs exercitijs ad eadem ordinatis. Non enim est in præcepto quòd tollatur otium tali aut tali occupatione, sed sufficit ad otium tollendum quacúnque licita occupatione ab otio quis desistat, & sic occupatio laboris manuum non est in præcepto: consideraro hoc fine. Et similis est ratio de labore manuum secundum quòd ordinatur ad corpus domãdum: quia multis exercitijs corpus domari potest, sicut vigilijs, ieiunijs, & multis huiusmodi. Vnde nullum eorum inquantum ordinatur ad talem finem est in præcepto in spirituali. quamuis in generali sit in præcepto corpus domare qualicúnque exercitio, quo mortiferę concupiscentiæ reprimantur. Secundum autem quòd ordinatur ad victum quærendum sic videtur esse in præcepto. *8. Paulus.* Vnde dicitur primę ad Thessaloni censes quarto. Operamini manibus vestris sicut præcepimus vobis, nec solum in præcepto iuris positiui, sed etiam iuris naturalis. Illa enim sunt de lege naturali ad quæ homo ex suis naturalibus inclinatur. Sicut autem ex ipsa dispositione corporis patet: homo naturalem ordinationem habet ad opus manuale. propter quod dicitur Iob quinto. Homo ad laborem nascitur, & auis ad volandum. Cùm autem alijs animalibus natura sufficiẽter prouiderit in his quę ad sustentationem suę vitę pertinent in cibis & armis & tegumentis, homini in his non prouidit: quia ipse est præditus ratione, per quam sibi potest prouidere in omnibus supradictis, vnde & erit sibi loco omnium prædictorum manus conueniens ad diuersa opera, quibus conceptiones rationis diuersis artificijs exequatur, vt dicitur decimoquarto de animalibus. Sciendum tamen est quòd duplex est præceptum legis naturæ, quoddam quod ordinatur ad tollendum defectum vnius singularis personę: vel spirituale sicut de actibus virtutum, vel corporale sicut præceptum quod dominus dedit homini. Genes. secundo. De omni ligno quod est in paradiso comede, & cætera. Aliud verò est quod ordinatur ad tollendum defectum totius speciei, sicut hoc quod dicitur Genes primo. Crescite & multiplicamini & replete terram. In hoc enim præcipitur actus generationis quo natura saluatur & multiplicatur. Hoc autem interest inter hęc duo genera præceptorum, quia primum præceptum legis naturę quilibet tenetur singulariter obseruare: sed ad secundum præceptũ non tenetur quilibet singulariter. In his enim quę perti-

1.p.q.91.ar. 3 ad 2. 1.p.q.76.ar 11.5.ad 4.et 12.q.5.ad 1. et veri.q.22. art.7.c.22. q.15.2.ar.2. ad 1.et 4.d. 26.q.1.art. 2.c.et cõtra. 3.c.136.ad primum. Genesis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem ad speciem omnes homines computandi sunt, quasi vnus homo, participatione enim speciei plures homines sunt vnus homo, vt dicit Porphirius. Sicut autem homo vnus habet diuersa membra quibus occupatur in diuersis officijs ordinatis ad tollendum proprium defectum quæ non possunt omnia per vnum membrorum exerceri, sicut oculus videt totum corpus, & pes totum corpus portat: ita oportet esse in his quæ ad totum speciem pertinẽt. Nõ enim sufficeret vnus homo ad exercenda omnia, quibus humana societas indiget. Et ideò diuersis officijs oportet occupari diuersos, vt dicitur ad Romanos duodecimo. Sicut in vno corpore multa membra habemus, &c. Hæc autem diuersificatio hominum in diuersis officijs contingit. Primò ex diuina prouidentia, quæ ita hominum status distribuit, vt nihil vnquam deesse inueniatur de necessarijs ad vitam. Secundò etiam ex causis naturalibus, ex quibus contingit quòd in diuersis hominibus sunt diuersæ inclinationes ad diuersa officia vel ad diuersos modos viuendi. Quia ergo labore manuum aliquis potest subuenire & proprio defectui & alieno, cum non possit vnus homo in omnibus sibi sufficere, sed indiget alieno auxilio: patet quòd præceptum de labore manuum quodammodò sub vtroque genere prædictorum præceptorum continetur. In quantum enim labore manuum vnius subuenitur necessitatibus aliorum sic pertinet ad secundum genus naturalium præceptorum. In quantum autem aliquis per hoc suis necessitatibus subuenit, pertinet ad primum genus, sicut præceptum de comedendo. Præceptum autem quod ordinatur ad tollendum defectum corporalem non obligat nisi defectu existente, vnde si esset aliquis qui posset viuere sine cibo, non obligaretur præcepto de comedendo. Sic ergo præceptum de labore manuum non obligat aliquem singulariter secundum quòd ordinatur ad tollẽdum defectum communem aliquo modo, neque secundũ quòd ordinatur ad tollendum proprium nisi defectu existente, & ideò ille qui habet vnde licitè viuere possit non tenetur manibus operari, qui autem non habet, vnde alias viuat, vel nisi aliquo illicito negocio victum acquirat, tenetur manibus laborare. Et hoc patet per Apostolum in tribus locis, vbi de manuum operatione præceptum dat. Primo ad Ephes. quarto, vbi prohibendo furtum iniungit manuum operationem. Qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret manibus suis. Secundò, primę ad Thessaloni. quarto, vbi præcepit laborem manuum prohibens concupiscentiam rerum alienarum. Operemini in quit manibus vestris, sicut præcipimus vobis, vt honestè ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desideretis. Tertiò, 2. ad Thessalonicenses tertio: vbi præcipit operationem manuum prohibens turpia negotia, quibus aliqui victum quærebant. Audiuimus inquit inter vos quosdam ambulare in quiete nihil operantes, sed curiosè agentes. Glossa, Qui sedà cura sibi necessaria prouident, & subiungit. His autem qui huiusmodi sunt denunciamus & obsecramus in domino Iesu Christo: vt cum silentio operantes panem suum manducent. Sciendum etiam est quòd sicut visus est principalior inter alios sensus, ratione cuius omnes alij sensus nomen visus sortiuntur: vt Augustinus dicit, ita manus quia ad plurima opera necessaria est, dicitur organum organorum in tertio de anima. (Topicorum capite trigesimooctauo.) Et ideò per operationem manualem intelligitur non solum quod manibus fit, sed quocúnque corporali instrumento, & breuiter quodcúnque officium homo agit, de quo licitè possit victum acquirere sub labore manuũ comprehenditur. Non enim videtur rationabile quòd magistri artis mechanicę possint viuere de arte sua, & magistri artium liberalium non possint viuere de arte sua. Similiter & aduocati possunt viuere de patrocinio quod præstant in causis, & similiter est de omnib. alijs licitis occupationibus. Quia ergo præceptum est, sed non omnes obligat, ideo ad vtrasq; rationes respondendum est.

diuersis officijs oportet diuersos occupari. Apostolus.

præceptũ de labore manuum videtur pertinere ad prædicta duo præcepta legis naturæ de quib' supra Arist.

2.p.q.67.ar 2.c.& 12.q. 77.ar.5.ad 3.& 22.q. 167.art.2. ad 1.

ad 1.& 2.

¶AD PRIMVM ergo & ad secundum patet solutio ex dictis quia concedimus laborem manuum esse in præcepto non tamen omnes ad hoc singulariter obligari.

¶Ad tertium dicendum, quòd sicut ex dictis patet Apostolus loquitur in casu illo quã do prætermisso labore manuum de fœdis negotijs sibi victum acquirebant, in quo casu obligabantur ad præceptum seruandum, & ideò digni erant excommunicari.

¶Ad quartum dicendum, quòd verba illa Dei magis sunt prænunciantis pœnam, quàm præcipientis satisfactionem. Vnde præmisit. Maledicta terra in opere tuo spinas & tribulos germinabit tibi, & similiter mulier dixit. In dolore paries filios. Et ideo non sequitur quòd ad laborandum quilibet homo teneatur ex necessitate præcepti, alias sequeretur quòd quilibet teneretur ad agriculturã, de qua dominus ibi facit mentionem.

¶Ad quintum dicendum, quòd vita spiritualis à nullo potest conseruari nisi per actus virtutum, & ideò quilibet obligatur ad seruanda præcepta quæ sunt de actibus virtutum, sed vita spiritualis à multis potest conseruari sine hoc quòd manibus operentur, & ideò quamuis sit generaliter in præcepto, non tamen quilibet ad obseruationem eius tenetur.

¶Ad sextum dicendum, quòd non manducare non est peccatum mortale, nisi quando sine mãducatione vita seruari non potest, tunc enim aliquis non manducando seipsum occideret, & similiter non oportet quòd aliquis peccet non laborando manibus, nisi quando alias vitam seruare non posset nisi illicitis curis, & ideo cum illicitę curę sint modis omnibus fugiendæ, sub eadem distinctione posuit Apostolus non manducare & non operari dicens. Qui non vult operari non manducet.

¶Ad primum aũt eorum quę in contrariũ obijciuntur dicendum, q̃ non prohibet dominus Apostolis omnẽ solicitudinem scilicet de his quę pertinent ad victum corporis, alias ipse loculos nõ habuisset, sed prohibet solicitudine sufficantem, qua mens suffocatur dupliciter. Vno modo vt in rebus temporalibus finem ponat rectæ operationis, & hoc Deus prohibet. Vnde Augustinus dicit in libro de operibus monachorum exponens illud. Nolite solliciti esse, &c. Non vt ista non procurent quantum necessitatis est, quod honestè poterunt, sed vt ista non intueantur, & propter ista faciant quicquid in prædicatione euangelij facere inbentur, & habetur in glossa, primæ ad Thessalonences quarto. Secundò suffocatur mens prædicta solicitudine quando fiduciam de Deo amittit, & hoc dominus prohibere intendit. Vnde dicit Glossa super illud Matthæi sexto. Hoc exemplo non prohibet prouidentiam & laborem, scilicet de auibus & lilijs. Sed sollicitudinem vt tota fiducia nostra sit in Deo per quam & aues sine cura viuunt.

ad cõtraria ad 1.in or.

22.q.55.ar. 6.o.& con tra 3.c.135.

¶Ad secundum dicendum, quòd non omnia quæ sunt in præcepto continentur explicitè in præceptis decalogi. Sed ea possunt reduci cum implicitè in eis contineantur. Et sic præceptum de labore manuum per quem vita corporalis conseruatur, & reducitur ad hoc præceptum. Non occides, sicut etiam præceptum de manducando, vel ad hoc præceptum. Non furtum faciès, quo omne illicitum lucrum, quod per laborem manuum euitatur prohibetur.

ad 2.in or.8 12. q. 100. ar.3.o.et 3. d.37. art.2. q.1.obj.3.o.

¶Ad tertium dicendum quòd in quolibet præcepto duo sunt consideranda, scilicet finis præcepti, & possibilitas obseruandi, quia omnia præcepta cuiuslibet legis sunt ordinata ad aliquod bonum inducendum, vel malum tollendum, nec aliquid impossibile præcipi potest. Vnde dicit Hieronymus. Qui dicit Deum aliquid præcepisse impossibile anathema sit. Si ergo sit tale præceptum quod nullo modo reddi possit impossibile obseruandum, & sine eo finis intentus haberi non possit, obligatio illius præcepti semper manet: sicut est in præceptis de actibus virtutum: quia ad minus actus interiores semper sunt in hominis potestate, & sine eis vita spiritualis conseruari non potest, vt dictum est. Duobus ergo modis præceptum de operatione manuum obligationem amittit. Vno modo quando aliquis redditur impotens ad laborandum propter corporis imbecillitatem. Alio modo quando finem huius præcepti, scilicet conseruationem corporalis vitæ consequi potest sine labore manuum, vt ex dictis patet.

ad 3.i.or.9.

12.q.33.ar. 5 & ad 3.

ad 4.in or. 10.

¶Ad quartum dicendum, quòd ad laborem manuum per se loquendo æqualiter religiosi & seculares tenentur, quod patet ex duobus. Primò ex verbo Apostoli secundæ ad Thessalonicenses tertio, vbi ponit de opere manuum præceptum, dicens: Subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordine, & cætera. Fratres enim omnes Christianos vocat. Non enim tunc temporis aliqui religiosi determinati erant. Secundò patet ex hoc quòd religiosi

ligiosi non tenentur ad alia quàm seculares, nisi ad ea quibus se ex voto obligauerunt, sed per accidens contingit quòd hoc præceptum magis tangit religiosos quã alios: de hoc dupliciter. Primò quia religiosi in paupertate viuunt, vnde facilius potest eis accidere quòd non habeant, vnde viuant, quàm alijs secularibus. Secundò ex statuto regulæ in aliquibus ordinibus. Vnde dicit Hieronimus in Epistola ad rusticum monachum. Aegiptorum monasteria hunc tenent morem, vt nullum absque opere & labore suscipiant, non tam propter victus necessaria, quàm propter animæ salutem, ne vagetur pernicioſis cogitationibus, sicut etiam ad vigilias & alia quibus domatur corpus tenentur quandóque religiosi ex statutis suis ad quæ seculares non tenentur.

ar.14.ad 1. 1.ar.2.o.4. sed cõtra.ei 22.q.10.ar. 4.ad 5.et q. 187.ar.3.o.

¶Ad quintum dicendum, quòd quamuis vsus liberalium artium sit nobilior, non tamen ita est necessarius ad vitam corporis sustentandam.

Hieron.158.

¶Et præterea sub operatione manuum comprehenditur, sicut ex dictis patet, &c.

158

ARTICVLVS XVIII.

CIRCA secundum sic proceditur. Videtur quòd illi qui spiritualibus operibus vacant non excusantur à labore manuum, primæ enim ad Thessalonicenses tertio, super illud. Si quis non vult operari non manducet, dicit Glossa. Augustini. Dicunt quidam de operibus spiritualibus hoc Apostolum præcepisse, & postea subdit. Sed superfluè conantur & sibi & cæteris caliginem obducere, vt quod charitas vtiliter monet non solùm facere nolint, sed nec intelligere, & ita videtur quòd per spiritualia opera à labore manuum non excusentur.

22.q.187.ar 1.c.3.o.

¶Præterea. inter omnia spiritualia maxima sunt oratio lectio, & prædicatio. Sed per ista opera non excusantur aliqui à labore manuali: ergo, & cætera. Probatio mediæ. Augustinus dicit in libro de operibus monachorum.

Aug. oratio uiante 6.

Quid agant qui operari corpore aliter nolunt, scire desidero, & cætera. vacant orationibus inquiunt, & lectionibus & verbo Dei, & postea subdit, sed si ab his amouendi non sumus nec manducandum est necesse præparandum. Si autem ab ista vacare seruos Dei certis interualli temporum infirmitatis necessitas cogit, cur etiam non præceptis Apostolicis obseruandis aliquas partes temporum deputamus?

orationes.

¶Et quantum ad orantes dicit. Citius exauditur vna obedientis oratio quàm decem milia contemnentis. Quantum verò ad psallentes subdit. Cantica diuina cantare etiam manibus operantes facilè possunt & ipsum laborem diuino tanquam celeumatæ consolari. Quantum verò ad legentes subdit. Qui autem dicunt se lectioni vacare, nonne illic inueniunt quod præcepit Apostolus? Quæ est ergo ista peruersitas, lectioni nolle obtemperare, dum vult ei vacare? Quis enim nesciat tãto citius quæcúnque proficere cum bona legit, quantò citius facit quod legit? Quantum verò ad prædicantes subiungit. Si autem alicui sermo est erogandus, & ita se occupat vt manibus operari non vacet, nunquid omnes possunt in monasterio venientibus ad se vel diuinas lectiones exponere: vel de aliquibus disputationibus salubriter disputare? Quando ergo non omnes possunt, cur sub hoc obtentu omnes vacare volunt? Quanquam etsi omnes possent vicissitudine facere deberent, & nõ solum vt cæteri à necessaris actibus occuparentur, sed quia sufficit vt pluribus audientibus vnus loquatur.

Lectiones.

Prædicãtes.

¶Præterea, Clerici maximè operibus spiritualibus occupantur, sed ipsi tenentur ad laborem manuum, ergo & cætera. Probatio mediæ. Distinctione octuagesimaprima dicitur. Clericus victum aut vestitum sibi artificio vel agricultura absque officij sui dumtaxat detrimento præparet. Item in alio capitul. Clericus qui verbo Dei eruditus est, artificio victum quærat. Idem omnes clerici qui ad operandum validi sunt & artificialia & literas discant.

¶Præterea, Religiosi qui omnia reliquerunt maximè operibus spiritualibus vacant. Sed tales tenentur ad manuum laborem, ergo & cætera. Probatio mediæ. Lucæ duodecimo. Vendite quæ possidetis. Glossa. Non tantum cibos vestros communicate pauperibus, sed etiam venditę possessiones vestras: vt omnibus vestris simul pro domino spretis, postea labore manuum operamini: vnde viuatis & eleemosynam faciatis.

¶Præterea. Decretum dicit distinctione vigesimasecunda, quòd ille est hæreticus qui facit contra statutum Ecclesiæ Romanæ. Sed illi qui mendicant non laborantes proprijs manibus faciunt contra statutum Calixti Papæ duodecima quæstione prima. Videntes summi sacerdotes, & cætera: vbi dicitur quòd Ecclesia statuit quòd inter eos qui communi vita degere volunt nullus egens inueniatur: ergo religiosi propter opera spiritualia non excusantur à labore manuum: imò si mendicant sunt hæretici.

Canon.

Canon.

¶Præterea, Ille qui exponit se periculo mortis peccat quasi tentans Deum, sicut si aliquis videret vrsum venientem in furia & deponeret arma quibus posset se defendere tentaret Deum. Sed ille qui relinquit omnia & non laborat manibus: abijcit à se necessaria victus quibus resistitur consumptioni quæ fit in corpore per calorẽ naturalem: ergo talis peccat quasi tentans Deum.

¶Præterea. ad Philippenses tertio dicit Apostolus: Imitatores mei estote fratres. Sed ipse quamuis prædicaret & operibus spiritualibus vacaret nihilominus opere manuum victum quærebat. secundę ad Thessalonicenses tertio. Ipsi scitis quemadmodum & vos oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus apud vos neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore & fatigatione nocte ac die operantes, ne quem vestrum grauaremus, ergo, &c.

¶Præterea. Genesis vigesimotertio super illud. Confirmatus est ager & cætera. dicit Glossa quòd perfectus prædicator animam suam abscondit sub bonę operationis & contemplationis regimine, ita & illi qui operibus spiritualibus insistunt per contemplationem debent etiã operibus exterioribus vacare per actionem, & sic opera spiritualia non excusant à labore manuum.

¶SED CONTRA. Lucæ nono. Sine vt mortui sepeliant mortuos suos, dicit Glossa. Dominus docet minora bona pro maioribus esse dimittenda, sed opera spiritualia sunt maiora bona quàm opera manualia: ergo debet hæc prętermittere propter illa.

¶Præterea, Opera pietatis sunt potiora quàm exercitia corporalia. primæ ad Thimotheum quarto. Corporalis exercitatio ad modicum vtilis est, pietas autem ad omnia valet. Sed opera misericordię & pietatis sunt dimittenda, vt vacetur prædicationi. Actuum sexto. Non est æquum nos relinquere verbum Dei, & cætera. Lucę nono. Sine mortuos sepelire mortuos suos: tu autem vade & annuntia regnum Dei: ergo multò fortiùs propter prædicationem & alia opera spiritualia est dimittendum opus manuale, & alia quæ ad exercitationem pertinent corporalem.

¶Præterea, Secundę ad Thimotheum secundo. Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus, Glossa. Illa sunt secularia negotia quibus animus occupatur colligendę pecuniæ cura. Sed qui operantur manibus habent curam de colligenda pecunia: ergo implicantur negotijs secularibus. Et ita illi qui militant Deo in spiritualibus operibus, non debent operibus manuum occupari.

ar.157.2.& ad 9.& 10.

¶RESPONDEO dicendum, quòd veritas huius quæstionis apparet ex his quę in superiori quæstione sunt dicta. Dicendum est enim supra, quòd illi tantum obligantur ad conseruationem huius præcepti, scilicet de opere manuum qui non habent alias vnde licitè viuere possint, & ideò qui spiritualia opera exercent, & possunt aliàs licitè viuere quàm de labore manuum, non tenentur manibus laborare. Vnde distinguendum videtur de operibus spiritualibus. Sunt enim quędam bona spiritualia quę in bonum commune cedunt, quędam verò quę ad singularem profectum facientis pertinent. Eis autem qui spiritualibus operibus occupantur ad vtilitatem communem pertinentibus debet prouideri de his, quorum vtilitati deseruiunt, quod patet per auctoritatem primę ad Corinthios nono. Si nos vobis spiritualia seminamus, non est magnum si carnalia vestra metamus. Hoc etiam patet per rationem: quia vtilitas spiritualis prefertur corporali.

¶Eis autem qui vtilitati communi seruiunt in temporalibus debetur sustentatio ex proprio labore quo vtilitati communi deseruiunt: sicut patet de militibus qui pro pace Reipublicæ militant. Vnde primæ Corinthi. nono.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quis militat suis stipendijs vnquam. Vnde multo magis qui in spiritualibus bonum promouent in tali minister 10 sustentari possunt, & sic non tenentur manibus laborare. Suot autem quatuor opera spiritualia quibus communis vtilitas promouetur, & ex hoc eis stipendia debentur. Primum est occupatio in iudicijs ecclesiasticis exequendis. Dicitur enim ad Romanos decimotertio. De potestate seculari quæ iudicium seculare exerceat, Ideò & tributa præstatis, scilicet iudicibus, ministri enim Dei sunt in hoc ipsum seruientes vobis. Et propter hoc Aug. dicit in libro de operibus monachorum, quòd debent manuum operibus insistere illi duntaxat qui ab ecclesiasticis occupationibus vacant, vnde & se excusat à labore manuum propter iudicia ecclesiastica quibus occupabatur, dicens: Quanquam dicere possumus quis militat suis stipendijs vnquam, & cætera, tamen dominum nostrum Iesum Christum testem inuoco super animam meam, quoniam quantum ad meum attinet commodum, multo mallem per singulos dies certis horis quantum in bene moderatis monasterijs constitutum est, aliquid operari manibus & certas horas habere ad orandum & legendum, aut aliquid de diuinis literis agendum libros, quam tumultuosissimas perplexitates aliarum causarum pati de negotijs sæcularibus vel iudicando dirimendis, vel interueniendo præcipiendis, secundum opus spirituale quod in bonum commune redundat est opus prædicationis, quo fructus animarum in populo procreatur. Et ideò vt dicitur primæ ad Corinthios nono. Dominus ordinauit his qui euangelium annunciant de euangelio viuere debent, nec debet hoc referri tantùm ad illos qui habẽt autoritatem prædicandi, sicut sunt prælati, sed etiam ad eos qui qualitercunque licitè prædicant ex commissione prælatorum: quia stipendia non debentur potestati, sed operi & labori, vt dicitur secundæ ad Thimotheũ secundo. Laborantem agricolum oportet primum de fructibus percipere. Glossa, scilicet prædicatorem qui in agro ecclesiæ lectione verbi excolit corda auditorum, nec tantùm illi qui prædicant possunt de euangelio viuere, sed etiam illi qui eis ministrant ad hoc officium cooperantes, quod patet ad Romanos decimoquinto. Si spiritualium participes facti sunt gentiles, debent etiam in carnalibus ministrare eis. Glossa, eorum scilicet indæorum, qui miserunt prædicatores ab hierosolymis. Vnde etiam illi qui prædicatores mittunt possunt de fructu euangelij viuere. Tertium opus spirituale quod cedit in bonum commune sunt orationes, quæ fiunt in horis canonicis ad salutem ecclesiæ, vt auertatur ira Dei à populo.

Ezechielis decimotertio. Non opposuistis vos murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die domini. Glossa, præcibus dimicantes, & diuinæ sententiæ resistentes, & ideò dicitur primæ ad Corint. 9. quod qui altario deseruiunt cum altario participantur. Et de his duobus operibus dicit Augustinus in libro de operibus monachorum. Si Euangelistæ sunt fateor habent potestatem, scilicet viuendi de sumptibus fidelium, quia de hoc loquitur. Si ministri altaris dispensatores sacramentorum sunt. Vnde sibi istam non arrogant, sed vendicant potestatem. Quartum opus spirituale quod redundat in bonum commune est elucidatio sacræ scripturæ. Qui enim elucidationi sacræ scripturæ vacant ad alios instruendum, possunt de hoc opere spirituali viuere, primę ad Thimotheum quinto. Qui bene præsunt presbyteri duplici honore digni habeantur, maximè autem qui laborant in verbo & doctrina, glossa. Vt eis spiritualiter obediant & exteriora ministrent. Qui laborant in verbo. Glossa. in exhortatione scientium, & doctrina nescientium. Et hoc etiam planiùs dicit Hieronymus ad Vigilantium. Hæc in iudæa vsque hodie perseuerat consuetudo, non solùm apud nos sed etiam apud Hebræos, vt qui in lege domini meditantur die ac nocte, & partem non habent in terra nisi solùm Deum synagogarum totius orbis foueantur ministerijs. Patet ergo quòd illi qui prædictis operibus spiritualibus vacant non tenentur manibus laborare. De his autem qui vacant spiritualibus quæ non dicuntur in bonum commune redundant, sed in bonum facientis, sicut sunt orationes priuatæ, ieiunia, & huiusmodi, distinguendum est, quia aut illi qui in religione istis operibus occupantur habent in sæculo vnde viuerent sine labore manuum aut non. Si sic, tales cùm ad religionem veniunt, non tenentur manibus laborare: Vnde Augustinus in libro de operibus monachorum. Si habebant aliquid in hoc sæculo: quo facile sine opificio sustentarent vitam suam, quod conuersi ad Deum indigentibus dispartiti sunt, & credenda eorum infirmitas & ferenda: Solent enim tales langui diùs educati laborem corporalem sustinere non posse. Si autem in sæculo opifices fuerunt de labore manuum viuentes, tunc ex duplici causa venientes ad religionem possunt laborem manuum intermittere, vno modo ex pigritia operandi volentes in ocio viuere, & tales peccant. Et hoc est quod dicit Augustinus in prædicto libro. Plerumque veniunt ad professionem seruitutis Dei & ex professione seruili & vita rusticana, & ex opificum exercitatione & plebeio labore, & postea subdit. Tales ergo secundum quòd minus operantur de infirmitate corporis excusari non possunt. Præterieę quippe vitę consuetudine, conuincuntur, & interponit.

¶Non enim apparet vtrùm ex proposito seruitutis Dei venerint, an vitam inopem & laboriosam fugientes. Alio modo interimit aliquis opus manuale ex intentione diuini amoris, quo ad opus contemplationis quasi continuè eleuantur, tales cum spiritu Dei aguntur non peccant, quia vbi spiritus domini ibi libertas. Vnde Gregorius dicit super Ezechielem. Contemplatiua vita est charitatem Dei & proximi toto corde retinere ab exteriori actione quiescere, soli desiderio conditoris inhærere, vt nihil iam agere libeat. Et hoc idem habetur quadam Glossa. Genesis vigesimotertio. Confirmatus est ager, & cætera. Contemplatiua vita à cunctis actionibus funditùs diuidit. Et hoc est quod habetur Matthæi sexto. in glossa super illud Considerate volatilia cœli, & cætera. Sancti viri auibus comparantur, quia cœlum petunt, & quidem ita remoti sunt à mundo vt iam in terris nihil agant, nihil laborent, sed sola contemplatione iam in cœlo degunt.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd glossa illa sumitur ab Augustino in libro de operibus monachorum qui librum illum scripsit contra quosdam monachos qui dicebant quòd non licebat seruis Dei manibus laborare. Et hoc quòd dicit Apostolus qui non vult operari non manducet, exponebant de opere spirituali. quam expositionem Augustinus in libro illo multipliciter improbat. Vnde dicendum est quòd illud Apostoli. Qui non vult operari non manducet, & cætera, de opere manuali intelligitur, non tamen sequitur quòd ad huiusmodi impletionem præcepti non teneantur, ipse enim non tenebatur: vnde præmisit, non quasi non habuerimus potestatem, scilicet sumptus accipiendi & viuendi sine labore manuum. Vnde patet quòd Glossa illa non est ad propositum.

¶Ad secundum dicendum, quòd in omnibus operibus quæ tangit obiectio distinguendum est, quia vel possunt esse quasi publica opera vel priuata. Loquitur autem Augustinus de illis operibus spiritualibus secundum quòd sunt opera priuata. Intelligit enim de orationibus & canticis priuatis, non de his quę in ecclesia solemniter celebrantur, quòd patet ex hoc quòd dicit possunt simul qui manibus operantur diuina cantica cantare, quod non esset conueniens si de horis canonicis intelligeretur. Similiter quod dicit de lectionibus loquitur de illis qui vacant lectioni ad consolationem propriam tantùm, sicut in monasterijs monachi faciunt, non autem de illis quorum vita studio scripturarum deputatur ad suam & aliorum institutionem. Non est enim dubium quòd per laborem manuum studium impediretur. Similiter quod dicit de prædicatione intelligendum est de illis qui non publicè prædicant, sed aliqua verba ædificatoria hominibus ad se venientibus loquuntur sicut sancti patres in hæremo satisfacere consueuerunt. Et hoc patet ex ipsis verbis supra inductis, vnde etiam dicit. Si sermo erogandus est, & cætera: quia vt dicit Glossa primæ Corinthiorum secundo super illud. Sermo meus & prædicatio mea, sermo est qui priuatim fiebat, sed prædicatio quæ fiebat in communi.

¶Ad tertium dicendum, quòd decretum loquitur de illis clericis quibus non sufficiunt oblationes & eleemosinæ quæ eis à fidelibus fiunt, vel Ecclesiæ facultates. Eadem enim ratio est de illis qui viuunt de facultatibus Ecclesię, & de illis qui viuunt particulariter de eleemosinis, quia facultates Ecclesiæ eleemosinę sunt, & ad sustentationem pauperum

pauperum dantur. Vnde dicit Glossa super illud Isaię tertio. Et rapina pauperis in domo vestra. In domibus principum rapina pauperum est, dum Ecclesiæ opes sibi thesaurizant & in delitijs abutuntur, quæ ad sustentationem pauperum dantur. Et de hoc habetur duodecima quæstione prima, propter quod etiam dicitur, tertia quæstione secunda. Sacerdos. Quod sacerdos cui dispensationis cura commissa est, cum laude pietatis accipit à populo dispensanda, & fideliter dispensat accepta, quia omnia sua aut reliquit parentibus, aut distribuit pauperibus aut Ecclesiæ rebus adiunxit: & se in numero pauperum paupertatis amore constituit: vt vnde pauperibus subministrat inde & ipse tanquam pauper voluntarius viuat. Et sic patet quòd clerici qui de Ecclesiæ rebus viuunt eandem rationem vtendi eis habent sicut illi qui facultatibus carentes de eleemosinis sibi datis viuunt.

¶Ad quartum dicendum, quòd Glossa illa non imponit necessitatem his qui sua relinquunt, vt manibus operentur: sed ostendit quoddam bonum quod facere possunt in qua relinquunt, vt scilicet ex manuum labore acquirant: vnde sibi prouideant & eleemosinas alijs faciant, nec tamen per hoc excluditur quin etiam bene faciant si manibus non laborantes spiritualibus eleemosinis vacẽtiquę sunt corporalibus potiores.

¶Ad quintum dicendum, quòd illius rationis prima falsa est. Non enim qui facit contra statutum Papæ est hæreticus: nisi fortè credat Papæ non esse obediendum vnde in capitul. inducto dicitur. Qui Romanæ Ecclesiæ priuilegium ab ipso summo omnium Ecclesiarum capite traditum auferre conantur: proculdubiò in hæresim labuntur, priuilegium autem prædictum confitit in hoc quòd ei debet ab omnibus Christianis obediri. Similiter etiam minor est falsa. Non enim est contra statutum Ecclesiæ quòd aliquis mendicet: vel se in statu egestatis ponat: sed hoc est contra statutum Ecclesiæ: si ab eis qui facultates Ecclesiæ possident eorum necessitatibus non prouidetur. Vnde hæc sunt verba capituli inducti, ex quibus scilicet rebus Ecclesiæ Episcopi & dispensatores earum omnibus communi vita degere volentibus ministrare cuncta necessaria debent: prout melius poterunt: vt nemo in eis egens inueniatur.

¶Ad sextum dicendum, quòd illi qui relinquunt omnia nihil sibi reseruantes: nec manibus operantes non propter hoc discrimini se exponunt, quia deuotio fidelium tanta probabiliter æstimatur & experimento discitur, quòd eis in necessarijs prouidet. Nec etiam tentat Deum quia ipse promisit mouendo corda aliorum eis in necessitatibus prouidere, vt patet Matthæi sexto. Et quædam Gloss. dicit Lucæ octauo. Tanta prædicatori debet esse fiducia in Deo, vt præsentis vitæ sumptus & si non prouideat, sibi tamen non de futura certissimè sciat: ne dum occupatur mens ad temporalia: minus prædicet æterna. Similiter si aliquis esset inter armatos qui defenderent & aliqua causa arma deponeret, non tentaret Deum. Si autem esset solus: videretur tentare Deum, nisi fortè interiori inspiratione securus esset de diuino auxilio, sicut beatus Martinus dixit. Ego signo crucis non clipeo protectus aut galea hostium cuneos penetrabo securus. Similiter videretur esse Dei tentatio si aliquis inter fideles vel homines inhospitales de necessarijs victus sibi non prouideret. Vnde dicit gloss Lucæ vigesimosecundo super illud. Qui habet sacculum tollat, & cætera. In hoc nobis datur exemplum, vt nonnunquam causa instante quædam de nostri propositi rigore sine culpa intermittere possimus: verbi gratia. Si per inhospitales regiones iter agimus plura viatica licet portare quàm domi habeamus, & tamen in deserto aliqui sine labore manuum sustentari sunt pane diuinitùs misso, vt in vitis patrum legitur. Sed priuilegia paucorum non faciunt legem communem.

¶Ad septimum dicendum, quòd hoc quòd Apostolus laborauit cùm posset de Euangelio viuere, fuit supererogationis, vt patet primæ ad Corinthios nono. Et ideò alij prædicatores non tenentur eum in hoc imitari. Sciendum tamen quòd prædicator aliquando bene faceret non accipiendo sumptus ab his quibus prædicat, sed de labore manuũ viuendo: in casibus scilicet illis in quibus Apostolus laborabat, scilicet ne scandalizaret eos quibus prędicabat: qui propter auaritiam dare sumptus grauabantur: & hanc causam ponit secundæ ad Thessalonicenses tertio, Nocte ac die laborantes ne quem vestrum grauaremus. Item vt suo exemplo alij ab ocio traherentur, vnde ibidem subdit non quasi nos non habuerimus potestatem: sed vt nosmetipsos formam daremus vobis ad imitandum nos. Item ad reprimendum rapacitatẽ pseudo Apostolorum. Vnde dicit. primæ ad Corinthios vndecimo. Quod autem facio & faciam vt amputem occasionem eorum qui volunt occasionem vt in quo gloriantur tales inueniantur sicut & nos. Aliquando autem malefacerent prædicatores si laboribus manuum se implicarent, si scilicet per laborem à prædicatione retraherentur. Vnde dicit Glossa Lucæ decimooctauo. Cauendum est prædicatori: ne dum occupatur mens ad temporalia minus prædicet æterna. Ideò dicit Augustinus in suprà dicto libro. Quod Apostolus dum esset Athenis, vbi oportebat eum quotidie prædicare, non operabatur manibus, quod postea fecit veniens Corinthum, vbi Iudæis prædicabat solo die sabbati. Prædicatoribus enim non solùm necessarium est vt habeant tempus liberum ab occupationibus in quo prædicent, sed etiam in quo studeant, cùm non habeant scientiam ex infusione sicut Apostoli, sed continuo studio. Vnde dicit Gregorius in Pastorali exponens illud Exodi vigesimoquinto. Vectes semper erunt in circulis, & cætera. Vectes inquit semper erunt in circulis: quia nimirum necesse est vt qui ad officium prædicationis exeusabant, à sacræ lectionis studio non recedant.

¶Ad octauum dicendum, quòd per actionem intelligitur ibi non solùm opus manuale, sed omnia quæ ad actiuam vitam pertinent. Sollicitudo autem quæ exhibetur à prædicatoribus circa eos qui prædicant ad actiuam vitam pertinet.

¶Rationes in contrarium concedo, tamen vltima inducitur præter intentionem. Glossa enim dicit secularis negotia esse quæ fiunt causa pecuniæ colligendæ sine opere manuali, vt per mercationem & huiusmodi, à quibus se debent serui Dei penitus abstinere. *ad rationes in contrarium.*

¶Finit quodlibet septimum

INCIPIT QVODlibet Octauum Sancti Thomæ.

QVAESTIO I.



VAESTIO nostra circa triã versatur. Primò circa ea quæ pertinent ad naturam. Secundò, circa ea quæ pertinent ad culpam & gratiam. Tertiò, circa ea quæ pertinent ad pœnam vel gloriam.

¶Circa primum quærebatur. Primò de pertinentibus ad naturam creatam. Secundò de pertinentibus ad naturam increatam. Circa naturam increatam duo quærebantur.

¶Primò, an senarius numerus secundum quem omnes creaturæ dicuntur esse perfectæ, sit creator vel creatura.

¶Secundò de rationibus idealibus: quæ sunt in mente diuina: vtrùm per prius respiciunt exemplata scilicet creaturas ratione suæ singularitatis: vel ratione naturæ specificæ.

ARTICVLVS I.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd senarius prædictus sit creator. Remota enim omni creatura perfectio non remanet nisi in creatore: sed remota omni creatura facta in operibus sex dierum remanet perfectio in numero senario. Vnde Augustinus quarto super Genesin ad literam. Itaque si ista non essent scilicet opera sex dierum perfectus ille scilicet senarius. Nisi autem ille perfectus esset, ista secundum eum perfecta non fierent: ergo senarius numerus est creator. *1.p.q.44. ar.3.o. vide ar.70. et 1.p.q.35. ar.1.ad 3.*

¶Sed dicebat quòd Augustinus loquitur de senario quãdam ad ideam senarij quæ est in mente diuina. Contrà. Sicut remotis omnibus creaturis remanet perfectio in idea senarij numeri, ita remanet idea lapidis in mente diuina: ergo in hoc non haberet senarius numerus aliquam præeminentiam ad lapidem, quod tamen videtur esse contra

Universidad de Deusto
Biblioteca

intentionem Augustini.

¶ Præterea, Illud quod est permanentius omni creatura non est creatum, sed creator. Senarius autem numerus est permanentior cælo & terra, quę tamen videntur esse permanentissime creaturæ, vnde Augustinus dicit, quarto super genesi ad literam. Facilius est cœlum & terram transire quę secundum senarium numerum fabricata sunt, quã effici posse vt senarius numerus non suis partibus cõpleatur: ergo senarius non est creatura sed creator.

¶ CONTRA. Creatoris perfectio non consistit ex partibus: nec est in eo aliquid habens partes. Sed sicut dicit Aug. in eodem libro. Inuenimus senarium numerum esse perfectum: ea ratione quod suis partibus compleatur: ergo senarius numerus non est creator sed creatura.

Poten. q. 5. ar. 9. ad 16. & opus 55.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd secundum Auicennam in sua Methaphysica triplex est alicuius naturæ consideratio. Vna prout consideratur secundũ esse quod habet in singularibus: sicut natura lapidis in hoc lapide, & illo lapide. Alia verò est consideratio alicuius naturæ secundum esse suum intelligibile: sicut natura lapidis consideratur prout est in intellectu. Tertia verò est cõsideratio naturæ absoluta prout abstrahit ab vtroque esse: secundum quam considerationem consideratur natura lapidis vel cuiuscũque alterius: quantum ad ea tantùm quæ per se competunt tali naturæ. Harum quidem trium considerationum duæ semper vniformiter eundem ordinem seruant. Prior enim est consideratio alicuius naturæ absolutæ, quàm consideratio eius secundum esse quod habet in singularibus. Sed tertia consideratio naturę quę est secundum esse, quod habet in intellectu, non semper habet eundem ordinem ad alias considerationes. Consideratio enim naturę secundũ esse quod habet in intellectu quia accipit à rebus sequitur vtramq; aliarũ cõsiderationum.

Natura multipliciter consideratur et ad secundũ esse vnius. prius quam secundũ esse particulare etc.

Hoc enim ordine scibile præcedit scientiam, & sensibile sensum, sicut & mouens motum, & causa causatum. Sed consideratio naturæ secundum esse quod habet in intellectu causante rem præcedit alias duas cõsiderationes. Cùm enim intellectus artificis adinuenit aliquam formam artificiati in se considerata est posterior intellectu artificis, & per consequens etiam archa sensibilis quæ talem formam vel per speciem habet. Sicut autem se habet intellectus artificis ad artificiata, ita habet intellectus diuinus ad omnes creaturas. Vnde vniuscuiúsque naturæ causatę prima consideratio est secundum quòd est in intellectu diuino. Secunda verò consideratio est ipsius naturæ absolutę. Tertia secundũ quòd habet esse in rebus ipsis vel in mente angelica. Quarta secundum esse quod habet in intellectu nostro. Et ideò Dionysius dicit duodecimo capite de diuin. nomi. hunc ordinem assignans, quòd primo inter omnia est ipse substantificator rerum Deus, postea verò ipsa dona Dei quæ creaturis exhibentur, & vniuersaliter & particulariter considerata, vt per se pulchritudinem per se vitam quam dicit esse donum ex Deo prouenientes, id est ipsam naturam viæ, deinde ipsa participantia vniuersaliter & particulariter considerata, quæ sunt res in quibus natura esse habet. In his ergo illud quod est prius semper est ratio posterioris, & remoto posteriori remaner prius, non autẽ econuerso. Et inde est quòd hoc quod competit naturæ secundum absolutam considerationem est ratio quare competat naturæ alicui secundũ esse quod habet in singulari & non econuersò. Ideò enim fortes est rationalis quia homo est rationalis & non econuersò. Vnde dato quod fortes & Plato non essent adhuc humanæ naturæ rationalitas cõpeteret. Similiter etiam intellectus diuinus est ratio naturæ absolutę considerate & in singularibus, & ipsa natura absolutę considerata & in singularibus est ratio intellectus humani & quodammodò mensura ipsius. Possunt ergo verba Augustini intelligi de senario dupliciter. Vno modo vt per senarium numerum intelligatur ipsa natura senarij absolutè, cui primo & per se competit perfectio, quæ quidem est ratio perfectionis eorum quæ senarium participant. Vnde remotis omnibus quæ senatio proficiuntur, adhuc perfectio naturæ senarij competit, & hoc modo senarius nominat naturam creatam. Alio modo potest intelligi senarius secundum esse quod habet in intellectu diuino, & sic eius perfectio est ratio perfectionis in creaturis inuentę, quæ secundum senarium sunt conditę quibus etiam remotis in prædicto senario perfectio remaneret. Sic autem senarius non erit creatura, sed ratio creaturæ in creatore, quæ est Idea senarij, & est idem secundum rem quod diuina essentia, ratione tantum differens.

Aretę vel virtutes nõ existente homine adhuc est rationalis.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd remotis omnibus creaturis quę sunt factę in senario dierum non dicitur quòd perfectio remaneat in senario numero quasi senarius numerus aliquod esse habeat in rerum natura, nulla creatura existente. Sed quia remoto omni esse creato remanet absoluta consideratio naturę senarij, prout abstrahie à quolibet esse, & sic attribuitur sibi perfectio, sicut remotis omnibus singularibus hominibus adhuc remaneret rationalitas attribuibilis humanæ naturæ.

¶ Ad secundum dicendum, quòd sicut in rebus creatis quędam sunt magis communes, & quædam magis contractę. Ita etiam rationes rerum in Deo magis cõmunium ad plura se extendunt, minus verò cõmuniũ ad pauciora. Et quia vnitas & multitudo sunt omnibus rebus creatis communia, ideò etiam ratio idealis numeri ad omnes creaturas se extendit. Vnde dicit Boetius in principio Arithmeticę. Omnia quęcũque à primeua rerũ natura constituta sunt numerorum specie videntur esse formata. Hoc enim fuit principale in animo conditoris. Exemplar autem lapidis aut idea non se extendit ad omnes creaturas, & ideò si senarius accipiatur pro idea senarij quantum adhoc adhuc senarius erit eminentior lapide, idest, quàm idea lapidis prout scilicet ad plura se extendit, & iterum perfectio competit senario secundum naturam senarij, non autem lapidis.

¶ Ad tertium dicendum, quòd non est intentio Augustini dicere, quòd si cœlum & terra transeant, & cętere creaturę quod senarius remaneret secundum aliquod esse creatum, sed quia si omnes creaturę ab esse deficerent, remaneret adhuc natura senarij prout abstrahit à quolibet esse huiusmodi, quod eius perfectioni competit sicut etiam à natura humana manebit talis quòd ei competeret rationalitas.

¶ Ad illud verò quod in contrarium obijcitur dicendum, quòd quamuis in Deo non posit esse aliquid habens partes, tamen potest esse in eo ratio rei habentis partes, & sic est in eo ratio senarij ex partibus constituti, & ratio suarum partium.

ARTICVLVS II.

verit. q. 3. ar. 1. & 8.

CIRCA secundum sic proceditur. Videtur quòd ideę quæ sunt in mente diuina per prius respiciant res quãtum ad naturam singularem, quàm quantum ad naturam speciei: quia vt Augu. dicit in lib. 83. q. Ideę sunt quędam formę vel rationes rerum stabiles, quę in diuina intelligẽtia continentur, & cum ipse neque oriantur neque intereant, secundum eas tamen formari dicitur omne quod oriri vel interire potest, & omne quod oritur vel interit solùm singulare est, id est, quod generatur & corrũpitur: ergo ideę per prius respiciunt singulare.

¶ SED CONTRA. Cùm ideę sint formę exemplares requiritur ad rationem ideę assimilatio ideati ad ipsam. Sed idearum, id est, res creata magis assimilatur diuino exẽplari secundum formam, à qua est ratio speciei, quàm secundum materiam quę est indiuiduationis principium: ergo ideæ per prius.

verit. q. 3. ar. tic. 2.

¶ RESPONDEO dicendum, q̃ cum in mente diuina sint omnium creaturarũ formę exẽplares quę ideę dicuntur, sicut in mente artificis formę artificiatorũ, hoc tamen interest inter formas exẽplares quæ sunt in mente diuina & in mente artificis creati, q̃ creatus artifex agit ex præsuppposita materia. Vnde formę exẽplares quę sunt in mẽte eius, non sunt factiuę materię quę est indiuiduationis principium, sed solius formę, à qua species est artificiati, & ideò huius formę exẽplares non respiciũt directè artificiatum quantũ ad indiuiduũ, sed quantum ad speciẽ solũ formę aũt exẽplares intellectus diuini sunt factiuè totius rei, & quantũ ad formã & quãtũ ad materiã, & ideò respiciunt creaturã, non solũ quantũ ad naturã speciei, sed etiã quantũ ad singularitatẽ indiuidui, per prius tamẽ quantũ ad naturã speciei, quod ex hoc patet. Exẽplar enim est ad cuius imitationẽ fit aliquid. Vnde ad rationẽ exẽplaris requiritur q̃ ipsa assimilatio operis ad exẽplar sit intẽta ab agẽte alias talis assimilatio casu accideret: & nõ secundũ viã exẽplaritatis. Sic ergo in ratione exẽplaris includitur intentio agẽtis. Ad hoc ergo per prius exẽplar respicit q̃ agens

agens primò intẽdit in opere. Agens autem quilibet principaliter intendit in opere id quod perfectiũs est: natura autem speciei est perfectissimum in vnoquòque indiuiduo per seipsam enim duplex imperfectio pertingitur, imperfectio scilicet materiæ quæ est singularitatis principium, quæ cùm sit in potentia ad formam speciei perficitur, quando naturam speciei consequitur: & iterum imperfectio formæ generalis, quæ se habet ad differentias specificas in potentia, vt materia ad formam: vnde species specialissima est primò in intentione naturæ: vt patet per Auic. in principio suæ met. Non enim natura intẽdit principaliter generare Sortem, alias destructo forte ordo & intẽtio naturæ periret. Intendit autẽ in forte generare hominẽ. Similiter nõ intẽdit principaliter generare animal: alioquin quiesceret eius actio, quando ad naturam animalis perduxisset: cùm tamen in indiuiduo generato priùs compleatur natura animalis quã hominis: vt patet in 16. de animalibus. Non autem priùs est homo quam hic homo. Vnde exemplar quod est in mente diuina primò natura speciei respicit in qualibet creatura.

1. p. q. 85. ar. 1. ad 3. et 4. & 9. 98. arti. 1. c. & verit. q. 3. ar. 8. c. & pa. q. 10. art. 2. ad 12. & anima. artic. 8.

¶ AD PRIMVM ergo dicẽdum, quòd id quod est primum in intentione est vltimum in executione. Vnde quãuis natura primò intendat generare hominem: per priùs tamen generare hic homo. Non enim homo generatur nisi per hoc q̃ hic homo generatur: & propter hoc etiam in diffinitione ideæ dicitur, quòd secundum eas oritur omne quod oritur quantùm ad viam executionis in qua singularia sunt primum. Secundum quòd in contrarium obiicitur conceditur.

QVAESTIO II.

DEINDE quæritur de his quæ pertinent ad naturam creatam. Et primò de his quæ pertinent ad animam humanam. Secũdò de his quæ pertinent ad corpus. Circa primum quæruntur duo. Primò, vtrùm anima accipiat species quibus cognoscit à rebus quæ sunt extra eam. Secundò quomodò charitas vel quilibet alius habitus à non habente cognoscatur.

ARTICVLVS III.

1. p. q. 84. ar. 3. & 4. 6. ver. q. 10. ar. 6. 2. dis. 3. q. 2. ar. 1. & ad 2.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd anima non accipiat species à rebus quæ sunt extra eam. Dicit enim Aug. 12. super Gene. Imaginem corporis non corpus in spiritu, sed ipse spiritus in seipso fecit celeritate mirabili: non autem eam in seipso faceret si à rebus exterioribus eam acciperet: ergo alia nõ accipit à rebus species quibus cognoscit.

¶ Præterea, Eius solius est dimensionem à re dimensionata abstrahere, cuius est dimensionem corporibus dare quod est solius creatoris. Sed ad hoc quòd species à rebus accipiatur in anima, oportet quod ab ipsa specie dimensiones separentur: quia in rebus extra animam habent esse dimensionale, non autem in anima, maximè quantùm ad intellectum. Ergo anima non potest accipere species à rebus sensibilibus.

¶ In contrarium videtur esse tota philosophorum doctrina quę sensum à sensibilibus, imaginationem à sensu, intellectum à fantasmatibus accipere facetur.

art. 6. c. & ar. 163. ad 3.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd anima humana similitudines rerum quibus cognoscit accipit à rebus illo modo accipiẽdi, quo patiens accipit ab agente, quod non est intelligendum quasi agens influat in patiens eandem numero speciem quam habet in seipso: sed generat sui similem educendo de potentia in actum: & per hunc modum dicitur species coloris deferri à corpore colorato ad visum. Sed in agentibus & patientibus distinguendum est. Est enim quoddam agens quod de se sufficiens est ad inducendum formam suam in patiens, sicut ignis de se sufficit ad calefaciendum. Quoddam verò agens est quod nõ sufficit de se ad inducendam formam suam in patiens, nisi superueniat aliud agens, sicut calor ignis non sufficit ad complendum actionem nutritionis, nisi per virtutem animæ nutritiuæ: vnde virtus animæ nutritiuæ est principaliter agens, calor verò igneus instrumentaliter. Similiter etiam est diuersitas ex parte patientium. Quoddam enim est patiens, quod in nullo cooperatur agẽti, sicut lapis cũ sursum proiicitur, vel lignũ cùm ex eo fit scamnũ. Quoddam verò patiens est, quòd cooperatur agenti, sicut lapis cùm deorsum proiicitur: & corpus hominis cùm sanatur per artem: & secundum hoc res quæ sunt extra animã tripliciter se habent ad diuersas animæ potentias: ad sensus

art. 123. c.

1. p. q. 115. ar. 1. ad 5. et q. 118. ar. 1. ad 3. et pot. q. 3. ar. 8. ad 11. & ar. 9. ad 5. et 2. ad nonum.

enim exteriores se habent, sicut agentia sufficientia, quibus patientia non cooperantur, sed recipiunt tantùm: q̃ autem color per se non possit mouere visum nisi lux superueniat, non est contra hoc quod dictum est: quia tam color quàm lux inter ea quæ sunt extra animam computantur. Sensus autem exteriores suscipiunt tantùm à rebus per modum patiendi, sine hoc quòd aliquid cooperentur ad sui formationem: quãuis iam formati habeant propriam operationem, quæ est iudicium de propriis obiectis, sed ad imaginationem res quæ sunt extra animã comparantur vt agentia sufficientia. Actio enim rei sensibilis non sistit in sensu, sed vlteriùs pertingit vsq; ad fantasiam siue imaginationem: tamen imaginatio est patiens quod cooperatur agenti. Ipsa enim imaginatio formas sibi aliquarum rerum similitudines quas nunquã sensu percipit: his tamen quę sensu recipiuntur componendo ea & diuidendo, sicut imaginamur montes aureos, quos nunquam vidimus ex hoc quòd vidimus aurum & montes. Sed ad intellectum possibilem comparantur res sicut agentia & insufficientia. Actio enim ipsarum rerum sensibilium nec etiam in imaginatione sistit, sed fantasmata vlteriùs mouent intellectum possibilem, non autem ad hoc quòd ex seipsis sufficiant, cùm sint in potentia intelligibilia: intellectus autem non mouetur nisi ab intelligibili in actu. Vnde oportet quòd superueniat actio intellectus agentis, cuius illustratione fantasmata fiunt intelligibilia in actu sicut il lustratione lucis corporalis fiunt colores visibiles actu: & sic patet quòd intellectus agens est principale agens quod agit rerum similitudines in intellectu possibili: fantasmata autem quæ à rebus exterioribus accipiuntur sunt quasi agentia instrumentalia: intellectus enim possibilis comparatur ad res quarum notitiam recipit. Sicut patiens quod cooperatur agenti. Multò enim magis potest intellectus formare quidditatem rei quę non cecidit sub sensu, quàm imaginatio.

2. p. q. 78. ar. tic. 4. ad 2. fin.

ad 1. huius & art. 101 ad 2. 2. p. q. 78. ar. 4. c. et q. 84. ar. 6. ad 2. & veri. q. 8. ar. 11. 5. & 9. c.

Intellectus agens ad quid est necessarius.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd si verbum Augustini referatur ad intellectum, sic planum est quòd res non faciunt sui similitudinem in intellectu possibili principaliter, sed intellectus agens. Si autem referatur ad imaginationem faciunt quidem, sed non solùm quia ipsa imaginatio cooperatur, vt dictum est. In sensu autem facit corpus sui similitudinem sufficienter & solùm: sed de hoc non loquitur Augustinus, quia sensum cõtra spiritum dividit sine corporalem visionem contra spiritualem.

In c. ar. hoc. inn.

¶ Ad secundum dicendum, quòd ratio illa procedit ac si illa eadem species numero quæ est in rebus vel in imaginatione postmodũ fieret in intellectu: sic enim oporteret q̃ auferrentur ab ea dimensiones. Et hoc patet esse falsum.

ARTICVL. IIII.

& in ord. 162. 1. dist. 17. q. 1. art. 4. o. & 3. d. 23. q. 1. ar tic. 2. o. & ad 1.

CIRCA secundum sic proceditur. Videtur quòd nõ habens charitatem eam cognoscat per speciem. Omne enim quod cognoscitur, cognoscitur vel per essentiam vel per sui similitudinem. Sed charitas à non habente non cognoscitur per sui essentiam, quia non est essentialiter in eo: ergo si cognoscitur à non habente, cognoscitur per sui similitudinem.

¶ Præterea, Aliquis habens charitatem aliquo modo cognoscit eam se habere ad minus per coniecturas: vel per reuelationem: & similiter postquàm eam amiserit potest recordari in eam habuisse, quod esse non posset nisi per eius speciem in memoria reseruatam: ergo charitas à non habente qui priùs eam habuit per sui similitudinem cognoscitur: & eadem ratione à quolibet alio non habente.

¶ Præterea, Dicit Augustinus decimo confessionum. Hoc modo se habet memoria ad intelligentiam sicut venter animalis ruminantis ad os, quia sicut id quod est in ventre animalis ruminãtis reducitur ad os: ita quod est in memoria reducitur ad intelligentiam. Si ergo in memoria conseruatur charitas per sui similitudinem & ab intelligentia capietur per sui similitudinem.

Apostolus.

¶ SED CONTRA est quod Augustinus dicit secundo super Genesin, & habetur in Glossa secundæ ad Corinthios duodecimo. Quod intellectualis visio est earum rerum quæ non habent species tibi similes quæ non sunt quod ipse, & inter huiusmodi ponit charitatem: ergo charitas non potest cognosci per sui similitudinem, sed solùm per essentiam.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd duplex est cognitio charitatis. Vna qua cognoscitur quid est charitas. Alia

Universidad de Deusto
Biblioteca

qua charitas percipitur: vt cùm aliquis cognoscit se habere charitatem, quòd pertinet ad cognitionem an est. Prima quidem cognitio charitatis eo modo competit habenti & non habenti charitatem. Nã intellectus humanus natus est rerum quidditatem comprehendere, in quibus cognoscendis naturaliter præexistentibus in cognoscendis conclusionibus complexis. Insunt enim nobis naturaliter quædam principia prima complexa ab omnibus nota, ex quibus ratio procedit ad cognoscendum in actu conclusiones, quæ in prædictis principiis potentialiter continentur siue per inuentionem propriam, siue per doctrinam alienam, siue per reuelationem diuinam: in quibus omnibus modis cognoscendi homo innatus ex principiis naturaliter cognitis. Vel ita quòd ipsa principia cognita ad cognitionem acquirendam sufficiant administrantibus sensu & imaginatione: sicut cùm aliquam cognitionẽ acquirimus per inuentionem vel doctrinã. Vel ita quòd principia prædicta ad cognitionem acquirendam non sufficiant: nihilominus tamen in huiusmodi cognoscibilis principia dirigũt inquantum inueniuntur non repugnare principiis naturaliter cognitis, quod si esset, intellectus nullo modo eis assentire posset nec posset dissentire principiis. Et similiter in intellectu insunt nobis etiã naturaliter quædam conceptiones ab omnibus notæ: vt entis, vnius, boni, & huiusmodi: à quibus eodem modo procedit intellectus ad cognoscendũ quidditatẽ vnuscuiusq; rei per quem procedit à principiis per se notis ad cognoscendas conclusiones & hoc vel per ea quæ quis sensu percipit: sicut cũ per sensibiles proprietates alicuius rei concipio illius rei quidditatem vel per ea quæ ab aliis quis audit vt cũ laicus qui nescit quid sit musica: cũ audit aliquam artem esse per quam discit canere vel psallere, concipit quidditatem musicæ: cũ ipse præscit quid sit ars, & quid sit canere: tam etiam per ea quæ ex reuelatione habentur: vt est in his quæ fidei sunt. Cùm enim credimus aliquid esse in nobis diuinitùs datũ quo affectus noster Deo vnitur: concipimus charitatis quidditatem, intelligentes charitatem esse donum Dei quo affectus Deo vnitur: præcognoscentes tamen quid sit donũ & quid affectus, & quid vnio. De quibus etiam quid sint scire non possumus, nisi resoluendo in aliqua prius nota: & sic quousque perueniamus vsque ad primas cõceptiones humani intellectus, quæ sunt omnibus naturaliter notæ. Et quia naturaliter cognitio est quædam similitudo diuinæ veritatis mentũ nostrę impressa secundum illud Psal. Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Ideò dicit Aug. decimo de Trinitate, quòd huiusmodi habitus cognoscuntur in prima veritate. Ipsa autem conceptio charitatis quam intellectus formar modo prædicto, non est solùm similitudo charitatis sicut species rerum in sensu vel imaginatione: quia sensus & imaginatio nunquam pertingunt ad cognoscendum naturam rei: esse sed solummodo accidentia quæ circumstant: & ideò species quę sunt in sensu, vel imaginatione non representant naturam rei, sed accidentia eius tantùm: sicut status representat hominem quantum ad accidentia. Sed intellectus cognoscit ipsam naturam & substantiam rei. Vnde species intelligibilis est similitudo ipsius essentię rei, & est quodammodò ipsa quiditas & natura rei secundum esse intelligibile non secundum esse naturale, prout est in rebus, & ideò omnia quæ non cadunt sub sensu & imaginatione sed sub solo intellectu cognoscuntur per hoc quòd essentiæ, vel quidditates eorum sunt aliquo modo intellectu. Et hic est modus quo charitas cognoscitur cognitione quidem tam ab habente charitatem quàm à non habente. Sed secundum alium modum cognoscendi charitatem neq; charitas neque aliquis habitus siue potentia percipitur à nostro intellectu nisi per hoc quod actus percipiuntur, vt per Philosophum decimo Ethicorum. Actus autem charitatis, vel alterius habitus eliciuntur ab ipsa charitate, vel ab alio habitu per propriam essentiam charitatis, vel alterius habitus, & per hunc modum dicitur aliquis se cognoscere habere charitatem: vel alium habitum per ipsam essentiam habitus secundum esse naturale, quod habet in rerũ natura, & non solum in intellectu, sicut autem nullus potest cognoscere charitatem nisi charitatem habens, quia actus charitatis & aliarum virtutum præcipuè consistunt in motibus interioribus, qui non possunt esse cogniti nisi operanti nisi quatenus manifestantur ex actibus exterioribus, & sic per quandam coniecturam aliquis non habens charitatem potest percipere alium charitatem habere. Hoc autem dico supponendo quòd aliquis possit scire se habere charitatem, quod tamen non puto esse verum: quia in actibus ipsius charitatis non possumus sufficienter percipere, quòd sint à charitate eliciti propter similitudinem dilectionis naturalis cum dilectione gratuita.

¶ AD PRIMVM ergo dicendum, quòd in non habente charitatem non secundum esse naturæ sed secundũ esse intelligibile est essentia charitatis.

¶ Ad secundum dicendum, quòd postquam aliquis desinit habere charitatem secundum esse naturale charitatis adhuc charitas in ipso manet secundum esse intelligibile & sic potest sciri quid sit charitas. Manent etiam in memoria eius actus charitatis, quos etiam facit in memoria sensibili propter actus sensibiles charitatis qui vtique manẽt secundum sui similitudinem: sicut & cætera sensibilia: & ex his aliquis memoratur se habuisse charitatem.

¶ Ad tertium dicendum quòd illud quod est in memoria redit ad intelligentiam: non ita quòd eadem species numero quæ est in memoria, postmodum fiat in intellectu: sed per illum modum loquendi quo fantasmata dicuntur fieri in intellectu: vt dictum est.

ARTICVLVS V.

DEINDE quæritur de his quę pertinent ad corpus humanum: vtrùm alimentum conuertatur in veritatẽ humanæ naturæ. Et videtur quòd non: quia in corpore humano id quod est de veritate humanæ naturæ est caro vel os secundum speciem. Sed alimentum nõ conuertitur in id quod est secundum speciem, sed in id quod est secundum materiam: vt videtur dicere philosophus in primo de generatione. (Topic. cap. 35.) ergo alimentum non cõuertitur in veritatem humanæ naturæ.

¶ Præterea, Id quod est de veritate humanę naturæ oportet quod semper in homine maneat, alias non remaneret homo idem numero. Sed illud quod genratur ex alimento non semper manet, imò fluit & refluit, vt patet ex primo de generatione: ergo quod generatur ex alimẽto non est de veritate humanæ naturæ.

¶ Præterea, Augustinus dicit, quòd nos fuimus in Adam dupliciter, scilicet secundum seminalem rationem & secundum corpulentam substantiam, Christus autem fuit in eo secundum corpulentam substantiam, & nõ secundum fœminalem rationem, id autem quod ex alimento generatur in nobis non fuit in Adam, ergo illud quod est de veritate corpulentę substantiæ nostræ non est ex alimento generatum.

¶ Sed dicebat quòd corpulenta nostra substantia fuit in Adam originaliter & non essentialiter. Sed cõtra. Semen originem rei importat. Si ergo dicimur in Adam fuisse secundum corpulentam substantiam originaliter tantùm, tunc idem erit esse secũdum corpulentam substantiam & secundum seminalem rationem, quod est falsum: ergo idem quod prius.

¶ SED CONTRA est quod dicitur in 2. de anima (To. c. 41.) Alimentum est potentia tale quale est illud quod nutritur. Sed quod est potentia aliquale in illud conuerti potest, ergo alimentum conuerti potest in illud quod nutritur, sed illud quod nutritur est id quod est de veritate humanæ naturæ: ergo alimentum conuertitur in id quod est de veritate humanæ naturæ.

¶ Præterea, Semen ex quo fit generatio maximè videtur ad veritatẽ humanæ naturę pertinere, sed semen secundũ philosophũ in decimo quinto de animalibus, est de superfluo alimenti. Ergo alimentum conuertitur in veritatem humanæ naturæ.

¶ RESPONDEO dicendum, quòd ad huius quęstionis euidentiam oportet primò videre quid sit veritas humanę naturæ, veritas vnuscuiusque rei, vt dicit Auicenna in sua metaph. nihil est aliud quàm proprietas sui esse, stabilitum est ei: sicut illud quod proprie habet esse aut attingens ad terminos stabilitos naturę aut dicitur esse verè aurum. Vnumquodque aũt propriè habet esse in aliqua natura, per hoc quod subsistat completę formæ propriæ illius naturę à que est esse & ratio speciei in natura illa: vnde illud pertinet ad veritatem vnuscuiusque rei, quod est completiuum illius rei per formam: & pertinet directè & per se ad completionem illius rei, tam enim in naturalibus quàm in artificialibus inueniuntur quędam in qui-

in quibus consistit principaliter ratio rei: alia autem quæ sunt ordinata ad horum conseruationẽ & melioratione, sicut ſſpes & fructus per se pertinent ad complementum arboris. Vnde sunt de veritate naturę ipsius. Folia autem sunt quodammodò ordinata ad fructuum conseruationem & quantùm ad hoc non videntur esse de veritate naturę arboris principaliter. Similiter ratio gladij cõsistit in ferro & acumine eius: vagina autem est ad gladij conseruationem: vnde si gladius esset res naturalis, ferrum esset de veritate naturę eius, non autem vagina. Sic autem de veritate humanę naturę esse dicimus illud quod per se pertinet ad perfectionem humanæ naturę complerę participans formam speciei. illud autem non est de veritate humanę naturę in homine, quod est ordinatum quodammodo ad hominis conseruationem vel meliorationem quancũque. Sciendum est ergo, quòd natura humana potest dupliciter considerari, vel secundum totam speciem humanam, vel secundum esse quod habet in hoc individuo: secundum hoc inueniuntur in præsenti quęstione tres opiniones. Quidam enim dicunt, quòd alimentum non conuertitur in veritatem humanę naturę, neque secundum speciem, neque secũdum individuum. Dicunt enim quòd tota materia quę nata est sub specie humanę naturę fuit in corpore Adę: nec aliqua alia materia potest fieri verè substans humanę speciei, & ex illa materia ex qua corpus primi hominis constabat, fuerit aliqua pars decisa quę quidem per multiplicationem quandam sine additione exterioris materię augmentata est in tantùm quod peruenit vsque ad perfectam & completam quantitatem in corpore Seth. Ex quo iterum aliquid decisum est in formationem corporis filij sui & prædicto modo multiplicatũ & sic totum humanum genus multiplicatum est ex illa materia quę fuit in corpore primi hominis sine aliquius extrinseci additione: illud autem quod ex alimẽto generatur est necessarium nobis ad conseruationem illius humiditatis, quę est de veritate humanę naturę: vt scilicet calor naturalis habens aliquid aliud quod consumat, scilicet humiditatem ex alimento generatam quasi accidentalẽ non consumat humiditatem quæ est de veritate humanæ naturę, sicut aurifices apponunt plumbum argento: vt videlicet in conflatorio consumatur plumbum & argentum non consumatur ab igne: vnde in resurrectione quando veritas humanę naturę erit incõsumptibilis: alimento nõ indigebimus nec resurget in nobis aliquid quod ex alimẽto fit generatum, sed solùm id quod fuit in Adam. Sed inconueniens videtur huiusmodi positio propter duo, quantùm ad præsens pertinet: quia ex eiusdem rationis est formã aliquã nihil amittere de materia subiecta, & nihil de nouo acquirere: cuius substãtię & naturę nihil accrescit nec deperit. Cõstat autem quòd aliqua materia quę erat substans humanę naturę desinit esse humanę naturę substans: sicut pater in morte vniuscuiusq; hominis. Vnde nisi aliqua materia de nouo adderetur humanę naturę sequeretur q̃ minus esset modo id quod est de veritate naturę humanę in actu quã tẽpore Adę: & sic natura speciei nõ perfectè saluaretur per generationem: secundo, quia ista mutatio quam multiplicationem dicunt nullo modo est secundum essentiam ipsius materię, sed solummodo secundum quantitatem vel dimensiones ei accidentes. Nõ enim dicunt quòd aliquid materię de nouo per essentiã creetur vel aliunde addatur: sed quòd illa eadem materia quę prius erat minor, postea fiat maior: nihil autẽ est aliud rarefieri & condensari quàm mutari eandem materiam de magnis dimẽsionibus in paruas, & econuerso. Vnde sequeretur secundum prædictam positionem, quòd illud quod est de veritate humanę naturę semper rarefieret per continuam generationem & augmentationem & tantũ quantùm sustinere non posset. Esset enim iam illud quod est de veritate humanę naturę innumerabiliter magis rarum quàm ignis, quod patet esse falsum. Et ideò alia opinio dicit, quòd alimentum conuertitur in veritatem humanę naturę, primò & principaliter secundum speciem nõ aũt secundum individuum nisi secundariò. Dicũt enim, quòd in vnoquòq; individuo humanę speciei illud primò & principaliter est de veritate humanę naturę quod à parentibus traxit: & hoc vocatur à philosopho caro & os secundum speciem quæ semper manent: sed quia illud cum sit modicum non sufficeret ad perfectam quantitatem debitam humanę naturę sine additione: ideò adiungitur illud quod ex alimento generatur non solùm ad hoc quòd conseruetur illud quod fuit à primis parentibus acceptum: vt dicebat prima opinio. Sed ad hoc quòd cõpleatur ex huiusmodi addito perfecta quantitas. & sic illud quod ex alimento generatur non est de veritate humanę naturę in hoc individuo: sed tantùm secundariò inquantum est necessarium ad quantitatem debitam. & hoc nomine philosophus carnem & os secundum materiam quę fluit & refluit: sed tamen ex hoc aliqua pars seminaliter transit in prolem per generationem, & efficitur principaliter de veritate humanę naturę in ipso cũ admixtiõe alicuius quod fuit principaliter de veritate humanę naturę in patre vt quidam volunt vel sine admixtione eius vt alij dicunt, quod est magis consonum dictis philosophi in 15. de animalibus, qui vult sperma ex alimento esse de superfluo alimenti. & sic illud quod generatur ex alimento non potest esse quod fit principaliter de veritate humanę naturę in ipso qui nutritur, sed potest esse de veritate humanę naturę principaliter in alio eiusdem speciei, scilicet in filio ipsius. Et secũdum hãc opinionem dicũt, quòd illud quod est principaliter de veritate humanę naturę in vnoquòq; totum in ipso resurgemon autẽ totum quod ex alimento generatur, sed solùm quantùm sufficit ad contemplationem quantitatis, cùm propter complerionem quantitatis tantummodò ad veritatẽ humanę naturę aliqualiter pertineat, & hęc opinio confonat sententię Alexã. commen. qui exponit carnem secundum speciem quã philosophus dicit semper manere esse illud quod à parentibus trahitur: carnem verò secundum materiam illud quod ex alimento generatur, quæ fluit & refluit. Sed hanc opinionẽ commentator Auerroys reprobat in tractatu quem fecit super librum de generatione. Cum enim illud quod ex alimento generatur nutriat, inquantum est potentia caro & augeat, inquantum est potentia quanta caro: vt dicitur in 2. de ãima. Illud quod generatur ex alimento postquã receperit speciem carnis, efficitur vnum cum illo quod prius inerat: quia in fine conuersum iam est simile: vndenõ videtur esse aliqua ratio quare calor naturalis aliquid possit consumere de illa humiditate carnis, quæ ex alimento generatur, & non de humiditate quæ à parentibus trahitur: nec posset aliquo necessario modo illud probari. Et ideò tam illud quod est ẽ parentibus, quàm illud quod est ex alimento generatum æqualiter se habet ad hoc quòd maneat vel consumatur per calorem naturalem & ad hoc quòd restauretur per nutrimentum quod est fluere & refluere: & sic æqualiter pertinet ad veritatẽ humanę naturę quod generatur ex alimẽto, & quod à parẽtibus trahitur. Et secundũ hoc est tertia opinio, quòd alimentum conuertitur in id quod est principaliter de veritate humanę naturæ, & quantùm ad speciem, & quantùm ad individuum. Ponit enim hæc opinio, quòd vtrũq; scilicet & quod ex alimento generatur, & quod à parentibus trahitur indifferenter & æqualiter forma humana perficitur & vtrũque indifferẽter manet vel cõsumitur: manet quidem secundũ speciẽ, cõsumitur autẽ & restauratur secũdũ materiã, sicut in aliqua republica diuersi homines numero ad cõmunitatẽ pertinẽt quibusdã morientibus, & aliis in locũ eorũ succedẽtibus, & sic nõ manet vna respublica secũdũ materiã, quia sunt alij & alij homines: manet tñ vna numero quantũ ad speciẽ siue formam propter ordinis vnitatem in officiis distinctis: ita etiam in corpore humano manet caro & os, & vnaquæq; partium eadem numero quantũ ad speciem & formam quæ consideratur in determinato situ & virtute & figura: nõ autem manet quantùm ad materiam, quia illa materia carnis in qua talis forma erat, priùs consumpta est, & alia in locum ei succedit, sicut patet de igne qui continuatur secundum eandem formam & modum: per hoc q̃ consumptis quibusdam lignis alia supponuntur quę ignem sustinent. Et secundum hanc opinionem de vtroque prædicatorum indifferenter, scilicet generato ex alimento & à parentibus tracto tantùm resurget, quantùm est necessarium ad speciem & quantitatem debitam humani corporis.

¶ Et hęc opinio mihi videtur exteris probabilior. Secundum ergo hanc opinionem ad primum dicendum, quòd distinctio Philosophi qua distinguit carnem secundum speciem & secundum materiam non est sic accipienda, quòd alia sit caro quæ dicitur secundum speciem, scilicet à parentibus tracta: & alia quæ sit secundum materiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex alimento generata, sed vna & eadem caro signata potest considerari & secundum speciem: quam habet: & secundum materiam. Et quòd hic sit intellectus Philosophi, patet ex hoc quòd ipse dicit ibidem, quòd hoc modo distinguitur caro, secundum speciem & secundum materiam, sicut vnumquódque habentium speciem in materia. In alijs autem habentibus speciem in materia, sicut est lapis & ferrum & huiusmodi non habet locum prima distinctio, sed secunda, vt per se patet. Et ideò dicendum est quòd alimentum conuertitur in carnem quæ est secundum speciem, ideſt quę habet speciem, non tamen ita quòd alimentum fiat species carnis, sed fit carnis materia, ratione cuius potest dici quòd conuertitur in carnem quantum ad materiam, & non quantum ad speciem.

3. opinio 20. est secundū quàm videtur ad primum.

¶Ad secundum dicendum, quòd veritas humanæ naturæ & cuiuslibet alterius rei est à specie, & ideò cùm id quod est in homine maneat secundum speciem, quamuis non maneat secundum materiam: nihilominùs veritas humanæ naturæ manere dicitur, nec desinit esse idem homo numero propter mutationem quæ est secundum materiam, quia non tota materia similiter à forma abstrahitur, vt alia tota simul formam accipiat. Hæc enim generatio esset & corruptio: sicut si totus ignis vnus extingueretur, & alius totus accēderetur: sed aliqua pars materiæ consumitur, & alia in locum eius substituitur quæ efficitur vna materia cum præexistenti, per hoc quòd ei adiungitur ad sustinendam eandem formam humani corporis, sicut si vnum lignum ignis consumat, & aliud loco eius opponatur: erit idem ignis numero.

3.p.q.119. ar.1.ad 3.

¶Ad tertium dicendum, quòd ad conceptionem humani corporis duo concurrunt, scilicet materia ex qua formatur conceptum, & iterum vis formatiua quæ conceptum formar, quorum primum Augustin. vocat corpulentam substantiam, secundum verò seminalem rationem. Dicimur ergo secundum vtrumque istorum fuisse in Adam originaliter, inquantum scilicet materia concepti præparata est per virtutem generatiuam matris. Vis autem formatiua est in semine patris. Et vtrumque istorum reducitur in Adam sicut in primam originem, à qua humanam naturam traxerunt virtutes consequentes. Corpus autem Christi formatum fuit per virtutem spiritussancti actiuam. Sed materiam ministrauit mater, quia ex purissimis sanguinibus virginis conceptus est, vt Damas. dicit. Et ideò non fuit in Adam secúdum seminalem rationem: sed secundum corpulentam substantiam: non tamen ita quòd eadem numero quæ est in nobis, & fuit in Christo, fuerit in Adam.

¶Et per hoc patet responsio ad consequens.

QVÆSTIO IIII.

DEINDE quærebatur de his quæ pertinent ad culpam vel gratiam. Et primò quærebatur de his quæ pertinent ad gratiam. Secundò, de his quæ pertinent ad culpam. Quantùm ad pertinētia ad gratiam quærebatur. Primò, de his quæ pertinent ad prælatos tantùm. Secundò de his quæ pertinent ad omnes communiter. Quantùm autem ad prælatos quærebantur duo. Primò de electione prælatorum: vtrùm scilicet sit necesse semper eligere meliorem, vel sufficiat eligere bonum. Secundò de honore exhibendo prælatis, vtrùm scilicet mali prælati sint honorandi.

ARTICVL. VI.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd necesse sit semper eligere meliorem. Dicitur enim 4. Regum, Eligite meliorem, & eum ponite super solium patris sui: ergo multò fortius in spiritualibus officiis meliores præligendi sunt.

167

arti. 92. ad 12. & 130. 2. & artic. 84. Apostolus.

¶Præterea, Primæ ad Thimo. tertio super illud. Oportet episcopum irreprehensibilem esse: dicit glos. Talis eligatur pontifex, cuius comparatione cæteri grex dicantur: ergo oportet in episcopatu semper eligere meliorem.

¶Præterea, Leo papa dicit. Ille qui melior est in præsbiteris & diaconibus in episcopum eligatur.

¶Præterea, Ille qui est propinquior ad hæreditatem posi dendam debet præferri. Sed Christo cuius patrimonium possident clerici & prælati, est propinquior qui est melior: ergo ad prælationes & officia ecclesiastica semper sunt meliores eligendi.

¶Præterea, Si alicui commissum esset à domino suo vt ei fidelem, & idoneum ministrum quæreret, non ageret fideliter erga dominum suum, si præter missō magis idoneo minus idoneum acciperet: ergo multò magis peccat ille cui commissum est eligere aliquem in ministerium Dei, si non eligat meliorem.

¶SED CONTRA, est quod decretalis dicit, ꝙ sufficit eligere bonum, nec requiritur ꝙ melior eligatur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd aliquis homo potest dici bonus vel melior altero dupliciter. Vno modo simpliciter, & sic melior est qui in charitate est perfectior. Alio modo secúdum quid: & sic dicitur aliquis melior altero vel ad militiam vel ad magisterium vel ad prælationem vel aliquid huiusmodi, qui non est melior simpliciter, eo quòd in singulis officiis tam spiritualibus quàm corporalibus requiruntur aliqua præter moralem bonitatem ad hoc, quòd aliquis sit idoneus ad illud officium exequendum. Dicendum est ergo quòd oportet eligere ad prælationem vel ecclesiasticum officium aliquem qui sit bonus simpliciter: quia per quodlibet peccatum mortale aliquis redditur indignus ad quodlibet spirituale exequendum. Vnde dicit Dion. in epistola ad Demophilum monachum, loquens de sacerdote qui non est gratia illuminatus. Non est iste sacerdos, sed inimicus dolosus, dolus sor suiipsius, & lupus supra dominicū populum pelle armatus ouina, nó tamē oportet quòd semper eligatur ille qui est melior simpliciter. Possibile est enim quòd illi qui est in charitate perfectior deficiant multa quæ requiruntur ad hoc quòd aliquis sit prælatus idoneus, quæ in alio qui est minoris charitatis inueniuntur, vt sunt scientia, industria, potentia, & alia huiusmodi. Vnde non oportet semper eligere meliorem simpliciter. Sed eum qui sit melior ad hoc officium. Si autem eligat quis eum quem reputat minus idoneum ad tale officium, peccat. Non enim potest esse quòd de duobus vnus alteri præeligatur, nisi propter aliquod in ipso consideratum. Illud autem quod consideratur in eo qui est minus idoneus, ad hoc quòd magis idoneo præferatur est aliqua conditio indebitè mouens, vel familiaritas, vel consanguinitas, vel aliquid huiusmodi. Non enim potest esse aliqua conditio pertinens ad prælati idoneitatem ex quo alter simpliciter magis idoneus reputatur, & sic indebitè mouet, & sic in tali electione erit ibi acceptio personarum quæ sine peccato non fit.

Bonum vel melior aliquo dicitur

2.

4.di.24.q.1. ar.3.q.1. c. di.16.10 expos. text. ad 6. & d.17.q.3.ar 3.q.3. ad 3.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cùm dicitur Eligite meliorem, intelligitur de meliori ad talem dignitatem.

¶Ad secundum dicendum, quòd in comparatione prælati dicuntur esse cæteri quasi grex nō considerata sola sanctitate morum, sed discretione & strennuitate, & alijs huiusmodi, quæ in pastore exiguntur ad regendum.

¶Ad tertium dicendum sicut ad primum.

¶Ad quartum dicendum, quòd ille qui eligitur in prælatum nō eligitur quasi ad hæreditatem possidendam, quia hæreditas Christianorū nō est in terra, sed est in cœlo scilicet ipse Deus secundum illud Psal. Dominus pars hæreditatis meę. Eligitur autem velut dispēsator in familia domini alicuius secundum illud primæ Corinthiorum quarto. Sic nos existimet homo vt ministros Christi & dispensatores, &c. Dispensator autem non semper eligitur qui est propinquior, sed qui est magis idoneus.

¶Ad quintum dicendum, quòd similiter etiam contingeret in procuratione serui alicuius domini temporalis, ꝙ nō oportet quærere hominem meliorem simpliciter, sed meliorem ad seruiendum.

¶Ad illud verò quod in contrarium obijcitur dicendum quod decretalis intelligenda est quantum ad hoc quòd non semper oportet eligere meliorem simpliciter, sed sufficit eligere bonum.

¶Vel dicendum, ꝙ non loquitur quantum ad forum conscientię, sed quantum ad forum contentiosum, in quo nō reprobatur electio ex hoc quòd potest aliquis alius magis idoneus inueniri, dummodo ille qui eligitur idoneus sit, aliàs omnis electio calumniam pateretur.

167

ARTICVLVS VII.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd malis prælatis non sit exhibendus honor. Sicut enim dicit Boetius in libro de consolatione. Non possumus ob honores reuerēdos indicare: quos ipsis honoribus reputamus indignos. Sed mali prælati non sunt honoribus digni ergo

22.q.1. ar. 3.o & 9. 105.ar.1.ad 2.& 3.d.9. q.2.ar.3.o

ergo non possunt iudicari esse reuerendi à suis subditis.

¶Præterea, Honor non debetur prælatis malis nisi ratione prælationis. Cùm ergo sint prælatione indigni, sunt etiam per consequens indigni ad honores, & ad alia omnia quæ sunt prælationi propria.

¶SED CONTRA est quod dicitur Exod. 20. Honora patrem tuum. Glo. id est prælatos. Cùm ergo indefinitè loquatur, videtur quòd omnes prælati tam boni quàm mali sint honorandi.

¶RESPONDEO dicendū, quòd in prælato duo possumus considerare scilicet personam propriam & dignitatem secundum quā est quædam persona publica: si ergo prælatus sit malus ratione personę suæ non est honorandus: quia cùm honor sit reuerentia alicui exhibita in testimonium virtutis: falsum testimonium de eo proferret, si quis eum obtentu propriæ personę honoraret, cōtra illud quod dicitur Exod. 20. Non loquaris contra proximum tuum falsum testimonium. Sed inquantùm est persona publica: sic gerit typum & locum non suiipsius, sed alterius: scilicet Christi in ecclesia, vel reipublicæ: vt dominus in secularibus dignitatibus: & sic valor eius nō computatur secundum personam, sed secundum eum cuius loco præsidet, sicut est de lapillo qui in cōputationibus ponitur loco centum marcarū cum in se nihil valeat: vt dicitur proue. 26. Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurij: ita qui tribuit incipienti honorem. Mercurius enim dicebatur Deus ratiocinij & mercationis: & ita est ei honor exhibendus, non propter se, sed propter eum cuius locum obtinet, sicut adoratio imaginis refertur ad prototypum: vt dicit Dama. Vnde & malus prælatus idolo comparatur. Zach. 11. O pastor & idolum derelinquens gregem.

22.q.63.ar. 3.o.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd intentio Boē. est dicere, quòd mali homines non iudicantur vt reuerendi in propriis personis, quamuis eis exhibeamus honores propter officia in quibus sunt constituti.

¶Ad secundum dicendum, quòd malus prælatus & indignus est prælatione & honoribus qui prælato debentur: sed ille cuius vicem gerit dignus est, vt eius vicario talis honor exhibeatur: sicut beata virgo digna est, vt eius imaginem depictam in pariete reuereamur, quamuis tali reuerentia ipsa imago digna non sit.

QVÆSTIO V.

DEINDE quæritur de pertinentibus ad gratiam, quantùm ad omnes & quæ conuenit omni statui. Et circa hoc quærebantur tria. Primò de orationibus, vtrùm oratio tātùm valeat facta pro alio sicut facta pro se. Secūdò de suffragiis, vtrū magis prosint pauperi magis digno, quàm diuiti pro quo specialiter fiūt. Tertiò de votis, vtrū votum simplex dirimat matrimonium contractum.

ARTICVLVS VIII.

166

4.di.45.q. 2.ar.1.q.4.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd oratio plus valeat pro se facta quàm pro alio. Ita enim dicitur in quadam glosa, quòd speciales orationes plus valent. Sed illa est maximè specialis qua quis pro se orat: ergo plus valet oratio pro se facta quàm pro alio.

¶Præterea, vt dicitur in lib. de spiritu & anima. Oratio nihil aliud est quàm deuotio mentis in Deum. Sed magis deuotè aliquis orat pro se quàm pro alio: ergo plus valet oratio pro se facta quàm pro alio.

¶SED CONTRA, Oratio tanrò amplius valet quantò magis est deuota. Sed quandóque quis deuotiùs orat pro alio quàm pro seipso: ergo plus valet oratio pro alio quàm pro seipso.

Duplex valor orationis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd duplex est valor orationis. Vnus qui est orationis proprius secundū quem dicitur valere oratio ad impetrandum illud quod petitur: sicut oratio Petri valuit ad suscitationem Thabitæ. Alius valor est communis orationi & aliis operibus virtutum: secundum quòd oratio valere dicitur ad merendum aliquid ipsi oranti, prout charitate informatur: sicut oratio Petri qua suscitationē Thabitæ impetrauit fuit meritoria Petro vitæ æternæ inquantùm erat actus charitatis informatus. Loquendo ergo de primo valore cæteris paribus plus valet oratio facta pro se quàm pro alio: quia efficatio orationis in impetrando potest amittere suum effectum, quando pro alio fit ex aliquo impedimēto quod ueniret in eo pro quo oratur. Vnde vna de conditionibus orationis quæ faciunt eam efficacem ad impetrādum, est vt aliquis pro se oret. Quantùm autem ad secundū valorem oratio magis valet quę ex maiori charitate procedit,

Maior charitas est radix meritorationis, &c.

siue pro se siue pro alio fiat. Si autem de interiori charitate per exteriora opera debeat iudicari: tunc ista comparatio pōt dupliciter intelligi, vno modo vt aliquis ita oret pro alio, quòd etiam pro seipso: & tunc maioris meriti est pro alio orare & pro seipso, quàm pro se tantùm. Maioris enim meriti est amicum beniuolum & beneficum esse sibi & alij, quàm sibi tantùm. Alio modo potest intelligi vt aliquis oret pro alio & non pro se, & sic ostenderetur esse alteri beniuolus magis quam sibi, & ita peccaret in ordine charitatis magis alium quàm se diligens: & hoc modo intelligendo comparationem melius est orare pro se quàm pro alio.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ratio illa non est ad propositum, quia specialis oratio dicitur in glosa illa pro quocúnque specialiter fiat, siue pro se, siue pro alio.

¶Ad secundum dicēdum, quòd licèt vt pluries homo pro seipso deuotiùs oret: tamen quandóqs deuotiùs pro alio: & ita secundum hoc non potest sumi vniuersale iudicium, quæ oratio plus valeat.

167

¶Similiter dicendum ad tertium in contrarium.

ARTICVLVS IX.

4.dist.45.q. 2.ar.1.

CIRCA secundum sic proceditur. Videtur quòd suffragia ecclesiæ specialiter facta pro aliquo diuite: æqualiter valeant pauperi pro quo non fiunt, si sit æqualis meriti. Vt dicit enim Aug. huiusmodi suffragia tantùm valent vnicuique post mortem, quantùm meruit viuens vt sibi prodesset. Sed prædicti duo æqualiter meruerunt: ergo æqualiter eis prædicta suffragia prosunt.

¶Præterea, Passio Christi semper plus prodest ei qui maioris est meriti. Sed missa quæ est præcipuum suffragiorū, est memoria passionis dominicæ: ergo æqualiter prosunt eis qui sunt æqualis meriti.

¶CONTRA. Deus accipit huiusmodi suffragia secundum intentionem facientis. Sed faciens intēdit quòd plus prosint diuiti, pro quo facit: ergo eis plus prosunt.

¶Præterea, Non est dicendum quod frustretur pia intentio eorum qui pro suis charis specialia suffragia faciunt. Frustraretur autem si eis specialiùs non prodessent: ergo magis prosunt eis quibus fiunt.

De valore suffragiorum.

Art. 36.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc est duplex opinio. Quidam enim dicūt ꝙ suffragia ecclesię specialiter pro aliquo facta valent omnibus qui sunt in purgatorio æqualiter quidē his qui sunt æqualis meriti: plus verò his qui sunt maioris meriti, minus his qui sunt minoris, sicut cādela accensa pro aliquo diuite in aliqua domo: vbi sunt multi alij æqualiter prodest aliis qui sunt æqualis visus: plus verò his qui sunt maioris, minus his qui sunt minoris: quamuis sit diuiti magis ad quendam honorem præ aliis. Et sicut etiam lectio quæ legitur specialiter pro aliquo clerico multis simul audientibus æqualiter valet his qui sunt æqualis capacitatis, plus his qui sunt maioris: minus verò his qui minoris. Alij verò dicunt, quòd suffragia plus valent his pro quibus specialiter fiunt. Vtraque autem opinio secundum aliquid vera est. Ad cuius euidentiam sciendum est, quòd opera vnius non valent alteri quantùm ad prēmium essentiale: quia sic vnusquisque ex propriis actibus iudicatur, sed solùm quātùm ad aliquod accidentale gaudium, vel quantùm ad remissionem alicuius pœnæ temporalis. Et sic suffragia viuorū possunt prodesse defunctis. Huiusmodi autem cōmunicatio operum contingit dupliciter. Vno modo ex vnione charitatis qua omnes Christi fideles efficiuntur vnum corpus: & sic actus vnius quodāmodò redundat in iumentum alterius: sicut etiam in membris nostris corporalibus videmus: & sic iuuatur aliquis ex actu alterius, inquantùm quilibet existens in charitate gaudet de quolibet bono opere: & quantò est maioris charitatis, tantò amplius gaudet siue sit in purgatorio, siue in paradiso, siue etiam in mundo: & quantùm ad hoc est vera prima opinio. Alio modo actus vnius sit communis alteri per intentionem facientis: quia facit pro illo vel vice illius, quod valet præcipuè in debitis soluendis: & sic suffragia ecclesiæ valent defunctis, inquantùm viuus soluit Deo satisfactionem, quam mortuus soluere tenebatur. Et sic valor suffragij sequitur intentionem facientis. Et quantùm ad hoc secunda opinio vera est.

Vtraque opinio quo ad aliquid est vera.

4.di.45.q. 2.art.1.q.1. 2.q.2. & 4.o.

Communicatio operū fit dupliciter.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd meritum illud de quo loquitur Augustinus est meritum conditionatum. meretur enim aliquis viuens, vt sibi suffragia post mor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem valeant, si pro eo fiant, quæ quidem conditio extat in vno & non extat in alio, & ideo non æqualiter prosunt vtrique.

¶Ad secundum dicendum, quòd passio Christi fuit exhibita pro omnibus, sacrificium autem missæ spiritualiter pro aliquibus offertur. Et ideò non est simile.

¶Alia duo concedimus.

ARTIC. X.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd votum simplex continentiæ dirimat matrimonium contractum. Si enim aliquis det alicui quod prius alteri dederat: secunda datio nulla est. Sed ille qui emittit simplex votum continentiæ, dat corpus suum Deo: ergo cum postea contrahendo matrimonium det corpus suum vxori: contractus ille matrimonij nihil valere videtur, & cætera.

¶SED CONTRA est quod decretalis dicit quòd votum simplex matrimonium impedit contrahendum, sed non dirimit contractum.

¶RESPONDEO dicendum, quòd votum simplex non dirimit matrimonium contractum, sed solum solemne, cuius ratio patet si differentia vtriusque voti inspiciatur. In voto enim simplici est sola promissio, qua quis promittit Deo se continentiam seruaturum. Ex sola autem promissione non transfertur dominium, vnde si aliquis promittat rem aliquam alicui, & postea det eandem alteri, huiusmodi nō potest rescindi per priorem promissionem quamuis malefaciat dando. Et sic ille qui emisit votum simplex continentiæ potest postmodum corpus suū tradere vxori, & quamuis peccet hoc faciendo, tamen matrimonium non dirimetur propter votum præcedens. In voto autem soléni est simul promissio & collatio. Tùc enim est votum solemne quando simul aliquis cum voto consecratur Deo, & ponitur in aliquo statu sanctitatis, vel per susceptionem ordinis, vel per professionem cert æ regulæ, & sic non potest vlteriùs corpus suum tradere vxori: & si tradit cōtractus nullus est & sic matrimoniū dirimitur per votum solemne, non autem per simplex.

¶Ratio autem in contrarium adducta falsum superponit, scilicet quòd per votum simplex aliquis det corpus suum Deo: non enim dat, sed promittit.

QVAESTIO VI.

DEINDE quærebatur de his quæ pertinent ad culpā. Et circa hoc quærebantur quinque. Primò, vtrùm peccet qui ad Ecclesiam vadit propter distributiones, qui aliàs non iret, quamuis à principio præbendam acceperit vt Deo seruiret. Secundò, vtrùm aliquis habens de superfluo peccet si non det pauperi petenti. Tertiò, vtrùm quando sunt diuersæ opiniones de aliquo facto, vtrum ille qui sequitur minus tutam peccet, sicut de pluralitate præbendarum. Quartò, vtrùm mendacium semper sit peccatum. Quintò, vtrùm quantùm aliquis intendit peccare tantùm peccet.

ARTICVLVS XII.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd ille qui vadit ad ecclesiam propter distributiones, alias nō iturus peccet. Ipse enim videtur ponere obsequium diuinū, quod est impreciabile sub peccato rei temporalis: ergo committit symoniam, & ita videtur q̄ mortaliter peccet.

¶SED CONTRA. Ille qui fecit votum bona intentione, si postmodum in profectione voti mutetur voluntas eius vt inuitus faciat, quod volens promisit, nō euacuatur meritum voti: vt videtur Anselmus dicere in libro de similitudinibus: ergo eadem ratione qui accipit præbendā vt Deo seruiat nō peccabit, quamuis postea mutetur eius intentio.

¶RESPONDEO dicendum, quòd ad euidentiam huius quæstionis notandum est, quòd aliquis actus dicitur esse spiritualis dupliciter. Vno modo ex parte principij, quando scilicet actus cōpetit alicui personæ propter aliquid spirituale quod in ipso est, sicut episcopo consecrare basilicas, & dyacono legere Euangelium, & in talibus actibus committitur symonia si aliquis intendat suum actum vendere. Alio modò est aliquis actus spiritualis, non ex parte principij, sed ex parte finis tantùm, sicut docere liberales artes, quarum veritas spiritualis est, sed huiusmodi doctrina non competit alicui, propter aliquod spirituale officium, cum etiam gentibus liceat huiusmodi artes docere, & in his actibus committitur symonia: si vendatur finis qui spiritualis est, scilicet ipsa veritas, non autem si aliquis sua opera loceat. Celebrare ergo diuinum officium in ecclesia est actus spiritualis primo modo. Competit enim alicui ex hoc quòd est clericus, & ideò symoniam committit qui huiusmodi actum vendere intendit. In qualibet enim venditione precium accipitur quasi finis, & ideò in prædicto casu distinguendum est. Si enim huiusmodi distributiones recipit quasi finē sui operis principaliter intentum, symoniam committit, & ita mortaliter peccat. Si autem habet principalem finem Deum in tali actu, ad huiusmodi autem distributiones respicit secundario non quasi in finem, sed sicut in id quod est necessarium ad suam sustentationem, constat quòd nō vendit actum spiritualem, & ita symoniam non committit nec peccat. Sic enim acceptio distributionum non erit causa quare ad ecclesiam vadat: sed propriè huiusmodi determinatio quare nunc vadat & non alia vice.

¶Et sic patet responsio ad primum: quia non ponit impreciabile sub precio.

¶Ad illud verò quod contra obijcitur dicendū q̄ tunc inuouente non euacuatur meritū voti quando intentio voti tendit super licitum, vt cùm aliquis vellet non facere illud quod vouit, si non vouisset. Si aūt ferat in rectè super illicitum, tūc euacuatur meritū voti: vt cùm aliquis vult absolutè illud nō facere quod vouit. Ille aūt qui vult ire ad ecclesiā pro pecunia sicut pro fine principali, habet voluntatem de actu super illicitum, & ideò peccat.

ART.

ARTICVLVS XIII.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd ille qui non dat pauperi petenti, si habeat de superfluo peccet. Facere enim eleemosinam de superfluo est in præcepto. Luc. 12. Verumtamen si quid superest date eleemosinam: ergo peccat si petenti non tribuat.

¶Præterea, Aliquis tenetur inquirere de his quæ sunt necessaria ad salutem, vt aliquis subueniat existenti in extrema necessitate: ergo tenetur quilibet inquirere vtrū pauper sit in extrema necessitate, vel statim ei dare.

¶In contrarium est quia sic videretur quòd omnes essent damnati.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc distinguendum est. Supposito enim quòd aliquis habeat de superfluo, & respectu indiuidui, & respectu personæ, quod teneatur pauperibus erogare, aut videt in paupere petente euidentia signa extremæ necessitatis, aut non. Si videt, certum est quòd tenetur dare, & peccat non dādo. In hoc enim casu loquitur Ambro. Pasce fame morientē, si non paueris occidisti. Si verò non appareant, tunc nō tenetur dare pauperi petenti: quia quamuis teneatur dare superfluum pauperibus, non tamen tenetur omnibus dare, nec huic dare, sed tenetur distribuere secundum quod sibi visum fuerit oportunum, nec tenetur inquirere, quia hoc esset nimis graue, quòd de omnibus pauperibus inquireret: & præcipuè cùm ad eum qui necessitatem patitur, pertineat, vt necessitatem suam exponat.

¶Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVL. XIIII.

CIRCA tertiū sic proceditur. Videtur quod ille qui habet plures præbendas peccet, ex hoc ipso quòd opiniones magistrorum sunt in contrarium. Quicunq; enim cōmittit se discrimini in his quæ sunt ad salutem, peccat. Sed iste cōmittit se discrimini vt videtur, cū faciat cōtra multorū peritorū sententiam: ergo videtur quod peccet.

¶SED CONTRA, Potest esse quòd in tali casu aliquis adhibet diligentiam inquirens an habere plures præbendas sit licitum, nec inueniat aliquid quod eum moueat ad hoc quòd sit licitum: ergo videtur quòd sine peccato possit plures præbendas habere.

¶RESPONDEO dicendum, quòd duobus modis aliquis ad peccatū obligatur, vno modo faciendo contra le legem, vt cum aliquis fornicatur. Alio modo faciēdo cōtra conscientiam, etsi non sit contra legem, vt si conscientia dictat alicui quòd leuare festucam de terra sit peccatū mortale. Ex conscientia autem obligatur aliquis ad peccatum siue habeat certam fidem de cōtrario eius quod agit: siue etiam habeat opinionē cum aliqua dubitatione. Illud autem quod agitur cōtra legem semper est malū, nec excusatur per hoc quòd est secundum conscientiam: & similiter quod est contra conscientiā est malum, quamuis non sit contra legem, quod autem nec contra conscientiā, nec contra legem est non potest esse peccatum. Dicendum est ergo q̄ quando sunt duæ opiniones contrariæ de eodem, oportet esse alteram verā & alteram falsam. Aut ergo ille qui facit contra opinionem magistrorum vtpotè habēdo plures præbendas facit contra veram opinionem, & sic cū faciat contra legem Dei non excusatur à peccato, quāuis non faciat contra conscientiā, sic enim contra legem Dei facit. Aut illa opinio non est vera, sed magis cōtraria quā iste sequitur, ita quod verè licet habere plures præbēdas: & tunc distinguendum est, quia aut talia habet conscientiam de contrario: & sic iterum peccat contra conscientiā faciens, quamuis non contra legem. Aut non habet conscientiam de contrario, sed certitudinem: sed tamen in quandam dubitationem inducitur ex contrarietate opinionum: & sic si manente tali dubitatione plures præbendas habet periculo se committit: & sic proculdubio peccat vtpotè magis amans beneficium tēporale quàm propriam salutem. Aut ex contrariis opinionibus in nullam dubitationem adducitur, & sic non committit se discrimini, nec peccat. ¶Vnde patet solutio ad obiecta.

ARTICVLVS XV.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd non omne mendacium sit peccatum. Maius enim peccatū est homicidium quàm mendacium. Sed homicidiū potest licitè fieri, vt cùm iudex occidit latronē: ergo & mēdaciū.

¶Præterea, In sacra scriptura quidam laudātur, qui tamē mentiti esse intelliguntur, vt obstetrices Iacob & Iudith: ergo mendacium non semper est peccatum.

¶SED CONTRA est quod Augustinus determinat in li. de mendacio.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quandocunque aliquis actus habet aliquam inordinationem inseparabiliter annexam, nunquam potest bene fieri: quia ipsa ordinatio est aliquid superfluum vel diminutum: & ita non potest in tali actu medium accipi, in quo virtus cōsistit: vt patet per philosophum in 6. Ethi. Huiusmodi autem actus est mendacium. Ad hoc enim inuenta sunt verba vel voces, vt sint signa intellectuū: vt dicitur in primo perier. & ideò quando aliquis voce enunciat, quod non habet in mente, quod importatur in nomine mendacij: est ibi inordinatio per abusum vocis: & ideò concedimus quod mendacium semper est peccatum.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ homicidium semper est peccatū, quia inordinationē habet inseparabiliter annexā: homicidiū enim plus importat quam occisio hominis. Cōposita enim nomina frequenter plus important quàm cōponentia. Importat enim homicidiū occisionem hominis indebitā: & ideò homicidiū nunquam est licitum, quamuis occidere hominem aliquando liceat.

¶Ad secundū dicendum, q̄ sicut Aug. dicit in lib. de mendacio: & habetur in glo. super illud psalm. Perdes omnes qui loquūtur mēdaciū. Dupliciter aliquis laudatur in scriptura. Quidā propter perfectū statum virtutis, & horum facta proponuntur omnibus in exemplū: & de talibus nō legitur q̄ mentiti sint, vel si aliqua dixerunt, quę mēdacia videntur secundū intentionē quā ex inspiratione spiritussancti cōceperunt, mendacia non sunt. Quidā vero laudātur propter virtutis indolē: & sic in aliquibus mendaciū fuisse legitur maximè officiosū, sicut patet de obstetricibus. Non enim cōmendātur quia mentitæ sunt: sed propter misericordiam ex qua in mendaciū inciderūt, & sic apparet in eis q̄ lā indoles, id est perfectus virtutis, nō aūt perfectio.

ARTICVLVS XVI.

CIRCA quintū sic proceditur. Videtur q̄ non oporteat q̄ fi aliquis intendat peccare mortaliter, q̄ peccet propter hoc mortaliter. Deus enim promptor est ad miserēdū quā ad puniendū: vt habetur ex glos. in primo Iere. Sed si aliquis intēdat peccare venialiter, nō sequitur q̄ propter hoc peccet venialiter: ergo nec oportet q̄ qui intēdit peccare mortaliter, quòd propter hoc peccet mortaliter.

¶SED CONTRA, Quicunque intendit peccare mortaliter facit contra conscientiam. Sed omnis talis peccat mortaliter: ergo, &c.

¶RESPONDEO dicendū, q̄ impropriè dicitur, q̄ aliquis intēdat peccare mortaliter aut venialiter. Malū enim est præter intentionē & voluntatē: vt dicit Dio. 4. c. de di. no. Sed aliquis q̄ intēdit facere aliquid quod credit esse mortale peccatū, ex hoc dicitur q̄ intēdit peccare mortaliter. Prædicta ergo quæstio nihil aliud quærit nisi quare aliquis credens esse peccatum mortale quod facit peccat mortaliter. Non aūt est necesse q̄ sit veniale, si credat veniale esse: vt si fornicationē credat esse veniale peccatum cuius quęstionis de facili patet solutio: quia cū cōscientia esset erronea habeat vim ligandi ex hoc ipso, quòd cōtra conscientiā facit, mortaliter peccat. Error autē conscientię quandoque habet vim absoluēdi siue excusandi: quando scilicet procedit ex ignorantia eius quod quis scire nō potest, vel scire non tenetur. Et in tali casu quamuis factū de se sit mortale: tamē intēdēs peccare venialiter, peccaret venialiter: sicut si aliqs intēderet accedere ad vxorē suā causa delectationis: & ita intēderet peccare venialiter, si alia ei supponeretur eo nesciēte, nihilominus venialiter peccaret. Quādoque verò error cōscientię nō habet vim absoluēdi vel excusandi, quādo scilicet ipse error peccatū est, vt cū procedit ex ignorātia eius quod quis scire tenetur, & potest: sicut si crederet fornicationē simplicē esse peccatū veniale, & tunc quāuis crederet peccare venialiter nō tamē peccaret venialiter, sed mortaliter.

¶Et sic patet responsio ad obiecta.

QVAESTIO VII.

DEINDE quærebatur de his quæ pertinent ad pœnam & gloriam. Et primò de his quæ pertinent ad pœnam. Secundò de his quæ pertinent ad gloriam.

¶Circa pœnam autem quærebatur. Primò de pœna spirituali. Secundò de pœna corporali damnatorum.

¶Circa primum duo quærebantur. Primo vtrùm damnati videant gloriam sanctorum, & post diem iudicij. Secūdò vtrùm damnati vellent suos propinquos esse damnatos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

et in ordine 147.

ARTICVLVS XVII.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd dānati post diem iudicij videant gloriam sanctorum. Sicut enim se habet gloria ad miserium: ita miseria ad gloriam. Sed de perfectione glorię sanctorum est vt videant miseriam damnatorum, vt habetur Isaiæ vlt. Egredientur & videbunt cadauera impiorum: ergo & de perfectione miseriæ damnatorum est, vt videant gloriam sanctorum: & sic post diem iudicij quando in miseria perfecta erunt videbunt gloriam sanctorum.

Isaiæ.

¶Præterea. Post diem iudicij nulla afflictio à damnatis subtrahetur. Sed nunc affliguntur damnati de hoc quòd vident gloriam sanctorum, secundum illud Isa. 26. Videāt & confundantur zelantes populum: ergo & post diem iudicij gloriam sanctorum videbunt.

¶SED CONTRA. Omnis delectationis materia dānatis post diem iudicij subtrahetur. Sed videre sanctorū gloriam est quædam materia delectationis, &c.

videre gloriā beatorum 2. con.

¶RESPONDEO dicendum, quòd videre gloriā beatorum dupliciter contingit. Vno modo vt capiatur quid sit ipsa gloria: & qualis & quanta: & sic nullus potest videre gloriam, nisi qui est in gloria. Superat enim & desideriū & intellectum eorum qui nō sunt in ea. Hoc enim est mānā absconditum & nomen nouum scriptum in calculo, quod nemo nouit, nisi qui accipit, vt habetur Apocalip. 2.

Apocalip.

Alio modo contingit videre gloriam beatorum, vt videātur ipsi beati esse in quadam gloria inenarrabili & excedente intellectum. Et sic damnati ante diem iudicij vident gloriam sanctorum, non autem post diem iudicij, quia tūc erunt penitus à sanctorū consortio alienati, vt qui ad summum iam miseriæ peruenerunt, & ideò nec etiam sanctorum consortio digni habebuntur, nam videns aliquod cōsortium habet cum eo quod videt.

4. 50. q. 2. ar. 2. q. 3. o.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd videre miseriam damnatorum omninò erit sanctis ad gloriam: gaudebunt enim de iustitia Dei & de sua euasione, secundum illud Psal. Letabitur iustus cùm viderit vindictam. Sed videre sanctorum gloriam aliquid perfectionis importat quo post diem iudicij damnati priuabuntur.

¶Ad secundum dicendum, quòd damnati in inferno existentes post diem iudicij memores erunt gloriæ sanctorum, quam ante iudicium & in iudicio viderunt, & sic cognoscent nos esse in maxima gloria, quamuis non videāt ipsos beatos, nec eorum gloriam, & ita inuidia torquebuntur, & sic afflictio quæ est in eis nunc ex tali visione manebit visione sublata, de quo etiam magis dolebunt videntes se etiam visione sanctorum indignos reputatos.

4. d. 50. q. 2. art. 4. o. & in expos. ad 4. Psal. 58.

¶Ad illud quod contra obijcitur dicendum, quòd videre sanctorum gloriam non est materia delectationis: nisi secundum primum modum visionis videatur, qualiter à dānatis nunquam videtur, secundo autem modo videre & non habere est magis afflictionis causa propter inuidiam.

175

ARTICVLVS XVIII.

4. dist. 50. q. 2. artic. 1. q. 4. o.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd damnati non vellent suos propinquos esse damnatos: dicitur enim Lucæ 16. quòd dives in inferno damnatus petebat Lazarum mitti ad fratres suos: vt testaretur illis ne venirent in locum tormentorum: petitio autem est voluntatis designatio: ergo damnati non volūt suos propinquos damnari.

¶SED CONTRA est quod dicitur Isaię 14. super illud: Surrexerunt de soliis suis. dicit gloss. Solatium est dānatis socios habere suæ sortis: ergo ipsi vellent omnes esse damnatos.

¶RESPONDEO dicendum quòd vitia spiritualia in damnatis consumantur: quod significatur Ezech. 32. vbi dicitur de impijs, quòd cum armis suis ad infernum descendunt: & ideo in eis perfecta inuidia est, ad quam pertinet dolere de bono alterius quod ipse nō habet, & sic etiam vellet omnes pati malum quod ipse patitur. Liberari enim à malo quoddam bonum est. Quæ quidem inuidia in aliquibus etiam in hac vita tantùm inualescit, vt suis propinquissimis etiam inuideant de bonis quæ non habent ipsi. Vnde multò amplius damnati inuidia stimulante vellent suos propinquos, cum omnibus aliis esse dānatos, & dolebunt si sciant aliquos esse saluatos. Sed tamē si non omnes deberet damnari, sed aliqui saluari magis vellent suos propinquos quam alios à damnatione liberari:

4. d. 50. q. 1. ar. 1. q. 4. ad 1. 176.

quia in hoc etiam inuidia torquebuntur, si videant saluari alios & suos damnari: & per hunc modum dives damnatus nolebat suorum damnationē. ¶Et sic patet ad obiecta.

176

QVAEST. VIII. ARTIC. XIX.

DEINDE quærebatur de pœna corporali damnatorum, vtrùm scilicet sit ibi tantùm pœna ignis, vel etiā pœna aquæ: & videtur quod sic per illud Iob 24. de impiis. Transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium.

4. d. 50. q. 2. ar. 3. q. 1. o. contra 3. c. 145. & 1. p. q. 10. ar. 3. ad 2. & 12. q. 67. ar. tic. 4. ad 2.

¶SED CONTRA, Omnis delectatio & refrigerium damnatis auferetur. Sed non potest esse sine quodam refrigerio, quòd aliquis afflictus calore ad frigus aquæ transeat, vel econuerso: ergo talis pœnarū alternatio non erit in damnatis.

¶RESPONDEO dicendum, quòd sicut dicit Basilius exponens illud psalm. Vox domini intercidentis &c. In fine mundi ignis diuidetur & alia elementa: & quicquid est in eis pulchrum & clarū remanebit superius ad gloriam beatorum: quod verò est in eis fetulentū & pœnosum descendet in infernum ad pœnam damnatorum: & ita ex totius creaturæ in infernum colligetur & erit damnatis in pœnam, & non solùm patientur pœnam ignis. Iustū est enim vt qui creatorem offenderunt ab omni creatura puniantur. Vnde dicitur sapientiæ 5. Quod orbis terrarum pugnabit pro illo contra insensatos.

4. d. 47. q. 2. ar. 2. q. 3. ad 3. & ar. 3. q. 3. o. 4. dist. 21. q. 1. artic. 2. q. 1. ad 2.

¶AD ILLVD autem quod contrarium obiicitur dicendum, quòd ex huiusmodi varietate pœnarum nullum erit in damnatis refrigerium. Ignis enim & aqua & huiusmodi non agent in corpora damnatorum actione naturæ, ita quod relinquant suas qualitates in corporibus damnatorū secūdū esse naturæ, sicut ignis relinquit calorē in lignis quæ facit esse calida: alioquin cum contraria non possint esse simul in eodem, oporteret corpora damnatorum suas qualitates perdere: & sic transmutata natura organorum haberet pœna minùs sensibilis, sed agunt in corpora dānatorum actione spirituali, imprimendo scilicet suas qualitates in corporibus damnatorum secundum esse spirituale per modum quo species colorum est in aere, vel etiā in pupilla, non ita quòd fiant colorata. Vnde corpora dānatorum sentient afflictionem ignis, sine hoc quòd conuertantur in naturam ignis, & ideò varietas pœnarū non faciet eis aliquod refrigerium. Refrigerium enim nunc ex alternatione pœnarum prouenies causatur ex transmutatione naturæ, inquantum per frigus aquæ superfluitas calefactionis remittitur. Et sic ad medium venitur, quod est delectabile.

QVAESTIO IX.

DEINDE quærebatur de gloria beatorum. Et circa hoc quæruntur duo. Primò vtrùm beatitudo sanctorum per prius consistat in intellectu quàm in affectu, vel econuersò. Secundò vtrùm per prius beati ferantur ad videndum humanitatem Christi quàm eius diuinitatem.

177

ARTICVLVS XX.

4. d. 49. q. 2. ar. 1. q. 2. o. & 12. q. 3. ar. 4. o. contra 3. c. 26.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q⁹ beatitudo sanctorum præcipuè consistat in intellectu. Sicut enim dicit Augustinus 10. confessi. Beatitudo est gaudium de veritate. Sed veritas pertinet principaliter ad intellectum: ergo & beatitudo.

¶Præterea, Ioan. 17. dicitur. Hæc est vita æterna vt cognoscant te solum verum Deum, & quē misisti Iesum Christum. Cognitio autem ad intellectum pertinet: ergo & vita æterna siue beatitudo.

¶Præterea, Aug. dicit 1. de trini. Quod visio est tota merces. Merces autem est beatitudo: ergo pertinet principaliter ad visionem intellectus.

¶SED CONTRA. Præmium respōdet merito. Sed meritum principaliter consistit in voluntate: ergo & beatitudo quæ est præmium.

1. p. q. 26. ar. 11. 1. ad 2. & 12. q. 3. art. 4 ad 3. & q. 11. artic. 1. ad 1.

¶RESPONDEO dicendum, quòd fœlicitas siue beatitudo in operatione consistit & non in habitu, vt philosophus probat in 1. Ethicor. Vnde beatitudo hominis potest comparari ad aliquam potentiam animæ dupliciter. Vno modo sicut obiectum potentiæ, & sic beatitudo præcipuè comparatur ad voluntatem. Nominat enim beatitudo vltimum finem hominis & summum bonum ipsius. Finis autem & bonum sunt obiectum voluntatis. Alio modo sicut actus ad potentiam, & sic beatitudo originaliter & substantialiter consistit in actu intellectus. Formaliter autem & completiuè in actu voluntatis, quia impossibile est ipsum actum voluntatis esse vltimum finem voluntatis. Vltimus enim finis hominis est id quod est primò desideratum. Non autem potest esse quòd primò volitum sit actus voluntatis. Prius enim est potentia fieri in aliquod obiectum

12. q. 3. ar. 4. o. & 1. p. q. 10. ar. 3. ad 2. & 1. 2. q. 3. ar. 8. o.

obiectum quàm quòd feratur super actum suum. Prius enim intelligitur actus alicuius potentiæ quàm reflexio eius super actum illam. Actus enim terminatur ad obiectum: & ita quælibet potentia prius fertur in obiectum quàm in actum suum, sicut visus prius videt colorem quàm videat se videre colorem: & ita etiam voluntas prius vult aliquod bonum quàm velit se velle: & sic actus voluntatis non potest esse primò volitum: & per consequens nec vltimus finis, sed quotiescunque aliquod bonum exterius est desideratum quasi finis: ille actus noster est nobis quasi finis interior: quo primò perfectè attingimus ad ipsum. Sicut dicimus quod comestio finis est & beatitudo eius qui ponit cibum finem suum & possessio eius qui finem suum ponit pecuniam. Finis autem nostri desiderij Deus est. Vnde actus quo ei primò coniungimur est originaliter & substantialiter nostra beatitudo. Primò autem Deo coniungimur per actum intellectus, & ideò ipsa Dei visio quæ est actus intellectus est subst ātialiter & originaliter nostra beatitudo. Sed quia hæc operatio perfectissima est & conuenientissimum obiectum, ideò consequitur maxima delectatio, quæ quidem decorat operationem ipsam & perficit eam, sicut pulchritudo iuuenturem, vt dicitur decimo Ethicorum, vnde ipsa delectatio quæ voluntatis est, est formaliter complens beatitudinem, & ita beatitudinis vltimæ origo est in visione complementum autem in fruitione.

ar. 185. ar. 1. 1. p. q. 26. ar. 1. 1. 2. q. 3. ar. 4. et 8. o.

¶Tres ergo primæ rationes concedendæ sunt: quia ostendunt quòd beatitudo substantialiter consistat in actu intellectus.

rationes

¶Ad illud autem quod contra obijcitur dicendum quòd meritum consistit in agendo: præmium autem in recipiendo. Actio autem primò pertinet ad voluntatem quia ipsa mouet omnes alias vires, sed receptio primò pertinet ad intellectum quàm ad voluntatem, vnde præmium per prius attribuitur intellectui, meritum autem voluntati.

ARTICVLVS XXI.

178

1. p. q. 26. ar. 1. c. 185. c. fi.

CIRCA secundum sic proceditur. Videtur quòd beati in gloria prius ferantur ad cōplandam Christi diuinitatem quàm eius humanitatem. Altissimo enim statuī altissimus actus primò & principaliter competit. Sed beati sunt in statu altissimo. Cùm ergo actus intelligentiæ quæ est potentia altissima, cuius est fieri in Deum sit actus altissimus & nobilissimus videtur quòd hic actus primò beatis competat, vt Deum contempleetur.

¶Præterea. hoc ad imperfectionem viæ pertinet quòd oportet nos ab inferioribus ad superiora contemplanda conscendere. Sed in beatis erit perfectio contraria imperfectioni viæ: ergo ipsi econuersō per prius superiora contemplabuntur: & sic primò Christi diuinitatem quā eius humanitatem.

¶SED CONTRA. Ad extremum non peruenitur nisi per medium. Sed medium inter Deum & homines est Christi humanitatis primæ ad Thimo. secundo. Mediator Dei & hominum homo Christus Iesus: ergo sancti nō perueniunt ad contemplationem diuinitatis Christi: nisi prius contemplando eius humanitatem.

¶RESPONDEO dicendum, quòd vnusquisque prius considerat illud quod est ratio alicuius, quàm id cuius ratio est sicut artifex prius cōsiderat regulam operis quam secundum regulam operetur. Beati autem adeò sunt Deo coniuncti: vt ipse sit eis ratio cuiuslibet cognitiōis & operis. Aliter enim actus beatitudinis per alias cognitiones & operatiōes sanctorum impediretur. Et ideò illud ad quod sancti primò attendunt est ipse Deus, & eum habent medium cujuslibet cognitionis: & regulam cuiuslibet operationis: & sic per prius contemplantur diuinitatem Christi, quàm eius humanitatem. In vtraque tamen contēplanda delectationem inueniunt, vnde dicitur Ioan. 10. Ingredient, scilicet beati ad contemplandam diuinitatem Christi: & egredientur ad contemplandam eius humanitatem, & vtrobique pascua inuenient, idest delectationē, vt exponitur in libr. de spiritu & anima.

operationes

¶Duas ergo primas rationes concedimus.

¶Ad illud quod contra obijcitur dicendum, quòd ratio illa procedit quantum ad statum viæ in qua nondum sumus Deo perfectè coniuncti. Sed oportet nos ad Deū per Christum accedere, sed cum iam Deo in beatitudine coniuncti erimus per prius intendimus Christi diuinitati quā eius humanitati.

¶Finit quodlibet octauum.

INCIPIT QVODLIBET NONUM.

QVAESTIO I.

QVAESITVM est primò de capite Christi. Deinde de membris. De Christo quæritur est tripliciter. Primò quantū ad naturam diuinam. Secundò, quantū ad vnionem humanę naturę ad diuinam. Tertiò, quantum ad species sub quibus in sacramento altaris continetur.

ARTICVLVS I.

179

1. p. q. 25. ar. 2. o. & 5.

CIRCA primum quærebatur vtrùm Deus possit facere infinita esse actu: & videtur quòd non. Deus enim potest facere aliquid maius omni eo quod facit, quia eius potentiā non adæquat opus: vt dicit Hug. de sancto Victo. Sed infinito in actu non potest esse aliquid maius: ergo nō potest esse quòd Deus faciat infinitum in actu.

¶SED CONTRA. Deus potest plus facere quàm homo possit dicere vel cogitare: secundum illud Lucæ 1. Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Sed homo potest dicere esse infinitum in actu: & etiam cogitare, cum quidam Philosophi hoc posuerint, vt patet in 3. Physic. ergo Deus potest facere infinitum in actu.

¶RESPONDEO dicendum, q⁹ cùm dicitur Deum non posse aliquid facere: hoc non est propter defectū diuinæ potentię, sed propter incōpossibilitatem quę importatur in facto. Quod quidē contingit dupliciter. Vno modo quia repugnat facto inquantum est factū sicut dicimus Deum non posse facere aliquam creaturam quæ se in esse conseruet: quia ex hoc ipso quòd res aliqua ponitur habere suum esse non ponitur etiam indigere conseruatore: cùm idem sit causa essendi rem & conseruans rem in esse. Alio modo quia repugnat huic facto inquantum est hoc factū, sicut si dicamus Deum non posse facere equum rationalē esse. Esse enim rationale quamuis non repugnet facto inquantum est factum: tamen hoc factum, scilicet esse rationale repugnat omni equo inquantū est equus in cuius diffinitiōe cadit irrationale. Quidā autem dicūt quòd Deus non potest facere esse infinitū in actu, quia esse infinitum repugnat facto inquantū est factum. Est enim cōtra rationem creaturæ, vt creatorem adæquet, quod oportet ponere si esset in aliqua creatura infinita. Infinitum enim infinito maius non est. Sed illud nō videtur rationabiliter dici. Nihil enim prohibet illud quod est infinitum per vnum modū superari ab eo quod est infinitū pluribus modis, sicut si esset aliquod corpus infinitū secundū longitudinem, finitū verò latitudine esset minus corpore longitudine & latitudine infinito. Dato autē q⁹ Deus faceret aliquod corpus infinitū actu, corpus quidem hoc esset infinitum quātitate dimensiua, sed de necessitate haberet naturam speciei terminatā, & esset limitatū ex hoc ipso q⁹ esset res naturalis, vnde nō esset æquale Deo: cuius esse & essentia est modus omnibus infinita. Alij verò dixerunt q⁹ esse infinitum in actu secundum aliquem modum non repugnat facto, inquantum factū neq; huic facto inquantū est hoc factū quod est ens in actu. Aliquo verò modo repugnat enti in actu esse infinitum. Et hæc est opinio Algazelis. Distinguit enim duplex infinitū, scilicet infinitū per se, & infinitū per accidens, cuius distinctionis intellectus hinc accipi potest, q⁹ cū infinitū principaliter in quātitate inueniatur, vt dicitur in 1. Physi. (T. c. 15.) si quantitas in qua infinitum consistit habeat talē multitudinē: cuius vnaquæq; pars ab altera depēdeat & certū ordinem habeat ita q⁹ vnaquæq; pars illius multitudinis requiratur per se: tunc infinitū in tali quantitate consistens dicetur infinitū per se, sicut patet in hoc quòd baculus monetur à manu: manus à lacertis & neruis: qui mouentur ab anima quòd si in infinitum procedunt, vt scilicet anima ab alio moueatur, & sic deinceps in infinitū: vel baculus aliquid aliud moueat: & sic deinceps in infinitum erit multitudo istorū mouentium & motorū per se infinita. Si verò quantitas in qua consistit infinitum resultet ex aliquibus pluribus: qui eundem ordinē seruēt, & quorum numerus non requiritur nisi per accidens, tūc erit infinitū per accidens, sicut si aliquis faber cultellum faciat: ad cuius constitutionem multis martelis indigeat: ex hoc q⁹ vnus post aliū frangitur: & vnus succedit in locum alterius eiusdē ordinē tenens: si talis multitudo in infinitū

1. p. q. 25. ar. 2. o. & 5.

ar. 226. & 1. p. q. 26. ar. tic. 3. art. 150. ad 4.

art. 226.

ar. 94. c. & 198. ad 2. et ar. 227.

ar. 41. & 3. p. q. 10. ar. 3. ad 2. et 3. p. q. 1. artic. 2. ad 9.

art. 41. c.

Algazel.

diff. infiniti per se.

diff. infiniti per accidens.

Universidad de Deusto
Biblioteca

excrescat, dicetur infinitum per accidens & nõ per se. Accidit enim fabrili operi martellorum infinita multitudo cum per vnum martellum si duraret, æqualiter posset expleri sicut per infinitos. Dicunt ergo quòd infinitum per se repugnat ei quod est esse in actu, eoquòd oportet in his quę per se ordinem habent compleri postremum, nisi per comparationem quodammodò omnium priorum, & sic ad vnum constituendum requireretur infinitorũ ordinata infinientia, si esset aliquid infinitum per se, & ita nunquã posset compleri, cùm infinita non sit transire. sed infinitũ per accidens secundum eos nõ repugnat ei quod est esse in actu, cùm vna pars multitudinis ab altera non dependeat, vnde secundum hoc nihil prohibet esse infinitum in actu, sicut Alga. dicit in sua meta. animas rationales hominum defunctorum esse infinitas in actu, eo quòd ponit generationem hominũ ab æterno fuisse, & animas post mortem corporum remanere, & secundum hanc opinionem Deus posset facere iuũnita vel infinitum in actu' etiam si non inueniatur in natura infinitũ in actu. Sed econtra cõmen. 5. meta. (Com. 6.) Dicit quòd in actu esse non potest, neque infinitum per se, neque infinitum per accidens. In potentia verò inuenitur infinitum per accidens, sed non infinitum per se, & sic secundum eum esse infinitum omnino repugnat ei quod est esse in actu, & hoc verius esse videtur. Non enim potest esse actu, in rerum natura aliquid non specificatum ad diuersas species indifferenter se habens. Quamuis enim intellectus concipiat animal non specificatum rationali vel irrationali differentia, non tamen potest esse actu animal, quod non sit rationale vel irrationale, vnde secundum philosophum nõ est in genere quod non est in aliqua eius specie, vnaquęq; verò quantitas specificatur per certã terminationẽ quantitatis, sicut multitudinis species sunt duo & tria, & sic de alijs, & magnitudinis species sunt bicubitum & tricubitum, & huiusmodi, vel secundum aliquam determinatã mensuram vnde impossibile est sic inueniri aliquam quantitatem in actu quę non sit proprijs terminis limitata, cum autem infinitum congruat quantitati, & dicatur infinitum per termini remotionẽ, impossibile erit infinitum esse in actu, propter quod dicit philosophus in tertio Physico. (T.c.57.) quod infinitum est sicut materia nondum specificata, sed sub priuatione existens, & ꝙ se habet magis in ratione partis & contenti quàm totius & continentis, & ideo sicut Deus non potest facere equum rationalem, ita non potest facere ens actu esse infinitum.

Alga. ponit infinitas animas actu.

ar. 22. et 7. 3. p. q. 10. ar 3. ad 2. et 3.

¶Vnde primum concedimus, quia verum concludit, quanuis non rectè concludat eo quòd si ponatur Deum facere aliquid infinitum secundum vnum modum, adhuc potest aliquid infinitum facere in alio ordine, sicut si posset facere infinitos leones, infinito enim non est aliquid maius in illo ordine quo est infinitum, sed secundum alium ordinem nihil prohibet aliquid esse aliud maius infinito, sicut numeri pares sunt infiniti: & tamen numeri pares & impares simul accepti sunt plures numeris paribus.

¶Ad illud verò quod in contrarium obijcitur dicendum, quòd verbum intellectus non solùm dicitur quod verbo profertur, sed quod mente concipitur, quod autem sibiipsi est repugnans mente concipi non potest, quia nullus potest intelligere contradictoria esse simul vera: vt probatur in quarto Metaphi. vnde eũm esse infinitum repugnet ei quod est esse actu hoc non est verbum, vnde non est infinitũ in actu, & ideò non sequitur quòd sit Deo possibile. Philosophi autem qui posuerunt infinitum esse in actu propriam vocem ignoranerunt.

QVAESTIO II.

DEINDE quærebatur de Christo quantum ad vnionẽ humanæ naturæ cum diuina.

¶Et circa hoc quærebantur tria. Primò vtrùm in Christo sit vna hypostasis tantum. Secundò vtrùm sit in eo vnum tãtum esse. Tertiò vtrùm sit in eo vna tantũ filiatio.

1 80

ARTICVLVS II.

ar. 2. c. fi. et ad 1. et 3. p. q. 2. ar. 3. o. & ar 6. & 11. c. ærvnio. 2. o et opm 3. c. 18. o.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo sint plures hypostases. Vnio enim animæ ad corpus præsupponitur ad assumptionẽ, quia Christus humanitatem siue humanam naturam assumpsit, quę cum sit forma totius dicit aliquid compositum ex anima & corpore, sed anima & corpus vnita faciunt hypostasim hominis: ergo hypostasis in humana natura præintelligitur assumptioni, sed omne quod præintelligitur assumptioni potest dici esse assumptum; ergo hypostasis verbi assumpsit hypostasim hominis, & sic sunt duæ hypostases in Christo.

¶Præterea. Corpus quod præintelligitur assumptioni est assumptibile, sed corpus non est assumptibile nisi vt vnitum animæ rationali. nõ enim dicitur corpus inanimatum esse assumptibile: ergo vnio animæ & corporis præintellegitur ad assumptionẽ humanæ naturæ, & sic idẽ qd̃ prius.

¶Præterea. Mediũ vnionis præsupponitur ante vnionem, sed gratia est medium vnionis humanę naturæ ad diuinam personam, vnde dicitur gratia vnionis: ergo præsupponitur ad vnionem. gratia autẽ non potest intelligi nisi in anima: anima autem non intelligitur esse antequam corpori vniatur: quia creando infunditur & infundendo creatur, ergo oportet præintelligi vnionem animæ cum corpore ad vnionem humanæ naturæ cum diuina, & sic idem quod prius.

¶Præterea. humanitas est quædã forma subsistãtialis, omnis autem forma subsistãtialis requirit aliquid quod ipsam informetur. non autem potest dici, quòd hypostasis vel suppositum æternum informetur per aliquã formã creatam, ergo oportet in Christo ponere aliquod suppositũ vel hypostasim creatã quę humanitate informetur, & sic in Christo erunt duæ hypostases, hypostasis scilicet verbi, & hypostasis hominis.

¶SED CONTRA est, ea quæ sunt ad inuicẽ disparata non prædicantur de seinuicẽ nisi per hoc, ꝙ conueniũt in vno supposito: sicut dicimus, ꝙ albũ est dulce, ꝑter vnitatem subiecti, sed diuina natura & humana sunt naturę penitus disparatę, prædicantur autẽ de seinuicẽ in concreto. Dicimus enim Deus est homo & homo est Deus, ergo est ibi vnũ suppositũ tantũ & vna hypostasis. Si dicatur, quòd prædicantur de seinuicẽ propter hoc, quòd cõueniunt in vna persona nõ per hoc ꝙ conueniũt in vno supposito vel hypostasi: vna sicut dicimus album est dulce.

¶Contra. persona nõ addit supra hypostasim vel suppositum nisi aliquod accidẽs. s. proprietatẽ ad dignitatẽ pertinentem, si ergo in Christo esset vna persona & non vnum suppositum vel hypostasis diuina natura & humana essent in ipso vnitę solùm in accidente, quod falsum est.

¶RESPONDEO dicendum, quòd secundum opinionem secundam quam magister in 6. dist. tertij libri sententiarum ponit, quæ est cõmunis opinio modernorũ, & alijs multo verior & securior in Christo est vnum suppositum tantũ & vna tãtùm hypostasis, sicut & persona vna. Oportet nãq; nos secundum doctrinam fidei ponere vnam rem subsistentem in duabus naturis diuinam scilicet & humanam, aliàs nõ posset dici, ꝙ vnus esset dominus Iesus Christus secundum sententiam Apostoli. 1. ad Cor. 8. Vnde & Nestorius fuit dãnatus, ꝑpter hoc, ꝙ Christũ præsumpsit diuidere duas introducens personas. Illud autem, quod est subsistens in natura est aliquod indiuiduum & singulare. Vnde vnitas Christi in qua duæ naturæ vniũtur attribuenda est alicui nomini per quod singularitas designetur. Nominum autem quæ singularitatem designant, quædã significant singulare in quolibet genere entis sicut hoc nomen singulare & particulare & indiuiduũ: quia hæc albedo est quoddam singulare & particulare & indiuiduum. nã vniuersale & particulare & circũeunt omne genus. Quædam verò significant singulare solũ in genere substantiæ, sicut hoc nomen hypostasis, quod significat indiuiduã substantiam. & hoc nomẽ persona quod significat substãtiam indiuiduam rationalis naturæ, & similiter hoc nomen suppositum vel res naturæ quorum nullum de hac albedine potest prędicari, quãuis hæc albedo sit singularis eo quòd vnumquodque eorum significat aliquid vt subsistens. Accidentia verò non subsistunt, partes verò subsãtiarum quãuis sint de natura subsistentium, non tamen per se subsistunt, sed in alio sunt vnde etiã prædicta nomina de partibus subsãtiarum non dicuntur. Non enim dicimus, ꝙ hæc manus sit hypostasis vel persona vel suppositum vel res naturæ, quãuis posit dici, ꝙ sit quoddã indiuiduũ vel particulare vel singulare, quæ nomina de accidentibus dicebãtur, nõ autem potest dici, ꝙ humana natura in Christo vel aliqua pars eius sit per se subsistẽs. Hoc enim vnioni repugnaret: nisi poneremus vnionem secũdum quid & non simpliciter: sicut vniuntur lapides in aceruo: vel duo homines per effectum amoris: vel per aliquam imitationis similitudinem: quæ omnia dicimus esse vnum secũdum quid & non simpliciter, quod enim est simpliciter vnũ & per se subsistẽs nihil cõtinet actu per se subsistẽs, sed forte in potentia:

1. p. q. 29. ar 1. ad 2. & 3. p. q. 2. ar. 2. ad 3.

Poten. q. 9. ar. 2. ad 7. & 1. 2. p. q. 26. ar. 1. ad 2. & 5.

in potentia, vnde seruata veritate vniõis naturarũ in Christo oportet ponere sicut vnam personam; ita vnam hypostasim & vnum suppositum, & vnam rem duarum naturarum, sed ipsam humanam naturam in Christo nihil prohibet dicere esse quoddam indiuiduum, aut singulare aut particulare, & similiter qualibet partes humanæ naturę, vt manus & pedes & ossa, quorũ quodlibet est quoddam indiuiduũ, non tamen quod de toto prędicetur, quia nullum eorum est indiuiduum per se subsistẽs, sed indiuiduum per se subsistẽs, vel singulare: vel particulare: quod prædicatur de Christo est vnum tantum. Vnde possumus dicere in Christo esse plura indiuidua: vel singularia: vel particularia: non autem possumus dicere Christum esse plura indiuidua, vel singularia, vel particularia: sed plures hypostases: vel suppositа non possumus dicere in Christo esse.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ex vnione animæ & corporis constituitur & homo & humanitas, quæ quidem duo hoc modo differunt, quòd humanitas significatur per modum partis, eo quod humanitas dicitur qua homo est homo, & sic præcise significat essentialia principalia speciei: per quę hoc indiuiduum in tali specie collocatur, vnde se habet per modũ partis, cũ præter huiusmodi principia multa alia in rebus naturæ inueniãtur. Sed homo significatur per modũ totius. Homo enim dicitur habẽs humanitatẽ: vel subsistẽs in humanitate siue præcitiõe quorũcũnq; aliorũ superuenientiũ essentialibus principijs speciei: quia per hoc ꝙ dico, habẽs humanitatẽ, non præcidit quin habeat colorẽ & quãtitatẽ & alia huiusmodi. Secundũ ergo secundã opinionẽ prędictã vnioni humanę naturæ ad diuinã præsupponitur vnio animæ & corporis secundũ ꝙ cõstituit humanitatẽ, nõ secundũ ꝙ constituit hominẽ, Illud enim quod in Christo est cõstitutũ ex anima & corpore tantũ, quod vnione præsupponitur: nõ est totũ quod per se subsistit: sed aliquid eius, & ideò non potest signari, vt homo: sed vt humanitas, vnde oportet dicere: ꝙ in ipsa vnione humanæ naturæ ad diuina quasi in termino assumptionis intelligatur primò in Christo ratio hominis, quia tũc in primo intelligitur, vt res per se subsistẽs cõpleta, & in hoc differt ab alijs duabus opinionibus. Nã prima opinio ponit, ꝙ vnio animæ ad carnẽ præsupponitur, secundũ intellectũ assumptioni humanæ naturæ, non secundũ solũ hoc quod cõstituit humanitatẽ, sed etiã secũdũ ꝙ cõstituit hominẽ, dicit enim hominẽ esse assumptũ. Tertia verò opinio ponit, ꝙ nec etiam in termino assumptionis intellegitur anima corpori vnita, nec ad cõstituẽdum hominẽ, nec ad constituẽdã humana naturam, dicit enim humanã naturam sumi nudeipliciter. s. pro partibus eius, scilicet anima & corpore, cũ dicamus humanam naturã assumptã a verbo, vt patet quòd nec verè dici: Christum esse hominem: nec verè ponit humanam naturam in Christo: & ideò est tanquam hæretica condemnata.

5. dist. 2. q. 1. ar. 3. o.

3. d. 2. q. 1. ar. 3. q. 3. o.

¶Ad secundũ dicendũ, ꝙ corpus vnitum animę præintelligitur assumptioni humanæ naturæ. Vnitum autem dico vnione constituente humanitatem, non autem vnione cõstituente hominem.

¶Ad tertiũ dicendũ, ꝙ gratia habitualis nõ intelligitur, vt mediũ vnionis, quod secundũ intellectũ precedit vnionẽ: nec est mediũ quod causet vnionẽ, vel vnibilitatẽ, sed mediũ quod facit ad cõgruitatem vnionis: sicut decora vestis facit ad cõgruitatẽ cõiũcti ioris matrimonialis. Et similiter scientia & omnes aliæ perfectiões Christi possent dici mediũ vniõis, & pro tanto gratia habitualis Christi potest dici gratia vnionis: verius tamẽ puto: ꝙ gratia vnionis dicatur: vel ipsa gratuita Dei voluntas: quæ gratis nullis meritis precedentibus vnione fecit: vel potius ipsum donũ gratis datũ humanę naturæ, quod est esse in diuina persona. Si tamẽ anima vnita corpori præintelligatur ad assumptionem soluendum est: vt prius.

3. d. 13. q. 3. ar. 1. & 2.

¶Ad quartũ dicẽdũ, ꝙ humanitas nõ est forma partis quæ dicatur forma quia informet aliquã materiam: vel subiectũ: sed dicitur forma totius in qua suppositũ naturæ subsistit: vnde non oportet ponere ꝙ hypostasis increata informetur humanitate, sed quòd subsistit in ea.

187

ARTIC. III.

3. p. q. 17. ar 1. 2. o. & 3. d. 6. q. 2. ar. 2. o. & opus. ar. 4. o.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd in Christo nõ sit vnum tantũ esse. Viuere enim secundũ Philosophũ in 2. de anima. (T.c.37.) viuentibus est esse. Sed in Christo nõ est tantũ vnũ viuere: cũ duplex sit in eo vita creata, scilicet vita qua viuit corpus per animam: quę mortẽ priuatur, & vita increata, qua viuit per seipsum: ergo nec in Christo est tantum vnum esse.

¶Præterea, sicut esse est suppositi, ita & operatio. Sed vnitas suppositi non facit quin in Christo sint plures operationes: ergo nec faciet ꝙ in Christo sit tantum vnum esse.

¶Præterea, generatio est mutatio ad esse. Sed in Christo est quædã generatio rẽporaliside qua Matth. 1. Christi autẽ generatio fuit erat, quę non potest terminari ad esse æternũ: ergo terminatur ad aliquid esse temporale & creatũ: ergo in Christo est duplex esse: cum in ipso maximè sit esse increatum.

¶Præterea, vnicuiq; est attribuendũ esse de quo cõueniẽter quæri potest an est. Sed de humana natura potest quæri an est, ergo humana natura habet esse propriũ in Christo, & sic est in eo duplex esse, cum etiam humana natura suum esse habeat.

¶SED CONTRA. Quæcũq; sunt distincta secũdũ esse, sunt in supposito distincta. Sed in Christo est vnum tãtum suppositum, ergo & vnum tantum esse.

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ esse dupliciter dicitur, vt patet per Philosophũ in 5. Meta. (T.c.14.) & quãdã gio. Orig. super principiũ. Ioã. Vno modo secundũ ꝙ est copula verbalis significãs cõpositionẽ cuiusliber enũciationis, quã anima facit, vnde hoc esse nõ est aliquid in rerũ natura: sed tantũ in actu animæ cõponentis & dirimentis, & sic esse attribuitur omni ei de quo potest proposito formari sine fit ens: siue priuatio entis. Dicimus enim cæcitatem esse. Alio modo esse dicitur actus entis in quãtum est ens, id est quo denominatur aliquid ens actu in rerum natura, & sic esse non attribuitur nisi rebus ipsis quæ in decem genera continentur, vnde ens à tali esse dicitur per decẽ genera diuiditur. Sed hoc esse attribuitur alicui dupliciter. Vno modo, vt sicut ei quod propriè & verè habet esse vel est, & sic attribuitur soli substantiæ per se subsistenti, vnde quo ꝺ verè est dicitur substantia in primo Physicorum (T.c. vigesimoseptimo) Omnia verò quæ nõ per se subsistunt, sed ꝺ in alio & cum alio, siue sint accidentia siue formæ substantiales, aut quælibet partes non habent esse, ita vt ipsa verè, sed attribuitur eis esse. Alio modo, id est vt quo aliquid est, sicut albedo dicitur esse, non quia ipsa in se subsistat, sed quia ea aliquid habet esse album. Esse ergo propriè & verè non attribuitur, nisi rei per se subsistẽti, huic autem attribuitur esse duplex, vnum, scilicet esse resultans, ex his, ex quibus eius vnitas integratur, quod proprium est esse suppositi substantiale. Aliud esse est suppositi attributum præter ea quæ integrant ipsum, quod est esse superadditum, scilicet accidentale, vt esse album attribuitur Sorti, cum dicitur, Sortes est albus. Quia ergo in Christo ponimus vnam rem subsistentem tantum, ad cuius integritatem concurrit etiam humanitas, quia vnum suppositum est vtriusque naturæ, ideò oportet dicere quòd esse substantiale quod propriè attribuitur suppositio in Christo, est vnum tantum, habet autem vnitatem ex ipso supposito & non ex naturis. Si tamen ponatur humanitas à diuinitate separari, tunc humanitas suum esse habebit aliud ab esse diuino non enim impediebat quin proprium esse haberet, nisi hoc quod non erat per se subsistens, sicut si archa esset quoddam indiuiduum naturale ipsa tota non haberet nisi vnum esse, quælibet tamẽ partium eius ab archa separata proprium esse habebit, & sic patet quòd secundum opinionem secundam oportet dicere, quòd in Christo est vnum esse substantiale, secundum quòd esse est suppositi propriè quãuis sit in eo multiplex esse accidentale.

1. p. q. 3. ar. 4. ad 2. et 1. d. 33. q. 1. ar. 1. ad 1. et po 1. e. q. 7. art, 2. ad 1.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd viuere dicit esse quoddam specificatum per speciale essendi principium, & ideò diuersas vitæ consequitur diuersitatem principiorum viuendi: sed esse magis respicit ad suppositum subsistens.

3. p. q. 5. ar. 3 ad 2. et q. 90. ar. 2. c. & 3. p. q. 2. ar. 5. ad 3.

¶Ad secundum dicendum, quòd operatio suppositi non est de integritate vnitatis eius, sed consequitur eius vnitatem: vnde vnius suppositi inuenimus multas operationes, secundum diuersa operationum principia, quæ suppositio insunt, sicut homo aliud operatur lingua & manu. Sed esse est id in quo fundatur vnitas suppositi, vnde esse multiplex præiudicat vnitati essendi.

3. p. q. 5. ar. 3. ad 3.

¶Ad tertium dicendum, quòd generatio temporalis terminatur non ad esse suppositi æterni, vt simpliciter per eam esse incipiat, sed quòd incipiat esse suppositum habens illud esse suppositi humanæ naturæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Ad quartum dicendum, quòd obiectio illa procedit de esse quod in actu animæ consistit: quia an est etiam de cęcitate quæri potest.

& in ordine 182.

ARTICVLVS IIII.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q; in Christo non sit tantum vna filiatio. Multiplicata enim causa multiplicatur effectus. Sed natuitas est causa filiationis: ergo cùm in Christo sint duæ natiuitates erunt etiam duę filiationes.

ar. 2. o. art. 3. p. q. 35. art. 3. o.

¶Præterea, Impossibile est idem similiter manere & corrumpi. Sed suppositio quòd beata virgo ante Christi mortem mortua fuisset corrupta esset filiatio, qua filius matris dicebatur: Maneret autem filiatio æterna qua diceretur filius patris: ergo alia filiatione dicitur Christus filius patris, & alia filius matris.

¶Sed diceres quòd est alius respectus, sed nõ alia filiatio. Contrà. Filius est relativum secundum esse, & non tantum secundum dici. Sed huiusmodi relativa secundum philosophum prædicamentis sunt quorum esse est, ad aliud se habere: ergo esse filiationis est esse respectus quo refertur ad aliud, & ita si sunt plures respectus sunt plures filiationes.

¶Præterea, In relatione nihil invenitur nisi respectus & causa siue fundamentum respectus: sicut vnitas quantitatis est fundamentum relationis, quæ est æqualitas. Sed respectus sunt diversi, quibus Christus refertur ad patrem & matrem. Fundamenta etiam horum respectuũ siue causæ sunt diuersæ, scilicet: ipse natiuitates. Nam filiatio est relatio originis: ergo sunt plures filiationes in Christo.

SED CONTRA. Filiatio est relatio personalis. Sed in Christo est vna tantum persona: ergo vna tantum filiatio.

RESPONDEO dicendum, quòd in Christo est vna tantum filiatio secundum rem: quamuis sint plures respectus relatini secundum rationem.

ar 2 c. veri. q. 1 ar 5. ad 15. & p. q. 2. ar. 1 c. 1. p. q. 18. ar 11. c.

¶Ad cuius evidentiam sciendum est, quòd in hoc differt ad aliquid ab aliis generibus, quòd alia genera ex propria sui ratione habent quòd aliquid sint, sicut quãtitas ex hoc ipso quòd est quantitas aliquid ponit. Et similiter est de aliis, sed ad aliquid ex propria sui generis ratione non habet quòd ponat aliquid, sed ad aliquid: vnde inueniuntur quædam ad aliquid, quæ nihil sunt in rerum natura, sed in ratione tantum, quod in aliis generibus non contingit, & quãuis ad aliquid ex ratione sui generis non habeat quòd ponat aliquid, non tamen etiam habet ex ipsa generis ratione quòd nihil ponat, quia sic nulla relatio esset aliquid in rerum natura, vnde ad aliquid non esset vnum de decẽ generibus. *ad 3. huius.* habet autem relatio quòd sit aliquid reale ex eo quòd relationem causat. Cum enim in aliquo inuenitur aliquid reale, per quod alterum dependeat & comparetur, tunc dicimus realiter comparari vel dependere vel referri, sicut æqualitas relatio realis ponitur ex virtute quantitatis, quę æqualitatem causat. Quia verò ex eodem res habet esse & vnitatem: ideò realis vnitas relationis pensanda est ex ipso relationis fundamento, vel causa, vt quia vna est quantitas, per quam pluribus sunt æqualis, in me non est, nisi vna relatio realis æqualitatis habens respectũ ad plures. Similiter quia vna natiuitate ex patre & matre genitus fui, vna filiatione reali dicor filius vtriusque, quãuis multiplicentur respectus, sed in Christo non possumus dicere vnam causam esse filiationis secundum quod refertur ad patrem & matrem: cùm sint duæ natiuitates penitus diuisparatæ, vnde si esset aliquid quòd filiationem temporalem posset recipere quasi subiectum oporteret ponere in Christo plures filiationes. Nunc autem filiatio est talis relatio quæ non potest habere pro subiecto nisi ipsum suppositum, in Christo autem non est nisi suppositum æternum, quod quidem non potest esse subiectum alicuius temporalis relationis. Quæcũq; enim relationes temporales de aliquo æterno dicuntur, sunt relationes rationis & non rei, vnde filiatio qua Christus refertur ad matrem non est realis relatio, sed rationis tantum, sicut & cæteræ quæ dicuntur de Deo ad creaturas. Non enim potest dici quòd subiectum filiationis sit suppositum æternum ratione humanæ naturæ vel alicuius partis eius, sicut dicitur suppositum mortis vel passionis, quia sic ipsa humana natura vel pars eius esset primum subiectum filiationis, & denominaretur per ipsas, sicut contingit & de aliis accidentibus, quæ attribuuntur Christo ratione humanę naturæ, filiatio verò nunquam denominat nisi ipsum suppositum, nec potest aliud pro subiecto habere. Nihil tamen prohibet aliquas reales relationes in esse Christo ad virginem, sicut cùm dicimus: corpus Christi est originatum ex virgine. Sed ista relatio non habet rationem filiationis, nisi poneremus secundum primam opinionem suppositum æternum esse aliud in Christo à creato.

3. p. q. 23. ar 3. & 4.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod ex natiuitate tẽporali non innascitur filiatio realis, sed rationis tantum quamuis Christus realiter sit filius virginis, sicut Deus realiter est dominus creaturæ, quamuis in eo dominium non sit relatio realis. Dicitur enim realiter dominus propter realem potestatẽ, & sic dicitur Christus realiter filius virginis propter realem natiuitatem.

¶Ad secundum dicendum, quòd respectus relationis dependet ex termino ad quem aliquid refertur, & ideò destructo termino respectus aufertur, sed tamen filiatio realis ad patrem remanet in Christo, etiam suppositа morte matris.

¶Ad tertium dicendum, quòd in illa philosophi descriptione esse ponitur pro ratione essendi secundum quòd diffinitio dicitur ratio secundum genus, quod est esse: vnde non oportet quòd habeat esse relatio ex respectu, sed ex causa respectus, ex respectu verò habet propriam rationem generis vel speciei.

ar. 2 c. & 3. d. 8. ar. 5. ad 2. et ar. 22. 5. 185.

¶Ad quartum dicendum, quòd quamuis sit respectus filiationis diuersus, & causa filiationis diuersa, sed tantum filiationes non possunt esse duæ, ratione iam dicta.

QVAES. III. ARTIC. V.

DEINDE quæritur de Christo quãtum ad species sub quibus in sacramento altaris continetur, vtrùm scilicet sint ibi accidentia sine subiecto, & videtur quòd non. Deus enim non potest facere contradictoria esse simul verã. Hoc autem esset si ab aliquo remoueretur id quod est de sua diffinitione. Cùm ergo in diffinitione accidẽtis ca dat esse in subiecto, quia accidentis esse est inesse, videtur quòd Deus non possit facere accidens sine subiecto.

3. p. q. 75. ar 6. c. ar 4. d. 11. q. 1. ar. 1. q. 3. o.

¶Præterea, De eodem prædicatur diffinitio & diffinitum. Sed ens per se est diffinitio vel descriptio subiectæ, si ergo in sacramento altaris accidentia sunt per se nõ in subiecto, sequitur quòd sint substantiæ, quod est absurdum.

¶Præterea, Ex accidentibus non potest generari substantia, sed videmus ex illis speciebus generari vermes & cineres, quæ constat non generari ex corpore Christi, ergo accidentia non sunt ibi sine subiecto.

¶Sed diceres quòd generantur miraculosè.

¶Sed contrà. Miracula ordinantur ad ædificationem fidei sed magis est ad scandalum, quòd vermes exinde generentur: ergo non fit miraculosè.

¶Præterea, In sacramento altaris nihil debet esse inordinatum, sed cõtra ordinem quem Deus rebus imposuit est accidens esse sine subiecto.

¶SED CONTRA. Sensus non decipitur in proprio sensibili, secundum philosophum in secundo de anima. (T. ca. sexagesimotertio.) Sed sensus indicat sibi esse colorem & saporem & alia huiusmodi: ergo hæc accidentia sunt verè ibi. Non autem sunt in corpore Christi sicut in subiecto, nec iterum in aere cum neutrum sit natum affici talibus accidentibus: ergo accidentia sunt ibi sine subiecto.

3. p. q. 22. ar 2. & q. 44. ar 1. & 2. ar. 22. & 74

¶RESPONDEO dicendum, quòd accidentia sunt ibi sine subiecto, quod qualiter esse possit hinc considerãdum est, quia in omnibus causis ordinatis, secundum philosophum in libro de causis, prima causa vehementiùs imprimit in causatum causæ secundæ, quàm etiam causa secunda: vnde fit vt causa prima non retrahat operationem suam ab effectu etiam postquam causa secunda retraxit: vt dicitur ibidem in comento. Vniuersalis aũt causa & prima omnium entium Deus est: non solum substantiarum, sed etiam accidentium. Ipse enim est creator substantiæ & accidentis, sed etiam procedunt ex eo quodam ordine. Nam mediantibus substantiæ principiis accidentia producuntur: vnde secundum naturæ ordinem accidentia à principiis substantiæ dependent, vt sine subiecto esse non possit, tamen per hoc non excluditur quin Deus quasi causa prima possit accidentia in esse seruare substantia remota, & per hunc modũ accidentia miraculosè sunt in sacramento altaris sine subiecto virtute scilicet diuina ea tenente in esse.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd cũ dicitur, accidentis esse est: esse vel qualitercũq; ponatur subiectũ in diffinitiõe accidẽtis intelligitur esse diffinitio per additionem, vt habetur in 7. Metaph. (T. c. 17.) Et dicitur diffinitio per additionem quando in diffinitiõe ponitur aliquid quod est extra essentiam diffinitificat nasus ponitur in diffinitione simi, hoc autem est propter naturalem dependentiam accidentis à subiecto, sed hoc non impedien te Deus potest accidentia sine subiecto conseruare: nec tamen sequitur contradictoria simul esse vera: quia subiectum non est de substantia accidentis.

ar. 26.

¶Ad secundum dicẽdum, quòd secundum Auicen. in sua Metaphy. esse non potest poni in diffinitione alicuius generis & speciei: quia omnia particularia vniuntur in diffinitione generis: vel speciei, cum tamen genus: vel species non sint secundum vnum esse in omnibus, & ideò hæc nõ est vera diffinitio substãtiæ: substantia est quod per se est: vel accidentis: est quod in alio: sed est circumlocutio verę descriptionis: quę talis intelligitur: substãtia est res cuius naturæ debetur esse non in alio: accidẽs verò est res cuius naturæ debetur esse in alio: vnde patet quòd quamuis accidens miraculosè sit non in subiecto, non tamen pertinet ad diffinitionem substantiæ: non enim per hoc eius naturæ debetur esse non in alio, nec egreditur diffinitionẽ accidentis, quia adhuc natura eius remanet talis, vt ei debeatur esse in alio.

articul. 25.

1. p. q. 3. ar. 5. ad 1.

3. p. q. 77. ar. 1. ad 2.

¶Ad tertium dicendum, quòd de his quæ generantur ex speciebus, vt vermibus: vel cineribus, aut aliquibus huiusmodi duæ sunt opiniones magis probabiles. Quarum vna est quæ dicit q; substantia panis redit ex qua possunt talia generari. Sed hæc opinio videtur impropriętatem continere propter duo. nisi debito modo intelligatur. Primò quia non potest esse quòd iterum sit ibi substantia panis. Aut enim poneretur ibi esse substantia panis iterato speciebus manentibus, & sic cum corpus Christi tãdiu sit sub sacramento: quandiu species manent: sequitur q; aliquãdo erit ibi simul corpus Christi & substantia panis, quod nõ sustinet ratio. Aut hoc erit destructis speciebus: & hoc iterũ est inconueniens: vt substantia panis & sine proprijs accidentibus panis. Secundò apparet improprietas propter nomen reditus. Si enim aliquid est in alterum conuersum non potest dici redire, nisi illud reconuertatur in ipsum. Substantia autem panis non est annihilata, sed transubstantiata in corpus Christi. Vnde potest intelligi, quòd substantia panis redeat nisi corpus Christi reuertatur in panem, quod est absurdum, vnde si debet ista opinio substineri intelligenda est per substantiam panis materia panis, non quòd redeat quæ prius erat: sed quòd destructis speciebus aliqua materia à Deo ibi prouideatur, vel per creationem, vel quocũq; alio modo, ex qua possint huiusmodi corpora generari. Alia verò opinio est planior: vt dicatur quòd illis accidentibus: sicut datũ est per se sustinere diuina virtute similiter datum est vt agant & ex eis fiat quicquid fieret ex substantia panis: vel quicquid ageret si maneret. & hac virtute nutriũt, & vermes: vel cineres exinde generantur.

3. p. q. 75. ar 6. c. ar 4. d. 11. q. 1. ar. 1. q. 3. o.

ar. 104. o. et 4. d. 11. q. 1. ar. 3. q. 1.

¶Ad quartum dicendum, q; hoc miraculum ordinatur ad fidem: nec fides scilicet depereat.

contra. 4. c. 66. c. fi. 3. p. q. 77. ar. 1. 3. 4.

¶Ad quintum dicendum, quòd nihil prohibet aliquid esse ordinatum considerato ordine communi, cuius cõtrarium est ordinatum pro aliqua causa speciali; & hoc modo quamuis secundum ordinem communem rectè diuinitùs ordinatum sit vt accidens sit in subiecto, nihil tamen prohibet etiam rectè ordinatum esse, vt in sacramẽto altaris accidens sit sine subiecto, vt scilicet fides habeat meritum per latentiam sacramenti.

QVAESTIO IIII.

DEINDE quæritur de membris Christi. Et primò de Angelis. Secundò de hominibus. De Angelis quęruntur quinque. Primò quantum ad naturam ipsorum, vtrùm sint compositi ex materia & forma. Secundò quãtum ad cognitionem, vtrùm simul in actu possit esse in cognitione matutina & vespertina, id est vtrùm simul cognoscant res in propria natura & in verbo. Tertiò quantum ad meritum voluntatis, vtrùm scilicet potuerunt eodem actu charitatis mereri fruitionem & frui. Quartò quantum ad motum, vtrùm moueantur in instanti. Quintò quãtum ad effectum, vtrùm possint imprimere: vel aliquid facere in istis corporibus.

ARTICVLVS VI.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd Angelus sit compositus ex materia & forma. Augustinus enim dicit in libro de mirabilibus sacræ scripturæ. Omnipotens Deus ex materia informi quam prius condidit corporalium & incorporalium, sensibilium & insensibilium: intellectualium & intellectu carentium multiformes species diuisit. Angeli autem sunt intellectuales & incorporei, ergo habent materiam: de sui cõpositione.

1. p. q. 50. ar. 2. o. & spiritu. ar. 1. o.

¶Præterea, Boetius dicit in libr. de vnitate & vno. Quoddam est vnum cõiunctione simplicium, vt Angelus & anima: quorum vnumquod que est vnum conjunctione materiæ & formæ: & sic idem quod priùs.

¶Præterea, Omne quod est in genere habet genus & differentiam, genus autem secundum Auicen. in sua Metaphysic. sumitur ex natura materiæ: differentia verò ex natura formæ: ergo omne quod est in genere est compositum ex materia & forma. Angelus autẽ est in genere substantiæ cum sit substantia habens speciem limitatam: ergo Angelus est compositus ex materia & forma.

¶Sed diceres quòd differentia Angeli non sumitur ex forma, sed ex formali quod est ipsum esse Angeli. Contrà. Differentia cuiuslibet rei est de essentia & intrat diffinitionem ipsius. Sed in omni creatura esse est aliud ab essentia eius, nec intrat diffinitionem eius, vt Auicenna dicit, ergo differentia Angeli non potest sumi ex esse ipsius.

¶Præterea, Idem ostenditur: quia impossibile est esse plura summa bona: quia oportet ea in aliquo conuenire: cùm vtrumque sit summum bonum, & in aliquo differre, aliàs non essent plura: & sic essent compositа: sed constat esse plures essentias Angelicas: ergo oportet eas in aliquo cõuenire & in aliquo differre: & sic oportet eas esse compositas: sed partes esse sunt materia & forma, ergo Angeli componuntur ex materia & forma.

¶SED CONTRA est quod dicit Boetius in libro de duabus naturis & vna persona Christi. Omnis natura in corpore substantiæ nullo materiæ innititur fundamento. Sed Angeli sunt incorporei: ergo non est in eis materia.

Spiritu. ar. 1. c.

¶RESPONDEO dicendum, quòd quidam ponunt Angelos componi ex materia & forma. Sed hoc videtur repugnans naturæ eorum propter duo quæ in eis inueniuntur. Primò quidem: quia intellectuales sunt. Si enim Angeli haberẽt materiã de sui cõpositione, oporteret omne quod in eis inesse est eisper modũ materiæ cõuenientem cum omne quod est in alio sit in eo per modum recipientis, vt habetur in libro de causis. Forma autem aliqua hoc modo est in materia: quod in ea habet esse particulare & naturale. Vnde si Angeli essent ex materia compositi: oporteret quòd formæ quibus intelligunt quæcũque sint essent in eis secundum esse naturale & particulare, & sic sequeretur hoc impossibile quòd Angelus nunquam cognosceret, nisi particulare, quia forma particulariter in aliquo recepta non potest esse vniuersalis cognitionis principium, sicut patet in sensu, nec potest obuiari per hoc quòd ponatur Angelus componi ex materia alterius naturæ quàm hæc materia corporalis: quia quæcũque esset illa materia constat quòd reciperet formam substantialem Angeli particulariter, aliàs Angelus non esset res particularis, & sic illa materia conueniret cum hac materia in hoc quòd formæ in ea recipierentur per modum particularem, vnde impossibile est Angelum: vel aliquam substantiam intellectualem ex materia componi, cum alterius modi sit receptio qua recipit intellectus formas, & qua recipit materia prima, vt dictum est. Vnde dicit Philosophus in tertio de anima. (Topicor. capit. quarto) & Philosophorum sententia est quòd intellectualitas immunitatẽ habet à materia. Secundò repugnat eis per hoc quòd incorporales sunt: quæcũque enim ex materia componuntur oportet in materia conuenire, eo quòd quælibet materia secundum se accepta cùm forma careat: non habet in se aliquam dispositionis rationem, suppositа autem vnitate materiæ, impossibile est quòd vna materia contrarias & disperatas formas recipiat, nisi secundum diuersas partes, non enim potest eadem materia & secundum idem accipere formam Angeli, & formam lapidis, diuersitas autem partium non potest intelligi in materia non intellecta diuisione, nec diuisio non intellecta dimensione: quia subtracta quantitate substantia remanet indiuisibilis, vt dicitur in primo Physicorum. (Topicorum capit. decimooctauo) Vnde oportet omnia quæ sunt compositа ex materia dimensionata esse, & ideò nullum incorporeum potest esse ex

Ratio quare Angeli non habẽt materiam.

1. p. q. 51. ar. 1. o. et q. 54. ar. 3. ad 1. et q. 110. ar. 2. ad 1. & ar. 3. ad 3. et spiritu. art. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ar.25.et26. ar.58. materia compositum. Sed quia substantia angeli non est suum esse, hoc enim soli Deo competit: cui esse debetur ex seipso & non ab alio. Inuenimus in angelo & substãtiam siue quidditatem eius quę subsistit: & esse eius quo subsistit, quo scilicet actu essendi dicitur esse, sicut actu currendi dicimur currere, & sic dicimus angelum esse compositum ex quo est & quod est: vel secundum verbum Boetij, ex esse & quod est, & quia ipsa substantia angeli in se considerata est in potentia ad esse cum habeat esse ab alio, & ipsum esse sit actus, ideò est in eo compositio actus & potentię, & sic posset in eo concedi materia & forma, si omnis actus debeat dici forma & omnis potentia materia. sed hoc nõ competit in proposito, quia esse non est actus, qui sit pars essentiæ, sicut forma ipsa quidditas Angeli vel substantia est per se subsistens: quod materiæ non competit.

ar.147.o. Boetius. 1.p.q.47. ar.1.c.& q.50.artic.2. ad 3.

1.p.q.50.ar 1.5.& q.50.artic.2. ad 3.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Augustinus super Genesim ad literam materiam informem quam Deus primo condidit dicit significari per cœlum & terram cum dicitur. In principio creauit Deus cœlum & terram: vt per terram significetur materia informis visibilium rerum, per cœlũ autem ipsa natura angelica nondum formata per conuersionem ad Deum: vt ipsa natura lia angelorum attribuantur eis quasi materia, & dona gratiæ vel glorię attribuantur eis quasi forma: vnde non est ad propositum auctoritas inducta.

5pũ. arti.1. ad 2i. C.ar.huius

¶Ad secundum dicendum, quod liber ille non est Boetij: vnde non oportet quòd in auctoritatem recipiatur, sustinendo tamen ipsum potest dici quòd formam & materiã largè accipit pro actu & potentia, vt dictum est.

¶Ad tertium dicendum, quòd ipsa substantia angeli quodammodò se habet ad esse eius, vt materia ad formã, vt dictum est, materia autem si eius essentia diffiniretur, haberet prodifferẽtia ipsum suum ordinem ad formam, & pro genere ipsam suam substantiam, & similiter in angelis ex ipsa natura substantię ipsorum accipitur genus, ex proportione verò huiusmodi substantiæ ad esse accipitur specifica differentia, vnde secundum hoc angeli differũt specie secundum quòd in substantia vnius est plus vel minus de potentia quàm in substantia alterius. Dictum autẽ Auicennæ intelligitur de compositis substantiis.

1.p.q.50.ar 2. ad 1. & art.4.o.& q.56.ar.2. ad 1. ar.58.

¶Ad quartum concedimus: non enim ab ipso esse sumitur differentia, sed magis ex habitudine ipsius substantiæ ad esse.

¶Ad quintum dicendum, quòd in summo vno nulla diuersitas esse potest cum in eo sit idem esse & quod est. Vnde hoc sufficit ad eius pluralitatem remouendam, sed cõpositio quæ in angelo inuenitur sufficit ad eius pluralitatem, vt ex dictis patet.

185

ARTICVLVS VII.

1.p.q.57.ar 1.5.o.et q. 92. artic.2. ad 3.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd Angelus non possit cognoscere similiter res in verbo & in propria natura. Eadem enim potentia non potest simul geminum actum habere, vt quòd intellectus simul plura intelligat. Sed alius actus est quo intellectus angeli videt res in verbo: & alius quo videt res in propria natura: ergo impossibile est vt simul videat res in verbo & in propria natura.

¶Sed diceres quòd hoc modo videntur ab intellectu angeli simul res in verbo & in propria natura, sicut intellectus noster simul videt eclipsim & causam eius. Contrà. Cùm intellectus noster simul videt eclipsim & causam eius, accipit causam vt rationem intelligendi eclipsim: ergo accipit eclipsim & causam eius, vt vnum intelligibile, & sic erit vnus tantum actus.

¶Præterea, Vnius non potest esse nisi vnus terminus vltimus, sicut vna linea non terminatur ex vna parte nisi ad vnum punctum. Sed vltimus terminus potentiæ est operatio: ergo non potest vna potentia simul habere plures actus. Et sic idem quòd prius.

¶Præterea. Sicut se habet potentia ad actum, ita actus ad obiectum. Sed vnus actus non potest terminari ad duo obiecta: ergo nec vna potentia potest simul habere plures actus. Et sic idem quod prius.

¶SED CONTRA. Visio qua angeli vident res in verbo est visio beata, quę quidẽ non est intercisa, sed cõtinua. Si ergo non possunt simul videre res in propria natura: & in verbo, nunquam viderent res in propria natura, & præcipuè hoc videtur in anima Christi quæ ab initio suę creationis videt verbum & in verbo.

¶RESPONDEO dicendum, quòd angelus vel anima simul potest videre res in verbo & in propria natura, & hoc expressè potest haberi ab Augustino libro quarto super Genesim ad literam, vbi vult quòd dies illi & vesperæ & mane in eis non sunt ordinati secundum successionem, sed solùm ordine naturæ: vnde simul est primus dies cum secundo, & mane cum vespere, & ita simul visio rerum in verbo & in propria natura. Quod qualiter sic possibile sit videndum est. Operari siquidem non proprie attribuitur potentiæ, sed rei subsistenti, quę per potentiam operatur, vt ipsa potentia intellectus non sit operans in intelligendo, sed magis operationis principium. Sicut autem potentia intellectiua est principium intelligendi ipsi subsistanti: ita species intelligibilis est principium intelligendi ipsi potentiæ. Vnde sicut vna substantia potest simul diuersos actus habere secundum diuersas potentias, vt anima simul vult & intelligit. Ita ex vna potentia intellectiua possunt simul prodire diuersi actus, si simul diuersis speciebus intelligibilibus vniatur. hanc enim causam Algazel assignat quare non est possibile simul multa intelligere, quia scilicet non est possibile intellectum simul informari multis speciebus in actu perfectè, sicut nec idem corpus figurari simul diuersis figuris. Visio autem qua angelus videt res in propria natura fit per speciem intelligibilem cõcreatam vel infusam inhærentem. Visio autem rerum in verbo fit per ipsum speciem verbi siue essentiam quæ non est inhærens, sed ei intellectus vnitur sicut intelligibili. Species autem concreata inhærens non repugnat vnioni intellectus angelici ad verbum cùm non sit vnius rationis, & ipsa species, & quicquid est perfectionis in intellectu angelico sit quasi materialis dispositio ad illam beatam vnionem, vnde simul ex intellectu angeli procedit operatio duplex, vna ratione vnionis ad verbum qua scilicet videt res in verbo. Alia ratione speciei intelligibilis qua informatur qua videt res in propria natura, nec etiam in vna harum operationum debilitatur per attentionem ad alteram, sed magis confortatur cum vna sit ratio alterius, sicut imago rei visæ confortatur dum videtur in actu occulto exterior, actio enim beatitudinis in beatis est ratio cuiuslibet alterius actionis in eis inuentæ.

art. 177.& veri. q.8.ar 1.c.

¶Et per hoc patet responsio ad primum. Secundum concedimus, quia exemplum illud non est conueniens.

ar.178.c. Ad ratiõẽ. Ad 2.

¶Ad tertium dicendum, quòd potentia intellectiua angeli non terminatur ad duos actus secundum idem, sed secũdum diuersas species quibus ad actum ordinatur.

¶Ad quartum dicendum, quòd inter actum & obiectum nihil cadit medium, sicut species cadit media inter intellectum & eius actum. Vnde non est simile.

186

ARTICVLVS VIII.

1.p.q.62.ar 4.o.& 2.d. 5.q.2.ar.3.

CIRCA tertium sic proceditur. Videtur quòd angelus non meruerit suam beatitudinem. Quod enim est bearum perfectum est, quod autem meretur est adhuc imperfectum. Sed non potest idem esse simul perfectum & imperfectum: ergo non potest angelus mereri beatitudinem dum habet eam.

¶Præterea, Angelus beatus est comprehensor, nullus autem meretur nisi viator.

¶Si dicatur quòd in primo instanti quo beatus fuit angelus beatitudinem meruit. Contrà: ergo simul fuit viator & comprehensor: quod falsum est cùm hoc sit solius Christi.

¶Præterea, Beatitudo secundum philosophum in actu cõsistit, sed in actu perfecto, & similiter meritum in actu, sed imperfecto, non autem potuit esse quòd actus angeli simul esset perfectus & imperfectus: ergo non potuit esse quòd simul esset beatus & beatitudinem meruerit.

¶SED CONTRA, beatitudo à nulla pura creatura habetur sine merito, cum habeat præmij rationem. Sed angelus non potuit eã mereri nisi in primo instanti quo beatus fuit: quia ante non habuit gratiam: vt quidam ponunt & sic mereri non potuit: ergo in primo instanti suæ beatitudinis eam meruit.

1.d.4.arti.1.o.

¶RESPONDEO dicendum, quod de conditione angeli triplex est positio, quidam enim posuerunt quòd angelus in primo instanti suæ creationis fuit beatus, sed hoc videtur conueniens, quia pari ratione alij in primo instanti fuissent miseri: quod etiam quidam dicunt, sed absurdum est & condemnatum. Alij verò dicunt quòd fuerunt conditi in gratia omnes: & in ea quidam perseuerantes beatitudinem meruerunt: alij verò contra eam agentes facti sunt miseri, & hæc opinio nihil difficultatis habet, vnde præceteris mihi magis placet. Tertij verò dicunt quòd fuerunt creati Angeli in puris naturalibus & quibusdam conuersis ad verbum simul collata est gratia & beatitudo, & hi diuiduntur in tres vias. Quidam enim dicunt q tõd nunquam beatitudinem meruerunt, sed hoc non videtur competere nisi soli Christo qui est filius naturalis, vt hæreditatem diuinæ fruitionis sine merito habeat. Alij verò dicuot quòd merentur eam ex operibus: quæ circa nos agunt, & hoc etiam non videtur conueniens, vt meritum sequatur præmium cum magis meritum sit dispositio ad præmium. Tertij verò dicũt quòd in primo instanti beatitudinem meruerunt ex hoc ipso quòd ad verbum conuersi sunt, & hæc opinio inter has tres probabilior est. Vnde ad eius euidentiam sciendum est quòd meritum se habet ad præmium, sicut motus ad terminũ, & sicut fieri ad factũ esse. In his autem quæ successiuè fiunt prius est fieri quã factũ esse. In his verò quæ fiunt subitò simul est fieri & factum esse, sicut simul aer illuminatur & illuminatus est, & simul res creatur & creata est. Cuius ratio est: quia instans illud in quo primo aliquid factũ est, est terminus temporis præcedẽtis: in quo non erat, & sic aliquid de aliqua proprietate illius temporis retinet inquantum potest dici quòd ante hoc instans res ista non fuit. Et quamuis in his quæ per modum successionis fiunt, fieri attribuatur tempori præcedenti, in momentaneis tamen factionibus fieri non potest attribui, nisi ipsi instanti primo quod dicit inter esse & non esse rei. Vnde quamuis in omnibus aliis instantibus sequentibus possit dici quòd hoc factum non est, non tamẽ potest dici quòd fiat & factum est, nisi in primo. Similiter dico quod in primo instanti quo mens angelica conuersa est ad verbi fruitionem, & beata quidem erat ratione perfectæ fruitionis, quasi in facto esse existens, & beatitudinem merebatur in hoc quòd conuertebatur ad verbum non præexistente beatitudinis perfectione, sed quasi existens in ipso fieri beatitudinis, sed postmodum mens Angeli ꝑfectam beata: & non beatitudinem meretur. Similiter est de contritione: quia in eodem instanti est terminus præparationis ad gratiam & gratiæ infusio.

1.p.q.62.ar tic.4.o.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd non oportet ponere idem simul esse perfectum & imperfectũ: sed idem simul esse pefectum & terminum imperfectionis: vel nunc primo esse perfectum.

¶Ad secundum dicendum, quòd Angelus meretur, vt viator: non quasi distans à termino, sed vt in termino viæ existens.

¶Ad tertium dicendum, sicut ad primum.

187

ARTIC. IX.

ar.215.o.2. 1.p.q.53.ar. 3.o.2.1.837. 9.4.ar.3.o.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quòd Angelus moueatur in instanti. Sicut enim dicitur in lib. de Intelligentijs: in motu Angeli magnitudo spacij distantiam non operatur. Sed propter distantiam quam facit magnitudo spacij, contingit quòd aliquid non æquè citò perueniat ad propinquum & distans, ergo Angelus æquè citò ad distas & propinquum peruenit: sed omne tale mouetur in instanti, ergo Angelus in instanti mouetur.

¶Præterea, sicut se habet mobile diuisibile ad motum diuisibilem successiuum: ita se habet mobile indiuisibile ad modum indiuisibilem & instantaneum. Sed corpus quod est mobile diuisibile mouetur successiuè in tempore diuisibili: ergo Angelus qui non est mobile indiuisibile hoc quòd caret quantitate: mouetur subitò: vel in instanti.

¶Præterea, Aristotel. quarto Physicorum, (Topicorum capit. septuagesimo primo) probat quòd si aliquid moueretur in vacuo moueretur in instanti propter hoc quòd medium mobili non resistit, sed sicut vacuum non resistit corpori in motu ita nec aliquid plenum ipsi Angelo: ergo Angelus mouetur in instanti.

¶SED CONTRA est quod dicit Augustinus octauo super Genesi ad literam, quod Deus mouet creaturam spiritualem per tempus, Angelus autem est creatura spiritualis: ergo mouetur per tempus & non in instanti.

3p.q.57.ar 3.ad.3 1.d.37.q.4. ar.3.c.& ad 3.

¶RESPONDEO dicendum, quòd in omni motu oportet intelligere successionem & tempus per aliquem modum, eo quòd termini cuiuslibet motus sunt sibi oppositi inuicem & inconting entes: vt patet in primo Physico. (Topicor. capit. sexagesimo quarto) Vnde oportet quòd mobile intelligatur esse primum in vno termino motus, & posterius in altero, & sic sequitur successio. Sed transire de vno termino ad alterum in motibus corporalibus contingit dupliciter. Vno modo sicut de instanti in instans, hoc autem esse non potest, nisi quando sunt tales termini motus inter quos est accipere aliquo modo medium: ita vt inter duo instãtia est tempus medium: vt patet in loci mutatione & alteratione: augmẽto, aut diminutiõe: & hi motus dicuntur continui: propter continuitatem eius super quod transit motus: cuius est plus & minus accipere. Alio modo transitur de vno termino motus in alium: sicut de tẽpore in instans, & hoc accipit in moribus quorum termini sunt priuatio & forma: inter quæ constat medium non esse, vnde non potest sic transiri de vno extremo in alterum, vt quandòque in neutro extremorum sit sicut transitur de instanti in instans: sita q̃ in neutro est instãtium. sed in medio tempore & huiusmodi motus sunt generatio & corruptio & illuminatio & huiusmodi: in quibus oportet dicere, q̃ vnus terminus erat in toto tempore præcedẽte & alius in instãti ad quod tepus terminatur, huiusmodi autẽ mutationes sunt termini motus cuiusdam: sicut illuminatio diei est terminus, motus localis solis vnde in toto tempore præcedente quo sol mouetur ad punctũ directè oppositionis erant tenebræ in ipso verò instanti quo peruenit ad punctũ prædictũ est lumen, & similiter est de generatione & corruptione quæ sunt termini alterationis. Et quia inter tẽpus & instans nõ cadit aliquod mediũ, nec est aliquod instans accipere immediate precedens vltimũ tẽporis. Inde est q̃ in huiusmodi mutationibus absq; omni medio transitur de vno extremo in aliud, nec est accipere vltimũ tẽpus in quo fuerit in termino à quo, sed vltimũ tẽpus quod terminatur ad instãs in quo est in termino ad quẽ, & ideò huiusmodi mutationes instantaneæ dicuntur, hoc autẽ dici nõ potest in motu Angeli, eo q̃ nullum ordinem habet ad aliquẽ motũ cõtinuũ, vt possit dici terminus eius, vnde oportet ponere q̃ intelligatur trãsire de termino motus in terminũ motus sicut trãsitur de instãti in instãs, & nõ sicut trãsitur de tẽpore in instãs, eo q̃ tempus non potest intelligi sine motu, vnde cũ esse Angeli in termino à quo à nullo motu dependeat: nõ potest dici q̃ sit ibi in tẽpore, sed in quodã nunc, & similiter in termino ad quẽ cũ alio nunc. Sed huiusmodi nũc non sunt termini huiusmodi temporis quod est numerus motus cœli: eo q̃ motus Angeli nullo modo dependet à motu cœli, vt eius numero mẽsuretur, nec oportet ea cõtinuari per medium tẽpus, cõtinuitas enim temporis sequitur continuitatem motus: & cõtinuitas motus sequitur continuitatẽ magnitudinis super quã transit motus, vt habetur in 4. Phys. (T.c. 99.) Sed in ipsis operationibus Angeli, ratione quarũ dicitur moueri per diuersa loca: nõ est inuenire aliquã continuitatẽ, sed cõsequẽter se habẽt vnde & nunc quæ mẽsurãt motũ Angeli sunt cõsequẽter se habẽtia: & nõ est inter ea aliquid cõtinuans, & ipsa pluralitas sic se consequentiũ est quoddã tẽpus in quo dicimus Angelũ moueri, & hoc cõsonat dictis Philosophi, vbi dicit q̃ eiusdem ratiõis est indiuisibile moueri, & tempus componi ex nunc.

ar.149.c.fi. artic.215. artic.149. ar.215.c.vl vi.q.2.artic. 1.2.ad 14.et veri.q.28. ar.2.ad.10. 1.p.q.63.ar 9.ad.4. 3.p.q.53.ar. 3.c.fi. & q. 91.artic. 2. ad 3. 1.di.8.q.3. ar.3.ad 4. ma.q.16.ar 5ic.4.c. 1.p.q.52.ar tic.2.o.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ non requiritur tẽpus in motu Angeli propter distãtiã: sed propter incõtingentiam terminorum, quia scilicet non contingit Angelum esse in duobus locis simul.

¶Ad secundũ dicendũ, q̃ successio motus nõ solùm sequitur diuisionẽ mobilis: sed etiã eius super quod trãsit motus: quia secundum prius & posterius in magnitudine est prius & posterius in motu, vt dicitur in 4. Phy. (T.c.104.) Licèt ergo Angelus sit indiuisibilis, tamẽ loca secundum quæ moueri dicitur sunt diuisa ad inuicem, & ideò oportet in motu eius intelligi aliquam diuisionem.

¶Ad tertiũ dicendũ, q̃ quãuis non impediat aliquod plenũ Angelũ in suo motu: tamen propter rationẽ iam dictã oportet in motu eius intelligi diuersa nunc; ratio autem philosophi est magis ducens ad impossibile quàm ostensiua, vt commentator ibidem dicit.

188

ARTICVLVS X.

1.p.q.110. ar.2.3.o.2. d.8. ar.5.c.

CIRCA quintũ sic proceditur. Videtur q̃ Angeli nõ possunt agere in hæc corpora inferiora. Actio enim nõ potest, nisi inter ea quæ habẽt aliquã conuenientiam adinuicẽ. Sed Angelus nõ habet cõuenientiã cũ istis corporibus, cũ corruptibilũ & incorruptibilium etiã genus nõ sit vnũ, vt dicitur in 10. Metap. (T.c.26.) Ergo Angeli in hæc corpora non possunt agere.

¶Præterea, si agunt Angeli in hæc corpora, aut agunt per imperiũ aut per influxũ. Si per imperiũ æqualiter agere possunt in propinqua & in distãtia, quod est cõtra Damas. qui dicit q̃ vbi operantur ibi sunt, Si verò per influxum

Universidad de Deusto
Biblioteca

oportet quòd illud quod influunt per mediũ transeat. medium aũt corporale non est receptiuũ spiritualis impressionis: ergo nullo modo possunt angeli in hæc inferiora corpora nẽque in animas nostras.

¶Præterea, Non possunt dici agere vel influere sicut fons influit riuo, vt idem numero quod prius est in angelo: postmodum in his inferioribus fiat, quia sic in agendo aliquid amitteret, nec iterum illud quod in his inferioribus recipit dicitur per eorum influxum creando, quia angeli creatores non sunt, nec iterum educendo de potentia in actũ, quia ad hoc natura sufficit: ergo angeli nullo modo in inferiora agunt.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit in 3. de tri. quòd ea quæ diuinitus in corporalibus sunt ministerio angelorum fiunt. Greg. etiam dicit in 4. dial. quòd omnia corporalia per spiritum deus substantias administrantur.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ de actione angelorum in hæc inferiora corpora duplex est opinio apud philosophos. Commentator enim vult in 10. metha. quòd substantiæ spirituales nõ possunt imprimere in hæc inferiora corpora, nisi mediantibus corporibus cœlestibus, quę a substantiis incorporeis mouentur, secundũ philosophos. Auicen. verò vult in sua metha. & in 6. de naturalibus, q̃ dupliciter imprimunt in hæc inferiora, vno modo per motũ orbium, & alio modo per imperium immediate, quia formæ intellectus eorum sunt factiuæ secundum eum, & materia sensibilis obedit eorum conceptionibus pluſquã quibuslibet qualitatibus actiuis & passiuis. Ex eo inde est secũdum eum quòd in istis inferioribus fiunt aliquæ transmutationes quandoque ex conceptionibus superiorum substantiarum præter totum ordinem causarum naturalium. Sed hæc opinio secunda repugnat dictis Aug. in 3. de tri. vbi dicitur quòd angelis non seruit ad nutum materia corporalis. Repugnat etiam rationi, quia quamuis quod est potentia in materia fiat actu in substantiis, multo nobilius tamen materia corporalis non est proportionata potentia respectu talis actus, quo substantiæ spirituales in actu sunt. oportet aũt agens quod educit de potentia in actum esse materiæ proportionatum, vnde non potest esse quod virtus substantiæ spiritualis creatæ se extẽdat ad materię trãsmutationem immediatè, sed mediante aliquo agente naturali. Quamuis enim ei non obediat corporalis materia ad formalem transmutationem, immediatè tamen obedit ei localiter ad modum localem, & per hanc virtutem possunt congregare & circumponere aliqua agentia naturalia ad aliquem effectum per ficiendum. Ea verò ad quę nulla virtus naturalis se extendit fiũt sola diuina virtute, quę sola potest naturalem ordinem immutare. Sed quia mentes nostræ sunt proportionatæ & propinquę ad recipiendum actionem angelorum, ideò in mentes nostras agere possunt dupliciter. Vno modo confortando intellectum nostrum sicut in corporalibus minus calidum cõfortatur per magis calidum. Alio modo per agens naturale ipsius intellectus, sicut etiam agit in corpora, & hoc est inquantum lumine angelico illustrãtur fantasmata ad aliquas nobiliores conceptiones imprimendas quàm lumine intellectus agentis exprimi possent.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ angeli habent conuenientiam cum istis inferioribus corporibus quæ est conuenientia mouentis ad motũ, possunt enim mouere motu locali corpora, nõ solum illa cœlestia immediatè, sed etiã hæc inferiora, vt sic sententia nostra de actione angelorũ in corpora sit media inter duas opiniones philosophorum prædictas.

¶Ad secundum dicendum, q̃ angelus agit in hęc corpora mouendo ea localiter per imperium, sed imperiũ non dicitur hic sine virtute actiua, quã oportet aliquo modo cõtingere corpus motum, cũ monens & motũ oporteat esse simul, vt probatur in 7. Physi. T. c. 15. Actio verò qua influere dicitur in animã nostram, confortando eam ad intelligendum, non oportet q̃ transeat per medium corporale, quia hoc facit in spiritualibus ordo, quod in corporalibus situs secundum Aug. Animæ verò nostræ ordine naturæ quasi continguantur ipsis angelis, sicut & angelus inferior superiori, vnde nõ oportet quòd intercedat medium corporale.

¶Ad tertium dicendũ, q̃ angeli neq; in anima neq; in natura corporali aliquid creãt, sed solũ educunt de potentia in actũ. Et quãuis naturale agens de potẽtia in actũ educere possit, non tamen ita perfectè sicut angelus.

I. p. q. 105. arti. 6. o. q. 106. ar. 3. c.
I. p. q. 50. et 2. d. 3. q. 1. arti. 3. ad 4. veri. q. 2. ar ti. 3. o.

ARTIC. XI.

QVAEST. V.

DEINDE quæritur de his quæ pertinent ad homines. Et primò quantum ad naturam. Secundò quantum ad gratiam. Tertio quantum ad culpam. Quarto quantum ad gloriam.

¶Quantum ad naturam quæruntur duo. Primò vtrùm vegetabilis & sensibilis anima fit à creatione. Secundò vtrũ, imperare sit actus voluntatis vel rationis.

ARTICVLVS XI.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd animave getabilis & sensibilis educantur in esse per creationẽ. Vt enim dicit Aug. in lib. de vera religione. Substantia viuens naturæ ordine præfertur substantiæ non viuenti, sed anima sensibilis & vegetabilis sunt substantiæ viuentes: ergo sunt nobiliores omnibus substantiis non viuentibus. Aliquæ autem substantiæ non viuentes sunt immediatè à Deo creatæ, vt elementa. his ergo & anima sensibilis & vegetabilis immediatè a Deo creabitur, cum nobilitas facientis demonstret nobilitatem facti.

¶Præterea, Omne cui propriè competit fieri vel fit ex nihilo, vel fit ex aliquo. Sed animę vegetabilivel sensibili cõpetit propriè fieri: ergo cùm non fiat ex aliquo, quia non habeat materiam partem sui, reinquitur quòd fiant ex nihilo, & sic exeãt esse per creationem. Probatio mediç. Omne quod propriè habet esse in nõ semper fuit, propriè dicitur fieri. Sed anima sensibilis propriè & vere habet esse cum sit substantia operãs, mouet enim corpus, nihil autem habet proprium operationem nisi quod habet proprium esse: ergo eum anima sensibilis huius animalis non semper fuerit, propriè competit ei fieri, & sic relinquitur quòd creetur.

¶SED CONTRA est quod philosophus dicit in 2. de anima, quòd sensitiui prima mutatio fit a generante. Prima autem mutatio sensitiui est secundũ quam acquirit actum primum, qui est anima sensitiua: ergo fit per generationẽ & non per creationem.

¶Præterea, Omne illud quod præcedit in semine hominis ante introductionem animæ rationalis est per generationem & non per creationem. Sed anima vegetabilis & sensibilis præcedunt in semine hominis, quia primum est vivum quàm animal & animal, quàm homo, secundum philosopham 16. de animalibus: ergo etiam in homine est anima sensibilis & vegetabilis per generationem.

¶Præterea, Cũ Deus in instanti operetur, natura verò successinè: omne illud quod per actionẽ successiuam exit in esse est ab aliquo agente naturali. Sed anima sensibilis & vegetabilis producũtur actione successiua, quia determinato spacio temporis vivificatur cõceptus & sensificatur: ergo anima sensibilis & vegetabilis sunt à naturali agente: & non per creationem.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ circa hanc quæstionẽ est duplex opinio. Quidam enim dicunt animam sensibilẽ & vegetabilẽ esse ex creatiõe. Alij verò ex traduce: & hęc diuersitas apud philosophos inuenitur nõ solũ de istis animalibus, sed etiam de omnibus formis subitantialibus. Quidam enim: vt Plato & Auicenna, posuerunt omnes formas ab extrinseco esse, qui præcipuè ex duobus mouebantur. Primò quidẽ quia cum formę non haberent materiam partem sui, non possunt fieri ex nihilo, vnde oportet q̃ à create fiant. Secundò quia in rebus inferioribus non videbant principia actionũ nisi qualitates actiuas & passiuas quas iudicabant insufficientes ad productionẽ formarum substantialium, cum nihil agat vltra suam speciem. Sed in hoc videntur fuisse decepti: quia attribuebant fieri propriè istis formis: cùm tamẽ fieri non sit nisi cõpositi, cuius etiã propriè est esse. Formę enim esse dicuntur non vt subsistentes, sed vt quo cõposita sunt: vnde & fieri dicuntur nõ propria factione, sed per factionẽ suppositorũ, quæ transmutatur transmutatione materię de potentia in actum, vnde sicut cõposita fiunt per agentia naturalia, ita etiam formæ quæ non sunt subsistentes. Qualitates autẽ actiuæ & passiuæ ingunt ad formas substantiales in virtute substantialium formarum quarum sunt instrumenta. Sicut calor ignis agit vt instrumentum animæ nutritiuæ, vt dicitur in secundo de anima. (Topicorum capite quadragesimo primo.) Anima autem vegetabilis & sensibilis non sunt formæ subsistentes, aliàs remanerẽt post corpora, vnde oportet quòd fiant a generante per actionem cõpositorum ineũt & ecce re formę materiales, sola aũt anima intellectiua quę habet esse subsistẽs cũ maneat post corpus est ab extrinseco per creationem

Plato & Auicenna.

Arti. 123. & 161. Arti. 102.

1. p. q. 75. ar ti. 6. ad 1. q. 30. ar. 3. Arti. 6. & 42. ar. 261.

Ar. 216. ad l. & 4. he. q. 3. ar ti. 9

Ar. 44. c. fi. 1. q. 75. arti. 3. & po. q. 3. ar. 11. ad 16.

Ad contraria.

12. q. 17. ar. 1. c. & 1. p. q. 1. artic. 5. ad 2.

creationem: si autẽ sensibile & vegetabile & intellectiuũ in homine in diuersis subitantiis animæ radicantur: tunc & vegetabilis & sensibilis hominis in generante erit: sed quia hæc opinio repugnat dictis philosophorũ qui in vno alato vnam animam tantũ posuerũt, ad quã omnes operationes animæ pertinent, & etiam contra dicta sanctorum improbantium pluralitatem animarum, vt patet in libro de ecclesiasticis dogmatibus. Ideò approbato quòd in homine fit tantum vna substãtia animæ, cuius potentiæ sunt vegetatiuum sensitiuũ & intellectiuũ, dicimus quòd anima hominis quæ omnes has potentias animæ sustinet, à Deo creatur: quamuis per operationem naturalis agentis fiat, vt corpus organizatum actu perficiatur per potentias quæ sunt corporalium partium actus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd anima vegetabilis & sensibilis non sunt subsitãtiæ viuẽtes, sicut nec substitentes, sed sunt principia viuẽdi & essendi: & iterũ non oportet si quid minus nobile fit à Deo immediatè q̃ etiã quod est magis nobile, quia Deus cũ non habeat limitatã virtutẽ nec agat necessitate naturæ: potest agere & nobiliora & minus nobilia secundũ suam voluntatem, sicut immediatè produxit prima individua brutorũ animalium, quibus tamen homines qui nunc generantur ex semine nobiliores sunt.

¶Ad secundum dicendum, quòd animæ sensitiuæ non cõuenit per se esse nec fieri nec operari: nulla enim est actio animæ in qua corpus non cõmunicet. Est enim duplex potentia motiua animæ sensitiuæ, vna quæ imperat, scilicet appetitiua, cuius actus constat, quę affixa musculis & nervis est principiũ mobilitatis in eis, sed ipsa distinctio partium corporalium facit quòd vna pars animalis est mouens & alia mota, & ita possunt moueri ex se.

¶Alia quę sunt in contrarium concedimus, nisi quantum pertinet ad hominem, in cuius semine quamuis præcedat vegetariua & sensitiua anima imperfectè, cum illis cessantibus introducatur per creationẽ anima rationalis, quæ perfectè continet quod in eis erat imperfectionis: nam secundum Auicen in generatione animalis ex semine interueniunt multæ generationes & corruptiones.

ARTICVLVS XII.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ imperare sit actus rationis: quia philosophus dicit in 1. Ethic. Ratio rectè & ad optima deprecatur & obedit ei quod est continentis: ergo imperare & deprecari & huiusmodi videntur ad rationem pertinere.

¶SED CONTRA. Imperare ad dominium pertinet. Sed nos sumus domini nostrorum actuum per voluntatem: ergo imperare est actus voluntatis.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ in imperio duo concurrũt, quorũ vnũ est rationis, aliud voluntatis. Qui enim imperat aliquid inclinat ad faciendũ quod voluntatis est: ipsius enim est mouere per modũ agẽtis: & iterũ inordinat eum cui imperat ad exequendũ illud quod imperatur, & hoc ad rationem pertinet cuius est ordinare. Et si duorũ horum ordo cõsideretur, videtur primũ esse inclinatio volũtatis in aliquid per electionẽ, & postea in principio executionis ordinatur per quos fieri debeat, quod electum est: & sic imperium erit immediatè actus rationis, sed voluntatis quasi primo mouentis.

¶Et per hoc patet solutio ad obiecta.

QVAEST. VI. ARTIC. XIII.

DEINDE quæritur quantũ ad gratiã pertinet, vtrũm charitas secundũ suam essentiã augeat. Et videtur q̃ nõ. Cum enim augmentũ sit quædã mutatio vel variatio, quod secundũ essentiã augetur secundũ essentiã variatur vel mutatur, sed quod mutatur vel variatur secũdũ essentiam, aut generatur aut corrũpitur: ergo si charitas secundum essentiam augetur corrũpitur, non enim generatur, cum prius fuerit.

¶Præterea, Charitas nõ habet quantitatẽ nisi virtualem. Sed virtus charitatis est ipsa essentia eius: ergo quantitas charitatis est essentia eius: non ergo potest esse quod varietur quantitas charitatis sine variatione essentię eius, & sic si augetur secundũ suam essentiam, oportet quod esse eius, vel generetur vel corrumpatur.

¶SED CONTRA. Præmiũ essentiale respõdet ipsi essentiæ charitatis. Sed quidam proficiunt ad maius præmium essentiale: ergo in eis charitas secundum essentiam augetur.

¶RESPONDEO dicendũ q̃ charitas secundũ suã essentiã augetur. Sed notandũ est q̃ hęc præpositio secũdũ, varias habitudines importat, quãdoq; denotat subiectũ, vt cũ dicitur, ille est albus secundũ pedẽ, quia pes est subiectum albedinis, quãdoq; verò formã, vt cũ dicitur, iste est coloratus secundũ albedinẽ. Cũ ergo dicitur aliquid secũdũ hoc moueri, pòt intelligi vel subiectũ vel forma. Cũ enim dicitur, iste mouetur secũdũ manũ, notatur subiectũ motus. Cũ verò dicitur, iste mouetur secundũ locũ, notatur id quod formaliter specificat motũ. Sic ergo cũ dicimus charitatẽ secundũ essentiã augeri, denotatur subiectũ augmenti, vt sit sensus. Ipsa essentia charitatis augetur, sicut cũ dicimus, album augetur secundum essentiam suam, non autem designatur forma specificãs motum, vt sit sensus, augetur secundũ essentiam, id est augmentum eius est motus in esse vel in essentia: & sic dicitur augmentum esse secundum quantitatem, & quãuis quantitas charitatis, quę est virtus, sit idem quod essentia charitatis, nõ tamẽ oportet quòd essentia charitatis tollatur, quia etiã in augmẽto corporali ipsa essentia quantitatis non tollitur, cum semper remaneat dimensio interminata, sed secundum diuersas terminationes quas recipit fit mutatio de parvo in magnum, quæ est augmentum: ita etiam ipsa virtus charitatis non tollitur per essentiam suam, sed variatur terminatio eius. Omnis autem forma recepta in aliquo subiecto terminationem recipit secundum capacitatem recipientis. Vnde quando subiectum charitatis magis disponitur ad charitatem, scilicet ad cõgregationem sui a Deum, tanto maiorem participat charitatem: & sic charitas secundum suam essentiam augeri dicitur.

¶Et per hoc patet solutio ad obiecta.

QVAESTIO VII.

DEINDE quæritur de his quæ pertinent ad culpam. Et quæruntur duo. Primò vtrũm Petrus negãdo Christum peccauerit mortaliter. Secundò, vtrũm habere plures præbendas sine cura animarum absque dispensatione sit peccatum mortale.

ARTIC. XIIII.

CIRCA primum sic proceditur. Videtur quod Petrus negando Christũ nõ peccauit mortaliter. Dicit enim quædam Glosa. quòd peccauit per surreptionem. Sed peccatum per surreptionem est veniale & non mortale: vnde primi motus qui per surreptionem fiunt, sunt peccata venialia: ergo peccauit tantùm venialiter.

¶Præterea, Bernard. dicit in lib. de dile. domini, quòd in Petro charitas fuit sopita non extincta. Sed per peccatũ mortale charitas exinguitur: ergo Petrus non peccauit mortaliter.

¶SED CONTRA est quod Grego. dicit in moral. q̃ Petrus ab ipsis faucibus Diaboli eripitur. Sed in faucibus Diaboli non est aliquis nisi per peccatum mortale: ergo Petrus peccauit mortaliter.

¶RESPONDEO dicendum, quòd absque dubio Petrus peccauit mortaliter negando Christũ, quòd quidem patet ex duobus. Primò, quia negauit fidem in loco vbi periclitabatur, & eius confessio requirebatur. Ore enim confessio fit ad salutem, vt dicitur ad Ro. 10. in quo videtur quòd sit de necessitate salutis confessio fidei in casu prædicto: & præcipuè mẽdacium in his quæ fidei sunt est perniciosissimum, secundum Augustin. in libro de mendacio. Secundò, quia defectui cõfessionis & mendacio addidit periurium & blasphemiam: quia vt dicitur Matt. 16. cœpit detestari & iurare quia non nouisset hominem; quæ constat esse grauia peccata. Vnde Glosa. dicit ibidem. Tertiò cœpit detestari & iurare quia non nouisset hominem, quia perseuerare in peccato dat incrementum scelerum, & qui minima spernit, cadit in maiora.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod surreptio dupliciter accipitur: vno modo secundum quòd opponitur deliberationi: & sic primi motus dicuntur esse surreptitij: sic Petrus ex surreptione non peccauit. Alio modo secundum quòd opponitur electioni: & sic Petrus ex surreptione peccauit, quia nõ peccauit ex electione quasi ex certa malitia, sed ex passione timoris: talis autem surreptio non excusat à mortali, sicut patet in incontinente qui fornicatur motus concupiscentia, cùm tamen haberet propositum continendi.

¶Ad secundum dicendum quòd Ber. impropriè loquitur, & eius verbũ vt verificetur est intelligendũ de quadam dilectione familiaritatis, quam Petrus ad Christum conceperat, quæ in eo mansit etiam post negationem, vel

1. p. q. 105. arti. 6. o. q. 106. ar. 3. c.
1. p. q. 50. et 2. d. 3. q. 1. arti. 3. ad 4. veri. q. 2. ar ti. 3. o.

1. p. q. 75. ar ti. 6. ad 1. q. 30. ar. 3. Arti. 6. & 42. ar. 261.

Ar. 216. ad l. & 4. he. q. 3. ar ti. 9

Ar. 44. c. fi. 1. q. 75. arti. 3. & po. q. 3. ar. 11. ad 16.

Ad contraria.

12. q. 17. ar. 1. c. & 1. p. q. 1. artic. 5. ad 2.

Charitatem gerur secundũ essentiã.

12. q. 52. ar. 1. o. & q. 66. art. 1. o. et 22. q. 24. art. 4. o. & 1. di. 17. q. 2. ar. 1. c. & ad 3. oppositis vide 22. q. 24. ar. 4. ad 3. solu.

22. q. 24. ar ti. 4. & 5. et 1. d. 17. q. 2. art. 2. o.

ma. q. 7. ar. 3. ad 6.

22. q. 3. art. 2. o. & 4. di. 49. q. 5. arti. 3. q. 2. ad 1. 22. q. 69. ar 1. 2. o. & q. 110. arti 4. c. & 4. dis. 16. q. 4. art. 1. q. 3. c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

si intelligatur de charitate gratuita, intelligendū est quòd non fuit extincta: secundum prædestinationem diuinam quæ eius pœnitentiam præparabat, quamuis esset in se extincta secundum actum.

ARTICVLVS XV.

ADSECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd habere plures prębendas sine cura animarum absque dispensatione sit peccatum mortale. Quicunque enim facit contra statutum concilij peccat mortaliter. Sed qui habet plures prębendas facit contra statutum concilij generalis: ergo peccat mortaliter. Probatio medię. distinctione septima dicitur in quodam decreto Vrbani Papæ, quod incipit, Sanctorum canonum. Omninò aliquem in duabus Ecclesijs titulari nō liceat. Sed vnusquisq; in qua titulatus est in eatatū canonicus habeatur, licèt enim Episcopus dispositione vnus diuersis præesse possit Ecclesijs, canonicus tamen prębendarius, nisi vnius Ecclesiæ in qua conscriptus est esse non debet.

¶Præterea, decimoquinto quæstione prima, dicit quoddam decretum septimæ synodi. Clericus ab instanti tempore in duabus non connumeretur Ecclesijs: negotiationis enim est hoc & turpis lucri commodum, & ab Ecclesiastica consuetudine penitus alienum, & sic idem quod priùs.

¶Præterea, Chrisostomus dicit. Quod tenebræ erubuit lumen erubescat: quod figuræ non fuit concessum: rei reor esse illicitum: figuræ autem non fuit cōcessum quòd inter leuitas qui capiebat in Bethleem caperet in Hierusalem: quomodo cum perfectiores esse debeamus, qui capit in Tyro, non capit in Damasco.

¶Præterea, Bernardus dicit. Qui non vnus, sed plures est in beneficijs: non vnus sed plures erit in supplicijs. Sed qui habet plures præbendas plures est in beneficijs: ergo plures erit in supplicijs, & sic grauissimè peccat.

¶Præterea, Quicunque committit se discrimini & periculo peccati mortalis peccat mortaliter. Iste est huiusmodi quia recipiendo plures prębendas iurat statuta vtiusque Ecclesię: in quibus prębendatur: quæ aliquando non possunt simul seruari, vtpote si eodem tempore vocetur ad electionem in vtraque Ecclesia: vel ad aliqua Ecclesię negocia peragenda: & præcipuè si sit causa inter duas Ecclesias cum vtrique teneatur: ergo videtur quòd peccet mortaliter.

¶SED CONTRA, est quia illud quod vergit in commune periculum: non est ab Ecclesia sustinendum. Sed Ecclesia sustinet, vt aliqui commuiter habeant duas prębendas: ergo in hoc non est periculū peccati mortalis.

¶Præterea, licitum est alicui patrimonium habenti prębendam accipere. Sed maior est conuenientia inter Ecclesiastica beneficia: quàm inter patrimonium & prębendam: ergo etiam licet habenti vnam prębendam accipere aliam.

¶RESPONDEO dicendum, quòd omnis quæstio in qua de peccato mortali quæritur, nisi expresse veritas habeatur periculosè determinatur: quia error quo non creditur esse peccatum mortale quod est peccatum mortale, conscientiam non excusat a toto, licèt fortè à tanto. Error verò quo creditur esse mortale quod non est mortale, ex conscientia ligat ad peccatum mortale. Præcipuè autē periculosum est vbi veritas ambigua est, quod in hac quæstione accidit. Cū enim hæc quæstio ad theologos pertineat, inquantū dependet ex iure diuino vel ex iure naturali: & ad iuristas inquantū dependet ex iure positiuo, inueniūtur in ea theologi theologis, & iuristę iuristis cōtraria sentire. In iure namque diuino nō inuenitur determinata expresse, cū in sacra scriptura expressa mentio de ea non fiat, quāuis ad eam argumenta ex aliquibus authoritatibus scripturæ forte adduci possint: quæ tamē non lucidè veritatē ostendunt. Determinando verò eam secundū ius naturale, sic videtur ad præsens de ea dicendum, q̄ actionū humanarū multiplex est differētia. Quædam enim sunt quæ habent deformitatē inseparabiliter annexā: vt fornicatio, adulteriū & alia huiusmodi, quę nullo modo bene fieri possunt: de numero talium non est habere plures prębēdas, alias in nullo casu dispensationem recipere posset, quod nullus dicit. Quędā verò sunt actiones, quæ de se indifferenter sunt ad bonū vel malū, vt lenare festucā de terra, vel aliquod huiusmodi: inter quarū numerū quædā computāt habere plures prębēdas dicentes. Ita licitū est, habere plures prębēdas, sicut habere plura poma. Sed hoc non videtur esse verū, cū hoc quod est habere plures prębēdas plurimas in se inordinationes cōtineat, vtpotè quia non est possibile aliquē in pluribus ecclesiis deseruire in quibus est prębendatus, cū prębēdæ videātur esse ordinatę quasi q̄dā stipendia Deo ibidē militantiū. Sequitur etiā inæqualitas, dū vnus pluribus beneficiis abūdat, & alius nec vnū habere potest, & multa alia huiusmodi quæ de facili patent: vnde nō potest contineri inter inculpabiles actiones, & multò minus inter eas quæ sunt secundū se bonę, vt dare eleemosinā & huiusmodi. Sunt verò quædā actiones quæ absolutè consideratę deformitatē vel inordinationē quandā importāt, quę tamē aliquibus circūstantiis aduenientibus bonę efficiūtur, sicut occidere hominē, vel percutere in se deformitatē quādā importat, sed si addatur occidere malefactorem propter iustitiā, vel percutere delinquentē causa disciplinæ: non erit peccatū sed virtuosum. In numero harū actionū videtur esse habere plures prębendas. Quāuis enim aliquas inordinationes contineat: tamē aliæ circūstantiæ possunt superuenire ita honestātes actū: q̄ prædictæ inordinationes totaliter euacuāturve puta si sit necessitas in pluribus ecclesiis eius obsequio, & possit plus seruire ecclesiæ, vel tantundem absens quàm alius præsens, & si qua alia sunt huiusmodi, & tunc istis conditionibus superuenientibus eum recta intentione non erit peccatum etiam nulla dispensatione interueniente, si consideretur tantum secundum ius naturale, quia dispensatio ad ius naturale non pertinet, sed solum ad positiuum. Si verò aliquis hac intentione plura beneficia habeat, vt si dicitur, vt lautiùs viuat, & vt facilius ad episcopatum perueniat in aliqua ecclesiarum, vbi est prębendatus, nō tollūtur prædictæ deformitates, sed augentur, quia cum tali intentione & vnum beneficium habere, quod nullam inordinationem importat: esset illicitum. Et sic quidem esset dicendum secūdum ius naturale etiam nullo iure positiuo superueniente. Nunc autem certum est per antiqua iura hoc esse prohibitum, patet etiam huic prohibitioni consuetudinem esse contrariam, per quam quidā dicunt illa iura esse abrogata. Nam per contrariā consuetudinē iura humana abrogātur. Quidam verò dicunt per hanc consuetudinē antiqua iura non abrogari, eo quòd quædam decretalis &c. multa per patientiam tolerantur, quæ si iudicium fuerint deducta, iusticia cogente cassarentur, & hæc controuersia iuristis est relinquenda, quānis hoc videatur esse probabile, q̄ quantum ad hoc quod iura illa antiqua continent ius naturale abrogari nō possit per contrariam consuetudinē vtpote irrationalem. Quantum asit ad hoc q̄ solum de iure positiuo continent, possunt esse abrogata, præcipuè si simulantes hanc contrariam consuetudinem in quorum potestate est ius positiuum mutare, intendunt per talem dissimulationem antiqua iura mutare. Si ergo antiqua iura quę hoc prohibent in suo robore maneant contrāria consuetudine non obstante, certum est non posse aliquem plures prębendas habere absque dispensatione, etiam illis circumstātiis superuenientibus, quæ secundum considerationem iuris naturalis actum poterant honestare. Si autem antiqua iura sunt per consuetudinem abrogata, tunc prædictis circunstantiis superuenientibus etiam sine dispensatione licitum est plures prębendas habere, sine quibus circumstantiis licitum non est: quantuncúnque dispensatio interueniat, eo quòd dispensatio humana non aufert ligamen iuris naturalis, sed solū ligamen iuris positiui, quod per hominem statuitur & per hominem dispensari potest.

¶Et ex his de facili potest patere responsio ad obiecta.

ARTICVLVS XVI.

DEINDE quæritur quantū ad gloriam pertinet, vtrū omnes sancti qui sunt per ecclesiā canonizati sint in gloria, vel aliqui eorū sint in inferno. Et videtur q̄ aliqui possint esse in inferno de his qui sunt in ecclesia canonizati. Nullus enim potest esse ita certus de statu alicuius sicut ipsemet de se, quia quę sunt homines nemo nouit, nisi spiritus hominis qui in ipso est. vt dicitur primæ Corinthiorū 2. Sed homo non potest esse certus de seipso, vtrū sit in statu saluris. Dicitur enim Ecclesiastes 9. Nemo scit vtrùm sit dignus odio vel amore: ergo multò minus Papa scit. ergo potest in canonizando errare.

¶Præterea,

¶Præterea, Quicúnque in iudicando innititur medio falibili potest errare, sed ecclesia in canonizādo sanctos in nititur testimonio humano: cū inquirat per testes de vita & miraculis: ergo cum testimonium hominū sit fallibile: videtur q̄d ecclesia in canonizādo sanctos possit errare.

¶SED CONTRA. In ecclesia non potest esse error damnabilis, sed hic esset error damnabilis, si veneraretur tanquā sanctus qui fuit peccator, quia aliqui scientes peccata eius crederent hoc esse falsum, & si ita cōtigerit possent ad errorem produci: ergo ecclesia in talibus errare non potest.

¶Præterea, Augustinus dicit in epistola ad Hier. Quod si in scriptura canonica aliquod mendacium admittatur mutabitur fides nostra: quæ ex scriptura canonica dependet. Sed sicut tenetur credere illud quod est in sacra scriptura: ita illud quod est communiter per ecclesiā determinatum, vnde hæreticus iudicatur qui sentit cōtra determinationē conciliorum: ergo commune iudicium ecclesiæ erroneum esse non potest: & sic idē quod priùs.

¶RESPONDEO dicendum quòd aliquid potest iudicari posibile secundum se consideratum, quod relatū ad aliquid extrinsecū imposibile inuenitur. Dico ergo quòd iudicium eorum qui præsunt ecclesiæ potest errare in quibuslibet si personæ eorum tantū respiciantur. Si verò consideretur diuina prouidentia, quæ ecclesiā suam spiritusancto dirigit: vt non erret sicut ipse promisit ioā. 14. quòd spiritus aduenies doceret omnem veritatem de necessariis, scilicet ad salutē: certū est quod iudicium ecclesiæ vniuersalis errare in his quæ ad istem pertinent impossibile est. Vnde magis est standum sententiæ Papæ, ad quem pertinet determinare de fide quam in iudicio profert, quàm quorumlibet sapientum hominum in scripturis opinioni. Cum Cayphas quamuis nequam: tamen quamuis pontifex legatur etiam iuscius prophetasse. Io. vndecimo. In aliis verò sententiis quæ ad particularia facta pertinent vt cùm agitur de possessionibus vel de criminibus, vel de huiusmodi: possibile est iudicium ecclesiæ errare propter falsos testes. Canonizatio verò sancto rum medium est inter hæc duo: quia tamen honor quem sanctis exhibemus quædam professio fidei est: qua sancto rum gloriam credimus: piè credendum est, quòd nec etiam in his iudicium ecclesiæ errare possit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum quod pontifex cuius est canonizare sanctos, potest certificari de statu alicuius per inquisitionem vitæ & atteitationem miraculorum, & præcipuè per instinctum spiritussancti, qui omnia scrutatur etiam profunda Dei.

¶Ad secundum dicendum quòd diuina prouidentia præseruat ecclesiam ne in talibus per fallibile, testimonium hominum fallatur.

INCIPIT QVODlibet decimum.

QVAESTIO I.

QVAESITVM est de Deo, Angelo, & anima. De Deo quæsita sunt tria. Primò, de eius vnitate. Secundò, de eius iudicio. Tertiò, de eius sacramento.

ARTICVLVS I.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd vnitas aliquid positiuè dicat in diuinis, & non remotionem tantum secundum opinionem magistri. Ex priuationibus enim non constituitur res aliqua. Sed ex vnitatibus cōstituitur numerus qui est res, cum sit species quātitatis: ergo vnitas non dicitur secundum priuationem tantum.

¶Præterea, Numerus sequitur distinctionē. Si ergo vnitas & numerus in diuinis non dicerent rem aliquā non esset in diuinis realis distinctio, quod est hæresis Sabelliana.

¶Præterea, Si vnitas & numerus in diuinis dicuntur solummodò remotiuè: per vnitatē autē nihil aliud videtur remoueri quàm numerus, nec per numerum aliud quam vnitas: sequitur quod verum q̄ fitorum in diuinis dicatur secundū negationem negationis. Sed negatio negationis non est nisi secundum rationē tantū: ergo vnitas & numerus non essent realiter in diuinis. Quod est inconueniens. & sic vnum & numerus aliquid positiuè dicunt in diuinis.

¶SED CONTRA, Omne quod prædicatur de aliquo prædicatur de eo secundū propriam rationem. Sed ratio vnius in negatione consistit. Est enim vnum quod non diuiditur secundum philosophum: ergo de Deo præ dicatur secundum remotionem tantùm.

¶Præterea, Secundum philosophum in 10. meth. (T.c.9.) vnum & multa opponuntur, sicut priuatio & habitus. Priuatio autem dicitur per remotionem tantùm: ergo vnum quod inter prædicta duo tenet locum priuationis: dicitur per remotionem tantùm.

¶Præterea, Vnum supra ens non addit aliquid secundum rem, quia sic res non esset vna per suam essentiam addit ergo aliquid secundum rationem tātùm. Sed quod est secundum rationem tantum, vel est negatio vel relatio. Cū ergo vnū supra ens non addat aliquam relationē: quia ad aliquid non dicitur, videtur quod addat negationem.

¶RESPONDEO dicendū quod vnum quod est principium numeri de necessitate aliquid positiuè dicit in eo cui attribuitur: quia cū ex vnitatibus numerus constituatur: nisi vnitas res aliqua esset, numerus res esse nō posset & sic non posset poni in aliquo genere tanquam species. Si ergo vnum quod conuertitur cū ente hic idē quod vnū quod est principium numeri: oportet quod etiam vnum quod conuertit cū ente aliquid ponitue superaddat enti, & hoc concedit Auicenna. Vnde vult quod vnū quod conuertitur cum ente addat supra ens aliquid quod ad genus mensuræ pertineat. Sed hoc nō potest esse: quia cū vnum quod conuertitur cum ente de qualibet re dicatur: oportet quod etiam illa res quam addit supra ens sit vna, & sic vel erit vna per aliquam vnitatē additā, & ita erit processus in infinitum: vel erit vna per essentiam suam, quod si est: standum est in primo, vt scilicet ens ipsum dicatur vnum per essentiam, nō per aliquam rem additam. Sic ergo intelligendum est secundū opinionem Aristotelis & commētatoris eius quòd vnum quod conuertitur cū ente non superaddit enti rem aliquā, sed solùm negationem diuisionis: & sic huiusmodi vnum & ponit aliquid inquātum in suo intellectu includit ens: & dicitur remotiue quantum ad id quod superaddit enti. Vnum verò quod est principium numeri quod superaddit enti aliquid de genere mensuræ: & similiter numerus cuius est principiū inueniūtur in rebus habentibus dimensionē: quia talis numerus causatur ex diuisione continui. & hic numerus sicut licet ex diuisione continui causatus est subiectū arithmeticæ: etiam secundū Auicennā. Nulla autem cōditio propria rei corporalis potest dici de Deo aut de aliqua substantia spirituali. Vnde secundū hoc vnū & numerus quę continētur in genere quantitatis non dicūtur de Deo & de aliis substantiis incorporeis: sed solùm vnum quod conuertitur cum ente: & multitudo ei opposita. & ideò vnitas in diuinis non dicitur nisi remotiuè quantum ad id quod superaddit enti, quamuis ponat aliquid secundum quod includit ens. Est enim vnum ens indiuisum.

¶AD PRIMVM ergo dicendū quòd obiectio illa procedit de vno quod est principium numeri.

¶Ad secundū dicendū quòd obiectio illa procedit si nullo modo vnum & numerus aliquid ponerent realiter in diuinis: ponunt autem eos & rem distinctam vel indistinctam quantum ad hoc, quòd ens includitur in ratione vnius, vt dictum est.

¶Ad tertiū dicendū, q̄ in ratione multitudinis includitur negatio rei, sed in ratione vnius negatio negationis & rei simul, quod sic patet: vnū enim est quod nō diuiditur: diuisio autē est quę negatur per vnū quod cōuertitur cū ente: oportet autē q̄ sit talis q̄ in omni diuisione saluetur: hæc autē est diuisio per affirmationem & negationem: & ideò huius diuisionis negatio constituit rationem vnius: est enim vnum quod non diuiditur tali diuisione q̄ sit accipere hoc & non hoc: & sic vnum inquantum negat affirmationē & negationē simul est negatio rei & negationis simul. prædicta vero diuisio includitur in ratione multitudinis: & sic includitur ibi negatio rei, quia multa sunt quæ sic diuiduntur quod eorum vnum non est alterum.

ARTICVLVS II.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur q̄ Christus nō sit descensurus ad iudiciū in terrā: quia super illud psal. Dominus in templo sancto suo, &c. dicit gloss. Quod Deus in cœlo sedens de bonis & malis iudicat: ergo iudiciū non est futurum in terra sed in cœlo.

¶Præterea, Ad dignitatē iudicis pertinet q̄ iudicandi ad eum accedant & non econuerso. Sed Christus est dignissimus iudex cuius locus est cœlum: ergo homines ascendent illuc vt ibi iudicentur: non autem ipse in terram

Universidad de Deusto
Biblioteca

descendet homines iudicaturus.

¶Præterea, Si iudicium sit in terra futurum præcipuè videtur quòd sit futurum in valle Iosaphat, vt habetur Ioel. tertio. Sed locus ille non posset tantam multitudinem hominum capere, & sic non esset ibi futurum iudicium: ergo in nullo loco terræ.

¶SED CONTRA est quod dicitur 2. ad Thessalo. 1. quòd Christus in iussu & in voce Archangeli & in tuba Dei descendet de cœlo, & ita videtur quòd iudicium in terra non in cœlo sit futurum.

¶Præterea, In iudicio comparebunt non solùm electi, sed etiam reprobi qui habebunt corpora grossa & grauia, & sic non competit eis locus cœlestis, seu terrestris: ergo iudicium non est futurum in cœlo, sed in terra.

22. q. 60. ar. 1.

¶RESPONDEO dicendum, quòd iudicium ordinatur ad recributionem præmiorum, vnde secundum duplex præmium, scilicet animæ & corporis est duplex iudicium Dei, vnum quo beatificat, vel damnat homines quo ad animam, hoc iudicium per totum hoc tempus agitur. Aliud est iudicium quo præmiabuntur: vel punientur homines, etiã quantũ ad corpora, & hoc iudicium fiet post resurrectionẽ in fine tẽporis. Primũ autẽ iudicium conuenit Christo ratione diuinitatis, sed secundũ rationẽ humanitatis: quia sicut dicit Aug. super Io. Verbũ Dei viuificat animas, sed verbũ caro factũ viuificat corpora: vnde etiã Io. 5. dicitur. Potestatẽ dedit ei iudiciũ facere: quia filius hominis est. Sic ergo vltimũ iudiciũ est futurum in loco qui Christo competit ratione suæ humanitatis, scilicet circa terrã illam, vbi natus est & passus, & reliqua humanitatis compleuit officia, propter quod dicitur q̃ in valle Iosaphat iudicium est futurum: quia vallis illa subiacet monti Oliueti: vnde Christus ascendit in cœlũ, vt sic ostendatur idẽ esse qui ascendit regnaturus: & qui descendit iudicaturus secũdum illud Actuum primo. Quèadmodũ vidistis eum ascendentem in cœlum ita veniet.

contra. 4. c. 95. & 96. & 4. d. 48. q. 1. art. 1. ad 5. 3. p. q. 95. art. 1. ad 3. et ar. 4. o. et opus. 3. c. 58. 4. d. 48. q. 1. ar. 4. q. 4. o.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ Glo. illa loquitur de primo iudicio, quod competit Christo ratione diuinitatis, ratione cuius etiã cœlũ ei pro loco assignatur: nõ quia diuinitas loco claudatur, sed quia in cœlo præcipuè inter ceteras corporeas creaturas apparet iudicia maiestatis diuinę, vñ cœlũ locus Dei dicitur & cœlorũ qui Deo fruũtur.

¶Ad secundũ dicendũ, q̃ accessum ad locum iudicis, ideſt ascensus in cœlũ est præmiũ quod ex iudicio reportatur, vnde debet iudiciũ sequi nõ præcedere, nõ autẽ ita se habet ad iudicium humanum accessus ad locum iudicis, & ideò non est simile.

¶Ad tertiũ dicendũ, q̃ in iudicio neq; Christus neque electi erũt in terra: sed solũ reprobi. Christus enim & electi erũt in aere: secundũ illud 1. ad Thes. 4. Rapiemur in nubibus obuiã Christo in aera, reprobi aũt erũt nõ solũ in valle illa: sed in religiõe circũquaq;. Vnde Christũ & electos videre poterũt, tũ ratiõe altitudinis, tũ ratione claritatis.

197

ARTICVLVS III.

3. p. q. 77. art. 8. o. & 4. d. 12. q. 1. ar. 2. q. 6. o.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̃ species vini quæ remanent in sacramento altaris post consecrationẽ alij liquori cõmisceri non possint: quia secundum philosophũ in 1. de generatione. (T. c. 84.) miscibilia sunt in mixto potentia non actu. Si ergo illa species vini alteri liquori misceatur, post mixtionem nõ remanebit illa species in actu, sed deficiente specie deficit esse corpus vel sanguis Christi. Sed hoc est inconueniens: quia secundum philosophum quæ sunt miscibilia, sunt etiam separabilia: & sic illa species alicui liquori admixta poterit iterum separari, qua separatione facta erit ibi verum corpus Christi cũ ea: vel sanguis, cùm tandiu corpus vel sanguis Christi sit sub specie, quandiu species est. & sic sanguis Christi de nouo incipiet esse sub specie vini alio modo quàm per consecrationem, quod etiam est inconueniens. ergo & illud ex quo sequitur: scilicet q̃ species vini post cõsecrationem alteri liquori misceatur.

¶SED CONTRA, Forma mixti est forma accidentalis. Sed accidẽs superueniẽs non corrũpit subiectũ. ergo post mixtionẽ speciei cũ aliquo liquore: adhuc remanet ipsa species, & sic non sequitur inconueniens prædictũ.

art. 183. & 3. p. q. 75. art. 6. ad 3.

¶RESPONDEO dicendũ quod quidã dicũt illis speciebus posse admisceri nullo modo aliquẽ liquorẽ: quin statim sub totis illis speciebus desinat esse sanguis Christi. & hoc ideò, quia mutatis speciebus nõ remanet ibi veritas sanguinis Christi. per additionem enim cuiuscũque liquoris fit alia quantitas quæ subsistit in illo sacramento aliis accidentibus: sit enim maior quantitas, & sic nõ remanet ibi sanguis Christi. Sed hoc nõ videtur verũ: quia species quæ in sacramento post cõsecrationem remanẽt eodem modo corrũpuntur: & non aliter quàm accidisset de substantiis præexistentibus, quorum species manent: sicut ad sensum patet, q̃ interimuntur & aliis modis trãsmutentur omnino sicut accidisset de substantia panis aut vini ante cõsecrationẽ. cõstat autẽ per admixtionẽ vnius guttæ aquæ nõ fuisse totũ vinũ destructũ: vnde nec propter hoc tota species vini corrumpitur post consecrationem, nec oportet si augetur quãtitas q̃ propter hoc fiat ibi alia species. Nã ipsa additio nõ tollit essentiã dimẽsionis sed variat terminationem eus, quæ quidem variatur non solũ per additionẽ, sed etiã per diuisionẽ: vnde si talis variatio sufficeret ad hoc q̃ desineret esse sub specie buscorpus vel sanguis Christi: sequeretur q̃ per diuisionẽ speciẽ similiter esse desineret: quod patet esse falsum. Et ideò dicendũ q̃ aliqua admixtio alterius liquoris facit vt tota liter desinat esse sanguis Christi sub speciebus: & aliqua nõ sed solũ sub parte specierum. Si enim esset substãtia vini ibi, si alius liquor in magna quantitate admisceretur totaliter illud vinum corrumperetur & desineret esse vinũ: si liquor admixtus esset alterius speciei vel desineret esse hoc vinũ si esset eiusdẽ speciei. Si autẽ alius liquor in parua quantitate admisceretur: nõ posset illius liquoris permixtio ad totũ vinũ peruenire, sed ad aliquam partẽ eius quam variaret, vel secundum speciem si esset alterius speciei, quam per mixtionem non totaliter amitteret, vel secundum numerum si esset eiusdẽ speciei, vel speciem suã per mixtionem totaliter amitteret, sicut gutta aquæ proiecta in amphoram vini. Sic ergo si speciei post consecrationem fieret tanta permixtio extranei liquoris quæ sufficeret ad totam substantiam vini corrumpendam. Sic ibi desineret esse sanguis Christi sub toris speciebus, si aũt non sit tanta permixtio desinit esse sub parte. Nam dato quòd ille liquor permixtus in speciem vini muretur, nõ tamen conuertetur in sanguinem Christi.

ar. 191.

Quãdo liquor additur ipsi, sic cibus ea corrumpit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd facta permixtione speciei cum alio liquore, non remanet species eadẽ vel secundum speciem vel secundum numerum, vel secũdum totum vel secundum partem, & sic sub toto vel sub parte non remanebit sanguis Christi, sed substantia vini, nec etiam facta separatione denuò erit ibi sanguis Christi quia mistibilia quæ separantur à mixto non redeunt eadem numero sed eadem specie.

4. cõtra gẽtiles, c. 81. ad 2.

¶Ad secundum quod in contrarium obiicitur, dicendum quòd forma mixtionis dupliciter potest intelligi. Vno modo forma per quam corpus mixtum in specie colloca tur, & sic est forma substantialis, per hunc enim modũ forma lapidis dicitur forma mixti. Alio modo dicitur forma mixti qualitas quędam media resultans ex simplicibus qualitatibus cõmixtis. Cùm ergo dicitur quòd forma accidentalis substantiam non destruit, posset dici quòd verũ est, tamen destruit accidentia, & sic species sacramentales quæ sunt accidentia post commixtionem non manent, sed hæc solutio non est secundũ veritatem. Nam forma mixtionis cùm sit quædam qualitas media, non permutat nisi simplices qualitates ex quibus componitur, species aũt sacramentales non destruũtur quibuscũnq; qualitatibus variatis. Quia si odor vini vel color mutaretur, non propter hoc desineret ibi esse sanguis Christi: nisi dimẽsiones quæ cæteris accidentibus subsunt, vicẽ substantiæ gerentes secundum essentiã destruerentur, quod aliter accidere non potest quã accideret de substantia vini si ibi esset. Et ideò aliter dicendum est, q̃ accidens non corrũpit subiectũ effectiuè, sed dispositiuè. Posita enim qualitate quæ est necessaria dispositio ad formã ignis, scilicet calore, in summo remouetur forma aeris similiter posita media qualitate, quæ est necessitas ad formã mixti aufertur forma corporis simplicis.

1. c. ad 1. 2. ad 1. 1. p. q. 10. ar. 2. ad 4. 1. p. q. 10. ar. 2. ad 4. & art. 5. ad 3. 1. p. q. 9. ar. 1. o. & 22. q. 10. ar. 2. 3. q. 14. ad 1. 2. d. 2. q. 1. ar. 1. o. Reprobatio 1. p. q. 10. ar. 5. o. ar. 96. & 1. p. q. 25. art. 4. & 22. q. 152. artic. 3. ad 3. ad 2. art. 215. & 187. 2. d. 2. ar. 1. 2. ad 4. 1. p. q. 10. ar. 5. ad 2. q. 12. art. 10. ad 2. ad 1. 1. p. q. 10. ar. 2. ad 4. & art. 5. ad 3. ar. 183. ad 3. 12. q. 85. ar. 1. ad 4. et 3. 110. art. 2. ad 1. q. 111. arti. 2. ad 3. 198.

QVAEST. II. ARTIC. IIII.

2. d. 2. q. 1. ar. 1. o. & d. 37. 3. 4. ar. 1.

DEINDE quæritur de angelo vtrũ duratio Angeli habeat prius & posterius. videtur q̃ sic. In eo enim cuius duratio non habet prius & posterius idem est esse & fuisse. Si ergo in duratione angeli non est prius & posterius, idẽ erit angelum esse & fuisse. Sed hoc est impossibile: quia Deus potest facere quòd angelus non esset, cùm non possit facere, quòd non fuerit ergo inconueniens est dicere q̃ in duratione angeli non sit prius & posterius.

¶Præterea, Nullũ creatũ est infinitũ in actu, Sed duratio angeli

angeli est infinita ex parte prius: ergo non est tota simul in actu, & ita est ibi prius & non terius.

Boetius.

¶Præterea, mensura debet esse proportionata mẽsurato. Sed esse angeli est finitum in actu: ergo esse quod est eius mensura est finitum. & sic idem quod prius.

¶Præterea ratio ęternitatis in hoc perficitur quod est tota simul: quia secundum Boet. in 5. de consolatione æternitatis est interminabilis vitæ tota simul ac perfecta possessio. Si ergo æuum quod est angeli duratio non habeat prius & posterius, non videtur ab æternitate differre.

art. 3. c. & 4. d. 12. q. 1. ar. 3. q. 4. o.

¶SED CONTRA. Secundum philosophum in quarto phi. (T. c. 104.) propter prius & posterius in motu, est prius & posterius in tempore quod mensurat motũ. Sed in esse angeli non est aliquis motus nec illud esse aliquo modo motui subiacet: ergo in quo quod est eius mensura non est prius & posterius.

¶Præterea, tempus nihil aliud est quàm numerus prioris & posterioris. Si ergo in æuo sit numerare prius & posterius: æuum nihil differt à tempore.

¶RESPONDEO dicendũ q̃ de re aliqua possumus loqui dupliciter. Vno modo secũdũ quod est in rerũ natura. Alio modo secũdũ quod est in cõsideratione nostra. primo modo accipitur substantia rei cũ omnibus suis dispositionibus & operationibus: quia sine his substantia nõ inuenitur in rerum natura. Sed secundo modo potest accipi substantia absque suis dispositionibus: quia consideratio substãtię nõ dependet à cõsideratione suarũ dispositionũ. Accipiendo ergo mensuram durationis secundũ primũ modum: sic soli Deo coęterè duratio, q̃ sit tota simul, & nõ alicui creaturæ: eo q̃ solus Deus est immobilis quantũ ad essentiã, & quãtum ad omnia quæ circa essentiam considerari possunt. Quælibet autẽ creatura est variabilis vel secundũ substantiã vel secundũ aliquã dispositionem aut operationẽ. Et secundũ hoc Augustin. 12. q. ad Horosium, ponit omnes creaturas esse in tẽpore: etiã angelos. Sed accipiendo mensuram durationis angeli secũdo modo, prout consideratur eius substantia absolutè eius mensura est æuum, & nõ tẽpus, de quo quidẽ æuo est duplex opinio. Quidam enim dicũt, q̃ in æuo est prius & posterius sed non sicut in tempore. In tempore nãque est prius & posterius cũ innouatione, in æuo autẽ sine innouatione. Sed hoc nõ est intelligibile, impossibile est enim esse alicuius durationis duas partes simul: quarũ vna alteram non includat, sicut mensis includit diem: vnde simul est aliquid in die & in mense. Sed duo dies & duo mẽses simul esse non possunt. Vnde quidcunque in aliqua duratione ponuntur duæ partes: quarum vna est prior & altera posterior, oportet q̃ vna transeunte alia de nouo adueniat, & sic oportet in omni durationẽ in qua est prius & posterius, quòd fiat innouatio. mensura autem durationis innouationem habere non potest, nisi illud quod per durationem mensuratur innouationem recipere possit, esse autem angeli est absque innouatione: quia ex quo cœpit esse immutabiliter perseuerat: cũ nec in eo sit motus, nec sit alicui motui subiectum, sicut esse rerũ corruptibilium est subiectum motui cœlesti. Sic ergo si attribuatur mensura angelo quantum ad substantiam tantùm: illa non habet prius & posterius: sic enim mensuratur eorum esse quo, & similiter si attribuatur eis mensura durationis quantum ad essentialem operationem beatitudinis: sic enim sunt in participatione æternitatis. Si verò attribuatur eis mensura durationis ratione aliarum operationum vel affectionum: sic eorum mẽsura habet prius & posterius: ita etiam mensurãtur tempore secundum quod dicit Aug. 8. super Gen. ad literam. q̃ Deus mouet creaturam spiritualem per tempus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum q̃ rei æternæ vel æuiternæ aliquid potest attribui dupliciter. Vno modo ratione suiipsius, & sic nõ attribuitur ei neque fuisse neque futurum esse, sed solum esse: quia in præterito & futuro implicatur prius & posterius, non autem in præsenti. Alio modo ratione mensuræ adiacentis, vel subiacentis: id est ratione temporis. & sic attribuitur ei fuisse per concomitantiam ad tempus præteritũ: & futurum esse per concomitantiam ad tempus futurum. Ipsum enim momentũ æternitatis adest tot temporibus: vnde dicit Augustin. de Deo q̃ fuit, qui a nunquam defuit. Erit, qui a nunquam deerit. Sic ergo Deus non potest facere angelum nõ fuisse: quia non potest facere quin tempus præteritum simul cum esse angeli fuerit: potest autem facere angelum non esse quia potest facere vt esse angeli non sit simul cum tempore: quod præsens est nunc vel erit in futuro. & sic ista diuersitas magis dependet ex modo locutionis quàm ex natura rei.

¶Ad secundum dicẽdum q̃ infinitum dicitur dupliciter. Vno modo priuatiuè, & sic non attribuitur nisi illis quæ habent extensionem vel quantitatem: hoc enim solùm natum est habere finem, & ita æuum nullo modo habet infinitatem neque aliquam extensionem, nisi quatenus extẽsio in eo consideratur ex operatione mensuræ subiacentis, scilicet temporis: & ita nullum creatum est infinitum in actu. Alio modo dicitur infinitum negatiuè. i. quia non habet finem, & sic indiuisibilia dicuntur infinita: vt punctus & vnitas: quia non sunt finita, & hoc modo æuum est infinitum: quia scilicet non finitur. Sic autẽ aliquod creatum esse secundum aliquid infinitum actu nihil prohibet.

1. p. q. 9. ar. 1. ad 2. ver. q. 2. art. 2. ad 5. & 1. d. 2. q. 1. art. 1. ad 6. art. 179. c. & 1. p. q. 7. art. 2. 3. 4. & q. 15. ar. 2. ad 4.

¶Ad tertium dicendum q̃ per eundem modum est infinitum esse angeli & æuum.

¶Ad quartum dicendum q̃ inter æternitatem & æuum potest assignari triplex differentia. Quarum vna potest sumi ex prædictis: nã æternitas mẽsurat ipsam substantiã æterni secundũ quod est in rerũ natura. i. cũ omnibus quæ ei attribuũtur. nõ autem æuũ vt dictũ est. Alia sumitur ex hoc q̃ æternitas mẽsurat esse per se stans: vnde æternitas est idẽ cũ substantia æterni. Æuũ autẽ mẽsurat esse creatum, quod nõ est per se stans: quia est aliud à substãtia entis creati. Tertia potest sumi ex hoc q̃ æuum, quamuis sit indeterminabile ex parte finis: non tamen ex parte principij: æternitas verò ex parte vtriusque.

1. p. q. 10. ar. 5. ad 4. et q. 50. ar. 2. ad 4. C. ar. huius & ar. 100.

QVAESTIO III.

DEINDE quæritur de anima. Et primò quantum ad naturã. Secundò quantũ ad gratiã. Tertiò quantum ad cultum. Quartò quantũ ad gloriã. Circa naturalia animæ quæritur de eius substãtia & de eius operatione. Circa substantiam quæsita sunt duo. Primo vtrũm anima sit suæ potentiæ. Secundò vtrũm secundum suam substantiam sit incorruptibilis.

ARTIC. V. 199

1. p. q. 77. ar. 1. o. Spiritu. ar. 10. o. & anima. ar. 12. o 2. Sed contra diuisionẽ. 2.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur q̃ anima sit suę potentiæ quia in li. de spiritu & anima dicitur q̃ anima est quędã sua substantia potentię: quędã verò sua nõ est. substantiæ virtutes.

¶Præterea, Aug. dicit in 10. de Tri. q̃ memoria intelligẽtia & voluntas sunt vna mens vna vita, vna essentia. Sed hæc tria secundũ magistrũ iudicium libri sententiarũ sunt tres animę vires: ergo vires animæ sunt ipsa eius essentia.

¶SED CONTRA est quod Dion. 11. c. cœ. Ie. distinguit superiores substantias. scilicet angelos in tria. scilicet substantiam, virtutem & operationem. Sed angelus non est minoris simplicitatis quam anima. ergo & in anima sua substantia nõ est sua virtus siue potentia.

¶Præterea, eorũ quæ sunt idẽ si vnũ multiplicetur: & reliquum. Si ergo anima sit idem quod suæ potẽtię: videtur cũ potẽtię sint multę. q̃ essentia animę vna esse nõ possit.

¶RESPONDEO dicendũ q̃ de anima dupliciter loqui possumus. Vno modo secundũ quod est quædã substãtia. & sic impossibile est q̃ anima sit suæ potẽtiæ duplici ratione. Quarum vna sumitur ex eo quod est animæ propriũ: quia scilicet impossibile est, vt idem secũdum idem sit naturaliter principium plurium & diuersorum numero. imò quasi oppositorum. Anima autem secundum diuersas potentias inuenitur esse principium actuum diuersorum secundum species & quasi oppositorum. Vnde impossibile est quòd ipsa essentia animæ quæ est vna, sit immediatum horum principium. & ideo oportet ponere in anima præter eius substantiam potentias naturales quæ sunt horum actuum immediata principia. Secunda ratio sumitur ex eo quod est commune animæ & omni substantiæ creatæ. In nulla enim substantia creata est idem esse & operatio: hoc enim solius Dei est. Essentia autem est essendi principium, principium verò operationis: ergo cùm ab vno natura aliter non fit nisi vnum: nulla substantia nisi diuina est sua potentia. Nec est instantia de potentia materiæ, etiam dato q̃ sit suã essentia: quia talis potentia non est ad operationem: sed ad esse. Alio modo possumus loqui de anima secundum quod est quoddã totum potentiale: & sic diuersæ potentię sunt diuersæ partes eius: & ita anima prædicatur de potentiis vel ecouerso abusiua prædicatione, sicut totũ integrale de suis partibus vel ecouerso: quãuis minor sit abusiue in toto potentiali quã integrali: quia totũ potẽtiale secũdũ suã sub

Nota bene.

1. p. q. 77. art. 1. ad 5. & ar. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

stantiam adest cuilibet parti,non autem integrali.

¶Et per hoc patet solutio ad obiecta.

200 18.q.75. ar.6.c. & anima.ar. 1.4.c.et 12. q.85.ar. 6. c. & 1.p.q. 76.artic.3. ad primū.

ARTICVLVS VI.

AD SECVNDVM sic proceditur videtur q; anima rationalis sit corruptibilis:quia secundum Damas. Nulla substantia potest esse sine propria operatione: propria autē operatio animæ rationalis est intelligere: quæ indiget corpore:cū nō sit intelligere sine fantasmate, vt patet per Philosophum.3.de anima. (T.c.30.) Ergo destructo corpore substantia animæ rationalis non manet.

¶Præterea,illud quod habet virtutē vt sit semper non inuenitur quādoque esse & quādoq; non esse:omnis enim res est quandiu virtus rei exposcit: ergo quod inuenitur quādoq; esse & quādoq; non esse nō habet virtutem vt sit semper.Sed omne quod incœpit esse inuenitur quādoq; esse & quādoq; non esse:ergo nihil quod incœpit esse habet virtutem.vt sit semper: & ita nihil quod incœpit esse potest esse incorruptibile.Sed anima rationalis incœpit esse:ergo non potest esse incorruptibilis.

¶Præterea,hominis compositi ex corpore & anima est quoddā esse,aut ergo præter hoc esse anima habet aliud esse,aut nō.Si habet aliud esse:ergo cōpositio aduenit animæ post esse cōpletū:ergo huiusmodi compositio est animæ accidētalis, & sic homo nō erit ens per se,sed ens per accidēs,quod est inconueniēs. Si autē non habet aliud esse anima præter esse cōpositi:ergo post qua deficit esse cōpositi,anima esse nō potest.Sed in morte corporali deficit esse cōpositi:ergo anima post mortē corporis nō remanet.

¶Præterea,anima est forma corporis,aut ergo per essentiā aut per aliquod accidens.Si per accidēs,sequitur q; cōpositio animæ & corporis sit accidētalis:sicut hominis ad indumentum.Si per essentiā:ergo cum forma in quantum est forma nō possit esse sine materia:videtur q; anima post mortem corporis remanere non possit.

¶SED CONTRA est quod Philosophus dicit in 2.de anima. (T.cap.21.) quod rationale separatur ab alijs sicut perpetuum à corruptibili.

¶Præterea.Philosophus in 10.Ethi. ostendit fœlicitatem cōtemplatiuā præeminere ciuili,eo q; est diuturnior.Sed ciuilis durat vsq; ad mortē,ergo cōtemplatiua est etiā post mortem:& sic etiam anima post mortem corporis manet.

de anima. artic.14.o.

¶RESPONDEO dicendū,q; necesse est ponere substantiā animæ rationalis esse incorruptibilē.Si enim corrūpitur:aut corrūpitur per se aut per accidēs. Per se quidē corrūpi nō posset,nisi esset cōposita ex materia & forma contrarietatē habente:quod esse non potest, nisi esset elementū aut ex elementis: vt antiqui philosophi posuerūt, quorū positiones in 1.de anima,reprobantur. Per accidēs etiā corrūpi nō potest,nisi ponerētur q; nō haberet esse per se:sed solum esse cū alio, sicut est de aliis formis materialibus,quæ propriè non habēt esse subsistēs:sed sunt per se compositorum subsistentium quorum sunt partes: & sic per accidens corrūpuntur cōpositis corruptis,hoc autem de anima rationali dici non potest.Nā quod nō habet per se esse,impossibile est q; per se operetur, vnde etiam aliæ formæ nō operantur,sed cōposita per formas.Anima autem rationalis habet per se operationem, quam exercet nullo organo corporeo mediante.s.intelligere: vt probat philosophus 3.de anima. (T.cō.6.) Nō enim posset omniū sensibilium formas cognoscere nisi ab hominibus formis sensibilibus esset denudata, vel nisi esset actus omniū: cū nihil recipiat quod iā habet.Oporteret ergo si anima per aliquod organū intelligeret,q; suū organū careret omni forma sensibili:cùm omnes formas sensibiles sit nata intelligere:sicut pupilla caret omni colore ad hoc q; visus possit omnes colores cognoscere. Impossibile est autem esse aliquod organū corporale carēs omni forma sensibili:relinquitur ergo substantiam animæ intellectiuæ esse incorruptibilē. Vnde & philosophus dicit in 1.de anima, q; intellectus videtur esse substātia quędā & nō corrūpi. Hunc autem incorruptibilem intellectū quidā ponūt extra homines esse,ponētes animā quę est pars hominis corruptibilē fore,cui ponunt intellectum separatum continuari dupliciter.Vno modo per illustrationem & secundum eos qui ponūt intellectum agentē separatum & incorruptibilem.Intellectum verò possibilem coniunctum corruptibilem. Alio modo per continuationem intellectos ad fantasmata secundum eos qui ponūt etiam intellectum possibilem esse separatū & incorruptibilem, sed primum horum esse non potest, quia si in nobis non est aliqua virtus nisi materialis, lumen intellectus agentis nō poterit in nobis recipi nisi materialiter cùm receptum sit in recipiente per modū recipientis. & ita non recipietur modo intelligibili. & sic nos non poterimus esse intelligētes,similiter secundum esse nō potest: nā fantasmata sunt in nobis per nostrā operationē quæ sequitur esse substātiale:quia sic homo nō haberet esse specificū ex hoc quod est rationalis,cū nō sit rationalis nisi ex hoc quod intellectui coniungitur. Restat ergo q; ipsa anima humana,quæ est forma corporis,sit incorruptibilis.

Anima per se non corrūpit neq; per accidēs.

1 par.q.75. ar.2.c.et q. 76.ar.1.ad 1.ar.8.c.& q.77.ar.5.

1.par.q. 76 ar.1.c.& q. 88.art.1.c. & veri.q. 18.artic. 5. ad 8. Spiritu.ar. 9. & 10. & 1.par.q. 79. art.4. & 5.

¶AD PRIMVM ergo dicēdū,q; anima indiget aliquo corporali ad suā operationē dupliciter. Vno modo sicut organo per quod operatur.sicut indiget oculo ad videndū,& sic ad intelligendum nō indiget aliquo organo: vt probatū est. Si autē sic indigeret organo ad intelligendū esset corruptibilis,vtpote nō potens per se operari. Alio modo anima ad operandū indiget aliquo corporali sicut obiecto,sicut ad videndū indiget corpore colorato,& sic anima rationalis indiget ad intelligēdū fantasmata: quia fantasmata sunt vt sensibilia intellectiuę animę.vt dicitur 3.de anima. (T.c.30.) Oratio autem quę sic indiget aliquo corporali à principio non potest esse sine corporali illo, potest autem postea sicut anima sensitiua nullam operationē habere potest nisi prius moueatur à sensibilibus quę sunt extra animam. Sed præterea remanet actus imaginationis etiā sensibilibus abeūtibus,similiter destructis fantasmatib.operatio intellectiua in anima remanere potest.

pot. q. 3. ar 9. ad 22. & 1.par.q. 75 ar.3.ad 3.

1.par. q.84 ar. 7.o.

¶Ad secundum dicendum, q; illa ratio est probatio Phy. in pri.cœ.& mūdi,qui ostendit q; omne generatū est corruptibile, & habet locū in illis quæ fiunt & corrūpuntur, naturaliter in quibus ex defectu virtutis est,q; nō possunt nec semper fuisse nec semper fore,non autem habet locū in his quæ per creationem fiunt,quæ accipiunt à Deo virtutem: vt sint semper per quam esse non possunt antequā eam accipiant.

¶Ad tertium dicendum,quòd anima esse suum communicat corpori, quod quidem ita acquiritur animæ in corpore, vt secundum ipsum subsistere possit,quod non est de aliis formis,& sic ipsum esse animæ fit esse cōpositi,& tamen manet composito destructo.

1.p.q.75 ar 11.1.& 2.3.

¶Ad quartū dicendū, quòd anima secundū suam essentiā forma corporis, nec destructo corpore destruitur anima quantum ad id secundum quòd est forma,sed solum desinit esse forma in actu.

Ar.42.c.

QVAEST. IIII.

DEINDE quęritur de operatione animæ.Et circa hoc quærūntur duo. Primò, vtrùm anima intellectiua omnia quæ cognoscit cognoscat in prima veritate.Secundò, vtrùm anima separata à corpore habeat actus sensitiuarum potentiarum.

ARTICVLVS VII.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd anima quicquid intelligit intelligat in prima veritate. Augu. enim dicit in libro confessio. Si ambo viderimus id verum esse quod dico,vbi quæso videmus non ego in te nec tu in me, sed ambo in ea quæ supra nos est incommutabili veritate: & sic omne verum quod anima cognoscit in prima veritate videt.

1.p.q. 12.ar 11.ad 3.q. 84.ar. 4.c. et q.16. ar 6.ad 1.et 2.

¶Præterea.Verum addit supra ens manifestationem:ergo prima veritas est per quā omnia manifestātur. Sed id quo aliud manifestatur oportet esse maximè manifestum,sicut patet in principiis demonstrationis & de luce corporali, per quam visus corpora videt: ergo prima veritas est maximè omnibus mentibus manifestata, & sic non solum per ea,sed in eo omnia cognoscuntur.

¶SED CONTRA.Multi de conclusionibus demōstrationis veram cognitionem habent qui de prima veritate nihil considerant: ergo non omne verum in prima veritate cognoscitur.

¶Præterea.Augusti.dicit in lib.de libe.ar.quòd nullus de prima veritate iudicat, & nullus sine ea rectè iudicat, & ita si de ea non iudicatur, non cognoscitur,nec alia in ea.

¶RESPONDEO dicendū, q; sicut dicit quędā glo.supra illud Ps.Diminuręt sunt veritates &c.Ab vna prima veritate multæ veritates in mentib.hominū resultāt,sicut ab vna facie hominis resultāt multę facies in speculo fracto, hæc aūt resultatio veritatis est quantū adduo s. quantū ad lumē intellectuale de quo in Psal.Signatū est super nos lumē vultus tui dne.& quantū ad prima principia naturaliter nota siue sint coplexa, siue incoplexa. Nihil aūt possumus veritatis cognoscere nisi ex primis principiis & ex lumine intellectuali,quę veritatem manifestare non possunt, nisi secundum quòd sunt similitudo illius primę veritatis: quia ex hoc etiam habent quandam immutabilitatem & infallibilitatem. Sic ergo in prima veritate secundū suam essentiam non omnia videntur à nobis in statu vitæ cū nec ipsa per suam essentiam à viatoribus videatur. Sed in ipsa ratione suæ imaginis scilicet veritatis ad ea exēplare omnis veritas à nobis cognoscitur. Et exinde est, quòd quo idem verum vident inquantùm ab eadem prima veritate resultat exemplata veritas in mente vtriusque: & ita intelligendum est dictum August.

artic 162.c. 2.q.47.ar tic. 6.c. & art.15.c.& 9.49. ar.2. ad 1.ar.1.o.

¶ET SIC PATET solutio ad primum.

Ad rōnes. Mouere alīquo.2. dicit

¶Ad secundum dicendum, quòd operari aliquo siue mouere dicitur dupliciter.Vno modo sicut principio formali operationis vel motus.& sic oportet,quod motio mouentis vel operatio operantis terminetur ad id quod operatur. Non enim ignis calefacit calorem quo calefacit. Alio modo sicut instrumento: & sic motio mouentis terminatur ad id quod mouet,sicut manus bacculo mouet lapidem & bacculum mouet. Id ergo quo cognoscimus sicut instrumento oportet esse nobis primò notū, & sic cognoscimus conclusiones per principia naturaliter nota ad quæ comparatur intellectus agens sicut ad instrumenta:vt dicit commentator in 3.de anima:sed id quo cognoscimus sicut forma cognoscentis non oportet esse notum: quia nec oculus videt lucem quæ est oculi compositione, neque speciem per quam videt.& ita etiam non est necessarium vt quicunque intelligit aliquid intelligat intellectum suum quo intelligit lumē vel intellectuale. Sic ergo veritas à prima veritate in mentibus nostris exemplata à nobis partim cognoscitur vt de necessitate ad hoc quod alia in ea cognoscantur,scilicet quantùm ad ipsa principia,& partim non de necessitate cognosci,scilicet quantùm ad ipsum intellectuale lumen. Ipsa verò existens veritas à nobis per suam essentiam non videtur.

Commentator.

202 *q. de anima.ar.19.o*

ARTICVLVS VIII.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur quòd anima separata actum sensitiuarum potentiarum habere possit.Cassio enim dicit in lib.de anima. Quod anima sine corpore videt & audit:& reliquis sensibus viget.

¶Præterea, Lucæ 16.quidam dicunt de diuite in infernū sepulto quæ sine actu sensuum esse non possunt. Sed constat quòd ibi erat tantùm anima diuitis sine corpore:ergo anima sine corpore oppositionē sensuum habere potest.

¶Præterea,Frustra est potentia quæ non reducitur ad actum.Sed in anima post mortem remanent potentiæ sensitiuæ:ergo & actus sensuum.

¶SED CONTRA, Semire est operatio coniuncti:ergo destructo coniuncto in anima separata remanere non possunt.

¶RESPONDEO dicendum, quòd impossibile est in anima separata alicuius potentiæ sensitiuæ actum esse, quod sic patet.Operatio namque potentię sensitiuę eodē modo perficitur in homine & in bruto:eodē enim modo videt homo per oculum quo equus. Actus autem sensitiuę potentiæ in bruto non est ipsius animæ sensitiuæ per se, sed mediante organo.Si enim per se haberet operationē, anima sensitiua in bruto per se haberet subsistantiam:& sic esset incorruptibilis.Vt de anima rationali probatum est. Vnde cùm sit hoc inconueniens,impossibile est quòd in bruto vel in homine potentia sensitiua habeat aliquē actū proprium:sed omnis actus eius est coniuncti: vnde in anima separata remanere non potest. Quidam tamen dicunt animam sensitiuam habere duos actus,vnum quem exercet organo mediante,quæ post mortem non manet,alium quem per seipsam agit,& hic manet post mortem:hoc aūt videtur attestari opinioni Platonis qę anima, qui ponebat animam sensitiuam mouere seipsam:& sic mouęt corpus,& sic illa operatio qua mouebat seipsam erat sibi propria:alia verò qua mouebat corpus erit coniūcti:& propter hoc Plato ponebat animas etiam brutorum esse incorruptibiles.Hoc enim de necessitate sequitur,quod tamen iuti non concedunt.

Art.200.

Ar.189.4.

Arti.189.1.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd sicut operationes voluntatis propter quandā similitudinem nominantur nominibus passionum, quæ sunt in appetitu sensitiuo:ita etiam intellectus operationes nominatur ab operationibus sensuum propter similitudinem. Et sic loquitur Cassio.

¶Ad secundū dicendū,q; illa verba quæ dicūtur de diuite oportet metaphoricè intelligi,vel secundū rerū similitudines,& non secundum res ipsas,vt Aug.dicit.

1.p.q.54.ar 11.5.ad 1.

¶Ad tertium dicendum,quòd secundum quosdam in anima separata non manent potētiæ sensitiuæ actu, sed in radice tantū.Si autem actu maneant nō ideò frustra erunt: quàuis actibus careāt:manēt enim ad naturę integritatē, sicut membra generationis in resurgentibus corporibus.

QVAESTIO V.

DEINDE quæritur de his quæ pertinent ad gratiam. Et circa hoc quæruntur tria. Primò, de præcepto honorationis parentum. Secundò, de consilio quantùm ad votum obedientiæ.Tertiò, de voto continentiæ.

4.di.44.q. 1.ar.3. q.3. o.

ARTICVLVS IX.

203

AD PRIMVM sic proceditur.Videtur quòd ille cuius pater non potest sustentari à filio nisi cōtrahendo acciptat dotem vnde patrem nutrire possit: tamen teneatur cōtrahere vt patrem sustētet. Cū enim charitas sit ordinata plus aliquis tenetur sibi quā patri. Sed laudabile esset si aliquis propter virginitatē seruandā se mortī exponeret:ergo non tenetur aliquis pro seruanda patris vita matrimonium contrahere.

4.dis. 38.q. 2.ar.4.q.2. ad 2.& ar. 5.4.huius.

¶Præterea,Præceptum non contrariatur consilio. Sed de virginitate seruanda,est consilium:vt pater 1.ad Cor.7.ergo per præceptum de honoratione parentum non obligatur aliquis ad hoc vnde virginitatem perdat.

¶SED CONTRA, Præceptū affirmatiuum obligat pro loco & tēpore.Sed tēpus de honoratione parentū est quando parentes indigent:ergo tunc obligatur aliquis ex tali præcepto:& ita videtur quod teneatur matrimonium contrahere,si alias patri subuenire non possit.

Apostolus.

Opinio varię de cōtrahendo multa pro subtilitate.

¶RESPONDEO dicendū,q; casus propositus non videtur esse de facili possibilis. Vix.n.contingere pōt,q; aliquis parentes sustentare nō possit absq; matrimonij contractu saltē manibus operādo,vel mēdicādo. Si tamē hoc cōtingeret esset idē iudiciū de virginitate seruāda in isto articulo,& de aliis perfectionis operibus sicut est introitus in religionē,de quo quidā variè opinātur. Dicūt enim aliqui,q; si aliquis habet patrē indigentē, debet ei dimittere si habet ad eius sustentationem: & sic pōt licitè religionem intrare parentū curā patri cœlesti cōmittens,qui etiā aues pascit.Sed quia hæc opinio nimis videtur aspera:ideò melius videtur dicendū,q; aut iste qui habet propositū intrandi religionē videt in tpe.Jo non posse viuere sine peccato mortali vel nō de facili.Si timet sibi periculū peccati mortalis,cū magis teneatur saluti animæ suę prouidere quā corporali necessitati parentū nō tenetur in fœculo remanere.Si autē videt se posse in fœculo conuersari absq; peccato distinguendū videtur: quia si sine eius obsequio parentes nullo modo viuere possunt: sic tenetur eis seruire & alia opera perfectionis prætermittere,& peccaret eos dimittēs.Si verò sine eius obsequio possunt aliqualiter sustētari,nō honorifice, nō propter hoc tenetur opera perfectionis dimittere. Sicut autē est de illo qui iam religionē intrauit:quia cū iam sit mortuus mūdo per professionē:solutus est à lege qua in mūdanis obsequiis parentibus tenebatur secundū doctrinā apostoli ad Ro.7. In aliis autem spiritualibus orationibus & huiusmodi eis tenetur seruire.Et hoc quod dictum est de introitu religionis potest etiam de obseruantia virginitatis & de aliis operibus perfectionis dici.

22.q.189.ar 11.6.o.& q. 101.arti.4. ad 3.& 4.

¶AD PRIMVM ergo dicendū,quòd si aliquis non esset virginitatem professus non deberet mori fame antequām matrimonium contraheret.

Ad rōnū.

¶Ad secundum dicendum, quòd præceptum contrariari consilio nihil prohibet in casu.

ARTICVLVS X.

204

CIRCA secundū sic proceditur. Videtur q; religiosus qui emisit votū obedientię tenetur in omnibus prælato obedire,etiā in indifferentibus:quia per votū caritatis religiosus oi concupitui renunciat: ergo per votū obediē tię abrenunciat propriæ voluntati quantùm ad omnia.

22.q.110. ar.4.ad 5. & q.187. ar.3.o.2.d. 44.q.2.ar. 3.o.

¶Præterea,Beatus Benedictus dicit in regula, quòd etiam si prælatus impossibile iubeat temperandum est:ergo multò magis in indifferentibus obedire tenetur.

¶Præterea, Votum obedientiæ ad statum perfectionis pertinet: hoc autem non esset si non teneretur obedire nisi de his quæ in regula continentur: quia quilibet subditus etiam secularis tenetur pro suo prælato obedire in aliquibus quæ pertinent ad ius suæ prælationis;

Universidad de Deusto
Biblioteca

ergo videtur quòd religiosus teneatur simpliciter in omnibus obedire.

¶SED CONTRA. Religiosus non tenetur ad plura quàm secularis, nisi quatenus se per votum obligauit. Sed per votum professionis non se obligauit ad obediendum nisi secundùm regulam: ergo in pluribus obedire non tenetur, quàm quæ sunt secundum regulam.

¶Præterea, Bernar. dicit in lib. de dispen. & præcepto. Nihil præcipiat mihi prælatus eorum quæ nō promisi: nihil prohibeo eorum quæ promisi.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa hoc partim conueniunt omnes: & partim ad inuicem dissentiunt. Quod enim religiosus nō teneatur prælato obedire in his quæ sunt contra Deum: vel contra regulam: vel quantum ad ea in quibus prælatis dispensatio non cōmittitur omnes communiter dicūt. Quod etiam in his quę sunt altiora quā regula obedire nō teneatur: sed sic obedire sit obedientiæ perfectæ, vt ab omnibus dicitur. Sed circa indifferentia: vel ea quę sunt infra altitudinem regulę aut æqualia regulę sunt duę opiniones: quibusdā dicentibus quod obedire in huiusmodi est de necessitate obedientię, alijs autem quod non est de necessitate obedientię, sed de perfectione. Quę quidem duę opiniones & si multum differre videantur quantū ad vocem: tamen quantum ad rē parium: vel nihil differre inueniuntur, nam ad regulam pertinere intelligenda sunt non solùm ea quę sunt expressè in regula, sed etiam illa quę quocunque modo ad regulam reducuntur, vtpotè quę pertinent ad obsequium fraternę societatis, & ad punitionem culparum, ad quę duo ferè omnia huiusmodi indifferentia possunt reduci. Si tamen aliqua sunt quę nullatenus ad regulam reducuntur, videtur esse verior opinio, quòd obedire in huiusmodi non sit de necessitate obedientię, sed de perfectione, vt Ber. manifestè dicit in libro de præceptis & dispensationibus: & hoc ideò quia obedientia non se extendit vltra potestatē: vel eius prælationis: quæ quidem secundum regulam limitatur.

In quibus teneatur obedire suo prælato subditus.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd votum continentię respicit speciale genus actus, sed votum obedientiæ respicit generaliter omnes actus, vnde nisi determinaretur eius generalitas: esset religionum confusio: quia omnes ad idem tenerentur.

¶Ad secundum dicendum, quòd loquitur quantum ad perfectionem obedientiæ.

¶Ad tertium dicendum, quòd per votum obedientię suppletur religiosus prælato suo quantum ad generalem dispositionem vitæ suę, licèt non quantum ad omnes actus particulares: secularis autem suo prælato obedire tenetur quantum ad aliquos actus speciales, non quantum ad generalem dispositionem vitæ suæ.

22.q.88.ar 12.ad 2.

ARTICVLVS XI.

205

ar. 56. ad 1. 4.di.30. q. 2.ar.1.q.2. ad 1. & di. 32.q.1.art. 1. & dis.38. q.1.ar.3.q. 2.ad 3.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur quòd post votum simplex castitatis aliquis matrimonium cōtrahens nec reddere debitum nec exigere possit: quia apud Deum non minus obligat votum simplex quàm solemne, vt canon dicit. Sed post votum solemne emissum aliquis nec petere debitū nec reddere potest: ergo nec post emissionem simplicis voti.

¶Præterea, Per peccatum nullus excusatur à peccato. Sed iste qui contrahit post votum simplex peccat quando primò debitum reddit: quia adhuc potest votum implere religionem intrando: ergo postquàm semel reddidit adhuc pēccat vel reddendo vel exigendo.

¶SED CONTRA, Ecclesia non cogit aliquos ad peccandum. Cogit autem reddere debitum etiam post votum simplex castitatis: ergo reddendo debitum non peccat.

art. 168. o. Reddens debitum post votum simplex an peccet

¶RESPONDEO dicendum, quòd quantùm ad redditionem debiti omnes conueniūt, quòd post simplex votum continentiæ tenetur reddere debitum: quia votū simplex matrimonium contractum non dirimit: & ex quo matrimonium est contractum: vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier: vnde tenetur mulier debitum reddere, sed circa petitionem debiti quidam dicunt, quòd cū quantùm ad hoc sit in sua libertate, tenetur adhuc votum implere, & ita peccat debitum petendo. Alij verò dicunt quòd si per signa appareat, quòd mulier velit sibi debitū reddi: quamuis ipsa petere erubescat quòd vir petere debet etiam post votum simplex, & præcipuè si timeat de vxoris lapsu, sed hoc in idem redit cum primo. Nam hæc est ex parte vxoris quædam interpretatiua petitio: & sic vir petendo reddit: vnde non efficitur ex parte vxoris grauius matrimonium, quod esset si semper eam expressè petere oporteret.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd vtriusque voti transgressio inducit reatum peccati mortalis ex hoc q̄ vtrūque æqualiter obligat apud Deum, sed quantùm ad impedimentum matrimonij non habet vtrūq; æqualē efficaciam. Nam per votum solemne transfert se vouens quasi in corporale obsequium ipsius Dei per susceptionē ordinis vel introitū religionis: quod autem aliquis semel vni dedit non potest postmodùm alteri dare. & ideò post votum solemne non potest aliquis se tradere in potestatē vxoris matrimonium contrahendo: sed in voto simplici est sola promissio. Qui autem aliquid alicui promittit potest idem alteri dāre, licèt fidem promissionis non seruet: & ideò ille qui simplex votum emittit, potest postmodum matrimonium cōtrahere, licèt peccet: quia priorem fidem irritam facit.

22.q.88.ar tic.3.o.

ar.168.c.

22.q.169. ar.2.ad 1. 4.dis.38.q. 1.art.2.q.2. o. & ar.3. q.1.ad 5.q. 2.ar.3.o.

¶Ad secundum dicendum, quòd primus concubitus non excusat sequentes: quibus debitum reddit à peccato, inquantùm est peccatum, sed inquantùm est actus quidam matrimonij consummatiuus.

22.q.189. ar.8.ad 3.

QVAESTIO VI.

DEINDE quæritur de his quæ pertinent ad culpam. Et primò quantùm ad culpam quæ contrariatur bonis moribus. Secundò, quantùm ad culpam quæ contrariatur rectę fidei. Circa primum quæruntur tria. Primò de acceptione personarum. Secundò de peccato infamię. Tertiò de præciositate vestium.

206

ARTICVLVS XII.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quòd qui honorat diuitem propter diuitias peccet. Ita enim dicit glos. Iacobi 2. Quod si introierit in conuentu vestro, &c. Mundus pauperem abijcit, diuitem colit: fides Christi ecō tra docet facere, sed facere contra fidem Christi peccatum est: ergo honorare diuitem propter diuitias est peccatum.

22.q.63.ar tic.3.o.fi.

¶Præterea, Honor secundum philosophum in 1. Ethi. debetur rebus diuinis. Sed in diuite non est aliquod diuinum propter diuitias: ergo non debetur ei honor propter diuitias.

¶Præterea ex verbis philosophi in 1. Ethi. colligitur quòd honor est exhibitio reuerentiæ in testimonium virtutis. Sed aliquando diues non est virtuosus. Cùm ergo falsum testimonium dicatur esse peccatum, quod non debet fieri propter scandalum vitandum, videtur quòd nec etiam causa vitandi scandali, diues debeat propter diuitias honorari.

¶SED CONTRA est glos. Aug. Iaco. 13. super illud siintroierit &c. In quotidianis confessionibus qui prę fert diuitem pauperi non in hoc peccat, nisi intus ita iudicet, vt quantò ditior tantò melior videatur, sed non semper aliquis huiusmodi exterioribus honoribus diuitem honorans eum propter hoc iudicat meliorem: ergo non semper peccat.

¶RESPONDEO ergo dicendum, quòd accipere personam differt cōtra accipere causam. Accipere enim causam est iudicium formare ex aliquo quod facit ad causam quod laudabile est. Accipere verò personam est formare iudicium ex aliqua conditione personę quæ non facit ad causam, quod vitium est. Vnde contingit quòd ex eadem conditione personæ considerata quandóque fit iudicium iustum, quandóque est acceptio personarum, sicut si in alia controuersia detur sententia pro aliquo, quia est literatior erit acceptio personarum. Si autem ex hac conside ratione in licèt iando ad magisterium alijs præferatur, nō erit acceptio personarum. Si ergo aliquis honor diuiti exhibeatur propter causas ad quas diuitiæ aliquid faciunt, non erit acceptio personarum, erit autem si ad hoc nihil diuitiæ operentur. Est autem duplex honor, vnus qui debetur alicui ratione suiipsius propter ipsam virtutem, sicut est commendatio, inuitatio & huiusmodi, & ad hunc honorem diuitiæ nihil faciunt. Vnde si talis honor alicui propter diuitias exhibeatur, erit acceptio personarum, vnde dicit Maximus Valerius, quòd honores qui virtuti debentur, sicut triumphi, & alia huiusmodi apud Romanos antiquos nulla pecunia emi poterant. Alius honor alicui debetur secundum statum quem habet in Republica, sic enim in persona Respublica honoratur & propter hoc reges &

ar.84.c.& ar.130.164 si. & 22.q. 63.art.1.q. 2.4.c.

Reges & principes & huiusmodi personę honorantur secundū illud 1. Petri 4. Regē honorificate. Et quia in terrena republica diuites statum obtinent altiorem: ciues ideò cœlestis Hierusalē quasi in Babylonia peregrinantes debent eis inter quos conuersantur: moremq; gerere: vt Aug. dicit in libr. Dei, in his quæ non sunt contra Deum: & sic etiam diuites honorare illis dumtaxat honoribus qui ad exteriorem conuictum pertinent, licitum est.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ in his quæ ad fidem Christi pertinent peccatum esset diuites pauperibus præferre: sicut sunt ministrationes sacramentorum: & alia huiusmodi, sed in his quæ mundi conuictus requirit oportet mundo gerere morem.

¶Ad secundum dicēdum, q̄ etiam diuitiæ inquantū sunt quoddam bonum, sunt aliquid diuinum: præcipuè inquantum præbent facultatem ad multa bene agenda.

¶Ad tertium dicēdum, quòd ratio illa procedit de honore qui exhibetur alicui ratione suiipsius.

207

ARTICVLVS XIII.

art. 119. o. et qus. 19. c. 16. & 22.

CIRCA secundū sic proceditur. Videtur q̄ aliquis peccet infamiam non repellendo. Crudelis enim esse dicitur qui famam suam negligit. Sed crudelitas peccatum est: ergo peccatum est infamiæ non resistere.

¶Præterea, Eccles. 17. dicitur. Vnicuiq; mandauit Deus de proximo suo: vt scilicet ei prosit exemplo & verbo, sed hoc impeditur per infamiam: ergo quilibet tenetur repellere infamiam.

¶SED CONTRA est quod contemnere infamiā videtur esse actus humilitatis. Vnde in vitis patrū legitur de multis sanctis patribus qui proprias infamias sustinebant eas non repellentes: ergo non est peccatum.

22.q.129.ar ti.1.ad 3. et 3.q.31.artic. 2.o.

¶RESPONDEO dicendum, quòd vtrumq; scilicet & contemptus famæ & appetitus potest esse laudabile & vitiosum, fama enim non est necessaria homini propter seipsum: sed propter proximum ædificandū. Appetere ergo famam propter proximum charitatis est, appetere verò propter seipsum ad innanem gloriā pertinet. Ecōuerso contēptus famæ ratione suiipsius humiliatis est, ratiōe verò proximi ignauia & crudelitas. Illi ergo quibus incumbit ex officio: vel ex statu perfectionis aliorum saluti prouidere, peccāt, nisi infamiā propriā iuxta posse repellant. Alij verò quibus magis custodia suæ propriæ saluti imminet: possunt suæ humilitati prouidentes famam vel infamiā contenere. Sed cū infamia dupliciter repellatur, scilicet occasionem subtrahendo, & linguas detrahētiū cōpescendo: primo modo omnes tenentur infamiā vitare: aliās sine scādalo actiuo trāsiri non posset, quod semper peccatū est: sed secundo modo nō tenētur: nisi quatenus debet aliquis saluti proximorū prouidere: & hoc est quod Gre. dicit 9. Homel. super Ezech. Linguas detrahētiū, sicut nostro studio nō debemus excitare: vt ipsi pereāt: ita per suā malitiā excitatas debemus æquanimiter tolerare: vt nobis meritū crescat, aliquādo etiā cōpescere: ne dū de nobis mala disseminant, eorum qui nos ad bona audire poterant corda innocētium corrūpāt: & infra. Hi etenim quorū vita in exēplum imitationis est posita: debēt si possunt detrahentiū sibi verba cōpescere ne eorum præsumptionem non audiant qui audire poterant: & in prauis moribus remanentes bene viuere contemnant.

¶Ex his patet solutio ad obiecta.

208

33.q.169. 4.q.1...

ARTICVLVS XIIII.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur q̄ vti pretiosis vestibus semper sit peccatū. Omne enim quod fit propter vanā gloriā peccatū est. Sed preciosa vestimēta nō portātur, nisi ad innanē gloriā. Vnde Gre. in Homel. de dimite epulone. Nemo quippe vestimenta præciosa nisi ad innanē gloriam quærit, videlicet vt honorabiliora cæteris esse videatur. Nā quia pro sola innani gloria preciosum vestimentū queritur, ipsa rei testatur, quòd nemo vult ibi preciosis vestibus indui: vbi ab alijs non possit videri: ergo vsus præciosarum vestium semper est peccatū.

¶Præterea, 1. Thi. 6. Habētes alimenta, & quibus tegamur his cōtēti simus. Glo. Quod amplius est à malo est: sed pręciositas vestium est amplius: ergo est peccatum.

¶SED CONTRA est quod Seneca dicit ad quandam reginam. Indue te delicatè non propter te: sed ne dignitas regia vilescat.

¶Præterea, 1. ad Thi. 2. Non in tortis crinibus aut auro aut margaritis: vel veste preciosa. Glo. vltra modùm suum. Et ita si aliquis præciosis vestibus secundum modum suum vtatur: non peccat.

persona cōmunis pōt & preciosis & vilibus indumētis vti.

¶RESPONDEO dicendum, q̄ aliter est hic loquendo de persona publica & de persona priuata: nā in persona publica cōsideratur & status dignitatis & proprię personæ cōditio: circa quæ duo ita se debet habere: ne dignitatis auctoritas veniat in contēptum: & ne ipse in superbiā efferatur. Vtrūq; ergo potest esse laudabile: & q̄ preciosis vtatur ad reuerentiā auctoritatis inducēdam, & q̄ vilibus vtatur ratione proprię humilitatis: ita dumtaxat ne quę ad auctoritatem conseruandum sunt, in superbiā degenerent: & ne dum nimium seruatur humilitas: regendi frangatur auctoritas, sicut Augustin. dicit. Et hac ratione laudabiliter sacerdos in diuino officio preciosis vtitur indumentis ad reuerentiam diuini cultus, & laudabiliter ad huiusmodi propter humilitatem in quibusdā religionibus abstinetur. In eo autem qui est priuata persona virtuosum est si propter propriam humilitatem abiectionibus indumētis vtatur: etiā quā status proprius requirat. Vnde Grego. dicit in Homel. prędicta. Si abiectio preciosi indumēti virtus non esset: Euangelista de Ioanne vigilanter non diceret. Erat indutus pilis camelorum. Licitum est autem vt secundum modum proprię personæ preciosis vtatur: sed peccatū est si proprium modum excedat: & quia preciosum dicitur relatiuè sicut & magnū: cum id quod est preciosum vni, non sit alteri preciosum: preciositas vestium semper sonat in excessum proprij modi: & secūdum hoc semper est peccatum preciosis vestibus vti: & sic loquitur Gregorius.

22.q.169. art.1.ad 2.

Io.baptista.

¶Vnde patet solutio ad primum.

¶Ad secundū dicendum, quòd in alimento & tegumento intelligūtur omnia quæ nobis sunt necessaria & conuenientia nostri status.

ad rationem

QVAESTIO VII.

DEINDE quæritur de culpa quæ contrariatur rectę fidei. Et circa hoc quærūtur duo. Primò, vtrūm hæreticis sit communicādum. Secundò, vtrūm redeuntes ad Ecclesiam sint recipiendi.

209

ARTICVLVS XV.

22.q.11.ar. 3.o.

ADPRIMVM sic proceditur. Videtur quòd hæreticis sit communicandum. Dicitur enim Math. 13. in Parabola de zizania, q̄ pater familiās dixit messoribus. Sinite vtraque crescere vsque ad messem, messis autem est cō summatio seculi, vt ibidem dicitur. Cùm ergo per zizaniā intelligantur hæretici: videtur q̄ hæretici non sint à communione fidelium separandi ante diem iudicij.

¶Præterea, videntur contra hoc domini præceptum facere principes hęreticos interficientes.

¶SED CONTRA est quod dicitur 2. ad Cor. 6. Exite de medio eorū & separamini: & loquitur de infidelibus, quod patet ex hoc quod præmiserat. Nolite ducere iugū cū infidelibus: ergo hæreticis non est communicandum.

22.q.10.ar. 9.o. & 4. d.13.q.2.ar. 3.c.et d.18. q.2.artic.1. 9.1.o.

¶RESPONDEO dicendum, quòd hęreticis communicandum non est duplici ratione. Vna est ratione excommunicationis. Nam cum sint excōmunicati: non est eis cōmunicandum: sicut nec cū alijs excōmunicatis. Alia est ratio hęresis. Primò propter periculumne eorum cōuersatio alios corrumpat, secundum illud 1. ad Cor. 15. Corrumpunt bonos mores colloquia prava. Secundò etiam ne videamur eorū peruersę doctrinę aliquē assensum præstare. Vnde in 2 canonica Io. dicitur. Si quis veniat ad vos & hāc doctrinam non habet: nolite eum in domum ducere, nec aue ei dixeritis, qui enim dicit ei aue, cōmunicat operibus eius malignis. Vbi dicit Glo. Secundū quòd vox est instituta communionem esse ostendit cum illo: alioquin simulatio est: quæ in Christianis esse non debet. Tertiò ne ex nostra familiaritate alijs detur occasio erroris. Vnde ibidē dicit alia Glo. Et si vos forte decepti non estis: alij forsitan per talē vestram familiaritatē possent decipi: qui crederent illos placere vobis: & sic crederent illis. Vnde alia Glo. Ibidem dicit. Tanta Apostoli atq; eorum discipuli in religione cautela vtebantur, vt nec verbi quidem communionem cū aliquo eorum qui à veritate declinarent habere paterētur. Hoc tamen intelligendum est, nisi cum aliquo loqueremur de eius salute.

22.q.10.ar ti.9.1.fi.

¶AD PRIMVM ergo dicendum quòd in illo præcepto patris familiās duplex cōditio intelligitur. Vna est vt exponatur præceptum de vniuersali separatione malorū à bonis: & hoc accipitur ex ipsa quæstione mesorum qui dicunt. Vis imus & colligimus ea hoc enim non erit vsq; ad diem iudicij, secunda conditio est vt intelligatur præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cepetum quando mali sine periculo bonorum exterpari nõ possunt. Et hoc patet ex responsione patrisfamilias, qui dixit, ne forte colligentes zizania eradicetis simul cũ ea & triticum. Quod quidem tribus modis contingere posset, vno modo si aliquis præscinderetur antequam de eius malitia constaret. Vnde dicit glo. q̃ monet dominus, ne ambiguè iudicemus. Secũdo si nõ esset in malitia obstinatus: Vnde nullus excommunicatur nisi propter contumaciã. Vnde dicit glo. ibidem. Monemur non citò amputare, quia qui hodie errat forsè cras defendet veritatem. Et Thi. vltr. dicitur. Hæreticũ hominẽ post primam & secundã correptionẽ deuita. Tertiò si simul boni cũ malis inuoluatur, propter quod dicit ibi glo. Aug. Quod multitudo nõ est excõmunicãda nec principes populi. Istis aũt remotis debẽt mali præcindi, secũdũ illud 1. Cor. 5. Auferte malũ ex vobis.

¶Et per hoc patet solutio ad secundum.

ARTICVLVS XVI.

ADSECVNDVM sic proceditur. Videtur q̃ hæretici redeuntes ad ecclesiã nõ sint recipiendi: quia peccatum contra fidẽ, quæ est Ecclesiæ fundamentũ. Et ideò in ædificatione ecclesiæ nõ debent superædificari, ergo non debent ab ecclesia recipi.

¶SED CONTRA est q̃ ecclesia nulli debet claudere gremium, secũdum Christus qui de se dicit. Eum qui venit ad me non eiiciam foras. Ioan. 6.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ quãdiu huius vitæ status durat homo non potest esse totaliter in peccato obstinatus. Hoc enim erit in damnatis post mortẽ. Et ideò quãdiu in hac vita viuitur, cuiuslibet relinquitur locus pœnitentiæ & quilibet quantumcunque deliquerit, vel in fide vel in moribus, est ab ecclesia recipiendus ad pœnitentiã, & contrarium dicere est hæresis Nouatianorũ, sed tamen non est necessariũ, q̃ semper ad dignitatẽ recipiantur, nisi cũ aliquibus misericorditer dispẽsaretur præcipuè ꝓpter bonũ pacis, vel propter fructum alium qui inde speretur.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ quamdiu fundamẽtum fidei non habet, ab ecclesia recipi non debet, sed postquam conuersus incipit habere, recipiendus est.

QVAEST. VIII. ARTIC. XVII.

DEINDE queritur de hoc quod pertinet ad gloriam. S. de visione Dei in patria, scilicet vtrũ aliquis intellectus creatus possit videre Deũ per essentiam. Et videtur q̃ non. Intellectus ad intelligibile est aliqua proportio. Sed intellectus creati ad diuinã essentiam nulla est proportio, cum distent in infinitum: ergo intellectus creatus diuinã essentiam videre non potest.

¶Præterea, Plus distat spiritus increatus ab intellectu creato quàm spiritus creatus à sensu. Sed sensus non potest cognoscere spiritum creatum: ergo nec intellectus creatus spiritum increatum.

¶SED CONTRA est Exo. 33. Super illud. Non videbit me homo & viuet, dicit glo. Gregorij. Fuere nonnulli qui Deum dicerent etiã in illa regione dissimilitudinis in claritate sua cõspici, sed in natura minimè videri, quos nimirum minor inquisitionis subtilitas fefellit. Neq; enim illi simplici & incommutabili essẽtiæ aliud est, claritas aliud est natura, sed ipsa ei natura claritas, ipsa claritas natura est, & ita essentia Dei videbitur à beatis.

¶RESPONDEO dicendum q̃ necesse est ponere diuinam essentiã videri à beatis. Beatitudo enim est vltima perfectio rationalis naturæ, nihil aũt est finaliter perfectũ, nisi attingat ad suum principiũ secundũ modum suũ, quod ideò dico, quia ad principiũ, q̃ est Deus, attingit aliquid dupliciter. Vno modo per similitudinẽ quod est cõmune omni creaturæ, quę tamẽ habet de perfectione, quantũ cõsequitur de diuina similitudine. Alio modo per operationem vt prætermittatur ille modus qui est Christo singularis scilicet in vnitate personæ. Dico aũt per operationẽ: in quantũ rationalis creatura cognoscit & amat Deum: & quia anima immediatè facta est à Deo, ideò beata esse nõ poterit, nisi immediatè videat Deũ absq; medio, quod fit similitudo rei cognitæ, sicut species visibilis in pupilla vel in speculo, non aũt absq; medio, quod est lumẽ confortãs intellectũ, quod est lumen gloriæ, de quo in Psal. dicitur. In lumine tuo videbimus lumẽ. Hoc aũt est per essentiam Deum videre. Vnde in hoc ponimus beatitudinem rationalis creaturæ, q̃ Deum per essentiam videbit sicut philosophi, qui posuerũt animas nostras fluere ab intelligentia agente, posuerunt vltimam felicitatem hominis in coniunctionem intellectus nostri ad ipsam.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd proportio dupliciter dicitur. Vno modo propriè secundum quòd importat quẽdam determinatum excessum, & sic proportio requiritur inter intellectum & intelligibile ad hoc quòd sit cognitio cum comprehensione, quoniam diuina essentia nunquam videbitur ab intellectu creato. Alio modo dicitur communiter pro qualibet habitudine, & sic infinitum potest habere proportionẽ ad finitum, si sit perfectio eius vel aliquã huius habitudinẽ habeat ad ipsum, & talis proportio sufficit ad hoc q̃ intellectus noster videat diuinam essentiam attingendo, non comprehendendo.

¶Ad secundum dicendum, q̃ obiectio illa procedit de distantia secundum proprietatem naturæ, non solum secundum rationẽ cognitionis. Nam spiritus creatus nõ est sensibilis, sed spiritus increatus est intelligibilis.

INCIPIT QVODLIBET VNDECIMVM.

QVAES. I. ARTIC. I.

QVAESITVM fuit de Deo, de angelis, & hominibus. De Deo verò quæsitum fuit de immensitate ipsius, de cognitione eius & de prædestinatione. Circa immensitatẽ verò Dei quæsitum fuit, vtrùm solius Dei sit proprium esse vbiq; Ostendebatur q̃ non. Numerus enim est in rebus numeratis. Sed constat q̃ omnes partes vniuersi sunt numeratæ: ergo numerus est in omnibus partibus vniuersi: & sic videtur quòd sit vbique. Non est ergo solius Dei proprium esse vbique.

¶Præterea, Vniuersale est quod est vbique & semper. Sed vniuersale non est hoc quod Deus: ergo nõ est proprium solius Dei esse vbique & semper.

¶Præterea, Substantia spiritualis excedit corporalem. Sed hoc quod dicitur esse vbique pertinet ad substantiam corporalem, quia in solis corporalibus est propriè assignare locum: ergo multo magis esse vbique pertinet ad substantias spirituales: & sic videtur quòd non sit solius Dei proprium.

¶Præterea, Ad commendationẽ terreni regis pertinet q̃ possit gubernare, etiam in absentia sua regnum. Sed Deus est commendabilior omni rege: ergo videtur quòd etiam competat sibi ad suam commendationem quòd gubernet totum mundum vel aliquas partes in absentia sua per prouidentiã, & sic non videtur q̃ sit Dei proprium esse vbiq.

¶Præterea, Constat q̃ quidam dicuntur Deo esse propinqua & quædam remota, & quanto magis sunt remota, tanto magis sunt corruptibilia. Non aũt possent dici aliqua propinqua & aliqua remota si Deus esset vbique: ergo videtur quòd Deus non sit vbique.

¶Præterea, Dato quòd tota machina mundialis esset vnũ corpus continuum constat quòd illud corpus esset vbiq. Non ergo est solius Dei proprium esse vbique.

¶Contrà. Amb. probat spiritum sanctum esse Deum, quia est vbique. Sed si esse vbique non esset solius Dei propriũ ratio sua non valeret. Cùm ergo ratio huiusmodi valeat videtur quòd sit solius Dei proprium esse vbique.

¶RESPONDEO dicendum, quòd spiritualia dicũtur esse in loco, non quidem per cõtactum magnitudinis, sed virtutis, & ideò secundum rationẽ virtutis cuiuslibet rei spiritualis oportet nos loqui de loco in quo est, virtus aũt Dei est infinita, quę quidem infinitas apparet quantum ad duo. Primò quia non solum excedit creaturas, quæ sunt fuerunt & erunt, sed etiam omnes quæ possunt imaginari. Ergo Deus non solũ est in illis quæ sunt fuerũt & erũt, sed etiã in illis quæ possunt imaginari esse. Secundò quia virtus Dei simul & semel in omnibus operatur, & in singulis secundum proprium modum rerum, & ideò esse vbiq; propriè acceptum soli Deo competit. Aliis aũt rebus competit esse vbiqi impropriè. Vnde distinguitur modus quo Deus est vbique, & quo aliæ res quibus aliquo modo cõpetit esse vbique. Nam huiusmodi dicuntur esse vbique, quia sunt tantum in his quę sunt & præsentia sunt, Deus autem non solum in his quæ sunt, sed etiam in imaginatis, & in præteritis & futuris.

¶Item aliæ res nõ sunt vbique sicut in loco vno, sed sicut in diuersis locis, sed Deus ita est vbique q̃ est in quolibet & in toto, quia eius virtus habet efficaciam non solum in id quod est commune vniuerso, sed etiam in id quod est propriũ vnicuique rei particulari. Et ideò est in omnibus.

Sicut

Sicut in vno loco & sicut in pluribus quod est propriè esse vbique. Vnde cum hoc modo solus Deus sit vbique, solius Dei est proprium esse vbique.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd numerus non est in rebus numeratis sicut in loco: sed sicut accidens in subiecto.

¶Præterea, Vnus numeris, licèt sit in omnibus numeratis sicut vnica essentia: non tamen est in qualibet parte, quia nõ quælibet pars numeratur eodem numero. Item, numerus non est omnino vnus, sed multitudo quædam. Deus autem est in rebus per virtutem suam, & in singulis operatur vt dictum est.

¶Ad secundũ dicendum, q̃ vniuersale dicitur esse vbiq; & semper magis per remotionem, quã per positionẽ. Nõ enim dicitur vbiq; esse & semper eo quòd sit in omni loco & in omni tempore: sed quia abstrahit ab his quæ determinant locum: & tempus determinatum: & præterea vniuersalia non sunt subsistentia.

¶Ad tertium dicendum, quòd substantia spiritualis excedit corporalem excessum dignitatis naturæ: sed non in virtute agendi: imò videmus quòd multæ substantiæ spirituales habent determinata corpora, in quibus agant sicut anima rationalis corpus humanum.

¶Ad quartum dicendum, q̃ si Rex non est vbique per totum regnum est ex defectu Regis termini propter circũscriptionem suæ substantiæ. Deus autem cum sit incircũscriptus est vbique & tamen si non esset vbique: nihilominus gubernaret omnia prouidentia sua. Vnde in Rege terreno non esse præsens est ad defectum: sed quòd gubernet in absentia est ad commendationẽ. Deus autem & vbique est & omnia gubernat.

¶Ad quintum dicendum, q̃ huiusmodi distantia & propinquitas creaturarum ad Deum non est secundum locũ, sed secundum similitudinem & dissimilitudinem. Nã illa quæ magis assimilantur Deo dicimus esse sibi propinquiora, quæ verò magis recedunt à similitudine ipsius dicimus esse sibi remotiora.

¶Ad sextum dicendum, quòd dato quòd tota machina mũdialis esset vnum corpus continuum: non tamen propter hoc posset imaginari quòd esset vbique, sed in vno loco tãtum: quia totum illud in quo esset acciperetur pro vno loco: & sic non attingeret quodlibet particulare quod esse vbique complectitur in sua ratione.

QVAEST. II. ARTICVLVS II.

CIRCA cognitionẽ verò Dei quærebatur, vtrũ Deus cognoscat malum per bonum: & videtur q̃ non: quia cognoscere vnum per aliud pertinet ad defectum cognitiõis, sed in diuina cognitiõe nullus põt esse defectus: ergo videtur quòd Deus nõ cognoscat malum per bonum.

¶Præterea, cognoscere vnũ per aliud est in cognoscẽdo discurrere. Sed in diuina cognitiõe nõ est discursus: ergo cũ cognoscere malũ per bonũ sit cognoscere vnum per aliud: videtur quòd Deus nõ cognoscat malũ per bonum.

¶Præterea, quicquid Deus cognoscit: cognoscit per essentiam suam. Sed malũ nec est effectus diuinæ essentiæ, neq; est ei oppositũ, vt dicit Aug. ergo videtur q̃ Deus non cognoscat malum per bonum.

¶Præterea, Philosophus dicit in 3. de anima. (T. capit. 20) Quod intellectus qui semper est in actu non cognoscit priuationem. Sed intellectus diuinus est semper in actu, ergo, &c.

¶Præterea, Omne quod cognoscitur: cognoscitur per aliquã similitudinẽ in ipso cognoscẽte existentẽ. Sed malum non habet aliquã similitudinẽ in Deo: ergo Deus non cognoscit malum per aliquod bonum quod in eo existat.

¶SED CONTRA est quod Aug. dicit q̃ malum cognoscitur, secundum quòd ab ipso bono discordat.

¶RESPONDEO dicendum, quòd propria cognitio vniuscuiusque rei est secundum q̃ cognoscitur per propriam rationẽ. In cognoscibilibus aute quædam sunt quæ habẽt rationem propriã absolutã: vt homo & lapis: quorum propria ratio non depẽdet ex alio. Quædã verò sunt quæ non habẽt propriã rationẽ absolutã: sed ex alio dependentem, sicut est in relatiuis: & priuatiuis & in negatiuis: quorũ ratio depẽdet ex ordine quẽ habẽt ad alia, nã ratio cæcitatis nõ est absolutа, sed dependens inquantũ habet ordinẽ ad vsum cuius est priuatiua. Cũ ergo Deus animã cognoscat, secũdũ proprias ratiões dico q̃ illa quorũ ratio est absoluta: cognoscit absolutè: & nõ per aliquod aliud. Illa verò quorũ ratio est depẽdens & in ordine ad alia cognoscit, secundũ ordinẽ ad illa ex quibus depẽdẽt. Cũ ergo ratio mali non sit absoluta: sed dependens inquãtu, scilicet discordat à bono creato, cognoscit malũ secũdũ ordinẽ ad bonũ: secundũ q̃ scilicet discordat ab ipso bono.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ in illis quæ habẽt rationẽ absolutam est ad defectum cognitionis cognoscere vnum per aliud: sed non in illis quorum ratio est ad aliud, vt dictum est.

¶Ad secundũ dicendum, q̃ cognitio discursiua est cognoscere vnum cognitũ per aliud cognitum absolutè. Sed cognoscere vnum incognitum per aliud cognitum ad quod ordinatur non est discurrere cognoscendo & hoc modo cognoscitur malum.

¶Ad tertiũ dicendum, quòd licèt malũ non sit oppositum diuinæ essentiæ, tamẽ est oppositum effectui diuinæ essentiæ, nam bonũ increatũ non habet malũ oppositũ: sed bonis effectibus qui causantur à bono increato opponitur malũ: & inquãtũ discordat ab eis effectibus cognoscitur.

¶Ad quartũ dicendũ, q̃ illud habet locum in illo intellectu qui cognoscit res per adæquationem & species suas: & iste modus cognoscendi non est in Deo, qui cognoscit omnia per essentiam suam.

¶Ad quintũ dicendũ, q̃ licèt malũ non habeat aliquã similitudinẽ in Deo: tamẽ oppositũ mali, idest bonum creatũ habet similitudinem in Deo: sicut in causa sua, & ita bonũ cognoscitur per seipsum: malum verò per bonum.

QVAEST. III. ARTIC. III.

CIRCA prædestinationẽ quærebatur vtrùm prædestinario imponat necessitatẽ. Et ostẽdebatur q̃ sic. Constat enim q̃ prædestinatus omninò saluabitur. Sed hoc non est nisi necessariũ esset prædestinatũ saluari, videtur ergo quòd prædestinatio necessitatem imponat.

¶Præterea, Ad Ro. 9. dicit Apostolus. Nõ est volentis neque currentis, sed miserẽtis Dei: ergo videtur q̃ quicquid est de salute sit ex sola prædestinatione diuina & ex nullo alio. Et sic videtur necessitatem imponere.

¶CONTRA, Augustinus dicit. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te.

¶RESPONDEO dicẽdum, q̃ prædestinatio certitudinẽ habet & tamen necessitatẽ nõ imponit. In prædestinatiõe enim tria sunt cõsiderãda: quorũ duo præsupponit ipsa prædestinatio, scilicet præscientia Dei & dilectionẽ, idest voluntatẽ qua vult prædestinatum saluare, & tertium est ipsa prædestinatio quæ nihil aliud est quã directio in finẽ: quẽ vult Deus rei dilectę. Quodlibet autẽ horũ trium certitudinem habet: & tamen necessitatẽ non imponit. Et q̃ præscientia diuina certitudinẽ habeat, patet: Deus enim cognoscit res probabiliori modo, quàm nos cognoscamus. Nam cognitio nostra est in tempore: & ideò intuitus noster respicit res secũdum rationem temporis scilicet præsentis, præteriti, & futuri: vt scilicet cognoscat præterita, vt præterita, præsentia, vt præsentia, futura vt futura & certitudinaliter. Cognitio verò diuina est supra tẽpus, & mẽsuratur æternitate solũ, & ideò non cognoscit prout sunt in tẽpore, sed prout sunt in æternitate, scilicet prout sunt præsentia, & hoc tam necessaria quàm contingentia, vnde omnia cognoscit tanquã præsentia in sua præsentialitate. Cũ ergo etiam intellectus noster certitudinaliter cognoscat præsentia, multò magis Deus omnia sibi præsentia certitudinaliter cognoscit: ex quo nulla necessitas rebus cognitis inducitur, sicut videmus, q̃ aliquis existens in loco eminenti videt certitudinaliter ordinẽ venientiũ aliquorũ & euntiũ per vias, & alius in plano existens videt: nisi quæ sunt sibi præsentia, & tamẽ hominibus istis ex hoc nulla necessitas imponitur. Nã hoc nõ est nisi ex hoc q̃ in alto existens intuetur omnia, vt præsentia quæ eunti in plano sunt præterita, scilicet illa quæ retro sunt. Præsentia illa scilicet quæ sunt iuxta se, & futura illa scilicet quæ anteriora sunt. Quod autẽ volũtas diuina certitudinẽ habeat, & tamẽ necessitatem nõ imponat, sic patet. Volũtas enim Dei est efficax & perfecta causa omniũ rerũ: quia omnia quęcunque voluit dominus fecit. Cuius perfectio & efficacia apparet ex hoc q̃ non solũ mouet & causat res: sed etiã dat eis talẽ modũ causandi, inquãtum cuilibet rei determinatũ modum cõtulit: quo suos effectus produceret. Vnde quia ipse voluit quędam esse in vniuerso necessaria & quædã contingentia, constituit quasdam causas quibus cõtulit, vt contingenter causarent: & quasdã quibus contulit, vt necessario causarent effectus. Vnde voluit istum, vel illum effectũ non solum esse: sed etiam tali modo esse:

Universidad de Deusto
Biblioteca

scilicet vel contingenter vel necessariò, sicut quòd volui Petrum non solum currere, sed etiam contingenter currere, & similiter voluit istum vel illum hominem saluare, sed eo modo vt arbitrij libertatem non perderet, & sic quòd Petrus vel Martinus saluetur, habet duas causas, vnam scilicet voluntarem diuinam, & hæc habet certitudinem. Aliam liberum arbitriũ & hæc habet cõtingentiam. Et sic est in aliis rebus, quia si sit contingentia prouenit eis ex causa ꝓxima. Quod verò sint & certa necessaria prouenit eis ex causa prima. Vnde prima causa rerũ scilicet diuina voluntas etiam de contingentibus certitudinem habet, ex qua quidem certitudine non imponitur ipsis rebus aliqua necessitas, quia non solum vult ea esse. Sed tali modo esse, scilicet necessario vel contingenter vt dictum est. Quod verò prædestinatio certitudinem habeat, quia

arr. isto. & ad 1. & 2. patet. 3. d. 7. q. 3. ar. 2. q. 1. c. & veri. q. 6. ar. 1. c.

verò Deus vult vt secundum libertatem arbitrij in talem finem dirigatur. Ideò huiusmodi certitudo nullam prædestinato necessitatem imponit.

1. p. q. 23. ar 8. ad 3.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ hic prædestinatus omninò saluatur ex certitudine diuinæ prædestinationis, non tamen est ibi necessitas absoluta, sed conditionalis, quia si talis est prædestinatus necessariò saluatur, non autem est necessarium simpliciter.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ verbum apostoli non est sic intelligendum quin sit necessariũ velle & currere ex parte nostra, sed quia principium primum bene operandi nõ est à nobis, sed ex misericordia diuina infundente gratiã nihilominus tamen oportet quòd ex parte nostra sit aliquod principium.

2.15

ARTICVLVS IIII.

ar. 187. 7. et 1. p. q. 58. ar 3. c. et q. 63. ar. 6. ad 4. et 3. p. q. 33. ar. 1. ad 3.

CIRCA angelos quæritũ fuit de moto angeli, scilicet vtrùm motus eius sit in instanti. Videtur ꝙ sic. Constat enim ꝙ mutatio angeli simplicior est omni mutatione corporali. Sed inueniuntur aliqua mutatio corporalis in instãti sicut illuminatio, & huiusmodi ergo multo magis motus angeli est in instanti.

¶Præterea, Nobilissimæ creaturæ competit nobilissimus motus, nobilissimus autem motus est ille qui fit in instanti ergo competit nobilissimæ creaturæ, scilicet angelo.

¶CONTRA, Omnis motus habet prius & posterius. Prius autem & posterius in motu est numerus temporis: ergo in omni motu est tempus: ergo nullus motus etiam angeli est in instanti.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ omnis mutatio habet duos terminos, quos nõ contingit simul esse. Vnde impossibile est ꝙ aliquis motus vel mutatio fit in instãti hoc modo ꝙ idem instans ambos terminos cõplectatur. Vnde sciẽdum ꝙ in rebus corporalibus duo termini motus vel mutationis dupliciter possunt sẽ habere. Vno modo ꝙ sit assignare instãs in quo terminus ad quem primo est. Et aliud instans in quo terminus à quo vltimo est, & sic cum inter quælibet duo instantia sit tẽpus mediũ, sequitur ꝙ de vno termino motus in aliũ fiat transitus per tempus, & sic talis mutatio est in tempore & non in instanti. Hoc aũt contingit quando inter duos terminos motus est aliquod mediũ accipere, sicut inter album & nigrũ, & inter esse hic & ibi. Sed aliqui termini mutationis sunt, inter quos non est accipere medium, sicut inter albũ & non albũ, inter ignẽ & nõ ignẽ, inter tenebrosum & luminosum, quia affirmatio & negatio sunt secundũ se immediata, & similiter priuatio & forma in subiecto determinato, & in talibus licèt sit accipere instans in quo primo est terminus ad quem, non tamen est accipere instans in quo vltimo est terminus à quo. Cùm enim inter quælibet duo instantia sit tẽpus mediũ, sequeretur ꝙ in illo tẽpore medio in neutro extremorũ esset, quod est impossibile cũ sint extrema omninò immediata. Oportet ergo dicere ꝙ cum illud instans in quo primo est terminus ad quẽ sit terminus alicuius tẽporis, ꝙ in toto tẽpore præcedenti duret terminus à quo, & sic cũ in-

ar. 149. c.

ar. 149. c. 5. & 4. d. 11. q. 1. ar. 3. q. 2. ad 2. et d. 17. q. 1. ar. 5. q. 1. ad 3.

1. p. q. 53. ar. 3. c. 11. q. 113. ar. 7. ad 5. 3. p. q. 75. ar 1. 7. ad 1.

ter tempus & instans quòd est terminus tẽporis, non sit tẽpus mediũ, non fit transitus de vna extremitate in aliã in tempore, sed in instanti, primo enim desinit esse terminus à quo, & incipit terminus ad quem, & huiusmodi mutationes dicuntur esse instantaneę, sicut illuminatio, generatio & corruptio. Sed oportet ꝙ istæ mutationes sint terminũ motuum continuorũ & in tempore existentiũ, quia tẽpus in quo est vltimo terminus à quo mensurat aliquẽ motum secundum ꝙ subiectũ accedit ad terminũ ad quẽ, sicut per alterationem materia disponit ad formã, & per motũ localem corpus luminosum accedit ad situm, in quo illuminat, & secundũ hoc dicitur ꝙ generatio & corruptio sunt termini alterationis, & illuminatio illuminatio motus localis. Sic ergo duę sunt mutationes corporaliũ. Sed neutra harum potest esse in motu angeli. Cum enim motus angeli attendatur secundum diuersos contractus virtuales angeli ad diuersa loca, qui quidẽ contractus non sunt continui, sequitur ꝙ motus angeli nõ sit continuus, & ita tempus quod propriè mensuratur motum angeli non est continuum. cum continuitas tẽporis sit ex continuitate motus, vt dicitur in 4. Phy. (T. c. 104.) Non enim potest dici ꝙ motus angeli mensuretur tempore continuo, quod est numerus motus cœli, quia motus angeli non dependet ex motu cœli, & sic sequitur ꝙ motus angeli mensuretur quodam tempore in quo sunt instantia sibi succedentia sine continuatione, quia tempus ex hoc ꝙ est numerus non est continuũ, sed ex hoc ꝙ est numerus motus continui. Sic ergo in motu angeli duo extrema motus non sunt in duobus instantibus, inter quę sit tempus medium, neque iterũ vnum extremorum est in tẽpore & aliud in instanti, quod terminat tẽpus, sed duo extrema sunt in duobus instantibus inter quæ non est tempus medium, & sic oportet dicere ꝙ motus angeli sit in tempore licèt alio modo quàm motus corporales sunt in tempore.

Ar. 149. & 187.

12. q. 113. ar Ar. 187. c. 7. ad 5.

1. p. q. 63. ar 11. 6. ad 4.

arti. 27. & ar. 187. Ar. 270.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ mutatio angeli secundum prædicta ostenditur esse simplicior quàm aliqua mutatio corporalis. Est enim simplicior quã illa mutatio cuius duo extrema sunt in duobus instantibus, inter quæ cadit tempus mediũ, tamen inter duo instantia motus angeli non cadit tempus medium. Similiter etiam simplicior est quàm illa cui vnum extremum est in toto tempore cõtinuo, cum vnum extremũ sit in instanti indiuisibili, & tamen non intercidit tempus medium sicut nec ibi, & quia est simplicior, ideò etiam sequitur quòd sit nobilior.

1. p. q. 53. ar. 3. ad 3.

¶Vnde patet solutio ad secundum.

QVAEST. V.

DEINDE quæritum est de homine. Et circa hoc quæritum est de partibus naturæ humanæ. De sacramentis gratiæ. Et de conuersatione humanæ vitæ. Circa primum quærebantur duo. Primò de anima. Secundò de corpore.

ARTICVLVS V.

2.16

de anima ar. 10. c.

DE ANIMA aũt quæritum est vtrùm sint eiusdem substantiæ anima sensitiua & intellectiua, & ostẽdebatur quòd non. Nam anima sensitiua educitur de potentia materiæ, intellectiua verò est per creationem. Non est ergo eadem substantia vtriusque.

¶Præterea, In nulla substantia quę sit vna & eadem est eodem tempore motus ad oppositа. Sed sensus & ratio eodẽ tempore mouentur ad oppositа, sicut dicit Apostolus ad Roma. 7. Video aliam legem in membris meis repugnantem &c. ergo sensitiua & rationalis non sunt vnius substantiæ.

¶Præterea, Corruptibile & incorruptibile non sunt eiusdem generis, ergo nec idem numero. Sed anima sensitiua est corruptibilis, intellectiua verò incorruptibilis, ergo sensitiua & intellectiua nõ sunt eodem numero, & sic nec eiusdem substantiæ.

¶Præterea, Anima sensitiua est communis nobis & brutis. Sed in brutis educitur de potentia maximè: ergo & in nobis, non est ergo cum eadem intellectiua quæ est per creationem.

¶CONTRA. Vnius perfectibilis vna est perfectio. Sed corpus humanum est vnum perfectibile: ergo anima quæ est eius perfectio est vna.

¶RESPONDEO dicendum, quòd circa ordinem formarum est duplex opinio. Vna est Auicebron, & quorũdã sequẽtium eius qui dicunt ꝙ secundum ordinẽ generũ & specierum sunt diuersæ formæ substantiales sibi inuicem aduenientes, sicut est substantia, est corpus, est animatum & est animal. Dicunt ergo ꝙ quędã forma substãtialis est per quam

per quã est substantia tãtum: & postea est quædã alia per quã est corpus, deinde est & alia per quã est animatum: & alia per quã est animal, & alia per quã est homo, & sic dicunt de alijs formis substantialibus rerũ. Sed hæc positio stare non potest: quia cũ forma substantialis sit quæ facit hoc aliquid, & dat esse substãtiale rei, tunc sola prima forma esset substãtialis cũ ipsa sola daret esse substantiale rei & faceret hoc aliquid, omnes autẽ post primã essent accidentaliter aduenientes: nec daret esse rei simpliciter: sed esse tale: & sic in amissione: vel acquisitione ipsarũ nõ esset generatio & corruptio, sed tãtũ alteratio, vnde patet hoc non esse verũ. Simile etiã esset in potentijs animæ, nã sola prima, scilicet vegetabilis esset forma substantialis: & faceret hoc aliquid, aliæ verò essent accidentales: quod omninò est falsum. Et ideò dicendũ est, ꝙ huiusmodi formæ differunt secundũ perfectum & imperfectũ. Est enim aliqua forma quæ non dat nisi esse corpus tantũ. Aliqua est magis perfecta quæ etiã dat esse & viuere quocũq; modo viuẽdi. Aliqua quæ cũ his dat etiam sensum: vnde patet ꝙ semper vltima est perfectior primis, & habet se ad priores, sicut perfectissima ad imperfectissimã, & ideò quicquid cõtinetur in ipsis eorum est virtute in vltima. Vnde dicendũ est ꝙ vna & eadẽ essentia est animæ sensitiuæ & intellectiuæ, sed intellectiua habet se ad sensitiuam, sicut perfectũ ad imperfectũ. Quod autẽ specialiter anima sensitiua & intellectiua sint vnius essentię signum est: quia nisi vires animæ radicarentur in vna essentia nunquam vna impediretur ab alia, nec etiam virtus vnius redundaret in aliam. Item cùm intellectus nõ habeat determinatum organũ in corpore: quo mediante exerceat operationes suas: ad quid vniretur corpori, nisi esset eiusdem essentiæ cum anima sensitiua? Sic ergo patet quòd vna essentia est animæ sensitiuæ & intellectiuæ: sed differunt secundum perfectum & imperfectum, vt dictum est.

Reprobatio Opinio 1. ar. 6. et 1. p. q. 76. 3. ar. 6. ad 1. et 3. p. q. 76. ar. 4. c. et q. 77. ar. 6. c.

arti. 6. 42. c. 12. q. 37. ar. 1. 0. veri. q. 13. ar. 3. c. et q. 26. ars. 3.

¶AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ anima sensitiua educitur de potentia materiæ in brutis: in nobis verò nõ, sed est per creationem: cùm eius essentia sit essentia animę rationalis quæ est per creationem.

pot. q. 3. ar. 9. ad 9. & 10.

¶Ad secundũ dicendũ, ꝙ non est inconueniens aliquid idẽ existens secũdum diuersas vires, vel partes moueri ad oppositа, & ideò licèt substantia animę humanę sit eadẽ sensitiuę & intellectiuę. Tamẽ potest secundũ diuersas partes & vires moueri ad oppositа, vt scilicet sensus moueatur ad ea quę sunt sibi propria: & ratio ad ea ad quę ordinatur.

ar. 44. c. fi.

¶Ad tertium dicẽdum, quòd licèt incorruptibile non sit idẽ cũ corruptibili: tamen inuenitur aliquid incorruptibile: quod habet aliquã proprietatẽ cõmunem corruptibili: & sic est in anima rationali. Nã ipsa substantia animę est incorruptibilis: nihilominus tamen habet aliquid in se licèt sensitiuum, quod est commune etiam corruptibili.

¶Ad quartũ dicendum, ꝙ licèt anima sensitiua sit communis in nobis & brutis quantum ad rationẽ generis: tamen quãtum ad rationẽ speciei alia est in homine & alia in brutis, & similiter alia in asino & alia in equo, & in boue & secundũ ꝙ differunt aliqua specie: ita etiã differt in eis anima sensitiua, & ideò non sequitur: ꝙ si in brutis educatur de potentia materię, quòd etiam in homine: quia in homine est altioris speciei: & est per creationem.

2.17

4. d. 44. q. 1. artic. 1 q. 1. & 2.

QVAEST. VI. ARTICVLVS VI.

DE corpore aũtem quæritum est vtrũ resurgẽt idem numero: & ostendebatur ꝙ non: quia secundum Philosophum in Top. illud dicitur idẽ numero: quod est idẽ proprio accidente & diffinitione. Sed corpus resurrectione non habebit eadẽ propria: quia modò risibile, tunc non, nõ eadem accidentia: quia modò albus crispus niger & huiusmodi: quę tunc nõ erunt. non eadẽ etiã diffinitio: quia modò diffinitur per mortale, tunc verò non mortale erit: ergo videtur quòd non resurget idem numero.

¶Præterea, Idemtitas materię facit idẽ numero. Sed materia corporis resurgentis non erit eadem cum corpore quod nunc est, cùm multæ formæ recirarentur in ea: ergo corpus non resurget idem numero.

¶Præterea, Philosophus dicit in lib. de anima, ꝙ nõ est eadem statua numero quę destruitur & de eodem ære reficitur. Pari ergo ratione corpus quod modo corrumpitur non erit idem numero cum eo quod resurget.

¶Præterea, Constat ꝙ homo humanitate est homo & vna humanitate vnus homo. Sed in corpore quod nunc est & resurget, erunt duæ humanitates: quia per mortẽ destruitur forma eorum: ergo erunt duo homines, & sic videtur quòd corpora non resurgent eadem numero.

¶CONTRA. Iob. 19. quem visurus sum ego ipse, &c.

¶RESPONDEO dicẽdum ꝙ ad hoc ꝙ aliquid sit idẽ numero requiritur idẽtitas principiorũ essentialium. Vnde quodcũq; principiorum essentialium etiã in ipso individuo varietur: necesse est etiã identitatẽ variari. Illud autẽ est essentiale cuiuslibet individui: quod est de ratione ipsius, sicut cuilibet rei materiali sunt essentialia materia & forma: vnde si accidẽtia varientur & mutẽtur: remanẽtibus principijs essentialibus individui: ipsum individuũ remanet idẽ. Cum ergo principia essentialia hominis sint anima & corpus: & hæc remaneant: quia resurget eadem anima & idem corpus: dicendum quòd corpus hominis resurget idem numero.

p. q. 20. ar. 4. c.

p. q. 30. ar. 4. c. principio.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ obiectio illa procedit ex falso intellectu literæ. Nõ enim dicitur idẽ numero illud quod habet idẽ accidẽs nunc & postea: & idem proprijũ: sed illud est idẽ numero quod est idẽ cũ accidẽte & idẽ cũ proprio, sicut cũ subiectũ est idẽ cũ accidente proprio & diffinitiõe: & nõ illa quę habent idẽ accidẽs idem propriũ & vnã diffinitionẽ, vt patet ꝙ obijciẽs facile intellexit textũ. Dato autẽ ꝙ sed m illum intellectũ procedat obiectio. Dicẽdum ꝙ intelligitur de accidẽtibus inaniduãtibus. f. de dimensiõibus, & erunt hęc in corporibus glorificatis. Itẽ erit ibi idẽ propriũ. f. risus. Iob 8. Implebitur os tuum risu & labia tua iubilo. De diffinitiõe verò dicendum, quòd licèt resurgat immortale, tamen vera mortalitas nõ tolletur ab eo: quia natura humana erit ibi quæ ex se habet quòd sit mortalis.

3. p. q. 54. ar 1. 2. ad 2. 4. d. 44. q. 2. ar. 1. q. 1. ad 1. & 2.

¶Ad secundũ dicendũ ꝙ licèt eadẽ materia faciat idẽ numero, nõ tamẽ materia nuda, nec quę facit principiũ in numero: sed vna materia sed m ꝙ est sub dimẽsiõibus terminatibus ipsam facit idẽ numero, vnde licèt multę formæ reiterẽtur in alia corporis resurgentis: tã resurget corpus sub eisdẽ dimẽsiõibus & cũ eisdẽ principijs essentialibus.

4. d. 44. q. 1. ar. 1. q. 1. ad quartum.

¶Ad tertium dicendũ, ꝙ Aug. dicit cõtrarium. Ipse enim vult si statua reficiatur ex eodẽ ære, ꝙ sit eadem numero. Nihilominũs tamẽ dicẽdum ꝙ omnia artificialia ponuntur dupliciter in genere, vel in specie, quia vel per materiã suã, vel per formã suã. Naturalia autẽ ponuntur in genere vel specie tãtùm per formã suã, formę autẽ artificiales: quia sunt accidentia: ideò oportet ꝙ collocẽtur in genere vel specie, vel materia: naturales vero nõ: quia sunt substãtiales. Dico ergo ꝙ si cõsideretur statua prout ponitur in genere vel specie per materiã suã: sic reficitur eadẽ statua. Si verò cõsideretur prout ponitur in genere vel specie per formam: sic dico ꝙ nõ reficitur eadem sed alia: quia alia est forma huius & alia illius, in corpore autem non est sic: quia in corpore erit eadem forma.

Statua refecta si fit eadem.

¶Ad quartum dicendum, quòd nõ sunt duæ humanitates in corpore quod corrumpitur & quod resurgit, sed vna, quia principia essentialia non mutantur, sed sunt eadem.

QVAESTIO VII.

DE sacramẽtis verò gratiæ quæsita sunt tria. Primò de sacramento confirmationis. Secundò de sacramento Eucharistiæ, Tertiò de sacramento matrimonij.

ARTICVLVS VII.

2.18

4. d. 13. q. 1. ar. 1. q. 2. ad 0.

CIRCA primum queritur vtrùm solus Episcopus debeat conferre sacramentum cõfirmationis: vel etiam alius, & videtur ꝙ non solũ Episcopus: sed etiã ꝙ quilibet sacerdos possit cõferre. Constat enim ꝙ in confirmatiõe cõfertur gratia spiritualis. Sed huius gratię collatio sic est ordinata: vt non possit impediri, constat autem quòd per absentiam Episcoporum multoriens impeditur: quia non sunt vbique præsentes: ergo debet conferri per mysteriũ sacerdotum qui sunt vbique præsentes.

¶Præterea, Sacramenta instituta sunt propter vtilitatem: ergo debent eo modo conferri quo cõperit vtilitati omniũ. nõ autẽ cõpeteret vtilitati si solus Episcopus cõferret hoc sacramẽtũ, in quo datur robur spiritus sancti, quia nõ omnes habẽt oportunitatẽ Episcopi, ergo debet fieri per sacerdotes, per quos possint omnes cõsequi hãc vtilitatẽ.

¶Præterea, Constat ꝙ sacramentum baptismi est maius quã sacramentũ cõfirmationis. Sed baptismus põt cõferri per quoslibet sacerdotes: ergo multo magis cõfirmatio.

¶In contrarium est Ecclesiæ consuetudo.

¶RESPONDEO dicendũ, ꝙ proprius minister sacramẽti cõfirmatiõis est Episcopus, & hoc probatur rõne & auctoritate. Rõne quidẽ quia cõfirmatio ad hoc fit, vt homo in quadã perfectiõe cõstituatur, cũ detur ad robur

3.p.q.65.ar 1.2.ad 4. 3.p.q.72.ar 9.0. & ar. 2.ad 11. art.3.2.fi. 4.di.3.q.3. art.1.q.3.c. 3.p.q.65.ar 2.ad 3.4.d. 7.q.3.ar.1. 3.2.3.c.

spiritus sancti vt scilicet homo ex hoc fiat fortis & robustus ad confitendū & proponendū fidem corā regibus & principibus, vnde & propter hoc fit in fronte, vt nō pertimescat nec cōfundatur ꝓponere fidē corā omnibus & defendere. Sicut aūt Diony. dicit, tres sunt actiones hierarchię scilicet purgare illuminare & perficere, purgare est proprium dyaconorū, illuminare presbyterorū: & hoc cōsistit maximè in eucharistia, perficere verò est episcoporū, & ideò omnia sacramenta, quæ ad perfectionē cōferuntur, pertinent ad collationē episcopi, quæ sunt collatio ordinum, cōsecratio virginū & votorū, & cōfirmationis sacramentū, vnde alius nō potest conferre cōfirmationis sacramentū nisi episcopus. Hoc etiā patet auctoritate scripturę. Cōfirmatio enim dicit in locū impositionis manuū. Hoc aūt non poterat fieri nisi per solos apostolos, vnde & per Philippū qui prædicauerat verbū domini in Samaria, non imponebatur manus, sed Apostoli qui erāt Hierosolymis audito ꝙ Samaria recepit verbū Dei, miserūt ad eos Petrū & Ioannē, & postea sequitur. Tūc imponebant manus super illos &c. vnde cū episcopi succedant in locū Apostolorum, solis episcopis debetur collatio sacramenti confirmationis. Inuenimus tamen ꝙ aliqua quæ in quadā perfectione cōstituūr, ex dispensatione cōmittuntur simplicib. sacerdotibus, sicut collatio minorū ordinū, & huiusmodi, quod etiam de confirmatione fieri posset cum dispensatione, sine qua nullus debet conferre hoc sacramentum nisi solus episcopus.

22.q.184. art.6.ad.1. & 3. p.q. 67.artic.2. ad 1.

3.p.q.72. art.11.ad 1. & 4.di.7. q.3.ar.1 q. 3.o.ad.25. q.1.artic.1. ad 3.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ non omnia sacramēta in quibus cōfertur gratia spiritualis potest cōferre sacerdos, vnde licet in sacramento cōfirmationis cōferatur gratia spiritualis, non tū cōpetit sacerdoti, quia perfectiori modo in sacrāmēto ordinis cōfertur gratia spiritualis, qđ reseruatur solis episcopis propter perfectionē in qua cōstituit. Nec obstat de impedimento, quia possunt recurrere ad ciuitates in quibus sunt episcopi præsentes.

¶Et per hoc patet solutio ad secundum.

22.q.79.ar. 4.ad 1.et q. 100.art.2. ad 1.& 3.p. q.67.ar.3. 95.8.ad 1.

¶Ad terrium dicendū, ꝙ sacramentū baptismi est maius necessitate non perfectione. & ideò ꝓpter eius necessitatē nō solū sacerdotes, sed etiā quilibet christianus potest baptizare in articulo necessitatis, vbi nō habet copia sacerdotalis, seruata nihilominus forma sacramenti. Cōfirmatio verò quia nō est adeò necessaria & cōsistit in quadā ꝑfectione, vt dictū est, maiorib. reseruat. s. solis episcopis.

QVAESTIO VIII.

CIRCA sacramētum eucharistię quæsita sunt duo. Primò de illis qui excluduntur à cōsecratione per forni cationem. Secundò de illis qui excluduntur à participatione sacramenti per excommunicationem.

219

ARTICVLVS VIII.

3.p.q.82.ar 9.0. & 4. d.5.q.2.ar. 2.q.4.o.

AD PRIMVM quæsitum est vtrùm aliquis possit audire missam sacerdotis fornicarij qn peccet mortaliter, videtur ꝙ nō possit audire sine peccato mortali. Ecclesia eū ꝓcepit sub anathemate, ꝙ nullus audiat missam à fornicario sacerdote. Sed facere contra huiusmodi mandatum est peccatum mortale, ergo &c.

¶CONTRA est ꝙ in multis locis per mundū sustinetur.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ circa hoc est cōsiderādum ꝙ aliquid quantum ad ius naturale est per se malum, & aliquid malū est quātum ad ius positiuū. Quicūq; eū sacerdos in peccato mortali existēs celebrat, peccat mortaliter, vnde si cōstaret mihi eum esse in peccato mortali & inducerēeum ad celebrādū peccarē mortaliter, & hoc est secūdū ipsum ius naturale, quia hoc est ꝓuocare eū ad pctū mortale. Ius aūt positiuum addit plus ꝙ non solum debeam inducere eū ad celebrandum, sed etiam si audiam eius missam pecco mortaliter, qđ quidē institutum est in pœnā sacerdotis fornicarij. Attēdendum tñ est ꝙ hoc nō intelligitur de quolibet sacerdote fornicario, sed de publicis fornicariis, qui ꝓprię dicūtur publici, qñ iudicio & sententia ecclesiæ vocantur publici. Vnde quicunque à tali fornicario publico audit missam peccat mortaliter.

4.d.24.q. 1.artic.3.q. 3.o.

4.d.13.q.1. ar3.q.3.o. Ad contrarium. 4.d.24.q.1. ar.4.q.3.o.

¶Ad illud quod obiicitur dicendum, ꝙ si sustinetur à prælatis ꝓpter hoc nō excusatur, quia hoc est vel ꝓpter negligentiā, vel ꝓpter miseriā & defectum ipsorum prælatorū qui nō sunt aūsi corrigere alios, cum in se multa corrigenda cognoscāt, vel etiā ꝓpter timorē āliquando, vnde non excusantur propter hoc.

ARTICVLVS IX.

220

CIRCA secundum quæsitum fuit vtrùm aliquis loquēdo comedendo seu stando cum excōmunicatis peccet mortaliter, & videtur quòd sic, quia multi magistri decretorum & magni hoc dicunt.

¶Prætereà, Facere contra præcepta ecclesiæ est peccatum mortale, sed ecclesia mandat quòd nullus loquatur, nec comedat cum excommunicatis: hoc ergo qui facit peccat mortaliter.

¶Prætereà, Quędam decretalis dicit vbi cōlulebatur summus pontifex, vtrum posset participari excommunicatis quòd hoc etiam pro vitando dispendio mortis nō debet facere, & huius alsignat causam dicens, quia est peccatum mortale, videtur ergo quòd quicunque in aliquo participat cum eis peccet mortaliter.

¶CONTRA est quòd nos videmus multos perfectos viros hoc facientes, qui nullo modo hoc facerent, si esset peccatum mortale.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ aliquis per excommunicationem separatur à cōmunione fidelium, non autē hominum nisi per accidens, quia in tantum separatur à cōmunione hominum inquantum conuenit separari à communione fidelium, dico ergo ꝙ aliquis potest cōmunicare seu participare cum excōmunicato directè & indirectè, directè quidem in his qui sunt fidelium, & sic ille qui hoc modo cōmunicat sibi peccat mortaliter. Et hoc contingit tripliciter, quia si cōmunico secum in diuinis sicut si oré pro eo vel audiam missam cum eo, & in aliis spiritualibus. Itē si ex cōceptu, & hoc in quocunq; cōmunicat quis cum eo quasi contemnens mandatum ecclesiæ peccat mortaliter. Item quicunq; participat secum in crimine & in causa. Indirectè verò cōmunicat quis cum eo in his quæ sunt hominis sicut in verbo, in cibo, & in his quæ sunt simpliciter humanæ conuersationis, & secundum hoc non peccat mortaliter, sed venialiter: nisi faciat ex contemptu, vt dictum est.

¶AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ opinio Decretistarum non est vera, quia ipsi plus assentiunt in his, & sequuntur ius humanum quā diuinum, cum plus sit assentiendum diuino quàm humano, & ideò melior est opinio aliorum qui dicunt contrarium.

¶Ad secundum dicendum, ꝙ cōmunicare cum excōmunicato directè est cōtra præceptum ecclesiæ, & est peccatū mortale, sed indirectè nō est cōtra, sed præter præceptum ecclesię, & hoc nō est pctm mortale, sed veniale. Vnde scidum est ꝙ quædā sunt per se malum, & hęc nō possunt fieri sine pctō sicut communicare excōmunicato in his quæ sunt excōmunicati, & ideò nō possunt fieri sine peccato. Quędā verò sunt occasiones malorum tm & illa possunt fieri sine peccato mortali, & sic est loqui, vel comedere cū excommunicatis. ¶Ad tertium dicendum, ꝙ non solum quis debet subire mortē antequā peccet mortaliter, sed etiam anteq̄ peccet venialiter, quia pctū inquantum peccatum nunq̄ esset eligibile. Si enim esset eligibile nunquā esset peccatum, & sic nō peccarē si facerē, & ideò per hoc non cōcluditur ꝙ ideò nō sit participandum eis, quia est peccatum mortale, & qui hoc facit peccat mortaliter, quia etiā si esset veniale non esset participandum eis, & tamen non peccaret mortaliter participando.

ar.9.& 32. q.110.ar.3. ad 4. 4.di. 18.q.3.art. 4. q.3.ad 1.

¶Vel dicendum est, quòd decretalis illa intelligitur de illis qui directè communicāt excommunicatis.

QVAESTIO IX.

CIRCA sacramentum matrimonij quæsita sunt duo. Primò de maleficiatis. Secundò de frigidis.

ARTICVLVS X.

224

4.di.34.q. 4.ar.3.o.

AD PRIMVM quęsitum est vtrū maleficia impediāt matrimoniū, videtur ꝙ non: quia opus Dei est fortius quā diaboli. Sed matrimonium est opus Dei: maleficiū verò opus diaboli: ergo matrimonium est fortius maleficio: non ergo impeditur per ipsum.

¶CONTRA, Maior est potestas dæmonis: quā hominis Sed homo pōt matrimonium impedire: ergo & dęmones.

¶RESPONDEO dicēdum, ꝙ matrimonium est quasi quoddā pactum. Nā per matrimonium vnus tradit potestatē sui corporis alteri ad carnalem copulam. Cōtingit autem quòd pactum de impossibili nullum est, cum nullus possit se obligare ad impossibile: & ideò quando aliquis obligat se per matrimonium ad carnalem copulā, si hoc sit ei impossibile matrimonium nullum est. Sed notādum est ꝙ impossibilitas carnalis copulæ ex aliquo impedimēto peruenięs pōt dupliciter cōsiderari: quia vel illud impedimentum est superueniens matrimonio, iam cōsummato: vel ꝓcedēs. Si est superueniēs, tunc matrimonium iam consummatum nunquam soluitur. Si verò impedimentum ꝓcedat: tunc matrimonium nondum consummatum soluitur. Item circa hoc sciendum quòd impedimenta huiusmodi: vel sunt perpetua: vel ad tempus. Si sunt perpetua: tunc matrimonium illud simpliciter impeditur. Si verò sunt temporalia: tunc matrimonium nō impeditur simpliciter: sed ad tempus: ita tamen quòd impedimentum in vtrisque ꝓcedat. De maleficijs autē sciendum est quòd quidam dixerūt quòd maleficium nihil est: & hoc proueniębat ex infidelitate: quia volebant quòd dæmones nihil sunt: nisi imaginationes hominum inquantum scilicet homines imaginabantur eos: & ex ista imaginatione territi lædebātur. Fides verò catholica vult quòd dæmones sint aliquid: & possint nocere suis operationibus: & impedire carnalem copulam: & ideò huiusmodi impedimenta si præcedāt & sint perpetua, vt dictum est, simpliciter impediunt matrimonium.

4.d.34.ar. 3.c.ar 36.ar ti.3.d.40. ar.4.ad 6.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd etiam diabolus est opus Dei & non solùm matrimonium: & inter opera Dei vnum est fortius alio: & vnum impeditur per aliud magis forte. Vnde cum diabolus sit fortior quā matrimoniū: nihil prohibet per ipsum matrimoniū impediri.

222

ARTICVLVS XI.

4.d.34.o.4. ad 3.et dist. 36.ar.1. & di.39.4. ad tertium.

CIRCA secundum quæsitum est vtrū frigiditas impediat matrimonium. Videtur quòd non, quia senes sunt frigidi, & tamen contrahunt matrimonium.

¶IN CONTRARIVM est quia nullus obligat se ad impossibile Sed impossibile est frigidis carnaliter alicui copulari: ergo si ad hoc obligant se pactum huiusmodi nullum erit.

¶RESPONDEO dicendum, quòd frigiditas eadem ratione impedit matrimonium, sicut maleficium: cum sit eadem impossibilitas in vtroque: nihilominus tamen differt frigidus & maleficiatus. Frigidus enim est impotens simpliciter quantum ad omnes, maleficiatus verò est quidem impotens: non tamē quo ad omnes, sed quo ad vnum tantùm. Nam maleficium consistit in imaginatione viri respectu vnius mulieris: inquātum scilicet operatione dęmonis fit illi abhominatio alicuius mulieris: quam propter horrorem refugit & respuit: & ideò aliter impedit frigiditas & aliter maleficium. Nam frigiditas impedit aliquē ita quòd oportet quòd remaneat absque omni spe cōtrahendi si ab vna impediatur. Vnde si aliquando aliquis efficitur potens oportet reintegrare primum matrimonium: vnde frigiditas soluit contractum & impedit contrahendum: maleficiatus verò impeditur quantum ad istam tantum, vnde datur ei licentia nubendi alteri. Et mulier similiter, vnde maleficium soluit contractum, sed non dirimit contrahendum, vt iam patet.

4.di.34.2. ad 5.ar 3. c 4.di.34.2. ad 5.3.c.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd senes sunt frigidi: non quidem ad actum generationis: sed ad generationem prolis: & ideò cum possit carnaliter copulari non soluitur matrimonium: frigiditas verò quæ omninò carnalem copulam impedit, soluit matrimonium.

QVAESTIO X.

CIRCA conuersationem verò humanę vitę quæsita sunt quædā per comparationem ad proximum. Quędam verò per comparationem ad res quæ in vsum hominum veniunt. Per comparationem verò ad primum quæsitum est de correctione fraternа: circa quam duo quæsita sunt.

223

ARTICVLVS XII.

3.p.q.55.ar ticu.1.ad 1. ma. q.3.ar. 2.ad 1.

PRIMO vtrùm debeat aliquis in publico: vel in priuato corrigere proximum vel fratrē suum. Videtur quòd occultè. Matthæi decimooctauo. Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eū inter te & ipsum solū. Videtur ergo ꝙ occultè sit corrigēdus frater delinquens.

¶CONTRA, ad Thimot. 5. Peccantem coram omnibus argue.

¶Prætereà, Aliquæ constitutiones hoc habent: vt scilicet publicè corrigantur.

¶RESPONDEO dicendum, quòd huiusmodi correctio ex charitate debet procedere: & idem est quòd dicitur fraterna correctio, & ideò oportet ordinem fraternæ correctionis sumere secundum ordinem charitatis. Ordo autem charitatis est, vt quis bono proximi prę ferat commune bonum. Item vt velit bonum proximi & conscientiæ & famæ: & his magis velit bonum conscientiæ: quādo vtrumq; haberi nō potest. Et ideò his cōsideratis credo ꝙ si esset aliquod peccatum carnale: seu spirituale quod vergeret in detrimentū multitudinis: statim est reuelandū: cū prępponderet bonum commune in ordine charitatis: vt dictū est: bono proximi sine sit famę siue conscięntię. Quādo verò non timetur multitudinis detrimētum, tunc debet quis vtrumq; custodire, scilicet bonum famæ & conscięntię, corrigendo occultè inter se & ipsum. Si autem ex hoc correctio non sequatur: tunc secūdum ordinem Euāgelij debet secum adhibere alium, vel etiam referre Ecclesiæ nihilominus tamen & in hoc seruandus est ordo, vt si peccatū sit publicū, publicè corrigatur, si verò occultū occultè, & ideò dicitur. Si peccauerit in te frater tuus, id est te sciente solū, &c. quātum ad occultū, quantū verò ad publicū dicitur. Peccantē. s. publicè coram omnibus argue.

ar.16.s.222 q.33.ar.2.s. ad 3.

¶Et sic patet solutio ad primum vtriusque partis.

¶Ad aliud verò dicendum, ꝙ illud de cōstitutionibus ordinatum est & seruari debet in his quę vergunt in periculum & detrimentum societatis & collegij.

ad rationem 22.4. & in 20.224.

ARTIC. XIII.

224

SECVNDO quæritur vtrùm si aliquis sciat peccatum proximi peccet mortaliter referendo illud statim prælato suo: videtur ꝙ sic: quia facere contra ordinē Euangelij est peccatū mortale. Sed statim referre prælato est cōtra ordinem Euangelij: ergo peccat mortaliter.

art.13,16.

¶CONTRA est quia hoc faciūt multi viri perfecti qui nullo modo hoc facerent, si esset peccatum mortale.

¶Prætereà, Prælati possunt non solum de præteritis, sed & de futuro prębere cautelam, & ideò si eis referatur nō videtur esse peccatum mortale.

¶RESPONDEO dicendum, ꝙ verbum domini quod dicit Math. 18. de correctiōe fraterna est intelligendū sicut alia verba quę dicit pertinentia ad humanos actus & seruari debet, secundum quòd dependet à charitate: & ideò dico quòd semper cum debitis circumstantijs intelligenda sunt. Sciendum est autem ꝙ in criminibus tripliciter proceditur secūdum iura: quia per inquisitionē. & hoc est in peccatis publicis, & nō deber fieri, nisi ꝓcedat clamor cōgregationis. Item per denunciationem & per accusationē. & hoc est in priuatis. Si autē procedatur per accusationē, tūc debet fieri prę scriptio, quia obligatur accusans ad talionē, & in hoc intenditur, ꝙ vir finis bonū reipublicæ, vnde hoc potest fieri secundū voluntatē siue publicè siue priuatim. Si autē procedatur per denūciationē: tūc debet ꝓcedere fraterna admonitio, quia finis huius est emendatio proximi, & ideò debet seruari ordo fraternæ correctionis, vtrū aūt statim cū quis scit fratrē suū peccasse debeat denunciare prælato, dico ꝙ in his distinguendum est de cōditionibus subditi & prælati. Nā si ego scio ꝙ frater per me corrigetur, tūc non debeo hoc denunciare prælato. Si autē videtur ꝙ hoc melius fiat per prælatū: & prælatus nihilominus sit pius discretus & spiritualis non habēs rancorem, seu odiū aduersus illū subditū, tūc licitè potest hoc denunciare sibi, & tūc non dicit Ecclesiastes, quia nō dicit ei sicut prælato, sed sicut personæ proficienti ad correctionē proximi & emendā. Sed quia propter cōditiones diuersas prælatorū & subditorū, non potest in hoc dari generale iudicium: quia aliquando prælatus: vel mouetur ad odiū aduersus subditū, vel subditus nō bene ferret verba prælati, ideò tenēdū est hoc pro regula, quòd in omnibus istis semper seruanda est charitas: & quod melius & magis expedire videtur, & si hoc intēdat. s. emendā proximi: seruet quātum pōt bonū charitatis: tūc denūciādo nō peccat. Si verò denunciet cuicūq; personę hoc ex malicia, & vt proximus confundatur, vel deprimatur, tunc denuncians, siue accusans peccat mortaliter.

ar.16. et 2. et q.67.ar. 3.ad 2.et q. 68.art.2.o. & 2.q.33. ar.8.& 4. d.19.q.2.3. ad 1.& 2.q. 2.o. *Quādo est denuntiādū prælato peccatū fratris.*

¶AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ si statim aliquis referat prælato adhibens debitas circumstātias & cōsideras magis expedire, non facit contra præceptum euangelij, quia non dicit hoc ecclesię, sed personæ proficientivt dictum est, & ideò non peccat mortaliter.

¶Ad secundū dicendum, ꝙ etiam perfecti viri peccarent mortaliter, si denunciando prælato vel alicui personæ intenderent aliquid quod est contra intentionē præcepti.

¶Ad tertium dicendum, ꝙ si aliquis referat prælato culpam proximi intendēs vel cautelā in futurum, vel aliquid huiusmodi quod ad emendam proximi videret expedire, nō peccat. Si autem hoc siue prælato siue alicui amico suo ex malicia referat, tūc peccat mortaliter. Quod si ex incautela alicui dixerit hoc, ita tamē ꝙ nō prouenīat inde aliud vel infamia vel vituperium proximo delinquenti, tunc nō peccat mortaliter, licèt incautè agat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INCIPIT QVODlibet duodecimum.

QVAESTIO I.

QAESITVM est de rebus quæ sunt supra hominem,& de rebus humanis.

¶Circa primum quęsitum de Deo de angelis & de cœlo. Circa primum quæsitum est de Deo quantum ad sum esse, quãtum ad suam potentiam, quantum ad eius prædestinationem. ARTIC. I.

228 1.p.q.3.ar. 3.& 1.d.8. ar.1.

CIRCA primum quæritur, vtrùm in Deo sit tantũ vnum esse scilicet essentiale,vel præter illud sit etiam in Deo esse personale.& videtur q̃ sic,quia aliud est patrem esse,aliud filiũ esse,& aliud spiritũ sanctum esse,sed esse essentiale non est aliud & aliud,ergo &c.

¶Præterea, proprium formæ est quòd det esse. Sed in diuinis sunt tres proprietates personales quæ obtinent vicem formę.ergo &c.

¶CONTRA.Aug.dicit.In diuinis tantum vnum esse.

¶RESPONDEO dicendum,q̃ veritas fidei habet q̃ in diuinis solum est distinctio quę est secũdum relationes oppositas, relatio aũt sicut & quælibet forma habet esse ex cõparatione ad illud cui inest, vnde esse filiationis est per cõparationem ad substantiã cui inest,relatio aũt in diuinis nõ distinguitur ab eo cui inest,vel in quo est,quia ipsa res quæ refertur,sed distinguitur solum ex parte eius cui opponitur, & ex hac parte non desideratur esse relationis, sed distinctio & oppositio eius, & ideò est in Deo vnum tantum esse,scilicet essentiale. ar.131.ad 5

¶AD PRIMVM ergo dicendum,q̃ esse dupliciter dicitur,quandóq; enim esse idem est qđ actus entis q̃que aũt significat compositionem enunciationis, & sic significat actum intellectus, quomodò intelligitur quando dicitur quòd aliud esse patris & aliud filij,non primo modo. ar.181.& 5.d.6.q.2.ar. 2.& ad 4.

¶Ad secundum dicendum,q̃ sicut & quælibet forma paternitas facit esse.s.patrem qui est diuinũ esse, & facit tãtum vnum esse inquantum paternitas facit esse.

QVAEST. II. ARTIC. II.

DEINDE quæritũ est de potentia Dei.Et primò vtrũ Deus possit facere contradictoria simul esse.Secundò vtrùm possit facere infinita in actu.

ARTICVLVS III.

226 1.p.q.25.ar 3.et po.q.1. ar.70.et.ar 179.

¶AD PRIMVM dicendum,quòd non. Et hoc nõ importat in Deo imperfectionẽ potẽtiæ, sed quia hoc non habet rationẽ possibilis. Nam ois virtus actiua producit effectũ sibi similẽ. Oẽ aũt q̃ agit,agit inquãtũ est ens actu, ergo effectus agentis est actu,quicquid ergo repugnat ei, quod est esse actu, repugnat potentiæ actiuę, quod esset si contradictoria simul essent.

¶Ad secundum dicendũ, q̃ esse aliquid infinitũ actu posset suspicari ex primo aspectu qđ esset impossibile, quia sequeretur illud esse æquale Deo,sed hoc nõ sequitur, qa ei qđ est infinitũ omnibus modis nõ adæquatur illi qđ est infinitũ vno modo. Daro enim qđ est ignis infinitus secundũ magnitudinem non adæquabitur Deo:quia & si sit infinitus ignis in quantitate,tñ est quid finitũ spẽ. Deus aũt omnibus modis est infinitus. Cùm ergo quæritur vtrũ sit possibile Deo facere aliquid infinitũ in actu dicẽdũ q̃ nõ : potentiæ em agentis per intellectũ aliquid repugnat dupliciter, vno mõ qa repugnat potentiæ eius,alio mõ quia repugnat mõ quo agit, primo mõ nõ repugnat potẽtiæ Dei absolutè,quia nõ implicat cõdictionẽ, sed si cõsideretur modus quo Deus agit nõ est possibile. Deus.n.agit per suũ intellectũ, & per verbum qđ est formatiuũ omniũ, vnde oportet q̃ oĩa quę agit sint formata,infinitũ aũt accipitur sicut materia sine forma. Nã infinitũ se tenet ex parte materię. Si ergo Deus hoc ageret sequeret q̃ opus Deus esset aliqđ ioforme,& hoc repugnat ei per quod agit,& modo agendi quia per verbũ suum oĩa agit,quo oĩa formãtur. Ar.3.227. ar.94.& 1 93.ad 2.& 1.p.q.7.ar. 2.3. 4.& q. 45.ar.5.ad 3.et q.50.ar 2.ad.4. veri q.2.ar. 2.ad 5.et ar 10. 0.& q. 29.ar.3.c.et po.q.5.ar.3 ad 1,

227 1.p.q.25.ar 3.ad tert.et ar.6.0.& ar.8.ad 3et veri.q.6.ar 3°.0.& ar.2 14.

QVAEST. III. ARTIC. IIII.

DEINDE quæritũ est de prædestinatione,vtrũ sit certa,& videtur q̃ nõ, quia possibile est p̃destinatũ dãnari,sicut Petrũ si fuisset statim mortuus, qũ peccauit Christum negãdo. Si verò dicas q̃ p̃dicta locutio est de dicto vera:de re verò nõ. Cõtrã.quia hoc habet locũ in formis separabilibus.Sed hæc forma quę est prædestinatio est inseparabilis.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ prædestinatio est quædã pars diuinæ ꝓuidẽtiæ; ꝓuidentia aũt dicit directionẽ aliquorũ in finẽ:& hæc ꝓsupponit scientiã & voluntatẽ. Sic ergo p̃destinatio habet certitudinẽ ex p̃te scientiæ Dei q̃ nõ potest falli:& ex parte voluntatis diuinæ:cui non põt aliquid resistere:& ex parte ꝓuidẽtiæ: q̃ certissimo modo ducit ad finem: cùm Deus sit sapientissimus. 1.p.q.23.ar 1.2.c.46.8.c veri q.6.ar 1.c. 1.d.47. ar.10.

¶AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ prædestinatio habet certitudinem,& tamẽ nõ est necessariũ prædestinatũ salvari,sed remanet cotingens. Dictũ est enim, q̃ habet certitudinẽ ex scia,volũtate,& prouidẽtia:& nullũ istorũ contingẽtiã ꝓedit.scia nõ:quia scia Dei est futurorũ, prout sunt in p̃senti,& secũdũ hoc sunt determinata. Volũtas nõ:quia volũtas Dei est principiũ totius entis:ergo nõ cadit sub ratiõe cõtingẽtiæ vel necessitatis:sed hæc efficiũt & ordinãtur ex Dei volũtate,& sic ipsa Dei volũtas facit quędã eẽ cõtingẽtia,pręparãdo cãs cõtingẽtes illis rebus quas vult eẽ cõtingẽtes:& similiter necessitas cãs rebus & effectibus necessariis:& sic volũtas Dei semper impletur, nõ tamẽ oĩa necessariò eueniũt:sed eo mõ quo Deus vult ea eẽ,& vult q̃ sint cõtingẽter. Prouidẽtia nõ,quia nõ tollit contingentiam. 1.p.q.19.ar. 8.c.& veri. q.23.ar.5.c.

¶Ad secũdũ dicẽdum q̃ bona est distinctio:sed ad obiectum de formis dicẽdũ q̃ aliter est de formis realibus: & aliter de p̃dicatis: quæ importãt aliquid p̃inés ad actum rationis:qa in primis scilicet realibus si in eis debeat habere locũ talis distinctio: oportet inesse separationẽ in re & in cõsideratiõe in secũdis nõ requiritur:sed oportet q̃ res illa cadat super alia cõsideratiõe:& sic dico q̃ iste prędestinatus pót cõsiderari vel vt in se vel vt diuinæ cognitioni relatus: & sic vno modo attribuitur ei quòd possit damnari,alio modo non. ARTIC. V.

228

DEINDE quęritũ est de fato.vtrũ omnia subsint fato.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ primò oportet scire quid sit fatũ:& sic postea faciliter patebit ad ꝓpositũ,videmus aũt multa cõtingenter euenire, & ideò olim fuit dubium vtrũ ista qu̇ę variabiliter & inordinatè cõtingũt reducãtur in aliquã causam ordinantẽ, & qui dicũt q̃ nõ dicunt fatũ nihil esse, vt Tulius dicit. Quidã dicũt q̃ in aliquã causam superiorẽ ordinãtur,& isti nominauerũt fatũ à for faris,quasi hic oĩa sint prefata à quadã superiore cã, sed horũ est triplex opinio, quidã eñ reduxerunt hoc in quãdã seriẽ causarũ,quã dicũt fatũ, sicut stoici q̃ dicũt q̃ nihil est q̃ nõ habeat causam,& posita cã necesse est ponere effectũ. Si ergo enenit vel est talis vel talis effectus habuit cãm,& hęc cã aliã cãm &c fic deinceps, sicut aliqs est occisus de nocte qa exiuit domũ,quare exiuit domũ,qt ia fruit. quare hoc, quia falsa comedit: & sic quia comedit falsa ex necessitate moritur. Ari. respõder negãs duo prima. Primò q̃ nõ quicquid fit habet causam:sed tantũ q̃ sit ꝑ se. Quod autẽ ego occidar me exeũte est ꝑ accidẽs. Secundò dicit q̃ nõ posita causa ponitur effectus: quia pót ipediri.& ideò nõ sequitur vel ne stat series causarũ. Alij reducũt hæc in aliã causã.s.in corpora cœlestia:ex quorũ necessitate dicũt omnia accidere:vnde dicũt q̃ fatũ nihil aliud est quã vis positionis syderũ. hæc autẽ opinio dupliciter est falsa, primò quantũ ad res humanas, quæ ꝓueniũt ab intellectu: qui cũ sit virtus incorporea nõ subiacet actioni alicuius corporis: & ponere animã subiacere virtuti corporũ cœlestiũ nihil aliud est quã ponere intellectum non differre ãsensu.vt dicit.Phi.in primo de anima in fine (T.c.150 tñ per accidẽs &occasionaliter subdit anima cœlo,inq̃tũ intellectus afficitur per passionẽ corporis, nõ tñ ex necessitate mouetur ab eo secũdo: quia multa in rebus naturalib. cõtingunt quę nõ accidũt ex necessitate cœli, sed per accidẽs, & nõ habẽt causam. Alij reducũt oĩa hæc in causam supra cœlestẽ secundũ in ꝓuidentiã Dei, à qua oĩa sunt p̃determinata & ordinata, & secundũ istos fatũ erit quidã effectus ꝓuidentiæ, quia prouidẽtia nihil aliud est quã ratio ordinis rerũ prout est in mente diuina,farum verò est explicatio illius ordinis prout est in rebus. Vnde Boe. Fatum est immobilis dispositio rebus mobilibus inhęrens. Sic ergo accipiendo fatum potest dici quòd omnia subiiciunt fato, vnde dicitur Oseę.2.super illud. Non vocabis vlera baalim,sed vir meus.quod idem est vtrũque, sed Deus noluit hoc quia baalim nomen erat cuiusdã gentium,& ideò sunt vitanda nomina gentilium,cum quibus nec nomina conuenit habere communia, & ideò Augustinus dicit. Si quis hoc modo intelligat fatum,sententiam teneat,linguam corrigat vt non dicat fatum, sed prouidentiam Dei.

QVAEST.

QVAEST. V. ARTIC. VI.

229

DEINDE quæsitum est de Angelis.Et circa hoc quęritur q̃ non, quia accidens intelligitur inesse alicui præexistenti:angelus autem non præexistit ipsi esse.

¶CONTRA.Hyl.dicit,&c.

¶RESPONDEO dicẽdum, q̃ opinio Auic. fuit quòd vnum & ens semper prædicant accidens:hoc aũt non est verum,quia vnũ prout connertitur cum ente signat substantiã rei,& similiter ipsum ens. Sed vnum prout est primum numeri signat accidens. Sciendum ergo quòd vnũquodq; quod est in potentia & in actu: fit actu per hoc q̃ participat actum superiorem:per hoc aũt aliquid maximẽ fit actu q̃ participat per similitudinẽ primum & purum actum. Primus autem actus est esse subsistens per se: vnde completionem vnumquodq; recipit per hoc q̃ participat esse:vnde esse est cõpletum omnis formę,quia per hoc cõpletur q̃ habet esse,& habet esse cũ est actu: & sic nulla forma est,nisi per esse:& sic dico q̃ esse substantiale rei nõ est accidẽs,sed actualitas cuiuslibet formæ existentis,siue sine materia,siue cũ materia:& quia esse est cõplementum omniũ, tamẽ est q̃ proprius effectus Dei est esse & nulla causa dat esse nisi inquãtũ participat operationẽ diuinã:& sic propriè loquẽdo non est accidẽs,& qđ Hyl. dicit,dico q̃ accidẽs dicitur largè esse qđ nõ est pars essentiæ,& sic est esse in rebus creatis,quia in solo Deo esse est eius essentia. ARTICVLVS VII. 1.di.3.q.4. art.2.ad 2. po.q.5.art. 4.ad 3. 1.p.q.45.ar 11.5.0. veri.q.5.ar tic.9.ad 7. 2.p.q.57.ar tic.4.0.& 5.c.& ma. q.16.artic. 8.9.

230

SECVNDO quæsitum est,vtrùm Diabolus cognoscat cogitationes hominum.

¶RESPONDEO dicendũ,q̃ cognoscere cogitationes cordis potest contingere dupliciter in se, & per se & in aliquo effectu,primò solius Dei est.Ie.15. Prauũ est cor hominis & inscrutabile,vnde nec angeli sic eas cognoscũt cuius ratio est triplex:vna propter debilitatem esse quod habent eo q̃ supra gradum quo aliquid est ens in potentia est gradus quo res sunt in anima. Alia ratio est, quia quod est in veritate causæ alicuius non põt cognosci nisi à causa quæ nata est mouere illam, voluntatẽ autẽ mouet solus Deus. Cùm ergo omnes cogitationes dependeant à voluntate sicut à sua causa,solus Deus eas cognoscit. Alia ratio est,quia angeli illa quæ cognoscũt naturaliter, cognoscunt per species naturaliter inditas: & hæ sunt species rerum naturalium,non autem cogitationũ:quia hæc non reducuntur ad causam naturalem,vel non pertinent ad cognitionẽ naturalium:tamen per effectus cogitationum cognoscunt cogitationes sicut & homo facit,cũ ipsi subtiliùs cognoscũt effectus qui causantur ex cogitationibus. Nam secundũ cogitationes homo afficitur aliqua passione:& per has mouetur cor, & hos motus subtilius ipsi cognoscunt quã nos:& sic aliquid cognoscunt de cogitationibus cordis:& hoc Aug.dicit in lib.de diuinationibus dæmonum:licẽt alibi dicat, quòd determinare in eis talem cognitionem sit præsumptuosum. 22.q.106. ar.5.ad 3.

QVAEST. VI. ARTIC. VIII.

231

DEINDE quæritũ est de cœlo. Et circa hoc quæsita fuerunt:primò vtrùm cœlum vel mundus sit æternus.

¶RESPONDEO dicendũ q̃ nõ. Sed mundũ incœpisse est de numero eorũ quæ cadunt sub fide nõ sub demonstratione. Nã quæ dependẽt ex simplici volũtate Dei possunt esse & non esse:& ad hoc q̃ non sit nõ inducit aliqua necessitas ex parte Dei, diuina autem bonitas quæ est finis rerum,pót ita esse si non sit mundus sicut si sit mũdus. art.69.& ar.94.contra.2.c.31. v̊q̃ue.39.et opus 3.c.97. 2.& opus 72.q.14.

ARTICVLVS IX.

232 po.q.3.artic. 11.ad 13. Hie. Damascenus Aristo. Plato a naxagoras

SECVNDO quæritum est vtrũ cœlum sit animatum.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ de hoc diuersimodè sentiũt doctores ecclesiæ.Hier.enim dicit super ecclesiasten q̃ sol est animatus.Dama.hoc negat:& hæc differentia etiã est apud philosophos.Plato enim & Arist.ponunt corpora super cœlestia animata esse.Anaxago.verò non. & ideò legitur fuisse occisus.Ego autem dico secundum Aug.2.super Gen.ad literã,q̃ non refert ad fidẽ vtrũ sic vel aliter sit:vnde hoc non determinat in Ench.addes q̃ si ponamus corpora cœlestia esse animata:nõ ideò erunt in iudicio tres ordines iudicãdorũ.s.angelorũ & hominum & animarũ:qa illæ animę cõputabũtur cũ angelis:& hoc sensisse videtur ille qui fecit præfationẽ cũ dicit,cœli cœlorũq; virtutes. Et ratio patet.

QVAEST. VII. ARTIC. X.

233

DEINDE quæritum est de homine quantũ ad naturã, & quantum ad gratiã,& quantũ ad culpã. Circa primum quæsita sunt tria.Primò quantũ ad animã.Secundò de cognitione animæ.Tertiò de effectu cognitionis.Circa animam quæsita sunt duo. Primò, vtrũm anima perficiat corpus immediatè vel mediante corporeitate. 5 spiritu ar. 3.0.

¶RESPONDEO dicendũ,q̃ in nullo corpore est nisi vna forma substantialis,cuius est ratio triplex: prima est quia si plures sequens non erit forma substãtialis quæ facit esse simpliciter,sed solũ accidẽtalis,quę facit esse hoc. Item si sit acquisita forma substantialis non erit generatio simpliciter. Itẽ quia nõ esset compositum ex anima & corpore vnũ simpliciter,duo simplex &vnũ per accidẽs. art.6.189. c.216.& 1. p.q.76.ar. 1.c.& 4.0. contra 4.c. 80.

¶Si dicatur corporeitas forma corporis, corporeitas dicitur dupliciter,q̃q; tres dimẽsiões:& hoc nõ est forma substãtialis,sed accidens:aliquando dicitur quædã forma ex qua prouenit trina dimensio, & hæc non est alia forma specifica. ARTICVLVS XI.

239

SECVNDO,Vtrũm anima traducatur.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ Aug. hanc quæstionẽ non determinat,sed in determinatã relinquit in lib.de ecclesiasticis dogmatibus.sed ille liber nõ est Augustini.sed Gingnadij. Gre.etiã nõ vult determinare.Credendũ est tamẽ q̃ non, & est vna ratio philosophi libro de animalibus,q̃ impossibile est quòd virtus corporea ꝓducat id quod excedit corpus,virtus autẽ sanctis est virtus corporea. Alia rõ est. 7.Meta.(T.c.27.)quia enim quidã posuerunt q̃ formę naturales sunt ex creatiõe.Cùm enim materia aeris recipit formã ignis aut inerat,& sic est latitatio:aut non:ergo fit de nouo nõ ex aliquo,sed ex nihilo:ergo creatur. Solnit Philosophus:quia forma non fit sicut nec ens: vel esse habẽs per se:sed cõpositum fit quod habet esse subsistens. Si ergo est aliqua forma quę per se subsistat illa habet per se fieri,anima autem habet esse per se subsistens, & remanet corrupto corpore, & ita oportet quòd habeat suũ fieri. 1.p.q.118. art.2.c.& ad 3.

QVAEST. VIII. ARTIC. XII.

285

DEINDE quæritũ est de cognitione hominis, vtrũ intellectus humanus cognoscat singularia. 1.p.q.86.ar 1.c.& 3.4. c.& q.89. c.ad 1.et 22. q.47.ar.3. ad 3.12 ver. q.19.art.2. c.& artic. 143.huius.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ aliquid pót cognosci dupliciter directè & indirectè.s.per reflectionẽ. Differt aũt inter intellectum humanum & diuinum, quia humanus nõ cognoscit directè singulare, diuinus autẽ sic: quia cognitio fit per similitudinẽ cogniti in cognoscente:& hæc est in intellectu nostro per abstractionẽ à conditionibus indiuiduãtibus & a materia:& ideò cũ recta cognitio fit per speciẽ:ideò nõ cognoscit directè nisi vniuersale:intellectus autẽ diuinus cognoscit nõ per similitudinẽ à re aeceptã,sed per extensionẽ suæ essentiæ ad res:& hęc similitudo.s.diuina essentia in Deo est omniũ quæ sunt in re expressa similitudo:& ideò directè cognoscit quicquid est in re & quod pertinet ad materiã indiuiduale:sed quęrẽs philosophus si separatus est intellectus & cognoscit quæ sunt in materia:dicit q̃ oportet q̃ hoc cognoscat & alia sicut formas separatas cognoscit intellectus:& coniuncta materiæ per imaginationem aut alio modo, scilicet per extensionem inquantùm cõiungitur fantasiæ quæ repræsentat sibi fantasma:& sic indirectè cognoscit. anima art. 20.0 de anima separata.

QVAEST. IX. ARTIC. XIIII.

236

DEINDE quęritũ est de effectu cognitionis,& primò vtrũ habitus scientię acquisitę remaneat post hãc vitã. ar.59.& 1. p.q.89.art. 1.ad 3.& art.3.ad 4. & art.5.0. & 6.c.& 12.q.67.ar 11.2.0. 4.di.50.q. 1.ar.2.c.ad 5.ver.q.10. ar.2.c.& q. 19.ar.1.c.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ circa hoc est duplex opinio:quidã dicũt q̃ nõ sequẽtes Auic.in 6.naturaliũ,q̃ species acquisitæ nõ remanẽt in intellectu possibili,nisi quãdiu actu intelligit,qđ est falsum.Nã intellectus possibilis recipit species & retinet secũdũ modũ suũ. vnde cũ ipse sit immobilis vtpotè immaterialis & incorruptibilis recipit species intelligibiles secũdũ modũ suũ & nũquã inde recedunt:& q̃ sint ibi etiã dum actu nõ intelligit:patet 3. de anima (T.c.8.)vbi dicitur q̃ sit in anima aliter quã dũ actu intelligit.s.habitu:& sic dico q̃ remanẽt siue in dãnatis siue in beatis:itẽ destruũtur hi habitus scientiarũ quãtũ ad modũ scientię: qa hic fem p̃ intelligit eõuertẽdo se ad fãtasmata p̃ p̃ corpus.& nõ solũ p̃ p̃ hoc fantasmatibus idigemus,sed ad vtẽdũ hmõi speciebus,& iste modus nõ erit tũc,qa nõ cõuertet se ad fantasmata. ART. XV. apus 34.c. fin.& p.q. 115.ar.5.ad 3.& po.q. 6.art.10.c. & ad 6. 237

SECVNDO vtrùm verba humana habeant vim admouendum bruta puta serpentes.

¶RESPONDEO dicendũ q̃ aliquid pót habere virtutem aliquã & secũdũ propriã naturã & secundũ virtutẽ superioris causę.verbi gratia cõmixtũ elemẽtis habet virtutẽ vnã ex natura elemẽtorũ secũdũ motũ p̃dominãtis elemẽti,aliã habet ex corpe cœlesti,sicut q̃ adamas attrahit ferrũ,qđ nõ reducitur in virtutẽ elemẽtarẽ. Aliqui ergo dicũt q̃ nõ solũ naturalia corpora, sed artificialia fortiũ 4.di.33.q. 1.artic.1.c. principio. & Spiritu ar.2.c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur virtutes aliquas ex impressiõe corporũ cœlestium putãtes: vel figuræ sub certa constellatione factæ & si hoc verum est. s. q̃ super artificialia sit huiusmodi virtus impressa: põt etiam dici q̃ verba prolata in certo tẽpore habẽt efficaciã mouendi: sed hoc nõ est verum. Nã in rebus naturalibus oĩa quę habent aliquã virtutẽ ex corpore cœlesti, habẽt illã cõsequẽtẽ aliquã formã: vnde nihil agit ad speciẽ: nisi ex virtute corporis cœlestis: & sic forma est prius in vnoquòq; quã virtus ad talia. Remota ergo priori remouetur posterior. Si ergo huiusmodi virtutes attribuuntur aliquibus: oportet q̃ radicẽtur super formam aliquã, formę autẽ artificiales nõ sunt, nisi figuræ quędam & ideò falsum est q̃ verba & huiusmodi virtutẽ aliquã habẽt ex corpore cœlesti: sed si habẽt aliquã: hoc habẽt ex spiritu immundo, qui immiscet se verbis hominum, vt decipiat sed m Aug. vnde aliquãdo vtuntur verbis fabulosis falsis & vanis: quibus ad illudẽdum hoĩes se immiscẽt, vñ oĩa ista friuola & superstitiosa sunt & imagines astronomicæ, in quibus & si non adsit aliqua expressa inuocatio dęmonũ, tamẽ est ibi quidã tacitus cõsensus. Tamen si aliquis dicat verba Dei & sacra sine immutatione & fraude, sed bona & diuina intẽtiõe nõ est incantatio, sed oratio. Chriso. tamẽ super Mat. ibi. Dilatãt philacteria, &c. repræhẽdit illos qui collo verba Euãgelij suspẽdunt, & cum virtus Euãgelij nõ sit in figuris literarum, sed in fide. Non tñ dãno illos qui super se gerunt Euangelium ex deuotione: quia beata Cecilia Euangelium Christi semper gerebat in pectore: sine tamen aliqua additione: vel verborum: vel characterum: vel cæterorum suspectorum.

8r.14.o.s. po.q.3. art. 7.c. & q.5. art.8.q.6. arti.1.ad 1. Ockam 1.art. 5.ad 6. 22.q.96.ar. 2. & q.85. ar.2.ad 2. 22.q.96.ar 4.ad 3. 22.q.96.ar tic.4.

QVAEST. X.

DEINDE quęritũ est de hoĩe quãtum ad gratiã. Et circa hoc quęrnntur tria. Primò de sacramẽtis. Secũdo de virtutibus. Tertiò de officijs. De primo tria quæsita sunt. primo de sacramentis gratiæ. Secũdo de effectu sacramẽtorũ. Tertiò de vnitate Ecclesiæ. De sacramentis gratię quęrebãtur duo. Primò de baptismo. Secundò de pœnitẽtia.

ARTICVLVS XVI.

238 vide.3. p.q. 66.ar.1. & 3. & 4.d.3. artic.3.q.1.

AD PRIMVM quæritur vtrũm aqua habeat virtutẽ ad emundationem, idest vtrùm propria virtute mundet: vel virtute concomitante.

¶RESPONDEO dicẽdum, q̃ duplex est opinio in huiusmodi: nõ solùm de aqua, sed de oĩbus Ecclesię sacramẽtis. Quidã enim dicunt q̃ sacramẽta nõ habẽt virtutẽ, vel vim operãdi in aĩa, sed tñ extra, & diuina virtus cõcomitãs facit illum effectum: & inducunt exẽplum. Ber. sit aliquis Episcopus qui inuestiat aliquẽ de prębẽda per annulum annulus non est causa præbendę, sed signum. Sed hoc non est sane dicendũ, quia si non esset aliqua prerogatiua sacramẽrorũ nouæ legis ad veterã, quia etiã in illis virtus coassistẽs fidei credentiũ in Christũ venturũ iustificabat.

¶Et ideò dicendũ, q̃ sacramenta habent in se virtutẽ iustificandi: & ad alios effectus ad quos ordinãtur: & nõ solùm q̃ sint signũ. vnde Aug. Quę est ranta vis aquæ vt corpus tãgat & cor abluat. Sciendũ tamen q̃ duplex est virtus. s. propria & instrumẽtalis, sicut patet in ferra: sic sacramẽta habent virtutem instrumentalẽ ad spiritualem effectum: quia eum sacramentum adhibetur cum inuocatiõe diuina efficit hunc effectũ: & hoc est conueniẽs, quia verbum per quod omnia sacramẽta virtutem habent: habuit carnem & fuit verbum Dei: & sicut caro Christi habuit virtutem instrumentalem ad faciendũ miracula propter coniunctionẽ ad verbum, ita sacramenta per continuationem & Christum crucifixum & passum.

Duplex virtus. 3.p.q.62.ar 4.q.73.ar. 1 ad 2.3.q. 78.ar.4.

QVAEST. XI. ART. XVII.

239 4.dis.13.q. 1.art.1.q.3. & 4.o. Art.10.c. 3.p.q. 64. art.9.ad 2. 3.& q.82. ar.5.7.8.9. c.22.q.39. art.3.o.& 241.ar.15. & 106.& 4.d.21.q.3. artic.1.q.1. & 3.

DEINDE quæritũ est de pœnitẽtia. Et primò vtrũ nõ habens curam animarũ possit absoluere in foro confessionis. Respondeo dicendũ, q̃ aliter est ei sacramẽtum pœnitentię, & aliter in quibusdã aliis sacramẽtis. Nam in quibusdã qui habet ordinẽ põt ex hoc ipso inducere effectum sacramẽti in omni casu. s. in illis in quibus quod est effectus sacramentorũ est res existens extra sacramentũ: vnde sacerdos degradatus & excõmunicatus licèt peccet, tamen cõficerat & baptizat: & similiter episcopus cõsecratus, quia confert caracterẽ. In pœnitentia autẽ non imprimitur caracter, nec effectus nisi iustificatio pœnitẽtis, qđ non põt fieri nisi per potestatem iudicatiuã. Nõ habens autem curã animarum non habet hanc potestatem.

ARTICVLVS XVIII.

240

SECVNDO vtrùm liceat in aliquo casu reuelare confessionem.

¶RESPONDEO dicendum, q̃ non nec verbo nec facto nec nutu nec aliquo signo: licet facere, quia est sacrilegium. Nã ita in sacramẽtis nouæ legis q̃ efficiunt qđ figurant: effectus autẽ pœnitentiæ est occultatio peccatorum ab oculis Dei viuentis: & hęc occultatio significatur per secretum confessionis: & ideò sicut prophanaret sacramentũ qui cõficeret corpus & sanguinem Christi de alio quàm de pane & vino. Ita esset reuelans sacrilegus.

ARTICVLVS XIX.

241 artic.33.o. 115.q.185. ar.1.2ę

TERTIO vtrùm liceat appetere episcopatum.

¶RESPONDEO dicendum quòd cõtingit appetere prælationem dupliciter, aut propter necessitatẽ vrgentem, aut non vrgentem: primo modo dupliciter, vel quando imponitur à superiori, vel quando non inuenitur aliquis, qui velit onus prælationis subire, tali necessitate existente meritoriũ est appetere. Vnde Isa.6. Quem mittã & quis ibi nobis? respõdit. Ecce ego mitte me, tamẽ ante dixit se indignũ. Secũdo modo. s. q̃n non vrget necessitas: sic non licet, quia non potest carere aut vitio iniusticię, si velit se minorem præferre maioribus, aut vitio præsumptionis, si reputet se sufficientem præferri aliis. vnde Chriso. Primatus ecclesiasticos concupiscere nec iustum, nec vtile, super illud, reges gentium, &c.

QVAEST. XII. ARTIC. XX.

242

DEINDE quæritur est de effectu sacramentorũ, vtrũ compaternitas causetur ex præambulis ad sacramenta puta ex catheciſmo & huiusmodi. Et videtur quòd sic. Dicit enim quædam decre quòd à primo pabulo salis nõ potest fieri vxor: ergo contrahitur ibi compaternitas.

¶Præterea, cathecuminus cẽsetur christianus. Sed qui dat christianismum efficitur compater, ergo &c.

¶Respondeo, quidam dicunt, q̃ omnia illa sacramentalia sufficiunt ad causandum compaternitatem. Quidã dicunt quòd solum contrahitur quantum ad tria, scilicet in cathechismo, baptismo & confirmatione. Sed nihil videtur q̃ solum contrahitur in duobus, scilicet in baptismo, & confirmatione, quia compaternitas similitudo quædam est paternitas, paternitas autẽ non fit nisi in generatione, & ideò solũ in illis sacramentis in quib. est quędã generatio spiritualis cõtrahitur cõpaternitas quæ matrimoniũ impedit.

¶Ad primum ergo dicendum, quòd illa non sunt intelligẽda figillatim, sed sunt accipienda collectiuè & simul, quia in omnibus istis aliquibus efficitur compater.

¶Ad secundum dicendum, q̃ cathecuminus dicitur christianus per fidem, non per baptismum quem nondum suscepit, & ille qui dat christianismum dat sacramentum baptismi.

QVAES. XIII. ARTIC. XXI.

243

DEINDE quæritum fuit verũ sit vna ecclesia, quæ fuit in principio tempore apostolorum, & quę est modo. Et videtur q̃ nõ, quia nunc nõ vtitur eisdẽ regulis Tunc. n. prælati erant sine auro & argẽto in zonis suis, ergo, &c.

¶Præterea, non legitur quòd Christus & Apostoli habuerint castra, modo autem ecclesia habet, ergo &c.

¶CONTRA. Matth. vltimo. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Hoc autem non intelligitur tantum de Apostolis, quia omnes mortui sunt, & adhuc sæculum non est consumatum, ergo &c.

¶RESPONDEO dicendum, quòd eadem est numero ecclesia quæ tunc erat & quæ nũc est, quia eadem fides & eadem fidei sacramenta, eadem auctoritas: & eadem professio, vnde dicit Apostolus. Diuisus est Christus? absit.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd verba Matth. tripliciter exponuntur. Hylarius & Ambro. exponunt secundum sensum mysticum dicẽtes. Nolite portare aurum &c. i. nihil in spiritualibus ministeriis auro vendatis, non duas tunicas, id est nõ duplicẽ animã habeatis. Alij exponunt ad literã, & vna expositio est Augu. qui dicit q̃ illa verba nõ dicunt per modum pcepti, sed permissionis, ita q̃ qui non seruat nõ peccat, & qui seruat melius facit, vt sit sensus. Nolite portare. i. qũ itis ad prædicandum nolite sollicити esse de expensis: quia debẽtur vobis à populo. Dignus est enim operarius &c. quasi diceret. Ideò permitto q̃ nõ portetis quia digni estis accipere ab aliis quib. prędicatis. Paulus hoc nõ seruauit, & tñ contra regulã hãc nõ fecit, sed superrogauit. Alia expositio est aliorũ sacramẽtorum qui dicunt q̃ hæc dicta sunt prœceptiuè: sed hoc pceptum datum est nõ ad semper seruandum, sed ad primã missionem bis eñ eos misit. s. ante passionẽ Iudæis, & post resurrectionem gentibus. In prima dixit eis. In viam gentium ne abieritis. In secunda dixit. Docete omnes gentes. In prima mandauit quòd prædicta seruarent, non autem in secũda, & ratio huius est, quia in prima solũ mittebãtur ad Iudæos

Iudęos apud quos consuetũ erat, q̃ magistri eorum ab eis sustentarẽtur. & ideò sine scandalo poterant accipere & vti poterãtate sibi cõcessa, apud verò Gẽtiles non erat huiusmodi consuetudo: quia apud eos non erant huiusmodi prædicatores. Et ideò fuisset eis scandalũ, & visum fuisset eis q̃ pro quæstu apostoli prædicarẽt. & ideò Paulus hoc pceptũ non seruauit in gentibus. & ideò dñs in secũda missione dixit, Nũc qui habet sacculũ tollat similiter & perã.

¶Ad secundũ dicendũ, q̃ Aug. respõdet in epistola cõtra donatistas: & habetur super illud psal. Quare fremuerũt gẽtes, distinguit enim diuersa tẽpora ecclesiæ. Fuit enim tempus quando astiterũt reges aduersus Christũ: & in illo tempore non solũ non dabãt fidelibus, sed & eos occidebant. Aliud verò tempus est nunc, quo reges intelligũt & eruditi seruiunt domino Iesu Christo in timore, &c. Et ideò in isto tẽpore reges sunt vasalli ecclesiæ, & ideò est alius status ecclesiæ nũc & tunc: nõ tñ est alia ecclesia.

QVAESTIO XIIII.

DEINDE quęritũ est de virtutibus. Primò de quadam virtute intellectuali, scilicet de veritate. Secundò, de virtutibus moralibus. De veritate quæsita sunt duo. Primò, de fortitudine veritatis. Secundò, de confirmatione veritatis, quæ est per iuramentum.

ARTICVLVS XXII.

244

AD PRIMVM quæritum est, vtrũ veritas sit fortior inter vinũ, regem, & mulierẽ. Et videtur quod vinũ: quia immutat maximè hominẽ. Itẽ q̃ rex, quia pellit hominem ad id quod est difficillimum, scilicet ad hoc quod se exponat periculo mortis. Item quod mulier, quia dominatur etiam regibus.

Art. speciale. 1.p. q.16. 22. q. 109. de veritate.

¶CONTRA. Esdras. Fortior est veritas.

¶RESPONDEO dicendũ, q̃ hæc est quæstio proposita iuuenibus dissoluẽda in Esdra. Sciendũ ergo q̃ si conferemus ista quatuor secundũ se, scilicet vinũ, regẽ & mulierem, & veritatem, non sunt cõparabilia, quia non sunt vnius generis: tamen si conferentur per cõparationẽ ad aliquem effectum, concurrunt in vnum: & sic possunt comparari. Hic autem effectus in quem conueniũt & ponsunt, est immutatio cordis humani. Quod ergo inter ista magis immutet cor hominis videndum est.

¶Sciẽdũ est ergo, q̃ immutatiuũ hominis quoddã est corporale, & aliud est animale: & hoc est duplex sensibile & intelligibile. Intelligibile etiã est duplex, scilicet practicum & speculatiuum. Inter ea autẽ quæ pertinẽt ad immutantia naturaliter secundũ dispositionẽ corporis habet excellentiã vinũ, quod facit per talenta loqui. Inter ea quæ pertinent ad immutandũ appetitum sensitiuũ: excellentior est delectatio, & præcipue circa venerea, & sic mulier est fortior. Itẽ in practicis & in rebus humanis quæ possunt hoc facere, maximã potestatẽ habet rex. In speculatiuis summum & potentissimũ est veritas: nunc autẽ vires corporales subiiciuntur viribus animalibus: vires animales intellectualibus, & intellectuales practicæ speculatiuis: & ideò simpliciter veritas dignior est & excellentior & fortior.

Multiplex immutatiuum hominis.

ARTIC. XXIII.

245 ar.52.120. 22.q.89. de iuramento præcipue vide.art.7.c. ad 2. art.9. ad 3.q.98. art.1. ad 1. 2.& art.2. ad 1.& 3.d. 39.art.3 q. 1.o.q.4.ad 4. Quãdo iuramentum admittit vim.

SECVNDO quęritur, vtrũ accipiẽs doctrinã alicuius experimẽti sub iuramẽto nõ cõmunicãdi, teneatur seruare iuramẽtũ: & videtur q̃ sic, quia si obligatus nõ debet facere aliquid qđ vergat in detrimẽtũ illius qui dedit vel qui docuit: hoc autem esset si aliis cõmunicaret: ergo &c.

¶Præterea, Cõmunicare tale experimentũ nõ tenetur ex parte salutis æternæ alicui. Cum ergo nõ teneatur alteri communicare, non debet sic obligatus communicare.

¶CONTRA, Non communicare salubre remediũ siue quodcũmque bonum, est contra charitatem: ergo, &c.

¶RESPONDEO aliter dicendũ est hic simpliciter & aliter in casu: simpliciter loquẽdo nõ tenetur, sed male facit iurãdo: iuramẽtũ enim nõ solũ amittit vim quando iuramentũ est illicitũ, sed etiã quãdo iurãdo peiora: quia in iramentũ obligãs debet habere iudiciũ, iustitiã, & veritatẽ, sed & si iuro quãdoq; aliquid quod licet mihi nõ facere, puta nõ ire ad ecclesiã: nõ licet tamẽ iurare, quia licet sit mihi licitũ pro aliquo tẽpore facere vel dimittere huiusmodi bonũ q̃ est ad ecclesiam ire: non tamẽ licet mihi iuramẽtum interponere: & animũ obfirmare ad aliquod bonum non faciẽdum: quia hoc est facere cõtra spiritum sanctũ: & ideò iuramentum contra omne id quod est de genere bonorũ est illicitũ: & non est seruãdum: tamen in casu seruare tenetur: puta si ille vel alius sufficiens medicus præsens esset & paratus esset curare, & vti illo experimento in salutem corporalem aliorum.

¶Et sic patet responsio ad obiecta.

QVAESTIO XV.

DEINDE quæritũ est de virtutibus moralibus. Et primò de virtutibus secundũ se. Secundo specialiter de dam actu iustitiæ, scilicet de restitutione.

¶ARTICVLVS XXIIII.

246

AD PRIMVM quæritum est vtrũ virtutes morales sint connexæ. Et videtur q̃ non, quia acquiruntur ex actibus qui sunt diuisi & distincti: ergo potest acquiri vna virtus sine alia.

1.p.q.73.ar 1.o. & 12, 7.85.artic. 10. 2.c. 22. q.146.art. 4.o. male. 9.4. ar.1.5. ad 4.

¶Præterea, Aug dicit nihil contra diuinam essentiam dicit qui dicit quòd qui habet vnam non habet omnes.

¶Præterea, Virtutes habentur ex consuetudine quæ requirit tempus.

Opinio prima.

¶RESPONDEO dicendũ secundũ oẽs sanctos q̃ sic, sed loquẽdo de virtutibus in cõi duplex ratio assignatur à diuersis, secundũ q̃ diuersimodè locuti sunt de virtutibus, virtutes enim cardinales dupliciter accipiũtur ab aliquibus. Quidã enim dicunt virtutes esse quosdã modos gñales qui requirũtur in omni virtute: puta q̃ fortitudo est ẽcũq; firmitas animi in quibuscũq; rebus, temperatia est moderãtia animi in oĩbus rebus, & sic de aliis. Et secũdũ istos necesse est q̃ virtutes sint connexæ, qa isti modi generales requirũtur in omni virtute: & si aliquod horũ defuerit nõ est virtus aliqua, qa si tẽperãtia rectitudinẽ nõ habeat q̃ est iustitia: vel non habeat animi firmitatẽ q̃ est fortitudo: & sic de aliis, nõ est virtus: & hunc modũ Aug. ponit 3. de tri. & magister in 3. sentẽtiarum. Alij autẽ accipiunt distinctionẽ harum virtutũ secundũ determinatas materias: sicut Arist. & peripatetici: vñ prudẽtia secundũ philosophũ nõ est recta rõ oĩbus: sed solũ in agibilibus: similiter iustitia nõ dicit rectitudinẽ animi circa acquisitionẽ omniũ exteriorũ, sed tãtũ circa cõmutatiões & distributiones & actiões humanas, q̃ sunt ad alterũ. Fortitudo est dicit firmitatẽ animi nõ circa oĩa, sed circa ea in q̃bus est difficillimũ animũ forte habere. s. circa pericula q̃ sunt in bellis: tẽperantia verò est circa in q̃bus difficillimũ est animã moderare. s. circa delectatiões gustus & tactus: quę sunt maximę delectatiões: nõ in quibuscũq; aliis cõcupiscẽtiis, sicut scilicet vel pecuniæ: & sic etiã loquẽdo de virtutibus virtutes morales sunt cõnexæ, cuius cõnexiõis rõ accipitur secundũ philosophũ ex pte prudẽtiæ, qa nulla virtus põt haberi sine prudẽtia: & impossibile est habere prudẽtiã sine virtutibus moralibus: cuius rõ est, qa prudẽtia nihil aliud est quã recta ratio agibilium. Impossibile est autẽ rectã rõnẽ habere circa aliq̃ nisi ex recta rõne circa principia: principia autẽ agibilium sunt fines virtutũ: & circa fines virtutũ nullus bene se habet nisi per habitũ illius virtutis: & sic necesse est q̃ prudentia habeat secum alias virtutes morales. similiter alię nõ possunt haberi sine prudẽtia. Põt enim aliquis habere inclinationẽ naturalẽ ad actus alicuius virtutis sine prudẽtia: & quãto habet maiorẽ inclinationẽ sine habitu virtutis, tãto peius est, & plus impingere põt sine prudentia, sicut patet de illo qui habet fortitudinẽ naturalẽ sine discretione & prudentia. Et ideò dicit Greg. Cęteræ virtutes nisi ea quę agunt prudenter agãt, &c. Est & alia ratio cõnexionis in virtutibus gratuitis propter charitatem in qua connectuntur: quia qui habet charitatem habet omnes virtutes gratuitas: & similiter qui habet vnam habet charitatem.

2. Opinio, Arist. 22.q.47.ar 11.5.o. 22.q.58.ar 11.5.et 6.o. 22.q.123.ar 1.2.3.4.5. 22.q.141. artic.1.2.3. 4.5. 12.q.56 ar. 5.o. & q. 58.ar.4.o. & q.65. ar 1.o. 22. q.146. ar.4.o. 12.q.65.ar. 2.4.o.22. q.23.ar.7. o. 2ms.q. 14.ar.6.o.

¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd actus non sunt diuisi secundum virtutes, quia non potest esse actus temperantiæ sine actu fortitudinis, nec fortitudinis nisi cum actu temperantiæ, &c.

¶Ad secundum dicendum quod hoc dicitur, quia nõ probatur per authoritatem Bibliæ.

¶Ad tertium dicendum quòd non dicuntur morales a cõsuetudine, sed amore, & dato quod indigeant tempore: tamen non habebit virtutem nisi sit prudens.

QVAESTIO XVI.

247

DEINDE quæritũ est de restitutione, quæ est actus iusticiæ. Et circa hoc quęsita sunt tria. Primo, de illis qui propter partes sunt extra ciuitates. Secundò, de eo qui mala fide longo tempore præscripsit. Tertiò, de eo qui aliena consumpsit.

ARTIC. XXV.

Art. speciale de exilio 12.q.105. ar.2.ad 10.

CIRCA primum quæritur vtrùm expulsi propter partes possint experiri bona sua ab illis qui sunt in ciuitate manentes. Et videtur quòd non: quia multi de his qui sunt in ciuitate culpã non habuerunt ad eorum expulsio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nent,& sic punirentur aliqui pro culpa alterius.
¶Præterea,expulsi fuerunt contra partem Ecclesiæ,& sic iustum bellum:ergo actio est contra eos, & sic damna eis non sunt restituenda.
¶Præterea, Secundū Philosophum cū mutatur ordo ciuitatis non remanet eadē ciuitas sed cùm mutatur dominiū & principatus:mutatur ordo & sic non est eadem ciuitas ergo expulsi non pertinent ammodo ad ciuitatem quæ prius erat:ergo non tenentur eis ad restitutionem.
¶CONTRA, qui spoliatur à raptore potest repetere & accipere ea quæ sunt sibi ablata:ergo & illi expulsi.
¶RESPONDEO dicendum,quòd aut sunt expulsi iustè,scilicet propter eorum culpā, & sic nō possunt repetere amissa, aut iniustè, idest sine culpa & sine debito ordine iustitiæ, & sic possunt repetere. Si autem habent superiorē debēt per superiorē petere sibi restitui: si autē nō habēt superiorē ipsimet possūt si possunt recuperare.
¶AD PRIMVM ergo dicendum,quòd non punitur sic aliquis pro peccato alterius: sed pro suo,quia maiores omnia faciūt auctoritate & fauore populi:& sic populus in fauendo maioribus fuit in culpa.
12.q.81.ar. 3.ad 1.2. ad 1. & q.87. art.8.o.22. q.108.ar.4. ad 3.
¶Præterea,Illud intelligitur de pœna spirituali: qua nullus punitur sine propria culpa:non de corporali qua frequenter vnus pro alio punitur.
¶Ad secundum dicendum,q̄ inquantum iustè agunt sunt pro Ecclesia,inquantum iniustè contra Ecclesiam.
¶Ad tertium dicendum,quòd si sunt eadem personę manifestum est quòd tenētur sibi. Aliæ omninò nō tenentur.

ARTICVLVS XXVI.

298 SECVNDO quærebatur vtrùm ille qui mala fide præscripsit teneatur ad restitutionem, & videtur quòd non: quia lex dicit quòd qui etiam mala fide præscribit acquirit dominium.
4.d.45.ar. 5.q.1. ad 2.
¶CONTRA, decret. dicit quòd tenetur:nec acquirit dominium.
¶RESPONDEO dicendum,quòd circa hoc est contrarietas iuris ciuilis & canonci,quia secundum ius ciuile talis præscriptio tenet secundum ius canonicum talis præscribere non potest, & ratio huius contrarietatis est:quia alius est finis quē intēdit ciuilis legislator, scilicet pacem seruare& stare inter ciues:quę impediretur si præscriptio non curreret: quicunque enim vellet posset venire & dicere istud fuit meum quocunque tempore. Finis autē iuris canonici tendit ad quietam Ecclesię & salutem animarū:nullus autē in peccato saluari potest: nec pœnitere de damno vel de alieno, nisi ratio pensēt.
4.d.37.q.2. ar.1.c. & ad secundum.
¶Et ideò dicendum est,q̄ si quis præscribat bona fide non tenetur ad restitutionem,etiā si sciat alienum fuisse post præscriptionē,quia lex potest aliquem pro peccato & negligentia punire in re sua: & illā alteri dare & concedere,sed qui mala fide præscribit tenetur emendare & satisfacere reddendo damnum quod intulit.
præscribens bona fide nō tenetur ad restitutionem.
¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod verum est quod omnia sunt principium ad gubernandū non ad retinendum sibi vel ad dandum aliis:& si quæ leges tales sunt tyrannicè sunt, & non absoluunt à conscientia,sed à foro iudiciali & violentia. ARTIC. XXVII.

299 TERTIO quærebatur vtrū ille qui rem alienam consumpsit teneatur ad restitutionē: & videtur quòd nō, quia ille cuius res fuerat non habet actionē in cōsumptorem:intellige si ius habet cassum in præscriptione.
22.q.62.ar. 2.o. & q. 79.ar.3.ad secundum.
¶CONTRA,iste mala fide possidit alienum quod consumpsit.
¶RESPONDEO dicendū quòd tenetur:cuius ratio est,quia quilibet tenetur ad faciendū iustitiā alteri:constat autem iustitia in quadā æqualitate:vnde nisi reintegretur æqualitas non potest aliquis esse iustus: inæqualitas autem fuit quod consumpsit rem non suam:& ideo oportet quod reddat.
4.d.15.q.1. ar.5.q.2.o.
¶AD PRIMVM ergo dicendum, quòd licēs non habeat actionem in eum qui consumpsit secundum ius ciuile,habet tamen secundum ius diuinum,cuius finis est salus animarum:& ideò ei repugnat.

QVAESTIO XVII.

DEINDE quæsita sunt de officiis quatuor. Primò de officio expositorū sacræ scripturæ. Secundò,de officio prædicatorum. Tertiò, de officio confessorum. Quartò, de officio vicariorum. ARTIC. XXVIII.

250 AD PRIMVM quæritum est vtrū omnia quæ doctores sancti dixerunt,sint à spiritu sancto:& videtur q̄ nō, quia in suis dictis sunt aliqua falsitas:in suis expositionibus quādoq; dissonant, non potest autem esse verum quod dissimile vel dissonum est,quia vtraque pars contradictionis non potest esse vera.
pot.q.4. ar. 1.c. vide art. 194.
¶CONTRA,ad eundē pertinet facere aliquid propter finem & perducere ad illum finē. Sed finis scripturæ quæ est à spiritu sancto est eruditio hominum:hæc autem eruditio hominum ex scripturis non potest esse nisi per expositiones sanctorum:ergo expositiones sanctorum sunt à spiritu sancto.
¶RESPONDEO dicendū, q̄ ab eo dē spiritu scripturæ sunt expositæ & editæ.vnde dicitur 1.ad Cor.2. Animalis homo nō percipit ea quę Dei sunt:spiritualis autē,&c. & præcipuè quantū ad ea quæ sunt fidei, quia fides donū Dei est:& ideò interpretatio sermonum numeratur inter alia dona spiritussancti.1.ad Cor.12.
Beatus Paulus.
¶AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ gratiæ gratis datæ non sunt habitus,sed sunt quidā motus à spiritu sancto :alias si esset habitus prophetæ quādo vellet per donū prophetiæ revelationē haberet,quod falsum est: & ideo de aliquibus occultis reuelādis aliquādo tāgitur mēs à spiritu sancto,& aliquādo nō,sed aliqua eis occultātur:vnde dixit Helyseus 4.Reg.7.& dominus celauit à me. Aliquādo etiam ali qua dicunt à seipsis,sicut pāret de Nathan qui cōsuluit Dauid q̄ ædificaret templū,postea aūt à dño reprehensus & quasi retractus prohibuit hoc ipsi Dauid ex parte Dei,hoc tamen tenendū est q̄ quicquid in sacra scriptura cōtinetur verū est,alias qui cōtra hoc sentirent esset hæreticus.expositores aūt in aliis,quæ nō sunt fidei multa ex suo sensu dixerunt,& ideò in his poterant errare, tamē dicta expositorū necessitatē non inducunt q̄ necesse sit eis credere, sed solum scriptura canonica quæ in vetteri & in nouo testamento est.
12.q.62.ar. 3.o.ad 3.& 22.q.172. art.2.12.q. 66.ar.2. ad 1.q.68.art. 5.ad 1.4.ds. 45.q.1.ar.1. q.2.c.fi.

QVAEST. XVIII. ARTIC. XXIX. 251

DEINDE quæritū est de prædicatoribus. Et circa hoc quæsita sunt duo. Primò vtrū aliquis possit prædicare propria auctoritate,itavt liceat prædicare sine licētia prælati. Et videtur q̄ sic quia prædicare est bonū alij facere. Sed debemus bonū operari ad omnes,ad Gal. 6.ergo &c.
4.d.13.q.2. ar.1.q.1. ad 4.
¶Præterea,dicitur Ec,Vnicuique mandauit Deus de proximo suo:ergo &c.
¶CONTRA.Ad Ro.10.Quomodò prædicabūt nisi mittantur, ergo &c.
¶RESPONDEO dicendū, q̄ nullus quantuncunque scientię magnę vel quantuncunq; sanctitatis nisi missus à Deo vel à prælato prædicare potest, quia nullū agere natum est agere nisi supra debitā materiā.prædicatio aūt est exhortatio & doctrina fidei publica respiciens totā ecclesiam,& cura publica ecclesię cōmissa est prælatis, & ideò nullus debet aliquid exercere quod requirat auctoritatē publicam nisi auctoritate prælati.
¶Ad primam ergo dicendum, q̄ cuilibet licēt facere bonum sibi proportionatum,non aūt quodcunque bonum.
¶Ad secundum dicendum, quòd mandauit Deus monere proximum priuatā monitione & familiari.

ARTICVLVS XXX. 252

SECVNDO vtrū aliquis prohibitus à principe seculari debeat dimittere prædicationē.Et videtur q̄ non,quia non debet timere eos qui occidunt corpus dicitur prædicatoribus ergo timore principum non debent dimittere.
¶Præterea, Act.4. Deo oportet magis obedire quā hominibus. Sed Deus præcipit præcipuè prælatis quòd prædicent 2.ad Thi.4. prædica verbum:ergo &c.
¶Præterea, Nullus debet obedire alicui in eo in quo peccat præcipiens. Sed princeps peccat prohibendo hoc, ergo &c.
¶CONTRA.Act.13.Quia repulistis regnum Dei &c.
¶Præterea.Matth.10. Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate fugite in aliam.
Quāda præ dicatur pro hibitus à verbo Dei cessare de bet & quā do non,
¶RESPONDEO dicēdū, q̄ hic est opus duplici distinctione, quia q̄n aliquis prohibetur prædicare vel prohibetur solū à tyranno & populo.Si primo modo sic cū de multitudine sint aliqui qui audire volūt, nō est dimittēda prædicatio quāuis sit sic moderāda quo ad tēpora & loca, vt ex timore ad tyrannū non impediatur, & q̄que etiā tūc liceret prædicare occultè per domos, sicut aūt Apostolis legitur factū.Si secūdo modo tūc debet cedere prædicator:& fugere ad alia loca secundū mandatū dñi: Et hoc etiā Greg.dicit in dialogo ; q̄ quando oēs sunt mali & indurati debet eis dicere illud apostoli quia repulistis à vobis regnū Dei, &c. Alia

&c. Alia distinctio est hic habenda, quia prædicator aut habet curam animarum aut non,id est prædicat ex necessitate officij, aut propria sponte. Si primo modo sic nō debet dimittere gregem etiam propter periculum mortis, dummodo possit aliquod bonum facere remanēdo cum grege. Si secundo modo sic etiam si posset ibi inter tales fructificare non tenetur ibi stare,nec ad ponendum animam suam nisi in casu, puta si aliquis vellet corrumpere fidē:& tunc vbi fides periclitaretur,teneretur animā pro fratribus ponere,quia hoc est in præcepto in tali casu. Si autem nō imminet talis casus, sic est in consilio,quia omnia consilia in casu sunt in præcepto.
2.distip.1.
¶AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ Deus pcipit prædicare,tamē ordinatè &eo modo quo,vtile fit saluti animarū.
¶Ad secundum dicendū, quòd non est aliquid dimittendum quod sit secundū Deum timore mortis. Quod si aliquis sine causa & sine necessitate se ingerat ad periculū, non fit sapienter.Ad secundum dicendum quod falsum est.Nam secundum Aug.aliquādo imperator peccat præcipiendo quòd deuotus miles non peccat obediendo,maximè si militi non constet illud esse peccatum.

253 ARTICVLVS XXXI.

4.dist.15.q. 2.ar.4.q.2. o.& 5.6. TERTIO, vtrùm liceat prædicatoribus recipere elemosinas ab vsurariis.Et videtur quod sic,1.ad Corin. 9.Si nos vobis spiritualia seminamus, &c.
¶Præterea,Ius naturale habet,quòd homo viuat de labore suo, dignus est enim operarius, &c. hoc enim concessum est homini à creatore. In iudore &c.Gen.3.
¶CONTRA.Vsurarij nihil habēt nisi qđ est alienum.
¶RESPONDEO dicendū, q̄ de rapina vsurę & huiusmodi in generali loquēdo non pōt fieri elemosina.Isa.61. Odio habens rapinā in holocaustū:tamē in speciali casu prædicatoribus qui prædicant vsurariis & monēt eos restituere, licitum est accipere: & hæc est vna ratio. Alia est quando non habent alias vnde viuant :& in extrema necessitate omnia sunt communia, & ab omnibus licitè accipere ad sustentationem & necessitatem.

QVAEST. XIX. ART. XXXII.

254 DEINDE quæritū fuit de officio confessorū, vtrùm aliquis possit cōfessiones audire de indulgētia papæ sine volūtate proprii prælati,& videtur q̄ non:quia quilibet tenetur cōfiteri proprio sacerdoti,ergo,&c.
4.di.17.q.3. ar.3.q.5.o.
¶Præterea,papa nulli præiudicat propter aliquam indulgentiam.
¶CONTRA.Papa est super omnes:ergo cui vult quid & quantum vult potest committere & indulgere.
¶RESPONDEO dicendū, q̄ quidā dicūt q̄ quilibet
opp.falsa. sacerdos pōt absoluere quēlibet à quolibet peccato : & licēt male faciat absoluēdo:tamē absolutus est & ratio horū fuit,quia simul datur ꝓsbitero in sua ordinatione potestas consecrādi corpus Christi,& potestas clauiū:& ideò sicut pōt cōficere quālibet hostiā,ita pōt absoluere quēlibet.Sed hoc est erroneū,quia nullus pōt absoluere propria authoritate,nisi eum qui est aliquo modo sibi subditus,quia actus sunt in materia propria:& absolutio sacramētalis habet iudiciū annexū.& hoc scilicet iudiciū non est nisi in subditos & inferiores.Qui ergo nō habet subditū nō pōt absoluere:& sic iurisdictio dat materiā sacerdoti determinatā:sceus aūt est de hostia quæ est materia determinata.Cui ergo nulla cura cōmittitur habet clauē ligatā.vt iuristæ dicūt,scilicet quia nō habet omninò materiā.Alij dicūt q̄ nullus potest etiā authoritate superioris prælati absoluere subditū inferioris prælati cōtra voluntatē ipsius:puta nō pōt authoritate episcopi cōtra volūtatē parrochialis aliquē absoluere. Hoc etiā est erroneum, quia ad absolutēdū requiritur potestas sacerdotalis & iurisdictio. episcopus autē habet immediatā iurisdictionē in oēs.Vnde episcopus pōt omniū cōfessiones audire etiā cōtra voluntatē presbyteri parrochialis:& similiter etiā ille cui episcopus cōmittit:& multò magis si papa cōmittit.Tamē archiepiscopus quia non habet immediatam iurisdictionem in omnes sui archiepiscopatus,nisi ex appellatione,non potest alicui dare licentiam vel authoritatem audiendi confessiones contra voluntatem episcopi & diocesani suffraganei.
Reprobatio opp.
opp.3.& fla. reprobatio opp.de potestate episcopi.
de potestate archiepi,epi.
¶AD PRIMVM ergo patet per ea quę dicta sunt,quia episcopus & papa plus potest quàm sacerdos.
¶Ad secundū dicendū, q̄ hoc nō est in præiudiciū, sed in auxilium:quia audire confessiones nō est statutū in fauorē sacerdotū,aliàs essent multū infœlices serui si propter

honorē sacerdotum confiteri peccata esset necessarium: sed hoc est introductum ad salutem animarum.

QVAEST. XX. ART. XXXIII. 255

DEINDE quæritum fuit de officio vicariorū. vtrum vicarius alicuius possit vices suas committere alteri, & videtur q̄ sic:quia effectus habens virtutem causæ potest in ea in quæ potest causa.
Ar.specialis.
¶CONTRA, quia hoc videtur esse contrarium illi Prouer.27.Diligenter agnosce vultum pecoris tui.
¶RESPONDEO dicendū, q̄ ille qui cōstituitur vicarius non potest totā suam potestatē committere,sed potest partē:quia intētio cōmittētis est vt exequatur secūdū q̄ pōt ille cui committit:& fortè talis nō potest totum facere qđ sibi cōmittitur : & ideò pōt aliquid alteri cōmittere.
¶AD PRIMVM ergo dicendum,q̄ effectus nō habet semper totam virtutem causæ,nisi esset episcopus.
¶Ad secundum dicendum, quòd hoc ipsum facit vt cognoscat vultum pecoris.

QVAEST. XXI. ART. XXXIIII. 256

DEINDE quæritum fuit de pertinentibus ad culpam. Et primò de peccatis:secundò de pœnis.
¶De primo quæsita fuerunt duo, primò de pertinentibus ad culpam originalem,secundò ad culpam actualem. 12.q.81.ar. 3.o.
¶De peccato originali quæritum fuit, vtrùm traducatur per traductionem seminis.
¶RESPONDEO dicendū q̄ sic,quia peccatū originale est peccatū naturæ,& non attingit personam nisi inquātum est in tali natura:tota autem humana natura est sicut vnus homo:vbicunque ergo illa natura reperitur, ibi est peccatum naturæ,quod est originale.
¶Nota quòd peccatum habet rationem culpæ nō inquantum ipsius manus,sed inquantū fit à principio voluntatis.

QVAEST. XXII. ART. XXXV. 257

DEINDE quærebatur de culpa actuali. Et primò de peccato cogitationis duo fuerūt quæsita:primò, vtrū consensus in delectationem sit peccatum mortale.
¶RESPONDEO dicendū, q̄ hic nō quæritur de consensu in delectationem actus , quia hic planè mortale est. Sed de cōsensu in actū cogitationis tantū sicut cū aliquis cogitat delectationem fornicationis:& delectatur & placet sibi hæc cogitatio.Est ergo duplex cogitatio delectationis vel propter ipsam cogitationē vel propter rē cogitatā prima est cū quis cogitat de triāgulo vel de bellis regis nō propter regē,sed propter ipsam cogitationē.Secūda est cū delector cogitando de amico propter ipsum qui sit mihi per cogitationē & in cogitatione præsens.Sic ergo cogitatio potest cogitari vt delectās prout est cogitatio & sic nō est peccatū, sicut si debeo narrare de formatione & occurrunt pulchræ viæ & delector.Si autē cogitatio est delectans propter rem cogitatam:impossibile est q̄ hoc procedat nisi ex amore fornicationis : & ideò consentire in eam est consentire in amorem & in vsum rei illicitæ:& ideò est peccatum mortale.
22.q.74. art.8.c. & 9.154.arti. 4.c.ma.q. 7.art.4.ad 2.
Cogitatio 2.delectationis. Nota bene.

ARTICVLVS XXXVI. 258

SECVNDO de suspitione, vtrùm sit peccatum mortale,& videtur quod sic:talibus enim comminatur dominus.Isa.5.Væ qui dicitis,&c.
¶CONTRA. Super illud.Nolite ante tempus iudicare.dicit Glosl.quòd est veniale peccatum.
¶RESPONDEO dicendū, q̄ in illis quæ sunt mortalia peccata ex genere,motus imperfecti nō sunt peccata mortalia,sed venialia. Adulteriū enim est mortale,scilicet quādo est completa volūtas,nō autē qñ est incōpleta: nō enim quilibet motus concupiscentiæ est peccatū mortale.Iudiciū autē est duplex scilicet de rebus & de personis Iudiciū de rebus semper est mortale peccatū:puta dicere q̄ date eleēmosinā sit malū.Iudiciū autē de personis licēt quādoq; sit falsum,non tamē est peccatū,nisi quādo est omninò temerariū. Vnde Aug.in sermone dñi in monte.Si erramus in iudicio personarū nō erremus in iudicio rerū,sed quando ex leui re iudiciū procedit firmū in corde,aliquando est peccatum mortale : quia est cum cōtemptu proximi:suspicio aūt est quidē imperfectū in genere iudicij,& ideò est imperfectus motus:& ideò nō est mortale ex ghe quāuis sit fiat ex odio erit aliquādo mortale.
Matth.7.
Iudiciū 2.
¶AD PRIMVM ergo dicendum, quod qui dicit bonum malū,&c.non suspicatur sed iudicat:& ideò peccat.

ARTICVLVS XXXVII. 260

DEINDE ōsita fuerūt de peccato operis tria.Primò, vtrū liceat vti sortibus maximè in apertione librorū,

Universidad de Deusto
Biblioteca

22.q.95.ar. 7.c.8.c. opus 25.ar. 5.c. *Quid augurium.* 3.sen. 22.q.95.ar 8.c.

¶ RESPONDEO dicendum, quod sors propriè est iudicium, quod exquiritur ex aliquo ab homine facto ad inquirendum occultū, dico autem ab homine facto, quia quærere de factis ab aliis non est sors, sed aut augurium aut aliquid aliud, vt quando aliquis facit, sicut geomantici & cum taxillis, & de festucis, & in apertione librorū. Hæc autem fiunt ad tria, aut ad inquirendum voluntarem aut ad consultandum dubium, aut ad diuidendum, & sic sumitur triplex sors, scilicet diuisoria consultoria, & diuinatiua. Aliqui faciunt has quasi committentes fortunæ, sicut cùm quis non videtur debere ire, tamen ponamus quis debeat ire, & hic aliquando est vana. Aliqui intentione exquirendi iudicium alicuius rei, sicut quidam ad inquirendū iudicium astrorum exquirunt sicut geomantici, qui dicunt quod secundum motum cœli manus mouetur & sic est peccatum. Aliqui intendunt scire iudicium Diaboli, sicut Nabuchodonosor & hoc est sacrilegiū aliquid iudicium diuinum & sic non semper est peccatum. Et sic sors diuinatoria quatuor habet gradus, & primo modo aliquando est leue peccatum vel non est peccatum, 2. modo peccatum est & 3. & 4. modo semper peccatum est, sed quando quis nō ex necessitate facit, quia sic est tēptare Deum. 2. Paral. 2. cum ignoramus quid agere, &c. quando sine debita deuotione, sicut apostoli Act. primo, vel quando aliquis res sacras conuertit in res temporales, sicut cùm aperit libros pro temporalibus, vel quando de eo quod est supra nos, sicut quando quis non concordat, quia hoc est facere iniuriam spiritui sancto, qui creditur firmiter esse in ecclesia vel in collegiis: tamen in electione secularium nihil prohibet sortibus vti.

Quando est peccatum et quādo non.

SECVNDO de retentione superfluorum, vtrùm ille qui non dat superfluum quod habet pro Deo peccet. dicit enim Aug. quòd qui retinet, &c. sicut supra in octauo quodlibet. tertio de perplexitate, vtrùm aliquis possit esse perplexus. 4.d.15.q.2. ar.1.q.4.o. 22.q.32.ar tic.5.o.

ARTICVLVS XXXVIII.

DEINDE quæsitum est de pœnis. Et primò de pœna temporali, vtrùm aliquis religiosus expelli debeat propter peccatum de religione, si sit paratus corrigi & sustinere pœnam. 2.61

¶ RESPONDEO dicendum, quòd apostolus dicit: Auferte malum ex vobismodicum enim fermētum, &c. Aufertur autem aliquis aut per pœnam corporalem: & per hoc manifestum est, quòd auferetur etiā ille qui vellet pœnitere quantumcunque, sicut homicida suspenditur, quantumcunque pœniteat vel per pœnam spiritualem: & hoc ecclesia non facit nisi quis esset contumax. Et ratio huius est, quia per pœnam corporalem aufertur aliquod temporale, quod potest recompensari per aliquod maius bonum; sed bonum spirituale quod admittitur non potest recompensari: & ideò non debet religio infligere talem pœnam quandiu vult corrigi: quoniam sicut est excommunicatio in ecclesia, ita est expulsio a religione. Et ideò dicendum, quòd nullus est nisi propter contumaciam expellendus, sed est sequestrandus in carcere vel alio modo. *Apostolus. 1.Corin.5.* *Et bene.*

FINIS.

F.O.S. MONTIS RELAXI AD LECTOREM EPISTOLA modum, annotationes seu citationes palpabiliter intelligendi, continens.

LECTOR humanissime, non te latet breuiter ac succinctè dicta, obscura magis esse, obscuritatem verò (quæ secretum fideliter custodit) tesse Boetio, hoc afferre vtilitatis: quòd solū loquitur cum illis qui digni sunt ad secreta sapientiæ admitti. Quapropter cum sanctus doctor sapientiam loquens inter perfectos in multis breuitatem seruet, nolens idem reperere inutiliter id quod vno in loco obscurè breuitate sibi innata dicit, alio passu vt sępiùs, clariùs, aut diffusiùs ponat, plurimorum astrictus præcibus supradictus Bruxellensis, diui Thomæ Aquinatis doctrinæ deditissimus perculsus fuit illos annotare passus. Ne igitur ipsarum annotationum seu citationum arithmeticis literis in margine contētarum (veluti cæcutiens) vtilitate, quæ non modica est, careres: placuit R.p. suæ modum assignare eas referentem omnibus patentem. Voluit ergo 1.p. idem sonare sicut in prima parte, 12. in prima secundę 22. in secunda secundæ, tertia. p. in tertia parte, scilicet summæ. 1.d. in primo libr. sententiarum. 2 d. in secundo sentētiarum. 3.d. in tertio sentētiarum. 4.d. in 4. sententiarum, quiquidem. 4. lib. prima sui diuisione per distinctiones diuiduntur & similiter. 4. lib. summæ per quæstiones. q. quæstione. ar. articulo. q. (secundo loco eiusdem allegationis) quæstuncula. tali scilicet charactere sequenti denotato. L. in expositione textus magistri sententiarum. o. per totum. C. numero aliquo immediatè sequente capitulo. c. prin. in principio corporis articuli. c. m. circa medium. c. fi. circa finem, seu in fine corporis articuli. argu. argumento tali: sed contra. in argu. sed contra, contra in summa contra Gentiles. 1. lib. primo. c. capitulo. &c. veri. in quæstionibus disputatis de veritate. pot. in quæstio. dispu. de potentia Dei. Ma. in quæstione dispu. de malo. virt. in quæstione dispu. de virtutibus in communi. vnio. in quæstione dispu. de vnione verbi. Spiritu. in quæstione disputata de spiritualib. creaturis. anima in quęstione disputata de anima. Opus. opusculo tali. Ar. verò altero numero non præcedente remittit ad aliquem articulum præsentis libri per characterem sequentem designatum. Distinguitur enim hic liber per 261. articulos in fronte articulorum à secundo quodlibeto inclusiuè annotatos per primum numerum marginalem cuiuslibet articuli, ordinationem seu quāritatem designantes. Citationemverò seu annotationem quam in margine cōperies ad sententiam hoc signum, (quo sententiæ citationi conformes notantur) præcedentem referandam scias, atque ad eiusdem sententiæ corroborationem declarationē ve valere. Nec fastuosissime lector, in his defectū reperies, si impressores suo non paruo labori pari diligentia responderint, quòd tuipse indicabis. Librum autem hunc ferè omnes resolutiones theologas continentem mēdis tersum, paucioribus quàm antea nummis comparare vales. Quātę verò sit amplexibilitatis, perpendes minimè si ipsum attentiori cura legere ac perlegere neglexeris. Ipsę verò marginales annotationes alibi visa memoriæ conferunt, fatigationem semouent, litque vt cogaris minimè (quòd studiosi solent) calamum studendo tenere hiis demptis quæ incuria impressoris immutantur: aut demuntur, quæ mediocriter doctus facilè aduertes. Si quid tergendum corrigendúmue inueneris, inaduertentiæ (sciens alienis infirmitatibus compati) potius quàm maliciæ attribues, memor nostrum in tuis satisfactoriis operibus. VALE.

Series chartarum huius operis.

AAa BBb CCc DDd EEe FFf GGg HHh IIi KKk LLl MMm NNn OOo PPp QQq RRr SSs TTt VVu XXx YYy ZZz & ꝙ ꝛ ꝯ †

AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK LLL MMM NNN OOO PPP QQQ RRR SSS TTT VVV XXX. Omnes sunt quaterni præter ꝛ & ꝯ, qui sunt quinterni.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca